Digitized by Google

13
20 L
11
M

Ex Bibliotheca
majori Coll.ⁱⁱ Rom.
Societ. Jesu

TRACTATVS ILLVSTRIVM IN VTRAQVE

TVM PONTIFICII, TVM CÆSAREI iuris facultate Iuriſconſultorum,

De vltimis voluntatibus.

EX MVLTIS IN HOC VOLVMEN CONGESTI, additis plurimis, etiam nunquam editis, hac * nota deſignatis; & multò, quàm antea, emendatiores redditi;

Summarijs ſingulorum Tractatuum locupletiſſimis illuſtrati.

INDICES ACCESSERE ITA LOCVPLETES, vt omnes materias, quæ ſparſim leguntur, facillimè diſtinctæ Lectoribus appareant.

TOMI VIII. Pars II.



VENETIIS, M D LXXXIIII.

INDEX AVTHORVM
huius Voluminis.

* De iure liberorum, Marci Vererani. 2
De filijs non legitimè natis, Benedicti de Barzis. 24
De naturalibus liberis ac eorum ſucceſsione, Ludouici a Sardis. 29
* De Nothis, ſpurijsq; filijs, Gabrielis Paleotti. 45
De legitimatione, Antonij de Roſellis. 75
De legitimatione, Martini Laudenſis. 90
* De patria poteſtate, Aſcanij Clementij. 98
* De patria poteſtate, Sebaſtiani Monticuli. 127
De ſuitate, Angeli de Periglis. 138
De ſuitate, & extraneitate, Ioannis Raynaudi. 153
De ſuitate, Ioannis Pirrhi. 154
De inuentario, Angeli de Peruſio. 155
De inuentarij confectione, Franciſci Porcellini. 156
* De inuentario, Ioannis Coraſij. 165
* De inuentarij confectione, Rolandi à Valle. 166
* De inuentario, Sebaſtiani Monticuli. 200
* De inuentario, Phanucij de Phanuij s. 265
De aditione cum inuentario, Baldi de Peruſio. 323
De forma inuentarij conficiendi, Guidonis Papę. ibi.
* De tutore, & curatore, Antonii Piaggii. 325
* De tutore, & curatore, Borgnini Caualcanti. 334
* Pupillorum patrocinium, Iodoci Damhouderii. 351
* De tutorum, & curatorum ratione, tempore, modo, atque forma, eiuſdem. 371
* De tutorum, & curatorum rationis iuſtificatione, eiuſdem. 376.
* De tutorum, & curatorum mercede, eiuſdem. 377
* De pupillorum, minorum, & prodigorum intereſſe, eiuſdem. 379
* De tutorum, & curatorum liberatione, eiuſdem. 381
* De tutorum, & curatorum improbè adminiſtrantium periculis, eiuſdem. 385
* De pupillorum, minorum, & prodigorum bene gubernatorum gratiarum actione, eiuſdem. ibi.
De pupilli fauoribus, Marci Mantuæ. 386
De libertatis fauoribus, eiuſdem. 387
De liberationis fauoribus, eiuſdem. ibi.
* De eſſentia infantis, proximi infanti, & proximi pubertati, Ioannis Franciſci Fare Sardi. 388
De curatore bonis dando, Odofredi. 405

TRACTATVVM CELEBERRIMORVM IN VTROQVE, TVM PONTIFICII, TVM CAESAREI IVRIS FACVLTATE, IVRISCONS.

Tomus VIII. Secunda Pars.

TRACTATVS MARCI VERTRANII Mauri Iuriſconſulti, de Iure liberorum, Liber ſingularis.

PRAEFATIO.

MAgni viri noſtri maiores ex vrbis moribus & modo Reſpubl. orbis Romani politicè fundatum (ornatiſſime Bugnoni) nihil ſe potius mentibus cogitando verſaſſe literis teſtati ſunt, quã vt hominibus replerent & popularẽt ciuitates. Quibus enim cordi curæq; fuit in oras orbis extremas imperij fines proferre, conſilium experientia laudandum in animũ inductum erat, ſe multitudine hominum libertatis in hoſtes ſeueros aſſertores, & dignitatis ac ſplendoris autores, exteros debellãtes glorioſiſſime fore futuros, aliterq; nõ poſſe. Hinc a Cadmo per manus acceptum ius aſyli, hinc leges tutelares, quibus peregrinos Romæ fouebant, vt olim iam olim Athenis, Epheſi, Thebis, Troiæque. Nec ſolum hoc priſcis ſtudiũ fuit alienigenas aſciſcendi, aſcitos receptoſq; fouendi in ſinu ciuitatis, cum & ciuibus inter eos liberis replentes ciuitatẽ, honores ampliſſimos contulerint, priuilegia tribuerint, immunitates conceſſerint. Ita ne quando matrimonijs ſpretis, & nuptijs abiectis Vrbs orbisq; Romanus populi paucitate, hominumve penuria, deſereretur, Cœlibatum veteres inſtar Platonis, De legib. lib. 4. & 6. viri diuini ſpiritus, prohibuerũt. Cuius rei ergo lata fuit tandem lex Iulia de maritandis ordinibus, quam Iulius Octauius Cæſar ex Metelli Cenſoris orõne de prole augenda integram in ſenatu recitauit. Illa vxores ducere omnes omnino coacti ſunt, ne orbitas in Vrbe præualeret. Verum habendi cupidine quoniam velis & remis, vt ita dicam, ad aureũ vellus per æquora ferimur, ſicut commoti ſpecie vtilitatis, hallucinamur, ſi non eſt educatio ſine curis, oneribus, laboribuſq; maximis, opus certe fuit ad prolem populi frequentandam, & ſobolem propagandam, honorib. præmijs, & inuitamentis animos ciuium allicere, & in ſententiã commoditatis reip. publicæ trahere, allectoſq; tãdem in vtili iure, non verbis, ſed re ipſa commoditatibus retinere, quas Ius liberorum antiqui nuncupauerunt. De quo tractaturus, commẽdationis nomine quędam ſcriberem, niſi vererer rei magnitudini ex ſe ipſa commendatæ verbis exilibus detrahere, & claritudini, quam quiſque a natura deſiderat, obſcuris verbis nubilum obducere. Iulij Pauli ingenio florentiſſimi Iuriſconſulti, hac de re liber ſingularis argumento non diſſimili fuit, quem de Iure libellorum & alibi, l. ſi abſenti. D. de legatio. & in Digeſtorum Indice non intelligentes appellant: & proculdubio ſi is in manus aut noſtras, aut patrum incidiſſet, humeris noſtris labor leuiſſimus impenderet. Sed, vt a Triboniano poteſtatis fiducia magis quam fide conſilij, Iuriſconſultorum libri dilacerati, dilaniati, & varie diſſecti nobis per manus traditi ſunt, cum grauiter moleſteque ferrem tot tantorumque virorum nullis ſedibus poſitis, nullo occupato loco, errare vagarique ſententias ad præſens me opus accinxi, & meliore parte mei maioreque ad Ius liberorum explicandum libere ſcilicet, moreque meo, tetendi arcum cogitationis meæ. Eſt autem crebra illius in claſſicis autoribus mentio, & crebrior in libris ſtudij noſtri, cum liberorum gratia ſoluuntur legibus parentes, etſi non ſatis id noſtra minuſque patrum memoria, intellectum aut explicatũ fuerit. Quiſque vero ſentiet ex curſu tractationis, quæ cõmoda, quæ itẽ emolumenta ſequantur cauſam, quam Adrianus Imperator apud ſe fauorabilem fore reſcripſit, vt in Pãdectis relatum legimus. l. cum ratio. D. de bonis damn. & ſcimus. Hac de re, mi Bugnoni, tota quæſtio futura eſt, ingenioſorum ſtudijs cĩuilioribus excitandis non incommoda, & ad iuris tum veteris tum noui cognitionem, ni fallor, non inutilis, quæ liberius a me inſtituitur, quod illius autor approbando, & cenſor iudicando (niſi fortaſſe nimium amicus, dum parum iniquus) fuiſſe videaris, interea huius mihi conſcius ſum, nulla niſi antiqua proferre me, vel ab antiquis tradita, ex quorum ſcriptis tota pendet noſtra & ratio, & oratio. Tu qui me tibi comitem ſtudiorum & laborum ſoles honoris mei cauſa dicere, ſi quæ inter nos coniunctio animorum eſt, & conſiliorum communicatio, pro tua prudentia videris, & caueris vtrique noſtrum: quod ſcribo ſciens cum Catullo, Tibi hæc fuiſſe & eſſe cognitiſſima.

Quid ſit Ius liberorum, & definitionis explicatio.
Caput I.

Quamquam inauditę & minus vſitatę rei definitorem ſe præbere, vſum meliore per omnia ingenio & animo virum deceat, ne tamen lateat propoſita ſignificatio, & nomen & famam in diſcrimine periculoque verſari malo, quam iuris quæſtionem vtilitate perecelebrem & tractationis nouitate pleri que commendabilem, in ſomno a tot ſeculis obitam, & in puluere ſemiſepultam, pro nihilo aut pro derelicto habere. Sic igitur definio Ius liberorum, vt ſit Priuilegium publicæ fœcunditatis, quod parentibus reſcripto principali, aut legibus conceditur. Priuilegium dico, vt ſingulis duntaxat hominibus non vniuerſis, competat Iuris liberorum vſus, in priuatorum ſolatium prodito iure ſingulari: priua enim Antiqui ſingula dicebant, vt ex Lucilio Marcellus, Feſtus, & Gellius, lib. decimo, capite vigeſimo, ſcribunt, quo ſenſu Horatius alicubi, & Liuius, lib. trigeſimo, in fi. id nomen vſurparunt. Vnde priuilegium, ſicut ſpicilegium Varronis, & aquilegium, Epiſt. Theodorici regis, item & collegium dicimus, pro iure ſpeciali de multis in alicuius gratiam collecto. Priuilegiorum autem quoniam alia cauſæ ſunt quæ res affectas reddunt, alia perſonæ quæ cum perſonis extinguuntur. l. priuilegia. D. de regulis iuris. horum alia atque alia conſideratio eſt. Priuilegia namque perſonalia dicuntur, & quæ nominatim legibus aliquem ſoluunt, illique ſoli competunt. l. decimaquinta, de extra. & ſord. mu. C. Theod. item & illa quæ perſonis conceſſa primum, in eadem cauſa ſimiles quoque complectuntur, Zaſ. reſpon. 2. capite quarto, ſingulis tamen, non

vniuerſis diſſimilibus data. Huiuſmodi quando ad ſingulos ſpectant,& ſingulorum perſonæ, vt indiuiduæ, nunquam deficiunt, ex formula conceſſionis perpetuitatē continent. Vnde ſunt militibus, tam tironibus, quam veteranis, pupillis, fiſco, mulieribus, & iuris ſtudioſis conceſſa priuilegia, quæ & poſt illos quibus cōceſſa primum, eadem vigente ratione in poſteris locum habuerunt, qua in re non diſtinguo vt veteres, tam Galli, Pet. & Cyn. l. hæredem. C. ad ſenatuſc. Velleian. Bal. conſ. 355. lib. 2 Bar. l. 1. de conſti. princip. quam Itali, inter quos nunquam, vt ſunt homines, conueniet. Principio igitur ius natorum non alicui nominatim vt proprium conceſſum fuit, ſed ſingulis ſimilibus qui liberos ſuſtuliſſent, illorum gratia honores, aut ab oneribus vacationes, conceſſæ fuerunt. Publicæ vero fœcunditatis priuilegium dicitur, quod ob ſobolem procreatam parentibus vtriuſque ſexus, Reipublicæ charis, &, vt aiunt Cæſares, l. deportato. l. ſi aliquis. C. Th. de bon. proſcrip. gratioſis conceſſum fuiſſe legimus, in reliquiis Theodoſiani. Nihil enim ducunt Reſpublic. melius, l. 1. D ſoluto matr. l. hoc modo. de condit. & dem. l. cum ratio de bon. damn. nihil habent antiquius aut gratius, nihil ciuitates honoratius, quam vt populo frequentatæ, repleant ſedes ordinū & augeant imperium hominibus liberis. Ideo quoniam præmio & pœna in officio retinetur ſtatus Platonicæ ciuitatis, quo magis in orbe Romano ad matrimonia prouocarent ſinguli ciues, & ad ſobolem procreandam excitarentur, fuere inter veteres conſtitutæ leges, honores & onerum immunitatem parentibus proliferis, qui reſpublicas fœcundarent, concedentes. De illis legibus Socrates Soſomenus ita ſcribit: [illegible Greek]. Quæ verba Tripartitæ lib. 1. cap. 9. voluit Latina feciſſe Caſſiodorus, hoc modo: cęterum has leges priſci Romani poſuerunt, frequentatam hominibus Romam, & illius ſubdita ditioni fore arbitrantes, propterea quod non multum ante plurimos in bellis inteſtinis amiſiſſent Hinc prouenit Iuris liberorum inueniendi cauſa, & introducendi ratio, quod parentibus reſcripto principali, aut legibus conceditur: quæ verba ſunt in definitione poſita, vt ſignificent ſimul & exprimant duplex eſſe Ius hoc natorū, de quo loquimur, quod ita Martialis vocat, vt Ius Coloniarum, Ius Latinorum, Quiritium, Ciuitatis, Suffragij, & Poſtliminij ab antiquis dictum ex ſcriptis nouimus.

Quotuplex ſit Ius liberorum, & diuiſionis explicatio, conſtitutione Honorij enucleata. *Cap. II.*

Sciendum itaque ius liberorū in duo genera diduci ex duplici cauſa efficiente, vnum eſt, quod Datiuum, alterum, qd' Impetratitium factitijs verbis dixerim. Illud ſiquidē leges tā veteres quam nouæ tribuunt, fœcundiſq; parentibus concedunt: & quoniam iis qui liberos ab vno ad ſexdecim ſuſtulerunt, legibus latis ſcriptum & datum eſt, Datiui nomen hēt, quod ab antiquis legibus datum, & deinde a Theodoſio liberos habentibus conceſſum, amplius nec petere, nec exorare oporteat. Adeo vt cum fauorem liberorum ſentiendi ſe offert occaſio, nihil iam amplius parentibus opus ſit, quam de liberis excipere, & eorum nomine opponere ad onerū vacationem, aut honores obtinendū: quo iure Romani veteres vtebantur, non quidem paſſim, aut ſine iudice, ſed cum cauſæ cognitione, ſi modo excuſatio muneris, aut commodi affectatio ſua æquitate nitebatur: quo caſu Iure liberorū vacationes, aut fauores per iudicem parentes conſequebantur, ſi vera Vlpianus ait. l. 1. de vac. mu. Succeſſu tamē temporis cū imperio rebuſq; Romanis, in ciuium libertatem Imperatorū ditione incrementum recipiente, vt principes occaſionem beneficiorum, & numeroſam obligandi imputandiq; materiam nacti a ciuibus rogari geſtiebant, vt inquit Plinius, In Panegyrico, paulatim Ius liberorum pet., & deinde orari cœpit: adeo vt quod priſcis ciuibus ipſo iure competebat, & ipſi ſuo iure ſibi vindicabant, fuerit tandem vt beneficium a Cæſarib. indultum, & poſtulatum, quod ex epiſtola Conſtantini. l. 1. de his qui num. liber. Th. & l. vlt. eod. C. Iuſt. ad Dalmatiū in promptu eſt & patet. Verum enim vero ad faſtigiū imperij & Hun. Th. euecti, inanē & non neceſſariā diſcernētes impetrationē, iuris quod ex legib. communiq; iure competeret, quodq; veteres ſibi, liberis ſuperſtitib. per iudicē vindicaſſent, & iniquū iudicantes ſuaq; iuſtitia indignū ab homine peti q Deus dediſſet, legibuſq; ius antea tributum, non niſi præmijs, aut precibus concedere: eos qui legitimum natorum numerum haberēt, ſublata in poſterum impetrationis ſolemnitate, voluerūt iure patrio præmia, honores, item & vacationem onerū, cū priſca priſtinaq; libertate, ſibi poſſe vindicare, ex latis iam ante legib. & principū reſcriptis. Auguſtorum autem verba ſunt l. 1. C. de iure liber. §. vlt nouel. vt liberti de cæter. ann. nemo poſt hac a nobis Ius liberorum petat; quod ſimul hac lege omnib. concedimus. Vnde iure parentib. natorum ſtrana conceſſio, impetratione opus nō eſſe quis non videt? Debet enim cōmuniter omnib. conceſſum intelligi, qui liberos Imperatorum conſpectui offerentes, eorum & propriorum nomine idipſum Ius natorum petere potuiſſent, de cuius æquitate cognoſcet Iuridicus, hæc ita, vt generalis conceſſio iuris gratioſa intelligatur, duntaxat in eorū fauorē, qui idonei. arg. l. adigere. §. quamuis. D. de iure pat. glo. & Bar. l. 1. C. de ſacr eccl. l. vt gradat. §. etſi. de muner. erant iuris ex impetratione recipiendi. Quod voluerunt Imp. conſtituere, non vt quibuſdam placuit, ius liberorum etiam orbis communicare, & tollere, ſi enim generaliter ſuſtuliſſent, inanis & euanida Iuſtiniani conſtitutio fuiſſet, qua mulieres ſteriles multis poſt annis proliferis exæquauit, vt de iure materno trium liberorū ſubijciemus, quæ ante nos dotib. ingenij florētiſſimus Duarenus, idem argumentum tractans libro priore, cap. 40. diſputationum enucleauit. Et hæc ſint [Greek] de iure Datiuo Aliud ius natorum impetratitium diximus, quod ſolitarij, vel orbi liberis, ſterile parumq; fœlix experti matrimonium, impetrabant, etſi principes non niſi parce & cum delectu, fortunæ (vt dicebant) malignitati indulgentia peculiari ſubuenientes, & bene in aliquem affecti optime de eo mereri volentes, honoris cauſa concederent, quare ius hoc apud Romanos Honorarium dictum quidā, Longol. ad Plut. [Greek] ſcriptū reliquit. Porro qui obtinebant, ſummum ſe pretium cōſequi exiſtimabāt, & iuris impetrati vt magni beneficij maximam habebant gratiam, vel Plinio ad Traianum in teſtem citato, libro Epiſtolarum x. Epiſt. exprimere domine. & Suetonium Tranquil. &. Quam parce. At neſcio cur nihil fere niſi de iure trium impetratitio in claſſicis autorib. legamus, apud Plinium non vno loco in Epiſt. Lib. 2 7. & 10. apud Martialē ſæpiſſime, vt cū lib. 11. a Cæſare ius petit natorū, & de eo exorato lib. 111. in Neuolū gloriatur, & ad vxorē ſe obtinuiſſe ſcribit.

Natorum mihi ius trium roganti
Muſarum pretium dedit mearum,
Solus qui poterat.

Equidem cogitationes meas excurrens, animaduerti Ius liberorum ſimpliciter & indefinite petitum a veteribus, & a principibus indultum fuiſſe, cuius rei in poſterum Vlpianum autorem laudabo, ſed nominatim duorum quatuor, quinqueve, &c. natorum ius exoratum aut petitum non memini legere, niſi de iure ſex liberorum obtento a Iulio Menecrate Neapolitano Statius Papinius gratulabundus hos verſus edidiſſet, Syluarum 1111.

Auſoniæ pater auguſtiſſimus vrbis
Ius tibi tergeminæ dederat lætabile prolis,

Quod enim Martialis libro Epigrammatū x 1. in Zoilum ſcribit, per alluſionem & ioculatione ab vrbano facetoque viro dictum puto,

Ius tibi natorum vel ſeptem Zoile detur.

Alibi autem non ſum memor, quæ ſententiam noſtram labefaciāt, reperiri. Illi viderint quibus ex parte probari noſtra cupimus, quique politiori & fœliciori ingenio nati, melioribus tincti imbutique literis ſplendidiorem doctrinam colūt, quibus magis quam pragmaticis vigilo, vt eorum potius ſtudioſe voluntati inter philologos beneuole & amanter inſeruiam, quam vt forenſibus negotijs ſuccurrere doceam cautores Gallicanarum, ſi dijs placet, formularum. Dixerim autē Ius trium natorum oratum ſæpius olim fuiſſe, quod plenior eſſet illius quam cæterorum fauor & indulgentia, quod excurſu tractationis notius apertiuſque fiet. Hæc ſi rationiū eſt (quod vereor) trium impetrationis principum auribus inculcatæ, cogitare quidem amplius, vt debemus, poſſumus, at dicere nondum, & hæc quaſi in quibuſdam Muſarum latebris aut Apollinis adytis relinquens ad reliqua percurro, Ius Datiuum ex ordine explicaturus.

De iuris Datiui origine, & ſenectuti habita reuerentia. *Cap. III.*

Principio placet iuris Datiui a capite Romanarū antiquarum originem arceſſere, quod cū hominū penuria iam res Romanæ laborarent, ſimul cum ſobole neceſſaria ciuitati & deſiderio Reipublicę creuit, vbi fortiores imperij vires hominum adiectione, ciues auere cœperunt. Fuerat enim tempus etiam ante mores a Lycurgi legibus in Latium Lacedæmone translatos, cum neque pecuniæ, neque generis ratio, ſed ætatis duntaxat habebatur, adeo vt qui conſilio, ſententia, & ratione prępollerent, quia ſenes, in ſummum conſilium & ſenatum, vt [Greek] in Laconum [Greek], ampliſſimis honoribus,

ribus, dijs & hominibus feliciter victuris chari, vt Plato. de legibus.libro volebat, in magiſtratus legerentur. Tunc a conuiuio, vel Gellio, lib.2.c.15.teſte, ſeniores a iuniorib.domum reducebantur: tunc maiorib.loco cedebant minores natu, quos deum prope & parentum vice, illos obſeruarent, diligerent, vererentur & colerent, ſicut honos maior rerum omnium, maiori ætati habebatur, Ouid.v.Faſt.concinente,

Magna fuit capitis quondam reuerentia cani,
Inque ſuo pretio ruga ſenilis erat. & deinde,
Nec niſi poſt annos patuit tum curia ſeros,
Nomen & ætatis mite ſenatus habet.
Iura dabat populo ſenior, finitaq; certis
Legibus eſt ætas, vnde petatur honos.

Ad quæ reſpexit Calliſtratus.l.ſemper.D. de iure immuni. dicens, ſemper in ciuitate ſenectutem venerabilem fuiſſe, & honore eum magiſtratib. pene pari. Sed cum vrbis ſplendidæ nouitati finitimorum animos, exterorumq; manus, & orbē infenſum vererentur, vt eminentia nunquam inuidia carent, idem mores edocti peregrinos, deciuib illos qui vxorem nō duxiſſent, honores nullos a iunioribus conſequi voluerunt, Platonis, de legib.lib 6.exemplo, dum illos qui liberos haberent, ſeniorib.neque vxores, neq; liberos habentibus prætulerunt & honorib.ampliſſimis, & munerib.honorificentiſſimis ad Vrbis multitudinem amplificandam, homines natura φιλοτίμους pellexerunt Adeo vero ſobolis præmium extitit honor, vt ex lege priori de Conſulib.l.1.C de conſulib. regios faſces (de quib Liuius lib. 11.) poteſtas ſumendi fuerit, non pluresannos nato, ſed qui liberos plures quam collega, aut ſuperſtites, aut bello amiſſos haberet: item & de magiſtratib. lex lata, vt numerus liberorum in candidatis præpolleret. Tacitus libro ſecundo. Qua forte de cauſa Caleſtrius in Tribunatu liberorum iure præceſſit Plinium, qui id ad Fabatum vij Epiſtolarum ſcribit. Hinc Papiniano.l.ſpurij §.vlt.D.de decurio. qui plures liberos habet, in ſuo collegio primus ſententiam rogatur: cæteroſq; filios non habentes, in albo.l.in albo.C.de decurionib.decurionum honoris ordine præcellit. Sic exemplis Reipub.ſalutaribus, de ſimilibus ad ſimilia, Ius liberorum legibus eſt datum, & placide a ciuibus acceptum in orbe Romano. Supereſt igitur vt ex Iure ciuili illius fauores numero componamus.

De iure vnici filij in decimis percipiendis, & ſolidi capacitate: Tertulliano & Plinius explicati, item & tractatus de infirmandis pœnis cœlibatus & orbitatis. Cap. cV.

Religio & ſanctimonia, qua vnitatē numeri

ſub nomine patris & matris, maris item & fœmine, Arithmetici colunt, ad Deum Opt. Max. cogitatione referentes, facit in præſentiarum ne Ius vnius liberi ſilentio ducam trāſmittendum. Ab illo enim vt a fonte manabunt cætera, de quibus tractatio ex antiqua Iuriſprudentia futura eſt, cum ad ſepultæ vetuſtatis cognitionem, tum ad iuris noui interpretationem non omnino inutilis. Primum itaq; videamus de iure liberorum, & cōmodo quod vnici filij gratia parentes ſentiebāt, tam in decimarum ratione, quam in ſolidi capacitate. Exordior ab illo legis Iuliæ capitulo, quod elicitur & aliunde, & ex his Tertulliani verbis, lib. de monogam aliud eſt, inquit ſi & apud Chriſtum legibus Iulijs agi credunt, & exiſtimant cœlibes & orbos ex teſtamento Dei ſolidum capere non poſſe. Hinc fuit tempus, cum exiſtimarem lege Iulia cœlibes & orbos e teſtamento ciuis Romani capere prohibitos, & peræque vni ac alteri relictum fiſco vindicatum fuiſſe: in qua ſententia perſtant magni nominis magniq; plauſus interpretes quidā iuris ciuilis. Sed vbi curioſe pēſitaui, quæ Vlpianus hac de re non in vno loco ſcribit, diuerſum ius in orbo & cœlibe magis placet coniectari. Ille enim, quem in tota tractatione iuris liberorum potiſſimum autorem habemus, de his qui hæredes inſtitui poſſint, tit.22.Inſt.cœlibem ita eſſe ſcribit, ſi tempore mortis teſtatoris vel intra diem cretionis legi Iuliæ paruerit: at orbi nullam mentionem facit. Idem de caducis, titu. 17.Inſt.tractans, in caſum cadere relictam ait, ſi cœlibi legatū fuerit, neque intra centum dies vxore ducta legi morem geſſerit: at de orbo nihil expreſſit, imo nec ſignificauit quidē. Inde vero ſi deducta domum vxore intra cretionis, id eſt, centum dierum tempus, cuius ſpatio liberos tollere non potuit, qui cœlebs fuerat, cepit ex teſtamento, quis dicet orbum (liberis, non vxore intelligo) teſtamento ciuis Romani capere non potuiſſe? Iuſtior proculdubio contra cœlibes ferendæ legis occaſio fuit, qui ſtudioſe & conſulto a nuptijs abſtinerēt quam aduerſus orbos fuiſſet, qui ſterile matrimonium experti, malignitati fortunæ, ſiue potius Dei voluntati orbitatem imputarent. Vnde quod Plinius dixit, Panegyr Locupletes ad tollendos liberos, ingentia præmia, & pares pœnæ cohortantur, pauperibus, educendi vna ratio eſt bonus princeps, non intelligo quicquam attinere ad orbos illos locupletes, qui ab hæredipetis captabantur, quo tempore orbitas Romæ in ſumma potentia, Plin.libro decimoquarto, & in eximia autoritate fuit. Etſi enim inuitamenta ad liberos tollendos vxores habentibus poſita eſſent, illud tamen quod habet Plinius pares pœnæ, &c. orbis accommodari nolo, qui non niſi tantum a relictis arcebantur; vt mox enarraturus ſum. Cœlibes autem & illi qui numquam vxorem duxiſſent, & illi qui defuncta vxore ſine matrimonio vixiſſent; cœlibes dicti Suetonio, Claud. 26. Galb. 5. ſunt illi ipſi locupletes, de quibus Plinius cogitauit: Pares enim pœnæ, id eſt, commodorum quæ obueniirent auctiones cotidianæ, illos ad nuptias contrahendas, & liberos ſuſcipiendos inuitabant, pungebant, & excitabant, quo ſenſu pœnæ nomen vſurpant Vlpianus, & Triphoninus, l.ſed ſi § vlti. D. ad Senatuſconſ. Maced. l.vigeſimaſecunda. §. vltimo. D. de his quæ vt indig. l.ſi is qui. de vulg ſub. ita quoque a Iulio Paulo acceptum autumo. Illis autem cum facultas non eſſet capeſſendi quæ iudicio, & voluntate defunctorum meruiſſent, dum ſignis beneuolentiæ, relictis quamplurimis, amici grate preque fidem amicitiæ facerent, alios plerumque ſupponebant, ſi quando illicite legatum fiſco applicari vererentur, quos tacitam fidem interponere, accommodare, tacitum miniſterium ſuſcipere dicebant Latini Prudentes. Nec conturbari debemus, in coniectatione noſtra de orbi capacitate, citato ſcripto Tertulliani, qui non neſcius e nullius teſtamēto cœlibes honorari poſſe, orbos item e vxorum teſtamentis quandoque ſolidum capere non poſſe, alluſit ad incapacitatem ex teſtamentis hominum, loquens de teſtamento Dei. Porro cœlibes e teſtamento vt ſolidum non capiebant, ita nec partem relicti, ſolidum enim capere, l. 60. D. de conditio. & demonſtratio. ſolidum relinquere, ſicut in ſolidum. l. 17. §. vltimo. D. ſoluto matrimonio. condemnari, ſolidum beneficium conſequi, ad ſolidum pretium. l. nona. D. quæ in fr. cred. teneri, ſolidum. l.prima. C. de bo.mater. dominium habere, ſolidum ſoluere. l.18 D. ſoluto matrimonio. pro toto & integro dicimus. Sed qui totum capere non poteſt, non ideo partis eſt capax, vnde non capienti indigno ablatam ex aſſe hæreditatem, integrum legatum, totumque fideicommiſſum legimus. l. 1. 2. D de iis quæ vt ind. Senſere tamen gratiam abrogatis legibus factam cœlibes illi, quibus dono Dei Opt. Max. continentia tributa fuit, edita conſtitutione a filijs Conſtantini. 1. C de infir.pœn.cœlib qua legum antiquarum vinculis continētes a re vxoria liberati ſunt & per omnia maritis (non tamen patribus) exæquari ſunt: at illis, vt pote qui ſolidum capere plerunque ex alienis teſtamentis ſolebant. Orbi enim mariti ex teſtamentis amicorum honore illo relicti, quem tanti vel ipſe Octauius Cæſar facit, Suet. Augu 66.l.nec adiecit. D. pro ſocio.l. 10 de piſt. C. Theod.l. 36. D de exc.tut. quique ob merita conferri ſolet, indiſcriminatim afficiebantur, dum leges non prohibebant. Sed illis ex ſupremis vxorum non ſemper ſolidum capere licuit, ſicut neque fœminis orbis e virorum teſtamentis. Caſus autem complurimi præſcriptio legis Iuliæ & Papiæ e corpore ſcriptorum Vlpiani in Epitomen, titu. 16. collati ſunt, quibus fuit ius ſolidi capiendi inter virum & vxorem, quos illinc ſibi quiſque promet. In præſenti duntaxat ad nos attinent quæ in ibi de liberis ſic ſe habent: Si filiū filiamue communem habeant, aut quatuordecim annorū filium, vel filiam duodecim amiſerint, vel ſi duos trimos, vel ſi tres poſt nonum diem amiſerint, vt intra annum & ſex menſes etiam vnus cuiuſcunque ætatis impubes amiſſus, ſolidi capiendi ius præſtet. Item ſi poſt mortem viri intra decē menſes vxor ex eo pepererit, ſolidū ex eius bonis capit. Quæ hic coniunctim recito, neque particulatim executurus ſum de iure vnius liberi matri, vel de iure duorum aut de iure trium, patri ſimul & matri conceſſo: licet in alijs ex ordine commoda diſtribuno, nobis ſat familiaris ſit. Verum priuſquam explanem ſententiam Vlpiani, inueſtiganda legis eſt ratio, quæ ſolidum capere coniuges prohibuerit, nec niſi enumeratis certis caſibus conceſſerit. Equidem moribus receptum l. 1. 2 3. D. de don.int.vir. apud Romanos accepimus, ne inter virum & vxorem donatio valeret, niſi ex certis cauſis, vt puta mortis l. 6. §. vl. & ll. ſequ. eod. l. 39 de mort. cau. don. quo eſſet coniugibus ſtudium animos pignoribus natorū potius quam donis & muneribus colligādi. Ad cuius recepti iuris exemplum lex Iulia cōiuges orbos, Vlp. inſt. tit. 15. præter decimā matrimonij nomine capere ꝓhibuit ex eorū teſtamentis: & cum è iure vulgato viui non niſi rarentur ſibi inuicem donarent, cauit lex illa ne ſe inuicem captarent morituri In eo tamen fœcunditatis rationem habuit, quod ſi ex alio ante contracto matrimonio liberos ſuperſtites habuiſſent,

ſent, dum coniunx decederet, præter decimam bonorum omnium, quam matrimonij nomine cepiſſent, totidem decimas pro numero liberorum accipiebant: quam rem ius vnius aut plurium liberorum parentes, primum ſenſerunt. Item ſi communis filius aut filia poſt nonum a natiuitate diem exceſſiſſet e viuis, parentibus decimam adijciebat, & poſt nonum diem duo filij filiæve mortui, duas decimas adijciebant illi, quam matrimonij nomine alter coniugum a deficiente percepiſſet. His decimis adiectis Ius liberorũ proditur, quod habuiſſe vxorem illam oportet dicere, cui maritus bonorũ ſuorum decimam, & mancipia, & ſpecies argenti quas expreſſerat, annulos, & veſtem, &c. apud Scæuolam. l. qui vxori. D. de au. & arg. leg. legauit: alioquin relictã pluſquã potuiſſet vxor capere, ſibi fiſcus vindicaſſet, nec de his vxoris & hæredis contentio, niſi inutiliter Scæuolæ propoſita fuiſſet, cum ea in illicite relicto vtilius multo ſe Officio nuntiaſſet. l. 1. C. de his q ſe defer. Th. & Iuſt. & apud acta detuliſſet, vt partẽ illiciti electura, quæ integrum oppoſito fiſco amiſiſſet. Ita decimarum obſeruatio fecit antiquis, ne quod extraneis ac ſæpe ignotis donatione ſucceſſioneq; tribueretur, coniuges obtinerent. l. vlt. de leg. hær. C. Th. adeo ſanctitatem fœderis coniugalis a viliſſima bonorum aucupatione retrahebãt. Ex his vero expoſui quid ſentiam de decimis, diſſentiens a Ioannis Britannici ad Iuuenalem, & a Cuſpiniani ad Euſebium, ſequiorumque traditione, qui volunt lege Papia cautum, vt ſi coniuges filios nõ haberent, totum quæ alter alteri reliquiſſet, pars decima fiſco applicaretur. Equidem melius fecerint illi, ſi finib. contenti ſuis, in alienas poſſeſſiones temere non irruerint. Enimuero in diuerſo latere Vlpianus decimam non a fiſco, ſed a coniugibus inter eos nominatim accipi ſcribit, Scæuola a viro vxori legari, & ſcitum eſt illud Trachali oratoris cõtra Spartalem, Placet, ait, hoc ergo leges diligentiſſime pudoris cuſtodes decimas vxoribus dare, quartas meretricib. Hoc amplius Honorius & Theod. AA. l. 2. C. de inf. pœn. cœl. inter virum & vxorem ceſſare rationem decimarum ex lege Papia, & quamuis non interueniant liberi, ex ſuis quoque teſtamentis ſolidum eos capere, niſi forte lex alia, puta Falcidia, imminuerit relicta, decreuerunt: quod ſi decimam fiſcus percepiſſet, inter ſuperſtitem e coniugibus & fiſcum, rationem decimarum, nõ inter virum & vxorem ceſſare præcepiſſent. Proinde conſtitutionis verba, ſi non ſpecialiter exprimunt, certe hoc ingenioſis indicant, ob liberos matrimonio ſuſceptos, coniuges ſolidum veteri iure cepiſſe, ſicut ante illos Cæſares Conſtantinus magnus. 7. de nauic. C. Th. edictum Claudij, Suet. Claud. 18. renouans, nauicularijs conceſſerat, vt vacantes a lege Iulia & Papia, etiam nullis interuenientibus liberis, & viri ex teſtamento vxorum ſolidum caperẽt, & ad vxores eorum integra voluntas perueniret. Itaque vt iam Vlpiani mens aperiatur, peruenere parentes ob Ius liberorum ad capacitatis priuilegium, & liberam teſtamenti factionem, ſicut ipſe ille loquitur, qua alteri ex alterius teſtamento ſolidũ & integrum capere licuit, nec vt illicite relictũ, ſuperſtes parens liberorum, ſicut orbus, quod teſtamento meruiſſet, amiſit. Ius autem hic liberorum in vtroque parẽte ſimile fuit & idem, vel ob liberos ſuperſtites, vel ob amiſſos. De illis vnicus filius communis vnicave filia ſuperueniens morienti ex parẽtibus, fecit alterum ex defuncti teſtamento ſolidum capere poſſe, qui non niſi bonorum partem decimam ſine iure liberorum matrimonij nomine percepiſſet, fiſco cæterũ in quo plus decima relictum fuiſſet, vindicante. Ius vero quod vnicus importauit, a pluribus quin auctum fuerit, nulla dubitatio eſt. Amplius tamen quiddam accepi, vbi fœmina e coniugibus ſuperauit, quæ licet orba tempore mortis mariti fuiſſet, ſi ab eo tempore intra decem menſes filium filiamue peperiſſet, ius ſolidi capiendi habuit. De liberis amiſſis item vnicus profuit, ſi impubes filius aut filia intra ter ſenos menſes a contracto matrimonio deceſſit, vel ſi pubes filius natus annos xiiij. vel filia xij. obierit. Quo iure ſi filius vnicus, vnicave filia, pubes, impubeſue, parenti viuo ſolatium capacitatis attulit, multo magis idem ius ob duos treſve liberos antiqui parentes vſurpaſſent, at ex duobus filijs quemq; triennio vixiſſe voluerũt, etiamſi nouem dies cuiuſque liberorum trium ſuffecerint. Fuerunt hæc quidem recepti iuris, ſed differentiæ diuerſitatiſq; ratio nos, vt vetera pleraque, fugit. An nõ æquius vel lex Iulia, vel eius interpretes, analogiam ſecuti fuiſſent? Si intra annum ſexq; menſes poſt celebratas nuptias filium vnicum deceſſiſſe oportuit, profuturum alteri ex parentibus, alteri ſucceſſuro, nonne conquieuit ratio, quæ patres fœcũdos vel matres proliferas præmijs afficiebat, in duobus ſuſceptis liberis, quorum quiſque nono menſe deceſſiſſet? Quid ergo cauſæ fuit, quod triennio quemque ex duobus natis ſuperſtitem oportuit? Et tenebris tantis, ait Lucretius, clarum extollere lumen quis iam poterit, neſcio. Multa ſine dubio antiquitati danda ſunt, cuius reliquias venerantur literarum amantes. Itaque ius liberorum Datiuum parentibus ad ſolidi capacitatem profuit, item & ad eius exemplum, Impetratiuum: ſed infra de poſteriore. Prius in hac ſpecie fere explicatum eſt quod tandem non neceſſarium Honor. & Theo. AA. exiſtimauerunt, cum recepto cœlibatu, nemine ad liberorum ſtudium coacto, ab orbis nuptiarum infelicitate, natos requirere iniquum cernerent, quos cœlibibus remiſiſſent. Vnde ſic habet eorum conſtitutio, d. l. 2. de inf. pœ. cœl. Tantum igitur poſthac maritus vel vxor ſibi inuicem derelinquant, quãtum ſuperſtitis amor exegerit, non exinde fiſcus verendus fuit, cui qualiacunque matrimonij iura præponi ſanctius habuerunt. d. l. vlti. de leg. here. C. Th. Imperatores. Illi tamẽ Cæſares, qui rationem decimarum nominatim ſuſtulerunt, non primi fiſco parentes orbos præpoſuerũt: Conſtantinus enim iunior cum fratribus ante multos annos ad populum vrb. Conſt. ita edixerant. dicta l. 2. C. de inf. pœ. cœl. Nec vero quiſquam orbus habeatur, & propoſita huic nomini damna nõ noceant. Quam rem & circa fœminas exiſtimauimus, earumque ceruicibus impoſita iuris imperia, velut quædam iuga ſoluimus promiſcue omnibus. Quibus ex verbis non exaudias coercitos orbos notis, quas priores illi Cæſares, Cenſorum vſurpata poteſtate, infligebant, & exemplorum plena ſunt omnia, ſed duntaxat damna propoſita, ne orbis nocerẽt cautum edicto, non quod ante illud tempus diminutionem patrimonij, quæ damnum eſt, l. 3. D. de dam. inf. orbitas afferret, ſed cum præmijs coniugij maritus vel vxor gaudere prohiberentur, qui omnium bonorum communicationem & ſocietatem contraxerant nuptias celebrãtes, & nihilomagis ſi liberos non habuiſſent, plus decima e deficientis ſupremis non capiebant, amiſſione commodi quod teſtatoris voto meruiſſent, damnum pati dicebantur. Sic quoque nomen pœnæ in rubrica de infirmandis pœnis cœlibatus & orbitatis, ſuperius expoſui, vt ex Vlpiano. 2. §. quid ſi pater. D. ad S. C. Tertul. video matrem puniri, quæ filij hæreditatem capere ꝓhibetur, etiã ſi nihil ei de ſuo decreſcat aut diminuatur. Strictius tamen Modeſtinus. 2. §. 1. qui pet. tut. vel cur. de eadem & libertis filij defuncti ait, Ex his quidam damnum patiuntur, quidam vero puniuntur. Sed quamuis diuerſe puniri verbo vtantur autores, damnum patitur mulier, quæ legibus acquirere vetatur, & ita in edicto propoſita damna interpretor. Quod vero ſe orbitatis iuga fœminis impoſita ſoluiſſe edicto videri voluerunt AAA. fratres, ideo ſcriptum fuit, quod vbi leges exigerent liberos, mulieribus parturiendi pariendique conceptos onus erat, cum viri ante liberorum inſtitutionem non æque laborem impenderent: adeo, ne a viris in eas collata pudicitiæ præmia. l. prima. de bon. proſc. C. Theod. ſine liberis caperent, dura erant legum imperia, quod fortunæ caſus orbis non eſſent imputandi, vt latius alibi demonſtrabo. Sane leges, quarum dura imperia tollere ſe Cæſares aiunt, putẽ fuiſſe varia capita Papiæ legis. Illa enim orbas eorum, quæ in teſtamentis relinquerentur, ſemiſſe multabat, cum deforme ducerent liberos non habere, vt quidam retulerunt. Ex his ius vnici filij in decimis & ſolidi capacitate planum feciſſe mihi videor, obiterq; de iure duorum & trium per acceſſionẽ attig., quod repetitio tractationis admodum difficilis & inuoluta in ordine duorum aut trium, faſtigium ſine faſtigio peperiſſet. Promiſcue vero patris & matris hoc loco iura deduxi, quod eorum duram & iniquam ſeparationem leges l. 1. com. diuid. C. Theod. l. poſſeſ. & C. Inſt. exiſtimarint, & ita nobis materiæ dignitas & coniunctio viſa eſt quodammodo poſtulare.

De retentionibus ex dote, diſſoluti matrimonii ſpecies explicata, & in his ius unici filii gratia datum ex ueteri Iuriſprudentia. CAP. V.

Acceditalius fauor liberorũ, quẽ maxime pr̃ ſẽſit ante Cõſtantini legẽ de bonis maternis, quo tẽpore omnia quæ filijfamilias acquirerent. l. 1. ſi a par. quis manu. pr̃ ab eis ſibi ſuo iure vindicabat; ſenſit itẽ & poſtea, quo iure adhuc vtimur, ſaltẽ in vſufructu bonorũ q ad filios ex matris ſucceſſione peruenerũt. Dicam enim vxor inteſtata ſuperſtite marito functa, vel materfamilias, vel filiafamilias in patris poteſtate morit. Si materfamilias, aut orba, aut relictis liberis. Illo caſu fuit tp̃s, cũ maritus ob ius ſocietatis, & ob facultates cõicatas ĩ ſolidũ vxori ex ratione legis Regiæ ſuccederet: poſtea ſi emancipata fuiſſet illa, cui pater emãcipator ſupereſſet, vt manumiſſor, potior iure mariti fuit, in bonorum poſſeſſione ex edicto prætorum, at illo deficiente, maritus & agnatis & cognatis fuit potior. Quod ſi deficienti ſuperfuiſſent liberi cões, cu iure poteſtatis impediente incapaces acquiſitionis forent, pater rerũ quæ quondam vxoris fuiſſent,

ſent,per liberos ſolidum perfectumq; dominium accipiebat, in quo fauor & gratia illorũ,vel illius,ſi vnicus fuiſſet,diſcernitur. Sed vbi Conſtantinus Imperator l. 1. C. de bo.mat. decreuit res,quę a matre filijs omnimodo obuenirent,ad eorũ dominium pertinere, patri duntaxat relicto vſufructu,quod deinde ad omnia bona materni generis Arcadius.l.2.eod. & Honorius produxerunt,fauore liberorum tali caſu pater vſũfructum percipit,qui liberis orbus careret & proprietate, & vſufructu. Si vero filiafamilias in matrimonio decedit,aut ei nati ſuperſunt,aut liberis caret. Hoc caſu quam dotem pater dedit,ſalua eſſe debet,ait Africanus,cui Iulius Paulus fauet. d.l.vlt. D.rem rat.hab.l.17.ad Senatuſc.Mace.l.pater.de euic. l.6.de iure dot.l.7.ext.de pac dot.Iureq; ſuccurſum patri ſcribit Pomponius,vt filia amiſſa,ſolatij loco cederet, ſi redderetur ei dos ab ipſo profecta,ne filiæ amiſſæ & pecuniæ damnum ſentiret. Ita in libris Conſtitutionum principalium Alexander A.intelligit dotem ad patrem redire,qui ſic.l.13.C.de neg.geſt.4.C.ſol.mat.Apollonio reſcribit,Dos a patre profecta,ſi in matrimonio deceſſerit mulier filiafamilias, ad patrẽ redire debet. Hæc vero ita ſe habent,etiamſi filia non in poteſtate patris,ſed in hoſtium manu,ab eis intercepta moriatur: illam enim captiuitatis hora prima defunctam finxerunt Iuriſprudentes,& ita in ſacris deceſſiſſe,l.ſi ab hoſtib.D.ſol. matrimonio. vt patri repetitionem ſeruarent. Non tamen id eſt, quod repetat pater,ſi dotem dederit,& pactus ſit, vt mortua in matrimonio filia,dos apud virum maneret. Paulus enim putat.l.ſi pater. de pact.dot. pactum ſeruandum, etiamſi liberi non interueniant,cum placita ſeruari æquitas naturalis ſuadeat,etſi nulli ſuperſint ex coniugio liberi,quorum iure fauorabili gratioſus pater non retinet dotem, ſicut Martinus ille doctor antiquus exiſtimauit, ſed quintas ex dote duntaxat, vt nos Vlpiani ſcriptum docet. Hinc ab orba matre ad prolificam perueniamus. Cum defunctæ filiæfamilias eidemq; matri liberi ſuperuiuunt,aut pacto conuentum eſt,quid de tota dote ſoluto matrimonio fieri placeat,aut nulla conuentio niſi vulgaris dotis reddendæ adhibita interuenit. De poſteriore ſcitum eſt illud,matrimonium dirimi diuortio,morte,& ſeruitute filiæ,vel neceſſaria,cuius formæ ſunt,captiuitas & addictio pœnæ,vel voluntaria, vt pœnæ participatio: quæ licet propoſitu noſtri non ſint omnia, coniunctio tamen ſuggerit nobis morti cõſimiles ſolutionis ſpecies adiungere. Itaq; diuortio vbi matrimonium dirimitur,propter liberos retentio fit, ſi culpa mulieris aut patris,cuius ĩ poteſtate fuit, diuortium factum ſit: tunc enim,ait Vlpianus,Epit.tit.de dot.6.ſingulorum liberorum nomine ſextæ retinentur ex dote. Culpam vxoris aut ſoceri ex veteribus Conſtitutionet. l. conſenſu.l. vlt.§ inter culpas.C.de repud.explicant, vt ad mores referũt & grauiores & leuiores. Sed cum morum nomine, ſiue grauiorum ſextæ, ſiue leuiorũ octauæ,a marito retinebantur ante iudicium de morib.ſublatum,multo vtilior fuit propter liberos retentio,ijs partib.facta,quarum ſex dotem ſolidã abſumerent: non plures tamen,habet Vlpianus,quam tres ſextę in retentione ſunt,non in petitione, vt ſiue tres ſiue plures filij ſuperſint,tres ſextas duntaxat,& ita dimidiam dotis tantũ, iure liberorum retineat pater,dimidia namq; dotis maternæ ſatis fuiſſe videtur ad liberos apud patrem educandos,maxime ante conſtitutionem, C.diuort.fact. apud quem lib. quæ apud locupletiorem parentem,diuortio facto,liberos educari iubet. Illa vero retentione conſequebatur pater plures ob liberos ſextarum emolumentum,vel ob vnicũ ſaltem vnius ſextæ: cum adhuc iuris antiqui vigerent ex dote retentiones,quas ſeruari iuſſerunt in antiquitatis honorem Imperatores Honorius,l.2.§.vlti.de repu.C. Th. & Theodoſius. Sed Iuſtinianus retentionibus ſilentium tandem iniunxit, & vbi ob res donatas,ob amotas,ob impenſas,ob mores,retentiones ſuſtulit,propter liberos retentionem antiquauit,cum ex eo,quod naturalis ſtimulus patres ad liberorum educationẽ & curam ſine dotis maternæ ſubſidio ſatis moueat, tum ne varium culpæ genus mariti contra mulieres excogitantes, allecti commodo retentionis,ludibrio matrimonia haberent. Alia & Iuſtinianus,§.taceat. C.de rei vxo.act. quæ argumentum præbent eum non indiſtincte,& generaliter liberorum rationem,ad pop. Vrb.Conſtant.edita lege ſuſtuliſſe, vt circumſpecti quidam ex veteribus animaduerterunt. Morte vero ſoluto matrimonio,Vlpianus ſcripſit,d.tit.de dotib.mortua in matrimonio muliere,dos a patre profecta, ad patrem reuertitur,quintis in ſingulos liberos in infinitum relictis penes virum: verbi gratia,ſi c.in dotem data reſtitui oporteat, maritus vnici filij nomine, xx.duorum,xl. trium,lx. quatuor, lxxx.retineat,& quinque filiorum nomine,aſſe dotis in quintas diſtributo,c.ipſe eorum nomine percipiat, ſocero penitus excluſo: ita vt a quinario citerior filiorum numerus, eorum auo materno det locum,in reliquo retentis quintis repetendo,& vlterior faciat ne quicquam ex dote ad illum reuertatur. Quæ ſi fideliter retulit epitomator Vlpiani, non vſquequaque Martini ſententia vera fuit, licet contra ius ſcriptum conniuentia & errore primum introducta, cauſam inueteratæ conſuetudini dederit, a primis illis temporibus renaſcentis Iuriſprudentię. Inde tamen notandum illud, tunc maxime, cum filijfamilias proprium non haberent, patrem in hac ſpecie commodum Iuris liberorum percepiſſe, qui dominus quintarum fieret,quas filiorum nomine percipiebat. Sed & poſt Conſtantini legem de rebus maternis, illorũ vſumfructum pater habuit: multis namque poſt annis in dote reddenda retentiones ex veteri iure ſeruari Iuliano A. l.a. de dotib. C.Th.placuit. Quæ ita conijcio fuiſſe: niſi proclinius ſit, quoniam filiafamilias non habet hæredem, licet vnum aut duos liberos pepererit, matrem eandemque filiamfam. in retentis quintis ex dote reſtituenda hæredes filios nõ habuiſſe, imo illas patrem fœcunditate ſua gratioſum Reipublicæ, iure liberorum inſolidum dominium & ex integro patrem fuiſſe conſecutum. Plane in noua legiſlatione hęc tacuiſſe & prætermiſſe miror Concinnatores: & certi proculdubio iuris ſunt,recepti non item, ideo nec quis adhuc ante ora patrum protulerit. Seruitute præterea ſoluto matrimonio tres caſus exequendi ſunt,vt quorum alterutro nupta deſinit eſſe mulier, ſiue capiatur ab hoſtibus, ſiue deportetur, ſiue ancilla fiat. Capta vxore maritus degens in ciuitate, poſt tempus legitimum licentiam habuit ad alias migrare nuptias. l. vxores. D. de diuort. ait Iulianus, ita tamen vt diſſolutum matrimonium bona gratia, id eſt. l. nona. C. de repud. l. 14. D.qui & a quibus manum. communi conſenſu tam viri quã mulieris, & vnanimi voluntate videatur, dum ſibi vnuſquiſque ius ſuum habeat imminutum. Exinde igitur nullum Ius natorum, nulla ob liberos retentio fuit, nec eſſe iam nũc poſſet, ſed integram pater captiuæ potuit repetere dotem. Deportata mulier ſi in animum induxerit a marito diſcedere, autore Marcello Calliſtratus.l. quinta. D. de bono.damn. ait, tunc de dote patrem acturum. Ancilla item maiore viginti annis filiafamilias facta, & ita ſoluto matrimonio, idem dicetis. Ego vtrobique arbitror retentionem quintarum in ſingulos liberos locum habuiſſe, non enim plus agenti patri ꝙ propter mortem hoc caſu reſtituitur, vt Iulio Paulo. l. ſi qs lic. D. ſoluto matrimonio. placuit, filia vero mortua, vt diximus, quintæ liberorum nomine retinebantur. Sed hæc omnia magis ingeniorum excitationem, & interpretamentum Prudentium habent, quam exercitationis forenſis, luciſve publicæ documentum. De illo prius omiſſo, ſi dictum fuerit quid ſoluto matrimonio de dote fieri placeat, ex pactis conuentis, quæ ante nuptias vel poſt nuptias interponi ſolent, alia ad ius, alia ad factum pertinent. Quæ factum & voluntatem reſpiciunt, veluti, vt mulier aliunde quam ex re viri ſe ſuoſque alat tueaturue, vniuerſa onera ſua expediat, donec nupta ſit, nihil a patre petatur, aut vt certa ſumma viro præſtetur, & is vxorem alat, item his ſi quæ pacta ſimilia ſunt, valent. l.4.§.vlt. l.11.eat. l.20. D.de pact.dot. vt ſi quidem viuo patre deceſſerit filia, aut ſine culpa diuerterit, omnino dos peti non poſſit. In tali caſu ſi liberorum nomine pater vti retentione velit, non poteſt, neque enim qui non habuit prius, anteave tenuit, retinere dicitur. Quæ vero pacta ad ius pertinẽt, aut ius commune lædunt, aut minus. Lędunt fere hæc, ne ob mores agatur, vel plus vel minus exigatur, ne ob res amotas, vel donatas, ne ob impenſas neceſſarias agatur, ne dos omnino non reddatur. l.quinta.12.16.eodem. in quibus & ſimilib. non vtique voluntas contrahentium ſeruatur. Non lædunt hæc, vt citeriore die dos reddatur, & priore tempore quam legibus eſt conſtitutum: vel vt plus aut minus quintis in ſingulos liberos retineatur: maritus enim, cuius præmio & emolumento ad educandos liberos retentio quintarum cedit, poteſt fauori ſuo renuntiare, vtpotè liberis tollendis ſine retentione ſuffecturus. l.7. l.20.§.5.codẽ. item & pater, qui dat dotem, legem rei ſuæ poteſt, quam voluerit, dicere. Ad hæc ſpectat reſponſum illud ex viij. Quæſtionum Africani: Pater, cum pro filia dotem daret, pactus eſt, vt ea mortua, vno pluribuſve ex eo matrimonio ſuperſtitibus liberis, deducta tertia patre, reliqua dos ſibi, aut, ſe mortuo, filijs nec emancipatis redderetur: vt pactis ſubijci ſtipulationem, Pau.2.ſent. tit. 22. oportuit. In eo mouit patrem ad eam legem dicendam, quod cerneret nupturæ liberos ex nouo matrimonio ſuſceptos, ſi plures fuiſſent, dotem ſolidam exhauſturos, vbi quintas detraherent. Superiore quoque addendus ille caſus eſt, quo dotali inſtrumento, Calliſtrato referente. l.ſi dotali. D. ſoluto matrimonio. ita ſtipulatio interpoſita fuit, vt liberorum nomine dos apud maritum reſideat, vbi nepotum quoq; nomine dos retinebitur, ſicut enim dotem totã & integram percepturus pater, d.l.12.de pac.dot. nullis a filiafa. relictis liberis

ſibi conuentione præiudicauit, ita quoque liberis ſuſceptis a defuncta filia, potuit ſibi in dotis parte quintarum reliqua ſibiipſi nocere, ſiue defunctæ filij, ſiue nepotes ex filijs ſuperſint: omnes enim l.220. D. de verb. ſign. in infinitum deſcendētes, liberorum appellatione continentur. Illo quoq; reſpicit conuentio, qua apud Papinianum l.26 cum inter. de pac. do. inter ſocerum & generum, vt in matrimonio ſine liberis defuncta filia dos patri reſtituatur, id actum intelligitur, vt liberis ſuperſtitibus filiæ defunctæ dos integra retineatur, ita ne ſeparetur dotis additamentum, quod principalis dotis iure cēſetur. Ad idemque ſpectant ſpecies illæ, quæ in prætorum Iuniani & Petronij l.a & 30. eo. cognitionem inciderunt, & alia multa, quæ voluntate duce, & diligentia comite, iuris ſtudioſus conſequetur. His caſibus fauor liberorum magis ex facto & induſtria & contractu patris, quam ex iure natorum cernitur. Ego vero quod putaui in retentionibus explicandis iuris eſſe veteris aut noui, & ad ius vnius filij, & conſequenter plurium attinere, mihi videor ſatis abunde exquiſiuiſſe.

De vnico liberti, deq; operis impoſitis, & impoſititiorum differentia. CAP. VI.

Caſus item iuris vnus hic eſt, quo filium ob vnicum gratioſe & fauorabiliter onus patri remittitur, ex verbis legis Iuliæ de maritandis, quæ retulit Iulius Paulus, l. qui libertinus. D. de oper. liber. & nos infra ſubiungemus. Cum igitur e iuſta ſeruitute ſeruus manumittebatur, illi patronus operas, donum, munus, aliudue quicquam libertatis cauſa imponebat, quæ dare, facere, pſtare libertus ſtatim factus ſolemni ſtipulatione, l. vt iuriſiur. §. iurare. 1 & a eo. tit. l. vlt. D. de liber. cauſa. vel iureiurando pmittebat ſ... is patrono ſuam deuinciebat fidem: de quo ſi habuerit filium aut filiam, ait lex, Quinquennē, liberabitur operarum obligatione, ſiue officiales, ſiue fabriles impoſitæ fuerint, vt ſunt, indefinita, dum legem refert, Iuriſprudentis verba. Sane quamuis operas in libris huius ſtudij, Zaſius Reſpon. 1. cap. 3. nu. 40 officiales per excellentiam interpretetur, & explicet, conſulioſq; veteres locupletiſſimos teſtes proferat ad faciendam interpretationis fidem: aliter multo ſe res habet, cum operæ generaliter imponuntur, aut inducuntur: tam. n. fabriles, quam officiales exaudiendum eſt impoſitas indictaſve fuiſſe, l. oper. ę. 1. d. l. vt iu. §. iurare. 2. l. eius artificij eo. ti. Zaſ. ibid. nu. 31. & 32 quod ipſe Zaſius non improbat. Nolim autem fallaci teſtimonio errorem Accurſij confirmare, Gloſ. l. 4 5 6 & 7. eo tit. l. ſi non ſortem. §. libertus. D. de condit. indeb. cum ſub operarum nomine incertas quaſdā operas paſſim exaudit, vocabulo in Operarum quæſtione legib & prudentibus inuiſo. Hinc obligationis operarum, tam fabrilium quam officialium, quæ generaliter impoſitæ fuerant, generalis quoque fauore quinquennis vnigeniti apparet liberatio propalam ex verbis legis. Quæſtione tamē vna & altera, ſcrupulis, qui male haberet ingenioſum, ex animo euellēdus eſt: primoq; videndum cur potius in quimatu, quam in bimatu, trimatu, aut quadrimatu filius in ſacris paternis ſuperſtes, patri operarum obligationis liberationem proſit. Equidem iure ciuili in annis numero diſcriminandis, ſpecieque non diſſimili, poſitiuam quandam iuſtitiam Accurſius Gl. l. r. §. pueritiam. D. de poſtul. comminiſcitur, cuius commentum Aldobrandino ad §. 1. de excuſat. tut. Inſti. placuit, illi, cui rātum ab Italis tribui, & a doctiſſimis concedi ſcio: ego vero de illa iuſtitia nihil ſtatuo, qui exiſtimarim hunc de multis vnum eſſe caſum, quo mens quidem legis Latine ſcrētibus perſpecta eſt, eius vero ratio vix legiſlatori nota, nulli præterea cognita. Sed rationes omnium, quæ iure ſunt conſtituta, nec reddi nec inquiri oportere ait Neratius. l. non omnium. l. & ideo. l. minime. d. de legibus. nec quæ certi receptique iuris ſunt, mutentur, aut ſubuertātur: & huic ſimiles caſus obſeruauit quāplurimos noſter Vacca, ad d. l. non omnium. præſes Prouinciæ Venayſſinæ, in quibus ſatis ſuperque ſit dicere, quod Vlpianus alibi l. proſpexit. D. qui & a quibus. dixit, Ita lex ſcripta eſt. Sequens quæſtio intercidit, an pater libertus, quinquēnis filij gratia, ſicut ab operarum, ita a doni & muneris obligatione liberetur, vt operis legis gratia exolutis cętera non deſiderentur arg. l. ſæpe ita D de verbor. ſign. Iulia lex duntaxat operarum meminit: tum bona occaſio erit, liberationem a dono & munere, vt Pædius dicebat, l. nam vt ait, de legib. interpretatione ſupplerit maxime cum operarum vel naturaliter patrono debitarū, l. ſi non ſor. & § libert. de ↄdic. inde. obligatio diſſoluatur, quę nexum quendam fortiorem, ſtrictumq; multo magis quam aut doni aut muneris promiſſio, continet. Nihilo tamen minus ius aliud in operis, aliud in dono & munere dixerim. Siquidem libertus memor beneficij a patrono accepti, gratum in illum animum munificentia teſtaturus, donationem ob patroni meritum, at ſine alia expreſſa cauſa (ne ſibi ipſi repugnet Vlpianus) l. inter donum. de verb. ſign. l. nec adiecit, pro ſocio. in ſe recipit, & promittit, itemque munus & donum, cum expreſſa cauſa vtroque dono, recipiens libertus, & recepta perſoluens, quæ fuere a patrono libertatis cauſa impoſita, genus liberalitatis exercet. & vt ſymbolo gratitudinis, fidem patrono facit animi obſequentiſſimi. Quo ſenſu ea verba Iulij Pauli accipienda, vbi donum aut munus, quæ liberti præſtant, non donari ſcribit, quando rem ſummi pretij libertatem pro his ante a patrono acceperunt. l. quæ liberti. D. de donatio. Ne igitur Prudentes liberalitatem auerſarentur, a liberto ſiue orbo, ſiue patre, omnimodo promiſſum donū, munus, aliudue ſimile impoſitū exolui voluerunt. Diuerſum autem ius ideo non operis eſt, quod laboris manuarij tractū, tædium, & moleſtiam vt plurimū contineant, l. 1. & 3. de ope. lib. primum impoſitæ, vel libertinas perſonas onerarent, & pmerent; quæ ſi fauorabiliter iure vnius nati priuilegiario, & ſingulari, a tabulis, rationibuſque, patroni circumductæ, & cancellatæ ſunt, fieri non poteſt interpretatione noſtra, l. ius ſingulare. de legib. l. ſi vero. § de viro. ſol. matrimonio. vt ad cōſequentias producantur, in quibus ſimul cum ratione verba Iuriſprudentis defecerunt.

De filio unico Latini & de iure Latij & Ciuitatis. CAP. VII.

Similis quoque adijcitur vnici filij fauorabilis ſpecies, ex iure veteri quidem illa, ſed eo, quod non minus in hæc ſtudia incumbentibus, quam ius nouum tenendum eſt, propter reliquias antiquitatis venerandæ, §. illud. Nouell. de appel. §. 1. Inſti. de teſtam. & iuris vtriuſque cognitionem. Vlpianus autem huius gratiæ autor eſt patri, vbi in Inſtit. Tit. 3, de Latinis. ſic ait, Liberis ius Quiritium conſequitur Latinus, qui minor xxx annorum manumiſſionis tempore fuit. Nam lege Iunia cautum eſt, vt, ſi ciuem Romanam vel Latinam vxorem duxerit teſtatione interpoſita, quod liberorū quærendorum cauſa vxorem duxerit, poſtea filio filiave, nato natave, & anniculo facto, poſſit apud Prætorem, vel Præſidem Prouinciæ cauſam probare, & fieri ciuis Romanus, tā ipſe quam filius filiave eius, & vxor, ſcilicet ſi ipſa Latina ſit. Porro ſciendum eſt hominum ditionis Romanæ, alios fuiſſe ciues, alios ſocios & fœderatos. Illi ius ciuitatis habentes, quod Vlpianus Quiritiū vocat, maxime ſi cum ſuffragio. Ad Trāq. Aug. 46. honoris cauſa dato, ſiue in Vrbe, ſiue in Italia, ſiue in Prouincijs eſſent, magiſtratus creabant, petebant, leges ferebant, iudicia faciebant, in cēſum deferebant, & ſi voluiſſent Romæ habitabant, ius connubij & in filios poteſtatis habebant, iure q; gentilitatis, agnationis, togæ, militiæ, & ſimilib. vtebantur. Plin. Trai. x. epiſt. Proxima infirmitas. Socij vero & fœderati moribus & legibus proprijs plerumq; viuebant, quo iure Latiū prius vſum, & Prouinciæ tandem, vbi in eas vſq; propagatum, & eis communicatum fuit. De illis familiares hiſtoriæ ſunt: de his videamus quid ſubſeruiat ſpeciei noſtræ. Ego reperio veteres Latinos nec Pop Rom. legib. obſtrictos, neq; eorum iure vſos fuiſſe, & qui ex fœdere effigiem quandam & vmbram ſocietatis retinerent, neq; ius connubij, nec patriæ poteſtatis habuiſſe, nec ius capiēdi ex teſtamēto, nec teſtamentū faciendi, fortaſſe nec contra leges propriæ ciuitatis teſtarentur: hiq; tandem Latini Colonarij dicti. Ad eorū inſtar. l. 1. C. de lat. lib. toll ſerui, qui a domino Bonitario, Verſ. qui tantū. de libert. tit. 1. Inſti. Vlp. non etiam Quiritario, id eſt, qui in bonis haberet, non item ex iure Quiritiū, vel qui a domino inter amicos, verſ. hodie aūt. verſ. eadē lege. eo. etiam maiores xxx. ann. manumittebantur, vel qui minores xxx. annis vindicta, aut domini teſtamento liberi fiebant, cū obeſſet lex Iunia Norbana eorum integræ, ex omniq; parte perfectæ libertati, inter ciues Romanos ius ſimile priſco illi ſociorum nanciſcebantur, & nomine communicato Latini dicti, ad Colonariorum diſcrimen, a lege Iuniani fuerūt. Inde Latinus (Iunianū vero ſemper leges exaudiunt) excluſus iure ciuitatis, vel potius ad id nūquam admiſſus, & quod omniū maxime mouit, ſeruus patroni moriturus, ius illud Quiritium proprium ciuium Romanorum conſequi ſtudebat, & ad id variæ patebant viæ. Beneficium, principaleve reſcriptum, militia inter vigiles triennalis, nauis frumentaria, iteratio manumiſſionis, item & mulieri trinus partus, viroq; filius vnicus, ſi quid Vlpiano credimus. Ad rem vero is ait, Lege Iunia cautum eſt: de minore lex Iunia Norbana loquitur, at idem fuit iuris in maiore, puta dum in bonis tantum eſſet a domino manumiſſus, qui ex Senatuſconſ. Largiano, tu ſcilicet, liberis ius Quiritiū & ciuiū conſequitur. Amplius habet Vlpianus, teſtatione interpoſita, q̄ mentis declaratio eſt apud acta magiſtratus facienda, qua ſe libertus profitebatur non

niſi ſobolis procreandæ cauſa vxorem ducere, eoq; animo quem in Athenienſib. Solon Plutar. eod. deſideratuerit. Plane teſtationem putem non ſine iudice factam, cum interuenire iuramentum debuerit ab ipſo magiſtratu, ad quem ex lege notio pertinebat, deferendum. Deinde ſubijcit, Nato natave quo dubitationem tolleret eorum qui verba legum verentur producere, etſi familiare id prætorum interpretibus fuerit, totoq; iure receptum, maris nomen & fœminam continere. l. ſed etſi. §. hoc. S. C. D. ad Maced. anniculo facto. Oportuit quoq; annum exceſſiſſe. l. anniculus. 1. & 2. de verb. ſigni. filium aut filiam, quem natum natamve non ſuffecit, ſed per anni ſtatium ſuperfuiſſe, licet pauculorum dierum non nocuiſſe putem interſtitium, quod alterius quæſtionis, l. qua ætate. D. qui teſta fac. poſſ. nec huius ſpeculationis eſt. Obſeruandum tamen hic eſt, annum cœptum, pro exacto non haberi: quod in alijs iuris Romani partibus magno vſui eſſe poteſt: l. non putabam. D. de cond. & demonſtr. qui filium. ad Trebel. l. ad rempub. de muner. & hon. & ex ijs apertum fit, quo pacto Latinus pater vnius filij gratia ius ciuitatis nanciſcatur, quod & matri communicatum eodem fauore fuiſſe arguūt illa, & vxor ſcilicet, ſi & ipſa Latina ſit. Nam (inquit Vlpianus) ſi vxor ciuis Romana ſit, partus quoque ciuis Romanus eſt, ex Senatuſconſult. quod autore D. Adriano factum eſt: recteque illud interuenit S. C. Status enim controuerſiam mouiſſet, & partui negotiū faceſſiſſet lex Menſia, quæ ex alterutro peregrino natum deterioris parentis conditionem ſequi iubet, ti. 5. §. connubio. eodem referente. At peregrinos pro Latinis quidam exaudiunt, in reatu peregrinitatis ex Claudio Suetonij: 16 ſed magis eſt, ne obſit nato lex Menſia, cū multum inter Latinos & peregrinos eſſe conijciam, ex eo quod copula coniungat apud Vlpianum, d. titu. 5. §. connubium. ſi Ius connubij impetrandum ſit, quodq; peregrini no amplius legibus ſuis vtentes, *ἀπόλιδες*, & ſine populo ſint, Latini vero ſtatum qualemqualem retineant: ex quibus natus conditioni matris accedit, ſic vt ex ciue Romano patre, d. tit. 5. §. ex ciue Rom. qui Ius connubij (a pontificibus fortaſſe, vel deinde Boet. 2. Topic. Cic. a principibus qui fuere Pont. Maximi) nō poſtulaſſet, & matre Latina, Latinus erat proculdubio: & illo caſu matri natus non acquirebat, neque ſibi ipſi ius Quiritium, quoniam ter enixam oportuit Latinam ad ius ciuitatis conſequendum, vt in tempore demonſtrabo. Equidem ſi Latinus fuiſſet pater, & mater ciuis Romana, neq; filio, neque matri Latini patris minor ſtatus nocebat: naſcebatur enim ciuis Romanus, ſed & patri ius Quiritium quærebat ex Senatuſconſ. dicente Vlpiano, ſi ciuem Romanam vel Latinā vxorem duxerit. Vbi vero & mater & pater erant Latini, patri, matri, ſibiq; & poſteris quærebat natus ciuitatem.

De vnico Decurionis filio, & obiter de Decurionum origine. CAP. VIII.

Supereſt alius caſus, quo filius vnicus prodeſt, eo memorabilior, quo in eius cognitione plurimum antiquitatis latet. Iſque de Decurione eſt in difficili ſatis obſcuroq; poſitus, vt Decurionatus tractationem cum politiæ veteris imagine veneranda, a luce & ciuium oculis Tyrannorum imperia remouerunt. Præcipiendum ergo, & ante conſtituēdum eſt, ad vrbis inſtar in colonijs plebem a patribus diſcriminatam, l. a. §. in filijs. l. honores. §. is qui. D. de decurio. & ad exemplum Senatus ampliſſimi ordinis Decurionum ordinem (quem & Senatum dictum in lege Pompeia de Bithinis ad Traianum Plinius. Lib. 10. epiſto. cautum eſt. ſcribit) in ciuitatib. orbis Romani, ex decima parte colonorum conſilij publici gratia cōſcribi ſolitum fuiſſe. l. pupillus. §. decuriones. D. de verb. ſigni. a Triumuiris, quos S. P. Q. R. creabat ad colonias, aut Latinorum, aut Ciuium deducendas: cumq; in colonijs veluti in ſpeculo, effigies Reipublicæ Romanæ cerneretur, ſimulachrum quoddam Senatus in illis, & demum in municipijs, ex Decurionum ordine fuit, quod licet Pompeius in lege de Bithinis nomine Senatus ornaſſet, Curiam minores poſterique dixerunt, & Decurionib. a Curia, nomen Curialium indiderunt. De illis videbit ſtudioſus quid alij: interea quod inſtat, agamus. Si Decurio adminiſtrationis, aut ſuffragijs emendicatis, quæ ſunt Ianitores dignitatum, ad Senatorium ordinem peruenit, orbus filijs & ſolitarius non poluit in tam honorifico dignitatis gradu conſiſtere, & glebæ ſenatoriæ breuib. eximendum Valentinianus, Valens & Gratianus AAA. conſtituerunt. l. 74 de decur. C. Th. Iniquum enim ducebant eū inter Senatores ſplendere, qui honorib. proprijs ſtudens, patriæ ſedes vacuas, & parens genitaleq; ſolum deſereret, cum eius vice ciuica munera ſubiret nemo, aut patriæ, ſi quando foret opus, auxiliaretur, & hac ratione Curialem a Senatu mouendum iidem AAA. reſcripſerunt, niſi ius gladij vel præconum habuiſſet, id eſt, ſublimem quandam eminentia poteſtatem, libero meroq; imperio fulgentem, quam Vacca noſter eſt, ad l. illicitas. §. qui vniuer. D. de offi. præſ. proſequutus. Tu idē putes, ſi faſces habuerit Decurio, non Duumuiratus, ſed maximi cuiuſdam magiſtratus, vt proconſule, aut legationis cū imperio proconſulari, vel niſi Prætor, aut Tribunus plebis ſiue defenſor ciuitatis fuiſſet: vel per multos annos Senatui antiquitate participaſſet, vel clariſſimatus dignitate potitus, & Senator ſuperfuiſſet ante xx. annos a Conſtantij x. & Iuliani III. conſulatu, tanta fuit antiquitatis autoritas & prærogatiua, ne diuturnitatis ratio negligi videretur, l. 88. eo. ti. C. Th. vel quæ vltima exceptio eſt, niſi filium, vnicum ſaltem, ſuſtuliſſet. Is enim ſolus in cauſa erat, cur pater nec gradu deijceretur, nec in curiam rediret, in quo Ius liberorum verſatur, & cernitur, cum filij gratia, patris ſalua & illæſa dignitas eſt, & a curiæ moleſtijs eiuſ immunitas tributa. Ad hæc duo notanda ſunt, nec tranſcurſu prætereunda, vt maxime ad rem pertinent, primum, quod patrem Senatorem creatam, muneribus & honoribus propriæ ciuitatis ex ordine functum oportuit, ſecus erat legibus. l. 29 l. 58. & 65. l. 94 & 184. ibid. C. Th. ad Senatoriam clarttatem vetitus aſcenſus, & interclusa via. Alterū eſt, quod filius ille, vnicus fortaſſe, debuit natus ſuperſteſque fuiſſe antequam pater e Decurione Senator crearetur, ex eoq; tempore in curia loco patris ſubrogati, periculo honorum fortunarumq; patris curiæ munera ſubiturus. d. l. 74. quamuis non ſatis ſciam, impubesne filius ante xxv. ann. (qđ tempus curiam ingreſſuris legitimum fere fuit, vt voluere l. CC.) l. non tantum. D. de decur. l. ad rempub. de mun. & hon. aggredi Reipub. adminiſtrationem, patriſq; locum in Repu. ſubire, & munera eius vice obire potuerit. Hæc ex alijs. l. Lucius. § Imperator. ad munici. autoribus alias, interea non minus libenter quam expoſitiones profeto dubitationes meas. Ad ſummum illa duo neceſſaria fuere, ſi locū ſibi voluit Decurio inter Senatores facere, nomenq; (vt aiunt Cæſares) glebæ Senatoriæ breuibus dare, quam nihil aliud putem, niſi matricem, chartam ab alijs dictam matriculam, cui Senatorum nomina, aliquandoq; cenſus addebantur, ſimulq; quid ſoli, quod poſſiderent, cauſa, ab eis æquo iure perſolueretur, ſub penſionis glebalis verbo. Eam vero mox explicaturus ſum, & ex parte Decurionatus quæſtionem, ſi quid magiſtra lectione & obſeruatione didici.

Ad ius duorum liberorum quæſtio. CAP. VIIII.

His duntaxat caſibus, ſi filium ob vnicum legū fit gratia patri, de qua mentionem habuimus (nec amplius vllo caſu ſcio in libris tum iuris veteris, tum noui, Ius vnius filij reperiri tributum, alij ingenio meliore nati, feliciore induſtria plura fortaſſe) nihil magis parentibus duorum pluriumve natorum concedendum videtur. Iuris namque ciuilis antiquiſſima eſt regula, Coniuncta illa inutilia, quæ ſeparata nihil proficiunt. Exemplo eſt Diocletiani & Maximiani conſtitutio, l. a muneribus. C. de decurio. qua reſcribunt a muneribus decurionatus nec ſententiam præſidis, prece vel præmio eblanditam, nec annos quinquaginta, nec podagræ valetudinem excuſare. Simile eſt ex Opinionib. Vlpiani. l. 1. §. vlt. D. de vac. mu. in eo, qui lxv. annos natus, tres liberos habet, & a muneribus ciuilib. in Prouincia non liberatur, & qui plures excuſationis cauſas habet, quæ per ſe auxiliū non ferrent, nihilominus, eas ſi iūgat, proderūt aut iuuabūt, autore Modeſtino. l. 15. § *ἰστέον* de excuſat. tutorum. Sic imperfectæ diuerſæ vacationis ſpecies, licet permiſtæ, ad excuſationem non valent, vt Seuerus. l. 1. C. qui num. tutel. & Antoninus Pompeiano reſcripſerunt. Quonam igitur modo cum Ouidiana Byblide quærentes, an quæ non proſunt ſingula, multa iuuent, plurium liberorum nomine fauores ob ſingulos denegatos conſequemur? Tres tutelæ aut tres liberi in Vrbe ciuem excuſabant, l. 2. §. vlt. l. 3. de excu. tut. vbi duo filij cum tot tutelis vacationē non præſtitiſſent. Verum hoc ſimilitudini ſpecierum tribuendum eſt, quæ ſi ſingulæ conſimiles in vnum coaleſcant, concurſus earum vtiliter & ſpectabitur, & proderit, vt non uno loco elucidauit Accurſius, ſcriptor ingenij iudicijq; dexteritate, ſi ſeculi ſui peccata cernimus, non leui honore proſequēdus. Quare in vacatione parentib. concedēda, p̄miove adipiſcēdo, licet vnius liberi rō niſi tatēter admodū nō habeat, ſi cū vno alter, aut plures cōiūgant, videamus quid dicēdū ſit.

De duob. liberis Decurionis: ſubinde de auro coronario, & glebali præſtatione. CAP. X.

Equidem ſicut vnitas numerus dicitur non eſſe, ſed numerorum

merorum origo, primusq; numerus indultate cernitur, ita licet vnius filij gratia nulli fere, niſi admodum pauci, fauores telari fuerint, a ſingulorũ tñ in vnũ cõiunctione & connẽtu parẽtib. primũ incipiũt adiumẽta & cõmoditates importari. De ceteris caſus nobiliſſimus eſt huiuſmodi, ſi Decurio filiũ vnicũ ſuſtuliſſet, & eo ſupſtite curiæ maneribus perfunctus, in collegium ordinis ampliſſimi perueniſſet, patri quidem in Senatu locus erat, at filius curiæ functionibus adſtrictus, non poterat ſe filium Senatoris prædicare, & à numero Curialium exilire, quamuis pater ſe ad curiæ munera regreſſurũ reciperet, filiũ in Senatorũ ordinẽ ad legi ex voto poſtulãs, vt l. 74. l. qa ſplẽdidiſs. de decu. C. Th. Valẽt. Valẽs & Grat. conſtituerunt Quod ſi ei (aiunt iidem de Decurione patre) gemina vel numeroſa proles erit, tunc diſcrimen adhibẽdũ eſt, vt de duobus eius liberis ac pluribus, ſortiendi vnius filij ad collegium Senatus habeat optionem, ita vt ei qui cum patre, vel poſt patrem ad cõſortium Senatus legetur, diuiſio eũ fratrib per ſortem ſucceſſionis patrimonij idonea ſolius glebæ ſubſtantia congregetur. Ita duorum filiorum patri ex ijs vnum a curiæ oneribus eximendi, & ciuem patriæ vtilitatib. auferendi facultas olim iam olim fuit, cum Senatus minores in colonijs Romanorum, municipijsq; vigerent. Neque parui aut pretij aut põderis eſt, filium e βιλ꜆ coloniæ & paruę plerumque ciuitatis, in ſummum conſilium vrbis maximæ, patriæq; communis, & e Decurionatus honore municipali in Senatoriæ claritatis faſtigium eminentiſſimum, adeo vt Imperatorij. l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt. corporis pars efficeretur, potuiſſe extollere & prouehere: extollere, inquam, in culmen honorificentiſſimum iuris & autoritatis ampliſſimi illius ordinis, cui annumerari. l. ius ſenat. C. de digni. l. t. de exhi. reis. C. Th. Imperatores non dedignantur. Sane qui de filijs in Senatum lectus erat, patre diem functo, fratribus ſorte patrimonium diuiſuris, honoris, vt ita dixerim, cauſa, in fidem grati erga cæteros animi, ex ſubſtantia patris duntaxat, qđ ad glebam ſenatoriam exoluendam, & iuſtum cẽſum ſufficeret, percipiebat, vt reſcriptum AAA. interpretor. Verum ſi portio quandoq; minor Senatori in diuiſione paternæ hæreditatis obueniebat, cũ honore commodum ex alio latere ſentiebat idem, qui in ampliſſimum ordinem cooptatus, & municeps eſſe deſibat, & a muneribus vacabat. l. municeps. D. ad municip. l. honorem. D. de mun. & hono. fortaſſe quia honorem ſuſtinenti munus non imponebatur. Sic ab originis & curiæ moleſtijs liberatus, aurum coronarium principio. l. 3. de au. coro. C. Th. munus voluntarium (quod vt venitur de gramine ad aurum obſoleta laurea, in aureis corollis, ſigniſq; diuerſis, aut alia non diſſimili materia. l. 4. & 6. eod. Spartia. Adria. Gellius. 5. cap. 6. triumphalis honoris cauſa, Imperatoribus mittebatur, non vt quibuſdam placet, in nummis coronatis) deinde pro bonorum facultate, vt onus neceſſariũ poſſeſſoribus a Valentiniano & Valente. l. 2. & 3. eod. tit. imperatum, ad eum nihil quicquam attinebat. Senatores enim, præterquam glebariæ præſtationis, cæterarum omnium functionum exortes erant, vt ijſdem Cæſaribus. d. l. placuit, cum ordines curiarum admoniti. d. l. 4. 5. & 6. C. Th. l. t. C. Iuſti. eod. aut ex conſuetudine veteri, animis Auguſtę Maieſtati fauentibus, in indulgentiarum lætitia, rebuſve proſpere geſtis, de proprijs facultatibus, vt conſuetudo mater eſt obligationis, ad collationem auri coronarij cogerentur. Admonebantur autem Decuriones & Satrapæ, vbi neceſſitas vrgeret, & illis princeps ex arbitrio pecuniam, quanta opus erat, imperabat, vt captiuis, quibus ob gratiam vitæ factam, pretium redemptionis iure militari, a victoribus olim imponebatur, quo iure adhuc vtimur, & vtrumque aurum ſubinde coronarium dictum Seruius Maurus ad Vergilij viij. Aeneid. annotauit. Interea dum aurum & ſimilia Decuriones & poſſeſſores pẽdebant, glebalis duntaxat præſtatio pro agri menſura, annis ſingulis a Senatoribus, non item a bulentis. l. 138. de decu. C. Th. primum (licet ius in eo. Conſtit. 186. Th. de decu. mutatum) ſoluebatur, nimis & collationis genus, pro ſolo impoſitum & datum, quod Solatium cum Vlpiano. l. vlt. §. præterea. D. de muneri. l. 2. §. ſi quis. D. ne quid in loco. rectius Cæſares nuncupaſſent. Senſere tamen cum tempore Senatores poſſidentes gratiam conſtitutionibus factam, primumq; intra Italiã ſi poſſiderent ex reſcripto Arcadij & Honorij AA. ad Theodorũ PP. his verbis. Conſti. 4. de indul. debit. C. Th. ab omni intra Italiam ingatione, quam munere annonariæ functionis abſoluimus, etiam glebalem penſionem iubet Serenitas noſtra ſemoueri. D. id. Sept. Med. Baſſo & Philippo Coſſ. Deinde & ſub eodem anno, qui vltimus eorum imperij fuit, capientes exemplum de Italicis iidem Cæſares, ab omnibus perſonis, rebus ac prædijs onus glebarum aboleuerunt, edita conſtitutione huiuſmodi, In. p. Arcad. & Honor AA. l. 2. de præt. & hon. præt. C. Iuſt. Glebam vel follem, ſiue vij. ſolidorum functionem, ſiue quamlibet huiuſmodi collationẽ, ſi circa pſonas, quã circa res ac prędia funditus iubemus aboleri, vt oĩs hmõi ſopita perpetuo conquieſcat exactio. At his verbis nullus dies ſubijcitur, nulli Conſules ſubiunguntur, ſuperſcriptio tamen conſtitutionis, eoſdem qui & ſuperioris ſunt, huius autores facit, & quò me inclinat coniectura, eo me dare ſi velim, hanc poſterius recitatam, ediuam quoque ab ijſdem Auguſtis epiſtolam dixerim poſterius, ne poſt generalem principum affatum, emiſſum ſpeciale ſuperfluo & inaniter exiſtimetur. Vnde liquidò cognoſcitur, quantopere dignitatem Senatoriam fautrices leges adiutarint, & quantis eam commoditatibus honorauerint, quas & pater Decurio & alter ex filijs eius ſentiebat in Senatum adſectus.

De duobus liberis libertini; explicatum legis Iuliæ caput de operis impoſitis, obiterq; de infamibus & onerata libertate, varij Iuris autores in varijs elucidati.

Cap. XI.

Alius caſus eſt, quo pater duorũ liberorũ leges propitias experitur, ſi libertinus, de quo ſupra mentionem feci, duos aut plures filios habeat, quorum fauore libertatis cauſa impoſitas operas lex Iulia remittit, his verbis, l. 37. D. de oper. libert. Qui libertinus duos pluresue a ſe genitos, nataſue in ſua poteſtate habebit, præter eũ qui artem ludicram fecerit, quiue operas ſuas, vt cũ beſtijs pugnaret, locauerit, itemq; qui eorum operas, donum, munus, aliudue quicquam libertatis cauſa patrono, patronæve, liberiſve eorum, de quibus iurauerit, vel promiſerit, obligatuſue erit, dare, facere, præſtare debet, etſi non duos eodem tempore in poteſtate habuerit, ſed vel vnum quinquennem, liberabitur operarum obligatione. Ita ex lege Iulia de maritandis ordinibus, cui Alexander A. reſcripto ad Minutium l. nec patronis. C de oper. libert. ſubſcripſit, liberto duo liberi proſunt: de quibus ait lex, genitos, nataſve, ſi vera eſt lectio libri Florentini, quam vtilitatis gratia probarim, ne opus ſit legem interpretatione ſuppleri, quæ maſculinum genus ad fœmininum trahit, adeò vt fœminæ, ſicut maſculi, patri liberationem procurent. Adijcitur in lege, in ſua poteſtate habebit. Vnde conſequens eſt, amiſſum iam filium ad operarum, quæ poſtea imponuntur, diſſoluendam obligationem non prodeſſe, contra quàm Iulianus d. l. 37. §. 1. & §. ſequent. & Pomponius exiſtimarint: at ex verbis legis nouiſſimis ſciendum eſt duos filios aut plures patri, eos in poteſtate habenti, ſed & illi qui habuerit, commoditatem abſolutionis importare, quod Alexander eo reſcripto ad Minutium ſignificat magis quàm exprimit, & lex Iulia ibi, etſi non duo eodem tempore in poteſtate habuerit. Verùm quod ait lex, præter eum qui artem ludicram fecerit, non otioſum eſt, qui enim poſt ludos ſcenicos & ludiones ex Hetruria, vt in vii. refert Liuius, acceitos, artis ludierę, pronuntiandiue cauſa prodijt in ſcenam, ſpectaculũ ſui præbiturus, ſiue illa in publico priuatoue fuerit, loco paſſim & ſine delectu ſpectandi cauſa homines admittente, l. 2. §. vlti. de ijs qui not. infam. famæ notam inuſſit. Ideoque vt noui hominis libertini filios artificijs liberalibus inſtruerent, & à ſordidis miniſtriſque voluptatum auocarent, quod ad amplitudinem patronorum quodãmodo pertinebat, conijcio lege Iulia ſcenicos, vt pote famoſos, ius liberorum patri non procuraſſe, qui ſui iuris in eos exercendi negligens fuerat, & diſſoluta negligentia, qui filium cum viliſſimis l. humilem. C. de inceſt. nupt. ſcenicis conflictantem non vetuiſſet, ex libertino obſcuroq; genere natum, eo humiliorem & ſordidiorem voluiſſe videbatur. Idem dicendum ex lege, de eo qui operas ſuas, vt cum beſtijs pugnaret, locauerit, nihil enim quicquam patri proficiet ad impoſititias operas eleuandas, & ius duorũ ſupplendum, quoniam qui pretio operam locantes, venalem ſanguinem habent, & quæſtus cauſa cum feris in certamen deſcendunt, vel produturi mercede conueniunt, duntaxat, nec in publicum exeunt, vt ait Vlpianus, l. 5. §. item ſenatuſc. D. de poſtul. l. 2. §. vlti. de ijs qui not. infam. ex Senatuſconſ. ignominiæ & infamiæ labem a ceruicibus auertere non poſſunt, vel eo ſolo, quòd vitæ periculum, ſi ſpes nummuli refulſerit, ſubire non verentur. In hac ſpecies is qui ſolummodo conuenit, etiam notatur infamia ex Senatuſconſulto, quod edicto de infamibus negatum mirantur Patritij doctores, ſed de ijs prætor l. 3. de ijs qui not. infam. loquutus eſt, qui in ſcenam prodierint, facta, non voluntatem, conſilium, aut cogitationem arguens. Senatus autem decreti verbis, Vlpiano referente, operas locari ad feras depugnandas prohibuit, ideò non modo pugnæ factum non vetauit, ſed etiam conuentionem de pugna, & conſenſum qui locationem perficit. Nihil autem edicto repugnans

Senatus

Senatus decreuit, nihil aduerſum ſtatuit, ſed duntaxat addidit, & infamiæ vela explicauit. Quod ſi pro patriis factioſi quidam adhuc obſtinatiores reniuntur, nec facile manus dant, dum rationem diſcriminis ex Apollinis adytis quærũt, & cur tam variè? inquiunt: amplius ipſi viderint, ita leges ſcriptæ ſunt. Illud quæſitum ſcio, dicta l. prima. §. quid ſi depugnauit. an qui non pretio aut mercede, ſed Satrapæ cuiuſdam magnifici prece, vel in illius gratiam gratuito, & voluntaria opera virtutis ſpecimen oſtenſurus, vitam in diſcrimen dubij certaminis coniecit, & vt arenarius in amphitheatri cauea, quam arenam vocant, cum feris depugnauerit, infamia quoque notetur: quod nuſquam relatum eſt, nec vnquam receptum: ludicra enim miniſteria in pugna nulla ſunt, ludicræ artes nullæ, ſed virtutis duntaxat ſignificatio, & quoddam elucens ſimulachrum. Itaque famæ notã inurit, qui ſanguinem, vim, ne quid amplius dicam, nummo venalem exhibet, non qui ſe pugnæ periculo ſubijcit: de quo & toto genere pugnandi implicato illo, & non paſſim ab autoribus explicato, eleganter Aurelius Caſſiodorus Variarum libro quinto. De illo vero qui pretio operas locauit, aliter enim locatio non l. ſecunda. D. locat. ſubſiſtit, Iulia lex tantum loquitur, de illo qui ingenij & ſtudij gratia pugnauit, nihil in lege ſcriptum, nihil expreſſum, nihil ſignificatum eſt, eoque, lege deficiente, omiſſum interpretor. Adeo vt, quemadmodum legis Iuliæ verbis a ſupplemento iuris duorum, aut trium non auocatur, qui (ante venationem ab Honorio. l. prima. de venat. fera. C. Theod. ad Maurianum Com. Dom. prohibitam) locauerit operas vt feras venaretur, aut regioni nocuas occideret, & ita cum illis pugnaret, ſic neque illum, qui virtutis cauſa pugnauit, remouerim, niſi. l. prima. § 1. denique. D. de ijs qui not. infa. ſe in arena honorari paſſus fuiſſet: tunc enim infamiæ nota afficitur, virtute locum præmio & muneribus concedente. Ex iis philologus, niſi patiatur ingenij aciem hebeſcere, ſubſiſtens paululum, dubitationem proferet in ſuperiori, an is duntaxat, qui opera locata, ludicræ artis cauſa prodijt in ſcenam, infamis fiat, an & is quoque qui gratis & ſine mercede exijt. Illud proculdubio eſt. l. ſecunda. §. vltimo. l. 3. illo titu. edicto prætoris & prudentum reſponſis firmatum & cõſtitutum: hoc a conſultis veteribus prætermiſſum eſſe miror, verum idem quod de alio caſu diximus, argum. l. palam. §. rectiſſi. de ritu nupt. &, niſi φλαυτία fallor, bona ratio eſt, cum enim artis ludicræ, & virtutis gratia in publicum & in ſcenam exire, pugnantia diſcernat Vlpianus. l. quarta. illo titulo. qui ſe miniſterijs ludicris & ſcenicis officijs maculauerit, non poteſt virtutis ergo ſe proditum cauſari, ne notetur infamia. Nihil igitur impedit & eum edicti verbis contineri, ex eo. dicta lege ſecunda §. ait prætor. & l. prima. eod.

Qui in ſcenam prodierit, infamis eſt, & ex lege Iulia patri libertino, ad ſupplendum ius duorum inutilẽ dicere. Amplius, ſi iudicio interpoſito veram lectionem comperi, habet lex Iulia, itemque qui eorum operas donum, munus, aliudue quicquam, &c. non filiis libertinorum cogitans, qui impoſitiua libertatis cauſa promiſiſſent (neque enim potuiſſent ſine iuſta manumiſſione exuere vincula ſeruitutis, & fuiſſent parentibus colliberti,) ſed ex libertinis illis duntaxat lex repetit, qui liberos ſuſtuliſſent, in quorum gratiam caput legis id eſt. Itaque ex libertinis qui donum, operas, munus, aliudue ſimile, dare, præſtare, facere libertatis cauſa promiſerit, iurauerit, obligatusve fuerit, quod amplius ſupra ca. ſexto. explicuimus, iure duorum gratiam impoſitorum, ſaltem operarũ, ſentiet, ad quas tenebatur patrono, patronæ, liberiſve eorum. Sed nõ ſine myſterio liberorũ meminit lex. Nouit enim Iulius Paulus. l. filiusfa. D. de iure patr. l. ſi conſenſit. et l. nepos. de manu. ſeruus peculiares a filiofamil. iuſſu patris manumiſſos, ex patrisfamilias & patroni voluntate, filio manumiſſori cæteriſq; liberis, qui in eiuſdem ſacris ſunt, operas & ſimilia promiſiſſe: ideoque ait idem, dicta lege 37. §. nihil autem. nihil intereſt vtrũ ipſi promittat patrono, an eis qui in poteſtate eius ſunt: de liberto loquens, cuius obligationem diſſoluere Iulia lex voluit, ſiue patrono, ſiue liberis patroni promiſiſſet, quibus ex ſponſu, & a liberto data fide, emolumentum & commodũ omni caſu patri quærebatũ. l. prima. D. ſi quis a pat. & ea eſt Iulij Pauli aptata ad verba legis interpretatio. Quod ſi per patiẽtiam eruditiorum liceat (liuidos enim, quos mihi nimiũ multos ſcio, aut nihil, aut flocci facio) apertè ſententiam dicere, de qua iudicabunt ipſi, poſt veteratorem callidum & in arte prudentem, nouitius non verebor petita, neſcio an exorata venia, legis Iuliæ illa verba patrono, patronæ, &c. cum alia explicatione referre, quæ curioſis & ſtudioſis, proferente me, multis placuit. Solebant autem priſci de ſeruis liberos facturi in lege manumiſſionis quandoq; libris ipſis duntaxat, operas, donum, &c. ſtipulari, nec tabulæ liberorũ meminerant, quãdoq; itẽ liberorum mentionem interponere, ſi quid lectione aut obſeruatione Conſultorum, videor poſſe meo iure quodãmodo vindicare: in quorũm equidem conſuetudine notanda niſi plurimus fuiſſem, nunquam hæc perſequendi mentẽ ſubijſſet cogitatio. Illo caſu Caius l. cũ patron §. cũ libertus. l. 7. §. ſi liberi. D. de oper. lib. obligationẽ liberti ad liberos patroni profert, & explicat, ſi patri hæredes per ſe nec per alium extiterint, nec æqualitas hæreditariarum partium ſpectabitũ in impoſititijs a liberto conſequendis, imo ex quãtulacunq; parte factus filius hæres ſit, idem dicitur, cũ filius imaginaria quædam l. vbi. C. de impub. §. 1. Non. de iureiu. à mor. perſona ſimul ſit eum defuncto, ne opus ſit dicere, homines plus ſæpè, q̃ ſui, poſteritatis amantes, non ſibi ſolis, ſed & hæredibus ex voto cauere, ſicuti veteres Conſulti coniecturis præſumpſerunt, l. ſi necel. §. de vend. D. de pign. act. l. ſi pactum. de prob. & nos re ipſa cernimus, modo nihil repugnatus in contrarium agat. Quod ſi liberos patronus in ſtipulatione adiecerat, in eo non ſimplex vtilitas fuit. Primũ enim per filio, quaotum l. dominus ſeruo. l. qđ dicitur. de verb. obli. legib. permittitur, ſtipulans, ſibi ipſi acquirit quæ iuris ſunt, quæq; in commodum patris vergentia acquiri patri poſſunt, vt ſunt operæ in peculio filij impendendo, & qđ peculium augeat donũ, munuſue, &c. Deinde ſicut liberorum filiorumq; nomine l. nomen filiarum. de uerb. ſignific. natos etiam patre mortuo poſthumos exaudimus, & patronus ſibi & poſt mortem ſuam, liberis operas, donum, &c. ſtipuletur, & libertus ſpondeat, l. ſi quia operas. D. de oper. lib. l. quidcunq. § ſi qs ita. de verbo. oblig. vtilis actio in libertum patroni filijs competet, licet ei hæredes non exiſtãt, ait Vlpianus, & ita obligatio liberti contrahitur cum patrono, patronaue, liberiſve eorum, vt ego quidem interpretor, de cuius abſolutione duorum liberorum fauore ex lege Iulia contendimus. Remora tamen latet in vltimis verbis legis, etſi non duo eodem tempore in poteſtate habuerit, &c qiũ in eius finitè libertino ab impoſitorum obligatione exiſtẽti, neceſſe eſt filios in manu & poteſtate habere. Sciendum igitur pro veterum ſtudio, ne deficeret multitudinis ſoboles, in calce legis gratiam factam etiam ijs, qui filios in ſacris non retinuiſſent, adeò vt & habentib. in manu & non habẽtib. l. q liberos ſuſtuliſsẽt, lex æque fauerit, vt initio diximus, & ita Alexander ad Minutium (aut illum non intelligo) legem intellexit, reſcribens, l. nec patronis C. de oper. liber. Qui duos filios in poteſtate vel diuerſis temporib. habuit, l. Iulia de maritandis ordinibus, obligatione operarum liberatur, & ſicut in tutelæ l. 2. §. ἀριθμ. D. de excu. tut. remiſſione patri procuranda filios in ſacris non exigimus, ita nec in operarum obligatione iure liberorum tollenda. At vero in tutelæ remiſſione ſuperſtites filios oportet, dum tutela defertur, nec ante mortui proſunt, autore Modeſtino, quod in ſpecie noſtra iure diuerſo receptum eſt, adeò lex libertinis fauit. Obiter autem prius animaduertendum eſt, à ſeruis manumittendis exactum iuſiurandum, quo ſe operas, donum, munus, &c. domino, alijve, eius voluntate, ſi liberi fierent, præſtaturos promittebant, non vt obligatione, ſed vt religione adſtricti, poſteaquàm ſui iuris eſſe cœpiſſent, iurandi neceſſitatem haberent, ſicut ait Venuleius, l. vlt. de lib. cauſ. l. ſi de ſeruo teſta. de man. teſta, dũmodo incontinenti, cũ manumiſſus eſt, aut iure, ait promittat ſeruus, ne libertinus & nouus homo factus, ex animo religionem eximat, qua ſe tãgi cum tempore obliuiſcatur, libertinus, inquam, qui ex poſteriori vel iureiurando, vel ſponſione obligabitur. Ita ſi prudens & cautus paterfamiliæ à ſeruo iuſiurandum exigat, ſtatim poſt manumiſſionem curabit iurare libertũ factum, vt obligetur, ſin minus, vt parum diligens dominus erit, quia nemo coget libertum poſt interuallum operas, etiam licitas promittere, l. operis non impoſ. D. de ope. liber. l. 1. §. in ſumma. verſi. ſed ſi poſt. qua rer. act. non det. nec impoſitas principio, ne promiſſas, in arbitrio liberti eſt, cùm recuſare poſſit, an ſe obligari patiatur; quod ſi iuret poſt tempus, obligabitur, d. l. vt iuriſiur. §. iurare. 1. & iureiurando ad præſtationem, iure licito, non onerandæ libertatis cauſa impoſitorũ, deuincietur, quo ſenſu Vlpianum Venuleio conciliandum ſemper duxit alij & peritiores, ſi pugna eſt, viderint. Ad rem ergo. Si antequam ex interuallo operæ liberto conſentienti imponantur, idem liberos amiſerit, vbi illum impoſitionis pœnitebit, proficient filij amiſſi ad impoſititia eleuanda, vt ex Iuliano. d. l. 37. § amiſſi. & §. ſequen. Paulus ait. Sed etſi vno amiſſo obliget ſe libertus, deinde alter naſcatur, multo magis ait idem ex Pomponio, amiſſum huic iungi, vt duorum liberorum iure abſolutio fiat, vſquequaq; enim verum eſt illum duos filios in poteſtate habuiſſe. Ideoque poſthumus liberti hæredes patris, qui ad impoſititia tenebatur, non releuat, quoniam (inquit d. l. 37. §. poſthumus. Iuriſprudens) proficiſci liberatio à liberto debet, nec quiſquã

poſt

poſt morte m liberari intelligi poteſt. Inanis autem eſſet ex caſu mortis impoſitorum abſolutio, vt ſemel locus ſuboſcuaus eluciderur, & a liberto inuiiliter proficiſceretur, originemq; duceret, cùm mors exemplis magiſtris, & Plutarcho, Conſolator ad Apollonium, fautore, laborum, doloruui, ſolicitudinum, curarum & onerum ſolutionem & liberatiónem afferat, quæ, vt ait Nouella, omnia diſſoluit: ſitq; libertus ab impoſititijs & à cuſtodia corporis liberatus. Hinc gemios, diſt. 37 §. ea lege. initio legis pro filijs natis, non pro poſthumis, vt libertino illiusq; hæredibus proſint, accipimus. Iuuabunt autem ad operarum impoſitionem eleuandam, non ſolùm futurarum, ſed etiam præteritarum, licet iam per iudicem petitæ fuerint: omnium enim, vt ex Iuliano, d. 37. §. non ſolum. Paulus, abſolutio fiet, niſi condemnatio earum nomine ſequuta ſit, quoniam iam quaſi creditæ, argu. l. fabriles. eodem tit. fient ex litis æſtimatione, id eſt, ex condemnatione, pecuniam, nec operas officiales, aut fabriles libertus debet: qui caſus neque propalàm verbis legis, neq; ſententia continetur. Vnum penè præterij quod minimè fuit prætereundum: ſi ſeruus & ancilla manumiſſi fuiſſent, adactiq; ſacramento ad impoſita ſuſcipienda, & eo momento, quo manumiſſi operas, nequid imminens ſit contra legem, d. §. in ſumma, iurare deberent in poſterum ſe præſtituros, liberta marito colliberto ſuo duos filios peperiſſet, etiā ex incontinenti operarum, quas libertus promiſiſſet, abſoluenda fuit iure duorum obligatio. Idem dicendum, ſi ſtatim ac manumiſſus eſt libertus, impoſititia iuret, aut promittat ſe ſoluturum, deinde liberos ſuſcipiat: illi enim a præteritis, ſi quas debet, & à futuris operis iure duorum liberatio continget. Nec debet libertus, qui iurauit, moueri religione iuriſiurandi, quod à Iulia lege remittitur, vt Tyberius, Sueto. eod. 35. Cæſar equiti Romano iuriſiurandi gratiam fecit. Id enim lex ſeculi inter Veteres, l. ſexta, ext. de iure patro. l. vlt. ad municip. Roma. conſil 437. nume. 10. & conſil. 14. Guido Papa, deciſio. 178. & 194. potuit, quod nos Apoſtolicæ & Pontificiæ tribuimus, vt noluere Sacratiſſimi Galliarum Principes omnia pro ſuo iure agere, vtiue iurè poteſtatis. Porrò quod ait lex Iulia, liberabitur operarum obligatione, explicat Iuriſprudens, vt etiam fideiuſſori proſit, l. 44. de oper. liber. l. quoties quis. de verb. oblig. gl. l. ſi quis pro reo. de fideiuſſor. qui operarum obligationi accedens illas præſtari ſe curaturum promiſit, liberto in præſtandis moram faciente, iure & iudicio agendus: nemo enim eſt, qui neſciat ſublato principalis rei nexu, acceſſionem fideiuſſionis tolli ea ſententia legis, vt Paulus ſcribit. At Iulia lex fideiuſſoris non meminit: nihil item de eo ſignificauit: magis tamen eſt, vt propalam, abſoluto operarum obligatione liberto, ex conſequentia dicamus abſolutum fideiuſſorem, qui obligatione ſua viribus ſubſiſtente, exolutum mandati iudicio, l. ex mandato. l. qui fide. D. manda. l. Iulian. § primo, de verbo. obligatio. à reo debendi recuperaret, quem operarum obligatione, ſola rogatio tali caſu non liberáſſet, & ſi parui refert, pronnus libertus patrono cogatur dare, an per interpoſitam fideiuſſoris perſonam, cùm ſit legis propoſitum in huiuſmodi impoſitorum liberatione reo ſuccurrere, arg. l. primę, §. exceptiones. §. ſeq. qua. rer. act. non det. niſi fideiuſſor quoque obligatione eximatur, non ſeruabitur eius voluntas. Verùm ſi operarum obligatione, iure vnius aut duorum libertus eximitur, videamus ne non idem ſit, cùm disiunctim operas, aut in ſingulas certam ſummā promiſit, q. p. lex Aelia, Sētia. l. vlti. §. is qui. qui & à quib. ma. dicta. l. adigere. §. qui ſtipulatur. non vetuit, & à quantitate, ſicut à facto, liberatio erit, quod & verum eſt, ſi ſponte ſua libertus ob venditionem operarū mercedem promiſerit. Solebat autem principio inter patronos & libertos cōuenire, vt aliquid pro operis præſtaretur, quod Seuerus & Antoninus reſcripto teſtati, l. 1. C. de oper. libert. ſunt, at conuentio, quā negotium componeretur, à generali in aliud nomen, argu. l. primę, conuentio. & ſequen. de pact. non tranſibat: pretium itaque pro operis conſtitutum, non poterat ex anonyma conuentione peti. Deinde fuere qui de operis certo pretio conuenirent, & venditio fiebat operarum, cuius meminit quędam Antonini Cęſaris, l. 4. C. de ope. liber. ad Valerianum conſtitutio: (neq; enim venditioni verba conſtitutionis, d. l. nec patronis. Alexandrinæ reſiſtunt, nec patronis pro operis mercedem accipere licet, quorū ſenſus eſt, non licere patronis, cùm ſint in facultatibus, & libertorū operis vti poſſint, l. patronus, eo. eas alijs locare, vt libertus incōmodent, cuius ex Iuliano ſententię Zaſius eſt, reſpon. c. 3 nu. 50. & ego ſum.) Igitur ſi libertus volens, ſe in certam ſummam operarum vice fungētem obligauerit, cauendo legem, vt Ius quoque duorum interpretatione ei proſit, quòd videatur de operis obligatis, qui eorum pretium debet, ſuccedens loco rei, l. ſi rem & pret. D. de pet. hær. Vno tamen caſu exceptione iuris noſtri non erit opus, ſi cum ſponte manumiſiſſet patronus, pecuniam liberto imperauerit, puta maximæ cuiuſdam ſummæ, non quidem illam exacturus, ſed liberum exactionis metu iuſſurus quiduis ex præcepto ſuſtinere. Lex namque AElia Sentia reſiſtit obligationi onerandæ libertatis cauſa contractæ, ex eaq; actionem denegatā legimus, l. 1. §. quæ onerandæ. l. 2. §. vlt. quar. rer. act. nō det. l. 32. D. de oper. lib etiam ſi verbis decoris velans obuoluēſq; dedecus (quod, vt grauiſſimè Baldus ait, ad l. 2. §. vlt. D. ſi cer. pet. non impedit conſcientiæ teſtimonium) ſub operarum titulo, patronus grandem illam pecuniam ſtipulatus fuerit: id enim perinde contra legem fraude cogitata inductum licet cernere, vt ex Octaueno ſcribit, l. vlti. §. vlti. qui & a quib. ma. Terentius Clemens. Sed in hac ſpecie ad libertatem onere liberandam, arguere libertum onus & comprobare oportebit, cui ſe metu ſolo, vel nimia patroni reuerentia ſubiecit, & hoc eſt quod dixit Antoninus, d. l. 4. C. de oper lib. ad Valerianum, onerandæ libertatis gratia emiſſam eſſe cautionem probabitur. Id fit in iudicio, dum de cauſa certatur & ope exceptionis Onerandæ Libertatis cauſa, abſoluitur libertinus. Vtrobiq; vero ſcilicet, hoc caſu ob onus liberati impoſitum, & in ſuperioribus ob fauorabilem natorum cauſam, tollitur obligatio liberti. Sed & aliud commodum libertinis hominibus importatur, aut, quod magis eſt, eorum futuris hæredibus, quùm à partis petitione, quæ patrono in bonis liberti teſtato defuncti ex edicto debet, liberatio fit. Si enim operas per iudicem exigat patronus, vbi libertus de Iure liberorum excipiens, cauſa cognita, vt par eſt, iudicio vicerit, obligatione operarum dimiſſus, liberam teſtamenti factionem aſſecutus eſt, & contra illius tabulas patronus præteritus bonorum poſſeſſionem non habet, minusq; partis ab inteſtato petitionem, ſicut à Papiniano, d. l. 38. & 41. de ope. lib. l. 38. & 37. de bo. lib l. ao de iure patr. l. a. C. de bo. poſſ. contra tab reſponſum, & à Modeſtino ſcriptū eſt, quodq; Anaſtaſio A. placuiſſe video. Quoniam electio, quæ patrono manet iure ſuo, aut partis bonorum poſſeſſionem petendi, aut libertatis cauſa impoſita, exactione & petitione operarū conſumpta fuit. Itaque nihil eſt quod ea liberti ſucceſſione patronus ſperare poſſit, etiam ſi non per iudicem petierit, ſed impoſitas operas delegauerit, vt mox dicetur: eo enim exegiſſe Domitio Vlpiano l. verbum exacte. de verbor. ſignificatio. placet.

Quando Ius natorum liberto inutile ſit, & de operarum delegatione, deque expromiſſore & reis pluribus debendi: Pomponij ſcriptum enucleatum.

Cap. X I.

His conſequens eſt dicere, non vſquequaq; libertinum ob vnum aut alterum filium liberari, cùm duos caſus Iulius Paulus exceperit, d. l. 37. §. ſed ſi creditori. §. vlti. de oper. lib. ſi ſe libertus creditori patroni ſui delegari paſſus fuerit, itemq; ſi expromiſſorem impoſititiorum dederit: neutrobi enim Iure liberorum gaudebit. In priori ſpecie meminiſſe oportet eius quod Alexander. l. prima, l. nec creditor. C. de nouat. A Timotheo reſcripſit, Delegationem debiti niſi conſentiente debitore, & creditoris creditori ſtipulanti promittente, non perfici. Vbi verò debitor conſenſum delegationi accommodat, is ſi libertus ſit, qui patrono quicquam debeat libertatis cauſa impoſitum, cauendum eſt ab operarum lubrica diuerſitate: Officiales enim vult Marcellus, l. ſi non ſortem. §. libert. D. de cond. indeb. non delegari; & cùm proprietas earum in edentis perſona, & eius cui eduntur, conſiſtat, alij deberi non poſſunt, l. 9. de oper. lib. ne cum officij præſtatione, quæ miniſterio perſonæ patroni accommodo circumſcribitur, operæ officialium nomen amittant: quod maſcula ratione Zaſius, reſponſ. ſing. c. 23. num. 48. ita confirmat, & eius ſententiæ acquieſco. Fabriles autem, d. §. libert. & l. 9 aliæ ne eius generis, quas, ſi in artificio ſunt, artificiales non ineptè ille nuncupat, à quocunque & cuicumque iubente patrono edi & exolui poſſunt. Artificium verò ſequutus, Veteres autores vtilitatis aut voluptatis interpretor, l. 7. verſ. nam hunc l. 16. 23. & 25. l. 38. § ſi tamen. de ope. lib. l. vlnma. de lib. cau. quod poſt manumiſſionem, vel ante, libertus didicerit, ſiue faber, ſiue pictor, ſiue librarius, ſiue calculator, ſiue nomēculator, ſiue medicus, ſiue pantomimus, ſiue archimimus, ſiue muſicus, ſiue ſaltator, ſiue citharœdus fuerit. Itaq; he fabrilium & artificialium, omnium denique operarum præter officiales, fieri poteſt ſicut locatio, ſi ſit, d. l. 25. inops patronus, ita & delegatio, quoniam recipiunt æſtimationem, d. § libertus, & vice pecuniæ creditori patroni ſui à liberto ex iuſſu exoluentur. Nec me mouet ſententia diſtinguentium ea autoritate

Papiniani,

Papiniani, ab artificialib. operis eas, quæ voluptariæ ſunt, ne delegari poſſint: ſi enim patroni creditor, cui delegatæ ſunt operæ liberti, velit hiſtrionem ludere, non in loco ſine delectu homines admittente, ſed (poſt interdictam a Domitiano Tranquil. 7 hiſtrionibus ſcenam, & ius artem exercendi intra domum conceſſum) intra priuatas cuiuſdam ædes, cum quiſque ſpectatorum ſymbolum dederit, an non & voluptarij artificij erit æſtimatio? contra quam Zaſius. d. ca. 3. nu 44 & 48. ſentiat, dum percipiet creditor ſimul cum voluptate & delectatione lucrum. Quod autem Papinianus. l. vlt. D. de ope. ſer nor ait, diuerſum eſt, non repugnans: vt operæ ſerui, quem dilexit, aut in delicijs habuit dominus, ex eius, quã habuit quodam, affectione, aut ex ea voluptate quam cepit, æſtimentur, ne certo pretio delectationem taxemus, quæ pretio nummario non ſolet æſtimari. Sed id non facit, quo minus operarũ liberti, qui forte ſcenicus in publicum prodire, & operas locare ſolitus fuiſſet, verbi gratia, citharœdus, habeatur æſtimatio: habita enim & ſerui artificis fuiſſet, quod Mela ſcripſit, & Papiniano placet. d. l. vlt Quare ſi voluptarium artificium, quod libertus nouit, præter voluptatem quæſtui poſſit deputari, dixerim & illius a patrono delegationem factam recipiendam. Nunc de operis, quarum delegatio probatur, diſcriminatio eſt, ſintne poſt impoſitionem ex interuallo, an confeſtim delegatæ, ſi poſt temporis ſpatium libertus, in id quod patrono promiſit, alij vice patroni detur, lex Iulia, quæ tollit operarũ obligationem, ei proderit illo caſu: Nam (inquit Iuriſprudẽs) d. l. qui libert. §. poteſt. verum eſt patrono eum promiſiſſe, quamuis patrono nunc non debeat: & qui iam legis beneficio liberatus erat, non videtur ignorans iuri ſuo renunciaſſe, minusq; delegationi conſenſiſſe. Ideo patronum, qui libertũ delegauit, eo caſu condictione ei teneri placuit. d. l. t. §. quod ſi patr. qua rer. act. l. ſi quis deleg. de nouat. ne creditor iuſtus ſuum recepturus exceptione repellatur, aut ſi acceperit, litis moleſtias ſubire cogatur. Habet autem & hac in ſpecie libertus Ius natorum fauorabile. Quod ſi ab initio delegante patrono libertus promiterit (ſtipulãti ſcilicet patroni creditori) non liberari eum ob ius, de quo quærimus, Iulius Paulus ſcribit, quum enim ſe libertus conſtituit patroni creditori ſoluturum, ſolutionis vicem continet hæc delegatio, id eſt, patrono creditori ſuo libertum delegante, cum libertus in ſe obligationem eius recipiat, breui manu patronus debitum. l. qui debitorem. D. de fideiuſſor. l. quamuis §. interdum. ad Velleian exoluere, & creditum recipere videtur, adeo vt ſolutione obligatio ſublata legis Iuliæ, neq; verbis, neq; ſententia contineatur, quæ ab obligatione libertinum liberat, non ſoluti repetitionem inducit. Hic ergo natorũ iure indebiti nulla condictio eſt: adijcioq; caſum diuerſe quidẽ contingentem, ſed iure definitum perſimili, quo debitorem ſuum ab initio, & confeſtim poſt impoſitionem, ante duos natos liberos, liber patrono delegauerit: ſoluiſſe namque impoſita debitorem delegans videtur. Ideo neq; ſuum exigẽti patrono delegatus excipiet, neque lege Iulia libertus patrono impoſitorum æſtimationem condicet, arg. l. 1. §. item ſi libertus. quar. re actio non det. Si non onerandæ, &c. Alia ſpecies eſt in hac quæſtione de Iure filiorum ſterili, ſi libertus expromiſſorem dederit, quo caſu, inquit Iuriſprudens, nihil hoc caput ei proderit, intellige de capite legis Iuliæ de maritandis ordinibus, ad cuius ſingula verba, præeunte Paulo, aptata ſint interpretatio. Expromiſſorem autem in Latino veterum ſermone. l. 5. § ſatis acceptio. D. de verb. oblig. l. 7. §. ſeruus pact. de dolo d. l 8. §. ſi conuenerit ad ſenatuſ. Velleian. l. r to. de reg. iur. l. 53 de cõtr. emp. exaudimus cũ, qui rogatu liberti pro eo reus debẽdi factus eſt & idem cum ſatiſdante liberto patrono ſatis accipiẽti, verborum obligatione promiſit. Quare ſi in lege manumiſſionis, aut poſtea, libertus duorum aut plurium liberorũ pater, pro impoſitis reum dederit patrono, cuius intereſt. l. 3. in fi. de liber. leg. debẽdi plures reos habere, expromiſſor, quẽ patronus accepit, tenetur in ſolidum: & licet vbi duo rei facti ſunt, in cuiuſque perſona, propria ſingulorum conſiſtat obligatio. l. 2. l. 3. in fi l. eandem. in fi. D. de duob. reis. ex qua nõ ſolum pars debiti, vt Papinianus reſpondit. l. inter. 2. § duo. de fideiuſſ. ſed & totum exigi ab alterutro poteſt, electio tamen actori auferenda non ſuit, etiam vbi omnes rei ſoluendo ſũt, quem voluerit conuenire, quod iuſtius cenſuit Marcellus, l. cum apparebit. D. locati. modo actiones ſuas aduerſus cæteros actor idem præſtare non recuſet. Iudicio enim eodẽ, quo ab altero conreorum debitum creditor exiget, iudex prouidus ex officio reum, qui in ſolidum conuentus exoluit, actionibus in conreos tranſlatis adiuuabit, vt a Diocletiano. l. creditor. C. de duob. reis. & Maximiano conſtitutum. Quadrat autem ijs aptiſſime quod Pomponius. l. vlt. D. eod. ad Q. Mutium ſcribit, cum duo eandem pecuniam debent, ſi vnus capitis diminutione, alio ve ſimili, ciuiliq; caſu, puta legis Iuliæ beneficio, quo de agimus, exemptus eſt obligatione, alter nõ liberatur: multum enim intereſt, vtrum res ipſa ſoluatur, an perſona liberetur. Cum perſona liberatur, manẽte obligatione alter durat obligatus. At ſi res ipſa ſoluatur acceptilatione vnius tota ſoluitur obligatio, olimque idem erat de petitione, vt Iabolenus ait, l. 2. d. tit. l. ſi ex pluribus de acceptil. ſed hodie diuerſo iure vtimur ex Iuſtiniani lege. l vlt. C. de fideiuſſ. nouella, quæ creditori ex vnius rei electione præiudiciũ fieri negat, integris eius actionibus, donec per omnia ſatisfiat. Ideoque ſi expromiſſor agatur pro liberto, ſiue ius liberorũ habente, ſiue non habente, recte patrono agenti ſoluet, & ſolutum actionibus legitimis a conreo conſequetur, quod expromiſſoriæ obligationi cum fideiuſſoria commune eſt, quamuis in alio diſconueniant, cum in debitoris & fideiuſſoris nexu, fortior & plenior obligatio dicit rei principalis, l. ſi reus. D. de duo. re. l. generaliter de fideiuſ. & inter conreos promittendi æquè vnum ac alterum nexu deuincit Venuleius. Hinc ſi obligationum, cum ambæ eiuſdem poteſtatis ſunt, nun poteſt reperiri alteram potius quam alteram conſummari, vbi legis Iuliæ fauore perſona liberti liberata eſt, quæ voluit con reo obligationi addito de impoſitis patrono cauere, bona ratio in promptu eſt, cur expromiſſor non liberetur, etſi cũ rei principalis obligatione, fideiuſſoria ſublata ſit Iure duorum, a nobis explicato. Nec moueor ſententia Domitij prudentis, l. r. §. exceptiones oneran quar. rer. act. non det. Onerandæ libertatis cauſa impoſitorum exceptionem expromiſſori & fideiuſſori, ſicut liberto reo principali dantis, cum ait, propoſitum Prætoris in eiuſmodi obligationibus reo liberto ſuccurrentis, non ſeruari, niſi fideiuſſor, & is qui rogatu liberti conreus eius factus fuerit, aduerſus patronum defendatur, quod parui referat, protinus libertus patrono dare cogatur, an per interpoſitam fideiuſſoris reiue perſonam. Quod ita ſe habet, cum lex obligationis. l. cum lex. C. de fideiuſ. l. non dubium. C. de legib. initio occurrit, obſtat & reſiſtit, cui nihil niſi fruſtra & inutiliter adijcitur. Vnde liquet liberti, expromiſſoris & conrei, item & fideiuſſoris onerans libertatem obligatio, ſic ex edicto reſciſſa, vt ope exceptiõis reddatur inanis actio. Ius autem duorum in noſtra ſpecie receptum eſt, quo lex Iulia fideiuſſori a liberto duorum filiorum patre dato, proficit, quippe qui non debuit in duriorem cauſam quam principalis obligari: at expromiſſor nullo legis Iuliæ fauore iuuatur cum legibus non auerſis a liberto volente datus, idem quod ille ſpopõderat, promiſſurus, a patrono acceptus eſt, quo magis ei caueretur. Ne igitur in vanum conuentio interceſſerit, etiã perſona liberti liberata ſit, adhuc cõrei ſuperſtes eſt obligatio. Vnum porro literatis notum, auidiorib. ſiue iuris, ſiue eloquentiæ politioris, notandum eſt, legis Iuliæ caput, quod explicauimus, dum libertini nomini, ſtatum illius dumtaxat, qui manumiſſus fuit, l 6. de ſtatu hominũ. ſignificaſſe, vt ſub Auguſto eius nominis fuerat acceptio mutata: primũ enim vel temporibus Appij Claudij Cæci, & deinceps aliquãdiu libertini dicti fuere, non ipſi qui manumitterentur, ſed qui ingenui ex ipſis procreati erant, ſi quid Suetonio, in Clau. 24. antiquario & probatiſſimo ſcriptori credimus, fauetq; Ciceronis illud de gentilib. in Topic. quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit, adeo vt libertinorum nulla gentilitas eſſet, dũ non manumiſſis ipſis inter ſe gentilitas denegatur, quam ſine gente habere non poſſunt, ſed eorum poſteris, qui maiores habuerint macula ſeruitutis fœdatos. Itaq; Libertini dicebantur ij, ex quorum maiorib. aliqui ſeruitutẽ ſeruiebant. At hæc ſummo digito. Sane quæ ſuperius diximus, ex legũ fontibus puriſſimis hauſimus, Germanis, qui Zaſio doctore. d. c. 3. Reip. proprios homines iure nõ diſſimili quam quo patroni olim libertos, tractant, non inutilia futura, ſi forte ſenſa noſtra ad eorũ manus peruenerunt, licet pragmaticis ob iuris patronatus deſuetudinem, ita tam ac ſtudioſis iuris & rerum antiquarum, futurũ ſit vt placeant. Sed omnium votis & voluntati facere ſatis Dei proprium, non humani hominis eſt.

De Iure duorum, & lege Voconia reſtituta, Ciceronis & Plinij locis emendatis & explicatis. Cap. XIII.

Fuit præterea, ſi verum diſcernimus, ius duorũ liberorũ patri contra legem Voconiam a veterib. vſurpatum, ſed quod abrogata lege, tenebræ obliuionis ſepelierũt. Verbis legis, quæ de mulierũ hæreditatib. coercendis Q. Voconius Saxa Trib. plebis tulit inter ſecũdũ & poſtremũ bellũ Carthaginẽſe, vt ait D. Auguſt. ciuit. 3. c. 21. primo capite ita cauebat, Ne quis cẽſus hæredem fœminam, filiam ve vnicam facito, quũ claræ diuitijs mulieres ſe viris æquaſſent, quæ fortaſſe in cõlãdiendis hæreditatib. nimię tunc temporis erant, ſiue vxores illæ, veteri lege Regia abutentes, quæ certam, Dionyſ. Halicar. lib. 2.

lib. 2. Alex. Geni 4. cap. fœminis portionem e bonis mariti dabat, ſiue non vxores, ſed alio facto beneuolentiæ, aut conſanguinitatis affinitatiſve coniunctæ: quæ legis ratio fuiſſe videtur, argumento illius Vetris edicti, quo Voconiũ imitaturus, cupiditati hominũ ſe obuiam edixit itnrum. De hac lege in illũ actione 111. Cicero dicebat, Imitatus eſſes illũ ipſum C. Voconium, qui lege ſua hæreditatẽ ademit nulli, neq; virgini neq; mulieri: ſanxit in poſterum, qui poſt eos Cenſores eſſet, ne quis hæredẽ virginẽ, neue mulierẽ faceret. quo in loco mẽdoſe C. pro Q. omnes codices habent. Vnde verba legis interpretari licet, vt fœminæ vocabulo virginem intelligamus. l. argu. §. muliebri. de au. & arg. leg. & mulieris, vt virginẽ & fœminã exaudias, in recitando capite legis L. Florus. Epit. Liu. 41. meminit, apud quẽ Volũnius pro Voconio male ſcriptũ, ante nos alij animaduerterunt. Cenſum vero bonis, non capite, aiūt proletariũ perhibuit lex, id eſt, pecunioſum, ait Pædianus & eũ qui cẽtũ millia æris in bonorũ profeſſionem detuliſſet: qppe illos vt abiectos vileſq; neglexit. Sane expreſſa fuit vnica filia in lege, ne pietatis ratione, ius diuerſum in illius, quã in cæterarũ mulierũ cauſa conſtitueretur; ſed quo motu, qua ve ratione, idipſum reuelent Manes M. Catonis, qui ſenex legẽ ſuaſit, Q. Seruilio Cepione & Q. Martio Philippo iterum Coſſ. vt ait Cicero, de ſenectute. & Gellius, lib. 16. c. 6. confirmat: qui vbi dixit, Quid vtilius plebiſcito Voconij de coercẽdis mulierũ hereditatibus? iniat ſi voluerit pacẽ, animos componat cum Auguſtino, & cũ repugnantẽ ſibi cõciliẽt, vbi de Voconia inquit, Qua lege quid iniquius dici aut cogitari poſſit, ignoro. Neque enim me eum eſſe profiteor, cui omnia cõperta ſint & pateant, contra, ſi quis eſt qui ſe multa ignorare confiteatur, is ego certe ſum, id vſurpans Telemachi,

– ἐ δυνάμαι τα πεπυσμένα πάντα νοῆσαι.

Vnum tractari poteſt, an Voconius, ſiue lege Tribunitia, ſiue plebiſcito, cũ voluit mulierũ capacitatẽ & teſtantiũ libertatẽ coercere, acerbus ne plus æquo, nimiũve rigidus videretur, in quota bonorum parte certũ modũ poſuerit, conſtitueritq; ſumma, ad q̃ vſq; poſſet ad virginem mulierẽve ex patris alteriuſve inſtitutione peruenire: Dion lib. lvj. refert, lege Voconia mulieres prohibitas, majorẽ C. M. HS. hæreditatẽ adire, in quo a cæteris diſcrepat. Latinis ſcriptorib. magis placet, imo nec centum milliũ fœminã hęredẽ fieri potuiſſe. Itaque XCIX. milliũ capax ex lege mulier fuit. Sed dũ hæres illius ſũmæ mulier eſſe nequibat, in fraudẽ legis, cõſequi potuerit ex titulo legati in plus an minus, ſubdubitatio eſt ex M. Tullio de Finib. lib. 11. Memini me, inquit, adeſſe P. Sextilio Ruſo, quũ is ad amicos rem ita deferret, ſe eſſe hæredẽ Q. Fabio Gallo, cuius in teſtamẽto ſcriptũ eſſet, ſe eſſe adeo rogatũ, vt omnis hæreditas ad filiã perueniret, id Sextilius factum negabat. Poterat aũt impune: quis. n. redargueret? nemo noſtrum negabat, eratq; veriſimilius hunc mentiri, cuius intereſſet, quã illũ qui id ſe rogaſſe ſcripſiſſet, quod debuiſſet rogare. Addebat ſe etiã in legem Voconiã iuratũ, contra eam facere non audere, niſi aliter amicis videretur. Aderamus nos quidẽ adoleſcentes, ſed etiã multi ampliſſimi viri, quorũ nemo cenſuit plus filiæ dandum, quã poſſet ad eã lege Voconia peruenire. At quantũ illud eſſet, qñ inſtituta non fuerat filia, in difficili eſt, ego teſtem produco in Inſtitutionib. Theophilum, de lege Falcidia. & eius verba de lege Voconia recito, ne nobis, quod aiunt, ſine pignore non credatur: ἀλλ' ὅριζε ἐν τούτῳ τῷ θεσπίσματι, ὅτι ἀνὴρ μηδὲν πλέον λαμβάνειν τὸν κληρονόμον τῶν ληγατάριων. Quæ ſi nolunt legatariũ plus habere quã penes hæredem inſtitutũ remaneat, filiæ dimidiã ex bonis Q. Galli dandam cenſuiſſe illos puto, qñ tantundẽ debuit & potuit P. Sextilius ex hæreditate retinere, vti lege cautũ fuiſſe Anteceſſor exiſtimat. Sic extraneo hærede ſcripto, filiæ alterive fœminæ cũ cenſus hæreditatẽ non relinqueret, neq; fideicõmiſſũ valebat, quo plus fideicommiſſarius, q̃ hæres fiduciarius habuiſſet emolumẽti. Dimidiæ igiť tñ capax erat fęmina. Theophilo teſte. Quid ſi teſtatori CC. M. HS. in bonis fuiſſent, mulierine relictũ C. M. valuiſſet? primũ certe legis caput legatũ non improbat, neque ẽm, cuius verba fuiſſe conijcio, Ne vir mulierve quo relicti iure, plus q̃ hæres conſequitur. Amplius vero ſi in re tenebris antiquitatis obuoluta, per patientiã peritiorũ nobis hariolari licet, tentabo dicere ſubiectã verbis legis, quæ protulimus, pœnæ mentionẽ, quod Theophili poſt Cicer. autoritas euincit, his fere, neue id oẽ quod plus legatario legatariæve, quam hæredi relinquetur, alterutrius commodo ſit, ſed vt multai itium, ærario Quæſtores vindicanto. Equidem non is ſum qui neſciam ante Cæſares tarenter admodum habitam in pęnis ærarij rationẽ, niſi ob delictum in Reipub. adminiſtratione fuiſſe, ſed me ad diuinationem allicit, qui & coniectationem ſuadet, Plinius in Panegyrico, dicens, Locupletabant & fiſcum & ęrarium, non tam Voconię & Iuliæ leges, quam maieſtatis ſingulare & vnicum crimen, eorum qui crimine vacarent. Quibus verbis innuit Voconiã legem & Iulias ærarij & fiſci vires adauxiſſe. De Iulijs legibus nulla dubitatio eſt. l. quid teſtam. §. quoties. de leg. 1. l. 4. §. eadem. D. de fideicom. libert. quas in citandis cœlibum pœnis, & ærario augendo ſanxerat Iulius Octauius Auguſtus, Tacito lib. 111. referente, tam de maritandis ordinib. quam de caducis, & decimis, quas exequutus ſum. cap 4. & 5. Sed non video quare Plinius Voconiæ legis meminerit in numero multitudinis, nec poſſum mihi perſuadere, Voconiam l. ſequitur, §. vlt. D. de vſucapionib. illam Plinium cogitaſſe, quæ vſucapionem ſuſtulit ſeruitutem cõſtituentem; quid enim potuit ad fiſcũ ærariumve huiuſmodi lege peruenire? Fortaſſis more Ciceronis ſui, quem idem lib. ix. niſi memoria fallor, Epiſtolatũ ſcribit in ſimili obſeruaſſe ſe, nuperq; facundiſſimus Paulus Manutius, De legib. amplificans ſermonem ſuum Plinius, coram Traiano, coramq; Senatu, quò laus Imperatoris honoratior & amplior videretur, Voconias leges dixit, cum Voconiam dicere vellet idem, & poſſet, ſed neq; temere in eius poſſeſſiões irruerit, lecturus, Locupletab. & fiſcũ & ęrar. non tam Voconia & Iuliæ leges, &c. Qua de re aliorum eſto iudicium, ego ſuſpenſa, quod ait ille, manu, & timide, aperui quid ſentirem. Augebant itaque leges Iuliæ principis fiſcum, & ærarium populi lex Voconia, niſi nos coniecturæ fallunt. Verũ vbi metu publicationis teſtator ex lege Voconia, nec quam percupiſſet, ſibi hæredem habere poſſet, nec ab hærede filiolæ vnicæ legare quantum vellet, frænum liberæ naturæ voluntati quis a lege impoſitum non videt? ſupremi iudicij libertatẽ ereptam quis non contemplatur? Si tanti faciunt leges vltimam illam libertatem, cuius, vbi deficit, nulla teſtatio eſt, cautio nulla, ſi cupiunt leges liberum vltimum illud, quod amplius non redit arbitrium, ſi tanti faciunt ſupremã illam cautionem, quæ velut agmen cæteras cogit, cum duobus liberis, puta filia & filio, filiabuſve vna & altera, liberas habenas voluntatis, iudicij, arbitrij facultatem recuperaret pater, an non ius duorum liberorũ hoc caſu maxime ſenſit? qui cum omnia filiæ ſuæ, vt aiunt, ex voto. l. penul. D. de bo. liber. paraſſet, alium ſibi habere hæredem, quam filiam, cogebatur. Si defunctorum intereſt vt ſucceſſores habeant, quod Vlpianum dixiſſe lego, l. & quia. D. de interrog. intereſſe quoq; videtur an habeant quos ſibi ſuccedere velint, aut nolint. Quare ſi quiſquam eſt aut fuit, qui fauorem ob liberos nactus fuerit, is certe pater duarum filiarum, filiæve & filij olim iam fuit cum legem cluderet Tribunitiam, quæ ſi teſtandi facultatem ex animi ſententia, patri filiæ vnicæ negauerat, per contrariũ illi qui plures habuiſſet, concedebat, & ita argumentantur & colligunt Iuriſprudentes. l. cũ prætor. D. libro quinto tit. primo. Ideoq; duorũ, vt diximus, pater cõtra legis Voconię verba, fœminam, & extraneam, & filiam inſtituere poterat, ex lege XII. Vti quiſq; legaſſit ſup. pecunia, tutelave ſuæ rei, ita ius eſto, & ſi cum ea filia filium haberet aut filiam, illo caſu priſtinam recipiebat libertatem, ſed hæc ſublata omnia Falcidij lege. l. 1. D. ad leg. Falcid. fuerunt. Volui tamen eorum de induſtria meminiſſe, vt dubitationes illas in Ciceronis & Plinij libris proderem, & explicarem, in gratiam eorum, qui a profanis literis remotiſſimi, peruigili labore ſapiẽter ſapere ſtudẽt. Sane quod Iure natorum fœminas quaſdã vt capere poſſent lege Voconia ſolutas ab Auguſto Dion ſcribit, vt incompertum, quod non plane conſtat, in medium relinquo.

De duobus liberis patronæ, & lege Papia, Vlpiani ſcripto luce donato: deq; patronæ & patroni diſcrimine.

Cap. XIV.

Sed caſus adhuc ex iure patronatus ſuperest, quo ingenuæ patronæ lege Papia conſultum ſcio, laudoq; in Inſtitutionib. autorem aſſiduum & locupletem Vlpianũ. tit. 29. Lex Papia, inquit, patronæ ingenuæ duob. liberis honoratæ, libertinæ tribus, id iuris dedit quod patronus habet ex edicto. De illo ſic habetur in Iuris elementis. §. qua de cauſa de ſucceſſ. libert. Prætoris edicto ſiue faciebat teſtamentum libertus, iubebatur ita teſtari, vt patrono partẽ dimidiã bonorũ ſuorũ relinqueret, & ſi aut nihil, aut minus parte dimidia reliquerat dabatur patrono contra tabulas teſtamẽti, partis dimidiæ bonorũ poſſeſſio, ſiue inteſtato moriebatur, ſuo hærede relicto filio adoptiuo, dabatur quoque patrono contra hunc ſuũ hæredem partis dimidiæ bonorum poſſeſſio. Igitur ad prætoris exemplum lex Papia, qua, vt inquit Iuſtinianus. §. poſtea. eod. adaucta ſunt iura patronorũ, ius item patronarum auxit, non quidem æquali incremento, ſed omiſſis edicto mulierib. dũ illud patronis duntaxat putarent contulere, in eo ſaũr, quod edicti gratiam ad patronas, & patronorum maſculum nomẽ ad fœminas. l. patroni. de verbor. ſignif. explanatione pudentibus

bus familiari explicauit, & protulit. Id Romanos forenſis vſus docuerat, & vtilitatis neceſſaria ratio eorum ingeniis ſuggeſſerat, cùm ex vſu quotidiano illa verba 12. Inteſtato liberto mortuo primùm ſui ſuccedunto, ſi ij affuerint patronus, ad patronas porrigerēt & extenderent, edictum verò diſſimillimo iure & ſtrictiori interpretarentur. Quare Papiam rogationem iuris interpretum officio honeſtiſſimo ſapientiſſimè fungi voluerunt, vt edicti verba ad patronas producerentur, & eas ac patronos indiſcriminatim ſignificarent, & continerent: ſi modò ingenuæ patronæ duobus liberis, aut libertinæ tribus honoratæ ſupereſſent. Verùm expreſſiùs, vt nihil antiquitatis penitus ignoretur, ſciendum eſt, quo iure ante legem Papiam olim patronæ fruerentur. Ego Vlpiani veſtigiis, tit. 17. Inſt. indagaui, ſuis liberto deficientibus patronam eodem iure quo & patronum ſucceſſionem occupaſſe, ſcilicet, ſi inteſtatò libertus decederet. At ſi edita voluntate, licet ſine ſuo hęrede, vel inteſtatus ſuo relicto, ſunctus diem libertus fuiſſet, nihil patrono, nihil patronæ præſtabant xij. tabulæ. Ideoque illis mox edicto conſulnim: ſed, ne dicam acceſſores hebetes prætoris verba aut mentem non intellexiſſe, improbi diſſimularunt propoſitum prætoris, & patronas in eo iure, quod lex 12. introduxerat, perſtantes pro derelicto habuerunt. Quamobrem Papia lex earum miſerta, expectatum diu & deſideratum rationis temperamentum adhibuit, quo dimidia pars bonorum omnium, quæ liberti, dùm moreretur, fuerint, omni modo & omni caſu patronæ, ſicut patrono cum actionibus poſſeſſoriis ad debitam partem conceditur: intellige. ſi Ius liberorum habeat. Hic duplex quæſtio interuenit, quid pro debita portione exaudiendum ſit in libris huius ſtudij. l. ſiue libert. D. de iu. patron. l. 3. §. toties. l. libertinus. l. 2. §. vlti. l. ſi liber. cùm duos. de bon. lib. & cur eam dimidiam interpretentur iuriſprudentes: ſed illud, vtpotè alterius ſpeculationis, nihil quicquam ad nos impręſentiarum attinet. Sequens quæſtio ad rem belliſſimè facit, quomodo locus Vlpiani. c. 17. de bon. lib. explanandus ſit, ex libro 7. ad edictum, cùm ait, Liberto ſine liberis mortuo, imprimis patronus & patrona bonorum poſſeſſionem accipere poſſunt, & quidem ſimul, putà ſi ſimul manumiſerint, an id ex prætoris edicto intelligendum ſit [illegible] argumento, an ex legis Papiæ voluntate: & quoniam illud nuſquam prolatum eſt, nec vnquam probatum, magis puto de lege in commentario ad edictum tractaſſe Iuriſprudentem. Is voluit ſine ſuis inteſtato liberto mortuo, patronum ex edicto & patronam (quoniam non ſolitæ erāt patronæ ex edicto ſuccedere) ſi duos liberos ingenua, aut tres libertina haberet, ex Papia rogatione in iure ſuccedendi exæquatos, & vin les. l. 3. § vlt. ſi quid in fraud. patro. ex inteſtati bonorum poſſeſſione. Vnde legitimi accipere, quamuis ex eadem lege in bonis liberti locupletioris auctum in aliquo ius patroni fuiſſet. d. § poſtea. ſed cùm ſimul patrona & patronus ſuccedebant, ſaluam ita fuiſſe ſcio virilem mulieri poſt legem Papiam, d. l. 4. ſi quid in frau. patro. vt aduerſus eam beneficio nouo a lege donatam, patronus iuris adaucti & amplificati nō potuerit vti prærogatiua, quæ illi ſolum aduerſus liberti liberos eſt, ne priuilegiarius aduerſus priuilegiariam, &c. At Tribonianus Iuſtiniani Principis placito, aut propriè indulgens voluntati, ſciens Papiam legem abrogatam in, iuris liberorum mentionem de verbis Vlpiani amputauit: quod Viuianus Bononienſis, dum ſe nimis argutum oſtentat, parum percepiſſe ſcriptio teſtatus eſt, pace Manium dixerim, quibuſcum pugnare aut contendere nolim. Ex iis liquidò conſtat differentia iuris, quod olim habuerunt patronus & patrona, non quidem ex lege Decemuirali aut ex edicto, ſed ex vſu forenſi & lege Papia Poppæa: nullis enim ſuperſtitibus liberto ſuis, cùm locus eſt legi 12. idem ius quod patrono fuit & patronæ, ſi non ex verbis legis, ſaltem ex prudentium Iuris & iuſtitiæ conſultorum ad legem interpretamentis, & fori diſputatione, quam cō muni nomine ius ciuile anonymum, vt ait Pomponius, l. 2. §. his legibus. D. de orig. iur appellauerunt. Dein cùm prætor illis in caſu teſtati liberti læſis ſuccurrere voluit, ſicut lex 12. Tab patroni duntaxat, non etiam patronæ meminerat, illius tantùm edicens mentionem fecit, putans, exemplo interpretationis ad Legem, verba prudentes interpretatione ſuppleturos, quod in omnibus prætorum edictis factum ferè fuit, & ſtant in Pandectis l. 3 negot. geſt. l. 1. de conſt. pecu. l. 1. de pecul. l. aut diuus. de iur. fiſci fidiſſima teſtimonia. Sed neſcio qua de cauſa vſus iudiciarius ſe intra cancellos edicti continuit. Sanè lex Papia mulieribus opem tulit, & ad exemplum iuris, qđ patronus habebat ex edicto, patronæ bonorum poſſeſſionis auxilium dedit, contra liberti tabulas, ſi aut nihil aut minus dimidia teſtamento reliquiſſet, ſine ſuis naturalibus decedēs, qui & patronum & patronam excluderent. l. 21. g. ſi. de iure patro. item & dedit ſubſidium bonorum poſſeſſionis ab inteſtato contra ſuos hæredes non naturales, vt filius adoptiuus, aut vxor, quæ in viri poteſtatem venit: quam neſcio cur veriti ſint Iuris concinnatores referre in Inſtitutionibus, §. qua de cauſa. de ſucceſſ. libert. vbi filij adoptiui meminerint. Non tamen ius hoc paſſim, aut ſine delectu fœminis patronis indultum eſt, ſed ita demùm ingenuis ſi duobus, libertinis ſi tribus honoratæ liberis eſſent, quos etiam S. P. & vulgò quæſitos approbant leges: l. patronæ. D. de bon. libert. quod ſemel de filijs matri proficientibus dictum ſit. Cæterùm ad patronorum gratiam conuertit ſe quoque lex Papia, cum ſuis liberto decedente & cauit, in bonis liberti centenarij, ſiue teſtatò, ſiue inteſtato decederet, virilem ęquè ac ſuis hæredibus patrono deberi: & ita accepi, d. § poſtea lex. niſi tres liberto ſupereſſent liberi, de quibus in poſterum agemus. Illo verò caſu, quo prætor naturam reuerebatur, patronæ fœminę, quàm patroni deterior conditio fuit: quod notandum data opera ſubieci, Papiniani l. in multis. de ſtatu ho. loco ſubſeruiens. Et hæc ſunt breuiter a nobis informata, neque placuit vagari longius in iis perſequendis, quæ tractationis noſtræ propria minimè ſunt: quia tamen diſiuncta non videbantur, & quodammodo ad rem pertinere, hæc attigimus. Quæ de Iure duorum ſatis ſuperque, claudant ſermones noſtros. Iam ad Ius trium, & hàc gradientes, in hiſtoriam ueſtigium ponamus.

De Iure trium liberorum ex lege Iulia agraria. *Cap. XV.*

IVs trium liberorum, vt perſonæ, quibus tribuitur, diſſimiles ſunt & diuerſæ, pro circunſtantiarum varietate fit diuerſum & commutatur. Pater enim alia in re, & mater in alia fauorabilem cauſam filiorum experitur: at priùs de patre videndum: inter cuius præmia exemplum memorabile ſeſe offert, quo vtilis & proficuus trium filiorum numerus patribus fuit, cum agrum Capuanum Caius Iulius Cæſar lata lege diuiſit iis qui tres liberos incolumes haberēt. Erat Capua, olim iā olim ab Oſcis Oſcella dicta, ſi quid Originum autori credimus, in regione totius Italiæ fertiliſſima, ob populi ineffabilem perfidiam, & immanem crudelitatem, ſpoliata omni iure ciuitatis, & in præfecturam redacta per Q. Fuluium Flaccum Procōſulem ſecundo Punico bello: intereaque Capuanus ager Lucretia lege a Cenſoribus locabatur, & ex eo annuum vectigal maximum, & ob loci commoditatem certiſſimum, ampliſſimo reditu Reſpublica percipiebat. Quòm C. Iul. Cæſar, vt alterum lumen imperij Romani ciuium omnium excellentiſſimus, & munificentia effuſiſſimus, Conſul cum M. Bibulo (qui Plutarcho Calfurnius eſt) creatus V. C. DCXCVI. gloriam & potentiam aucturus, vireſque ſuas confirmaturus ad largitiones impertiendas, & populi fauorem magis magiſque conciliandum, animum ſuum appulit: qui ab adoleſcentia prima, fœlicitate quadam gratum multitudini ſe præſenſerat, Appiano lib. 1. Ciuilium referente. Itaque dum popularis beneuolentiæ mercedem cogitaret Cæſar, tenuiores homines ad multa millia in vnum conuenere, idem ferè dicentes quod Plinius ait in Panegyrico, magnum educandi incitamentum tollere liberos in ſpem alimentorum & in ſpem cōgiariorum: cumque trium liberorum alimoniam è publico poſcerent, annonæque largitionem illam, quæ Romæ pauperibus impendebatur, Cæſar de campo Stellate, fundamento, ut ait Cicero in Rull. vectigalium, horreo regionum, ſolatio annonæ, deque agro Capuano toto ferè diuidendo, in illorum gratiam ad Senatum legem tulit. Qua in re quoniam ager ad ſubſidia Reipublicæ vectigalis relictus, inquit Suetonius, Iul. Cæſ. 20. diuidi, & Reſpublica reditus detrimentum ſentire videbatur, occaſionem arguendi Cæſaris nonnulla cauſa nactos ſe quidam putantes, liuorem tacitum non cuniculis ſimultatis auxerunt, ſed inuidia apertiſſima, & odio repentino detexerunt: cùm non tam agrum populo quæri dicerent, quàm Cæſari ſalluoſam quandam auctoritatem & potentiam, eo nomine legem Agrariam grauiter moleſteque ferentes. Vnus ex omnibus Bibulus, Cæſaris collega, cum agrum Capuanum Tribunorum poteſtate agitatum, & actionibus infeſtatum cerneret, Cæſariſque actiones magis vellet impedire quàm poſſet, maiore parte anni domi ſe tenuit, & intra priuatos parietes de Republica conticuit: quo facto, habet Velleius, dum augere vult inuidiam collegæ auxit potentiam, adeò vt Cæſare rogante lex tandem lata fuerit, populoque Capuana placuerit: quam quidam Campanam Ciceronis ad Atticum lib. 11. autumant, ſicut Campanus ager Tranquillo pro Capuano dicitur. Equidem quod agrorum diuiſionem contineret, eandem Iuliam Agrariam dictam putem, cuius in Pādectis concinnatores fragmentum l. agraria de term. moto. ex Calliſtrato retulerunt. Ea lege Ius ciuitatis Coloniæ nouæ reſtitutum, Capuanus ager diuidi iuſſus, & ciuium XX. M. eo deductis diſtribui, per XX Viros diuiſioni deſtinatos & delegatos, poſt annos circiter CLII. quàm bello Punico

exciſa

excisa & a Romanis in præfecturæ formam relata fuerat, vt Velleius Paterculus lib. II. ſcriptum reliquit. Nullus tamen ex his, qui in Coloniam exierunt, niſi trium liberorum pater, ſedes in agro Capuano locauit: quod notandum & memorandum eſt, cùm ob fauorem filiorum in nouis ſedibus ponendis, tum ob numerum deductorum percelebrem, qui trium natorum omnes patres eſſe debuerunt.

De iure trium in alimentis è publico percipiendis, & de frumentatione: Suetonius & Plutarchus repugnantes, collati. *Cap. XVI.*

QVoniam verò trium liberorum alimoniæ obiter mentio facta eſt, ne quid vetuſtatis lateat ad cognitionem hiſtoriarum, & vt intelligatur quemadmodum rerum publicarum ſit facies commutata ſciendum eſt Tulli Hoſtilij temporibus, cùm Romani & Albani de imperio, ingenti bello & exercitu numeroſo contenderent, ne hominum cæde ſanguinaria, strageve populorum victoria compararetur, Metium Suffetium pro rege Albano Dictatorem cenſuiſſe, rem, Marte iudice, ferro per paucos decidendam. Quare icto fœdere tres hinc inde, vt ſors tulit, gemini lecti fuere, Horatij pro Romanis, & pro Albanis Curiatij fratres, qui vita & proprio ſanguine bellis æmularum ciuitatum finem impoſituri, eorum fortunæ commiſſum euentum expectentur. Dictaque ſubinde facta hiſtorici principes. Liuius 1. & Dionyſi. 3. cupidis ob oculos ponunt. Tandem poſt diuerſos certaminis caſus, cùm Horatij fœliciter, & non minùs viriliter pro vrbe, pro imperio, pro libertate pugnaſſent, eorum fœlici memoriæ monumēta nobiliſſima Romani conſtruxerunt, & de ſpolijs Curiatiorum Horatijs Pila in virtutis teſtimonium erexerūt. Munus præterea, cuius Dionyſius, non item Liuius meminit, magnificentia extollendū, in tergeminorum honorem, ſibique & poſteris iniunxerunt, quo danda patribus filiorum trium ex publico alimenta ad filios, donec pubuiſſent, educandos, quandiu res Romana duraret, edita ſacrataque lege ſanxerunt. Vnde Ius liberorum principio manaſſe quibuſdam fortè placebit, qui me non admodum repugnantem, aut infenſum habebunt, niſi magis animus in ſententiam Ariſtotelis inclinat, Polit. 2. qui ius hoc a Lacedæmone deducit in ciuitates, vbi trium natorum pater a cuſtodia immunis erat, quatuor verò ab omnibus oneribus exhibebat. Neque ſanè de rebus a literarum monumentis euulſis, & ab hominum memoria effluxis, aliud opinio q̃ coniectatio eſt. Mihi ſatis eſt originem Iuris trium protuliſſe, vel hoc loco quando hiſtoriam texere, aut chronologiam ſeruare nobis non eſt inſtitutum. Porro lex illa, quam ſub Adriano vigentem vſu & honore florentem Dionyſius ait vidiſſe ſe, cauſam frumentariæ, ni fallor, Romanorum largitioni dedit, qua victus plebi ſine labore, ſumptu publico ſuppeditabatur, etſi primo his duntaxat fauiſſet, qui Iure liberorum decorati tres liberos ſuſtuliſſent. Sed vt omnia exemplis in peius ruere, plebeis tandem omnibus & patribus & orbis alimenta publica communicata ſunt, quod æquum diceret Gracchus, Florus lib. 3. hiſtor. inopem populum ex ærario ſuo viuere. Itaque frumentum è publico comparabatur, quod deinde viliſſimo pretio, ſingulis menſibus ſingulæ tribus, in horreis publicis percipiebant. Tanta verò plebeiorum confluebat ad frumentationem multitudo, vt ex viginti trecentisque millibus accipientium frumentum è publico, ad centum quinquaginta retraxerit C. Cæſar, ſi qua Suetonio in cod. 41. fides. Gratis autem primùm largitio fiebat ex lege, quæ per aliquot annos ob ærarij & pecuniarum exhauſtum ceſſauerat, donec C. Sempronius Gracchus, vt Semiſſibus & Trientibus in ſingulos modios frumentum plebei daretur, legem tulit: & quamuis in hominis odium fluctuarit legiſlatio & eius variauerit vſus, donec eam L. Apuleius Saturninus (vt credo) honori priſtino reſtituit, aut ſaltem conatus eſt, populus tamen, quæ dulcedo victus parati ſine labore, deſidibus eſt, nunquam Semproniam frumentariam aboleri permiſit. Interea verò & P. Clodius tribunitiam legem euulgauit, quam annonariam valde popularem dicit Aſconius, vt frumentum gratis plebi daret, quod ducentis quinquaginta ſupra mille talentis Reipublicæ quotannis ſtare ſolitum Plutarchum accepi dicere: qui frumēti menſtrui largitionem in plebem, ſuadēte Catone, diſtributam ad tenuiorum animos, cibarijs pro eo ac ſi feræ fuiſſent, demulcendos, cæteris annuis impenſis quinquies vicies Seſtertiùm adieciſſe ſcribit, in Cæſare, at nihil quod meminerim præterea. Vtrum autem menſtrui quinquies vicies H S. in anno ducentos quinquaginta ſupra mille talentos adæquarint, Calculatores explicent, vbi de decem anni, aut duodecim menſibus, ante Iulium Cæſarem, inter ſcriptores conuenerit. Quippè menſtruum frumentum tanti æſtimatum (neſcio an ꝑ id tempus annona cariore) nouiſſe permagni refert, ad ſumptus publici diminutionem ab eo tempore laudandam & admirādam, quo C. Iul. Cæſar, ait Tranquillus, recenſum populi, nec more, nec loco ſolito, ſed vicatim per dominos inſularum egit: atq; ex viginti trecentisque millibus accipientium frumētum è publico, ad centum quinquaginta retraxit: id eſt non venientis in Campum Martium coram Cenſ. populi vires & cēſum recognouit, in vicos ſingulos Vrbis poſſeſſoribus primarijs viris, qui ad eum referent, deſtinatis: in quo non eſt controuerſia. Sed in eo, quod ex viginti, &c. ad centum quinquaginta retraxit, Tranquillo cum Plutarcho non conuenit: quod nō viderunt illius interpretes, dum in mulis congerendis otio & literis abutuntur: hic enim ait, in Cæſ. Plutarch. Cenſu peracto centum & quinquaginta millia reperta, cùm antea trecentum ac viginti fuiſſent, iam magnam cladem, tantaſve populi ſtrages inteſtina bella pepererunt. Ampliorem verò multò fuiſſe numerum cenſus oportuit, in quo Senatorij, Equeſtris ordinis, & Plebei viri omnes continebantur: aut eorum, qui frumento participarent, minorem multò quàm referat Tranquillus. Veriſſimè quidam habet, non oportere ſine examinatione ſequi ſententias antiquorum. Equidem vnum ex omnibus ſcriptoribus, quotquot fuerunt, Plutarchum facio maximi: ex aduerſo latere Tranquillo omnes eruditi, vt candidiſſimo ſcriptori, in hiſtoria prærogatiuam tribuunt. Ita in dubio eſt animus, cùm in diuerſa autores trahunt: & ſi coniectura ꝑpollet autoritati, non deerunt qui cenſum numeroſiorem, q̃ Plutarchus exiſtimabunt, etiam in Romanorum ſtrage immaniſſima, pro ea quæ fuit in Vrbem gētium & nationum affluētia. Mihi verò, dum neutram in partem ſatis conſtat, hoc inter dubia referendum videtur. Illud notandum, ſi verè Tranquillus, iure Cenſorij magiſtratus retraxiſſe quamplurimos Cæſarem ab annona, ꝙ magis deſides eſſent quam pauperes, ait Appianus, lib. 2. bell. ciuil. vel quòd locupletiores eſſent q̃ qui annonam percipere iure poſſent, ſolitam inquit ille, tantū pauperibus diſtribui. Vtut autem ſe numerus habeat, alimonia menſtrua principio dabatur, quod mutauit Octauius Cæſar Auguſtus dicente Tranquillo, 40. Pop. Rom. cenſum vicatim egit: ac ne plebs frumentationum cauſa frequētius a negotijs auocaretur, ter in annum quaternum mēſium teſſeras dare deſtinauit: ſed deſideranti conſuetudinem veterem, conceſſit rurſus, vt ſui quiſque menſis acciperet. Verùm ſi quiſq; ſui menſis accipiebat teſſeram, quam omnium optimè in conflagratione Veſeui explicuit Dio, quid amplius patri liberorum trium (a quo in frumentationem exceſſeramus) quàm cæteris datum arguas, vt ex veteri lege Ius liberorum conſeruaretur? Quod etiam ſub Adriano viguiſſe ſignificat Dionyſius: vereor ne illum dicant, qui ad ſimilia nati ſunt, falſo teſtimonio poſteris impoſuiſſe. Dicere ſimplares teſſeras quibuſcunque, & triplares patribus trium datas, vt quibuſdam placet, Io. Brit. ad 9. Sat. Iuuen. quouſq; amplius appareat, diuinare eſt. q̃d teſſeram frumentariam eorum qui acciperent, ex integro familiam non aluiſſe, & in alimenta patribus trium ad filios vſq; ad pubertatem educandos, neceſſaria omnia ex publico data? item plebeis duntaxat frumentum donatum, ſed alimenta ꝓ filijs tribus cuiuſcunque ordinis patribus, qui petijſſent, diſtributa? ſiquidem panaria & teſſeras, quinquagenas aliquando, in ſingulis Theatri cuneis Equeſtres & Senatorij viri participarunt. Sueto. Domit. 4. Vtrunque tentari certè poteſt, affirmari non poteſt. Pubertatem autem filiorum priſci Romani non annorum 14. ſed plenam, quam vocat Modeſtinus, l. ad rogato. D. de adopt. l. mela. de alim. & cib. leg. l. 90. §. conditionum. de condi. & demonſt. exaudiebant: quam & Homerus, cùm primùm ſub temporibus florent genæ, in illis verſibus Vlyſſeæ 7. intelligit,

[illegible]

[illegible]

In qua ſententia Caſſiani fuerunt, eiuſq; veſtigia remanſerunt quædam in inſtitutionibus, quæ ex corpore Vlpiani excerptæ circumferuntur. Sed ea de re Prudentium [illegible] Iuſtinianus placito ſuo l. vlt. C. quando tut. vel cur. eſſe de. ſuſtulit, magis quàm in conſonantiam redegit

De tribus liberis tutoris ſe excuſantis, Seueri & Antonini conſtitutione, & Pauli reſponſo, explanatis. *Cap. XVII.*

SEquitur in iure trium, tutelæ aut curæ vacatio, de qua ſic Seuerus & Antoninus, l. 1. C. qui nu. lib. ſe exc. Qui ad tutelam vel curam vocantur, Romæ trium liberorum incolumium numero, de quorū ſtatu non ambigitur, habent excuſationem: quæ verba tutelæ & curæ vacationem arguunt [illegible] procuratam, ſi iam cùm pater tutor curatorve creatur ſuperſtites liberi ſint, & viuant

viuunt, l. 1. §. remitt. D. de excuſ. Neque enim qui naſci ſperatur, in hac quæſtione cluſus e[illegible] ſibi [illegible] de [illegible] ſtituere quæri tur, patri [illegible] quod [illegible] ſign. l. qui in utero. de ſta[illegible] quo [illegible] liberorum ſign[illegible] nt Cæ[illegible] antequam pater [illegible] poſſederunt, ſicu[illegible] vita, nocebūt [illegible] plu[illegible] [illegible] ex [illegible] [illegible] S. enim [illegible] hon[illegible] [illegible] ex regu[illegible] mo [illegible] de q[illegible] [illegible] au[illegible] [illegible] mari. M[illegible] bis [illegible] intra [illegible] um [illegible] vari[illegible] mu[illegible] con[illegible] 90. m[illegible] ſponſorum [illegible] miſſi iurid[illegible] comperr[illegible] de [illegible] hos offer[illegible] ſtudi[illegible] d[illegible] de non [illegible] vacat [illegible] m[illegible] re l[illegible] be[illegible] exc[illegible] tutione Cæſaris Seue[illegible] & A[illegible] gat Anto Augu ſi nus cen[illegible] Hei gnnius meminit, d[illegible] to ictiecet quod [illegible] us & [illegible] & in[illegible] conijciat, q[illegible] huius noſt[illegible] paucula ve[illegible] nor[illegible] ego reper[illegible] Mo[illegible] [illegible] ci, qui [illegible] C[illegible] [illegible] omnius [illegible] [illegible] ra niemi[illegible] intellex[illegible]. In[illegible] ſtitutā deducere iniuria temporis no poſſ[illegible] re locus eſt, nihil moror [illegible] eps [illegible] Iuſtinianus e[illegible] adeò veteri[illegible] reſcrip[illegible] & [illegible] circūduci, re[illegible] & transformar[illegible] Vnde tot[illegible] fica [illegible] eius enuclea[illegible] ſtitutio [illegible] ex an[illegible] co[illegible] tution[illegible] re [illegible] ernes A[illegible] b. [illegible] mi [illegible] in a[illegible] quentes fuiſſe, dùm [illegible] forent reu[illegible] cent[illegible] eges editas agno[illegible] tur p[illegible] [illegible] proſequu[illegible] ad rem [illegible] reſt moniū, u[illegible] qu[illegible] [illegible] a in Pandec[illegible] C[illegible] a. M[illegible] utione [illegible] ode [illegible] priſ [illegible] reſeri pta q[illegible] n Codic[illegible] mus [illegible] m[illegible] a parte explicui mu[illegible] Arc[illegible] & H[illegible] medii, vt ita dixerim, [illegible] de[illegible], & e[illegible] tractatu de Decurionib[illegible] be[illegible] andi q[illegible] ionē Lnec [illegible] cad[illegible] io[illegible] ic[illegible] e non d[illegible] mili tran [illegible] S[illegible] tor[illegible] ac ſtudio [illegible] Augu [illegible] obſtrigillando, & pugnandireſ cauſa, nil icribo, quā

gnis ingenio, doctrina & dignitate viris, illi communibus, ne fas & [illegible] cere ſemper dux: Obert tò excuſanonū, cū [illegible] meru[illegible] habum [illegible] ſpecie, [illegible] excipi rationi [illegible] onſeq[illegible] us ema cipatus [illegible] paternæ [illegible] n [illegible] reſponſo [illegible] amicitiſſimos. D. de ex[illegible] [illegible] us incolumib. i[illegible] n habet eman [illegible] p[illegible] curatore accipere d[illegible] beat Quero ſi [illegible] T[illegible] filio ēmancipato, curator à [illegible] [illegible] & nihilominus triū [illegible] reſpondi, premiū qui[illegible] orū et cōperit, dene[illegible] gar[illegible] curator petat, contra nam ral[illegible] ex[illegible] tendō eſſe putauerit [illegible] ran[illegible], iniquū eſſe[illegible] miū [illegible] on[illegible] anda pa[illegible] cone[illegible] um, [illegible] ideo[illegible] aduer ſus al[illegible] qu[illegible] liber, [illegible] ratisp[illegible] gaud[illegible] ſt, l. ſus triū, l. pe. S[illegible] excuſ liber[illegible] allegans ſe excuſet, dū curatore [illegible] to, ſiue ventri, aut tutor[illegible] A[illegible] qu[illegible] arentes liberis, n[illegible] rato[illegible] in c[illegible] tate libera coli. q[illegible] orum[illegible] tentur Sed ne ſi [illegible] ra [illegible] co[illegible] incommod[illegible] ur, magiſtratu cauſa [illegible] ad[illegible] patrem [illegible] quid ſit [illegible] um memini, quum [illegible] q[illegible] re[illegible] tultum [illegible] intra[illegible] a [illegible] te lu[illegible] tut[illegible] publico [illegible] orien[illegible] de p[illegible] na [illegible] tore re[illegible] n p[illegible] [illegible] nda [illegible] patr[illegible] ent [illegible] um l[illegible] [illegible] & [illegible] munus, mi[illegible] amici[illegible] [illegible] emapu[illegible] onun[illegible] [illegible] loquē um p[illegible] an[illegible] ute pu[illegible] ap[illegible] ianis a[illegible] de [illegible] xcu[illegible] lure [illegible] & o[illegible] us for[illegible] Cergo [illegible] d[illegible] C[illegible] Ampl[illegible] [illegible] m o[illegible] a [illegible] e po[illegible] ad [illegible] cuſat glo & [illegible] mo[illegible] argumen[illegible] ſtione manu[illegible] ndis eſſe videat[illegible] um, Ego Iuriſp[illegible] nutum, ſcrupulum, in[illegible] b[illegible] xtero neglecto: intus[illegible] P[illegible] in ea. D. de adul I pro[illegible] o[illegible] quæ plerumque pietas paternâ [illegible] capiens, in patrem aculeos [illegible] ent ſtimulos admoueat, [illegible] dorqi coniuncti, etiam in[illegible] [illegible] lum an[illegible] um renouauerit. Itaque ſi Deus O[illegible] M[illegible] ho[illegible] em animal ratione ornatum & ciuile, ad [illegible] tuit Plutar hus, edidit, religionem & [illegible] o[illegible] ianis animi indiuiduam, qua coleret, & [illegible] aret, hanc, [illegible] terus mortaliū mutuis [illegible] concordia cōtineret. Hinc [illegible] manæ co[illegible] tionis & ſocietatis omniū, [illegible] arco Tullio, de quib. ſi poſt communi[illegible] tatem [illegible] in ipſo eſt coniugio proxuma in liberis eſt [illegible] & amoris quandam flagrantiam [illegible] [illegible] erauit eade[illegible] rationis excitat parentes, ſtim[illegible] ingit, vt natos charo[illegible] habeant, & mentem, quo[illegible] utet omnib animantibus ingenita cura eſt, Id[illegible] precūr, nullo præcipiente ſecuturū pat[illegible] u us exiſtimans, [illegible] ars fimis naturæ nihil, [illegible] q[illegible] ratio ſuadet, [illegible] mis menti ſuggereret, à reſpon[illegible] ſumunt, co[illegible] ans, ſi gs pudor eſt patri, di[illegible] ouidem[illegible] conſtitutam naturæ legem obſeruaturū, [illegible] & naturalia. Inſt de iu. nat. gent. firma & immu[illegible] Ciceroni[illegible] ſtans & ſempit erna.

De patris excuſatione nodi ſoluti, Antonini reſcripto, & Vlpiani e Opinionibus ſcripto emendatis & reſtitutis. Cap. X [illegible]

Dubitatio tamen ex animi [illegible] icitus euel[illegible] da eſt, quam [illegible] ius præterire non poſſum, ſi [illegible] nor [illegible] on [illegible] eſt [illegible] oc diuerſimode pro [illegible] orum detr[illegible] ctant [illegible] aff [illegible] proficuis emolumentis [illegible] & hom [illegible] turcla honor [illegible], et tam [illegible] tione [illegible] rum & rei tutelaris Baldu [illegible] lat [illegible] cum q [illegible] verbo ſigni [illegible] ca. & con [illegible] ſede [illegible] ru par [illegible] placitum, [illegible] c his [illegible] uſ Nume [illegible] b honoribu[illegible] non excuſ[illegible] Se[illegible] nor [illegible] Baldu [illegible] x lu [illegible] me [illegible] 1. de m[illegible] num. [illegible] fer [illegible] bu [illegible] rio ma[illegible] nati [illegible] uid [illegible] m habet, quæ [illegible] [illegible]

deſtine? Tu qui ciuile dixeras eam eſſe munus, noluiſſe [illegible] nui e in data immunitate exaudire Calliſtratus [illegible] [illegible] & contend[illegible] autoris [illegible] & no contextu [illegible] Pompon [illegible] ne [illegible] officium pr[illegible] ho[illegible] viuuer [illegible] cines, [illegible] perue [illegible] æqu[illegible] vls. [illegible] aduer[illegible] o Cato autores [illegible] & [illegible] pl cuit [illegible] nega[illegible] [illegible] & Carat [illegible] & p adiu [illegible] C [illegible] ſtrata [illegible] Ni notoina[illegible] ex mu[illegible] ſſe[illegible] aſſiduaſ[illegible] munera locum modem tibi vi[illegible] iuris elementis, Tutelam [illegible] & Id [illegible] placuit le in libris hu[illegible] conſtitui, quod poſt [illegible] Stephanus [illegible] [illegible]

quodq;

quudq; pariter doctis & indoctis perſuaſum eſt, eminentiſſimis ſeculi ſui. Ego, ne de induſtria videar excitare *[illegible]*, cùm proſequamur Ius vacationis, quod Romæ ſibi pater trium parabat, vt Triumuiri poſt Seuerum & Antoninum diſtinguunt in Inſtitutionibus, d.§. primo, de excuſ. dixerim Vlpianum agere de vacatione in prouincijs conſequenda, quod ex ſpeciebus diſſimilibus & imperfectis, vt pote ſi quis non 70. annos, ſed 65. natus ſit, nec 5. liberos habeat, ſed 3. dũtaxat, à muneribus neutiquam liberabitũ, quod obiter ex Modeſtino in ſuperiorib. capit. nono, attigimus. Cùm autem Romæ dico, ad Italiæ & prouinciarũ diſcrimen accipi ſcriptũ velim, cuius ratio vix antè cognita ſuo loco proferetur: vt interea remiſſio tutelę Iure liberorũ ſit patri, & intra muros Vrbis, & in continentibus ædificijs, l. ſecunda. l. Alfenus. de verborum ſignifica. l. penul. §. Romæ. de excuſ. ſiue à teſtatore, ſiue à præfecto vrbi, ſiue à prætore ſit tutor conſtitutus.

De forma Iuris trium in tutela excuſatione proponendi, notatoque Scæuolæ reſponſo & explicato.
Cap. XVIIII.

Itaque pater filiorum trium, tutor pupilli creatus à magiſtratu, aut à teſtatore datus, Iure triũ liberorum excuſatur, ſicut de curatore dato mente capto, aut muto, ſiue ventri, dicebat, dicta l. pen. §. ſi à prætore, Thryphoninus. Hic omitto dedita opera tutorem à lege factum, qui in iure, id eſt, in iudicio, tutela fœminarum & virginũ cedere quidem poteſt, ait Vlpianus, de tutel. tit. 11. maſculorũ non item: ſed abdicare ſe, id eſt excuſare, à tutela lege delata iure veteri non poteſt, qa ipſo iure tutor exiſtit: in qua ſententia Cuiacius eſt, & ego ſum: niſi rectiùs factum videamur, ſi mente illũ & ſcripto quoque complectimur, quando Anaſtaſiana, lege, l. frater. C. de leg. tut. l. 2. §. his illud. C. quando mulier. offi. tut. l. 7. §. 1. de naucul. C. Theo. fratris excuſatio admittitur, ſi ea ſit quæ in alio probaretur. Ergo in omnimoda excuſatione proferenda, prudentium & conſultorũ exequenda ſententia eſt. Primùm igitur vbi ſe creatũ fuiſſe, datumve tutorem pater triũ cognouerit, certior à magiſtratibus aut coràm, aut domi ſuę factus, l. 3. l. quinquaginta. D. de excuſat. Cod. eod. quinquaginta dierum ſpatium ad proponendas excuſationis cauſas habet, intra quod ſe apud tribunal ſiſtit, & aut viua voce apud acta, aut per ſupplices libellos remiſſionem conteſtabit, & exponet, officio iudicis mero poſtulato: explicabitq; nominatim, & exprimet eam quã habebit excuſationis cauſam: idemque, ſi plures habeat & diuerſas, corã Ius dicente proponet, intra quinquaginta continuos dies à ſcientia numerandos. Quòd ſi pluribus cauſis teſtatis in tempore legitimo, de qbuſdam non probauerit, alijs vti intra tempora non prohibetur, ait Martianus, l. propter litem, §. 1. eod. §. qui autem vult. Inſtitu. eod. Sed quæ tempora intelligat Iuriſprudens, dubitatũ fuit, & in hoc rei cardo vertitur. Neapolitanus Nicolaus ad Martianũ, putat quinquaginta dies iuſtũ eſſe tempus, intra quod aliam exceptionem rectè proponet, ab alia qui ſuccubuit, quod Bernardo illi Pontificio, gloſ. cap. paſtoralis. ver. audiantur, do exceptio. equidem & doctiſſimo placuit. Ego aliter totam quæſtionem explico, penſitatis Martiani verbis: & tractans de illo, qui ſe cupiens excuſatum, cauſas, quibus remittendum onus tutelæ ſibi prætendebat, non probauerit, non mihi videtur illũ cogitaſſe, qui duntaxat quaſdam non omnes, quas habebat, excuſationis ſpecies teſtatò & nominatim propoſuerit: aliud ſiquidem eſt nominare, aliud nominata probare. qđ ſignificant illa verba, de quibuſdam non probauerit. Verùm qui multis de cauſis excuſationem prętendit, & eas omnes ſimul nominatim exprimere intra quinquaginta debet, d. l. 13. §. ſcire autem oportet. & quod amplius quiddam eſt perſequi (neque enim ſufficit ſe ſiſtere repræſentareque iudicio, & deſiſtere ab excuſationis probatione, quod ex Seueri & Antonini conſtitutione improbat Modeſtinus, d. l. 13. verſic. *[illegible]*) vbi à probatione quã proſequitur, quarundam ſpecierũ ex nominatis, l. 3. in fi. D. de appellat. ceciderit, alijs vti intra tempora non prohibet, ait Martianus, quodque Triumuiris placet, d. §. qui autem vult. Inſtit. de excuſat. id eſt, intra continuos illos quatuor menſes, qui ex die nominationis peragendo negotio conſtituti ſunt, d. l. quinquaginta, & controuerſiæ definiendę. Sed qui ſit dies nominationis, non ſatis interpretibus liquet, poſtquàm lumina veterum, magiſter & diſcipulus, glo. d. l. propter litem. Azo & Accurſius in pugnantes ſententias ierũt, & nos alibi cõpoſuimus. Interea qui ſe excuſaturus eſt à tutela, vbi de iure liberorũ exceperit, an falſis allegationibus vacationem affectet, tota res pendet ex officio iudicis, qui ne liberis ſuppoſititijs decipiatũ, cognoſcens de cauſa cauebit, & qui ſine fraude Iure liberorũ ſibi vacationem vindicat, niſi allegationem eius exaudiat Iuridicus, Vlpiano conſultore, l. 1. §. ſi quis tut. D. quando app. ſit, appellationem iuſtiſſimè interponet: hoc enim, inquit, diuus Marcus effecit, quod item retineo Modeſtinũ, d. l. 13. l. tutores. C. de excuſ. dicere à Seuero & Antonino conſtitutũ. Quæ ſi percepiſſet tutor ille teſtamento datus, qui teſta. D. de excuſ. q adito prætore dixit ſe tres liberos habere, adiecit præterea habẽti patruũ ſe vitiosè tutorem datũ, non eò moratus fuiſſet, ꝙ patruus legitimus foret tutor ab inteſtato futurus, ſed in excuſatione petenda ob Ius triũ liberorũ perſtitiſſet, & in caſu depulſionis appellaſſet. Eius vero, pro religione ſua, debuit inſcitiam prætor circũſpicientia & accurata conſideratione ſuppleuiſſe, niſi fortè nugator quidam Tarentinus licentia ioculari obijciat, non ſpectaſſe tunc ad religionem Iudicantis, aut iuuare clientiũ & litigatorũ iura, aut patronorũ peccata corrigere & emendare, quod poſt Scæuolæ tempora Dioclet. & Maximi. C. vt quæ deſ. adu. par præceperũt. Quamobrem non ſine vitio decretũ prætoris habet, Si legitimũ tutorem habenti tutor datus es, non eſt tibi neceſſaria excuſatio: quandiu enim teſtamentaria tutela ſperatũ legitimam ceſſare, pueri ſciũt, l. ſi quis ſub condi. l. idem fiet. D. de teſtamen. tut. & hoc prætorem latere non debuit, ſi putatur hominis cautio potior cautione legis: item, ſicut Oportet praxeos vſusq; forenſis non eſſe ignarũ eum, qui Tribunali præficitur, debuit prætor tutoris teſtamento dati neglecta allegatione, cauſantis patruũ ſuperſtitem legitimũ tutorem decernendũ, excidiſſe illum ipſum teſtamentarium ab illo defenſionis capite pronuntiare, & certum ſe excuſaturo tempus præſcribere, intra quod filios tres, quorũ gratia ſibi excuſationem vindicabat, eius conſpectui in adiutorio obtuliſſet, aut die prætorio, l. 6. de opt. leg. ſiue, vt loquimur, dicto, de eorũ incolumitate fidiſſimum teſtimonium protuliſſet. Hinc apparet vitiũ pronunciationis, cùm, vbi patruus nemo impuberi tutor futurus eſſet, ſuper excuſatione ob Ius liberorũ nihil decretũ, nihil pronuntiatũ fuerit. Ideoq; Scæuola conſultus, an poſt decretum prætoris illius modi remanſerit idem teſtamento tutor datus, reſpondit, quamuis iuſtas cauſas excuſationis haberet, non tamen eſſe excuſatũ propter vitiũ pronũtiationis: id ſcilicet, ne ad id, quod non cogitauit prætor, verba ſententiæ explicentũ, de quib. ſemper ſtrictũ eſt iudiciũ, l. 3. verſ. neq; enim. D. de decurioni. Barto. l. ſi expreſ. nume. 2. de appellat. vt aiunt Parlamentares noſtri. Vnde licet cernere, quantũ priuatorum interſit habere qui fideliſſimè eorum deſideria iudicib. explicent, & clientiũ ſimplicitatem cautionibus & prudentia iuuent, huiuſmodi enim ſi aliquis dato tutori adfuiſſet, neq; Scæuolę, neq; nobis labor fuiſſet impendendus. Inde quoq; videre eſt, quantũ Reipublicæ interſit iudicem veſtigia iuris & iuſtitiæ ſequi, quantumq; proſit aut obſit peritia imperitiàve iudicantis, cùm illa in mortaliũ leuamentum ius ſuũ cuiq; diſtribuat, hæc grauatos inter homines iniuriam ne diſcernat quidẽ, eò maxime culpæ annumeranda, vt Celſus dicitũ ſcripſiſſe. Cautus itaque & prouidus prætor de tutoris excuſatione, ſine vitio pronuntiaturus, cognouiſſet, quam vbi neglexit inſcitia, neſcio an confidentia, vtraque certè magiſtris & magiſtratib. turpiſſima & nocentiſſima, perinde in vitio fuit, ac ſi contra ius conſtitutũ de illa pronuntiaſſet, adeo vt ſi quid ea in re poteſt iudicium meum, inualida & reſciſſa ipſo iure & ſine appellatione illa ſententia videatũ, non ex capite quod contra ius receptũ de beneficio liberorũ quicquam habuerit, de quo Aemilius Macer, l. prima, §. contra. quæ ſentent. ſine appellat. reſci. ſcribit, ſed ex eo quod finibus certis condemnationis aut abſolutionis concluſa minimè fuerit, vt iudici præcipitur mandatis Principum, l. præſes. l. ex ſtipula. l. poſt ſententiam. C. de ſenten. & inter. Neque enim Prætoria verba, Si legitimum tutorem habenti, &c. à delato munere tutorem teſtamentariũ excuſant, non excuſandumve decernunt, ne dicam, omiſſa principiò cauſæ cognitione de liberis neceſſaria, in eo quod excuſationi ob liberos adiectiõ ũ ex ſuperabũdanti fuerat, non debuiſſe prætorem ſub conditione, multoq; minus falſa, decernere, quæ nullam efficit ſententiam ipſo iure, ſicut Vlpiano duce, l. 1. §. biduum quando app. ſit. Scrib. l. qui Romæ. §. duo fra. de verb. obli. Angelus Peruſinus cenſuit, cuius opinioni Ioannes Imolenſis fauet. Potuit igitũ is tutor, ſi iuſto tempore intra legitimos 50. dies Ius liberorũ pro excuſationis cauſa propoſuerat, dũ prætor dubiam & incertã ſententiã protulit, quaſi ꝓ beneficio liberorũ ſpreto, ſi diſplicebat ſenten-

ſententia, anxilio appellationis vti, Seueri & Antonini, l. 1. C. ſi ſæp. in integ. reſtit. conſilium ſequutus, vel liberum illi fuit, mero prætoris officio poſtulato, denuo tutelæ remiſſionem in adiutorinm deducere, & canſam eiſdem actis, l. ſi vt propon. C. quomodo, & quando iud. vt ab initio agitare, quod familiatiſſimum veteribus Romanis fuit, & inter patritios doctores Bartolum, Bar. d. l. ſi expreſ. num. 12. 13. 14. & ad l. cum quærebatut. de iud. Bald. d. l. ſi vt propon. nu. 17. & Baldum ex Butrij ſententia conuenit (quorum recito teſtimonia, non equidem vt videar, ſed ne non videar protuliſſe.) Litigatoribus enim non eſt prohibitum, ſiue in primaria, ſiue in accidentaria cauſa coram illo ipſo, qui decreuit, ſententiæ vires excutere, & nullitatem, ſi ruſticè loqui per ciuiliores homines liceat, diſquiſitione redarguere, ſi modò iudex iure magiſtratus & propriè iuriſdictionis iudicauerit: qui repeuitus, ait conſtitutio, l. ſi præſes. C. quomo- & quando, Bald. conſil. 442. & 517. lib. 5. nononem ſuam exhibebit, & ſi ex actis error aut iniquitas reſiliat, iterum de cauſa cognoſcens, in melius reformabit, quodq; optimum putauerit, ſtatuet. Sed hic duo in quæſtionem cadunt, nec ſatis adhuc explicata: vnum, quod nouitium inuentum diſcernet ingenioſus, alterum ex reſponſo Scæuolæ, quod explicanius, ſupereſt. In primo ſi culpa & imperitiá magiſtratus, apud cuius tribunal intra legitimos dies tutor datus cauſas excuſationis teſtatus eſt, quatuor menſes conſtituti negotio peragendo effluxerint, qnos obſeruat Paulus, d. l. quinquaginta. D. & C. de excuſa à nominatione tutoris qui repetere excuſationem & cauſam retractare parat, quæro an res rutelares ſint in periculo tutoris teſtamento dati? Et ſententiam exequi poſſe debereq; iudicem, priuſquam eius vires coràm ſe agitari patiatur, ſummis ingenio & autoritate viris placuit, Clemen. 1. de ſequeſt. poſſ. & 1. de ſenten. & re iudi. auth. quæ ſupplicatio. C. de precib. Impera. offer. qui in euentu reuocationis executionem quoque decreti prioris retractari cenſuerunt. Quæ ſi vera ſunt, implicatus eſt tutor adminiſtratione, dnm tutelæ remiſſionem repetit. Sed ijs conturbari non debemus, quando per iudicem ſtetit, quominus cauſa intra iuſtum tempus terminaretur, qui alibi ſępe legitimam præſtat cauſam ad dies fatales prorogandos, authen. ei qui. C. de tempo. & rep. app Bald libro tertio, conſilio 166. & ad l. contra maior. nume. quarto, C. de inoffic. teſtamen. vt Bald. libro 111. Reſponſorum exiſtimat, quod æquiſſimum videtur. Itaqne, me iudice, quadrimeſtre illud ſpatium periculo tutoris non laberetur, per qnem non ſtetit, quominus excuſationis cauſa prætoris definitione ſopiretur, ſed detrimentum rerum pupillarũ, eo interſtitio repetitæ quæſtionis ad magiſtratũ pertineret, l. prima, §. magiſt. de magiſt. conue. niſi tutorem temporariũ aut curatorem, ſaltem ex Pij reſcripto, l. 2. de tuto. & cura. dat. ab ijs. l. cum in vna. de appell. monitus, dediſſet. Sequens illa quęſtio eſt Q. Ceruidij Scæuolæ, ſi tutor, qoo de agimus, acquieuiſſet ſententiæ, nec intra fatalia tempora appellationis coram eodem prætore de viribus ſententiæ nullis quæſtionem agitauiſſet, ad maioremve prouocaſſet, conſenſum taciturnitate ſententiæ accommodans, an ob id ꝙ non geſſit tutelam, vtilis actio in hunc dati debeat. Reſpondit, Si errore potius, quo ſe pro Iure trium liberorum, quod allegabat, excuſatum crediderit, quàm malitia ab adminiſtratione ceſſaſſet vtilem actionem non dandam. Cæterùm erroris à malitia diſcriminatio nunc erit in religione iudicantis, olim erat in cognitione prætoris actionis formulam & iudicem concedentis, aut deneganris, qui ſi non mala mente & malo animo ceſſaſſe tutorem opinabilem videret, illum ab vtili, nedum à directa actione tutelæ abſoluebat, vel potius ab actionem impetrante negotij ſerie explanata, aduerſum illũ non concedebat, cùm in eum dũtaxat, qni tutelam gerere noluit, & ceſſauit, cùm ſciret ſibi geſtionem incũbere, vtilem, l. 38. §. in eum. de admi. tuto. dari placuerit. Quæ Scęuolæ reſponſum elucidant, nuper ab Heruagio obſcuratũ, de verbis vltimis ſublata negatione, cùm aduerſus prudẽtis mentem, tùm contra exemplariũ fidem. Ita culpa deprehenditur hominũ, qui liberiori ſtylo in emendandis libris proruentes, de correctorib. plerunq; corruptores fiunt. Cęterùm non is ego ſum, qui reſponſo viri principis, & Iuriſconſultorũ prudentiſſimi (ſic enim illũ, l. 7. de teſta. C Theod. AA) vel cũ Alciato, 𝔈𝔭. 4. cap. 1. autoritatem imminuere & fidem eleuare poſſim, aut velim etiam cùm poſſem, magno illum ingenio virum Claudio Tryphonino aſſerente, l à teſtatore. de conditio. & demonſtratio. cui plus iniurato quàm mihi iurato crederetur, nihilo tamen minus meã apertè ſententiam proferam, at eò cunctantius & timidius, quò mihi cum mortuo res eſt, ne manes illius è ſomno excitare, aut, quod ille vetat, dilaniare videar, & ſi mens cunctis impoſita manet, vt ait Iupiter Statianus, viderint melioꝛe & fœliciore ingenio nati, apud quos manſurũ & non reuocabile verũ. Itaq; non opus fuiſſe diſtinctione Ceruidiana ad quæſtionem terminandam magis puto, cùm rei totelaris periculum ad imperitiam & imprudentiam magiſtratus ſpectet. Nec ſententiæ acquieuiſſe tutor, de quo ſermo habetur, videri poteſt, à qua non debuit appellaſſe, vt erat ipſo iure inanis & euanida, l. ſecunda, C. quando prou. non eſt neceſ. lata contra formam iuris manifeſti. Quod enim verbum vulgus habet in ore, & properant plerique dicere magis quàm diſcere, Acquieſcentem, l. tertia, C. quomodo, & quando iud. & taciturnitate conſentientem videri probare ſententiam, vt citius is agat, qui denuo cauſam agitaturus eſt, dictum putem, &, quod ſemel dicam, ſicut qui appellauit à nulla inualidaque ſententia, præſcriptione fataliũ temporum ſubmotus, ex eo non videtur ſententiam comprobaſſe, qui tacuit, cùm non debuit appellare, neque videtur ſilentio ſententiam confirmaſſe, quod Modeſtino placuit, d. l. ſi expreſſ. de appellat. Acc. Barto. l ſecunda, C. ſi ex fal. inſtru. Guido Papa deciſio. 416. nume. 13. & eius ſententiæ doctorum hominum calculus & conſenſus acceſſit, ne dicam ſententiam nullam confirmari non potuiſſe, ſi non exiſtenti qualitas non accedit. Quæ non tam aduerſus Scæuolam perſuadendi ſpe quàm experiundi voluntate producta, quò magis vulgaria ſunt ex regulis Iuris antiqui, mirabundũ animũ meũ remorantur, vt in oculos eruditos viri prudentiſſimi non incurrerunt. Ea nos certè fuſius & copioſius tractauimus, quod à noſtrorũ temporũ vſu & luce fori non abhorreant, licet ab elegantiorum eruditione vulgari fugiſſe quodammodo videantur.

De tribus liberis legati, deque legationis & tutelæ diſcrimine.
Cap. X X.

Exemplum quoque ex principalib. conſtitutionibus profero, ne heluo Pandectarum eſſe videar, quas tamen & auribus & oculis deuorare doctos oportet. Illud verò ex placito Valentiniani & Gallieni AA. & Cæſarum ſic habet, l. 1. de legatio. C. Pater trium incolumium liberorum legationibus publicis liberatur. Vnde ſiue in municipijs, ſiue in Vrbe à legationis munere Iure trium eximitur pater, etiamſi ex ordine ei obeundum eſſet, putà quia priores, qui in Senatum electi ſunt, omnes iam functi fuere, idemq; extra ordinem delegato munere, putà ſi de primoribus viris & optimatibus legatio perſonas deſideret, ad quam non eſſet quis alias, ait Martianus, l. ſciendum. D. de legatio. compellendus. Sicut enim à perſonali munere tutelæ tres liberi vacationem præſtant, de quibus tam multa in ſuperioribus, ita in propoſito à legatione patri remiſſio eſt, quæ ſolo perſonæ miniſterio obitur. l. filio. D. eod. tit. l. prima, & vlt. de mune. & honor. & perſonale munus Hermogeniano & Arcadio dicitur. Adnotanda tamen obiter differentia eſt, quam ἀπροσδιόνυσον non erit addidiſſe, & tranſire ſine admiratione non poſſum, cur mandatis principalibus diſcriminata fuerit Vrbs ab Italia, & hæc à Prouincijs in tutelæ excuſatione, & in legatione non item, licet & tutela & legatio ciuica perſonalia munera ſint. Equidem quantumuis in numerato habeas ingenium, diſſolutionis ratio ſtirpitus erui non poteſt, cùm hęc ſolemni potius antiquitatis autoritate, quàm ratione conſtitutionis firmata liceat cernere. De quibus leges ſcriptas reperio, d. l prima, C. de leg. l. 1. qui num. lib. ſe ex. C. lib 5. quæ vim, mentem, & poteſtatem in fronte promptam gerunt, at rationem non item, & quædam de Iure quinque liberorũ infrà dicemus. Interea dum alij meliora docerent, quoniã legatio ex locupletiſſimo Iuriſprudentum teſtimonio, autoritate & vtilitate munus ciuicũ eſt, ei fauiũ diligens & multiſcius amicus quidã ſtoſtet exiſtimauit, ſiue In Italia, ſiue in Prouincijs, multò magis ꝙ muneri tutelæ, vt autoritate publicũ quidẽ tutela munus eſt, ſed vtilitate priuatũ diſcernit, quæ prius Accurſio, ad l. 1. de mune. ad Hermogenianũ placuerant. Sed ratio illa differentiæ mihi non fit veroſimilis, quæ publicis municipiorũ ciuitatũ & prouinciarũ vtilitatibus aduerſatur, nec ciuici muneris vtilitas quicquam ad rem facit, cur in legatione detrectanda patri faueatur magis quàm in onere tutelæ ab humeris auertendo. Quocirca in vera diſcriminis ratione inueſtiganda, ab alijs laborem impenſum velim: ego, vt de quarundam rerum inſcitia confiteri ſummam ſcientiam exiſtimo, dicam primùm cum Ouidio, Non liquidò ſatis eſt cognita cauſa mihi: quòd ſi meo officio mero prætoris aliquis premat, co-

gereq;

ge requ; velit pronuntiare ſententiam, prudens inſcitię iurabo de cauſa N. L.

De tribus liberis liberti centenarij ex lege Papia, & liberti à Iure patronatus liberatione triplici. *Cap. XXI.*

Amplius tres liberos aut plures ex lege Papia fauorabiles fuiſſe reperio liberto centenario, adeò vt nihil quicquam ex eius bonis petere patronus poſſet, ſiue teſtatò, ſiue inteſtatò libertus decederet. Cuius quidem capitis Triumuiros indices habeo Iuris elementorum & Inſtitutionũ lib. III. de ſucceſ. libert. Vbi inter cætera, de quibus in Iure duorum mentio habita, ex iure veteri lege Papia dicitur conſtitutũ, vt patronus liberto, qui c. mille ſeſtertios minores haberet, cum filio vnico liberti ſucceſſurus, hæreditatem æquilibrio diuideret, quaſi reliquias vetuſti iuris & antiquæ ſocietatis retinens, cuius teſtis adhuc ſupereſt Vlpianus, D. de bonis libe. l. I. item vt cum duobus liberis ſuperſtitibus liberto, in trientes aſſem deſpertiret, virilemq́; conſequeretur, dũ tamen ne idem eſſet, trib. liberis à liberto ſuſceptis, & patrono ex lege 12. Tabul. obiectis. Illis enim antiquitùs, vel eorum vni, facultas fuerat excludendi & arcendi patroni, quę ſuprà explicata fuere. Sanè ad legem Papiam ſciendum eſt introductam illam fuiſſe in ſolatiũ patronorum, qui libertos aſſiduos & locupletes habebant, & à filijs naturalib. (intelligo, vt Suetonius, Tiberij 52. more Latinorum, natura filios iuſtos & legitimos) ex quantulacunq; parte ſcriptis à patre hæredibus, libertis ſuccedere prohibebantur. Sed neſcio quid cauſæ eſt, quod ius notiſſimum legis Papiæ de Iure patronorum augendo in bonis libertorum, Concinnatores transferre in libros Iuris ciuilis neglexerunt, tam multa de eo, qđ ante illam vigebat, referentes. l. 21. in fi. de iure patro. 6. D. de bonis libert. Dum ita ſubſiſto ad legem Papiam, duo notanda animaduerto: vnum, mediocris fortunæ liberti filios lege Papia non interpellatos: alterum, liberti locupletis liberos tres patri fauorabiles fuiſſe. In primo vel vnicus liberti filius patronũ excluſit ab hæreditate, quam lex Papia vt ſummæ minoris intactam & illibatam filio reſeruauit, ſi is legitimus & naturalis eſſet ex iure conſtituto, cùm minor libertus centenario. Sed hic tractari commodiſſimè potuit quæſtio, ſi duorum liberorum pater libertus, cùm maior eſſet centenario, ſe minorem in fraudem legis Papiæ fecerit, ad hoc, inquit Vlpianus, l. ſi liber. min. de iure patro. vt iudicium legis euerteret, intereaque tertio illi filio naſcente, ſi probaſſet patronus voluiſſe libertum legem circumuenire, an qui ob duos ſe legis vinculis non exuiſſet, detecta fraude in legem Papiam commiſſa, indignus legis beneficio, & iuris trium liberorũ fuiſſet? quod mihi magis videtur, ne commodo legis gauderet, in quam ipſe nixus erat: cuius ſententiæ multa ſunt ex Prudentibus, D. de ijs quæ vt ab indig. in libris Ciuilibus, & opinioni noſtræ fauent. In poſteriore, libertũ locupletem ingenti præmio poſito lex Papia ad procreationem excitabat: cui ſi tres liberi ſupereſſent incolumes, cuiuſcunque ſexus, teſtato vel inteſtato liberto inuito patronus non ſucceſſiſſe, illumq́; tres liberi procul ab eius bonis pepuliſſent: quæ ſi non expreſſa, à Triumuiris ſignificata, §. poſtea verò. d. tit. ſcio. Fortaſſe tamen ſciolus obſtrigillabit, quòd minus apta Iuris trium in hac ſpecie tractatio illi videatur, cùm præmium nullum liberorũ gratia ſentiret pater libertus, ipſisq́; filiis duntaxat lex commodaret ad patronum à paterna hæreditate repellendum. Idem verò nobis hoc loco, quod & alibi, ſapiendum eſt: nempè fauorabile fuiſſe patri liberto, qui omnia ſua ex voto liberis parauerat, l. nihil intereſt. de bo. libert. voto inquam omnib. parentibus communi, explicatam ex animi ſententia familiam relinquere: fauorabile quoq; (niſi idem recito) illi ob Ius triũ fuiſſe animi libertatem in ſupremis cautionib. habere, & ad debitã portionem, ſiue dimidiæ, ſiue trientis, patrono ex legib. relinquendam ſępiſſimè contra voluntatem, non teneri. Tam enim grauis & moleſta fuit antiquis inhiatio illa patronorũ in libertorũ fortunas, quàm maximi beneficij loco habita fuit à Iure patronatus liberatio. Cuius tres modos fuiſſe comperio: vnus in natalib. reſtitutis cernit, quib. non ſoliti fuere Imperatores reddere libertũ, niſi patrono conſentiente: Ius enim patroni, ait Modeſtinus, natalĩũ iure impetrato amittit, l. 2. & 5. de nata. reſtit. & patronus ad liberti ſucceſſionem venire non poteſt: quæ fuit cauſa reſtitutionis natalĩũ introducendæ, vt libertus quaſi ingenuus mori poſſet, qui iure annulorũ potuiſſet ingenui iure viuere. l. 3. D. de bo. libert. Alter modus fuit liberæ teſtamenti factionis impetratio, cuius Vlpianus d. l. 3. meminit. Libertus enim ubi operarũ obligatione dimiſſus, ſolutione purà, aut Iure liberorũ, teſtamenti factionem liberam non habebat, quæ fuere in ſuperioribus à nobis enucleata. cap. 10. & 11. Verùm callidus & prudẽs patronus, aut nihil manumittens, poſtea ve, liberto imponebat, aut ſi impoſuiſſet, cernens libertum amplificatione rei familiaris fore locupletiſſimũ, nihil exigebat, & ita ius in liberti bona ſibi ſeruari putabat: neque enim in huiuſmodi ſimiliue caſu natalĩũ reſtitutioni conſenſiſſet. In eo contra patronos Ius liberæ teſtamenti factionis impetratitium excogitatum fuit, ex quo teſtaturo liberto licebat patronum præterire, ita ne contra tabulas eius patronus vti auxilio prætoris poſſet. Sic illum princeps iure ſpoliabat ſuo: rectène, quando quæ ſunt recta & honeſta, liceãt ſolùm principi verè principanti, ait Liuius, alij viderint, interea hic Bal. l. 2. C. de ſerui. & aqua, caſus obſeruetur. Alius & tertius modus fuit, Ius trium, de quo agimus, & ſine impetratione liberæ teſtamenti factionis, teſtatus libertus triũ pater impune præteriuit patronum, vel illibatas à patrono, inteſtatus, filijs reliquit facultates. Hæc de iure priſco, pro eo ac ſi vigeret hodie, ad Pandectarum locos quamplures elucidandos, duximus legem Papiam reſpicere, in eo capite quod miror legulegulos omnes & Gallos & Italos ſilentio præteriiſſe, vel negligentia diſſimulaſſe: obſeruatum autem reperi induſtria memorabili Alexandri Neapolitani ſcriptoris, cuius ſuper claſſicos autores Geniales, lib. 4 c. 22. caput extulerunt.

De Iure trium verſus Iuuenalis explicati. *Cap. XXII.*

Poſtquam verò in ſermonem de lege Papia venimus (ſiue Iulia & Papia coniunctim, ſiue Papia Poppæa dicenda ſit, vtpote lata poſt Iulias Rogationes, Tacito lib. III. ſub Auguſto Cęſare, M. Papio Mutilio & Q. Poppæo ſecundo ſuffectis, non ordinarijs Conſulibus, & Iſidorus cenſuit, can. quædam. 2. diſt. cuius opinionem confirmat Dion. li. 56.) volui ad remoram accurrens, ingenij vela contrahere, Satyrici locum explicaturus, quem vidiſſe quidem, ſed non peruidiſſe principes viros, iuris & eloquentiæ magiſtros, eorũ ſcriptis comperimus. Verba Iuuenalis ex ſat. IX. ſunt:

Iam pater es, dedimus quod famę opponere poſſit,
Iura parentis habes, propter me ſcriberis hęres,
Legatum omne capis, necnon & dulce caducum,
Commoda prætereà iunguntur multa caducis,
Si numerum, ſi tres impleuero, &c.

Vbi cùm cinædus, vulgo pater creditus, liberos ſuſtuliſſet, ope & auxilio Næuoli, vicem illius cum vxore ſubeũtis, Poeta ſub Næuoli perſona turpitudinem cinædi eius aurib. inculcat, & obijcit, dũm iura paterna generaliter exprobrat, dumq́; ſeriatim commodis liberorũ enumeratis infeſtat, commemorans illi ſua opera iura parentis & ciuib. Romanis propriam poteſtatem in filios eſſe, itemq́; teſtamenti factionem, quam triuiales magiſtri paſſiuam dicũt, & honorem illũ ſummũ (de quo, epiſt. lib. I. & 7. ad Tacit. Plinius ſæpiſſimè) tanti à veterib. factum, percipiendi relicta, l. ſed & ſi ſuſ. D. de iudic. l. 36. de excuſ. tut. l. 28. de teſta. tutel. l. 10. de piſtorib. C. Th. alienis teſtamentis, quo ab vxoris teſtamento caperet, obueniſſe: cũ antè liberis orbus & ſolitarius, nõ minus q̃ cęlebs, Inſt. Vlp. ti. 22. ex ſuprema ciuis Romani volũtate, ab ea hæreditatis vel legati honore affici poterat, &, vt generaliter dicam, ius capiendi ex teſtamento vxorio nõ habebat, lege Iulia & Papia præpedimentũ obijciente, qđ tamen Chriſtianiſmo indignũ rati Conſtantinus filius. C. de infir. pœn. cœlib. & Fratres edita lege aboleuerũt. Amplius quo iure cinædus hæres inſtitui, & legatũ omnis generis capere poterat, eodem dulce caducum retinebat, & percipiebat, id eſt, id omne, qđ ab honorata perſona iudicio defuncti, mortuoq́; teſtatore vel honorati morte vel alia incapacitate ceciderat, qđ Iure antiquo, id eſt ante leges caducarias, Iuliam ſcilicet & Papiam, apud hæredem remanebat, Illud verò, quoniã accreſceret & accederet hæreditati, iam teſtatoris deſtinatione abalienatũ, hęredisq́; cederet commoditati, dulce caducũ dicit, In quo explanando Commentarij non ſatisfaciũt. Sed de his quis contrà nũc Rhynthon non geſtit Satyricum ridere? qui caducũ apud hæredem remanere intelligit, agens ſub Domitiano & Traiano, lege Papia vigente, à tot annorum ſpatijs, ſaltem ab illo tempore quo latam eam fuiſſe diximus, aſſiduos autores ſequuti, & fiſco principali caduca vindicante, vt ſignificant ea verba Plinij, in Panegyr. Locupletabant & fiſcũ & ærarium, non tam Voconiæ & Iuliæ leges, &c. Equidem hoc nollem coryphæos, maiorumq́; gentiũ doctores, diſſimulatione neglexiſſe, vellem aũt Cæliũ Secundũ in ſupplenda Commẽtarij ad Iuuenalem diligentia animaduertiſſe. At ne iam nænijs

contendere videat, ſpectatæ breuitatis memor, dixerim ad Ius antiquum, quod ante leges Iulias vigebat, Poetam reſpexiſſe, non neſcium, vt vir fuit qui tot docta priſcaq; norat, ſeruatum dũtaxat lege, Iux vetus caducariũ liberi x aut parentibus teſtatoris, Inſtit. Vlpia. tit. decimoſeptimo, & decimo octauo in Cod. de cadu. tollend. à reliquis caduco confiſcato. Id verò placuiſſe Iuuenali ea libertate iudico, qua Poetæ lineas impunè tranſilire poſſunt, vt ait Varro de Analogia lib. II.

De tribus liberis Decurionis, deque Buleutarum ſtatu, & ſuper eo varijs principum reſcriptis: obiterque de ordine Senatorum Pomponij ſcriptum explanatum.

Cap. XXIII.

Vt autem ad Ius partium reuertamur, ſpecies eſt nobiliſſima: de qua Valentin. Theod. & Arcadius ad Aurelianum. l. vlti. C. Iuſt. & 132. Theo. de decurio. reſcripſerunt: Si quis curialis tres mares filios ſuſceperit, vnum dare Senatui non vetetur. Sed quò facilius reſcriptum intelligatur, memoria tenenda ſunt, quæ fuere de Decurionibus relata, cùm Ius duorum excuteremus, dilucidius fortaſſe quàm Lud. Romanus conſil. 551. nume. 9. alioqui gentis Italæ memorabilis ſcriptor, at illi quod nobis idem ſtudium non fuit. Ampliùs verò legimus in colonijs & in municipijs. item & in oppidis, populum in duos ordines generatim diſtributum. Plebeorũ ſcilicet & Patrum. Illi varijs corporibus & collegijs attributi, quorum ſpeciem artificum φρατρίας gerunt (nullos autem vacantes, eodem tit. conſtit. 179. à corporis ſocietate veteres ferebant) ciues duntaxat plebei dicebantur, qui ſenſim per rei familiaris & facultatum incrementum, ſplendidioris fortunæ, conſti. 53. 72. 56 & 133. & idoneiores ad munia ſubeunda facti, à Decurionibus adlecti, & in ordinem relati fuere. Cenſum tamen ex lege municipali cuiuſque Senatus perſcriptum fuiſſe & definitum putem, vt coloniæ, municipij, aut oppidi, priuatorum opes & facultates erant, vt item in ordine Decurionum plures aut pauci, qui munera ſubire cum impendijs poterant, & Calliſtratus, l. eos qui vtenſ. D. eod. opinionem & coniecturam meam firmauit. Hæc legi propriæ, aut moribus cuiuſque ciuitatis tribuo, ne pro generali iure recipiamus C. M. ſeſtertium cenſeri Decurionem oportuiſſe, quod ad Romanum Plinius Epiſtolarũ lib. I. ſcribit his verbis, Eſſe autem tibi centum millium cenſum ſatis indicat, quòd apud nos Decuriones. Cæterùm qui eius cenſus eſſent, expenſis & æſtimatis proprijs, non è ex dote mulieris, l. Lucius § conſtante. D. ad municip. facultatibus, patres & Decuriones, quòd in hominum luce & ciuium conſpectu cum ordinis dignitate verſarentur, ſiue curiæ, conſti. 85. & 108. Theod. l. omnes. Iuſtin. C. de decurio. (quàm promiſcuè Senatum Plinius & Traianus appellant) Senatores & erant, & dicebantur, quos item à conſilio buleutas vocauit Plinius, 10 epiſto. Theatrũ & Lex Pompeia Latio Græcum nomen pro ſua autoritate donaturus. Illis conceſſæ fuere vacationes & immunitates multæ, in ſolatiũ tot munerum & onerum, quibus pro ſalute patriæ obnoxij tenebantur, quæ omnia ex poſterioribus Codicis & Pandectarum familiaria ſunt ſtudioſis. Vt tamen hominum ingenia ſunt, ex Decurionum ordine complures, curiæ moleſtias pertæſi, cùm vitæ liberioris deſiderio tenerentur, honorarijs dignitatibus ſe decorari, & in ampliſſimũ ordinem adlegi curabant, de quib. ſic Hermogenianus, 23. D. ad municip. Municeps deſinit eſſe, Senatoriam adeptus dignitatem, hoc autem quantum ad munera, quantum verò ad honorem, retinere creditur originem. Deſinere autem ita videtur Vlpiano, l. filij. §. Senatores. eod. vt filios filiaſque nepotes pronepoteſq; ex filio, ſiue ante Senatoriam dignitatem ſuſceptos, ſiue poſteà, ordine municipij eximat, & originem eorum eludat. Quæ ſub Latinis Cæſaribus fuerunt. Sed fracta deinde huiuſmodi municipum conſilia, & deliberationes conturbatas, varijs Græcorum Imperatorũ ſcriptis legibus, ex reliquijs Theodoſij ſcimus, dum hæ vetant generaliter. conſt. 129. 157. 170 & ſeq. 2. 6. 8. ne quis ſe patriæ vtilitatibus auferat, vel ſubducat, & dum illæ conſtit. 76. & 119 Buleutas omnes ad curias redire iubent, vtpotè oppidaneis obſequijs (ſic eſt ſermo) & curiis ſorte natiuitatis obnoxios. Adeoq; Cæſaribus hoc curæ fuit, quo ordinis ipſius detrimento, l. generaliter, §. vlti. D. de decurio. conſtit. 32. Theod. eod. & Reipublicæ vniuerſæ incommodo, curias hominum paucitate langueſcere cenſuerũt, ſibiq; ipſis cordi eſſe curiarum ſplendorem, conſtit. 66. edixerũt, vt etiam honore Perfectiſſimatus, Egregiatus, vel Clariſſimatus ornatum, amiſſis codicillis, priuandum dignitate, & declinatæ curiæ reddendum tam Conſtantinus ad Bithynos, conſtit. 5. 15. 26. 27. 36. 42. 44. 82. 118. & 55. & 72 quàm Arcadius & Honorius ad Eutychianum reſcripſerint, quod curiæ deſolentur, ait ille, ad diuerſa officia currentib. iis qui originem propriæ ciuitatis eludunt. Hinc Decurioni curiam fugienti inquiunt, ad Senatum orbis inclytum vetitum aſpirare, conſtit. 18. ad quem ſi iam perueniſſet, excidebat à gradu vmbratilis dignitatis, & obſecundaturus functionibus, curiæ mancipabatur, conſtit. 13. 14. 48. 73. 93. & cum ipſo illius quoque ſoboles, quam eximebant codicilli dignitatis, vt nominatim cauetur conſtitutione ad Clearchũ P. P. Oportuit enim ex ordine patriæ conſtit. 29. 57. & ſeq. 65. 94. 182. munera obijſſe illum omnia, qui è Decurionum conſortio exiliens, ad curiam (per eminentiam Senatoriam intelligo d. cap. 48.) exultabat, neq; Prouinciæ muneribus functum ſatis fuit, niſi origini propriæ ciuitatis debitum naturaliter exoluiſſet, conſtit. 106. & conſtit 24. 30. librarum argenti multa in eos, qui contrà feciſſent, conſtituta, id eſt, centum & quinquaginta aureorum, quorum. C. de arg. præt. ad theſau. inf. Theo & Iuſtin. quini libræ argenteæ æquipollebant. Creuit autem & vſque ad 30. libras auri interminatio, non aduerſus priuatos, ſed contra ciuitatũ ordines emiſſa, conſtit. 110. d. tit. de decur. Theod. niſi curiales repetiiſſent, quarum quæque libra 72 l. quotieſcunque. de ſuſcep. C. Iuſtin. & Theod. aureis ſolidis æſtimabatur, ſolidus autem æris libris 20. l. prima, C. de colla. æris. Verumenimuerò in his fluctuauit poſtmodum legiſlatio, & variarunt conſtitutiones pro Cæſarum alia atque alia voluntate, dum Valentinianus conſti. 69 Theod de decurio. & Valens Decuriones, qui ordinis ampliſſimi facti fuiſſent, patriæ quoque ſubijci oneribus, & liberos ante Senatoriam dignitatem ſuſceptas curiæ adſcribi voluerunt, ex diametro verò repugnans illis ipſis cum Gratiano ſententia placuit, conſti. 74 §. cæterum. filio, qui curiæ ſufficeretur, non ſuperſtite Decurioni iam facto Senatorio, illo cum eaſu Decurio à breuibus glebæ Senatoriæ eximebatur. Hinc demum Decuriones ad Senatum aſpirantes, loco proprio ſubrogaſſe quàm maximè idoneos oportuit, dignos quibus munera ciuica & functiones committerentur, vt Gratia Valentin. conſti 90 & ſeq. & Theod. Dario Conſulari reſcripſerunt. Sed ijdem Cæſares ſemel & iterum placita mutauerunt, cùm illum, qui ſe ordini Senatorio implicat, filio, vel vicario obeundis muneribus ſubrogato, diſpendijs enormibus bonorum, & facultatum iacturæ ſubijciunt, reſcriptis vno & altero, conſtit. 113. & 118 ad Cynegium P. Prætorio. Quod ita cum Arcadio ijdem Valentin & Theodoſius, conſtit. 123. quandoque probauerũt (ironicẽs accipi velim) vt manente dignitatis imagine, patriæ functionib. ſubſeruire Senatores illos ipſos è Decurionibus factos præceperint. deinde, in creatis iam Senatorib. duplicem perſonam probantes, in futurũ vetuerint Curiales in Ordinem ampliſſimũ adlegi. conſti. 129 At in Protei modũ ſui diſſimiles & cõmutati, Ius antiquũ ijdem AAA. amplexi ſunt, quo munerib perfunctus Decurio potuit, idoneo ſubſtituto, de municipe fieri Senator, conſti. 130. & ſeq. 4. §. 1. & 55. in fi. quod iterũ idem Arcadius cum Honorio fratre ad Florentinum reſcripſit. Neq; tamen perpetua aut conſtans hæc illis ſententia fuit, qui honore priuandos iam Clariſſimatũ conſecutos, & non ſolùm ad curiam reuocandos, ſed etiam in dimidia facultatũ multandos edixerunt, d. conſt. 159. Quo qd iniquius? qd iniuſtius? qd ve inſolentius pro lege obtrudi potuit? cùm illi ſcilicet, qui legib. obſeruatis, & forma recepti iuris conſeruata, curiæ nexibus ſoluti erant, vt ſontes mulctati in priſtinũ, è quo exilierant, retrudunt. An pro legitimè facto pœnas miſeri debebant? Si hoc contra ius non eſt, ſi hoc tyrannidem non ſapit, neſcio qd æquo iuri iuſtove principatui poſſit eſſe contrariũ. Hac verò fortaſsè de cauſa Arcadius Imperator à familiaribus, vt probabile eſt, increpatus, quod leges cereas fingeret & refingeret, intra paucos dies vincula legis nouellæ diſſoluit, in cuius capite, quo factũ Senatorem de gradu clariſſimorũ deijciebat, illiq; multam irrogabat, denuò præcipiens conſtit. 160. Decurioni Senatori facto, de idoneo ſubſtituto dignoq;, ſuo periculo, cauere. At poſteaquàm Curialib. per ſuffectos patriæ muneribus fungi, eiuſdem cum Theodoſio Epiſtola conſti. 167. ad Anthemium P. P. interdictum fuit, & obiri non poſſe patrias functiones cum Senatoria dignitate ſibi perſuaſerũt, conſti. 180. mirum quib. artib. ad Senatũ fuerit occluſa via, mirandumq; magis quo pacto iam honore Senatorio florentes, regredi ad curias oportuerit, conſtit. 181. C. T. & l. 54 C. Iuſt. in eos, vt in ſeruos vindicandos, conceſſa manus iniectione. Magis tamen eiſdem placuit, patriæ munerib. functo, qui omnia ordine excurriſſet, nõ claudi portas dignitatũ, conſt. 182. & ſeq. Th. vt ad Monaxiũ P. P. reſcripſerunt.

ſerunt. Ita quoque Aemilium L. F. Pap. Arcanum, non niſi omnibus honorib. in colonia ſua functum, ab Adriano Imperatore in ampliſſimum ordinem adlectum ex eius monumento & marmorea colũna intra Narbonem legimus. Ad aliud tandem poſt vagos & errãtes fluctus, id habentes in animo, quod ait Iuriſprudentia, Turpe incerto iure vagari, Theodoſ. & Valentin. conſtituerũt, vt Decuriones in Senatus ordinem inferiorem admiſſi, putà titulos ex adminiſtratione ſpectabilium, vt tribunus, l. 2. C. de primicer. iudex, l. 2. de prox ſac. ſcrin. magiſter ſcriniorũ, l. 1. C. de magiſt. ſcrin. & clariſſimorũ, vt prætor, vſque ad illuſtres, conſequuti, per ſerã curialia quam Senatoria munera ſubirent, eorumq; liberi poſt Senatoriam dignitatem nati, patrũ tenerent exemplo: nihil exprimentes de illis qui à Decurione ſuſcepti fuerant, vt Curiæ iam deuinctis. Decuriones item in Senatus ordinem ſuperiorem admiſſos, honorum titulis de illuſtribus, l. 60. 63. & 64 C. Iuſtin. de decurio. ad ſummũ vſq; gradũ Imperat. maieſtatis, etiam ſine adminiſtratione codicillis honorariis ducentes, & ſuperioribus dignitatib. conſpicuos, l. 74. in fi. de decurio. C. Th. l. vlt. C Iuſtin. eod. Senatui per ſe reſpondere voluerũt; curiæ autem noluerũt, ob dignitatem ordinis ampliſſimi, ne functionibus macularent, eorum ſubſtitutos admittentes, dic. l. 60 C. Iuſtin. eo. ita tamen vt poſt eos liberi aliis aſſimilati, fungi per ſe vtroque tenerent. Sic iuris noui commiſſione ex legibus Iuſtiniani Nouel. vt ordi. præfectu. & Nouel. vt ab illuſtribus illorum conſtitutionem interpretor: vel ſummo digito indicaturus hinc pendere Pomponianæ ſententiæ explicationem ex Variis lectionibus. 4. D. de ſenato. Qui indignus eſt inferiore ordine, indignus eſt ſuperiore. Neque verò inferiorem pro Equeſtri accepit Iuriſprudens, fuit nanque dictus ordo vterque ampliſſimus, vt in eo Suetonii, Veſpa. c. 9. Ampliſſimos ordines & exhauſtos cæde varia, & contaminatos veteri negligentia purgauit, ſuppleuitque, recenſo Senatu & Equite. Fortaſſe volebat Pompon. indignum remotúmve ex cauſa ab ordine Decurionum, l. diuus. l. qui iniuriarum. D. de iniut. qui minores Senatores erant extra Vrbem, non poſſe ad Senatum Vrbis, l. 1. ad l. Iul. de vi priu. & orbis Romani aſpirare. Sed ſi ad tempora Iuſtinian. ſcriptum referatur, accipiendum id eſt de ordinibus Senatorum inferiori & ſuperiori, vt qui dignitatibus inferioribus functi, cùm Senatores fieri. l. vlt. de præp ſacr. cub. C. Iuſtin. ſolerent, inferioris ordinis fiebant, & functi eminentibus, ordinis ſuperioris, quod ſi ex cauſa malæ fortaſſe adminiſtrationis, vt ſæpe legimus, indignus quis ordinis loco iudicabatur, quem antea muniis functi ſimilibus erant conſequuti, indignus item & ſuperioris. l. 3 §. vlti. D. de interd. & releg. erat. Hæc obiter & παρέργως. Sic autem, vt deduximus, legiſlatio de Decurionib. ſe habuit, & in eo reſcripto, quod vltimum protulimus, conquieuit. Manifeſtũ eſt igit, quàm difficile fuerit Decurionibus in ordinem ſplendidiſſimũ aſcendere, à quib. nati ſi patrum originem ſequentes, conſt. 14 89. 98. 101. 172. & 8 Theodo. de decurio. curiæ nexibus ſorte natiuitatis obligabantur, ſicut leges, quæ patria parentes non concedebant excedere, conſt. 122. & 23. §. ſuper filiis. l. in filiis. C. Iuſtin. eod. filios à muneribus curiæ non liberabant, quiſque iam oculis cernit à quot moleſtiis filius Decurionis exemptus fuerit, à quot onerib. liberatus, quantaſq; commoditates ſenſerit, qui de tribus liberis Decurionis ab eo Senatui oblatus, ab ordine orbis inclyti ampliſſimo, in curia maxima complexibus exceptus, & honoratus fuit, quamuis hoc Iuſtinianus antiquarit, l. vlt. verſic. qualis erat C. eod. ab interpretib. ſuis non ſatis explicatus. Sed ſi hæc ita ſe habent, idem liuidi noſtris auribus inculcabũt, quod alibi diximus, Si vnus filiorum Senator creari poteſt, qd ad Decurionem patrem liberorũ triũ? Eſt aũt mortalibus innata cupiditas aliũ ſapiendi, & gloriæ aucupandæ, quam ſi quis pater eſt, qui filium inter purpuratos in ſupremis ſubſelliis cernat, & ſplendorem ordinis intentis oculis contemplet, omnibus bonorũ præmiis facilè filii honorem anteponat, qd proſpicientes Cæſares, in reſcripto, non de filio, ſed de patre dixerũt, Si quis curialis, &c. & Ius liberorũ inde patribus diximus, de quo hæc ſatis ſint, iam ad matres vultum & faciem conuertamus.

De Iure trium matribusfam. dato, & earum ornamentis.
Cap. XXIIII

Matres autem, ſicut & patres, ob liberos fauores ſentiunt, de quibus ſecundus eſt ſermo, vt initio polliciti ſumus. Cùm enim exemplo Cyri ſolerent Perſarum reges vrbem aliquam ingreſſuri, in ſingulas eius mulieres ſingulos aureos erogare, quo ad liberorum ſtudium excitarent, Auguſtus Cæſar, Suet. 46. eorum largitionem imitatus, Italiæ regiones recognoſcens, ſingulis è plebe liberos oſtentantibus, ſingula nummorum millia virium, & in ſingulos diſtribuit, ampliore multò donatiuo, quàm Alexander Macedo, qui cùm mulieribus ſingulis dari ſingulos nummos iuſſiſſet, prægnantib. binos dedit. Sed in alio ſenſiſſe liberorum gratiam ante Auguſtum matres reperio, vel ab eo tempore quo C. Iulius Cæſar, Sue. 43. lecticarum vſum, item conchyliatæ veſtis, & margaritarum, niſi certis perſonis & ætatibus, perque certos dies, ademit: adeò vt prohiberentur mulieres, quæ quadraginta quinque annos natæ non eſſent, neque viros, neq; liberos haberent margaritis, purpura, & lecticis vti, ſi quid Euſebio Chronographo fidei damus. Neſcio tamen an gemmæ & lapilli, ſicut margaritis, prohibitæ fuerint, cùm diuerſæ materiæ ſint Seruio, l. 20. §. vlti. l. 26. §. vlti. D. de auro & argen. lega. æquè vero nomine ornamentorum contineantur. Equidem pro certo apud me eſt, auri vſu mulierib. non prohibito, fraudum omnium conſcias fœminas ornamentis mulieribus margaritas contexuiſſe, ita vt in his aſpectus auri potentior eſſet, & auro facto cederent & annumerarent. l. 20 §. peruenitam l. 33. §. primo, cod. In quo fraudem legi facit principale, cui acceſſio, etſi pretioſior multò, ex iuris ratione cedit. At tanto magis in hac ſpecie Ius liberorum fœminæ cupierũt, quantò plus in corporis quàm in animi dotibus poſuerũt, vt hodie quoque ponũt, ornamenti. Proh Dei atque hominum fidem, ſi tot peccatis inquinata ſecula nunquàm circumuoluta fuiſſent, luxuriam ad poſteros non tuliſſet rerũ viciſſitudo. Iam in animis accenſa eſt, quæ gloria erat fœminarum, referente Plinio, lib. 9 & 11. binos ac ternos vniones auribus ſuſpendere, nec in aliam corporis partem fœminæ magis quàm in aures impendunt, margaritis, ait ille, dependentibus: quas orbiculatas proceriores, margaritas elenchos Scæuola de inauribus legatis conſultus dic. l. 33. §. vlti. de auro & argen. lega. intellexit, id eſt, de cellulis, quibus margaritæ, elenchi & ſmaragdi incluſi in auribus, Ambroſ. de Abraham Patriar. 1. capit. 9. penderent. Margaritarum ſanè vſus in fœminis antiquiſſimus fuit, vt Valerius opinatur, at à Caio Cæſare legis cancellis circunſeptus. De purpura, cuius ad Varronem totam rationem explicui, ſcitum eſt in Veturiæ matris Coriolani & Volũniæ vxoris gratiam matronis omnibus vſum purpuræ indiſcriminatim conceſſum, & in hoc nihil ambigui eſt. De lecticis vnũ ſcio, militarem, cuius meminit Q. Curtius, quando nihil ad mulieres pertinuit, prohibitione non contentã fuiſſe, quãuis lucubratoria lectica, Sueto August. 78. & muliebris ſella continerentur. Communiter lectica Imperatores, Diony. lib 60. Conſulares & nobiliores viri mulieres vehebantur, ſed & illa muliebri ſella (ſi eadem ſunt, quæ diuerſa innuit Suet. ex Claudii edicto) qua matremfamilias lecticarii portabant, l. item legato de leg. 3. Sueto. Oth. cap. 6 abditus Otho propriè in caſtra dicitur contendiſſe. Senſerunt igitur matres ornamentis decoratæ, & veſtimentis ornatæ, lecticarũ vſu permiſſo, liberorum gratiam, adeò vt paſſim ad probroſas vſque fœminas (ob liberos exaudi, fuit enim aliàs vetitum) vſus purpuræ, margaritarum & lecticæ peruenerũ, quas tamen à matronalibus decoramentis coercuit Domitianus. Sueton. Domit. 8. Verum biſne ſuffecerit, an ter mulierem peperiſſe oportuerit, defectus teſtimoniis pro certo affirmare non poſſum, coniecturam duntaxat habeo, quam ex Auguſto Dionis & Xiphilini, Catanæus ad Plinium epiſto lib. ſecundo, prodidit. Hoc verum inter nos minimè conſtat, quod ob Ius liberorum matres honoribus & priuilegiis donatas ait, à quibus ſteriles arcebantur, cùm enim fœminis corporalia munera ſexus ipſe deneget, l. 3. D. de muner. & hon. remotæque fœminæ ſint ab omnibus officiis ciuilibus & publicis, quibus eas fungi iniquum eſſe fertur. l. 2. D. ad ſenatuſconſult. Velleia. Senatuſconſulto, non video in Repub. Romanorum fœminas honores adeptas fuiſſe, quamuis oneribus patrimonii l. prima, C de mulier in quo. l. patrimon. C. de munc. patrim. functas nulla dubitatio ſit. Sed fortaſsè voluit ille, ne in aliena cauſa temerè iudicemus, matrib. honores tributos dicere, ob honeſtiorem cultũ & matronalem ornatũ, qui proliferis Iure natorum conceſſus, aut certè non vetitus fuit, & honores illos, priuilegia quoque intelligit & nuncupat, & rectè, quamuis Pontificales, Cardi. cap. priuilegia. 3. diſtin. Sebaſt. Dert. in Iuriſprud. ab ſcripto iuris beneficio, priuilegii nomen auocent, aduerſus Latinum Iuriſprudentium, D. de priuileg. credito ſermonem, nullo argumento, nullo ſigno, poſtquam Papinianus. l. octaua. D. de vacat. muner. l. prima, & ſeptima, de leg. hæredi. C. Th. dicit, Vacationum priuilegia, &c.

De matris patronæ Iure trium ex lege Papia. Cap. XXV.

Fuit item & caſus, quo tres filij matri patronæ proderant, ſi libertini generis ipſa fuiſſet ex lege Papia Poppæa: de qua ſic habet Vlpianus, Epit. tit. 29. Lex Papia patronæ ingenuæ duobus liberis honoratæ, libertinæ tribus, id iuris dedit quod patronus habet ex edicto Vbi libertinam intelligo, non illam, cuius aliquando maiores ſerui erant, ad differentiam gentiliu ita dictam, ſed ipſam illam ex iuſta ſeruitute manumiſſam, l. 6. D. de ſta. ho. vt ab ingenua diſcriminatur quæ ſi de ſeruis ſibi libertos feciſſet, id iuris ei in eorum bonis erat ex lege, quod patrono ex edicto. Sed qd illud, quale quantũq; fuerit, cùm Ius duorũ ingenuæ patronæ explicaremus, ſuprà c. 14 prodita fuere omnia, quæ iudicauimus neceſſario ad rem pertinere: quorũ huc non incommoda tranſlatio cùm æquam vtilitatem afferat, labori ſuperſedebo, locũ curſim cõtentus indicaſſe.

De Iure trium filiabus patroni & patronæ liberis competente, Caij explanata ſententia. Cap. XXVI.

Obſeruata quoq; ex eadem lege Papia ſpecies fuit, cùm liberi patroni virilis ſexus eadem iura in bonis libertorum parentum ſuorũ haberent, quæ & ipſe patronus, ſiue hi filij, ſiue nepotes eſſent, ſiue in poteſtate parentis, ſiue emancipati, ſiue hæredes, ſiue ab hæreditate abſtinentes. Quod ſi eſt, vt Iuriſprudentes, l. veta. l. filij. l. diui. D. de iure patro. retulerunt, fortaſſe lege Papia, quæ iuri patronorũ attulit incrementũ, filij patronorũ commodum auctæ legitimæ portionis in bonis liberti ſenſerũt: quæ miror tacitũ Tribonianũ præteriſſe Porrò filiæ patronorum ex lege XII. Tabularum perinde ius habet atq; maſculi patronorum liberi. id eſt, quo caſu patronus ex XII. liberto ſine ſuis inteſtato ſuccederet, deficiente patrono, vicem eius filia tenebat, liberto patris ſucceſſura: & nihil quicquam minus habebat iuris in liberti bonis, quàm ſi filius extitiſſet, ex mente legis & per conſequentiam. Vnum hic tractari potuit, an filiabus ius etiam cũ filijs & fratribus fuiſſet, in quo nihil diſcriminis ponendũ videtur. Verùm ex edicto contra tabulas teſtament. liberti, aut ab inteſtato cõtra ſuos hæredes non naturales, bonorũ poſſeſſio fœminis non competit: Sed ſi ius trium liberorum habuerint, etiam hæc iura ex lege Papia Poppæa naneiſcuntur, Vt ex Vlpiani. Epit. tit 29 fragmentis cõperimus. Ita liberi patroni quoque in pleriſque cauſis, inquit Modeſtinus, l. 8. D. de aſſig. libert. manumiſſoris iure cenſentur, id eſt, vtuntur, non tamen æquè placentes iuri publico fuerunt, quod diſſimiliter eis fauet, & non ſimiliter eorum ſtudia amplectitur, ſine lege Papia Ius patronorum augente: quæ ad filias quoq; patronorum ſe gratioſè & fauorabiliter conuertit, ſi antè ex vſu forenſi, non perinde fœminis ac maſculis edicti beneficio ſuccurrebatur. Sed ius trium liberorum in fœminis patronorum filiabus, caput illud legis deſiderat: quod quidam impetratitium exaudient requiri, ſed nunquam ante legem Papiam Ius liberorum oratum fuiſſe putem, & adfirmare auſim in eo ſubſiſti poteſt, quod diximus, an ex Papia, quo capite Ius patronorum auxit, filijs maſculis profuerit, ſicut & fœminis fauit: qua de re veſtigium nullum aut argumentum reperio: alij dubitationem tollant, antiquitatem ſi cordi eſt è tenebris eruere. Equidem, vt mea fert opinio, & Iuſtinianus in orationibus ad Digeſta ſignificat, ſententias virorum prudentum ad ſectam & mores ſuorũ temporum Concinnatores in libris ciuilibus, maximeq; in quæſtione libertorum bonis interpolarunt, legis Papiæ, non ſine ingeniorum & ſtudiorum magno malo præterito iure, & nulla facta mentione: in quo ne ius conſilij quod illorum in animus fuit, ſi quid erratum & peccatum eſt, id obſeruaſſe magis quàm reprehendiſſe hoc loco videri volo. Eadem verò quæ de patroni liberis dicta ſunt, de liberis patronæ dicenda fuiſſe videbũtur, vel eo quod Ius patronatus legitimo iure, in liberos. l ſatis conſtat de iure patron. transferat patrona mater & Paulus dicat, D de bon. libert. Patronæ quidem liberi etiam vulgo quæſiti, accipient materni liberti bonorum poſſeſſionem: patroni autem, non niſi iure quæſiti. Sed quoniam manumiſſoris liberi non in omnibus ipſi patrono aſſimilantur, ſicut de filia ſine Iure liberorum obſeruandus eſt caſus ad Modeſtinũ, d l. 8. de aſſig. libert. liberi patronæ, iure, quod mater in bonis manumiſſi habet, vti non poterũt niſi Iure trium liberorũ ingenua mater fuiſſet decorata: quod extremũ verſum in Inſtitutionibus Vlpiani claudit. & vt ex omni parte deprauatus miſerrimè libellus ille, & fœdiſſimè corruptus eſt, mendũ ſubeſſe, qui verba ſuperiora cũ illis commiſerit, verebitur, aut, quod magis probo, caſum hũc ad Modeſtinũ referet, quo liberi matris, quæ manumiſit, iure minimè ſemper vtuntur. Itaq; differentia inter patroni & patronæ libertos, quæ fuerit, anacephalæoſi comprehendenda eſt, vt dicamus ex illis, maſculis ius integrum in libertinorũ paternorũ bona omni caſu fuiſſe, & fœminis ſi Ius triũ natorum habuiſſent, liberis verò patronæ, nec maſculis nec fœminis Iure liberorũ opus fuit vnquàm, ſi a matre Ius patronatus habuerũt, oportuit autem, ſi frui illo & gaudere voluerunt, Iure trium liberorũ honoratam matrem ingenuamq; fuiſſe? ex lege Papia, Vlpiano referente. At inde quis non colligit Caij prudentis illa 22. D. de iure patron. verba, Satis conſtat, etiamſi in poteſtate ſit parentis filius patronæ, nihilominus legitimo iure ad eum pertinere hæreditatem, non ſic ab eo ſcripta, non ſic ab eo ſenſa fuiſſe? quibus ſignificatur generaliter & ſine diſtinctione, ſicut patronæ liberis officium, l. t. illo titu & animi grati ſignificatio à liberto debetur, ita & liberti hæreditas ex iure conſtituto illis legitimè obuenit. Quod tamen olim iam nõ fuit, niſi mater patrona tribus liberis cohoneſtata fuiſſet, ex legis Papiæ præſcriptu, quæ poſt ius prætorium nouiſſimè rogata eſt, & viguit. Itaq; memoria eius deleta à libris & monumentis iuris ciuilis, non ſatis ſcio, voluerintne Concinnatores iuri Iuſtinianeo quàm maximè ſententias virorum prudentium accommodare, cùm ius antiquũ legesq; veteres vſu iudiciorum & Vrbis approbatione florentes, qualis erat Papia, iuſſerit Iuſtinianus Digeſt. conſti. 1. in Pandectarũ opus transferri. Vnum ſcio, quo tempori ſeruirent, deformatas à Triboniano & ſocijs veterũ penè ſententias fuiſſe; quas ſi reuiuiſcentes oculis autores cernerent, aut non internoſcerẽt, aut ſubinde illud efferrẽt, Hei mihi qualis erat: nihilo tamen minus antiquitatis & autorum dignitatis habitam, à ſe rationem Iuſtinianus Digeſt. conſti. 4 videri voluit, in quem & ſuos inuectiuæ, proprios libros exigunt.

De materno Iure trium in filiorum ſucceſſione, deque Senatuſcon. Tertulliano, Iure manumiſſorum parentum, bonorum poſſeſſione. Vnde X. perſonæ, narijs Diocletiani, Theodoſij & Iuſtiniani, Vlpiani, Modeſtini, Pauliq; placitis luci priſtinæ reſtitutis. Cap. XXVII.

Veteres ad puerperium diſcrimenq; ſalutis, ĩ quo mater liberorũ cauſa verſatur, vbi ſemel reſpexerũt, prærogatiuam illi tribuerũt, immunitates præſtiterunt, variaq; varijs caſibus priuilegia conceſſerunt, quædam ex ijs enarrata ſunt. de reliquis videamus. Vlpianus Epit. tit. 26. ait, Inteſtati filij hæreditas ad matrem ex lege XII. Tabularũ non pertinet, ſed ſi Ius liberorũ habet ingenua trium, libertina quatuor, legitima hæres fit ex ſenatuſcon. Tertulliano. Inteſtatorũ ingenuorũ hæreditates pertinent primùm ad ſuos hæredes, id eſt, liberos, qui in poteſtate, cæteroſq; qui in eorũ loco ſunt. Si ſui non ſunt, ad conſanguineos, id eſt, fratres, §. poſt ſuos. l. 1. de ſuis & leg. hære. & ſorores ex eodem patre. Si nec hi ſunt, ad reliquos agnatos proximos, l. 2. eod. id eſt, cognatos virilis ſexus, per mares deſcendentes, eiuſdem familiæ, inquit Vlpianus. Sic enim lex XII. habet, Si inteſtatus moritũ, cui ſuus hæres nec extabit, agnatus proximus familiã habeto. Ita iure ciuili, ſ. XII. Tab. aut eius forenſi recepta interpretatione, cũ nihil filijfamilias habere poſſe viderentũ, nihil de ſucceſſoribus eorũ cautũ fuit. Quod ſi de manu filij emiſſi fuiſſent, lex, vt neq; omnia cogitaſſe potuit, de parentib. nihil cauerat. Itaq; poſt varia diſcrimina, ſicut autorem nouæ legis noua neceſſitas implorat, Claudius Cæſar edictũ propoſuit, ex quo in ſolatiũ liberorũ amiſſorũ, matres eorũ legitimam hæreditatem obtinuerũt, ſi vera de eo retulit Tribonianus. Deinde vt liberis honoratiores fœminæ plurib. commodis donarentũ, quàm eæ quæ ſteriliſcentes iuueteraſcerent, de his, Tertullo & Sacerdote Conſſ. Imperator Cæſar Antoninus Pius Maximusq; Princeps propoſuit, libello complexus quid fieri placeret, D. Q. E. R. I. C. Patres, ingenuæ ſcilicet matri, ſi Ius triũ liberorũ habuiſſet, libertinæ ſi quatuor, filiorũ ſucceſſionem, non etiã auiæ, trãsferendam, quod ex Conſulis Tertulli nomine ad Antoninũ ab Adriano reuoco, licet per conniuentiã illi Triumuiri Inſti. eod. Senatuſcon. Tertullianũ tribuerint. Id porrò certi iuris fuit in matre, quæ ciuis Romana & nata & alta eſt, itẽ & in ea, quæ manumiſſione cũ maiore libertate ciuitatẽ adepta eſt, dũmodò illa ter, hæc quater viuos & pleni temporis liberos peperiſſent. At ſubtili potuit in matre Latina ingenua Ius Quiritũ conſecuta, quos numerus liberorũ exigeret, inde mota dubitatione, quod ipſa Latinorũ libertorũ filia, generis libertini maculã retineret, videretq; ipſamet libertina, cuius maiores ſeruitutẽ ſeruierãt ex veteri Libertinorũ acceptione, cuius

ne, cuius in ſuperioribus. fuit autor Suetionins: nihilo tñ minus illi ingenuæ natæ trinus partus ſufficit: non eſt.n. manu emiſſa, inquit Paulus, li.4. Sen.ti.9 ideoq; vt à libertina liberi quatuor ab ea nõ exigũtur: quæ ab Vlpiani verbis more ſuo reſcidit Tribonianus ibi, l.2. D. illo tit. Siue ingenua ſit mater, ſiue libertina, habebit Tertulliani commodũ. Planè matri Ius antiquũ nihil deferebat, §. liberi. d.l.2. & l.5. eo.l. 4. C. ad ſenatuſc. Orfi. l.3. de leg. hære. C. Th. filioq; defuncto, tam virilis ſexus q̃ fœminini, tam naturales q̃ adoptiui, tam ſui q̃ emancipati, ſi ſupereſſent liberi, ex lege XII. Tab. matri obſtabant: ita demum § ita demum. autem à Senatuſconſulti beneficio excludebant, ſi legitimam hæreditatem adiiſſent: omittentib. enim illis, mater ea Tertulliano admittebatur. Præterea §. obijciatur. pater defuncti obijciebatur matri, ſiue hæres, ſiue bonorum poſſeſſor exiſteret, ſi naturalis, non etiam adoptiuus l.3. cod. fuiſſet: quod in auo & proauo non receptũ arguunt Vlpiani verba, Sed neq; auus nec proauus in Tertulliano matri nocent, quamuis fiduciam contraxerint, id eſt, quamuis nepotes aut pnepotes e manu trina venditione ſcdm legem emiſſuri, cum emptore auus aut proauus de remancipando mancipato cõuenerint, quò ſibi ipſis ius ſucceſſionis manumiſſorũ acquirerent (ſic. n. contractam fiduciam eruditis iam cognitum eſt, & curioſis omnib. edito libro ſingulari de Fiducia planũ faciam) nihilo magis p̃textu iuris, qđ manumiſſione ſibi comparare rati ſunt, auus & proauus in ſpecie Tertulliani Senatuſconſ. matri nocent, inquit ille. Cur verò de patre & auo tam varia, non ab re fuerit rationem diſquiſiſſe: ſi per methodicos hic omnia licent, aut decent. Iure conſtituto mœrens pater ordine mortalitatis perturbato, hęres filio, niſi emancipato, nunq̃ fuit. Qui eñ erant in poteſtate parentũ, non teſtabantur, q̃a nihil ſuũ haberent de quo teſtari poſſent, inquit Vlpianus, tit. 20. de teſta. fact. l.6. D. qui teſta. facere poſ. Sueton Tyber. 15. vnde colliget qđam Paradoxon, filiofamilias hodie teſtari licere, q tam aduentitia, q̃ quaſi caſtrenſia ſibi ipſi habeat Caſtrenſia vero & olim habuit, quæ patri non quaſi hæreditas, ſed quaſi peculiũ, l.2. D. de caſt. pec. filio inteſtato defuncto deferrẽtur: & in illis pater obſtabat. vlt. D. ad ſenatuſc. Tertul. matri. Cũ itaq; filijſamilias omnia ſibi pater ſuo iure vindicaret non habuit eo caſu ſucceſſorẽ, neq; alium, neq; auũ, aut auũ hæredes habuerint. E diuerſo filius emancipatus manu emiſſione a parente bñficiũ habuit bonorũ quærendorũ, l.3. ſi à par. quis fuer. vnde vulgari formatories l.45. D. de hæred. inſt. 68. 75. 90. 91. de condi. & demonſt. 8. vnde lib.3. C. de cond. inſtitui. l. filiusf. §. ſecũdum. D. de legat. 1. l.21. D. de nit. & ru. dat. ab his. l. ita tamen. §. q rogatus. ad Trebel. Pli. epiſt. lib.4. Clement. ſub conditione emancipationis filiosf. hæredes inſtitutos legimus, ne patri quidpiã ex inſtitutione acquireretur. Hic operæpretiũ eſt mirari Iuriſprudentiũ ſubtilẽ perſpicaciam. Filiũ enim pater emancipabat vel cõtracta fiducia, id eſt, poſt trinam venditionẽ manumiſſurus, recipiẽs illum ab emptore remancipatum; vel ſimpliciter ſineq; fiducia, emptore ſcilicet imaginario illũ e manu miſſuro. Illo caſu teſtamentũ filius aut fecerat, aut minus. In priore, ſi pietate oblitus, patrẽ aut exhæredauerat, aut præterierat, in arbitrio parentis erat querelam inofficioſi inſtituere, l. pater. & ſeq. D. de inoffic. teſt. aut ſi maluiſſet præteritus, aduerſus filij tabulas totorũ bonorũ conſtitutæue partis poſſeſſionẽ petere, l. 1. & 3. ſi a par. q. man. l.16. D. de inof. teſt. quam exemplo patroni manumiſſionis iure accepiſſet. Quod ſi filius ſine teſtamento deceſſiſſet, inſtar patroni ad patrem manumiſſorẽ filij inteſtati legitima hereditas puenie bat, matre defuncti ſubmota, vt cenſuit Modeſtinus. l.10. D. de ſuis & leg. hæred. Ita ex ordine legitimorũ, interpretatione prudẽtum ad legem XII. de liberti ſucceſſione, aſſimulatus patrono parens manumiſſor, ſuccedendi filio emancipato ius habuit. §. vlt. Inſtit. de leg. agn. ſucceſſ. Vnde enucleatur Cõſtitutio Dioclet. & Maximi. C. ad ſenatuſc. Tertul. In ſucceſſione filij vel filiæ communis ſiue liberis, & fratribus, & ſororib. morientis, pater manumiſſor, quia ei ſit vetus ius ſeruatũ, matri præfertur. Hæreditas enim ad patrem ex veteri lore pertinet ab inteſtato, qp manumiſerit defunctum, vt Caius l.1. & 3. de peti. hęred. eleganter probat. Dicitur aũt Ius uetus à Cæſarib. quod Ius antiquũ Vlpiano, pro eo quod prudentũ interpretatio in hac quæſtione, ad ius XII. Tabularũ introduxit. Nec muto ſententiã, aut nuto in expoſitione mea, ob hæc Vlpiani verba, l.1. ſi a par. q. manu. fu. Patrem aũt accepta contra tabulas bonorũ poſſeſſione, & ius antiquũ, quod & ſine manumiſſione habebat, poſſe ſibi defendere, Iulianus ſcripſit; nec enĩ nocere debet ei, quod iura patronatus habeat, cũ ſit & pater. Quæ, vt eſt in Heruagianis, copula tranſpoſita, patri ſine manumiſſione ius antiquũ ſucceſſionis innuũt. Verũ & libri excuſi & ſcripti vacui mendo ſic habent, & Ius antiquũ & quod ſine: eo ſenſu, vt pater accepta bonorũ poſſeſſione contra tabulas, & Ius antiquũ ex manumiſſione p illam tueať, & nihilominus ex alio capite, nempe legitimorũ, integrũ ſibi ius ſeruet: quod ſcilicet inuenit, vel potius detexit edicto Prætor, vt pater iure patrio & non manumiſſoris, filio poſſit ſuccedere, d.l.10. de ſuis. & leg. de illoq; videamus. Cũ pater filiũ ſimpliciter, ſineq; fiduciæ contractu emancipauerat, & imaginarius emptor manumiſerat, q̃ſtionis eſſe potuit, hicne Ius patronatus haberet, vel ex eo ad ſimilitudinẽ patroni manumiſſo ſuccederet, an pater naturalis. Theophilus anteceſſor § ſunt aũt. de bon. poſ. Inſt. ſcribit fuiſſe tempus, quo iura legitimæ ſucceſſionis propter libertatis dationem ad ſimilitudinem patroni extraneus manumiſſor liberi capitis haberet, q ſi contigiſſet manumiſſum inteſtato decedere, cognatis omnib. præferebať. Sed, vt ego puto, cũ imaginaria emptio p nõ facta ſit, l. nuda. D. de cõtr. emp. qua nec res alienata vř, imaginarius emptor in emancipatione, pro non emptore habendus & exiſtimandus fuit, filiusq; illi mancipatus, pro non alienato; adeo ne potuerit emptor in filiũ, de quo manumittendo cũ patre cõuenerat, iactanter ſe beneficiũ prædicare, itaq; nec conſeq iura ſucceſſionis legitimæ. Inde prætor bonorũ poſſeſſionem vnde x. perſonæ edicto pinpoſuit, q̃ manumiſſori extraneo, in ſucceſſione emancipati defuncti ab inteſtato anteirent. Hæ vero fuerũt omnes vſq; ad ſcđm gradum filius, filia, nepos, neptis, ſiue ex filio, ſiue ex filia. pater, mater, auus, auia, ſiue paterni, ſiue materni, & frater & ſoror, quib. exceptis manumiſſori extraneo locus in ſucceſſione fuit. Planè hęc neceſſe habui dicere cũ Theophilo, q̃uis i vſu communi minime verſentur, vt colligamus quomodo ſine manumiſſione ius fuerit patri naturali aduerſus teſtamẽtũ filij in adoptionem dati de inofficioſo agere, qđ Martianus l. aduerſus. D. de inoffic. teſt. ſcripſit tri. q̃: item vt aperiam' ſtudioſis iuris & iuſtitiæ, ſine manumiſſione qd pater iuris habuerit in petenda, contra filij tabulas, vel ab inteſtato, vt legitim' Vnde x. perſonæ, bonorũ poſſeſſione, cuius meminerũt Vlpianus d. l.1. ſi à par. & 16. de ſuis & leg. hær. & Modeſtinus in loco non nimiũ peregrino, vt loquũtur noſtri, at commentariis incognito: illorũ vero in exponenda volũtate, Gloſſularij magiſter & diſcipulus implicati, tanq̃ in ſalebris hæſerũt. Hic obiter ponendũ eſt, ſi filius patri adgnatus & proximus eſt, vt q̃dam inſcienter & impudenter contendũt, proculdubio pater quoq, filio agnatus erit: qđ ſi eſt, qd opus fuit Prudentib. ad leges XII. exemplo patroni, Ius manumiſſoris patris In filij manumiſſi bonis tam ſubtiliter excogitare? qd prætori ius patriũ, ſi extraneus manumiſiſſet, inuenire, q vt agnat' ex lege XII. vocatus ſuccederet? Reſtituať itaq; priſtino nitori honoriq; ſuo Modeſtini ſententia, ia. præd. tit. Filius patri adgnatus proximus non eſt, & negatio temerè de Heruagianis & ab alijs deſtriſcens, redeat iam in locũ ſuũ: p quo tam viriliter ante nos Alciatus magnus, & elegans Hotomanus inſuaderũt, ille Parergon tertio, c. penu. hic libro primo de gradib. cognationũ. Sed vt ad rem redeamus, ſi non ſuus hæres pater eſt, quo iure hęres erit, q ſine dubio nõ eſt agnatus, in ſimili quærit Papinianus, l. ſcripto ſi tab. teſt. nul. ext. equidem ſi qd ſentiam iudicandum; habet iuris indulgentiam pater, cũ, ſi bonorum poſſeſſionem accipiat, mater defuncti ſubmouebiť, inqt Modeſtinus, ſiue Ius liberorũ habuerit, ſiue non habuerit: qm̃ in patre manumiſſionis iure filio proprio ſuccedente: nulla ſanguinis miſeratio matrẽ admittit, ſed ius illud vetus Diocletiano, & antiquũ Vlpiano, quo patrono parens exæquatus fuit: item in patre non manumiſſore excluſionis ratio eſt, quod edictũ Vnde x. perſonæ iuri paterno priori loco, & citius q̃ materno fauerit, ſic vt plus multo q̃ mater, ſibi pater in filijs iuris poſſit vindicare. Quæ producta ſunt de patre & matre, vt illi, vndecunq; acceperit bonorũ poſſeſſionem, ſiue vt legitimus ex x. perſonis, ſiue contra tabulas matri præferať. d. § obijcitur. Contrariũ aũt diximus §. præferunť. Inſt. ad S. C. Tert. in cęteris manumiſſorib. enumeratis edicto, auo ſcilicet, & proauo, quos ad bonorũ poſſeſſionem Vlpianus d. l.1. ſi a parent. q. admittendos cenſuit: illud enim vitiatur matre ſuperſtite, quæ faciet regulam perdere officium ſuum: & huius varietatis diſquiſitio nõ excurſus aut exceſſus, ſed operis progreſſus, nec inutilis ſcito videri debet. Iuris ſiquidem noui mirandi profeſſores, qui lingua ſpirituq; uenali opibus conflandis tantum ſtudentes, venalitiariam colunt prudentiam, neſcio dixerim, an impudentiam, hinc promant neceſſe eſt Iuſtinianeæ conſtitutionis rationem & interpretationem de hæredibus ab inteſtato venientibus, §. conſequens. & C. ad SC. Tertul. vbi diem functo ſine liberis filio, parẽtes, ſi ſoli ſunt, ſuccedunt, ſalua gradus prærogatiua, ut mater, ĩqnit Accurſius, auum paternum excludat, cum pater non ſuperſit. Sed

quare conſtitutū illud, nouiſſe virtutis opus eſt: & ſi amputatio Tribuniani & Concinnatorū libertatem ſentiendi de veterū autorū ſcriptis non eripuit, quid mihi videatur, indicabo. Planè Senatus ampliſſimus ordo, fœcunditatis lætitia mulieres frui deſiderans, quæ fontes humani generis eſſe videntur, liberorū multitudine conceſſit matrib. beneficium, quo etiam auis & proauis defunctorum filiorū, eorūdemq; nepotū & pronepotum, in ſucceſſione præferrentur: etiamſi auus aut proauus manumiſſores defunctorū ius ſucceſſionis ex contractu fiduciæ manumiſſioni adhibito, prætendiſſent. Adeo vt illis potiores matres ſemper fuerint, niſi deficientis pater, cū auo aut proauo ſuperfuiſſet: q eiuſdem gradus cum matre, illi ipſi obiectus, auo manumiſſori defuncti ius ſuum conſeruaret, vt Iulio Paulo 5. D. ad ſenatuſc. Tert. viſum eſt prudentiſſimè. Quòd ſi auus aut proauus ſimpliciter nepotē aut pronepotem, ſineq; fiduciæ emancipaſſent, in bonis ab illo, dum viueret, quæſitis, mater vidua marito non tam ex Senatuſc. Tertulliani beneficio, quàm ex rōne proximitatis prælata fuit in edicto vnde x. perſonæ Prætor namque peritiſſimus iuris ciuilis, nouerat ex 11. Tabulis legitimam hæreditatem proximus quibuſq; deferri, l. 10. D. de grad. & affinib. & illarum exemplo, bonorum poſſeſſionem proximo cuiq; dedit. Ita matrem, quæ primo gradu filium cōtingit, prætulit auo, qui ſecundo, multoq; magis proauo, q tertio illi & pronepoti gradu fuit: Iure autem liberorum opus illi fuiſſe, cùm ex edicto ſuccederet Vnde a. nondum comperi. Ex quibus liquido apparet, cur gradus prærogatiua ſalua ſit parentib. inter ſe, etiam in Iuſtiniani lege nouella. Sed non perinde fœliciter ac auo & proauo, adgnatis defuncto filio fratrib. ſeſe mater oppoſuit, quę ab illis excluſa fuit, poſt legis uerba, l. pronūtiatio. de verb. ſign. Adgnatus proximus familiam habeto: idq; malo Vlpiani quàm meis uerbis referre, vbi ſic habet, d. l. 2. ad ſenatuſ. Tertul. Si ſit adgnatus defuncti, & naturalis pater in adoptiua familia ſit, & mater, matrē non admittimus; quoniam patrem agnatus excludit. Agnatus enim proximus hæreditatem ex lege conſequitur: ſed pater matrē, vt ſupra explicuimus, excludit: ergo & frater matrem, ſi conſanguineus ſit, puta etiam ex diuerſis matribus: is enim ī bonis defuncti fratris defunctæue ſororis, matri ex diametro obijcietur, ſicut in iuris elemētis Triumuiris d. §. præferuntur. Inſt. eod. retulerunt: quorum ſi mentem, Vlpiani verbis committas, qualia vulgò circumferuntur, peccatū hominum ſciolorum comprehendes, qui cuncta, quæ non intelligunt, in emendandis autoribus delent, ego gloſſographum e ueſtigio ſecutus, excidiſſe negationem ab orationis & rationis ſtylo, in codicibus omnib. quos excuſos videre licuit, grauiter moleſteq; tuli. Quæ verò de fratrib. conſanguineis, ex eodem ſanguine patris vnius connexis & generatis diximus, ad adoptiuos ita Iulius Paulus l. 7. D. ad ſenatuſc. Tertul. trahit, Si quis inteſtatus deceſſerit, relicta matre, & fratre conſanguineo, vel ſorore, quamuis per adrogationē quæſitis, eadem iura in perſona matris ſeruantur, quæ & naturalibus extantibus liberis. Adoptio enim ius adgnationis, familiam nouam ingreſſis attulit, l. 23. D. de adopt. l. 2. §. vlt. de ſuis & leg hæred. l. 3. C. Th. de leg. hæred. vt iura ſucceſſionis legitimæ non ſolum habuerint naturales, verum etiam adoptiui, ex iure conſanguinitatis cū his. qui in familia ſunt, contracto. Sed non idē ius in ſorore, ſiue naturali, ſiue adoptiua, ac in fratre ſeruatū, magiſtra lectione didici, licet ſine differentia peræque verba Prudentis referantur. Obfuit enī matri cum fratre defuncti ſoror, eo iure, ut nihil quicquam ad matrem perueniret, ſi quid Triumuiris credimus. d. §. ꝑferūtur. in extre Quod ſi ſorores ſine fratre ſuperfuiſſent diē functo fratri, functæue ſorori, adhuc matris liberæ ſucceſſioni ſaltem ex parte obſtiterunt. Fratre namq; mortuo virilē tantum mater ob Ius liberorum & ex Senatuſcōſulto cum filiabus obtinuit, ſicut Auguſtale reſcriptū ad Florū P. P. interpretari nobis placet. l. fœminæ. §. illud de ſecun. nup. C. Th. & Iuſtin. Diem vero functa ſorore, eodemq; filia, mater æqua lance cum ſororib ſuperſtitiq; diuiſit hæreditatem, dimidiam ſcilicet percipiens, altera ſororib. inter eas diſpertiēda. Vtrobiq; vero mater Iure liberorum plenum dominiū rerum, quæ ſibi in dimidiam obtigiſſent, conſecuta eſt, niſi ſecundo nupſiſſet, quo caſu illa, quæ ab ipſo defuncto, ipſaue defuncta quæſita eſſent, pleno iure habitura mater, eorum, quæ eiſdem liberis a patre obuenıſſent, vſumfructum duntaxat habuit. Proprietas uero ad ſuperſtites defunctorū ſorores redit, quas Theodoſius & Valentinianus, l. 8. de legit. hæred. C. Th ſub illis uerbis ad Senatum Vrb. Roma. intelligebant, Proprietatem fratrib tranſmiſſura defuncti: neq; enim nouū fuit ſorores fratrū appellatione exaudiri. l. tres fratres, D de pact. Quod vbi Concinnatores iuris noui non perceperunt, tranſlatū ſuis in Codicem conſtitutionum lib. vi. l. 5. C. ad ſenatuſc. Tertul. Proprietatem & ſororib. & fratrib. tranſmiſſura defuncti. Id porro tranſcriptū ita nō niſi ab oblitis & immemorib. fuit, cum in Inſtitutionib. relatum ex veteri iure legamus, d. §. præferūtur. Theod. extante aut cū, aut ſine ſororib. fratre, matris nullum eſſe ob liberos Tertulliani beneficium. At ſi uerum id fuit, quo iure potuit mater ex filio, cui fratres ſupereſſent, ea conſequi quorum proprietas ad alios ſe mortua pertineret? Fortaſſe Cōcinnatores quàm iuris antiqui veſtigijs inſiſtere, nouo iuri, vt alibi ſæpe diximus, ſubſeruire maluerunt, in quo reuerētiam illam, qua ſe maiores coluiſſe Iuſtinianus uideri vult, quin rideāt ſtudioſi, nihil īpedio. Hæc de fratrib. & ſororib. vſitata fuere. Sed ſi Maſſilienſium exemplo, cuius Valerius libro II. meminit, vel in minimis quibuſq; reb. omnia antiquæ conſuetudinis monimenta obſeruanda ſunt, non fuit frater emancipatus ſilentio prætereundus, cuius, quoniam agnationis iura emācipatione, l. 3. de cap. minutis. & capitis diminutione amiſiſſet, nulla ratio habebatur in fratris defuncti ſucceſſione, & q ſi a patre communi nunq̄ emancipatus fuiſſet, matri penitus obſtitiſſet, ab ea omnino excludebatur. Eius miſerti Theodoſius & Valentinianus, 7. de leg hære. C. Th. neglecta agnationis ſublatæ ſtropha, tertia portione fraternæ hæreditatis matrem illi cedere edita lege voluerūt Verumtamen an nō & alij fuere, q agnationis iure matri obijcerentur? Et conſtitutionib. pricipalib. ſecerni duos caſus reperio: alter eſt, quo mater Ius liberorū habuit, alter quo liberorū ſuffragio caruit. In primo ſi patruus, patruiue filius, filijve eorū vſq; ad nepotes extitiſſent, ſimul illis omnib. vel ſingulis de gradus ordine conuenientib. adgnati defuncti mater, filij ſucceſſionem occupans, ex SC. tertiam portionem hæreditatis iuſſa fuit concedere. In poſteriore ius è conuerſo receptū & conſtitutū eſt, quo patruū adgnatoſue in infinitū, occupata ſucceſſione defuncti, matri, quæ Iure liberorū careret, tertiam hæreditatis partem dare iuſſos fuiſſe, Conſtantini ad Baſſū epiſtola nouimus, l. 1. 27. illo tit C. Th. cui primū Valentinianus & Valens ad Auxontiū, & Theodoſius deinde cū Valentiniano ad Albinū ſubſcripſerūt. Quæ omnia filio morte naturali diem functo viguerūt. Superaddendi porro ſunt caſus, vnus & item alter, de morte ciuili, & violenta, quorū ne mentio quidem eſt in libris ciuilibus, & niſi prorſus fallor, eorū contemptus arrogationis vice fuit. Studioſis tamen, q idem cū doctiſſimis quibuſq; ſeculi noſtri probant, ea illorū ſe morib & modo componentes, iuris veteris inueſtigatio non diſplicebit, cuius nouo iuri interpretando non vtilis tantū, ſed neceſſaria cognitio eſt. Agedū & Gratiani, Valentin & Theod. epiſtola 8. de bonis ꝓſcr. C. Th. diſpiciamus de filio mortuo ciuiliter, deportato, & proſcripto: cui ſi liberi ſui, vel emancipati, item & nepotes, ſiue ex filio, ſiue ex filia ſupereſſent, ſemiſſem bonorum capiebat fiſcus, l. vlt. §. 1. C. de bo. proſcri reliquo inter libros pro eorū iure æqualiter, aut minus diſpertiendo: ita tamen ne minus ſextātē proſcriptus retineret, quo ſe ab extremæ inopiæ miſerijs & calamitatib vindicaret. Quòd ſi deportatus ſine liberis, patrem aut matrem habuiſſet ſuperſtites, uel etiam vtrunq;, beſſem facultatū fiſcus vſurpabat, reſiduo triente inter parentes & ꝓſcriptū filiū æqualiter diuidendo: adeò vt illi ſextans, & vtrique parentum vncia bonorū cederet: at hic fœcūditatis priuilegio fruituram matrem, tres liberos oportuit peperiſſe. Fauor enim liberorum illam marito exæquauit, iusq; par & conſimile tribuit: quæ niſi ius liberorum (trium intelligo, matrib. familiariſſimum, etſi non diſtinguant AAA) habuiſſet, patri & marito vnciam alteram habenti, ſemunciam mater ex ſita concedebat. Cūm vero deportato alteruter duntaxat parentum ſupereſſet, ſextantem capiebat ex triente diuiſo, cum filio miſerrimo: at tunc matri Ius liberorū, ſi pater defeciſſet, opus nō erat, ut ijdem Imperatores conſtituerunt. Alter caſus eſt in filio, q vltimo ſupplicio affectus, morte violētia raptus fuit. Illi ſi quidē inprimis deſcēdētes ad tertiū vſq; gradū, ſeruata cuiuſq; prærogatiua, poſt varios cōſtitutionū fluctus, gl. 1. 3. 4. 6. eo. ſuccedebāt. Vbi aūt primi ordinis ſucceſſores deficerent, ſuperiorib. pr̄i, videlicet & matri, locus fiebat: & beſſe bonorū damnati publicato, ijdem AAA. alia 9. eod. conſtitutione trientem parentibus cōceſſerunt, ſextantibus inter eos æquè diſpertiendū, ſi mater Ius liberorum habuiſſet, ſine quo pater quadrantem, & mater duntaxat vnciam percipiebat. Quod ſi pater ſolus ſuperfuiſſet, trientis eodem iure vti poterat: itemq; & mater Iure liberorum decorata, tantum fœcunditas mulieris valuit. Per cōtrariū mulier nec trino partu cohoneſtata, nō trientē ex filij bonis, ſed ſextantē duntaxat conſequi potuit, vt Papiæ legis priuilegijs deſtituta, inquiunt Imperatores: ꝓ eo q̄ liberis careret, & q̄ Ius liberorū ex lege Papia celebri vſu receptū non haberet. Itaq; ſine patre, ſineq; fratribus, ſororib. aliiſ-

ve ad-

ve adgnatis,filio defuncto,mater ingenua Iure triũm honorata,ſuccedebat.Sed cum nulli fratres defuncto ſuperabant, vnde matri obueniebat Ius liberorum trium?proderantne ſi hi,qui ante eum,cuius de bonis agerent,in ſata cõceſſerant? numerabanturne in liberorum albo,qui incolumes eſſe deſierant?quod magis placet ex his Pauli verbis,Sent.4.titu.9. Ius liberorum mater habet,quæ tres filios aut habet,aut habuit,aut neq; habet,neq; habuit.Habet,cui ſupſunt: habuit, quæ amiſit.Neq; habet,neq; habuit,quæ beneficio principis Ius liberorum conſecuta eſt. Poſtrema hæc de impetratiuo natorum Iure,ſuo in loco explanabo.Illa pertinent ad ius noſtrum,quod Datiuum diximus, & datum in hac ſpecie fuit mulieribus ex S.C.Sane id eis adeo fauit,vt etiam mortui liberi profecerint:quod aut rarenter,aut numquam alibi repe ries receptum,aut conſtitutum.Neq; ratione fauoris huiuſmo di deſtituitur:ſi enim ter ingenuum,quater libertinam peperiſſe ſatis fuit,ſicut retulit Iulius Paulus lib.4. Sententiarum, nequicquam trinum partum impediuit natorum mors ſuperueniens.At viuos diximus,& pleni temporis naſci filios oportuit:id eſt,perfecte viuos,& in tempore,quod iuſtum Vlpianus.3.§.vlt.de ſuis & legi.hæred.appellat. Tractari vero potuit,an partus vocem emittere neceſſe habuerit,ſicut in alijs iuris articulis quæſtionis olim fuit,at mutus naſcens vocem non emiſiſſet,dicebant Sabiniani,magis tamen eſt,niſi moti ratio pueri ſuffecerit,vagitum recte a veteribus deſideratum fuiſſe.l.3.C.de poſt.hære.inſt.quod & mutis futuris, & omnibus naſcentibus,miſeriaſq; tenebrarum lucis huius deplorãtibus,humanæ vocis initia vagitus dicta,communia ſint.Licet autem illico,poſtquam in terram de matre cadentem exceperint,is viuus in manibus obſtetricis deceſſiſſet,nihilo ſecius proderat matri,ad nullũ interea declinans monſtrum, ait Iuſtinianus,vel prodigium. Qua de re meminit Gellius lib.2.cap.16 accurate quæſitũ Romę,negotio tũc rei non par uæ poſtulantes,& ſimul maturũ,plenũ,iuſtũ,legitimũq; tem pus naſcendi,erudiſſime,moreq; ſuo Cuiacius ad Paulum. d tit.9.lib.4.Sent.perſecutus eſt,cuius ſcriptis, vt de alieno,in farcire noſtra neq; volumus,neq; decet,maxime cũ eius libri omnib.pateant,vnde quod hic opus, haurire poterũt ingenioſi,& cupidi ſtudiorũ ſitim explere. Amplius aũt hoc vnũ adiiciam,habuiſſe Antoninũ Piũ autorem Senatuſconſ.Tertulliani,quos ſequeretur,quorũq; veſtigia impleret. Primoq; Ius ciuile,de quo Pauli ſententia eſt.lib.4.ti.8.Fęminæ ad hæreditates legitimas vltra conſanguineas ſucceſſiones non admittũtur:idq; iure ciuili Voconiana ratione videtur effectũ. Cæteri ũ lex xij Tab.nulla diſcretione ſexus cognatos admittit. Ex xij.Tabulis ſine ſexus diſcrimine locus eſt cognatis,ſiue linea virili,ſiue fœminea coniungantur,vt lex Decemuira lis ſimplicitatis amica fuit.§.cæterum. Inſti.de leg.agna.ſuc. Verũ Iuriſprudentes ſubtilitatem commenti ſunt,qua intra conſanguineorũ lege obuenientes hæreditates mulieres cõtinuerũt,quod Vlpianus,tit.26. de legi.hære.quoq; retulit:& ita libertatem ſuccedendi,quam lex xij. dederat, ſapientũ interpretatio & fori diſputatio fœminis eripuit, quæ ait Pomponius,communi nomine appellatur Ius ciuile. Inde Iulius Paulus receptũ ſcrib.t,idq; iure ciuili Voconiana tõne, &c. quoniam Iuriſprudentes,quorũ autoritate vſus forenſis iur ciuile dictũ eſt,ſimili ratione excitati fuere,qua Q.Voconius Saxa Trib.Pleb.legem tulit de mulierũ ſucceſſione coercenda,ne ſcilicet earũ animi diuitijs efferrentur,quib.tandem in viros ipſos ſuperbiſſent. Hæc auſim ita interpretari,quod nõ liquear ad inteſtatorũ hæreditates Voconij legem pertinuiſſe.emendationi vero noſtræ cũ graues ſciam aduerſarios cõſtituros,illorũ,quib.ſine inuidia ingeniũ ſublimius eſt, iudiciũ rectũ expecto. Sed iam ad Senatuſconſultũ Tertullianũ reuertamur. Antonino præterea Pio Auguſto,conſilij exemplo fuit Claudij Cæſaris edictũ,cuius meminimus ex Triũuiris,Inſtit.lib.3.licet nihil de illo Sueton.niſi ad illud. Sueton. Claud.19 Conſtituit pro conditione cuiuſq; ciuis vacationẽ legis Papiæ Poppææ,Latinis Ius Quiritium, fœminis Ius quatuor liberorũ,quæ conſtituta hodie ſeruantur, Beroaldi interpretatione delectemur,cuius collectio eſt ex illorũ verbis de S.C.Tertulliano,pene conſimile ius 4. liberorũ pro beneficio fęminarum a Claudio inſtitutũ fuiſſe,qđ ab Adriano libertinis poſtea tributũ accepimus. Sed cũ Tranquillus in eo tam ieiune & exiliter ſcripſerit,vereor ne commentũ ſit hariolorũ potius,quam interpretamẽtũ, quicquid in medium expoſituri proferent.Illa ſane,quæ hodie conſtituta ſeruanẽ, niſi Traiano imperante parauerit Suetonius,q magiſter epiſtolarum ſub Adriano floruit(cum huius temporib. ius qua tuor in fœminis deſideratum non appareat, & receptum ſcie trium ius ſufficeret) dubitationem augent, & viſus vigentis mentio autoris ſententiam implicat magis atque magis,ergo exquirendam interpretationem alijs relinquo, & in ſequentia differo quid ſentiam, exponere, dum proſequor inſtitutum.

De Iure trium ex Tertulliano, Iuſtiniani legibus una & altera ſublato, ſubindeque poſterioris conſtitut. Cod de Iure liberorum explanatio. Cap. XXVIII.

Diſplicuit vero Iuſtiniano Cæſari tam anxia & ſolicita legũ in matres miſerrimas obſeruatio, quas cũ ratio miſerationis ad liberorũ bona vocaret,inde natorũ paucitas orbitaſue plerunq; reuocabat. Quod Imperator,à cuius nutu penderent omnia, nec ſine cauſa,ægrè ferens,antea recepti iuris autoritatem eleuanit. Sicut aũt ſunt res humanæ,nihil eſt perpetuo datũ, nihil quod eadem facie perſiſtat & non mutetur. Illum Vlpiani ratio mouit,l.quæret.D.de uerb.ſig.non imputandum matrib. quæ qualiter potuerunt,cœlitus ſtatutis obtemperauerunt: neque id quod fataliter acceſſit, damnum iniungere debet. Vnde nefarium & impium ducens caſum fortuitũ, ſic vocat ille,nec ex matris voluntate, in eius conuerti detrimentum. (quid enim peccauit ſi non plures, ſed paucos peperit: cùm ſint δ καὶ ἐν τῶν δώρα τοῦ, donoq; diuum dicatur grauiſſima proles?) & iniquũ idẽ exiſtimans non ter enixam liberorum ſucceſſione defraudari,duabus conſtitutione ad Mennam Pr. Pr. ſcrupuloſitatem nimiamq; difficultatem iuris antiqui ſuſtulit:quarum altera in Imperatorij Codicis libro 7. C. ad ſenatusc.Tertul.vt commentarijs notiſſima eſt: & eam ſi leguli operam induſtriamq; venditantes percalluerunt,quanto magis familiariter cognitam iudicemus ſtudioſis, qui politiorẽ & liberaliorem doctrinam colunt, nec putidam, affectatam, aut falſam,ſed nitidam,veram,& excelſam ſectantur philoſophiam? Ideoq; miſſa de illa in præſentiarum multa facio,quæ ſibi quiſq; ex alijs venabitur. Hoc ſolùm dico,profuiſſe & potius illa nouum de bonis filiorũ,quos naturali morte è viuis ſupra diximus exceſſiſſe:ad bona vero defunctorum ciuili duntaxat morte,aut violenta, nihil quicquam illa pertinet conſtitutio,quæ nec nominatim Iuris liberorum differentiã inter matres ſuſtulit. Sed altera plenius matrib.fauit, qua diſcrimen inter ingenuas & libertinas reijciens,omnimodo, & omni caſu,quo de luctuoſis filij bonis agitur,ſiue ciuiliter,ſiue naturaliter,ſiue violenter defecerit, matrem legitima iura (non ſolùm ex Tertulliano, ſed ex forma conſtitutionis, quæ illi ius tribuit,etiam ſuperſtite filij patre maritoq;) habere iuſſit his verbis,C.de iure libero. Illam iniuriam,quæ contra matrem defuncti,vel defunctæ,præteritis fiebat temporibus,quo iuſtitiæ ratione amputamus: & legitima iura,quæ ex Tertulliano ei præſtantur, omnimodo eam habere ſancimus licet tres liberos ingenua aut libertina quatuor minimè peperit. Sanè Iuſtinianus Cæſar,ſicut ſe duntaxat ad iniuriã matrib.illatam refert,qua dulcium liberorum triſti ſucceſſione denegata,matres iniquiſſimè afficiebantur, alijs Iuris liberorum ſpeciebus nihil derogat,obrogatue, nec quicquam de cæteris caſib.detrahit,ex parteue mutat,licet in liberorum omnimoda ſucceſſione,matres inter ſe,ſiue vnius,ſiue duorum, ſiue triũ,&c. nolit in poſterum diſcriminari. Quæ vt notiora ſunt,cum minus egeant ſtylo, faciunt, quo magis miser non diſcreta fuiſſe ab Italis, iudicio in literis & in ſtudijs ingenio ditiſſimis(libenter viuentiũ nomini parco, libentius autem mortuorum)dum ſcribũt, Ius liberorum pridem à Theodoſio,deinde etiam a Iuſtiniano ſublatum eſſe, quod,ſi de re liberrima cum amiciſsimo Vac.I non ſunt lib.D. de ſta. ho. liberè contendere liceat, nulla ex parte verũ cõſtitutione iam explicata manifeſtiſsimũ eſt. Sed inſipiens Homero nulliusq; pretij vir eſt,qui cum amico aut re aut verbis pugnat: ad alia igitur tranſeamus.

De Iure trium Latinę Iunianę ciuitatem dante, & modis ciuitatis adipiſcendæ, Vlpianus, Tranquillus, & Iuſtinianus explicati. Cap. XXVIIII.

Libertinorum hominum genus, ſicut manumiſsio gentilis iuris eſt, Romanorum, omniumq; aliarum gẽtium vſu commune fuit: & apud omnes peræq; cuſtoditum ſcimus,ut è iuſta ſeruitute miſsi,libertati naturaliq; facultati redderentur,quo reſpiciunt autores,4.D.de iuſt. & iure.§. 1. Inſt.de libert.vbi manumiſsionem e manu dationem p conceſsione & miſsione dicunt. Inde qui per dominos vbi velis gentium extra ciuitatem Romanam liberi erant,priſtinę cõditioni redditi,nihil a dominis ipſius differebãt,& ſicut a Romanis domini peregrinæ conditionis exiſtimabantur,ita & libertini. Inde quoq; in orbe Romano,id eſt,in orbis partibus, quas P.Rom.poſsidebat,à dominorum manu emiſsi,liberta

tem

tem recipiebant, ſed quod, vt illi dominis ſimili libertatis cõceſſione fierent, Ius ciuile non probauit. Hinc tres veteribus libertinorũ ſpecies in vſu fuere, §. libertinorũ aũt. Inſtit. de libert. cùm alij Ciues Rom. alij Latini, alij Dedititij eſſent & dicerentur. Poſterior nihil ad nos: de priorib. quædam ſupra relata ſunt, vbi Latinos Ius Quiritium & ciuitatis liberorũ gratia conſecutos diximus, ſed & hic amplius. Habet Vlpianus, Epit. tit. 4. Latini Ius Quiritium conſequũtur his modis: beneficio principali, liberis, iteratione, militia, naue, ædificio, piſtrino: præterea ex Senatuſc. veluti quæ ſit ter enixa. Beneficio prĩcipali ciuitas Latinis libertis impetratione data fuit §. vlt. Inſt. de ſuc. libert. collataq; diplomate Romanę ciuitatis: neq; ijs ſolùm, ſed & peregrinis libertis patuit illa via: quod ſignificat Plinius ad Traianum pro libertis Antoniæ Maximillæ, & pro Harpocrate medico tibi, Rogo des ei ciuitatem Romanam; eſt enim peregrinæ conditionis, manumiſſus a peregrina. Item liberis, vt ciuitas data, in ſuperiorib. poſitum, vt iteratione manumiſſionis, Vlpiani lectio cupidis planum faciet, vt militia, Cuiacius explicuit, vt naue, ponit Vlpianus, Si non minorem q̃ x. mill. modiorum nauem fabricauerit, & Romã ſex annis frumentũ portauerit, ex edicto Diui Claudij. Quùm enĩ aſſiduis ſterilitatib. annona Pop. Rom. laboraret, in id egeſtatis anguſtiarumq; redacta, vt vix xv. dierũ frumentũ Vrbi reliquũ eſſet, Claudius Imperator, vt inquit Oroſius, lib. 7. correptus a populo conuicijs, & fragminibus panis turpiſſime infeſtatus, nihil non ex eo cogitauit ad inuehendos commeatus, etiam hyberno tempore, per quod ſuſceptionis nulla neceſſitas fuiſſet, l. 3 C de naufrag. à III. Idus Nouemb. ad VI. Id. Mart. vt plerunq; Vegetio ad Idus vſq; Maias maria clauſa, nunq̃, aut non niſi cũ periculo nauigabantur. De illo ſcribit Suetonius, Et negotiatorib. certa lucra propoſuit, ſuſcepto in ſe damno, ſi cui quid per tempeſtates accidiſſet, & naues mercaturæ cã fabricantib. magna commoda conſtituit, pro conditione cuiuſq;, ciuib. vacationem legis Papiæ Poppææ, Latinis, Ius Quiritium, fœminis, Ius quatuor liberorũ, quæ conſtituta hodie ſeruantur. Illos igit lucris allexit, q frumenta cibariaq; ex ꝓuincijs frumentarijs Sicilia, Sardinia, Hetruria, Hiſpania, Africa, Aegyptoq; Romam deportari pecunijs ſuis curarent, quos adiuuaſſe vrbis annonam dixit Calliſtratus. 5. D. de iu. immunit. Nauicularijs item frumentationis & mercimonij cã naues habentib. quæ vrbis annonæ ſeruirent, præmia ꝓ cuiuſq, ſtatu & conditione decreuit, Rom. ciuib. qui à nuptijs abhorrerent, (ad quas lege Papia cogebantur, exacta vacatione quam Auguſtus Sueton. Auguſt. 34. conceſſerat) dũ nauem marinam, annonam populo prębentem haberent, legis Papiæ Poppææ immunitatem dedit. At Latinis non Colonatijs, ſed Iunianis, (ſcilicet lata iam ante ſub Tyberio lege Iunia Norbana) ius Quiritiũ naue conceſſit, edicens illum nauis modũ, cuius Vlpianus meminit, quamuis Immunitatem publicorũ munerum omniũ auentib. aut q̃truplo nauis amplior, aut qnq; illius amplitudinis neceſſariæ, 3. D. de vac. mũ. fuerint. Vnde manifeſtariam inſcitiam nutantium commentariorũ ad Suetoniũ ridere liceat. Amplius fœminis Ius quatuor liberorũ edicto generali tribuit, quæ marinas haberent naues, annonam Pop. Rom. præbẽtes: hoc ita, ſicut antea Ius triũ ſub Tyberio, mulierib. decretum fuerat, de quo in extremo de Imperatitio liberorum iure dicemus. Sed à Suetonio ad Vlpianũ redeamus. Aedificium is poſt nauem modis conſequendæ ciuitatis connumerauit, ſed qui epitomen ex eius monimentis cõpoſuit, huiuſmodi explicandi & duorũ ſubſequentiũ oblitus eſt. Planè qui ciuitas ædificio obueniret, nõdum comperi, & neſcire me ingenue confiteor. Id auſim vnũ affirmare, nõn dixiſſe Vlpianũ ædificio ciuem Latinum fieri, ſi voluiſſet ciuitatẽ artificio ſtructorib. id eſt, l. vlti. D. de vac. mu. l. 1. C. de excuſ. artiſ. ædificatorib. dari, quorũ ſordidũ munus Gratiani & ſociorum lege fuit, l. 13. verſ. publicis. C. de excuſ. mun. Neq; verò certius mihi q̃cquam eſt de piſtrino Ius Quiritium adferente, hæc tamen pro cõiectura exhibuerim. In Plinio ſeniori legiſſe me Piſtores Romæ non fuiſſe, ad Perſicũ vſq; bellum, ſibi enim ipſis Romani panem faciebãt, mulierumq; id opus erat. Deinde piſtorib ſeruis vti cœperũt, à q̃bus ſenſim ad libertinos & ab his ad ingenuos patresfamilias paniſiciũ peruenit, licet æquè omnib. ſordidum fuerit piſtrinũ, ſiue per ſe, ſiue per alios exercerẽt: vnde M Antonius Auguſto, Sueto. Auguſt. 4I. maternam originem obijciens, proauum eius dicebat piſtrinũ exercuiſſe. Piſtorij operis & paniſicij ferè totam rationem ad Varronem de lingua Latina lib. 3. ex autorib. ſum executus: hæc ex libris ciuilis ſtudij promo. Patresfamilias in piſtrino & loco, vbi pinſeretur (ab eo quod ibi agerent, ita Varroni dicto) piſtorium inſtrumentum habebant, 17. § 1. D de inſtr. vel inſtru. leg. & molis, vt ex veterib' Iauolenus refert, 27. eod. aut manuarijs, aut iumẽtarijs vtebantur, quas machinas frumentarias fortaſſe Vlpianus, 18. §. & molas, eod. appellat. Illis piſtores ſeruos familiæ cã paratos frumento frangendo adhibebant, & his, vt ait Tranquillus, iumẽta, vt Plinius, equi, vt Pomponius, 15. eo. caballi, vt Paulus, aſinæ, d. l. 17. vt Vlpianus, d. §. & molas. aſini, ſi machinarios illi machinæ adſcriptos rectè puto, q tamen, vt mihi quidem vr̃, & alijs molis q̃ frumentarijs, puta & olearijs, dedebãtur: omnib. autem & ſeruis, & iumentis nomen piſtrinẽſium additum accepimus. De illis patrib. familias fuere qui non ſolùm familiæ cã piſtores haberent, vel vendendi panes & mellita (ideo ab Apuleio, lib. 10. Aſin. & Martiali dulciarij dicti) ſed & ex eo cũ primum è publico viuere populus cœpit, fuere q per ſeruos paniſices ſumptib. publicis ſubuenirent annonæ, paniſiciumq; in vrbe in piſtrinis ꝓublicis exercerẽt, quę domus erant in ſingularũ regionũ vicis ampliſſimæ, Theodoſij, Tripert. lib. 9. c. 24. præcepto dirutæ. Nec ſolùm fuere ſub patrib. illi, ſed etiã poſtquam à Senatu ad Imperatores cura frumentationis, & omnium rerũ tranſlata fuit. In grauiori nãq; annona difficiliq; remedio, tumultus principes metuẽtes, vt neſcit Lucano plebs ieiuna timere, quo ſterilitatibus occurrerent, non minorem aratorũ, Sueto. Aug. 25. & 42. & negotiãtium, q̃ populi rationem & numerum deduxerunt: & ne panis Romæ deficeret, tam per ſuos q̃ per alios obnixe & omni ſtudio cauerunt. Ipſi enim de facultatib. rei dominicæ & priuatæ, ad lætitiam in populo Romano ſaturitate retinendam, piſtrinũ per ſeruos & rerum actores exercuerunt (piſtrinenſiumq; principis meminit alicubi Suetonius, Calig. 39.) & imperio ſeneſcente q̃ maximè Cæſarib. alimonia panisq; gradilis curæ fuerint, ſuperſunt memoriæ in reliquijs, lib. 14. tit. 3. l. 15. 16. 17. Theodoſij. Verùm cum ſerui rei dominicæ paniſicio non ſufficerent ad piſtorium opus, & piſtrini obſequiũ, quamuis eſſet ſordidum munus, l. 13. §. ſordidorũ. C. de excuſ. mun. l. 1. C. de perſectiſ. dign. varijs commoditatib. ſubditi à principib. inuitati l. vlti. D. de excuſ. tut. fuerunt, & ad vrbis ſimilitudinem deinde in ciuitatib piſtrina & piſtrinorum curatores eſſe cœperunt, l. vlt. §. legiti. de mune. de quib. libri huius ſtudij teſtabuntur: neque enim nos vno in loco omnia. Inter cætera, qui de ſeruis Latini liberti facti erant, vt innuit Vlpianus, maiorem perfectamq; libertatem piſtrini priuilegio conſequebantur, cùm Iure Quiritium & ciuitatis, putà, ſi piſtorum corpori ſociati, publicè neceſſariam operã paniſicio impendiſſent, quãto vero tempore, illud ipſum amplius quæro. Hæc liberiore fortaſſe ſtylo emiſſa ſint, dũ ſuſpicor, & cõijcio ita ſe olim habuiſſe, non ante tamen q̃ eruditis probari intellexero, aut amabo opinionem meam, aut aſſeuerationem adhibebo. Reſtat modus vltimus adipiſcendæ ciuitatis, q maximè ad nos attinet, ex Vlpiano quidem prolatus, ſed ab Epitomatore pro derelicto habitus & neglectus, quo liberta Latina, quæ ſit ter enixa, ex S. C. recepit Ius Quiritium. Ad hæc lege Iulia, quæ Tyberij anno v. M. Iunio Sylano, & C. Norbano Flacco Coſſ. Latinitatem libertorum introduxit, ſcitũ eſt eos qui minores xxx. annis, vel à domino Bonitario, qui naturale, non item legitimum dominiũ haberet, vel per naturales manumiſſionis modos, nõ item legitimos, manumiſſi eſſent, vixiſſe à domini poteſtate liberos, Theop. § vlt. de liber. ſeruos aũt manumiſſorũ vita exceſſiſſe, eademq; lege ſcitum eſt, multiplici via Ius Quiritium Latinis acq̃ri potuiſſe. Deinde (qđ non ſatis Iuſtinianus l. 1. C. de Lati. liber. § 1. & vlt. ad Ioannem P. P. animaduertit) Traianus A. Latinis libertis omnib. ius Quiritiũ edicto conceſſit, dùm viuerent, morientiũ conditionem intactam legi Iunię Norbanæ relinquens, vt ẽt ijs, q ciues Romani vixiſſent, manumiſſores iure dñico ſuccederent. Tandem vero Antonini Pij temporib. Largo & Meſſalino Coſſ. perlatum ad Senatũ fuit, de Latinitatis difficultatib. remittendis, quo Latinis, maiorib quidem xxx. ann. ætatisq; lĩmæ, & à Quiritiario legitimoq; domino, naturali manumiſſionis modo per menſam, inter amicos, aut per epiſtolam manumiſſis, idẽ ius fuit ciuitatem adipiſcendi, vnici filij gratia, ac illi ex lege Iunia, q modo lĩmo, à dominoq; lĩmo manumiſſus, minor xxx. annorum, ætatisq; naturalis tantùm, non etiam legitimæ fuiſſet. Libertis autẽ Latino illi datam ex Largiano ciuitatem interpretor, vel filiũ ob vnicum, ſicut lex ipſa Iunia liberis monens ius Quiritium acq̃ri, vno ſoloq; cõtenta fuit. l. nõ eſt. de verb. ſign. Illudq; ſit vnũ Largiani Senatuſconſulti caput. De reliquis eſt & illud, quo de ſexennio militiæ impenſo a Latino, legis Viſelliæ præſcripto, triennium remiſſum fuit, teſte Vlpiano. Illud prætermitto, quod Triumuiri de ſucceſſione libertorum. Inſti. 1 & 1. §. vlt. de ſuc. libert. referunt, & omnia rectè, niſi dum edictum Traiani poſt Largianum editum putant, contra Annalium omnium fidem, nullo argumẽto nixi, niſi ſolius autoritatis. Qđ vero de ter enixa protulimus, in illa, quæ trino vtero peperiſſet, planum eſt: at ſi tres ex vno vtero, ſubſiſti potuit, quoniã q̃ ſimul, ait lib. 4. Sent. tit. 9. Paulus, vno partu tres filios edidit, ius liberorum

non

non conſequitur. Sed cũ partus perfectos exigat Iuris ratio & tres ſimul perfecti naſci non poſſint, poſtquam natura ſimul vno impetu, dicebat Tryphoninus. l. Arelcuſa. D. de ſtatu homi. duos infantes de vno vtero matris excedere non permiſit, ex vno vtero. 137. D. de verb. ſign. ter enixa videt, quæ tergeminos peperit, ſi inter naſcentes ſpatium & interuallum intercedat. Non enim ter peperiſſe, ſed ſemel partũ fudiſſe videtur, niſi forte per interualla pariat, inquit Iulius Paulus, cuius ſententia, vt obiter moneam, in capite mẽdoſa eſt, ſi legatur vt excuſi & exſcripti libri oẽs habent, cũ ſimul vno partu, non ſemel dixerit Paulus, vt ſimul vno impetu, Tryphoninus. Perfectũ aũt partũ exegerũt, vita, vt animatus naſceretur, qui exanimis & mortuus non profuiſſet. l. q mortui. de verb. ſign. Pau. d. tit. 9. ſicut neq; abortus nec abactus: item perfectum tempore legib. probato, aut decẽ mẽſiũ ex verſib. xij. Gel. 3 cap. 16 aut ſeptem ex autoritate Hippocratis recepto iure, Pau. ibid. & l. ſeptimo. de ſta. ho. item & perfectũ forma, nihil enim partus monſtroſus prodigioſuſve profecit, ex Pauli ſententia, licet ei ex aduerſo latere tota diametro repugnet ſcriptum Vlpiani. l. quæret. de verbo. ſign. ſed ea Cuiacij ope & opera enucleata ſunt, cuius teſtimonio contentus, ſenſa non recito, ne repetitione externorũ perdat narratio dignitatem. At tres liberi, quæ matribus Latinis adiumenta, quos fauores importarent, ex ſuperioribus tenendum eſt, quæ de iure ciuium Rom. retulimus, & ita ſine beneficio, ſine iteratione, ſine naue, ſine ædificio, ſine piſtrino, quæ lex Iunia, & edicta Claudij & Traiani introduxerunt, liberis ex S. C. Largiano mater Latina, eius Romana facta fuit. Equidem non ignoro plurimos ciuitatis cõſequẽdæ & alios fuiſſe modos, quorũ breuia capita ſummatim contulit Iuſtinianus, in Conſtitutionem qua Latinitatẽ ſuſtulit. Inter cætera præcipue illud obſeruandum antiquitatis ſnadet amor, quo ſi a tecto domini ſeruus æger expulſus fuiſſet, in libertate Latina permanebat, ex Claudij Cæſaris edicto, vt habet Iuſtinianus. §. ſed ſcimus C. de Lat. liber. tol. de quo Suetonij Trãquilli Claud. 25. verba ſunt, Quum quidã ægra & affecta mãcipia in inſula Aeſculapij tædio medendi exponerẽt, omnes qui exponerentur, liberos eſſe ſanxit, nec redire in ditionem dñi, ſi conualuiſſent, ꝙ ſi quis necare mallet quem, quam exponere, cædis crimine teneri. Exponendi mos efferus & immanis, tam liberos quã ſeruos vitiorũ mater Græcia Romanos docuit, vnde primis a Romulo temporib. partus deformes in inſulas ablegare, & infantes abijcere inualuit. At ſeruos q male affectos, ſiue Romæ, ſiue in alijs ciuitatib. e domo eijcerent, & miſericordiæ cauſa publicis locis exponerent, quã ipſi non habebant, qm̃ necare videbantur, l. necare. D. de lib. agn. l. 2. & 3. verſ. neq; enim. C. de inf. expoſ. nec ſuũ dicere poterant, quem percuntem contempſiſſent, a dominico iure cadebant. Item & Romæ ſi tædio medendi ſeruos exponerent in inſula Tyberina (dicta Aeſculapij, ꝙ illi ſub Epidaurij ſerpentis ſpecie tẽplũ ibi dicatum fuit, de quo Liuius lib. 9) vt ab Aeſculapio ob ſcientiã notiſſimam, & humanitatis faſtigiũ excedentẽ, cœlo donato, tamquã a medicinæ Deo, ſalutẽ ſerui acciperent cuius curandæ nimiũ dñi negligentes eſſent, ſeruis cõtingebat libertas, ſi conualuiſſent, domini iugũ merito detrectaturis. Quod ſi morbo langueſcentẽ ſeruũ dominus occidiſſet, quæſtionis eſſe potuit, cędiſne crimine teneretur, proinde ac ſi ſeruũ alienũ enecauiſſet. Hoc conſtitutione Antonini cautum fuiſſe in Pandectis. l. 1. & 2. D. de ijs qui ſunt ſui. proferetur, illud verius videbitur ex Martiani verbis, l. j. D. ad leg. Cor. de ſic. Qui hominem, inquit, occiderit, punitur, non habita differentia, cuius conditionis hominẽ interemit. In eo certè difficultas eſt, quæ ad Tranquilli nimium conciſa verba elucidanda, alium locũ & tractatũ alium poſtulat. Verũ acutius expendentib. vbi fides autorum labat, vel Iuſtiniani autoritas eleuanda eſt, vel Tranquilli compendium reprehendendum. Illud primũ ſtatuo, quod ab alijs accepi, in inſula Tyberina fuiſſe Romæ, velut νοσοκομεῖον, languentiũ Hieronimo interprete villam, ægrotorumq; domicilium, vbi ſi ab hominibus non refouebantur ægri, Deus ipſe manu præſenti medicinam afferebat. Itaque Dei ope melius ſe ſeruũ habentẽ, edicto Claudij ait Tranquillus factum e ſeruo liberum, ſed ciuemne Romanum, an Latinum duntaxat, nihil ſignificat, minus exprimit, Iuſtinianus alios, iuris puta, ſecutus autores, Latinum libertum factum ſcripſit, quid verum fuerit, Deus aliquis viderit, nihil enim mihi de duobus vero ſimilius videtur. Porrò Iuſtinianus. d. §. ſed ſcimus. refert ad Latinitatẽ perueniſſe ſeruũ eiectũ a domino, cui erat libera facultas, ſi non ipſe ad eius curã ſufficeret, in xenonẽ eũ mittere, vel quo poterat modo eũ adiuuare. Sed præſentius remediũ vllum ſeruone procuraſſet dñs, ꝗ ſi erat inſula plena Deo (vt error gentilibus ius faciebat) ſeruũ committendo Dei illius curæ, a quo non languentes ſolum, ſed & valentes ſalutẽ expectabant? Potuiſſetne dñs ſeruũ in xenodochium mittere, in quo medicina paratior, auxiliumve promptius contigiſſet? Igitur in xenonẽ domino mittente ſeruũ, ſi Latinus is, nedũ ciuis Romanus non fiebat, verũ eſſe nõ poteſt quod ait Suetonius, Claudium ſanxiſſe, mancipia in inſula Aeſculapij expoſita, à dñorũ manu exijſſe, aut falſum conſequitur quod habet Iuſtinianus. Proculdubio ſi pietatis & religionis cauſa, non tædio medendi ſeruũ ſuum dominus in Aeſculapij ædẽ miſiſſet, nihil iuris illi deperibat: q ex aduerſo ſi ſpe mortis, non ſalutis, ſeruũ ſuũ in xenodochiũ miſiſſet, dominio cadebat, vt mea ſert opinio, cuius fautrix autorũ Iuſtiniani & Suetonij conſonantia eſt. Quæ de Latinis ſatis ſint, deq; modis adipiſcendæ ciuitatis, non temerè quidẽ illis otioſeue excogitatis, aut inuentis, cũ magni veteres exiſtimarent, ſincerum atq; ab omni colluuione peregrini ac ſeruilis ſanguinis incorruptum populum ſeruare. Vnde parciſſime ciuitatẽ dedit peregrinis Auguſtus, Sueto. 40. quos ſe Quirites inſimulantes Claudius, Sueton. 25. ſecuri percuſſit, ſimiliter quoque Galba, Sueton. 14 non niſi rarenter conceſſit.

De Iure teſtandi filię eidemq; matri conceſſo liberorum gratia, deque veteri nuptiarum ritu & matreſfamilias: inde Martiani, Modeſtini, Paul., Marcelli, Caiq; ſcripta veteri priſtinoq; honori interpretatione reſtituta.

Cap. XXX.

Superioribus accedit Ius itẽ illud, quo matri filiorum triũ, eius viuo patre, teſtamenti factio à primis rei Romanæ temporibus cõceſſa fuit. Cũm eñ de honorib. a Numa Põpilio Veſtalib. tributis meminit Plutarchus, illis, quemadmodũ matrib filiorũ trium, conceſſum ſcribit, vt etiam viuo patre teſtamẽtum cõderet, ac cætera ſine curatore gerere poſſẽt. Illius verba ſunt, Plu. I Numa. Τιμὰς δὲ μεγάλας ἀπέδωκεν αὐταῖς, ὧν ἐστὶ καὶ τὸ διαθέσθαι ζῶντος πατρὸς, καὶ τ᾽ ἄλλα πράττειν ἄνευ προστάτου διαγούσας, ὥσπερ αἱ τρίπαιδες. Quorũ ſi qs ĩterpres obſtinatior paulò reſiſtat, arguẽs nihil ex primi, quo ius hoc & cõmodũ, de quo ſermo eſt, mulierib. tribuit Numa, manus ei facile dederĩ, dũmodo illud Plutarchi ſeculo viuiſſe idẽ mihi conceſſerit. Illi eñ ſcriptori obſeruatũ magiſtra lectione familiare eſt, veterib. noua, & nouis priſca, iucundiſſima cõmiſſione intermiſcere. Sanè ſiue reges olim iam olim, ſiue ignotæ nobis leges, ſiue poſteriores principes, his honorib. liberorum matres ornarint, id in vſu floruiſſe, ſiue ꝙ ab ſcriptorib. acceperit, ſiue ꝙ oculatus viderit, credo Plutarcho, qui mihi vnus eſt, qualis Ciceroni Cato, pro centũ millib. in tantum laudandus, in quantũ intelligi eruditio poteſt. Ad rem autem primũ ſitniumque ſit, quod M. Port. Cato pro lege Oppia apud Liuiũ lib. xliv. dicebat, maiores voluiſſe nullam ne minimam quidem rẽ, ſine autoritate fœminas agere, ſed in parentũ, fratrumue, aut liberorum poteſtate eas eſſe. Eo reſpexit Plutarchus, Veſtalibus honoris & fauoris habiti religionis cauſa permiſſum ſcribens, etiam patre ſuperſtite diſponere, & teſtari: at de quib. non exprimit ille, neq; nũc ego quæro, itẽ & permiſſum cũcta ſine curatore facere, ſicut licuit matrib. natorũ triũ. His igitur, vt eueniat quod volumus & quærimus, ex iure priuilegiario iam & illa licebant, & hoc ſat eſt, vt Veſtales ſacerdotes iuris publici diſquiſitioni relinquamus. Cũ mulier a parentib. nuptui marito tradebatur, deſueta Confarreatione ab Vlp. Epit. de his qui in manu ſunt. tit. 9. explicata, quæ vſu viuida Pontificalib. matrimonijs erat maximè propria, teſte Corn. lib. Annal. 1111. de tribus priſcis, duo tantum ſupererant modi, quib. nuptiæ contraherentur, Coemptio & Vſus. Coemptionis ritu ſolemni vir vt filiusfamilias futurus fœminam ita rogabat, vis mihi materfamilias fieri, ea rñdẽte, volo, deindeq; vt filiafamilias ius ĩgreſſura poteſtatis, vis mihi paterfamilias fieri, dicebat mulier. Vñ ꝙ antea vir vel pupillus, nomen patrisfam. habuiſſet, non patrimonium cõuẽtio illa, ſed matrimoniũ, quaſi matris nominum, metatheſi dicta fuit, muliere matris nomen ex conuentione conſecuta. Hoc modo nuptijs coemptione contractis, conſortium communis vitæ, bonorũ ſocietatem, & mutua illa iura ſucceſſionis lege Romuli datæ, vir & vxor ſibi quærebãt. Hinc ſuis hæredibus mulier connumerabatur, quæ in familiã, poteſtatem, & manum viri coiſſet, & conueniſſet, ſicut Modeſtinum, Paulum l. 27. D. de don. int. vir. & vxo. l. Titia l. ex parte. §. 1. de verb. oblig. l. vxorem. de ri. nupt. l. 2. C. de ſponſa. & Papinianũ diuinamus ſcripſiſſe, licet ſibi temporiq; placens Tribonianus, in matrimonium retulerit coire & cõuenire, inter verba Iuriſprudentum, qua forma loquendi vſus eſt & Aulus Gellius, lib. 18. ca 6. Hinc, ne duplicis poteſtatis in

eandem

eandẽ vnam perſonam concurſum admittamus, vt nubens marito materfamilias fiebat, cadebant iure poteſtatis eius parentes, qui filiam è manu miſerant, quæ aliter velle ſe non potuiſſet dicere; quod arguunt illa Euripidis.

Γυνὴ μὲν ἐξελθοῦσα πατρῴων δόμων,
οὐ τῶν τεκόντων ἐστὶν, ἀλλὰ τοῦ λέχους.

Alio modo veterib. Vſu nuptiæ contrahebantur, conuenientib. ijs, quib. de agebatur, conteſtatione à viro & muliere interpoſita, quod ſobolis procreandæ cauſa coirẽt, & eo modo nuptã Latinè a concubio, Concubinã dicere potuerunt, licet generis ſolo nomine vxorẽ illã Tullius ad Trebatium nuncuparit. Conteſtationẽ principio, aut poſtmodum leges non exegiſſe verius eſt, in ijs quas concubinas ſine metu criminis habere licebat, l. 1. & 3. D. de concub. vt fuere liberta propria, liberta aliena, ingenua itẽ fœmina, quę vel obſcuro ignotoq; loco nata erat, vel quæ corpore quæſtum fecerat, vel ex Octaueni recepta l. palã. verſ. rectiſſ. de ritu nup. ſentẽtia, quæ ſine quæſtu palã ſe proſtituerat, eas etſi viduas & vacantes, qui cupidinis cauſa continebant, d. l. 1. D. de cõcub. l. ſtuprũ. D. ad leg. Iul. de adult. ſtuprũ non cõmittebãt. Sed cũ ſe iure patrio fraudari illa coemptione parentes ſæpius experti fuiſſent, hoc tandẽ nuptiarũ modo filias in vxores dederunt, nulli quidẽ mancipio, ait ille, verũ omnib. vſu, ſed teſtatione de liberis quærendis exacta, quæ, vt ſupra deduximus, in alijs quoq; iuris articulis neceſſaria fuit. Vnde lucẽ accipiunt obſcura Martiani verba, d. l. 3. Si honeſtæ vitæ & ingenuam mulierẽ in concubinatu habere maluerit, ꝗ in matrimonio ex coemptione contracto, ſine conteſtatione hoc manifeſtũ faciente, non cõceditur, ſed neceſſe eſt ei, vel vxorẽ eam habere, vel hoc recuſante eo, ſtuprũ cũ ea cõmittere, quoniã ſine teſtatione ab initio liberam honeſtę vitæ mulierẽ cupidinis cã habere per leges non licuit. Iuris enĩ ciuilis eſt regula Modeſtini, 24. D. de ritu nupt. In liberę mulieris conſuetudine, non concubinatus, ſed nuptiæ intelligendæ ſunt, ſi non corpore quæſtũ fecerit. Nuptias illas autẽ Vſu contractas ſine tabulis & inſtrumentis nuptialib. intelligimus, pro eo ac ſi Coemptio interceſſiſſet, l. ſi vicinis. C. de nupt. idem enĩ fuit quoad nuptiarũ cõditionem. Sanè hoc caſu familiã manumue mariti non ingreſſa mulier (neque enĩ matrimoniũ, l. pen §. vl. D. ad municip. dicebatur legitimũ) matrisfamiliãs nomen non habuit, neq; ius ſui hęredis, quo neceſſario inſtitui debuiſſet, Vlpi. Inſtit. tit. 22. neq; ius ex lege Romulea inteſtato marito ſuccedẽdi: qm̃ vſu, nõ mancipio vxor data, non emancipata in patris poteſtate retinebatur. At vbi ſocerũ cõmento ius mancipij in vxores, ſi non ereptũ, ſaltẽ non datũ, & denegatũ, mariti animaduertere grauiterq; ferre cœperũt, præſentaneo remedio verſus ille XII. Tabul. adfuit, Si per trinoctiũ vxor a viro abfuerit, vit cã vſurpato, id eſt, prætor ius morib. aut legib. antea receptũ vindicato, capito, & ſibi habeto, ex quo capite, velut aquæ noua reperta vena, ſine Coemptionis ſolẽnitate ius poteſtatis in vxorẽ marito reſtitutũ fuit. Tũ cautè viri vxores ſuas obſeruare, mulieres ne trinoctio abeſſent, curare, parẽtes illas ſedulo admonere, ne ſe à manib. à quib. tam indulgenter, ingenue, liberaliber auctæ & altæ fuiſſent, gratia mariti ſubducerer. Planè quid tẽporũ ſucceſſu habuerit legiſlatio poſt XII. Tabulas, de ea re nihil ex vetere memoria, tot ſcriptorũruderib. tot literarũ monumentis, quicquam cõperio, & quidem hoc ingenioſi aſſidua lectione ſciunt apud Venuleium, l. a. D. de libe. exhib. l. filiæ licet. l. vt liberis. C. de colla. patrẽ, qui filiã in poteſtate habet, a marito de ea exhibenda rectè conueniri, quod ſi eſt, vti eſt, aut ius poteſtatis duplex in eandem perſonam concedemus, aut maritum dicemus vxorem ſuã in poteſtate non habuiſſe. Poſt decẽuiralẽ, legẽ aliam ponere quæ ius parentum in priſtinũ reſtituerit, opus harioli opera & induſtria eſt. Sed aleã de coniecturis ita iaciamus, Cũ patresfam. rem eo deduci legib. cernerent, vnde callidis inuentis ſe abduxiſſe exiſtimabant, hoc iure vſos veteres colligo, vt filij ducturi vxorẽ, vel filiæ nupturæ, (Vſu, quo nuptias ante contrahebant, deficiente) in matrimoniũ conuenerint, & hæc in viri patrisfamilias manum, quod formæ vulgares in Digeſtorũ libris obtutuatæ ꝓbant. Porrò filiofamilias, q mulieri conuenturæ paterfamilias ex ritu nuptiarũ fieri debuit, auo ſuperſtite, patreq; viuo, illius autoritate & huius conſenſu fuit opus, l. oratione. D. de ritu nupt. l. nec filium. C. de nupt. & illo furente, patris autoritas, hocq; furioſo, & ſapiente auo, ſuffecit aui voluntas. l. 9. de ritu nupt. Ita vero neceſſaria iſtæc fuerunt, vt filiũfamilias ẽt militẽ ſine patris voluntate matrimoniũ non contrahere reſponderit Papinianus. l. filius f. eo. Præterea filiusfamilias nupturæ, quæ in manũ conueniens matrẽfam. fieri velle ſe marito diceret, aui ſuperſtitis voluntatẽ & autoritatẽ, patre neglecto, ſuffeciſſe accepi. d. l. ratione. Illo vero defuncto, patris conſenſum neceſſario leges exegerunt, l. 2. l. 20. C. de nupt. ꝓpter ius patriæ poteſtatis morib. in id receptum, §. 1. Inſtit. de nupt. l. 8. D. de ijs q ſui. intelligi tñ ſemper filiæ patrem certioratũ conſentire, niſi euidẽter diſſentiat, Iulianus ſcribit, 7. de ſpon. Quocirca parentũ iuſſus, conſenſus, voluntas, & autoritas, tam filijs ꝗ filiabusfamil. (emancipatis enĩ filijs & filiab. iure veteri pro extraneis habitis, non fuit neceſſarius patris aſſenſus, 10 eo. tit. & 25. & 55. de ri. nupt. 18 C. de nup. licet in his quædã Cæſares immutarint) ad nuptias neceſſaria vita eſt, ne liberum arbitrium eſſet eis, qui alieno iuri ſubeſſẽnt, eoq; reſpexit Iulius Paulus ſcribens, 2. de ri. nup. Nuptiæ conſiſtere non poſſunt, niſi conſentiant omnes, id eſt, qui coeunt, quorumq; in poteſtate ſunt. His obſeruatis ſine emancipatione filiã pater ex animi ſententia locauit, maritus ſibi ex voto matrẽfamilias habuit, & nonnihil alteri gſque de iure conceſſit ſuo, vt interim pater filiã natura in poteſtate retinuerit, maritus iure ſubiectã illã, l. pronũtiatio. §. iure proprio. de verbo. ſignific. in familia inter ſuos hæredes habuerit, ſi qua Vlpiano fides eſt, d. tit. 22. Inſt. & Gel. d. ca. 6. q ſubſcriptorẽ & approbatorẽ habet Gelliũ. Itẽ iuris myſterio, ſicut res duplici iure cenſeri poteſt, l. hinc quęr. §. 1. D. peculio. perſona filiæ nuptæ in poteſtate patris & mariti videri cœpit, argumento actionis iniuriarũ, l. eũ qui. §. 1. D. de iniurijs. l. tutores. de ijs quæ vt indig. & patri & marito datę, ſicut eadẽ filiafamillas & materfamilias fuit, duplici poteſtate in eandẽ concurrente, vt in Gallijs approbatũ ſcribit Ioãnes ille Faber. §. 1. Inſt. de SC. Tert. Neq; vero duplex ſtatus contrarius in eadẽ perſona conſtituitur, qui magis viris diſplicuit, l. 1. verſ. quis enim. C de Lat. lib. Bar. l. ſenium. C. qui teſt. fa. poſſ. Barbat. conſil. 2. nu. 32. lib 2. ſed ius duplex poteſtatis, quæ in manu ſemper retinet filiã & vxorem. Filiam aũt familiæ fuiſſe, matrimonij diſſolutio probauit, eius quæ inicio patre non potuit, aut ex officio non debuit renouare nuptias l. 18. de ri. nup. ꝑ l. 11 de ſta. ho. l. 7. C. de nupt. Matrẽ vero familias fuiſſe, quæ in mariti domo viueret, procul dubio eſt: vt enim dicitur paterfamilias, qui in domo dominium habet, quam filium non habeat, ita & materfamilias, quæ in dominij conſortium & communionem venit, etiã non ſublatis liberis. Vnde quæ Gellio d. ca. 6. vana & inania Helij Meliſſi videtur obſeruatio, iam ridicula apertiſſime cernitur. Sed Gellius matronam, quæ in matrimonium cum viro conueniſſet, quoad in eo maneret, etiam ſi liberos nõ tolleret, matrem vero familias eam ſolam, quæ in mariti manum, mancipium, familiamq; veniſſet, propriè dictam fuiſſe putat, eiusq; ſententiæ ſuffragium Ciceronis accedit, qui Fabiæ, vt matrisfamilias, legatum, niſi per coemptionem in viri manum veniſſet, ad Trebatium ſcripſit non deberi. Erãt illa quidem vera ſuo tempore, at poſteaquam Vſus, de quo tam multa, per non vſum ſublatus eſt, & ex Coemptione ſolemnium reliquiæ duntaxat, quaſi ſcalmus è naufragio ſeruatæ ſunt, matronæ & matrisfamilias, l. 1. §. oẽm. l. 15. §. ſi quis virgines. D. de iniu. Sueton Tyb. 35. promiſcuam acceptionem in autorib. legimus. Amplius, huius familiarior & vſitatior vſurpatio, latior multo ꝗ olim eſſet, cum tempore facta eſt. Habet enĩm Vlpianus, l. pronuntiatum. §. 1. de verb. ſign. Matremfamilias accipere debemus eam, quæ non inhoneſte vixit, matrem enim familias a cæteris fœminis mores diſcernunt atq; ſeparant. Proinde nihil intererit, nupta ſit an vidua, ingenua ſit an libertina, nam neq; nuptiæ, neque natales faciunt matresfamiliarum, ſed boni mores. Addo quoque Marcelli verba, l. probi. §. 1. de ritu nup. Si qua ſe in concubinatum alterius, quam patroni tradidiſſet, matrisfamilias honeſtatem non habuiſſe eam dico. Debuit enim pudica mulier ſe in matrimonium, non in concubinatum dare, niſi vir illam in concubinatu habere maluerit, vicinis alijsq; ſcientibus, ſobolis procreandæ cauſa, d. l. 3. de concub. d. l. ſi vicinis. qua teſtata, etiam ſi nulla inſtrumẽta nuptialia ſint, non iam concubinatus ꝗ matrimonium, & nuptæ Vſu veteri contractæ ſunt. Indeq; liberi legitimi, & fœmina honeſtæ vitæ, matrisfamilias nomen habet, & notabiliter id ſignificant Vlpiani verba, neque nuptiæ. Docenter vero liberta concubina patroni fuit, quippe cum honeſtius ſit patrono, libertatem concubinam ꝗ matremfamilias habere, d. l. 1 de concub. inquit Vlpianus, libertam ſ. ſine teſtatione, aliam cum teſtatione, vti diximus. Ergo liberta a matrefamilias diſcriminatur, & ita ſe res habet, at nihilominus ſi cum patrono non inhoneſte viuat, materfamilias dicetur, cuius honeſtatem illi concedit Marcellus, Neque nuptiæ, neque natales, &c. ait ille. Sed quid de Vlpiano, cùm ſibi ipſi non ſatis conſtans, matresfamiliarum, l. 4. §. 1. de his qui ſui, dixit, quæ ſuæ poteſtatis ſunt? an ſui ipſius illum diſſimilem, immemoremq; dicemus? Hoc verum eſſe liquido apparet, ſed admittit & illud, neque negat, de quo genere acceptionis diximus.

ſtitiæ. Scholi verò de nominib. hic agi in vulgus efferent, proferent, diſſitabunt: at, niſi liuor & oculis & mentib. obſtet, inſpiciant autorum iuris ſententias elucidatas, quas nõ intelligunt, &, quod peius eſt, diſſimulatione negligunt. Volis Deus Opt. Max. doctorumq; calculus faxit, vt coniecturæ aut diuinationes noſtræ tam amabiles probabileſq. ſint, quam maximè cupimus, etſi veras minimè contendamus. Equidem potui Feſti Pompeij, Seruij Mauri, Seuerini Boetij, & complurimorum literas in teſtimonia ſuperiorum producere, ſed tot autorũ nomenclatio ſtudioſis faſtidiũ ſine vtilitate adfert, & putidæ cuiuſdam diligentiæ potius ſpeciẽ præ ſe fert, ineptæq; ambitionis, quàm ingenij diuitis ſpeciẽ, aut indicium eruditi maturiue iudicij. Conſtitutũ eſt igitur ex illo priſco iure [illegible] mulierem eſſe & in patris poteſtate, & in manu mariti, quod ſi eſt, filiafamilias nupta teſtari minime potuit. 6 D. qui teſt fac. §. 1. Inſt. de SC. Tertul. vbi Acc. Tu enim Caius dicebat, Qui in poteſtate parentis eſt, teſtamenti faciendi ius non habet, quoniam tertium eſt rerũ ſuarũ ordinatio atq; diſpoſitio, inquit, quib. non eſt permiſſ. §. 1. Theophilus, filia vero familias diſponere non poteſt, quę nihil proprium habere poteſt, & ea ratio quandoq; Vlpiani epit. tit. 20 fuit, adeo vt quãuis pater ei permittat, nihilominus tñ iure teſtari poſſit. Hæc ex ſcripto Caij ſunt, cum quo idẽ Martianus, l. tam is. de donat. cau. mort. ſentit, puta ſi de patre patrimonij ſui, pater filiũ teſtari velit, permittat & concedat (pro eodẽ enim ſunt licentia & conſenſus, à Tabularijs nimiũ repetita & diſtincta, ſicut eadẽ ſunt permittere patrem, d. l. tam. l. filiusf. §. vlt. D. de don. & velle) adhuc tñ filius teſtari non poterit iure, ſcilicet, vt eius teſtũ ratũ habeatur, de facto verò lex non curat. Eius ſententiæ ratio inde promitur, quod teſtamenti factio ſit publici iuris, l. 3. qui teſt. fac. non illius quod ad magiſtratus attinet, in quo nõ obſtiterat filiusfamil. patri, l. nã quod D. ad ſenatuſc. Trebel. l. 9. de his qui ſunt ſui vel alie. l. 14. § [illegible] D. de minoribus. Gel. lib. 2 ca. 2. cuius poteſtas interueniat [illegible] auro Philoſopho apud Gellium, ſed iuris communis publicimus, l. 3. D. de tutel. 23. de eo quod met. cau. 29 de teſt. tut. recepu. Ideo ne oporteat dicere priuati hominis voluntatẽ legũ virib. præpollere, iuris conſtitutio patris conſenſu non cẽtetur, cuius habita ratione fieri poſſet vt quidã filiifamilias teſtarentur, & quidã minus, pro diuerſa parentũ charitate & voluntate, ſed eſt turpe incerto iure vagari, ait in Querela iuriſprudentiæ. Planè illorũ Vlpianus & Theophilus inclinauerunt, vt nõ teſtetur qui in poteſtate eſt, penuria defectuq; rerum, de quib. vt ſuis diſponere ex voto poſſit, ſed & noui iuris Doctores Accur. §. 1. inſt. quib. non eſt per. fac. ex l. ei q. ſolu D. de hæred. inſtit. in ſententiam ierunt, vt dicerent eu, qui egeſtate intolerabilis ſit, ceſſante impedimento teſtari poſſe. Equidem poſteaquã pagani filiifamilias certis caſib. propriũ habent, auth. excipitur. cũ ſeq. C. de bon. quæ lib. 10 quib. nec vſusfructus eſt patris, quid obſtat cur non teſtentur? In aduentitijs, quibuſcũque filiofamilias lex hæredẽ dedit, l. quod teſtis & ſeq. eod. quid cauſæ eſt quod ipſe ſibi facere non poſſit hic patris cõſenſum non deſidero, ne filij voluntas poſtrema ex aliena pẽdeat, in quo ingenia noſtrorũ defecerunt. Erenũ autẽ eorũ animus adhibuit Imperatoria, l. penul. C. qui teſt. fac. pot. vlt. § filijs autem. C. de bo. quæ lib. conſtitutio, quæ ſicut populus A. in ſuffragia ſecens, dum antiquam approbaret legem, nouam reijceret, Iuſtinianus per omnia antiquã legem voluit conſeruari, quæ filiorumfa. teſtamenta niſi certis caſib. non accipiebat. Antiquitatis ratio ob oculos poſita eſt, & eã hodie ceſſare oculis, ni fallor, ſubiect. Cõſtitutionis Iuſtinianeæ rationem ſtudioſi iuris noui quæſierunt. Sanè durum & iniquum nouum ius illud pleriſq; magni nominis videt, vbi veritatem excoiunt, & hanc quæſtionem tractant, Bart. ad d. l. 6. & Scrib. ad l. ſemũ. & l. pen. eod. quorũ non ab re erit ratiocinationem expendiſſe eos, qui ad vnguem ciuilis diſciplinæ rationem callere cordi habent, neq; enim delicatorũ votis ſatisfaciet, qui nihil niſi Ciceronianum legere vel audire poſſunt. Sed nunc iam repetam, ait Lucretius, cœptũ pertexere dictis. Nupta filiafamil. ex ijs quæ diximus, fortaſſe tantum ſubiecta marito, quoad iuſta exhibenda, quo iure oĩa quæ ſibi obueniſſent, patri quæſitſet, l. [illegible] D. [illegible] par. q. ſi ſu. ma. l. ſi vxorem. C. de condi. incer. teſtari non poterat, ſed [illegible] tres liberos ſuſtuliſſet, honoris cauſa, fauoreq; liberorum, viuo ſuperſiteq; patre, aduerſus iuris communis regulas rectè teſtabatur, ſi qua fides Plutarcho habenda eſt in iure veteri referendo, quod [illegible] olim filiafamil. vt nunc eſt, capax acquiſitionis fuiſſet, de plano perciperetur. At vbi nihil habuit, an non inanis habita [illegible] ratia, an non inutilis conceſſio priuilegij iuris fuit? quando ſcitum & tritum eſt illud Theophili, extrem. §. 1. quib. non eſt perm. fac. ti is cui noui iuris quidpiã conceſſum eſt, eo non vtatur, locũ eſſe veteri legi. Igitur mater filiorum trium deceſſit rerũ inopia inteſtata. An patrem coactũ fuiſſe dicemus, ad conſentiendũ filię de dote teſtaturæ? quid ſi filia indotata nupſiſſet? nondũ vigente ſeruataue Auguſtini ſententia, can. nullũ. 30 quæſt. 5 matrimoniũ ſine dote nullũ. Dicere filiæfamil. nihil habenti facultatem teſtandi inutilem, a vero non abhorret, aut certe a veriſimili: ſed filia dotata, quomodo ſe res habuit, non ita eſt expeditũ. In alijs iuris articulis ex Caſſio regula eſt, 2. D. de iuriſdi. Iuriſdictione data, videri conceſſa ea quoq; ſine quib. iuriſdictio explicari non potuit: ſimili teſtamenti factione data, conceſſa & ea videri debent, ſine quib. fruſtratoria & inutilis eſſet conceſſio. Vnde coniectura colligo, ſimul cũ teſtãdi facultate dotis filiæfamil. conſtitutæ dominiũ eidem fuiſſe tributũ, etiã patre ſuperſtite, indeq; verbũ Vlpiani. l. 3 §. ergo. D. de minorib. l. pater. de euictio. manaſſe puto, Dos ipſius filiæ proprium patrimoniũ eſt, quod facilius reperias qui oſtentent, quam qui intelligant. Eo item & illud pertinet, q ex Gordiani conſtitutione cuincitur, l. 7. C. de nup. filiã quæ nuptias inſcio patre renouaſſet, ob tam illos neglecta multari dotis amiſſione. Quid autem filiamfamilias attingeret repetitio dotis patri conceſſa, niſi a dotis dñio de iure cecidiſſet ea ipſa, quæ aduerſus patrem actione caret, ſi velit cũ dote iterare nuptias. Hæc eius reſcripti interpretes animaduerterint. Quæ de iure teſtandi fœminis matrib. natorũ triũ præſtito ſatis erunt, ſi vnũ addidero, deficiente patre mulieris nuptæ, neq; nuptias, neq; ius mariti, vxoris teſtamento præpedimentum obijcere, quod priſci certiq; iuris eſt, l. vlt. D. & C. ſi quis aliq. teſta iuris eſt, de eoq; non ſemel Baldus, lib. 2. conſ. 39. & 59 Alexan. lib. 3 conſ. 31 Alexander, & I. Romanus ex facto conſulti reſponderunt. Galli Burgundiones ſine licentia mariti mulierum teſtamenta non probant ex iure moribus recepto, vt autor eſt Conſuetud. Bur. § la femme ſoit. ver. ne peut faire. Chaſſanæus. Sed Licentiæ nomen in quotidiano ſermone vulgatũ, vt a Latino capi õptũ eſt, autoritatẽ nõ ſignificat, in quo a Tabularijs, q plus ſibi ſapere videntur, plus peccatur, ſed conſenſum, vt iam diximus: idque Iuſtiniani conſtitutio confirmat. l. vlt. §. vbi aũt puerilis. C. de bo. quæ lib. vbi puerdem ætatẽ patri licentiã, præſtare continet, quib. ex andite autoritatem patri præſtitam, plus quam ridiculum ſit. Hæc autem ideo expendo, quod conſenſus præponderat autoritati, vt Socino placuit, lib 4. conſil. 23. num. 20. vndeq; puto minorem inter Burgundiones fœminarum libertatem, quam in Gallia Braccatã, vbi ius ſcriptum in hac quæſtione ſequimur, quod temporum ſuffragia confirmarunt,

De tutela liberatione ex iure trium, deq; veteri iure tutela perpetua mulierum, varia iuriſprudentum ſcripta illuſtrata. Cap. XXX.

His tempeſtiuum eſt adijcere caſum eo nobiliorem, quo politiu [illegible] cernimus ex ſcripto Plutarchi, vni Veſtali ſicut [illegible] atorũ triũ, ſingula tunc [illegible] facere licuiſſe referente, [illegible] matres a tutela curaq; perpetua liberauit, cum [illegible] libertate naturali defraudatæ fruſtrataq; videbantur. Erat autem perpetua tutela in iure veteri, quod ſi tam facile in vſum & commoditatẽ a mortalib. inter eos reuocaretur, ac inter politiorib. literis tinctos, viræ doctrinæ compotes, in priſtinum eſt reſtiturum, meliuſcule reſpublicæ ſe haberent, multoq; melius cum priuatis hominib. ageretur. Itaque ius erat antiquius, quantum ex Vlpiano ad nos peruenit, epit. tit. 11. de tutel. vt tutores conſtituerentur tã maſculis quam fœminis, ſed maſculis quidem impuberis dũtaxat propter ætatis infirmitatem, fœminis autem tã impuberibus, quam puberibus, & propter ſexus infirmitatem, & propter forenſium rerũ ignorantiam. Quibus pro ratio ne accedit Baldi vrbane facetiæ; d[illegible] l. 4. C. de ſponſalibus. Bald. lib. 3 conſi. 385. & alibi. mulieres integrum conſilium non habent. De maſculorum tutela, nihil eſt nobis propoſitum. De fœminarũ tutela hoc primum videtur, illius, vt daretur, duntaxat habitam rationẽ, cũ illi defeciſſent qui morib. & legitimo iure in fœminas poteſtatẽ haberent, de quibus ſupra relata fuit Portij Catonis ſententia. Quod nunc profero, de Hiſpala libertina ſignificat Liuius his verbis, lib. 49. quin eo proceſſerat cõſuetudine capta, vt poſt patroni mortem, quia in nullius manu erat, tutore a Tribunis & Prætore petito cum teſtamentum faceret, vnũ Ebutium inſtitueret. Vbi veſtigium priſci iuris apparet, de quo ſic ex Vlpiano legimus, d. tit. de tutel. Lex Atilia iubet mulierib. pupilliſve non habentib. tutores, dari a prætore & maiore parte tribunorũ plebis, quos tutores Atilianos appellamus. Sed quia lex Atilia Romæ tantũ locũ habet, lege Iulia & Titia ſpo-

ctum eſt, vt in prouincijs quoq; ſimiliter a præſidib. earum dentur tutores. Id porro, quod de lege Attilia ſcriptũ eſt, ante dclxvij. Vrb. cond. cõſtitutũ fuiſſe ex Liuio tẽporũ ratio ſuadet, quiſqs ex tot Attilijs Conſulib. ex alijſve fuerit autor legis Attiliæ. Sane ſecutis tẽporib. Imperator Claudius, Sueton. Clau. 23. ſanxit vt pupillis extra ordinẽ tutores a Conſulib. darẽtur, id eſt, quolibet loco, l. 3 § vlt. de tutel. l. 8. de tut. & cu. da. quolibetq; die. Inde Cornutũ à coſſulib. tutorem datũ in Plinij epiſtolis legimus, Quadrato epiſt. 9. l. 1. D. de confir. tut. & Conſularẽ poteſtatẽ, ſi quid deficeret in tutore non recte dato, repleuiſſe ex principalib. reſcriptis in Modeſtino. At ſi de pupillis tantũ edixit Claudius, de fœminarũ tutela prætoris adhuc & tribunorũ cognitio fuit fœminarũ tutelã lege Claudia ſublatã ex Vlpiano d. tit. de tut. malimus, ſcripto ob varios codices ambiguo. Sed deſiteſcente lege Claudia cũ tẽpore nihilominus Romæ, ſiue a prætore cũ tribunis, ſiue a Conſulib. ſiue poſt Antonini Philoſophi legẽ a prætore tutelari vel in prouincijs a proconſule, ſiue ab eius legato, ſiue a præſide, ſiue a præfecto, ſiue a iudice, qui idẽ cũ præſide, rectore, & l. 4. de tutn. & curat. l. 7. de cenſu ſiue adſc. C. Th. moderatore fuit, vel in municipijs a magiſtratib. vt duumuiris, ſiue a decurionib. quandoq; tutor mulieri dabatur, cũ illius e re erat, vel cũ [illegible] poſtulabat. [illegible] vero ſine lege, quæ ad nos peruenerit, imo & contra Claudi[illegible] ipſam tutelæ fœminarũ dationẽ, de qua tam multa [illegible] lpianus, vſurpabant: quorũ tand[illegible] ius lege Conſtantini approbatus fuit, l. 2. de tut. & cur. C. Th. his v[illegible]bis [illegible] fœminis tutelã legitimã conſanguineus vel [illegible] arritus [illegible] uiet, quibus p antiq. iuris autoritate ſublat[illegible] legem Claud[illegible] receipit Imper. Leo, l. 3 C. de legi. tut. ad pupillas fœmi[illegible] reſtringens, quod late & generaliter tam de pube[illegible] de impuberibus ſanxerat Conſtantinus. Proinde ante Conſtantinianam legem, aduerſus Claudiã iã recepto, nõ vno tãtum caſu, nec vno duntaxat modo, tutores fœminis dati fu[illegible]e: ſicut enim antiquis ex Vlpian. obſeruatione tutores aut legitimi erãt, aut Senatuſconſ. cõſtituti, aut morib. introd[illegible] ſi mulier aut legitimũ, aut ex Senatuſc. aut morib. tutorem [illegible] naſcebatur. Legitimũ, id eſt, qui ex lege aliqua deſcenderet, habuit mulier aut lege Attilia, aut Iulia dem[illegible] ordinib. Illa, vt diximus, cum deficeret tutor, ſiue teſto datus, pura [illegible] 1. §. [illegible] & vlt. de teſta. tute. ante vel poſt c[illegible] tempus, vel ante vel poſt conditionem pendente[illegible] re legitimorũ, dum teſtamẽtaria tutela ſperabatur, ſiue deficeret tutor ex x[illegible] Tab. conſtitutus, vt agnatus, l. 1. in ext & l. 6. in fi. de leg. tut. aut patronus, vel q erat vice legitimi, vt parens manumiſſor: deficeret autem ſiue morte naturali, ſiue ciuili, vt capitis [illegible] tate, l. 14 & 15. de tutel aliouę impedimento, quæ omnia T[illegible] nui ſatis diligenter proſecuti ſunt in Iuris elem[illegible], [illegible] 1. Ex lege Iulia habet Vlpianus, tutor datur [illegible] prætore [illegible] ei mulieri virginive, quam ex hac ipſ[illegible] nubere oportet, & & ita pubes eſt, ad dotem dandam, dic[illegible] dam, promittendãue, ſi legitimũ tutorem [illegible] la non habeat. Hæc vero tutoris loco, ſuppoſito curatore, ex Vlpiani lib. 1. de omnib. Tribunalib. in Digeſtis ita legas 7. de tut. & cur. dat. Non tantum ad dotẽ dandam nupturæ curator [illegible] oportet, verũm etiã ei quæ iam nupta eſt: ſed & ad dotem augendã datur, & mutandæ quoq; dotis gratia, curator dari poteſt. Vnde [illegible] permutatio dotiũ conuẽtione fieri poſſit, ea ſcilicet forma ſeruata, quam Modeſtinus, l. a[illegible] 26 D. de iu. dot. perſcripſit, qs non videt, ſi de nuptæ mulieris dote mutanda quæratũ, quæ xxx. annos nata ſit [illegible] taxat xxx. exce[illegible] rit, etiam & [illegible] maiori curatorem conſtitut[illegible] ius ſiue generalis, ſiue dotis dandæ cã conſtitutũ, ad annu[illegible] m Terentius l. 61. cod. tit. Clemen[illegible] offici[illegible] exp[illegible] cault. Sed ne diuerſos vnũ & idẽ munus obijſſe, vel ne diuerſa eoſdem autores de vſu forenſi retuliſſe dicamus, annon probabi[illegible] us eſt pro tutore curatoris nomen eorũ ſcriptis accommodaſſe Concinnatores? [illegible] ũ tutorem ab Vlpiano, [illegible] 11. §. vlt. de teſt. tut. d[illegible] ũ, repertã in epiſtola Imp. Alexandri, l. [illegible] C. in qb. cau. tut. vel cur. hab. curatorem vocatũ, non ſine vſurpatione. Senatuſconſulto mulier quoq; tutorem habuit, q dabatur a [illegible] ib. in Prouincijs ad illius exemplũ qu[illegible] ab Vrbico Præto[illegible] lege Iulia diximus dari, ſi legitimũ tutorem illa non hab[illegible] at. Præterea in locũ muti furioſiue tutoris, alterũ dãdum eſſe tutorem ad dotem conſtituendam Senatus cenſuit. Eodem enim iure ſuccurſũ oportuit illi, quæ tutorem inutilem habuit, ac illi quę tutore caruit, ad inſtar legis Iuliæ ſiue in Vrbe, ſiue in Prouincijs, q paria ſint non habere tutorẽ, & illũ habere q tueri non poſſit, & ita compluribus Senatuſconſultis factũ eſt, l. 17. de tut. vt in locũ muti & ſurdi tutoris, alij tutores dentur, ne is retineret tutelã, q aliam accipere vetaretur. l. 1. cod. l. 10. de leg. tut. Obſeruandus itaq; caſus hic eſt libris Conſtitutionũ, tit. 36, lib. 5. C. Iuſt. omiſſus, quo tutorem habenti tutor datur, aduerſus, l. 27. de teſt. tute. regulam iuris antiq. Tertio ex Senatuſconſ. in omnem rem tutor datur mulieri ei, cuius tutor abeſt, inquit Vlpianus, ſiue reipubl. cã abſit, l. 15. de tu. & cur. dat. ſiue propria, neſciens ſe tutorem, l. 2 eod. creatũ, ſiue alio modo abſit a ciuitate, l. 15. de tutel. & 12. verſic plane de teſta. tut. l. 1. C. in qb cauſ. tut. vel cur. hab. vt q ab hoſtib. receptus ad eos transfugerit, quo qdẽ capto, tutor Attilianus dandus fuiſſet priori morte ciui[illegible] deficiente, ſed cũ abſens tutor ſeruus non efficiſ, ait lex, tutor manet, & interim præſides ex Senatuſconſ. aliũ eius loco ſufficient. In locum aũt tutoris abſentis nouũ dari, decreto exprimendũ fuit, ſi voluit magiſtratus cauere, ne datio nulla tan[illegible] tutorem habenti facta diceretur [illegible] 10. de tut. & cur. dat. qđ hodie quoq; ſeruandũ eſt. Suffectus vero vſq; ad reditũ tutoris abſentis tutor fuit, illoq; non redeũte in tutela perſeuerauit, l. 12. de tut. [illegible] n impuberib. vſq; ad tempus pubertatis, ſed in puberib. vt puto, non item, ne longior nec cogitantis implicatio recepta videatũ: fuit ergo illi magiſtratus officiũ merũ poſtulandũ, & ſupplici libello, vt conijcio, ius publicũ & communę inuocandũ. Excipitur tamẽ a ſuperiorib. ſpecies illa, qua patronus, eiuſve f[illegible]ius, libertæ tutor, ſi abfuit, non propterea in illius loc[illegible] datus [illegible] ter tutor fuit, niſi ad adeundam hæreditatem & nuptias contrahendas, vt idem ſcribit. Hoc vero eo notand[illegible] eſt, q vitiat regulam iuris ciuilis, quæ certæ rei tutorem da[illegible] prohibet. §. certæ Inſtit. qui teſt. tut. da. lex autem Iulia primum ad dotem dandam, dicendam vel promittendam tutores admiſit, muliere tutorem nullũ habente, q Senatus ab Vrbe ad Prouinc[illegible] as extendit. Deinde cum viſo corporis tutorem inutilem habuit mulier, exemplo legis Iuliæ, certa[illegible] re nempe, dotis cõſtituendæ Senatus tutorem dedit. Item cum abſens patronus, patronive filius mulie[illegible] tutelis tutor fuit, ſãlem ad [illegible] em certam, vtpote nuptias contrahendas, & adeundam hæreditatem, tutorem dari Senatus cenſuit, [illegible] nõ [illegible] omnem rem permiſit, honoris, ni fallor, eis habiti cã ob ius patronatus. Hiq; ſe[illegible] ſunt caſus ex veteri iure ſeruati, qb. certæ re[illegible] dat[illegible] tutores [illegible] egimus. Porro mulieri impu[illegible] ri tutore[illegible] de[illegible] m hæreditatem permiſſum eſt eũ Mar[illegible] nus ait, [illegible] de [illegible] t. & cur. dat. ſed Vlpianus vult idẽ in i[illegible] p[illegible] bere & [illegible] maiore, qđ ex ratione fuiſſe puto, quoniã [illegible] tori[illegible] a[illegible] tori[illegible] as ad adeundam hæreditatem inut[illegible] eſt, q[illegible] Modeſtin[illegible] 17. D. de appel. ergo mulier cũ curatore adire hæreditatem non potuit. Iam ponas puberem mulierem fuiſſe, & annos adoleſcentiæ non exceſſiſſe, niſi per ſe adire potuer[illegible], qđ nequiuit, certe tutori opus illi etiam puberi fuit. A[illegible] plius ad nuptias contrahendas tutorem mulieri datũ quid ſit, Vlpianũ in diſceptationem cadit. Nuptias contrahere, & matrimonium contrahere, pro eodem ſunt, l. [illegible] de [illegible] nup Iulio Paulo, ſed ad officium curatoris non pertinet, nuptiæ contrahantur l. 20 eod. gl l. 4. C. de ſponſal. an non. Vnde non videtur Vlpianus ad matrimoniũ contrahendũ exegiſſe tutorem, quẽ plerunq; pro curatore in hac quæſtione libri noſtri, l. 3. C. de in lit. dan. tu. v[illegible] rparunt, nec reuerentia patroni, quam Iulianus, l. 45. §. vlt. eo. l. q duos, § ſi cũ filio de [illegible] eb. dub. apud illũ obſeruat, efficit quo magis tutor extraneus matrimonio adhibeatũ. Malim itaq; ad nuptias contrahendas tutorem adhibitũ exaudiri, pro eo quẽ lex Iulia ad dotem dandam, dicendam, promittendamue accommodauit: alij vero q melius coniecerint, erũt per me erudita omnia. Alia quoq; in ſpecie Senatus cenſuit tutorẽ pupillo pupillæve dari in eius locũ, q vt ſuſpectus remotus fuerat, [illegible] 14. ver. præterea. de tutel. l. 11. de teſta. tut. l. [illegible] & 4. C. in q cau. tut. vel cur. hab. vel iuſta excuſ[illegible] ione liberatus, ſed hęc ad nos non pertinẽt, q tantũ de puberũ mulierum tutela q[illegible] rimus. Morib. autem is tutor, quem introductũ ex Vlpiano dicimus, dabatũ ab Vrbico Prætore mulieri pupillore, q cũ tutore ſuo lege aut legitimo iudicio agere vellent, eo autore ſolemnitate iuris ſeruata vbi tutoris, 4. & [illegible] C. de in lit. dã. tut. exigitur actum, §. vlt. I[illegible] ſt. de aut. tut. l. curatorem D. eo. & is Prætorianus dictus fuit. Lege aũt agebant, cũ ex forma legis & poſitura conſtitutionis in iure experiebantur, legitimo iudicio, cum formulã & iudiciũ à prętore ſm leges datum impetraſſent, quæ di[illegible] imina poſtquam extraordinaria oĩa iudicia facta ſu[illegible], d. §. vlt. de aut. tut. ſublata quoq; ſunt, & eores iudiciaria redacta, vt poſſimus cum Iulio Paulo, l. actio. D. de neg. geſt. dicere, In extraordinarijs iudicijs, vbi conceptio formularũ non obſeruatũ, ſubtilitas ſuperuacua eſt, qua de re plura ad conſtitutiones De formulis ſublatis. Sed generale in omni ſpecie tutorũ, obſeruatũ ab Vlpiano diſcrimen fuit inter tutores pupillis & mulieri dateos: quod impuberu tam pupilli quam pupillæ tutores, & negotia gerunt, & autoritatem præſtant, inquit ille, ſed mulierũ tutores duntaxat autoritatem interponunt, & in his fere reb. ſi lege aut legitimo iudicio agant, ſi ſe obligent, ſi libertæ tuæ

in con-

in contubernio alieni ſerui morari permittant, ſi mancipia alienent. Pupillis autem hoc amplius etiā in rerum nec mācipi alienatione tutoris autoritate opus eſt, vt idem ſcriptū reliquit. In hæc autem plerunque officium tutoris deducitur, quod de trium fontium oritur aliquo: neque enim facile in libris ciuilibus tutoris eſt mentio, qui non aut ex legibus, aut ex S.C. aut ex moribus, ſuperiorum collatione arguatur deſcendiſſe. Plane mulieres, ſi triplici modo ſubnixas tutelæ probaui, condoleant nobiſcum pragmatici Concinnatorum vicem, qui dum æque & benigne ſe litium fomenta excidiſſe videri vellent, inique & maligne Tutelare ius antiquum a luce fori & ciuium aſpectu iuſtulerunt: dū illud, ex vnguibus cognito leone, quotidie Galliarum Senatus areſtis ſuis deſiderant Autoritatem mariti neceſſariam iudicium ſuſcepturæ mulieri litium euentus, & curiæ Pariſienſis decreta, Papo. Areſt. 10. & 11. titu. 1. lib. 7. docuerunt. Sed marito forte latitāte quomodo potuit cum muliere iudicio agi? Ampliſſimus ordo ſæpe mulieri præſtitit autoritatem iudicium ſuſcipiendi, Areſt. 12. 13. & 18. quam & iuridicus ex officio, recuſante marito, dediſſe poteſt. Sed vbi conficta abſentiæ maritalis cauſa probabilis, vel vbi inopia mariti periculum executorij iudicij ex iuſſu iudicis nuntiati, & comminationem cludit, an non proluſoria curiæ ſacroſanctæ decreta, & ludibrio habita iudicum præcepta cernūtur? Quod ſi tutores adhuc puberibus fœminis darentur, tutore autore recte iudicium ſuſciperent, neque tot litium incommodis res priuatorum vexarētur. Imp. Iuſtiniani qualiſqualis legiſlatio, fortaſſe noſtrorum animus ſuggeſſit, maritum autorem vxori fieri poſſe: quod neque ille prodidit, neque ex iure mariti fuit. Socerum quandoque nurui curatorem datum, viuo filio maritoque, item & virum vxori curatorē conſtitutum, mandatis principum accepi, l. 3. C. de interd. matr. l. 4. & 17. C. de excuſ. tuto. & alios eorum loco creatos curatores. Nunc vero quid cauſæ eſt cur non dentur, ſi non priſci tutores, ſaltem eiuſmodi curatores? Quid maritus rerum dotalium dominus eſt? Saltem in paraſernis, quare vbi mulier agitur, non dant tutorem aut curatorem pro ſua iuriſdictione magiſtratus? Si Iuriſprudentium teſtimonio etiā in libris ciuilis ſtudij recepto, d. l. 61. de iure dot. & 7. de tut. & cura. dat. ad dotem augendam ſimiliave facienda, aut indiſtincte generalis curator datur, nonne vel e Cimmerijs tenebris elucet, mulieres indiſtinctè, ſiue maiores, ſiue minores xxv. ſine curatore non fuiſſe? Sed inſtitutum noſtrū intētius perſequamur. Mulieribus tutores datos diximus, quos in Digeſtorum ſcriptis, ſi cum Vlpiani Inſtitutionibus conferas, dictos curatores videbis. Docebit autem ille hoc amplius, futilem & vanam obſeruationem Theophili. §. 1. de cura. de differentia tutorum & curatorū, quod tutor ad certam cauſam nō detur, curator econtra, ſed & illum ad certā cauſam datum ex Vlpiano ſupra demonſtraui, & hoc in facili eſt. Quod autem Theophilus notat curatorem & puberibus & impuberibus dari, tutorem autem ſolis impuberibus, ex ſuperioribus corruit, ſi Vlpiani non eleuatur autoritas, q & puberibus fœminis tutores datos ſcribit. Sed puella xij. ann. implente, tutorem deſinere Papiniano. l. 13. §. ſi puellę. de tut. & cur. dat. placuit, quoniam tunc curatores deſiderātibus & volentibus dari ſolerent. Equidē illa vera ſunt, nec a traditionibus noſtris abhorrēt, pupillorum pupillarumq; tutorem & negotia geſſiſſe, & autoritatem præſtitiſſe dixit Vlpianus, idq; munus anno duodecimo puellæ finitum voluit Papinianus, nec Vlpianus repugnat, cum id non impediat ad autoritatem mulieri præſtandā etiam maiori tutorē datum. Eo ſane, quod datum poſtulantib. maioribus xij. curatorem Papinianus voluit, non conturbari debemus, cum non impediat exinde quoque tutorem datum, vbi petitus fuit. Titi namque Liuij teſtimonium protuli, ſi magis hiſtoria delectat, quo Hiſpala libertina mortuo patrono ex illius manu liberata, finita tutela, §. 1. Inſti. de leg. pat. tut. quam ille ex xij. tabulis habebat, tutorem ſibi dari petijt, quo autore vt ſuaſore teſtamentū faceret, ei vero et ſi puberi teſtamenti factio. l. 6. D. qui teſt. fac. poſ. fuiſſet, exinde tñ teſtaturæ tutoris neceſſaria erat autoritas. Vlp. ext. tit. d teſt. Inſta. Vñ tētari pōt puberem fęminā ſibi tutorem petijſſe, ſine quo nihil agere, gerere nihil, aut ꝯtrahere poterat. Ea de re egrediens tutela, niſi me coniectura fallit, ab eo q impuberis tutor fuiſſet, admoneri ſolebat, de tutore q ei in poſterū autor fieret electione vel voluntate poſtulando, ꝙ tutori deficiēti ex officio adhuc. l. 4. §. ſi tutor pup. de admi. tut. nō diſſimiliter incūbit. Quo iñ caſu negligebat fęmina tutorē ſibi hr̄e & petere, cogi eā a Prætore potuiſſe, vbi aliorū interfuit, multa nobis argumento. l. 3. §. ſi pupil. de tut. l. 1. §. ſi quidē. D. q pet. tu. ſunt, & iūc, ſicut impuberi, l. 6. de tut. vel cur. da. ēt inuitę puberi ex iutis tōne tutor erat. Hincq; plus q̄ manifeſtū fit, q ſ ille fuerit antiqs mulieri ꝯhenti p̄ſtās autoritatē, cui neq; tutoris officiū, neq; curatoris nomē, in libris huius ſtudii aut dari poſſe, anī ꝯuenire Zaſius, lib. 2. reſp. c. 7. & l. 2. §. bis leg. de orig. iur. ante nos animaduertit. Porro ſuſpectā totā hāc de tutela coniectationē reddit ſcriptū Scæuolæ, 26 de tu. & cur. dat. hu q̄ ſequunī, Seiæ egreſſæ annos xij. decreto p̄toris ex inquiſitione datus eſt tutor, quaſi minori, q̄ro an excuſare ſe deberet? Rñdi, ſm ea q̄ proponerenī, neq; excuſationē neceſſariā eſſe, neq; obligari ꝙ non gereret. Inde puberi fœminæ minori xxv. ann. ex inquiſitione placet tutorē nō recte dari. Nāq; fęminę puberis tutor nihil adminiſtrare ex officio debuit, ſed tñ autoritatē interponere, q ex voluntate vt plurimū ipſius mulieris dari ſolebat, hmōi aūt tutori, vtpotè nihil geſturo, excuſatione opus nō erat. At ille, quē ex inquiſitione dederat p̄tor, ſi recte datus fuiſſet, ex edicto. l. 19. § hoc edicto. de teſta. tute. ſatiſdare tenebaī, ideo ꝯ iuris formā tutor datus, nō habuit opus excuſatione, neque n. illa tutela oneri fuit, neq; tutelę actionē directā aut vtilē ſiue fictitiā vereri debuit, ꝙ nihil gerere, ſed tñ autoritatē præſtare puberū fœminarū tutores ſoliti fuiſſent. Quāuis curatores fœminarū adoleſcentiū ſatiſdediſſe non dubitē, vt ex Vlpiano conijcio, cuius ſnīa propalā eſt in Pandectis, l. 4. §. 1. & vlt. D. rē pup. ſalu. fo. negligētesq; rē adultarū gerere actionib. legitimis ſciā damnū ceſſationis reſarciſſe. Ex quib. ob oculos poſitum eſt ius tutelare, quo in fœminas vſi ſunt veteres, vt veriſſime liqueat dictū a Boetio, fœminas in perpetua fuiſſe tutela, ꝙ apertius Cic. p Murænā illis verbis, Mulieres oēs pp infirmitatē conſilij, maiores in tutorū poteſtate eſſe voluerunt. Vt vero fuerit, ſiue illę impuberes, ſiue nuptæ, ſiue duitare vacantes, ex ſuperiorib. innoteſcit. Inde ꝙ mulieres in tutela ſint, in plano tō ponif, quare tutrices aliorū aut curatrices eſſe nō poſſint, l. 2. l. Q. Mutius. D. de reg. iu. l. 1. C. quād. mulier off. tut. l. vlt. D. de tutel. l. iure noſt. de teſt. tute. l. ſcire. de tut. vel cur. dat. & ita Papiniani, Vlpiani, Modeſtiniq; ſcripta elucidanī. Verū vt tandē poſt varios exceſſus ad Ius liberorū veniamus, ſi mulier tres liberos ſuſcepiſſet, tutela, cui ſubnixā documus, liberabatur, quæ ſingula ſine tutore, & ſine curatore idonee agere, ꝯtrahere, gerere, facereq; potuit, nec ei vt minus reb. tractandis aptæ, neceſſaria fuit vllius autoritas, ſiue adire hæreditatē, ſiue nuptias contrahere, ſiue dotē conſtituere, mutareve, ſiue ſe obligare, ſiue mācipia alienare, ſiue lege agere, ſiue teſtari voluerit. Itaque Ius triū liberorū naturalē mulierib. reſtituit libertatē, q olim omiſerant, & ſexus infirmitate, & inopia cōſilij, quo illas egere veteres exiſtimabant. Vindicationē porro liberæ voluntatis, & naturalis facultatis, mulierib. Plutarchi diligētia, Numa. & Alex. Gen. 4. c. 8. & fœlicitas in tot ſcriptorum naufragio reſeruauit, cui coniectationē meā, & generali traditioni exceptionē ſimul ſubijcio. Ab autorib. n. accepi caſus cōplurimos, quib. ob liberos gratioſis matrib. fauores ꝯceſſi, & priuilegia irrogata fuerūt, ſed ita vt mr̄es fere ſp diſcriminatæ ſint, vtpote cū ingenuæ duo nati ſufficerēt, & libertinā tres hr̄e oporteret, exēplūq; paruit ex lege Papia de ſucceſſiōe liberorū, ſup. c. 14. & 25. itē vbi tres ingenuæ ſatis fuerūt, libertinę quatuor neceſſarios fuiſſe obiter attigimus ex Senatuſconſ. Tertul. ſup. c. 27. & 28. Equidē in ſpecie nr̄a liberationis a tutela, libertam quatuor liberorū Iure a tutela patroni exiluiſſe, autore Vlpiano didici, vnde coniecturā capio, ingenuæ fęminæ tres natos a tutela volenti liberationē importaſſe, de qua ſatis hæc ſupq; dicta & enarrata ſint.

De iure quatuor liberorum gladiatori primum conceſſo, explicatus Suetonius in Tiberio & Claudio, et Rudis ſignificatio expreſſa. Cap. XXXII.

Perueniamus hinc ad ius quatuor liberorū, ꝙ p̄rib. & m̄rib. ſicut &c. datū fuit. Illud porro Lacedęmoniorū legib. & morib. prius receptū ꝯperio, apud quos triū liberorū pr̄ a cuſtodia, & quatuor natorū pr̄ ab oīb. munerib. erat īmunis, ſiue illa pſonalia, ſiue p̄rimonialia eſſēt, ſi vera Ariſtoteles Politicōn lib. 11. Tyberius aūt Cæſar ius quatuor filiorū ꝯtēpſit, cū paucorū Senatorū īopia ſuſtētata, ne plurib. opē ferret, negauit ſe aliis ſubuēturū, niſi Senatui iuſtas neceſſitatū cāſ pbaſſēt. Quo pacto, pleroſq; modeſtia & pudore deterruit, ī q b. M. Hortalū Q. Hortēſij oratoris nepotē, q pmodica re familiari, autore Auguſto, quatuor liberos tulerat, vt retulit, Tyb. 47. Sueto. Hic. n. Hortalus, vt Tacitus lib. 11. ſcribit, erat illectus a diuo Auguſto, liberalitate decies ſeſtertiū, ducere vxorē, ſuſcipere liberos, ne clariſſima familia extingueret, nō, vt qdā putāt coactus lege Iulia de maritādis ordinib. q quatuor filijs ſublatis, ſaltem triplicem eorum nomine dum ſe teſſeram, vt ſupra diximus, percepturum mortuo Auguſto ſperabat, ab eo iure cecidit, & cum antea omnis ordinis patres trium liberorum, illa veteri munificentia gauderent, multo

magis, ſi quis rationi locus, patri natorum quatuor, tribuenda largitio illa, & inopi Senatori concedenda fuit. Sed Tyberius de paupertate cauſam cognoſci a Senatu voluit, & ab eodem, cui alimenta eſſent danda, decernit. Sane Claudij Cæſaris laudabilior munificentia eſt, vbi hoc iure Gladiaturæ immunitatem dedit, & quum eſſedario, pro quo quatuor filij deprecabantur, magno omnium fauore induſiſſet rudē tabulam illico miſit admonens populum quantopere liberos ſuſcipere deberet, quos videret & gladiatori, præſidio gratiæq; eſſe, vt ille ipſe refert. Claud. 21. Omnium autem fauore tribuit Cæſar iure natorum vacationem gladiatori, quod omnes condolerent filiolis, quorum patris ſalus in tam manifeſto aſſiduoq; periculo verſaretur, exitium namque & mors alterius depugnantium vt plurimū ludi finis erat, ſub Marte iudice, vt Liuius & Tertullianus deſcribūt, ille xxviii. vrb. Cond. hic conſolatoria ad Chriſtianos, ob verbū Domini noſtri in carcerem detruſos. Vnde gladiatorum tandem ſpectacula vt cruenta prohibuit Conſtantinus l. 1. de gladiator. C. Iuſt. & Theod. Magnus inter cæteros eſſedarij fuerunt, qui ex eſſedo & curru Belgico vel Britannico depugnarent, quibus rudes indultas exaudimus pro conceſſa vacatione, ſicut in Ouidiano verſu.

Et me donari iam rude tempus erat.

Fuit autem rudis Priſciano, virga, qua gladiatores donati, a munere gladiationis ceſſabant, vt illa oblectarentur, qua maximè virium & animorum ſpecimen edidiſſent. Eo reſpexit Cicero 2 Philip. in Antonium, Tam bonus gladiator rudem tam cito accepiſti. Item ad Octauium, Qui veteres gladiatores reliquias ludi Cæſaris ad rudem compuliſſet. Rudibus verò gladiatores, & cum eis etiam Caligulam, & deinde Commodum Imperatores, depugnaſſe teſtes recepti ſunt Tranquillus, & Lampridius. Sed eſſedario nec quis impetratitium ius liberorum conceſſum putet, quod pro eo filij deprecati fuerint, oportuit enim cùm principes ad colligendā gratiam orari geſtirent, eorum vultibus & oculis ſubijci liberos, cuius vetuſti moris notæ & veſtigia ſunt in lege Conſtantini l. 1 de his qui nu. lib. exc. mer. C. Th. Impetratitium autem dicemus ius natorum, quod ſolitarijs orbiſve & liberos non habentibus conceſſum fuit. Quod vero tabulam a Claudio emiſſam ait Suetonius, edictū interpretor, quo præmijs & inuitamentis populum alliceret ad procreandos & tollendos liberos, nominatim verò quæ præmia continerētur, nos equidem fugiunt, ab illo quippe alia quamplurima emiſſa & eſſata nouimus, quibus ſobolis gratia priuilegia cōcederet, ſed ſi per peritiores liceat, gladiatoribus omnibus quatuor liberis vacationem muneris datam, non inutile eſt conectari.

De iure quatuor, patrem in Italia à tutela excuſante.
Cap. XXXIII.

Alter caſus eſt, quo proficuos quatuor liberos ſenſit pater in tutelæ remiſſione, de qua Imperatoria conſtitutio eſt l. C qui nu. lib. ſe exc. Seueri & Antonini A A. Herodiano, Qui ad tutelam vel curam vocantur, Romę quidem trium liberorum incolumium numero, de quorum ſtatu non ambigitur, in Italia verò quatuor, in Prouincijs autem quinque habent excuſationem Filiorum verò qualem ſtatum exigit conſtitutio, ſi ſe pater Romanus excuſare voluit, denuo adiectum in Itali & Prouincialis excuſatione interpretandum eſt, vt poſterior reſcripti pars ad priorem relata videatur, ne diuerſa ſententia inducat, magis extra Vrbem, quàm Romæ patrib. principes fauiſſe. Plane cætera, quæ iudicaui ad excuſationem ob ius triſt pertinere, in ſuperioribus executus ſum, cap. 17. & huic loco recte accommodari poſſunt. Ideoq; a repetitione abſtineo, ne non modo alijs, verum ipſe mihi moleſtiam pariam. Cur autem Roma ab Italia, & Prouincijs in conſtitutione diſcriminetur, tempeſtiuius & aptius in ordine quinque liberorū explicabo. Et hæc de iure patrum.

De matre libertina filio ex SC. Tertulliano ſuccedente.
Cap. XXXIIII.

Matribus autem, ſicut & patrib. nec vno caſu leges fauent, quamuis in multis noſtri iuris articulis earum, quàm maſculorū, deterior ſit conditio. Quippe mater libertinæ conditionis, defuncti filij bona ex Senatuſconſ. Tertulliano percepit, ſi ius quatuor liberorum habuiſſet, & ita Triumuiri ex veteri iure retulerunt, & epitomator Vlpiani de legitimis ti 26. hęredibus. Neq; tamen, in quo peccatur a multis, cuilibet hoc libertinæ conceſſum fuit, ſed ciui Romanæ duntaxat, & ius Quiritiū conſecutæ, vt ſignificat Iulius Paul. lib tit 9 IIII. Sententiarū. Si quidem dedititia libertina neq; veræ germanæq; libertatis ſpeciem habebat, vmbra duntaxat & imaginib. vtebatur Latina vixiſſet quidem libera iugo ſeruitutis, ſed ſerua deceſſiſſet, niſi ſemel peperiſſet, quo caſu tam matris Latinus, quàm ipſa, & partus filius filiave, ius Quiritiū ex lege Iunia habebat. Inde ſolæ ciues Romanæ filijs ſucceſſerunt, ſiue iuſte, ſiue vulgo qūſitis, ſiue in ſeruitute conceptis, & a liberta editis, quæ plurib. & curioſè Vlpianus l. 2. D. ad SC. Tert. tractat Hac vero l ſpecie de auo paterno, de patre, deq; fratrib. & ſororib. filij defuncti, perēda illa omnia, q̄ ſuperius propoſui, & expoſui, item illud ad ius liberorū profuiſſet etiam natos ante defunctos, & iuſtū numerum Impetratitio iure repletū quandoq;, & ſuppletum fuiſſe. Verbatamen Senatuſconſulti in matrum diſcrimine mihi inijciunt ſcrupulū, cur potius tres nati ingenuæ, quam libertinæ ſufficiant, cur potius quatuor à libertina, quàm ab ingenua exigantur. Hæc quidem obſeruaſſe videri volo, ſed explanaſſe videri non poſſum, adeo fugit Antiquitatis ratio ab oculis noſtris remota in tenebras exteriores.

De libertate iure quatuor à tutela patroni exiliente.
Cap. XXXV.

Obſeruaui præterea ex Vlpiani epitome ſpeciem qua matri libertinæ quatuor nati profuerint, vt à patroni tutela exiliret, & factionem teſtamenti ſine tutoris autoritate conſequeret. Vlpiani vel Epitomatoris verba ſunt, tit 29 Lex Papia Poppæa libertas quatuor liberorū iure tutela patronorum liberauit, & cū intulerit iam poſſe eas ſine autoritate patronorū teſtari, proſpexit, vt numero liberorū libertæ ſuperſtitū, virilis pars patrono debeatur. Explicui, ſ. c. 31. & oculis ingenioſorū ſubieci ferè omnia quæ de tutela fœminarū dici potuerūt in iure natorum trium, ex quib. id vnum firmatum eſt, etiam puberib. fœminis tutores datos, ſcitum autem ex alijs patronū fuiſſe libertæ legitimum tutorem ex legis XII. Tab. mēte, ſeu, vt ille loquitur, ex conſequentia. Ita cū mulieres nec lege, nec legitimo iudicio agere, nec ſe obligare, nec ciuile gerere negotiū, nec alienare ſine tutore poſſent, ſicuti retulimus, excluſæ quodammodo videbantur ab his fere omnib. quæ inter homines geruntur, contrahuntur, aguntur, fiunt, & quæ liberos licent. Sed ingenuam fœminam, quæ ter peperiſſet, exēptam tutela, & omnia per ſe gerere potuiſſe diximus, illique amplius non opus eſſe tutoris autoritate, quod lege Papia conſtitutū non ſine cōiectura dixerit ſtudioſus, verenè, hariolus affirmauerit, ſed tamen neq; ille iurare poſſet ita ſe rē habere, neq; ego. Exegit autem eadem lex, vt aſſolet, prolem numeroſiorem a libertina, fortaſſe ſordidis natalib. multo minus grata quam ingenua, ſubindeq; illam quatuor liberorū iure a legitima tutela patroni liberauit. Inde ſi generaliter & indiſtincte mulier exiluit à tutela, & autor ſibi ipſi ſufficere viſa eſt, conſequens fuit libertam ſine legitimo tutore patrono ſuo, vt cætera omnia facere, ita quoq; teſtari potuiſſe. Sane legis illius lator, ne ſibi ipſi diſſimilis, videret̄ hoc capite ius patronatus ſubuertere, quod alijs complurimis auxiſſet, cauit vt pro numero liberorū, ait ille, libertæ ſuperſtitū, virilis patrono debeat̄. Hæc verò notanda ſunt ideo, q̄ in iuris elementis §. poſtea. de ſuc. libert. tres natos liberti patronū excludere referatur, & libertū iure triū libere teſtari poſſe ſupra diximus, nec legib. teneri quicquam patrono relinquere, ſed in liberta diuerſum eſt, quæ etſi quatuor aut quinque liberos ſuſceperit, nihilomagis libere teſtari potuit, omni vero modo & omni caſu patrono in bonis libertæ locus fuit, qui cū filijs in virilē partē admittebant ex lege Papia, niſi nos epitomator Vlpiani fallat. Et hæc fere ſunt, quæ de iure quatuor liberorum in autorib. reperio, qui poſt nos hac de re ſcribent, plura illi fortaſſe maioris ſtudij proferent, ſed nō cupidioris voluntatis ſtudioſos in iuris cùm veteris tùm noui cognitione ex facultate iuuandi aut promouendi.

De iure quinque liberorum, & patris excuſatione à tutela, deq; inter Romam, Italiam & prouincias ratione diſcriminis. Cap. XXXVI.

Ius quinque liberorum, quod legib. datum magiſtra lectio docuit, iam in illa ſpecie productū eſt, qua diximus c. 33. in Italia quatuor liberos, & in prouincijs quinque, patri tutelæ remiſſionem afferre, quæ ſatis de plano poſita ſunt in legibus, neſcio an ita placide ſequantur qui iuriſdictioni præſunt. Vnum autem huc vſque, quod explicare non curat, vt opinor, faciliimum eſt, & ad ingenia exercitanda adiungo, cum maximè quæſtionibus potius extolluntur, ſi diſputatio ad rationem referatur, Vetus quæſtio eſt, & auorum & noſtra memoria, a magnis

gnis

gnis iuris tractata, ad §. 1. Inſti. de excuſ. nec inutiliter agitata, cur Imperatoria conſtitutio Romæ tres tantum, in Italia quatuor, in prouincijs quinque liberos a patribus exigat. Mouet dubitationem quod ait 1 1 1. in Verrem Cicero, An aliud Romæ æquum eſt, aliud in Sicilia? Ideo non eſſe a iuſtitia temporis ſui ſignificauit Iuſtinianus, l. vlti. C. de ædif. priui. aliud ius in regia ciuitate, aliud de eodem a prouincialib. obſeruari, cur ergo Romæ ab Italis & Prouincijs diſcrimen permiſit ipſe referri in Inſtitutiones ciuiles? Item cur ex Seuero & Antonino, quos Triumuiri autores habent, differentia relata eſt in Codicem Imperatorium, poſteaquam in orbe Romano, 17. D. de ſtatu. hom. qui ſunt ex conſtitutione Imperatoris Antonini ciues Romani effecti ſunt, id eſt, qui in terris, quas ex orbe Romani poſſident (eo ſenſu & in Lucæ Euangelio c. 2. orbis vniuerſi mentio eſt) ſi ius idem ciuium omnes habent, quare non eodẽ iure vtuntur? ne opus ſit dicere in colonijs vel in prouincijs, quę ius Italicum habuerunt, l. 1. 6. 7. 8. D. de cenſib. non prouinciæ, ſed Italiæ iure vti debuiſſe liberorũ patres. Aliter alij reſponderint, ego arbitror dici poſſe, principio Romanis patribus, qui ſe circa proprios liberos occupatos cauſarẽtur, vbi tutores dati eſſent ex Prudentum ſententia, tres natos neceſſarios fuiſſe, quatuor autem Italis, ad patrum Romanorum diſcrimen, ſed non tot ac prouincialib. propter coniunctionem originis Romanæ, vt in ſimili Calliſtratus, non tantum. §. 1. D. de excuſat. zit, & ꝓpter inclytam nobilitatem Italiæ, quam dominam & principem Prouinciarum vel ſuo tempore aſſeuerauit Accurſius gl. auth. qua in ꝓuinc. C. vbi de cri. agi opor. l. vlti. C. ſine cenſ. vel rel. ſun. Quinq; verò ſuſtuliſſe natos in prouincijs, exigit conſtitutio, quoniam tutelam munus publicum eſſe & perſonale placuit, & munerum ciuilium perſonalium vt plurimum non niſi quinque liberi vacationem tribuunt. Plane tot natos habuiſſe, qui Romanorum iure viuerent, patres oportuit, non ꝗ SALVIS LEGIBVS ET MORIBVS, in ditionem Popul. Rom. veniſſent, vt Siculos legimus in Pediano, Romano iure non tantum, ſed & cuiuſque ciuitatis proprijs legibus viuere conſueuiſſe, & tamen Siciliam primam omnium prouinciã appellitatem, autor eſt M. Tullius, qua de re multa Gellius. lib. 16. c. 13. Sobole ſanè ꝓuincias numero locupletiores illi voluerũt, quo imperium firmius redderent, & ſeminariũ iuuentutis, quaſi fontes hominum Romanis exercitib. miniſtrarent, quare non inconcinne ciuium numerum oppidi firmiſſimum ornamentum Plinius ad Fabatum Epiſt. 7. ſcribit. Ita ꝙ minus cum Vrbe communitatis habeant Prouinciæ quàm Italia, non in hac ſolum quæſtione diſtinguuntur, ſed & in alio Seueri reſcripto, 1. D. de colle. illic. & eum, in prouincia interdicitur, Italia quoq; & Vrbe ſummotum Claudium Suet. Clau. 23. Imperator cen ſuit. Neq; in propoſito diuerſo inte Italia Romę & Prouinciæ vtuntur, liberorum enim iure vtrobiq; excuſatio eſt, licet ſolemnitas varia iuris diuerſi vmbrã quandam inducat. Quod ſi, vt ille de petitione conſulatus, Roma eſt, inquit, ciuitas ex nationum conuentu conſtituta, orbis vniuerſus ciuitate donatus eſt, id fuit vt iure ciuium tam Italici quàm Prouinciales vterentur, de quo tam multa diximus, non tñ ꝙ in omnib. aut per omnia iuris ſolemnib. exæquati ſint. Ita vero ne Latij aut peregrinitatis eſſent veſtigia ſemper & notæ, gentes vniuerſas ſub Romanorũ ditione poſitas, donatas iure ciuitatis interpretor, ſicut Italię iure, in tractatione de cenſib. colonias, municipia, & prouincias, velut iure ſociali ne ſtipendia penderent, quæ pro Romanorum libito populis, plerunq; in annos ſingulos, imponebantur, vt omni Galliæ in prouinciæ formam redactæ, exceptis ſocijs & bene meritis ciuitatib. imperaſſe ſtipendia Iuliũ Suet. iul. 25. Cæſarem legimus. Fructus autem & vtilitas quæſtionis in eo maximè cernitur, ꝙ quib. in terris ius Romanũ & cõmune, quod l. 7. C. de Iudæ. l. 10. de iuriſ. C. Th. vocant, in gradu retinetur & ex ſcripto ius dr̃, ſi Romæ iam nunc etiã excuſatio proponatur, quatuor aut quinq; natis patri non erit opus, neq; in Italia quinq;. In prouincijs vero tres nec ſatis eſſe pñt, nec debent, & iudex, ne conniuentia contra ius tam manifeſtum, a publico munere promiſcuam admittat vacationem, pro religione cauebit. Res priuatorum prætextu leuidenſæ excuſationis, & quandoq; moratoriæ negligendæ non ſunt, ab eis oculos auertere non debent, qui Reipublicæ præſunt, domus enim incuria exhauriuntur, & ex domibus ciuitas conſtat, quæ valere non poteſt, quaſi corpus aliquod mẽbris male ſe habentib. & affectis. Hinc religioni ſuæ & conſcientiæ iudices caueant, ne non illam, quæ maxima pars iuſtitię eſt, perſpicientiam in cognitionibus adhibeant.

De ſacerdotijs prouinciarum, deq; priſcis ſacerdotibus, & Iure liberorum eos excuſante, ex Vlpiano, Papiniano, Hermogeniano, Modeſtino, Plinio, Cicerone, Suetonio, Iſidoro loci illuminati: Inſcriptiones veteres & Conſtitutiones ex Theodoſiano relatæ & explicatæ. Cap. XXXVII.

Alij quoque ſunt caſus, quibus ius quinque liberorum inter veteres receptum fuit, in muneribus tam perſonalibus, quàm patrimonialib. De illis expeditiſſimũ eſt quod poſterius collocabo, de his quæ ſumptibus patrimonij & damnis adminiſtrantis expediuntur, ſcripſit Vlpianus, l. 2. D. de vac. mun. l. 6. §. quæ munera. D. de muner. Quæ patrimoniorum munera ſunt, numero liberorum non excuſantur. Sed in Aſia, inquit Papinianus, l. 8. de vac. mu. prouinciæ ſacerdotiũ ſuſcipere non coguntur numero liberorũ quinq; ſubnixi, quod Opt. Max. q; princeps noſter Seuerus A. decreuit, atque poſtea in cæteris prouincijs ſeruandũ eſſe conſtituit. Sacerdotij autẽ munus patrimonij eſſe non ambigitur, ait l. 8. C. de mu. par. Conſtantinus. Quid proferemus? in autorũ varietate difficile eſt diſcernere verum, & antequam proferam hac in re quod ꝑ caliginem video, conſtituendum ex prius ex primo Commentariorũ ad Varronem, quid de ſacerdotio referant autores, quod attinet ad ius ciuile. Equidem in Vrbe de eo, vt ad ſtatum rei Romanæ, & ad ius publicũ pertinente, acerrimè controuerſum, & variatum, qui Liuij decimum, Paterculi poſteriorem, Plutarchi Gracchos legerint, ſatis ſciunt. Latã item inter cæteras legem Licinianı, quaſi ſacerdotes non collegium, ſed populus crearet. Sacerdotes vniuerſi Varroni à ſacris dicti ſunt, q Pontifices, ꝙ eos Dei ſacris vacare oporteret, vt ait Iulius Paulus. l. 32. §. ſacerdotio. D. de rec. arb. Eorũ princeps in Vrbe & in prouincijs Pontifex quidem dictus, ſed Romæ Pontifex Maximus, & in prouincijs Maximus item quandoq;, ſed ſæpi⁹ Pontifex ſine addito, aut Princeps ſacerdotum, vt intelligo in inſcriptione, quam Viennę Allobrogũ vidimus & legimus ſub ijs, VIRTVTE FORTISSIMO ET PIETATE CLEMENTISSIMO O. N. FL. CONSTANTINO MAXIMO ET INVICTO AVG. M. ALFIVS APRONIANVS PP. F. VIENNE. OSV. N. M. Q. EIVS. Dedicare verò & deuouere ſi publicè nemo præter principem ſacrorum, & pontificem potuit, arg. l. ſacra. D. §. ſacræ. inſt. de rer. diuiſ. numini Conſtantiniano alius niſi flaminũ princeps deuouiſſe publicitus videri non debet. Vſurpationem autem illam, & coniectationẽ noſtram confirmat ſexvirorum interpretatio vetus, & Theologorum noua, dum ἀρχιερέα, principem ſacerdotum familiariter exponũt, Euãg. Matthæ. 21. & 26. Marc. 14. item & ſummum ſacerdotẽ reddunt. Sed ex eorundem ſtylo obſeruaui idem uerbũ, verbo Pontificis expreſſum, vbi Caiphas in diuis Matthæo & Marco, princeps ſacerdotum, & in diuo Ioanne Ioan. 18. Pontifex eſſe dicitur, quo ſenſu Pontificis Arcadius Chariſius l. vlt. §. ſed & eos. D de mun. & ho. Iſid. etym. 7. c. 12. meminit. Sane Pontificis & ſummi prouinciæ ſacerdotis munus erat, ſacris præeſſe, & religionis & ritus publici in tota prouincia curam gerere. Vnde Pontificalis autoritatis & principalis meminit, Papinianus, l. hæredit. in extr. in extr. de pet. hæred. de monumento faciendo ſcribens, vt Princeps, qui Pontifex Maximus erat, cogeret hæredem in Vrbe, & ſummos ſacerdos in prouincijs compelleret ad monumentũ extruendum, quo pertinet Baijs veteri Campaniæ oppido monumentum, pauperibus P. Actilio Rufo & Actiliæ Beronicæ, etſi nihil bonorũ ſupereſſet, cura Pontificis in memoriam humanæ conditionis erectũ, vbi legitur, INDVLGENTIA PONTIFIC. LOCVS DATVS. Eqdẽ tam inter ſacerdotes Vrbanos ꝗ Prouinciales diſtinctũ ordinem inuenio, vt alij primi gradus, alij poſterioris fuerint, q primi gradus, vel ad eũ peruenere, cum flamines diuorum omnium, vel Augures, vel III. IIII. V. VI. vel VII. viri, vel iter octo Pontifices, quos Liuius dicit minores, cooptati fuerant, vel q apud ſuos (quod permagni fiebat) honores omnes geſſerant, quales ex Anconitanis inſcriptionibus Titum Appalium & Q. Volcatium, & ex Lugdunenſibus Caium Catullum & Q. Iulium Seuerioum accepimus vel in gradum ex beneficio & honoris cauſa aſcendebant, vt ænea tabula Lugduni manifeſtum facit ſub ijs verbis, EX QVA COLONIA INTER PAVCOS EQVESTRIS ORDINIS ORNAMENTVM L. VESTINVM FAMILIARISSIME DILIGO, ET HODIE QVE IN REBVS MEIS DETINEO, CVIVS LIBERI FRVANTVR QVESO PRIMO SACERDOTIORVM GRADV, POST MODO CVM ANNIS PROMOTVRI DIGNITATIS SVAE INCREMENTA. Quę de viennenſiũ colonia & veſtini liberis verba ſunt, ad Senatũ Romanũ Tyb. Claudij Druſi F. Germanici Cęſaris, vt filijs veſtini ordo ſuperior ſacerdotiorũ, ſolidi bñficij grã

quaſi honoraria dignitas tribueref a Senatu, dum reuerentiores Principes eius omnino nódũ autoritatem imminuiſſent. Similiter in municipijs patres & Decuriones inter primores ordinis Auguſtaliũ (qui ſacerdotes ad Vrbis ſimilitudinem, in ciuitatib. erant, Imperatorib. indigitatis decreti p Decuriones, quos ob merita honorem Auguſtalitatis gratuitũ dediſſe nos Inſcriptio antiqua docuit) honoris cã adlegebant, ſicut Fauſtum inter primos Auguſtales Decurionũ decreto cooptatum Mediolani, vetus monumentũ arguit. Hos in prouincijs Principes ſacerdotũ ſaeri interpretes dixerunt, & Protoflamines Gratianus 21. diſtinct. appellatos refert, quorũ argumento exaudire licet alterius ordinis & inferioris gradus, quaſi minorũ gentiũ habitos illos, qui ſodalitijs duntaxat conſcripti, ſacerdotũ nomen & nihil præterea ſuſtinerent. Erat autem ſors eorũ eiuſmodi, vt ſacerdotes facti, & ſacerdotium nacti, diſcedere ab eo nõ poſſent ſalua religione (ſic ex ea in Rullũ apud Vlpianum lego, l. prætor. D. de vac. mu. non ſinc, S. nota daute cãm erroii) & in perpetuũ collegio. l 2. quema. mun. ciuil. ind. C. Th. tenebant quod Plinius lib. 4. Epiſt. ad Arrianũ ita ſcribit, Sacerdotium ipſum cùm priſcũ & religioſum, tum hoc quoq; ſacrum plane & inſigne eſt, quod non adimitur viuenti. De filijs quoq; eorũ comperimus Hieroclem Stobæ. 73. dicere, ὅπερ ὁ μὲν ἱερεὺς, ὅσα τῶ πόλεως ἑαυτῶ ἱερέας ὀφείλων, vt ſacerdos ciuitati ſuæ ſacerdotes debuerit, ita tñ ne duo eiuſdẽ collegij eſſent, fuit enim Romanis lex quædam id aperte prohibens, vt refert XXXIX. Dio. Cæterùm ex conſtitutionib. eſt hoc vnũ, ſacerdotales eos fuiſſe quidem, ſed inuitos, non coactos ad ſacerdotium prouinciæ, l. 166. C. Th. de decur. vt innuit Arcadij & Honorij epiſtola ad Pompeianũ Proc. Africæ, ſacerdotaliũ iteo ſuperfluæ turbæ, alia quædam meminit cõſtitutio. 176. cod. Verũ quod omnium maxime celebrandũ eſt, Principis ſacerdotũ creandi, Pontificatus honorem obtinendi & conferendi liberior in prouincijs, ꝙ in Vrbe poteſtas fuit. Enim vero deſijt Romæ, etiam quatuor collegijs ſacerdotũ Pontific. Augurũ, VII. vir. & XV. virorum ſuperſtantib. ſummi Pontificis honor ex populi ſuffragijs dari, ex arbitriove Senatus, cũ ex lege Regia de Imperio lata (quam ex Tabula ænea in Lateranenſi publicauit noſter Vacca) Imperatores Pontifices Maximi omnes fere fuerunt (quod poſt Dionem lib LIII. teſtantur hæ PONT. MAX. item & hæ P. M. vſurpatiores notæ in nummis aureis, argenteis & æneis, quos vel habemus, vel vidimus) dũ vel ſuo iure acciperent, Suet. Tit. 9. vel deſtinari ſe & deſignari pro imperio & autoritate operam darent. Tũ ab illis vt honores cæteri, ſacerdotium quoque petitũ in Vrbe fuit, vnde Plinius ad Traianum, Rogo dignitati, ad quam me prouexit indulgentia tua, vel Auguratũ, vel VII. viratũ, quia vacant, adijcere digneris, vt iure ſacerdotij precari Deos pro te publice poſſim. Qui ſacerdotiũ petijſſet à principe, vel qui placuiſſet ei, in cooptandis p collegia ſacerdotib. ab eo nominabatur, vt de iurato Claudio indicat Suetonius, Clau. 22. item & ab alijs ſacerdotib. in deficientis locum ſufficiendus, quod fiebat certo & ſtato die, ita intelligo Plinij ſcoptũ Epiſtolarũ. 11. Sic illo die, quo ſacerdotes ſolẽt nominare, quos ſacerdotio digniſſimos iudicant, me ſemper nominabat. Obſeruandũ præterea vnum ex Vrbis ſtatu profero, dum iure Pontificis Maximi Imperatores vterentur, in collegijs ſacrotũ & ſodalitijs Principes ſacerdotiũ fuiſſe, quorum annuum honorem in templo Caligulæ dicato illa Suetonij docent, Calig. 22. Magiſteria ſacerdotij ditiſſimus quiſq; & ambitione, & licitatione maxima vicib. comparabant. Similiter & illa, quib. in Albano Minerualib. inſtitutis a Domitiano, Sueto. Domit. 4. ſorte ductos magiſterio functus claret. Et hæc quidem Romæ, ſed iam de prouincijs dicamus. Callidũ fuit Romæ illud Cæſarũ repertum, quo ne luminibus Imperatorij ſplendoris maiorũ gentium magiſtratus officerẽt, ſupremos honores omnes vſurpauerũt, vt fuere TRIB. P. vt in lege Regia belliſſime, & PONT. MAX. Sed cũ in prouincijs nihil ſimile vererentur, Pontifices Maximos creari inter Prouinciales non prohibuerunt, quod Meurickæ in Hiſpania teſtatur priſcorum induſtria, LIBERO PATRI SACRVM IN HONOREM PONTIFICATVS L. CALPVRNIVS L. F. GAL. SILVINVS L. II VRBIS FLAMEN SACRORVM MVNICIPALIVM PONTIFEX MAXIMVS AVGVR. D. S. P. D. D. Is ſiue Princeps ſacerdotum, ſiue Pontifex, ſiue ſummus ſacerdos prouinciæ, cõtentus extremo die, quo ꝓuinciæ Cõſiliũ Theoph. §. in fraudẽ. Inſt. qb. ex cauſ. manu. Vac. l. 2. de offic. eius cui mand. habebaf, noſtri Status vocant, in honorẽ Flaminij, vt loquif, l. 21. de decur. C. Th Conſtantinus cooptabaf, populi ſuffragijs, inconſulto Imperatore, ad inſtar veteris legis Liciniæ. Hic eſt ille mos in ſacerdotib. creãdis, hic eſt ille publicus ex more tractatus in ſacerdotib. ordinandis, quẽ AA. ſeruari, l. 60. l. 148. C. Th. præceperunt. Annuus aũt plerunq; & temporarius, non ad vitam perpetuus, honor ille ſacerdotali alicui decernebaf, vnde Pontificem anni illius Caipham legimus, poſteaquam Iudæa a Pompeio Magno in ꝓuinciæ formam redacta in P. R. ditionem venerat. Antea aũt Pontifices & reges erant, ait Iſidorus, Etym. 7. c. 12. nam maiorũ hæc conſuetudo fuit, vt rex eſſet Sacerdos & Pontifex. Ita Archiflaminium & honorem ſacerdotij firmamentũ potẽtiæ aſſumebant Iudæorũ reges, Tacito auctore, lib. 21. Annal. Plane e Protoflaminib. & primatib. ſacerdotũ Pontifex Maximus creatus ſponte ꝓuinciæ ſacerdotiũ iterare non ꝓhibetur, ait Hermogenianus, l. 17. D. de mu. & hon. quæ nimis concila ſunt. Iuriſprudẽtis erat ꝓpoſitũ ex iure conſtituto, neminẽ, licet in Concilio prouinciæ ſuffragijs populorũ electũ, cogi iterare Archiflaminiũ & Pontificatũ, at ſponte & volentem, ſ. populo, qui iam ante in culmen illud euexerat, non repugnante, iterare, & iterũ gerere non prohiberi, nec nouum ſponte, co ſenſu dictum putare, vt in Lucret. III.

Sponte ſua volitent alterno percita motu.

Quæ ſi iuſta non eſt, nulla certa alia illorum interpretatio eſt. Porrò ſub Latinis Cæſarib cùm ſacrorum & ſacerdotiorũ ratio, vt in Vrbe, in municipijs adhuc extaret, vt plurimũ Pontifices Maximi de ſodalitij numeroſioris principib. legebanf, puta qui Auguſtaliũ ſanctimonia meritiſſimus honoris inter Prouinciales eluceret. Eo pertinent illa verba, quæ Gebennæ in monumento leguntur, PRAEF. FAB. FLAM. AVG. PONTIF. Sed tamen quandoq; flamines Romanos, quũ in ꝓuincijs vel ſtudioſe, vel aliud agentes eſſent, vel abeſſent (quoniam etiam abſentium in mandãdo ſacerdotio rõnem habitam Cicero ad Brutum Epiſt. ad v. Kal. Mai. ſcribit) nuncupatos a Prouincialib. Pontifices Maximos ſacrorum municipalium, ex Hiſpania vetus memoria, quam retulimus, præſtat firmiſſimum argumentum. Tum cõtrauerti põt, ſummum ſacerdotium petitumne fuerit, quia Modeſtinus ad legem Iuliam de ambitu ait, l. 1. ad leg. Iul. de amb. Si in municipio cõtra hanc legem magiſtratum aut ſacerdotium quis petierit, per Senatuſconſ. &c. punitur. Vnde colligo in lege Iulia, quam ad Brutum refert M. Tullius, ſcriptũ, PRAETER EVM QVI PETIT, CVIVSVIS RATIO HABEATVR, quæ aperte indicant poſſe, ait ille, rõnem haberi, etiam nõ pſentis, intellige niſi petierit. Equidem eum, qui honores a populo petebat, arg. l. 12. §. 1. D. de dec. l. reus. ext. D. de mun. in Prouincialium aut Municipalium conuentu ambitus reum minime factum exiſtimo. Laudandum enim & populare fuit, operam ſuam, magiſtratũ aut curationem petendo reipublicæ offerre, iudiciumq; de ſe faciendum populo permittere, ſine dolo malo. Hoc genus ambitionis nullis legib. ꝓhibitum cẽſet Cicero in Saluſtium, ſed ſemper ac a maximis & pſtantiſſimis viris exercitium & approbatum. Neq; verò Modeſtinus ait, omnimodo petẽtem puniri, ſed petentem contra legem, quæ vbi voluit rõnẽ haberi cuiuſuis (ſic cõtendo legendum in Tullio) excepit reũ, ni fallor, q petijſſet cõtra legis cautionem. Petebaf autem cõtra legem hoc modo, Qui mille homines inuitabant, aut plures, prandij modum excedentes (quos in ſpeciem Diamoties & factionis Plinius ad Traian. epiſt. Qui virilẽ, dicebat incidere) pter morem nundinas & conciliabula obibant, vt ſibi populi fauorem conciliarent, & ſuffragia peterent, in VII. Liuio referente, vel qui apud ſequeſtres depoſita pecunia, ſodalibus ſuffragia corrupturis operam dabant vt per interpretes & diuiſores populus venali & emendicato calculo faueret, cum in Vrbe honor ambiretur, ita & in prouincijs & in municipijs factum conijcio, & cum ad POPVLI FAVOREM, dixit Modeſtinus, pertineret honores conferre, ita captantes popularem gratiam ſeorſim a conuentu publico petiſſe honores puto, & in laqueos legis Iuliæ incidiſſe. Sane vitiu te palam, non fautoribus & largitione per cuniculos Pontificatum & ſacerdotiũ petere licuiſſe inter Latinos, ex his videor comprobaſſe. Sub Græcis Imperatoribus obſeruatũ inuenio, l. 75. & 77. C. Theo. de decur. ne niſi gradatim & ex ordine perfunctí patriæ munerib. ſacerdotes, ſummi Pontifices in prouincijs eligerentur, cum ante nihil huiuſmodi præceptum eſſet, item vt prouectioris ætatis eſſent, qui Archiflamines crearentur, ſaltem non minores annis XL. neq; enim minores ſacerdotium poterant inire, vel in cœtum ſacerdotum cooptati ab AEdituis non admittebantur, quod Theophilus §. ꝓponebãt. Inſt. de iure natur. refert ad AEdiliũ Curuliũ ſolicitudinem ptinuiſſe. Amplius item, licet antea in ſacris diligentiſſimus a Protoflaminib. cuiuſlibet ſodalitij ſiue Auguſtaliũ, ſiue aliorũ ſacerdotũ, Pontifex Maximus ꝓuinciæ crearetur, e ſolis aduocatis, eorumq; cõlonio dari ꝓuinciæ ſacerdotiũ Conſtantinus & Conſtãs pcepetũt, quorũ cõſtitutio 46. C. Th. de decur. mendoſa in capite legitur

tur ab omnibus, a pro e, in fronte gerens. In ea, vt erant Iudæis ſcribę, ex aduocatione ſacerdotes Chriſtianis ne intellexerint Chriſtiani Imperatores, nõ ſatis conſtat. Illud aperte indicat conſtitutio, omnes q ea origine Decurionum, negotijs apud iudices tractandis operam darent, ꝓinde ad cauſas perorandas laudum atq; induſtriæ amore ducerentur, & oneribus patriæ genitalis, & honoribus prouinciæ deuinctos, cũ res aut neceſſitas poſtularet. Illis igitur ex conſtitutione ſacerdotia prouinciarum collata & eo exemplo exiſtimem, quo ſacerdotia ad ſenatorij ordinis homines deferri ſolita, Cicero in eo pro Rabi. Poſth. ſcripſit. Aduocatos autem habet conſtitutio, oratores, patronos, & cauſidicos illo nomine exaudiens, quamuis dialogo de Oratorib. diſcriminet eos Tacitus, vt qui diuerſis ſtudijs incũberent. Aduocatus quidem eſt Aſconio, q ius ſuggerit, aut præſentiam ſuã accommodat amico, patroni & oratoris cuſtos, ne præuaricet, & ne erret aut labatur, adiutor. Porro q ex aduocatione, plebis ventoſæ ſuffragia venari, populi fauorem conciliare ſibi liberis ve ſuis, & ſacerdotiũ nanciſci affectaret, vt munificentia & liberalitas aurę popularis captatrix ſemper fuit, eo nomine ſi honor decerneret, pecuniam ciuitati, l. ſi quis ob. D. de pollicit. l. 1. C. de per. ſuc. par. l. 145. decur. C. Th. vel munus, puta ludorũ populo promittat, iudicium de ſe faciẽdum Prouincialib. aut Municipalib. concedens. Gratioſos aũt his artibus ſacerdotales viros, Archiflamines perpetuos in prouincijs a populo decretos conijcimus. Sic a Lugdunẽſibus olim Pontifex perpetuo creatus Sextius Ligurius, ſingulatim ordinib. & collegijs Denarios, & omnib. ſpectãdos ludos Circenſes dedit, vt comperio memoria huiuſmodi.

SEX. LIGVRIVS, SEX. FIL. GALERIA MARENVS, SVMMVS CVRATOR C. R. PROVINC. LVG. QVI VRALIB. ORNAMENTIS SVFFRAG. SANCT. ORDINIS HONORATVS, IIVIR DESIGNATVS, EX POSTVL. POPVLI OB HONOREM PERPETVI PONTIF. DAT. CVSVS HONE OBDICATIONE DACRRIONIS. R. V. ORDINI EQVESTRI IIIIIIVIRIS AVG. NEGOTIATORIB. VINARIIS R. III. AT OMNIB. CORPORIB. LVG. LICITE COEVNTIBVS X. II. ITEM LVDOS CIRCENSES DEDIT. L. D. D. D.

Fuere tamen eum tempore reperti complures, qui Pontifices creati ſacerdotia recuſarent, & illos, ſi filij ſacerdotum fuiſſent, excuſauit Mecilianus l. 166. C. Th. de decurio. legatus, vel adiũs Seuerus, d. l. 8. D. de vac. mu. Auguſtus, ſi ius quinq; liberorum habuiſſent, munere liberauit. Cura ſane ſacrorum totius prouinciæ cũ ad Pontifices pertineret, & illis ex ſacerdotij iure præeſſent, gubernacula prouinciæ, quod attinet ad ſacra & templorum ritus, habuerunt, vt arguit principalis, d. l. 77. C. Th. de decurio Conſtitutio. In quo inter flamines, municipales & ſacerdotes ꝓuinciæ, muneris ſolicitudine, & honoris amplitudine diſcrimen erat. Cæterum Conſtantinus ad Gregorium, l. 1. C. de nat. lib. Phœniciæ & Syriæ ſacerdotia Phœniciarchias & Syriarchias dicit, vt ante ſcripſerat Modeſtinus, l. 6. D. de excuſãt. *Ἔθνο ἱερωσύνη ὡς Ἀσιαρχία, Βιθυναρχία, Καππαδοκαρχία*, &c. Similiter Lyciarchiæ Leo A. ad Vricium, l. 1. C. de off. com. oriẽt. meminit, cuius epiſtola argumento eſt, ludos a Pontificibus editos, & ab eis ſumptus eorũ miniſtratos fuiſſe, intellige ſi antea promiſiſſent, cũ a populo honores ſacerdotiorũ, l. 12. §. 1. D. de decur. l. reus ext. D. de decur. peterentur: ſed etſi nõ promiſiſſent, poſtea quàm nulli Decurionum, neq; volenti, idem munus vel honorem obijſſe licuit, quod vt cætera ad curam principis, non ad populi fauorem, in prouincijs, ſicut in Vrbe, voluit idẽ ſpectare. Hæc de ſacerdotijs & ſacerdoribus plana ſunt, niſi ſubſit in Plinio ad Arrianum ſcrupulus, de quo alias: ſimile vero, niſi fortaſſe fœlicius huic noſtro, ſtudiũ fuit Auguſtini libro ſingulari ad Modeſtinum. Sed iam ad ius liberorũ reuertamur. Si ſacerdotium munus dicam oneroſum, quod illi mirũ quã placeat, ab eo vt a patrimoniali munere, d. l. 8. & l. 5. C. de mu. patr. vacatio nulla fuit. Si honor & dignitas cũ ſumptu dicatur, vt Plinij ad Traianum, & Leonis ad Vrſciũ epiſtolæ nominatim exprimunt, iam occurit Vlpiani, d. l. 2. de vac. mu. numerus liberorũ aut ſeptuagita annorum ab honorib. aut munerib. his cohærentib. excuſationem non præſtat. At hæ proculdubio pugnantes ſententiæ ſunt, ad concordiam igitur tempora diſtinguamus. Primò cũ honor eſſet ſacerdotium, & neq; maior annis lxx. neq; pater v. natorũ excuſaretur, Seuerus Imperator, d. l. 8. D. de vac. iure priuilegiario in Aſia quq; liberis a ſacerdotio ꝓuinciæ vacationẽ decreuit, & cũ principis decretũ Theophili teſtimonio §. ſed ꝙ principi. de in. nat. ſimilẽ eãm quoquo tempore exortam dirimeret, idem in cæteris ꝓuincijs conſtitutũ ab illo fuit. Deinde ſecuta Antonini conſtitutio, l. 1. C. de bis q nu. lib. niſi cõ eiſſor iuſto ad nos peruenit, neglecta ſacerdotij exceptione priuilegiaria, numerum liberorũ ab honorib. non excuſare, ſine diſtinctione cauit. Poſtea vero cum erogationẽ & impenſam, quæ ſacerdotio cohærebat, pluris quã Pontificatus honorem facere, & munerib. patrimonij annumerare Prouinciales acceperũt, Caro, d. l. 5. C. de mu. patr. Carino & Numeriano placuit neq; ætate, neq; liberis excuſationis a patrimonij munerib. rationem haberi, qua in re ius antiquũ renouarũt. Demũ exorta de ſacerdotio quæſtione, niſi animi fallor, cũ vacationem ſibi ab honore Pontificatus, ſacerdotalis ex priuilegio Seueriano vindicaret, Cõſtantius d. l. 8. eod. ſacerdotiũ non honorem, ſed onus & munus patrimonialib. annumerandũ voluit, (cuius mendoſa cõſtitutio vbique circunfertur, ſacerdotiæ pro ſacerdotij nullo ſenſu ſcriptũ habens, quod adoleſcens aperui, & Auguſtin' probat.) Hic ſiue generaliter patrimonialia intelligas, ſiue diſtinguas in tributoria & cohærentia, qua in re Tribonianus membrũ diuiſionis apud Chariſiũ prætermiſit, d. l. 6. §. ſciendũ. l. vlt. § patrimo aũt. D. de muner. l. 10. l. 11. de vac. mu. licet in alio non ſatis inter auctores conueniat, hoc inter eos non diſcrepat, nullo priuilegio nec ætatis nec liberorũ tributam remiſſionem. Itaq; Pontifices creati, ſacerdotiũ ſine remiſſione adminiſtrare cogebant, quouſq; Gratia. Valentin. & Theodoſ. epiſtolam ad Proculũ Com. Orientis emiſerũt, his verbis, l. 103 de dec. C. Th. Voluntate propria vnuſquiſq; Syriarchiæ munus ſuſcipere debet, non neceſſitate impoſita. Vnde exẽplo ſumpto Aſiarchiæ, Bithyniarchiæ, Cappadocarchiæ, Lyciarchiæ ſacerdotia nemo coactus, nemo inuitus, nemo niſi lubẽs geſſit. Tunc vero excuſatio neceſſaria non fuit, cũ nemo cogeret, & tunc deſijt ius quinq; liberorũ exquiri. Sed & ipſum tandem ſacerdotium a populo dari deſijt, vt diximus, cuius tribuendi beneficij loco ad fauorem colligẽdum nihil quicquã prætermittẽs Imperator Leo, d. l. 6. C. de offi. cõ. oriẽt. ſibi iure pſtãtis curam & creationẽ arrogauit.

De Iure quinq; in remiſſione perſonalium munerum, deq; operibus publicis, & muris reficiendis, Marcellus & Vlpianus elucidati, itemq; de munere ſitoniæ, & Traiani ad Plinium epiſtola obiter explanata.

Cap. XXXVIII.

Videamus de publicis munerib. quæ perſonalia ſunt, & cũ corporib. cum labore, cum ſolicitudine animi ac vigilantia, principaliter obeuntur, & ſic habet Gordiani conſtitutio, l. 1. C. de ſumpt. recuper. Munerib. ciuilib. non fungeris, quæ perſonis mandant, ſi quinq; filios incolumes habeas. Qđ ita placuit Vlpiano, vt & emancipatos liberos patri prodeſſe opinet. l. 2. § incolumes. de vacat. l. 3. §. ꝗuis. de mun. Specialiter autem ius quinq; in ciuiliũ ſe publicorũ munerum excuſatione receptum fuiſſe, vno & altero exemplo confirmat idem. Cura, inquit, l. 4. de vaca. extruendi vel reficiendi operis in ciuitate, munus publicum eſt, a quo quinq; liberorum incolumium pater excuſatur. Operis intelligo publici, ſiue veteris, ſiue noui. Sed idem dicendum, l. vlt. §. hi quoq; D. de mu. ſiue publica ædificia, ſiue palatia, ſiue naualia, ſiue manſiones extruendæ vel reficiendæ & reparandæ deſtinentur. Olim tamen priuſquam munus huiuſmodi deferretur, ſiue in muris, ſiue in portis, ſiue in alijs publicis rebus, aut locis opus faciendum foret, l. 6. D. de oper. pub. ex diui Marci reſcripto præſes prouinciæ adeũdus erat, qui principem conſuleret ea de re quid fieri placeret, vnde clareſcit intellectus illorum Marcelli, l. 3. eod. Publico ſumptu opus nouum ſine prĩcipis autoritate fieri nõ licere, cùm ob ſanctitatis ſpeciem, tùm ne pecuniæ publicæ interciperentur. Inde & illorum Vlpiani, l. ſacra. de rer. diui. Muros municipales nec reficere licet, ſine principis, vel præſidis autoritate, nec aliquid eis coniungere, vel ſupponere. Sed Impp. Arcadij & Honorij ad Cæſarium conſtitutio ordinibus & municipiorum nouos muros facere, & veteres renouare permiſit, l. 11. & 15. C. de ope. pub. l. 11. 16. 17. 19. 27. 31. 34. 37. C. Th. eod. Papo. lib. 6. tit. 1. areſt 5. quod deinde & ex alia in ædibus quibuſlibet vetuſtate ruinam minantibus, etiam inconſulto principe licuit, & illo iure vtimur. Sane remiſſio publici operis patri iure liberorum conceſſa, non leuis momenti aut parui emolumenti eſt. Taceo moleſtiam & faſtidium coactæ voluntatis, ſolitarij ad id munus vocati. Hoc tantum recenſeo, omnes, quibus vel cura publicorum operum mandata, vel pecunia ad eorum extructionem tradita eſt, vſque ad annos xv. cum ſuis hæredibus operis periculo deuinciri, quos, ſi quid intra id tempus acciderit (niſi fortuito) reparare teneri, certi & recepti iuris eſt. l. 1. 7. eo. l. vlt §. 2. D. de admin. rer. ad ciuit. pert. An nõ multo melius fuiſſet patri a publicis abſtinuiſſe, ꝙ implicatã ita & ſuam habere rationem, & inuolutam hæredibus tradere? Poſtremo,

pater hic natorum quinque, qui curator ſtruendi vel reficiēdi operis creatur, pro ſtructore & ædificatore accipiendus non eſt, cuius ſordidum olim habitum munus, ſuperius poſuimus. cap. 28. l. 13. §. publicis. C. de excu. mun. l. ult. D. de vac. mun. huic namque patri, quo de agimus, vacationem Ius liberorum, illi verò grauior & vilior conditio tribuit. Alterum exemplum idem Vlpianus ponit his verbis, d. l. 3. de vac. Cura frumenti comparandi munus eſt, & ab eo ætas lxx. annorum, vel numerus quinque liberorum incolumium excuſat. Sicut in Vrbis, ita in ciuitatum, & municipiorum alimentaria ratione, frumentatio publica, & pecunia. l. 1. C. de compenſa. l. 2. §. frumentar. D. de admin. rer. ad ciuit frumentaria fuit, quæ ſitonis & frumentarorlibus ſiue curatoribus frumenti dabatur, vt patriæ neceſſitati ſuccurreretur, & tenuioribus è publico ſubueniretur. Sitonas quidem indemnes eſſe oportere, ex comparatione niſi fraudem commiſiſſent, ſecundum literas Hadriani Papirius, dic. l. vlt. §. item reſcripſ. ſitonas. de admin. rer. ait. Sed tamen cum hæc cura munus perſonale fuerit, l. 1. §. 1. l. vlt. §. cura quoque. de muner. quæ ſolicitudo & vigilantia animi, quod ſtudium, & miniſterium et impenſum oportuit, id pater quinque natorum fauorabili iure potuit recuſare. Ex his exempla propoſita in plano poſita ſunt, eodem iure in reliquis munijs perſonalibus conſtituendo, hæc vero de pluribus ennmeraſſe ſufficiat. Illud prius vſu percelebre fieri poteſt, ſi Decurionum, quos Conſules vocant, decreto, publici operis cura patri quinque liberorum deferatur. Poſterius, ne hoc taceam ſtudioſis, quidam legibus Aureliani & Anaſtaſij Impp. ſublatum exiſtimauerunt, dum ille l. 1. C. de quibus mu. vel præſt. nem. comparationē & tranſuectionem ſpecierum ad neceſſitates Illyricanas vniuerſis præcepit, nullius priuilegij excuſationē admittens, ergo Ius quinque liberorum inutile illo caſu fuit. Anaſtaſius l. 2. C. vt ne. lic. in empr. ſpec. ſimiliter vrgente neceſſitate, comparationes frumenti vel hordei aliarum ve ſpecierū ab omnibus obiri iuſſit, excuſatione priuilegij cuiuſcunque abrogata, ergo & Iuris liberorum, quod quinque natorum pater ſibi prætendiſſet. In contrarijs legibus vtra poſterius lata ſit, cōſiderare oportet: nam poſtrema quæque grauiſſima eſt, ait Cicero 11. de Inuentione. Sed hic Cæſaribus cum Iuriſconſultis nulla pugnantia, ſed ſola diuerſitas eſt. Prudentes de muneribus in ciuitatibus & municipijs ex decreto ordinum obeundis tractant. Auguſti vero de his, quæ Illyrico & quibuslibet prouinciis indicuntur, vt de indictitia publica frumenti comparatione, & tranſuectione, quam exercitu intra prouinciam conſiſtente, obiri à Prouincialibus l. 1. de indictio. l. 2. de pub. cōp. C. Th. opus fuit. Indictiones autem nō perſonis, ſed rebus indici ſolitas principalis. l. a. C. de anno. & trib. conſtitutio docet. Sic vniuerſæ prouinciæ indictio publicæ comparationis, & ſitoniæ in vſum ciuitatis vacatio, ſe non impediunt. Plane de hac, qđ non alio loco ſcriptum legi, vnum addam ex Traiani Imperatoris ad Plinium epiſtola. Is de Maximo liberto ſuo cum ad frumentum comparandum iiſſet in Paphlagoniam, Fungebatur, inquit, enim & ipſe extraordinario munere: ergo ſitoniam & curam frumēti extraordinarium munus & ſordidum eſſe dicemus? At cum non perſonis, ſed poſſeſſionibus indicta extraordinaria munera doceant reliquiæ Theodoſii, lib. 11. tit. 16. rectius perſonale publicum munus ſitoniam diximus. Libertus autem Maximus cum eſſet Cæſaris procurator, qui ob dignitatem ciuilibus muneribus vt Indulgentia principali l. 41. D. de excuſ. tut. l. 5. C. de excu. mun. l. 12. extre. D. de vac. mun. ante Diocletiani legem, excuſarentur, ex Traiani præcepto, non ex ordine dignitatis ſuæ, curam gerebat extra ordinem imperatam, licet muneris publici vacationem habentes, ad ea compelli non ſoleant, quæ extra ordinem imperantur. 6. eodem. Hæc de patribus.

De matrum ob quinque natos excuſatione, Gordiani & Philippi conſtitutiones declaratæ, & illis Vlpianus conciliatus. Cap. 39.

Fœminis verò ſicut & matribus, ob quinque liberos, ſi quinquies pepererunt, tributum & datum fauorem iuris noſtri Diocletianus & Maximianus reſcripſerūt his verbis, l. 5. C. de his qui nu. lib. De perſonalibus muneribus, quæ fœminis pro ſexus conditione indicuntur, exemplo marium, quinque ſuperſtitum numero liberorum eas excuſari diui parentes nři conſtituerunt. Aiunt Cæſares, De perſonalibus, ad differentiam patrimonialium: quæ non ſolùm viri, ſed etiā mulieres priuilegijs ceſſantibus ſuſtinere debent, l. pen. & vlt. C. de mun. pat. l. 1. ext. C. de mulierib. & meritò ab omnibus agnoſci, in quibus eſſe Reipublicæ neruos nemini dubium eſt, l. 1. §. in cauſa. D. de quæſtionib. quibus neceſſitatibus ſuccurratur, & obſequijs publicis pareatur: qua de cauſa ſeruos Auguſtus & fœminis & viris pecunioſioribus indixit, quos ſine mora manumiſit, ait Suetonius. Auguſt. 25. Neque ſunt diſtinguenda cohærentia munera propriæ rei & poſſeſſionibus indicta, l. 10. & 11. D. de vac. mu l. 5. ext. l. vlt §. patr. autem. D. de mune. l. 22. ext. D. ad municip à tributonijs, quæ vel non poſſidentibus vt fęneratoribus intribuuntur (ita diuiſionis membrum prætermiſſum à Concinnatoribus appello) à neutris enim liberorum, ætatis, ſexus, militiæ, vllū ve aliud priuilegium excuſationem tribuit. Perſonalium autem matribus quinque natorum, non ſine ratione conceſſa vacatio eſt: corporis namque debilitas eorum munerum excuſationem præſtat, quæ corpore implenda ſunt, ait Vlpianus, l. 2. §. corpo. de vac. mu. item quæ conſilij infirmitas eſt in ſexu muliebri, eorum vacationem affert, quæ animo gerenda ſunt. Inde latiora lumina illius ſcripto aperiuntur, ibi, l. 3. D. de muner. Corporalia munera fęminis ipſe ſexus derogat: quò minus honores vel munera ipſis iniſiguntur. Dixerit ingenioſus non ſatis fœliciter colligere Vlpianum, eò quòd mulieres functas muneribus diui fratres Marcus Anton. & L. Verus reſcripſerant, l penul. ext. l. vlt. § item 2. D. ad municip. antequàm ille ſcriberet, unde & eas ad honores gerendos cogi potuiſſe veroſimile eſt. Vlpianus illud ſcripſit ſententię perſeuerantia, qua fęminas ab omnibus officijs ciuilibus & publicis remouet, l. 2. D. de regul. iur. & ab honoribus arcet, & ab oneribus prohibet: dum quæ vt plurimùm contingerent, ſolummodo ſpectauit, ea quæ minus ſæpe, neglexit. Diui fratres etiam de eo quod perraró eueniret, ius conſtituerunt, quamuis neceſſe non eſſet: vnde anſa præbita fuit Philippo A. dicendi, d. l. 1. C. de mulierib etiā apud incolatum mariti ad honores ſeu munera, quæ perſonis cohærent, quorumq; is ſexus capax eſſe poteſt, compelli poſſe fęminas. Qui locus ſatis obſcuritatis habet, & in eo interpretes nutantes tāquam in ſalebris hæſerunt. Illud plus quàm ridiculum eſt, Philippum de muneribus municipii tractantem, de honoraria dignitate, quæ principali beneficio l. imperial. §. ſimiles. C. de nupt. tribuitur, extra propoſitum cogitaſſe. Minus illud recipiendum, fęminas coactas, vt vult conſtō, ad honores, l. vlt. C. de incol. l. muliere. C. de dignit. quibus ex maritorum gloria ſplenderent. Ego non poſſum oculis animove cernere, quomodo quandove fęminæ honores ſuſceperint, ſi id non fuit ex vſu longa conſuetudine vel ex legibus ciuitatum: neque me pudet in re, præſertim non vulgari, de ignoratione conſiteri. Seu munera dixit Cæſar Philippus, ampliandi l. 31 de an. & arg. leg. gratia, vt & ad munera fęminas compellēdas poneret: quorū is ſexus, &c. putà ſi calefactio publici balnei publico ſumptu fuit curanda, quæ munus perſonæ dr̄, ſiue aliud ſimile diligenti & vigilanti cura factū oportuit, a quibus ēt poſtea tandem immunes fuiſſe fęminas accepimus. l 137. de decur. C. Th. Sed niſi in ciuium paucitate factū id credibile nō eſt, & rarenter contigiſſe diuinat Accurſius, gl. d. l. 5. de his qui nu. lib. cuius opinio non parū nobis adijcit ornamēti. Verū mandata illa & Diuorū fratrū & Philippi ceſſauerūt, & adhuc ceſſarent, vbi qđ in cognitionē incideret, ſi fęmina, de qua agit̃, quinquies enixa, tēpore excuſationis liberos hr̄et ſuperſtites. In Tertulliano hēre deſijſſe ſatis fuit, & mortui pro fuerunt, quando mortuorū ſucceſſio ex illo Senatuſcōſ. matri deferenda erat. Hoc verò caſu ad inſtar maſculorū, fœminis iure tributo, ſicut à maſculis viuos, de quibus diximus, l. 3. & d. l. 5. ita & a fęminis liberos incolumes, conſtōnes exegerūt. Illis eiuſmodi gratiam munerū matres ſenſerūt, Iure liberorū ſalubriter pro earum vtilitate inducto: quod ſi eſt, vti eſt, inepta cautatio fuit eius, qui matrē quinq; liberorū nondū annos xxv. egreſſam pro maiore ꝫ ipſius cōmodum l. 2. C. de in integ. reſt. aſſerebat: nulla n. iuris rō aut ęquitatis benignitas patitur, fauoris cauſa producta in inuidiā cōuerti. Porrò niſi patimur aciē ingeniorū hebeſcere, ſi viribus ſcriptum illud Vlpiani ſubſiſtit, ſi veritate nititur, quo ſenſu interpretati ſumus, an non hæc iuris liberorum tractatio inanis, diſputatio vana, diſquiſitio inutilis, Gordianiq; reſcriptū futile & ſuperfluum videtur? Fruſtrà a principe deſiderantur, l. 14. D. de priuil cred quæ iure publico & cōi competūt: igitur non opus fuit perſonaliū munerū vacationem a Gordiano poſtulare fœminas, quā ſibi ex autoritate Vlpiani illuſtris ingenij Iuriſconſulti vindicaſſent: vel ſi non oportuit aditū Imperatorem, is ad preces non neceſſarias, ſuperuacuum reſponſum accommodauit. Quid conſtituendum? quid efferendum eſt? ego arbitror, ut rem ſic pauca conferam, & verum ſcriptum Vlpiani, & neceſſariam Gor-

diani conſtitutionem fuiſſe, & eſſe, ſi quando in virorũ paucitate munera fœminis delata fuerint, quæ iure quinque natorum patrocinante, beneficio epiſtolæ Gordiani potuerint recuſari.

Deprecatio culpæ pro Iure ſex, ſeptem, octo, nouem, decem, & undecim liberorum omiſſo: inibi quædam Beroaldo relata. Cap. XL.

Hactenus compoſuimus numero[1] filij vnius, duorum liberorum, trium, quatuor, & quinque, ex reliquijs vetuſtatis & ex autorum monimentis, nunc ius natorũ ſex, ſeptem, octo, nouem, decem, vndecim, exquirit ordo, quem inſtituimus, & polliciti ſumus. Sed neq; ſtipulatione deuinctus, neque pollicitatione obſtrictus, ex liberalitate ſua tenetur in plus quàm facere poſſit. Equidem quotquot inueni ſcriptores, qui mihi copiam ſcientiæ & conſilij facerent, in rem præſentem deduxi, protuli, & recta ſentientes ingenuè teſtatus ſum, quorum veſtigia implens ex antiquitate repetita ſatis multa, inquãtum in me fuit, reſtitui nitori ſuo, bene an malè, ſcriptum indicabit, & ſine inuidia iudicabit poſteritas. Quid autem calamum ulterius nunc reſiſtat, quid manum retineat, pergo dicere. Quemadmodum vrbium, gentium, Imperiorum, ita & literarum nunc naſcitur, nunc floret, nunc perit honos & fortuna. Incunabula Imperij Romani loquentiam, rerum cognitionem, Iuriſprudentiam, naſcentem viderunt, & fauentibus animis auxerunt. Optimus rei Romanæ ſtatus, & Imperij culmen cum eloquentia, melioribus literis, Iuriſprudentiam ſupra faſtigium humanæ diſciplinæ florẽtem in Republica, ſubſellijs, & ciuium luce coluit honorificentiſſime. Deinde imperio decreſcente, & ſeneſcentibus literis, intereuntem & ſenſim labentem ex oculis ſanctiſſimam ciuilem ſapientiam viri prudentes, veri philoſophi, ſtudijs ne deperiret laborarunt, & monimentis curarunt. Illa ſi carioſa vetuſtas non ſepeliſſet, ſi tempus edax non intercepiſſet, meliuſcule ſtudia noſtra ſe haberent, quã tum oculis luſtrare: mente concipere, lectione percipere velemus, nobis e penu antiquitatis in facili eſſet promere, nec partes Oedipi tam ſæpe, in tam frequenti literatorum amphitheatro, ſine perſona ſubire oporteret, Græculorum & leniculorum hominum verba, pro verbis grauium & Latinorum obtruſa, ſciolorum monſtra, pro ſenſis iuris & iuſtitiæ antiſtitum accommodata & ſuppoſita, minus ſæpe negotij nobis faceſſerent, & quæſtiones iuris ciuilis fœlicius tractarentur. Ad ius liberorum autem vt redeam, ſi extarent conſultorum ſcripta, ſi Imperatorum conſtitutiones, omiſſi numeri, ordinis interrupti culpam non deprecarer, qua mihi vacare iam videor, vt ſunt libri ſtudij ciuilis, non quod eam in alios transferam, ſed quod in plus non tenear quàm vel ab ſtudioſiore fieri poſſet. Contendam vero, niſi vt Plinius Spurinæ, magis in ſtudijs homines timor q̃ fiducia decet, neque in Pandectis, neque in iuris autorum fragmentis, neque in libris conſtitutionum Iuſtiniani, neque in reliquijs Theodoſij, de iure ſex, ſeptem, octo, nouem, decem, vndecim liberorum mentionem factam reperiri, ſi libri fideles ſunt, quos habuimus & dum noctes ſerenas vigilamus, ĩ manibus terimus. Non ſum neſcius me non eſſe eum, qui omnes ſermones malignorum euadere poſſit, ſed ſi quos iuuat clariores accedere fontes, atque haurire, iuuatq; nouos decerpere flores ex alijs autoribus, interea dum conatus noſtros minus probant, ſi meliora, veriora, & ampliora proferant, & nobis & rei literariæ commodum gratificabuntur. Ponatur hoc interim tamen ſine dubitatione recipiendũ, illa omnia emolumenta, quæ minore liberorum numero data ſunt, in maiori locum habere, vt fauores quinque natorum gratia enumeratos, tributos maxime ſex liberos habentibus colligamus, numero inualeſcente ſimiliter in cæteris. Beroaldus Bononienſis ad Sueton. Claud. 19. cenſuit, eſſe ius liberorum pro numero nobilius, ad maiores pertinens immunitates, vt inquit Iuriſcõſultus, ait ille, dum Vlpianus l. 2. §. 1. de vac. mun. laudare vult autorem. Sed neque quiſquam Iuriſprudens illud vnquam expreſſit, neque is, quem ille citat in teſtem, ſignificatum voluit. Quod idem ſcribit, ad Sueton. Galb. 14. Bononiæ qui decem liberos habet, a publicis oneribus immunis eſt, verum necne ſit, facti quæſtio eſt, quæ nihil ad Gallum, Bononienſes viderint, qui ſi illo iure vtuntur, ſibi ius liberorum & gratiam legum factam placidè gratulentur. Hinc ego ad Ius XII. XIII. & XVI. natorum tranſeo.

De Iure XII. XIII. & XVI. natorum, Cl. Iuliani A. reſcriptum caſtigatum et euolutum, itemq; Aelij Pertinacis, & ſubinde Vlpiani regula iuris. Cap. XLI.

Antequã legiſlatio Iuſtiniani in orbe euulgata fuiſſet, Iuliani A. vigit vſu recepta cõſtitutio, quæ in reliquijs Theodoſij l. 55. C. Th. de decurio. extat: Imper. Iulianus A. Leontio Cõſul. Palæſtinæ, Qui pater ſit XIII. liberorũ, nõ modo ad curiã non vocetur, verũ etiã ſi ſit Decurio, honoratiſſima quiete donetur. Dat. Kal. Mart. Antiochię, Iuliano A. IV. & Saluſtio Conſſ. Eadẽ vero, inſcriptione & ſubſcriptione non diſſimili, Iuſtinianei iuris concinnatores in codicẽ Imperatoriũ his verbis tranſcripſerunt, 24. C. Iuſt. eod. Si quis Decurio pater ſit XII. liberorum, honoratiſſima quiete donetur. Iam collatio ambarũ conſtitutionũ fidẽ facit, æquius multo & benigni[9] Iuſtinianeũ eſſe ius, vbi dempſit ẽ filijs tredecim vnũ, & duodecim liberis fęcunditatẽ parentũ probans, antiquam rigiditatẽ lenijt, & ſeueritatẽ remiſit. Ex Iuliani lege tredecim nati ad curiã inuitũ patrẽ vocari prohibebant, & in libertate ex voto retinebant, ſi plebeius pater auctis facultatibus, rei familiares amplificatione inter poſſeſſores cõſpicuus eſſe cœpiſſet, vti ſupra diximus c. 23. Sed quãuis multa probentur facta, quę nõ vtiq; fieri liceret, nõ ſolũ in Decurionũ ordinem adlegi vetabat pater, ſed etiam iam nominatione 19. eod. C. Th. cooptatus, fauore liberorum ab onerib. & honorib. honeſtiſſimè vacabat, quæ ſine iure priuilegiario municipalis rõ & ciuilis neceſſitas 41. eo. ab illo poſtulaſſet. Sane Concinnatores Decurionẽ creatũ quiete donari ex Iuliano retulerunt, at creari, & in conſortiũ Decurionũ adlegi non vetuerũt, forte vt ex animi ſnia liberũ eſſet patri, in ordine ſcribi, & honoris cã inter Decuriones præſidere. Quæ cũ ita ſint, appoſitè & pertinenter poſuit Accurſius & a patrimonialib ob duodecim, patrem excuſatum. Habuit aũt ille in ſuis nomen Munerũ, quod in vulgarib. libris ſuperfluũ edocebo. Cũ ſtudioſorũ voluntate, vt neq; hodie coaleſcunt, opes olim non concurrebãt, adeo vt Plinius Scd̃s quendã in Epiſtolis laudauerit, q̃ cũ in facultatib. eſſet, amaret ſtudia, vt ſolẽt pauperes, inquit. Sic temporib. reuiuiſcentis Iuriſprudentiæ, in Italia tot Langobardis regib. & legib. miſere tractata & perdita, q̃ pro ſeculi calamitate legũ Romanarũ ſuauitatẽ oboluiſſent, qua auditores, qua ſpectatores renouatæ prudentiæ trahentes, vt illos in veræ philoſophiæ ſtudijs retinerẽt, publicè & e loco ſuperiore verba legũ excipiẽtib. dictabãt, cũ pauciſſimis rõ facultatũ libros ciuiles exſcribere permitteret, & fere omnib. res anguſtia domi ꝓhiberet Exceptores illi ſub antiquis doctorib. minus vel dictata exaudientes, vel excepta percipientes, vt fere fit, ad libitũ & ingenij captũ recognoſcebãt, poſt illos ſimiliter librarij peccabant, ſicq; tã multa menda in tã multis locis iuris autorũ obſeruata & ſpectata ſunt. Cætera ſilentio prætereo, hoc tantũ de Iuliani cõſtitutione ad nos impræſentiarũ pertinet. Docentes Decurionẽ Iure liberorum & ab honoribus & ab oneribus ſiue munerib. conquieſcere, meminerunt Munerum, & ſubito in contextum irrepſit illud. Ego ita conijcio, primùm quod a compluribus manu fideliter ſcriptis abſit, deinde quod Iuliano A. & Concinnatoribus veroſimilius ſit placuiſſe, honores ſicut munera patri remitti, ſi quiete donandus fuit, cũ iure ciuili l. cui muneris. D. de muner. muneris publici vacationẽ habens, honorẽ accipere gerereq; compellatur. Hic eñi honoris gerendi ſolicitudo niſi remiſſa dicatũ, non erit honoratiſſima quies, non erit pleniſſima beneficij principalis interpretatio, contra rationem iuris antiqui l. pe. D. de cõſt. prin. Conſequens item eſſet, ſi patri duodecim honor gerendus incumberet, vt non ſemper a muneribus patrimonij vacaret, illo puta caſu, quo cum erogatione obitur honor, l. honor. D. de mun. l. 2. §. 1. de vac. mun. cui munera cohærent. Hic obiter referendum eſt, quod ex Calliſtrato l. ſemper. D. de iur. immun. concinnatores obiter retulerunt, dum ille reſcriptum profert Aelij Pertinacis ad Saluium Candidum, ἀ καὶ μὴ [illegible], &c. quo etſi numerus filiorum omnia munera, vt quæ ſunt perſonalia, patri l. 3. §. quamuis. l. 6. §. quæ munera. D. mun. & ſimil. non remittat, fauorabiliter tamẽ & priuilegiario iure, ſexdecim liberorum patri Saluio Candido, otiari & ceſſare a muneribus permiſit, quo liberorum educationi ſtudioſius operam impenderet. Inde fortaſſe exemplo moti (nam & principũ decreta in alijs & ſimilib. cauſis obtinent, ſi vera Theophilus §. ſed quod principi. de iure natur.) ſub ipſo Pertinace & ſub alijs Cæſaribus patres in orbe Romano Iure XVI. liberorum vti cœperunt, & omnium munerum ſibi vacationem vindicare, quouſque Claudius Iulianus Imperator

factus (niſi tot intercedentes principes leges quoq; de eodē euulgarint) tredecim liberos ſufficere fœcundis patrib. ſanxit, & non ſolū a munerib. ſed & ab honorib. liberauit Iulianus, vt docui, dū ante a munerib. dūtaxat dimineret Aelius Pertinax. Scitū eſt ex literis l. 1. C. de his q nu. lib. Antonini liberorū numerū ab honorib. non excuſare, qđ Vlpianus d. l. 2. §. 1. de vac. mū. opinatus eſt. Verū obtinuerit illud apud eos Cæſares, non impediā, at fauorabilior vř poſterior a Iuliano emiſſa cōſtitutio, ſi dicamus eā honorū, ſicut munerū, patrib. tot liberorū remiſſionem adieciſſe Placet autē ita reſcriptū explicare, & pducere, qm̄ legem vtilē reipublicæ, & ſobolis procreādæ & prouocandæ cā latam, adiuuandā interpretatione a Terentio Clemente l. 62. D. de cond. & demon. accepi. De honorib. qđ pono, tentare dūtaxat volo, vbi conticuere oēs, ſed de munerib. qđ ſentio, maiorū gentiū Doctores Accurſius, d. l. ſemper. & Bartolus ſentiunt, vt ab intributione municipij vel ciuitatis patres XII. liberorū abſoluant. Baldus in diuerſo latere diſtīguit, ad l. ſi qs decur. 2. C. de decur. conſi. 312. nu. 1. lib. 3. aut pater Decurio eſt, & nati duodecim ei proſunt, quod idē Reſponſorū lib. 11. exiſtimauit, aut pater Decurio non eſt, & ei ad oīum munerū excuſationē ſexdecim liberis eſt opus. Sed Imperatorē Iulianū e veteri obſeruatione remiſiſſe ita planū feci, vt diſtīctio Baldi ſuperuacua diſcernatur, quæ vel eo euaneſcit, φ nō ſatis liqueat quib. Decurionū appellatio hoc tempore conueniat. Fouet aūt aſſeuerationē noſtrā, qđ Arrianus ſuadet, vt faciliores ad liberationē ſimus, itē & illud, φ optima legum interpres forenſis conſuetudo, indiſtinctè munera patrimonij in contradicto iudicio, patrib. duodecim natorū remiſerit, Florentiæ & Bononiæ ius ſuggerēte Are. §. 1. ver. ex quo infert. Inſt. de excuſ. Angelo Aretino, itē & Aquis Sextijs ex vno & altero decreto Prouincialis Senatus ampliſſimi. Cū verò iuris liberorū impetratio non ſit neceſſaria liberos habentib. poſt Honorij & Theodoſij reſcriptū, nō laudo quorundā ex noſtris ſniam, qui patrib. duodecim natorū diplomate principali vtendū eſſe cenſuerūt. Nulla ſane ratio eſt, cur potius reſcriptū exigat hic caſus, q̄ tutelæ excuſatio, & qm̄ ſuperfluū ait Imperator, a principe poſtulare, quod iam lege pmiſſum eſt, magis puto Galliarū vulgato iure, libello ſupplici adeūdos Proſeneſarchos, vel Præſidiales, vel Regales iudices, q vocatis quorū intererit, ſi non ſit legitima contradictio, vacationem pro Tribunali cā cognita edicēt poſtulāti. Nec cautioni noſtræ reſiſtit Vlpiani regulas, l. nec quicq. §. 1. de offi. proconſ. l. oīa. de reg. iur. Quę cauſę cognitionem deſiderant, per libellū expediri non poſſunt, q b. in verbis latet ille mos ſubſcribēdi libellis, at ex ſubſcriptione, vt in ſpecie, de qua agimus, neq; petenti ius conferri potuit, neq; a petito auferri, quod eſſet, Expedire. Debuit vero cōmonitus vocari reus apud Vlpianū, vt ego vocandos cēſeo illos quorū intererit, vel ex ſubſcriptione magiſtratus, vel ex mandato vulgaris formulæ, ſicut Gallorum ſcriptorū principes viri Fab. §. oīum. verſ. ſed debet. Inſtit. de pœ. tem. lit. Imber. Forenſ. Inſtit. 1. c. 2. extr. gl. fęliciter & viriliter tractauerūt. Ex his ferè poſita ſunt omnia, quæ a nobis acquiſita reperiri potuerunt, ad ius liberorū datum vel legib. vel Senatuſconſultis, vel principū placitis euoluendum. In quo nec me animi fallit quàm ſint obſcura permulta, & ſi cuiquā, mihi incognitiſſima, ſed de illis cōgruo loco & tempeſtiue cōfeſſus ſum, & ſtudioſe proferens dubitationes meas, alijs Democriti puteū indicaui, faxit Deus Opt. Max. inde fœlicius veritatem expiſcent, Non deerunt tamen qui corruptis moinb. potius quā ſuppleant ius ſitiētib. ſi quæ prætermiſi (ſunt aūt plura) notabunt, & reprehendent omiſiſſe me ius vnius liberi, in ſucceſſione inteſtati liberti, vi am patrono intercludentis, itē & ius duorū, triū, pluriumue patri virginis, quæ in Veſtalem caperetur, de qua Gellius, lib. 1. cap. 12. aut primipilarib. Oſdroenis conceſſum. Verùm in illis caſibus, nec quicquam pater ſenſit vacationis honoris, fauoris, aut gratiæ, in hoc vero tacui, φ principalis l. 79 de decur. C. Th. ad Modeſtū cōſtitutio [illegible] ſit & localis, ſi cū Iuſtiniano l. vlt. C. de ædiſ. priua. ita per elegantiores loquimur. Equidem Nobis non licet eſſe tam diſertis, Qui Muſas colimus ſeueriores. Quòd ſi reſponſum ſatis non facit, quando non mihi omnia Deus dedit intueri, vt neq; Druſo Cæſari, & in eo, & in ſimilibus ſubeant illi vicem meam.

De liberis & filiis, qui eorum appellatione continentur, enucleata Iuriſprudentum ſcripta varia, & ſententia conciliata, Iuliq; Pauli locus emendatus ex literis Antonii Vacca Iuriſconſulti. Cap. XLII.

His conſequens eſt ſubijcere, toties liberorū facta mētione, qui & quales parentib. ſufficerint. Cùm lex vnico libero cōtenta ſit, Ius liberorum ſermone multitudinis nihilominus dicimus: enūtiatio enim liberorū, l. 149. & 49. de verbo. ſig. pluratiuo numero proferī, quæ antiquis oratoribus, hiſtoricisq; aut carminū ſcriptoribus, etiam in filio ſolo vel filia, vera exiſtimata fuit, & ita in complurū veterū libris ſcriptum aliquoties. lib. 2. cap. 3. Aulus Gellius animaduertit, videndusq; de eo Diuus Auguſt. de ciui. 16. c. 40. Sed & illo caſu, & cùm duo, aut plures liberi exigunī, nepotes verò tantùm ſuperſunt, videamus quid dicendum ſit: è ſeſſione Aemilij Ferreti viri principis, omniū ſeculorum perpetuis laudibus excipiendi, ante quadriennium publicaui de liberis ſententiam meā, ad illud Calliſtrati, l. 220 D. de verb. ſig. Liberorū appellatione nepotes, & pronepotes, cæteriq;, qui ex his deſcendunt, continenī. Si quidem eo ſenſu id nomen in 12. Tabulis vſurpauerūt Decem: quorū exemplo moti Iuriſprudentes, cùm ſe obtulit, idem cenſuerunt: de reliquis Papinianus, l. 56 & 104. eo, l. 10. § liberos. D. de in ius voc. l. 10. §. parentes. D. de grad. & aff. & Modeſtinus. In huius tamen ſententia, [illegible], &c. debuit interpres reddere liberos, non natos, autoris indolem ſeruaturus, vt Alciatus primùm poſuit & Auguſtinus, lib. ad Modeſt. l. 2. de excuſ. probat. Quod ad rem attinet, ſi liberi deficiant patri, quò minus honore commodo ve gaudeat, aut à munerib. vacet, & ex ſe ſuſcepti natis deceſſerint, nepotes eorū locū ſubeunt & ſupplent auo, qui licet plures ſint ex vno filio, l. 2. §. ἐι μόνῳ. D. de excuſ. l. 3. C. de his qui nu. lib. §. 1. Inſti. de excuſ. pro vno numeranī. Diuerſum tamen in natis ex filia arguit Modeſtinus: qui ſicut non auo materno, ſed patri oneri ſunt, ita illi non, ſed huic tantū prodeſſe debent, & quo caſu, purà egente patre, l. pen. de lib. agn. filiæ nati, auo materno oneri eſſent, perinde eſt, vt ei nō proſint, quia nunquam in eius poteſtate fuerunt. Sed exoriī dubitatio ex Seueri & Antonini ad Claudiæ libellū epiſtola, l. 1. C. de condi. inſer. l. vlt. D. de pollic. relicto fideicommiſſo ab hęrede, ſi ſine liberis decedens obiiſſet, & is ex filia nepote inſtituto deceſſerit, conditionem adſcriptam fideicōmiſſo defeciſſe, manifeſtum aiunt CC. Iam ſi non dicit ſine liberis decedere, q nepotem ex filia relinquit, quid eſt, quod in iuris liberorū quæſtione nepos ex filia non proſit? Imperatoria conſtitutio habet rationem, φ filia, in qua defecerat conditio mortua, cùm perpetuò per natum, d. l. 220. §. vlt. viuere intelligaī, nepote ſuperſtite, auus non dicit ſine liberis: quæ ad Papinianū, d. l. 56. extr. referenda ſunt omnia, vbi ex fœminis ſicut ex maſculis deſcendentes enuntiatione liberorū exaudit. Inde verò non commouemur in propoſito, lege, d. l. 2. §. ἐι μόνῳ. liberos, vel qui ſint in poteſtate, vel q fuerint, exigente, cuius ratio, vt nec omniū à maioribus conſtitutorum, requirenda non videī. Sanè liberorum nominis rationem inueſtigauit Antonius Vacca amicus noſter, & iuris ciuilis præter veterē & bene fundatā peritiā anxiè diligens, quam, dū Prouinciæ Venayſſinorū præſideret, nobis Aueniοne communicauit. Liberi, dicebat, antiquitùs appellati ſunt, tam filij q̄ nepotes, & deinceps ferè qui in poteſtate eſſent, ad ſeruorū differentiam: & cùm idem propè ius vitę & necis Romani veteres haberent in vtroſque, filios à ſeruis, liberorū nomine diſtinxerunt, φ vtriq; in poteſtate eſſent, licet vt plurimū filijs vt liberis hominibus, ſeruis vt animalibus, iuſta diuersè præberent. Sunt enim non diuerſa tantū, ſed ex diametro oppoſita, liber, l. 182. D. de ver. ſig. & ſeruus, vnde Iulio, l. ſi filius. D. de probat. Paulo filius qui ſe extra patris poteſtatem contendit, ſe liberū eſſe quodammodo contendit. Hæc ille poſteà in expoſitiones Obſcuriorū ad 1. Pandectā, ad l. 3. D. de his qui ſu. ſui. retulit Obſeruabit ergo ingenioſus liberorū nomen, quaſi collectiuū eſſe, φ ſuo ſignificatu omnes omnino deſcendentes cōprehendat, & ſemel poſitū ſignificet idem, φ filius, nepos, pronepos, &c. nominatim expreſſi. Verùm ſi q̄ fuere leges, ſi q̄ ſenatuſconſulta, ſi quę principū placita, in quib. pro liberorum nomine filiorū mentio facta fuiſſet, an illa ſe ad nepotes extēderit, diſquiſitio non inutilis eſt, & quæ in fideicommiſſorū tractatu accuratiſſimè ſolet à viris pręſtantib. diſputari. Filij appellatione, ait Paulus, 84. de verb. ſig. omnes liberos intelligimus, ſed liberi in infinitū deſcendentes omnes dicuntur, ergo & hi filiorū enuntiatione exaudiendi. Inde iuſta interpretatione recipiendum cenſet Iulianus, filij nomine nepotem cōprehendi, 201. eod. l. filium. D. ad Maced. l. 60. de ritu nupt. vt in Macedoniani, & alterius cuiuſdam Senatuſconſulti explicatione, legimus. Inde quoque legatis ſeruo villico & filijs, nepotes ex ijs contineri Papirius Fronto reſpondit, d. l. 220. §. ſed & Papi. & ſibi filij appellatione ſępe & nepotes accipi, multifariā placere. Diuerſę factionis Vlpianus autor ſcribit, tutores non ſolū filijs, ſed & nepotib. poſthumis à teſtatore datos videri, ſi mō liberos dixit, cęterū ſi filios, nō cōtinebū

tur:

tur: aliter enim filij, aliter nepotes appellantur, l.6.D.de teſta.tut. §.vlti.Inſtit.qui teſta.tut da. quæ verba Triumuiri in Inſtitutiones retulerunt. Hic ſi veritas diſputatione limanda eſt, an ad opinionem, quæ plurimos autores habet, vnde communis Plutarcho, Rom.Barb.conſil.8.num.64.lib.2.dicitur, Vlpiani ſcriptum reducemus? Accurſius putat propriam ſignificationem illos in interpretatione iuſta & legibus accomodata ſeruari, vt ſit illis alia ſubtilis, alia Vlpiano & ſubſcriptoribus Triumuiris: quorum traditione ad communem vſum hominũ, tota accommodatur oratio, in qua popularia & vſitata verba exactè expendiſſe Vlpianus exiſtimatur. Sed hæc, quorum ſuſpecta veritas eſt, Aldobrandino minimè placent, dum aliam ipſe conciliationem comminiſcatur & ponit, ꝙ ſcilicet filiorũ enunciatio nepotes cõplectatur apud iuris autores, & Vlpianus à communi traditione recedat, ne videatur auus (qui nullo caſu, §.permiſſum. Inſti.de tut. niſi quo nepotes in filij poteſtatem, ſe mortuo, recaſuri non eſſent, tutores eis dare potuit) in caſu ſpecialiter à lege conceſſo, l.4.ext.D.de vulg.& pupi. ſubſti. ſine expreſſa mentione, tutorem nepotibus ſub filiorum appellatione dediſſe; quæ ratio acutiſſimi ingenij eſt, ſed ſubtilis magis quàm vera. Accurſij ſenſus non recipitur, ꝙ plures autores potius quàm Vlpianus, conſuetudinẽ loquendi, & communem vſum nominis filij, perpendiſſe videantẽ. Aldobrandini quoq; elidiẽ opinio, ex eo ꝙ non dent tutores in Vlpiani ſcripto, ab auo nepotibus, qui patrem eundemq; filiũ ſuperſtitem habeant. Hoc autoris coniunctæ ſententiæ, l.5.& 6.D.de teſta. tute. continuata verba, in fronte promptum gerunt: ſed ſi quod ille ait, verũ eſſet, non magis tutores nepotibus darent ab auo, ꝙ Liberos diceret, quàm ab eo qui filiorũ meminit: & tamen Vlpianus diuerſum nominatim ſcribit. Alciatus magnus libro Paradoxon. 111.cap.14 idem habens propoſitum, filij vſurpationem diſtinxit, vt aliud ſit in verbis legis, aliud in cautionibus hominum, in illis, ſi non ex vi verbi, ſaltem ex rationis ſimilitudine, extenſio in facili eſt, vt ipſe cenſet: at in cautionibus hominum, ex integro voluntas ſeruanda eſt, quam ſibi ipſe iure antiquiorem Plinius ad Caluiſum ſcribit lib.5.adeò vt ad eam debeat verborũ aptari & accommodari interpretatio. Sed variæ coniecturæ & præſumptiones voluntatis, nihil quicquam iuris certi relinquunt, aut tradũt, quod ſequantẽ interpretes conſulti, vt apud Papiriũ reperiẽ caſus, quo ne dura, l.poſſeſſio. C.commu.vtriuſ.iud.l.1.com.diui.C.Theod.filiorum à genitoribus inducatẽ ſeparatio, villico & filijs legatis, nepotes villici veniunt, at dato filijs tutore, nepotibus datus non videtur Vlpiano. Cur hæc tam variè non docet Alciatus, minus Germani ponunt, qui illum auctorem habent, Cautiun. d §.vlti. Inſti. qui teſta.tut.da.& ſequunẽ. Ideò non ſatis placent, quæ diſſidentiam non componũt. Hæc & eiuſdem argumenti ſimilia multa cùm è loco ſuperiori Auenione ꝓdidiſſem, & nihil preterea poſuiſſem ad virorum prudentũ [illegible] conciliandam, notatus in illo quidem non fui, vt ore vendico quidam retulerunt, ſed in hoc quorundam reprehenſionem incurri. Deprauatis enim moribus eò ventũ eſt, vt turpe exiſtimetur docentem de quopiam, licet in apicibus iuris, dubitare: adeò qui genti ad fingendum paratæ monſtro ſimilia mendacia aſſueti ſunt, inſcitiæ ſtatim illũ damnant, ſi nouũ non prodiderit, non coniecerint, vel, vt vno verbo reuelem, non diuinauerit. Sic alter Lactantius Firmianus, licet diſparis eloquentiæ, breui dictus fui, in refutando ſubtilis, in conſtituendo parum vehemens. Aderas tu, Bugnoni, alijque docti complures, & honoris mei cauſa aderat tuus, vel noſter potiùs Angelus ille Papius, incomparabilis memoriæ Iuriſconſultus, cui ingratus ſum, niſi honoris delati ſummam ſemper habeo gratiam. Quid cùm ingenij velo contracto liberè profeſſus ſum, tot ingenio florentibus & præſtantibus doctrina viris, meipſum mihi plus ſapere non videri, ille de me iudicauerit, permulti ſciunt, quid tu, ipſe ſcis, ego retineo me dixiſſe, aut mendũ in cõſultorum ſcriptis, aut inexplicabilem & manifeſtiſſimam eſſe inter Vlpianũ & cæteros antinomiam. Subinde ad Preſidem Antonium Vaccam V.C.ſcripſi felicisſimas literas, quæ mihi illius amicitiam conciliarunt, & quærenti qd ſibi de queſtione expoſita placeret, humaniſſimas reſcripſit, & officij & amoris pleniſſimas. Ita verò literas ſuas ad meam ſuſpicionem, & mendi coniectationem accommodauit, vt diceret in Pauliano loco principe diſputationis, fedatos libros & mendoſos in eo circumferri, quod legitur vulgo, Filij appellatione, d.l.84. D.de verbo.ſigni.omnes liberos intelligimus, contendens ita ponendum, Filij appellatione hominea liberos intelligimus, eo ſenſu, ne vernæ ex ancilla & domino nati, filij generali & indiſtincta enuntiatione exaudiantẽ. Qui piſtrinis ingeniorum dediti ſunt, audaciam culpabũt, conatus reprehendent, ſed viri eruditiſſimi coniectura inſolens videri non debet, cùm apud Vlpianum, l.2.D.de iure pat.liberti omnes, pro Libertini homines, ad Heruagium vſq; libri ferè omnes habuerint. Hoc modo ſeducitur Paulianum illud à propoſita quæſtione, ne pronepotes, aut trinepotes, & alios deinceps filij nomine intelligere neceſſe ſit. Sunt autem aliorum ſententiæ componendæ, Iuliani, Papirij, & Calliſtrati, & illiuſdẽ Pauli, d.l.220.§ vlti. qui præeunte natura, & pietate paterna duce filiorũ appellationem ad nepotes extendunt, & cùm filij & nepotis nomen gradus liberorũ diſtinguant, & diſcernant, non ex vi verbi, filius nepotem comprehendit, ſed ex rationis ſimilitudine ad illud extenditur, quod prudentium ad ſenatuſconſulta, d.l.filiũ. ad Mace.& 60.de ritu nupt. interpretationes arguunt. Sanè Vlpianus in alia ſententia non eſt, neq; Triumuiri ſunt, natos.n.& ſuperſtites nepotes, non negant filij ſimplici enuntiatione contineri, ſed poſthumos nepotes: ſic qui filiis dat tutores, explicatione, l.nomen filiar. D.de verbo. ſignificat. Iuriſprudentis dare poſthumis videtur, ne verò duplex productio in idem nomen concurrat, Guil. Cugn.l.ab emptione.D.de pactis. filij productio ad poſthumos, qui nepotes ſint, Vlpiano inuiſa fuit, liberorum non item, ꝙ nomen ex vi ſua nepotes & cęteros, non minus, d.l.104.cod. quàm extenſione comprehendat, ideoq; facilior ad poſthumos nepotes productio & explicatio eſt. Obſeruandum autem in Græco Modeſtini, verbum [illegible], quod extendiẽ & porrigitur ſignificat, non ſatis rectè locatum, aut cum aliorum Iuris autorum ſcriptis ſententijs non admodum conuenire, dum nomen liberorum continere nepotes aiunt, d.l.56. & 220.non ad illos produci, porrigi aut extendi. Notandũ illud quoq;, non legi in libris ciuilibus, filij nomen ad pronepotes aut cæteros deſcendentes extenſum, ſed ad nepotes dũtaxat. Vnde leges, ſenatuſconſulta, principũ placita, prætorũ edicta, conſultorũ reſponſa, quæ vel de liberis, vel de filijs loquunẽ, in plano poſitã interpretationem habent. Planè ſi quæ Ius liberorũ tribuunt, & filios vel liberos exigunt, qui vtraq; appellatione contineantur, & legibus ſuffecerint, expoſiti ſunt ex vſu Iuris ciuilis.

De varia & multiplici filiorum ſpecie, Vlpiani, Pauli & Iaboleni ſcriptis enucleatis, & quæſtione de nepote, auo paterno in adoptionem dato, item & de illegitimis, qui fiunt iuſti principis reſcripto, explicata.

Cap. XLIII.

Videamus iam quales liberos exigant leges, & id ſciri ferè non poteſt, niſi liberorum ſpecies multiplices exequamur. Animaduertendum igitur eſt, quo loco & qua ratione liberorũ mentionem habeant autores. Vbi de procreatis liberis & adoptatis ſermo fit, illi naturales tantũ, hi adoptiui & legitimi dicũtur, vt apud Suetoniũ, Tiber.52. Tyberius filiorũ neq; naturalem Druſum, neq; adoptiuum Germanicũ patria charitate dilexit. Hic per eminentiam legitimus etiam Latinis dicitur, ꝙ legis puro ſoloq; miniſterio, nihil cooperante natura, filius creatus ſit, ſicut Vlpiano, Inſt.tit.11.de tut. tutor legitimus, qui ex lege deſcendit, & ius legitimum, l.11.22.D. de iure patro.l. tertia, §.de illo. pro ſocio l.90.extra de leg.2. & hæreditas legitima, quæ legis conſtituto deferẽ, ita vxor legitima alludenti ad leg.Iuliam Martiali.lib.5.

Quæ legis cauſa nupſit tibi latè Quinte,
Vxorem potes hanc dicere legitimam.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Similiter naturalis nomen habet, ꝙ natura filius fit, lege, quæ matrimonia confirmat, naturæ locum, ob ſanguinis rationem, concedente. Hoc ſenſu patris & filij naturalis, patris item & filij legitimi, ſæpiſſimè iuris autores, l.6.7.8. D. de in ius voc.l.24.§. nam & is.l 61.§.quid ergo. 3.D.de ritu nupt. l.29.31.40. de adopt.l.5.de his qui ſu.ſun.7.D.ad Senatuſcon. Tertul.1.& 5.D.vnde cogn. meminerunt. Alia item vſurpatio filij legitimi, & naturalis eſt, cùm legitimum pro iuſto filio accipimus, qui ex legitimis nuptijs tollitur, vulgus legitimum & naturalem appellitat, & [illegible] Modeſtinus. Legitimum ea forma dicimus, qua legitima conuentio eſt ea Paulo, l.6.D.de pactis. quæ lege aliqua confirmatur. Huic è regione ponimus naturalem filium, apud profanos literatores dictum naturalem tantùm, quem ſola natura genuit, non honeſtas coniugij, vt ſcripſit Iſidorus. Naturalis tamen filius ſine figura matrimonij ſuſcipiẽ, & diciẽ in libris huius ſtudij potiſſimum duobus modis. Primo, ſi ex domino & ancilla, quæ in illius manu eſt, naſcatur filius, is naturalis, cuius tam frequentem Iuriſconſulti, l.natu.D.de preſcr.verb.l.denique.D.de pigno.l.17.§ Lucius.D.quæ in frau. cred. mentionem faciunt, filius ſimul & ſeruus eſt, qui matris conditionem

tionem ſequitur, vbi defecit, 6. de decur. l. 3. de liber. cau. C. Theod. connubium. Vnde mirum videtur apud Vlpianum, vbi mulieri volenti filium naturalem ſuum manumittere permiſſum ex Marcello, l. ſi rogatus. D. de man. vind. exiſtimat. Si partus ventrem ſequitur, qua ratione filius naturalis mulieris liberæ, ab ea manumittendus eſt? Obiter ingenioſos monitos velim, mulierem illam ex ancilla factam liberam fuiſſe, & patroni teſtamento filiū communem legato, l. vlt. C. com. de manumi. conſecutæ matri, iamq; dominæ, permiſſum filium & ſeruum è manu ſua mittere. De huiuſmodi filiorum ſpecie ſignificat Iulius Paulus, l. 84. D. de verbo. ſignifi. non accipiendum, ſi filio legetur, ſi filius naſcatur, cum ait, interprete Vacca noſtro, Filij appellatione homines liberos intelligimus, & non ſeruilis conditionis. Vt enim liberi ex libero matrimonio, liberorumve, copula deſcendunt, ex ea coniunctione, cui libertas deficit, can. liberi. 32. q. 4. non eſt exaudiendus liber filius, cuius per excellentiam acceptio de filio iuſto, & liberæ ſaltem conditionis eſſe debet. Altero modo naturalis filius ſuſcipitur, l. 7. D. de confir. tut. de his quæ ſunt extra poteſtatem, ex quauis muliere, quæ iuſta non eſt vxor: ex qua natus liber à patre, & ſui iuris eſt, nec inuitus in patriam poteſtatem redigitur, l. vlti. D. de his qui ſu. ſui. vbi Vacca, auctore Modeſtino. Huius acceptionis permultas ſpecies Baldus, 5. conſil. 68. 4. Parerg. cap. quinto, & Alciatus obſeruarunt. Sed dum extra poteſtatem eſt filius, nec principis beneficio ius patrium, l. vlti. D. de adopt. vbi Vacca, ſibi quæſiuit pater libertinus, qui filium ex contubernali in ſeruitute ſuſtuliſſet, à domino vel ſimul cum patre, vel poſtea manumiſſum, an filij appellatione exaudierint veteres, quæri poteſt, & monumentum Piſauri vetus extat, AGABORIVS FELIX VIVVS SIBI FECIT ET MINDIAE EPITEVXI CONIVGI KARISSIMAE ET INCOMPARABILI ET MINDIAE CLAVDIANAE FILIAE NATVRALI LIBERTIS LIBERTABVSQ. ET POSTERIS. Quo exemplo manifeſtum fit liberam non fuiſſe Agaborio ab Epiteuxi coniuge natā Claudianam, cui ſuperfluò naturalis nomen additum fuiſſet. Vnde colligo creatā in contubernio, & à patrono vel ante patrem, vel poſt patrē, vel cum patre manumiſſam dici naturalem: & ad idem Trebatius, l. vlt. D. de iu. deli. dicebat, filij appellatione naturalē libertinum contineri, cū quo Papinianus, l. cum pater, § volo. l. 90. § Damæ. de lega. 2. l. ex facto. § ſi quis rogat. 1. D. ad ſenatuſconſ. Trebel. & Triphoninus ſentiunt. Labeò contra: cùm filio libertino & impubere, inſtituto, Dama liber eſſe à teſtatore iuſſus fuiſſet, ea conditione, Si mihi filius nullus erit, qui in ſuā tutelā veniat: quia eo loco verum filium accipi oporteret, inquit. Ideoq; Iabolenus, ſi non appareat quid ſenſerit teſtator, Labeoni ſubſcribit, vt Dama libertatē conſequatur: quod malè Caſtrenſis accepit, & peius interpretatus eſt. Sanè id illo in caſu probant, ne libertatis exitus impediatur, quæ nō priuata, l. 53. D. de fid. lib. l. 10. de teſt. tut. ſed publica res eſt: alibi verò ipſemet Labeo, l. 4. ext. D. de in ius vocan. parentes, qui in ſeruitute ſuſceperint, nomine parentum exaudit: ergo & in filijs idem probat, vti reciproca ſunt & relata pater & filius. Ego verò arbitror verbis legis aut edicti, non niſi ex ſimilitudine, d. l. 4. rationis, huiuſmodi filios ſub enunciatione filij contineri: at in cautione hominū voluntatis quæſtionem puto, & ex dignitate, & ex voluntate, & ex conditione perſonarum conijciendum, Vlpianus non diſſimiliter ſcribit, d. §. ſi quis rogatus. 1. Alijs placuit diſtinguere fauorē ab odio, vt in re fauorabili benignè naturalis pro filio accipiatur, Pap. lib. 21. tit. 3. Areſt. 2. in odioſa non item, qua de re cum pompa ampliſſima, longiſſimi tractatus extant ſcriptorum, qui dum ex legibus ſapere tantum debuerunt, in opinionum ambages ſeſe, & alios in ſuperuacuas difficultates conieceerunt. Nunc de multiplici filiorum ſpecie, ex ordine colligamus, quos approbarint leges, qualeſq; ad Ius liberorū profuerint. Primùm, adoptiui ſiue legitimi filij, quos ſibi quiuis adquiſititios parat, an Ius liberorum ſuppleant, ſi in diſceptationem cadat, tenenda ſunt menti verba Taciti lib. 15. Percrebuerat (inquit) ea tēpeſtate prauiſſimus mos, cùm propinquis comitijs, aut ſorte prouinciarum, plerique orbi fictis adoptionibus adſciſcerent filios, præturaſquè & prouincias ſortiti, ſtatim emitterent manu quos adoptauerant. Qui magna, &c. Factum ex eo ſenatuſconſ. ne ſimulata adoptio in vlla parte muneris publici iuuaret, ac ne vſurpandis quidem hæreditatibus prodeſſet. Verum in ſenatuſconſulto adoptionis veræ nulla facta mentio eſt, at de vtraque generaliter Vlpianus, l. 2. D. de vaca. mun. dixit, Adoptiui filij in numerum non proficiunt eorum liberorum, qui excuſare parentes ſolent. Inde in tutelæ remiſſione nō proſunt adoptiui liberi apud Triumuiros, §. 1. ver. ſed adoptiui. de excuſ. Ita verò ſe excuſaturo patri ſunt inutiles, vt legati commodū in tempus liberorum, l. 53. ext. de leg. 2. percepturo non proſunt. Vnde neutri cōſulum prius datos faſces ob adoptiuos liberos putem, neque prærogatiuam candidatis. Ratio verò cur excuſationem non adiuuent, ponitur à quibuſdam in eo, q Reſpublica munificib. fraudari poſſet, adoptionis commento, l. 74. D. de cond. & demonſt. vt loquitur Papinianus, id eſt, factitijs ex arte, & fictitijs liberis. Mihi videntur adoptiui liberi, extra legis propoſitum, quæ liberis hominibus repleri, & ampliari, l. vlti. D. de bon. damn. imperium deſiderat, & ideò legitimo patri non prodeſſe, argu. l. his. C. qui mili. poſ. quia naturali faueant. Vno caſu an adoptiuus proſit, ſubſiſti poteſt, cùm auus paternus, qui filium emācipauit, nepotem ex eo ſibi adoptione fecit filium, vbi naturalia ſanguinis & ciuilia adoptionis iura concurrunt, nepotem huiuſmodi auo acquirere, quę poſſunt acquiri, & prodeſſe, l. pen. § ſi verò. C. de adopt. conſtitutio Iuſtiniani principis ait. ſed magis eſt, quoniam lex nepotem filium efficit, licet non repugnante natura, vt auo ad Ius liberorum non proficiat. Et hoc habet rationem, ne idem duos, patrē naturalem, & auum, patrem factitium adiuuet, neue fraudibus, ad commoda percipienda, & onera fugienda aperiatū via, qua filius & nepos Ius liberorum afferrent, ne item nepos inter natos viuo patre, eodemq; filio in hac quæſtione proſit auo, quod nuſquam proditum, l. 2. §. *[illegible]*. D. de excuſ. d. l. 2. C. qui nu. lib. ſe excu. eſt, imò contrarium præceptum. Sanè imprudentem orbum exiſtimabat, Stobæi Ser. 74. Sophocles, qui alienos liberos in domum aſciſceret ſuam, eorum etenim nullum ius, nulla vis, nulla vtilitas erat, quo verſus Euripidis,

[illegible Greek verse]
[illegible Greek verse]

Igitur ad Ius natorum naturalibus liberis opus eſt, quos & legitimos diximus, vbi illegitimis opponuntur. Teſtem verò, qui eleuari non poſſit, euoco Modeſtinum, ibi, d. l. 2. *[illegible Greek]*, &c. quæ ſic Latinè redduntur, Legitimos autem liberos eſſe oportet omnes, qui debent patri remiſſionem muneris afferre. Multa hic cauſa breuitatis omitto, dum ita ex partium remotione colligo, Neq; adoptiui liberi, neq; illegitimi legibus probantur, vt patri proficiant, ergo naturales & legitimos eſſe oportet eos, quibus leges fauent. De adoptiuis diſputatum eſt, de illegitimis, quos & naturales diximus, paucis videamus. Si liberos legitimos exigit Modeſtinus, ergo illegitimos improbat, neque Iuriſprudentem Sophocleum illud mouit, nothos exæquans legitimis,

[illegible Greek verse]

Augeri etenim non incertis liberis rem publicam, ſed multis hominibus legitimè progenitis frequentari leges noſtræ, l. 2. ext. C. de indi. vid. tol. deſiderant. Quod ſi illegitimi, ſiue, quos vocant, naturales tantùm, à ſola natura cogniti, ſubſequenti matrimonio, l. cum quis. & ſeq. C. de natu. lib. legitimi fiant, videtur procliuius, vt patri proſint. Idem dicendū, ſi principis reſcripto fiant legitimi, modo ne hi ſint, qui nec nomen naturalium, auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt. ex parentum nefario ſcelere mereantur. Vereor tamē ne hæc nō vera ſint, eo ſolo quod leges nullæ, ſiue veteres, ſiue nouæ, vbi Ius legitimorum naturalibus largiuntur, parentum rationem habent, & omne earum in eo ſitum eſt ſtudium, omnis legum mens & cogitatio, vt filijs natiuitatis maculam abluant, & notam iniuſtæ procreationis tollant, ne filij, qui non peccauerunt, ab alijs diſcriminentur. Illud ſi propoſitum eſt legibus, vel in omnium ſilentio Iuſtiniani Nouellis, conſti. 74. & 89. indicatum, nulla occaſio eſt, cur legitimos factos adiumento aut leuamento patri eſſe dicamus, qui liberos tollere ex peccato, & ex voluntate carnis maluit, quàm nuptias legitimas contrahere, vel eo dūtaxat iucundas, quod nuptiarum inexpertus Paſuncius cōfeſſor, Tripert. 2. ca. 4. non minus honorabiles, non minus amabiles, quàm cęlibatum exiſtimauit, & caſtitatem cum propria coniuge dicens, concubitum, in Synodo Nicena laudibus ampliſſimis in cœlum ideo euectus fuit. Sanè ſi probamus genitoribus ad Ius liberorum proficuos illegitimos natos, vbi princeps illis ſordes natiuitatis ademerit, prouentes ad libidinem homines, in peccato deliteſcentes, & diuitijs floreſcentes, ad negligenda matrimonia inuitamus, eo ſteros, vbi ex concubina filijs ſublatis, Ius legitimorum à Comite (ſi dijs placet) Palatino alioue principe exorauerint, ſe iuſtos filios & veros, ſine vxore, ſine matrimonij oneribus, & Ius liberorum, irritis legibus habituros. Hac de re videre eſt qd Patritijs doctoribus, ad l. ſi quis ita. D. de leg. 1. placuerit, ego contentus ſum meam ſententiam protuliſſe, de qua periti ores iudicabunt.

Liberos

Liberos incolumes eſſe ad Ius natorum oportere, & in obſidione mortui qui intelligendi apud Vlpianum: an item religioni addicti aut pœnæ proſint, & quo tempore viuos filios exigant leges, quoque mortuos negligant, vetus quæſtio tractata, & Vlpiani ſcriptum Conſtantinique reſcriptum explanatum.

Cap. XLIV.

Conſtituti iuris eſt igitur filios, qui ius liberorũ parentib. aſſerunt, naturales & legitimos eſſe oportere, nec patrib. alterutrius duntaxat ſpeciei ſufficere. Quod in matrib. non ſemper verũ eſt, & vt plurimùm eis vulgò quæſiti proſunt, & eas, ſiue ex iuſtis, ſiue ex iniuſtis nuptijs, ſatis eſt peperiſſe. Diſpiciamus aũt ne non ſatis ſit filiũ natura & lege ad parentes attingere, an quedã amplius exigantur. Imprimis leges ferè omnes, quę ius liberorũ tribuũt, ſuperſtites liberos deſiderant, quo illud Vlpiani, l. 2. D. de vac. mu. Incolumes liberi, etiã ſi in poteſtate patris ſui deſierint eſſe, excuſationem a munerib. ciuilib. præſtant. Idẽ dixeris vt in prærogatiua honoris, aut cõmodi capeſſendi proſint, ſi de eo diſceptatio in cognitionẽ cadat. Hæc verò in patre magis q̃ in matre vera ſunt, vt plerunq; fęminas ſufficit in hac quæſtione peperiſſe: quũq; tamen patri gratiã leges fecerunt, l. 37. §. 1. de oper. libert. & amiſſi liberi adiumẽtum importarũt, & ſingula de ſuperiorib. exempla obſeruata, ſingula teſtimonia puto. Sed cũ filios incolumes requirimus, excipere licet illos, qui in acie mortui ſunt, l. bello. D. de excuſ. l. vlt. D. de vac. mun. q pro Republica, pro patria cadẽtes, perpetuo viuere intelliguntur, & certe gloria immortales, volitant viui per ora virum. Ponas tamen indictum bellũ ciuitati, & hoſtiles copias illam obſediſſe, an qui à muris, portis, domib. delubris Diuorũ, ſacris tum publicis, tum priuatis, hoſtem irrumpentem auerterit, nõ debeat vt bello iuſtiſſimo amiſſus, parentib. ſuis prodeſſe? Et Vlpianus negat, fortaſſe q non tam publicæ ſalutis gratia, quàm proprię tuẽdæ cã, in obſidione pugnetur ab obſeſſis, indeq; non tam p re publica videntur interire, q moriuntur, quàm pro re familiari & priuata tuenda. Alio quoq; trahuntur verba iuriſprudentis, vt quæratur in obſidione, ſi quis inter obſidentes ſtipendia merens, intereat, an ad parentũ commodũ viuere videatur, q ſi in animo Vlpianus habuit, cur ipſe negauerit, peritiores explicent, mihi certè non liquet. Quid vero ſi filium religioni pater addixerit, an, Bñdictinus puta, vel Franciſcanus, dũ reb. ſeculi §. diſtrahitur. Nou. de his qui ing. nup. mortuus dicitur, dans ſacris operam, viuere patris emolumento intelligantur? Mouet dubitationem, q ſeruis filij ſacris addicti æquiparentur, a primoribus autoritate Innoc. c. cũ olim. de priuileg. Bal. l. 4. C. commu. de ſucceſſ. ictib. §. 1. inſt. de excuſat. & excellentib. prudẽtia viris, ſed magis puto, vt nihilo ſecius filius huiuſmodi patrem adiuuet, ſibi enim ipſi tantũ mortuus fingitur, q tacite, vel expreſſe ſeculo renũtiauit, at alijs non itẽ. Licet vero ſeruis compareтur, & filij ſerui facti non ꝓſint, vt ſuperius in tutelæ excuſatione c. 17 diximus, q̃ vt ſimilia conferuntur, neq; eadem, neq; in omnib. ſimilia ſunt. Quid verò dicendũ, vbi capitalis pęna filium patri ſubduxit, & ſeruũ pęnæ effecit, cui miſerrima relicta vita, libertatem eripuit, proficiat necne is filius, inter maiorũ gẽtium Bal. & ſeq. l. deo nobis. C. de epiſ. & cler. ſcriptores cõtrouerſæ diſceptationis eſt, is mortui loco, l. 1. §. vlt. D. de bon. poſſ. cont. l. ſi necem. D. de bo. lib. habetur, is ſeruus pœnę dr, & filij ſerui facti nõ proſunt, qa liberi homines nõ ſunt, at neq; vere mortuus eſt, neq; ingenuus §. quod autẽ prius. Nouel. de his q iter. nup. ſeruus pęnæ fit amplius, vñ verius dixerim hoc caſu filiũ patri prodeſſe. Neq; verò in iuris liberorũ quęſtione mares filios a fęminis leges diſtinguũt, l. vlt. l. C. de his q nu. lib. exc. mer. nec nos diſtinguere dẽmus, etſi maſculos vtiliores ſe pręſtare reipublicæ ducat Theophilus, §. cæterũ. inſt. de leg. agn. ſuc. q aut bella gerant, aut ſacra faciant, aut publicis munerib. fungantur: illis eñ deficientib. mulieres fęcundæ alios ſemper ſuppeditant & ſufficiunt. Gñaliter autẽ illud probandum eſt, de incolumib. & ſuperſtitib. liberis nõ referre, ſint, dum de iure eorũ gratia fauorabili agiť, anteue fuerint in poteſtate, l. 2. de excuſ. modo liberi ſint, neq; ſeruitutem ſeruiãt. Plane ſi pater eos in adoptionem dederit, adhuc naturali patri, §. 1. inſt. eod. non autem adoptiuo proſunt. Hæc verò nihil ad matres attinent, ſed enixæ liberos fere ſemper nati indiſcriminatim proſunt illi, quæ quantum in ſe fuit, liberis hominibus replere voluit ciuitatem. Præterea de incolumibus liberis eſt hoc ex iure conſtituto, d. l. 2. oportere iam tum eos eſſe, cùm ius natorum prætendit pater: neque enim proderunt, qui ante nati & mortui, vel poſtea ſuſcepti ſint, autore Modeſtino. Verum qui filij ius liberorum attulerunt, ſi poſt decretum moriantur, an pater nihilominus Iure Datiuo potiať, vetus quæſtio eſt, quam Ioan. Andreas tractauit, ad c. decer. de regu. iu. 6. Fab. l. 1. C. qui nu. lib. pleniſſimè. Ego arbitror diſtinguendum, ſi cõmoda & honores percepit Iure liberorum pater, & liberi deficientes nihil mutant, data enim legib. ſeruanda, d. l. vlt. C. de his qui nu. lib. excuſ. ſunt: ſi munerum vacationem obtinuit ob liberos, inuenio poſſe diſcriminari munera patrimonij & perſonæ. Illorum excuſatio perpetua non eſt, l. 4. § j. D. de mu. & hon. l. 10. §. auctis. de vac. mun. ſed nuda tantùm muneris vacatio, exiguior & temporaria. Perſonalium verò plenior vacatio eſt, qua donati, quandiu vixerint, l. eã. C. de excu. mu. perfruunť, & his facilius vel cum minore incõmodo carere Reſpublica poteſt. Sanè quotiens patri munerum proba excuſatio eſt, vnum obſeruat, an filij ſint ętatis legitimæ, l. 1. 2. C. qui ata. vel prof. l. ad remp. D. de mun. id eſt, 55. ann. quales exigunt leges, qui munera pro patre obire poſſint, tum enim patri promiſſa legibus immunitas ſeruať, vt Conſtantius Magnus, l. vlt. C. de his qui nu lib. excuſa. mer. l. 1. eo. C. Theod. ad Dalmatium reſcripſit, & Reſpublica nec quicquam detrimenti capit, cùm eius vtilitates minimè deſeruñť. Eo ſpectant illa Vlpiani, l. 4 D. de vaca. mun. Quãuis, inquit, maior 70. annis, & 5. liberorum incolumium pater ſit, ideoq; à muneribus ciuilib. excuſetur, filij tamen eius ſuo nomine cõpetentia munera agnoſcere debent. Ideò enim proprium præmium immunitatis propter filios patrib. datum eſt, quod illi ſubibunt. Inde patris vacationem filijs non prodeſſe, vt perſonalia non excedunt pſonam, Franciſcus Accurſius & Bartolus exiſtimauerunt: qđ non omninò falſum eſt, ſed Vlpiani ſcripto minimè accommodari poteſt. Quamobrem filiosfamilias patriæ munera ſubire patrum nomine putem, & patrum periculo, vtpotè paternis facultatibus onerib. functionum obnoxijs, quę verba ſuo, & proprium præmium, Latinè ſcientibus arguunt. Hoc caſu pater in filij perſona munera ſuſtinere compelliť, & muneribus filij & honorib. conſentire, itemq; patrimonium oneri adminiſtrationis & functionis ſubijcere, quãuis aliàs nõ cogeretur, d. l. 3. §. quod pater. §. ſi duo. Quod ſi ſcripto prudentis alia aptetur interpretatio, vt filij ſuo nomine & proprio, munera impleuerint, vnde Reipublicæ cautum fuiſſe dicemus, cùm nec emancipati fuerint, neu pater conſenſu adhibito, functionum oneribus patrimonium ſubiecerit? Placet igitur filios pro ſuo patre obeundis munerib. apud Vlpianũ applicari, ſicut præcipit Conſtantinus. Equidem ex his, vt in Iuſtinianeo codice referť, epiſtola Cõſtantini ad vmbilicum luce donata eſt: ſed quod in Theodoſiano caput habet, adijciendum quoque videť: vt ſcilicet, poſt tam multa legũ reperta de liberorum ſtatu, à iudice ne qui Ius liberorũ prætendit ſibi vindicare, alienos liberos in iudicium deducat pro ſuis. Qua de re Imperator ait, Quoniam cognouimus nonnullos vacatione à nobis perſonaliũ munerũ impetraſſe, alienos pro ſuis liberis noſtris conſpectib. offerentes, iubemus eos, cùm hoc probatum ſit, indulto beneficio priuati: ne ſcilicet fraus illi patrocinet, & cõmodum afferat. Hæc de liberis Imperatorio conſpectui oblatis ſcripta ſunt, cum à principib. nihil ad gratiam colligendam prętermittentib. Iuris liberorũ ſibi vendicandi patres licẽtiam peterent, quod præ ſe ferunt illa eiuſdem conſtitutionis verba, impetrata ſemel vacatione potiri. Sed iniquam & ambitioſam fuiſſe neceſſitatẽ Iuris liberorũ poſtulandi à principe diximus, cap. 2. ſuprà. Honorijq; & Theodoſij legẽ omnib. qui liberos haberent (ſic Accurſium imitati, Glo. l. vlt. verbo omnes. C. ſine cenſ. vel rel. ſun. Barba. conſil. 1. nu. 58. lib. 2. eam interpretati ſumus) impetrationẽ Iuris natorũ remiſiſſe. Licet verò ſublata ſit impetratio, nõ ideò magis ob ſuppoſititios liberos alienos, impoſtor ex fraude iuris habebit, æquitatis enim & cauſæ cognitio, citra caput Conſtantinianæ legis, ex ſcriptis Vlpiani, l. 1. de vaca. mun. adſueta iam & familiaris eſt iudicib. ius liberorũ decretutis. Quamobrem aut legitimũ teſtimoniũ producendũ eſt ad Tribunal de liberorũ ſtatu & conditione, aut filij in conſpectũ iudicis deducendi, quo caſu ſicut imperatori offerebant olim, ita & nũc offeruñť iudici, ne penitus deductio illa vetus interijſſe dicať, q ſi nequitia vel teſtium perfidorũ, vel alienæ ſobolis, prudentia iudicis peſſimo exemplo circunſcribatur, adhuc definitioni Conſtantinianæ locum putẽ, ne gaudeat priuilegio quod fraude nixus eſt conſequi, ſine iure, ſiue iniuria. Similia hic ſubijcerem multa, niſi iam riuulus claudendus & libellus concludendus eſſet, & adhuc aliqua reſtarent, q̃ fidei noſtræ exoluendæ & præſenti operi ſunt magis neceſſaria. Sanè ex his Ius Datiuum, quod cęperam explicare, ad exodium deduxi, cuius colligens fragmina, quæ vel hominũ improbitas diſſiparat, vel, vi alio culpa deriuetur, formaę vis è gradu priſtino deiecerat, quædam capita conſtitui,

quæ

quæ ſi ſequantur vel non improbent, qui ſimile argumentum executi ſunt (id autem ſperandum ſtudioſis & materiæ vbertas ſuadet, & noſtræ ſterilitas tractationis) nõ omnino malè oleum & operam mihi videbor collocaſſe: apertis interea locos vnde alij ſumere, & vbi, pro ea quæ eſt in occultiſſimarum rerum indagatione oblectatio, ingenioſi ad Iuris pop. Ro. cognitionem accenſi, veteris politiæ & peritiæ ſtatum poterunt ſcrutari.

De natorum Iure Impetratitio, eiusque & Datiui diſcrimine deque forma impetrandi, & eius prima in vſum deductione. Cap. X L V.

Datiuo Iure liberorum exacto, pergo de Impetratitio dicere, memor pollicitationis meæ: & hoc ferè diximus eſſe, quod motu proprio, nulla ſuffragante veteri lege, his tribuebat princeps, quib. ſola ratio miſericordię patrocinabatur, ſiue ſolitarij, ſiue orbi liberis eſſent. Equidẽ illud petitũ, & oratũ, multa ex ſuperioribus arguent, d. l. 1. de his qui nu. lib. ex. mer. C. Theod. ꝙ preces à liberorũ patrib. funderent: ſed non ideò minus Datiuũ dici debet, cũ leges id darent: licet imperioſi principes, quo Maieſtas auguſtior elucerer, in omnib. & per omnia conſuli ſe vellent, legib. ante litis albũ calculũ approbationis adducturi, in quorũ placito vis legũ, & iuris autoritas reſideret. Illorũ tẽporibus leges, quæ multa cœlibes notauerunt, parentes præmijs honorauerunt, dicebant, & verè, fundamenta reipublicæ, qa ſeminariũ iuuentutis, & quaſi fontẽ humani corporis, ſemp Romanis exercitib. miniſtrarent, vt legimus in Panegyrico ad Conſtantinũ. Tũ qui liberis carerent vulgo, non ſolũ contẽpti, deſpecti, & inuiſi erant, quod de Galba refert Plutarchus, ſed & ſuis hæredibus, quos melius merentes oportuit: vnde illud Statij ad Maximum lib. Syluarum IV.

Orbitas omni fugienda niſu,
Quam premit uotis inimicus hæres.

Ad ea ſanè, quamquam multa reſtent, ſunt à nobis multa profecta, & prius q̃ de Impetratitio natorum iure tractaremus, ſicut prius Datiuũ in Republica Romana locũ habuit, cui liberis ex mulieribus ſublatis conſultum eſſe voluerũt, l. 178. ext. de decurio. C. Theod. vt ait Conſtitutio. Laudatã à Plinio Epiſt. IV. Aſinius Rufus, functus officio optimi ciuis, ꝙ fœcunditate vxoris largè frui voluerit, cuius laudationis ſuaſiones cõplurimas videris poſt, lib. 56. Dionem in Collectaneis Stobæi: ſed qui, vt ipſe Plinius, duplici matrimonio aut multiplici, ſterilitatẽ expertus, fœcunditate illa frui non potuerit, ei Ius liberorum Impetratiuum reperio neceſſarium fuiſſe. Igitur infœlix deſolatus orbitate adibat principem, & ſupplicem illi porrigebat libellum: quod Martialis ad Dentonem, lib. 8. Epigram. 31. expreſſit,

Neſcio quid de te non bellè, Dento, fateris,
Coniuge qui ducta iura paterna petis.
Sed iam ſupplicibus dominum laſſare libellis
Deſine, & in patriam ſerus ab Vrbe redi:
Nam dum tu longè deſerta uxore, diuque,
Tres natos quæris, quatuor inuenies.

Quod is ait, Coniuge ducta, innuit maritis & vxorẽ habentibus non fuiſſe adeundũ principẽ ad ius natorũ exorandum, & meliùs illos de liberis procreandis cogitaſſe. Sanè Dentoni ridiculũ fuit non priùs Veneris dulcia dona experiri, & tentare fœcundamnè duxiſſet vxorem, quàm ad Impetratiuum Ius properaret, quod voluit Martialis, non maritos ab impetratione remotos ſignificare, illoq; ſpectat Epigramma ad Fabulum, 68. lib. 9.

Vxor cùm tibi ſit formoſa pudica puella,
Quid tibi natorum iura Fabule, trium?
Quod petis à noſtro ſupplex dominoque, deoque,
Tu dabis ipſe tibi, ſi potes arrigere.

Idem autẽ ad vxorẽ ſibi ius natorum roganti à Cæſare datum ſcripſit, cùm vetaret illum fortuna è coniugio fieri genitorem, quare ad Cæſarem, lib. 2. Epig. 91. & 92.

Quod fortuna uetat fieri, permitte uideri
Natorum genitor credar ut eſſe trium.

Sed ſi ſupplicibus libellis Domitianũ laſſabat Dento, ſine cauſę cognitione impetratiuus fauor cõcedebatur: neq; uero gloſſ. omnia quæ, de regu. iu. negotijs, quæ cauſæ cognitionem deſiderarent, libelli ſubſcriptio ſatis erat: & hoc eo mirandũ magis, ꝙ facilius, aut ſaltẽ cum minore ſolẽnitatis vmbraculo, Ius hoc natorum, q̃ Datiuum illud tribueretur, in quo neceſſario diximus de cauſa cognoſcendum fuiſſe. Attamen ne facilitate nimia, aut paſſim & ſine delectu, ius hoc conceſſum orantib. putemus, facit placitum principis, qui in Datiuo leges è veſtigio ſequebatur, & quãuis poſſet quicquid vellet, nõ volebat in illo tribuendo, niſi quod per leges liceret: nullę autem in impetratitio præibant principi leges quarum veſtigia implere teneret, ideo difficilius erat exoratu, cum ab eius nuda voluntate penderet, compoſne fieret an impos voti, q ius, de quo agimus, poſtulabat. Hæc vero illuminant Suetonij verba, Galb. 14. vbi de Galba ſcribit, iura trium vix vni atque alteri, ac ne his quidem, niſi ad certum, præfinitumque tempus, dedit. Verum impetratiui exorandi, maior quàm Datiui difficultas, cum facilitate penſabatur, qua preces nixas veritate in hoc caſu, ſicut in illo, apud iudicem docere nõ oportuit. Planè modo, quo retulimus, & ab illis quos protulimus, peti ſolitum, & à principibus ex animo concedi Ius Impetratiuum, ab Octauio Cæſare in fœminis primum cœpit. Cum enim Vrbis exhauſta frequentia, propter multitudinem eorũ qui bellis ciuilibus interierant, C. Iulius Cęſar dictator perpetuò (ſic illum plũbeus nũmus appellatum docet) præmia poſuiſſet, Dio. lib 43. ijs, qui multos liberos procreaſſent, & nihilominus cœlibes ſterilem patriam & infęcundam reddentes cuniculis proderẽt, viris & virib. nullos gignentes orbarent, nec per nuptas fœminas ſtaret quin liberorum matres fierent, Octauius Auguſtus poſt edictum à Iulio euulgatum anno XXXVj. Druſo Tyberij & Liuiæ filio diem in Germania functo, funere curato & collatis honoribus, Liuiam iam coniugem ſolatij cauſa ſtatuis donauit, & in matrum, quæ ter peperiſſent, numerum retulit: quib. enim, refert Dio. lib. 55. vel viris, vel mulierib. fortuna tertiam prolem non conceſſit, eorum nonnullis tamen lex quædam à Senatu primum, nunc autem ab Imperatore etiam lata ius trium liberorum largitur, vt neque mulcta ea, quæ ſterilibus eſt propoſita, teneantur, & paucis duntaxat exceptis, copioſæ proli conſtituta præmia omnia adipiſcantur: poſt hæc ſequẽtia tempus edax corroſit, & trunca ſunt ſcripta Dionis quæ ad hoc ſeculum, & quæ ad manus Xiphilini peruenerunt. Sanè ius Datiuum ingenioſis ſpecies hæc præ ſe feret: ideo vero Impetratitio accõmodo, ꝙ ex motu proprio principis, certo ſcientis Ius natorum illi non cõpetere, in ſolatium tributum fuerit Liuiæ, vt orbatæ Druſo filio ſuauiſſimo, nec iuſtũ numerum natorum habenti, cũ Tyberius, qui deinde imperator fuit, alter filiorum duntaxat ſuperuiueret. Quod refert Dio antea Senatui placuiſſe, nunc autem ab Imperatore, &c. de Auguſto intellexeris, an de Alexandro, quocum ipſe II. Conſul fuit, vt incompertum, in medium relinquam. Hoc vnum ſcio, 22 annis ante legem Iuliam & Papiam, orbis & viris, & mulieribus, Ius trium liberorũ conceſſum, quo Iulio Cęſare auctore nupſiſſent, timentes legem, quæ de coniugij expertibus lata fuerat. Similiter quoq; eadem præmia quæ matribus liberorũ ijs, quæ perpetuã virginitatem ſeruarent, data, Dio. lib. 56 accepi, ſed hæc planè Ius Impetratiuum non conſtituunt. Ego arbitror in veteri Republica, cũ plerique nitebantur vt numerus liberorũ in candidatis præpolleret, quod lex, Tacito teſte, lib. 2. iubebat, potitos primũ honoribus, qui liberos ſuſtuliſſent. Deinde ſteriles mariti & honorũ cupidi, cõmentitia adoptione & leges & patres candidatos circumuenerunt. Cui obuiam ituri patres, magna cũ inuidia Senatũ adeunt, ius naturæ, labores educandi, aduerſus fraudẽ & artes & breuitatẽ adoptionis enumerant. Satis pretij eſſe orbis, quod multa ſecuritate, nullis oneribus, gratiam, honores, cuncta prompta & obuia haberent, ſibi promiſſa legũ diu expectata, in ludibriũ verti, quando quis ſine ſollicitudine parens, ſine luctu orbus, longa patrum vota repentè adæquaret. Factũ ex eo Senatuſconſ. ne ſimulata patrũ adoptio in vlla parte muneris publici iuuaret, ac ne vſurpandis quidem hæreditatibus prodeſſet. Quib. ſub Nerone, Tacit. 15. Romæ agitatis, ſi non profuit adoptio ſimulata, vera igitur orbos adiuuit, vt iam naturalib. liberis opus nõ fuerit, cum adoptiui ſuffecerint. Inde ſi mortuæ legis ſolẽnitas fœcundo patri ſterilẽ exæquauit, principi videtur ad gratiã colligendã aperta via; qui ſi lex viua, Nouel. de conſul. ext. l. 5. C. de iu. fil. ſi vigor iuſtitiæ eſt, nihil minus (ne plus dicã) potuiſſe videri debuit, quàm lex mortua, ſilens & muta. Vnde ſicut in caſib. Senatuſcon. aut legibus prohibitis principale, quod aiũt diuinũ, impetrare beneficium licuit, l. ſi tutor, C. de interdi. matri. l. 1. ext. D. de ope. publ. in hac ſpecie cõſimili iure frui debere, æquabiliter viſus eſt, à principe fictus & factus pater, ac ille qui ſibi fictitios liberos legis commento & adoptione adſciuit. Neque vero lex candidatis patrib. prærogatiuam tribuens, principum voluntate poſteriore, quam legem, l. 2. D. de conſtit. princ. nemo negauerit primũ agitari cœpit, quæ victa fuerat ſine dubio, in Senatus diſceptatione, cũ Haterius Agrippa Germanico & Druſo fautoribus, Tacit. 2. in locũ demortui Vipſanij prætoris ſuffectus fuit. Sic vbi agere pro ſuo arbitrio, etiam præter legum pręſ-

tenpta,

ſcripta, principes potuerunt omnia, florentium legũ æmuli, cum illis placito contenderunt, & facile certè fuit vincere non repugnantes: dum autem principes voluntate duce, iure natorum orbos donauerunt, ſicut leges ratione duce patrib. ſobolis gratia fauerant, Impetratiuũ natorũ Ius cum gliſcente Imperatorũ faſtigio in vſum deductũ conijcimus.

De Impetratiuo Iure communi, explicatus Vlpiani locus, & Iſidori alter, agitataq; Honor. & Theodoſij conſtitutio. Cap. XLVI.

Sanè à principibus ſolitarij & orbi coniuges Ius liberorum exorauerunt, aut Cõmune, id eſt, numero filiorum addito nullo, & ſine diſtinctione liberorum duorũ aut pluriũ, aut Speciale & nominatim expreſſum liberorũ trium, de quo initio conqueſti ſumus: at ſingulatim vnumquodq; proſequamur. Illud ſimpliciter & indefinitè poſtulatũ & exoratũ ſic appello, vetus monumentum ſecutus, cuius inter deficientes literas, hæc Piſauri veſtigia reſtant, ſi rectè ad nos exſcriptum peruenit, ... CVI IMP. .... IVS COMMVNE LIBERORVM CONCESSIT. L. D. D. D. Sed non legitur in libris prudentum indiſtinctè & generaliter natorũ Ius petitum, quin trium exaudiri debeat, præterquàm apud Vlpianum De ſolidi capacitate inter virum & vxorem, Epit. tit. 16. Aliquando, inquit, vir & vxor inter ſe ſolidũ capere poſſunt: velut ſi vterque, vel alteruter eorum nondũ eius ætatis ſit, quã quidem exigit: id eſt, ſi vir minor annorum 25 ſit, aut vxor annorum 20. minor. Item ſi vtriq; lege Papia finitos annos in matrimonio exceſſerint, id eſt, vir 60. annos, vxor 50. item ſi cognati inter ſe coierint vſq; ad ſextum gradum, aut ſi vir abſit, donec abeſt, & intra annum poſtquam abeſſe deſierit, libera inter eos teſtamenti factio eſt, ſi Ius liberorũ à principe impetrauerint, aut ſi filiũ filiamve, &c. Cùm à cælibib. maritos mulcta relictorum ſecreuit Auguſtus Cæſar, teſte Dione lib. 56. annuo ſpatio præſtituto, intra quod qui præceptis eius morem gerere cœpiſſent, culpa vacarent, factum eſt quoq; lege Iulia & Papia, ſicut ex Tertulliano dicebamus, vel virorum prudentium ad eas interpretamentis, vt maritorũ inter ſe diſcrimen eſſet, eũm patres liberos habentes, relicta quæcunq; meruiſſent, ex vxorum teſtamento capeſſerent, & mariti ſolitarij, aut orbi decimas tantum pro numero liberorum, non item ſolidum capere poſſent, niſi puberem filium vel filiã, trimoſve duos, aut nouem dierũ tres natos habuiſſent; quæ ſuperiùs à nobis illuminata in lucem emergunt. Hinc ſciri poteſt gratiſſimos liberos priſcis legibus, & eorũ coniugẽs deſiderantiſſimos fuiſſe, puta vel tum maxime, cũ Neroni ex Poppæa, Tacit. 15. nata filia fœcunditati Romæ templum decretum à Senatu fuit, Memmio Regulo & Virginio Rufo Conſſ. Verum legibus ſoluti principes, ſupplicibus gratificantes, ius propriũ, quibus placuit, communicarunt, & legum gratia, ſicut ſibi ipſis lege Regia facta fuerat, deprecatorib. fauorabiliter fecerunt. Inde quàmuis neque filium neque filiam nouendio ſuperſtitem habuiſſet, qui Ius liberorũ ſine liberis à principe impetraſſet, decimas potuit capere: item qui neq; puberem filiũ, neque filiam, neque duos trimos, neque tres nouendiales habuiſſet, ſi principem oraſſet deſioris beneficio cõcedendo, & exoraſſet, potuit pro eo ac ſi pater fuiſſet, ſolidũ ex vxoris teſtamento relictũ capere. Quæ vetuſti iuris ambages dicuntur Theodoſio & Valent. II. AA. ad Albinum II. Præf. Præt. & Patritium, Nouell. Valent. de teſta. 2. Ideoq; in perſona Leontij V. Spect. & Iucũdæ vxoris eius, ad alios quoq; idem explicantes, neceſſitatem impetrationis iidẽ Cæſares apertiſſimè ſuſtulerunt, Aetio III. & Symmacho Conſſ. licet hunc Tatianum Annales collegam tribuant. Porrò cùm de principis altaribus coniuges peterent, vt prius decedenti ſuccederet ſuperſtes, fuſis precib. petere Ius liberorũ dicebantur. De illo ex Iſidoro lib. 5. talia proferuntur, Ius liberorũ eſt coniugũ ſine liberis inuicem pro loco pignorũ hæreditatis alterna conſcriptio. Quæ definitio, niſi ad hoc Ius cõmune Impetratitiũ, de quo ſermonem habemus, reſtringatũ, non ſubſiſtet, & ex ſuperiorib. de Iure Datiuo & ex ſequentibus de Impetratiuo ſpeciali, minus proba curioſo videbitũ. Sed fuerunt quib. placeret Honoriũ & Theod. II. Ius illud emiſſa ad Iſidorũ P. Vrbi, conſtitutione antiquaſſe, licet Imperatorij reſcripti diſſecta verba, & in duos contiguos, l. vlt. C. de infir. pœn. cœlib. l. 1. C. de iu. libe. titulos collata ſint, quæ ad eundem ſcripta, eodemq; die, & ab eodẽ Conſule Varrone ſubſcripta legi poſſunt: vbi fœdiſſimè Varana libri omnes habent, aduerſus Annaliũ fidem. Equidem ſi temporum ratio in latis legibus exigatur, obſeruaui ex Symmachi Conſulatu, veterem impetrationem ſolidi capiẽdi à Valentiniano iuniore & Theodoſio, d. Nouell. l. 1. ſeniore ſublatam. Poſtea anno vndeuiceſimo inuenio Honorium & Theodoſ. iuniorem, d. l. 1. de iure liber. Flauio Varrone & Tertullo Conſſ. omnibus, qui natos ſuſtuliſſent, & educaſſent ſine impetrationis ſolẽnitate, Ius liberorum dediſſe, quale dari antè à principibus ſolebat, cùm ſuo iure vtendi licentiam patres peterẽt: quam quidem ſolẽnitatem etiam ſub Conſtantino obſeruatam eiuſdem epiſtola, C. Theodoſ. de his qui nu. lib. excuſat. mer. l. vlti. C. Iuſtin. eod. ad Dalmatium arguit, ſubſcripta à Criſpo III. & Conſtantino II. Coſſ. Quod autem iidem Cæſares inſcriptores, eadem dies, & idem Conſul ſubſcriptor, de duabus epiſtolis vnam facere videntur, arguta ſanè coniectura eſt, ſed non vera fuiſſet: enim poſt Valent. & Theod. 2. reſcriptum vacua & inanis Honorij & Theodo. II. conſtitutio. Adiuuit præterea eſt amici noſtri: hominis multi ſtudij, & antiquorum ſcriptorũ exquiſitiſſimi, indagatio, qui ex vetere manu ſcripto codice Conſtitutionum Theodoſij, non vnã, ſed duas numero diſtinctas in lib. 8. titu. 16. epiſtolas ad Iſidorũ indicauit: quarũ ſecunda, eſt poſterior De infir. pœnis in Iuſtinianeo codice, & tertia, prior tractatus Iuris liberorũ, quẽ penè iam explicuimus. Neque timendum eſt, quod alij vereantur, ne ſuperflue & inutiliter altera conſtitutio cognominis tractatus in Imperatorio codice, lata à Iuſtiniano videatũ, quæ duntaxat matribus in filiorũ ſucceſſione gratiam fecit, at nihil præterea, vt ſuperius expoſuimus. Itaq; ob oculos ponit, quomodo Nouella Valentiniani derogarit Impetratiuo iuri cõmuni: apparet item vnde illud cõmune dictũ, ꝙ communiter & ex æquo fingeret orbum, & filij 14. annorum, aut filiæ duodecim, & duorum bimorum, & trium nouendialium eſſe patrem.

Impetratiuum Ius trium olim vt fuit conceſſum, hodie quoque dari poſſe, & an perpetuum viuenti fuerit, penſitata Epigrammata Martialis. Cap. XLVII.

Alterum genus Impetratiui iuris diximus ſpeciale, quod ſpecialiter & ſpecialiter nominatim Ius trium, aut quatuor, deprecationis forma, in conceſſione expreſſum haberet. De iure triũ paſſim autores meminerunt: de cæteris ex profeſſo Iulius Paulus in ea receptã ſententia, lib 4. tit. 9. Neque habuit, quæ beneficio principis Ius liberorum conſecuta eſt. Et vbi matrẽ peperiſſe ex verbis Senatuſconſulti neceſſarium fuit, ſignaturæ vicem principis reſcriptum ſubire potuit, in alijs ſpeciebus, ſiue matri, ſiue patri, liberi tres neceſſarij forent; idẽ ſentiẽdum videtur. Vt nihil improbat dicere à ſacratiſſimo Galliarum Imperatore peti ius trium, & quatuor, &c. natorum poſſe, & ab eo rectè concedi & tribui poſſe, quò liberis orbus, vt pater, excuſet à tutela, & à muneribus cæteris. Planè ius triũ à Traiano pro ſe Plinius orauit, & exorauit, cuius extat gratiarũ actio, lib. 10 epiſto. 1. item & pro Voconio Romano ſe conſecutum, ad Priſcũ lib. 2. epiſto. ſcribit, Nuper ab optimo principe triũ liberorum ei ius impetraui; quod, quanquam parcè & cùm delectu daret, mihi tamen tanquam eligeret, induſſit. Martialis item familiariter iuris huius mentionem habet, quod non ſatis accuratè explicuit Domitius Calderinus in Commentarijs. Vtrum porrò ſignificant duo eius epigrammata, quod nemo adhuc animaduertit, in ijs ad Næuolum, lib. 3. epig. 95.

Præmia laudato, tribuit mihi Cæſar vterque,
Natorumque dedit iura paterna trium.

Et ad Iulium, lib. 9. epigram 99.

Rumpitur inuidia, tribuit quòd Cæſar vterque
Ius mihi natorum, rumpitur inuidia.

Ex quibus elicio Impetratitium Ius liberorum trium cum vita principum expiraſſe, & perpetuũ viuenti priuilegiũ minimè fuiſſe: Inſtituerat enim Tiberius, vt donata conceſſaue beneficia à ſuperiorib. principibus rata non eſſent, niſi inſequentes eadẽ cõfirmaſſent, nouoq; quodam quaſi beneficio iterũ ipſi dediſſent, vt ait Sextus Aurelius Victor, à quo in Tito 8. non diſcrepat Suetonius. Inde quod à Tito primũ habuiſſet, à Domitiano Ius natorum orbus Martialis rogauit & obtinuit. Nos eo iure vtimur, vt priuilegia, quæ quis habuit a principe, ſi aſſiduo vſu intercidere non ſinuerit, perpetuo ſeruent & valeant, etſi ſpecialis nulla priuilegij cõfirmatio ſecuta ſit, in qua niſi ob cauſam reſcindere nunquã Dijs licet acta Deum, ait Ouidius, Metam. 14 Amplius cenſuit Faber, ad l. priuilegia. C. de ſacroſan. eccl. confirmatione (ſiue generalem, ſiue specialẽ intelligas) non eſſe opus: tamen vt res ſit in tutiore loco & expeditior, alterutra confirmatio bona & vtilis eſt, vt priuilegiorum, ꝗ princeps nouus confirmauit, maior ſit autoritas. Quæ verò de noua conceſſione,

ſione, aut confirmatione ſpecialis impetratiui cõlectamus, in Communi locum habuerunt, ſi iure liberorum exorato ante mortem coniugis (vt aſſolitũ docuit Valentiniani prolata, Nouel. 1. de teſta. conſtitutio) interea princeps, qui tribuerat, interijſſet: neq; aliàs iam ſucceſſione coniugi ſuperſtiti applicata, neceſſaria confirmatio fuit: ſubitariũ nanq; factũ vt omne eſt, Scrib. ad rubr. D. de acq. poſſ. ius liberorũ vbi hæreditatis aditione conſumptũ fuit, nullus extitit ſub nouo principe reuocationi locus. Sanè de ſpeciali iure triũ obſeruatũ eſt, ius liberorũ ſimpliciter & ſine addito quandoq; dici, l. 8. C. Theo. de bon. proſc. ſed materia ſubiecta vt accipiendũ ſit, apertiſſimè indicat: vbi autem patri aut matri legit tributũ fuiſſe, quod Imperatores ex electione concederent exaudire debemus iure huiuſmodi honoratos, licet orbi & ſolitarij forent, iiſdem priuilegijs ornatos, & immunitatibus donatos, quibus liberorũ patres in enumeratis calib. & conſimilibus vſi fuiſſent. Illud turi impetratiuo quã proximè accedit, quod Octauiæ ſorori & Liuiæ vxori conceſſit Auguſtus, vt ſine tutore ſuis ipſarum facultatibus vterentur, quod ob tres natos matribus datum protulimus.

Fueritne Ius quatuor exoratum à principibus, expenſus Claudius Tranquilli: Statius quoque, & ſuper eo Iulij Pauli ſententia. Cap. XLVIII.

Qatuor verò natorum ius orbis ac ſolitarijs tributũ, non ita paſſim ac ius trium inuenio. Hæc tamen in Claudio Suetonij lego, cap. 18. Naues mercaturę cauſa fabricantibus, magna commoda conſtituit, pro conditione cuiuſque, ciuibus, vacationẽ legis Papiæ Poppæe, Latinis Ius Quiritiũ, fęminis, ius quatuor liberorũ, quæ conſtituta hodie ſeruantur, ait Suetonius, is quidem fędè à librarijs maculatus colo co, & ineptiſſimè à ſciolis diſpertitus in delicatorũ gratiam, cùm perpetua & continua dictione ſcripſerit. Inibi ſteriles fœminas non ſolũ matribus trium, ſed & genitricibus natorum quatuor exęquauit, quò beneficiũ amplius conferre videretur, & plures, ſiue ingenuas, ſiue libertinas, ad rem nauiculariã alliceret. Sic ob nauem tam ingenuæ quàm libertinæ, potuerunt omnia matrum priuilegia duorum, trium, quatuor liberorum nomine, ex Claudij conſtitutione adipiſci. Verùm ſi acu tangenda res eſt, ſecurè non admodũ Impetratitium Ius hoc liberorũ orbis mulieribus datum dici poteſt, vel ex eo, quod non oratum fuerit: neque ſecius Datiuum videri poteſt, ꝙ ob natos datum non ſit, ſed ob nauẽ onerariam. Hoc equidem certum eſt, nauis cauſa ſterili fœminæ ius quatuor tribuiſſe Claudium: neque enim fœcundis opus fuit naue ad priuilegia legum adipiſcenda. Vtinam autem ſic pro certo ſciri poſſet, quomodo pater à iudicandi publico, l. vlt. §. iudicandi. de mune. & hon. munere vacationem haberet, an impetratitij iuris, an Datiui eſſet illud beneficium, ſub eodem Claudio, 15. cuius idem meminit. Si tamẽ expreſſior iuris, de quo fit ſermo, quæratur ſpecies, in fœmina libertina inueſtiganda eſt, vbi ex Senatuſconſul. Tertulliano ius quatuor liberorum ei neceſſarium fuit. Prudentium enim interpretatione ius liberorũ habet mulier, & in illa ſpecie & in ſimilibus, quæ neq; liberos habet, neq; habuit, ſed principis beneficio conſecuta, id eſt, vt habere videretur, qua de re Pauli prolata, c. prox. ſententia eſt. Cæterum niſi hæc inductio quatuor natorum ius exoratum arguat quod non ſatis eſt tutum, mihi de eo conſtat nihil amplius: & ita conſtat, vt ferè audeam aſſeuerare nunquam id petitum, aut à principibus exoratum fuiſſe. Quod verò colligunt quidam ex mendoſo Statij verſu Syluarum IV. ad Menecratem,

-Auſoniæ pater auguſtiſſimus Vrbis
Ius tibi ſex gemina dederat lætabile prolis,

Caſtigati libri Veneti & Lugdunenſes commentitiũ oſtendunt, & ibidem Tergeminæ omnes habent, quomodo verba Poetæ ſuperius retulimus, huc vſq; explicationem differentes: vt ſcilicet, ius tergeminæ prolis datum Iulio Menecrati dicatur, id eſt, ius natorũ trium. Sic tergeminos exaudimus eos qui diuerſo & multiplici nexu naſcuntur, vt Horatij & Curiatij, l. 3. D. ſi pars hæred. pet. tergemini, qui inter ſe fratres germani ſunt. Alio ſignificatu tergemini dicuntur, vno partu à muliere editi: quo ſenſu ait Paulus, l. 137. de verb. ſig. Ter enixa videtur etiam ea, quę tergeminos peperit. Eodem item Lucretius v.

Quidue tripectora tergemini vis Geriones.

Neque ſanè probandum eſt ſexgeminę prolis habitam ab Statio mentionem, cum ius quatuor aut plus eo imperratũ literæ nullæ prodant, autores, quos legerim, ab alijsve acceperim, teſtentur nulli: at ſi quiſquam ex ijs, qui animum bonis artib. induerunt, plura obſeruauerit, illius ſtudia laudabimus, & ſenſa placidè fauentibus animis accipiemus: non enim ego inuideo alijs bonum, quo ipſe careo, ſed contra ſenſum quendam & voluptatẽ percipio, ſi ea, quę mihi denegentur, vt ait Plinius, amicis video ſupereſſe. Sanè deſperandum non eſt in tanta ingenioſorum & autorum multitudine, quin ſtudioſior aſſiduo labore & diligẽtia plura proferre poſſit ad iuris quæſtionem, cuius ſtatus receptui nos canere iam imperat. Interea dũ potius ꝙ̃ materia ſterilis iudicetur, ſi parũ fęlix ſcriptor ſum, nemo infirmitatẽ pro crimine poſuerit, ſi quod debui non potuerim, cum quod potui, certè id omne audioribus literarũ cõmunicatum eſſe voluerim.

OPERIS PERORATIO.

Hæc ſunt de Iure liberorum, Philiberte Bugnon, quæ longum iam ſomnum dormientia intra ſacraria veterum excitaui: ea ſi ſaltem clandeſtina eruditiorum exiſtimatione probantur (quantum ingenua proborũ apud me ſimplicitas valet) ſtudia, quibus veſtigijs ingreſſus ſum, proſequar lætius, liberatiusq; animos in officio literarum continebo. Quod ſi commodiſſimè Dei Opti. Max. beneficio dicere iam poſſumus, vt Traianus ſcribit, nulla prouincia eſt, quæ non peritos & ingenioſos homines habeat, illis in lucẽ emergunt, quæ literis cogitationes mandamus: eorũ vero qui dum neminem verentur, neminẽ imitantur, ipſi ſibi exẽpla ſunt, ita ſapiunt, nihil hic nobis curæ eſt. Culpabunt factioſi, tanquã ex ſpecula proſpicio, nimis antiqua & iam obſoleta ſectari me, & in priſcis prudentib. notata ijs Ammiani Marcellini verbis, lib. 30. Iuriſperiti, vt altius videantur iura callere, Trebatiũ loquuntur & Caſcellium & Alphenum, & Auruncanorum Sicanorumq; iamdiu leges ignotas, cum Euandri matre abhinc ſeculis obrutas multis. Sed ſi ex antiquitate repetere militarem diſciplinam bonũ putauit Tyberius Cæſar, Suet. Tyb. 19. eius æmulã ciuilem ex veteri memoria cur non in lucẽ deducemus? hoc docti iam omnes præclaræ & eximiæ virtutis exiſtimant, & cum eis ſi in hoc erro, libenter erro, neq; mihi hunc errorem, dum viuam, extorqueri volo. At quotuſque tam patiens, vt velit diſcere quod in vſu non ſit habiturus (Hinc rudes & imperiti deprehenduntur, ait Plin. Inculcabunt tamen ijdem, etſi minus intelligantur, tolerabilia eſſe quæ vetus conſuetudo comprobat, Papirij autoritate, l. 13. ext. D. de pollicit. abutentes. Qui autem mos fideliſſimæ Vetuſtatis ex Honoriana, l. 18. C. de teſta. lege retinebitur, niſi eius liquido cognitio conſtet? Et ignauiæ perfugium illud eſt hominum, qui in inſcitia volutati, peſſimè optimis ingenijs vtuntur. Verùm

-quoniam minus rem quamque videmus,
Et quaſi longinquo fluere omnia cernimus æuo,
Ex oculiſque vetuſtatem ſubducere noſtris.

vt cecinit Lucretius, ab antiquis cogitata, & nobis per magiſtros cognita, ingenioſis exponere nænię ſciolorũ nõ impediunt: & ſicut gratias non mediocres, ſed infinitas agendas cenſemus maioribus, qui non inuidioſè animi ſenſa ſiluerũt, pariter nobis quandoq; poſteros relaturos ſperamus quod ex autorũ naufragio ſcalmos ſeruauerimus, rei literariæ commodũ ſubſeruituros. Sanè non quod Domitianus, Domi. Sueto. 5. dum ampliſſima opera reſtituit omnia ſub titulo ſuo, ac ſine vlla priſtini autoris memoria, mẽte reuoluebat, id vnquam in animũ induxi meum, doctos fraudare debito teſtimonio, ſed cum ingenui hominis ſit fateri per quem didiceris, ſi quid anteriores rectè ſenſerunt, eos teſtatus ſum: ſin minus, aut nomẽ reticui, aut leuiter perſtrinxi. Quod occaſione data aliquando vagari placuit, & intra modum ſemper licet, propoſitum illuſtraturus, ſicubi incidi in florum varietatem, id opera conſulta præſtiti, & proculdubio ridiculus ſit is, qui cum viridia floreant, latiora lumina non aperiat, vt eorum proſpectus ſint ſuauiores. Sed cũ plura ſecum tulerit vetuſtas, ab auribus ſeduxerit, & ab oculis noſtris remouerit, multa nouis verbis & cõmentitijs agenda & explicanda fuerunt, ob linguæ egeſtatẽ, & nouitatem quæſtionis, vel nouationẽ potius. Priorum. n. tẽporum ſeruitus, vt aliarũ optimarum artiũ, ſic etiam multorũ iuris tractatuũ obliuionem & ignorationẽ induxit, de qua ſi Plinius Epiſt. 9. conqueritur, quid eſt ꝙ hodie non defleant literarũ amantes? CANDIDA FVLVO NOBILIOR AVRO FELIX ANTIQVITAS, in marmore ſcriptum eſt Romæ, felix, inquã, antiquitas & prior ætas tanto, quãto auorũ & patrũ Infęlix & miſera dici potuit, noſtraq; deberet, niſi magni dignitate & autoritate viri doctrinã amplexi fuiſſent, qui virtutẽ ſecuti ducẽ, comite fortuna, lumen nobis de ſuo lumine accenderunt, & cõmunierunt viam apertã & facilẽ, vt cõ-

mercio

mercio literarum & ſtudiorum, ſanctiſſimā ciuilem ſapientiam, veram nec ſimulatā Philoſophiam adiremus profiteremur, & coleremus. Simile vero huic noſtro ſtudiū fuiſſe Alpheno Varo Seruij diſcipulo, quem rerum antiquatum non incurioſum vocat Gellius, li. 6. c. 5 Digeſtorū fragmenta in plano ponunt. Simile Maſurio Sabino fuiſſe indicat teſtimonium, quo in omni genere literarū ſui ſeculi eminentiſſimus producitur. Idem certè fuit Ariſtoni, cui ſemper curę Plinius ait, ſic iura publica vt priuata, ſic antiqua vt recētia, ſic rara vt aſſidua tractare. Illos niſi autores habeāt iuri operam daturi, anij à vera diſcendi ratione videantur. Prudentum enim, quos præterita omnis ętas admirata eſt, & omnis poſteritas colet, rectius ſcripta percipientur, ſi eorū ſimus quàm ſimilimi, qui nullius ſcientiæ expertes, iſta nobis monumenta reliquerunt: quorum ſi tantopere ſtudioſi volumus videri, cur non eorū ſtudia imitamur? Adhibenda certè eſt cuique opera non ſegnis, & præparatio diligens, vt libri ciuiles continuè in manibus verſentur, & ſi quid reliquum eſt temporis, vt id omne in politioribus autorib. conteratur: eo pacto in receſſu ſtudiorum, exceſſus non inutilis erit, & ſubceſiua quæ incurrent tempora, nemo præterire patietur. Ego in pueritia ijs artibus & diſciplinis inſtitutus, quæ literis mandata cognitione & congreſſu familiaria faciunt, iam in iuris ſtudio multis tranſactis annis, eo primùm animo ciuilem prudentiam attigi, duce & autore Ioan. Geraldo iuris & iuſtitiæ conſulto, altero parente meo: cui vt omnibus virtutibus, ita humanitatis laudibus inſtructiſſimo, ſi mihi ingenium operibus & præmijs operarum fęlix fuerit, librum de Fiducia iam amuſſitatū, intra paucos menſes paro, dum alios formandos fœtus retineo noſtris hominibus aptiores: qui ſi Longobardorum leges, Bal. c. tranſlata, de conſti. Barb. conſi. 3. in fi. lib. 2. propter rationem, quæ in eis delitēſcit, in iudicio proferre ſe poſſe exiſtimarunt, Romanorum priſcas leges florente & ſpirante ratione, allegare fortaſſe non dedignabuntur. Interea ſuaſore te, mi Bugnoni, hæc euulgari paſſus ſum, quæ communicatione & commercio ſtudiorum noſtrorum & iure ſocietatis cum meliore parte mei tibi potes vindicare. Si eis inſunt quędam ſimulachra virtutis, & fœlicitas placato fauore doceat conuerſa numina, gratiores nobis ad alia in poſterum vigiliæ & lætiora erunt ſtudia, modò illud ipſum is, cui omnia accepta refero, conceſſerit Deus.

FINIS.

TRACTATVS
DE FILIIS NON LEGITIMÈ NATIS,
editus per excellentiſſimum Vtriuſque Iuris Doctorem, ac legum Monarcham, Do. Benedictum de Barzijs, legentem in almo ſtudio Ferrarienſi, anno Domini 1456.

SVMMARIVM.

1 *Spurius, dictio, quid & qualiter ſignificet.*
Et quod vulgo quaſitus, ſpurius dicatur.
2 *Naturales filius, & baſtardus, idem ſunt, & qui ſint.*
3 *Homines omnes ab ipſo principio ſoluti naſcuntur.*
4 *Spurius non dicitur, ſed naturalis qui natus eſt ex coniugato & muliere ſoluta.*
5 *Spurius ſiue naturalis, an filiorum appellatione comprehendatur.*
Et appellatione parentum patres non legitime non comprehendantur.
6 *Verba legis vel ſtatuti comprehendant, ſeu reſpiciant actum ciuilem, vel naturalem.*
7 *Contrahentes vbi mentionem faciunt de filijs, an veniant filij non legitime nati.*
8 *Spurius vel naturalis an dicatur de generatione patris.*
9 *Filij qui non ſunt ex legitimis nuptijs procreati, non veniunt appellatione coniunctorum.*
10 *Spurij vel baſtardi an dicantur de gente paterna.*
11 *Spurij vel baſtardi, an veniant propinquorum appellatione.*
12 *Spurij vel baſtardi an dicantur eſſe de domo, familia ſeu caſa patris.*
Et an poſſint arma & inſignia domus ferre.
13 *Spurij vel naturales an honoris vel dignitatis ſint capaces.*
14 *Aeſtimum, ſeu libra patris, an ſit aeſtimum ſeu libra filij naturalis.*
14 *Actio iniuriarum an quæratur patri ex iniuria facta filio naturali.*
16 *Filius naturalis ſi ſubſtituatur, nam hæc conditio, ſi deceſſerit ſine filiis impleta dicatur.*
17 *Teſtamentum a patre coram duobus teſtibus inter filios naturales factum, an ita valeat ſicut inter legitimos & naturales.*
18 *Spurij filij an ſuccedere valeant patribus, & alijs aſcendentibus.*
19 *Filij naturales an retinere agnationem dicantur*
20 *Filius naturalis qualiter poteſt ſuccedere, ſi pater decedat ab inteſtato, non extantibus filiis legitimis.*
21 *Spurius num ſuccedere poſſit matri ab inteſtato, vel ex teſtamento, ſaltem per caput, vnde cognati.*
22 *Spurius filius ex coitu accuſabili non natus poteſt ab inteſtato ſuccedere, nedum matri ſed etiam alijs ex latere materno coniunctis, idque per caput, vnde cognati.*
Et quid ſi item ſpurius ex accuſabili coitu ſit natus.
23 *Iure de natura li illud quod eſt repertum, ex cauſa per ius ciuile tollitur.*
24 *Spurius ſicut patri non ſuccedit, nec aliquando matri, an verificari poſſit contrarium affirmatiuam aut negatiuam proponendo.*
25 *Spurius ſicut patri tanquam inſtitutus non ſuccedit, an ſaltem tanquam ſubſtitutus ſuccedere poſſit.*
Et quid in filio naturali.
26 *Legitime non natus filius poteſt per pupillarem filio ſuccedere legitimo, & conſequi etiam bona patris.*
27 *Spurius filius non poteſt ex teſtamento patris ipſi patri ſuccedere ex aliquo capite.*
28 *Spurius ſi reſpectu matris non ſit natus ex accuſabili coitu, poteſt a matre inſtitui, & etiam ſubſtitui.*
29 *Spurius num ex aliquo contractu cum patri geſto admittatur.*
30 *Fraus inter patrem & filium propter naturale vinculum quod ſubſiſtit faciliter præſumitur.*
31 *Teſtator ſi reliquit executorem ad pias cauſas, & ille executor in ſpurium teſtatoris filium vult diſtribuere, an poſſit.*
32 *Spurium filium ſicut pater non poteſt inſtituere, an ideo non inſtituere poſſit nepotem legitimum ex eodem ſpurio natum.*
Et quid econtra, ſi idem pater haberet nepotē ſpuriū ex filio legitimo. 33.
34 *Spuria filia an debeat a patre dotari.*
35 *Spurij an poſſit aliqua dignitate, ſeu honore donari.*
Et quod tabellionatus non eſt dignitas.
36 *Spurium filium non poſſit pater teſtamentarium tutorem filio ſuo legitimo relinquere.*
37 *Incapax per ſe, poteſt eſſe capax per alium.*
38 *Concubinatus non cadit vbi non poteſt eſſe matrimonium.*
39 *Actus nullus actu & habitu minoris eſt extractionis, quam ſi ſit inhabilis actu, & habilis potentia.*
40 *Legitimatur natus ex clerico in minoribus conſtituto, per ſubſequens matrimonium.*
41 *Matrimonium liberos non valenti procreare interdicitur.*
42 *Naturalis filius pro legitime nato habetur ſi pater in teſtamento aſſerit illum eſſe ſuum filium.*
Et ibi vide de nominatione in teſtamento facta a patre de naturali filio. nume. 43.
44 *Legitimatio per patrem facta non ſe extendit ad terras eccleſiæ & econtra, & quod Imperator diſpenſat quo ad temporalia, Papa vero quo ad ſpiritualia.*
45 *Legitimatio an patris & filij præſentiā requirat vel procuratoris tantū.*
46 *Legitimari filius an inuito patre poſſit.*
Et an ſi fiat legitimatio, citari debeant attinentes. nu. 47.
48 *Legitimatio ſpurij vel naturalis filij an valeat an ſi pater ſupplicans in reſcripto non fecit mentionem quod haberet alios filios legitimos & naturales.*
Et quid ſi in reſcripto non ſunt declaratæ qualitates ſpurioſitatis, nu. 49.
50 *Legitimatus ab imperatore natus ex monacha eſt ſucceſſibilis quo ad bona tanquam legitimus, ſed quo ad alios effectus ſolum pertinet ad Papā.*
51 *Legitimandi ſpurios & baſtardos licentia Palatino Comiti data, an intelligatur legitimis filijs extantibus, vel econtra.*
52 *Legitimandi filios ſpurios non datur poteſtas verbis reſcripti non exiſtentibus claris, ſed dubijs vel æquiuocis.*
53 *Spurij quod indifferenter ſuccedāt ut legitimi, an imperator poſſit facere.*
Et an cum filiis legitimis & naturalibus ſimul ſuccedat a principe legitimatus num. 54.
Et qualiter ſuccedat ſubſtitutus in teſtamento ſi apponatur conditio, ſi inſtitutus deceſſerit ſine filiis legitimis nu. 55
56 *Legitimatus an patre mortuo offerat bona venientibus ab inteſtato.*
57 *Spurii vel naturales an poſſint ad regalia legitimari a Comite Palatino.*
Et an idem Comes ſupradictam habens poteſtatem poſſit utraque macula infectos legitimare.
Et an ob ingratitudinem reuocetur legitimatio.
Et an furioſus vel mentecaptus poſſit legitimari.
Et an ſicut patri ab inteſtato ſuccedit legitimatus, ita ſuccedat collateralib.

Quia præſens materia de filijs non legitime natis, de qua iam breuiter tractaturus, eſt vtilis & quotidiana, & ſparſim tractata, ſed non condecenti ordine recollecta, Ego Benedictus de Bargijs de Peruſio minimus vtriuſque iuris Doctor, ordinarie legens in hoc almo Ferrarienſi ſtudio currentibus annis 1456. Deliberaui ſub quodam breui opuſculo iſtam

iſtam materiã recolligere ſub terminis inſraſcriptis, & cum proculdubio raptim & non digeſtè proceſſi ſingula non ponderando, vel (quod verius eſt) ex debilitate intellectus atque memoriæ,non dubito,ero in quãpluribus defectiuus, te lector deprecor, vt defectus meos corrigas & emendes. Sed ad hoc vt in infra dicẽdis debitus ordo ſeruetur. Primo attingam dubia ſpectantia ad cauſam efficientem atq; formalem. In ſecunda tractabo dubia, quæſtiones, & articulos reſpicientes cauſam finalem, & potiſſimè circa potentiam ſuccedendi. In tertia & vltima parte diſcutiã modos & cauſas,quibus mediantibus iſti defectus purgentur. Et ſic quomodo & quando legitimentur filij non legitime nati, vel quomodo per diſpenſationem reddantur eſſe capaces,& ad declarationẽ horum occurrẽt dubia & articuli infraſcripti. Nam primo erit videndum quis dicatur filius ſpurius, naturalis,ſiue baſtardus, & ſub iſta quæſtione includitur articulus, an in dubio alio non conſtito filius præſumatur legitimus an baſtardus. Secundum dubium erit,an appellatione filiorum, quando de filijs loquitur ſtatutum, comprehendatur ſpurius & naturalis, an econtra appellatione parentũ, comprehendatur pater qui ſpurium generanit. Tertium dubium erit, an filius naturalis vel ſpurius dicatur de genere paterno. Quartũ erit,an dicatur de gente paterna. Quintum erit, an comprehendatur appellatione propinquorum vel coniunctorum. Sextum erit, an dicantur eſſe de domo, familia, vel confurtaria patris. Septimum dubium erit,an æſtimum vel libra patris proſit dictis filijs, prout prodeſt filijs legitimis & naturalibus. Octauum erit, nunquid ex iniuria facta filio ſpurio vel naturali acquiratur patri actio iniuriarum. Nonum erit, nunquid conditio,ſi deceſſerit ſine filijs, intelligatur impleta propter ſuperexiſtentiam talium filiorum. Decimum erit,an diſpoſitio. §.ex imperfecto. de quo loquitur lex, hac conſultiſſima. C.de teſtamen. locum ſibi vendicet in filio naturali. Et his expeditis erit declaratum quantum attinet ad principalem partem, & tunc deueniam ad ſecundam,ſub qua declarabuntur quæſtiones & articuli infraſcripti. Et prima queſtio erit an, & quando naturales vel ſpurij poſſint ſuccedere parentibus,& collateralibus ipſorum parentum, & quid econtra. & ſub hac quæſtione declarabunt articuli infraſcripti. Primus eſt,an filius naturalis agnaſcatur patri. Secundus articulus notandus eſt, an fratres naturales tantum poſſint adinuicem ſuccedere perinde agnati. Tertius eſt, an natus ex coitu accuſabili,licet nõ poſſit ſuccedere matri,an poſſit ſuccedere aſcẽdentibus & collateralibus ex latere materno. Quartus eſt, an ſpurius qui natus eſt ex coitu accuſabili,poſſit ſuccedere per vnde cognati aſcendentibus & collateralib. maternis. Quintus eſt, an in his caſibus, in quibus iſti filij non legitime nati non poſſunt ſuccedere parentibus, an econtra parentes non poſſint ſuccedere ipſis filijs,& iſti articuli reſidẽt ſub præcedenti quæſtione. Sed ſecunda principalis quæſtio eſt,an filius naturalis poſſit a patre ſubſtitui vulgariter filio legitimo & naturali, & ſub hac quæſtione articuli infraſcripti veniũt diſceptãdi. Primus eſt,an valeat talis ſubſtitutio, ſi ille filius ſit ſpurius,qui eſt ſubſtitutus filio legitimo & naturali. Secundus eſt, an filius naturalis poſſit pupillariter ſubſtitui filio legitimo & naturali. Tertius eſt, an mater poſſit ſubſtituere filium ſpurium natum ex coitu accuſabili,vel in caſu in quo ipſa ſit illuſtris, licet ſpurius non ſit natus ex coitu accuſabili. Quartus eſt,an ſpurius ſi non ſit natus ex coitu accuſabili, vt puta vulgo conceptus, an poſſit ſuccedere matri licet illuſtri, quando non ſuperſint filij legitimi & naturales, & iſti ſunt articuli occurrentes in hac 2. quæſt. Tertia eſt, an ſpurius poſſit acquirere ex contractu oneroſo facto cum patre, Quarta eſt, an inſtitutus a patre ſpurij poſſit ipſum ſpurium inſtituere vniuerſalem heredẽ. Quinto eſt,an inſtitutus hæres ſub conditione dandi poſſit ipſam conditionem implere dando filio ſpurio teſtatoris. Sexta notanda quæſtio eſt, an ſicut pater non poteſt inſtituere filium ſuum ſpurium, ita non poſſit inſtituere nepotẽ legitime natum ex illo filio ſpurio. Septimo eſt,an pater teneatur dotare filiam ſpuriam, & ſub hoc dubio diſceptabitur notandus articulus, videlicet an in terris Imperij habeat locum diſpoſitio capituli,cum haberet. de eo qui duxit vxorem quam polluit per adulte. Octaua quæſtio eſt, an pater poſſit filium ſuum ſpurium relinquere tutorem teſtamentarium filio legitimo & naturali. Nona & vltima eſt, nunquid ſit dare modum per quem pater poſſit bona ſua conferre filio ſpurio. Et ex his erit expeditum quantum ad ſecundam partem principalem. In tertia & vltima occurrent dubia infraſcripta. Primum eſt,an & quando ſubſequentiã matrimonij legitimentur filij non legitimè nati, & ſub hoc dubio declarabitur articulus, videlicet an ſi contingat filium naturalem præmori antequàm pater matrem ſuam accipiat in vxorem,nepos natus ex illo filio ſuccedat perinde auo, ſicut ſi eius pater fuiſſet legitimè natus. Secundus eſt, an hoc caſu ſufficiat matrimonium fuiſſe contractum vltimo vitæ ſpiritu. Secundum principale eſt, an quando pater in teſtamento ſuo nominat filium, per hoc intelligatur habilitatus,vt poſſit,ſuccedere tanquàm legitimus,ſi aliter de legitimatione non conſtet, & ſub hoc dubio clauditur articulis, valde notandus, videlicet an ſi pater reuocat poſtea teſtamentum filius remanet in eo ſtatu prout ſi illud teſtamentum facta non fuiſſet. Tertium eſt,nunquid legitimatio facta per Imperatorem ſe extendat ad terras eccleſiæ & econtra. Quartum eſt, an facta legitimatione legitimatus agnoſcatur patri. Quintum eſt,an quando fit legitimatio,ſint citandi venientes ab inteſtato, vel alij ad quos ſpectat prima cauſa ſucceſſionis. Sextum eſt.an reſcriptum reddatur ſubreptitium, ſi de ſuperexiſtentia filiorum legitimorum in reſcripto non ſit facta mentio, & ſub hoc declarabitur an ſit opus quod in reſcripto ſint declarata vitia ſpurioſitatis, quando ſpurius eſt infectus duplici macula. Septimum eſt, an quando legitimatio fit cum aliqua reſeruatione, vt puta, quia dicitur non præiudicando venientibus ab inteſtato,an teneat iſta legitimatio, & iſte articulus eſt ſolennis dubius,& quotidianus,vt infra videbitur. Octauum eſt,an poteſtas data Comiti Palatino, de legitimando ſpurios & baſtardos intelligatur conceſſa etiam extantibus legitimis & naturalibus, & ſub hoc dubio declarabitur primo an ſit opus quod in reſcripto ſit appoſita clauſula derogatiua iuribus in contrarium non obſtantibus. Secundo, an data poteſtate Comiti Palatino vt poſſit legitimare ſpurios & baſtardos,intelligatur de ſpurijs natis ex coitu accuſabili,& ſi intelligatur data,an operetur,quando ille eſſet natus ex monacha profeſſa. Nonum erit, an Imperator poſſit legitimare per legem,vel per reſcriptũ, quòd indiſtinctè ſpurij ſint habiles ad ſuccedendum. Decimum eſt,an legitimatus ſimpliciter per reſcriptum ſuccedat patri cum legitime natis. Vndecimum erit an conditio appoſita,ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, verificetur in legitimatis per reſcriptum. Vndecimum erit, an legitimatus poſt mortem patris oſferat bona,& ius ſuccedendi venientibus ab inteſtato. Decimumtertium eſt, an Comes Palatinus de ſpeciali commiſſione poſſit legitimare ita quòd legitimatus conſequatur regalia,& baronias. Decimumquartum eſt, an legitimatus conſequatur beneficia,& priuilegia primigeniti. Decimumquintum eſt,an Comes Palatinus qui poteſt legitimare ſpurios, & baſtardos poſſit legitimare infectos vtraque macula. Decimumſeptimum eſt, an legitimatio reuocetur propter ingratitudinem legitimati. Decimumſeptimum eſt,an furioſus vel mentecaptus ex quo non habet conſenſum poſſit legitimari. Vltimum eſt,an legitimatus ſuccedat omnib. coniunctis ſicut ſi fuiſſe legitimè natus.

1 Et redeundo † ad primum dubium videlicet quomodo affirmatur hoc nomen, ſpurius concluſiuè reſpondendo dicas, quòd iſte terminus poteſt dupliciter conſiderari videlicet tanquam genus, & tanquàm ſpecies de per ſe ſumpta ſicut dicitur in ſimili de certi conditione quæ reperitur ſpecialiter attributa mutuo, & etiam reperitur certi conditio, in genere ſumpta quę competit vbicunque certum petitur, vt no. glo. in rub. ff. ſi certum petatur. & Bart. in l. certi condictio. in princ. eodem titu. & ſic occurrit in ſpurio,quia large ſumpto vocabulo,omnis ille qui naſcitur extra puritatẽ naturæ,& non ex iuſtis nuptijs ille dicitur ſpurius, vt in c. niſi cum pridem. de renunc. & quòd per glo. in clemen. j. de bap. & hoc modo conſiderando,ſpurius aſſumitur tanquam genus. Sed aliquando ille dicitur eſſe ſpurius, qui naſcitur ex muliere non retenta affectu concubinario, licet non ſit natus ex coitu accuſabili prout occurrit in vulgo quæſito q etiam dicitur ſpurius,vt l. hac parte. & l. ſi ſpurius. ff. vnde cognat. & l. vulgo. ff. de ſtatu homi. & in §. vulgo. Inſtitut. de ſucceſſ. cogna. & iſte eſt cõmunis modus ſecundum quem filius dicitur ſpurius, vt dicit Barto. in l. ſi ff. de iis quibus vt indig. Bald. in c. is qui clericum ſi de feu. fue. contro. in vlib. feudo. vbi dixi, quòd ille dicitur ſpurius qui natus eſt ex illa,cum qua non poterat contrahere matrimonium, & iſte ſpurios vulgo conceptus licet ſit exoſus legi, vt dicit tex. in authen. licet. C. de natu. libe. & in l. fin. eodem tit. non eſt ita incapax & deteſtabilis ſicut ſpurius natus ex coitu accuſabili prout eſt inceſtuoſus adulterius, & ſacrilegus de quibus loquitur. dic. capit. niſi cum pridem. Quid autem differat inter iſtos dicetur infra cum tractabitur, an & quando ſuccedere poſſint.

2 †Sed naturalis filius ſiue baſtardus,quia idem important, vt dicit Barto. in l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verborum

ſignifi. &

ſignific. & in l. fin. C. de verborum ſignifica. dicitur eſſe ille cui lex non aſſiſtit nec reſiſtit, vt dicit gloſ. in l. in concubinatu. ff. de concubi. & eſt omnis ille qui naſcitur ex iuſtis nuptijs. Si ſit natus ex vnica concubina in domo retenta affectu concubinario, & ſub ſpe ſobolis procreādæ, vt dicit Ioan. Andre. in mercuriali, ſine culpa. de regu. iur. in 6. & ideo dixi vnica quia, ſi haberet plures ceſſat præſumptio ſobolis procreandæ, & ſubeſt præſumptio ineffrenatæ libidinis, vt in corpore, quibus modis natu. effici ſui. in §. ſi non effuſa, & requiritur etiam quòd illa ſit mulier vilis conditionis, non conueniens matrimonio. alias Bald. in l. eam quam. C. de fideicomm. & plenius in ſuis apoſtillis, & in l. in liberę. ff. de ritu nup. dixit quòd cenſeretur potius vxor quam concubina, niſi præcederet proteſtatio, & iſte talis naturalis a iure ciuili non eſt improbatus, ſed de iure canonico. Io. Andr. in d. ca. ſine culpa, dixit quòd omnis coitus eſt reprobatus niſi matrimonialis, & ideo aliter natus dicitur reprobatus, ſed tunc ſuccedit dubium, quid ſit præſumendum ſi habeatur pro conſtanti quòd ſit filius Sempronij. ſed uertitur in dubium an ſit legitimus vel baſtardus. Et in hoc caſu ad partem negatiuam, quòd nō credatur legitimus inſurgit ratio,
3 quia † ab ipſo principio omnes homines naſcuntur ſoluti ergo ſi aliud non appareat, illa præſumptio ſemper durat iuxta not. in ſimili per Bar. in l. in prouinciali, de ope. noui nuncia. Cum ergo matrimonium ſit quid facti, & factum in dubio non præſumitur, in l. in bello §. factæ. ff. de captiu. ſequitur, quòd nec ipſa legitimatio præſumitur quæ deriuet a matrimonio, & ad hoc allegatur. 13. quæſtio. 2. in cap. fin. Sed in contrarium facit, in dubio nemo præſumitur delinquens, vt l. merito. ff. pro ſocio, ergo non eſt credendum ꝙ fuerit conceptus mediante delicto, & ad hoc facit tex. in c. tranſmiſſa. extra qui filij ſint legi. & iſtud verius eſſe puto. Sed ad prædicta adiunge caſum notandum, videlicet quod ſi iſte filius probaret qualiter pater ſuus tēpore quo ipſe fuit conceptus habebat vxorem, & quòd ipſe natus eſt in domo paterna, nam præſumptio eſſet quòd ipſe ſit legitimus quantumcunque illa vxor eſſet mulier adultera, & inhoneſte viuens, & ad hoc Bald. in ſuo conſil. quòd incipit, ſubſtitutus ſingulariter allegat tex. in l. miles. § defuncto. ff. de adulte. Vnum etiam ſupereſt quo ad iſtum articulum. nam Ioan. de Imol. in l. ex ea parte, in §. 1. ff. de verborum obligatio.
4 dixit quòd natus † ex coniugato, & mulier ſoluta non dicitur ſpurius, ſed naturalis, & allegat in authen. vt matri, & auiæ. §. ſi quis in domo. & ita refert tenere Salic. ſed text. ille hoc non probat nec iſtud videtur verum. Nam vt dicit Bald. in d. cap. qui clericum, ſi de feu. fue. contro. Omnis ille qui oritur ex illo vel illa cum qua tunc non poterat contrahi matrimonium ille dicitur ſpurius. Requiritur ergo quòd ambo parentes fuerint ſoluti ad hoc vt non dicatur ſpurius ſed naturalis tantum, & iſtud ſufficit quantum ad hoc primum dubium.

5 Venio igitur ad ſecundum, videlicet an appellatione † filiorum ſpurius compræhendatur, & etiam filius naturalis. & in hoc dubio Bald. in l. filium diffinimus. ff. de iis qui ſunt ſui vel alie. iu. tenet partē negatiuam, dicens quòd iſtis filijs non conuenit diffinitio filiorum, quia tale nomen non merentur ſpurij, vt dicit tex. in corpore, quibus modis natu. effic. ſui. in §. fin. vnde cum non conueniat diffinitio, nec conuenit etiam diffinitum, & ſic occurrit quod appellatione parentum patres non legitimi non compræhenduntur, vt l. lege. §. capite. ff. de ritu nupt. vbi Bald. in apoſtillis ſuis
6 fuit aliter locutus faciendo differentiam, an verba † legis vel ſtatuti reſpiciant actum ciuilem, an naturalem. Nam primo caſu dicit, quòd non comprehenduntur, ſecundo ſic. Cyn. autem in l. libertinum. C. de interd. mat. fecit differentiam inter materiam odioſam, & fauorabilem. Nam primo caſu, vt reſtringeret odia, dicit quòd non comprælienduntur, in ſecundo vero ſic. Tu autem aduertas quia ſi dictum Cyn. foret verum, plus poſſet caſtitate luxuria contra tex. in corpore. de reſti. & ea quæ parit. § 1 & contrario. per Angel. in l. cum quædam puella. ff. de iuriſd. omn. iudi. eſſent enim melioris conditionis ancillæ quam liberę, ſi in pœnalibus non compræhenderentur. Et ideo addendo ad dicta per Bald. in d. §. capite, concludi forte debet, quòd aliquando loquitur lex vel ſtatutum, & aliquando verba ſunt prolata a contrahentibus.

7 † Primo enim caſu ſi illa verba a lege vel ſtatuto prolata attingunt actum ciuilem, dicas quod non compræhenduntur per tex. in d. l. libertinum. ſi autem reſpiciant actum naturalem qui habet conſiderationem ad ſanguinem & ad generationem, tunc quia natura omnibus communis eſt, vt l. hos accuſare. in §. omnibus. de accuſatio. dicas quòd huiuſmodi filij compræhenduntur, & ideo pœna de qua loquitur text. in l. quiſquis. C. ad l. Iuli. maieſta. adſtringit naturalem prout legitimum. & ideo pœna parricidij aſtringit omnes filios ex quouis coitu natos, & idem foret dicendum in impetranda venia, quia ille honor debetur a natura, vt vult Bartol. in d. l. hos accuſare. de accuſationi. ſed quando contrahentes faciunt mentionem de filijs (vt puta) quia recipitur emphyteoſis pro ſe & filijs, an etiam veniant legitime, nati, uide Bald. in auth. ſi quas ruinas. C. de ſacroſan. eccle. & in ca. naturales. ſi de feu. fue. controuer. in vſibus feu.

Et hoc expedito venio ad tertium principale, videlicet,
8 vtrum ſpurius † vel naturalis filius dicatur de generatione patris. Et primo ad partem negatiuam adduco auctoritatē Iaco. de Belui. in corpore de non alie. in § emphyteoſim. & in §. quia vero leonis. & no. Bald. in d. authen. ſi quas ruinas, vbi dicit quod quando quis recipit emphyteoſim pro ſe & filijs vſque in tertiam generationem, ꝙ etiam baſtardi non includuntur ſi illa ſit emphyteoſis eccleſiaſtica per tex. in l. ſi qua. C. de ſpectacu. & Ioan. de Imo. in l. ex facto in §. ſi quis rogatus, ad Treb. vbi dicit ꝙ iſtud nomen generatio, eſt nomen ciuile per tex. in l. tutelas. ff. de capi. di. & per leg. a. iuncta glo. ff. de probat. vnde dicit quod non conuenit filio naturali, & ad hoc adduci poteſt tex. in l. fin. in fi. C. de naturalibus libe. vbi dicitur quod filius naturalis degenerat a patre ergo non poteſt dici de ſua generatione. Inſuper ad idem allegari poteſt authoritas. Dy. in conſil. ſuo xviij. relata per Bald. in l. id quod pauperibus, in pe. collat. C. de epiſco. & cler. dixit enim in d. conſil. quòd appellatione coniuncto-
9 rum, † non veniunt filij qui non ſunt ex legitimis nuptijs procreati & iſtud idem dicit Ange. in d. §. ſi quis rogatus allegando Ioan. Andre in c. ſtatutum, in glo. ſuper verbo volumus, de hæret. lib. 6.

Ego autem in hoc paſſu cōſidero primo quòd ipſe actus generationis non diſtinguit filium legitimum a filio ſpurio vel naturali, ſed eſt communis omnibus filijs, quia ita concipitur & generatur vnus ſicut alter & etymologia iſtius vocabuli ad omnes filios pariter adaptatur, ergo argumento ſumpto ab etymologia vocabuli, ſicut in l. 2. §. appellata. ff. ſi certum petatur. ita comprælienditur ſpurius prout legitimus. & ideo ſimpliciter dicitur, quòd homo hominem generat, & in euangelio generationis non fuit facta diſtinctio inter filium ancillæ, & filium liberę, ſed ſolum fuit conſiderata natiuitas, & productio. & ideo Bar. in l. hos accuſare. §. 1. de accuſa. dicit quod quando fit mentio de generatione, attenditur actus naturalis, & ad hoc bene facit tex. in l. ex hoc iure gēnum. ff. de iuſti. & iure. quare dico quod ſi ſtatutum dicat quod omnes qui ſunt de generatione Titij, intelligantur rebanniti, quod etiam filij non legitime nati debent rebanniri. nec ad hoc repugnat tex. in d. l. ſi §. fi. C. de natu. lib. quia Bald. reſpondet quod tex. ille non loquitur in filio naturali. ſed iſta non eſt bona reſponſio, quia re vera tex ille loquitur in filio naturali. Sed reſpondeas aliter dicendo, ꝙ licet ſpurius, & naturalis dicantur degenerare a genere paterno, eo quia non ſequuntur legitimum ortum, non tamen ſequitur ꝙ non ſint de generatione, ſicut vulgariter dicitur in filio male conditionis, & vitæ, qui degerat a patre honeſto, & bonæ vitæ, ſed non per hoc tollitur quin ſit de genere paterno. & ad hoc adducas in ſimili bonum text. in l. 1. §. pertinet. ff. vnde cogna.

Et hoc ita declarato, venio nunc ad quartum dubium
10 videlicet an iſti filij ſpurij uel baſtardi † dicantur de gente paterna, vt puta ſi ſtatutum dicat, quòd illi qui ſunt de gente nobilium non poſſunt eſſe de antiantis, an tales filij compræhendantur? & concluſiue dicas quòd comprælhendantur, quia iſtud eſt vocabulum a iure gentium introductum vt l. ex hoc iure. ſupra allegata, & eſt vniuerſale, & agnoſcitur a loco, & aliquando a patria in quam fit repræſentatio. omnes enim qui ſunt Lombardi dicuntur de gente Lombardorum, & omnes qui ſunt ſub aliquo capitaneo dicuntur de gente illius capitanei, & ita ſumit communis vſus loquendi qui attendendus eſt, vt l. cum de lanionis in §. aſinam. ff. de fundo inſtru. & l. ſi chorus. ff. de legat. 3. & ſic in effectu omnes qui ſunt producti, & generati a Titio dicuntur de gente Titij. & ad hoc bene facit tex. in l. pronunciatio. §. eodem iure. ibi dum dicit, de domo vel de gente. ff. de uerborum ſignificatio. ſed ego intelligo hoc eſſe verum quando hic terminus, nobilis eſt adiunctus cum alio nomine deſignante actum naturalem, vt vult Bar. in d. l. tutelas & in d. §. familiæ. quando ponit exemplum de nobilibus & de patrimonio, quia illa adiectio de patrimonio deſignat quandam naturalitatem, ſed ubi uerbum de nobilibus, non haberet adiunctum, ut puta quia diceret ſimpliciter ꝙ nobiles non poſſunt eſſe de antiantis, tunc dice-

rem ꝙ ſpurij non comprænhendantur, quia eſſe de priorib.
vel de antianis eſt dignitas., & ſpurius dignitatem non con-
ſequitur, vt l.generaliter.in §.ſi ſpurius.ff. de decurio. & l.ex
libera. C.de ſuis & legiti. ſed filius naturalis comprænhende-
retur, quia ille eſt capax dignitatis, vt l.communi.C. de nat.
lib. & ꝙ ſpurius non admittatur, benefacit not. Bal. in l.cum
legitime.ff.de ſta. homi. vbi dicit quod ſordes non debent
reſidere penes principes, per tex.in l.humilem.C. de nup.vn
de ſpurius propter ſordes, quas retinet, non debet inter ma-
gnates collocari, & prædicta arbitror eſſe vera, eſto ꝙ Io. de
Imo.in l.ex facto.§. ſiquis rogatus.ad Trebellia.fecerit diffe
rentiam inter actum fauorabilem & odioſum. ſed hæc diffe-
rentia lege aliqua non probatur. Et ideo ad quintum dubiũ
principale tranſeo, videlicet vtrum appellatione propinquo
11 rum†tales filij comprehendantur. & primo Bal.in l id ꝙ pau
peribus. C. de epiſc. & cleri.in penult.col. referendo Dyn.in
ſuo conſi.incępta, in Chriſti nomine amen, diligenter con-
ſiderato &c. firmat quod non. & idem vult Innoc.in c.non-
nulli, in gl.fi.de reſcrip. & idem tenet ibi Io. And ſuper nouel
la. & ad hoc etiam accedat quod no. Innoc.in ca. ſuper lite-
ris.de reſcriptis. ſed forte quod in hoc eſſet cõſideranda dif
ferentia inter ſpurium & naturalem, quia in ſpurio tenerem
quod eſt ſupraſcriptum, & quia non poteſt eſſe de coniun-
ctis, cum non retineat nomen filij, vt dixi ſupra, per text.in
corpo.quib.mod.na.effi.ſui.§.fi. ſed non ita occurrit in filio
naturali, quia ipſe retinet agnationem, vt dicam infra quan-
do tractabitur an ſuccedat. ergo eſt condecens, ꝙ retineat
coniunctionem, & proximitatem.

Venio igitur nunc ad ſextum dubium hic principaliter
12 occurrens, videlicet nunquid filij†ſupradicti dicantur de do
mo & de caſata, & de familia patris. & iſte articulus in pluri-
bus locis tangitur per Doctor. & iudicio meo non perfecte
diſcutitur. nam Bar. in d l.tutelas, & in d.l.pronunciatio.§.fa-
miliæ. de verb ſignific. & in l.fi. C de verb.ſign dicit, ꝙ hoc
nomen domus, aliquando ſumitur pro habitatione, & ali-
quando pro agnatione, & in hoc ſecundo caſu dicit, ꝙ iſtud
nomen ſi reſpiciat naturalem, non conuenit filijs naturali-
bus, ſed ſecundum communem vſum loquendi dicit, ꝙ fi-
lius naturalis comprænhenditur, non tamen ibi declarat, an
de iure communi naturalis comprænhendatur, ſed in l.j.§.r.
ff. ad Syllania. dicit, ꝙ in partibus Tuſciæ omnes deſcenden-
tes dicuntur de domo ſua, & ſic vult, ꝙ etiam naturales cõ
prænhendantur, ſed ipſe pure loquitur ſecundum conſuetu-
dinem localem, & non de iure communi, ſed tandem in ſuo
tractatu de inſignijs & armis, dixit ꝙ baſtardi pñt portare
arma, & inſignia domus, & ꝙ dicuntur eſſe cõſortes. Bal.au-
tem in l fi.C.de verb.ſign.dicit, ꝙ proprie & ſtricte non di-
cuntur de domo. & apertius hoc firmat in l. generaliter. §. r.
C de inſtitu. & ſubſtitu. vbi dicit, ꝙ baſtardi non ſunt de do
mo nec de agnatione, & quod non licet ipſis portare arma,
nec inſignia domus. Nam arma, & inſignia portantur ad ho
norem, qui non conuenit tali filio. ſed certe iſta non eſt bo
13 na ratio in filio†naturali, quia vt ſupra dixi, ipſe eſt capax ho
noris, & dignitatis, ſed verum diceret in ſpurio maxime per
tex.in d.l.ex libera. C.de ſuis & legi. & per tex. in l libertinũ.
C.de interd.matri. vbi dicit iſtud idem & commendat con-
ſilium datum per Do. Vgoli de Peruſi. qui conſuluit, ꝙ ſtatu
to dictante in ciuitate Aretij, ꝙ nullus de nobilibus de petra
mala poſſet intrare ciuitatem, ꝙ tunc filius domini Petri Fa
conis, qui erat baſtardus dicti domini Petri non fuit com-
prænhenſus in ſtatuto, & idem comprobat in d l.filium diffi
nimus. ſed poſtea in l.lege.ff.de ri.nup Bal. variauit, & dam-
nauit ſupraſcriptum conſilium dicendo eſſe peſſime cõſul-
tum, eo quia illa verba ſtatuti ſapiunt naturalitatem, & ſunt
verba facti, & non iuris, per text.in d.l. tutelas. & per tex in l.
pen. C.ſi rector prouinciæ. Ang. vero quem ſequitur Io. de
Imo.in l.ex facto § ſiquis rogatus.ff. ad Treb approbat hoc
conſilium, & in effectu concludit, ꝙ filius naturalis non di-
catur eſſe de domo, nec de conſortaria patris. Cy. autem in
l.libertinum.C.de interd ma: & in l.quiſquis.C. ad l.Iul.ma-
ie. diſtinguit inter fauores, & odia. Ego autem præciſe tene-
rem filium naturale eſſe de domo patris, & poſſe portare ar-
ma & paterna inſignia, ſicut poteſt legitimus & naturalis.
Nam cum ipſe ſit de agnatione, vt infra in alio articulo oſtẽ
detur, neceſſario, infertur ꝙ eſt de domo paterna, & ad hoc
benefacit tex.in d §. familiæ. & in l parentes. ff.de in ius voc.
vbi probatur, ꝙ eſt de cognatione & parentela paterna, & di
citur eſſe de deſcendẽtibus ex eodem ſanguine, vt dixit Bar.
in d.§ familiæ & in l.fi.C.de ver.ſig. merito conuenit ſibi no
men domus & familię paternæ, & inhumanum foret tenere
oppoſitum, ſed quia honores & dignitates non conueniunt
ſpurio niſi in ſubſidium, vt l.generaliter.§.ſi ſpurius. de dec.
& plene per Bal.in l.lege.ff.de ri.nup. tenet eum tunc eſſe verũ

præfatum conſilium. ſ. quod talis filius nõ dicatur de domo.
14 Venio nunc ad ſeptimum dubium principale, † videlicet
an ſit tanta coniunctio inter patrem & dictos filios natura-
les, ꝙ ęſtimum ſine libra patris dicatur eſſe ęſtimum & libra
filij, prout de filio in poteſtate, dixit no. glo.in l.2.C. quæra
te.lib.x. pro qua optime facit tex in l.quemadmodum. C. de
agrico & cen lib.decimo. & prout etiam de filio in poteſta-
te loquitur Bal.in l.prætor.§ ſi filius.ff.de edeñ. & in l.ſi is q.
§.j.ff.de excu.tu. vbi inter cętera dicit, ꝙ qñ fratres poſt mor
tem patris remanent in communi, & pro indiuiſo, ꝙ tũc ęſti
mum, & libra vnius prodeſt alteri, quandiu perſiſtunt in cõ
munione, ſed de præſenti dubio ipſe Bald. in l.j.§. domini.ff.
ad Sylla. dixit, ꝙ pp inſeparabilem coniunctionem, quæ in-
eſt inter patrem, & filium, libra patris prodeſt etiam filio na-
turali. Et ideo ſi ſtatutum vult, ꝙ non poſſit eſſe de antia-
nis ille, qui non habet centum in æſtimo, tunc filius natura-
lis poterit eſſe de antianis ſi pr̃ habet æſtimum cẽtum libra-
rum. Sed certe mihi vr̃, ꝙ hoc non poſſet procedere nedũ
in filio naturali, ſed nec etiam in filio legitimo, & ad hoc pri
mo adduco tex.in l.ſciendum.ff. qui ſatiſd.cog. vbi tex. dicit
ꝙ licet pater ſit idoneus, & ſoluendo ita, ꝙ ſatiſdare non te-
neatur, tamen filius ſuus ſi non habet alia bona, propter hoc
non releuatur ab onere ſatiſdandi. Item, quia verba ſtatuti
debent intelligi in caſu proprio, vt l.3.§. hęc verba.ff.de neg.
geſt. ſed illa glo. dicit, quod libra patris videtur eſſe libra filij
& iſta dictio, videtur, denotat fictionem, & eſt nota impro-
prietatis, vt l.non videtur. ff.de iud. ergo ſtatutum dictans ꝙ
non poſſit eſſe de antianis, non comprænhendit filium pro-
pter æſtimum patris, & ſi pure verum foret, quod compræ
henderetur filius legitimus, tamen in filio naturali, iſtud nõ
videtur poſſe tolerari. nam ratio propter quã iſtud æſtimũ
ſine libra prodeſt filio, eſt propter ſuitatem, cuius virtute ẽt
viuo patre filius dicitur quaſi dominus bonorum patris, vt
probat tex.in l.in ſuis de lib. & poſt hu ſed iſta ratio non po-
teſt adaptari ad naturalem, conſiderato, quod non eſt ſub pa
tria poteſtate, & non retinet ſuitatem, vt inſtitu. de nupt. in
§ penultimo.
15 †Venio igitur nunc ad octauum dubium principale, vide
licet an ex iniuria facta filio naturali quæratur patri actio in-
iuriarum, & in hoc Cy.in l.ſi non conuitij. C. de iniurijs. te-
nuit partem negatiuam, & pro ipſo facit tex.inſti. de iniur.§.
patronum. licet Dy & Bar.in l.ſed & ſi minis.in §.ſi filio.ff.de
iniur. tenuerint oppoſitum, & illud eſt verius propter vnita
tem ſanguinis & intenſum amorem, qui deriuat a patre in fi
lium etiam naturalem, vnde iniuria ſibi illata creditur illata
patri, ex quo magis cenſetur diligere filium quam ſeipſum,
vt l.iſti quidem. in fi.ff. ꝙ met.cau.
Modo venio ad nonum dubium principale ſatis ponderã
16 dum, videlicet†an ſi pater inſtituit filium legitimum & gra-
uat eum per fideicom teſtu.hæredi. ſi deceſſerit ſine filijs, an
tunc ſi ſuſcipiat filium naturalem, dicatur impleta conditio
vel defecta, ſicut ſi ſuperextaret filius legitimus & naturalis
de quo tex.in l.cũ acutiſſimi. C.de fideic. & iſta qõ eſt Spec.
in tit.de loca.§ nunc aliqua.in ver.69. & ibi tenet, ꝙ condõ
non deficiat, niſi ille filius grauatus de reſtituendo. eſſet talis
qui non poſſet hr̃e filios legitimos, ſed ſolũ naturales, quia
tunc ne videantur verba appoſita ludibrio, ſufficit, ꝙ ſuper-
ſit filius naturalis, ad ꝙ benefacit tex.in l.hęredib §.fi.ad Tre
bel. Et ſubſtantialiter loquendo in hoc paſſu communis cõ-
cluſio, quam tenet Bar. eſt ꝙ ſi teſtator expreſſe apponit iſtã
conditionem, ſi deceſſerit ſine filijs, tunc naturalis filius fa-
cit deficere condõnem, prout eſſet legitimus, & tunc habet
locũ tex in l.cum acutiſſimi, ꝙ eſt verum niſi qualitas teſtã
tis faceret præſumi contrariam voluntatẽ, vt puta ſi teſtator
erat poſitus in dignitate, qa tunc naturalis non excludit ſub
ſtitutũ per tex.in d l.ex facto. §. ſi quis rogatus ad Treb ſed
qñ illa conditio non eſſet appoſita per teſtantem, ſed foret
filius ſimpliciter grauatus de reſtituendo, ſicut occurrit in l.
generaliter.§.cum autem. C.de inſti. & ſubſti. tunc naturalis
non excludit ſubſtitutum, ſed tu in hoc aduertas. nam ego
alias legens d.§. cum autem, reputabam hanc opinionem de
iure non poſſe ſubſiſtere, eo quia plus noceret filio naturali
tacita conditio impoſita per legem, quam illa quæ eſt p ho-
minem expreſſa, & iſtud vr̃ abſonum, quia non durius, imo
benignius agiẽ cũ lege, quã cum homine, vt l.Celſus.ff.de ar
bi. & per Ang.in l. & ſi poſt tres.ff.ſi quis cautio. eſt.n. iſta cõ
ditio, ſi deceſſerit ſine filijs, ſubintellecta per legem ex conie
cturata mente defuncti, ſed quando defunctus apponit iſtã
conditionem expreſſe, Doctor. volunt, quod naturalis ex-
cludat ſubſtitutum, ergo & idem dici debet, quando condi-
tio tacite reſultat per legem, ineſt bona reſponſio, quam fa-
cit Barto.in dicto.§.ſi quis rogatus ad dictũ.§. cum autem,
dicendo ibi enim per indignitatem poſitam, quia abhor-

gebat filios naturales. nam tex. in d. §. cum autem. præſuppo-
nit quod ille teſtator ſuſceperat filium naturalem, quem in-
ſtituit, ergo non abhorrebat filios naturales, & ideo præci-
ſe teneas quod ſuperexiſtentia filij naturalis excludit ſubſti
tutum, ſiue conditio ſit expreſſa a teſtatore, ſiue ſit ſubintel
lecta per l nec obſtat tex. in d. §. cum autem, quia ſi recte cō
ſideretur, ille tex. non loquitur de puro filio naturali nato ī
forma concubinatus. nam ſi eſſet filius naturalis in forma
concubinatus, non diceretur iniuſtus filius de iure ciuili, vt
dixi ſupra in princip. circa primum dubium. ſed ibi tex. dicit
quod erat ex iniuſta ſobole natus, ergo non erat naturalis,
ſed erat ſpurius ſaltem vulgo conceptus, & iſta eſt conclu-
ſio, quam pro nunc tenerem ſuper hoc articulo. de quo ple
17 nius videbis hoc anno in dicto. §. cum autem. † Deſcendo igi
tur nunc ad decimum dubium, videlicet an teſtamentum
factum cum duobus teſtibus a patre inter filios naturales ꝙ
non ſeruetur, ſicut eſt de iure validum quando fit inter filios
legitimos & naturales, vt l. hac conſultiſſima. §. ex imperfe-
cto. C. de teſta. & in hoc dubio Specul. in titu. de inſtru. edit.
§. nunc aliqua. verſic. quid ſi pater. & in verſi. quid ſi filius,
tenet partem negatiuam & allegat legem fi. de autho. tuto.
quæ re vera parum facit ad propoſitum. Item pro hac parte
Bal. in l. ſi qua illuſtris, C. ad Orficia. tenet quod non licet fi-
lio naturali vel baſtardo in ſuo teſtamento inſtituere patrē
naturalem coram duobus teſtibus tantum. Et idem firmat
in l. fi. C. famil. erciſc. & Ange. tenet iſtud idem in l. qui teſta-
mento. §. mulier. ff. de teſt. & Ioan. de Imo. in hoc confirmā
do addit rationem dicendo, quod licet filius naturalis ſit ha
bilitatus, vt poſſit ſuccedere ab inteſt. legitimis non extanti-
bus per iura authenticorum, hoc non potuit conſiderare iu
riſlator qui tunc temporis vigebat. Sed in contrariam par-
tem, quam arbitror eſſe veram, & humaniorem, facit primo
tex. in d. §. ex imperfecto, qui non ſolum loquitur in patre,
ſed etiam in matre. nam dicit de parentibus, & non habuit
reſpectum ad agnationem ſolum, aut ad legitimam filiorū
productionem, & ſic non conſiderauit patriam poteſtatem
ſed conſiderauit ipſam filiationem. vnde quando filius non
reperitur a l. prohibitus valet teſtamentum, ſi ſit inſtitutus
coram duobus teſtibus, & ad hoc bene facit tex. in § fœmi
næ. Inſtit. de adopt. & quod no. Bald. in l. pariter, C. de te-
ſtib. & in l. fin. C. famil. erciſc. & non eſt curandum quod nō
econtra filius poſſit coram duobus teſtibus prouidere inſti
tuendo patrem naturalem, quia in beneficijs concernenti-
bus ſucceſſionem in fauorem filiorum in materia exorbitā-
ti a iure communi regula quę dictat ꝙ in correlatiuis debet
eſſe eadem ratio, vt l. fi ff. de acceptila. & l. fi C. de ind viduit.
tol. non vendicat ſibi locum. & hinc eſt quod beneficium
datum filio grauato de reſtituendo, vt non computet ſibi
fructus in conſequentiam per tex. in l. iubemus. C. ad Treb.
non vendicat ſibi locum econtra, vt eſt tex. in l. filiofa. in fi.
ff. ad legem Falci. Item diſpoſitio leg. generaliter. § j. C. de
inſti. & ſubſti. quæ vult, quod in fauorem filij ſubintelligatur
aliquando conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, iuxta l. cum acu
tiſſimi, C. de fideicom. locum ſibi non vendicat econtra, vt
ibi dicitur per Docto. & idem volunt Docto. in l. fi. C. de re
pu. & abſti. hęredita., quæ admittit filium ad reuocandā ab
ſtentionem paternæ hæreditatis per triennium. nam econ-
tra non habet locum ſcilicet de filijs ad parentes. nec obſtat
dictum Ioan. de Imo. quod Imperator non conſiderauit de
filio naturali, quia dico quod licet non conſiderauit expli-
cite, cogitauit tamen implicite, & iſtud tantundem releuat,
vt dicit Bar. in l. Lucius §. Imperator. de lega. 2. per l. qui iu-
re. ff. de milita. teſta. voluit enim imperator per d §. ex imper
20 fecto, quod fauore filiorum remoueatur ſolemnitas ſeptem
teſtium. & licet tunc temporis filius naturalis non eſſet ha-
bilitatus, vt fuit poſtea per iura nouiſſima in hoc non cura-
tur quia lex ſemper loquitur, vt l. Arriani. C. de hær. & ꝙ per
Bar. in l. forma. C. de cenſi. lib. x. vnde verba legis vel ſtatuti
priuantis bannitos, vel releuantis a banno vendicat ſibi lo-
cum etiam in futuris bannitis, vt dicit Bat. in l. ſi mihi & ti-
bi. in § fi. ff. de leg. 1. & ideo concluſiue dicas quod §. ex im-
perfecto, non habet locum in filijs ſpurijs, ſed locum habet
etiam in filijs naturalibus prout in legitimis, & ad hoc addu
cas quod not. Cy. in l. libertinum. C. de interdi. ma. & Bald.
in l. filio præt. ff. de iniuſ. & rup. teſt. Et iſta ſufficiant quantū
ad iſtam primam partem, & ſi plura dici poſſent, quæ gratia
breuitatis omitto. Et deſcendo ad ſecundam partem magis
dubiam, & ſubtilem concernentem cauſam finalem, potiſſi
me circa ſucceſſiones, & modos ſuccedendi, capio ergo pri
mum dubium hic occurrens circa iſtam partem ſecundam
videlicet nunquid ſupraſcripti filij nō legitime nati poſſint
ſuccedere parentibus, & ex quo capite. & ad præſentis du-
bij declarationem eſt primo videndum de ſpurijs filijs, vide

licet vtrum admittantur ex teſtamento, vel ab inteſta. dein
18 videndum erit de filijs naturalibus ſiue baſtardis. † Et redeū
do ad primum, videlicet an filij ſpurij poſſint ſuccedere pa-
tribus, & alijs aſcendentibus, & in hoc ſtat regula negatiua,
videlicet quòd nullo iure filius videtur habilitatus, vt poſſit
ſuccedere. nam & de iure ff. orum erat incognitus, vt dicit
gl. in l. ſi is qui ex bonis. ff. de vulg. & popil. & poſtea per iura
Codicis fuit ex toto prohibitus, vt l. communium. C. de nat.
lib. & in corpore vnde ſumitur, & ideo ſi inſtituantur a pa-
tre, vt incapaces repelluntur, vt l. ſi pater. C. de hære. inſti. &
illa hæreditas fiſco non adiudicatur, ſed ſuccedunt illi, qui
erant potiores ab inteſtato, vt l. j. & ij. C. de natu. lib. nā quan
do quis prohibetur ſuccedere non quia deliquerit, ſed pro-
pter bonos mores conſeruandos, tunc non venit fiſcus, vt
ſucceſſor indigni, ſed veniunt vt ab inteſtato venientes, tex.
eſt no in l. j. poſt prin. C. de ſecun. nup. & ꝙ ſpurius nō poſſit
ſuccedere, maxime ab inteſt. aſſignatur ratio, quia nō habet
caput ſuccedendi cum non agnaſcatur patri, vt dicit Bar in
l. fi. ff de ijs quib. vt indig per tex. in l. ſi ſpurius, & l. hac parte.
ff. vnde cogna. & Inſt. de ſucceſ cogna. §. vulgo, licet ad illa
iura poſſit rñderi dicendo ꝙ non loquimur niſi in ſpurijs, &
in filijs vulgo quæſitis, in quibus eſt certum ꝙ nō poteſt eſ-
ſe agnatio, cum ius agnationis cauſetur a patre, vt inſti. de
legi. agna. ſucce. §. vulgo. quum vulgo quæſiti patrem certū
habere non poſſint, ſed quando eſſent ſpurij qui haberēt pa
trem certum non dicunt ſupradicta iura ꝙ ipſe non agna-
ſcatur patri, ſed dicas ꝙ iſtud probatur ex eo, quia ſpurius
non videtur habere nomen filij, vt ſupradictum fuit per tex.
quib. mo. nat. effi. ſui. §. fin. quo dato ſequitur, ꝙ neceſſario
deficit nomen agnationis cum ſit deriuatiuum ab ipſa filia-
tione. Item quia quādo lex prohibet, ſequitur ꝙ ceſſat agna
tio, vt l. j §. pertinet. ff. vnde cogn. Sed nunc ſupereſt videre,
19 quid ſit dicendum de filijs naturalibus, videlicet † an ipſi di
cantur retinere agnationem. in hoc Bar. & in l. terrulas. ff. de
capi. dimi. & d l. pronunciatio §. familiæ. ff de verb. ſig. dicit
ꝙ naturalis filius patri ſuo non agnaſcitur per text. in d. l. ſi
ſpurius & l. hac parte. & per tex. in d. §. vulgo. quæ iura, ut ſu
pra dixi non faciunt ad propoſitum, quia non loquuntur in
filijs baſtardis, ſed loquuntur in ſpurijs vulgo quæſitis. Inſu-
per Bal. in l. certum. C. vnde cogna. in fi. 3. colum. quæ inci-
pit ſequitur videre, ꝙ baſtardus nō poteſt ſuccedere per ca-
put vnde lib. nec per caput vnde agna ſed ꝙ ſolum ſuccedit
per caput vnde cogn. Et iſtud idem videtur voluiſſe Accur.
glo. in d. l. hac parte. ff. vnde cogna. vbi dixit, ꝙ quando ſpu-
rij, vel filij naturales eſſent ex diuerſis matribus procreati, ꝙ
ibi non habent modum ſuccedendi ab inteſt. inter ſe, eo ꝙ
non habent cognationem, nec agnationem, ſed certum eſt
quòd filij naturales propter defectum capitis ſuccedendi,
non reddantur habiles ad ſuccedendum patribus, attamen
per hoc non ſequitur ꝙ non retineant agnationem, nā cō-
uenit ipſis diffinitio agnationis, ergo etiam diffinitum, ſcili
cet ipſa agnatio, & ad hoc benefacit text. in §. per adoptio-
nem, Inſti. de cogna. ſucceſ. vbi per ciuile vinculum cōtra-
hitur agnatio, ſcilicet per adoptionem, ergo & fortius de-
bet caueri propter vinculum naturale coniunctionis & ſan
guinis inter patrem & filium. & tex. in d. §. vulgo. Inſt. de ſuc
ce. cogna. videtur etiam probare ꝙ dico a contrario ſenſu li
teræ. nam dicit quòd ſpurius vulgo conceptus non agnaſci
tur, quia non habet certum patrem, ergo a contrario ſenſu,
quando habet patrem certum, & non eſt prohibitus ſucce-
dere, ſicut occurrit in filio naturali quando poteſt ſuccede-
re patri, ſequitur quod ipſe habet iura agnationis, & quòd
poteſt venire per vnde cogna & ex hoc infertur notāda cō-
20 cluſio, videlicet ꝙ ſi pater † decedit ab inteſt. filijs legitimis
non extantibus, tunc filius naturalis hactenus quatenus po
teſt ſuccedere ſecundum diſpoſitionem auctenticæ, licet.
C. de natu. poterit non ſolum ſuccedere de iure ciuili, ſed
etiam de iure prætorio mediate bonorum poſſeſ. per caput,
vnde agna. & per caput, vnde legi. & ſic habebit. 30. annos
de iure ciuili, per legem, licet. C. de iure delib. & habebit an
num, vel ſaltem centum dies, ad agnoſcendum bono. poſſ.
iuxta. l j. §. largius ff. de ſucceſ. edi. & iſtud tene menti, quia p
doc. non guſtatur, & ꝙ iſtud ſit verum ſ. ꝙ quatenus filius
naturalis reperitur habilitatus ad ſuccedēdum, poſſit habe-
re caput, vnde agna. probatͫ ex eo, quia omnis ille qui nō eſt
cognitus a iure ciuili non habet agnationem, ſed ille qui eſt
cognitus a iure ciuili dicitur agnatus. vnde Bar. in l. j. in prin.
C. qui admitti ad bo. poſſeſ. dicit ꝙ filius emancipatus cum
non ſit cognitus a iure ciuili, non poteſt ſuccedere per vn-
de agna. & ſimiliter in hæreditate matris, ad quam filius nō
admittitur quia a iure. xij. tab. erat incognitus, ideo non hēt
caput, vnde legi. nec vnde agn. ſed ſolum admittitur p vnde
cogna. vt j. oſtendetur. nec ſup. dictæ concluſioni, ꝗ feci dū

dixi,ꝙ filios natoralis agnaſcit̃,repugnat tex.in l fi C. de na-
tu.lib. qui videtur velle,qnod nnn poſſit ſuccedere per vn-
de legi.aſcendentibus a linea patema,nam per hoc non tol-
litur quin dicatur habere agnationem,ſed babet cam reſtri-
ctam,quia ooluit imperator quod ſe extendat ad aſcenden-
tes,ſicut occurrit in ſimili in legitimato per oblationem cu
riæ,nam illa agnatio non ſe extendit ad collaterales,vt in §.
filium.in corpo.quib. mod.nat.effi.ſui.& iden glnſ.in l.fi.C.
de adopt.dicit etiam idem quod in filio adoptato,quia eſto
quod ſuccedat ab inteſtato patri adoptanti vna cum filijs le
gitime natis,attamen oon ſoccedit aſcendentibus vel colla
teralibus paternis, quare hoc expedito vidẽdum eſt de alio
articulo principali, videlicet: Nunquid ſpurius ab inteſtato
21 †vel ex teſtamento matri ſuccedere poſſit, ſaltem per caput
vnde cogn.& in hoc dicendum eſt,quod ſic per tex.in l.hac
parte.& l.ſi ſpurius.ff.vnde cogna.& per tex.in d.§.vulgo. &
in §.nouiſſime.Inſti.ad Orſi & quod per glo.l.a C.de epiſc.
& cle & per Albe.Galeo.in ſua margari.de nat.lib.circa fin.
habent igitur regulariter filij ſpurij & naturales potcotiam
ſuccedendi matri ab inteſt.de iure prætorio per bo.poſ. vo-
de cogna.vt dicit tex.in d.§.nouiſſime. & ſuccedunt matri
vna cum legitimo & naturali, ſicut in filio adoptato dicit
tex.in l.fi.§ fi.C.de adopt.quod intelligas eſſe verum niſi ma
ter eſſet illuſtris,nam tunc ſi ſuperſit filius legitimus,ſpurius
non ſuccedit,vt l.ſi qua illuſtris.C. ad Orfi. & hoc intelligas
verum in caſu quo ſupereſt filius legitimus, vt probat tex.in
d.l.ſi qua illuſtris. & illud quod dixi, quod ſpurius ſuccedit
matri niſi ſit illuſtris,intelligas ſi non eſſet natus ex coito ac
cuſabili,nam tunc cum ſit omnino reprobatus,vt dicit glo.
in d.l.ſi qua illuſtris.non poteſt ſuccedere etiam ipſi matri,
& iſtud approbat Bal.ibi.in l.eam quam. C.de fideicom.Sed
nunc ſupereſt videre nunquid dato quod non ſuccedat ma
tri,an ſtatim iſte filius, quando eſt natus ex coitu accuſabili
poſſit ſuccedere aſcendentibus, & collateralibus maternis
ſtatim per caput, vnde cogna. & in hoc eleganti dubio ar-
duo,& ſubtili per Doct.non digeſto,arbitror ponderandũ,
quod ſi non eſſet natus ex coitu accuſabili,dato quod foret
ſpurius,vt puta,quia foret vulgo conceptus tunc dicerem,
quod tanqoam cognatus eſt quo ad omnes conſanguineos
maternos ſucceſſibilis,nam pater qui introduxit hãc cogna-
tiooem,non reſtrinxit ipſam,nec limitauit, ſed dedit regulã
generalem,videlicet,quod cognati ab inteſt. qnando aliter
gradus non præcedit poſſunt ſuccedere vſque ad ſeptimum
gradum,vt loſt de ſuc cogna.in § 1. & plene videbis in l. cer
tum C.vnde cogna.merito iſta cognatio ſe ad omnes ex la-
tere matris coniunctos extendit,& ad hoc tex.no. adducas,
l.Modeſtinus.ff.vnde cogna.vbi ſpurius ſucceſſit nedũ ma-
tri,ſed etiam auiæ maternæ per caput,vnde cogn. Nec obſt.
tex.to l fi § fio. C. de natu. lib.quia ibi volebat ſuccedere tã-
22 quam agnatus,& non tanquam cognatos. Item †quia ibi tra
ctatur de ſucceſſione paterna,& nos loquimur de materna,
vode infertur iſta concluſio ꝙ filius ſpurius ſi non ſit natos
ex coitu accuſabili,ab inteſt.poteſt ſuccedere nedum matri
ſed etiam alijs ex materno latere coniuoctis per caput vnde
cogna.ſed qoando eſt natus ex coitu accuſabili, tunc caſus
eſt valde difficilis,in quo,non eſt diu, per omnia ſtudia Ita-
liæ fuerunt hincinde requiſita conſilta,reperiebantur duo fi
lij ſpurij fratres nati ex monacha ꝓfeſſa, & vnus deceſſit ab
Inteſt.& frater ſuus volebat ſuccedere ab inteſt.vt potior in
gradu, & erat dubium nunquid poſſet. & quia fui vnus ex ꝯ
ſulibus accurate hunc articulum ruminaui, nam pro parte
affirmatiua adducebatur tex.in l.j.ff.vnde cogna.vbi prætor
concedit illam bo poſ.illis filijs qui a iure ciuili erant inco-
gniti, ſed cum ita ſit in hoc caſu videtur, quod beoeficio p̃-
toris poſſint admitti eo,qoia vt ſupra dixi,de iore cioili,ſpu-
rius erat penitus incognitus ante prætorem.Secundo addu
cebatur ratio,quia cognatio eſt fundata in iure naturali, vt
Inſti.de legi.agna ſuc.in § 1.ergo non poteſt tolli iſta proui-
ſio ex diſpoſitione iuris ciuilis,arg.l.tutelas,de cap. dimi. &
l.2.vſu.quemadmo.cauc.Tertio ad hoc adducebatur tex.in
d.l.ſi prius.ff vnde cogna.nam ad hoc vt tex.ille aliquid no-
ui inducat,debet iotelligi,quod erat ſpurius natus ex coitu
accuſabili,quia de ſpurio vulgo concepto, qui naſcitur ex
coitu non accuſabili erat prouiſum per tex.in l.hac parte. e.
tit.& reſpondetur ad tex.in l.fi.C.de nat.li dicendo ꝙ ibi nõ
loquitur reſpectu matris,ſed ſolum patris & aliorum ex pa-
tre aſcendentiom, & ideo ſecondum iſtos concluditor,
quod licet in tali caſu filius ſit prohibitus ſuccedere matri,
iſtud eſt iuſtum propter delictum ipſius matris,ſed non pro
hibetur propterea ſuccedere alijs coniunctis ex latere ma-
terno,quia delictum non tranſgreditur ſuos terminos, ar.l.
merito.ff pro ſoc.& C ne filius pro pat per totum.ſed ad cõ
trariam partem, quã ſum conſulendo ſequutus,adducit pri
mo ratio,qa inter dictos filios non occurrit aliqđ caput pro
pter quod ſit aperta via ad ſuccedendũ, ſicut requirit̃ qñ qs
ab inteſt.vult ſuccedere,vt l.j §.ſed videndũ.de ſuc. edic. vbi
dicitur,ꝙ gradatim ſit ſucceſſio de capite in caput,& ꝙ nnn
ſit dare caput ſuccedendi, in hoc caſu oſtenditur, nam ipſi
non habent caput vnde legi.cum ſint a lege omnino repro
bati,vt in corpo.quib.mo na.effi.ſui. §. fi. nec habent caput
vnde lib. quia non habet locum in bonis maternis, vt dicit
Bar.in l.vnica. C.quan. nnn pet. par.per tex.in l.quotiens.C.
de le.hæ nec poſſunt venire tanqoam conſanguinei,quia iu
ra conſanguinitatis non dantur illis in quos non poteſt ca-
dere agnatio,vt eſt tex.in §.vulgo,Inſti.de ſuc.cog.nec poſ-
ſunt ſe fundare in capite, vnde cogna. quia hoc caſu cogna.
nnn reperitur permiſſa, immo cum ſint prohibiti ſuccede-
re,cognatio non reſultat per tex.in l.s.§ pertinet.ff.vnde co
gna.dum dicit, nulla ſeruilis videtur eſſe cognatio, vult ibi
tex.ꝙ vbi non cadit matrimonium,ibi non poſſit eſſe vincu
lum cog. quia cũ deficiant omnia capita & modi ſuc. iſte fi-
lius ſpurius vterinus nnn poteſt ab inre.ſuccedere fratri,nec
repugnat tex.in l.1.ff.vode cog. ſup. in oppoſit. alle. quia fa-
teor ꝙ prætor dat cog & modum ſuccedendi, illis qui non
erant cog.de iure ciuili,ſed intelligas qnando erant capaces
& non reprobati,& ſic tex.ille non facit ad propoſitum.nec
ob.quod dixi, ꝙ non poteſt tolli funditos illud quod eſt de
iure gentium repertum, qnia iſtud non occurrit in hoc caſu
23 quinimo & ex cauſa illud † quod eſt de iure natura.repertũ,
tollitur per ius ciuile,vt l qui vlti.ff.de pę.& ꝙ per Bar.in l. fa
cultas. C. de iure fiſci.lib. 10. & per Bald. in l. quid ergo.§.
pęna grauior de ioſa.& illud fortificatur per tex in §. nulla.
in cor.qui.mo.na effi.ſui.col.7.vbi Imperator ſimpliciter di
xit, ꝙ filij nati ex damnato coitu nullum poſſunt præſentis
legis habere participium,Cæterum hoc validatur vrgenti
ratione. Omnis. n. gradus ſuccedendi habet participium a
ſuo ſtipite,prout occurrit in cognatione graduum reſpectu
matrimonij,de quo in l.1.de ſuc.edic.& inſti de grad.in §.ſex
to gradu.& in l.1 ff.de gradi.modo prætor facit.7.gradus co-
gnationis,ut l.1.ff.vnde cogna.& voluit ꝙ mediante ſucceſ
ſorio edicto, ille qui vult ſuccedere oſtẽdat ſe eſſe in primo
gradu tunc temporis quando vult ſuccedere,vt l.non facile
§.j.ff.de gradi. & ſic oportet, ꝙ oſtendat qualiter gradus, &
cauſa efficiens cognationis fuit ſemel io eſſe producta, & ꝙ
illa defecta incępit alter gradus ſm quẽ vult ſuccedere, non
enim poteſt eſſe ſecundus vbi non dator primus, vt dicitur
de ſecundo decreto in l.ſi finita.§ Iulianus.de dam.infec.mo
do ſi in ipſa matre quæ eſt cauſa efficiens nunquam fuit pro
ducta cognatio,impoſſibile uidetur, ꝙ inter iſtos ſpurios ſit
cauſata cognatio,cum ipſi deſcendant ab infecto capite co-
gnationis,nec eſt ueriſimile ꝙ lex uoloerit magis conſerua-
re cognationem io membris quã in capite, & poſtremo ad
hoc optime facit tex.in d.l.fi.§. fi.C. de naturalibus liberis ꝗ
tex.recte intellectus videtur decidere hunc caſum, nam ſi-
cut Imperator uoluit ꝙ filius qui non poteſt ſuccedere co
quia non erat legitime natos poſſet ſuccedere aſcendentib.
ex illo patre,ita dicendum eſt, ꝙ ſicut noluit lex ꝙ iſto caſu
filius ſuccedat matri,ita noo uult ꝙ poſſit ſuccedere aſcen-
deotibus uel collateralib. ex latere materno. Ex ſupradictis
infertur multiplex cõcluſio. Prima, ꝙ filius ſpurius nec ex te
ſtamento nec ab inteſtato poteſt ſuccedere patri. Secunda
ꝙ filius ſpurius patri ſuo non agnaſcitur, nec cognaſcitur.
Tertia ꝙ filiꝰ oatoralis dicit̃ patri eſſe agnatus, licet illa agna
tio quo ad effectũ ſucceſſionis reperiatur eſſe reſtricta, eſto
ꝙ Bar.aliter tenuerit ut ſup. dictum fuit. Quarta quod inter
ſpurios,& coniunctos ex linea paterna agnatio non reſultat
& ideo ipſi ad inuicem non ſuccedunt per caput, unde co-
gna.ſecundum Barto.licet hoc præciſe non tenuerit. Quin-
ta quod naturales filij poſſint ſuccedere per unde agna.in ea
parte per quam ſunt ſucceſſibiles de iure ciuili. Sexta quod
regulariter ſpurius,& filius naturalis ſi non ſit natus ex coitu
accuſabili ſuccedit matri & extantibus legitimis ſicut ſi fuiſ-
ſet legitime natus Septima quod filij ſpurij poſſunt ſuccede
re ex capite,unde cogna ſi ſint uulgo concepti matri, & oĩ-
bus ex linea materna coniunctis. Octaua, & ultima quod
ſpurij nati ex coitu accuſabili non poſſunt ſuccedere matri
ab inteſtato per unde cogna.nec etiam adinuicem, nec etiã
alijs ex materna linea cõiunctis.& iſtud ꝙ dictum eſt, ꝙ ſpu
rij uulgo concepti poſſunt ſuccedere matri,intelligas ſi non
ſit illuſtris,ut l. ſi qua illuſtris. ad Orficia. nam tuoc non ſuc-
cedit ſi ſuperſint alij legitimi,alias uero ſic, & iſtę ſunt con-
cluſiones quæ ex oĩb.ſupradictis reſultant. Quare nunc de-
ſcendo ad aliud dubiũ principale,uidelicet nunquid quem-
24 admodũ † ſpurius non ſuccedit patri,& aliquando non ſuc-
cedit mr̃i,ita ſit uerũ dicere ecõtra negatiue,& affirmatiue
& Bart.in hoc caſu in l. ſi. ff. de his qb. ut indig.dixit ꝙ tõnẽ
corre-

correlatiuorum illud debebat dici econtra de patentib. ad filios, ꝙ dictum eſt de filijs ad parentes, & iſta ratio correlatiuorum propter quam Barto.in d.l.fin.& in l.Gallus.§.quidam &c.ff.de libe. & poſthu. vult ꝙ ſit bona conſequentia affirmatiue, & negatiue, pater ſuccedit filio, quia filius ſuccederet patri, & pater negatiue non ſuccedit hoc caſu filio ab inteſtato, quia econtra filius non ſuccederet patri. ſed certe iſta argumentatio quando aliquid eſt conceſſum filio ſpeciali beneficio vt ſupra dixi, ad alium finem, non habet locū in beneficijs conceſſis exorbitādo a iure communi per not. in §.ex imperfecto.l. hac conſultiſſima.C.de teſta.& per notata in l.fi.C.de repudia.hæredi.& ideo forte non bene dixit glo.Iuſtitu.ad Tertullia.§ fi.quæ voluit quod mater illuſtris non ſuccedat ſpurio vulgo quæſito. Cæterum ſi opinio Bar. glo.& Azo.teneatur ſcilicet, quod idem ſit econtra, ſequitur not. concluſio, videlicet quod ſi pater habet filium naturalem, & poſtea habet filium legitimum, & naturalem, & ille naturalis tantum moriatur ab inteſtato quod tunc pater nō poterit ſibi ſuccedere quia econtra non ſuccederet filius patri quando ſupereſſent legitimi, vt in authentica, licet.C.de naturalibus liberis, & iſtud tene menti, quia eſt nouum verbum per Docto.non tactum. Nunc venio ad tertium dubiū

25 principale, videlicet an ſicut † filius ſpurius non poteſt ſuccedere patri tanquam inſtitutus, an poſſit ſibi ſuccedere tanq̄ ſubſtitutus? & in hoc dicas qđ ſi ſit ſubſtitutio vulgaris expreſſa conſiderato quod per ipſam ſucceditur teſtatori, vt l. cum proponas.C.de hæredi.inſtitu. tunc non valeret ſubſtitutio ſi ſupereſſent legitimi, ſed ſi contingit quod ſolum ſuperſit ille, cui eſt facta ſubſtitutio, tunc Bar in l.ſi is qui ex bonis.ff.de vulga.& pupil.& in l.Lucius.in princ.eo tit.dicit ꝙ valet, nam tunc poteſt ſuccedere prout poſſet, ſi legitimus non extaret, argu.l.ſi ex modica.§. filius ff.de bo.libe.& in l. ſi vero.§.fi.ff.de iure patro.& in l.filius.ff. de interd. ſed hoc Bal.no.in l.eam quam.C.de fideicom.in fi.dicit, ꝙ hoc procedit in expreſſa vulgari, ſed non eſſet verum in tacita compræhenſa in expreſſa pupillari, nam dicit ꝙ ꝑpter participationem quæ tūc habet vulgaris cum pupillari expreſſa aſſumit naturam pupillaris, argumē.l.apud Iulianum.§. idem Iulianus.ff.ad Trebel. Sed tu aduertas, quia hoc dictum forte non procedit, nam vulgaris tacita compræhenſa in expreſſa pupillari non immutat naturam ſuam, imo per eam ſucceditur teſtatori ſicut ſi foret expreſſa, & iſtud non dicit Bar.l.1. de vulga & pupil.& probatur per tex. in l. ſi is qui ex bonis, & per tex.in l.ſi is qui patri.ff.de acquir hæredi.& in l fin.C. de Inſtitu.& ſubſtitutio. Inſuper aduertas, ꝙ Bal. in l.eam q̄ in fi. C.de fideicom.voluit, ꝙ aliquādo natus ex coitu accuſabili ſuccedat matri licet illuſtri v.g.quando fuiſſet per vim adulterata, quia tunc dicit ꝙ lex, ſi qua illuſtri, non vendicat ſibi locum. Sed dubium nunc ſuccedit, quid dicēdum ſit in filio naturali? & per prædicta infertur ꝙ in hoc glo not.in d. l.Lucius. quę incipit, quantum ad perſonas, vult quod valeat talis ſubſtitutio, & illam glo.approbat Iac. de Are Cyn. Bal.& Angel. & ratio eſt quia iſta non vadunt a pari, filium legitimum non extare, vel extare, & repudiaſſe, per tex in d. l.ſi ex modica.§.ſi filius.ſed certum eſt quod quando nō extat legitimus naturalis poteſt ſuccedere, ergo &c. ꝑ hoc reſpondetur ad legem, ſi is qui ex bonis.de vul.& pup.dicendo quod ibi legitimus non repudiauit.& intelligas iſtud procedere ſcilicet quod filius naturalis poteſt venire tanquā ſubſtitutus quando nō supereſt alter filius legitimus: ſed ſi alter ſupereſſet, tunc indubitate ſubſtitutus non admitteretur.& ſi contingat quod teſtator ſubſtituat pupillariter, tunc gloſ. magiſtra in corpore, quib.mod.natu.effi.ſui.§.fin. tenet partem affirmatiuam per text. in d.l. ſi quis ex bonis. & ad hoc bene facit tex.in l.ex facto.§. Iulius.eod.tit. & in hoc inter filium ſpurium, & naturalem Bar.non facit differentiam, ſed Ang.in d.l ſi is qui ex bonis, dicit quod eſt verum, ꝙ poteſt ſuccedere ex pupillari in bonis prouentis ex ſubſtantia pupilli, ſed non poteſt ſuccedere in bonis quæ fuerunt patris. Sed certe ſi iſta ratio attendatur, ſequitur quod ſubſtitutus pupillariter poterit ſuccedere etiam in bonis paternis quatenus poterat admitti de iure communi, & ſic ſuccedet primo in bonis pupilli, deinde in bonis paternis vſque ad duas vncias, iuxta authenti.licet.C. de naturalibus liberis. accipe ergo hanc concluſionem, quod ſpurius pupillariter ſubſtitutus non ſuccedit ex pupillari expreſſa pupillo in bonis, quæ fuerunt teſtatoris niſi quatenus ſuccedere potuiſſet de iure comuni ſecundum Ant. Sed forte tutius eſt tenere ꝙ in aliquo non ſuccederet ſi ſit filius ſpurius conſiderato quod ex prouiſione paterna ſuccederet tunc ſpurius, & ſic per indirectum pater eſſet cauſa ꝙ ſpurius haberet ſucceſſionem filij, vnde pater videtur eſſe cauſa profectitia & per Indirectū eſſet cauſa ꝙ ſpurius haberet ſubſtantiam filij, quod videtur abſonum. tamen non eſt tutum recedere a communi ſentētia glo.& Bar. vnde tunc eſt ſumenda iſta concluſio quod fi

26 lius † non legitime natus per pupillarem poteſt ſuccedere filio legitimo, & conſequi etiam bona, quæ fuerunt patris, q-nimo & idem dicas ſecundum Bal. d l.eam quam, in tacita vulgari compræhenſa in expreſſa pupillari. Et iſtud in hoc paſſu eleganti, & ſubtili ad hoc, vt veritas clarius eluceſcat

27 concluſiue dicas, † quod filius ſpurius ex teſtamento patris non poteſt ſuccedere ipſi patri ex aliquo capite, vt l.ſi pater. C.de hæredib.inſtitu.& l.ſi is qui ex bonis. de vul. & pup.& ideo non ſuccedit nec per vulgarem nec per fideicom quia per iſtas ſucceditur teſtatori, vt l.qui fundum.§. qui filiū, ad legem Falci.ſed per pupillarem bene ſuccedit in bonis duntaxat pupilli, ſed non in bonis, quæ fuerunt teſtatoris, vt dixit glo ſing in corpo. quibus modis natu·effi.ſui.§.fi.ꝑ text. in d.l.ſi is, qui ex bonis.& licet hunc intellectum Bal. & Bar. ibi approbent, attamen intelligunt d.l.in filio naturali.& ſecundum hunc intellectum ſequitur, quod ex pupillari filius naturalis ſuccedat in bonis pupilli, ſed non in bonis, quæ fuerunt teſtatoris. Sed certe hoc non tranſit ſine dubio conſiderato quod quando non ſupereſt legitimus, vel quando ipſe repudiat, quod tantum releuat, vt ſupra dictum fuit, filius naturalis poteſt ex teſtamento ſuccedere pro libito voluntatis paternæ, vt eſt tex. dicta authentica, licet, de naturalib. liberis. Si ergo poteſt libere ſuccedere in vniuerſo patrimonio patris, ego non video quare ſit dicendum, quod per pupillarem non conſequitur bona, quæ fuerunt teſtatoris. & ideo dicas quod tex.l.ſi is, qui ex bonis. non debet intelligi in filio naturali, vel dicas, quod illud erat de iure antiquo, ſed quod hodie non procederet.

Inſuper aduertas ad vnum, quod dicit Bart.ibi, quod non videtur poſſe procedere, nam ipſe vult, quod illas duas vncias in quibus naturalis poteſt ſuccedere ſecundum diſpoſitionem authenticæ, licet, quæ debent diuidi, & communicari cum matre, locum habeat etiam, quando naturalis admittitur ex teſtamento, quod non eſt verum, quia quando ſuccedit ex teſtamento, non tenetur aliquid communicare matri.& ita firmat Bald. Angel.& Ioan.de Imo.in dicta.l. & ſupraſcripta vendicant ſibi locum reſpectu ſucceſſionis pa-

28 ternæ, ſed reſpectu matris concludas, † quod ſi ſpurius non ſit natus ex coitu accuſabili, poteſt a matre inſtitui, & pariter ſubſtitui eo, quia indiſtincte ſuccedit etiam cum legitimis, vt in dicto.§ Inſtitut. de ſucceſſione cogna. & in l.hac parte, vnde cogna. quod intelligas verum, niſi mater eſſet illuſtris, quia tunc non ſuccedit, nec ex teſtamento nec ab inteſtato, vt in d.l. ſi qua illuſtris. quod limita eſſe verum, ſi ſuperſit legitimus, quia ita loquitur ibi tex.

Ex quo inferas, quod ſi mater ſubſtituat filium ſpurium vulgo quæſitum vulgariter filio ſuo legitimo, quod tunc licet mater ſit illuſtris poterit ſuccedere per vulgarē, ex quo non ſupereſt alter legitimus, qui eam excludat, & iſtud non eſt per Doctores tentatum. Et quando coitus eſſet accuſabilis habeas pro conſtanti, quod mater non poſſet inſtituere nec ſubſtituere. & per hoc ſit bene expeditum hoc dubium.

29 † Venio ad aliud dubiū principale videlicet, nunquid ſpurius admittatur ex aliquo ɔ̄ctu geſto cū patre. vr̄ namq; prima fronte dicendū, ꝙ non ꝑꝑ præſumptam fraudem inter perſonas ita prohibitas, prout in ſimili vult gl. in l.qui teſtamentū.de probationib.& ad hoc facit tex.in l. cū quis decedens.§. Titia.de lega. 3. ꝙ no.Bal.in l.fi. C. de inoffi.dona. & ita diſputando tenuit Iacob.de Belui.argumen.l.1.& 2.C.de naturalibus liberis, & ita voluit Bar.in l.ſi is, qui ex bonis, de vulgari & pupillari.& ad hoc facit, quia inter perſonas prohibitas eo ipſo, ꝙ quis reperitur poſſidere rem, quæ pertinebat ad illum de quo dubitatur, lex præſumit fraudem de leui, vt dicit ibi Bart.argumen.l.1.& 2.C.de repudia. hæredit. ſed Bal.in d.l.ſi is, qui ex bonis, diſtinguit inter cauſam lucratiuam, & oneroſam dicens ꝙ in primo caſu præſumit̄ fraus, in ſecundo vero non, ſicut occurrit, quando quis alienat in perſonam ſuſpectam titulo, & cauſa non mutata. nam tunc ſi reperitur poſſidere, præſumit̄ fraus, ſed mutata cauſa, vel titulo oneroſo, fraus non p̄ſumitur, vt ipſe no.dixit, in l.1.C. de donat.ante nup.& hoc modo ipſe concordat illū tex.& l. ſi tibi.ff ſi cert.pet.cum l.ſicut.§.ſuperuacuum. ff.qui pot.in pig.hab. Conſiderandū eſt igitur, an illa cauſa poſita in cōtractu ſit veriſimilis, ita quod non videatur color eſſe quęſitus, ſicut in ſimili, in l.ſi vir vxori.ff. de donatio.inter vir.& vxo.non tamen Bal.ad hoc probandū aliquid boni allegat. ſed tu validando dictum ſuum adducas no.verbum Bartol. in l. ſi ita ſtipulatus.§. ſi tibi nupſero.ff. de verborum obligationibus, vbi formaliter loquendo de prouiſione facta inter perſonas prohibitas, & ſuſpectas, facit differentiam

inter cauſam lucratiuam,& oneroſam,quare in iſto caſu cũ
30 inter patrem † & filiũ propter naturale vinculum ꝙ ſubſiſtit, de leui eſt præſumenda fraus cui obuiandũ eſt, argu. l. in fundo. ff. de rei vendi. & quia de leui inter patrem, & filium poteſt fraus committi, nam poteſt pater in abſconſo tradere pecuniam filio & breui manu eam recipere ex cauſa ſimulatę venditionis,iuxta.l.in ſimilibus per Barto.no.in l.ſingularia,ſi certum petatur,& per Bal.in.l ſi ex precio C. eo.ti.ideo cautus iudex debet animaduertere ne tales fraudes committãtur , & maxime per interpoſitas perſonas.& ideo Cyn.in l. filię cuius.C. famil.erciſcun.inueſtigat quando pater ꝯtrahit cum tertio nomine filij ſpurij,an ſit primo iudicandum, ſicut ſi ipſe cum ſpurio ꝯtraxiſſet. & ad idem videlicet ad remouẽdas fraudes,ſubijcit alius articulus videlicet quod ſit præſumẽdũ ſi Titius inſtituit hæredem Seiũ & Seius fecit hæredem filium ſpurium teſtatoris, an tunc ille ſpurius poſſit ſuccedere in bonis quę fuerunt patris. & in hoc Bar.in.l.fi.ff.de ijs quibus vt indign.præciſe tenuit quod ſic. Sed in.l. ſi is qui bo.de vulga.& pupillari. loquitur magis dubie, nã videtur velle quod ſolum ſuccedat in bonis Caij, ſed non in bonis paternis : non tamen audet diſcedere ab eo quod dixit in d.l.fina de ijs quibus vt indig. & ad hoc optime facit ſingularis glo.in corpo. quibus modis nat. effic. ſui.§ ſi.Et differentiam Bart. inter bona patris,& bona Caij non ſemper poſſibile eſſe veram:Nam ſi Caius ſolum inſtituit filium ſpurium,tunc decederet pro parte teſtatus , & ꝓ parte inteſtatus , quod dicere eſt impoſſibile in pagano , vt l ius noſtrũ.de regulis iuris. Sed ad vnum aduertas, quid dicendum foret ſi Caius hæres inſtitutus a patre ſpurij mortuus eſt intra annum non adita hæreditate teſtatoris, an tunc ipſe ius tranſmittat deliberandi? per legem cum antiquioribus. C. de iure deliberandi certe dicendum eſt forte quòd in tali caſu ſpurius non poterat ſuccedere eo,quia illa eſt hæreditas patris,& ideo hæreditas Caij,nam hæres hæredis,teſtatoris eſt hæres, vt l.ſi.C. de hæredi. inſti. & ideo in hoc caſu videretur recipere hæreditatẽ per indirectum ab
31 ipſo patre.Quid autem ſit † quando teſtator relinquit executorem ad pias cauſas,& ille executor vult diſtribuere in filium ſpurium teſtatoris qui pauper erat,an intelligatur poſſe. vide not. Bal.in l id quod pauperibus. C. de epiſcopis, & clericis. Nunc ad idem occurrit alia dubitatio , videlicet nunquid ſpurius poſſit ab inſtituto hærede a patre ſuo ſub conditione recipere illud quod dandum eſt cauſa conditionis implendæ.Bar. ſuccincte hoc tangit in d.l. ſi is qui ex bonis . ſed tu latius attingendo aduertas primo quòd ſi eſſet appoſita conditio dicendo,inſtituo te hæredem ſi centum dabis filio meo ſpurio , tunc non tenet talis appoſitio conditionis, text. eſt in l. quod conditionis . ff. de donatio. cauſa mortis , & ratio eſt quia illud quod datur cauſa conditionis implendæ , eſt ſubrogatum in locum bonorum teſtatoris , ſed quando teſtator apponit conditionem in genere, vt puta quia dicit inſtituo te hæredem ſi pro anima mea erogabis centum in piam cauſam , tunc ſi ſoluit ſpurio viginti non dicitur committere fraudem , argumen.l.cum quidam,de lega.ij.& l.item eorum, in.§.ſi decurionis. ff. quod cu. vniuer. no. & iſtud puto verum ,& ſi multum videatur repugnare text. in l. vnum ex familia in §. de falcidia, de leg. ij.vbi dicit tex. quòd eligens non dicitur dare , ſed ille dat qui primo iubet quòd detur , licet in alium conferat electionem . poteſt tamen reſponderi illi tex. dicendo , quòd illud eſt verum quando eſt commiſſa electio de incerto , & incertis, ſicut fuit in dicto tex. Sed quando electio vertitur circa incertum de certis ut occurrit hoc caſu quando dixit quòd daret in piam cauſam vni pauperi,tunc dicendum eſt quod valet. eſt enim inter hæc maxima differentia, vt l.qui decem.§. ſi Stichum.ff. de ſolutionibus . Iſta tamen reſponſio non tranſit ſine dubio . Primo quia non vr̃ habere in ſe bonam rõnem differẽtiæ. Secundo quia text. in dicta .l. quod conditionis , loquitur ſimpliciter in incerto de incertis , & ideo foret cogitandum.

32 † Nũc deſcendo ad aliud no. dubium , videlicet an ſicut pr̃ non põt inſtituere filiũ ſpuriũ , ita non poſſit inſtituere nepotẽ legitimũ natũ ex illo ſpurio.& iſtud dubiũ tangit gl. in.l. ſi. C. de naturalibus liberis, & non ſoluit . ſed Franciſ. Accur. tenuit quod poſſit inſtitui . & idem dixit Azo. in ſumma de naturalibus liberis & Iac. de Bel.diſputando tenuit iſtud idem. & Bar. hoc confirmat in l. Gallus .§. quid ſi is.ff.de lib.& poſth. & pluries conſuluit iſtud idem.

Sed tu aduertas primo ad conſiderandum ſi nepotis merita præceſſerunt quo ad auum , nam tũc indubitate valẽt quia conſideratur vt penitus extraneus , vt in ſimili dicit gl. in l.ſi tibi.§.ſi pactus.ff.de pactis, & principaliter not. in l. ſi donatione.C.de collatio. & forte idem dicẽdum foret quãdo foret prohibitus vſusfructus acquiri patri. nam tunc videtur ceſſare cauſa impeditiua reſlectus, ſed quando neutrum ex iſtis occurrit, res ſatis dubia remanet , nam primo reperitur quod Baldus in conſilio ſuo quod incipit,quidam magiſter,affirmat nõ eſſe poſſibile quod talis inſtitutio ſeruetur eo quia affectio aui in nepotẽ eſt firmata in mala radice filij ſpurij,qui talẽ nepotem generauit.nam dicit ꝙ eſt veriſimile ꝙ auus motus fuerit ſolum contemplatione filii circa nepotem,vt dicit gl. in dicto.§. ſi pactus . Itẽ dicit Bal. quod ſi valeret , eſſet parata via ad fraudes committendas eo,quia ſemper auus inſtitueret nepotem, & haberet intentum ſuum. Inſuper Bal.in d.l.Gallus.§.quidam recte,tenendo hanc partem dixit quod cauſa impediens ſpurium ſuccedere non purgatur ex perſona nepotis,imo durat perpetuo nedum in ſpurio, ſed etiam in omnibus qui deſcendunt ab ipſo,conſiderato quod licet nepos non inſit filio formaliter ineſt tamen cauſaliter vt ipſe dicit allegando magiſtrũ ſententiarum in ſecundo ſententiarum,diſtinc. xxiij. c.j. & eapropter gl.in l fi.C.de naturalibus liberis. dicit quod patres comederũt vuas acerbas, & filiorum dentes obſtupuerũt . Inſuper aſſignat aliam rationem dicendo quod tex. in auctenti.ex complexu.C.de inceſt.nup.vult,quod ex coitu reprobato nati non ſuccedant, & illa dictio ex,aſſumitur medietate vt l.j. §. ex incendio.ff. de incen. rui. & naufra.ergo comprehenditur nedum filius,ſed etiam nepos qui ex eo generatur. Item dicit quia ſi valeret inſtitutio uſusfructus acquireretur ſpurio per.l.j. C.de bo.mat. quod dicere foret abſurdum , & iſta vltima ratio placet Ange. nam per eam idem confirmat in d.§. quidam recte . Sed tu in hoc conſidera, nam ſi iſta vltima ratio attendatur , ſequeretur vnum valde inhumanum,videlicet quod ſi iſte nepos non eſſet legitime natus,ſed foret filius naturalis , tunc valeret inſtitutio,quia cum non ſit ſub patria poteſta.vt inſti.de nup.§ penultimo,non acquireret uſumfructum patri. Et finaliter in hoc paſſu approbo illam partem attento quod iniuſtum,& iniquum foret tenere ,quod delictum patris non ſolũ noceret filio ſed etiam poſteris ex filio deſcendẽtibus,cũ hoc ſolum reperiatur in crimine læſæ maieſtatis, vt l. quiſquis . C.ad legem Iuliam maieſta. & ad hoc bene facit tex. in l fi. C.de naturalibus liberis in verſicu. in nepotibus.ibi,eadem obſeruatio &c. ubi textus dicit quod illa fęditas ſeu vitiũ quod tranſit in filium non habet nocere nepoti.nec obſtãt rationes aſſignatę per Bal.& primo reſpondetur ad id quod dicitur quod videtur inſtitutus nepos contemplatione patris,nam dico quod iſtud non eſt verum, & adduco tex.in l. quæſitum,de lega.j.per quem probatur quod id quod deſcendit ab auo in nepotem, cenſetur aduentitium, & non profectitium reſpectu patris,& ſic non poteſt dici quod videatur factum contemplatione patris,nam tunc diceretur profectitium.l.profecit . de iure dotium.& ad hæc accedat quod notauit Bartolus in l.ſed ſi plures §. in arrogato.ff. de vulgari & pupillari.& per glo. & Bald. in l. ſi donatione. C. de donatio.& in §. manifeſtum, in corpore de reſtitu. fideicommiſ.nec obſtat ſecundo loco dictum Bal. de dictione , ex, quæ operatur etiam mediate . quia dico quod illud eſt verum in materia fauorabili.ſecus autem in odioſa, vt not. Bald.in l.ex hoc iure. ff. de iuſtitia, & iure nec obſtat tertio authoritas magiſtri ſententiarum, quia eſto quod filius inſit patri materialiter, & cauſaliter, per hoc non ſequitur ꝙ cenſeatur eſſe eadem ſubſtantia, & ideo factum a patre nõ nocet filio, vt in to. titu.C. ne fil. pro pat. nec etiam obſtat illud quod dixi de vſufructu,quia acquireretur patri . nam reſpondetur quod hoc caſu vſusfructus vitiatur, & non vitiat vt in ſimili dicit Bar.in l.j.ff.de autho.tu.

33 † Venio ad alium articulum , videlicet quid foret dicendũ ecõtra ſi pr̃ haberet filiũ legitimũ & naturalẽ,& ex illo filio haberet nepotẽ ſpuriũ, an poſſit illum nepotẽ ſpuriũ inſtituere hæredẽ.& in hoc dubio dicerem quod non, per legẽ fi.C.de naturali.liberis.iũcto.§.fi. in corpo.quib. modis naturales effici.ſui.& ita per elegantiſſimos Doc. reperi fuiſſe conſultum,& hoc recitato ſequitur aliud dubiũ, videlicet.

34 † Nũquid filia ſpuria debeat a patre ſuo dotari , ita quod illud quod dicit tex.in l.obligamur.§.lege.ff.de actio.& obli. quod pater a lege eſt obligatus dotare filiã, vẽdicat ſibi locũ etiam in filia ſpuria.& in hoc aduertas , q̃a articulus iſte eſt utilis & quotidianus,& dicas ꝙ ſi eſſet inceſtuoſa, vel ſacrilega,pater non teneretur,quia nõ eſt adſtrictus etiam ad alimẽta.vt not . dixit Bal.in auct. ex complexu.C.de inceſt. nup.ſed ſi eſſet ſpuria,& nõ inceſtuoſa, ꝓ parte affirmatiua facit rõ,quia dos ſuccedit loco alimentorum, ut l. ſi q̃s a liberis.§ vtrũ.de liber.agnoſcen.& no.in l.iij.§. ſed vtrum.ff. de minoribus.Sed ſpurio ſunt debita alimenta,vt in c.cum

haberet.

haberet, de eo qui duxit in vxo. quam polluit per adulte. ergo ſicut tenetur alimentare, tenet & dotem dare, & in hanc partem inclinat Bart. in repeti. l. Mæuius. §. duob. ff. de lega. 2. in q. quæ incipit, ſecundo quæro. ſed ego arbitror iſtud eſſe verum, & inquantum illa ſpuria viuat honeſte, ſecus autem ſi eſſet diſſoluta & inhoneſtę vitę, nam tunc Bal. not. in l. ſi iudex. ff. de ijs qui ſunt ſui vel alieni iur. in apoſtillis ſuis dicit, ꝙ non tenetur ipſam dotare, nec alimentare, & idem dicit in filio ſcorto & laſciuo, qui luſit ſubſtantiā. nam non tenetur pater vlterius alimentare, ſed ꝯ vr̄ tex. in l. vxorem. §. pater naturalis ff. de leg. 3. vbi in dotādo filiam eſt magna differentia inter filiam naturalem & legitimam, nam ſi ſit filia legitime nata, in dubio pater videtur dotaſſe ipſam de ꝓpria ſubſtantia ipſius patris, vt l. ñ. C. de do. pronuſ. & ſecus eſt in filia naturali, vt eſt tex. in d. § pater natura.

Sed poſito pro conſtanti, quod pater filiam ſpuriam dotare tenetur, arg. d. cum haberet. ſuccedit tunc dubium.

Nunquid habeat etiam locum in terris imperij, eo quia licet pariter poſſit alimentare, non tñ reperitur quod de iure ciuili pater ad hoc adſtringatur, & ideo vr̄ quod diſpoſitio illius capituli non ſe extendat vltra terras eccleſiæ.

Sed Io. de Imo. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ad Trebel. pro iſta parte ꝙ habeat locum vbiq; locorum, allegat quod in ſimili dicit glo. in c. fi. de hæreti. in 6. & quod not. Io. And. in mercuriali, ſine culpa, de regulis iuris. in 6. & ad idem bene facit quod dicit Bald. in conſilio ſuo quod incipit, punctus iſte. vbi firmat quod diſpoſitio capituli fina. de arbitr. lib. 6. ſeruatur in terris imperij, non obſtante tex. in l. ſicut in §. fin. ff. de arbi.

Deſcendo igitur nunc ad aliud dubium, nunquid dicti
35 filij † poſſint promoueri ad honores & dignitates. & in hoc concludas quod ſpurij regulariter ſunt incapaces niſi in ſubſidium & defectū legitimorum, vt l. generaliter. §. ſpurius. de decuri. ff. iuncta l. ſpurios. eo. tit. & in l. ex libera. C. de ſuis & legi. vbi etiam Bal. hoc refert, & ſolet allegare gl. 2. diſtinct. in cap. leges. quæ inducitur quod ſpurius etiam legitimatus ſine diſpenſatione non poteſt promoueri ad canonicatum. Dixit tamen Ang. in ſuo conſilio ꝙ incipit, In nomine domini & ſuæ matris glorioſę præmiſſo primo &c. quod ſpurius poteſt eſſe notarius, ſi ſit factus a principe, vel a Comite Palatino. ſed mihi vr̄ quod hoc nō ſit dubiū, quia dicit Bar. in l. eandem. ff. ad leg. Iuliam repetū. Tabellionatus nō eſt dignitas, vt l. vnica. C. de man. priu. & quod habetur in l. fin. C. qui mi. non poſſunt. li. xij & in l. non enim. ff. de adod. quod eſt verum niſi ſit deputatus vt reſideat coram principe, vt dicit ibi Bart. In filio autem naturali tamen credo ꝙ ſit capax dignitatum per tex. in l. communi. C. de natura. libe.

36 † Nunc venio ad vltimum dubium occurrens in hac 3. parte videlicet, nunquid pater poſſit relinquere filium ſpurium teſtamentarium tutorem filio ſuo legitimo. & ad hoc breuiter dico ꝙ non, quia lex de ſpurio contendit contra legitimum, vt dicit Bal. in l. ſi quidem. ff. de excu. tut. per illum tex. ſed an filio naturali poſſit dare tutorem teſtamentariū. Bar. dixit ꝙ non niſi a iudice confirmetur, vt ipſe no. in l. i. ff. de teſtamen. tut. Supereſt ergo vt his dubijs reſecatis videamus ſi ſit dare aliquam cautelam a iure permiſſam, qua mediante dicti filij poſſint adipiſci bona paterna. Et in hoc dubio Bar. in l. fi. ff. de his quibus vt indignis, & Bal. in l. hac edictali §. cum circunſpicione. ff. de ſecundis nup. adhibet plures cautelas, & potiſſime iſtā ꝙ inſtituatur cum poterit capere. nam incapax poteſt inſtitui cū capax erit, vt probat tex. in l. in tempus. ff. de hæredi. inſtit. & interim datur ꝙ poterit agnoſcere bono. poſ. & erit bono. poſ. & dabitur interim curator hæreditati, quia ipſe non habet bonorum poſſeſ. quæ iuris eſt, ſed retinet tanquam cuſtos. & hanc cautelam approbat Ange. in d. l. in tempus. vbi dicit ꝙ melior cautela eſt ꝙ ipſe ſpurius īſtituatur heres, & ꝙ grauetur per fideicommi. ꝙ illam hæreditatem reſtituat vni veriſimiliter nūquam petituro, veluti regi Francorum cum venerit ad petendum, & hoc per tex. in l. cogi. §. hi qui inſolidum, ad Trebellia. per legem, is qui ſolidū. ff. de hæredibus inſtituēdis, & ſic probatur
37 per illa iura † ꝙ incapax per ſe poteſt eſſe capax per alium, & ad hoc vide not. Bald. in l. eam quam. C. de fideicomm. in vltima quæſtione. & Bal. in d. l. eam quam, allegat vnam glo. fi. in l. ea ſola. ff. de regu. iur. quæ dicit ꝙ ille qui eſt incapax propter ſuum delictum poteſt ſuccedere in ſubſidium quando nullus eſt qui velit adire hæreditatem. Sed aduertas quia iſta cautela data de reſtituendo ei qui nunquam petiturus eſt, non videt̄ bona, imo in fraudem poſita per text. in d. §. in circumſpicione. Item quia ſpurius eſt incapax prima perceptione, ergo non tenet inſtitutio, & ideo ipſo facto repellitur. vnde datur alia cautela, ſcilicet quod inter ſpurium, & patrem ſit contracta ſocietas omnium bonorum, nam filius non venit vt hæres, ſed vt ſocius, & ita dicit Bald. in l. 1. C. pro ſocio, per tex. in l. ſi is qui duos. ff. de liber. lega. Subeſt & alia cautela, videlicet ꝙ pater donat bona ſua alicui nunquam petituro, vt puta regi Francorum, & dimittat interim filium ſpurium gubernatorem, & adminiſtratorem bonorum ſuorum, vſquequo dictus rex veniat principaliter ad petendum. ſed certe iſta cautela laborat eo morbo ſicut præcedens, & præſumitur in fraudem appoſita, & hac de re nihil eſt cautius, & laudabilius quam facere filium legitimari, & iſta eſt tertia pars principalis, de qua ſumus ammodo tractaturi.

Et quia legitimationum plures ſunt ſpecies antequam veniatur ad alias ſpecies quæ reſultant mediante reſcripto veniam ad primam quæ reſultat per ſubſequentiam matrimonij, de qua loquitur textus in l. cum quis, & l. nuper. C. de naturalibus liberis. & in capitulo, tanta, qui filij ſint legi. ꝙ capitulum, ſi conditum non fuiſſet, Ioannes Andre. in mercuriali, ſine culpa, de regulis iuris in vj. reuocat in dubium, an imperator potuiſſet inducere vbiq; locorū ꝙ naturales filij intelligerentur legitimari per ſubſequentiam matrimonij, & iſte modus legitimandi eſt fortior, & validior alijs legitimationibus eo quia ſiue ſuperſint alij legitimati, ſiue non ſuperſint, ſemper iſti ſuccedunt tanquam legitime nati, & habēt iura agnationis, & cognationis, ita ꝙ omnibus cognatis, & agnatis ſuccedunt, vt in corpo. quibus modis natura. effici. legi. §. 1. & in quantum ad hunc articulum eſt ſingulariter ponderanda gl. in corpo. de inceſt. nupt. §. dubitatum. in verbo, confeſſionis, quæ vult ꝙ debeant interuenire inſtrumēta dotalia ad hoc vt per ſubſequentiam matrimonij naturalis filius intelligatur legitimatus. & pro illa glo. in conſil. ſuo. xvij. ꝙ incipit, in dei nomine, pro deciſione quæſiti &c. allegat tex. in §. tribus, in Authenti. quibus modis naturales effici. ſui, & per hoc limitat̄ illud ꝙ dicit textus in l. in copulandis C. de nup. vbi probatur ꝙ ad eſſe matrimonij non requiritur dotis conſtitutio, quia imo hoc caſu quantum ad hūc effectum opus eſt ꝙ tempore matrimonij interueniant inſtrumēta dotalia, vnde An. in alio ſuo conſi. xxviij. dicit ꝙ in terris imperij non habet locum c. tanta. ſi non interueniant inſtrumēta dotalia. & allegat ipſe illam gl. præallegatam, ſed dicit ꝙ eſt in §. liquidarum in gl. in verbo, confeſſione. cæterum requiritur ꝙ filius ſit vere naturalis, ita ꝙ ſit natus ex vnica concubina affectu concubinatio, vt dictum eſt. ſ. in c. 1. penul. partis.

38 † Sed tu aduertas ꝙ iſtud non vr̄ eſſe verum, quia non cadit concubinatus, vbi non poteſt eſſe matrimonium, vt dixi in d. c. 1. & cum ancilla matrimonium eſſe non poteſt, vt l. cum ancillis. C. de nupt. & in l. Iulianus. ff. de ritu nupt. & in auc. vt lib. de cętero. §. ſi quis autem libertam col. 6 tamen inde natus legitimatur per ſubſequētiam matrimonij, vt in auc. de trien. & ſemiſ. §. fi. & in ſupraſcripto. §. ſi quis autem. Quare Ia. de Bel. in d. §. dubitatū. in corpore de inceſ. nup. dixit ꝙ aut extant filij legitimi, & tūc natus ex ancilla vel ex alia cum qua matrimonium eſſe nō poterat: & tunc non ſequitur legitimatio propter ſubſequentiam matrimonij, & hoc modo intelligit tex. in d. c. tanta. quando dicit ꝙ ſpurius non legitimatur propter ſubſequens matrimoniū. Sed quādo legitimati non extarent, tunc dicit ꝙ ſubſequentia matrimonij operatur legitimationem, ſed iſtud ſuum dictum cōmuniter reprobatur, quia ſequeretur abſurdum, videlicet ꝙ natus inter non ſolutos, & ſic filius adulterinus legitimaretur per ſubſequentiam matrimonij, ſi filij legitimati non extarent, ꝙ eſt abſonum, & maxime quia in ſpurio iura indiſtincte loquuntur, vt non legitimetur per ſubſequens matrimonium. Qua de re ego in primitijs meis repetens in Peruſio, d. cap. tanta aliter ſoluebam hoc contrarium ponēdo duplicem intellectum. nam dico primo ꝙ aliquando tēpore coitus actu, & habitu inter parentes matrimonium eſſe non poterat, prout occurrit qñ erāt non ſoluti, quia tunc actu matrimonium eſſe non poteſt, nec etiam veriſimiliter in potentia, conſiderato ꝙ inter illos non poterat eſt matrimonium, niſi occurrat caſus mortis mariti, vel vxoris, quia hodie matrimonium non diſſoluitur niſi morte, vt in c. gaudemus. de diuort. & caſus mortis non eſt conſiderandus, vt l. inter ſtipulantem. §. ſacram. de verb. ob. Ideo dico ꝙ diſpoſitio c. tanta, in tali caſu non vendicat ſibi locum. Aliquādo autem occurrit ꝙ licet in actu, & ſic de præſenti deſijt potentia contrahendi matrimoniū, tñ non deficit ī habitu illa potētia, ſicut occurrit cū ancilla, cū qua licet eſſe non poſſit matrimoniū attamē ſi dñs velit eam liberare, ſtatim efficit̄ habilis ad matrimoniū, & ſic nō deficit habitus nec potētia & hoc caſu dico ꝙ ꝑ ſubſequētiā matrimonij inducit̄ legiti-
39 matio, vt d. §. ſi quis aūt. & d. §. fi. non eſt. n. dubiū ꝙ † minoris æſtimationis eſt actus nullus actu, & habitu, quam ſi ſit in

habilis actu, & habilis in potentia, vt l.intercedit de cond.&
demonſtr. Vel ſecundo loco ſoluendo dicas quod aliquan-
do habetur coitus cum muliere, cum qua nec matrimoniũ
nec contubernium eſſe poteſt. & tunc inde nati non legiti-
mantur per ſubſequens matrimonium. aliquando poterat
eſſe contubernium, licet rebus ſic ſtantibus non poſſet eſſe
matrimonium ſicut occurrit in ancilla, cum qua licet tunc
non poſſit eſſe matrimonium, poteſt tamen eſſe concubi-
natus, & ideo inde natus dicitur naturalis, vt in auct. quib.
mod.natu.effi.ſui.§.ſi vero ex ancilla.& tunc dico ꝙ talis fi-
lius legitimatur per ſubſequentiam matrimonij. & iſti ſunt
duo not.intellectus, ex quibus ſequuntur duæ no.limitatio
40 nes ad d.c.tanta.& ex his infertur, † ꝙ natus ex clerico in mi
noribus conſtituto legitimatur per ſubſequentiam matri-
monij attenta ſolutione quam dedi, eſto ꝙ Ioan. And.aliter
in d.c.ſine culpa loquitur. Sed tunc ſupereſt videre qd fo-
ret ſi mortuus ſit filius naturalis, & inde pater ſuſcipit cõcu
binam in vxorem, an tunc nepos natus ex illo filio naturali
intelligatur legitimatus.& certe Bal. in l.benignius.ff.de leg.
dicit ꝙ tali caſu iſte nepos non poterit admitti tanquam ſi
eſſet natus ex patre legitimo, & quia fictio non operatur qñ
non extat filius tempore quo contrahitur matrimoniũ arg.
l.huic ſcripturæ.ff.ad legem Aquil.& l.qui libertinus.§. poſt
humus.ff.de bo.lib.& tandem eſt circa hunc articulum põ-
derandum ꝙ iſta legitimatio, quæ fit per ſubſequentiã ma-
trimonij non præiudicat filio legitime nato antequam hoc
matrimonium eſſet contractum cum concubina, nam legi-
timatio eſt quædam reſtitutio natalis, vt l ſi ff.de nata.reſtit.
quæ reſtitutio nõ trahitur retro in præiudicium eius, cui eſt
ius quæſitum, vt l.Gallus.§.& qd ſi tantũ.ff.de lib. & poſthu.
& quod ibi per gloſ.& Bar & l.non a patre.ff.de capti.& ca.
quamuis.de reſcriptis.lib.6.& ita tenet Bal in d.l. benignius.
vbi etiam dicit, ꝙ legitimatio ſe nõ trahit hic ad caſum, nec
ad tempus de iure prohibitum, vt l.Paulus.ff.de ſtatu homi-
num.& ſic etiam not. ꝙ legitimatus per ſubſequentiam ma-
trimonij multa conſequitur, quæ non conſequitur legitima
tus per reſcriptũ. vnde ſuccedit in feudo ſicut ſi foret legiti-
mus, de quo habetur in c.innotuit.de elec. ꝙ Bal. in c. natu-
rales.de contro.feu.intelligit eſſe verum, quod aliquando
legitimatus per reſcriptum ſuccedit in feudo antiquo & no
bili, niſi dicatur pro ſe & filijs legitime natis, quia tunc legi-
timatus per reſcriptum, vel per ſubſequentiam matrimonij
non admitteretur. Ad vnũ tamen aduerte, videlicet nũquid
ſufficiat ꝯtrahere matrimonium in vltimo vitæ ſpiritu. vř ꝙ
41 nõ, quia † non valenti liberos procreare, interdictum eſt ma
trimonium, vt l.ſerua.ff.de iu. do. & in c.a.de frig. & malefi-
cia. Item quia actus nõ debet inchoari eo tempore, quo eſt
extinguendus, vt l.ſi vſusfructus cum moriat. ff. de vſufruc,
leg. De iſta tamen quæſtione remitto me ad not.per Ioan.
And.in d.c.tanta.& in cõcluſionibus Specu.§ 1. qui fil.ſint
legi. & ad no.per Cy.in l.nuper.C.de natu.libe. & per Bal.in
l.eam quam.C.de fideicom & hoc ſufficiat. Nunc venio ad
42 ſecundam ſpeciem, quæ reſultat præſumptiue, quando † pa-
ter in teſtamento aſſerit illum eſſe ſuum filium. nam tũc na
turalis filius habetur pro legitime nato, vt in auct.item ſi qs.
C.de natu.lib & in corpo.vnde ſumitur.& quantũ ad hunc
articulum videndum eſt primo ꝙ no.Bar. in ſua diſputatio-
ne quæ incipit, habens filium naturalem, quod plene dixit
in conſ.ſuo 44.ꝙ incipit. Venantius Cõradum. & ibi allegat
Hoſt.in ſumma, qui fil.ſint leg.& dicit primo, ꝙ hoc proce-
dit ſi illa mulier ex qua natus eſt iſte filius, poterat debite &
honeſte eſſe vxor ſua tempore quo fuit generatus.& ad hoc
adducitur in arg.l.3.§.ſi emancipatus.de contrata. & tex. in
l.cum ita lega.de condi.& demon.& glo.in l.fi.§.& quæ ita.
C.de ſponſa.& etiam tex.in l.in libere. ff.de rit. nup. Inſuper
requiritur ꝙ tunc mater ſua viueret, & hoc per tex. in § il-
lud.in auc. quib.mo.natu.effi.ſui. vbi tex. vult quod ſi ma-
ter non viuit, vel ſi ſubſiſtat aliud impedimentum ad matri
monium contrahendum, ꝙ tunc legitimatio non eſt valida
niſi fiat per reſcriptum. Tu tamen aduertas, quod iſta legiti-
matio quæ reſultat in d.auc.item ſi quis. non eſt vera legiti-
matio ſed præſumptiua, & non eſt præſumptio iuris & de iu
re, vnde poſſet probari contra.argu.c.illud. de præſumptio.
Item diſpoſitio.d.auc.ſecundum Bar, in ſupraſcripto conſi-
lio, non militat de iure cano. quia canoniſtæ non præſumũt
matrimonium, & ideo forte illa auc. non ſeruatur in terris
eccle.& ad hoc accedat ꝙ no.Ioan. And. in c.per tuas. qui fi.
43 ſint legi. Sed nunc tertio loco ſupereſt no. † dubium, videli-
cet an ſi pater in ſuo primo teſtamento nominauit filium
naturalem, & ſi cauſatus eſt effectus præſumptiuę legitima
tus ex diſpoſitione d.auc.item ſi quis.poſtea fecit aliud teſta
mentum, & ſic primum fuit reuocatũ, modo quæritur nun
quid iſte talis filius naturalis poſſit ſuccedere tanquam legi-
timus. videtur primo quod ſic, eo quia in teſtamẽtis poteſt
contrahi, & quaſi contrahi, vt dicit glo.in l.hæredes palam.
in fi. ff. de teſta. quod eſt verum, ſi pars ſit præſens & acce-
ptans, vt no.Bar.in l.cum quis decedens.§.codicil. de leg. 3.
& ad hoc facit lex, l.Lutius Florus.ff.de iu.fiſ.& in l.Aurelius,
ff.de lib.leg.ſed in caſu iſto hoc non interuenit. & ideo iſte
effectus legitimationis intelligitur reuocatus reuocato te-
ſtamento, propter quod iſta legitimatio reſultabat, niſi di-
ceretur quod iſte eſt ſolus actus declaratiuus, qui geri po-
teſt etiam abſente parte, vt l.Pompo.in negotijs.ff.de nego.
geſt. & per hoc ſit expeditum quantum conuenit ad hanc
ſecundam ſpeciem legitimationis.

De tertia autem ſpecie quæ reſultat per oblationem cu-
riæ, de qua loquitur tex.in l.communium. C de natu.libe.cõ
ſiderato quod illud quod dicit Ange. in conſi.ſuo.17.quod
incipit, in dei nomine amen, pro deciſione. vbi diſcutit hũc
articulum, dixit quod hodie iſte modus legitimandi receſſit
ab aula.& ad hoc vide tex.& glo.in auc.quib.mod.nat.effic.
ſui. vbi habetur quod taliter legitimatus participat honores
& commoda tanquam legitime natus, ſed non agnaſcitur
reſpectu ſucceſſionis alijs agnatis vel cognatis.

Opus eſt igitur nunc venire ad illam potiſſimam ſpeciẽ
legitimationis, quæ fit mediante reſcripto principis, aut co-
mitis palatini. & quia hæc eſt materia longa & per canoni-
ſtas plene digeſta, præſertim per Ant.But.in c. per venerabi
lem qui filij ſint leg. ego ipſam breuiſſime pertractabo.

44 † Et primo eſt videndum, nunquid legitimatio facta ꝑ pa
trem ſe extendat ad terras eccleſię, & econtra & videtur pri
mo dicendum quod ſic, quando eſt princeps qui legitimat,
nam actus voluntarię iuriſdictionis non finiuntur territo-
rio, quando geruntur a principe, vt l.2.ff.de offic. proconſul,
& lega.& ad hoc accedat no. Bar.in l.qua in prouincia.ff.de
ri.nup & Ant.de But.in d.c.per venerabilem. qui vult quod
vterq; princeps poſſit legitimare, & legitimatio ſe extendit
vbique locorum. Sed Bal.in l. 1. C. de iu.an.au. aliter eſt lo-
quutus.& etiam in tex.C.de no.Co.compo.& in l.eam quã,
C.de fideicom.in viij.col.in q quæ incipit, conſueuit eſſe q.
& ibi tenet quod legitimatio facta per Imperatorẽ quo ad
ſucceſſionem bonorum non ſe extendit ad terras eccleſiæ,
nec econtra. Sed quoad alios effectus tenet idem quod Bar,

Sed quando legitimatio fit per Comitem Palatinum ha-
bentem poteſtatem legitimandi ab Imperatore, talis legiti-
matio non extenditur ad terras eccleſiæ, ſecundum Iaco.
But.in l.præſes.ff.de offic.præſi. & ſic minor a principe quæ
ſunt voluntarię iuriſd.non poteſt in alio territorio exerce-
re arg.d.l. a.ff.de offi proconſul.& lega.& ita tenuit Ant.de
But quantum ad iſtum effectũ legitimationis. Sed quantũ
ad effectum diſpenſationis, Cy.in auc.ex complexu.C.de In-
ceſt.nup.dixit quod Imperator diſpenſat quo ad temporalia
& Papa quo ad ſpiritualia.

Sed nunc ſecũdo loco occurrit dubitatio, an quando fit
45 legitimatio † requiratur præſentia patris & filij, vel ſufficiat
ꝙ interueniat procurator.& ad hoc vide ꝙ no. Bar.in l Gal-
lus.§.forſitan.ff.de liber.& poſthu. & Bal.in l.3 C. de manu.
& ibi dicit ꝙ fieri poteſt, cum ſit fauorabilis. & Io. An. hoc
no.in c.ex parte.de reſti.ſpo.& vide per Bal. in l.neque.in fi.
ff.de adopt.& per Iac.But.in l. poſt mortem.§.fi.eod.tit. Sed
curia Romana communiter vtitur diſpenſatione, quæ ſua
natura eſt odioſa, nam communiter dicitur, de ſpeciali gra-
tia diſpenſamus, vt dicit Io. And. quod cum legitimatio ſit fa
uorabilis, non requiritur tamen cognitio, & eſt amplianda.
ſed contrarium eſt in diſpẽſatione, vt no. Bal.in l.Barbarius.
ff.de offi.præſidis.

46 Sed nunc quinto loco quæritur, † nũquid poſſit legitima
ri filius patre inuito. Iac.de Belui.in d.auc.quib.mod.nat.ef-
fic.ſui. dicit quod non, quantum ad obtinendam hæreditatẽ
quia tunc eſt opus quod conſentiat ipſe pater, vt no. etiam
Bald. in l.Gallus. §. nunc de lege ff.de liber.& poſthum.per
tex.in auc.quib.mod.natu.effic.ſui in §.generaliter.& idem
dixit Guliel.de accuſatio.quando fit legitimatio per ſubſe-
quentiam matrimonij, argumen.l.fina.ff.de iis qui ſunt ſui,
vel alie. iur. & ita dicit Bald. in l. benignius. ff. de legi. & de
iſto articulo vide per Angel.ſupraſcripto ſuo conſilio, & ple
nius in diſputatione quæ incipit, nobilis quidam genere. in
tertia columna.

47 Item & ſexto quæritur, † an quãdo fit legitimatio ſit opus
quod attinentes ſint citati, qñ ſunt in primo gradu ſuccedẽ
di ab inteſta. Iaco.de Are.in l.penul ff.de nata.reſtituen.per
tex.in l.3. eo.tit. dicit quod fieri non poteſt, ex quo fit præiu-
dicium ipſis venientibus ab inteſta. ſi non conſenſerũt. Sed
Bar.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.de liber. & poſthum. di-
ſtinguit, an iſta legitimatio ſit facta in vita patris, & tunc di-
cit quod nõ eſt opus quod citentur, nec requirantur veniẽ-
tes

res ab inteſtato, ſed ſi fiat poſt mortem, quo tempore eſt verum dicere quod eſt ius quæſitum ipſis venientibus ab inteſta. tunc eſt opus ꝙ citentur, & ꝙ ipſi conſentiant, vel ſaltē ꝙ non diſſentiant, ꝙ eſt verum, niſi pater in teſtamento dixit ꝙ volebat ꝙ legitimentur, vt dicit Bar. in d. §. & quid ſi tā
48 tum & Bal. in l. nam ita diuus. ff. de adopt. † Septimo quærit, nunquid teneat legitimatio de filio ſpurio vel naturali, ſi nō ſit facta mentio in reſcripto, quando pater qui ſupplicabat, habebat alios filios legitimos & naturales. Ant. de But. in d. c. per venerabilem. dicit ꝙ reſcriptū redditur ſubreptitium, & quod plus eſt, dicit vnum quod eſt ſatis mirabile videlicet quod licet non ſuperſint filii legitimi, attamen ſi ſuperſint agnati vſq; ad quartum gradum, ſi de ipſis non ſit facta mētio, reſcriptū. reddit̄ ſubreptiuū: ſed qa nihil allegat, audi
49 ui, ꝙ in curia non obſeruatur hoc. Sed tunc ſtat dubiū, † qd ſi in reſcripto dicatur ꝙ erat ſpurius, ſed non erant declaratę qualitates ſpurioſitatis. tunc Ioā. Andr. in c. fi. de fil. presb. & Bal. in c. naturales. ſi de feu. fuerit contro. in vſib. feu. & in l. eam quam. C. de fideicom. allegando conſ. Oldra. qui vult ꝙ non ſit opus exprimere qualitates ſpurioſitatis. ꝙ intelligas eſſe verum, quando erat vulgo quæſitus, ita ꝙ non concernebat maiorem defectum ſpurioſitatis, ſed ſi foret inceſtuoſus vel adulterinus, tūc dicas ꝙ in minore a principe, vt puta a Comite Palatino. nam tunc ex defectu auctoris & ex defectu reſcripti, ꝙ præſumitur ſubreptitie impetratum, talis legitimatio non valeret. & idem dicas, ſi diceret ſe ſpuriū & natum inter affines, quia tunc ſi occurrat ꝙ fuerint duplici affinitate coniuncti, ſimiliter reſcriptum eſſet ſubreptitium, ſi de vtraque affinitate non ſit facta mentio, vt not. dixit Io. And. in arbore affinitatis. durior enim redditur princeps ad legitimandum illos qui ſunt infecti duplici macula, quam ſi eſſet vna tantum. & ad hoc accedat no. Ioā. And. in c. per tuas qui filij ſint leg. & Bar. in l. pupillo. §. ſi pluribus. de ope. no. nun: & ꝙ no. dixit Bal. in l. a. C. de epiſcop. aud. vbi dixit ꝙ ſi quis ſit bannitus duplici banno, deinde petat in reſcripto ꝙ eximatur a banno, nā dicit ꝙ non valet, ſi de vtroque banno nō ſit facta mentio. vide tamen ad hoc no. Bal. ſi de feu. fue. contro. in c. naturales. vbi videtur velle quod poſſint legitimare illos qui ſunt infecti maiori vitio ſpurioſitatis, ſicut illos qui ſunt in minori. ſed dicas ꝙ verum eſt ī principe legitimante, quia coram eo non eſt opus ꝙ ſit expreſſa qualitas ſpurioſitatis, vt dicit Bald. in c. naturales. ſed quando eſt facta commiſſio Comiti Palatino vt poſſit legitimare filios, non intelligitur ſpurius vulgo quæſitus. ita dicit Bal. in princip. q. Sed nunc aduertas ad aliud dubium, videlicet quando princeps habilitat & redintegrat ſpuriū tanquam legitime natum, ita ꝙ reſtituit ſibi iura primogenituræ, aliquo tamen reſeruato, an pro iſta reſeruatione debeat dici quod non ſit vere legitimus, & in hoc paſſu alias conſulēdo tenui partem negatiuā, eo quia legitimatio eſt actus indiuiduus qui non poteſt ſubſiſtere in parte, quin ſubſiſtat in toto, vt de ciue dixit Bar. in l. ſi is qui ꝓ emptore. ff. de vſuca. vbi firmat ꝙ ſtatutum non poteſt facere quem ciuem ꝓ parte, & quod pro alia parte remaneat forenſis, quia dicit ꝙ iſtud foret monſtrum, & ad hoc accedat no. Ant. de But. in d. c. per venerabilem. & Io. And. in additionibus Spe. in titu, qui fil. ſint leg. & ꝙ no. Pau. de Caſt. in l. 1. C. de iu. ann. aureo. vbi intelligat quando Comes Palatinus legitimat cum aliqua reſeruatione, an teneat legitimatio. concludit ꝙ illa reſeruatio tanquam contraria legitimatori, vitiat ipſam legitimationem ſecundum quod per multos aſſerit fuiſſe conſultum. ſed poſtremo ipſe concludit ꝙ nec vitiat nec vitiatur, ſed dicit legitimatio tranſit in diſpenſationem, & ꝙ videtur tunc diſpenſaſſe & non legitimaſſe. & ſic vult ꝙ ſi non valet vt ago, valeat vt valere poteſt. ſed hoc lege aliqua non ꝓbatur. Vnde aduertas, quia primo videtur eſſe monſtrum vt pro parte cobſeruetur, & pro parte dicatur non valere, ſed in oppoſitum poteſt allegari, quia emancipatio etiam videtur actus indiuiduus, & tamen Bar. in l. 3. § in filij. ff. ad Treb. dixit ꝙ filius poteſt emācipari ad vnum actum ſolum, licet Bart. aliter dicat in l. ſenium. C. qui teſta. fa. poſ. item Bart. in
50 auc. ex complexu. C. de inceſt. nup. dicit † ꝙ natus ex monacha legitimatus ab Imperatore, eſt ſucceſſibilis quo ad bona tanquam legitimus. ſed quo ad alios effectus dicit qđ ſolum pertinet ad Papam. item in l. hæreditas. ff. de teſta. tut. dicit ꝙ poteſt dari tutor ad vnum actum. & in l. cum in vna. §. 1. ff. de appella. quare poſſet forte in hoc articulo dici, ꝙ verum eſt ꝙ non tenet ſi fiat per minorem a principe. ſecus autem ſi fiat a Principe. & ad hoc vide Ant. de Bu. in d. c. per venerabilem. in 5 charta. & ad prædicta addas caſum perſæpe occurrentem quando Papa legitimat, & in reſcripto dicit ꝙ legitimatus ſuccedat in bonis parentum abſque præiudicio illorum qui in eiuſdem bonis ſi parentes vel conſanguinei ab inteſta. decederent ſuccedere debēt, libere, & licite ſuccedere valeatis, defectu aliquo non obſtante. nam iſta ſunt verba quæ in Romana curia communiter apponi in reſcriptis conſueuerunt, & ita legitimando vtitur apoſtolicus & ita pulchrum eſt videre, quid voluerit Papa intelligere, qñ ita legitimando, vel diſpēſando procedit nam ſi iſtud ſit de ſucceſſionib. ab inteſtato talis gratia nullum habet effectū, eo quia etiam ſine diſpenſatione in hæreditate materna ſuccedere poſſet, vt d. l. hac parte. ff. vnde cogn. & ſimiliter dicēdum foret in filio naturali, eo quia nullis legitimis exiſtentibus, ipſe eſt effectus ſucceſſibilis, & ſic in ſpurio in materna hæreditate operatur, & multo minus in naturali. Si vero volumus intelligere ꝙ Papa voluerit eū ſuccedere in illis caſibus, in quib. de iure communi ſuccedere non poterat ſine præiudicio venientium ab inteſtato vt ſonant verba ſupraſcripta, ſimiliter dicta gratia nihil valet, nam ſemper erit reperire, quod aliquis ſuperextabit de venientib. ab inteſtato, ergo ſemper iſta gratia eſſet inutilis. quare cū alias ſup hoc eſſet magna dubitatio, fuit dictū ꝙ Papa videtur habuiſſe reſpectū vt non præiudicaretur venientib ab inteſtato quando ipſi in teſtamento instituti ſunt, vt in tali caſu iſte filius legitimatus non poſſit nocere ipſis: verbi gratia, ſi ipſi forent inſtituti, & iſte filius eſſet prçteritus, vt occurrit in l. cū duobus. §. ſi priùs. de contrata. nam tunc iſte præteritus non poterit intentare contratab. nec ius dicēdi nullum. vel poteſt intelligi ꝙ talis gratia operetur in caſu, in quo non ſuperſint venientes ab inteſtato, hoc eſt ſi non ſuperſint agnati vel cognati vſq; ad quartū gradum, vt ſumitur in l. ſi quis agere. §. penul. C. de codi. & per hoc apparet quod non eſt verū dicere ꝙ ſemper ſuperſint venientes ab inteſtato, quia ſæpe contingens eſt, ꝙ non habet agnatos vel cognatos intra quartum gradū. Et primo pro deciſione huius dubij vide no. Angel. in ordine ſuorum conſiliorum conſ. 131. quod incipit, viſo puncto. & hoc articulo ita diſcuſſo deſcendo ad aliud
51 dubium principale, videlicet quando † princeps cōcedit Comiti Palatino auctoritatem legitimādi ſpurios & baſtardos, an intelligatur eam concedere etiam extantib. filijs legitimis, vel reſtringitur ad caſum, in quo legitimi non extant, & in hoc caſu canoni. in cap. per venerabilem. & Bal. in d. l. eam quam. & apertius in l. 1. C. de naturalib. liberis. tenet partem negatiuam. ſ. ꝙ non poſſit Comes Palatinus legitimare ſpurios ſtantib. legitimis, niſi expreſſe in reſcripto ſit appoſita clauſula, non obſtante, vt vult glo. illa ſingu. in auc. quib. mod. nat. effic. ſui. §. fi. & illud quod dicit Bal. in d. l. 1. vbi ſimpliciter dicit quod videt̄ data auctoritas Comiti Palatino ꝙ intelligas niſi ſit appoſita ſpecialis clauſula derogatoria, & circa iſtam clauſulam derogatoriā variæ ſunt Doctores loquuti. nam Ant. de But. in d. c. per venerabilem. vult quod requiratur ſpecialis mentio legis derogatæ. & idem in c. ſæpe. de reſti. ſpo. vbi dicit ꝙ non operatur clauſula, non obſtāte, in fauorem inuadentis, vt ſit facta ſpecialis mētio. l. meminerint. C. vnde vi. ſed de hoc eſt recurrendum ad no. in l. fi. C. ſi contra ius vel vtil. pup. & in l. ſi quis in princ. teſtamenti. de leg. 3. & in l. quoties. de preci. impe. offe. & per Bal. in d. l. eam quam. in 7. col. in quæſtione quæ incipit, conſueuit eſſe quæſtio. & ibi plene diſcutit hunc artic. & Io. de Imo. in l. acta. §. fi. ff. de re iudi. ſed ego ad maiorem cautelam, quādo obtinui ab Imperatore Sigiſmūdo priuilegium legitimationis Senis ante coronationem, & Romæ poſt coronationē feci fieri mentionem ſpecialiter de omnib. iurib. in contrarium diſponentib. Et hoc etiam declarato ſuccedit no. quæſtio, videlicet ſi dicatur in reſcripto ꝙ Comes Palatinus poſſit legitimare ſpurios etiam extantib. filijs legitimis, nunquid nunc poterit legitimare ſpurios natos ex coitu accuſabili. Et in hoc articulo varia reperiuntur conſilia, & inter cetera Abbas Siculus, qui tunc temporis legebat Senis, conſulēdo, & legendo tenebat partem negatiuam ad hoc vt nimis lædatur ius commune. & etiam quia non eſt veriſimile principem voluiſſe quod Comes Palatinus haberet potentiam legitimandi, nec etiam diſpenſandi in præiudicium filiorum legitimorum, & ad hoc vide ꝙ no. Innoc. in c. cum ad monaſterium. de ſtatu regu. & Bal. in d. l. eam quam. in q. quæ incipit, Interrogatus fui. vbi dicit quod inferior a principe quādo legitimat, tenetur primo examinare omnes defectus. qđ ſi non facit, appellari poteſt ad Imperatorem, ꝙ eſt no. Non enim videtur minori a principe facta eſſe commiſſio, vt debeat legitimare vel diſpenſare niſi cum cauſæ cognitione. Sed nunc decimo loco vertitur dubium, nunquid Comiti Palatino, cui eſt commiſſa poteſtas legitimandi omnes ſpurios, poſſit legitimare inceſtuoſos, vel ſacrilegos natos ex moniali profeſſa? cum iſte caſus anno præſenti occurreret in ciuitate Rhegij, requiſitus de conſilio dixi ꝙ ſic. & primo cōſideraui verba quæ ponit Bald. in l. eam quam. in 2. col. in q.

quæ

52 quæ incipit, deutio dubitatur. vbi dicit † quod ſi verba reſcripti non ſint clara, ſed ſint dubia vel æquiuoca, tunc non intelligitur data poteſtas legitimãdi tales filios tam ſacrilegos & exoſos. ar. l. Lucius. §. Lucius Titius. ff. de leg. 2. & in cap. 1. de filijs presbyt. Secundo ad hoc ponderanda eſt glo. illa no. §. fi. in auc. quib. mod. nat. effi. ſui. quæ dicit ꝙ quando in reſcripto eſt appoſita clauſula, non obſtante diſpoſitione d. §. fi. tunc poteſt legitimari etiam ſpurius natus ex monacha vel ſacerdote, nec repugnat huic contractui ſi dicatur quod hoc princeps non videtur habere potentiam nedũ cõmittendi Comiti Palatino, ſed nec etiam videtur quod ipſe Imperator poſſit hoc facere, quia legitimare natum ex perſonis eccleſiaſticis eſt attingere vinculum ſpirituale, & quodã modo mittere falcem in meſſem alienam, quia ad hoc rñdetur dicendo ꝙ imo poteſt, & ad hoc adduco Cyn. & Barto. in authentica, ex complexu. C. de inceſt. nup. vbi dicunt, ꝙ Imperator poteſt legitimare natum ex monacho, vel monacha ad effectum ſucceſſionis bonorum, & iſtud idem tenet Ant. de But. in ſuo reptorio iuris ciuilis, in litera. l. in verbo, legitimatio. & ibi allegat Cyn. & Bart. in d. auc. ex complexu poſtremo adduco Bal. in ꝓprijs terminis, in l. & ſi contra, in fi. C. de inceſt. nup. vbi dicit ꝙ imperator poteſt legitimare filium presbyteri, & ita poteſt cõmittere Comiti Palatino, ſi apponat clauſulam expreſſe derogatoriam. & ibi allegatur Cy. in additionibus in l. qua in prouincia. ff. de ri. nu. propter iſta conſulendo tenui hanc partem. Nunc vertitur vndecimum dubium, videlicet an Imperator poſſit facere legem, vel indulgere per reſcriptum, vt ſpurij indifferenter ſuccedãt. & in hoc Hoſtien. in ſumma, qui fil. ſint le. §. qualiter. in ver ſi. quid ſi imperator. firmat ꝙ non valet. iſtud idẽ tenet Fed. de Senis, & Bar. hoc tangit in l. Seius, & Augerius, ff. ad le. Fal. & iſtud eſt ad hoc ut non detur materia delinquendi. & hinc eſt ꝙ Bal. in l. eam quam. in 2. col. dixit principem non poſſe legitimare filios naſcituros, ſi nondũ erant concepti: ſed intelligas ꝙ non poteſt, licet Comes Palatinus vigore ſuæ commiſſionis factę poſſit legitimare ſpurios & baſtardos. Nũc autem ſuccedit. xij. dubium, videlicet nunquid legitimatus a principe per reſcriptum ſuccedat ſimul cum filijs legitimis & naturalibus, ſi aliter non ſit dictũ in reſcripto. & in hoc Bar. in l. ex facto. de vul. & pupi. tenuit quod ſic. & pro ſua opinione ego adduco text. in l. ſi re bonis. C. de ſuis & leg. vbi tex. dicit quod adoptiuus admittitur ad ſucceſſionem vna cum legitimis & naturalibus, ergo & multo magis, vt dicit ibi Bal. admittitũ filius legitimatus. ſed multi Docto. damnant opinio. Bar. per tex. in corpo. quib. mod. natu. effi. ſui. § generaliter. vbi tex. videtur legitimatum ſolum admittere cum legitimis, quando eſt legitimatus per oblationem curiæ, vel per ſubſequens matrimonium, & nõ qui legitimatur per reſcriptum. Decimumtertium eſt, ſi in teſtamento ſit appoſita cõditio, ſubſtituo, ſi inſtitutus deceſſerit ſine filijs legitimis, ipſe tunc ſuccedat, ſi ſuperextant legitimati. de quo vide no. Bal. in d. l. eam quam. & l. nam ita diuus. ff. de ado. & in l. benignius. ff. de leg. & in l. fina. C. de his, qui veni. æta. impe. & l. 1. C. de lib. & eo. li. vide Angel. q hoc plene ĩ diſcutit ſua diſputatione incępto, nobilis quidam genere, & ibi tenet quod expiret conditio, & excludatur ſubſtitutus, ſi teſtator fuerit perſona poſita in dignitate, vel niſi dixerit, ſine filijs legitime natis, nam tunc legitimatus non ſuccedit, nec præiudicat ſubſtituto. vt dicit Bal. in l. ſi ita quis §. fi. ff. de leg. 2. & in l. quoties. C. de rei vend. Decimumquartum dubium eſt, nunquid legitimatus poſt mortem patris efferat bona venientibus ab inteſtato. videtur nãque quod ſic, quia videtur natalibus reſtitutus, vt l. 2. ff. de nat. reſti. & reductus ad illum ſtatum, in quo foret ſi eſſet legitime natus. & ſic communis macula videtur abolita, vt plene dicit Ang. in ſuprascripto ſuo conſilio incępto, pro deciſione q̃ſiti. & Bar. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de lib. & poſthu. qui tenet quod iſte legitimatus fingitur nũquam fuiſſe ſpurius. & ideo vult, quod admittatur ſi ſunt acquiſita illi, nec ſint q̃ es hoc lędi poſſunt. & hoc per tex. in l. pe. de na. reſti. quæ citatio requiritur, niſi teſtator dixerit quod volebat tales filios legitimari, vt Bart. ibi dicit. ſed in prima conſtitutione Codicis, Bar. & Bal. videntur velle quod debeat haberi differentia, an ſit adita hæreditas per uenĩẽtes ab inteſtat. vel nõ. nam primo caſu procedunt quæ ſunt ſupradicta. In ſecundo autem dicunt quod non eſt curandum de venientibus ab inteſta. eo quia ius adeundi nõ cẽſetur eſſe in bonis noſtris, vt l. pretia rerum. ff. ad l. Falci. & bene facit quod not. Bald. in l. Deo nobis. in fi. C. de epiſ. & cle. in hoc tamen arg. eſſet conſiderandum, an ſit legitimatus ab imperatore, an a Comite palatino. nã hoc ſecundo caſu uidetur conceſſa authoritas & priuilegium abſque lęſione alterius, vt ipſe Bal. not. in vſib. feu. hic finit lex, deinde cõſuetudines regni incipiũt, in c. j. in princi. & ad hoc accedit no. Bar. in l. ij. in ij. col. ff. de vul. & pup. vbi quærit, an ſi filius legitimetur poſt mortẽ patris, validetur ſubſti. pupillaris? Decimumquintum dubium
53 eſt, † nunquid filius naturalis vel ſpurius poſſit per Comitẽ palatinũ legitimari ad regalia, vel ad Baronias? & ĩ hoc Bal. no. in vſib. feu. ſi de feu. fue. contro. inter dominum & militem. dicit ꝙ iſtud eſt reſeruatũ principi, & quod non tranſit in Comitem palatinum. Decimumſextum dubium eſt, an ſi primo naſcitur filius naturalis deinde legitimus, an tunc legitimatio faciat ꝙ ille naturalis conſequatur priuilegia primogeniti. & in hoc Ang. in d. diſputatione, nobilis quidam genere. tenet ꝙ nõ. Decimumſeptimum dubium eſt, an Comes palatinus qui poteſt legitimare ſpurios & inceſtuoſos intelligatur poſſe legitimare infectos vtraq; macula. & ad hoc vide Bal. in d. l. eam quam in quęſtione incępta, ſed pone quidam. & vide no. Bar. in l. ij. de verb. obl. & in l. vim paſſam. ff. de adult. Decimumoctauum dubium eſt, an legitimatio reuocetur propter ingratitudinem filij. Bald. tenet ꝙ ſic quando legitimatur per reſcriptum, ſecus ſi per conſequentiam matrimonij, ut ipſe not. in c. filij. ſi de feu. fue. contro. in vſib. feu. Decimumnonum dubium eſt, an furioſus uel mẽte captus poſſit legitimari. Ange. in ſuprascripta. q. ſua dicit ꝙ non a Comite palatino, ſed bene poteſt a principe, ſi habuerit ſcientiam qualiter erat furioſus. Viceſimum & ultimum dubium, an legitimatus ſicut ſuccedit patri ab inteſtato, ita ſuccedat alijs collateralibus & agnatis. de quo vide quod not. gloſ. verbo. tantummodo. in l. cum in adoptiuis. de adoptio. & ibi vide per Bal. qui dicit quòd non ſuccedit agnatis, ſed ſolum ipſi legitimanti.

F I N I S.

T R A C T A T V S
DE NATVRALIBVS LIBERIS,
legitimatione, ac ſucceſſione eorum, Ludouici a Sardis, Ferrarienſis Iuriſconſul.

Reuerendiſſimo in Chriſto patri & Domino, D. Ludouico miſeratione diuina ſanctæ Ceciliæ presbitero Cardinali Arela. Bon. apoſtolicę ſedis legato digniſſimo, Ludouicus de Sardis Ferrarien. artium & legum Doctor, ſeipſum commendat.

Iamdiu admirati ſunt omnes, Reuerendiſſime in Chriſto pater, ac Domine mi ſingulariſſime, hanc inclitam ciuitatem, quæ retro innumerabilib. annis canonicæ ac legalis ſapientiæ principatum tenuit, ꝙ ob poſtifetas clades, variaque regimina, quæ maxime hac noſtra ætate perpeſſa eſt, hac ſingulari prerogatiua quaſi funditus deſtituta fuerit: nunc verò, hac tua quaſi ad omnem rem publi. vigilantia quaſi inſolita, modernis Principibus deſtupeſcunt, ſatisq; laudare & admirari non deſinunt, ꝙ indefeſſa animi & corporis ſolertia in hac glorioſa vrbe breui tempore ſummum literarum ſtudium erexiſti, merito omnes legum profeſſores & vniuerſa ciuitas tibi debet, quibus non hoc vnum, ſed & alia quam plurima beneficia cõtuliſti. Tu enim, præter cæteros Principes (eorum pace dixerim) ſubditorum animos ad virtutem inſtituis: Tu virtutibus deditos ampliſſima quadam, ac decenti ueneratione magnificas: Tu veneratam magnificamque uirtutem non minus iuſtè quã grauiter, liberalitati omni mentis abunde retribuis. Ego itaque in hoc florentiſſimo Iuriſtatum populo, cum pro tãtis in nos beneficiis omnia debeam, hunc libellũ tuo ſplendidiſſimo nomini dedicaui, vt arboris quam plantaſti fructũ, ac præmium colligas, accepitius gratiusq; tibi fore cẽſui hoc meis laboribus ac uigiliis acquiſitum munus, quam ſi ingẽtes opes, quæ non noſtræ ſunt, ſed uolubiles, impendiſſem. Accipe igitur, Pater Reuerendiſſime, non tuis ampliſſimis meritis, ſed facultati mei ingenij coæquatum munus. Quod ego magis in poſterum ex me conſequi poſſum, confidens quod ex continua literarum exercitatione mei paruitas intellectus in dies maius ueritatis lumen cõſequetur. Et quod repræhenſione dignum inuenies, exoro vt corrigas, eiuſq; difficultate iuris, quod noſtri Doc. partim ſicco, partim minus molli pede tranſeuntes, ut implicitum reliquerũt meam inexpertam iuuentutem excuſare velis. Vale.

S V M M A R I V M.

1 *Partitio materiæ, quid operetur.*
2 *Copula carnalis, quo iure ſit inducta.*

Filiorum

3 *Filiorum procreatio, uis & effectus.*
4 *Copula carnalis, nunquid iure naturæ ſit inducta & licita.*
5 *Anima rationalis effectus, a quo proueniat.*
6 *Matrimonium, quo iure ſit inductum.*
7 *Matrimonii ſecunda inſtitutio, ubi & cur facta.*
Amor immiſcuit phas, atque nephas.
8 *Anima intelligendo profitetur.*
9 *Intellectus l. 1. §. naturale ius ff. de iuſti & iure.*
10 *Copula carnalis ex legitimo deſcendens matrimonio, nunquid ſit licita.*
11 *Concubina quæ ſit, quæ loco uxoris habetur.*
12 *Statutum committitur ſine animo delinquendi.*
13 *Intellectus l. ſi uxor. ff. de adulte.*

De copula carnali.

1 Quia partitio † Animum legentis incitat, intel
ligentis præparat, memoriam ar
tificioſe informat, vt inquit Ac. in proœmio Inſtitu. Idcirco
præſens opus duab. principaliter partib. diſtinguetur. Prius
itaque, vt iuris & naturalis rationis ordinem ſequamur, na-
turalium & ſpuriorum ordinem demonſtrabimus. ff. de ori
gi. iur. in prin. Secundo eorum iura proſequemur. Iterũ hæc
ſecunda duas habet partes. Primo de iuribus, quę ex actu vi
uentium. Secundo de iuribus, quæ ex actu morientium eis
competũt ſeriatim diſcutit. Sicq; in effectu tres ſunt partes.
Nunc ad primam redeo, ob cuius inueſtigationem neceſſa
rium duxi ipſius originis cauſas, & principia inquirere. ff. de
orig. iur. l. j. in princ. Principijs enim ignoratis, ex ſequentib.
nihil ſciri poteſt, in Auc. de non alie. §. ſi nunus. col. 3. Et q̃a
ex coitu ſpes ſobolis erit. C. de ſpon. l. fi. §. bis quoque. extra
de frigi. & malefi. c. 1. & fi. Hinc ſumpto huius operis exordio
de copulatione carnali, ex qua omnes homines nedum na
turales, ſed ſpurij procreantur, vt ab ipſis rei initijs exordiar.

2 Primo queritur, † quo iure copula carnalis
ſit inducta. videtur ꝙ iure
naturæ, in Auc. qui. mo. nat. effi. ſui. §. natura. collat. 3. & col.
6. qui. mo. na. effi. legi. §. licet. & eſt gl. de adoptio. l. 1. ad hoc.
Inſti. de iu. natu. in prin. ff. de iuſti. & iu. l. 1. §. ius naturale. in
Auct. de reſti. & ea, quæ parit. §. vlt. facit & iuris naturalis ra-
tio, quia copula carnalis omnibus animantibus competit,
iuxta illud, Omne adeo genus in terris hominumque fera-
rumque, in furias, ignemque ruũt, amor omnibus idem. er-
go de iure naturæ ſecundum diffinitionem iuris naturalis,
in d. §. ius naturale. & §. iuſgentium. Huius etiam manifeſta
eſt ratio. Nam, vt dicit Philoſophus, ſpecies naturaliter ſunt
æternæ. cum ergo naturaliter vnuſquiſque moriatur. C. de
contrahen & commi. ſtipula. l. non morientum. clarum eſt,
quod nulla mortalium ſpecies poteſt in diuiduo conſerua-
ri. natura ergo in vnaquaque ſpecie marem & fœminam edi
3 dit, vt ſpecies conſeruetur, vt C. de leg. hære. l. lege. † nam pa-
ter naturam ſuam in filio conſeruat. & glo. de verb. ſigni. l. li
berorum. ex filiorum procreatione immortalitas introduci
tur, & renouata genera manant, in Auc. de nup. collat. 4. fa-
cit extra de vi. & honeſt. cle. c. Deus qui. glo. tamen in d. §. ius
naturale. dicit, ꝙ quamuis ipſe motus & inſtinctus ad carna
lem copulam, ſit de iure naturæ, non ſic ipſa copula. quod
non placet, quia ſi inſtinctus eſt iure naturæ, ſic & effectus,
qui ex inſtinctu prouenit, quia cauſa inſpicitur. l. ſi procura-
tor. ff mandati & præſtans cauſam, dicitur effectu facere, ex
tra de homi. c. presbiter. vel ſalua glo. quia nõ dicitur copu-
lam non deſcendere ex iure naturæ, ſed non eſſe ius natura-
le, & hoc eſt verum, quia non eſt factum, ſed ius.

Secundo queritur, an iure naturæ copu-
la carnalis indiſtincte
ſit licita? Et videtur ꝙ non, quia quamuis omni iure omnis
inſtinctus ad copulam ſit licitus, quia primi motus non ſunt
in poteſtate ff. de pœnis. l. cogitationis. ipſe tamen actus eſt
eo iure illicitus, quia eſt peccatum mortale, quod eſt con-
tra legem euangelicam. Ideo iure naturali vetitũ, vt in prin.
Decretorum. Hanc rationem voluit glo. in d. §. ius natura-
le. quæ probatur in d. c. teſtamentum. verſ. cum enim mali-
4 gnus. In contrarium, † quia eo iure omnes legitimi naſcebã
tur, in Auc. qui. mo. na. effi. ſui. §. natura. Nam vt inquit Apo
ſtolus, non cognoui peccatum, niſi ea lege. extra de conſti.
c. incontinentiam. & propter concupiſcentiam, id eſt, illici-
tum coitum, reuertitur ad ius naturale. Verba ſunt eiuſdem
Apoſtoli. xxxij. q. 2 his ita. Solue, & vt perfectius Intelligatur,
præmitte quod humanum corpus habet animam ſenſitiuã,
qua cæteris animalibus adæquatur. habet & rationem, & in
tellectum, qua cæteris anteponitur, extra de hære. c. cũ Chri
ſtus, de celebra. miſſa. capi. in quadam, & ibi probatur quod
Chriſtus ipſe verum ſpiritum habebat, non ſolum vitalem
flatum, per verum ſpiritum animam rationalem intelligẽs,
& per vitalem flatum animam ſenſitiuam, & vegetatiuam,
& eſt ibi pulchra glo. in clem. j. §. porro de ſumma Triuita.
Quiſquis ergo effectus ex anima vegetatiua veniat, dicitur
ex iure naturali procedere ratio, quia anima illa ea ipſa na-
tura, ex elementorum proportione, & ex qualitatibus pri-
mis, quatuor humores generantib. educitur, vt d. c. in qua-
dam. ibi, cum autem ad compoſitionem, &c. & ibi, ad vege
tatiuam &c. Quiſquis vero effectus ex anima rationali pro-
ueniens ius naturale dici non poteſt, quia anima illa ea ope-
re naturæ, & ex illis qualitatib non reſultat, ſed ex cæleſti &
diuina prouidentia in humanum corpus poſt eius creatio-
5 nem mirabiliter infunditur. 32. q. 2. Moiſes. † Quamuis ergo,
ſm canones, poſſet dici quod effectus animæ rationalis pro
ueniat a natura, quia prouenit a Deo, qui eſt ipſa natura, in-
ſtitu. de verbo. obliga. §. conditiones. vbi gl ciuiliter tamen
loquendo, dicitur ex iure gentium prouenire, quia ſolis ho-
minib ratione viuentibus competit, Inſtitu. de iure natu. §.
1. ff. de iuſti. & iu l. omnes. §. quod vero. dic ergo ad quæſtio
nem noſtram, ꝙ iure naturæ, quod ex ſenſualitate prouenit,
omnis copula carnalis eſt licita. Sed iure naturæ, quod ratio
ne prouenit, & quod iure naturæ appellatur iuſgen. nõ om-
nis copula carnalis eſt licita, quia immo eo iure inductum
eſt matrimonium, vt ȷ q. proxima. quo etiam mutæ cogita
tiones ſunt prohibitæ. ff. de condi. ſine cã. l. fi. & de ritu nup.
l. fi. de adulte. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. 1. ad hoc glo. 1.
di. §. ius naturale. in princip.

Tertio quæritur, quo iure matrimonium ſit inuen-
tum. Et dicitur ꝙ iure ciuili & canonico, a q̃-
bus formam, & imitationem accepit. ff. de iuſti. & iure. l. ius
ciuile, & glo. Inſti. de iure natu. in prin. In contrarium, quia
Deus inſtituit matrimonium antequam initium Romani iu
ris exiſteret. 32 q. 2. c. non omnis, eadem cauſa. q. 4. dixit Sa-
ra, extra de frigi. c. literæ noſtræ, vbi probatur ꝙ fuit a Deo
6 inſtitutum. † Solue & præmitte ꝙ matrimonium fuit inſti-
tutum, vt dictis iurib. duplex aũt fuit hæc inſtitutio. Primo
in Paradiſo delitiarum. 32. q. 2. c. his ita. & glo. Inſti. de iure
natu. in prin. quando Adam Deus irate dixit ore propheti-
co, hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro ex carne mea, &c.
21. q. 1. & ſunt qui dicũt. 37. q. 10 c. fraternitatis. 30. di. deinde.
extra de bigamis. c. debitum. de diuor gaudemus, hoc factũ
fuit ante peccatum primi parentis, propter ſobolẽ procreã-
dam, cum dixit dominus, Creſcite & muliplicamini & reple
te terram. Gen. 1. c. & glo. in d. c. literæ noſtræ. & in hoc ma-
trimonio ſine ardore concupiſcentiæ conciperent, vt ſine
dolore parerent. d. §. is ita. pœna vero, quia natura humana
eſt ad malum prona. 12 q 1. omnis ætas. in Auc. de mona. §.
ſi vero is quidem, in collat. 1. & caſus ſceleris adminiſtrat. ff.
ad Maced. l. 1. in prin. Ratio intellectus ab appetitu carnis vi-
cerat, propter quod dicit Apoſtolus, Video aliam legem in
membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Ad Roma.
c. 5. diſt. teſtamentum in fi. 37 q 2. ſi Paulus. Qua de re ad ta-
les illicitos coitus eliminandos, & propter fornicationem euĩ
7 tandam, ſecunda † inſtitutio matrimonij facta fuit extra pa-
radiſum, vt infirmitas noſtræ carnis prompta in ruinam tur
pitudinis honeſtate exuperaretur coniugij. d. § is ita Poſt hoc
quia amor omne phas atq; nephas immiſcuit ff. de ori. iur. l.
2. §. initium. cũ nil ſit furore amoris vehementius, vt eſt tex.
in Auc. vt omnes obedi. iudicibus. §. illud. Quid non morta
lia pectora cogis improbe amor? voluerunt legum latores
inſidiantem, ac hærentem concupiſcentiam refręnare, & in
Auc. qui mod. natu. effi legi. §. illud quoq;. collat. 6 ad quam
refręnandam & coercendam iure ciuili & canonum indu-
cta eſt alia forma matrimonij, aliaq; ſolennitas. C. de nupt.
& ff. de ritu nup. extra de ſpon. per totum. 30. q. 7. c. aliter. &
c noſtrates. & glo. Inſtitu. de nup. §. ſunt & aliæ. 37. q. 2 & 3 p
totum. extra de conſang. & affi. c. non debet. Nunc ad propo
ſitum dico, matrimonium conſiderari. Primo, prout requi-
rit copulam, quamuis enim ſolis verbis et conſenſu quodã-
modo profectum, quia compoſitum ex modo et forma ea,
tua nos. eſt abſolute tamen perfectum ſine copula. 16. diſtin.
deinde. extra de bigamis. c. debitum. quia ad hunc finem fa-
ctum ſimile eſt: puer enim cum primũ natus eſt, habet ma-
teriam et formam, quo reſpectu dicitur quiddam perfectũ
quia tamen nihil intelligit. l. 1. in fi. C. de fal. mo. Cum ad hũc
8 finem factus ſit, non dicitur abſolute perfectus, † quia ani-
ma intelligendo profitetur, ſecundum Philoſo. 3. de anima.
hoc reſpectu matrimonium eſt de iure naturæ, quia eo iure
inducta eſt copula, ut ȷ. q 1. quamuis hoc nomen matrimo-
nium. non fuerit iure naturali inductum, ſed iure gen. vel ci-
uili. Ita debet intelligi. ff. de iuſti. et iu. l. 1. §. naturale ius. Inſt.
de iure natura. in prin. Scdo conſideratur, prout requirit cõſẽ-
ſum, in regula, nuptias, et in Auc. de nup. §. nuptias. collat 3.
hoc reſpectu eſt de iure gẽtium, quia ſolis hominib cõpetit
conſen-

conſenſus. Tertio conſideratur, pront formam approbationem & reprobationem accepit a iure ciuili vel cano. a quo ptimo formã habuit. Nunc de iure canonico, quo nulla forma ei data fuerat. d.c.aliter. & c.noſtrates. & de clandeſtina deſpon. cum inhibitio. noua data eſt promiſſio noua prohibitio, quæ omnia in multis a iure ciuili contradicunt, idõ potius dicitur de iure cano quam ciuili, quia ſiue in foro pœnitentiali, ſiue contentioſo, ſiue loquamur de prohibitione matrimonij, ſiue de promiſſione, ſiue de præſumptione, ſemper ſtandum eſt iuri canonico propter metum fornicationis, quæ eſt contra legem euangelicam. d.§.is ita. ergo ius canonicum in hoc ſeruatur. x. diſtin. cap. 1. & nota. in Specul. de compe. iudi. adi. § 1. in princip. Nam cauſa matrimonij ꝑ iudicem eccleſiaſticum eſt tractanda, extra de offi. deleg. ca. cauſam matrimonij, & c. inter corporalia. de do. poſt diuor. reſti. cap. de prudentia. de conſang. & affi. c. 1. in fi.

9 † Quarto quæritur, an ſola copula carnalis ex legitimo deſcendens matrimonio ſit licita. Videtur quod ſic, quia omnis copula eſt fornicatio large ſumendo fornicationem, niſi ex legitimo deſcendat matrimonio. xxxij. quæſt. x. capit. nemo. & cap. dicat aliquis. xxxvj. q. vij. c. cum ergo. Sed fornicatio eſt vtroque iure illicita. in Auc. de trien. & ſemiſ. §. conſideramus, & in Auc. quib. mod. natu. effi. ſui. §. etiã. collat. 7. & d.c. nemo. xxxij. q. ij. §. is ita. In contrarium, quia iure ciuili & cano. licitum eſt habere concubinam. ff. de concubi. l. concubinatu. xxx. diſt. concubina. & c. is qui. Sol. ſecundum cano iure ciuili concubinatus etiam eſt licitus, non iure canonico. ad § concubina. & ad §. is qui reſpondent, quod ibi loquitur quando matrimonium eſt factum ſolo conſenſu ſine interuentu ſolennitatum, de quibus habetur. 30. quæſt. vij. c. aliter. & cap. noſtrates. & de clande. deſpon. capit. cum inhibitio. Vnde talis non eſt proprie vxor, ſed dicitur concubina, quæ loco vxoris habenit: ideo licitum eſt iure canonico eam habere non aliam, cũ quo non interuenit conſenſus matrimonij.

10 Pro clariori tamen intelligentia, ſic diſtinguo, † aut certum eſt quod interuenit ꝯſenſus matrimonij, aut certum quod non interuenit, aut dubium eſt Primo caſu ſubdiſtinguo, aut ſunt illuſtres & maiores illuſtribus, aut minores. Si illuſtres vel maiores, dicant interuenerunt nuptialia inſtrumenta, & tunc dic quod iure ciuili & can. eſt vxor. aut non interuenerunt, & tunc iure ciuili non eſt vxor. in Auc. vt lice. ma. & auiæ. §. quia dudum. collat. 5. poteſt tamen dici concubina. C. de naturali. li. l. iubemus. in princ. Iure canonico dicunt omnes, quod eſt vxor. poteſt dici quod hæc eſt illa concubina, quæ habetur loco vxoris, de qua proprie loquitur. §. concubina. & c. is qui. & ita dicit tex. in d.l. iubemus. dicam infra de legitimatione facta per verum matrimonium. §. 3. q. 2. & de appell. naturali. quæſt. 3. Hanc concubinam licitum eſt habere iure canonico, etiam ſine metu fornicationis. xxix. q. 2. cap. ſed obiicitur. quod patet, quia retinens eam non repellitur a communione. d. cap. is qui. cum tamen coniugali affectu teneantur eam coniugem facere, quamuis eam lex nominet concubinam. Ideo dicit Augu. quod forte poſſet appellari connubium. xxvii quæſtione ſecunda, ſolet. vere autem non eſt vxor, ſed loco vxoris. d. §. concubina. & §. is qui. & d.l. iubemus. facit. xl. diſtinctio. capitulo primo, & ſecundo. Et ſi dicatur, quod immo iure ciuili hæc non eſt concubina, quia non interuenit conſenſus concubinarius qui requiritur, inf.
11 titulo primo. Sed reſpondeo, quod † poſtquam non interuenerunt nuptialia inſtrumenta, lex fingit illum nuptialem affectum non interueniſſe, in Auc. quib. mod. nat. effi. legi. §. immemores. iuxta fi. colla. 5. quia tamen in veritate affectus vxorum interuenit, mitius agitur cum eis, vt potius dicantur concubinarij quam adulteri vel ſtuproſi, argumen. ff. de adult. l. nonnunquam. Et eſt ratio, quia ſtuprum eſt delictũ, ergo non fit ſine animo delinquendi. ff. ad l. Cor. de ſica. l. fi. per gloſ. quem animum certum eſt, hic non interueniſſe. Vbi vero ſunt minores illuſtribus, ex ſolo affectu coniugali efficitur vxor iure ciuili, ſecundum omnes, vt d. §. quia vero. c. dudum. in fi. Sed iure canonico poteſt diſtingui, ant interuenerunt ſolennitates, de quibus in c. aliter. & c. noſtrates. vt no. dixi ſup. in pri. ſo.

Secundo caſu principali, videlicet quando certum eſt, ꝙ non interuenit conſenſus, diſtingue: aut clarum eſt quod interuenerit conſenſus concubinarius, aut clarum quod nõ, aut dubium. Primo caſu eſt concubina vtroque iure, dummodo aliud non reſiſtat, vt infra tit. 1. verſi. 1. Secundo & tertio caſu non eſt vxor, nec concubina, ſed eſt ſtuprum, niſi ſit obſcuro loco nata vel quæſtum corpore fecerit, quia eo caſu in dubio præſumitur conſenſus concubinarius, de cõcu-
12 bi. l. in concubinatu. † Hanc concubinam de iure cano. non licet habere, quia eſt fornicatio. gloſ. in d.l. cõcubina & tex. in d.c. nemo. & melius, lxxxviij. diſt. fornicari. Iure vero ciuili licitum eſt, ea forſitan ratione, quia quamuis iu. ciui. ſit fornicatio, vt dicit gloſ. in d.c. nemo. tamen eo iure licitum eſt cum ea contrahere matrimonium, quia libertas adeſt. Et ad iſtam rationem poteſt adaptari glo. in d.l. in concubinatu. in fi. & hoc ſecundo caſu exemplificat glo. in l. in liberæ. de ritu nup. in fi. glo Fallit in clericis, qui etiam iure ciuili talem cõcubinam habere non poſſunt, in Auc. de mona. §. ſiquis autem. collat. nona, de ſan. epiſc. §. clericus. & C de epiſc. & cle. l. eum qui. Vel dic quod non fallit, vt dicam infra de legi. per verum matrimonium. §. 2. & 3. Tertio caſu, quando eſt dubium, an interuenerit conſenſus coniugalis, vel non: tunc iure canonico nunquam præſumitur vxor, niſi alia præſumptio hoc induceret, puta dedit ei annulum in domo, vel ſimilia. xxx. q. v. fœminæ. nam canon conſiderat periculũ animæ, ideo potius iudicat eſſe fornicationẽ quam matrimonium, vt no. gl. in d.c. aliter. Ideo iure canonico vetitum eſt. Sed in ciui. diſtinguo, aut eſt illuſtris vel maior, & non præſumitur matrimonium, vt dixi ſupra. Sed ſi mulier eſt boneſta & libera, præſumitur ſtuprum, alias perſumitur concubina l. in concubinatu. Nec obſtat quod ſupra dixi in ſecundo membro, quod indiſtincte præſumitur concubina, quia illud quando erat certum quod voluerit eam habere in vxo-
13 rem, † hic autem eſt dubium, & rationem ibi dixi, ant eſt minor illuſtre, tunc babet locum indiſtin. l. in cõcubinatu. Ita intelligo glo ibi ſuper verbo, habere. quamuis Batt. aliter dicat, & glo. ff. de dona. l. donationes. in verſ. comparatis, in fi. Aduerte tamen quod quibus dixi præſumi concubinatum id verum ſi adſint alia quæ requiruntur, vt in tit. proximo. Ex hoc tamen, quod quæſtum corporis fecerit, non præſumitur concubina, ſi non eſt vernica, & in domo, immo cõmittitur ſtuprum Ita intelligo tex. ff. de adul. l. ſi vxor verſic. ſed in ea. qui videtur contradicere illi l. in concubinatu. Cõcludo igitur, quod nulla copula carnalis iure canonico licita eſt, niſi cum vxore legitima, vel cum concubina, quæ ſit loco vxoris. Sed iu. ciui. eſt licita etiam cum ea, quæ non eſt loco vxoris, ſed eſt proprie concubina. Vtroque autem iure omnis alter concubitus eſt illicitus, & punitur. Nam aut eſt ſimplex ſtuprum, & punitur. Inſti. de publi. iudi. §. item lex Iulia. Aut eſt adulterium, & punitur, vt C. de adul. l. quamuis. aut coitus nepharius & inceſtuoſus, quod idem eſt. Inſti. de nup. § cum ergo. & punitur. de adul. l. ſi adulterium cũ inceſtu. §. nonnunquam. C. eodem titulo. l. inter liberos. §. lex Iul & C. de inceſt. nup. auct. inceſtas. vide glo. de ritu nuptu. l. in liberæ.

SVMMARIVM

1 *Concubina vt ſit licita, quæ requirantur.*
2 *Virgo vel vidua honeſta vita non poſſunt eſſe concubinæ.*
3 *Concubinatum allegans, quid probare debeat.*
4 *Conſenſus ex iuris præſumptione inſurgens, dicitur manifeſtus.*
5 *Cohabitare vt dicantur vir & mulier, quæ requirantur.*
6 *Adminiſtrationem habens non poteſt iure ciuili ex ea prouincia vxorem ducere.*

De concubinis.

Quia ſupra proxime dictũm eſt de cõcubinis, quod eſt licitum habere concubinam, vt infra de appel. naturali. in princip. Ad propoſitum noſtrum videamus de concubinis dicentes, quot & quæ requirantur ad hoc, vt aliqua ſit licita concubina.

1 † Primo requiritur conſenſus concubinatius, & hic conſenſus duplex eſt, aliquando requiritur expreſſus, ſi mulier eſt ingenua, & honeſtæ vitæ. ff. eo. l. in concubinam. Aliquãdo ſufficit tacitus ſeu præſumptus, puta cum non eſt libera, vel corpore quæſtum fecerit, tex & glo. de ritu nup. l. in liberę. Et in caſu in quo interuenit animus coniugalis inter illuſtres vel maiores non interuenientibus dotalib. inſtrumentis, quo caſu eſt concubina, quia fingitur non interueniſſe conſenſus coniugalis, præſumitur concubinarius, vt dixi q̃ſtione proxima, primo membro diſtinctionis, alias autem vbicunque animus matrimonij interuenerit, eſt vxor ſi poteſt, ſi non poteſt eſſe vxor, nec eſt concubina, tex. eſt ſingularis, qui hoc voluit. ff. de donatio. inter virum & vxorem. l. hæc ratio. §. 1. hæc eſt ratio l. & ſi contra. C. de nupt. vbi tenuit eam in vxo. & quia non poterat eſſe vxor, quamuis poſſit eſſe in concubina non eſt vxor, neque concubina, argumen ad hoc. ff. de accept. l. an inutilis. C. ſi quis alteri vel ſibi. l. multum intereſt. Nec obſtat quod ſupra proxime dixi,

quia

quia ibi fingitur animum coniugalem non interueniſſe, hic non. Et aduerte, quia talis conſenſus debet vſque ab initio interueniſſe, no. glo. in d. l. in concubinatu.

Secundo requiritur, quod ſit talis mulier, cum qua non
2 committatur ſtuprum. ff. eo. l. 1. §. 1. † Ideo nec virgo, nec vidua honeſtæ vitæ poteſt eſſe concubina, quia cum eis contraheretur ſtuprum. ff. de adul. l. ſtuprum. & l. inter. §. 1. Et in hoc multi falluntur, quia credunt ſufficere quod ſit ſolutus cum ſoluta. quod tamen intellige, niſi ab initio fiat proteſtatio quod velit eam habere in concubinam. d. l. in concubinatu. vel niſi diu cohabitauerint, quia tūc purgatur vetus ſtuprum, & præſumitur concubinatus, vt inquit glo. in Auth. cu. quibus modis natu. effi. legiti. §. cos. col. 2. Ita concludit Iaco. de Belui. in diſputatione, quæ incipit, Regia conſtitutione. Sed in contrarium facit, quia poſtquam ab initio fuit delictum, ex ſola cohabitatione non purgatur, ſed augetur, extra de conſang. & affinita. c. noſtrates. in fi. & de eo q duxit, quam pol. c. cum haberet. in fi. Item, quia talis conſenſus concubinatus debet interuenire a princi. ſecundum glo. in d. l. in concubinatu. Item debet conſenſus eſſe manifeſtus vt d. l. in concubinatu. Sed in caſu noſtro ſolum tacitus eſt, ergo non confirmatur. regula iuris, quod ab initio. Nec obſtat glo. in §. cos. quæ loquitur alio caſu, quando ſcilicet cō-
3 ſtabat quod voluerunt contrahere matrimonium. † Sed vt habeas veritatem aduerte, quia is qui dicit concubinatum interueniſſe, fundat ſe ex tacito conſenſu præſumpto a lege. aut ergo allegans hunc tacitum conſenſum probat ſolum diuturnam cohabitationem, & hoc nō ſufficit ad præſumēdum nouum conſenſum, ſed præſumitur antiquum conſenſum durare. ff. de precario. l. in verbis. §. vltimo. extra de coniug. ſeruo. c. fi. vbi no. de deſpon. impub. c. 1. lib. 6. aut probat quod dio geſſit ſe pro concubina, eo ſciente & patiente, & hoc ſufficit, nec forte eo caſu admittitur probatio. In cōtrarium hic eſt caſus. C. de patria poteſta. l. j. i fi. & c. ad id quod, extra de ſpon. & hoc caſu ſaluatur opin. Iaco. de Belui. Nec obſtat quod ab initio debet interuenire conſenſus, quia illud ad hoc vt ab initio dicatur concubina, ſed ad hoc vt poſtea tranſeat in concubinatum, ſufficit quod poſtea interueniat. Nec obſtat quod requiratur manifeſtus conſenſus, q̄a
4 dico ꝙ hic † conſenſus qui inſurgit ex iuris præſumptione dicitur manifeſtus. ff. de iureiuran. l. manifeſtæ. facit. de leg. j. l. licet Imperator. vide infra de legit. per verum matrimoniū. §. 2. quæſt. prima.

Tertio requiritur ꝙ ſit talis, cum qua non committatur adulterium. extra qui filij ſint legiti. c. tanta. Nec inceſtus ex affinitate. ff. eo l. j §. ſi qua.

Quarto requiritur quod ſit vnica 28. diſt. c. Chriſtiano. in Authen. de trien. & ſemiſ. § conſideremus colla. 3. & coll. 7. quibus modis natu. effi. ſui. §. etiam hic. & glo C. eo. l. vnica. & Azo in Summa, eo. tit. in fi. facit glo. de his qui. vt indi. l. in commutabilibus. §. primo, de diuort. l. fina. in fine, & hoc omnes approbant.

Quinto requiritur quod vir eam in domo retineat, vt dicta Auth. de trien. & ſemiſ. §. conſideremus, & §. ſi quis autē. quibus modis natu. effic. ſui & glo. ff. eo. l. penul. & ibi Dyn. & Bart. & gloſ. de renuntia. c. niſi perſonæ. & qui filij ſint legiti. c. tanta. tex. eſt. ff. de verb. ligni. l. Maſſurius. Et intelligo domum viri, ſiue ſit eius propria, ſiue conducta, ſiue gratis, ſiue hoſpitio accepta. ff. de iniur. l. lex Cornel. ſiue etiam ſit ipſius concubinæ, dummodo inſimul habitent. glo. ff. eod. l. penul & probatur in d. §. conſideremus. verſi. quod hic dicimus. facit glo. ff. de adul. l. nec in ea. §. ius occidendi. Hæc habitatio talis eſſe debet, vt inſimul viuant, & ſic conmenſa-
5 les, d. l. Maſſurius. † nam alias non dicuntur cohabitare. ff. de condi. & demon. l. ſi quis ita legauerit, & ita per Bart. Bal. C. de leg. l. 1. Huius cohabitationis illa ratio reddi poteſt, quia cum debeat inter eos indubitatus eſſe affectus, per hanc cohabitationem indubitatiſſimus retinetur. Nec his ob. ff. eo. l. penul quia ibi dictio ſola, excludit ſolum concubitum, vt in fi. dicit glo C. de præſcri. 30. ann. l. cum notiſſimi. in princ. & 27 quæſt. 2. c ſufficiat.

Sexto requiritur, quod ſit talis quæ poſſit eſſe vxor. in Authen. de filiis ante do inſtru. na. §. ſi quis. collat. 3. & §. ad hoc, & in Auth. vt lic. ma. & auiæ collat. 8. C. de na. lib. l. nuper. de nup. l. & ſi contra. Inſti. de nup. § ſi extra qui filij ſint legit. §. tanta. hoc tenet Azo in Summa. C eo. in fi. & glo. ff. eod. l. 1. Sed videtur contra, nam ancilla poteſt eſſe cōcubina. C. de manu. l. fi. & tamen de iure ciuili, non poteſt eſſe vxor. C. de inceſt. nup. l. cum ancilla. in Auth. de nup. §. ſed etiam capti-
6 uatus. collat. 4 † Item habens adminiſtrationem non poteſt iure ciuili ex ea prouincia vxorem ducere. ff. de ritu nup. l. ſi quis officium. & tamen poteſt eam habere concubinam. ff. eo. l. fi. Item non poteſt quis damnatam de adulterio iure ciuili vxorem ducere. ff. eo. l. 1. §. quod ait. de his quib. vt indi. l. Claudius. & tamen habet vt concubinam. d. §. quod autē. Ex his patet quod ad hoc vt ſit concubina, non requiritur, ꝙ iure ciuili poſſit eſſe vxor. Nec obſt. contraria, quia ibi non dicitur quod non ſit concubina, quę non poteſt eſſe vxor, ſed dicit quod eius filij non legitimant̄ per ſubſequēs matrimonium. & hoc eſt verum, & habet rationem, vt dicā inſta de legitimatione per verum matrimonium. §. 4. quæſtione ſexta, in fine.

SVMMARIVM.

1 *Corpus, quomodo in matris vtero formetur.*
2 *Filius, ex quo tempore dicatur in matris vtero conceptus, an ex die ſuſcepti ſeminis, an ex die animæ infuſæ.*
3 *Tempus quod inſpiciendum, ubi de commodo partus quæritur.*
4 *Abortum cauſans, homicida nunquid dicendus.*
5 *Abortum cauſans, vel ſterilitatis venena propinans, qua pœna puniatur.*
6 *Exilium, pro qua pœna capiatur.*
7 *Pœna l. Corne. quæ ſit.*
8 *Statutum puniens homicidium, an includat abortum.*
9 *Filius conceptus, utrum habeatur pro nato.*
Poſthumis quid iura tribuant, adimantue.
Poſthumus æquiparatur capto ab hoſtibus & reuerſo.
Conceptus in ciuitate & natus mortuusq; apud hoſtes, an cenſendus perinde ac ſi in ciuitate natus & mortuus fuiſſet.

§. De ventre concepto.

1 Poſtquam concubina per carnalem copulam † ſemen virile ventre concepit, nec anima vitalis, nec vitale in eo ſemē inducitur, donec materia bene diſponatur, & liniamēta bene confecta ſuas imagines membraque ſuſcipiant. 32. q. 2. c. quod vero. & c. Moyſes. cum ſequen. Tunc tandem adinuicem elementis & humoribus proportionatus ſpiritus vitalis, ex illa parenti materia educitur: anima vero rationalis a Deo creatur, & in illa materia infunditur, vt ſupra dixi de copula carnali, q. 2. Et q̄a hæc animæ rationalis infuſio, fit poſt xl. dies ex die ſuſcepti ſeminis. glo ff. de extraord. crimi. l. diuus. Et ſuper huiuſmodi caſibus, in quibus de ſtatu matrimonij quæritur, aliquando tempus conceptionis inſpicit̄.
2 C. de naturali. libe. l. nuper. in fi. † Scire oportet, quo tempore filius dicatur eſſe conceptus, an ex die ſuſcepti ſeminis, an ex die animæ infuſæ, quia tunc dicitur homo, & non prius. Et videtur quod ex die animæ infuſæ. glo. in d. l. diuus. quod ex eo maxime patet, quia cauſans abortum ante puerperiū formatum, non dicitur homicida, per illam glo & probatur in c. quod vero. & c. Moyſes ſupra alleg. & extra de homici. c ſicut. facit. ff. vnde cogna. l 1. § ſi quis proxi. vbi ille non dicitur conceptus, viuo auo, qui tempore mortis aui nō erat animal. Conſtat autem quod ante infuſam non erat animal. c. Moyſes. ergo ante animam infuſam non dicitur cōceptus. In contrarium quod imo dicitur conceptus ex die ſuſcepti ſeminis. glo. in Authen. collat 4. de reſti & ea quæ pa. § vnū. & ibi probat tex qui dicit conceptus non extendi vltra nonum menſem. Sed ſi dicimus eum eſſe conceptum ex die animæ infuſæ, vlterius extenduntur. Ad idem ff. de ſuis & le-
3 giti. l inteſtatus. in fi. vbi dicitur, † quod ille non videtur in ſeruitute cōceptus, cuius mater fuit manumiſſa per 182. dies ante illius natiuitatem. Sed ſi diceremus eum eſſe conceptum ex die animæ infuſæ, tunc a die ſuſcepti ſeminis vſq; ad natiuitatem eius fluxiſſent 282. dies. & ſic natus eſſet nono menſe, quod eſt impoſſibile. Vel quoties quæritur de commodo partus, id tempus inſpicitur, quod eſt ei vtilius. Vbi vero nō agitur de commodo partus, ſed alterius, inſpicitur veritas, ſcilicet tempus animæ infuſæ, quo vere eſt homo. facit. ff. de ſtatu hom. l. qui in vtero, & quod dicam ſtatim, quæſtio. proxi ſic intelligo. § vnum. & l. qui teſtamento. in fi. Ita ſi diceremus conceptum eſſe tempore animæ infuſæ, & poneremus eo tempore patrem mortuum, vel etiam auum, tunc non ſuccederet iſte filius, cum non eſſet conceptus viuo patre, vel auo, de ſuis & legi. l. ſi Titius. Igitur fauore filij, vt dicatur conceptus viuo patre, vel auo, inſpicitur tempus ſuſcepti ſeminis.

Nec obſtat, quod eo tempore nō ſit animal, quod requirit
1 illa l. j. vnde cogna. Nam quamuis non ſit animal in actu, eſt
4 tamen in potentia propinqua, † quod ſufficit eius fauore. facit glo. extra de homi. c. de cætero. Ex his apparet ratio, quia cauſans abortum non dicitur homicida, vt d. c. ſicut. de homici. Nam poſtquam non tractatur de commodo, vel incōmodo, inſpicitur veritas, quod eo tēpore non erat vere homo. Et

mo. Et

mo. Et ideo cauſans abortum non efficitur irregularis, vt
d.c.ſicur,de homici.nec punitur lege Moſayca.d.c.Moyſes.
Nec pœna legis Corneliæ de ſica vt not.glo.in d.l. diuus. Et
eſt ratio,quia non dicitur hominem occidiſſe, ſed ſpeciem
animantis.ff.de mot.infer.l.2. In hoc autem an puniatur le-
ge Cornelia.gl.dicit quod ſic.2.q.7.conſuluiſti. extra de ho-
mi.ſi aliquis. vbi videtur caſus. Nam ſi is, qui parat venena
ſterilitatis,punitur vt homicida,vt ibi,quanto magis is, qui
cauſat abortum etiam ante formatum puerperium,argu.ff.
de his,qui ſunt ſui, vel alie.iur.l.patre. Sed reſponde, illic.§.
abortionis. dicit quod relegatur adempta pace bonorum.
5 & ſic patet quod non punitur pœna l.Corneliæ.†Cuius pœ
na eſt deportatio, vel mors, vel omnium bonorũ adẽptio.
ff.ad legem Corne.de ſica.l.3.§.legi.& l.penul.& ita etiam in
telligo illam l.mulieri. quæ dicit,cum dari in exilium. Intel-
ligo exilium pro relegatione.ff.de interdi. & relega.l. exiliũ.
quamuis proprie loquendo exilium ſit deportatio.ff de pu-
bli.iud l.2. Vel dic melius, ibi loquitur de exilio temporali.
ita dicunt duæ leges,quæ eodem caſu loquuntur.ff.de extra
or.crimi.l.diuus.& ff de pœnis.l.Cicero. Ad c.ſi quis.reſpon
de vt ibi per glo.quæ illud intelligit de pœna ſpirituali. Et ad
uerte,quia his legibus, quæ puniunt cauſantem abortum
pœna extraordinaria, nec diſtinguitur an partus fuerit for-
matus,uel non, dico quod cauſans abortum,etiã poſt puer
perium formatum non punitur,vt homicida pœna l.Corn.
de ſica. Et hæc eſt ratio,quia proprie non dicitur homo. ff.
ad l.Falci.in l.Falci.ff.de liber l.cum inter. Nec dicitur pro-
prie eſſe in rerum natura.ff.de ſuis & legiti.l. ſi viuo. facit de
vulg & pupil.ſed & ſi plures. de colla bono.l.fi. ergo extra-
or.etiam relegatur ad tempus ad propoſitum per prædicta,
licet glo dicat oppoſitum in illa l.diuus.& C.de ſica.l.penul.
6 † Et ex hoc poteſt inferri ad ſtatutum puniens homicidium
ideo aduerte tu qui legis.

Secundo quæritur,an filius conceptus habeatur pro na-
to?videtur quod ſic ff de decur.l.2.§. ſi ad tempus.de ſuni.l.
ſi emancipatus. Inſti.de inge.§.ex contrario.& de tutel.§.cũ
autem. In contrarium de excu.tu.l.2.§.cum autem.ad l. Fal-
ci.l.in lege placuit.cum ſi. Sol. vbi agitur de commodo filij
concepti habetur pro nato,alias ſecus, de ſtatu ho.l. qui in
vtero.& l.penul.C. de verb.ſignificat.l quod dicimus.quod
intelligo verum,ſi poſtea naſcatur viuus, alias non habetur
pro nato.ff.quando di.leg ce.l.inteſtato.§. eſt autem tracta-
tum,de nego geſt.l.cum pater.C.de poſt.hære.inſti.l.2 & gl.
C.de colla l.poſthu.& de regu.iur.l.ſiquis prægnantem. Sed
opp.quod filio poſthumo non confertur antequam naſca-
tur.ff.de colla.l fina.ergo non habetur pro nato,etiã ad eius
commodum. Item non admittitur ad partem antequã na-
ſcatur.ff.ſi pars hær.pe.l.antiqui.de acqui.hære.l.ventre. Sed
pars ſua eſt in ſuſpenſo,donec editus fuerit,vt ff.de ſuis & le
7 gi.l.inteſtato.§.vtique.& ſequen. Item †poſthumo præteri-
to antequam naſcatur valet teſtamentum, ſed rumpitur
demum poſtea nato.ff.de iniu.teſt.l.j.in fi. Inſtitutio. de ex-
hære.liber.in princ.Item poſthumus alienus, qui eſt in vte-
ro eius,quæ non poteſt eſſe vxor, non poteſt inſtitui Inſtit.
de lega.§ poſthu.& tamen ſi eſſet natus,poſſet inſtitui.C.de
naturali.li.l.cum quidam. & per Bar in l.cum quidam.§.qd
ſi is. Solue,tunc eſt verum,quod conceptus habetur pro na
to quo ad eius commodum,quando poſtea natus illud cõ-
modum recuperare non poteſt.vbi autem eſt tale commo-
dum quod poſtea natus habiturus eſt, non eſt neceſſe eum
interim haberi pro nato. Ita intelligo tria prima contraria,
cum ſi.Nam interim ille effectus ſuſpenditur, qui poſtea ſi
naſcetur,fingitur natus prima hora conceptionis, & conſe-
8 quitur eundem fauorem,vt ex retro,† quia æquiparatur ca-
pto ab hoſtibus & reuerſo.ff.vnde legi.l.inter agnatos.§ fi.
Ad §.poſthumus, dico ꝙ ille erat futurus ſpurius, poſtquã
erat in vtero eius quę non poterat eſſe vxor,nec appareat ꝙ
fuerit detenta eo animo vt eſſet concubinã, nec apparet eã
eſſe talem,vt præſumatur animus concubinarius, ergo non
erat concubina,vt ſupra titu.proxi.ver. 1.requiritur Et ſic il
le qui eſt in eius vtero,erat ſpurius Vnde ſicut exiſtens in v-
tero non poteſt inſtitui,vt ibi;ita etiam natus non poteſt in
ſtitui,vt no.Bar ſm Dy.& Odof.in d § quid ſi is. Et Spec.in
tit.de ſucceſ.ab inteſt.§.1.ver.quid ergo.& infra de ſuc.ſpur.
§ j.q j & ideo non habetur pro nato,quia non eſſet eius cõ-
modum,cum etiam ſi natus eſſet,non poſſet inſtitui.

Tertio quæritur,an conceptus in ciuitate & natus apud
hoſtes ibi moritur,habeatur perinde ac ſi in ciuitate natus,
& mortuus fuiſſet?videtur ꝙ ſic,quia conceptus habetur ꝑ
nato,quo ad eius commodum,vt ſupra q. prox.ergo cũ fuit
captus,habebatur ꝑ mortuo,apud hoſtes fingitur mortuus
prima hora captiuitatis.ff de vulga.& pupil.l. lex Cornel.er-
9 go &c. Sed dic contrarium.† Nam ſicut eo reuerſo ab hoſti

bus habet locum poſtliminium.ff de ſtatu homi.l.qui in vte
ro.ia 2. Ita etiam ibi mortuo,habet locum fictio l. Cornel.q̃
fingit eum mortuum prima hora captiuitatis.C. de cap.l.ca
ptum. Cum ergo prima hora eſſet in vtero,habetur perin-
de ac ſi in vtero fuiſſet mortuus,quo caſu conceptus nõ ha
betur pro nato,vt ſup.q.proxi.Nec obſt.contrarium, qa nõ
poteſt fingi eum natum illa hora, ne duæ fictiones concur-
rant in idem eodem tempore, & ad eundem effectum, per
ea quæ tradi ſolent in l.j.C.de dotis promiſ. Et hæc ſunt ſa-
tis pro prima parte.

SVMMARIVM

1 *Liberorum ſumma diuiſio.*
2 *Naturalis tantum,quis ſit & dicatur.*
Baſtardus & naturalis tantum,idem ſignificant.
3 *Natus ex ſeruis,an dicendus naturalis tantum,an verò ſpurius.* 4
Intellectus l Lucius Titius.§.ſi ff.de leg.2.
5 *Spurius an ſit, vel naturalis, qui ab illuſtri naſcitur ex matrimonio ſi-
ne dotalibus inſtrumentis contracto.*
6 *Naturalis tantum,nunquid veniat appellatione filij.*
7 *Filij appellatio,de quo & qualiter intelligenda.*
8 *Vulgo quaſitus, nunquid veniat filiorum appellatione in ſubſtitutioni-
bus, & quando.*
Baſtardi,an dicantur de parentela,an de domo vel familia. 9. *an vero de
genere patris.* 10.
Parentela vnde deriuetur & nomen capiat.

Sequitur ſecunda pars principalis huius Tractatus.
De appellatione naturalium.

Satis breuiter ea, quæ ad naturalium & ſpu
riorum originem attinẽt,
hucuſque diſcurrimus: nunc eis natis, ipſorum iura ple-
nius tractanda ſunt. Sed priuſquam ad eorum interpreta-
tionem accedamus,bene eſt aliqua de ipſorum ſpuriorum,
& naturalium referre.ſi certum pet.l. j. in fi. poſt hanc vero
eadem huius operis parte iura,quæ ex actibus viuentiũ cõ-
petunt,proſequemur. Ab ipſorum igitur naturalium appel-
1 latione principium ſumamus †.Summa liberorum diuiſio,
quantum ad propoſitum attinet,hæc eſt,quod omnes libe-
ri,aut naturales ſunt & legitimi,aut naturales tantum, aut
nec legitimi,nec naturales. hæc diuiſio colligitur in Auctẽ.
qui mo.nat.effi.ſui.§.palam. Et quamuis glo.ibi addat aliud
genus,ſcilicet legitimorum tantum,nihilominus ad propo
ſitum nõ debet tanquam genus diſtinctum poni, quod qui
libet legitimus tantum reſpectu ſui patris naturalis ſub alio
prædictorum membrorum continebatur. Ideo cautè Im-
perator in §.palam.tractaturus iura, qua ratione originis li-
beris competunt, nullam de legitimis tantum mentionem
fecit. Nunc igitur omiſſo tractatu legitimorum & natura-
lium,qui ex legitimo naſcantur matrimonio,vt in Auc.§.le
gitimi.ad noſtrum deſcendentes propoſitum de naturalib.
tantum & ſpurijs pertractemus. Horum itaque naturalium
tantum,alij ita remanent,alij ex poſtfacto efficiuntur legiti-
mi,vt d.§.palam.& de his,qui efficiuntur legitimi,dicam in
fra hac eadem parte,in tractatu legitimationum.

2 Primo quæritur, quis dicatur naturalis tan-
tum?† Reſpon.is eſt,qui na
ſcitur ex legitima concubina.glo.de inceſt.nup.auc.ex com
plexu.& extra de renunti.c.niſi cum pridem.§.pe.& qui filij
ſint legiti.c.tanta.in fi. Quæ autem ſit legitima concubina.
dixi ſup.in tit.de concubinis.Sed obijcitur,ꝙ imo tales dicũ
tur baſtardi.glo.ff.de concubi.ſuper rub. Solue,quia baſtar-
dus & naturalis tantum,idem ſignificant.glo.ff de regu iu.l.
quoties idem ſermo.

Secundo quæritur, an natus ꝑ matrimo-
nium ex ſeruis dicatũ
naturalis tantum,vel ſpurius. Et videtur ꝙ ſpurius. C. ſolu.
matri.l.3.de ſuis & legi.l.ex liber.In contrarium ꝙ ipſe ſit na
turalis,ſiue adhuc ſit ſeruus,de libe cau.l. ſi ex libera. ſiue ſit
factus liber.ff.de capti.l.ſi quis ingenuam. de manu. vin.l.ſi-
quis rogatus.§.ſi mulieri.& glo.ff. de iure delibe.l.fin.Solue,
aut eſt natus ex ſeruo,qui iure ciuili pro nihilo reputatur,de
reg.iur.l.quod attinet.tunc eſt ſpurius, quaſi ſine patre na-
tus.Inſtit.de nup.§.ſi aduerſus.glo.in d.l.3.ſoluto matrimo-
nio. Aut eſt natus ex libera & ſerua, & iſte dicitur naturalis
3 tantum.Sed oppo.†quod etiam natus ex ſeruo & libera ſit
naturalis tantum,non ſpurius ff.de leg.2. l. Lucius Titius.§.
fi.Item vide quod filius ancillæ non ſit naturalis. gloſ. C. de
inceſt.nup.auc.inceſtus. Item quia iu.cano.inter ſeruos po-
teſt eſſe matrimonium extra de coniug.ſeruo.per totum.vi
detur ꝙ filius ſerui ex matrimonio ſit legitimus,in Auct eu.
quibus

quibus modis nat.effi.ſui.§.legitimi. Item videtur quod nõ
ſint naturales, niſi ſint nati ex legitima concubina.42.q 4.c.
liberi. Reſpon.ad primum quod patre manente ſeruo, filius
dicitur ſpurius, ſed eo manumiſſo dicitur naturalis. Ita intel
ligo d.l. Lucius.§.ſi patre facto libero, adhuc dicit̃ ſpurius,
quia illud dicitur ſolum quo ad hoc, vt non excuſetur a tor
mentis. Ideo non dicit ibi, quod abſolute ſit ſpurius, ſed di-
cit veluti ſpurius haberi. Ad glo in auc.inceſtus. dico quod
vbi voluerunt contrahere matrimonium, & non potuerũt,
ideo non fuit concubinatus, vt ſupra de concubi. verſi.j.te-
quiritur, & ſic eius filij non ſunt naturales, vt ſupra quæſtio.
proxima. Ad aliud dico, quamuis inter ſeruos poſſit conſi-
ſtere matrimonium, hodie tamen filij eorum ſunt ſpurij. Et
hoc caſu eſt ſingulare, quod ex legitimo matrimonio naſcat̃
ſpurius.glo.ff de cap.l.diuus. Ad c liberi.dic, ibi non ponitur
4 diffinitio, ſed illud dicitur gratia exempli.† Vnde quamuis na
ti ex ingenua ſint naturales, vt ibi, per hoc non tollitur, quin
aliquando nati ex ſerua ſint naturales, vt hic. Item opponi-
tur ad prędicta, quod hodie filius ſerui ſuccedat patri, facto
libero ab inteſt.Inſti.de ſerui.cogna. ſed naturales, vt ſpurij
non ſuccedunt.C.de naturali.lib auc.licet.ergo &c.Sed dic,
quamuis non ſint legitimi, & ſic ſtricto iure non ſuccedunt,
quia tamen nec pater, nec filius aliquis peccauit, quia nõ po
tuit pater contrahere matrimonium, eis humanitate ſugge
rente ſuccurritur, vt ibi dicit tex. Ideo dici poteſt, ꝙ cum ho
die poſſint etiam inuito domino ſerui contrahere matri-
monium, extra de coniug.ſeruo.c.1.ſi ex alio coitu filios ꝓ
creant, non habebit locum humanitas huius tit.ſcilicet de
coniug. ſeruo.

Tertio quæritur, vir illuſtris vel ſuperilluſtris habet filiũ
ex matrimonio contracto ſine dotalibus inſtrumẽtis, an ſit
5 legitimus vel naturalis, vel ſpurius? † Et videtur quod nõ ſit
legitimus, quia non eſt natus ex legitimis nuptiis, quod req-
ritur in Auc. quibus modis nat.effic.legi.§.legitimi.colla.5.
Non autem valuit tale matrimonium ſine dotalibus inſtru-
mentis, ſupra de copula carnali quæſt.quarta, in primo mẽ-
bro diſtincta.Item non eſt naturalis, glo.in Auctẽ. collat.vj.
quibus modis nat.effi.legi.§.vlt.ſequitur ergo quod ſit ſpu-
rius. Solue, quia eſt naturalis, vt voluit prædicta glo.in prin-
cip.& probatur eo.ti.§.ſi quid autem poſt.& eſt etiam C. de
natu.lib.l.legem.in princip.iuncta l.iubemus.eod.titu Non
enim iure eſt concubina, vt dixi, q 4.§.eſt naturalis, vt ſup.
quæſtio.prima, hæc vera iure ciuili, ſed iure canonico eſt le-
gitimus, vel quia eo iure eius viri erat vxor, etiam ſine dota-
libus inſtrumentis. Vel ſi non fuit vxor, ſed concubina, vt ſ.
tamen quia non eſt fornicatio, vt dixi in illa q 4.talis filius re
putatur legitimus, vt dixit Vgo.34 diſt.ca. ſi quis & cum in
cauſa legitimitatis, quæ ex matrimonio deſcendit, ſtetur iu-
ri cano extra qui filij ſint legiti.c.late.talis filius dicetur ab-
ſolute legitimus.

Quarto quæritur, an appel.filij compræhendatur natura-
6 lis tantum. Et videtur quod non 37 q.6 quid eſt. Item ſi pa-
ter filium naturalem tantum nominat filium, ex hoc factus
eſt legitimus.C.de natu.li auc.item ſi quis liberos.& infra de
legi.per præſumptionem matr. §. 2. quæſt. prima, ergo ap-
pellatio filiorum legitimos tantum compræhendit Item di
cit text. abſolute filios facere deficere fideicommiſſum.
de condi.& demon.l.cum auus C de fideicom.l.cum acutiſ
ſimi. Et tamen Iuſtinianus illud interpretatur de iuſta ſobo
le.C.de inſti.& ſubſti.l.generaliter.in fi. Item videtur tex. C.
de naturali.li.l legem.in fi.& de adulte.l.verba. Item filij dif-
finitio hoc importat.ff de his, qui ſunt ſui, vel alie.iur.l.filiũ.
In contrarium, quia appellatio filij continet naturales. ff. de
lega.3 l.cum pater.§ Sceuola.& l. Lucius Titius.§.fi. ad Tre
bel l.ex facto.§.ſi quis rogatus.& l hęredibus.§ fi.vbi per gl.
& ff de iure delibe.l.fi.in fine. Item hoc nomen filius, eſt no-
men naturale.ff.de capi.dimi.l.tutelas. Cum ergo iure natu
ræ non ſit differentia inter naturalem & legitimum, in Auc.
qui.mo.nat.effi.legi §.ſi vero.igitur &c. Hoc ſentit glo.ff de
7 initus voc.& vide glo.in cle.1.de bapti. Solue, quod † ali-
quando appellatio filij, intelligitur de ciuili tantum, aliquan-
do de naturali & ciuili, ſicut & appell.cognationis ff de gra-
di.l.non facile.§.1.& l.Iuriſconſ §.j. Propria tamen ſignifica
tio eſt, vt compræhendat ſolum naturalem & legitimum,
q̃a illa ſumitur ex diffinitione. d.l. filium. Modo dico, quod
ſi in ſtatuto vel in vltima voluntate de filio ſit facta men-
tio, in dubio non eſt diſcedendum a propria verbi ſignifica-
ti.l.non aliter.de leg 3 & de exerci.l 1.§.is qui nauem. Ita lo-
quuntur prima contraria, niſi voluntas ſtatuentis, aut teſtã-
tis aliud ſuadeat, quia tunc receditur a propria verborum ſi
gnifica.d.l.non aliter. Ita intelligo ſecundũ argu. & bene ꝓ-
batur in d.§.ſi quis rogatus. Facit optime quod not. Barto.
ff de iuſti.& iu.l.omnes populi.in vj.principali.ver.iuxta prę

miſſa &c. Ad l.tutelas.reſpondeo, ibi nihil dicit de patre, ſed
de matre, & filio. Vnde dico quod appellatio filij reſpectu
matris, eſt iuris naturalis: ſed appellatio filij reſpectu patris,
eſt mere ciuilis de propria ſignifica.ad hoc.ff. de ritu nupt.l.
lege.§.ſed diſtinguitur, & vnde cogna.l.hac parte.Ex hoc di
8 co, quod † facta ſubſtitutione alicui mulieri, ſi deceſſerit ſine
filiis, de proprio ſignificatu compræhendetur naturalis &
vulgo quæſitus. Secus ſi fiat ſubſtitutio maſculo.d.l.genera
liter.in fi.quæ de maſculo loquitur.

Quinto quæritur, an baſtardi dicantur etiam de parente-
la Barto.de capi.dimi.l.tutelas.& de verbo.ſignif.l. pronun-
tia.§.familiæ.dicit quod appellatio parentelæ eſt mere natu
ralis, argu d.l.tutelam. Ideo compræhendit baſtardum, qui
eſt de eodem ſanguine naturaliter, quod puto verum indi-
ſtincte Nec ob.quod ſupra proxime dixi, quia parentela nõ
deriuatur a patre, ſed a matre, cuius appellatione comprahẽ
ditur pater & mater.ff.de in ius voc.l.quique.§.fi. Sed appel
latione patris, non comprænenditur mater.

9 † Sexto quæritur, an baſtardus dicatur eſſe de domo, vel
de familia.Bar.in d.l.tutelas.& d.§.familiæ.dicit ꝙ domus &
familia, aliquando ſumitur pro agn.ff. de ali. & ciba.leg.l.cũ
vnus.ad Sille.l.j.in princip.& d.§ familiæ.aliquando pro om
nibus exiſtentibus in eadem domo. C. ne lice. poten.l. pri-
ma, ſi quacunque præd.po.l.j in fi. & d. §. familiæ. verſi. ſer-
uientium. Aliquando pro omnibus, qui deſcendunt ex eo-
10 dem ſanguine, vt d.§.familiæ.† Itaque dicit Bart.inſpicienda
eſt materia, de qua ſtatutum loquitur, & communis vſus lo
quendi, & mens, & ratio ſtatuentium, vt omnibus conſide-
ratis eo modo intelligatur, quo melius & commodius ad
voluntatem ſtatuẽtium adaptetur, vide circa hoc.C.de ver
bo.ſign.l.ſi & ibi per Bat.

Septimo quæritur, an baſtardi dicantur eſſe de genere pa
tris? dic quod ſic.C.de natu.libe.l.communem §.de illo.Se-
cus de ſpuriis, qui dicũtur eſſe degeneres, ideſt extra genus,
eadem l.fin.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Spuriorum appellatio, quotuplex. Et qui ſpuriorum appellatione veniant a.3.*
2 *Spurius, unde dictus.*
3 *Adulterini, Manſeres, Nothi, Nepharij, & inceſtuoſi, qui dicantur.*
4 *Intellectus l. Paulus.ff. de ſtatu homi.*

§.De Spuriorum appellatione.

1 Spuriorum duplex † eſt appellatio, gene-
ralis & ſpecialis. Gene
rali comprænenduntur omnes, qui de facto vel iuriſdictio-
ne patrem habent incertum, quaſi ſpurij ſine patre nati eſſe
dicantur. Inſti.de nupt.§.ſi aduerſus.ff. de ſtatu homi l.vul-
go.argu.tamen eſt contra.ff.de ritu nup.l.adoptiuus.§. ſerui
les.ſed ibi incertum eſt, an ſit pater. Et quod dicitur natura-
lis pater, improprie loquitur, quia non poteſt ipſum aliter
nominare. Continentur etiam omnes nati ex ſtupro largo
ſumpto vocabulo, ſiue poſſit accuſari, vt puta quia cum vir
gine, vel vidua honeſtæ vitæ, ſiue etiam cum vidua quæ fuit
vulgaris, nunc vero eſt honeſta, cuius ſtuprum non poteſt
accuſari.ff.de adulte.l.ſi vxor.§.1. Cum enim committit ſtu
prum, vt ibi, ſequitur ꝙ non fuit licita concubina.ff.de adul.
l.ſtuprum, & ſic etiam filij non naturales, ſed ſpurij, vt ſup.tit.
2 j.q.† Continentur etiam nati ex monacho ff.de ſtatu homi.
l.vulgo.& ibi glo. Item & nati ex presbitẽ.extra de filiis pre-
sby.c.ad abolendam. Et nati ex quocunque inceſtu & ne-
phario coitu, per glo.in illa l.vulgo.& nati ex adulterio, extra
qui filij ſint legiti c.tanta.& nati ex concubina, quæ non in
domo eſt retenta, quæ proprie concubina dici non debet
ſupra de concubinis, verſic.5.Ita intelligo gl.extra de renũ-
ria.c.niſi.§.perſonæ.quæ dicit ꝙ filius concubinæ appellatur
ſpurius. Et ſubdit, quod filius concubinæ in domo retentæ
dicitur naturalis. Hi ergo omnes, cum ex illicito coitu nati
ſunt, patrem eum habent, quem licite habere non poſſunt,
ideo dicuntur ſpurij.d.l. vulgo.quia ſicut iuris fictione pater
creditur non habuiſſe filium.C.de inceſtis nupt.l. ſi quis in-
ceſti. Ita iuris fictione ipſe filius creditur non habuiſſe pa-
trem, ideo dicuntur ſpurij, vt not.d.§.aduerſus hac etiam ge
nerali appellatione ſpuriorum continentur filij ſeruorum ſ.
3 tit.primo quæſt.ſecunda, vbi vide † Speciali vero & propria
appellatione ſpurij dicuntur vulgo quæſiti qui de facto eo-
rum pater eſt incertus, vt ſupra dixi. Hi tamen de iure cano.
dicuntur manſeres, glo.in d §.perſonæ. Adulterini dicun-
tur proprie, qui ex adulterio naſcuntur. Eſt autem adulte-
rium, quod cum nupta committitur. ff. de adult.l.inter.§.1.

In iure

In iure canonico appellantur nothi, per glo.in d.§.pẽrſonę.
Inceſtuoſi propriè dicuntur ex linea tranſuerſali in gradu
prohibito nati, glo.C.de inceſt. nupt ſub rub. de ritu nup.l.
matrimoniũ. Nepharij propriè dicuntur, qui ex linea aſcen-
denti & deſcendenti nati ſunt, vt in d.glo. quamuis promi-
ſcuè coitus inceſtuoſus pro nephario appelletur, & econ-
tra.Inſti tu.de nupt.cum ergo.Sed eſt dubium,habui concu
binam ſciens mihi coniunctam quarto gradu, hæc conce-
pit filium, ſed antequàm pareret impetrauit diſpenſatio-
nem,& eam poſtea duxi, quæritur an filius poſtea natus,ſit
ſpurius vel legitimus,quia inſpicitur tempus partus,quod ei
vtilius eſt. C. de naturali. li.l.Imperator. & ſupra de ventre
concepto.q.2. In contrarium eſt tex.ff.de ſtatu ho.l.Paulus.
vbi conceptus tempore, quo ſuberat impedimentum, licet
4 naſcatur poſt illud ſublatum,non eſt legitimus.†Solue prę-
mittendo, quando ambo ſciebant impedimentum, & hoc
modo loquimur hic.Nam ſi alter ignoraſſet, aliud eſſet. di-
cam infra,de legi per matri. q.j. In caſu igitur noſtro diſtin-
gue, aut tempore partus ſola diſpenſatio facta eſt,& tũc par
tus non naſcitur legitimus.ita intelligo.l.Paulus. Nam licet
ibi eſſet mortuus auus,& ſit ſublatum impedimentum,non
tamen erat conſummatum matrimonium, niſi verbo vel fa
cto denuò conſenſerint.ff.de arbi.l.ſed ſi in ſeruum.in prin.
extra de coniug.ſeruo.l.propoſuit.& c.ad noſtrum.extra de
ſpon.c.ad id quod, & de deſpon. impub.cap.j.lib.6.quorum
nullũ fuiſſe apparet in illa l.Paulus.Aut tempore partus erat
contractum matrimonium,tunc eſt legitimus, puto tamen
quod in tali diſpenſatione narrari debeat eam fuiſſe concu-
binam,aliter non valebit tãquàm impetrata tacita veritate.
Sed in eo,quod dixi, natum ante cõtractum matrimonium
non naſci legitimum,poteſt dubitari an efficiatur legitimus
per ſubſequens matrimonium, de quo dicam infra, de legi.
per verum matrimonium. q.j.

S V M M A R I V M.

1 *Filiatio,quomodo probetur.* 5. *Et cui incumbat onus illam probandi.*9.
2 *Probatio,quid ſit & quotuplex.*
3 *Præſumptio,quid ſit & quotuplex.*
4 *Præſumptio vincitur per contrariam probationem.*
6 *Argumentum per præſumptiones concludit.*
7 *Filium non eſſe quem, quomodo probetur.*
8 *Mulier quinquegenaria non parit.*
10 *Filiationis quaſi poſſeſſio,qualiter probetur.* 11. *Et an ſit ſufficiens ad re-portandam victoriam.*12.
13 *Legitimus, quomodo quis probetur.*
14 *Matrimonium, an præſumatur per dationem annuli.*
15 *Legitimatus, nunquid magis præſumatur quàm matrimonium, vbi de vtroque tractatur.*

§.De filiationis probatione.

Quia natis huiuſmodi liberis tam naturalibus q̃
ſpurijs, maxima ſolet eſſe controuer-
ſia,cum pater ſciens incontinentiam meretricum, & hac
de cauſa dubitans,an ſuus ſit cum tanq̃ filium recuſat agno
ſcere, multoties probari oportet eum eſſe filium vel non.C.
quorum bo.l.j.de al.libe.l.ſi competit. Videndum eſt ergo,
an & quomodo probetur filiatio.

1 Primò quæritur,† an quis poſſit probare ſe filium? &
videtur,ꝙ ſic,d.l.j.quorum bonorum. & ff.de
libe.& poſthu.l.ſi poſthumus.§.fin.In contrarium.ff.de con
di.& demon.l.Lucius.Solue & conſidera pro declaratione,
ꝙ aliud eſt probatio,aliud præſumptio. Probatio eſt arg. de
neceſſitate concludens,extra de proba.c.in pręſentia.C.vn-
de cogna.l.non hoc.Præſumptio,eſt arg.non neceſſariò,ſed
veriſimiliter concludens,extra de præſum. c.quia veriſimi-
le.ff.de iur.ca.l.j. Item probatio, alia directa, alia indirecta.
directa eſt,quę principaliter & immediatè concludit verum
eſſe quod quæritur. vt ſi dico me ſoluiſſe, probo per teſtes
qui viderunt numerationem. hoc modo poteſt probari fi-
liatio reſpectu patris, quia non poteſt probari per aliquẽ ſen
ſum corporis, quod requiritur ad directam probationem,
vt per Spec.in tit.de teſte.§.nunc tractandum.verſic.vt au-
tem. Sed reſpectu matris probabitur per obſtetrices, quæ
viderunt eum exire de vtero matris. ff. de vent. inſpici.l.j.§.
de inſpiciendo.

2 †Indirecta probatio eſt,quæ non principaliter,ſed in con
ſequentiam concludit id verum eſſe, de quo agitur, vt quia
dico me non occidiſſe Titium, probo per teſtes qui dicunt
eum viuere.ff ad leg.Aquil.l.inde Neratius.§.vlti.Nam prin
cipaliter probat aliud quam id,de quo agitur, cum probe-
tur vita, & agitur de morte, tamen vnum neceſſario infer-
tur ad aliud.hoc modo probatur negatiua,quę directò pro-
bari non poteſt.extra de proba c.quoniam contra.& de ele.
c.bonæ.el.j.hoc modo allegans filiationem probari non po-
teſt,quia affirmat, ſed negans ſic probando ꝙ is qui dicitur
pater,longo tempore abſuit & reuerſus anniculum inuenit.
2 Ex quo infert neceſſario, hũc non eſſe filium ſuum.ff de his
qui ſunt ſui,vel alie iuris.l.filium.ff.de lib.agno.l.j.§.ſi quis lon
go.Item præſumptio eſt triplex,probabilis, violenta, neceſ-
ſaria.probabilis eſt, quæ quamuis conſcientiam iudicis in-
clinet, tamen quia non eſt adeo veritati proxima, vt ius pro
ea præſumat,non ſufficit ad ferendum ſententiam,niſi alijs
adminiculis adiuuetur, exemplum eſt. ff. de teſti. l.3.§.eiuſ-
dem.extra de teſti.cap.præterea.Et eſt ratio,quia non debet
iudex ex ſua conſcientia iudicare.de offic. præſi.l.illicitas.§.
3 veritas.extra de conſti.c.ne innitaris † ideo vocatur pręſum
ptio hominis vel iudicis,non iuris, vt glo.extra de ſpon.c.is
qui.ff.quod me.cau.l.fin.in Spec.in tit.de præſum.§.ſpecies.
verſic.probabilis. hoc modo poteſt præſumi filiatio, ita vt
ex fama cum alijs adminiculis pro filiatione feratur ſenten-
tia.extra de præſum.c.illud. Violenta præſumptio eſt, quæ
adeo veritati proxima eſt,quòd non ſolum iudicis, ſed etiã
iuris conſcientiam mouet,adeo ꝙ ſine alijs adminiculis ſuf-
ficit ad ferendam ſententiam. Quanto enim magis indicia
veritati ſunt proxima,tanto magis iudicem & ius inclinant.
ff.de teſti.l ob carnem, huius exemplum eſt. Allego copu-
lam carnalem, probo ꝙ fui in lecto ſolus cum ſola, nudus
cum nuda, ex his ius & lex præſumunt copulam, extra de
præſum. c.literis. vocatur ergo præſumptio iuris §.ſpecies.
verſic.violenta. Et hoc ẽt modo præſumitur filiatio,ſi pro-
bo qđ eſt natus ex vxore,vel concubina, quã in domo reti-
neo,ex qb ius præſumit me eſſe patrẽ C.de nup.l.ſi vicinis.
4 † Non tamen eſt tam fortis hæc iuris præſumptio, quin
per contrarias probationes reprobari queat. extra de prob.
c.propoſuiſti.cum probatum vincat præſumptionem. ff. de
proba.l.ſi chyrographum. Neceſſaria præſumptio eſt, quæ
non ſolum ad ferendam ſententiam ſufficit, ſed prohibitio-
nem contrariam non admittat. Exemplum, dico matrimo-
nium per conſenſum de præſenti interueniſſe,probo ſpon-
ſalia & copulam ſubſequentem,ex quibus præſumit conſen
ſum, extra de ſpon. c.is qui.hæc vocatur præſumptio iuris,
& de iure.iuris dicitur, quoniam ius ex huiuſmodi indicijs,
tanquàm vero proximis id, de quo verum eſſe præſumit vt
dixi ſupra. de præſumptione violenta de iure præſumitur,
quia ſemper in ea præſumitur id quod de iure fieri debet,
quod ſecus eſt in præſumptione iuris,quæ aliquando præſu-
mit delictum.d. c.literis. vel quia de iure ſingulari ob alicu-
ius fauorem ſtatutum eſt, ne cõtraria probatio admittatur.
vt quia in fauorem matrimonij, & propter fornicationem
euitandam,præſumitur cõſenſus, vt d.c.is qui.& in fauorem
actus pręſumitur ſtipulatio.C.de rei vxo.act.l.j.in prin.Et in
fauorem minorum.ff. de fideiuſ. tuto.l.cum oſtendimus.&
in fauorem pupilli arrogati.ff.de adop.l.his verbis.cum l.ſeq.
hæc præſumptio non habet locum in filiatione: quia cũ nul
lus ſit filiationum fauor,ſemper admittitur probatio in con
trarium.Nam ſi non eſt filius iſtius,eſt filius alterius,& ſic ſi
non fauetur vni,fauetur alteri.
5 † Secundò quęritur, an per confeſſionẽ patris poſſit pro-
bari filiatio? vĩ ꝙ ſic. Nam ea quæ nõ pñt probari per teſtes,
probantẽ per iuramentũ.gl.l.nlli.de ac.§ aliẹ.C.de his qui ad
ecclo.confu.l.fi.In contrarium facit, quia illa ſunt, quæ ſunt
probabilia, cũ poſitiones ſuccedant loco probationum, in
Auc.coll.5.de his qui ingre. ad appel.§.fi.ſed filiatio directò
probari non poteſt,vt ſupra proxi. ergo nec poni,& ſic non
debet reſpondere.ff.de iureiu.l.ſi duo.§. idẽ Iul.Itẽ nemo co
gitur iurare ꝙ ſibi veriſimiliter eſt dubiũ ff.de in litẽ iur.l.vi
deamus.in princ.ff.rer.amo.l.Marcellus. Sed nullus pōt eſſe
certus,an ſit filius talis,ergo &c.Solue diſtinguẽdo,aut vult
probare per cõfeſſionẽ patris factã,aut per fiendã.Si per fa-
ctam diſtingue,aut ext.iudi.& dic,vt per gl.ff.de interro.ac.
l.j.in fi.de inſa.l.ictus.de adul.l capite quinto, vbi p Bar. Aut
in iudicio,& dic,vt per glo.& Doc.C.de confeſ.l.i vt in ſum-
ma, quib. caſibus alia confeſſio præiudicaret eiſdẽ & iſta.ſi
per confeſſionẽ fiendam, dic, aut petit ꝙ rñdeat ſuper iura-
mento veritatis, aut credulitatis, nã vtrunq; exigi poteſt, vt
Spe.de poſi.§.5.ver.ſi oblatis.Si veritatis,non cogitr ꝙ veri-
ſimiliter ignorat. Si credulitatis cogitr, & ſi dicit ſe credere
ſibi præiudicat & cogitur credere, ne redarguatur de calũ-
nia. Nec obſt.contrarium, vt no.extra de confeſ.c.j.lib.6.
6 †Tertiò quęrit,dixi.ſ.q.proxi. ꝙ p præſumptiones arguit.
Rñdeo,ſi probat,eſt natus in domo ex vxore vel cõcubina.
C.de nup.l.ſi vicinis. An idẽ ſi ex adultera in domo retenta?
cogitabis.Idẽ ſi probatr fama cũ alijs adminiculis,vt hoc di-
xi,quia idem ſi probetur inſtrũi legitimationis, aut enunci
patio.

patio.C.de ſeruis expor.l.moueor.ar.ff.de fur.l.fullo, in fi.C.
de contrah.& com.ſtip.l.optimam. Ita dicit Bal.ff.de proba.
l.j. Sed certè hoc non probat filiationem, ſed quaſi poſſeſ-
ſionem filiationis: nam ex eo ꝙ legitimatus, vel emancipa-
tus eſt, ſequitur ꝙ pater & filius ſe inuicem, vt pater & filius
reputauerunt, ex quo conſtituitur quaſi poſſeſſio, vt j q 6.
ſed aliud eſt probare filiationem, aliud quaſi poſſeſſionem
filia.de proba.l.certa.

7 Quartò quęritur, quomodo probetur quē non eſſe
filium? Reſpondeo, probando† quod is qui
dicitur pater, longo tempore abfuit, & reuerſus anniculum
inuenit. de his qui ſunt ſui, vel alie.iu.l.filium de libe. agno.
l.j.§.ſi quis longo. Idem ſi mater, ea qua natus dicitur, habe-
bat impedimentum naturale eo tempore, vel accidentale
vnde coire nō poterat, extra de frigi.& malefi.c.j.& c.quod
ad ſedem. cum ſeq. Item quia tempore, quo natus eſt filius,
is qui dicitur pater, nondum quartumdecimum annum ex-
ceſſerat, vnde coire non poterat.ff.de teſta.l.qua ætate. Inſti.
qui.mo.tu.fi.in princ.C. quando tutor vel cu.eſſe deſierit.l.
ſi & eſt caſus.ff.de interro.ac.l.confeſſionib.in princ. Et ferè
ſufficit allegare, ꝙ eo tempore non erat in plena pubertate
10.& 8.anno.Inſti.de adop.§.minorem.ff.eo.tit.l.arrogato.
§.non tamen. Ita dicit Spe.de offi ordi.ver.actor.quod non
placet, qa hoc regulæ non eſt, licèt accidere poſſet, ꝙ ſ.ante
18.an. non poſſit vir coire. in Aue de nup. §.per occaſionē.
col.3.C.de diuor.auc.ſed hodie. Cum ergo non ſit veriſimi-
le, non inducit præſumptionem, quinimmo erit ei præſum-
8 ptio contraria.ff.qđ met.cau.l.fi.Item,† ꝙ mulier erat quin-
quagenaria, quam præſumptio eſt non parere ff.de ac.emp.
l.ſterilis.in prin.C.de leg. hære.l.ſi maior. Item ꝙ partus fuit
ſubiectus.de Carb.edic.l.j.§.ſi non tamen ſufficeret proba-
re fuiſſe adulteram, vt eſt caſus ſingularis mẽti tenendus.ff.
de adul.l.miles.§.defuncto. Scias tñ, ꝙ qñ vtrinq; ſunt p̄ſum
ptiones, aut probationes, inſpicitur quæ ſit proximior veri-
tati.ff.de teſti.l.ob carmē.§.ſi tales. nam cõtra præſumptio-
nem ēt violentā admittitur probatio. extra de proba.c pro-
poſuiſti.ff.eo.tit.l.ſi chyrographum.& vna præſumptio tol-
lit aliā.ff.de in integ.reſti.l.diuus.extra de præſump. c.literis.

9 Quintò quæritur,† cui incumbit onus probandi fi-
liationem? Et vr̃ ꝙ ei qui dicit.ff.de proba.l.
2.etiam ſi excipiendo illa.alleg.glo.C.de non nu.pecu.l.ſi ex
cautione.in fi. Nam negans non poteſt probare.ext.de elec.
c.bonæ.de proba.c.qm̃ contra falſam. In contrarium vr̃, ꝙ
dicens non filium, probet. ff.de Carb. edic.l.3.§.duæ cauſæ.
de ven.in poſ.mit.l.j.§.ſi ea. Solue, aut filius eſt in quaſi poſ-
ſeſſione filiationis, tunc negans eũ filium probat, vt ſupra fa
cit quod no.gl.ff.de proba.l.ſi pactũ. Caſus eſt con. ti l.quidā.
de lib.agno.l.j.§.Iul.in fi.de quæſtio l j.in fi.C.de proba.l.nō
nudis. & l.nō epiſtolis. quia illa quaſi poſſeſſio trāsfert onus
probandi in aduerſarium.ff.de proba.l.certa.facit Inſtitu.de
interdic.§.commodum. quod eſt verum, ſi is qui negat, ſit
alter ex parentibus. ff.de Carbo. edi.l.j.§ is qui ab aliquo. &
ibi per gl.& ext.de proba.l.vlti. Si verò filius non eſt in quaſi
poſſeſſione, tunc is qui aſſerit eum filium probat, vt dicitur
extra qui fi.ſint legi.c.tranſmiſſæ. vbi per glo.

10 Sextò quæritur,† qualiter probet̃ quaſi poſſeſſio filia-
tionis? Bald.ff.de proba.l.j.dixit ꝙ probat̃ duob.
modis. Primò, ſi probat̃ ꝙ pater filium, & filius patrē ſe inui
cem pro patre tractauerunt.ff.de proba.l.ſi filius. Secundò,
ſi probetur ꝙ cõi opin fuit habitus pro filio.ff.de fi inſtru.l.
cum de lanionis.§.aſinā. Primus modus eſt verus, & proba-
tur.ff.de quæſtio.l.j.de manu.teſta, vxor.de Carbo.edic.l ꝙ
Labeo.extra de proba.c.per tuas, qui fi.ſint legi.c.trāſmiſſæ.
ita poteſt intelligi ſingularis caſus, extra de probat.c.afferte.
vbi nō poterat probari filiatio per aliquem partum, nec con
ſtabat qui illarum eſſet in quaſi poſſeſſione filiationis. Vnde
illa mulier, quæ dixit, ꝙ ille filius diuideretur, videret̃ à ſe ab-
ſcindere filiationem, quia eum non tractauit vt filium. Alia
verò, quę tractauit eum vt filium, conſtituit in quaſi poſſeſ-
ſione filiationis, vt ſup q.proxi.quæ quia probare non pote
rat, vt ſupponit̃, meritò ſuccubuit. Hoc verum, ēt ſi pater eũ
filiũ nominaſſet.C.de teſta l.neq; profeſſio. vbi per glo.ff.de
lib.lega.l.j.§.Iul Secũdus modus nō placet. Nam cõis opi.ꝙ
quis ſit filius, nō conſtituit filiũ in quaſi poſſeſſione filiatio-
nis, cũ per hoc nō probetur eius aĩus poſſidendi, & poſſeſſio
non eſt ſine aĩo.ff.de acq.poſ.l.3.§.in amittenda.ideo adhoc
vt cõis opi.conſtituat aliquem in quaſi poſſeſſione filiatio-
nis, eſt neceſſarium, vt ipſe ſe geſſerit pro filio, & ita dicit tex.
C.ne de ſta defunc.l.2.& l.ſi iure. Nā fama dicens eũ filium,
non arguit poſſeſſionē, ſed proprietatē, ideo nō probat poſ-
ſeſſionem, cum ſint diuerſa.ff.de acq. poſ l.naturaliter. § j.

11 Septimò quærit̃,† peto hereditatē dicens me filiũ,
tu negas, volo probare quaſi poſſeſſionē
filiationis, an admittar? vr̃ ꝙ non, quia dico vnum, & volo
probate aliud, quod non infert id, quod dico.C.de proba.in
fi. Nec.n.ſequitur, ſum in quaſi poſſeſſione filiationis, ergo
ſum filius.ff.de proba.l.certa. ſi dico ꝙ admittor, vt per hoc
incidēter cognoſcat prætor, cui incũbat onus probādi filia-
tionem.ff.de probatio.l.ſi filium. admittor ergo ad hoc, vt
me exonerem, non vt ex hoc victoriam reportem, quod dic.
vt dicam infra.q.proxima.

12 Octauò quæritur, † an quaſi poſſeſſio filiationis ſit
ſufficiens ad reportandā victoriā pro filia-
tione? vr̃ ꝙ ſic, vt C.qui accu non poſ.l.non ignorat. In con
trarium ff.de proba.l.certa.vbi caſus. Solue & diſtingue, aut al
legat̃ filiatio principaliter, & tunc nō ſufficit; aut incidēter,
& tunc ſufficit. dic vt per Cy.C.vbi cā ſtatus.l.j.& de fi.inſtr.
l.ſi ſolēnibus, & plenè per Bald.in l.non ignorat. ſcias tñ ꝙ ſi
articulet̃ filiatio, teſtis deponens pro filiatione, nihil probat,
quia ſuper vno interrogatus, reſpondet de alio.ff.de iureiu.
l.ſi duo.§.Iul.ita dicit Bal.ff de proba.l.j. Idem puto, ſi ſit da
tus tibi terminus ad probandũ filiationem, tu probas quaſi
poſſeſſionem. Nam quaſi poſſeſſio ſolum probatur ad rele-
uandũ ab onere probandi, vt ſupra proxi. Sed poſtq̄ habuiſti
terminũ ad probandũ, non debes amplius diſputare, qs pro-
bare debeat vel nō. Ideo ſis cautus, vt facias dari terminum
vtriq; parti ad probandum incumbentia. Videtur tamen, ꝙ
hoc caſu probatio poſſeſſionis ēt non probata proprietate,
aliquid releuet, arg. eorum, q̄ not.gl.in d.l.circa.in gl.fi.in fi.

13 Nonò quæritur,† q̄nis conſtet aliquē eſſe filiũ, maxi-
ma ſolet eſſe cõtentio, an ſit legitimus, vel nō.
Vnde dubitatur, quomodo quis probetur legitimus. dic in-
ſpiciendo, an quis ſit in quaſi poſſeſſione legi. vt ſic transfe-
rat onus in aduerſarium, vt ſupra, q.7.& ff.de probat. l.ſi fi-
lius. extra qui fi.ſint legi. c peruenit. vbi glo.& c.lator.eo.tit.
Eſt autem in quaſi poſſeſſione legi. quoties conſtat eum na
tum eſſe ex tali, quam tractauit in vxorem, extra de præſum.
c.illud. vel ſi pater vel filius inuicem ſe pro filijs tractauerũt,
vt ſupra q.7. ſi pater diu paſſus eſt filium pro legitimo habe-
re, & econtra. C.de pa.po.l.j.cęterum ſi proprietatem legi.
probare uolumus, allegamus, & probamus ꝙ ex legitima
vxore natus eſt, de his qui ſunt ſui, vel alie. in l.filium.& gl.
ſolu.matrimo.l.Titia. vel ꝙ in facie eccleſiæ contractum fue
rit matrimonium, extra de clan. deſpon. c.cum inhibitio, &
qui fi.ſint legi c.peruenit. vbi no. ꝙ ſi maritus dedit vxori in
14 eccleſia annulum, vel in domo,† ex hoc præſumitur matri-
moniũ & ſoboles legitima. 30 q. 5. fœminæ. gl.extra de prę-
ſum c.illud. In dubio aut, ſi conſtat eum eſſe filium, præſum
ptio iuris eſt eum non eſſe legitimum, ſecundum quoſdam.
ſicut enim non præſumimus iure canonico matrimonium
propter fornicationem euitandā. 30.q. 5.aliter. & c noſtra-
tes, vt ſupra de copu.car.q. 3.in 4 membro diſtinctio.ita vt
legitimatio. Tu dic recurrendum ad præſumptionem iuris
naturalis, quæ dicit eum eſſe legitimum, vt in Auct.qui.mo.
natu.effi. legiti.§.licèt, colla.7.& quib. mod.natu.effi.ſui.§.
natura.colla.2.facit optimè glo.in Auct.de teſti. § hæc om-
nia verſi.ſi vero libertum.& facit extra qui fi.ſint legi.cap.2.
Et eſt ratio, quia in dubio non præſumitur fieri id, quod de
iure fieri non debet.l.meritò, ſupra pro ſocio. Nec ob. quod
non præſumatur matrimonium, quia iſtud eſt verum, quan
do principaliter de matrimonio quæritur: ſecus ſi inciden-
15 ter, vt hic facit, ſupra q.proxi.† Et ſi dicatur, magis præſumi-
tur legitimatio quam matrimonium in caſu, quo de vtroq;
principaliter tractatur. Reſpondeo, quod ſi conſtat homi-
nes naſci ſolutos non matrimonialiter cõiunctos, ideo ſem
per præſumuntur ſoluti, niſi contrarium probetur, argu.C.
de probatio. l.ſiue poſſidetis. hic non conſtat eum natum
legitimum, vel non, quinimò tempore natiuitatis erat du-
bium, ſicut nunc. Ideo in hoc dubio recurritur ad pręſum-
ptionem iuris naturalis, argu ad hoc.ff.de proba.l.ſi filius. vi
de quod not.Inn.extra de reſcrip.c.nonnulli. & c.Michael,
de filijs pręſby.

S V M M A R I V M.

1 *Naturalis tantum vel ſpurius, cui acquirat. Et an inuicem pater & ſpu-
rius contrahant. 2. Et poſſit pro patre agere. 3.*
4 *Spurium aut naturalem pater, nunquid teneatur alere. Et quid de filia
ſpuria. 5.*
6 *Legitimationis, quot modi.*

De obligatione inter patrem & filium.

Secundo loco videamus, an inter patrē & filium naturalem vel ſpurium aliqua ſit obligatio.

1 Primò quæritur,† an filius naturalis vel ſpurius acquirat ſibi, vel patri. de ſpurio certum eſt ꝙ non, quia fingitur natus ſine patre, ſupra de appel. ſpuriorum. in prin. de naturali videamus etiam. Et præmitte, ꝙ quamuis debeat ſeruare reuerentiam patri, vnde non vocat illũ in ius ſine venia.ff.de in ius vocan.l parentes,non tamen eſt in poteſtate patris. de his qui ſunt ſui, vel alie. iu.l.fi.in Auc.quib. mo. na. effi ſui.§ generaliter Ex hoc ſequitur,ꝙ nõ acquirit patri,vel ſibi, ſicut & emancipatis.ff.ſi quis a pa.fu. ma.l.j.in princ. Item ſequitur, ꝙ pater pro filio non poteſt ſtipulari, nec econtra.de verb.obli.l.ſtipulatio. §.alteri.ſicut nec mater pro filio ẽt legitimo.ff.ad Treb.l debitor. §.fi.quia nõ habet illum in poteſtate. Inſti.de adop.§.fęminæ.ita no Bar ff. ad Treb.l.ex facto.§. ſi quis rogatus.vide in Spec.de loca.§. nunc aliqua. verſ.65.Item ex hoc ſequit̃,ꝙ ſi pater emit prædia tanq̃ ſuo noĩe empta,de quo per Cy.C.fam.erc.l.filię.an aũt poterit eũ hr̃e iure hęreditario,dicã.j̃.q.3 huius operis.

2 Secundò quęritur,† an pater & filius ſpurius naturalis poſſit adinuicem cõtrah ere? dic aut eſt naturalis, & poſſunt ex quacunq; cauſa ſibiinuicem naturaliter obligare, & ciuiliter, de leg 3.l.vxor. § pater naturalis.aut.eſt ſpurius,& diſtingue,aut ex cauſa filio lucratiua,vt eſt donatio, & non poteſt. C.de inceſt nup.l.ſi quis. glo.in Auc.qui.mo.na.effi.legi.§.vlti col.7. Aut ex cauſa onerota, & tunc aut ex contractu emptionis, & nõ poteſt,quia in dubio præſumitur fraus,niſi manifeſtè probetur,quod emit & ſoluit iuſto pretio. Ita intelligo tex.C.de na.l.b l.j.& qđ no. Spe.in tit.de ſucceſ.ab inte.verſ.ſi quid ſi pater,arg.ad hoc.ff. de proba.l.qui teſtim .in fi. Aut eſt alius contractus,puta locationis conductionis,pignoris,& ſimilium :& tunc puto ꝙ poſſit res paternas conducere,& pignori habere, quia non reperitur prohibitum, & omnia præſumuntur conceſſa, niſi &c.ff.de proba.l.patronum. Econtra verò ſpurius poteſt patri vendere,donare,pignori habere, & teſtamento relinquere,quia non reperitur iure prohibitum, vt nunc dixi, vt infra,de ſucceſ.ſpurij.§.j.q.8 naturalis vel ſpurius.

3 Tertiò quæritur, † an filius poſſit in iudicio cõparere pro patre tanquã pro coniuncta perſona? dic ꝙ naturales admittunt̃,quia ſanguine coniuncti ſunt.ff.unde cogna. l.hac parte.& l.ſi ſpurius. ergo admittunt̃.de procu.l.ſed & hæ.in prin. Spurius verò non admittitur pro patre, quia patrem habuiſſe nõ creditur,ſupra de appel.ſpu.in prin.pro matre verò,aut coniunctis per matrem ſic,arg. dictarum ll.& l.ab ea parte.& l.ſpurius.niſi ſint nati ex accuſabili coitu,quia tunc matrem non credit̃ habuiſſe,arg.eorũ, quæ no.gl.C.ad Orphi.l.ſi qua illuſtris. de hoc per Inn.extra de reſcrip.c.nonnulli.vide infra de ſucceſ.ſpur.q.3.

4 Quartò quærit,an pater teneatur alere filium ſpurium vel naturalem,& ecõtra? Omiſſa diſputatione præmitte, ꝙ quicunq; ſe alere poteſt, non cogit aliũ vt eum alat.ff de libe.agnoſcen.l.ſi quis a liberis.§.ſi filiũ.dic ergo,naturalis filius vbicunq; ſe alere poteſt,non cogit aliũ, vt eum alat,& ali debet ab auo vel patre:& his deficientibus a legitimis filijs,ſi quos habet,in Auc.col 6.qui.mo.nat.effi. legi.§.ſi quis igitur. Si hos non habent,fortè cogentur ij,ad quos hæreditas patris peruenit. Nam hoc eſt onus reale, ꝙ imponitur pro menſura ſubſtãtiæ.d.§.ſi quis. & ſic ſequitur ipſam rem. C. ſine cen.vel reliq.l.ſi his omnibus deficientibus aluntur a matre.d.l.ſi quis a liberis.§. virũ verſ.eo. & ea mortua ali debẽt a fratribus vterinis,etiam ſi ſint naturales, nam hæc obligatio deſcendit ex iure naturali. j.di.ius naturale.& ex charitate ſanguinis. d.§.vtrũ in fi.& ibi per Bar.ergo comprehenduntur naturales fratres.d.l.ſi ſpurius.Mater autem ideo prius cogitur quam frater naturalis,quia maiori vinculo filio iungitur, Inſti.de gradi. §.j gradu.facit quod not.Bart.de lib.agno.l.quemadmodum Econtra verò filius naturalis tenetur patrem,& fratrem, & matrem alere eodẽ ordine quo ipſi,arg in d.ver.ergo. Spurij verò & alij, qui ex damnato coitu nati ſunt,non debent aliã parentibus iure ciuili.in Auc.qui.mo.na.effi.ſui.§.vlti.imo & fortiori ratione & parentes ali non debent. Sed de æquitate canonica ſtatutum eſt,vt a parentib. alerentur,extra de eo qui dux.in matri.quam pol. c.cum haberet. in fi. An autem de iure cano. parentes ab eis ali debeant? videtur ꝙ ſic,ex æquitate ipſius ca. Ego dico contrarium, cum illud ca. corrigat ius ciuile. ideo non debet extendi, arg.not.in auct. quas act. C. de ſacroſan.eccle. In hoc enim remanet ius ciuile incorrectum. arg. C.de appel.l.præcipimus. Nec eſt eadem æquitatis ratio,cum ſolus pater deliquerit, filius verò non. in Auct.de Inceſt.nup.col.2.in princ.& de decur.l.ſpurii qua ratione dici poteſt quod nec eum cogetur alere pater & mater, quia illud c.de parentibus tantum loquitur, nec eſt eadem æquitas in fratribus & alijs, qui non deliquerunt, & ſunt proximiores, quinimò cum ſolum loquatur de filijs adulterinis, dico quod non tenentur parentes, etiam hodie alere inceſtuoſos,aut nepharios, nec debet ad eos extendi, maximè cum ſit eadem ratio,per prædicta.

5 Quintò quæritur, † an pater teneatur filiam naturalem vel ſpuriam alere & dotare? Et videtur primò ꝙ non tenetur dotare naturalem. l.vxorem.§. pater. de leg.3.vbi glo.& ibi Bart. & not.Bart.ſolu.matrimo.l.j. In contrarium, quia tenetur eam alere, vt ſupra. q.proxi.ergo & dotare.nam dos ſuccedit loco alimẽtorum, vt colligitur ex glo.ff.de admi.tuto.l.cum plures.§.cum tutor.dic quod poteſt eam dotare ſi vult,ſed non cogitur. C.de natu. libe.l. humanitatis.Sed de ſpuria magis eſt dubium. Et videtur ꝙ non poſſit eam dotare,etiam ſi velit,quia ſpurij non poſſunt aliquid habere de ſubſtantia patris.C.de inceſt. nup.l.ſi quis inceſtas.vbi gl.intelligit de quibuſlibet liberis & ſpurijs.Sed quia illa l.ſecundum quoſdam,intelligitur de natis ſolum in figura matrimonij adduco tex. in Auct. qui.mod.natu.effi. ſui.§.vlt.qui generaliter loquitur de omnibus ſpurijs, & dixit nullum eos habere participium ad illam l. ſed in illa lege dicitur,naturalibus poſſe relinqui,& donare, & dos dari.ergo illud non poteſt dari ſpurijs. In contrarium, quia hodie tenetur eam alere, ſupra q.proxi. ergo & dotare, argu.eius, quod no.glo.in d.§.cum tutor. Sed primum verius, nec ſequitur, cum cedant ei alimenta, ergo & dos. C. ad leg. Iul. maie. l.quiſquis. quãuis Bar.in hoc dicat contrarium in l.fi.
6 de his,qui.vt indig.† Hactenus dictum eſt,quantum ad eos pertinet, qui vſque ad eorum exitum vitæ illegitimi permanent.Sed quia aliquando multis & varijs cauſis & modis legitimi fiunt, teſtat nunc vtilem & difficilem modum pertractare legitimationũ.Cum ergo tres ſint modi legitimandi,per matrimonium, per reſcriptum, & per curiæ dationẽ: a digniori incipientes hoc loco videbimus de legitima.quæ fit per ſubſequens matrimonium.Eos enim magis aſſimilat lex veris legitimis, qui vere ex matrimonio naſcuntur. ff de his.qui ſunt ſui, vel alie.iu.in l.filium.in Auct.quib.mo.nat. effi.ſui.§.legatur.deinde ſequentes alios legitimãdi modos diſcutiemus.poteſt hæc legitimatio fieri tripliciter. Ex matrimonio vero,ex præſumpto, & ex putatiuo, videamus primò de legitimatio. quæ fit per verũ matrimonium: & quærentes primò,per quod matrimonium fiat. Secundo,qui filij per hoc matrimonium legitimentur. Tertiò,qualiter fiat. Quarto,quis ſit eius effectus.

S V M M A R I V M.

1 *Naturales, nunquid legitimentur per matrimonium in mortis articulo contractum 3.4.*
2 *Naturalis, qui legitimatur, dicitur de nouo creari.*
5 *Naturalis per ſubſequens matrimonium mortua prima uxore, utrum legitimetur. 9. 11. Et quid de ſpurio.*
6 *Bulla ad primum uacaturum per matrimonium medio tempore contractum euaneſcit.*
7 *Temporum extrema non obſtantib. medijs, quãdo coniungantur. nu. 8. 13.*
9 *Lex, diu. C. de natu. lib inducitur duobus modis.*
10 *Dictio poſtea, de quo uerificetur.*
12 *Affectio, an & quando retrotrahatur.*
14 *Lex interpretans intelligenda ſecundum legem interpretatam.*
16 *Legitimatio, nunquid procedat per diſpenſatum matrimonium cum concubina quarto gradu coniuncta.*
17 *Filius clerici ex concubina, nunquid legitimetur per matrimonium. Et quid de nato ex ancilla. 18.*
19 *Nepos legitimatus per matrimonium filij naturalis, an legitimetur quo ad auum.*
20 *Conceptus & natus ex furioſo, nunquid legitimetur per matrimonium. Et quid de uulgo conceptis. 21.*

De legitimatione per verum matrimonium.

Ad euidentiam præmitte, ꝙ quis habens legitimam cõcubinam, & ex ea naturales liberos, ſi cum ea matrimonium contraxerit, legitimantur filij.C.de na.lib.l.cũ quis.& l nuptiæ.& Inſti.de nup.§.fi.& col.3 in Auc.in prin. de fi.ante do. inſtr.na & in Auc.qui.mo.na.effi legi §.fi.ext.qui fi.ſint legi.c.j &c.tanta.

Primò quæritur, † an matrimonium contractum in mortis articulo cũ cõcubina,legitimet naturales ex ea natos ante? vr̃ ꝙ non,qa debet eſſe tale matrimoniũ, in quo habeant ſpem ſobolis procreandæ, vt d.l.nuper. quæ non eſt in eo,qui in mortis articulo vxorem ducit pro hoc, quia matrimoniũ ſuit duplici rõne inſtitutũ, pp prolẽ habendam,& fornicationem uitandã,vt ſup. de copu.car. q.2 qa neutrũ locum habet in eo, ergo nõ eſt matrimoniũ.

In con-

In contrariũ facit 32.q.2.c.ſicut ergo.& c.ſoler.& 20 diſt.c.
nuptiarum.extra de frigi. c.quod ad ſedẽ. Nam ſola ſterilitas
non repellit matrimonium.C.de nup.l.fi.arg. de li. & poſth.
l.ſed & quęſitũ.§.ſpadonem. Pro hac parte concludit Rich.
Malum in q.diſputata per eum, quæ incipit, in quibuſdam
prouincijs. Nec ob.l.nuper.quia eo ipſo ꝙ filius legitimaꝰ,
dr̃ nouus creari, & ſic contrahens habet ſpem ſobolis pro-
creandæ,ſm Cy. qui ſic ibi concludit. Ego plenius diſtinguo
ſic. Aut vitium impediens ſobolis procreationem eſt ſm na
turam,aut contra naturam. Vitium ſm naturam eſt puber-
tas,ſenectus, infirmitas mortis: nam vnicuiq; eſt ſeneſcere
& mori.C.de contrah.& commit. ſtip.l.non moriturum.&
hoc caſu,aut tollit conſenſum,puta quia eſt pupillus,qui nõ
habet conſenſum. C.de fal.mo.l.j.& tunc non valet mr̃imo
nium deficiente cõſenſu, extra de frigi.c.quod ad ſedem.de
deſpon.impu.c.de illis.el j. Idem eſt, ſi in mortis articulo eſt
adeo propinquus morti,ꝙ caret ſenſu, q̃uis adhuc viuat,qa
quaſi viuens moritur. de manumiſ. teſta.l.qui duos.& gl.ff.
quando dies lega.ced.l.a.quia certum eſt,ꝙ non poteſt con
trahere matrimonium deficiente conſenſu. extra de ſpon.
c.tuæ. ita intelligo tex.ff.de iu. do.l.Iul.nec poteſt ẽt confir-
mare matrimonium iam defectum contractum, nec decla-
3 rari matrimoniũ præceſſiſſe,ex quo deficit conſenſus.† Aut
tale vitium nõ tollit conſenſum & intellectum, vt eſt ſene-
ctus,& tunc valet matrimoniũ. C.de nup.l.fi.20.q.i.nuptia-
rum.& gl.d.c.quod ad ſedem.Ex quo dico,ꝙ in caſu propo-
ſito ſi non eſt ita propinquus morti, quin habeat intellectũ,
tunc q̃uis pro certo habeaꝰ ꝙ non potuerit filios generare,
quia infirmus,& in decrepita ætate, nihilominus valet ma-
trimonium,& ſic naturalis filius legitimatur. Vitium cõtra
naturam eſt,qa eſt tanta frigiditas io vtroque, vel qa mulier
4 tam arcta eſt,ꝙ impediꝰ copula, & per ꝯñs generatio.† Ideo
aũt contra naturam, quia ſm cõem curſum naturæ nõ eue-
nit.l.ſenectus,& glo.qui teſtamenta facere poſ.l.diſcretis.Et
hoc caſu iure ciuili diſtinguitur, aut vitiũ eſt naturale. i.ex
origine;aut accidentale,vt d.§.ſpadonem.& l.ſi ſeruo.§.i.de
iure dotium.Iure verò canonico diſtinguitur, aut curari nõ
poteſt,& non valet matrimonium.extra de frigi.c.ex literis.
aut poteſt, & tunc aut cum mortis periculo, & non valet;
aut ſine, & valet,eodem titu.c.fraternitatis.

Secundò quęriꝰ, † habui concubinã. & poſtea aliã
duxi in vxorẽ, demũ vxore mortua con-
traxi matrimoniũ cũ prima, q̃ fuerat concubina,an per hoc
filij naturales per ſubſequẽs mr̃imoniũ legitimenꝰ? hãc qõ-
nem diſputauit Rich.Malum.& incipit,in quibuſdã prouin
cijs,&c.& Io. And.in mercu.in regula, ſine culpa,& quidam
moder. Ego ex multis referã ea,q̃ mihi vñt habere ſaporem.
5 †Arguo primò ꝙ non legitimenꝰ,actus medius interueniẽs
actui vel viciat actum, vel impedit coniunctionẽ extremo-
rum ff.de teſta.l.hæredes palã.§.fi.extra de cle. c. quia pp.ff.
de ver.obli.l.j.& l.continuus.bene facit extra de condi.app.
c.per tuas.probatur, ꝙ ſi inter aliquos cõtracta fuerint ſpon
ſalia ſub conditione, ſi parentes eorum ſponſalibus conſen-
tirent,& poſtea parentes contradicerent,licèt poſt talẽ con-
tradictionẽ iſti carnaliter copulenꝰ, non pp hoc confirmaꝰ
matrimonium, cum tñ in illo medio tpe non interueniſſet
cõtradictio, ſed ante contradictionẽ ſe cognouiſſent,fuiſſet
matrimoniũ confirmatũ,vt ibi.facit,de ſer.ruſti.prædi.l.tria
prædia.Secundò Imperator dicens ꝙ per ſm matrimonium
legitimantur hi,qui primò erant naturales tñ,vr̃ ſenſiſſe de
primo matrimo. quod factum eſt poſt natiuitatem natura-
lium,& nullo alio matrimonio intermedio. Caſus eſt.ff.qui,
& a qui.l.matrimonij.& de ver.ſig.l.bnues.§.hoc ſermone.

6 Tertiò † habens bullam ad vacaturam, illã perdit ſi
medio tempore contrahat matrimoniũ,quia
vr̃ per hoc illi renuntiare,extra de cleri.coniu. c.j in 6.Ita &
hoc caſu accipiens aliam in vxorem, vr̃ renuntiare nuptijs
concubinæ,extra qui filij ſint legi.c. per tuas. ergo perdit pri
uilegium Principis,cui renuntiare vr̃,& probaꝰ. ff.de condi.
& demon.l intercidit,in fi vbi ſi medio tpe pendentis condi
tionis legatarius non ſit capax legati,q̃uis vtroq; tempore.ſ.
facti legati, & exiſtentis conditionis reperiatur capax, non
habet legatũ, & ita vt audiui concludit Do. Flor.per hanc l.

Quartò hæc legitimatio fit per quandam fictionẽ,
quia fingiꝰ in præteritum ſemper habuiſſe
ad eam affectionem naturalem.C.de nat.lib.l.cum qui. Sed
fictio non fingit ſuper impoſſibili,quod eſt impoſſibile, ſm
naturam.ff.de adop.l.ſi pater.in fi. cum l.ſeq. Eſt autem im-
poſſibile, ꝙ toto medio tpe fuerit vxor, quia aliam habuit
vxorem, vt in Auc col.3.de trien.& ſemiſ.§.ſi qs aũt eſfuſa.

7 Quintò, † ad hoc vt fiat hæc legitimatio,debet du-
rare affectio eadem materialis ad concu-
binam ab initio quouſq; ad matrimonium ducetur,in d.l.cũ
quis.ibi,ex eadẽ affectione,& d.l.nuper.ibi,affectione pręce
dente.& in Auc.qui.mo.natu. effi.ſui.§.ſi quis autem dota-
lia. col.5. ibi,affectus.n.circa filios. Sed in caſu noſtro non
potuit durare eadem affectio,quia habens vxorem non po-
terat retinere hanc concubinam. ff. de diuor. l.fi.in fi. bene
facit in Auc.quib.mod.na.effi.ſui. §.ſi quis autem defectus.
vbi vr̃ requiri ꝙ ſtet in ſchemate concubinæ vſq; ad mor-
tem,quod non fuit in caſu noſtro.igitur &c.In contrarium
arguit, & in primo, ſi facta appellatione a ſententia fiat com
promiſſum, & poſtea expiret, fit temporis coniunctio, non
obſtante medio compromiſſo,extra de appel.c.quandiu.Itẽ
8 † temporis pręſcriptiones nõ incipiunt currere medio tem
pore,ſi ſuperueniat minor ætas, contra quam non admittiꝰ,
nec currit præſcriptio, ſed ſublata minori ætate continuaꝰ.
C.de præſcri.30.ann.l.ſicut. Item nata actione rerum amo.
per ſolutum matrimonium, ſi reintegratur matrimonium,
expirat ac.eo.tit.l.reintegratum. Item ſi cõſenſi venditioni
proprij pignoris ſoluitur hypotheca.ff.qui.mo. pig.vel hyp.
ſol.l.ſi conſenſit.ſi tamen diſſoluitur,venditio reintegratur.
eo.ti l.ſi debitor.§.j & l.ſicut §.ſuperuacuum & l.volũtate,
in prin.Ita ergo & in propoſito,q̃uis interueniat mediũ ma
trimonium,non tamen per illud impeditur coniunctio ex-
tremorum.ff.de ſol.l ſi cum mutu.2.reſpon.Tertio vr̃ expreſ-
ſum in Auc.quib.mo.na effi.legi.§.& hoc dicimus. ver.ani-
modo.Quarto inducit pro caſu d.l.intercidit.2.rñ.vbi actus
9 contrarius medio, non impedit extrema coniungi.†Quintò
inducitꝰ tex.extra qui fi ſint legi.c.tãta.vbi dr̃, ꝙ ſi aliquã co-
gnoui,filij ea ea nati viuẽte vxore mea ſũt ſpurij,& p ſequẽs
matrimoniũ non legitimenꝰ, ſecus ergo ſi eſſent nati anteq̃
illa prima eſſet vxor.Sextò inducitur tex.C.de na.lib.l.diu,in
prin.vbi dr̃.ꝙ licebat olim legitimare naturales, & declarat
illud eſſe verum,ſiue ante,ſiue poſt matrimoniũ ſint geniti.

Eſt autem neceſſarium intelligere, ſi ſint geniti
ante matrimoniũ cũ alia cõtractum,
q̃ cum concubina,alias non eſſet dubiũ de genitis poſt ma-
trimonium cõcubinæ, quia certum erat eos eſſe legitimos,
ſed lex debet eſſe de dubio.l.quod Labeo.ad Carb. ergo in-
telligi debet de poſtea genitis,poſt mortem tñ vxoris. Nam
ſi viuente vxore geniti eſſent,nõ fierent legitimi, vt d c.tan
ta.Ego induco melius illũ tex.ibi dr̃,ꝙ poſſint eas vxores du
cere,quæ ante fuerunt concubinæ.illud verbũ,fuerat,ſigni-
ficat ꝙ fuit concubina,& modo nõ eſt cõcubina, vt probaꝰ
Inſt.de nup.§. affinitatis.vult ergo l. diu.ꝙ ſi illa,q̃ aliqñ fuit
concubina,ducatur vxor, ꝙ filij ante nati ex ea ſint legitimi,
ergo non requiriꝰ ꝙ ſemper fuerit cõcubina, cuius contra-
riũ eſt fundamentũ partis aduerſæ. Hanc opi cõiter tenent
Io. An.Ric.ma.Ia.de Are.& Bar. & conanꝰ rñdere ad cõtra-
ria. Ad primũ dñt,illud verũ in his q̃ fieri debent vno cõtex
tu.ſed aliud io caſu nr̃o. Ad aliud dicũt,ſ.ad l.matrimonij, ꝙ
Imperator in caſu nr̃o nõ ita ſimplr̃ loquiꝰ, vt d l.cũ qs, ſed
dicit, poſtea ea eadẽ affectione ad nuptialia peruenerit in-
10 ſtrã † illa dictio,poſtea,verificaꝰ de actu facto poſtea ẽt alio
actu intermedio.ff ſi tab.te. extra.l.j.in fi. Ad tertiũ põt dici,
ꝙ ibi non recuperaꝰ priuilegiũ ad vacaturã eadẽ rõne qua di
ctũ eſt.Sed quia poſteaq̃ fuit ſublatum,nõ põt ſolo eius cõ-
ſenſu recuperare ſine cõſenſu ſummi Põtificis. hic aũt põt
ſolo ipſorũ cõſenſu matrimoniũ reſtaurare. ad l.intercidit,
dñt,ꝙ ille fuit factus medio tpe ſeruus pęnæ, licet poſtea ſit
reſtitutus,& ſic tpe exiſtẽtis cõditionis reperiaꝰ capax lega-
ti, tñ eſt oĩno alius hõ q̃ primò fuerit,quia habitus fuit pro
mortuo,& ideo nõ põt retrotrahi,vt ibi per Bar. hic aũt re-
cuperaꝰ eadẽ affectio,igiꝰ &c. Ad aliud dñt, ꝙ fictio nõ põt
fieri ſup impoſſibili, qñ eſt ſm naturã impoſſibile in aliquo
ſup extremo:ſed ſi ſm naturã fuit impoſſibile,bene,ſed ali-
qua facti accidentia factũ ſit poſſibile,vt in caſu nr̃o,tũc be-
ne fingit ſup eo.ita dicit nota.Bar.de vſuca.l.ſi quis pro em-
ptore.Ad aliud,quod debeat eſſe eadẽ affectio dicunt ꝙ pp
coniunctionẽ vltimi extremi a primo cenſeꝰ eſſe eadẽ. Ad
§.ſi quis aũt defunctus,poteſt dici illud verum,ad hoc ſolũ,
vt concubina ſuccedat ab int. aliter id non reperitur.

11 Profectò †terminatio illa nõ eſt vera:nã & ſi in alijs
tolerati poſſint rñſiones prædictæ, tñ ad
l.cum quis.& ad l.nuper. nõ eſt verũ, ꝙ fingaꝰ eadẽ affectio
per retardationem, ꝙ monſtraꝰ apertiſſimè, quia ſi ab ini-
tio habuit eam concubinam, habuit ad eam affectionem
vxoriam, poſtea accipiens aliam vxorem, affectionem pri-
mam transfert in hanc.extra quib. can. fi.ſint legiti.cap.per
tuas.ubi hoc probatur. poſtquàm ergo alienauit illam affe-
ctionem vxoriam, quam habebat ad concubinam, fuit in
eius poteſtate affectionem alienare,vel non. Clarum eſt,ꝙ
hæc obligatio,q̃ de nouo facit cum ea, quæ fuit concubina
accipiendo eam in vxore, nõ trahitur ad illam affectionem
quæ alienata eſt, ſed ea ad quam nũc habet,q̃ intelligitur io

hunc contractum eſſe deducta,& illa ſola inſpiciẽda eſt. Iſta
omnia probanṫ rectè intuẽti.ff.quæ res pig.ob.po.l.Titius.
facit optimè, qui po.in pig.ha.l.balneum.j.& 2.reſponſo.&
l.potuit in prin.non poteſt ergo dici,ꝙ tunc matrimonium
dicaṫ habere eandem affectionem ꝗ̃ primo habebat, cũ illa
ſit alienata.vbi verò talis affectio vxoris fuiſſet ab initio con
cubinatus in obligationẽ deducta,non fuiſſet poſtea in eius
poteſtate illam affectionem alienare,& ſic non potuiſſet alij
nubere:& ꝗ̃uis de facto alteri nupſiſſet,tamen filij ex prima
nati,eſſent legitimi.Iſte eſt caſus in d.c per tuas.in fi.in Auc.
qui.mo.na.effi.leg.§.qm̃ etiam interpellationibus.pro hoc,
d.l.balneum.j.& 2.reſpon.& l.j.eo.ti.& ſi dicaṫ,ſupradicta lo
quuntur,qm̃ adhuc durabat alienatio tempore obligationis
poſterioris. nos loquimur, qm̃ reuocata alienatione facta
fuit ſecunda alienatio. vnde in caſu noſtro bene potuit,illa
affectio,quę prius fuit alienata reuocata alienatione.i.prima
vxore mortua in hanc ſecundã obligationem deduci, quia
mortua vxore affectio vxoria, quã vir ad eam habuit, ad ip-
12 ſum reuertiṫ. † Reſpon.ꝙ non eſt eadem affectio,quæ recu-
perata eſt,vt ſtatim dicã·ideo non vṙ retrotrahi. Et poſito ꝙ
eſſet eadẽ affectio, adhuc retrotrahi non poteſt:quia poſtꝗ̃
vir ipſi alienationi factæ conſenſit,& hoc modo ius ſuũ re-
ſpuit,ꝗ̃uis illa alienatio diſſoluaṫ,indignum eſt eandem affe
ctionẽ ex retro vendicare C.de remiſ.pig.l.fi. Secundò oñ-
do,affectionem quã habebam ad concubinã,eo ipſo ꝙ aliã
vxorem acceperam,eſſe deſertã & extinctã,non tranſlatam,
quia non per ſe res exiſtens quæ trãsferri poſſit,ſed eſt quæ-
dã qualitas,& quoddam ius perſonale cohęrens perſonę,ꝙ
non poteſt a perſona auferri, niſi corrumpaṫ. Inſti.de vſufr.
§ finiṫ.ff de iure do.l.ſi vſufr.& gl.ff pro ſoc.l.2.de pec.l.quis
ergo.in fi.& probaṫ in terminis noſtris. ff.de diuor. l.fi. & d.
ca.per tuas.rupta.n.nõ pñt amplius reſurgere. ff.de adimen.
leg.l.ſi ſeruus.de ſolu.l.qui res.§ areã. ergo affectio, ꝗ̃ nunc
habeo, eſt alia ab illa, quã primo habebam,& ſic retrotrahi
non põt,vt eſt caſus in d.l.intercidit.j.reſpon.ſm̃ Bar. hac ra
tione attenta dico idẽ eſſe, ſiue ipſa alteri medio tpe nubat,
vel ipſe aliam concubinã ſuperinducat,vel aliter declaret ſe
nolle eã vxorem,quæ declaratio non fit,ex eo ꝙ eam de do
mo expellat.ff.de iu.dot.l. ꝙ ſi non diuortium,& de reg.iu.l.
quod calore.ſed ex eo ꝙ multo tpe extra domũ remãſit, de
ri.nup.l.plerunque.vel ẽt ſi ipſa non declarat,tñ perducit
ꝙ non poteſt licite ad eam habere affectionem maritalem.
Nam quolibet horum caſuum dṙ extincta prima affectio,
quæ amplius reuiuiſcere non poteſt,vt nunc dixi, & ſi cum
ea non contrahat matrimonium ex eadem affectione non
legitimantur naturales.d.l.cum quis. & l.nuper. Et pro hac
parte dico eſſe caſum in d.l.plerunque. de ritu nup.

Reſtat nunc ad argumenta cõtraria reſpõdere.
13 † Ad primũ de clemen. quandiu.&
l.ſicut, rñdeo ꝙ ibi loquiṫ de retractatione ſolius tpis,quod
non requiriṫ eſſe idem vtroq; tpe, aliàs non retraheret,tps,
quia ſemper quolibet inſtanti mutaṫ, & continuè eſt aliud,
& aliud. Vel dic ꝙ illo medio tpe illa appellatio non fuit ſu-
blata,ſed interim dormiuit,vt gl·in d.cle.quandiu,& ideo re
trotrãhiṫ,ideo non ob l.reintegratio,vt ibi gl. Ad §.ſuperua-
cuũ,& l.voluntate, dic, ibi fuit eadẽ res reſtituta, hic nõ,vt
ſup.dixi.vel ibi fuit reſtituta,ex prædicta cã:hic verò ex alia.
Nã cũ prima affectio ex concubinatu, nunc eſt reſtituta ex
matrimonio.ad l.bonorũ,dic ꝙ ibi non eſt extremũ habile,
quia eſt alia affectio,vt dixi.ad §.& hoc dicimus. rñ.ille tex.
nihil de nouo inducit,ſed refert ſe ad conſtitutiones iam fa
14 ctas,in quibus nihil de hoc diſponiṫ. † Intelligit ergo illa lex
interpretãs ſm illã l. interpretatã, arg.in Auc.de fil.ante do.
inſtr.na.§ j.ergo dẽt ĩtelligi ver.oĩno proteruiter ſnatis,&c.ſ.
ex cõcubina,quã nunc habeo vxorẽ, & ita declarat cõſtitu-
tio,de qua ibi loquiṫ in l.cũ quis. & l nuper. & ꝗ̃uis huic in-
tellectui, q veriſſimus eſt, refragari videat proprietas illius
verbi adiicit,ſed neceſſe eſt verba aliqñ improprїari.ff.de lo
ca.l.ſi vno. Ad l.intercidit. in fi.dico ꝙ ille actus in totũ non
ſuſtulit primũ extremũ, vnde ille deportatus,& poſtea reſti
tutus cenceṫ eſſe idem hõ,vt ibi. Sed hic actio iſta eſt eadem
cũ prima.Item actus medius contrarius nõ fuit cauſatus de
voluntate illius, in cuius fauorẽ debet actus retrotrahi, hic
ſic. Ad c.tãta.dico ꝙ ſenſus cõtrarius nõ debet eo mõ ſumi
ex verbo,viuẽte vxore: quaſi dicat,ſecus ſi nati eſſent vxo-
re mortua. Ad l.diui,ibi debent intelligi de natis,ſiue añ,ſiue
poſt matrimoniũ cum cõcubina contractũ. Nec ob verbũ
fieret,in l.diu.quia vel nõ eſt ſimile, verũ ꝗ̃uis in §.affinita-
tis,ſit neceſſe ita intelligere Et ex his puto veriſſimã eſſe ter
minationem,quod naturales prædicto caſu non legitimenṫ.
15 † Scdo videndũ eſt,q filij per hoc mrimoniũ legitimenṫ? Et
ſciẽdũ ẽ ꝙ ſoli naturales,nõ ſpurij, nec aliter illegitimè nati,
vt in Auc.q.mo.na.effi.legi.§.vlt.ext.q cau. ſint legi. c.tãta.

Primò quęriṫ,cognoui virginẽ vel viduã,ex qua filios
habui,poſt eã duxi in vxo. an filij legitimẽtur?
dico,ꝙ non,quia nõ ſunt nati ex concubina,ſupra de cõcu.
ver.2.ergo nõ ſunt naturales.ſ.de ap.naturali. q.2.& ſic non
legitimantur,vt ſupra proxi.quod intelligo vt d.ver.ſecũda.

Secundò quęriṫ,cognoui mihi coniunctã in quar-
to gradu in concubinã, & cũ ea filios p-
creaui,poſtea impetrata diſpenſatione eã vxorẽ duxi,an filij
16 legitimenṫ? † vṙ ꝙ non, qa eo tpe quo nati ſunt, eorum mṙ
non poterat eſſe vxor mea,ext.de cõſan.& affi c.non debet.
ergo non legitimanṫ,vt infra proxi q. 3.dic, aut tenui ipſam
concubinam ignorãs prohibitum,& impedimentũ,& tunc
quia ſunt naturales legitimanṫ, vt eſt gl.in d.c tanta. & dicã
infra de legi.per puta in j.q.j.aut ſciebãt tale impedimentũ,
& tunc non eſt naturalis,nec legitimaṫ:ꝗ̃uis.n.impedimen-
tum ſit ſublatum per diſpenſationem,non tñ efficitur legi-
timus filius, qui ante natus eſt.ff.de ſta.ho.l.Paulus.& ita ibi
intelligit Bar.hæc vera, ibi iam nato filio fuerat diſpẽſatum:
alias ſi poſt diſpẽſationem natus ſit,legitimabitur per ſubſe-
quens matrimonium.C.de natu.libe.l.nuper.in fi.niſi fortè
dicas, ꝙ ꝗ̃uis ſit diſpenſatum, eſſe vxorem, non per hoc eſt
diſpenſatum ꝙ poſſit eſſe concubina, quia hæc diſpenſatio
odioſa,ideo ſtrictè intelligi debet,vt infra de legi.per reſcri-
ptum. §.3.ver.3. & ſic tanquàm natus ex illicita concubina,
non legitimatur per ſubſequens matrimonium.

17 Tertiò quæritur,†clericus in minoribus conſtitutus
retinuit cõcubinam, & ex ea filios habuit,po
ſtea eam duxit vxorẽ,an filij legitimenṫ?vṙ ꝙ non,quia con-
cubinatus in clericũ eſt totaliter reprobatus,in Auc. coll 9.
de ſan.epiſ.§.clericos.& colla.j.de mona.§.ſi quis autẽ.C.de
epiſ.& cle.l.eum qui. vnde non ſunt eius filij naturales, ſupra
de appel.natu.q.j & ſic non legitimanṫ, vt ſup.in prin. huius
§.& tenet Richar.Malũ.in q.quæ incipit,clericus in minori-
bus,&c.In contrarium tenuit Io.An.in regula, ſine culpa.in
mercu.Et rñdet ad argumenta,quia non ſequiṫ,concubina-
tus eſt reprobatus,ergo filij non legitimanṫ, extra qui fi.ſint
legi.c tanta. Sed hæc rñſio nõ valet,quia iure canonico con
cubinatus eſt reprobatus quo ad pœnam ſpiritualem, non
quo ad temporalem,ſm Richar.& Bar.& ſic non ob.c.tãta.
quia in clericis,& iure ciuili & canonico,eſt prohibitum ẽt
tpaliter. ſed eſt in alijs prohibitum etiam ſpiritualiter habe-
re concubinã,ideo filij clericorũ non ſunt naturales, vt hic,
ſed aliorum ſic,vt d c.tanta.Soluit ergo Bar.in l.in concubi
natu,quia aut clericus erat beneficiatus, & tunc non legiti-
mantur, quia tpe quo nati ſunt reb. ſic ſtantibus nõ poterat
eorum mater eſſe vxor, qđ requiritur, vt ſupra q.proxi. aut
non erat beneficiatus,& tunc legitimantur,ſed Barto.rñdet
ad argumenta,ſed poteſt dici ꝙ §.ſi quis autem. & l.cũ qui,
loquitur de clerico in ſacris conſtituto facit de ſan c. epiſ.§.
preſby.& ibi gl.ad §.clericos,poteſt dici ꝙ ibi dicitur,quod
habens concubinam non ordinatur:per hoc tamen non ſe-
quitur quòd ſi ſit ordinatus non poſſit habere cõcubinam,
quia multa impediunt contrahenda,quæ non dirimunt iam
facta.ff.de his qui ſunt ſui,vel alie. iuris.l.patre.

18 Quartò quęriṫ,†ſi habui ancillã in concubinã, & ex
ea filios, poſtea duxi in vxorẽ, an filij legiti-
menṫ?vṙ ꝙ non,quia tpe quo nati ſunt,ancilla an non pote
rat eſſe vxor.C.de nup.l.cũ ancillis.ergo non legitimanṫ, vt
infra.§ proxi.q.3.In contrariũ eſt tex.de tricn.& ſemiſ. col.
3.§.fi.& in Auc.vt liberi decætero. §.ſi pp.auc. & hoc verũ.
ad contrarium rñdeo, ꝙ tpe quo nati ſunt, potuit iure eſſe
vxor.Nec ob.quod fuerit ancilla, ꝙ illud impedimentũ po-
tuit tolli ſolo conſenſu contrahentium, videlicet faciendo
eam liberã.qđ præſumitur feciſſe ab initio, qñ accepit eã in
concubinã.Nam accipiendo eam nunc vxorẽ, præſumiṫ ꝙ
ab initio habuit ad eam affectionem naturalẽ. C.de na.lib.l.
cum quis.ſi ſic,ergo fecit eã liberam, quia aliter nõ poterat
affectionẽ habere.ergo tũc potuit eſſe vxor, & ſic filij eorũ
legitimanṫ.ubi verò tale impedimentũ non poſſet tolli per
talẽ conſenſum non fierẽt legitimi. iure tñ canonico hæc di
ſputatio ceſſat,qa ancilla põt eſſe vxor,ext.de coniu.ſeru.c.j.

19 Quintò quæritur, † habens filium naturalem, ille
habet legitimum, nunc accipio matrem il-
lius naturalis in uxorem, an iſte nepos legitimetur quo ad
me,& redigatur in meam poteſtatem Guil. de Cug. & Bart.
in l benignius.ff. de leg.dicunt quod legitimantur, ſi velint.
Alij contra, quia deficit medium, ideo extrema retrotrahi
non poſſunt,argumentum. ff. de lega. 1. l. huic ſcripturæ.
Tu diſtingue, aut filius naturalis viuit, & tunc nepos qui
erat in poteſtate naturalis transfertur in aui poteſtatem. ff.
de adoptio. l.ſecunda, in fi. & l. ſi paterfamil. in princip. &
l arrogato. aut eſt mortuus, tunc nepos non legitimatur,
quia deficit medium, & hæc eſt veritas,quamuis Barto.vi-
deatur

deatur notare contrarium. ff.de libe. & poſthu. l.Gallus. §. nunc de lege. ſed ibi loquitur de legi. per reſcriptum.

20 Sextò quæritur,†an conceptus,& natus ex furioſo legitimetur per ſubſequens matrimonium? vr ꝙ non, quia non potuit eſſe de iure concubina, deficiente conſenſu ad concubinarum. ſupra de concubi. verſic. j. ergo non eſt naturalis, ſupra de appel. natura. §. j. & ſic non legitimatur, vt in princ. huius §. Contrarium tenet Bar. ff. de ritu nup. l. j. Ego diſtinguo, aut anteꝗ̃ faceret, accepit eam concubinam: & tunc quia propter ſuperuenientem furorem non ſoluitur concubinatus, ſicut nec matrimoniũ. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iuris. l. patre furioſo. Aut exiſtens in furore accepit eam in concubinam, & tunc non potuit eſſe concubina: ideo filius non legitimatur, vt ſupra dixi.

21 Septimò quæritur,†an vulgo conceptus legitimetur per ſubſequens matrimonium? vr ꝙ non, quia eſt ſpurius. ff. de ſta. ho. l. vulgo. ideo non legitimatur. Bar. ff. de ri. nupt. l. j. dicit ꝙ iure ciuili non legitimatur, iure verò canonico ſic, extra qui fi. ſint legi. c. tanta, & de elec. c. innotuit, vbi dicit eſſe caſum. Ego puto contrarium etiam iure canonico. nec in c. tanta, dr̃ ꝙ ſpurius legitimetur, ſed dicit ante natos legitimari, quæ verba indiſtinctè prolata nõ corrigunt iura ciuile, cum poſſit per diſtinctionem illa correctio euitari, vt in 1. conſtitu. C. §. qui. ergo in c. tanta, ꝙ ante nati legitimentur eſt verum, ſi ſint naturales, aliter ſecus. Item in c. innotuit, non dr̃ ꝙ ille poſſit legitimari per matrimonium, ſed bene dicit quod potuit cum eo diſpenſari quo ad illud, vt extra, de fil. præſby. c. 1. & 2. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio per ſubſequens matrimonium, qualiter fiat, & quæ requirat.*
2 *Filius, nunquid inuitus legitimari poſſit. Et quid, ſi non contradicat. 3.*
4 *Filius ſi legitimetur, an ſufficiat quòd poſt mortem patris ratum habeat.*
5 *Legitimationis ius delatũ filio naturali, an tranſeat ad nepotem legitimũ.*
6 *Mater naturalium, an requiratur quòd tempore quo nati fuerunt, potuerit eſſe uxor.*
7 *Legitimatio per ſubſequens matrimonium cum concubina, nunquid requirat dotalium uel nuptialium inſtrumentorum confectionem.*
8 *Legitimatio, utrum procedat alijs legitimis exiſtentibus.*

De requiſitis in legitimatione.

Tertio loco videndum eſt, qualiter hæc legitimatio fiat, & quæ requirantur? Pro cuius fundamento præmitto, quod ad hoc, vt valeat requiritur, quod ab initio quando accepit concubinam, habuerit affectionem contrahendi in futurum cum ea matrimoniũ, ꝙ præſumitur eo ipſo ꝙ poſtea contraxit. C. de natu. libe. l. cum quis. Item requiritur, quòd hęc affectio ſic continuata perduret vſq; ad tempus matrimonij, vt ſupra, §. j. q. 2.

1 Primò quæritur,† an fieri poſſit inuito patre: quid enim ſi pater cõtrahat matrimonium, & proteſtetur ꝙ non vult per hoc matrimonium filios legitimare, an legitimentur? videtur quod non, quia ſi inuito patre non poteſt ius patriæ poteſtatis diſſolui. Inſtitu. qui. mo. iua pa. po. ſoluit. §. j. & C. de emanci. libe. l. nec auus. ita & multo magis inuito patre non poteſt filius in patriam poteſtatem redigi. ita arguit Imperator in Auct. qui. mod. natu. effi. ſui. § generaliter.

2 Secundò quæritur † de filio, an legitimetur inuitus? videtur quòd ſic, in Auc. qui. mo. effi. ſui. §. liceat. in contrarium eſt d. §. generaliter, & de his qui ſunt ſui, vel alie. iu. l. fi. ita dicit Guil. & Bald. ff. de legi. l. benignius. & Iac. de Bel. in d. §. generaliter. ad §. liceat. dic vt infra de legi per reſcriptum. §. eo. q. 2. Requiritur ergo conſenſus ipſius filij, vel ſaltem ratihabitio.

3 Tertiò quęritur,† qd ſi filius non ratificauit expreſsè, ſed ſciens non contradixit, an ſufficiat? videtur quòd non, quia tex. in d. §. generaliter, deſiderat ratihabitionem: & ita concludũt quidam. In contrarium facit, quia tex. ſolum ibi videtur probare, quod non redigatur in poteſtatem inuitus, & nolens: ſciens autem & tacens non dicitur velle hoc caſu, vt no. glo. ff. de adop. & ſic ibi conclu dit clariſſimus Doct. Do. me. Raph. Fulg.

4 Quartò quæritur, † an ſufficiat quòd filius ratum habeat poſt mortem patris? videtur ꝙ non, quia deficit extremum, ideo nõ poteſt retrotrahi. ff. rem ra. ha. l. bonorum. vbi Bart. in contrarium videtur in Auc. qui. mo. na. effi. ſui. § ſi verò is qui. vbi mortuo patre filius impetrat legitimam a Principe, ſm̃ Ang. quod ſatis placet. Non obſt. l. bonorum, quia pater & mater geſſerunt negotia filij quærendo legitimare eum per matrimonium. poſito ergo ꝙ ante ratificationem alter eorum moriatur, defectus ex parte agentis, non impedit ratihabitionem in ſecundo reſpõſo.

5 Quintò quęritur,† ſi filius nunquàm ratum habuit, ſed antequàm ſciret contractum matrimonium deceſſit, an hæres eius poſſit habere ratum? Et videtur ꝙ non. ff. rem ra. ha. l. is cui. In contrarium eo. tit. l. ſiue is. §. ſi procuratori. Solue, aut talis hæres eſt filius, & poteſt, qa ius legitimationis delatum filio naturali, tranſit ad nepotem legitimum. ſupra proxi. Aut eſt hæres extraneus, & poteſt, qa illud ius eſſendi in poteſtate non tranſit in hæredem extraneum. Ita concordat Bart. has duas ll. in l. bonorum, eo. tit.

6 Sextò quęritur,†an ad hoc vt naturales legitimentur, requiratur ꝙ eorum mater tempore quo nati fuerint, poterit eſſe vxor? videtur quòd non, quia iure ciuili ancilla non poteſt eſſe vxor. C. de nupt. l. cum ancillis, & tamen eius filij legitimantur, in Auc. de trien. & ſemiſ. §. fi. col. 3. & colla. 6. vt lib. de cætero. §. ſi quis autem. quamuis potuerit eſſe vxor. ſi tamen potuit eſſe concubina, filij dicunt̃ naturales, ver. ſi. ſupra de concubi. ergo legitimantur, vt ſup. §. proxi. vt in prin. In contrarium. C. de natu. libe. l. nuper. quæ l. certè ad hoc ſatis eſt notabilis. de nupt. l. & ſi contra. Inſti. de nupt. §. fi. in Auc. col. 3. de filijs ante dot. inſtru. nat. §. ſed quoniam. & vt liceat ma. & au. §. ad hæc. veriſimile eſt ꝙ ab initio qui eam accepit concubinam, habuerit ad eam affectionem maritalem. C. de natu. libe. l. cum quis. & dixi ſupra in prin. huius. §. quam affectionẽ non eſt veriſimile habuiſſe ad eã, quę non poterat eſſe vxor. & ſic patet ꝙ hoc caſu non legitimatur. Ad §. fina. & §. ſi quis autem, dico ꝙ poſtquàm nunc ducit eam vxorem, præſumitur ꝙ ab initio habuerit affectionem ad eam maritalem. dico ꝙ hæc non ſunt fictiones, ſed præſumptiones, quę bene pñr ex eodem facto inſurgere. Ad aliud argumentũ patet reſponſio in illo. §. fi. pręall.

7 Septimò quæritur,† an ad hanc legitimationem requiratur confectio dotalium, vel nuptialium inſtrumentorum? videtur quòd ſic. C. de natu. l. cum quis. & l. nuper. in Auc. colla. 6. qui. mo. nat. effi. legi. § ſi quis igitur. Probatur in rubro & nigro, de filijs ante do. inſt. na. colla. 3. & Inſti. de nup. § fi. & ibi glo. quæ dicit, quod quãuis ſine confectione dotalium inſtrumentorum valeat matrimonium, non tamẽ valet legitimatio. Idem dicit gl. in Auc. qui. mo. na. effi. legi. §. pactum, & vt lic. ma & auiæ. §. quia verò dudum. In contrarium arguitur, quia matrimonium eſt cauſa efficiens legitimationum. ex qui. cau. fil. ſint legi. c. tanta. quia ſi valet matrimonium, valet legitimatio: quia illud c. dicit matrimonium legitimare, nec requirit inſtrumenta. Solue ſm̃ quoſdam, aut loquimur de inſtrumentis dotalib. aut de nuptialibus: ſi de dotalib. diſtingue, aut ſunt illuſtres & ſuperiores, & tunc requiritur dos, & dotale inſtrumentũ, in Auc. qui. mo. na. effi. legi. §. illud quoque. verſ. in maiorib. & vt lic. ma. & auię. §. quia verò dudum. aut ſunt minores illuſtribus, tunc non requirit̃ dos, nec dotalia inſtr̃a, niſi dos interueniat. d. l. nuper. vbi non de nuptialibus, ſed de dotalibus inſtr̃is loquit̃, in Auc. col 6. vt lib. de cętero. §. ſi quis aũt. verſ. ſi cui & gl. C. de nup. auc. ſed non a iure. & tex. in l. imperiales. eo. tit. vbi vr̃, ꝙ ſolum ponderet ſcripturã, quæ debet interuenire. Si verò loquimur de inſtr̃is nuptialibus, loquit̃ glo. Inſti. de nup. §. fi. quia ipſa legitimatio inducit̃ per confectionem nuptialium inſtrumentorum in Auct. qui. mo. na. effi. legi. §. ſui vero. in fi. quib. mo. na effi. § generaliter. Hoc locum habet iure ciuili, ſed iure cano. valet matrimonium indiſtinctè, & filij ſunt legitimi etiam ſine confectione dotalium inſtrumentorũ vel nuptialium, vt d. c. tanta. Sed mihi vr̃, nullam eſſe differentiam inter inſtr̃a dotalia & nuptialia, per tex. in d. l. nuper. vbi eadem inſtr̃a, quæ primò appellat nuptialia, poſtea eodem caſu appellat dotalia, & per tex. in d. verſi. ſi cui. vbi alterum pro altero appellatur. ergo non eſt differentia inter hæc noĩa. Nam inſtr̃a nuptialia debent continere dotem, & matrimonium, vt ſingulariter no. glo. qui. mo. na. effi. leg. §. j. dico ergo iure ciuili diſtinguendum, aut ſunt illuſtres, & ſuperilluſtres, & tunc valet ſine nuptialibus inſtr̃is. d. §. illud. & verſ. & in maiorib. & §. qa vero dudũ, & filij & ex eo matrimonio naſcunt̃ legitimi §. illud verò, verſ. itaq; geſt. multomagis non fiet legitimatio naturalium. hic autem nuptialia inſtr̃a debent continere dotẽ & matrimonium, vt dixi. Aut ſunt minores illuſtribus, & tunc ꝗ̃uis aliqñ interueniant alia inſtrumenta, tñ non ſunt neceſſaria ad legitimationem, ſicut nec ad matrimonium, vt dictum eſt: aliter ſequeretur quòd filij poſtea nati eſſent legitimi, & primi filij q dederunt cauſam legitimationi iſtorũ, non eſſent legitimi, quod eſt abſurdũ, vt dicit tex. in d. §. ſi qa igit̃ dotalia, & in d. l. nuper. & hoc modo puto intelligendã opi. Plac. relatam per glo. Inſti. de nupt. §. fin. quam puto veram, iure canonico, puto verum, quod dictum eſt ſupra.

5 **Octauo** † quæritur, an alijs exiſtētib. legitimis procedat hæc legitimatio? dicas ꝙ ſic, in Auc. quibus mod. nat. effician. ſui. §. & generaliter. niſi in natis ex ancilla mea, qui non legitimantur, legitimis carentib. in Auc. de trien. & ſemiſ. §. fina & ita dicit gloſ. hodie verum eſſe in d. §. de trien. & ſemiſ. Sed melius eſt dicere, ꝙ non fiat correctio. C. de appel. l. præcipimus. in fi. dic ergo quod ille. §. fi. vt li. decætero. diſtinguitur per. §. fina. de trien. & ſemiſ. nam. l. noua diſtinguitur per veterem. C. de lit. conteſt. auc. offeratur. iuncta. l. ſciendum, qui ſatiſd. cog. & not. gloſ. ff. de leg. l. nam & poſteriores. Nam promptum eſt leges legibus concordare. C. de inoffic. dona. l. 1. & in §. quib. in 1. conſtitu. C.

SVMMARIVM

1 *Legitimatio per verum matrimonium, vtrum retrotrahatur.*
2 *Legitimati per verum matrimonium, an ſint vere, vel ficte legitimati.*
3 *Statutum de legitimis, nunquid comprahendat legitimatos.*
4 *Retrotractio legitimationis per matrimonium, an fiat in tertij præiudicium.*
5 *Legitimatus per matrimonium admittitur ad honores.*

Legitimationis effectus.

Quarto videndum eſt, quis ſit huius legitimationis effectus.

6 vero ab initio. Sexto quæritur, † quia dictum eſt ſupra quomodo filius naturalis oblatus curiæ ſuccedit patri. Nſic qualiter quis ſuccedit ipſis naturalibus ſic legitimatis. Et hanc partem non ſummauit Azo in Sũ. de nat. lib. dicas ergo ſic, aut oblatus curię habet filios legitimos, uel nepotes, aut nõ. Sed ſic diſtingue, aut ſunt nati antequam eſſet curialis, tunc iſti non coguntur eſſe curiales, ſed ſuccedunt in totum, pręterquam in quarta, in qua ſuccedit curia, cui datum eſt. C. eo. l. cõium §. ſed quidam. aut ſunt nati poſt, & tunc coguntur eſſe curiales. in ea. l §. illo videlicet, & ſuccedũt patri vel auo in totum, vt in Aucten. eo. §. ſi vero nullos habet filios, tunc olim habebat locum. l. cõium. §. ſi vero ſine liberis, hodie ei in 9. vncijs curia ſuccedit indiſtincte. In alijs vero tribus vncijs, ſi quidem inteſtatus deceſſerit, ſuccedunt venientes ab inteſtato. Si vero teſtatus, ſuccedunt ſcripti hæredes, in Auct. eo. §. ſi vero & generaliter. Si tamen venientes ab inteſtato, vel ſcripti hæredes velint eſſe curiales, tunc ſi Imperator hoc eis conceſſit, fient curiales, & reprobabunt illas 9. vncias, quas habuerat curia, in ea. Aucten. §. ſi quis autem vel ex gene. idem puto hodie ſi ipſa curia habens poteſtatẽ Incorporandi curiales, hoc eis conceſſerit, quia quo ad illud. tenet locum Imperatoris. Si vero filios habet naturales, tamen non legitimos, tũc diſtingue. Aut decedit teſtatus, aut inteſtatus. Si teſtatus, tunc licitum eſt ei curiæ honore ſcribere eos in totum hæredes, non tamen poteſt eis relinquere minus quam ſuppleretur a lege. Et hoc caſu ſi acceptant hæreditatem, facti ſunt hoc ipſo curiales, & hæredes in portione ſcripta Et ſi ſunt plores filij, & aliqui refutant hæreditatem, & aliqui acceptant, tunc partes refutantium creſcũt acceptantibus. Si vero refutant, tunc portio, in qua deſcripti ſunt ea. decreſcit. Ita probatur in Aucten. §. ſi quis autem legitimos, cum §. ſeq ſi vero inteſtatus deceſſit, tunc veniẽtes ab inteſtato habent tres vncias, naturales vero filij hñt 9. ſi velint effici curiales. Si vero nolli, tunc curia ſuccedit in illis 9. vncijs, vt hæc probantur in ea. auct. §. ſi vero ille, qui tacuerit. Hæc de natis ex libera. ſi vero habent natos ex ancilla, tunc idem, quia ſi manumiſſi ſunt & velint effici curiales, habẽt 9. vncias, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, alias ſuccedat curia in illis nouem vncijs. hæc probãtur in ea. Auten. §. ſi vero etiam de ancilla.

SVMMARIVM.

1 *Naturales quomodo ſuccedunt patri, & quomodo matri. 2.*
Et quomodo auo paterno, uel materno. 3.
4 *Naturales, qualiter ſuccedant fratribus. Et qui ipſis naturalibus ſuccedant. 5.*
6 *Nati ex ſeruis poſtea factis liberis, quomodo ſuccedant inter ſe.*

Tertia pars. De ſucceſſione naturalium.

Reſtat nunc hac vltima parte tractare iura quæ ex actibus morientium naturalib. & ſpurijs competunt, videlicet de eorum ſucceſſione, tam ex teſtõ ꝙ ab inteſtato Incipiamus ergo a ſucceſſione naturalium dicentes. Primò, qũo ſuccedant patri. Secũdo, quomodo matri. Tertio, quomodo auo paterno vel materno. Quartò, quomodo fratribus & alijs agnatis, & cognatis. Quintò, quomodo ipſis naturalibus morientibus, parentes ſuccedant.

1 Primò quæritur, † quomodo naturales ſuccedant patri? Quo circa eſt attendendum, ꝙ aut loquimur de ſucceſſione ex teſtamento, aut ab inteſtato. Si ex teſtamento, diſtingue, aut ſuperſunt tũc filij naturales inſimul cum matre eorum, ſi ſuperſunt poſſunt inſtitui in vna vncia, non in plus. & ſi in plus inſtituantur, illud plus efficitur legitimorum. Si non ſupereſſent naturales filij, ſed ſolũmodo concubina, tũc cõcubinæ poteſt relinqui media vncia. hoc probatur in Anth. colla. 6. quibus modis natu. effician. ſui. §. ne igitur, & C. de natura. libe. l. ſecunda, & in aucten. nunc illi. Alium caſum omiſit legiſlator, ſcilicet quando ſupereſt concubina, ſed ſuperſunt naturales tantum, quo caſu videtur quód pater poſſit ſibi relinquere quantum uelit, dummodò filios legitimos non fraudet legitima, cum illud non reperiatur prohibitum. Omnia enim licent, quæ expreſsè prohibita non ſunt. ff. ex quibus cauſis maio. l. nec non. §. quod eis. & glo. in ſimili, in aucten. quibus modis natu. effici. ſui. §. vlti. & quia caſus omiſſus habetur pro omiſ-

ſo.ff.ſolu.matri.l ſi uero.§.de ulto.In cõtrariũ facit,q̃a ſi exi-
ſtentibus naturalibus,& concubina,licitum eſt eis relinque
re vnciam,& exiſtente ſola concubina ſemiunciã, ergo ea-
dem ratione exiſtentibus ſolis naturalibus licitum eſt eis re
linquere ſolam ſemiunciam. Si verò non habeat quis filios
legitimos,tunc olim non poterat inſtituere naturalem, niſi
in 6.vncias.C.de naturali.libe.l. humanitatis.& l. fi. in princ.
Hodie vero diſtinguitur,aut non habet aliquem aſcenden-
tium,& tunc licitum eſt inſtituere in totum, filium natura-
lem. Aut habet,& tunc eis aſcendentibus legitima parte reli
cta,poteſt totum reſiduum filijs relinquere vel donare. C.de
naturali.libe.auct. licet. & in corpore vnde ſumitur. in §. ſi
2 vero filios.† Sed hic eſt dubium,ſi filius naturalis non inſti-
tuitur in illa vncia,vel tota hæreditate in caſu in quo poteſt
inſtitui,an habeat bono.poſſ.contratab.patris dicas q̃ non,
quia licet pater poſſit eis relinquere, non tamen cogitur, vt
d.l.humanitatis.& d.auct.licet.Ita no.gl.ff.de bo. poſſ. l.1.in
prin.Si verò pater ab inteſtato deceſſerit, ſimiliter diſtingui
tur,aut non ſuperſunt legitimi filij, nec etiam vxor, & tunc
filij naturales ſuccedunt in duas vncias, quas pro virili diui-
dent cum eorum matre, ſi ſupereſt, in ea. auc. §. ſi quis au-
tem defunctus,aut ſuperſunt legitimi, vel ſupereſt vxor, &
tunc in nihilum ſuccedunt naturales, in ea. Auct. §. ſi quis
igitur filios habens.& C.de naturali.lib.auc.licet.& in Auc.
de trien.& ſemiſ.§ conſideremus.colla.3.

Secundò quæritur,quomodo naturales ſuccedãt matri?
dic q̃ ſiue exiſtant legitimi,ſiue non,ſuccedunt matri C.ad
Orphi.l pe.in fi & contra teſtamentum matris agent, ſi non
inſtituantur in legitima ff.de inoffi. teſta.l.ſi ſuſpecta.§ 1. &
no.glo in illa l.penul. Tertio quæritur, † quomodo natura-
3 les ſuccedant auo paterno,vel materno? dic q̃ In auo pater-
no diſtinguitur,aut ex teſtamento,aut ab inteſtato. Si ex te-
ſtamento,diſtingue,aut eidem auo nõ ſuperſunt filij vel nepo-
tes legitimi,& tunc poteſt indiſtinctè nepoti naturali totam
ſuam ſubſtantiam,vt C.de nat.li.l. fi. Et quamuis In filio na-
turali aliter diſtinguatur,vt ſ.q.proxima ibi, ſi vero habeat,
&c. tamen in nepote remanet ius antiquum,nec de filio na-
turali ad nepotem valet argu. vt probatur in illa.l. fi. Aut ſu-
perſunt filij vel nepotes legitimi,& tunc dicit tex.in illa l. fi.
quod ſeruatũ id, quod veteribus legibus ſeruabatur in filijs
naturalibus,vult dicere q̃ ſi ſeruatur.l 2.eo titu. Ab inteſta-
to verò clarum,q̃ nepos naturalis non ſuccedit auo,vt in il-
la l fi. Et eſt ratio,quia non eſt ei agnatus,vt in Auc.qui.mo.
nat.effi.ſui.§.filium & ff.vnde cogna.l. ſi ſpurius. Sed in auo
materno dicas indiſtinctè,q̃ nepos naturalis ei ſuccedit.eo.
tit.l.Modeſtinus.hæc quæ dicta ſunt de nepote naturali In-
tellige,ſiue ſit natus ex filio legitimo,ſiue ex naturali,ſiue ẽt
ipſe nepos ſit legitimus ex filio naturali.his enim tribus caſi-
4 bus,idem ius ſtatuit,vt in l.fi.Quarto quæritur, † quomodo
naturales ſuccedant fratrib.agnatis & cognatis? dic,aut ſunt
fratres vterini vel cognati ea linea materna,tunc ſuccedunt
inter ſe,ac ſi eſſent legitimi ff.vnde cogna.l.2. & ibi not. glo.
& l.ſi ſpurius. eo tit. aut ſunt fratres ex ſola matre,vel agnati
ex linea paterna,quia non ſunt propriè agnati,tunc inuicem
non ſuccedunt niſi ex teſtamento,vt no.in Auct. qui. mod.
na.effi. ſui. §. filium. Nam ſi ita eſt ius naturalibus legitima-
tis per oblationem curiæ,vt ibi,multomagis idẽ erit in his,
qui nullo modo legitimi ſunt. Et idem tenet gl. C.de natura-
li.lib.l fi.& Dy.in tracta.de ſucceſ.ab inteſta.§.1.ver.quid de
natis.licet ibi Specu.videatur velle,quòd tales fratres inuicẽ
5 ſuccedant,& male. Quintò q̃ritur, † quomodo ipſi filio na-
turali ſuccedant parentes? dic quòd ſuccedunt eo ordine &
eadẽ menſura,qua & ipſi parentib.ſuccedunt, in Auc.quib.
mo.nat.effi. ſui.§.in quib.& ita tenet Azo in Summa de na-
turali.li.& in ſumma de ſuis,& legi.hęr. §.vlt.& Dy.in tracta
tu de ſucceſ.ab inteſta. & Bar.ff.de teſta.tu.l. ſi quis ſub con-
ditione.Sed eſt dubium,ſi mortuo filio naturali ſuperſint pa
ter,& mater,quis præfertur in ſucceſſione,quia eodem mo-
do defertur tutela quo & ſucceſſio. Auct.colla 9. de hær.ab
inteſta.§.ex his.Sed mater præfertur in tutela,ſm Bat. in il-
la l. ſi quis ſub conditione.ergo in ſucceſſione præferri dẽt.
6 Sexto quæritur, † quid de natis ex ſeruis q̃ poſtea facti ſunt
liberi,quos diximus eſſe naturales.ſ.de appella na.q 2.verſi.
ſed oppo.quomodo ſuccedent inter ſe? dic q̃ ipſi ſuccedunt
parentibus,& parentes eis in totum,patrono excluſo, vt In-
ſtit.de ſerui cogna. in princ. Et adde quod dixi eadem quæ-
ſtione.2.verſi.item opponitur,

SVMMARIVM.

1 *Spurij,nunquid ſuccedant patri.*
2 *Natus ex alia quam ex concubina,vtrum ſuccedat vt ſpurius.*
Inſtitutio vbi pater filium inſtituit,& poſtea legitimauit,valet.
3 *Spurij,quomodo ſuccedant matri. Item, quomodo auo paterno, vel ma-
terno.4.*
5 *Nepos ex filio ſpurio,nunquid poſſit auo paterno ex teſtamento ſucce-
dere.8.Et quid ſi nepos fuerit ſpurius.11.*
6 *Spurius,an ſit prohibitus ex perſona alterius aliquid capere.*
7 *Argumentum de naturali ad ſpurium,non valet.*
9 *Intellectus,l.ſi mihi ff de caſtrenſi peculio.*
10 *Natis in figura matrimonij mitius agendum.*
12 *Spurius agnatis patris,nunquid ſuccedat. Et parentes illi.13.*

§ De Succeſſione ſpuriorum.

Sequitur de ſucceſſione ſpuriorum inquirere,
ad cuius euidentiam præmitte,qui ſint ſpurij, ut ſ. de appel.
ſpuriorum. Videamus primo,quomodo ſuccedant patri, &
matri,& auo paterno,vel materno, & quomodo fratrib. &
quomodo ipſis ſpurijs eorum parentes ſuccedant. Secundo
videbimus, ſi eſt dare remedium quod pater poſſet ſpurios
inſtituere.

1 Primo quæritur,† an ſpurij ſuccedant patri? gl.in auc.
qui.mo.na.effici.ſui. §.vlti.dicit q̃ filij eorum,
inter quos matrimonium prohibetur altero ea 14. modis
not.Inſti.de nup.§.ſunt & aliæ.non ſuccedunt patri ab inte-
ſtato,nec ex teſtamento,quæ gl.nec iure ciuili, nec canoni-
co verificari poteſt Primo enim iure ciuili habens admini-
ſtrationem qui non poteſt ex ea prouincia vxorem ducere,
tamen poteſt eam hẽre concubinam,vt ſ.de concubi. §.vlti.
& ſic eius filij ſunt naturales,ſupra de app.ſpur q. 2. & ſic nõ
excluduntur a ſucceſſione per illum.§. vlt. qui ſolum loqui-
tur de ſpu.idem eſt de ancilla,quæ iure ciuili non poteſt eſ-
ſe vxor. Idem de nato ea damnato adulterio, vt dixi in illo.
§. vlti. & tamen hi ſunt de caſibus, quos not.glo. in § ſunt
& aliæ Neque iure canonico id locum habet,quia multi ca
ſus ibi enumerantur,quibus non eſt prohibitum matrimo-
nium iure canonico. Vnde natus ex tali matrimonio, etiam
iure ciuili reputatũ legitimus,quia quo ad hoc inſpicitur ius
canonicum,vt extra qui filij ſint legit.c.lator.& ſupra, de co
pu.carna.quæſtione 3.in fine. Sed glo Inſti.ad Orphi. §. no-
uiſſime.& C.eo.titu.l.ſi qua illuſtris.aliter dicit,& diſtinguit
ſic. Aut eſt natus ex accuſabili coitu, & tunc patri non ſuc-
cedit,aut ea coitu,qui non poteſt accuſari,& tunc aut habet
patrem incertum, & ei non ſuccedit duabus vncijs, ſecun-
dum diſtinctionem quæ probatur in Aucten. quibus mod.
natu.effici.ſui.§.diſcret. Hæc glo. quamuis Docto. cum ea
tranſeant,mihi nõ placet. Cum enim dicit, natum ex coitu,
qui non poteſt accuſari,ſuccedere patri, q̃ eſt certus in dua
bus vncijs, loquitur de filio naturali, vt patet per. §. diſcre.
2 quem allega. Nos autem loquimur de ſpurio. † Item pone,
mulier fecit quæſtum corpore, nunc eſt honeſta & vidua,
ego hanc accipio in domo, proteſtans quod nolo eam eſſe
in vxorem,nec concubinam. Vel pone, habeo inſimul cum
vxore mea aliquam concubinam in domo,& ex hac filium
procreaui,an hic filius mihi ſuccedat? videtur q̃ ſic,per d.gl.
Nam hic eſt natus ex coitu,qui accuſari non poteſt.ff.de ad
ulte.l ſi vxor. in fi princi. & pater eſt certus q̃ non eſt vulgo
quæſitus.ergo ſuccedit. In contrarium eſt tex.in auc. ſ. alle-
ga.§.ſi quis autem.§.2.vbi apparet quod ſuccedunt filij nati
ſolum ex vnica concubina. palam autem eſt quod hæc nõ
eſt concubina,quinimo committitur ſtuprum.d.l.ſi vxor.
Sic itaque arbitror dicendum,ſpurios patri neque ex teſta-
mento, neque ab inteſtato ſuccedere. Et ita intelligo de ſpu
rijs generali appel.ut ſ.de appel. ſpuriorum, in princi.quam-
uis ſtuprum cum vidua,quæ fuit vulgaris, non ſit punibile,
vt d.l.ſi vxor.tamen eſt coitus illicitus & damnatus, ea quo
non eſt vxor,nec licita concubina,vt ſ. de co. carna. q. 4. &
ſic eius filij nõ ſunt naturales & ſuccedunt. Vide tamen cau
telas,quomodo pater poteſt filijs ſpurijs relinquere,ut ĩ. di-
cam. §.proal. Secundo quæritur. Pone, pater inſtituit ſpu-
rium,poſtea antequam moreretur fecit eum legitimari, an
valeat inſtitutio? dic quod ſic,vt per Bat. in l. 1. de regu. Ca-
to.ibi,uenio ad quartum membrum.

3 Tertio quæritur,† quomodo ſpurij ſuccedant matri? glo.
Inſtit.C.ad Orph.§. nouiſſime, & C. eo. l. ſi qua illuſtris. di-
ſtinguit,aut eſt natus ex tali coitu,qui poteſt accuſari,& ille
non ſuccedit matri. alle.tex,in Aucten quib.modis nat. effi
ci.ſui.§.vlti. qui nihil facit, ſed loquitur ſolum de ſucceſſio-
ne paterna. aut ex tali coitu non poteſt accuſari,tunc diſtin
gue,aut mater non eſt illuſtris,& indiſtinctè ſuccedunt filij,
ut in d.§.nouiſſime.& de ſucceſ. cogna. §. uulgo. & ff. unde
cogna.l.hac parte. Aut eſt illuſtris, & tunc diſtinguitur, aut
habet filios lſtimos,& tunc ſpurij nõ ſuccedunt,aut non hẽt

& ſucce-

& ſuccedunt.ita probatur in illa.l.ſi qua illuſtris.Hæc glo.ab
omnib. ꝓbatur,& eam ſequitur Spe.in ti de ſucceſ.ab inteſ.
§.1.uer.ſed nunq d ſpurij. ideo ꝓpter eius auctoritatẽ in du-
bio non diſcedamus ab ea. pro cuius confirmatione allego
notabilem gl.in ſimili in l.quiſquis. C.ad l. Iul. maie. in ver-
bo,auſuras.Concludo igitur ex prædictis,quod filius mere-
tricis publice proſtitutæ ſuccedit matri,quia eius coitus nõ
poteſt accuſari.C.de adulte.l.quæ adulterium.Idem de filio
eius,quæ fuit vulgaris meretrix,ſed tempore quo eum con-
cepit,erat vidua nõ vulgaris, quia eius coitus non punitur.
ff.de adulte.l.inter liberas Idem de filia eius,quæ ꝑ vim ſtu-
prum paſſa eſt,quia ipſa non poteſt accuſari,de poſt.l.1.§.re
4 mouet.Quartò quæritur,† an nepos ſpurius poſſit auo ma-
terno vel paterno ſuccedere?ad quod reſpondeo diſtinguẽ-
do,aut loquimur de auo materno,& clarum eſt ꝙ ſuccedit
vnde cognati.l.Modeſtinus. aut de paterno ,& tunc diſtin-
gue,aut ab inteſtato,& non ſuccedit.C.de naturali.libe.l.fi.
quia non eſt agnatus.quamuis huic videatur contradicere
ff.de interdict.l.2. vbi filio deportato remanet nepos agna-
tus auo & fratribus.ſed dic,ibi de eo qui ſemel fuit agnatus:
vnde quamuis pater deportetur, non amittit filius illud ius
agnationis quod non habebat a patre,ſed ab auo, hic de eo
qui nunquam fuit agnatus.Aut loquimur de ſucceſſione ex
teſtamento,& tunc magna fuit inter Docto. antiquos con-
trouerſia.Sed circa hoc diſtingue duos caſus.Primus,an ne
pos natus ex filio ſpurio ſuccedat auo paterno ex teſtamen-
to? Secundus, an nepos ſpurius ex filio legitimo ſuccedat?
Et licet nulla videatur differentia inter hos caſus, per l. fina.
C.de naturali.libe.& Bart. in l. Gallus.§. quid ſi. de liber. &
poſth.tamen ego examinabo has q.ſeparatim,quia eſt inter
eos maxima differentia,vt apparebit.nec obſtat illa.l.fi.quia
loquitur de naturali,nos de ſpurio.Et Specu. has q diſtinctè
5 tractauit,vt ĩ.dicam.Quintò itaq; quæritur,† an nepos ex fi
lio ſpurio poſſit auo paterno ex teſtamento ſuccedere?hãc
quæſtionem plene examinat Bar. in illo. §. quid ſi is & ple-
nius in vno ſuo cõſilio,quod incipit,Edutius.Et arguit mul-
tipliciter quod ſuccedat,primo ſic,vitium in perſona patris
nocet filio in his,quæ a perſona patris deſcendunt, nõ in his
quæ ab auo deſcẽdũt, de interdict.& releg l 2.de ſena.l.emã
cipatum. in fi. & quod ibi per gl. ſed iſte nepos inſtitutus ca-
pit hæreditatem ex perſona ſua,non patris.ergo &c. Item ſi
cut ſpurius non poteſt hæreditatem capere, ita nec depor-
tatus.C.de hæredi.inſtitu. l. j. ſed deportatio filij non nocet
nepoti,quin poſſit capere ab auo.ff.de bo. poſ. contra tab.l.
1.§.filium de bo.liber.l.ſi necem.§.ſi deportatus. ergo &c.
Item ingratitudo filij non nocet nepoti,quin ipſe ex ſua per
ſona habeat querelam. ff.de bo.poſ.contra tab.l.2 §.ſi eman
cipatus.& C de inofficio.teſtamen.l. ſi quis filium. & quod
ibi not.& per Dy.& Doct.in c non debet aliquis. de reg.iu-
ris.lib.6.Item filius hæreticus non nocet nepoti, quin ſucce
dat auo.C.de hæreti.l.cognouimus. & auc. idem de Neſto-
rianis.eo.tit.In contrarium ſic argue,nepos in dubio inſti-
tuitur contemplatione patris.ff de colla.bo. l. dedit dotem.
maxime in caſu noſtro , quo nepos non eſt agnatus auo , vt
ſupra,proxima quæſtione dictum eſt. & ſic videtur capere
non ex perſona ſua,ſed ex perſona patris ſui:ſed pater capere
non poteſt,ergo nec ipſe.ff de lega.3.l.ſi deportati ſeruo. Nã
ſi ipſe caperet totum,quæreretur patri,cuius contemplatio
ne inſtitutus eſt.ff.de vulga.& pupil.l.ſed ſi plures.§.in arro-
gatu.C.de legi.l.penul.in fi.quod fieri non poteſt,quia ſicut
eſt prohibitus ſpurius aliquid capere ex perſona ſua, ita ex
perſona alterius.ff.de bonis liber.l.quæritur C.de naturali.li
6 ber.l.1.& C.de hæredi inſtit.l.neq; per ſe.† Nec obſtat quod
imo non vr̃ inſtitutus contemplatione patris. ff. manda.l. ſi
vero.§ 1.& C de vſufruc.l.fi.in fine.& quod ibi per gl. quia
reſpondeo , ibi loquitur quando extraneus inſtituit filium-
fami.hic,quando auus inſtituit.illa ergo l. fin. non loquitur
ſimpliciter,ſed dicit plerunq; reſponderi relictum contem-
platione filij,vel dic quod in illo.§.1. expreſſe conſtabat, ꝙ
non donabat intuitu patris,vt ibi per Bal.Hic autem ſumus
in dubio,vel dic quod in contrarijs loquitur in his,quæ nõ
tranſeunt de perſona ad perſonam,vt eſt actio perſonalis,vt
vſufruct.inſtitu.de vſufr.§.item finitur.ff.de iure do.l.ſi vſu-
fruc.& gl.ff.pro ſocio.l.3.& de pecu.§.quis ergo caſus.In his
ergo verum eſt, ꝙ non vr̃ inſtitutus contemplatione patris.
In alijs autem ſecus,vt hic.Et ſi coniungas has omnes ſolu-
tiones,habebis veram cõcluſionem huius paſſus,& per hoc
ſoluitur primum arg.Bar.quia iſte capit hæreditatem contẽ
platio.patris.Secundo arguo ſic.ratio quare patri eſt prohi-
bitum inſtituere filium ſpurium,non eſt propter delictum fi
lij,quia ipſe nihil deliquit ff de decur.l.ſpurij. C. de naturali.
libe.l.legem.ſed propter delictum ipſius patris,vt ſ. ipſum vi
tium refrenetur.cod.tit.l.fi.in Auc. colla. 2. de inceſ.nup.in
principio,& colla.6.qui.mo.nat.effi.legit.§.eos.eſt enim pę-
na patris ꝙ filius non ſuccedat, quia per hoc priuatur voto
eius.ff.vnde libe.l.ſcriptu,in fine,facit qđ met.cauſa. iſti qui-
dem,in fi. Inſtit de noxa.§ pe.& glo.eſt,quæ hanc rationem
ponit,extra de filijs presby.c.2.lib.6.in gl. 2. quæ ratio ita lo-
cum habet in nepote, ſicut in filio , quia ita diligit nepotem
ſicut filium.imo magis.ff.de verbo.ſignifi.l.liberorum.in fi.
& pro hoc reſponſo ad ſecundum ar.Barr.Solue ſecundum
gl.in l. fi. C. de nat. lib. ꝙ idem eſt in nepote ex ſpurio ꝙ ibi
7 dicit tex.de naturali.ſed hoc non placet, † quia non valet ar
gu.de naturali ad ſpurium, in Auc. quib. mod. natu. effici.
ſui.§.vlti.Roff.autem,vt refert Specu.in tit.de ſucceſ. ab in-
teſt.§.1.verſi.quid ſi habens.diſtinguit , aut nepos eſt in po-
teſtate patris ſui,& nõ valet inſtitutio. aliter ſic. & cum hoc
tranſit ibi Spec.& Ioan. Andr. qui declarat quod ideo non
valet inſtitutio illo caſu, quia patri quæreretur vſusfruc. C.
de bo.quæ libe l.cum non ſolum,quod eſſe non debet , ſed
per hoc non reſpondet ad cõtraria,quę nunc formaui. Bart.
autem in præallegato conſilio, tenet indiſtinctè quod talis
nepos poteſt inſtitui.dicit.n.quòd quamuis nepos ſit in po-
teſtate patris ſpurij,nihilominus patri non quærit vſumfru.
Nam ſi patri non poteſt quæri vſusfruct. propter defectum
perſonæ ſuæ,vſusfruc.debet manere cum proprietate ſecun
dum regulam Inſtitu.de vſufruc.§.fi & C.eo.l.corruptionẽ,
in fi.Non enim poteſt quis dicere quod ex perſona filij ſpu-
rij vadat ad fiſcum,quia hoc eſt impoſſibile in vſufruct.ff.de
vſufru. l. vſufruct.& s̃. dixi. & per hoc reſpondet ad argum.
Rof.Bar.Secundo dixit Bar.quando aliquis inſtituitur con-
templatione alterius,vt ſic per illum inſtitutum tanquam ꝑ
miniſtrum quęratur alteri,tunc ſi hoc expreſſe fieret inſtitu
tio de nepote vt quæreretur patri,non valeret, ita loquitur
Roffre. in l. ſed ſi plures. §. in arrogato. de vulga.& pupilla.
cum ſimili.per hoc allego tex.de iure dot.profectitia,in fin.
prin.ſed quandoq; inſtituitur quis propter alium occaſiona
liter , vt quia per Seium habui notitiam Titij, & ex hoc in
tanta eius amicitia ductus ſum ꝙ eum mihi hæredẽ inſtitui
propter ipſum nullo habito reſpectu ad Seium , tunc Seio
non quæritur hæreditas,vt dicit eſſe expreſſum.ff.pro ſocio.
l.ſocium qui in eo.§. 1.& ita loquimur hic. Nam hic nepos
eſt notus auo propter filium,& tamen auus inſtituit nepotẽ
propter ſe & non propter patrem eius,quod in dubio præſu
mitur,ne alias cadat in delictum . Et eſt caſus ſecundũ eum
ff.quib.vt indig.l.fi.vbi maritus habuit notitiam ſoceri pro-
pter eius filiam quam habuit vxorem , & tamen inſtituen-
do ſocerum non videtur tacite eum rogare quod reſtituat
filiæ,& ſic in dubio videtur velle,vt ei acquiratur, non filię.
Ita dicit Bar & per hoc videtur reſponderi ad primum arg.
8 quod ego feci. † Sed adhuc obſtat contrarium argumẽ cui
non videtur poſſe reſponderi. Item nec illa reſponſio bona
eſt.ad primum,quia eſt contra caſum c.ſi filius,in fine.C fa
miliæ ercisc.& l.ſi militi,in prin. ff.de Caſtren. peculiu. vbi in
dubio inſpicitur an habuerit notitiam eius propter militiã
an aliter qui primo caſu ſit in Caſtren.pec.alias ſecus, & ſic
inſpicitur illud, propter quod huius notitiam habuit , vt in
dubio eius contemplatione videatur acquiſitum.& ſi dica-
tur,vt ſentit Bar.ibi loquitur quando potuit vtrique acqui-
ri hr̃ditas,hic autem non potuit filio acquiri,qa ſpurius , iõ
non pręſumitur auum voluiſſe quod acquirat filio,arg.l.me
rito,pro ſuc. nec præſumitur elegiſſe viam ad impugnanda
ſua iudicia.l.1.de teſtamen.milit. Reſpondeo quod & ſi no-
minatim expreſſiſſet,quod non vult quod aliquid quęratur
filio,hoc non prodeſt,nec quęreretur ex illa pręſumptione,
ne plus operetur fictio quàm veritas,& plus tacitum quam
expreſſum,quinimmo potius præſumitur fraus.d. l. ſi forte,
in fi.& facit.ff. de proba.l.qui teſtamentum. Ad l.ſocius, qui
in eo.quam Bart.allega.reſpondeo, ibi loquitur in ſocietate
vnius negociationis quod patet, quia ibi habebat ſocius pa
trimonium particulare,quod non erat in ſocietate. ergo non
erat ſocius omniũ bonorum. Modo natura talis ſocietatis
eſt,quod ei non quæratur hæreditas,vel donatio vni ſocio-
rum relicta,vt eod.tit.l.coiri.cum duabus ſeq. Modo dico
quòd in caſu noſtro interuenerunt duo. ſ. quod inſtitutio
fuit facta ab eo,qui ſciebat , vel ſcire debebat quòd hæredi-
tas data nepoti contemplatione filij eſt profectitia , vt glo.
C qui admit.l.1.& de acqui.hæred.l.is qui hæres.§ fi. & quia
er. io bo.poſ.ſerue.l.fi.& quod profectitia quæri nõ poſſint
filiofa.ff.ſi quis a pa.fu.ma.l.1.in prin. vbi his concurrentib.
videtur quod hæreditas quæratur filio non nepoti ex uolũ-
9 tate aui præſumpta. iſte caſus eſt noſter. † Ita loquitur l. ſi
forte.& l.ſi militi Sed in l.ſocium,qui in eo. interuenit ſolũ
hoc, ꝙ inſtitutio fuit facta contemplatione ſocietatis. ſ. qa
aliud non interuenit,quia non ſciuit, nec ſcire debuit acqui
ri ſocietati,cũ de iure non acqrebat.io nõ ur̃ uoluiſſe ꝙ ei q̃

rat ur. ita etiam intelligo l. fin. de his, qui. ut indi. vbi hæ-
reditas relicta ſocero de iure non quæritur per ſocerū eius
filio, vel nepoti. Ideo relinquens ſocero, cuius notitiam
habuit, non videtur voluiſſe ꝙ acquiratur filiæ ſoceri, ſed ſo
cero. Roſ. Bencuentanus, vt refert Spec. vbi ſup. & Io. And.
ibi. & Bar. in §. quid ſi is, diſtinguit ſic, aut apparet aliquod
meritum huius nepotis erga auū ꝑceſſiſſe, tūc valet inſtitu-
tio: aut non, & tunc non valet. Sed Bart. in illo conſilio nitit̃
ꝓbare ꝙ non inſpiciuntur merita in hr̃dis inſtitutione, quia
& extraneum pōt qnis inſtituere. Sed parcat mihi reueren-
tia, & auctoritas Bar. nō vr̃ ꝙ ipſe intuitus fuerit verba Roſ.
vult. n. dicere ꝙ ſi pp merita ſua nepos inſtituatur, vr̃ aduen-
titium, quaſi quæſitum ex laborib. ſuis. de bo. quæ lib. l. cum
oportet. in prin. Ideo qa acquireretur nepoti quo ad ꝓprie-
tatem. Et quia non pōt filio quæri vſuſfru. vt dictum eſt, re-
manet penes nepotem, vt dixi ſup. ſm̃ Bar. ego autem dico
eſſe caſum huius qōnis. C. de inceſt. nupt. l. ſi quis inteſta. &
in Auc inceſtus. ibi poſita, & in corpore vnde ſumitur. vbi
apparet ꝙ ille qui ꝯtraxit illicitum coniugium, non poteſt
alicui deſcendentium ex illo coniugio hr̃ditatem relinque-
re, ſed applicatur filijs legitimis ſi qui ſint, alias applicat̃ fiſco
& apparet ꝙ ibi loquitur de quolibet nato ex illicito coitu,
vt ibi, & tenendo hoc, dic ꝙ huius eſt ratio, vt dixi. s̃. ibi, Se-
10 cundo arguo &c. Nec ob. ꝙ † ibi loquitur de natis in figura
matrimonij, quia immo cū eis debet mitius agi, arg. ff. de ad
ulte. l. adulterium § nonnunquam. Sed forte quia dura qui-
buſdam vr̃ iſta ſiīa, maxime quia illam gl. non approbant,
poſſumus ita diſtinguere. Aut ſunt nati ex inceſto & nepha
rio coitu, tunc habet locum id, quod proxime dixi. Aut ſunt
nati ex alio coitu illicito, & tūc diſtingue, ut ſup. ibi, Roſ. au-
tem &c. quia aut hæreditas delata nepoti non acquirit̃ eius
patri, puta quia eſt emancipatus qui non acquirit patri. ff. ſi
quis a pa. ſue. ma. l. 1. in prin. & in alijs caſib. qui not. in auct.
excipitur. C. de bo. quæ libe. & in auc. item hr̃ditas. eo. tit. &
tunc valet inſtitutio, & ita in nepote emancipato conſuluit
Franciſ. Tigrini per l ſi vxorem. C. de condi. inſer. Aut in ptā-
te patris, tunc diſtingue, vt ſup. ibi Roſſ. Beñ &c. quia aut ꝑ-
ceſſerunt merita ipſius nepotis erga auum, & tunc quaſi ſit
aduētitium quæritur nepoti, & valet inſtitutio. facit gl. C. de
coll. l ſi donatione & ff. de caſtren. pec. l. ſi forte. debebit tñ
nepos ꝓbare ea merita, & tunc cēſetur profectitium, quod
per filium patri quæritur. ff. de acqui. hæredi. l. placet. ſup. di-
ctum eſt. ideo non valet inſtitutio, vt s̃. ibi. Sed adhuc obſt.
niſi forte quis dicat nullo modo inſpicienda merita nepotis
erga auum, quia cum eum generauerit, nulla poſſunt reddi
merita æquantia genituram, cū ab eo habuerit eſſe, & ſi qua
præceſſerint merita, vr̃ potius feciſſe animo remunerandi
auum quam eum ſibi obligandi. ff. de ſolutio. l. & magis. fa-
cit ff. de iuſti. & iure. l. vt parentibus. & hoc modo limuatur
l. Titia. & l. ſi teſtm̃. ſup. alleg. ſed glo. ſonat in ꝯtrarium in l.
qui teſtamentum. & l. ſi donatione. ſup. allega Et ideo ꝓpter
eius auctoritatem & humaniorem ſententiam tranſeamus
11 cum diſtinctione ꝑdicta. Sexto quæritur, † an nepos ſpurius
poſſit ex teſtamento auo paterno ſuccedere? Et videtur ꝙ
non, quia denegatum eſt ei omne parentum beneficium. in
Auct. qui. mo. natu. effici. ſui. §. vlt. ſed appel. parentis conti-
netur auus. ff. de in ius vo. l quiq;. §. parentes. ergo &c. In cō
trarium, quia frater poteſt eum inſtituere. ff. de vulg. & pup.
l. ſi is qui ergo & auus, qui quodāmodo cenſetur extraneus,
cum non ſit ei agnatus. in Auc. ſup. alleg. §. filium. Item hoc
non reperitur. l. prohibitum. ergo eſt conceſſum, vt gl. in d.
§. vltimo. gl. in l. fi. C. eo. diſtinguit, aut ſuperſunt legitimi, &
tunc non valet, aut non, & tunc valet. Roſſr. autem dicit, aut
præceſſerunt merita, & adhuc valet, aut non præceſſerunt,
& non valet. Nam ſi hoc caſu non poteſt naturalis inſtitui,
vt illa. l. fin. ergo multo minus ſpurius, niſi quis dicat, conſti-
tutio pęnalis non trahitur ad exemplum. ff. de cōditio. & de
monſt. l. in teſtō. la prima. Nec ob. ꝙ appellatione parētis cō
tineat̃ auus, qa illud non eſt verū in pęnalib. vbi nō eſt eadē
ratio in auo ſpurij, qui nō deliquit, quæ eſt in patre q deliqt.
12 Septimo quæritur, † an ſpurius ſuccedat agnatis vel cogna
tis patris? Dic ꝙ ex teſtamento oēs inuicem ſuccedunt, arg.
in Auc. qui. mo. na effi. ſui. §. filium. in fi. Et qa non reperit̃ ꝓ
hibitū, vt dixi ſup. q. prox. Ita voluit gl. de vul. & pup. l. ſi is q.
ab inteſtato vero dic, aut ſunt coniuncti patri, & tūc nō ſuc
cedunt, qa non ſunt agnati ſpurio. d. §. filium. & ꝓbat̃ vn̄ co
gnati. l. ſi ſpurius. & gl. eo. ti. l. a. aut ſunt coniūcti matri, & tūc
Dy. in tract. de ſucceſ. ab inteſta dicit diſtinguēdo, aut eſt na
tus ex inceſtu & nephario coitu, & tūc inuicē nō ſuccedūt,
qa omni beneficio l. carent. d §. fi aut ſunt ex alio coitu, &
tunc ſuccedunt. l ſi ſpurius. & l. 2 Ego puto hoc caſu, natos
ex quocunq; coitu inuicem ſuccedere, quia ſunt cognati, vt
dixi. Nec obſtat ꝙ non gaudent beneficio illius. l. quia id cō
cedo, ſed ibi tantum tractatur de ſucceſſione parentum, nos
loquimur de ſucceſſione tranſuerſalium. Octauo quæritur,
13 † an parentes ſuccedant filijs ſpurijs? dic indiſtincte ꝙ quib.
caſibus dixi eos parentibus ſuccedere, his caſibus dico parē-
tes eis ſuccedere. facit in Auc. qui. mod. nat. effici. ſui. §. in q-
bus. ff. vnde cogn. l. a. & l. ſi ſpurius. ita tractat Dy. in tractatu
de ſucceſ. ab inteſta.

S V M M A R I V M

1 *Spurius agnatis iurantibus nō acceptare hæreditatem, an ſuccedat fiſcus.*
Et quid ſi ſit inſtitutus & rogatus. 2.
3 *Cautelæ, quas pater facit ut ſpurius ei ſuccedat, uel partem habeat, quæ*
ſint 4 5. 6. 7. 8 9.
10 *Spurijs alimenta per patrem relinqui poſſunt. Sed an ſuper funda.*
11 *Rogamen in inſtitutione ut ſpurijs detur nocēt illis. Et quid ſi nec tacite,*
nec expreſſe appareat rogamen. 12.
12 *Intellectus l. s. C. de natu. lib.*

Cautela: circa legitimationem.

Secundo videndū eſt de cautelis, quas multi conati ſunt adhi
bere, vt per indirectum patres filijs ſpurijs hæreditatem da-
re poſſint. Quarum multas Vber. de Bob. recolligit, & eas ꝑ
ordinem referemus.

1 Prima, † ſi venientes ab inteſtato promiſerunt, & iu-
rauerunt ſpurio non acceptare hæreditatē pa-
tris defuncti. C. de natur. lib. l. s. & tunc ſpurius obtinebit hæ-
reditatem, ſm̃ Vber. de Bobio. Sed hic non prodeſt, quia ſi
venientes ab inteſtato non acceptant hæreditatem, applica-
tur fiſco. ita loquitur illa. l. 1. aūt ex voluntate & iudicio pa-
tris nihil peruenit ad filium per ſe, vel interpoſitam perſonā,
tunc ſcripti hæredes, vel venientes ab inteſtato poſſunt mor
tuo patre relinquere, dare, vel vendere ſpurio, quia hoc non
repetitur prohibitum, nec eſt præſumptio fraudis, quia vidē
tur potius de ſuo largiri. argumen. ff. de iu. fiſ. l. ita fidei. §. fi-
na. & ita poteſt ſaluari, quod dicit Vber. de Bob.

2 Secundo, † ſi inſtituat ſpuriū & roget eum ꝙ alij reſtituat:
tunc ſi ille nolit ſibi reſtitui, remanebit penes ſpurium. ff. de
leg 2. l. cum et. & §. ſed & ſi legatum. ſi quis ali. te. prohi. & ad
Treb. l. cogi. § hi qui ſolidum, ſm̃ Vber. de hoc plene. C. de fi
deiuſ. l. eam quam, quod non puto verum, quia talis hæredi
tas pro non ſcripta eſt. C. de hæredi. inſti. l. 1. Idem pertinet
ad venientes ab inte ff. de his, qui pro non ſcrip. ha l. 3.

3 Tertio, † ſi pater iurat ſe tantū dēre filiō ſuo, & in illo eū
inſtituat, tunc neceſſe habent hæredes ſeruare teſtamētum
ſeu ſacramentum defuncti, in Auc. colla. 5. de iureiur. a mo-
rien. præſti. in prin & de leg. 3. cum quis decedens. §. codicil-
lis. & de leg 2. l cum pater. §. filius matrem. Nec ob. d. l. cum
quis. §. Titia. & de proba. l. qui teſtamentum quia ibi non iu
rauit, ſm̃ Vber. ſed hoc eſt dubium, qa ipſe iurat ad ſuū cō-
modum, quia propter eius odium prohibitus eſt ipſe filius
ſuccedere, vt ſup. §. proxi. q. 1. ibi, Secundo arguo ſic, & c. er-
go nil operatur iuramentum, vt in d. auc. §. pe.

4 Quarto, ſi inſtituat † regem Francorum, vel alium ſimilem &
eius filios & nepotes, vſq; in infinitum, ſub conditione, ſi ali
quis eorum perſonaliter venerit ad capiendum hæredita-
tem, vel ſub alia conditione non veriſimili. Et iterum inſti-
tuat ſpurium & eius filios & nepotes vſq; in infinitum cura
tores, adminiſtratores, & gubernatores d. hæreditatis, & ꝙ
nō poſſit ab eis peti ratio adminiſtrationis, nec cogi ad pre-
ſtandum fideiuſſo. a quibus redditione rationum & fideiuſ.
eos liberat & abſoluit expreſſe: vel ſi inſtituat ſpurium, cum
capere poterit, quæ inſtitutio valet, de hæredi. inſtitu. l. in
tempus. & interim relinquit eum procuratorem, vt ſup. &
ſi capere non poſſit, ſubſtitueret eius filios & nepotes. Sed
certe hæc cautela non prodeſt, quia notoria fraus depræhē-
ditur ex eo quod liberatus eſt a ratione reddenda, & præſta-
ſtatione fideiuſ. Nam pręſumitur id feciſſe affectione ſangui
nis. ff. de libe. lega. l. Aurelius. §. Titius. & eſto quōd illa pro-
hibitio facta non eſſet, non poſſet adminiſtrare, ne ſub præ-
textu. item prohibitus adminiſtrare quocunq; quæſito co-
lore, extra de electio. c. auaritię. lib. 6. Sic ergo iſta cautela nō
prodeſt, & ita vidi conſultum per Do. Barthol. de Saly. & ita
per collegium Bononienſe.

5 Quinto, ſi inſtituit vxo. † uel aliū & eū rogat, vt reſti
tuat ꝓ anima eius cui volet, vel cui ſibi videbit̃, poterit ille
reſtituere vni tertio, q poſtea reſtituet ſpurio, & tūc ſpurius
obtinebit. ff. de lega. 3 pater filiū. §. qui decem. & Bar. in l. fi.
ff. de his, quib. vt indig. tamē dicit hoc continere al qd frau-
dis.

d is. Quapropter aduertendum eſt, aut ille inſtitutus reſtituit ſpurio. tunc præſumitur fraus, maximè ſi omnia bona reliquit. ff. de leg. j l. Lucius. §. j. de his, quæ in fraud. credi. l. omnes. §. Lucius. maximè poſt reſtitutionem factam ſpurio, quia eo reperto poſſidere bona patris, præſumitur fraus quod per interpoſitam perſonam reliquerit. C. de natu libe. l. j. & 3. & in Auct. qui. mo. natu. effi. ſui. §. & quoniam varie. quinimò rogatus reſtituere arbitrio boni viri. ff. de fidei. liber. l. fidei contraria libertas. & glo. in cle. ſæpe. de verb. ſign. ſuper verbo, defenſiones, & Barto. in extrauagan. in verbo, videbitur. ideo non poteſt legitimare ſpurium, vt gl. in l. cum quidam. de lega. 2. Nam ſpurius non poteſt aliquid a defuncto capere, ſupra proximo. §. q. j. Sed capiens ex iudicio hæredis grauati, ſicut ſibi videbitur, videtur capere a defuncto, ac ſi nominatim in primo teſtamento hæres relictus eſſet. ff. de leg. 2. vnum ex famil. §. ſi de falcidia. Idem dico eadem ratione, ſi reſtituit tertio cum hoc, quod illi reſtitueret ſi ſibi videbitur, & ille poſtea reſtituit ſpurio. Et ita tenet Barto. in vno cõſilio, quod incipit, Cecus de Spoleto, ſecus ſi reſtituit tertio abſolutè & ille poſtea rem ſuam donet, vel relinquat ſpurio, quod fieri poteſt, vt ſupra, verſi proxi.

6 Sextò, ſi inſtituat aliquem, & illum roget vt reſtituat ſpurio: Nam tunc fideicommiſſum eſt pro nõ ſcriptum, & ideo remanet penes eum a quo relinquitur. ff. de iure fiſ. l. non intelligitur. in princ. & ſic ille hæres non tenetur reſtituere, tamen ſi velit reſtituere poterit. arg. Inſti. de fidei. liber. in princ. videtur enim de ſuo hæres largiri, & ſic ceſſat ſuſpicio fraudis. arg de iure fiſ. l. ita fidei. §. fi. & hoc quidam approbant. Sed mihi videtur præſumi in dubio, quod non reſtituat tanquàm rem ſuam, ſed potius vt impleatur voluntas defuncti, vt proba Inſti. de fidei. hære. in princ. niſi alijs cõiecturis apparuerit quod voluerit de ſuo largiri, puta quia eſt talis perſona cui & veriſimiliter donaſſet quamuis non fuiſſet rogatus, & ipſe proteſtatur quod vult de ſuo largiri, arg. de proba. l. Procula. non tamen ſufficeret ſola proteſtatio. argu. de leg. 3. l. cum quis. §. Titia. & de proba l. qui teſtamentum.

7 Septimò, † ſi inſtituat aliquem, & is accommodet tacitam fidem de reſtituendo ſpurio, tũc poterit ſpurius deferre fiſco & lucrabitur dimidiam hæreditatis, aliam dimidiam habebit fiſcus. ff. de iure fiſci. l. edicto, in princi. & §. ad hæredes. & l. ſenatus. §. ſenatus. ſecundum Vber. & ita dicit gl. eo. tit. l. j. in prin Sed hoc non arbitror in diſtinctè procedere. aut enim eſt natus ex inceſto coitu, aut ex alio. Primo caſu, aut pater inſtituit ſuccedentes ab inteſtato, de quibus fit mentio in l. inceſti. de inceſt. nupt. tunc habet locum quod dictum eſt, quia aufertur ab illo accommodante tacitam fidem tãquam ab indigno. Aut inſtituit alios quàm illos, de quibus ibi habetur. Et quia non habet teſtator cum eis teſtamenti factionem, non aufertur ab eis tanquam ab indignis, quia non poſſunt eſſe hæredes, quod requiritur. ff. de iure fiſ. l. eius qui delatorem. in fi. Eſt igitur pro non ſcriptum, & ſi non applicatur fiſco non habet locum delatio, vt dictum eſt. Si periculum eſt, ne ab alio præueniatur deferẽdo patri ab hærede, aut tacito rogato vel ab alio, quia tunc ſpurius nihil haberet. eo. tit. l. j. in prin. Et quamuis non præueniatur, tamen ei non plenè conſulitur, quia tunc non habet niſi dimidiam.

8 Octauò, † ſi ſpurius contrahat ſocietatem omnium bonorum cum alio, & pater illi ſocio mutuet magnam pecuniæ quantitatem, & poſtea ei leget liberationem, tunc illa liberatio proficit ſpurio ſaltem quoad dimidiam quantitatem. ff. de libe. leg l. ſi is qui duos. ſecundum Vber. & Dy. Idem dicerem, ſi illum ſocium hæredem inſtitueret: nam tunc hæreditas acquiritur ſocietati. ff. pro ſocio l. ſi ſocietatem vniuerſorum. & ſic ſpurius habebit dimidiam Et eius poteſt eſſe ratio, quia nec hæreditas, nec liberatio relicta ſocio, quæritur ſocietati ipſo iure, ſed quæritur ſocio, & poſtea venit communicanda tãquam ſit de bonis ipſius ſocij, vt probatur in d l. ſi ſocietatem. & glo. eod. tit. l. 3. §. cum ſpecialiter. ſpurius igitur bis caſibus non capit de bonis teſtatoris, ſed de bonis ſocij, quod poteſt, vt in Auct. qui. mo. na. effi. ſui. §. vlt. hanc cautelam dicit Barto bonam eſſe, niſi appareret fraus, ſecundum ea quæ ipſe not. ff. de dona. l. poſt contractum. In dubio maximè quia non poteſt dici, quod ſocius donet de ſuo proprio, quia cogitur communicare. igitur non donat. ff. de regu iu. l. donatio. Ideo potius dicitur acquiri filio per interpoſitam perſonam mediante iudicio teſtatoris, quod eſt prohibitum, vt ſupra, verſ. j. ergo hæc cautela non eſt bene tuta.

9 Nonò, † ſi inſtituit ſpurium cum capere poterit, quæ inſtitutio valet. ff. de hære. inſtit. l. in tempus. & glo. in l. ſicut, in prin. qui. mo. vſusfruc. amit. tunc pendente conditione pater inſtitutus bo. poſ. ſecundum tabu. ff. de bo poſſ. ſecundum tabu. l. 2. §. ſi ſub conditione. ſecundum Bal. in l. fi. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iuris. qui dicit ſe multoties conſuluiſſe. ſed certè tunc cõceditur ſm tab. inſtituto, quando poteſt ab inteſtato ſuccedere, vt ibi, aliàs nõ, vt hic.

10 Decimò, † quia iure canonico poſſunt alimenta relinqui ſpurijs, extra de eo qui duxit in matri. quam pol per adul. c. cum haberet. cautela eſt, quod relinquat ei in vita ſua vnum fundum pro alimentis, & poſt mortem ſpurij relinquat eius filijs & hæredibus illum fundum, ſecundum Bar. in l. fi. ff. de his qui. vt indig. quod dicit ipſe verum, niſi excedat magnam quantitatem reſpectu alimentorum, quia tunc præſumeretur fraus. Poſſet tamen dici, quòd quo ad c. cum haberet, vt dixi ſupra de ob. inter pat. & fil. natura. quæſtio. 3.

11 Vndecimò, † ſi inſtituat aliquem, & grauet eũ vt det ſpurio centum. ff. de iure fiſ. l. ſi ita fidei. ſecundum Dy. in fi. ſed Bar. dicit eſſe contra tex. ff. de dona. cau. mor. l. quod conditionis. Nam illud non remanet penes ſpurium, ſed aufertur tanquam ab indigno & applicatur fiſco. ff de condi. & demonſtr. l. hæres meus. Sed Bal. in apoſtil. in l. ſocium qui in eo. pro ſocio. refert Richar. tenere cum Dy. & reſpondet quod quamuis ſpurius non poſſet aliquid habere propter rem patris. ff. de pecu. l. eo tempore. in fi. de ædil. edic. l. cum autem. item ſi legatum. de coniũg. cum emanci. l. j §. nũc videamus. in fi. C. de aduo. diuer. iudi. l. fori. & hoc puto verum, quia non reperitur expreſsè prohibitum, ergo videtur conceſſum, vt glo. in Auct. quib. mo. na. effi. ſui. §. vlti. Nec ob. l. quod cõdõnis, quia ibi loquitur de eo qui eſt incapax ratione ſui delicti, ideo ſibi relictum applicatur fiſco. ff. de his, qui. vt indig. l. Claudius. Et ideo inſpicitur, ſi quid per eum perueniat directè vel indirectè. hic autem de eo qui eſt incapax ex delicto teſtatoris, ideo non inſpicitur ad eum perueniat, ſed ob iniuriam teſtatoris ſufficit quod bona ſua ad ſpurium non perueniat. Et hoc procedit, niſi mandata fraus apparet, vt quia hæreditas valebit centum & eum grauauit, vt tantundem redderet. Et ita etiam poſſet intelligi. l. quod conditionis.

12 Duodecimo, † ſi haberet amicum de quo cõfidat eum inſtituat & nihil aliud dicat ſ. expreſsè, ſed inter ſe & ipſum rogat, vt filio reſtituat, tunc poterit reſtituere ſpurio, quia non poterit probari eũ fuiſſe rogatum, nec etiam fraus præſumetur, poſtquam non apparet quod fuerit rogatus tacitè vel expreſsè, ideo videtur potius de ſuo largiri, vt ſupra verſ. j. Nec eſt verum quòd ſi reperiatur bo. patris poſſidere præſumatur fraus, vt l. j. C. de natu. lib. quia illud verum, niſi oſtenderet ſe poſſidere iuſto titulo, non interueniente iudicio, aut voluntate patris. Et ita poteſt intelligi illa l. j ſed certè hoc intendit ad interitum ſalutis æternæ, quia quamuis probari non poſſit, tamen eſt fraus, & tam rogans quàm rogatus tenetur in animam ſuam ad faciendum venientibus ab inteſt. quibus aufertur hæreditas, quæ de iure debetur. Ideo melius eſt quod inſtituat illum amicum ſuum & nihil aliud dicat, tunc poterit ſpurium inſtituere. Et hoc approbat Guil. in Spec. de ſucce. ab inteſt. § j. verſic. Sed quid ſi pater. & hæc eſt optima cautela, ſed rarò inueniuntur amici ita infideles.

S V M M A R I V M.

1 *Spurio relictum, nunquid fiſco applicandum.*

2 *Hæres inſtitutus, nunquid cogatur reſpondere poſitioni, an fuerit tacitè rogatus de reſtituendo.*

Epilogus.

Vltimo pro huius materię declaratione pleniſſima, tanguntur duæ quæſtiones.

Primo quæritur, † an illud quod relinquitur ſpurio, applicetur fiſco? concluſio hęc eſt. Aut relinquitur palam, aut tacitè: ſi palam, non applicatur fiſco. C. de nat. libe. l. j. C. de inceſt. nup. l. ſi quis inceſti, ff. de iure fiſ. l. nõ intelligitur. §. ſiquis palam. quia non relinquitur totaliter incapaci, eſt pro non ſcripto. ff. de pœn. l. quidam. ſed pro non ſcripta remanent venientibus ab inteſta. vel his, a quibus relicta ſunt. C. de cadu. toll. in l. j. §. j. in princip. ergo &c. facit de iure fiſ. l. in metallum. ſi verò tacitè relinquatur directè ipſi ſpurio, vt ff. de proba. l. qui teſtamentum. & ff. de leg. 3. l. cum quis decedens. §. Titia. ſiue alij, vt reſtituat ſpurio, tunc ſemper applicatur fiſco. Quod patet, quia deferens lucratur, vt glo. de iure fiſci. l. j. & l. edicto. j. Nam videtur teſtator in fraudem legis feciſſe. dic. l. qui teſtamentum, & d. §. Titia. Ita tenet Barto. in l. fi. de his qui. ut indig. in conſilio

quod

quod incipit, Dominicus Amici, vt ſupra proxi. verſic. 6.
2 Secundo quæritur, † an hæres inſtitutus cogatur reſpondere huic poſitioni, an fuerit tacitè rogatus de reſtituendo? Et omiſſa diſputatione concludo quod ſic, ſecundum dictum Barto. in l.fi. & in conſilio, quod incipit, Cecus de Spoleto, &c. & dicit expreſſum.ff. de iure fiſc. non intelligitur. §. Titia. coniuncta gl. patuula, quæ dicit vt per confeſſionem. Ego addo tex. in terminis noſtris, in Auct. quib. mod. nat. effi. ſui. §. diſcrete. verſic. non igitur. ibi, at illi aut ex hoc impiè agunt &c. quaſi dicat aut rogati reſtituere & non reſtituunt, & tunc præuaricat voluntatem defuncti. Aut reſtituunt, & tunc deierant, quod locum habere non poteſt, niſi quia cum velint reſtituere, coguntur reſpondere an fuerint rogati de reſtituendo, & ipſi reſpondendo iurant quod non, & ſic deierant. Idem probatur eo. §. & ver. ſi vero filios. in fine ibi, ſic enim nequaquam &c.

F I N I S.

T R A C T A T V S
GABRIELIS PALAEOTI
BONON. IVRISCONS.

Nunc Cardinalis, & Epiſcopi Bononienſis, & Principis.

De Nothis Spurijsq; filijs, in quo omnia quæ ad hanc materiam pertinent, copioſiſſime tractantur.

IVLIO III. PONT. MAX.
Gabriel Palæotus. S.

CVM, te nuper diuina prouidentia nobis Principe dato, iam ſecunda omnia, & Chriſtianæ Reip. ſalutaria ab incredibili ſapientia, ac vitæ tuæ integritate iure cœpta ſint ſperati, haud mirum eſt certe, iam multos ad te ex lōginquis etiam terris ſummo cum plauſu, & gratulatione, ad tam fauſtum Dei munus agnoſcendum, atq; venerandum quotidie confluxiſſe. Ego quoque, cum præclaro tuo familia noſtra patrocinio iampridem niteretur, decreueram omnino, tum communi quodam, & præcipue ciuium noſtrorum munere, tum priuato meo erga te obſeruantiæ iure, iſthuc ad ſanctiſſimos tuos pedes deoſculandos excurrere: ſed cum vererer, ne in tam frequenti præſertim ſalutatorum conuentu huiuſmodi officium vix appareret, curandum mihi putaui, vt alia ratione, meæ erga te fidei, atque obſeruantiæ euidentius teſtimonium darem. Quapropter collegi nonnulla ex commentatiunculis, vigilijsq; meis, quæ nunc auguſtiſſimo nomini tuo conſecrarem, non eò quidem, quòd non intelligam, Maieſtati iſti tuæ multo maiora, & ampliora deberi, ſed quod non patitur conditionis meę tenuitas, alio me aptiore officij genere ac venerandos pedes tuos procumbere. Et ſanè cui nam potius, hæc ex iuris ciuilis diſciplina a me deprompta debebantur, quàm Principi illi, qui per hos ſcientiarum gradus, diuina quadam adiutus animi præſtantia, ad ſummum dignitatum omnium faſtigium aſcendiſſet? Spero equidem ex eo maxime aliquid ponderis lucubrationibus hiſce meis acceſſurum, quòd primi penè illarum fructus ad te primum, quo nihil excelſius inter homines reperitur, deinde abs te ad cęterorum manus debeant peruenire. Quod ſi eadem tibi nō nihil probari intellexero, aut ſaltem meam hanc erga te ſtudij, & pietatis teſtificationem non ingratam eſſe, tum vero cumulate me ex illis præmium retuliſſe prorſus exiſtimabo. Valę. Bononia Kal. Octob. MDL.

An initio omnes ex quocunque concubitu ſuſcepti filij legitimi haberentur.

1 *Ante leges ſcriptas, an aliquid illegitime factum dici poſſet, & nu. 9.*
2 *Quid Cicero de primæua hominum conditione ſenſerit.*
3 *Quis primus leges ſcriptas populis ediderit, & quo tempore.*
4 *In ſacris literis illegitime natos ſępe nominari.*
5 *Duplex ius naturale præter vulgarem Doctorum differentiam.*
6 *Quomodo id quod de iure naturali eſt, cenſeatur prohibitum, aut permiſſum.*
7 *Ius naturale, in homine, quomodo accipiatur.*
8 *Cur promiſcuus concubitus fuerit prohibitus.*
9 *Iure naturali, delicta etiam damnari.*
10 *Lex, quid ſit, & quomodo inuenta.*

C A P. I.

CVM de filijs illegitimis ſimus tractaturi, vt omnia rectè, atq; ordine tradantur, neceſſarium duxi de eorum origine nonnulla in primis recenſere. Cum enim materia perquam obſcura ſit, varijsque ſparſim implicita quæſtionibus, nos quib. hęc omnia, quoad eius fieri poterit, dilucide explicare, atq; in vnum colligere, propoſitum eſt, nihil aptius facere poſſe arbitrati ſumus, quàm ab ipſius rei veluti incunabulis exordiri, vt ita ad reliqua, quæ conſequentur, facilior hinc aditus patefiat. Dicemus igitur primo, eſſent ne initio æquali omnes iure homines, & quonam primum tempore hoc illegitimorum nomen cęptum ſit vſurpari. Qua quidē de re, inter grauiſſimos iuris interpretes, magnam olim fuiſſe controuerſiam legimus, Richardumq; Malum, acris ingenij virum, in quadam diſputatione, vt refert Bart. l. 3. de con-
1 cubi. reſpondiſſe, † Iure naturali primæuo, quemcunq; concubitum paſſim licitum fuiſſe, omnesq; ex quouis coitu ſuſceptos liberos, legitimos extitiſſe, ſeruatumq; id euſque fuiſſe ſemper, quoad latæ ſunt ſcriptæ ab hominibus leges: illis.n. cum deinde certi hominum matrimonijs fines eſſent conſtituti, ita poſt factum, vt qui eos limites eſſent egreſſi, primi illegitimos viderunt filios, cum antea hoc ipſum nomen eſſet ignotum. Quæ opinio placuit ſanè multis, Albe. l. j. §. ius naturale. de iuſti. & iu. Bal. nou. trac. dot. 3. par. nu. 7. tum quod expreſſe Iuſtiniani verbis videretur approbata, Aut. qui. mo. na. effi. ſui. §. natura. tum etiam, quod cum hæc maris & fœminę coniunctio, de Iure naturali ſit, Inſti. de iu. natu. in princip. non potuit tunc id illegitime factum cenſeri, quod legis ipſius naturalis authoritate niteretur, argu. l. Gracchus. C. de adulte. Etenim ſi nondum ſcriptæ vllæ erāt leges, quæ quid ſequendum, fugiendumve eſſet, docerent, quo pacto iniuſtos poſſes tunc vllos filios dicere, quos lex adhuc non improbabat, quin tuebatur potius, cum naturale ius, quod inter homines tunc vigebat tm̄, vnumquenq; ad quemuis ferè concubitum tacito quodam impelleret inſtinctu? Glo l. j. §. ius natu. de iuſti & iu. Sed tamen aliter ſenſit Ioan. And. in Reg. ſine culpa, in Mercuria aliter Bar. in l. 3. de concub. & quidam alij, Roſel tract. legi. c. a. nu. 11. quorſt diuerſæ quidem de ſpuriorum initijs ſententiæ literis mandatæ extant, nihil tamen eorum quiſquam hactenus attuliſſe viſus eſt, quod has Ricardi rōnes omnino confutaret. Ego igitur antequàm de eorum primordijs quid ſentiendū ſit, exponam, in præſenti docendū conſtitui, id quod à Bartolo & cæteris omiſſum eſt, nullo pacto quæ de priſca hominum conditione Malumb. tradidit, defendi poſſe. Sic.n. dico, tantum abeſſe, vt ante leges ſcriptas, legitimi omnes filij haberentur, quod ipſe putauit, vt dixerint alij, vſque ad id tempus, neminem vere legitimum extitiſſe. Inquit enim
2 Cicero, † in Proę. Rhet. *Fuit quoddam tempus, quo magis homines paſſim beſtiarum modo uagabantur, & ſibi uictu ferino vitam propagabant, nec ratione animi quicquam, ſed viribus corporis adminiſtrabant, nondum diuinæ religionis, non humani officij ratio colebatur, nemo nuptias uiderat legitimas, non certos quiſquam inſpexerat liberos.* Quæ quidem Ciceronis verba nunc ita referre placuit, potius vt oſtenderem, Malumbri ſententiam authoris locupletiſſimi teſtimonio conuinci, quàm vt ego his quoq; fidem omnino adhibendam eſſe cenſeam. Nunc igitur euidentiſſima, ni fallor, ratione probabo, nullo pacto ante leges ſcriptas, iuſtos omnes filios, ac æquali iure habitos fuiſſe. Si enim accurate primos legum ſcriptarū authores perquiramus, omiſ-
3 ſis his quæ de Cerere, Cecrope, Amphione, † vetuſtas eſt fabulata, ſcimus id cōſenſu eruditorum omnium receptum, vt Euſeb. Ioſeph in lib Antiquit. & multi teſtantur, primū Moyſen, longo ante alios annorum interuallo, ex ſcripto leges populis promulgaſſe, ſacroſanctas eas ſcilicet leges, quas ipſe ex ſummi & præpotentis Dei ore diuinitus fertur accepiſſe, idq; poſt annos à Mundi initio, bis mille, & amplius ex veterum ſupputatione. Quod ſi nos ea quæ in veteri ſacra pagina, ante id Moyſis tempus, tradita extant, legamus, animaduertemus multis ſanè in locis, & illegitimorum mentionem factam, † Geneſ. c. 21. 25. & concubinatum, Geneſ. 22. in fi. & 36. fornicationem, Geneſ 38 34. in fi. meretrices, Geneſ. 34. 39. raptum, ſtuprumque vnde tales prodeunt liberi, cognitum fuiſſe ſatis, quamuis leges adhuc nullę in ſcriptis extarent, grauiterque eos correptos, qui alienæ vxoris concubitum appetijſſent, Gene. 39 26. adeo vt hæc differentia inter legitimos & illegitimos, multo ante ea tempora fuiſſe manifeſte contra Malūbri ſententiam appareat. Accedit quod & Homerus antiquiſſimus Poeta, de filijs Nothis in carminibus ſuis quandoq; mentionem facit, cuius tamē temporibus lex ſcripta nondum cognita fuiſſe fertur, cum

Plutar-

Plutarchus teſtis ſit,in Pręlud.Hom hoc verbom,*νόμος*,quo
lex ſcripta ſignificaıor,apud eum nuſpiam reperiri. At ſi di-
cas,cum iure naturali omnia regerentur,qui potuit tunc ali
quid illicitum uideri,pręſertim vero in filiorum procreatio-
ne,quę cæteris animantibus communis erat? † Reſpondeo
5 duplicem eſſe animorum vim,& naturæ,alteram in appeti-
tu poſitam,quæ nobis cum brutis fuit communis,alteram
in ratione,ſenſibus dominātem, cuius homo ipſe particeps
6 tantum fuit,quod propriè etiam naturale ius dicitur,† Quo
fit,vt ſi procreandi voluptatem & cupiditatē ipſam ſpectes,
iam quæque coniunctio videatur permiſſa quod eadem &
cæteris inſit animantibus,ſin rationem, quæ appetitum in
officio debuit continere,& ſoli fuit homini tributa,tūc de-
lectum aliquem in hiſce congreſſibus habendum omnino
cenſeas, vt & Baldus ſubtiliter ſcriptum reliquit,l.1.§.ius na-
7 turale. Caſt.l.ex hoc iure,nu.7.in fi.de iuſti.& iu.† Homo ſi
quidem,non animal tantum eſt,ſed animal rationis cōpos,
propterea cum de iure naturali loqueris, prout in homi-
nem cadit, id longe aliter ac in cæteris brutis eſt accipien-
dum: is enim ſi ratione non vtatur,quamuis & ad id naturæ
inſtinctu impellatur, nimiū vtrq; à vera hominis natura co
ipſo deflectit,ſeq; non virum pręber, Ang d.§ ius natura. &
Zaſibi. Si igitur naturali iure eo tempore homines vteban-
tur,vt Iuſtin & ipſe quoq; Richardus fatetur, quis dicat de-
inde adeo laxos & vagos fuiſſe paſſim concubitus, cum id à
8 naturali ſatis hominum abhorreat ratione? † Natura.n.cer-
tos filijs parentes adeſſe debere ſuadet, certumq; contrahi
matrimonium,vt liberi à genitoribus ſuis ali,boniſq; mori-
bus poſſint inſtitui. Fac namque incerta eſſe connubia, par-
tuſq; vulgo conceptos, quemnam vitæ tuæ tunc authorem
agnoſcens,à quo educeris,cuius actiones, exemplaq; imite-
ris? Ius igitur naturale, ratioque ipſa ſatis hoc dictat, certos
vnicuique debere eſſe parentes,vt egregiè non ſolū interpre
tes noſtri,Io.And. Reg. ſine culpa.ſed & Philoſophi naturæ
ipſius arcanorum conſulti, & ſacri in primis Theologi tradi
dere. Ariſto.Polit.2.c 2.& ethic.lib 8.& 5.Tho in 3.in addi.
9 41.art.1.Rurſus ſi id obijcias, non potuiſſe illegitimū id di-
ci,quod adhuc legibus non erat prohibitum, † reſpondere
eo pacto nec homicidium,nec furtū,nec quoduis delictum
ante leges ſcriptas potuiſſe vetitum dici, quæ tamen certum
eſt,ſolo iure naturali turpia fuiſſe iudicata, quod idem & in
adulterio traditum eſt,l.probrum. de verbo.ſign. Vna enim
naturalis ratio, ſatis eſt ad res probandas, vel condēnandas.
10 Ipſa igi lex,nihil aliud eſt, † *niſi recta & à numine Deorum tracta ra-
tio, infinitis illa quidem ante ſeculis nata, quàm & ſcripta, & ciuitates
ſunt conſtitutæ*, vt ait Cicero,lib.1.de Legib. Vnde nec hodie
ad legis ſubſtantiam ſcriptura neceſſaria exiſtimatur, Dec.
Rub.de conſti. Ex his ſtatuo,ſicuti ante leges ſcriptas,omnia
ferè delicta, ſic & adulteria,inceſtus,& conſequenter illegi-
timos filios potuiſſe reperiri, d.l.probrum, l.fi.de ritu nup.l.
fin.de condi. ſine cauſa. c.etſi §.quædam,de iureiu. Hæc ta-
men res vt ſe habeat,nunc dilucidius exponemus.

De prima illegitimorum origine.

1 *Matrimonium a Deo inſtitutum, & qua lege.*
2 *An olim plures uxores eodem tempore liceret habere.nu.6.*
3 *Bartoli error, de primi parentis peccato.*
4 *Leges noſtræ,a ſacra hiſtoria in multis diſſentiunt.*
5 *De aureo illo ſeculo, & iure naturali primæuo Doctorum.*
6 *Quælibet coniunctio præter unius uxoris & uiri coniugium, ſemper fuit prohibita.*
7 *Opinio Iuriſcon.de Mundi origine.*
8 *Nunquam promiſcuos concubitus fuiſſe permiſſos.*
9 *Differentia inter ſacras leges & ciuiles, de Spuriorum origine.*

CAP. II.

ALIA fuit Io. Andreæ ſententia, qui nullum
vnquam tempus extitiſſe inquit, quo non di-
gnoti iuſti filij ab iniuſtis fuerint, Io. And.reg.
ſine culpa.in Mercu.Cum enim ſummus rerū
opifex Deus,huic quicquid,i.quod Mundum
appellamus, cæteriſq; rebus ſummam impo-
ſuiſſet manum, dicitur poſtremo hominem ipſum finxiſſe,
cuius cauſa cætera erant comparata,eiq; vix in lucem edito,
in primis certas matrimonij leges præfiniſſe, vt ſcilicet hæ-
reret vir vxori ſuæ,eſſentque duo in carne vna,Geneſ.cap.2.
1 † Quibus verbis inde alios concubitus excluſos fuiſſe ait,
c.gaudemus, de diuor.atq; ita factū, vt quocunq; tempore
multum inter legitimam adulterinamq; ſobolem intereſſe-
rit. Sed neq; hæc Io.And.ſententia vera prorſus videtur,cū
ei repugnent Iuſtiniani verba, affirmantis non vno in loco,
nam tam initio omnes ęque liberos, æque & legitimos pro-
duxiſſe,nullamq; inter eos olim cognitam differentiam,d §.
natura auth.qui.mo.nat.ſui & §.liceat.auth quib.mod leg.
2 † Tum etiam, quia & in ſacris literis, veteres illos ſanctiſſi-
mos viros pluribus iungi mulieribus conſueuiſſe ad ſobolē
ſuſcipiendam legimus, c.1.32.q 4.& Gene.c. 29 30 25.quos
contra diuinam inſtitutionem id feciſſe, non eſt veriſimile.
Tertia igit Bartoli extat opinio, in l.3 de concub.qui inquit,
initio quidem certos hominū coniunctionibus fines à Deo
poſitos,eoq; tempore verum id fuiſſe,quod Io.And ait.Sed
poſt primi parentis lapſum, humanamq; naturā corruptā,
omnia dein immutata, nullamq; amplius vſque ad leges ſcri
3 ptas, inter filios differentiā fuiſſe.† Quā ſententiā ego valde
abſurdam puto,quaſi vero poſt hominem creatum, vſque
dum peccarit,longa fuerit intercapedo, & non eodem ferè
momēto hęc omnia ſint confecta,vt ſacri interpretes tradi-
dere. Quaſi etiam ante leges ſcriptas, poſt vetitum pomum
deguſtatum, non plurima adulterij & fornicationis exempla
prodita reperiant,vt aliàs ſupra oſtendi, Gene.c.34.38.39.&
c.quomodo.31.q.1. Quærendū eſt igitur inter has tā varias
Doctorum opiniones aliquid, quod omnē extricet nodū,
remq; hactenus perquā obſcurā valeat illuſtrare. Cuius rei
gratia,vt quæ in hac quæſtione pugnantia apparent, quæ ſa-
nè infinita ſunt,conciliemus, neceſſarium exiſtimo talē ad-
hibere diſtinctionem. Nempe vt aliter ſecundum ſacras lite
ras,aliter ſecundū Iuriſcon. & Imper. noſtros hanc contro-
uerſiam decidendam dicamus. Mirum enim videri non de-
4 bet,† pleraq; in legibus noſtris contineri præſertim de rerū
origine, quæ à diuinis traditionibus nonnihil abhorreant,
c.fi. §.his ita 6 diſt. Nam quæ omnia de iure naturali à Iuriſ-
con noſtris traduntur,vix vlla in re cum ſacris literis poſſunt
conuenire. Credimus nos olim incertis ſedibus homines va
gatos,nullis legibus vſos, omniaq; omnibus fuiſſe commu-
nia, Soz rub.de verbo.obli. Caſt.l.ex hoc iure,de iuſti.& iu.
Hæc res ſecundū ſacroſancta dogmata, à veritate lōge alie-
na deprehenditur,Cardi.c.dilectiſſimi.12.q.1. Gem.c.ius na.
1.Diſt.Dicimus nos iure gentium poſteriore, ſeruos nullius
actionis,iuſtæve obligationis participes, ſed veluti pro mor
tuis habitos fuiſſe,Bar.l.ſi id quod.de condi.inde. & l.ex hoc
iure.de iuſti.& iu.hoc apud ſacræ legis hiſtoriam,longe ali-
ter ſe habere certum eſt,quandoquidem & propria ſibi ipſis
acquiſitiſſe,ſibi poſſediſſe,Regum 2.c 9 16 Gene 47 domi-
nis ſuis quandoq; ab inteſtato ſucceſſiſſe, Gen c.15.& forte
in iudicio contra eos experiri potuiſſe, comperimus, Iob.c.
21.Alc.l pateſſa.de verbo.ſign. Sic quoq; initio humani ge-
neris omnia omnibus ex voto ſucceſſiſſe, ver æternū inter
mortales viguiſſe, nullus armorū vſus fuiſſe creditur. docēt
tamen ſacroſancta Biblia, duras admodū leges homini ipſi,
cum primū ferè in lucem editus eſt,à Deo conſtitutas,Gen.
c 2. in fi.vt ſcilicet ſuis ſibi laboribus victum quæreret,nunc
æſtu,nunc frigore laboraret, hæcq; perpetuo incommoda
5 vitā illius comitarent. † Vnde in vniuerſum, quod de priſca
illa temporis fęlicitate,aureoq; ſeculo ab authoribus narra-
tur,id ſi cum ſacris literis conferas,inane prorſus,ridiculūq;
eſſe animaduertas, nec vſpiam hæc iuris naturalis, aut gen-
tium tēpora, vnà cū iuris ciuilis origine, iuxta.§.ſingulorū.
in fi.Inſti.de rer. diuiſ.in iiſdē ſacris literis apte probari Quo
circa, & in præſenti quæſtione cū quærimus an initio inter
legitimos & illegitimos vlla eſſet differētia, crediderim ego
ex ſacris literis reſpondendum, veram eſſe Io. Andreæ ſen-
tentiam,cum matrimonium à ſummo Deo principio fuerit
conſtitutum, c.1.de voto,in 6 inde & illegitimos à iuſtis fi-
6 lijs fuiſſe ſemper ſecluſos. † Manifeſtū enim eſt, prohibuiſſe
illum, ne quiſquam cum pluribus, quàm cum vna haberet
vxore commercium,c.gaudemus,de diuor.c.quomodo.31.
q.1.ſemperq; poſt illud tempus,in ſtuprum,& adulteriū gra
uiter fuiſſe ab eo animaduerſum, Geneſ.c.26.39 quod qua-
nam alia ratione potuit inſtitui, niſi liberorū cauſa? vt intelli-
geremus ex quouis congreſſu filios eſſe ſuſcipiendos. Acce
dit etiam quod & eo tempore nonnullos quidem filios ad
ſucceſſionē vocatos, alios vero omnino excluſos legimus,
Gene.cap. 21. 25. quod ſcilicet non omnes ex iuſtis nuptijs
eſſent procreati, Et ſi fortaſſe contra hæc, ſanctorū virorum
exempla reperiantur, quibus cum pluribus mulieribus fuit
negociū, id ex graui aliqua & neceſſaria ſanè cauſa his per-
miſſum,diuino ita ſuadente afflatu, credendum eſt,cap.gau
demus,de diuor.c.recurrat. c obijciſtur 32. q.4.ex qua non
ideo in cæteris idem ſeruatum, quis rectè poſſit argumen-
tari, arg.c.quæ propter.de regu.iu. Iam vero ſi rem craſſiori
Minerua velimus dijudicare, ſecundum ſcilicet Iuriſconſul-
torum noſtrorum tempora, qui nondum arcana ſacroſan-
ctæ legis noſtræ hauſerant Myſteria, quos deinde & recen-
tiores Imper. in his vbi nullū verę fidei noſtræ verſaret peri-
culum,

culum, facile ſecuti ſunt, exiſtimo ſanè tunc veriorem eſſe
contrariam opinionem, initio multis temporum ſpatijs, il-
7 legitimos filios nec cognitos fuiſſe, nec nominatos. † Credi-
derunt ſiquidem priſci illi homines, cum totū hoc qđ ho-
die cernimus, à Deo fabricatum eſt, ſimul & illi ſalutaria fe-
rè omnia & fęlicia ab eo tributa, nec inter hnīes quicquam
niſi rectum, honeſtum, & penè diuinum fuiſſe compertum,
idque aliquot annis ſe ita ſemper habuiſſe, paulatim vero cę
piſſe hominū naturam, ad turpes cogitationes labi, & à na-
tiua illa animi bonitate, ac ſimplicitate paulo declinare. Ita
deinde leges fuiſſe repertas, quæ excreſcētem hominū mali-
8 tiam cohiberent, libidinem temperarent, † vt Greg. Pont.
teſtatur, in Proę. Greg. Rex pacificus. Verum igit̄ eſt ſecun-
dū hanc opinionem, quod Iuſtin. ait, d §. natura. naturā ini-
tio omnes æque liberos, æque & legitimos produxiſſe, nec
ante leges ſcriptas ſpurium quempiam fuiſſe repertū, ſed nō
illa ratione, vt Accurſius, Barto. & Malum. putarūt, quod eo
tempore promiſcui eſſent concubitus, permiſſumq; cū qua
uis muliere congredi, ſed quod tunc homines rationem tm̄
ſequentes naturalem, ſinguli ſuis contenti nuptijs viuebant.
Vnde & Salluſt. *Etiam tum vita hominum ſine cupiditate agitaba-
tur, ſua cuiq; ſatis placebant.* Et in Lycurgo de Lacedæmoniis
Plutarchus ait, hos olim tū natura, tū moribus tantū abfuiſ-
ſe ab ea quæ poſtea ſecuta eſt, mulierum facilitate, vt omni-
no incredibile eſſet, aliquem adulterio fuiſſe obnoxiū, cele-
braturq; illud Geradæ vetuſtiſſimi dictū, qui rogatus ab ho
ſpite, quid apud eos adulteri paterent̄, reſpondit, nemo apud
nos fuit adulter. Hinc etiam carmen illud. *Viderunt primos ar-
gentea ſecula mœchos.* Sed quid in re clara pluribus opus eſt ra-
tionibus, cū hoc exprimat Iuſtin. Donec (inquit) d §. natura,
ſola natura. Quaſi, nullis adhuc vitijs inquinata, hominibus
ſanciebat, legitimos omnes æque producebat. Cū primum
vero ad libidinem diuertere, aliumq; curſum tenere cœpit,
tūc naturales & illegitimos immiſcuit, tunc & leges ſcriptæ
ſunt, quæ his rebus modū conſtituerent. Apparet ergo ini-
tio legitimū quemq; fuiſſe, qđ nemo ratione tunc abutebā-
tur, fœlixq; vere erat ætas illa. Vt primū dein labefactari cę-
pit, delicta varia, luxus, & alia ſunt introducta, illegitimorūq;
9 & nomen cępit emergere. † Vnde conſtat ex Iuriſc. & Impe.
opinione, principio quidem legitimos omnes extitiſſe, ille-
gitimosq; primū cū legibus ſcriptis prodijſſe. Ex ſacris vero
literis, ſemper ferè hanc cognitā differentiam, & nondū iu-
re ſcripto, multis ante ſeculis, & re ipſa, & nomine nonnul-
los iniuſtos liberos conſpectos fuiſſe.

Illegitimi qui proprie olim dicerentur.

1 *Varij diuerſarum gentium mores in contrahendis nuptijs.*
2 *Matrim aliquod uerum, ſed non ratum.*
3 *Legitimi filij ſecundum patria conſuetudinem uocantur.*
4 *Iuſtum matrimonium apud Romanos quale eſſet.*
5 *Cum exteris non erat ius connubij.*
6 *Roma quomodò hodie communis patria dicatur.*

CAP. III.

CVM primum igitur lex certa hominum con-
iunctionibus eſt conſtituta, tunc ſtatim illegi-
timi ij omnes appellari cępti ſunt, qui contra
tale legis præſcriptū in lucem eſſent ſuſcepti, vt
nomen ipſum ſatis demonſtrat. Cuiuſmodi tm̄
eſſet hęc lex ipſa, non puto commode literis mandari poſſe,
cū ex varijs diuerſarū gentiū & nationū moribus, iidem nō
apud omnes æque legitimi aut illegitimi ſemper habiti fue-
rint. Legimus Scythas, Agathyrſos, Maſſagetas, & plurimos
1 † qui ad meridiem ſpectant, communes vxores habuiſſe, le-
gitimūq; apud eos matrimoniū illud exiſtimatum. Alios vt
Garamantas, eos tantū iuſtos filios cenſuiſſe, qui formæ ſimi
litudine parentem referrent, vt ait Mela. Quoſdam, vti Ara-
bes, vnam omnibus conſanguineis vxorem eſſe voluiſſe, cæ
teros qui non eodem ex genere eſſent nati, adulterinos cre-
ditos fuiſſe. Perſas vero, Medos, Parthos, id maxime ſolēne,
& iuſtum connubium habuiſſe, quod cum ſanguine con-
iunctis, ſororibus, matribus, & alijs conſanguineis eſſet con
tractum, Vnde illud,

Gentes tamen eſſe feruntur,
In quibus & nato genitrix, & nata parenti.
Iungit̄ vt pietas geminato creſcat amore. Rurſus aliàs
mulieres apud Indos, eos rite ſibi copulaſſe, quoſcūq; prior
iuſſiſſet maritus, cū cæteris nefarium extitiſſe concubitū.
Scribit quoque Plutarchus in Solone, cauiſſe eū vt vxor ex
mariti neceſſarijs deligeret, cū quo rem haberet, atq; id qđ
naſceret̄, non alienū eſſet. Aliter tamen Lacedæmones ob-
ſeruaſſe, idem in Lycurgo author eſt. Vt ex his colligamus
certā nō poſſe tradi in hac re regulam, cū eadem viuendi ra
tio non vbiq; probet̄, & quod ſanctū ac iuſtum apud Italos
cenſetur, id vt impium maxime vel Germani, vel Aethyo-
pes, vel Britanni deteſtentur. Nam nec Cimoni turpe fuit
Athenienſium ſummo viro, ſororem germanam habere in
matrimonio. Quippe cū ciues eius eodem vterent̄ inſtitu-
2 to, vt Probus refert, in Proę. & in Cimo. † Potuitque illud
verū eſſe apud eos coniugiū, licet ratū non ſit, c. quanto, de
diuor. Nec enim eadem omnibus ſunt honeſta & turpia, ſed
id quiſq; rectū putant tantū, quod patriæ moribus cōuenit.
3 † Tales igitur & legitimi apud exteros populos habiti fuere,
qui ſcilicet ſecundum mores, ritusq; ab ijs approbatos geni
ti eſſent, illegitimi, quorū natales à patriæ inſtitutis abhorre-
rent. Eſſet vero longū nimis, ſi ſingularū ciuitatū, vt modo
dicebamus, in hac re mores eſſent recenſendi, quin ſuperua
caneum potius, cū de filiis tantū Iure Romanorum illegiti-
4 mis, nobis ſit tractandū † Propterea Barbarorū nūc ritibus
omiſſis, apud Romanos conſtat, eos ſolū veros filios appel-
latos, qui ex matrimonio concepti eſſent, Inſti. de patr pot.
Iuſtum autem matrimoniū inter ciues tm̄ Romanos erat,
Inſti. de nup. in princ. legitimæq; illæ demū nuptiæ habeban
tur, cū Romanus Romanam vtriuſque accedente conſenſu
duxiſſet vxorē, vt Caius in Inſtitutionibus ſcriptū reliquit,
5 tit. de matri. † Quod ſi imparem quis ſibi adiunxiſſet, veluti
ſi Romanus cum peregrina, aut Latini nominis, aut externa
alia muliere coijſſet, nullum ius nuptiarum inter eos erat, na
tiq; liberi, vt minus iuſti, l. diuus. de capt. & poſtl. ſub patris iu
re & familia non cenſebantur, ſed matrem ſequebantur.

Cic. in Topic. *Si mulier*, inquit, *cum fuiſſet nupta cum eo, cum
quo connubium non eſſet, nuncium remiſit. quoniam qui nati ſunt, patrem
non ſequuntur, pro liberis manere nihil oportet.* Tit. Liu. lib. 43. &
idē Liuius *alia inquit noui generis hominum ex Hiſpania legatio uenit
ex militibus Romanis, & ex Hiſpanis mulieribus, cum quib. connubium
non eſſet*, natos ſe memorantes ſupra quatuor millia homi-
nū, orabant, vt ſibi oppidū, in quo habitarent, daretur, Sena
tus decreuit latinam eam coloniam eſſe, Libertinorumque
appellari. Quin capitale hoc olim apud eos fuiſſe Theodo-
ſij teſtatur conſtitutio, l. j. de nup. gentil. in C. Theodo. Hinc
legimus ſæpe, ius ciuitatis Romanæ aliquibus populis fuiſſe
conceſſum, vt cū illis rata eſſent & legitima connubij vin-
cula. Campanis enim olim pro megno munere datum ſci-
mus, vt Romanas ducere liceret vxores, natiq; liberi iuſti
hæredes forent, vt apud Liuiū extat. Idem & Nouocomen-
ſibus à Cæſare, Tranſpadanis à Pomp. Strabone, alijsq; pau-
latim populis procedente tēpore a principibus permiſſum,
Plutarchus, Tacitus. Suetonius referūt. Aſt cū deinde cæte-
ri populo Romano ſubiecti, idē ius ciuitatis quotidie ſum-
mis ſtudijs efflagitarent, vt omniū votis gratificaret̄ Anto-
ninus, conſtituit tandem, vt quicunque in orbe Romano
6 eſſet, † ciuis haberetur, l. in orbe. de ſta. ho. Auth. vt libe. de
cæt. §. fin. Alcia. lib. Diſp. 2. c. 21. quo factum eſt, vt connubij
ius, quod anguſtiſſimis principio finibus concludebatur, cę
perit omnib ferè nationibus eſſe commune; cū eorum om-
nium qui Pop. Romano parerent, Roma communis patria
ſit effecta, l. Roma. ad Municip. Dicti ſunt igitur legitimi qui
ex matrimonio inter ciues Romanos inito ſuſciperentur.
Vnde, & qui nam illegitimi dicerentur, facile vnicuiq; con-
ſtare poteſt, arg. l. j. de his qui ſui ſunt.

*Matrimonium quomodo olim contraheretur, ut ex eo
legitimi exiſterent filij.*

1 *Vxores olim apud Rom. triplicis generis.*
2 *Quæ materfa. diceretur, & de matrimonio per coemptionem.*
3 *Varij ritus in ducenda uxore.*
4 *Auſpices in nuptiis, & Dii nuptiales.*
5 *An ſi quid ex ueteri ritu omiſſum eſſet, iuſtum id matrimonium habere-
tur, plura in utranque partem afferuntur.*

CAP. IIII.

NON ſatis tamen olim erat, ad verum matrimo
nij fœdus, Romanum ciuem, Romanam ſibi
fœminam adiunxiſſe. Sed adhibendi quidam
erant ritus, ſolenneſq; cerimoniæ, quib. omiſ-
ſis, veluti neglecta religione, coniugium non
cenſebatur, nec ex ciuium Rom. inſtituto celebratū, Alex.
Dic Gen lib. 2. c. 5. Varia autem hæc olim erant, tam quæ in
ſponſalibus, quàm quæ in nuptijs peragendis, iungendaque
1 viro vxore ſolebant obſeruari. † Nam & tribus modis vxor
olim habebat̄, vt tradit Boet. in Topic. Cic. farre, vſu, coem-
ptione. Confarreatio ſolis Pontificibus cōueniebat, cū us ca
far ad-

far adhiberetur, quod ſacrificijs aptiſſimum eſſe exiſtimabatur, vnde & hæc matrimonia ſacra nuncupabantur, au. Ho. re Alicarn. lib. 2. Antiquit. Quæ autem farre vel vſu mulier marito copulata eſſet, ea vxor tantum dicebatur. Aſt quæ ꝑ coemptionem in manum viri conueniſſet, hæc præter vxo-
2 ris nomen, mater quoque familias vocabatur. † Coemptio vero certo more peragebatur, nam ſeſe coemēdo inuicem interrogabant, vir ita, an ſibi mulier, materfamilias eſſe vellet, illa reſpondebat, velle, Mulier, an ſibi paterfa. vir eſſe vellet, ille velle reſpondebat, Itaque mulier in manu viri cōueniebat, & vocabantur hæ nuptiæ per coemptionem, ad qđ alluſit Virgilius eo carmine.

Teq; ſibi generum Tethys emat omnibus vndis.

Forteque hæc olim iuſta vxor dicta eſt. l. ſi vxor, de adult.
3 vbi Budæ. Cuius ritus meminit & Cic. plurib. in locis. † Pro L. Flac. pro Mure. in Top. Multa autem præter hæc ſolennia in omnibus nuptijs ſeruari mos erat, quæ ego in præſenſi referenda non duxi, tum quod eadem deinde antiquata fuere, tum quod ab hiſtoricis, & his qui variarum rerum cōmentarios ſcripſerunt, hæc copioſiſſime tradita extant, Plutar. Rodigin. Budæ. Tiraq. de legibus connub. nimiumq; trita iam & vulgata eſſe cęperunt: Quemadmodum vt dum ſponſalia inirentur, proprium ſponſi aut ſponſæ nomen ne exprimeretur, ſed vir Caius, virgo Caia diceretur, mulier dū mariti domum intraret, ne pauimentum pedibus attingeret, colum cum fuſo ſecum ferret, Talaſſij nomen inuocaretur, nuces ſpargerentur, & ſimilia, inter quæ præcipuum id fuiſſe legimus, quod memorat Scæuo. l. penul. §. fi. de donat. inter vir. & vxor. vt aqua & ignis in nuptijs ſanciendis intereſſet: Adeoque ſuperſtitioſa olim erant hæc omnia, vt male is audiret, qui talia matrimonij auſpicia nō rite ſeruaſſet. Nam nec menſe Maio recte nuptias cōfici potuiſſe, nec diebus feſtis id virginibus licuiſſe, Plutarchus in Problem. author eſt, neſcioque an ſiquid horum omiſſum eſſet, filij tūc temporis iuſti haberentur, quaſi ex inauſpicato matrimo-
4 nio editi, † ſi quidem ſcimus tūc auſpices adſcitos, qui pro nuptijs auſpicium caperent, iiſque celebrandis præeſſent, vt Valla ſcribit, lib. 6. Vnde Cicero, lib. 1. de diuina. *Nihil fere quondam maioris rei, niſi auſpicato, ne priuatim quidem gerebatur, quod etiam nunc nuptiarum auſpices declarant*, & Valerius Maximus. lib. 2. cap. 1. *Apud antiquos non ſolum publice, ſed etiam priuatim nihil gerebatur, niſi auſpicio prius ſumpto, quo ex more nuptijs etiamnum Auſpices interponuntur.* & Plautus.

Argentum ſiquis dederit, vt ego ſuſpicor,
Vltro ibit nuptum, non manebit auſpices.

Hinc etiam nuptiales quinque Dij dicti, quos in connubijs ex ritu inuocabant, vt Plutarchus refert, & Gyraldus la-
5 tius in ſuis, de Dijs gētium commentarijs, lib. 3. cap. vlt. † Ex quibus quidem, in ſuſpitionem aliquam ducor, cum videā veteres illos adeo religionis, & cerimoniarum fuiſſe cultores, vt ſi hæc nuptiarum ſolennia ſeruata non eſſent, ea non vſquequaque iuſta connubia crederentur, facit d. l. penult. §. fin. de donat. inter vir. & vxor. Sic enim & Catullus de his loquens & Himæneo ait.

Nulla quit ſine te domus
Liberos dare, nec parens
Stirpe dicier. & Claudianus.
Hunc muſa genitum, legit Cytherea, ducemq;
Præfecit thalamis, nullum iunxiſſe cubile
Hoc ſine, nec primas fas eſt attollere tædas. & Ouidius.
Vota viri captant, quæ iam captanda putabant,
Quos faciet iuſtos ignis & vnda viros.

Videmus quoque Græcos, eos qui ex occulto congreſſu oriuntur, proprie illegitimos vocare, nempe σκότιοι, qualis Theſeus fuiſſe perhibetur. Quid vero aliud eſt furtiua coniunctio, niſi vbi patrius ritus ſeruatus non eſt? Bar. l. 2. C. de his qui ex pub. rat. lib. 10. & l. fin. de ritu nup. Id quoque non leui eſt argumento, quod hodie hæc omnis nuptiarum celebritas abrogata fuit, declaratumque legitimum id dici matrimonium, quamuis in eo aliquid ex iis deſit, l. ſi donat. C. de nup. quaſi antea, ſiquid neglectum eſſet, nihil validū, aut recte factum cenſeretur. Scio tamen hæc nimis ſcrupuloſa forte videri poſſe, ꝓſertim Iuriſconſultis noſtris, qui nolunt actum vllum vitiari, vbi illi perficiendo, leuis tantum aliqua ſolennitas deſideretur, l. j. §. fin. de vent. inſp. Bar. l. fi. §. j. C. de iu. delib. Iaſ. l. 2. §. prius. de vulg. & pup. quales hæ, quæ olim in nuptijs adhibebantur, facile videri poſſunt. Propterea & ego ſubſiſto, extantque pro hac parte & veterum authoritates: Nam Lucanus de Martia & Cæſare ita inquit. lib. 2.

Fœdera ſola tamen, vanaq; carentia pompa,
Iura placent, ſacriſq; Deos admittere teſtes. & paulo poſt,
Pignora nulla domus, nulli coire propinqui,
Iunguntur taciti, contentiq; auſpice Bruto.

& Demea apud Terentium. In Adelph. iubet Aeſchyni filij nuptias abſque Hymæneo, facibus, & vllo apparatu confici, quæ ſi neceſſaria fuiſſent, credendum non eſt, patrē omittere voluiſſe, quamuiſque id Athenis actum fingatur, iidem tamen ritus videntur, qui & apud Romanos ſeruabantur, cum & omne ius tam ſcriptum, quam non ſcriptum a Grecis principio ſumptum fuerit. §. & non ineleganter. Inſti. de iu. na. gēt. Inqt vero Aeſchinus. Actu. 5. Scæna. 7. in Adelph.

Occidunt me quidem dum nimis ſanctas nuptias ſtudent facere, in apparando totum conſumunt diem. DE. Quid igitur Aeſchine? AESC. Hem pater mi tu hic eras? DE. tuus hercle vero & animo & natura pater, qui te amat plus, quam hoſce oculos, ſed cur non domum uxorem acceſſis? AESC. cupio, uerum hoc mihi mora eſt, tibicina & Himaneum qui cantent. DE. eho vin' tu huic ſeni auſcultare? AESC. quid? DE. miſſa hæc face, Himaneum, turbam, lampadas, tibicinas, atque hanc in horto maceriem iube dirui quantum poteſt, huc transfer, vnam fac domum, traduc & matrem, & familiam omnem ad nos. AESC. placet, &c.

Quæ nam hodie ad uerum Matrimonium, Iure ciuili, aut Pontif. requirantur.

5 *An iure ciuili, in matrimonio cōſenſus, verbis expreſſus requiratur, aut tacitus ſufficiat.*
2 *Iure Pontif. quæ ſolennia in nuptijs adhibeantur.*
3 *An omnia ſint omnino neceſſaria.*
4 *Differentia in diiudicando matrimonio inter ius ciuile & Pontif.*
5 *Cur iure Canon. expreſſa magis verba in nuptijs, quam iure ciuili requirantur.*
6 *Matrimonium clandeſtinum, uere quandoque eſt matrimonium.*
7 *Nati ex clandeſtinis nuptijs, an ſint legitimi.*
8 *Clandeſtinum matrimonium hodie quod dicatur.*

CAP. V.

ABolita deinde ea omnia vetoſta ſolennia fuere, legibuſque nouis introductum, vt matrimonium ſolo coeuntium conſenſu perficeretur, idque ſatis eſſet ad legitimam ſobolē comparandam. l. ſi donationum. C. de nup. paucis exceptis caſibus, vbi inſtrumenta dotalia ſunt neceſſaria, §. quia vero legem 1. Auth. vt lic. matr. & au. cum Gl. quem tamen conſenſum, vt manifeſtus eſſet, verbis exprimi lex iuſſit, Glo. l. cum notiſſimi. ver. ſolam. C. de præſcr. 30. ann. Aliter enim ad mulierem, vt vxorem, aliter vt ad cōcubinam accedendum eſt. Si quidem cum hac nobis, omnis vitæ conſortium, omnia diuina, humanaq; iura communia ſunt futura, l. j. de ritu nup. cum illa quicquid intercedit, plerunq; voluptatis gratia potius fieri intelligit̄. Nō nego tñ, & abſq; verbis matrimoniū iure ciu. iniri poſſe, dūmodo exteriore aliquo actu aut euidēti quopiā indicio, cæteris ſignificet̄, eū ea nos vxorio aīo verſari, l. in liberæ, cū gl. de ri. nup. & iđ qui in reb veneris cū muliere deprehēſus eſt, ita ſatis crimē excuſare poterit, ſi eā ſe veluti vxorē, non vt amicā cognouiſſe aſſerat, idq; aliqua ꝓbabili nitat̄ coniectura, Bal. c. 1. §. iniuria, de pace iu. nu. 39 & in l. j. C. de cōfeſ. nu. 35. q̄ quidē ex ꝑſonarū qualitate, conditione, tū vero ex mutua illa conſuetudine q̄ inter eos intercedit, facile colligi pōt, l. donat. de dona. vbi Imo ꝙ & infra agemus, cap. 19. Sed hæc iure ciui. Ius vero Pōtificiū aliud circa hæc ſtatuit: exigit. n. ſolēnia multa in ꝯhendis nuptijs, præter eorū ꝯſenſum, q iungi volunt, veluti vt a parentib. puellæ petant̄, honeſte dotent̄, Paranymphi nuptijs adſint, in tēplo a ſacerdote luſtrent̄, preces ſummo Deo nūcupent̄, & huiuſmodi q̄dā, c. 1. 30. q. 5. q̄ de ſacræ veteris legis ritib. ſumpta eſſe videntur, Tob. c. 7. 8 10. quarū tñ nōnulla facile quidē omitti poſſunt, cū honeſtatis tm̄ cuiuſdā cauſa requirant̄, quale illud ē, vt parentes filias ſuas viro deſpondeāt, iisq; æquā dotē cōſtituant, c. noſtrates, in fi. cū gl. 30. q. 5. alia vero ſi adhibita non ſint, non quidē matrimoniū ipſum vitiant, ſed magni eos q hæc ſolennia ſpreuerint, criminis reos reddūt. Hoſt. in ſum. de clandeſt. §. q̄ pœnā, & Abb. c. j eo. tit. Vnde & ius Pontif. has deinde non nuptias, ſed clandeſtina vocat matrimonia, mulieremq; ſic priuatim ductā, non vxorem, ſed concubinam. c. omnib. §. j. 34. diſt. & Card. in §. is qui, ead. diſt. Hincq; oritur quoque ſumma inter ius ciuile & Pont. differentia, Nā iure ciui. qui cū ingenua & ſibi æquali mulieri conſuetudinē habuerit, is præſumet̄ matrimonij eā ita cū illa verſatus eſſe, vt mō diximus, d. l. in liberæ, d. l. donationes. Aſt ius Pōtifi. niſi præſentib. teſtib. alijsq; ritib. ſeruatis, palā de vtriuſq; conſenſu initio ꝯſtiterit, eā coniunctionē ſecurā, adulteriū potius ſeu ſtuprū, q̄ matrimoniū interpretat̄, Gl. c. 1. 30. q. 5. & in c. illud, ver. vxorē, de præſūp. Vult. n. vtriuſq; coeūtis volūtatē oīno manifeſtā, verbiſq; expreſſā eſſe, c. tuæ, de ſpōſa.

Quod

Quod tamen non ideo factum eſt, quaſi conſenſus tacitus, ad verũ matrimonium conficiendũ, ſicuti & expreſſus idoneus non ſit, nam & ſolo conſenſu hoc iure conſtat matrimonium, c. ſufficiat. 27. q. 2 c. cum locum de ſponſa. Sed lex Pontif. quæ cuiuſque ſalutem præ oculis ſemper habet, c. ſignificaſti. 2. de homicid. vt periculis omnibus occurrat, in quæ naturæ noſtræ imbecillitas labi poſſet, illam partẽ quæ vnicuiq; tutior eſſe poſſit, ſemper amplectitur, gl. d. c. alter. 30. q. 5. Proptereaq; vbi verba non ſunt expreſſa, cum dubia ea ſit coniunctio, alteriusq; mutata voluntate, fraus facile committi, & dirimi matrimoniũ poſſet, c. ſi quis, ead. q. lex ad turpem omnem ſuſpitionem excludendam, tum etiam ne quis iudici queat imponere, voluit conſenſum hunc palã ſignificari, Prępos. Rub. de cland. deſp. Quæ res quoad matrimonij vim, Dei q; iudiciũ minus erat neceſſaria, cũ is ſatis intima cordis noſtri norit penetralia, intelligatq; qua mente & conſilio à nobis cuncta gerantur, c. tuæ, cũ gl. de ſponſal.

6 Propterea ſi quærat aliquis, an matrimonium ſic clam contractum, bona tamen coniugij fide matrimonium vere ſit. Reſpondendum eſt, id procul dubio re ipſa matrimonium eſſe, ex quo matrimonij cauſa vterque conſenſit, d. c. ſi quis. Card. Cald. Præpoſ. Rubrica de cland. deſp. Dec. conſil. 235. nu. 6. eccleſia tamen id ita interim non probat, quod illi iuſta ſolennia defuere. Intelligimus ergo, hæc non perficere matrimoniũ, ſed potius declarare. Quapropter ſi hi, qui ſic clam initio vt coniuges ſimul coierunt, rem deinde alijs, vt ſeſe habeat, detexerint, ij poſt non vt fornicatores, ſed veri coniuges etiam ante acto tempore fuiſſe in foro Pontiſ. iudicantur, c. 2. de clan. deſp. cum & antea vir ac mulier quoad affectũ, recte vxor & maritus appellari poſſent, c. omnibus. §. 1. 34. Diſt. quin & alijs quandoq; modis contingit, furtiuũ initio concubitum, poſt iuſtum connubium cenſeri, c. illud, de præſump. c. is qui fidem, de ſponſa Alexan. conſ. 151. in 5.

7 quos ſuo loco commodius referemus, c. 10. † Hinc ergo ſequitur, vt nec filij nati ex hoc clandeſtino coniugio illegitimi habeantur, præterquam ſi intra gradus prohibitos fuerint concepti, c. ſi § ſi quis vero. eod. tit. legis enim illa præſumptio, vt vbi ſolennia omnia adhibita non ſunt, fornicatio potius talis ſit cenſenda, in ipſorum furtim coeuntium odiũ, tantum recepta eſt, quæ non ideo legitimos filiorũ natales vlla in parte lædit, Abb. c. lator. qui fil. ſint legi. Dec c. eccleſia. de conſti. num 44. Alcia. Reg. 2. præſump. 5. Sed tutius multo erit, morem ab eccleſia in nubendo conſtitutum obſeruare, vt parentes quouis tempore, & ſuæ ipſorum famę, & liberorum ſuorũ conſulant. Si tamen alia eſſet alicuius ciuitatis conſuetudo, quæ aliquid ex his quæ ab eccleſia requiruntur, ſoleat omittere, non crederem eum nota dignum, qui patriæ inſtitutum ſequeretur, Soci. Iun. conſi 86. col. pen. & fi. in 5 cum traditũ ſit, ea tantum clandeſtina matrimonia dici, quæ præter morem, ritũq; patrium cõtracta

8 ſunt, † Bart. l. 2. C. de his qui ex publ. rat. lib. 10 Abb. c. fin. de cland. deſpon. nu. 9. Idcircoq; nec hodie amplius publica illa in eccleſijs denuntiatio propoſitis edictis videtur neceſſaria, de qua in c. fin. de cland. deſpon. cum ſatis ſit conuocatis amicis hæc ſolennia peragere, qui mos vbiq; ferè, ſed maxime in Italia adhuc viget, vt Doctores multi atteſtantur, Ioan. Lup. in Tract. de matri. & le. in 2. par. princip. Doct. & Præp. c. fin. de cland. deſpon. Quoniam tamen in hac re, magni nominis Ruinũ, in reſponſis ſuis variaſſe legimus, conſil. 14. num. 10. in 3. & idem contra in conſil. 51. num. 15. vol. 5. de ea latius infra agendum reſeruabimus, c. 10.

De varijs cauſis matrimonium impedientibus.

1 *Non licet eodem tempore plures uxores habere & quæ ſit ratio.*
2 *Cur inter propinquos matrimonium prohibeatur.*
3 *inter aſcendentes & deſcendentes, non conſiſtit matrimonium.*
4 *Inter tranſuerſales quando permittatur.*
5 *Apud Hebræos, cur fratris mortui uxorem ducere liceret.*
6 *Iure ciuili intra quem gradum nuptiæ prohibeantur.*
7 *Quid ius Canonicum ſtatuat, & cui magis ſtandum ſit.*
8 *De cognatione ſpirituali.*
9 *De cognatione legali. An ex his matrimonium impediatur.*

CAP. VI.

QVOD modo diximus, ad legitimorũ filiorum procreationem ſatis eſſe virum & vxorem inter ſe matrimonij cauſa conſentire, hoc tamẽ non vſquequaque, ſed moderate ſanè intelligendum eſt. Sunt enim certæ perſonæ exceptæ, cum quibus non recte nuptias contrahimus, & quaſi limites quidam præfixi, quos in nubendo tranſilire omnino prohibemur. Nec enim quod antea de pluribus gentibus & nationibus retulimus, apud quas ſine delectu nunc filij matribus, nũc patres neptibus, ipſiq; inter ſe fratres & ſorores, atque vni plures quandoq; miſcebantur, huiuſmodi monſtra & portenta ponus, Romani in ſanctiſſimas ſuas leges recepere: quin certis ordinibus diſtinctis, & gradibus quibuſdam conſtitutis, hoc illis præ cęteris fuit antiquiſſimum, ne belluarum more temere & fortuito ad tam verenda matri-

1 monij ſacra irrueremus, c. nuptiarum. 27 q. 5. † Principio igitur illud ſatis conſtat, eum qui rite vni mulieri iunctus eſt, non poſſe eodem tempore & iuſtam cum alia fœmina habere conſuetudinẽ, l. 2 C. de inc. nupt. l. eum qui. C. de adulter. huiuſmodi enim hominem vt fœdiſſimum, etiam Prætores in edicto infamia notauerunt, l. 1. in fi. l. quid ergo, de his qui not. infa. Siquidem barbarorũ potius mos ille eſt, vt inquit Cic. in Ver. *Solere aiunt barbaros reges Perſarum ac Syrorum plures uxores habere.* & Tacit. *Soli inquit Germani ex barbaris omnibus ſingulis ſingulis coniunguntur uxoribus.* Et licet apud Roma. olim Valentinianus Cæſar duarum ſimul vxorum coniugiũ permiſiſſet, Iulius etiam Cæſar liberorum quærendorum cauſa, vt quot quiſque vellet vxores ducere, legem ferre conſtituiſſet, Sueto. in Cęſ. c. 52. quod & Socratem, & Demetriũ, & Euripidem, & alios factitaſſe aiunt, Tiraq. de legib. connub. pag. 55. 59. fuerunt tamen hæc poſteriorib. legibus merito abrogata, l. nemo. j C. de Iudę. l. eum qui C. de adul. ſumma q; in eos qui ſecus facerent, pęna conſtituta, Alex. conſi. 165. in 7. Rom. conſil. 31. Nam cum & illi qui plurium fęminarum commercia appetunt, non leue incontinentiæ & libidinis ſuæ præbeant documentum, eum legamus antiquitus, quæ vno contentæ matrimonio fuerant, corona pudicitiæ ornatas, ob id ſcilicet quod exiſtimabant, eam quæ plures viros experiretur, ab intemperantia & laſciuia non abeſſe. Tum vero non dubium id eſt, eam ex nuptijs inter maritũ & coniugem neceſſitudinem conciliari debere, qua nulla arctior poſſit exiſtere, quippe quæ non corpora tantum, ſed & animi affectus, gaudia, dolores, voluptates, perturbationesq; communes reddat, mutuoque in omnibus officio, & voluntate eos deuinciat, l. 1. de ri. nup. l. aduerſus. C. de crim. exp. hæt. Quod ſi aliquis hæc ipſa non vni tantum, ſed pluribus mulieribus voluerit impartire, is profectò veræ & integræ amicitiæ ius videtur peruertere, quæ cum duorum vinculo perfęcte ſolidetur, non in plures diſtrahenda, ſed duorum tantummodo animorum iugo vincienda, perpetuoq; ita eſt retinenda, Ariſt. ethic 8. c. 5. quam rem & multis alijs rationibus, multi maximi & clariſſimi viri comprobauere, Lactan lib. 3. c. 21. Laert. in Zeno. Ariſto. polit. 2. c. 1. Card. c. dilectiſſimis. 12. q. 1. num 9. Quibus non obſtant contraria exempla ſanctorum virorum Iacobi, Abrahami, Lamec, qui plures vxores leguntur habuiſſe, nam vt Innocentius Pontif. ait, c. gaudemus. de diuor. verſi. nec vlli, cum illis ita diuino afflatu ſuadente licuerit, noſtrum non eſt rem tam arcanam & ſacram communibus regulis aut exemplis con-

2 ferre, c. duæ ſunt. 19. q. 2. quod & ſupra attigimus. † Fuerunt præterea & inter propinquos, qui maxima eſſent inter ſe ſanguinis coniunctione deuincti, coniugia prohibita. An ob id fortaſſe, quod naturalis neſcio quid verecundiæ nobis innatum eſt, qua huiuſmodi ſanguinis commixtionem in coniunctis abhorremus? An quod nuptijs neceſſitudines augeri debent, & per eas plurimorum nobis ſocietatem & coniunctionem adiungere, cap. ſ. 35. q. 5. An quod mulieres propter imbecillitatem, multorum ope & auxilio egentes, propinquis idcirco nubere noluerunt, vt ſi qua à ſuis viris iniuria afficerentur, cognati opem ferrent, quod Plutarch.

3 tradit? † Illud quidem certũ eſt, inter aſcendentes & deſcendentes iuſtum matrimonium tam ciuili quam Pontificio iure nõ poſſe conſiſtere, l. nuptiæ, cũ glo. de ri. nup. quod cũ & olim apud veteres diu obſeruatũ fuiſſet, vir quidam deinde ſanè pauper, cæterum bonus & in primis popularibus acceptus, neptem cui ampla dos fuerat relicta, primus in matrimonium duxit, qua de re à multis accuſatus, cum & idem multitudinis iudicio abſolutus fuiſſet, plebiſcitum deinde factũ eſt, vt in ducenda vxore, vſque ad neptes deſcendere liceret, ſuperior neceſſitudo prohiberetur. Plutarch in Problem. Hodie tamen vſque in infinitum huiuſmodi nuptię vetitæ ſunt, Hoſt. in ſum. de conſ. & affin. §. item quæritur, quod & in iis qui parentum filiorumve loco habentur, qualis eſt nouerca & nurus, iure optimo procedit, §. affinitatis. §. ſocrum. Inſti. de nupt. tametſi Antoninum Caracallam legamus, Iuliam nouercam vxorem duxiſſe, cauſatus

4 Principi quodcunque liberet, impune licere. † Inter eos vero qui ex trãſuerſo nobis iungunt latere, licet non in infinitum, ſunt tñ & vſq; ad certum gradum vetita connubia, quod quidem varie apud veteres obſeruatum eſt. fratris. n. filia ra

dicere:

ducere legibus antea prohibebantur, ſed vbi Claudius Cęſar,
Sueton. in Claud. c. 26. tem deſuctam vſurpans, Agrippinam
quam maxime deperibat, ſibi vxorem deſponſauit, idem
paſſim ceteri deinde Principes licere voluerunt, quod tamē
deinde a Nerua fuit ſeuera conſtitutione prohibitū, Dion
in vita Neruæ, hodieq. ſeruatur, § fratris Inſti. de nupt. Fra-
tris etiam defuncti vxori, aut vxoris defunctæ ſorori copu-
lari antea licebat, l. j. C. de inc. nup. in C. Theo. Cęcilius enim
Metellus vxore defuncta, illius ſorori nupſit, & L. Craſſus ex
defuncti fratris vxore filios ſuſcepit, quod Hæbreis, lege ve-
teri expreſsè erat præceptum, vt ſcilicet fratris, qui ſine pro-
le deceſſiſſet, ſemen ſuſcitaretur Deute. 25. Lucæ 20. Hodie
& hoc vtroque iure eſt abrogatum, c. ſi quis deſponſauerit.
27. q. 2. c. fin. de diuor. l. tanquam C. de inc. nup. in C. Theod.
Illud enim quod iis priſca lege ſub verborum inuolucris iuſ-
ſum fuerat, aperte deinde, quid id ſibi vellet, declaratum eſt.
c. olim. 8. q. 1. Præterea Hæbrei ipſi, vt tradit S. Auguſt. li. 1t.
de ciui. hoc maxime curabant, ne propinquitas nouis pro-
paginum ordinibus ſe ſenſim dirimens, quaſi euaneſceret,
ideoq; cognationem antea ceptam, rurſum matrimonij vin
culo colligabant, & quodammodo fugientem reuocabant,
vt in vna familia, vel tribu opes in perpetuum permanerēt,
Moyſe ita dicente, Num. 46. Omnes viri, ducant vxores de
tribu & cognatione ſua, & cunctæ fœminæ de eadem tribu
maritos accipiant, vt hæreditas permaneat in familijs. Cum
enim in bonis, quæ in vnamquanq; tribum fuerant æquali-
ter diſtributa, Num. 26. & fœminæ ab inteſtato ſuccedere
poſſent, Num. 27. curabant idcirco vt in propria familia nu-
berent, ne bona in diuerſam tribum peruenirent, poſſeſſio-
que antea recte diuiſa conturbaretur, alienæq; familiæ locu-
6 pletiores redderentur, Ruth. 4. Thob. 7. † Sed hæc iam deſue-
ta & obliterata ſunt. Diuerſæ enim prorſus tam ciuili quàm
Pont. iure connubijs hodie leges ſunt præfinitæ, ſiquidem
ius ciuile quaſcunque intra tertium cognationis gradū con
tractas nuptias damnat, in quarto & reliquis (dum tamen
de iis perſonis non agatur, quæ parentum loco habentur,
§. item amitam. cum glo. Inſt. de nup.) approbat & admittit,
§ duorum. Inſti. eod. l. nemini. C. eod. Sic enim Brutus Por-
tiam Sobrinam, & Scipio Naſica Sobrini Aphricani maio-
rem filiam ſibi deſponſaſſe fertur, quod & vnicuiq; licebat.
Iure vero Cano. & olim variatum fuit: Fabianus enim quar
tum affinitatis gradum interdixerat, c. de propinquis, 35. q.
3. poſtmodum Iulius non quarto contentus, rem vſque ad
ſeptimum perduxerat, c. nullum. q. ead. quod & ipſum Gre-
gorius comprobarat, c. de affini. q. ea. Viſum tamen deinde
nimis hoc ſeuerum eſt, cum nemo ferè connubium in pro-
pria poſſet ciuitate reperire, & idcirco Innocen. III. vt in ſe-
cundo affinitatis genere nuptias admiſit, ita quartum con-
ſanguinitatis & cognationis gradum excluſit, quod & ho-
die ſeruatur, eſtq; plurimum in vſu, c. non debet, de conſ.
7 & affini. † Illud quidem omnibus notiſſimum eſt, non eo-
dem modo gradus iure ciuili & cano. dinumerari, cum ius
ciuile quoad tutelas, hæreditates, ſucceſſiones, eos recen-
ſeat, Ius vero Pont. ratione matrimonij & coniunctionis de
ijs agat, vnde & in propria quodlibet materia ſeruandū erit,
8 c. ad ſedem 35. q. 5. † Sanè & ad impediendas nuptias illa po
tiſſimum affinitas conſiderari ſolet, quæ ex luſtricia ſacris
(cognationem ſpiritualem vocant) contracta eſt, c. ij. de co-
gn. ſpir. in 6. Etenim ſi arctior ſanguinis coniunctio legitima
impedire matrimonia apta eſt, quo magis hoc ex diuinis ſa-
cramentis profecta cognatio efficere debebit? c. 1. 2. 30. q. 3.
cum præſertim is, qui pueri in hia ſacris patrinus fit, Deo
fideiubere videatur, ſe in illum quæ ab optimo parente ſo-
lent officia proficiſci, egregie collaturum, cap. vos ante, de
conſecr. diſt. 4. Prohibet igitur quamplures perſonas huiuſ-
di cognatio inter ſe nubere, glo. c. j. §. fin. de cogn. ſpir. in 6.
Abb. c. Martinus, eod. tit. quod non tam Principum conſti-
tutionibus, l. ſi quis alumnam. C. de nup. ſed & Pont. Decre-
tis ſępiſſime eſt traditum, to. tit. de cogn. ſpir. & 30. q. 2. 3. 4.
etiamq; in illegitime natis locum habet, Abb. c. fi. de cogn.
9 ſpir. † Illa etiam cognatio nuptiis impedimento eſſe ſolet,
quæ ſolo iuris ciuilis vinculo iſtigitur, adoptioneq; contra-
cta eſt. Cum n. ad veri matrimonij ſimilitudinē ſit inſtituta,
non patitur parentes aut fratres ipſos inter ſe copulari, c. j. c.
per adopt. 30 q. 3. ſuoſq; & ipſa ordines conſtitutos habet,
quos egredi non licet, gl. C. vn. de cogn. leg. Quæ tamē om
nia tunc demum legitimam ſobolem afficiunt, niſi iuſtus er
ror, probabiliſq; ignorantia, parentes ab omni crimine ex-
cuſaret, c. ex tenore. qui fil. leg. c. fin. de cland. deſp. Ea autem
cuiuſmodi eſſe debeat, vt nihil filijs noceat, Doctores late
declarare ſolent, Dec. conſi. 153. 154. dicemus infra c. 9.

An ex illicito concubitu, affinitas ulla oriatur, quę matrimonium impediat.

1 *Affinitas quid ſit.*
2 *Illegitimi non dicuntur coniuncti, niſi certis caſibus. nu. 6.*
3 *Ad impediendas nuptias, illegitimi nihil à legitimis differunt.*
4 *Affinitas cum illegitimis, quomodo conſideretur, tam iure ciuili quàm Pontifici.*
5 *Affinitas iuſta quæ ſit, & quæ naturalis tantum.*
6 *Quo caſu illegitimi, conſanguinei, appellentur.*

C A P. V I I.

INTER cętera, quæ matrimoniū inter aliquos iūgi
prohibent, ſupra diximus affinitatem memorari,
vbi ea intra quartū gradum nobis antea cū aliquo
intercedebat. Verū id nunc in quæſtionē venit, vtrū ex qua-
cunq; vel illicita coniunctione, an vero ex legitimo tm̄ ma-
trimonio hæc affinitas oriaī, puta, fuit mihi qn̄q; cū aliqua
muliere conſuetudo, poterit ne filius, aut frater meus, illam
amplius vxorē ducere? aut ergo illius matrē, ſororē, nepotē?
Res prima quidē facie, eam partē vr̄ ſuadere, quæ fauet ma-
trimonio, vt id libere inter eos contrahi poſſe dicaī. Primo,
1 † quod ſcimus affinitatē dici, coniunctionē perſonarū, quæ
antea diuerſarū erant cognationū, per nuptias copulatam, l.
non facile. §. affines, de gra. affi. Vbi ergo nuptiæ non erunt,
ibi nec affinitas vlla coniūgi poterit, d. l. non facile. §. ſcien-
dū. Deinde ꝙ cū affinitas, & ciuili, & Pont. iure, vti res hone
ſtiſſima ſit recepta, non vr̄ ea ex his cōplexibus, qui turpes &
illiciti ſunt, poſſe exiſtere, cū id, qđ per ſe facinoroſum, indi-
gnūq; eſt, nihil decens, honeſtūq; vnquā parere valeat, c. le-
2 gi. 16. q. 1. c. cū Paulus. j. q. j. † Poſtremo ꝙ illegitime nati, nul
lo prorſus iure nec ciuili, nec naturali, patri ſuo vnde affini-
tas oriī, iuncti eſſe intelliguntī, quin ab eo, ciuſq; agnatis pe-
nitus alieni, l. ſi ſpurius, vnde cogn. Auth. licet, in fi. C. de nat.
lib. Bald. l. cū legitime, de ſta. ho. Quid ergo eos prohibebit,
nuptias inter ſe conficere, ſi nulla antea ſimul neceſſitudine
ſunt copulati? Vereor ego tm̄ ne contraria ſnīa verior mul-
to ſit, quā alijs probare rationib eſſet ſuperuacaneū, cū ex-
preſsè multis locis & ciuili & Pont. iure traditū ſit, nihil in-
tereſſe ad impediendū matrimoniū, an ex iuſtis nuptiis co-
3 gnatio deſcendat, † aut iniuſtis, l. & nihil, de ri. nupt. cum ex
quocunq; cūcubitu affinitas cōtrahi ſoleat, c. diſcretionē. c.
pe. de eo qui cog. conſ. c. per tuas, de proba. vbi Dec. a. nota.
Id vero ita receptū dr̄, vt quāuis cæteris in rebus, illegitime
nati, nullum ius coniunctionis à patre ducant, in hac vna tm̄
cauſa, vbi de matrimonio agitur, voluerint leges eorū per-
inde, ac legitimorū rationē habendā, eo qđ in matrimonijs,
naturale ius, & pudor in primis inſpiciēdus eſt. Cōtra pudo-
rem aūt eſt, eas perſonas, q̄ à nobis ſanguinis ſemina hauſe-
runt, inter ſe ita copulari, l. adoptiuus §. ſeruiles, de ri. nup. l.
4 liberi, cū gl. C. de nup. Ange. conſ. 401. nu. 9. † In eo quidē fa-
teor adhuc eſſe controuerſiā, qđ volūt Doct. gl. § affinitatis.
Inſt. de nupt. quis cū illegitimis æque ac cū legitimis eadem
connubij iura ſeruenī, lege tm̄ ciuili, cū his affinitatē nullam
vnquā cōſiderari, ſed quiddā aliud potius eſſe, qđ matrimo
niū impediat celebrari, eo qđ affinitas hoc iure non niſi ex
iuſtis nuptijs oriatur, d. §. ſciendū. Iure vero Pont. ſecus eſſe,
cū ex quocunq; concubitu illa contrahaī, d. c. diſcretionem.
ver. affinitas, & c. pe. eo. tit. Et propterea non eodē mō affini
tatē iure ciuili, ac canonico aiunt diffiniri, Io. And. 35. q. 5. in
Arb. affi. Ego vero aliter ſemper putaui. Videlicet iure ciui-
li, quoad impediendas nuptias, nobis cū vulgo quęſitis filiis,
ius neceſſitudinis intercedere, & idcirco fratrē legitime na-
tū, prohiberi vulgo quæſitā ſororē ſuā vxorē ducere, quod
inter eos cognatio ſpectetur, & eadē ratione patrē natura-
lem cū filia ſpuria nō poſſe copulari, l. adoptiuus. §. ſeruiles.
eod. ſicuti nec filij cū patrū ſuorū concubinis, l. liberi. C. de
nup. Hanc aūt ſiue cognationē, ſiue affinitatē, iuſtā quidem
dici non contenderim, ita vt cæteris in rebus, veluti hæredi-
tatibus, tutelis, teſtimoniis dicēdis, & hi affiniū numero ha-
beanī, iuxta l. Iuriſc. in prin. de grad. affi. Sed quoad hanc tm̄
cauſam dico, vbi de nuptiis celebrādis agiī, eos vt affines, iu
re ciuili recte cēſeri poſſe, gl. l. non facile. §. affines. eo. Azo
in ſum. C. de nup. §. eſt aūt, ſicuti & iure canonū, ob idq; nul
lā inter hæc duo iura, quoad hāc rem, differentiā ſupereſſe,
cū in dubio, Ius ciuile contrariū Pontificio non præſumaī,
niſi euidentiſſime expreſſum ſit, c. j. de ope. no. nunt. vbi no.
videamuſq; canones hanc affinitatē vocare, q̄ etiā ex illici-
to cōplexu oriī, d. c. diſcretionē, id tm̄ vbi tm̄ de matrimonij
agiī coniūctione, qđ ēt cū iure ciuili conſentit, Proſdoc. in
trac. de affi. nu. 3. 4. Erit igiī quæ ex iuſtis nuptiis deſcendit,
illa quidē affinitas latè patens, ciuilis, naturalis & legitima,
Aſt hęc quę ex fornicatione producitur, naturalis tm̄ & ille-
gitima,

gitima, vt Hoſtienſis ait, in ſum. de affini. §. j. proptereaq; in
hac tñ cauſa obſeruata, vbi de matrimonio agiť copulando.
Quod ſanè præcipuè notandũ erit, vt ſciamus hoc ſaltẽ caſu
illegitime natos, cõſanguineos & cõiunctos rectè dici poſ-
ſe, Feli. Dec. c. per tuas. de pb. 2. notab. tametſi cæteris in re
bus ſecus forte ſit, vt infra latius diſputandum erit, c. 60.

An hodie in nuptijs filiorum, conſenſus patris ſit neceſſarius.

1 *Cur lex ciuilis, patris conſenſum in nuptijs neceſſario requirat.*
2 *In matrimonijs præualet lex Pontificia.*
3 *Iure Canonico conſenſus patris neceſſarius non creditur.*
4 *Contra late diſputatur.*
5 *Poſt 25 annum, filia ſine patris conſenſu etiam iure ciuili nubere poteſt.*
6 *In matrimonijs ſpectandum, non quod licet, ſed quod honeſtum eſt.*
7 *Vbi pater, filij nuptijs non vult conſentire, quid agendum.*
8 *Quid in ſtatuto, quod propinquorum conſenſum in contractibus requirit.*
9 *Patris poteſtas in ſpiritualibus quando negligatur.*
10 *Dictio, ſolus, non excludit caſus ſimiles.*
11 *Declaratio. c. ſufficiat 27. q. 2.*
12 *Declaratio. c. cum cauſam. de raptor.*
13 *Standum iuri ciuili, vbi aliquid dubium eſt iure canon.*
14 *Matrim. abſq; conſenſu patris perfici non debet, ſed perfectũ, permanet.*

C A P. VIII.

SVNT & aliæ plures cauſæ quæ iuſtũ impediunt
matrimoniũ contrahi, gl. § illud. Inſti. de nupt.
ver. enumerari. ex quib. nos vnam tñ, quæ præ-
cipua eſt, in præſenti perſequemur. Iure. n. ciuili
filiusfa. abſq; conſenſu patris, aut eius in cuius
eſt ptãte, nuptias conficere non poteſt, l. 2. de ritu nup. l. ſi vt
1 proponis C. eo. † An vero id ita lex ſtatuit, quod viſum hoc
admodũ eſt iuri naturali congruũ, vt quib. in reliquis pare-
re debemus, l. velut. de iuſti. & iu. in nubendo ẽt eorũ con-
ſenſum adhibeamus, Inſti. de nup. in prin. An qđ patres opti-
mũ pro filijs capiant conſiliũ, l. nec in ea. de adul. ipſisq; cau
tius multo & rectius quã ſibi met conſulere exiſtimentur, l.
iſti quidẽ. quod met. cau. An quod res hæc maximi ſit mo-
menti, ad quam oẽs ferè vitæ noſtræ actiones diriguntur, in
eaq; deliberanda maturo opus ſit conſilio, nõ iuuenili & te
merario forte animi impetu? Planè ſciendũ eſt, in iis tñ filijs
hoc conſtitutũ, qui in ſacris paternis eſſent, l. in coniunct. C.
de nup. ad emancipatos hanc legem minime pertinuiſſe, l. ſi
filius, de ri. nup. l. 3. §. ſi fil. de cont. tab. Contra ea tñ ſtant ho
die iuris Pont. ſanctiones, quæ generaliter quoſcunq; filios
ſeu in ptãte, ſeu emancipatos, ab hoc conſenſu impetrando
liberãt, præualentq; hæ procul dubio iuri ciuili, cũ in matri-
2 monij cauſis Imperatoria lex Pontificiæ vbiq; cõcedat, † c.
ſi. de lec. nup. c. Euphemiũ. in fi. 2. q. 1. Omiſſus vero hoc iure
eſt conſenſus patris ea de cauſa, qđ cum matrimoniũ res ſa-
3 croſancta & ſpiritualis cenſeať, † gl. c. veniẽs. ver. neceſſaria,
de tranſact. in eo patria ptãs attendi nõ debuit, c. fi. de iud. in
6 cum illa q̃ inſtinctu Dei aguntť, ſub lege hoĩum non ſint, c.
licet, de reg. c. duæ ſunt. 19. q. 2. Ideoq; ſolus hoc iure ipſorũ
nubentiũ conſenſus requiſitus eſt, c. ſufficiat. 27. q. 2. c. cum
apud. de ſpon. permiſſumq; mulieri, vt inuito & reclamante
patre ſibi coniugem valeat adſciſcere, ſintq; eæ legitimæ nu-
ptiæ, c. cum cauſam. de rap. nec à patre idcirco exhæredari
poſſit, Abb. c. j. de deſp. impu. & conſ. 22. quod lege ciuili li-
cuiſſet, Aut. ſed ſi poſt. vbi Caſtr. C. de inof. teſt. Quin coegit
canon patrem ad dotẽ & oĩa neceſſaria ibi ſubminiſtranda,
tametſi eo inſcio connubiũ ſit celebratũ, gl. c. fi. 32. q. 2. Bar.
l. 2. §. qđ ſi in pat. ſol. matr. voluit. n. matrimoniũ omnimoda
libertate gaudere, c. gẽma. c. requiſiuit, de ſpon. adeo ut nec
lege municipali contrarium caueri poſſit, Alex. cõſ. 97. in. 1.
Dec. c. eccleſia, de conſti. nu. 41. Cui rei & diuina illa ſnĩa aſ-
ſentire vť, ita in his nuptijs inſtituendis à Deo prolata, nimi
rũ vt relinqueret quis patrem & matrem ſuã, adhæreretq;
vxori, Gen. c. 2. quaſi hæc ſolius nubentis voluntate non ab
alieno pendere deberẽt arbitrio. Et hæc opinio ita cõiter ab
oĩbus Doctorib. eſt recepta, glo. l. Paulus. de ſta. ho. & c. j. de
deſp. impub. Bal. l. 2. de nup. Caſtr. Aut. ſed ſi. C. de inoff. teſt.
Anch. cõſ. 21. Ang. 39. Alex. 97. in j. Dec. cõſ. 231. vt hucuſq;
neminem ego reperim, qui contrarium ſentire auſus fuerit.
4 Videamus nos an diuerſa opinio meliorib. nitať argumẽtis,
vt cũ ſingularis rectè dici poſſit, ſimul & illã honeſtiorẽ, lon
geq; cõi ſnĩa æquiorẽ eſſe demonſtremus. Hoc aũt facile &
exemplis & rõnibus, & legib. probare poſſumus. Scimus. n.
peruetuſtã hãc admodum cõſuetudinẽ fuiſſe, vt in filiorum
nuptiis cõſenſus patris intereſſet, c. tria. 36. q. 1. cum duxerit
vſq; à Moyſe originem, quem nõ ſine afflatu diuino cũcta
geſſiſſe cõperimus. Is aũt ita ſtatuerat, Exod. 22. Si ſeduxerit
virginẽ nondũ deſponſatã, dormieritq; cũ ea, dotabit illã, &
habebit vxorem, ſi pater virginis dare noluerit, reddet pecu
niã iuxta modum dotis, quam uirgines accipere conſueue-
runt. Hoc modo filium Thobiæ Sarã vxorẽ duxiſſe, illam ei
tradente Raguele patre legimus, Tob 7. & Rebecca explo-
rato prius Bathuelis patris conſenſu Iſaac deſpondeť, Gen.
24. c. honoranť. 32. q2. & Hemor rogat Iacob patrẽ Dinæ, &
eius fratres, vt illam filio ſuo Sichem iungant matrimonio,
Geneſ. 34. & Thamar non prius ſe ab Ammon iniri patiť, q̃
is cũ Rege patre de ea re loquať, Reg 2. c. 13. Sic in Decalo-
go Deus ipſe præceperat, vt parentib. honos habereť, qđ &
ad hæc nuptiarum ſolennia referendum, Theologi quidam
tradidere. Idem quoq; Ethnicos obſeruaſſe Apuleius ſigni-
ficat, qui lib. 6. Venerẽ inducit argumentantẽ, non videri le
gitimas inter Pſychen & Cupidinẽ nuptias, eo qđ res acta eſ-
ſet furtim, patre non cognoſcente. Hoc aũt totum num ma
xima innitiť rõne? cum parentes filiorum vtilitati ita proſpi
ciant, vt propria quodãmodo cõmoda negligãt? l. iſti quidẽ,
qđ met. cau. q̃ coniectura adeo potens eſt, vt multa alioquin
filijs ipſis damnoſa & inutilia, ea quo tñ a patre ſunt geſta,
lex ſemp in meliorem partem interpreteť, vtq; illis ſalutaria
approbat & admittat, Bar. l. ſ nu. 22. de vulg. arg. l. cũ quidã.
5 C. de leg. † Quæ vero tandẽ ex hoc patris conſenſu filijs, aut
iniuria aut dãnum põt emergere? nam ſi vltra 25. annum fi-
liã deſpõſare diſtulerat, tũc libere ea ſibi maritum põt eligere?
§. aliud quoq; in fi. Aut. vt cũ de appel. cognoſ. intra eam &
ætatẽ ſi bonum virũ fuerit nacta, eiq; genere & opib. æqua-
lem, iudicis officium implorare, qui vel patrẽ ad id ẽt nolen-
tẽ adiget, vel illam congruo modo dotandã curabit? l. qui li-
beros, de ri. nup. Abſurdum certe hoc nimis eſt, nobis igno
rantib. vel inuitis bonorũ noſtrorum ſucceſſores nobis ali-
quos oriri, arg. l. in bello. §. medio, de capt. & poſtl. reu. Adde
qđ lex dicit, non ciuili tñ, ſed naturali iure hoc inſtitutũ fuiſ
ſe, vt patris conſenſus in nuptiis præcederet, Inſt. de nupt. in
prin. quæ verba arguunt oĩno, vix poſſe quicquã in contra-
rium recte decerni, §. ſed naturalia, de iu. natu. gent. Sed quis
nnquã contrarium ſtatuit? non ne & Euariſthus Pont. aliter
legitimum nõ poſſe fieri coniugium dixit, niſi à parentibus
puellæ peteretur? c. aliter. 30 q 5. Et Leo Pont. abſq; paterno
conſenſu non iuſtas haberi nuptias? c. non oĩs. 32. q. 2. qđ &
Toleta. concilio cõprobatum eſt? c. hoc ſanctũ, ea q. Diuus
ẽt Ambro. virginalis non eſſe pudoris maritum ſibi ſponte
eligere ait, c. honoranť. ea. q. in matrimonijs aũt contrahen-
dis ius naturale & pudor inſpiciendus eſt, l. adoptiuus, de ri.
nup. idq; maxime non qđ licet, ſed qđ & honeſtũ eſt, l. ſemp.
6 eo. tit. † Quid aũt æquius eſt, quam parentum arbitratu filiã
copulari? c. fin. 36. q. 2. tum vero quid huic ſnĩæ valde repu-
gnet, non inuenio. Nam & ſi libera iure cano. debeant eſſe
matrimonia, c. cum locum, de ſponſa. eadẽ met tñ libertas &
iure ciuili requiri ſolet, l. fi. in fi. C. de ſpon. quo quidẽ patris
7 conſenſum ſcimus eſſe neceſſarium. † Nec. n. contrahendi
matrimonij facultas idcirco dř impediri, cum patre conſen
ſum adhibere negante, iudex ad id partes interponat ſuas.
l. qui liberos, de ri. nup. Bart. l. j. § ſi plures, de exercit. num. 9.
Requiſiuit. n. eius conſenſum lex, quod exiſtimauit eum vt
diximus bene filijs conſulturum, l. ſi pater. C. de ſponſ. quod
ſi ſecus acciderit, iudex quod in patre deſideratum fuit, re-
poneť, filiorumq; votum patris præponet obſtinationi, l. vi-
duæ. C. de nup. Cumq; aliàs & iure ciuili omnia ad matrimo
nium impedimenta reijcianť, l. cum ita. l. hoc modo de con
di. & demon. valet tñ conditio legato adiecta, ſi mulier ẽm
Sempronij conſilium nupſerit, l. Theopomp. de do. præle.
Nec. n. his verbis nubendi facultas ulla in parte imminuitur,
cum mulier eius quidem conſilium exquirere, non tamen
id neceſſario ſequi, qualecunq; id fuerit, cogať, Caſtr. Alex. l.
turpia. §. j. de leg. j. Fel. c. ex parte. de conſt. Bart. l. j. § ſi plures,
col. 4 de exercit. † Sic & ſtatutum quod in fœminarum con-
8 tractib. duorum propinquorum conſenſum expoſcit, idcir-
co ſuſtineť, quod ſi illi abſq; iuſta cauſa conſentire negent,
tunc quod à mulierib. geſtum erit, irritum eſſe non intelli-
giť, Bar. l. j. ſi cũ dotẽ. §. eo tpe. ſol. ma. Caſt. l. j. C. vnde vir. &
vx. Vnde quod dř patris ptãtem in ſpiritualib. eſſe negligen-
9 dam, id forte poſſet procedere, ſi ea in his aliquo nobis eſſet
impedimento, quod in quæſtione noſtra locum non habet.
Nec me mouet, quod alibi ſolum eorum qui matrimonio
iungi volunt conſenſum inquiri lex ait, c. cum apud. de ſpõ.
c. ſufficiat. 27. q. 2. † Nam crederem ego nõ ideo parentes his
10 verbis licet præfinitis excludi, gl. d. c. ſufficiat, prout & ſtatu-
tum quod ſoli epiſcopo rerum adminiſtrationem cõcedit,
capituli tamen cõſenſum tacite requirit, Arch. c. 2. de accuſ.
in 6. & edictũ quod liberis qui ad bonorũ poſſeſſionem con
tra tabu. admiſſi ſunt, legata ſolis parentibus & liberis præ-
ſtare iubet, l. j. de bo. poſt. contra tab. plures etiam alias per-
ſonas

ſonas complectitur, quibus præſtanda ſunt. d.l. de leg. præſt.
Vnde generaliter proditum eſt, huiuſmodi dictionibus, nun
quam vel ſimiles, vel connexos caſus excludi. Bal. Iaſ. nu. 7. l. j.
C. de bon. poſſ. cont. tab. Quin vt ingenue fatear, contrarium
potius hæc verba ſignificare diaerim, vt ſcilicet id ibi Canon
velit, & patrem in his nuptijs omnino adhibendum, Air ſi
quidem. d. capit. ſufficiat. 27. quæſt. 2.
11 † Sufficiat ſolus ſecundum leges cōſenſus eorum, de quo-
rum coniunctione agitur. Non igitur ſimplicem illorum cō
ſenſum tantum ad hoc idoneum ait, ſed talem probat, qualē
leges expoſcunt, munitum nempe patris cōſilio, quod & alia
Decreta oſtendunt, c. pen. ſi. 32 q. 2. quæ quamuis ſecundum
honeſtatem & æquitatem quandam loqui concedamus, glo.
fi. d. c. fina. adigunt nos illa tamen, perinde ac in veri & legiti-
mi præcepti vim prolata, Dec. c. j. de cōſt. nu. 15. Aut dicamus
de ſolo ibi conſenſu mentionem fieri, vt demonſtretur, abſ-
que etiam concubitu perfici matrimonium poſſe, non quod
paternam ideo voluntatem voluerit excludere, vt ex præce-
denti Canone ſignificatur. c. matri. 27. q. 2. & facit. l. nup. de re-
gu. iur. Illud magis vrgere videtur, quod dicitur, d. c. cum cau-
ſam, de raptor. illum raptorem non eſſe, qui puellæ aſſenſum
habuit, & prius eam deſponſauit, quam cognorit, licet paren-
tes reclamarent, a quibus dicitur eam rapuiſſe. Sed ego ver-
12 ba illa interpretor, † vt in nuptijs conſenſus quidem patris af-
fuerit, a raptu vero diſſenſerit, colligiturque omnino hoc ex
tex. illo, vbi de nuptiis nihil agitur, ſed tantum de raptu, qui
ratione puellæ commiſſus quidem non dicitur, cum ante de
ſponſata eſſet, & tunc aſſenſerit: ratione vero parentis dicitur
rapuiſſe, cum illo reclamante eam abduxerit. Scimus enim ra
ptum tam parentum ratione, quam & puellæ ipſius commit-
ti, c. j. c. cum de raptoribus. 30. q. 2. Non obſtat quod de diui-
no præcepto dicebatur, Geneſ. cap. 2. in fi. nam illud ad coniū
ctionem & ſocietatem eſt referendum, propter quam quis a
parentibus merito ſecedere poteſt: debet enim quis malle cū
vxore ſua vitam degere, quam a parentum latere non diſce-
dere. Quod ſi & authoritates has, vel ſi quas his ſimiles, com-
munem opinionem adiuuare dicas, cum tamen ſupra nos q̄
plures alias his contrarias adduxerimus, c. aliter. c. nō omnis.
cap. hoc ſanctum. c. honorantur, adeo vt hoc iure res ambi-
gua dici poſſit, habeamus hoc deinde apertiſſime iure ciuili
13 deciſum, exiſtimarem ego ſemper † ex communi Doctorum
pronuntiato, ſiquid alterutro iure dubium eſt, altero dein-
de manifeſtum, illi ſemper ſtandum eſſe, quod quæſtionem
minime indubitatam reddit, atque ita ex ciuilibus legib. hāc
rem totam terminandam, Doctor. capitulo primo, de oper.
nou nunnatio.
14 † Id tamen poſtremo non reticebo, poſſe & mediam quā-
dam in hac re opinionem adſtrui, quæ cæteris æquior forte,
& probabilior videatur, nempe vt dicamus, iure etiam Pon-
tif. conſenſum patris ea præcepto requiri, ſi tamen adhibi-
tus non ſit, matrimonium non ideo dirimendum, tum quia
& alias multa legibus prohibentur ne fiant, quæ tamen fa-
cta ſolent ſuſtineri, l. patre furioſo. tum quia publicæ honeſta
tis ratio magis lædi videtur, ſi ideo coniugium diſſoluatur,
quam ſi paternus conſenſus fuerit omiſſus, cum amiſſa ſemel
pudicitia, amplius nequeat reuocari, cap. ſi Paulus. 32. quæſt.
quinta. Sumpta vero eſt hæc opinio ex libro ſententiarum Iu
lij Pauli, qui ita ait, in libro ſentent. 2. capitulo. de nuptijs.
Eorum qui in poteſtate patris ſunt, ſine voluntate eius matri-
monia iure non contrahuntur, ſed contracta non ſoluun-
tur. Contemplatio enim publicæ vtilitatis priuatorum com
modis præfertur.

*An ex matrimonio, quod putatiuum dicitur, filij legiti-
mi oriantur.*

1 *In matrimonio error iuris & facti, filios legitimos reddit.*
2 *Matrimonium quando dicatur palam contractum. & nu. 4.*
3 *Ruinus ſibi contrarius in conſilijs ſuis, & nu. 7. 12.*
4 *Patriæ inſtitutum in matrimonijs ſeruandum.*
5 *Error quilibet in matrimonio clam contracto, nocet filijs.*
6 *Vbi error in facto affuit, filii iuſti oriuntur. tam iure Pontific. quam ci-
uili.*
7 *Error parentum in iure, nocet filiis vt legitimi non dicantur.*
8 *Iuris ignorantia quando noceat.*
9 *Damnum quod proprie dicatur, quod lucrum.*
10 *Si alter parens in facto erret, alter in mala fide ſit, filii oriuntur legitimi.*
11 *Quod ſi alter in iure erret, filii ſunt illegitimi.*
12 *Quid dicendum, vbi dubitamus an parentes in iure vel facto erra-
uerint.*
13 *Error facti an præſumi debeat.*
14 *Nati ex matrimonio putatiuo, aliis legitimis æquiparantur.*

CAP. IX.

NVptiæ ſanè, vt iuſtæ dici poſſint, ſecundum le-
gum præcepta, ijs modis ſunt cōficiendę, quos
alias tradidimus. Quia vero fit quandoque, vt
quis ſe iuſtum credat matrimonium contra-
xiſſe, quod tamen re vera iuſtum non eſt, cum
ſubſit aliquod impedimentum, quod interim alios latebat,
agemus nunc, an hi qui ex hoc, quod falsò creditum eſt, ma-
trimonio oriuntur, illegitimi dici mereantur. Quæ quæſtio
cum multa habeat capita, propterea & eam in partes aliquot
diſtinguemus, vt omnia clarius & facilius percipi poſſint.
Primum caput erit, vbi nuptiæ inter aliquos palam initæ
eſſent, & vterque coniugum, legitime confectum id matri-
monium exiſtimaſſet, erraretque vterque, tam in iure, quàm
1 in facto. † Hic ſanè ſi qui nati fuerint filij, legitimi dicendi
erunt, ob parentum bonam fidem, & connubium publicè
celebratum, c. 2. vbi Abb. qui fil. legiti. glo. Bal. Sali. l. qui con-
tra. C. de inc. nupt. Barto. l. cum qui, de ſtatu hom. ex eo enim
quod palam negotium hoc confecerunt, agnoſcimus & eos
lapſos eſſe, vnde excuſatione digni recte videntur, l. ſi. de ritu
2 nupt. † Sed hic declarandum eſt, quando nam matrimoniū
dicatur palam contractum, ita vt filiis ex eo ſuſceptis prodeſ-
ſe debeat. Reperio enim celeberrimum Iuriſconſultum Ca-
rolum Ruinum, acutiſſimi ingenij virum, multum in hac re
defeciſſe, cum ſibi ipſi contraria locutus, modoque hanc mo
3 do illam, conſulendo ſententiā ſecutus fuerit. † Dixit is quo-
dam in reſponſo, in conſilio 14. numero 10. in 3. non aliter
legitimos filios vocari poſſe natos ex matrimonio putatiuo,
niſi in eo peragendo, omnia illa ſolennia ad vnguem ſeruata
eſſent, quæ Innocen. Pont. enarrat, c. cum inhibitio, de clan-
de. deſpon. hocque ſolum dici matrimonium in facie eccle-
ſiæ contractum (quoad legitimos filios quærendos, non quo
ad alia) vbi nihil ex ijs ſolennibus ſecundum formam ibi a
Pontif. præſcriptam fuerit prætermiſſum. Alibi vero contra
reſpondit, conſ. 51. numero 15. vol. 5. putauitque ſatis dici ma
trimonium palam, & in faciem eccleſiæ celebratum, quod
coram amicis, ſeu conſanguineis, ex patriæ conſuetudine eſ-
ſet contractum, quamuis cætera a Pontif. tradita, d. c. cum in-
hibitio. eſſent omiſſa. Ego autem hanc vltimam eius ſenten
tiam magis probo, quam & receptiorem eſſe video, Dec. cō-
ſilio 153. Abb. Præp. c. ſi. de cland. deſpon. Oldr. conſil. 256. So
ci. Iun. conſilio 86. in 2. col. penult. Pariſ. conſilio 23. in 2. nu-
mero 13. Io. Lup. tract. de matri. cap. vlt. numero 18. 20. & iu-
re etiam veriorem, ſiquidem vniuſcuiuſq; loci conſuetudo,
4 pro lege eſt, l. de quibus, de legibus. † nec errare ille ſane pōt,
qui patriæ inſtitutum ſequitur, cum ita & legem ſeruare di-
catur, quæ tacito conſenſu populi recepta eſt, §. ſine ſcripto.
Inſti. de iu. nat. niſi fortaſſe aduerſus bonos mores huiuſmo-
di conſuetudo foret, c. quæ contra, c. mala. 8. diſt. quod quidē
in præſenti caſu noſtro non admittimus, cum præſuppona-
mus, conuocatis ſaltem aliquibus teſtibus hæc omnia geſta
fuiſſe, Bar. l. 2. C. de his qui ex pub. rat. lib. xj.
5 † Secundum caput eſt, vbi matrimonium clam contractū
eſſet, bona tamen vtriuſque coniugis fide, & hoc caſu ſcien-
dum eſt, bonam eam fidem nihil ſane prodeſſe, cum maxima
ſit ſuſpitio aduerſus eos, qui legum ſolennia contempſere, &
quaſi ignorantiæ affectatores extitere, c. cum inhibitio. §. j. de
cland. deſp. ſicuti nec contra, ſufficerat publice & rite cele-
bratum connubium, ſi contrahētes, impedimentum ſubeſſe
initio cognouiſſent, Abb. c. pe. in ſi. qui fil. leg. Dec. conſ. 154.
Vnde concludendum eſt, hæc duo neceſſario requiri, vt filij
legitimi dici queant, videlicet ſolennem coniugij ritum, & pa
rentum bonam fidem in facto affuiſſe, d. c. cū inhibitio. Soc.
iun. conſ. 86. col. pe. in 2. & conſ. 31.
6 † Tertium eſt caput, vbi parentes in iungēdo matrimonio
io facto erraſſent, veluti quod ſe antea coniunctos eſſe igno
rarent, aut ſimili de cauſa alter alterius cōditionem minime
notam haberet, cum tamen in iure non laberent, & matrimo
nii palam contraxiſſent. Et hoc caſu iure quidem Pont. cer-
tiſſimū eſt, ex paterna hac facti ignorantia filios excuſari, eoſ-
que legitimos haberi, c. 2. c. referente. c. pe. qui fil. legi. ſed iure
ciuili dubiū vr̄, cum legamus mulierem quę ignorans ſtatum
ſerui, cum vt liberū ſibi coniugio iunxit, re detecta, dotem q
dem recipere, filios tamen inde natos, ſpurios appellari, l. 3. C.
ſol. mat. & rurſus, acerrimum errorē probari oportere ab eo
lex inquit, qui ꝯ legum præcepta, nuptias ꝯxerit, l. qui ꝯ C. de
inc. nupt. quaſi non ſimplex ignorantia, ſed maxime probabi
lis & iuſtiſſimus error requiratur. Crederem ego tamen, v-
troque iure liberos iuſtos haberi, nec eſſe in hac re contrariū
ius ciuile Pontificio, q̄uis aliter Doctoribus videatur. Quod
enim primo loco exemplum relatum eſt, d. l. 3. C. ſolu. matri.

id de ſeruis loquitur, qui cum nemine legitimum inire matri
monium poterant, l. 3. C. de inc. nup. Vnde nil mirum eſt, ſi eo
errore nihil adiuuantur, cum ipſi ſuapte natura ab omnibus
iuſtis nuptijs arceantur. Alterum quoque exemplum d. l. qui
contra de filijs nihil loquitur, debeant ne legitimi aut illegiti
mi cenſeri, ſed tantum pœnam parentibus imponit, qui con-
tra Principum mandata, nefarias nuptias celebrarunt, quod
& Accurſius ibi declarauit, in d. l. qui contra. Aut ſi etiam fa
teamur olim ius ciuile cum Pontif. non conueniſſe, hodie ſal
tem minime dubitandum eſt, quin hoc in negocio, tum quo
ad ſucceſſiones, tum quoad cætera omnia, iure ciuili poſtha-
bito, vnum ius Canonicum ſit attendendum, tam in noſtro,
quam in Cæſaris quoque foro. Bart. Auth. de inc. nup. nu. 16.
Alber. d. l. qui contra.

Quartum eſt caput, vbi in iure tantum erraſſent, non in fa-
7 cto, Veluti cum ſe conſanguineos † quidem eſſe antea intelle-
xiſſent, crederent tamen in tertio gradu connubium perfici
poſſe, aut quid hmôi. Quod caput, cæteris magis dubium eſt,
cum nec Panormitanus, in cap. referente. c. ex tenore, & c. p
latum, qui fil. legi. nec Præpoſ. d. cap. referente. & alijs ſup. d. id
vnquam aperte decidere auſi fuerint, & Ruinus ſibi met con
trarius in hoc quoque conſulendo fuiſſe deprehendatur, cũ
aliquando dixerit, ſolam hanc iuris ignorantiam non prodeſ
ſe, & ita communiter Doctores ſentire, Ruin. conſil. 14. nu 4.
in fi. in 3. aliquando vero prodeſſe reſponderit, quod quoque
communiter probatum eſſe, fuit atteſtatus, conſ. 51. num. 17.
in 5. & conſ. 100. col 2. in 3. & in hanc partem Bartolus etiam
magis inclinaſſe viſus eſt, in l. fi. de condi ſi. cauſa. & in l. ſi adul
terium cum inceſtu, de adult. Ego vero cum dubia valde ſit
hæc quæſtio, tutiſſimum cenſeo in ambiguis, nihil diſcedere
a communibus iuris regulis, Glo. in l. omnis. diffin. de reg. iu.
& in ſim. Abb. c. j. in fi. de clande. deſp. Illæ autem ſunt huiuſ-
modi, iuris ignorantiam cuique nocere, l. regula, de iu. & fac.
l. iuris. C. qui admi. cum vnuſquiſque legum quibus viuimus
præcepta noſſe teneatur, l. leges. C. de leg. idcircoque is qui ad
uerſus ea quid agit, ſtatim in mala fide eſſe præſumatur, l. quē
admodum. C. de agr. & cenſ. lib. 11. Bart. l. ſed &. §. ſcire, nu. 4.
de pet. hære. cum talis diſſimulatio nomine omnium ſit ad-
mittenda, l. penult. C. de iur. & fac. ignor. vt multis exemplis
iure nouiſſimum eſt, l. nunquam, de vſuc. l. 4. & 9. § ſi quis ius,
de iur. & fac. ignor. Cum igitur parentes qui ita ſimul contra-
xerunt, iuris ſe ſolum ignorantia lapſos fateantur, nõ videtur
8 hæc excuſatio ſatis digna eſſe qua ſubleuetur. † Et ſi quis hic
fortaſſe obijciat, prædictam regulam tunc non admitti, vbi
de damno agitur vitando, in quo iuris error, nihil nocere ſo-
let, l. error, cum pręc. de iur. & fac. Reſponderem ego, in hac
quæſtione, quoad parentes & filios ipſos, agi potius de lucro
quærendo, quam damno declinando. Id enim proprie dam-
9 num dici videtur, vbi diminutio † aliqua fit patrimonij, l. 3. de
dam. infec. aut vbi commodi illius ſequitur amiſſio, quod an
tea quis conſequebatur, l. 5. §. merito, ne quid in loco publi.
Sed hic quamuis filios illegitimos ex tali coniunctione naſci
velimus, non tamen proprie damnum contrahi dicas, cum ij
nulla re antea quæſita priuentur, nec quicquam vere de ſuo
amittant. Quin potius, lucrum id quoad eos dicendum foret
ſi legitimi habendi eſſent, cum ea ex re ad multa commoda
eſſent peruenturi, quibus antea nunquam potiti ſunt. Et ex
his rationibus, facile ea omnia tolli poſſe puto, quæ in contra
rium Ruinus adduxit, conſil. 100. in 3. col. 2. & conſil. 51. in 5.
numero 17. ſiquis hæc noſtra, & illius argumenta ſimul con-
ferat, conſideretque lucri quærendi, & damni aufugiendi
diuerſitatem, ſimulque coniunctum totum hoc eſſe nego-
cium, parentum, & filiorum, ita vt ex copulatione parentum
totum ius pendeat filiorum nec iſta aut diuerſa, aut aliena eſ-
ſe. Fateor ſane, ſi talis error iuris, valde probabilis, & iuſtus
fuiſſet, prout eum declarare Doct. ſolent, Feli. c. de quarta, de
præſcrip. nu. 30. Dec. l. iuris. C. qui adm. tunc quidem poſſe pa-
rentes excuſari, & eo caſu filios legitimos appellari, vt & alij
tradidere, Abb. c. per venerab. nu. 36. qui fil. leg. & in c. perla-
tum, nume. 5. & ſecundum hæc, Bartolus locutus fuiſſe forte
intelligi poſſet, in d. l. fi. de condi. ſi. cauſa, vbi alleg. l. qui in p
uincia. de ritu nupt. & ita Rapha. Angel. d. l. fi. Sed regulariter
contrarium ſtatuendum puto, niſi & hic forte æquitas quæ-
dam, & benignitas, nos moueat, vt patribus, quos non mali-
tia, ſed ſimplicitate potius lapſos fuiſſe conſtat, & conſequen-
ter eorum filijs non nihil indulgendum eſſe dicamus, argu. l.
fi. de ritu nup.

10 † Quintum eſt caput, vbi alter ex contrahentibus matri-
monium, rem omnem initio, vt ſe haberet, probe noſſet, tam
in iure, quam in facto, alter vero in facto tantum erraret, &
hoc caſu volunt communiter omnes, huius ſolius igno-
rantiam, cum in facto ſit, omnibus natis filijs prodeſſe, vt legi
timi habeantur, etiam quoad vtrunque parentem, & in hoc,
vt dixi, communiter omnes conſentiunt. ca. ex tenore. cap. 2.
qui fil. legi. vbi Abb. Bui. Præp. Caſſad. deciſ. 1. de ſponſ. nu. 5.
Iaſ. conſ. 156. 168. in 4. Roſel. tract. de legi. Cap. viſum eſt. Rui.
ſup. Io. And. trac. de conſang. nu. 30.

11 † Sextum caput eſt, vbi alter tantum in iure erraret, alter
vero omnis & iuris & facti conſcius eſſet. Et hic Bartolus,
Accurſius, & quidam alij crediderе, Gloſ. l. qui contra. C. de
inc. nupt. Barto. Ia. l. fina. de condi ſi. cauſa. Iaſ. l. j. §. hoc autē.
numero 30. ad T rebel. Anchar. conſil. 401. filium natum, quo
ad ignorantem parentem, legitimum haberi, quoad ſcientē, il
legitimum, ſicuti alter in eo concipiendo, bona fide, alter do
loſe verſatus eſt. Sed Ruinus contra, conſil. 100. in 3. & conſi
lio 51. in 5. dixit enim ignorantiam iuris, etiam vnius tantũ,
filios reddere vndequaque legitimos, nõ ſolum quoad igno-
rantem, ſed & quoad conſcium illius rei. Ego vero ab omni-
bus diſſentio, cum ſupra ſtatuerim, in 4. caſu, errorem iuris,
niſi iuſtiſſimus ſit, cuique nocere, non prodeſſe. Quod ſi in
vtroque parente id affirmauimus ignorante, quo magis in al
tero tantum id ignorante fuerit aſſeuerandum?

12 † Septimum eſt caput, vbi palam contractum eſſet matri-
mo. dubitetur autem an iure, vel facto errauerint, quid nam
in dubio ſit præſumendum. Et Ruinus in hac quoque parte
varius ſane fuit: quandoque enim ſolam iuris ignorantiā præ
ſumi tradidit, conſ. 14. numero 5. in 3. quandoque iuris & fa-
cti ſimul, conſil. 100. numero quarto, in 3. & conſ. 51. in 5. nu-
mero 17. Ego vero de iuris quidem ignorantia cum eo ſen-
tio, illam in dubio eſſe præſumendam, ex quo actus publice
geſtus eſt, qui omnem delet ſuſpitionem, l. ſi. de ritu nup. Ale
xand. l. clam poſſidere, de acq. poſ. vt & Bar. inquit, in l. ſi adul
terium cum inceſ. nu. 11. de adult. Quoad factum autem, q̃-
uis Bald. eius quoque errorem præſumi velit, in l. qui contra.
C. de inc. nup. ver. & ex hoc pono. Decius potius contra, qui
13 ait eum probari debere, conſil. 154. numero 2. † ipſe tamen
certam in hac re non auderem regulam conſtituere, cum fa-
cti interpretatio, plerunque etiam prudētiſſimos fallat, l. 2. de
iur. & fac. igno. & quædam ſint, quorum ſcientia ſæpe quidē
præſumi varijs de cauſis ſolet, quorundā vero nõ ita, l. octa-
ui. vn. cogn. Dec. conſ. 154. Pauſ. conſ. 57. in 4. col. 2 & nu. 36.
Quæ enim ei eſſet excuſatio, qui mulierem ſibi ſororem, aut
conſobrinam fuiſſe, diceret ſe ignoraſſe, cum qua perpetuo
educatus eadem in domo, ab iiſdem parentibus fuiſſet? Fac
vero illum anniculum e domo eiectum, peregre diu profe-
ctum eſſe, & in patriam reuerſum, cum ea matrimonium pu
blice celebraſſe, non ne æquior multo hic eſt excuſatio? cum
hinc plerunque ſua ſumere argumenta, ſolitos in Comœdijs
Poetas videamus? Rurſus, nonne iuſtus ille error videatur,
cum tecum Bonon. puella matrimonium palam inijt, ne-
ſciens te iampridem aut Vicentiæ, aut Genuæ, alias nuptias
celebraſſe?

Poſſet fortaſſe tamen hic idem error, non æque probabilis
haberi, ſi quædam alia concurrerent indicia, quæ ex negocij
ipſius conditione ſponte ſe offerũt, nec facile, niſi pro re na-
ta, prout de mora dicitur, l. mora. de vſuris. diffiniri poſſunt.
Hæc igitur omnia ſapienti iudicis arbitrio decidenda relin-
querem, cum certa regula nequeant comprehendi. Gloſ. l.
ſuus quoque. §. puto. ver. ad generalem, de hær. inſti.

Porro an poſt parentum mortem, obijci contra filios poſ-
ſit, illicitum fuiſſe patrum coniugium, anque extantibus filijs
iuſtis ex alio matrimonio, illi qui ex putatiuo naſcuntur, legi
timi cenſeri poſſint, ſatis hæc copioſe ab alijs tradita reperiũ-
tur, Ruin. d. conſ. 14. in 3. nume. 12. 8. & alijs ſupra alleg. nos enĩ
& quædam conſulto quandoque omittimus, ne nimia eiuſ-
14 dem rei ſatietate legentium animos afficiamus. † Illud qui-
dem non prætermittam, vbicunque liberi ex his coniunctio
nibus legitimi habentur, eos nihil a cæteris iuſtis filijs, quo-
ad ſucceſſiones, fideicõmiſſa, ordines, dignitates, feuda, aliaſ-
que res prorſus differre. Dec. conſ. 153. 154. Bald. c. 1. §. natura-
les. nu. 16. ſi de feu. fuer. cont.

An vnquam ex illegitimo matrimonio, legitimi oriantur filij,
Aut ex iuſtis nuptijs, iniuſti liberi.

1 *Ex clandeſtino matrim. filij legitimi oriuntur.*
2 *Et quandoque ex putatiuo.*
3 *Natus in captiuitate eſt ſpurius.*
4 *Vxor quæ vouit caſtitatem, ſi deinde ex marito concipiat, an pariat legi timam prolem.*
5 *Quando inter coniuges non ſit licita copulatio.*
6 *Ex matrimonio contra eccleſiæ interdictum, an filij legitimi oriantur.*
7 *Clericus an poſſit legitimos filios habere.*
8 *Idem filius poteſt vt legitimus, & illegitimus quandoque haberi.*

CAP.

CAP. X.

QVAMVIS ad legitimorum filiorum procrea-
tionem, matrimonium, vt aliàs diximus, ſit ne-
ceſſarium, atque vbi non adſunt iuſtæ nuptiæ,
ibi nec liberi ſperari poſſint, cum ratio ipſa hoc
ſatis perſuadeat, vt qualis præceſſit concubitus,
talis & inde ſoboles prodeat, §. natura. verſi. legitimi, Auth.
qui. mo. na ſui. Bal l. parentes, de inius voc. Contingũt tamen
varij quandoq; caſus, in quibus licet animaduertere, diſſimi-
lem primæ parentum coniunctioni, ſobolem in lucem edi.
1 † Ecce in primis, ſiqui matrimonium ſimul contraxerint,
patrijs inſtitutis non ſeruatis, nec alijs ſolennibus publice ad-
hibitis, quæ requiri ſolent, certum eſt, iure Pontif. hoc non
matrimonium, ſed clandeſtinas nuptias vocari, talemq; con-
cubitum turpem, illicitumque cenſeri, c. aliter, cum glo. 30.
q. 5. & glo. l. in liberæ, de ritu nupt. Et tamen ſiqui geniti inde
fuerint filij, dum non intra gradum legibus prohibitum ſint
concepti, veri, legitimique haberi ſolent, cap. fin. §. ſiquis ve-
ro, de cland. deſpon. Vt hic manifeſte videas, paternum qui-
dem thalamum, quoad iuris interpretationem, illegitimum
dici, filios vero ex eodem natos congreſſu, iuſtos nihilomi-
nus cenſeri, Abb. cap. lator, qui fil. legit. Dec. conſil. 153. num.
2. Felin. cap. illud, de præſum. in fi. cuius rei ratio alias à nobis
explicata fuit, cap. 19.
2 † Eſt & huic ſimile, id de quo modo egimus, cap. præced.
cum oſtendimus ex matrimonio, quod putatiuum vocant,
legitimam ſobolem quandoq; procreari, cap. ex tenore, c. 2.
qui fil. legit. ibi enim & coniunctio ipſa parentum, planè iu-
ſta non eſt, cum legis ſubſit impedimentum, proles tamen in-
de quæſita, legitima vndequaq; exiſtimaẽ, Dec. conſ. 153. 154.
3 † Rurſus ſi proponas, vxorem cum marito ab hoſtibus ca-
ptam fuiſſe, dumque in captiuitate detineretur, filium ex ma
rito enixam eſſe, ac deinde in ciuitatem cum filio, abſque vi-
ro reuerſam fuiſſe, ſatis conſtat hic filium ſpurium dici, glo. l.
iuus, de capt. & poſtl. & in l. ab hoſtibus, §. iniuus. ex quibus
cau. maio. & in l. 1. C. de capti. & poſtl. tametſi inter parentes
matrimonium initio legitime eſſet copulatum.
4 † Vbi etiam quis, vxori ſuæ initio rite iunctus, caſtam dein
de Deo vitam vouiſſet, ſeq; ſacris initiari paſſus eſſet ac poſt
ſpreta voti religione, eiuſdem vxoris torum repetiiſſet, ex ea-
que liberos ſuſcepiſſet, credidit Archidiaconus, in cap. 2 de
fil. presb. in 6. tales filios illegitimos dici, quamuis inter eorũ
parentes, verum matrimonium quondam extitiſſet. Panor-
mitanus tamen hoc non probat, in cap. literas, de fil. presby.
nu. 4. tum fauore prolis, tum quia ſicuti matrimonium con-
fectum contra Eccleſię interdictum, non impedit tñ quomi-
nus legitimi ſuſcipiantur filij, to. ti. de mar. con. interd. ſic & in
voto dicendum putat, vt ſatis ſit ex viro & vxore quem natũ
eſſe, ad hoc vt filij ei nomen competat, l. filium diffinimus, de
his qui ſui. non obſtante quacunque voti obligatione. Ego
vero Archidiacono magis aſſentior. Namq; ad quærendam
legitimam prolem, non ſufficit initium bonum nuptiis ad-
fuiſſe, niſi in eodem ſtatu & perpetuo conſeruentur, ita vt nul
lum impedimentum nedum in matrimonij copulatione, ſed
nec in exitu, aut illius executione vnquam noretur, gloſ. l.
diuus, de captiu. & poſtl. quod & modo attigimus, ſupra
eodem in tertio caſu.
5 † Cum igitur hic, poſt celebratum initio coniugium, vo-
tum id continentiæ, ac ſimul ſacrorum initiatio ſit ſubſecu-
ta, apparet iam matrimoniũ non amplius priſtinam ſpeciem
retinere, cum nunc maritus alere quidem, & aliis rebus ne-
ceſſarijs vxorem hanc ſuſtinere teneatur, verum nulla inter
eos carnis copulatio amplius permittatur, cap. omnino, 31. di
ſtin. cap. ſeriatim, in fi. 32. diſtin.
6 † Nam vt inquit Leo Pontifex, c. lex 31 diſt. cępit his illud
non licere, quod iam licuit, cum connubium inter eos ita
nunc ſit, quaſi nõ eſſet. Vnde & qui poſt tale votum, vxorem
ſuam cognoſcere voluerit dicitur is potius inceſtum cum ea
committere, & illius inuadere cubile, c. miniſtri, cum glo. 81.
diſt. ex quo vxor amplius non eſt, quoad ea obſequia, quę ma
ritis ab vxoribus liberorum gignendorum cauſa debentur, c.
epiſcopus 77. diſt. c. cum multæ 15. q. vlt. gl. d. c. miniſtri. Quo-
modo igitur, hæc cum ita ſint, legitimus deinde ex ea quæri
filius poterit? Nam quod dicebat Panormitanus, in d. cap. li-
teras, ex matrimonio contra interdictum eccleſiæ inito, non
tamen illegitimos proficiſci filios, atque ob id, nec eos etiam
Nothos cenſendos, vbi à nobis tantum caſtitatis votũ nun-
cupatum eſſet. Ego tunc non veram, priorem eius propoſi-
tionem ſcio, vbi impedimentum perpetuum eſt, Abb. c. fi. de
mat. cont. con interd. Soc. Iun. conſ. 31. nu. 58. in 2. quod cum
eiuſmodi ſit in caſu noſtro, quia votum hoc caſtitatis perpe-
tuum eſt, merito ex illius argumẽto opinionem noſtram ma
gis confirmari credo. Sed & aliud in voto eſt, quam in eccle-
ſiæ interdicto, cum hoc mutuo coniugium conſenſu ſit mu
nitum, qui certam ſibi legem potuerunt imponere, à qua am
plius diſcedere non liceret, cum ex quo ſe primũ ſacris mini-
ſterijs alligauit, perpetuo eũdem vitę curſum ſequi teneatur,
c. ſemel Deo, de reg. iu. in 6. vbi Io. And. Dy. Anch. quę quidẽ
oĩa, de eo eccleſiæ interdicto, non ita dici poſſunt. Statuo igi-
tur hoc caſu, filios ſm propoſitam quæſtionem illegitimos
dici, quod & à Clemente III. ſignificatum fuiſſe, c. literas, de
fil. presb. ver. Incontinentię, & quia in ti. de fil. presb. vt intelli-
gatur ſm naturam illius ti. ſi quis eius verba diligenter inſpi-
7 ciat, facile poterit animaduertere. † Sunt quidam tamen ca-
ſus, in quibus is qui ſacerdotijs fungitur, legitimos habere fi-
lios poteſt, ſed id aliunde prouenit, aut Pontificis priuilegio,
aut ſolenni adoptione, aut aliis modis, qui cũ non ita pręcuti
capiti noſtro conueniant, ab aliiſq; etiam ſint adnotati, Ripa
c. inter ceteras, 1. col. de reſcr. ego hic propterea non inſeren-
8 dos duxi. † Id quidem non omittam, fieri qñq; poſſe, vt quis
eodem tpe & iuſtus & iniuſtus filius habeatur, veluti cũ mu-
lier per vim ab aliquo cõpreſſa eſt: quoad patrẽ. n. illegitimus
eſt omnino partus, quoad matrẽ, vult lex eũ iuſtam ſobolem
haberi, Marſ. l. j. C de ſicar. nu. 15. Poſſemus quoq; & alia ad-
huc exẽpla adiungere, quib. filij iuſti, ex minus legitimo profi-
ciſcuntur toro, veluti cũ quis ex cõcubina, aut ſoluta alia mu
liere prolẽ concepit, eamq; adhuc pręgnantẽ ſibi in matrimo
nium adſciuit. quod. n. deinde naſcitur, legitimũ eſt, quamuis
ſi initiũ eius coniunctionis ſpectetur id longe aliter ſe habeat,
& impudicum fuerit, c. tanta, qui fil. ſint leg. Sed hic, & ſimiles
multi caſus, ad aliam potius ſpeciem ſunt referendi, vbi quis
extrinſecus, extraneis veluti opibus ad legitimorũ iura perue
nit, veluti matrimonio ſubſeqnẽte, Principis priuilegio, obla
tione Curiæ, quæ à propoſita materia noſtra longe differunt,
noſque hæc in alium tractatum, De Natalium reſtitutione, ſi
Deo placuerit, alias fortaſſe commodius conijciemus.

De concubinis, & naturalibus filiis.

1 *Concubinatus lege ciuili nec probatur nec damnatur.*
2 *Naturales cur ita dicti.*
3 *Differentia inter concubinam & vxorem.*
4 *Concubinatum turpem non eſſe.*
5 *Quæ concubinæ cæteris honeſtiores.*
6 *Naturales, olim legitimi habebantur.*
7 *Triplex filiorum genus.*
8 *Concubinatus a lege nomen ſumpſit & quomodo.*

CAP. XI.

ANimaduertendum nunc eſt, non neceſſario ſequi,
Natus quis ex iuſta vxore non eſt, qualem leges re-
1 quirũt, ergo illegitimus filius eſt. † Etenim ſunt qui-
dam alij ex concubitu profecti, qui lege ciuili nec re
ceptus nec dãnatus eſt, qualis eſt concubinatus, to. ti. ff. C. de
concub. & ij vt legitimi appellari non pñt, ita nec illegitimo-
2 rum nomen iure merentur. Sunt vero potius inter vtroſque
medij, eoq; noĩe quod illis nudũ a legibus relictũ eſt, ẽt nunc
appellantur, dicunturq; naturales, quaſi ſm ius naturale editi,
nullo iuris adminiculo muniti, l. 3 vbi Bar. de concun. Sed di-
2 cat fortaſſe quis, † cur non ij legitimi vocanẽ, ſi ſola natura di-
ctante iuxta primęuũ ſtatum orti ſunt? §. natura. Auth. quib.
mo na. Ego arbitror a legibus quid plus in matrimonio præ-
ter naturalẽ procręandi appetitũ conſideratũ fuiſſe, arg c. fi.
3 32. q 4. nempe arctius quoddã vinculũ, quo coniuges inter ſe
animo & corpore perpetuo colligarentur, rerũq; oĩum inter
ſe ſocij redderentur, l. ſi aduerſus. C. de crim. expil. hær. ſiqui-
dem concubinã ob id præcipuũ nobis adiungere ſolemus, vt
3 cũ ea prolis † ſuſcipiendæ cauſa, non libidinoſe quidẽ vitam
tranſigamus, Auth. qui. mo nat. leg. in prin. nec. n. concubinæ
nomen inhoneſtũ eſſe exiſtimatur, l. Maſſurius, vbi Alci. in fi.
de ver. ſign nec turpe alicui cũ ea morari, l. ſi ea, vbi Bal. C. de
cond. inſer. At vero nuptię, præclarius & excelſius quiddã cõ
tinent, cũ ſint, vt inquit Modeſtinus, l. j de ri nup maris & fę-
minæ coniunctio, conſortiũ oĩs vitæ, diuini & humani iuris
cõicatio. Ex hac. n ſocietate, tale inter virũ & vxorem exiſtit
vinculũ, vt alter in alterius tranſeat poteſtatẽ, 1. Cor 7. vxor
mariti rerũ quodãmodo dña efficiatur, l. 1. rer. amotarũ, eius
radiis fulgere dicaẽ, Auth. de conſul. §. hæc itaq; domiciliũq;
& forũ quod mariti eſt propriũ ſortiaẽ, l. exigere. de iudi. Quę
non ita in concubina ſeruantur, l. de iure, § fi. ad muni. & Bar.
l. fi §. 2 eo. Alex. l. cũ quædam, de auri d. om. quoniam cum ea
non omnino iuſta, & vſquequaq; integra, ſicuti leges poſtu
lant, nobis adeſt coniunctio, glo. Inſti. de patr. pot. in princip.
Hinc diuu Papinianus vxorem a concubina, perſonis com-

paratis, vtroque coniunctione conſiderata. l. donationes, de
4 donat. † Namque etſi concubinæ conſuetudo, non turpis
quidem iudicetur, dicta. l. Maſurius. non tamen cum matris
fam. pudore & honeſtate vnquam erit conferenda, l. ſtuprum
de ritu nupt. ſitque magna licet inter eas ſimilitudo, cum de
ijs viciſſim leges quandoque ſumant argumentum, l. liberta.
de oper. lib l. qui concub. de lega. tertio. & ob magnam inter
eas conuenientiam lex quandoq; proteſtationem requirat,
l. 3. de concub. non tamen quis vnquam neget, quin vxori a
iure ciuili neceſſitudinis neſcio quid & eaſtimationis plus
tribuatur, vnde & Vlpianus nihil niſi in dignitate intereſſe
tradidit, l. item legat. §. parui, de leg. tertio, legimusque apud
Spartianum, Aelium Verum vxori ſuæ cõquerenti, quod cũ
alijs fœminis conſuetudinem haberet, dixiſſe, patere me &
alias exercere cupiditates meas: vxor enim dignitatis nomen
5 eſt, non voluptatis. † Ex his intelligimus, concubinæ nomen
non quidem obſcænum, ſed vxorio longe inferius eſſe, inter
has tamen concubinarillæ præſtare videntur, & matrum fa-
milias ſpeciem quandam retinere, quæ ſub patronorum ſuo-
rum viuunt contubernio, l. ſtuprum, de ritu nupt. Hinc Ve-
ſpaſianus mortua vxore, Ceniden libertam in cõtubernium
reuocaſſe dicitur, habuiſſeque eã Imperator pene iuſtæ vxo-
6 ris loco. Sueton Veſpaſia cap. tertio. Ex talibus igitur concu-
binis, naturales filij ſuſcipi ſolent, quos ego iure illo primæ-
uo, ſecundum Imperatorum noſtrorum placita, veros forte
& iuſtos filios habitos fuiſſe puto, Auth. item ſi quis, in b. C.
de nat. lib. & Auth. quibus modis nat. §. ſi vero plurimus. Si
enim tunc, ob id quod ſola natura ſanciret, omnes veri filij
naſcebantur, dicto. §. natura Auth. quib. modis ſui. hos æque
nunc etiam ſola natura genuiſſe fertur, cap. fina. 32. quæſtio-
ne quarta. At vero legitimi hodie dici non poſſunt, quoniam
leges ſcriptæ, quæ primæ legitimos & illegitimos agnouerũt,
multa ad matrimonium, præter illam ſimplicem procreandi
cupiditatem, ſolam ante eas conſideratam addidere, legiti-
7 moſque illos tantum appellauere, qui ex arctiori quodã mul-
toque validiori, vt modo diximus, nexu eſſent ſuſcepti. Vnde
& coniugium nuncupatum volunt. Illegitimos vero, qui ex
concubitu contra iuris præcepta inito, orti eſſent. Tertium
poſt genus, inter hos veluti medium, quod naturalium dixe-
re, qui ſcilicet nec lege probati, nec damnati eſſent, ſed quaſi
per diſſimulationem permiſſi, & in priſtino ſtatu quemadmo
dum oriuntur, relicti, Port. Inſtit. de adop. numero quiuto.
Hocque eſt, quod Marcellus dixit, l. 3. in fi. de concub. con-
8 cubinatum per leges † nomen ſumpſiſſe, non quod legitimus
is vere habeatur, ſed quia extra pœnam legis ſit, & iuri non
contrarius, vt Baldus reſpondit, in conſilio 457. in 5. Tradi
dit autem hanc opinionem perueteruſtus quidam, iſque erudi
tiſſimus Doctor, Ricardus Malumb. in ſuis diſput. quem re-
fert Io. And reg ſine culpa. & ſequuntur plerique alij. Barto.
l. etſi contra, C. de nupt. & in l tertia. de concub. Bald. l. prima
de ritu nupt. Alberi. l. cum quis, C. de natu. lib. Port. inſtit. de
ado. numero quinto.

*Qui naturales dicantur, & concubinarum vſus quando
ſit ſublatus.*

1 *Concubina quæ dicatur apud latinos authores.*
2 *Quæ proprie apud iuriſconſultos.*
3 *Hodie pauciſſimi vere naturales reperiri.*
4 *Iure Canon. nulla coniunctio, excepta vxoria permittitur.*
5 *Naturales iure Canon qui vocentur.*
6 *Legitimati per ſubſeq. matrim. an etiam in terris imp. quoad hered, veluti legitimi habeantur.*
7 *In matrimonij cauſis præfertur Ius Canonicum.*
8 *Naturales ex communi vſu loquendi qui dicantur.*
9 *Quadruplex ſignificatio huius verbi, naturalis.*
10 *Concubinatus an lege ciuili vnquam fuerit interdictus.*
11 *An hodie eodem iure damnatus intelligatur.*
12 *Quomodo iure Canon. permittantur concubinæ.*
13 *Concubina quandoque, quæ dicatur.*

CAP. XII.

SCiendum autem eſt, vt naturalis proprie quis di
catur, multa requiri, Ripa §. ſiquis rogatus, ad
Trebellia. numero quarto. oportet enim es cõ-
cubina natum eſſe, quam non adeo facile eſt re
perire, Grammat. voto 4. Alcia Reg a. præſum
1 ptio. 5. † Concubinam etenim non hic eam accipimus, pro-
ut apud latinos authores, amicam quamlibet priuatam, cum
qua rem habere ſoleamus, quamuis alteri nuptam, vt apud
Sueton. in Nero. capitulo vigeſimooctauo, dum ait, *Super in-
genuorum pædagogia, & nuptarum concubinatus, veſtali virgini Rubriæ*
vim intulit, Et apud Cicer. libro primo, de Orat. *Quæ ſi iudicare-
tur certis quibuſdam verbis, non nouis nuptijs fieri cum ſuperiore diuortiũ,
in concubinæ locum duceretur.* vbi & Cicero eam concubinam vo
cat, cum qua ſolemus verſari, dum adhuc nobis cum alia eſt
matrimonium, quod quidem iure noſtro non admittitur. l.
prima. C. de concub. Non hic etiam de pellice intelligimus,
cuius ſignificatio magnam doctis viris præbuit controuer-
ſiam. Valla, libro ſexto, capitulo 48. Alcia. libro quarto, de ver-
borum ſignificationibus, & in l Maſurius, eodem titu. Sed
de paulo honeſtiore fœmina loquimur, dicta l. Maſurius.
quæ parum ab vxoria differat coniunctione, l. item §. parui.
de leg. 3 fortequæ a Græcis παλλακὴ dicitur, dicta l. Maſurius,
in fi. & Valla ſupra, a noſtris recentioribus & alio nomine fo
caria vſurpatur. l ſi ea. vbi Bald. Alberi. C. de condit. inſ & l. ſe-
2 cunda C. de donatio. inter virum. † Eſt ergo mulier quæ vxo
ris loco, ſine nuptiis domi retinetur, cum qua ſola quis eo af-
fectu ſemper cohabitauerit, §. conſid Auth. de trien. & ſem.
quam veluti vxorem apud ſe cuſtodierit, aluerit, §. ſi quis.
Auth. quibus modis ſui. cum qua nec ſtuprum nec inceſtus.
cadere potuerit, l prima. §. primo. de concub cui & fuerit de-
nuntiatum (ſi ſit ingenuo loco nata, boneſtæque vitæ) con-
cubinam habitum iri, l. tertia. de concubi. cum qua & is qui
verſatur, cœlebs omnino fuerit, l. j. C. eodem titulo. Quod ſi
horum vel vnum tantum deſit, dubium non eſt, nec illam cõ-
cubinam, nec filios naturales appellari poſſe, Alber. l. prima.
C. de nat. lib. Grãma. voto 4. Vnde recte ab Oldrado & Bal.
3 animaduerſum eſt, nullos fere hodie vere naturales reperiri.
Oldr. conſil. 196 Bald. 456. in 5. & 206. in 3. Alexand. 174 in 5.
Sunt autem hæc ita iure ciuili ſtatuta, quo talis coitus, vt mo
do dicebamus, damnatus non fuit. At vero Pontificio Cano
ne ſecus ſancitum eſt, eo enim iure concubinatus quibusli-
bet omnino interdictus fuit, Glo. in l. liberæ, de ritu nupt. &
Barto. l. 3. de concu. ita vt quicquid cum ea quæ legitima vxor
non ſit, rei Venereæ cauſa actum fuerit, id adulterij crimine
damnetur, cap. nemo 32. quæſtione quarta. & qui concubina
tus olim vocari potuiſſet, hoc mœchiæ ſiue adulterij nomine
4 nunc contineatur, cap. diſſit. c meretrices ead. quæſt. † genera
liter enim hodie quæcunq; fornicatio etiam cum meretrici-
bus grauiſſimũ crimen habetur, Glo. clem. ad noſtrum, verſi.
non eſt, de hæret. Abb. c. inter opera, in fi. de ſponſal. nec præ
ter vxorem, vllam omnino attingere mulierem ſine magno
ſalutis noſtræ diſcrimine licet, q & ſacræ literæ teſtant, Tob.
4. & Corin. j. c. 6. in fi. Quin & damnabilior nunc hæc concu-
binaria conſuetudo, quam ſimplex fornicatio eſſe cenſetur,
quo diuturnius in ea peccatum adeſt, vt Panormit. ait. capit.
5 tanta, circa fin. qui. fil legi. † Non igitur hoc iure, naturales fi-
lij, illi tantum intelliguntur, qui ex concubina nati ſunt, Mart.
Laud. in q. Augerius. nu. 46 ſed generaliter omnes, qui ex duo
bus, qui nuptiarum adhuc expertes eſſent, inter quos tñ ma-
trimonium conſiſtere potuiſſet, fuere progeniti, c. innotuit,
vbi Abb. de elect. Bald. conſ. 129. in a. quos & per ſubſequens
matrimonium, legitimorum iura nunc adipiſci certum eſt,
Abb. d. c. tanta, Dec conſ. 153 prout olim ij tantum ſolebant,
qui ex vero profecti eſſent concubinatu §. fi. inſtitu. de nupt.
6 Hincque † ſenſere multi, Ang. conſ 29. Præpoſ d. cap. tanta. in
terris quæ Pontificiæ ditionis ſunt, omnes hos naturales, qui
deinde ſecutis parentum nuptijs legitimi effecti ſunt, etiam
in hæreditatibus ſuccedere, c. j. qui fil. legit. in foro vero Cæſa-
ris, licet & legitimi habeantur, non tamen, ad ſucceſſiones, &
ea quæ proprie ſunt iuris ciuilis, admitti, eo quod æquum ſit,
proprias in vniuſcuiuſque iuriſdictione leges obſeruari, c. ſi
duobus. de ap. Quæ tñ diſtinctio mihi haud ſane probatur: vi
7 deo. n. matrimonij † materiam hoc inſigne habere, vt quicqd
de ea dubitetur, id ſemper iuxta Pont. Canones, quocunque
in loco ſit decidendũ, c fi. de ſec. nup. Franc. c. s. de arbit. in 6.
Quod ſi hoc in matrimonio, quod principale eſt, ſeruatr, cur
non & idem in filijs, qui inde oriuntur, attendamus, cum hoc
ab ipſo pendeat matrimonio? c. tuam, de ord. cog Ang § fi. In
ſti. de nup. Nam ſi fatentur omnes, ſecutis nuptijs, quoſcũq;
qui hodie naturales vocanẽ, legitimos fieri, idq; vbiq; ita ſe
habere, cur non ergo legitimi quoad omnes cauſas exiſtimẽ-
tur, ſi eorum origo, hoc eſt matrimonium, vndequaque iu-
ſtum & legitimum habetur? Dec. conſ. 155. vbi enim das eos
ſemel iuſtos filios dici, iam & cætera, quibus legitimi ponun
tur, ad hos quoque pertinere neceſſe eſt, arg. l. 1. §. lex Falcid.
ad l. Falcid. quod præter has rationes, a Iuſtiniano quoque
aperiſſime declaratum eſſe videtur. Auth quibus modis ſui.
§. reliqui igitur, & § ſi vero plurimus. in fi. Hodie autem non
ſolum hi ex ſoluto, & ſoluta nati, vt dicebamus, naturales
8 vocantur, ſed & omnes fere ſpurij, quomodocunque † con-
cepti, ex communi vſu loquendi, filij naturales vocari ſolẽt,
Ange. conſil 401 Crauet. conſil. 166. numero 8. Pariſ. conſ. 15.
in ſecundo, numero 56. quod ſcilicet & ij a natura procreati
ſunt,

ſunt, Dec.conſil.433.colum.3. in quibus tamen ea quæ mo-
do de legitimatione, minime ſeruabuntur, cum ea in his tan-
tum locum habeant, quorum parentes ſoluti antea omni ma
trim.erant, ita vt recte tunc ſimul contrahere nuptias potuiſ-
9 ſent.d.cap.tanta, vbi Abb.in fi. † Erit itaque quadruplex hu-
ius verbi, naturalis, ſignificatio, vere & proprie. naturales di-
centur nati ex concubina, ſeu ex ſeruili conſortio, cap.fin.32.
q.4.l.libertin.C.de int.mat.Dec.d.conſ.433. numero 14.late,
omnes nati ex ſoluto & ſoluta, inter quos iūgi nuptiæ potuiſ
ſent, cap.innotuit, de electio. vbi Abb.num.18.latiſſime, qui
cunque illegitime concepti ex quolibet congreſſu, Abb.d.c.
tanta, nume.13.& ca. per venerab.numero 31.& Præp.col.6.
non impropric etiam, vbi accipitur pro iuſto filio, quod quā
doque contigit, Glo l.quotiens idem, de reg iur.& maxime,
quando de naturalibus, & adoptiuis ſimul liberis, leges men-
tionem faciūt, in tit.de adop in ff.& Inſt.ſæpius. quod & alias
adnotauimus, cap.37. Cæterum quando hoc nomen aut pro
prie, aut late, aut in genere, aut in ſpecie ſit capiendum, & alij
docuerunt, Ruin.conſ 88.in 3.nume 11.13. & ego ex ſubie-
10 cta materia dijudicandum puto. † Sunt vero etiam qui dixe-
rint, Hoſt.c. lator, qui fil.leg. Io.And Reg.ſine culpa, concubi
natum lege ciuili multo ante Pontificios Canones fuiſſe im
probatum, nempe nouiſſimis Aothent.conſtitutionibus, qui
bus Imperator quamcunque fornicationem, & lenocinium
prohibet, Auth.de lenon. Auth.ſcæn.mul.& Auth. vt non lu-
xur.cont.nat. ſæpiuſque fatetur ſe caſtitatis amatorem eſſe,
Auth.quib.mod.leg.§.illud.caueique vt in materia peccati,
qualis hæc eſt, leges ciuiles, ſacras regulas debeant imitari,
Auth.vt cler.ap.prop.epiſ.& Auth.quomodo opor.epiſ. quæ
ſententia & alijs etiam argumentis a magnis Iuriſprudentib.
confirmata extat Fel.cap.cum ſit, de fo.comp.nu.36.ex c.j.de
fil.nat.ex mat.in feu. Contra eam tamen ego ſentio. Nam cū
Imperatorem legam in Nouellis ſuis, cōcubinarum vſum ſa-
cratis tantum viris interdixiſſe, Auth. de monac.§.ſi quis au-
tem monaſt.& de ſanct.epiſ.& cleri.vnde nec quicquam illis
donare poſſunt, Dec.conſ.132.& geniti inde filij, non natura-
les, ſed ſpurij nominantur, Bald.l.parentes, de in ius voc.& pa-
tribus ſuccedere prohibētur, Vbal.de ſuc. ab int.1.par.nu.37.
facile conijcio cæteris id eum minime vetuiſſe, arg.a contra-
rio. Quis enim dicat illarum congreſſum a Iuſtiniano dam-
natum, cum is in ſuis conſtitutionibus, earum tam ſæpe pro-
bet conſuetudinem, Auth.de inc.nupt.§.fi.& l.penul.in fi.C.
ad Orfi. eas & aliquando ad ſucceſſionem vocet, Auth.quib.
mod.ſui.§.ſi quis autem. nihilque in tali commercio libidinis
eſſe ſignificet? Auth.quib.mod.leg.circa princ. & de trien. &
ſem.§.conſideremus.in fi. præſertim vero, quod ſi hoc ipſe ꝓ
hibuiſſet, ſpeciali ſane nota & correctione res indigebat, quæ
tamen nuſquam apparet.arg.l præcipimus, in fi.C. de appella.
Vbi igitur fornicationes, libidineſque eum deteſtantem legi
mus, vt ſupra dicebatur, tunc ego de vero concubinatu mini
me quidem vnquam dixerim eum intellexiſſe, ſed de alijs illi-
citis voluptatum generibus, ex quo concubinatus per leges
nomen ſumpſit.l.3.de concub.& Bald.conſ.457.in 5. ab om-
nique crimine, aut turpitudine longe abeſſe exiſtimatur, §.ſi-
quis autem. Auth.quib.modis ſui. ſecundum ea quæ in ſimi-
li Bartolus adnotauit. Bart.l.mulier.§. cum proponeretur, ad
11 Trebel †Hodie tamen ſi quis quærat, an iure ciuili hæc con-
cubinaria cōiuendo ſit permiſſa, crederem forte quidem id
iam negari poſſe, non eo quod lex ciuilis eam interdixerit, vt
cæteri putant, ſed quod cum iure Pont. aliter cautum ſit, ex
talique coniunctione grauiſſimum exiſtat peccatum, ca.ne
mo 32.quæſt 4. debet ius ciuile in hac re cum iure Canonum
omnino conſentire, cum vbi peccati ſuſpitio aliqua ſubeſt,
vna omnibus præualeat lex Pontificia. Abb.cap.j.de no.ope.
nunt.numero quinto. Vnde fiet, vt iure ciuili quoque dica-
tur nunc concubinatus interdictus, quod & recentiores tra-
didere, Cagnol.l.ſi qua.C.ad Orfic. numero 10.13. non quia
ea lege nominatim vetitus, ſed quia legum nouatum inter-
pretatione ita receptum eſt, perinde ac ſi verbis iuris ciuilis
ſpecialiter eſſet introductum.argu.Inſti. de leg.patr.tut. Nūc
nouiſſime, Canoni Pont.illud aduerſari quis dicat quod To
12 letano concilio traditum eſt, ca. is qui.34.diſtin.† vt ſcilicet,
quibuſcunque liceat vel vxorem vel concubinam habere, &
qui concubinam retinet, a cæterorum conſortio non ſit re-
13 pellendus, dicto capi. is qui. & can. chriſtiano. eadem di-
ſtinctione. Sed ad hæc reſpondeo, concubinam eo in loco
accipi pro vxore, quam non adeo ſolennibus nuptiis, publi-
ciſque inſtrumentis confectis duximus, quę quoad affectum
& reipſa vxor eſt, ob omiſſa tamen ea ſolennia lex concubi-
nam vocat, ca. omnibus. §. primo, eadem diſtinctione, quæ
tamen ab vxore nihil ſane differt, vt Archidiac. & Geminia.
tradidere, Gloſ. Archidia. Geminia. dicto canone omnibus
& dicto can. is qui. Dicunt etiam aliqui, Felin.cap.cum ſit, de
foro compet. numero trigeſimooctauo. concubinam eam
Canones vocare, quæ ſine ſpe prolis dicitur, quod connu-
bium & ipſum eſt, can. ſolet. 32. quæſtio.2. Sed non magni
res eſt momenti.

De filijs naturalibus ex ſeruorum conſortijs.

1 *Matrimonium inter ſeruos non dicitur.*
2 *Ex ſeruis oriuntur, & naturales, & ſpurij.*
3 *Decij ac recentiorum error.*
4 *In ſeruitute qui dicantur ſuſcepti.*
5 *Concubinatus ſeruorum.*
6 *Quid ſit naſci in figura matrimonij.*
7 *Conſortium & concubinatus, an pro eodem.*

CAP. XIII.

ESt & aliud filiorum naturalium genus, præcedē-
tibus quidem perquam ſimile, niſi quod illi ex
liberorum hominum, hi ex ſeruorum coniun-
ctione ſuſcipiuntur. l. libertinum. C. de int. ma-
1 trimo. † Serui etenim cum pro mortuis habeā-
tur, l. quod attinet, de reg. iur. matrimonium iure ciuili con-
trahere non poſſunt, nec legitimos filios procreare, l. tertia.
C de inc.nupt. ſi tamen ij inter ſe certo ritu coierint, natu-
rales filios & ipſi parere apti ſunt, l. Lucius.§.fin. de leg. a.l. ex
facto.§ ſi quis rogatus, ad Trebel. Nam cum lex eis iuſtū om
nino matrimonium interdixerit, certam tamen coniunctio-
nis ſpeciem conceſſit ad veri matrimonij ſimilitudinem, In-
ſti.de ſeru.cog.in princ.cum Glo.ver.veniant, in fi. quam con
tubernium ſeu conſortium appellauit, l. ſerui C. de adulte.l.
fina.C.de ſer fugi. voluitque ex his veluti imaginarijs nuptiis
2 natos, naturales dici, Imo.dicta.l. Lucius §.fina. Alexan.†.ſi-
quis rogatus. Quod ſi hanc conſortij rationem negligentes,
alijs temere mulieribus iungi vellent, tunc perinde ac liberi
homines, qui connubij iura non ſeruant, ſpuriam & ipſos ꝓ-
geniem parere decreuit, l. ex libera. C. de ſuis & leg.l. vni. C.
de mul. quæ prop. quæ diſtinctio, a Bartolo tradita, in §.
ſi quis rogatus.ſec.col. & ab alijs quoque crebrius recepta eſt.
Imo. Alexand ibi. Imo.l. Lucius.§ fi. Primus tamen Panormi
tanus, in cap. in præſentia, de probat. numero decimoter-
tio. non credidit hanc differentiam ſatis iure poſſe probari;
vt interſit aliquid, vllum ne de facto inter ſeruos matrimo-
nium interceſſerit, aut minus, quoad naturales ſcilicet filios
ſuſcipiendos. Et quamuis Alexand. in dicto. §. ſi quis ro-
ga. in princip. eius opinionem non nullis legibus conuel-
lat, l. ex libera. C. de ſuis & legiti. Auth. ex complexu. acriter
tamen contra eum pro Panormitano inſtat Decius, in di-
cto ca. in præſentia, numero trigeſimo, & in l. generaliter. §.
cum autem. C. de inſtitutio. & ſubſtitutio. numero vigeſimo.
contendens filios in ſeruitute ſuſceptos, abſque ulla etiam
matrimonij ſpecie, naturales dici poſſe, reſponderque ad ar
gumentum Alexandri, ad dictā l ex libera. nihil ibi de filijs
in ſeruitute natis agi, eo quod mater libera eſſet, a cuius con-
ditione filiorum ſtatus pendere & dignoſci ſolet, l. partum.
C. de rei vendicatio. concluditque tandem, idem in filijs in
ſeruitute natis ac cæteris in libertate reſpondendum, vt cum
inter liberos homines concubinatus ſit neceſſarius ad natu-
ralem ſobolem comparandam, idem & concubinatus in ſer
uis quoque requiratur: poſſe enim eos quamuis non matri-
monio, concubinatu tamen aliorum exemplo uti, l. fina. C.
com de manum. Atque ita non vult ad coniugij vllius ſpe-
ciem, ſed ad concubinatum ſolum eſſe reſpiciendum, cum
de filijs naturalibus aut ſpurijs dubitamus, quod & poſt eum
recentiores alij, deinde latius tradidere. Pariſius dicto capi-
te, in præſentia. numero trigeſimonono. 42. Ripa.§. ſi quis
3 rogatus. numero ſexto. † Ego vero, non miror quidem Pa-
normitanum a Bart. in hac re diſſenſiſſe, ſed Decium miror,
virum alioquin prudentiſſimum, adeo in hac re lapſum fuiſ-
ſe, eiuſque errorem nedum ab alijs non agnitum, ſed potius
commendatum inde fuiſſe, Pariſ. dicto capite, in præſen-
tia. numero quadrageſimoſecundo. Age vero qua ratione
hoc vnquam Decius & cæteri tueantur, eum qui ex libera
matre & patre ſeruo natus ſit, quamuis liber ipſe oriatur, non
tamen ex ſeruili concubitu natum dici, cum hoc expreſſe Iu
ſtinianus ipſe fateatur? Inſtitutio. de ſeru. cogan. in princip.
verſicu. vel dum mulieres. Non enim ita licet argumenta
ri, reſponſio ad dicta leg. partum. eum qui liberam matrem
habuit, qui & liber naſcitur, Inſtitutio. de ingen. §. primo.
ideo ſemper in libertate ſuſceptum dici: aliud eſt enim libe-
rum naſci, aliud ex ingenuo matrimonio prodijſſe. Nam
qui alterutrum parentem vel patrem, vel matrem ſeruos ha-
4 buit, ſemper is dicetur in ſeruitute ſuſceptus, † tametſi fortaſ-

ſe is ex ventre liber in lucem editus fuiſſet, d. titu. de ſeru. cog.
vbi caſus. Cum igitur videamus natos ex hac ſeruili coniun-
ctione, quandoque naturales, l. ſi. de iu. delib. l. Lucius. §. ſi, de
leg 3. l. omnes. §. Lucius, quæ in fr. cred. quandoque ſpurios
vocari, l. vn. C. de mul. quæ ſe pro. ſer. vbi Bal. Ange. l. diuus, cũ
Glo. de capt. & poſtl. d. l. ex libera. cur non eam ſequamur di-
ſtinctionem quæ æquiſſima eſt, & in liberis quoque homini
bus eodem fere pacto ſeruatur, vt ſi ſe ſub quadam coniugij
imagine cognouerint, naturales filios edidiſſe, ſin minus, ſpu
rios & illegitimos dicãtur ſuſcepiſſe? Hoc nobis Iuſtinianus
ſane ſignificauit, qui expreſſe ex ſeruili tantum conſortio na-
tos ad ſucceſſionem vocans, atque illos alijs iuſtis filijs æqui-
parans, a cæteris qui non ex conſortio prodierunt, ſeparaſſe
videtur d. tit. de ſeru. cog. in princ. cum Glo. ver. veniant. in ſi.
5 & Afflic. deciſ. 203. † Quod autem dicebat Decius, & concu-
binarum inter ſeruos dari, l. ſi. C. com. de manum. ex eoq; tã-
tum naturales filios gigni, adiuuat id magis & noſtrã & Bar
toli opinionem. In hocque poſt Decium, omnes deceptos
puto, Pariſ. nume. 42. qui in hac materia, aliud eſſe conſortiũ,
6 aliud concubinatum exiſtimarunt. † Cum enim dixit Bartol.
& Alex. d. §. ſiquis rogatus. oportere filios ſeruorum in figu-
ra matrimonij naſci, vt naturales dici queant, id vtique volue
runt, vt cum ſeruis verum connubij ius non concedatur, ipſi
de facto ſaltem ita inter ſe coeant, ſicuti cæteri quibus id le-
ge licet, rite congredi ſolent. Hoc autem conſortium ſeu cõ-
7 tubernium dictum eſt, l. ſerui. C. de adul. l. ſi. C. de ſer. fug. † qđ
idem fere & cum concubinatu eſt, niſi quod frequentius cõ
cubinatus de liberis hominibus, ro. tit. de concub. conſortiũ
de ſeruis dicitur, Inſti. de ſeru. cog. & in concubinatu, matri-
monij contrahendi voluntas deeſt, in conſortio ſola facultas.
Aſt in cæteris, & conſortium concubinatus dici poteſt, l. nu-
per. C. de nat. li. alterumque pro altero promiſcue vſurpatur,
l. diui, & Auth. quod ius, cum ſeq. C. de nat. lib. Hincque tam
conſuetudo inter liberam & ſeruum, quam inter liberũ ho-
minem & ancillã, modo contubernium, modo concubina-
tus a lege nuncupatur. l. libera, cum Glo. l. 3. C. de lib. cau. l. fin.
C. com. de manum l. penul. cũ Glo. de priu. cred. Quod ergo
dixit Bart. de figura matrimonij, non eſt diuerſum a concubi
natu, vt Decius putauit, quin illud idem duplici nomine ſigni
ficatum, d. l. diui. C. de nat. lib. quid eſt enim aliud concubina
tus niſi obumbrata quædam matrim. imago, quæ ab eo ſola
ordinis dignitate differt? l. item legato. §. parui. de leg 3 quid
aliud concubina, quam ficta quædam vxor? l. Maſſurius, in ſi.
de verb. ſign. Quod cum ſupra latius oſtenderim, hic amplius
repetere, operæpretium non duxi.

Seruilia conſortia quomodo ineantur, & filij ex his nati, a cæteris quid differant.

1 *Inter ſeruos ſunt iura cognationis.*
2 *De Senatuſconſ. Claudiano.*
3 *Maiorem pudicitiæ cultum in fœminis, quam maſculis exigi.*
4 *Vxor maritum adulterij non accuſat.*
5 *Vernæ qui ſint.*
6 *Filij ſeruorum naturales, quomodo ſuccedant.*
7 *Cur lex his fauorabilior, quam cæteris naturalibus videatur.*
8 *Ob contubernium violatum, quæ detur actio.*

CAP. XIIII.

SEd licet ne ſeruis quodcunque conſortium ini-
re, vt ex eo naturales filij quærantur? Ego ſane
non arbitror. Sicuti enim nec ingenuis homini
bus, cuiuſque mulieris permiſſum eſt concubi-
natum appetere, l. 3. de concub. nec quocunq;
tempore, l. 1. C. eod. Sic in his conſortijs, quæ inſtar matrimo
nij ſunt, delectum aliquem haberi oportet, namque & in ſer-
uis, cognationis ac affinitatis iura ſpectari ſolent, ſeu dum in
1 ſeruili † ſtatu ſunt, ſeu poſtquam libertate fuerint donati. §. il-
lud certum, cum Glo. Inſti. de nup. l. adoptiuus. §. ſeruiles. de
ri. nup. Id igitur in primis neceſſarium duco, vt certo ritu in-
ter ſe ad matrimonij ſpeciem coeant, d. titu. de ſer. cogn. cum
2 Glo. verſ. veniant. in ſi. † vt ſupra diximus. Inde vero vt non
omnibus paſſim iungantur, ſed ijs tantum, quos lex non in-
terdicit, legimus enim Senatuſconſulto Claudiano, olim in-
genuas mulieres propria libertate, & bonis omnibus mulcta-
tas, quæ ſeruili amore bachatæ, nolente domino, cum ſeruis
concubuiſſent l. prima. C. de ſen. conſ. Claudia. Quod ſent.
conſ. & ſi hodie quoad libertatem ſit antiquatum, Inſtitut.
de ſucceſ. ſubl. §. fina. non crederem tamen illud tectum con
tubernium haberi poſſe, vbi mulier alienum ſeruum, non
bona venia domini ad ſe euocaſſet. Id quoque certum eſt,
nec patronã poſſe ſeruo proprio ſe licite immiſcere, l. vnica,
C. de mul. quam prop. ſer. quin grauiſſimas pœnas vtrunque
ſuſtinere, taleque nec contubernium, nec filios naturales di-
ci, Bald. Angel d. l. vn. Quod mirum fortaſſe alicui videri poſ-
ſit, cum patronum ipſum videamus ancillæ ſuæ concubina-
tu ſæpe potiri, l. penult. cum Glo. de primi. cre. l. fina. C com. de
3 manumiſ. † cur ergo minus libere patrona ſeruo ſuo vti va-
leat? Sed hoc ego optima ratione inſtitutum puto, nempe q
matronas præcipue deceat pudicitia, Gloſ. l. palam § quæ in
adulterio, de ritu nupt. quarum ideo cupiditati non æque re
mittendas habenas lex ciuilis putauit, ac maſculorum. Hinc
lex Iulia maritum quidem de matrimonio ab vxore violato
agentem audit, non æque ob id crimen virum a coniuge pa-
4 titur accerſiri, l. prima. C. de adult. † Hinc ſcriptum iure ve-
teri, ex M. Catonis oratione refert Gellius, *In adulterio vxo-
rem tuam ſi prehendiſſes, ſine iudicio impune necares, Illa te, ſi adultera-
res, digito non auderet contingere, neque ius eſt*, Sic dominum, cum
liberta ſua iuſtum matrimonium contrahere lex permittit,
l. vxorem C. de nupt. non idem tamen in patrona cum liber-
to ſuo voluit, l. tertia C. eodem. quoniam honeſtatis, pudi-
citiæque vel ratio, vel ſuſpicio, non æqua lance maribus ac fœ
minis penſanda fuit. Glo. § ſi qua ſeruo. 12. quæſtione prima.
Nunc ſciendum eſt, his naturalibus filijs ex ſeruorum contu-
bernijs genitis (non de adſcripititijs loquor, in quib. ius pro-
5 prium eſt, † l. fina. C. de agric. & cenſ. l. ne diutius, cum glo. ver.
intelligantur, eodem ritu. ſed de ſeruorum vere filijs, quos
fortaſſe vernas vocatos fuiſſe dicas, Glo. §. huic. Inſtit. de leg.
& l. Titiæ textores, de leg. 1.) multo plus leges fauere, quam na
turalibus reliquis, ex ingenuo concubinatu profectis, de qui-
bus ſupra egimus. Hos enim quamuis in ſeruitute concepti
6 ſint, ſi deinde manumiſſi fuerint, ad ſucceſſionem tam ex te-
ſtamento quam ab inteſtato perinde ac iuſtos filios, noua cõ
ſtitutione Iuſtinianus vocauit, Inſtit. de ſeru. cog. illis ſextam
tantum partem non extantibus legitimis detulit, Auth. licet.
C de nat. lib. Hi conditionem illam, Si ſine liberis, extinguũt,
illi, non aliter niſi de voluntate appareat teſtantis. Bart. Alex.
7 §. ſi quis rogatus † Huiuſq; rei illud videtur eſſe ratio, quod
cum in vtraque ſpecie, matrimonij imago quædam referatur
hos tamen lex iuuit magis, quod hi veras nuptias celebrare
non potuerunt, cum ſerui eſſent, ij noluerunt: eos enim ma-
gis ſemper tueri ſolemus, qui a rectis rebus gerendis, imbecil
litate potius, quam certo propoſito & voluntate deducũtur,
l. 1. §. merito. ff. depoſiti. Parentes eorum, iure quidem culpa-
ri poſſunt, qui id quod recte facere poterant, neglexerunt. l.
penult. C. de condit. inſer. His nihil vitio adſcribi debet, qui
quantum in ſe fuit, implere non deſtiterunt. l. quæret aliquis,
in ſi. de verborum ſignificationib. Dantur autem & domi-
8 nis eorum ob † contubernium illud violatum, ad exemplum
legis Iuliæ in matrimonijs, plures actiones, l ſi ſtuprum, de in-
iur. l. ſerui. cum gl. C. de adult. poſſunt enim aut lege Aquilia,
aut de iniurijs, nonnũquam & extraordinario crimine expe-
riri, l. inter liberas, cum Gl. ad l. Iul. de adult. Quæ omnia ideo
conceſſa ſunt, vt cum veri connubij iura ij non poſſent obti-
nere, l. 3. C. de inc. nup. cæteris ſaltem auxilijs non eſſent om-
nino deſtituti. Et hæc iure ciuili.

Nati ex ſeruis, an hodie legitimi dici poſſint.

1 *Serui hodie contrahunt matrim. etiam inuito domino.*
2 *Legitime nati ſequuntur patrem, ex ſeruis vero matrem.*
3 *De argumento a coniugatis.*
4 *Ex libera & ſeruo natus ſacris initiatur.*
5 *Eſſe quis ſeruus, & legitimus, hodie poteſt.*

CAP. XV

IVs vero Pontificium, cuius præcipuus is eſt fi-
nis, vt quæ animis ſalutaria ſunt, monendo, a
peccato nos maxime duellat, ca. vt animarum,
de conſtitut. in ſexto. cap. nouit, de iudic. cum
matrimonium rem ſanctiſſimam miris vbique
laudibus proſequatur, cap. tanta. qui fil. legiti. cum ſim. cæte-
ras omnes coniunctiones, hac vna excepta, grauiſſime de-
teſtando, Gloſ. clemen. ad noſtram. verſic. non eſt, de hæ-
reti. cap. dixit, cap. meretri. trigeſimaſecunda quæſtione quæ
ta, concubinatum etiam eadem ratione non probauit, quod
a coniugali vinculo talis conſuetudo plurimum abeſſet. cap.
nemo. trigeſimaſecunda quæſtione quarta. Hoc ipſum igi-
tur coniugium cum a Deo rerum omnium opifice, primum
ſit inſtitutum, cap. vnico, de voto, in 6. ad cuius tribunal, ne-
mo alio nobilior, nemo locupletior, inſignior ve exiſtit, ſed
omnes æquali apud eum iure vtuntur, Galat. 3. voluit idẽ ſa-
cramentum illud omnibus tã liberis quam ſeruis ita eſſe cõe,
vt nulla

vt nulla dominorum poteſtate iam poſſet impediri, c. 1. & per
tot. de coniu. ſer. Qua ex re duplex orta eſt differentia inter ci
uiles Pontificiaſque leges, altera, quod concubinatus, qui eo
iure permiſſus erat, l. 3. de concubin. hoc fuit penitus interdi-
ctus, altera quod cum ſeruos olim a matrimonijs contrahen-
dis repellerent, l. 3. C. de inc. nup. nunc ad legitimum torum, iu
ſtaque connubij iura æque cum cæteris vocati ſunt. xxix. q. ij.
cap. j. ij. Glo. d. l. 3. Sed de illorum filijs nunc oritur controuer-
ſia, cenſeantur ne & ipſi iam legitimi eſſe, an vero, vt antea, na
turales tantum, nunc quoque iudicentur. Multi ſunt enim, q
hoc ſane affirment, Hoſt. in ſum. qui fil. ſint leg. col. 3. Lud. Sar.
de nat. lib. §. de appell. natur. relinqui eos in priſtino ſtatu, eo
quod ſeruorum quidem matrimonium hoc iure fuerit rece-
ptum, ob ſummam, quæ illi ſacramento, prærogatiua fuit attri
buta, ſed quod ad filios attinet, nihil iure nouo fuiſſe immuta-
tum, ar. l. præcipimus, in fi. C. de appell. poſſeque hęc duo recte
ſimul iungi, vt ex legitimo matrimonio, illegitima plerunque
ſoboles propagetur, Glo. l. diuus de capt. & poſtl. Abb. cap. lite
2 ras. de fil. presbyt. † Quod & clarius demonſtrari eo argumen
to poteſt, quod ſcimus legitime natos filios, patris ſemper, nõ
matris conditionem ſequi, l. cum legitimæ, l. lex naturæ, de ſta
tu homi. Sed cum Iure hoc Canonum, ex ſeruis nati, matris
ſtatum, non patris aſſequantur, c. fi. de ſeru. non ordi. quid ma
nifeſtius eſt, quam hos legitimos non eſſe, qui alias paternum
tantum ius, gradumque in omnibus, non matris retinerent?
d. l. cum legitimæ. eſſet etenim nimis id certe durum, vt ex an
cilla natus, iuſtus filius cenſeri poſſet, argumen. l. ſeruitutem,
3 de regu. iur. & § 1. Inſtitu. de nupt. † Mihi tamen contraria ma
gis ſane placet ſententia, vt cum matrimonium ipſum proba-
tum fuerit, iam & filij vt legitimi recepti eſſe videantur. Su-
mo etenim argumentum a cauſa efficienti, ſeu potius a con-
iugatis, quod adeo neceſſarium eſt, ſecundum Quintilianum,
libro quinto, capi. decimo, vt alia non indigeat probatione.
Nam ſi iuſtum eſt matrimonium, certe & iuſtos liberos oriri
neceſſe eſt, §. legitimi, Aut. quibus modis nat. ſui. tales enim ſi
hij quales nuptiæ, §. quoniam. ver. qui enim. Auth. quibus mo-
dis. nat. legiti. Quod ſane intelligo rebus ita ſe habentibus, ar
gumen. l. quod Seruius, de condi. ob cauſam. nam ſi poſt con
tractum legitimum connubium, quid extrinſecus deinde ac
ciderit, non nego plerunque cauſam hanc peruerti, effectum-
que longe ab initijs nobis propoſitis diuerſum gigni poſſe. Ita
4 procedit d. l. diuus, cum Glo. & c. literas, vbi Abb. † Accedit
quod ſi ex ſeruorum matrimonio nati, legitimi non eſſent,
certe nec ſacris ordinibus poſſent initiari, qui in ſpurios nun-
quam conferri ſolent, c. 1. & per tot. de fil. presbyt. & tamen ex
ſeruo & libera genitus filius, quod ſecundũ ius ciuile, conſor-
tiũ ſeruile erat, Inſt. de ſer. cogn. ad eos recte poteſt promone
ri, c. fi. de ſer. non ordi. Sicuti vero videmus, ex quo tẽpore, iu
ſtæ illæ nuptiæ probatæ ſunt, quæ etiã infra annũ luctus a mu-
liere eſſent celebratæ, c. pe. & fi. de ſec. nup ex conſequentia &
quãdã, pęnas omnes olim tali matrimonio indictas, l. 1. 2. C. de
ſec. nup. confeſtim fuiſſe extinctas, Dec. rub. C. de ſec. nupt. &
conſ. 230. Abb. c. fi. de ſec. nup. cur non & hodie recepto inter
ſeruos matrimonio, cætera q̃ inde pendẽt, probata quoque eſ
ſe dicamus? facit & conſ. Dec. 158 nu. 2. Cur n. hi nõ iuſti ſint
filij, ſi parentes eorum ſecundũ legũ præcepta coierunt? argu.
Inſti. de nup. in princ. Nec ob. quod & hoc iure, filiorũ ſtatus
a matris pendeat conditione, id. n. quoad libertatẽ ſolũ obti-
net, c. vn. de nat. ex lib. vent. in qua ſeruãtur adhuc & ciuiles
leges, d. l. partũ. C. de rei ven. eo q nihil hæc res, matrimonij ſa
cramento põt officere, cũ tã liberis quã ſeruis legitima liceat
inire coniugia. Quod ergo propriũ eſt matrimonij, & eorũ, q̃
a matrimonio ipſo proficiſcunt. ſ. de filijs inde editis, credere
in omnib. a iure ciuili diſceſſum, arg. c. lator, qui fil. ſint leg. c.
5 tuã. de ord. cogn. ca Euſemiũ. 2. q. 3. † ac ſecundum Canones,
poſſe aliquem ſeruum, & ſimul legitime natum eodem tem-
pore appellari.

CAP. XVI.

Dicamus nunc, quod eſt noſtri inſtituti proprium
de filijs illegitimis, vt quam multiplices ſint, &
quid a naturalibus differãt, rectius intelligamus.
Ac de eorum quidem origine, & diuerſis in hac
re gentium moribus, ſufficiat ea quæ alias dixi-
mus. Nunc ſciendum eſt, quod cum ex varijs coniunctionib.
quæ olim inter homines erant, quaſdam lex Romanorum ap
probaſſet, vnde legitimi filij orti & appellati ſunt, quaſdã nec
recepiſſet nec damnaſſet, vnde naturales prodiere, quaſdam
etiam eo eſt odio proſecuta, vt quod inde proueniſſet nec fi-
liorum nomine dignum cenſuerit, ſed omnem eam prolem,
illegitimam appellauit, vt ex nomine ipſo quiſque intelligeret
cõtra legum præſcripta, talem omnino coitum extitiſſe. Duo
autem principaliter illegitimorum filiorum genera, iure no-
1 ſtro tradita leguntur. † Alterum eorum, qui patrem matrem
ve alienigenas habuiſſent, ideſt non ciues Romanos, nam cũ
inter exteros, & ciues Romanos iuſtum connubij ius non eſ-
ſet, ſi qui inde naſcebantur liberi, ſub poteſtate patris nõ erãt
ſed illegitimi cenſebantur, vt ſupra latius oſtendimus, cap. 3.
quo numero & plerique nati ex ſeruis comprehendi poſſunt.
Alterum illorum genus eſt, qui de Romanis quidem ciuibus
nati erant, parentes tamen eorum ſecundum legum pręcepta
non coierant, de quibus in præſenti agẽdum eſt. Id autem va
rijs de cauſis poterat contingere, ſeu quia cum ea muliere iũ-
cti eſſent, cum qua non licebat, ſeu quia citra matrimonij con
ſenſum, ſeu quia ijs non ſeruatis quæ neceſſaria erant, ſeu alijs
atque alijs modis, qui infiniti ſunt, Glo. §. illud. in fi. Inſtitu. de
nup & partim etiam a nobis relati, c. 6. & ſeq. Generaliter er-
2 go conſtituendum erit, vbicunque parium coniunctio, † aut
vxoria, aut cõcubinaria non fuit, illegitimos ſemper filios ori
ri, quocunque dein alio modo fuerint concepti. Et hæc ipſa
copulatio, quæ tales illegitime natos edit, lato nomine forni-
catio dici iure noſtro videtur, c. lex 36. q. 1. ſicuti & ipſi, late il
legitimi appellantur. Veruntamen quoniam hic concubitus,
vnde tales illegitimi procreantur, varij eſſe poſſunt, propterea
& variæ illegitimorum ſpecies in iure traduntur, prout & mul
tiplices illecebræ ea eſſe ſolent, quæ parentes ad eam illicitã
coniunctionem ineundam deducere potuerunt. Sunt enim,
3 Spurij, Vulgo concepti, † Vani, Manzeres, Inceſtuoſi, Nefarij,
Adulterini, Sacrilegi, Nothi, Hybridæ, & Baſtardi, omnes in-
ter illegitimos enumerati. Spurij nomen in genere, & ſpecie
4 accipi poteſt. † In genere omnes in vniuerſum comprehendit,
quicunque non iuſte nati ſunt, nihilque ab illegitimi ſignifi-
catione differt, cum ad eos omnes pertineat, qui ex illicito quo
cunque congreſſu ſuſcepti fuere, lariſſimeque hoc modo ſu-
mitur, Bar. l. fin. de his quib. vt ind. Caecial. l. ſi qua C. ad Orfi.
col. 1. a. Hinc dixit Decius, reſcriptum id ſurreptitium non vi
deri, in quo narraſſet quis tantum, ſe Spurium eſſe, cum ex in-
ceſtu natus eſſet, eo quod nomen id generis haberetur, quo
omnes illegitimorum ſpecies comprehenderentur, Dec. con-
ſil. 338. nu. 7. ver. vlt. reſponderi. Ial. conſil. 1 t. in 3. nu. 2. Vbi er-
go quis nec ex vxore, nec ex legitima concubina natus fuerit,
ſed ex alia quacunque, quamuis proxime ad cõcubinæ ſpeciẽ
accederet, is ſpurius & illegitimus recte dicetur, Oldr. conſil.
196. Bal. 207. in 3. Alex. 174. in 5. 1. col. in fi. Abb c. tanta. nu. 13.
In ſpecie vero ſpurij illi vocantur, qui ex mulierib. ad quas pu
blice oĩb. aditus pateat, fuerint pcreati, illi n. ex diuerſo ſemi-
ne orti, patrẽ non habent certũ vnde puenerint, ſed quaſi ex
hominũ colluuione geniti, idcirco ſpurij dicti ſunt, παρὰ τὸ σπο-
ράδην i. quod ſparſim cõcepti ſint, vt Iuſtinianus ait §. ſi aduer
5 ſus, Inſti. de nup. † Sciendum aũt eſt, ex his ſpurijs, alios quidẽ
dici ex dãnato coitu, alios ex non dãnatis nuptijs ortos, Gloſ.
Bar. Bal. Salic. & oẽs in l. pe. C. ad Orfi. Alex. 174 in 5. Dec. con-
ſil. 311. Dãnatus concubitus ille eſt, cui certa pęna a Iure con
ſtituta fuit, veluti adulterio, inceſto, ſtupro, §. itẽ lex Iulia. Inſt.
de pub. iud. Dec conſ 306. Soc. conſ. 148. col. pe. cum ſubſcrip.
Bal. ibi. aut etiã alia extra ordinẽ, ob quam tñ talis congreſſus
Iure poſſit accuſari. Are. §. nouiſſ. Inſti. ad Orfi. nu. 8. Cagno. l.
6 pen. C. eo. nu. 13 † Spurij vero ex non dãnato coitu ij ſunt, qui
ex tali coniunctione prodierunt, quã lex non quidem proba
uit, ſed tñ nulla voluit pęna vindicare, ſed quaſi per diſſimula-
tionẽ neglexit, qualis eſt concubitus cũ meretrice, l. ſi ea. C. de
adulter. Bar. l. fi. de his quib. vt ind. ancilla, aut alia vili, humiliq;
muliere, l. quæ adulteriũ. C. de adul. quarum cõſuetudo cũ le-
gitima non ſit, non tamẽ alia pęna coercetur, q nimiam earũ
mulierũ obſcuritatem, indignitatẽq; lex ita cõtempſit, vt nec
dignã putarit, in quã vllatenus animaduerteret, Soc. l. Gallus,
§. quid ſi is, col fi. de lib & poſt. & conſ. 148. & Bart. l. ſi vxor. in
fi. princ. de adul. & eſt tex. d. l. quæ adulterium. Forte etiam vt
ita in his conniuendo, alijs longe grauioribus libidinum peri-
culis obuiã iret, quib. irretiri humanæ naturæ imbecillitas fa-

De vario illegitimorum filiorum genere.

1 *Illegitimi olim ex non Rom. ciuibus orti.*
2 *Illegitimi in genere, qui dicantur.*
3 *Varia nomina illegitimorum filiorum.*
4 *Spurij in genere, & in ſpecie.*
5 *Spurij ex damnato coitu.*
6 *Congreſſus meretricius impunitus. & quare.*
7 *Vulgo concepti, qui ſint.*
8 *Qui dicantur Varij, Manzeres. numero 9. Inceſtuoſi numero 10. Nefarij. numero 11.*
Adulterini nu 12. Sacrilegi. nu. 13.
14 *Nati ex ſacratis patribus, quo nomine in iure vocentur.*
15 *Cleric. caſtitati quomodo ſit aſtric. quid de Mon.*
16 *Ex omnibus Spurijs, qui turpiores alijs.*

eſſe potuiſſet,Doct.c.inter opera.de ſponſal.hincq; fit,vt ſpu-
riorum nomine quandoq; etiam naturales veniãt,quia & eo-
rum cõceptio lege non punitur,quamuis diuerſa quidem de
cauſa,Crauet.conſi.138.num.5. quam differentiam Spuriorũ
ex damnato,vel impunito congreſſu ſuſceptorum,neceſſariũ
putauimus hic declarare,tum ob ſucceſſiones,tũ ob alia mul
ta,quæ infra tractanda erunt,cap.40.43.in quibus animaduer-
7 temus plurimum hos ab illis ſpurijs differre. † Vulgo cõcepti
qui ſint,& ex nomine ipſo patet, & à Modeſtino declaratum
eſt,l.vulgo,de ſta. hom.nempe qui patrem oſtendere non poſ
ſunt,quia certum nullum habent,vel qui poſſunt quidem,ſed
cum habent quem habere nõ licet, qui & ſpurij appellantur.
Ex quo cognoſcimus, vulgo quæſiti nomen cum ſpurio con
uenire,cum omnes ex quocunq; reprobato congreſſu geniti,
vulgo concepti poſſint appellari, tametſi mater eorum non
palam quæſtum feciſſet:lex enim æque vulgo quæſitos eos vo
cat,qui re vera incertum patrem habuere,ac illos qui eum ha
8 bent,quem habere iure non licet. † Varij nomen pro illegiti-
mo,apud iuriſconſultos noſtros,me quidem legiſſe non me-
mini,alij tamen authores in hoc ſenſu vtuntur,eo quod ex va
rio ſemine in lucem emiſſi ſunt, quemadmodũ Heliogaba-
lum ob id Varium dictum fuiſſe accepimus,quod ex meretri-
9 ce conceptus eſſet,vt tradit Lampridius. † Manzer etiam Iu-
riſconſultis noſtris in vſu non eſt, ſed tantum a Pontificibus
vſurpatum,c.niſi cum.§.perſonæ. de renunciat. hodieq; in re-
ſcriptis,priuilegijs,& Curia Romana ſatis quidem celebre.
Hebręum ipſum vocabulum eſt,proprieq; eũ ſignificare,qui
de ſcorto natus eſt,ſacra pagina interpretatur.Deuteron. ca.
10 23. † Inceſtuoſi ab interpretib. noſtris dicũtur, qui ex inceſtu
nati ſunt. Inceſtus autem eſt conſanguineorum vel affinium
abuſus,c.lex.36.q.1 hinc inceſtuoſi qui ex coniunctis trãſuer
11 ſalibus,vel affinib. ſuſcepti fuere. Gl.Rub.C.de inc.nup.† Ne-
farij autem ij ſunt, qui ex linea aſcendentium aut deſcenden-
tium proficiſcuntur,vt Accurſius voluit. in d.Rubric.Ego ta
men vereor,ne ſubtilior hæc ſit differentia, quàm vt ſemper
ſubſiſtere poſſit,cum videam hæc nomina ſæpe confundi, &
nefarias ac inceſtas nuptias pro eadem re accipi,§.ergo. inſtit.
de nupt.l.fi.de ri.nup. Vnde & nefarij ac inceſtuoſi filij promi
ſcue aſſumi poterunt,pro ijs qui intra gradus quoſcunq; pro-
12 hibitos concepti fuere.† Adulterini ij proprie tantum dicen-
di eſſent,qui ex adulterio ſunt profecti,quod adulterium ſolũ
in nuptam committitur,vt nomen ipſum demonſtrat,gl.l.in-
ter.§.1.de adulter. Quoniam tamen lex Iulia ſtuprum & adul
terium συμμιγῶς & indifferenter appellat,l.inter ſtuprũ,de verb.
ſign.& d.l.inter.§.1.propterea & de filijs inde natis, idem quo
13 que forte dici poterit.† Sacrilegi ij vocandi viderentur, quo-
rum vel pater,vel mater dum eos concepit,ſacris erant initia-
ti,nam cum ſacrilegium late dicatur,rei ſacræ violatio,Bald.l.
3.C.de furtis.notum eſt eos omnes,qui ſe diuino cultui dedi-
derunt,ita continentię caſtitatiq; ſeruandæ iam eſſe aſtrictos,
vt qui poſt id,libidinibus quãdoq; obtemperarit, is ſtatim &
ab officio receſſiſſe,& ſuſceptos ſacros ordines inquinaſſe vi-
deatur,c.nullum.c.de his.28.Diſt.c.Maximian.82. Diſt.prout
Abb.etiam qñq; ſignificauit,in c.ut clericorum,num.6. de vi.
& hon.cler. Alij tñ inceſtum eum eſſe dñt,Gl.Bar.Bal in l.2.in
fi.C.de epiſ.& cler. Alij adulteriũ malunt,Gl. c. per venerab. q
fil.legit.uer.adulterinis.& ibi Abb.n.32. Quidã ſpurios potius
hmõdi filios dici cenſuerunt,Bal.l.ſi qs inceſti.C. de inc. nup.
14 Ita vt ex Doctorũ ſentẽtijs hoc ſatis incertũ videatur.† Verius
tñ ego eſſe exiſtimo,eos q ex ſacrato clerico,& ſoluta mulie-
re naſcuntur,ſimpliciter ſpurios dici, qm̃ & inter eos ſimplex
fornicatio dr̃ interceſſiſſe,c.quia circa,de bigam.Fede.conſil.
167.Card.Clem.ad noſtrũ,circa fi.de hæret. qui uero ex ſacer
dote & nupta muliere,illos adulterinos eſſe,c.presby.28.Diſt.
At qui ex coniunctis,inceſtuoſos appellari,vt ita exemplo lai
corum,in his quoq; hæc crimina notentur,Gl. ſ.c.lator. 2.q.
7.paucis exceptis caſib.qui a Doctorib.relati ſunt. Dec. c. etſi
clerici,de iudic.in prin.nu.48.49 Fel.nu.31.Vbi uero ex mulie
re religionẽ profitente, & Deo ſacrata, aut ex Monacho iam
monaſteriũ ingreſſo, quis cõceptus eſſet,tunc nihil dubito,ſa
crilegũ hunc partum eſſe,c. impudicas,c.virginib.27.q.1.Ra-
tioq; differẽtiæ inter Clericũ in ſacris, & Monachũ ea eſt, quod
Clericus nunq̃ expreſſe perpetuã caſtitatẽ uouit,nec ad id vo
15 to vllo ſolẽni vnq̃ ſe obligauit,quamuis cõtinentia vti ex præ
cepto eccleſiæ teneaẽ,vt Doct.tradunt,Paul Card.Imo.in cle.
ad noſtrum.de hæret. Caccial.l.ſi qua,C.ad Orfi.col.16.Mona-
chus vero nõ aliter religionẽ potuit profiteri,niſi trib.reb.(q̃
vulgo ſubſtantialia religionis dñtur) ꝓprio ſe voto oĩno addi
xerit,ſ.rerũ propriarũ abdicationi,caſtitati & obediẽtiæ,c.cũ
ad monaſteriũ,vbi Abb.de ſta mon.Vñ ſi quid ab altero eo-
rũ aduerſus hæc cõmittaẽ, multo id grauius crimen in Mona
16 cho q̃ Clerico notatur,Dec.d.c.etſi clerici, n. 49.& Pau.Gril.
in tract.de pę.omnit.coi.c.vlt.Imo.d.cle. ad noſtrũ.hæcq; ip-
ſa ex religioſis viris cõcepta ꝓles,cæteris oib.odioſior multo
& deteſtabilior iudicaẽ,Dec.cõſ.538.& 579.nu.5.Quin illi qui
tam atrox libidinis genus ꝑpetrare auſi ſunt,illo ſolo comple-
xu,tripl ci ſe maximo ſcelere polluiſſe dñtur, adulterio, ince-
ſtu,ſacrilegio,Glo.c.virginib.27.q.1.Abb. c. monaſter. de vi.
& hon.cler.Quo fiet,vt vnũquodq; ex his nominib.filijs inde
natis recte conueniat:Vnde & quandoq; ſacrilegi,aliquando
adulterini,aut nefarij,aut inceſtuoſi a Canone appellantur.
Not.Felin.d.c.etſi clerici,col.pen.& fin.

Qui ſint Nothi,Baſtardi,& de alijs illegitime natis.

1 *Nothus,vocabulo latino caret.*
2 *Nothi in iure noſtro qui,& Alcia.opin.reiecta.*
3 *De verbis Græcis Nouell.Conſtit.*
4 *Haloandri error.*
5 *Nothi apud Græcos qui.*
6 *Hybrida qui dicantur.*
7 *Qui baſtardi.*
8 *Matrimonium ad Thalac,& ad Morganicam.*
9 *De varijs nominibus illegitimorum apud Græcos.*
10 *Pęna illicitarum nuptiarum.*
11 *Diuerſa illegitimorum conditiones.*

C A P. XVII.

DE Nothis maius quoq; dubiũ eſt, q nã hi ꝓprie ſint,
varieq; de his ꝓditũ reperimus. Io. And. eos eſſe di-
xit, q ex adulterio nati ſunt. Gl.c.niſi.§.pſonæ. de re
nũr.Iſidorus,lib.etymol.9.illos q ex matre ignobili, patre ve-
ro illuſtri. Hoſtiẽſis,In ſum.de cõſan.hos q ex ĩceſtu, quaſi ex
notai.affine et cõſanguinea. Alciatus,parerg.4.c.5.eos qui ex
ancillis aut meretricib. quæ ꝓpe ad cõcubinarũ ſimilitudinẽ
accedũt.Ripa,l.ex facto.§.ſi qs rogatus,ad Treb.nu.5.illos qui
ſunt vulgo expoſiti, q ut plurimũ parentũ notitiã non hñt,
vt ſit κατὰ ἀντίφρασιν dictũ.Nõnulli,oẽs q ex quolibet damnato
coitu,quaſi ex nota & infamia orti. Alij,alia & longe diuerſa
1 tradidere.Ego Nothi uerbũ(qđ & oẽs vel tãtum literis tincti
norunt,Græcã dictionẽ eſſe ſcio,quæ adhuc nec latinũ nomẽ
inuenit,vt Quintilianus ait,lib.3.c. 8.illamq; in Pãdectarũ li-
bris,nullo qđ meminerim in loco vſurpatã. Cũ aũt Iuſtinia-
nus ſuas ꝯſtitutiones,quæ νεαραὶ dñtur,Græco ſermone cõſcri
pſiſſet,primus in iure νόθων mẽtionẽ fecit,Auth. de Nothis
als.Qui.mo.nat.ſui.qua voce deinde noſtri iuris ĩterpretes ſę
pius vti cęperũt. Verũ quo ſenſu hæc a Iuſtiniano fuerit acce-
pta,ego in hoc ab Alciato & cæteris longe diſſentio. Alciatus
eñ Nothos eos intelligẽdos tradidit,q ex ſcortis ſuſcepti sũt,
2 vbi mater non adeo cuſtodita fuit, q apud nos Spurij dici ſo-
lẽt.Ego uero,quos Nothos Iuſtinian⁹ uocat, eos ꝓcul dubio
eſſe puto,q uere & ꝓprie apud nos ſunt naturales, qđ multis
ex locis in illa cõſtitutione apparet,ſed ex eo maxime, qđ ſci-
mus id agere Iuſtinianũ ibi,vt naturales tantũ filios agnoſcat
eos inquã naturales,q ex uero & iuſto ꝓdierũt concubinatu,
d.Auth.§.ſi qs aũt defunctus.cæteros.n. q nõ hmõdi fuerint,
ita vt naturaliũ noĩe digni nõ ſint, quoſcunq; penitus exclu-
dit,d.Auth.§.fi.Quod ſi de his loquẽs,quib.tantũ tale vult cõ
modũ impartiri,Nothos illos appellat, §.καὶ ἐπειδὴ μὲν. & §.τε-
λευταῖον. cur dubitam⁹ qn tali vocabulo de ueris naturalib. nõ
ſpurijs ſenſerit,cũ inter eos drĩam maximã ꝯſtituat?§.vltima.
d.Aut.& §.ταῦτα μὲν. Nec quicquã refert, quod de duplici fi-
liorũ genere mentionẽ facere videaẽ, & vtrumq; agnoſcere,
φυσικοὺς ſ.& νόθους,quaſi φυσικοὺς naturales ſint, νόθους vero Spurij,vt
3 Alciatus ait.Nam ſciẽdũ eſt,verbũ φυσικός, ꝓ eo quod nos na
turalẽ filiũ dicimus,Græcũ non eſſe,nec vſquã apud Gręcum
vllũ authorẽ in hac ſignificatione reperiri,ſed ita a Iuſtiniano
compoſitũ, ut ex eo facilius Nothi ſignificatio ꝑcipi poſſet,
qualia & multa tam ſæpe apud eũ hmõdi legimus,quæ Græci
idiomatis nõ ſunt,q̃uis Gręce ꝯſcripta,ut [illegible],
[illegible], & ſimilia verba, quę Græci hoĩes nec ſom-
niarũt vnq̃. Voluit is igiẽ duplici vocabulo idẽ euidẽtius ſigni
ficare, & utrunq; eodẽ ſenſu accepit, forte ne qua dubitatio
ſupereſſet,ut alibi dĩ,l.1.§.ſed ſciẽdũ,de ædil.edi. quod & inde
patet,qa in eadẽ periodo,ſermoniſq; continuatione,quẽ mo
do νόθον appellauit,eundẽ & φυσικὸν,deinde vocat,§.de nepoti-
bus.ver.in qb.in Græ.exempl.§.ἐφ᾽ ὧν δὲ [illegible].Quod ſi nemo
dubitat,quin uerbo φυσικοὺς naturales proprie ſignificauerit, q̃-
to magis hoc & de Notho dicendũ eſt,cũ & conſtitutionẽ ip-
ſam περὶ νόθων ĩſcripſerit,& eã ita exordiatur. [illegible]
[illegible] &c. nec niſi poſt dimidiũ plane illius τῶν φυσικῶν
mẽtionẽ faciat,§ ſi uero is q ſolũmodo.in Græ.[illegible]
[illegible] intereaq; ſẽp Nothos appellauerit eos,qb.& uult
ſubuenire,& quos per ſubſequens matrimoniũ, ſeu per obla-
tionem princip.,vel Curiæ, legitimorum iura adipiſci ſancit,

& tamen

& tamen quin in eo loco de naturalibus proprie intellexerit,
ridiculum eſt dubitare. Haloander quidem in verbis latine
uertendis multo plus, quam in Imperatoris mente percipien-
da ſolicitus, nihil inter naturalem & Spurium putauit intereſ-
ſe, ſed verbo φυσικοὺς nunc ſpurios, nunc naturales reddidit, quod
idem et in Notho fecit, quare nihil poteſt dici a Iuſtiniani mē
te alienius, qui & in pluribus ſuis conſtitutionibus. Auth. de
trien. & ſem. §. conſideremus. & quibus modis natu. leg. §. fin.
& in ea hoc maxime contendit, vt naturalibus tantum pro-
ſpiciat, ſpurijs vero nec alimenta quidem concedat. §. penult.
5 & fi. d. Auth. quibus modis nat. ſui. † Iā vero nec huic meæ ſen
tentiæ, verbi ipſius, Nothi, repugnat ſignificatio, cum eo no-
mine comprehendatur, vt tradidit Pollux, lib. 3. quicunq; or-
tus eſt, ἐκ ξένης ἢ παλλακίδος, hoc eſt ex peregrina ſiue concubina.
Et Hesychius interpretatur, νοθογενεῖς, liberos, μὴ γνησίους, ſed ex
ſcorto, aut amica, aut ſerua, aut concubina ſuſceptos. Satis au
tem eſt, vel aliquam ex his ſignificationem, ad naturales pro-
prie, hoc eſt ex concubina natos, referri poſſe, licet aliæ latius
deinde pateant: facile enim hanc Iuſtiniani mentem fuiſſe, ex
conſtitutionis contextu deprehendimus, fuitque hoc omni-
no neceſſarium, vt cum ipſe Græco ſermone illud eſſet expreſ
ſurus, ad quod ij præcipuum & appoſitum verbum non ha-
bent, eo vocabulo vteretur, quo idem ſignificaret, quamuis
& alijs modis apud eos id quandoque vſurparetur, nec enim
nego ſolere eos, Spurios noſtros, Nothos nuncupare, cum eo
nomine ipſi quicquid non verum & legitimum eſt, appellent.
Quæ quidem omnia & Innocentij Pont. authoritate adiuuan
tur, c. niſi. §. perſonæ, de renunt. qui cum Nothos & Manzeres
nominaſſet, naturales deinde & Spurios ſubiecit, quaſi Nothi
verbum ad naturales, & Manzeris ad Spurios eſſet referendū
quod & Præpoſ. alibi tradidit, c. per venerab. Qui fil. leg. col. 9.
mihiq; huic ſententiæ videtur aptiſſimum.

6 †Quidam etiam ſunt, quos Hybridas antiqui vocauere, ꝓ-
prie quidem ſemifera animalia, vt ſues, ex fero & domeſtico
ſue progenitos, aut canes natos ex venatico & gregario, ſed &
ad homines transfertur, vt de C. Antonio Ciceronis collega
in conſulatu dictum eſt, Plin. lib. 8. cap. 61. Atque ideo qui ex
imparibus parentibus naſcuntur, Hybridæ vocantur a nonnul
lis, quod nomen etiam illegitimis attribui ſolet.

7 †Vltimum eſt Baſtardi nomen, quo vulgo pro omnibus il-
legitime natis vtimur, cuiuſcunq; generis, tametſi Accurſius
& Decius de Naturalibus tantum id videantur accepiſſe, Glo.
Rubr. de concubi. & l. fin. C. de nat. lib. Dec. conſ. 433. num. 14.
Sed communis vſus loquendi in contrarium eſt, vulgariq; ſer
mone omnes non legitime ortos, ſolemus baſtardos nuncu-
pare, Præpoſ. d. c. per venerab. col. 7. vt omnibus patet. Sūt ēt
præter hos, quidam alij filij, qui legitimi quidem proprie non
videntur, ſed nec quoque inter illegitimos referendi, quales
8 ſunt hi, qui ex matrimonio quod ad† Thalac dicitur, orti ſunt
quod matrimonium quoddam eſt arbitrarium, vt ſcilicet cū
marito placuerit, dirimatur, qui mos coniugij in partibus oriē
talib. ſeruari dicitur, Caccial. l. ſi qua C. ad Orfi. col. 3. ſicuti &
illud aliud eſt, quod ad Morganicam contractum fertur. De
fil. nat. ex matr. ad Morg. in vſib. feud. ex quo nati filij legitimi
quidem vocantur, ſed tamen certum eſt, non omnia illos legi
timorum filiorum iura obtinere, c. 1. in fi. eo. tit. Et quamuis
de ijs qui ad Thalac nati ſunt, referat poſt Angelum Seueri-
nas, Caccial. d. l. ſi qua. olim ex facto, eos Venerijs illegitimos
fuiſſe iudicatos, ego tamen has quæſtiones in præſenti omit-
to, cum de filijs iure tantum Romanorum legitimis aut illegi
timis diſputare nobis ſit propoſitum, aliasq; dixerimus, cap. 3.
plurimum in hac re gentium moribus eſſe deferendum, cum
verum id matrimoniū apud omnes habeatur, quod ex vniuſ
cuiuſque populi ritu & legibus celebratum eſt, quamuis apud
9 nos ſecus videatur. arg. c. quanto. de diuort. † Habent & Græ-
ci varia nomina illegitimorum filiorum, quale in primis eſt,
Νόθος, de quo modo egimus, Σκότιος, id eſt, ὁ ἐκ λαθραίων μίξεων ſe-
cundum Suidam, vel ὁ τὸν πατέρα ἀγνοῶν, ſecundum Homeri in
terpretem, Iliad. δ. Μητρόξενος, ὃν ἔτεκε μήτηρ. Παρθένιος, ὅντινα παρ-
θένος τέκεν, Σκοτάδιος, qui plerunque pro adoptiuo, ſed & quan
doque pro ſubdititio filio accipitur, quem aliquis vt ſuū igna
rus, nutrit, cum tamen alienus ſit. Eſt & ὑποβολιμαῖος, qui eodē
ſenſu capitur, pro ſuppoſitio, & quamuis hi duo, ſcilicet ποιη-
τός, & ὑποβολιμαῖος, poſſint quandoque legitimis eſſe natalibus
orti, quia tamen quoad eum, qui pater creditur, veri non ſunt
filij, propterea videntur quodammodo illius eſſe Nothi vn-
de & generaliter pro Nothis quandoq; hæc duo nomina vſur
pantur. Solent quoque et ἀπάτορες omnes hi illegitimi dici, id-
eſt ſine patre, filij. §. ſi aduerſus. Inſti. de nup. His autem om-
nibus contraria ſunt, Γνήσιοι καὶ ἰθαγενεῖς, οἱ ἐκ νομίμων γάμων, vt Iu
10 lius Pollux tradidit. li. 3. c. 2. † Sed & præter hæc varia nomina,
quæ illegitime natis a Iure conſtituta ſunt, variæ etiam pœnæ
vnicuique ex illis illicitis coniunctionib. vnde tales procrean-
tur liberi, decretæ fuere, & quædam capitali, aliæ leuiori ſup-
plicio mulctari ſolent, prout parentum quoque libido in ijs
concipiendis quandoque turpior & effuſior, quādoque vero
remiſſior & paulo tolerabilior potuit videri. Vnde & non de-
fuerūt, qui iuſtum tractatum hoc argumento ediderint, qua
ſcilicet pœna quilibet illicitus coitus ſit vindicādus, Pau. Gril.
Trac. de pœn. omnif. coitus. quod & interpretes alij varijs in
locis diſputarunt, Doct. c. at ſi clerici, de iudic. & Inſti. de pub.
iud. & nos ideo in præſenti hoc labore leuarunt, quod hæc ab
11 ijs latiſſime ſunt pertractata. † Sane inter hos illegitimos, vt &
antea dicebamus, quidam præ cæteris nequiores & odioſio-
res haberi ſolent, ſicuti & concubitus ille vnde ipſi profecti
ſunt, turpior & grauior iudicatus eſt. Adulterij enim crimen
vincit fornicationem, ſed vincitur ab inceſtu, c. adulterij. 32.
q. 7. ſicuti & in inceſtu quidā gradus conſiderari poſſunt alijs
deteſtabiliores, vt cum ſorore, matre, nouerca, quam cū alijs
conſanguineis. Hinc dicebat Baldus, de varijs vitæ generibus
loquens, c. cauſam, de probat. nu. 7. In virginitate viuere nos
glorioſe, in vera viduitate caſte, in matrimonio pudice, in con
cubinatu impudice licet tolerabiliter, in ſtupro damnabiliter
in adulterio damnabilius, in inceſto damnabiliſſime.

Vnde dicti Naturales, Spurij, Vulgo concepti,
Nothi, Baſtardi.

1 *Illegitimi non dicuntur naturales.*
2 *Naturales pro iuſtis filijs.*
3 *Spurij etymologia. & nu. 5.*
4 *Spurius apud veteres loco prænominis.*
6 *Nothus qui, & an idem cum Spurio.*
7 *Vnde dicti Nothi.*
8 *Baſtardi vnde.*

CAP. XVIII.

NAturalium nomen inde dictum ſupra tradidi-
mus, quod filij hi a ſola natura geniti ſint, a iure
nec recepti, nec reiecti, c. ſi. 32. q. 4. l. 3. de cōcu-
1 bin. † Cæteri. n. qui ex alijs illegitimis congreſſi-
bus oriuntur, cum ſola concupiſcentia, atq; libi
dine authore in lucem prodeant, digni non fuerunt, qui a na-
tura denominarentur, quam ſuæ procreationi communem
non habuiſſent. § fi. Auth. quib. mod nat. effi ſui. Verbum qui
dem ipſum vti Iuriſconſultis noſtris quam maxime in vſu, ita
apud bonos & latinos authores alio potius ſenſu vſurpatum,
2 videlicet ꝓ naturali † & legitimo ſimul Cic. Philip. 111. Cuius
naturalis pater ſi vita ſuppeditaſſet, conſul factus eſſet. Sueto.
in Tyberio. Filiorum neque naturalem Druſum, neq; adopti-
num Germani cum patria charitate dilexit. Sic & apud Quin
til. & alios, quo modo & noſtri elegantiſſime quandoque vſi
ſunt. l. j. in prin. de bo. poſ. con. tab. & Inſt. de nup. §. ſed hodie.
3 † Spurios vero ſic dictos Modeſtinus tradidit παρὰ τὴν σποράν
hoc eſt a ſatione. l. vulgo. de ſta. ho. quam notationem & Im-
perator ipſe ſecutus eſt. §. ſi aduerſus, Inſti. de nup. quæ tamen
cū nimis fortaſſe generalis videretur, quippe quæ & legitimis
etiam recte poſſet conuenire, idcirco multi exiſtimarūt σποράδην
legendum eſſe, ideſt ſparſim conceptos, & ex collectitio ſe-
mine editos, vnde & Sporades inſulæ dictæ, ꝙ in Inſtitutio-
nibus ſuis animaduertit Theophilus, & ſecuti ſunt recentio-
res. Aliter tamen huius verbi origo a Plutarcho grauiſſimo,
& locupletiſſ. autore relata eſt: tradidit. n. is in Problem. præ-
nomina apud Romanos primis tantum literis notari ſolita,
vna, duabus, aut tribus, vt T. Titum. GN. Gneū, Ser. Seruiū.
C. Caium, eodemque modo Sp. Spuriū, quod prænomen erat
deſignaſſe, vſos tunc etiam eos qui ſine patre eſſent, qui Græ-
ce ἀπάτορες dicuntur, de quib. nos agimus, quia patrem certū
non norunt, aut etiam orbatos parente, disiunctis literis. S. P.
ſignificare, ideſt, ſine patre. Quæ nota cum parum ab illa Spu
rij differret, hoc errore deinde factum eſſe, vt Spurij ſine pře
dicerentur. Et hæc Plutarchi ſententia, tametſi noſtris Mode
ſtino & Iuſtiniano ſit cōtraria, eo mihi probabilior videtur,
quod plures apud veteres eo Spurij nomine appellatos legi-
mus, quos tamen conſtat legitimis fuiſſe natalibus ortos. Li-
uius lib. ij. *Duos tamen cum eo pudor tenuit, Spurium Lartium, ac Titum
Herminium, ambos claros genere factiſque.* Idem narrat a Caſſio quo-
dam Spurium Caſſium filium iure patriæ poteſtatis necatum
eo quod dum Trib. Pleb. eſſet, legem Agrariā tuliſſet, de quo
& meminit Valer. lib. 5. cap. 8. & tamen ſcimus patriam hanc
poteſtatem ad ſolos iuſtos & legitimos parentes pertinuiſſe.
Inſti. de pat. pot. Poſſemus & ſexcentos alios eodem nomine
recenſere, qui & honeſtiſſimi viri fuere, & maximis dignitati
bus decorati, vt Spurium Papirium, Spurium Furium, Spuriū
Caruilium, & alios plures qui ab hiſtoricis ſumma eorum cū
laude

4 laude memorantur. † Quæ res nobis aperte declarat, lõge aliter id verbum a veteribus fuiſſe vſurpatum, quam Iuriſconſulti noſtri tradiderint, cum apud Ciceronem, Liuiũ, & alios eius ætatis viros, vbi de Spurio fit mentio, id loco prænominis accipi ſoleat. Sumpſerunt autem ij noſtri fortaſſe hanc etymologiam a Græcis & Oratoribus quibuſdam recentioribus, quos irridet in prædicto loco Plutarchus, Addens illud quoque abſurdum eſſe, quod dicebant aliqui, Sabinos muliebria pudenda Sporion appellaſſe, vnde eos qui legitime nati non eſſent,
5 Spurios veluti contumeliæ cauſa vocatos. † Ego illud etiã nõ indecens huius nominis etymum eſſe exiſtimarim, a Græco *σπείρειν*, quod fœlici hi ad prolem ſuſcipiendam editi ſint auſpicio, atque ad liberos procreandos quam maxime idonei habeantur. Hodie tamẽ inualuit hæc noua ſignificatio, vt ſpurium dicamus quicquid non ſincerum & legitimũ eſt, ſic ſpurij verſus apud Grammaticos, ſpuria cogitatio apud Philoſophos, & ſim. Sunt quoque vulgo concepti ijdem cum ſpurijs. l. vulgo, de ſta. homi. cuius nominis ratio ſat patet, nempe quod ex colluuione quadam, & feminis communione ſint progenerati. Nam vt ait Accur. §. pen. Inſti. de nup.

Cui pater eſt populus, pater eſt ſibi nullus & omnis,
Cui pater eſt populus, non habet ille patrem.

De nothis multa ſupra tradidimus, eo nomine Græci quicquid non verum eſt vocant, vt *νόθοι Α'γχιμεροί*, & quod nõ proprium eſt, ſed aliunde ſumptum, vt cum Catullus dixit, in epigram. 31. Lunam notho lumine, vel quod ex diuerſæ ſpeciei animalibus editum, aut etiam quod externũ, atq; cum patrio mixtum eſt, ſicut nothi pulli. Columel. lib. viij. *Omnium autem horum generum nothi ſunt optimi pulli, quos conceptos ex peregrinis maribus noſtrates ediderunt.* Latino id caret vocabulo, vt in quadam oratione teſtatur Cato, & refert Quintil. lib. 3. cap. 8. idcircoq; pe-
6 regrino frequenter vtimur. Multi fuerũt qui Spurium † idem cum notho eſſe exiſtimarent. Hincq; Sex. Pompeius ait, Norbum Græci natum ex vxore non legitima vocant, qui apud nos ſpurio patre natus dicitur, animaduertimuſque optimos quoſque interpretes, cum de Notho a Græcis fit mentio, Spurium ſemper vertiſſe. Sed ego ſupra ex Pollucis authoritate docui, magis generale hoc nomen eſſe, cum & eum comprehendat quem naturalem dicimus, id eſt ex concubina natum, inter quem & Spurium multum lateq; intereſt. Dicẽdum eſt
7 igitur id verbum commune eſſe tam naturalibus † quam ſpurijs & quibuſcunque illegitime natis. Indeque dictum videtur, quod qui ſit huiuſmodi, eo careat quod diuinum putãt, legitimis ſcilicet natalibus a *ν*. priuatina particula, & *θεῖον* eſt enim *θεῖον τι τὸ γνήσιον οἱ νόμιμοι ἀνθρώποι Τῶν*, nothuſque eſt *ἀπο φερόμενος Τῶν*, vt ait Suid. cuius contrarium *γνήσιον* appellatur. *Νόθεια χρήματα* Græci dicunt eam partem bonorum quę ex hęreditate paterna nothis lege Athenienſium contribuebatur vſque ad drachmas mille, vt tradit Ariſtophan. & meminit Demoſthenes contra Ariſtocrat. Baſtardos populari lingua
8 hodie hos omnes vocamus, † quod verbum omnino barbarũ videtur, niſi inde ſumptum exiſtimes, quod *Βασσάρα* apud Græcos præter Bacchæ ſignificationem, etiam pro meretrice & muliere proſtituta capitur, vt in Epigram. ſæpius legitur, quaſi illegitimi filij vt plurimum ex meretricio cõplexu oriãtur. De cæteris illegitime natis, ſatis in præcedenti capite egimus, ex quo & vnde ſinguli appellati ſint, facile vnicuiq; eſt colligere.

Ex cohabitatione viri & mulieris an præſumatur matrimonium.

1 *Ius ciuile quando matrimonium præſumat.*
2 *Deprehenſi duo rem ſimul habere, ſi dicant ſe coniuges, an eis credendum.*
3 *Concubitus cum meretrice aut vilibus fœminis non punitur.*
4 *In materia permiſſa, partium aſſertiuni ſtatur.*
5 *Iure Canon. non præſumitur matrimonium, niſi omnia ſolemnia præceſſerint.*
6 *Quibuſdam tamen caſibus ſecus eſt.*
7 *Poſt ſponſalia ſi vxor apud maritum morari incipiat, præſumitur & copulatio ſecuta.*
8 *In diiudicando matrimonio quid differat ius ciuile & Pontif.*
9 *Ex quibus coniecturis iure Cano. matrimonium probetur.*
10 *Cur difficilius præſumatur matrimo. Iure Canon. quam ciuili, & cui hodie ſtandum ſit.*
11 *Ex præſumpta fornicatione, naſcuntur filij legitimi.*
12 *Eadem coniunctio diuerſis reſpectibus, poteſt vt fornicatio, & vt matrimo. iudicari.*

CAP. XIX.

Eſt ergo matrimonium rite contrahendum, vt ex eo legitima ſoboles ſuſcipiatur. Quid vero ſiquis ex certis parentibus natus proponatur, an vero ex matrimonio aut fornicatione, ſicque an legitimus vel illegitimus ſit, non conſtet, quid in dubio iudicandum erit?

Hæc quæſtio duplex caput cõtinet. Alterum, ſi adhuc eius parentes viuant, ſimulque verſentur, an ex hac ſola cohabitatione, inter eos matrimonium præſumatur. Alterum, an iis defunctis, cum nihil de eorum matrimonio conſtet, filius ne legitimus, an illegitimus ſit cenſendus. † Quod ad primum atti- 1
net, diximus alias, cap. quinto, diuerſas eſſe iuris ciuilis ac Pontificij leges. Ius ciuile, vbi virum & mulierem ſimul cohabitãtes intelligit, id in dubio matrimonij, non fornicationis cauſa fieri conijcit, l. in liberæ, de ritu nupt. vſque adeo, vt tam etſi quis non eo animo cum muliere illa verſaretur, ſed potius, vt ea veluti concubina interim potiretur, lex tamen eas adhuc nuptias interpretetur, niſi is illam antea eius rei fecerit certiorem, l. 3. de concubi. cum gloſ. ver. habere, & glo. dicta l. in liberæ. oportet tamen talem eorum eſſe vitæ coniunctionem, quæ coniugio digna ſit, quæ turpitudine careat, quæ inter æqualis conditionis perſonas intercedat, quoniam ex ijs facillime deinde vxorum vinculum præſumi ſolet, l. donationes, cum gloſ. de donatio. Aſt ſiquis ingenue natus, cum obſcuriſſima fœmina familiarius viueret, aut quæ corpore quęſtum feciſſet, tunc a matrimonij opinione plurimum & lex ciuilis diſcedit. glo. Bald. d. l. in liberæ. & in dicta l. tertia, de con-
2 cubi. † Quapropter cum quidam rem ſimul habere deprehẽſi eſſent, de ſtuproque accerſiti, ipſi ſe tanquam coniuges id negotium ſimul habuiſſe affirmarent, dixerunt multi, crimen eis obiectum ſatis hac ratione purgari, eorumque atteſtationi eſſe omnino acquieſcendum, glo. l. penultima. C. de fideiuſ. Cepo. caut. 42. Lanfr. cap. quoniam contra. §. confeſſiones, numero ſeptimo. Baldus tamen quædã amplius ſpectari voluit, quæ extrinſecus ſolent contingere, vnde matrimonium a fornicatione diſcerni poteſt, Bald. cap. primo. §. iniuria, de pa. iur. firm. numero 39 & in d. l. penul. C. de fideiuſ. Card. cap. is qui, 34. diſtinct. cum alias facile eſſet improbis, leges eludere, hocque prætextum crimen ſuum ab omni pęna vindicare. Immo, cap. ex parte, de reſtitutio ſpoliato. Quod idem fere & in concubinatu, vt non facile præſumi debeat, atque ita delicta impune relinquantur, Doctores alij reſponderunt. Thom. Grã. voto 4. Quare nec defuerunt, qui dicerent, Imo dicta l. donationes. de donat. parum admodum in hoc negocio, Cæſaris leges a Pontificijs differre, quod vbique indicia quædam cõſiderentur, an matrimonium fuerit, aut fornicatio, quamuis cæteri Doctores eas inter ſe penitus contrarias putent, gloſ. c. illud de præſumpt. & in l. 3. de concubi. Bal. d. l. in liberæ. & Alcia. Reg. a præſump. 5. Ego autem, quod ad propoſitam quæſtionem pertinet, de eo qui deprehenſus fuerit cum muliere, contra Baldum omnino ſentio, facit conſil. Decij 193. numero primo. Nam cum dubitemus, accipienda ne ſit eorum excuſatio, qui ſe coniuges fatentur, ita vt ab omni culpa liberentur. Animaduerto imprimis, hanc quæſtionem in ijs intelligi non poſſe, qui antea ſe alijs matrimonio iunxiſſent, quo pacto enim poſſent ſe ij hac rõne excuſare, ſi aliam vir habebat vxo-
3 rem, aut illa maritum? † Minime quoq; accipi poteſt quæſtio de concubitu cum meretrice, ſcorto, & vulgaribus quibuſdã mulieribus, nam cum in ijs ob ſummam obſcuritatẽ & ignobilitatem tale crimen non notetur, nec vlla his pœna ſit conſtituta, l. ſi ea. l. quæ adulterium. C. de adult. quæ eſſet dubitatio de eorum excuſatione, ſi ea etiam remota, nihil in eos animaduerti poſſet? Dicendum ergo eſt, honeſtas eſſe has perſonas, quæ ſi citra matrimonij vinculum ſimul cõgrediantur, iure poſſent ſtupri crimine condemnari. Dico autem, ſi vterque aſſerat matrimonium iam inter eos contractum, nõ alias coniecturas eſſe perquirendas, cum vtriuſque confeſſio, cuicunque præualeat probationi, Dec. rubr. de probatio. nume-
4 ro texto. † Nam cum materia hæc ſit permiſſa, ſcilicet, vt matrimonium prout ipſi fatentur, ſubſiſtat, partium aſſertioni procul dubio hærendum ſemper erit, Alex. Dec. l. ſi donatione. C. de collat. numero 18. 19. prę ſertim vt delicti ſuſpitio euitetur. Bart. l. non ſolum. §. ſed vt, de ope. no. nuntia. Videmus, ſi inter aliquos matrimonium non extiterit, filioſque interim ij ſuſceperint, poſtea autem verus coniugij ineundi conſenſus accedat, cum ipſum conſenſum ſtatim ad initia illius conſuetudinis retrotrahi, filioſque ipſos antea legitime natos cenſeri, cap. tanta. qui fil. legi. quo ergo maior hic fides adhibenda vtrique affirmanti connubium principio contractum eſſe, ſi poſteaquam ſimul diu fornicati fuerint, adhuc eis permittitur nudo fere conſenſu omnia reſarcire? Etenim cum non omnino de rei ipſius veritate liquere videatur, cum potuerit re vera illud eſſe matrimonium, forte & non eſſe, ex quo res tota ab eorum nuda pendebat voluntate, num ſatius eſt in dubio nocentem abſoluere reum, quam innocentem condemnare? l. abſentem. de pęnis. hic præſertim vbi tot concurrunt, fauor matrimonij, d. cap. tanta. præſumptio euitandi criminis, l. merito, pro ſocio. & vtriuſque confeſſio, quæ omnem exuperat probationem? & denique agatur tantum de eorum animo

colligendo,

colligendo, qua in re ſemper aſſerentis confeſſioni ſaltem cū
iuramento, etiam in maxime arduis negocijs ſtari ſolet. Iaſ. ſ.
ſed iſtæ. de actio. nume. 90. & l. admonendi, nume 310 Et hęc
ita generaliter ius ciuile ſtatuit, certis tamen perſonis excep-
tis, qui maximis præditi ſunt dignitatibus, & paucis quibuſdā
alijs, quos ſine dotalibus inſtrumentis matrimonium recte cō
trahere poſſe vetuit, §. quia vero legem, cum Gl. Auth. vt lic.
mat. & au. quamuis & hæc hodie ſint immutata. Ange. §. fin.
5 Inſti. de nup. nume. 8. † Ius vero Pontificium in nuptijs probā
dis multo eſt difficilius, multo durius, vult enim ante concu
bitum quamplura ſolennia præceſſiſſe, ſupra cap 5 alioquin
id non connubium, ſed fornicationem vocat, c. aliter. 30. q 5.
hincq; tam ſæpe clandeſtina damnat coniugia, atque iurium
coeuntes, cæteroſq; eius rei conſcios grauiter inſectatur, to.
tit. de cland. deſp. Quoniam tamen matrimonium ita clā cō-
tractum, matrimonium vere eſt, vbi vtriuſque coniugis bo-
na fides, quamuis tacite concurrit, vt alias diximus, ca. ſiquis.
39. q. 5. noluit Canon prohibere quominus quibuſdam caſi-
bus, & illud legitimum cōnubium publice haberi poſſet, vbi
ſcilicet quædam ſubſecuta eſſent, quæ omnem veluti nubem
diſijcerent, remque ipſam, vt ſeſe haberet, iam in apertum ꝓ-
6 ferrent. † Exempli cauſa, ſi qui antea clam coierint, bona tamē
coniugij fide, idemque poſt, de more patrio, publice ſe vt cō-
iuges alijs exhibuerint, eccleſia tunc eos tanquam iuſtos con
iuges etiam antecacto tempore recte probat, cap. 2. de cland.
deſp. Idemque fit, vbi ſponſalia tantum, publice antea cōtra-
cta eſſent, mulierque deinde a patris ædibus apud maritum ſe
recepiſſet, & vterque iam ſimul cohabitaret. Nam ſi liquido
conſtat, copulationem inter eos poſt ſponſalia ſecutam, ſolet
illud ſtatim verum matrimonium ſane cēſeri, c. is qui fidem.
de ſponſal. Sin vero de copulatione nihil pateat, ſed id tantū,
7 poſt ſponſalia † rite celebrata, mulierem ſetu mariti domici-
lium contuliſſe, cumque eo dein moratā eſſe, dubitauit hoc
caſu Panormitanus Abb. c. fina. in fi. de ſponſal. ne id matri-
monium non eſſet cenſendum, cum de illorum coniunctio-
ne adhuc incertum eſſe poſſit. Ego autem non video ſi matri
monium id dici aſſeueramus, vbi poſt ſponſalia, coitus dein-
de quamuis furtiuus acceſſit, d. c. is qui fidem. cur non æque
matrimonium perfectū dicamus, ex quo poſt ſponſalia mu-
lier apud virum habitare incepit, cumque eo aſſiduo mora-
ri. Quid enim hic aliud conijci poteſt quam eos ſi ad rē vxo-
riam idonei erant, ſimul & iunctos eſſe? Glo. l. ſi vero. §. ſi ado
leſcens. mandati. maxime vero præcedentibus ſponſalibus, q̄
certam dant ſignificationem, talem eorum ab initio animū
extitiſſe? Alcia. Reg. 3. præſum. 38. Quod ſi nihil publice actū
eſt, nec quoad ſponſalia, nec quoad ipſum matrimonium, vir
tamen cum fœmina conſuetudinem habere intelligitur, tūc
perraro admodum Canon nuptias inter eos contractas indi-
cat, niſi fortaſſe tot variæ & maxime probabiles accedant cō
iecturæ, vt ſecus a nemine fere, qui communi ſenſu præditus
8 ſit, poſſit exiſtimari. † Credoque ego ſummam Iuris ciuilis, &
Pontif. differentiam in hoc negocio, eam eſſe, quod lex Cæſa
rea quibuslibet vel leuibus multū tribuit coniecturis, in gra-
tiam matrimonij, d. l. in liberæ. d. l. donationes. Aſt Canon,
vbi publice omnia ſolennia non ſunt peracta, cætera deinde
in deteriorem partem ſemper interpretatur aduerſus matri-
monium, d. cap. aliter. nec vnquam fere ab hac præſumptio-
ne recedit, niſi maximis & validiſſimis rationibus conuinca-
9 tur Soc. conſ. 39. in 1. col. 2. Illæ autem tales eſſe ſolēt, ſcilicet,
ſi duo ſimul habitare cœperint, & dotalia inſtrumenta confe
cerint, inuicem ſe coniuges appellarint, ſimul vixerint, ſimul
concubuerint, in vicinia vt coniuges habiti fuerint, perpe-
tuumque ſecundum hæc decenniū effluxerit. c. illud. vbi Ab
bas, de præſump. Soz. d. cōſ. 39. Tunc enim quāuis initio nō
rite ſimul copulati ſint, forte quia præcedentia illa concubi-
tum ſolennia ſint omiſſa, non poteſt tamen non tot maniſe-
ſtiſſimis rationibus cedere, vt id matrimonium, non amplius
fornicationem iudicet, cum hæc tam longo temporis ſpatio
ſatis probata, omniaque purgata videantur. Alex. conſ. 151. in
quinto. Mirum autem nemini videri debet, adeo difficilem
10 eſſe Pontificiam legem in matrimonio † approbando, alias. n.
diximus, cap. 5. peccati euitandi ratione, quæ Canoni ſemper
omnibus in rebus propoſita eſt, hoc ita fuiſſe inſtitutum, cū
que ibi multa huc pertinentia, retulerimus, propterea nō am
plius hic repetenda duximus. Sed nūc oritur dubitatio. Cum
viri & mulieris coniunctionem, lex Canon. in dubio fornica-
tionem eſſe præſumat, cui etiam de Iure ciuili hodie ſtandū
eſt, Dec conſ. 471. Abb. cap. illud. in fi. de præſumpt. dicemus
ne filios quoque ex huiuſmodi cohabitatione ortos, illegiti-
mos cenſeri? Sane cum filiorum ſtatus a parentum pendeat
coniunctione, Auth. quibus modis fit. §. legitimi ſi canon le
gitima fuit, liberos quoque iniuſtos habendos, dicendum vi
detur. A qua tamen re diſcrepant communiter omnes, qui
aliter de filijs, aliter de nuptijs ſtatuendum putant. Bald. ca. ex
tranſmiſſa, de reſt. ſpol. Dec. cap eccleſia. de conſti. nume. 44.
Abb cap. lator. qui fil leg. Lex Canon quæ nos per tutiorem
11 ſemitam ſemper quærit † perducere, cap. iuuenis. de ſponſal.
partum coniunctionem vbi non rite inita eſt, potius fornica-
tionem, quam coniugium vocat, quo facilius ab omni nedū
crimine, ſed & ſuſpitione debeamus abeſſe, Glo. c. aliter. 30.
quæſtione quinta. Hæc ratio nihil ad filios pertinet, Alciat.
reg. 2 præſump. 5. Felin. c. illud de præſumpt. col fi. propterea
ſatis illis erit, ſi ea duobus ſimul habitantibus nati dicantur,
qui ſe coniuges mutuo vocarent, Dec. conſ. 153. numero 3 &
Pariſ. conſil. 13. numero 33. in 2. aut qualibet vel leuis de eo-
rum coniugio extet coniectura, ea enim tametſi matrimo-
nium quoad parentes probare haud apta ſit, filijs tamen ita
proderit, vt legitimi dicendi ſint, Abb d. ca lator, numero ſex
to. nec id abſurdum erit, cum eadem res, prout ad diuerſa re-
lata, vario etiam modo recte cenſeri poſſit, Iaſ. l. 1. §. hoc autē
ad Trebellia. numero 16. & ſequen. ſicuti videmus, eum qui
Curiæ offertur, legitimum tantum ratione parētū, non agna
torum effici, l. communium. C. de nat. lib. & reſcripto Princi-
pis poſſe quem quoad aliquas perſonas emancipari, quoad
alias in priſtino ſtatu relinqui, l. ſi ab eo. C. de legit. hær. & pa-
trem ex matrimonio ad Morganicam contracto, filios quo-
ad res quaſdam ſibi legitimos ſuſcipere, quoad alias veluti in
feudi ſucceſſione, tanquam Nothos & alienos, cap. j. de fil.
nat. ex matr. ad Morg. in feud. Vt plane conſtet, & in præſenti
quæſtione noſtra, cohabitationem illam, quoad cōiuges for
nicationem recte cenſeri poſſe, quoad filios autem, reuoluto
vt ait Accurſius, mātello, l. Papinianus. §. ſed neque, de inof.
teſt. verum & iuſtum matrimonium exiſtimandum, ipſoſque
legitimos habendos, quod & a Decio, diuerſa tamen ratione
reſponſum eſt, conſ. 153.

Quis ne in dubio legitimus, an illegitimus ſit cenſendus.

1 *Quatuor opiniones, quid de cuiuſque natalibus ſit conijciendum.*
2 *Affirmans aliquam qualitatem, eam neceſſe habet probare.*
3 *Maior aut minor quis non præſumitur.*
4 *In dubio id credendum quod honeſtius, & delictum excludit.*
5 *Filij adulterini videntur imperfecti.*
6 *Infamia non præſumitur, aduerſuſque naturam videtur.*
7 *Facta quando præſumantur.*
8 *Naturalis in dubio quis nunquam cenſetur.*
9 *Filiusfam. recte quis credi poteſt.*

CAP. XX.

1 ALterum caput dubium magis videtur, † quando
nihil de parentum cohabitatione conſtat, nec
vlla omnino extāt indicia, quibus filios potius
ex matrimonio natos, aut non natos, credere
debeamus. In qua quæſtione varie pugnant in-
ter ſe Doctores; Aliqui enim legitimum quemlibet præſumi
exiſtimauerunt, ea ratione, quod Spurij nomen, delictum po
tius ſonet, quod nunquam in dubio eſt conijciendum. Ce-
pol caut. 118. Contra Bartolus, conſ 42 cum enim legitimi
ex matrimonio oriantur, id autem quid facti ſit, nonquam in
dubio id præſumi dixit, argumen. l. in bello. §. factæ. de cap &
poſt l. quod ſane optimum argumenti viſum eſt multis, qui
deinde cum Bartolo intrepide ſenſere. Corn. conſ 68. in 1 Iaſ.
l. poſt dotem. ſolu matrimonio. numero quarto. Alcia Reg.
2. præſump. 2 Sed Baldus aliter quandoque reſpondit, conſi-
lio 448. in primo, nempe vnumquemque naturalem conijci
debere, quod & recentiores quidam ſecuti ſunt Crauet. con
ſilio 138. numero primo. Plerique tamen, nulli ex his ſenten-
tijs facile hærendum exiſtimarunt, ſed aliam viam quaſi in-
ter has mediam eligentes, neminem nec ſui iuris, nec in pote
ſtate præſumi tradiderunt, Cuma. l. ſed ſi, de acquiren. hæred.
Cor u. conſilio 208. in 3. Dec. l. ſi emancipati. C. de collatio. ſed
ex communi iuris regula, ad eum huius rei probationem ſpe
ctare, qui eorum alterum affirmaret, l. ab ea, l. ei qui, de proba
2 tio † Quæ quidem diſtinctio multis legibus conuenire vide-
tur, in quibus animaduertas, quandoque cogi patrem proba-
re, filium in ſua poteſtate eſſe, l. Titia. ſoluto matrimonio. l. ſi
vxorem. C. de condi. inſ. quandoque filio hoc incumbere, vt
ſe a patris manu liberatum doceat, l. ſi filius. de probatio. l. ſi
emancipati C. de colla. prout ſcilicet nūc hic, nunc ille actor
3 eſt, ſicuti & ideo ſeruatur, † cū de alicuius ætate eſt quæſtio:
is enim qui agit, ſemper ſe aut maiorem, aut minorem proba
re debet, cum lex nihil in dubio præſumat, ſed totum hoc, ei
qui alteram partem aſſerit, probandum relinquat, l. cum te,
C. de proba l. ſi minorem. C. de in int. reſtit. Quotieſcunq; igi
tur non fuerit quis in eius rei de qua quæritur poſſeſſione,
ex qua

ex qua ſcimus probandi onus in aduerſarium transferri, l. circa. de probat. tunc volunt eum qui ſe vel filiumfamil. vel patremfamil. contendit, hoc ipſum docere debere, atque ita hanc quæſtionem terminari. Mihi inter tot Doctorum ambages, plus certe ſemper illa placuit opinio, vt vnumquemq; in dubio legitimis ortum natalibus iudicemus. Cum enim quemlibet ex coitu naſci ſit neceſſe, oportet etiam concubitum illum vel licitum aut prohibitum fuiſſe. Sed cur nõ permiſſum potius exiſtimemus, cum illud magis ſemper ſit cõijciendum, quod honeſtum eſſe poteſt, quam quod inhone-
4 ſtum, vt Baldus dicebat? in l. filium, de his qui ſui. † Namque vbi ex aliquo actu duæ poſſunt capi coniecturæ, quarum altera delictum ſignificet, altera excludat, eligenda ſane ea eſt potius, quæ vitio careat & crimine, Barto. l. non ſolum. §. ſed vt. de oper. no. nuntia. Alexand. conſilio decimoquinto, in 3. Quocirca videmus in hac ipſa materia, cum vxor alicuius, ſui copiam alijs etiam fecit, filium tamen ex ea natum, mariti potius quam adulteri diiudicari, quoniam id honeſtatis ratio ſola ſuadeat. l. miles. §. defuncto. de adulter. Dec. conſilio 657. Accedit quod vt ſupra docuimus, quoties duo ſimul cohabitarint, quamuis lex quoad parentes eam non omnino iuſtam conſuetudinem fuiſſe interpretetur, quoad tamẽ filios, in eorum fauorem, præſumit legitimam illam coniunctionẽ extitiſſe, legitimumque matrimonium, Abb. cap. lator, qui fil. ſeg. numero ſexto, Alcia. Reg 2. præſumpt. 5. Cur non igitur hoc argumento quemlibet in dubio legitime natum exiſtimemus? Senſit hoc plane Innocen. iij. qui in eo qui ſe ſacris initiari cupiat, tunc tantum neceſſariam iuſtorum natalium ſuorum probationem dixit, quoties publice contrarius de eo rumor circumferretur, cap. accedens, de purg. can. quaſi præter eum caſum, alijs nihil huiuſmodi probare ſit neceſſe, cum in dubio legitimus quis præſumatur. Etenim cum ex
5 adulterio geniti filij, manci † quodam modo & imperfecti cenſeantur, iuxta illud Sapientiæ libro 3. traditum τέκνα μοιχῶν ἀτέλεστα. Quid eſſet abſurdius, quam illam in dubio coniecturam facere, per quam natura non omnino munus ſuum impleſſe videatur? Vel etiam eum illegitimum eſſe, quædã ſit nota, & infamia facti, vt vulgo omnes aiunt, Azo in ſum. C. de infam. Curt. conſil. 136. nonne indecens ſatis eſſet, in dubio exiſtimare aliquem infamem eſſe? cum hoc & iuris communis regulis repugnet, capit. dudum, de pręſump. l. merito pro ſocio. & illiberale ſit male de homine, prima facie ita iudicare, vt eum turpitudine notatum credas, Glo. l. fina. quod met. cau. Ange. l ſciendum, in fi. de verborum obligationib.
6 Nam cum infamia ſit contraria bonitati, † & conſequenter naturæ noſtræ, Fel. dicto cap. dudum, numero decimoquarto. tantum abeſt vt ea in dubio præſumi debeat, vt mihi quiduis potius quam hoc conijciendum proculdubio videatur. Nec his quicquam Bartoli & aliorum aduerſatur ratio, cum enim neceſſe ſit, vt diximus, filium ex aliquo concubitu ſuſceptum eſſe, exiſtimamus nos potius ex matrimonio, quam fornicatione, quoniam id honeſtius eſt, quamuis enim matrimonium ipſum quid facti ſit, quod præſumi non ſolet, ſic tamen & adulterium, fornicatio, ac ſimilia facti eſſe cenſentur, neceſſeque eſt, vt quocunque te vertas, ſemper factum aliquod præſumas. Aequius igitur eſt factum illud conijci, quod lon-
7 gius a delicto abeſt, quinimmo † & facta ea ſolent ſane præſumi, quibus conſentanea, & probabilis cauſa accedit, Abb ca. in præſentia, de probatio. in ſeptimo notab. Sed quid hic magis veriſimile, quam parentes legitimam ſobolis ſuæ propagationem, non iniuſtam & adulterinam expetijſſe? Quod ſi adhuc obijcias, in matrimonio præter factum ipſum, ideſt cõcubitum, alia requiri, vt legitimum dici poſſit, quæ alijs coniunctionibus nõ ſunt neceſſaria, & propterea matrimonium non ita facile, vt cætera, eſſe præſumendum: Reſpondeo immo ſolo conſenſu iuſtum conſtare matrimonium, cap ſufficiat. 27. quæſtione ſecunda. eumque quamuis clandeſtinus fuerit, filios tamen legitimos reddere, cum is ſolus omnino ſufficiat, ſupra cap. quinto. Vnde cum in quolibet concubitu, aliquam coeuntium voluntatem afuiſſe neceſſe ſit, ſiue honeſtam, ſiue inhoneſtam, cur non credamus in dubio eã potius vxoriam fuiſſe quam fornicariam, moderatam quam libidinoſam? Sic enim ſola voluntas honeſta cum concubitu matrimonium conficit, ſicut inhoneſta fornicationem parit, nec inter hæc coniunctionum genera, quicquam præter in honeſtate, & dignitate refert, argumen. l. item. §. parui, de leg 3. Hæcque me ratio maxime mouet, vt eos damnem, qui nouam adſtruentes ſententiam, quemlibet naturalem præſumi cenſuerunt, Bald. dicto conſilio 448. Crauet. dicto conſi-
8 lio 138. † Namque ad naturales filios ſuſcipiendos, nec ſolus conſenſus nec concubitus idoneus eſt, ſed multa alia requirũtur, quæ prope infinita ſunt, & ſupra a nobis relata, cap. duodecimo, quæ omnia, tantum abeſt, vt præſumi debeant ſimul afuiſſe, vt immo hac de cauſa hodie perraro admodum, & fere nunquam contingat, aliquem proprie naturalem filium dici. Bald. conſil. 206. in 3 Alcia. Reg 2 præſump. 5. Iam vero nec media ea Doctorum opinio, qui aſſenſum ſuſtinent, nec in dubio quicquam affirmandum cenſent, hanc ſententiam infirmat, cum illud in propoſita eorum facti ſpecie fortaſſe verũ eſſe poſſit, cum ſcilicet q̃runt an quis ſui iuris, vel ſub poteſtate ſit exiſtimandus. Aſt inter illam & præſentem quæſtionem noſtram multum intereſt, cum non ſequatur, eum qui legitimus ſit, ergo filiumfamilias eſſe, cum multa poſſint accidere, ex quibus, ex iuſtis nuptiis natus, ſui iuris efficiatur, vt morte patris, emancipatione, deportatione, ſolenni adoptione, noua patritij gradus dignitate, & ſimilibus, Inſtit. quibus modis ius patr. pot. Quocirca cum in his maior cadere poſſit dubitatio, nil mirum eſt ſi nihil temere affirmandum putant in tali ſpecie. Verum quæſtio hæc noſtra ab ea longe diuerſa eſt, vt ex ſupradictis ſatis liquere arbitror. Sed adhuc & illud adiunxerim, etiam hoc ipſo caſu, de quo Doctores diſputant, recte reſponderi poſſe, vnumquenq; filiumfamilias
9 in dubio debere iudicari. † Si enim vera eſt illa, qua oẽs vtuntur regula, quod ſcilicet vnuſquiſque centum annis viuere præſumatur, l. fina. C. de ſacroſan. l. ſi vſufructus, de vſufruc. leg. certe cum ex matrimonio natus quilibet exiſtimetur, pater autem tandiu viuere credatur, ſequetur etiam, cum qui alium filiumfamilias eſſe contendet, non alio probandi onere grauandum eſſe, cum iuris præſumptionibus propoſitum ſuum ſatis defendat, quæ eum ab omni probationis munere liberant, & in aduerſarium potius transferunt, Barto. l. in illa. 1. de verborum obligationibus. Nec leges contra adductæ quicquam obſtant, l. Titia, ſoluto matrimonio, l ſi re vxorẽ. C. de condi. inſ. nam ibi is qui ſe filiumfamilias eſſe negabat, erat in ſui iuris quaſi poſſeſſione, Glo. dicta l. Titia. Barto. l. is poteſt. de acquiren. hæredi. numero decimoquinto, vnde ad id probandum compelli non debuit, §. commodum, Inſtitu. de interdic. nos autem quando neuter poſſidebat, diſputamus (ſi tamen is caſus contingere poteſt, vt neuter ſit in quaſi poſſeſſione alicuius iuris) & tunc ſententiam hanc ſatis probabilem eſſe exiſtimamus.

An quis ſe filium certi patris vere poſſit probare.

1 *Pater cur nemo certus videatur.*
2 *Præſumptiones legum, an veræ probationes. nu 6.*
3 *Quando aliquid probatum dicatur.*
4 *Veri filij.*
5 *Facta quomodo probentur.*
6 *Cur filius non vera probatione, ſed coniecturis potius demonſtrentur.*
7 *An quis ſit caſus, vbi quis, ſe filium vere & certo probet.*
8 *Probatio per indirectum.*
9 *Triplex filiorum probatio.*
10 *Exemplum argutum, quo vxor filium mariti eſſe oſtendit.*

CAP. XXI.

COncluſimus quemlibet in dubio legitime natũ exiſtimari, ſed id nunc quæri poteſt, an quis ſe ex certo patre genitum vere queat probare. Quamuis enim communis ea ſit omnium opinio, vt verę probationi hoc caſu locus non ſit, l. Lucius. de conditio. & demonſtratio. Glo. cap. Michael. de fil. presbyt. Marſ. rubric. de probatio. numero nono. non negarim tamen & contrarias partes nonnullis ſat probabilius defendi argumentis poſſe.

Ac quidem qui aiunt, in his certam nõ † dari probationẽ, ea potiſſimum mouentur ratione, quod nemo de his rebus oculata, vt aiunt, fide vnquam poteſt atteſtari, cum nec is qui ſe patrem dicit, vere cum a ſe filium genitum poſſit affirmare. Quis enim de vxore ſua tantum ſibi audeat polliceri. vt eã nullos alios interim expertam viros re ipſa valeat aſſeuerare? Poſſumus quidem multa conijcere, & ſat veriſimiliter nobis perſuadere, eam coniugij fidem nunquam violaſſe, ſed hæc præſumptio eſt magis, quam certa vlla & liquida probatio. Sic Ouid.

Sed tamen aut ex me conceperat, aut ego credo,
Eſt mihi pro facto ſæpe quod eſſe poteſt.

Et Telemach. apud Hom.

Μήτηρ μέν τέ μέ φησι τοῦ ἔμμεναι, αὐτὰρ ἐγώ γε.
Οὐκ οἶδ᾽, οὐ γάρ πώ τις ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω.
Ex illo natum mater me dicit, at ipſe
Neſcio nam certum quis poſſit ſcire parentem?

Hinc videmus in iure quoties de huiuſmodi negotijs oritur controuerſia, ad præſumptiones quaſdam tantum recurri, & ex

ti, & ex quibuſdam indicijs ac coniecturis omnem ſemper
cauſam diffiniri, cap. literis. cap. i. lud. de præſumpt. capit. per
tuas, de proba. l. filium. de his qui ſui. nec vſpiam reperies filio
rum natales ratione patris adeo liquido & aperte probari, vt
cæteræ res ſolent. Dixit quidem Decius, in rubr. de probatio.
numero 24. coniecturas has, ſi legitimæ ſint, veræ probatio-
2 nis inſtar eſſe, nec minus quicquam ac iuſtas probationes in
his negocijs prodeſſe, cũ ius eas, vt liquidiſſima admittat do-
cumenta, l. iudicia. C. de rei vendi. l. licet Imp. de leg. 1. ſed ta-
men fatetur & ipſe, non eſſe has veras probationes, cum illa-
rum vice fungi dicat. Contra autem multa mihi occurrunt,
quæ cæteri non attingunt: Primo quod libro quarto, ad edi-
ctum Paulus retulit, l. quia ſemper. de in ius voc. matrem ſem
per licet vulgo conceperit, certam eſſe, patrem vero tunc tã-
tum, cum nuptiæ interceſſerint. Sed ſi certus eſt hoc caſu pa
ter, cur nos eum probari poſſe negamus, cum immo ea quæ
certa ſunt, nulla fere indigeant probatione? Deinde, vbi con
tracto matrimonio filius vicinis ſcientibus domi natus eſt,
nequit is amplius a parentibus vt alienus recuſari, l. filium. vbi
Barto. de his qui ſui. num igitur ſat neceſſaria hæc eſt quoad
patrem probatio, cum eum vt filium agnoſcere cogatur? l. 1.
3 §. ſi quis, de Carb. ed. †Namque ſi tunc res plene probata dici
tur, vbi eam iudici fidem facimus, qua is in ſententiam no-
ſtram adducatur, remque ita ſe habere diffiniat, Bar. l. admo-
nendi, de iureiur. nume. 15. quid hic dicemus, vbi & pater ip-
ſe, nedum iudex, eum ex ſe filium non poteſt non fateri? Ac-
cedit & ipſa probationis diffinitio, quæ dicitur rei dubiæ per
legitimos modos facta declaratio, Abb. rub. de probat. Iam
ergo cum quis iis vſus erit argumentis, quæ a legibus paſſim
in hac materia recipiuntur, d. l. filium. l. ſi vicinis. c. per tuas, c.
illud, ſupra alleg. verendum nihil erit, quin is re ipſa ſe filium
probauerit, ex quo receptos a iure adhibuit modos. Quid
4 plura? An non leges ſæpe verum filium appellant? l. 1. § pœna.
de lib. agnoſ. & de veritate quærẽdum ſit ne filius? l. pe. de his
qui ſui ſunt. & in ea re veritati locũ fore? l. fina. de probat. quę
plane eo vocabulo tam frequenter non vterentur, niſi pro-
prie & vere hoc ipſum doceri poſſet, vt etiam Decius adno-
taſſe viſus eſt, in rub. de proba. nu. 28.

Ecce ex his quam dubia quæſtio, quot hinc inde rationes.
Ego tamẽ veritatem ipſam reiectis ſubtilitatibus amplector,
in eamque tranſeo ſententiam, quę & receptior eſt, & procul
dubio verior, vt coniecturis tantum filiorum natales quoad
5 patrem dignoſcantur. Mouet me † id vnum, quod facta ita
demum vere probari dicuntur, eaque illorum certa dicitur
ſcientia, vbi quis de ijs certo aliquo & proprio ſenſu atteſte-
tur, illi rei apto de qua dubitetur, l. teſtium. cum Glo. C. de te-
ſtibus. & Bart. l. admonendi nume. 18. Sed filiorum procrea-
tio in certum hominis ſenſum cadere nõ poteſt, cum nemo
teſtificari queat, talem ab eo genitum aut conceptum fuiſſe,
vt vulgo pater, ergo nec proprie hæc vnquam dicetur proba
tio. Fateor, reſponſio ad contraria, quidem multa eſſe legum
argumenta in demonſtrando aliquo filio, quibus neceſſario
6 ſtare cogimur, d. l. filium, cum ſimil. Sed hæc multum diſtant
a iuſta probatione, lex eterum animaduertens ſecretiſſimum
eſſe hoc mulieris cum viro negocium, quod a nemine certo
ſenſu percipi poſſet, nonnullos conſtituit modos, quibus hæ-
rendum eſſet, vbi de alicuius natalibus eſſet diſceptatio, alio-
quin incertus ſemper fuiſſet filiorum ſtatus, ambiguaq; quo
ad patrem quouis tempore ſoboles. Hæc igitur ſunt quædã
legum adminicula, ad quæ neceſſario confugimus, eo quod
res aliter a nobis vere deprehendi nequit. Quin ex hoc con-
ſtat, proprie hoc ipſum haud probari poſſe, ſi quidem proba-
tio a nobis, ideſt ſenſu noſtro, ſumi ſolet, hic vero vtimur nos
tñ præſidiis legum, quę ita in hac re veluti in ſubſidium de
creta fuerunt. Propterea nec mirum eſt, ſi quandoque legi-
mus, certum patrem, & verũ filium in iure appellari, d. l. quia
ſemper, & d. l. 1. §. pœna, de lib. agn. quoniam lex voluit, vt ijs
præcedentibus indicijs ac coniecturis, ille pater, hic certus fi
lius haberetur, ſicuti & multis alijs caſibus cõtingit, vbi rem
ita ſe habere, cogimur cõfiteri, non quod id vere probatum
ſit, ſed quia ita lex conijcit, ſuperque ea coniectura quid ſta-
tuit, quæ præſumptio iuris & de iure dicitur, Glo. fi. l. ſiue poſ-
ſid. C. de probat. Alcia. 2. par. præſumpt. numero quarto. For-
te & id dici poſſet, filios quidem ipſos veros proprie appella-
ri, quamuis eorum probatio ficta, aut coniecturalis tantum
extiterit, quemadmodum cõſtitutum, fictam traditionem di
cimus, ex qua tamen vere transfertur poſſeſſio. l. certe. §. j. de
precar. Alexan. l. quod meo. de acquiren. poſſ. Sed vtcunque
id ſit, ſatis credo demonſtratum, in filijs hãc veram probatio-
nem non dari, quod id negocium, ab omnium teſtium ſenſu
longe remotum ſit, ex præſumptionibus tamen & indicijs q-
buſdam diffiniri, quæ lex ſumma ratione introduxit, ne filio-
rum ſtatus ſemper in incerto eſſet, proptereaque his plurimũ

7 tribuit, non ſecus ac veræ & iuſtę probationi. †Occurrit nũc
tamen caſus, in quo certa probatio videtur poſſe afferri, cu-
jus & meminit Barto. quodam in loco, in l. j. C. quorum bo-
no. Si enim intacta puella aliqua, in carcerem, arcem, aut ſi-
milem quempiam munitum locum cum viro coniecta fuerit
circumque poſitę cuſtodiæ & vigilię, ne cui ad eam aditus pa
teret, ipſaque dein poſt anni ſpatium dum antro illo incluſa
eſt, partum ediderit: Quid hoc loco dubium faciet, quin filius
ab eo genitus ſit, quem vnicum illa virum nouit, cum quo ſo
lo rem habuit? Sed & hic fortaſſe aerij quidam Dæmones ſu
ſpecti incredulis hominibus eſſe poſſent, prout de Danae, &
imbre aureo veteres Poetæ fabulati ſunt, forte & magica q̃-
dam præſtigia, quorum vi, clauſas etiam obſeratasque valuas
nonnulli furtim ingreſſi, cum a nemine conſpici poſſent, nũc
que pueros faſcinaſſe, nunc cum alienis vxoribus congreſſi
eſſe traduntur, ſi tamen his fides adhibenda eſt. Plane & hoc
caſu non video, quomodo hæc adeo certa ſumatur probatio
8 ſi quidem teſtes † de eo tantum fidem facient, neminem intra
id tempus eo ingreſſum eſſe, ex qua re ſequetur id quidẽ ne-
ceſſario eum eſſe filij parentem, qui cum puella moratus eſt.
Sed tamen hæc ipſa probatio non principaliter natalium cau
ſam reſpicit: nihil enim illi de ortu, nihil de conceptione at-
teſtantur, ſed potius quibuſdam rebus extrinſecus, & per ob
liquum id docent. Ita vt & hinc animaduertas, rem ipſam, &
quod principaliter agitur, nunquam vere probari poſſe. Tra-
9 ditum igitur eſt, Bar. l. j. qui. C. accuſ. non poſſ. nume. 52. †filio-
rum probationem triplicem eſſe, aliam neceſſariam, vt quo-
ad matrem; aliam probabilem, vt quoad patrem, cum quis do
mi vicinis ſcientibus natus eſt; aliam coniecturalem, quæ ex
10 alijs atque alijs elicitur præſumptionibus, † quas modo perſe
quemur. Sed ante libet referre exemplum quoddam non il-
lepidum, callidæ mulieris, quæ cum ex adultero filium con-
cepiſſet, ſic tamen maritum verbis eluſit, vt ipſemet confeſ-
ſus fuerit, filium ſuum eſſe. Huic cum vxoris pudicitia valde
eſſet ſuſpecta, natuſque ex ea domi eſſet infans, eleganti ſatis
facie, anxius ob hanc rem, multumque animo quotidie ſolli-
citus, libenter inquit vxori, dimidia omnium bonorum meo
rum parte cederem, ſi mihi ita certo conſtare poſſet, filium
hunc meum eſſe, vt tibi conſtat eſſe tuum. Ad hæc nihil per-
territa mulier, facile, ait, ego te huius voti tui compotem red
dam, ſi mihi vel munuſculum aliquod offeras, nedum rerum
tuarum partem dimidiam. Cumque maritus, quomodo hoc
vnquam efficies? reſpondiſſet. Tum vxor, conuocatis amicis
& certa ſponſione interpoſita, natum illis exhibit, & eſt ne
inquit, hic vere meus? Cumque vir annuiſſet, illa brachijs por
tentis ei puerum porrexit, & accipe, ait, dono eum tibi. Iam
abſque dubio, tuus eſt, non alienus. Riſu aſtantium oborto,
vxoris aſtu, vir omnium ſententijs condemnatus eſt.

Quibus ex coniecturis quis filius alicuius præſumatur.

1 *Quatuor coniecturæ principales ad probandum aliquem eſſe filium.*
2 *Practica in probanda filiatione.*
3 *Natus domi ex viro & vxore, filius præſumitur.*
4 *Educatus tractatuſque vt filius, eſt in poſſeſſione filiationis.*
5 *Petens hæreditatem vt filius, quid probare debeat.*
6 *Quando in petitorijs ſola poſſeſſio non ſufficiat.*
7 *Ex tractatione paterna, acquiritur filio ius proprietatis & poſſeſſionis.*
8 *An ſufficiat vnicus actus.*
9 *Quaſi poſſeſſio filiorum, tam mortuo, quam viuente patre acquiritur.*

CAP. XXII.

CVm ergo filij non certis atteſtationibus, ſed pręſumptionibus tantum probari ſoleant, tractandum nobis nũc eſt, quænam illæ ſint, vnde hoc poſſimus colligere, & filiorum cauſam adiuuare. Quæ res late ſane patet, Guil. Ben. c. Raynutius. 3. par. ver. quæ filium. Pariſ. conſil. 10. 13. in 2. Ruin. conſ. 52. 53. in 5. Gozad. conſil. 12. 13. & alij infra. Sed ſciendum eſt quatuor præcipue in iure tradi coniecturas, quarum alijs vtimur ad ius ipſum proprietatis filiorum demonſtrãdum, alijs ad id tantum, vt eos in quaſi poſſeſſione filiorum eſſe probemus. Docto. c. per tuas, de probat. Abb. But. e Michael. de fil. preſ. Alex. conſil. 51. in 5. Prima eſt, vt quis ex viro & vxore ſimul habitantibus domi natus dicatur, quæ quidem directo proprietatem reſpicit, l. filium, de his qui ſui. Barto. l. non epiſtolis. C. de probat. Aliæ tres magis ad quaſi poſſeſſionem videntur pertinere, quamuis & cum ijs quandoque ius proprietatis ſit coniunctum, vt infra declarabimus: Suntque hæ, Videlicet, vt filium ab ijs quos parentes aſſerimus, filiorum more educatum tractatumque oſtendamus, l. 1. §. ad quæſtionẽ. de quæſt. Inde ita etiam ab ijs ſæpius filium nominatum, Glo.

d. cap.

d.c.Michael.Vltimo vt talem in vicinia ab alijs quoq; habitũ
fuiſſe probemus.l ſi vicinis.C.de nnpt.c.illud.de præſump.
Quæ omnia ſi ſimul concurrerint,dubium non eſt,ſatis quẽ
filium declaratum eſſe.Bart.Bal.d l.filium.Dec.conſ.54 Soc.
2 Iun.conſi.86.col pen in a.† Vnde & caute periti aduocati ſo
lent duabus hæc omnia formulis complecti, vt eodem tem-
pore nedum ꝓprietatis, ſed & quaſi poſſeſſionis ius filio acq
rant, vt egregie Bartolus tradidit, in l. non nudis.C de prob.
& l.1.C. quor. bon. Aſt quotiens non hæc ſimul coniuncta
ſunt,tunc quæri poteſt,an vlla ex his indicia,ſaltem coniectu
ram aliquam præbeant,vnde quis filius præſumi poſſit.

Dicemus igitur primo, an vnaquæq; ex his præſumptioni
bus apta ſit alicui ius filiorum tribuere:Dein differemus,quo
tiens plures inter ſe huiuſmodi aduerſantur coniecturæ, quæ
3 nã potiores ſint,& alijs præferendæ. † Principio cõſtat, ſi nul
lum aliud omnino de alicuius conditione exiſtat indicium,
ex eo tantum,quod quis ex viro & vxore domi natus ſit, re-
cte etiam filium illum probari, eoq; tantum argumento illũ
tutum eſſe,d.l.filium.Eſt enim hæc coniectura adeo potens,
vt licet interim mulier cum alijs conſuetudinem habuerit,
præſumatur tamen potius mariti filius quam adulteri, l. mi-
les.§. defuncto,de adult.Dec.conſ.657. quod nedum in iuſtis
filijs,ſed & in naturalibus tantum liberis,quos quis ex concu
bina ſuſcepit,traditum eſt,gl.c.Michael,de fil. presb. atq; ob
hanc rationem,ſi quis cũ alia quoq; muliere verſaretur, quã-
uis non in ſchemate concubinæ, eam tamen domi proprijs
ſumptib. aleret & cuſtodiret,is qui ab ea genitus eſſet, huius
potius viri quàm alterius filium cẽſendum Doctores volue
4 runt.Auch.cõſi.225.dicemus infra c.28.† Quod ſi nihil de na
talibus conſtet,id uero tantummodo pareat,quem vt filium
ab aliquo educatum tractatumq; eſſe, ſufficit & hoc ipſum
ad filium in quaſi poſſeſſione cõſtituendum,l 1 § ad quæſtio
nem.de quæſt.ex qua probandi onus in aduerſarium transfe-
retur,ſi quis eum filium neget,vt communi omnium opinio
ne receptum eſt. Abb.Fel.Dec.c.per tuas.de prob.Bar.l. 1. C.
quor.bon.Alex.conſ.88.in 7.nu.7.Dec. 54 Exiſtimauit tamẽ
Baldus hoc eo tantum caſu admittendum eſſe, quotiens de
hac re obiter quodammodo, non principaliter ageretur, in
conſi.380.in 1.Si quis enim alicuius hæreditatem ea tantum
ratione ſibi decerni poſtularet, quod ab eo vt filius eſſet tra-
ctatus,nihil ageret, cum ex tractatione quidem in quaſi poſ-
ſeſſione conſtituatur,at vero in petitorijs non poſſeſſionem
tantum probare ſufficiat,ſed etiam titulum & dominium, l.
ſicuti. § ſed ſi,ſi ſerui.vind.Doct.l.cum res C. de prob.Bar.l.
quidam in ſuo.de cõd. inſt. quam quidem Baldi opinionem
Salicetus,Albert.Iaſ & pleriq; alij ſecuti ſunt.l.nõ ignorat. C.
qui acc.non poſ.Iaſ.l.neq;.C.de teſtamen. Alciat Reg.3 præſ.
38.Sed contra plures maximæ authoritatis viri, & rectiſſime
vt arbitror,ſenſere,qui generaliter id prodidere, ſi quis ſe vt
5 filium tractatum doceat, ſat illum, † niſi contrarium probe-
tur,ſe filium & docuiſſe & vt filium admittendum,licet hære
ditatem petat.Bar.l.1.§.1.de quæſt.& l.non nudis.C.de prob.
Alex.conſ.51.in 1.Ang.87.in fi.Dec.54.num.3.vbi hæc cõem
ait,Paris.conſ.10.num. 110. in 2. Ad rationem uero Baldi re-
ſpondebant aliqui. Alex.d conſi.51.nu. 7. quod vbi poſſeſſio-
nis quæſtio & proprietatis ſimul eſt, iudex ex officio poteſt
cui ſibi videtur, onus probandi iniungere,l.cum de ætate,de
probat.Cum vero hoc caſu cognouerit, me quaſi poſſeſſio-
nem iam probaſſe ex educatione parentum,tunc eius partes
futuras, vt in aduerſarium contrariam probationem reijciat
proprietatis,quam ſi aduerſarius non docuerit, tunc me poſ-
ſeſſorem ex ea ſola quaſi poſſeſſione iudicio ſuperiorem fu-
turum,l.ſi filius,de probat.& ita hoc ſolum mihi remedium
profuturum, ad obtinendam & poſſeſſionis & proprietatis
etiam cauſam. Quam quidem ſententiam ego & duplici rõ-
6 ne confirmo.† Primo,quia regula eſt,vbi quis eſt in poſſeſſio
ne iuris,quod circa perſonas verſatur,ex eo & omni proban-
di onere leuatum eſſe,l.circa,vbi Bar.Bald.de probat.licet ſe-
cus ſit in iuribus realibus,in quibus ſola poſſeſſio nõ ſufficit,
l.ſicuti.§.ſed ſi. ſi ſeruit.vend.& ita procedit arg.Baldi. ſ.Sed
cum nos hic agamus de quaſi poſſeſſione iuris perſonalis,me
rito dicendum erit,hac ſola quaſi poſſeſſione probata, cæte-
ra non amplius eſſe neceſſaria. Secundo animaduerto, tunc
hanc ſolam poſſeſſionem in petitorijs nõ prodeſſe, prout di-
cebat Baldus,ſ.in arg contr.vbicunque ſcilicet, rei ipſius de
qua quæritur origo & primæuus ſtatus poſſeſſioni noſtræ
prorſus eſt contrarius, potiusq; cum aduerſarij iure conſen-
tit,tunc enim cum rei illius naturalis qualitas poſſeſſioni dire
cto repugnet noſtræ, ſi volumus ex tali poſſeſſione cauſam
noſtrã ſubleuare,aſſerenda imprimis nobis eſt ratio illius poſ
ſeſſionis, vt oſtẽdamus quare res illa, ſua priſtina conditione
relicta,ita a nobis cepta ſit poſſideri,ad aliumq; ſe curſum de
flexerit,ut recte Bartolus & cæteri declarant,l.ſi prius.de op.
no.nunt.nu.18.Iaſ.nu 44.Sed cum hæc noſtra quaſi poſſeſſio
iuris filiorum eiuſmodi non ſit, nec neceſſario contrariã par
tẽ aduerſus nos tueatur, præſertim cũ in dubio quilibet de le-
gitimo natus matrimonio exiſtimetur,diximus ſup.c. 20. ꝓ-
pterea & ex ſola hac quaſi poſſeſſione, vnumquemq; filiũ pro
bari dico,quod & Accurſius cenſuit,& Albericus optima ra-
7 tione confirmauit l.nõ ignorat.C qui accuſ.non poſ. † Acce-
dit his, quod cum primum obſequia hæc parentum erga fi-
lios probata ſunt, nedum de quaſi poſſeſſione , ſed & de pro-
prietate conſtare dicitur, ex quo non niſi coniecturis res do-
ceri poteſt,ut Corneus ait,conſi. 1.in 3.col. 12.13 qui idem re
fert contrarias partes a Fulgoſio fuiſſe retractatas,quas is quã
doq; imprudenter ſecutus erat,in hancque & ipſum ſententia
demum conſtituiſſe. Ideoq; eam contra Baldum, & veriorem
& receptiorem eſſe præter Corneum & Alex. qui in eodem
facto interrogati,ita reſponderunt,d.conſi.Alex. 88. in 7. nu.
7.& Decius etiam alijs rationibus atteſtatus eſt,conſi.54.qui
8 & illud adiunxit. c. per tuas. de prob.nu.9.in fi.arg.c. conſul.
de iu. patron. ſat eſſe tractatum hunc ex vnico tantum actu
depræhendiſſe, vbi & nominatio concurrat , licet alij ad hoc
continuũ decennij ſpatium, vt in mariti cohabitatione alias
diximus,ſoleant expoſcere. Abb.c.illud.de præſump. Crede-
9 remq; † ego hanc quaſi poſſeſſionem, non ſolum viuẽte,ſed
& mortuo patre acquiri poſſe, vbi quis ab alijs, vt defuncti fi-
lius tractatus eſſet: aduerſus enim eos videt ſe filius recte tue
ri poſſe,cum in quaſi poſſeſſione ex illorum erga ſe geſtis fue
rit conſtitutus , quod etſi Alexander negaſſe prima facie vi-
detur,conſ.85.col fi.in 4.ſi quis tamen ſubtilius eam facti ſpe
ciem intueatur,animaduertet non contrarium,ſed diuerſum
potius illius reſponſum eſſe.ſic & Ang in l.liberorum.in prin
cip.de infam.allegatus ab Alex ſup d. conſi.25. Et hæc quo-
ad natales & paterna in filios officia.

An ex ſola Parentum nominatione, aut viciniæ fama quis filius cenſeatur.

1 *Simplex nominatio filij, non probat quem eſſe filium, & quare.*
2 *Quibus tamen caſibus ſufficiat.*
3 *Fama eſt loco ſemiplenæ probationis*
4 *Fama transfert onus probandi in aduerſarium.*
5 *Quando fama plene probet.*
6 *Quis modus ſeruandus in probando aliquem eſſe filium.*

C A P. XXIII.

SEquitur tertia coniectura, quæ ex parentum
oritur nominatione,quando ij aliquem vt fi
lium appellaſſent. Quæ tamen ſola per ſe ſatis
ſane debilis eſt, nec ideo aliquem ut filiũ ve-
re probat,l.neq;.C.de teſtam.l non epiſtolis.
l. non nudis.C. de probat cum ſimilia verba
blandiendi potius animo etiam erga alienos ſæpe proferri
1 ſoleant,l.nemo.§.5.de hær.inſt.l. Caius, de iu. patr. ex quibus
non ideo neceſſarium ſumi debet argumentum.d.l neq; & l.
epiſtola,de pact. Imo ſi ſola nominatio adeſt, iam neceſſe eſt
cætera repugnare. Nam qui filiũ non alit,nec patrocinio ſuo
tuetur,ſatis ex eo contrarium paternæ pietati actum videtur
facere,ex quo filium non educat,nec in illum confert, quæ
pater debet. Certum vero eſt,cum nominationi repugnãt fa-
cta,paterniq; affectus,nudam illam filij appellationem ſat de
bilem infirmamq; eſſe.l.ſi inſtituta.§.1.de inoff. teſt. Quod ſi
hæc nominatio non ocioſo cõcepta eſſet tempore, ſed in ea
2 negotij ſpecie, † quæ veriſimiliter non ad aliũ, quam ad filiũ
pertinere debuit, recte ſane tũc filius quis probari poſſet. Bar.
l.1.§.idem.de lib.agn. Gozad.conſ. 15.col.2. Vt ſi in iudicio id
parens fuerit confeſſus. Abb.c.per tuas,de prob. num.8. Bal.
conſi.182.in 2.alias conſ.16.aut etiam extra iudicium coram
eo dedita opera,non perfunctorie id enunciauerit. Bart. d §.
idem Abb.Dec.d. c.per tuas. Sicut in illo traditum eſt,qui na
talem filij ſui diem in Calendario deſcripſerat.gl.§.fi. Inſt. de
ingen. Bal.l.neq;.C.de ꝓbat. Cuius rei ea eſt ratio,quod ſem-
per cum huiuſmodi nominatione adeſt & aliud quiddam
ex quo paternam in filios elicimus charitatem, ſiquidem is il
lum ita in eo negocio appellando, ſimul etiam vere & re ipſa
ſe patrem oſtẽdit, ideoq; dicimus tunc ex ſola nominatione
quem filium probatum. Dec.d.c.per tuas,num.9. Quod ſi for
tuito filium quis vel præſentem vocauerit, tũc ex eo nihil ve-
re probatũ cum communi ſñia exiſtimo,cum verba enuncia
tiua propter præſentiam partis id tantum roboris aſſumãt,
vt negocium illud adiuuent,in quo ſolum prolata fuerunt, l.
optimam.C.de contr.& com ſtip. Alex.conſ.136 nu 12 in 1.
in cæteris nullius ſunt momenti;atq; ita contra Aretinum cũ
Decio,& alijs ſentio. Dec.c.per tuas.nu.12. Adderem ego ta
men,

men, ſi hæc nominatio, quamuis ocioſa a patre ſæpius repeti-
ta fuiſſe probaretur, atque is ita ſolitus eſſe filium ſuum nun-
cupare, tunc multum ſane huic appellationi deferendū, hoc-
que caſu communem opinionem forte limitandam. Caſt. l.
non epiſtolis. C. de probat. Bar l. cum ſcimus. C. de agr. & cen
ſu. lib. xi. Vltima ſupereſt viciniæ fama, qua plurimum etiam ī
his negocijs vti ſolemus, l. ſi vicinis. C. de nup. c. illud. de præ-
ſump. vnde & inter Docto. dubitatum eſt, an ſola per ſe, ad fi-
lium aliquem probandum abſque alijs ſufficeret cōiecturis.
Salicetus quidem primus, in ea videtur fuiſſe ſententia, vt ip-
ſa per ſe nullis alijs ſuffulta adminiculis parum prodeſſet, qđ
& Alex. quandoque opinatus eſt, conſilio vigeſimoquinto,
in 4. Panormitanus etiam hanc ideo contra Butrium opi-
3 nionem defendit, c. tranſmiſſæ, qui fil. leg. † quod nimis ei du-
rum videbatur, vt ex ſola fama ſecundum aliquem iudicare-
tur, quæ alias vix ſemiplenę probationis inſtar eſſe ſolet, Abb.
c. veniens, i. de teſta. cum hæc quæ publice per hominum ora
circunferuntur, vt certo plerunque carent authore & funda-
mento, ita quam ſæpiſſime vana & inania ſint, l. decurionū.
C. de pœnis. ſecumque in eam ſententiam quam plures alios
perduait. Aret. Fel. Dec. d. cap. per tuas. Iaſ. l. neque. C. de teſta.
Contra quos tamē crebrior & verior ſtat opinio, nam & Bu-
trigarius ſolam famam ex eo ſufficere exiſtimauit, quod plu-
rimum communi hominum opinioni ſoleat lex tribuere, l.
cum de lanionis. §. aſinam, de fun. inſtr. quod idem & Butrius
putauit. c. tranſmiſſæ. qui fil. leg. Quin & ſibi contrarius Ale-
xander, ter ſecundum hanc ſententiam reſpondere non du-
bitauit, conſilio 51. in 1. & 90. in 6. & 88. in 7. quam & duobus
conſilijs Decius etiam tutatus eſt, conſ. 54. & 272. quos qui-
dem ea adductos opinor ratione, quod cum fama circa res
vel veras, aut veritati proximas verſetur, Bald. l. filium, de his
qui ſui. col. 2. conſentaneum maxime viſum eſt, eam in his re-
bus plurimum valere debere, in quibus cum veritatis diffici-
lis ſit probatio, quid veriſimile ſit, lex vt plurimum inſpiciat,
in dubijsque viciniæ famam, cæteris præponat coniecturis.
c. illud. de præſump. Recte enim illud ſe habet, Vox populi,
4 vox Dei. † Hinc ſcripſit Bartolus, in l. de minore. §. ſi pluri-
mum. de quæſtio. ſi quis in alicuius conditionis quaſi poſſeſ-
ſione per famam eſſet conſtitutus, ab onere probandi eum iā
liberatum eſſe, l. ſi mater. C. ne de ſta. defunc. Ex quo colligi-
tur famam nedum ad poſſeſſionem, ſed & ad proprietatem
probandam poſſe conferre. Quod ſi nos in dubijs ſententijs,
a communi opinione non recedimus, Felin cap. j. de conſtit.
nume. in 1. cur non & hic publica fama filium adiuuet, quam
vnam leges ſemper intuentur, & a qua in hac materia omnia
fere ſolent pendere? d. l. ſi vicinis, & d. l. filium. Vbi enim aliun
de ſumi non poteſt probatio, & plenam fidē fama facit, Dec.
5 cap. j. de appel. numero 11. Iaſ. l. cum ea. C. de tranſac. † nec va-
na vox dicitur, cum tota res coniecturis & indicijs nitatur, ar
gu. l. non omnes. §. a barbaris. de re mi. Alex. ſ. d. conſil. Quin
communi opinione probata quoad alicuius ſtatum & con-
ditionem, eo ipſo dicitur veritas patefacta, Bald. l. j. C. de teſta
men. in prin. quod proprie in hac quæſtione & Felinus do-
6 cuit. c. veniens. i. de teſtib. numero primo. † Ex quibus omni
bus vt aliquid ad forenſia negotia accommodatum poſſimus
elicere, ſciendum eſt docuiſſe Bartolum, in l. 1. C. quorum bo
no. aduocatos, vt cum de huiuſmodi rebus oritur quæſtio, il-
la duo in primis proponant, proprietatem videlicet, inde eius
rei quaſi poſſeſſionem. Sed quidam in hac re commodiorē
regulam ſunt ſecuti. Alex. conſi. 51. in 1 Abb. cap. tranſmiſſæ,
in fi. qui fil. leg. Primo vt dicamus eum de quo agitur, natum
fuiſſe ex viro & vxore domi vicinis ſcientibus: Secundo, eū
a parentibus vt filium dilectum, nominatum: Tertio, vt illius
filium publice ab omnibus fuiſſe habitum. Hæc tamen om-
nia ita coniunctim probare neceſſe quis non habebit, Alex.
d. conſil. 41. nu. 7. Dec. conſilio 54. in fi. Pariſ. conſilio 10. nume-
ro 72. in 2. ſed ſatis fuerit, eorum aliquod iudici conſtare ſe-
cundum ſupradicta. Quæ intelligenda ſunt, cum his ſe con-
iecturis quis filium voluerit probare, nullis alijs contra aducr
ſantibus.

Quæ potiores ſint coniecturæ, vbi quæſtio eſt an quis ſit filius.

1 *Ex vxore natus, cum qua & alij rem haberent, mariti filius præſumitur.*
2 *Natus domi ex vxore non poteſt vt filius abnegari.*
3 *Niſi certis caſibus.*
4 *An teſtimonium matris, & fama viciniæ noceant filio ſi domi natus ſit.*
5 *Præſumptio pro matrimonio, cum filius ex vxore natus eſt, alijs præualet coniecturis.*
6 *Fœminarum varia conditio in concipiendis filijs.*
7 *In dubio pro matrimonio iudicandum.*

CAP. XXIIII.

Pugnantibus vero inter ſe pluribus coniecturis,
maior tunc dubitationi locus eſſe poteſt. Fin-
ge etenim quem ex vxore domi natum eſſe,
hunc negant agnati filium ea ratione, quod v-
xor quandoque & cum alijs rem habere con-
ſueuerit, non ne idcirco contra filium iudicabimus? Diximus
ſupra, mariti filium potius exiſtimādum, l. miles. §. defuncto,
1 de adul. † ſeu fauore matrimonij, ſeu quod in dubio, quod ho
neſtius eſt, conijci debet, Abb. cap. intelleximus, de adult &
vt dicebat Baldus, ſemper præſumendum potius poſſibile ho
neſtum, quam poſſibile inhoneſtum, l. filium, de his qui ſui.
Quod adeo uerum eſt, vt & licet mulier, non in mariti ædi-
bus, ſed apud alium, cum quo immiſceri ſolebat, puerum pe-
periſſet, ſi tamen eo in loco, non inuito viro habitaſſet, mari-
toque ad eam liber quocunque tempore aditus pateret, tūc
etiam inſtus ille filius intelligatur, Barba. conſil. 58. in 2. Dec.
conſ 657. Affirmandumque idem fuerit, quamuis mater eū
ex ſe deinde genitum negaret, l penult. de probat. cuius rei ce
lebre illud eſt exemplum, quod olim maximo regi contigit,
qui cum vt patris filius in paternum regnum ſucceſſiſſet, eū
deinde mater prope moriens, non Regis, ſed militis cuiuſdā,
filium profeſſa fuit: huiuſmodi enim matris teſtimonium ni-
hil ei nocere, reſponſum eſt, nec illum ideo regno eo fuiſſe eij
2 ciendum. Barto. d. l. filium, de his qui † Quin etſi parentes am
bo, eum vt alienum repellerent, adhuc non debebit filius, qui
domi natus eſt, ob contrariam eorum aſſertionem, vllam ſta
tus ſui controuerſiam pati. Abb cap. per tuas, de probat. nu-
mero 4. & cap. tranſmiſ. qui fil. legi. nume. 4 Cum enim tradi-
ta nobis ſit regula, quomodo filius quis dijudicetur, quæ qui
dem eo ſolo nititur, quod ex vxore quis natus ſit, d. l. filium.
in princip. merito a regula hac nunquam erit recedendum,
niſi exceptio vere, & neceſſario probetur, Barto. l. quotiens, ſi
quis caut. Dec. l 1. de reg. iur. cum ſatis non ſit, eam aliquib.
coniecturis elidi tantum, aut obumbrari, Dec. cap. in præſen-
tia, de probat. nu. 15. 16. Ideoque cum ex marito filius ſuſcipi
recte potuerit, rametſi alijs quoque vxor ſe viris iunxerit, &
omnia etiam concurrant ea, quæ in contrarium ſupra addu-
cta ſunt, iam conſtat nec vere, nec neceſſario exceptionem
probatam eſſe, idcircoque regulæ prædictæ ſtandum, quæ cū
claram rem reddat, Dec. conſil. 8. in princip. in apertis nō erit
coniecturis locus, l. continuus. § cum ita, de verbor. obligat.
præſertim cum hæc filiorum probatio, quæ ex natalibus eli-
citur, legis ſit teſtimonium, Bald. d. l filium, numero 11. a quo
iudex recedere non debet. Bald. l. j. C. qui accuſ. nu. 52. Hinc
ſequitur, quod ſiquid cōtra natalium cauſam afferatur, quod
3 neceſſario aliter rem ſe habere demonſtret, † tunc cum legis
præſumptio ad impoſſibilia non deducatur, cap. quia veriſi-
mile, de præſumpt. & exceptio a regula ſupra dicta vere pro-
betur, iam relicta priori coniectura, ad hanc contrariam erit
diuertendum. Quid enim ſi maritus per biennium abſens,
domum reuerſus, anniculum repererit? Quid ſi ſeptuagena-
rius extiterit, aut alias coeundi vires defecerint? Soz. iun. cō-
ſilio 86. numero 45. in 2. Quid ſi infirmitate impeditus vxo-
rem cognoſcere non potuerit? num merito filium interea
domi natum ex vxore, vti alienum & traslatitium, debebit
expellere? d. l. filium. Indubitatum hoc quidem eſt, cum hu-
iuſmodi rationibus vrgentibus facile adulterinus partus de-
prehendatur. c. cauſam. 1 qui fil legi. vbi Abb. 1. not. Illud am
biguum magis videtur, cum filius domi quidem natus eſt,
4 ex adulterio tamen eum genitum mater affirmat, cūque eius
aſſertione, & vicinia & hominum fama conſentit: cenſent n.
Doctores, contra filium præſumptiones has recipiendas, Ale
xan. conſ 88. in 7. Caſt. conſilio 175. col. fin. Bal. d. l. filium. cum
lex, matris teſtimonio plurimum tribuat, Hoſt. cap. officij, de
pęn. & remiſ. nec probabile ſit, illam, tam infamem adulterij
notam, contra veritatem ipſam, ſponte fuiſſe ſubituram, pu-
blica præſertim fama accedente. Anchar. conſil. 225. Idem &
eo caſu tradiderunt, cum mulier diu ſterilis tandem a marito
diuertiſſet, aliquotque poſt diebus reuerſa, filium domi pepe
riſſet, nec enim hunc, niſi a patre vt filius agnoſcatur, neceſſa
rio viri filium habendum aiunt, Abb. Felin. d. cap. per tuas, &
generaliter, quotiens contra filium, matris aſſertio, cum con-
trarijs obſequijs, aut appellatione, vel communi opinione cō
iuncta eſt, tunc ſolam matrimonij præſumptionem in fauorē
filiorum infirmari contendunt. Corn. conſilio 1. in 3 litera z.
Alex. d. conſilio 88. Alcia. reg. 3. præſumpt. 57. numero 9. 10.
Gozad. conſil. 12. nu. 22. 25. Sed ego cum ſupra docuerim, eſ
ſe nobis in his quæſtionibus, ab Vlpiano regulam conſtitutā,
d. l. filium, ab ea temere non puto diſcedendum. Ideo nec his
caſibus, contra filij natales, & matrimonium quicquā auſim
iudicare, Pariſ. conſ. 11. 12. nu. 234. in 1. cum ea quæ cōtra obij
ciuntur

cinotur,rē ita eſſe neceſſario non probent,parentūq; teſtimo
niū,prodeſſe tantū,non filijs obeſſe poſſit,l.j §.ſi quis,cū glo.
5 ad Carbo.†atq; hæc matrimonij præſumptio & natalιū, ne-
dū famam,ſed & oēs fere alias ſuperet coniecturas.Abb.c.trā
ſmiſ.qui fil.leg.Quo fit,vt ſi vxor ſterilis,quæ diuerterat, nūc
reuerſa filiū ediderit,hic non iō adulterinus ſit ſuſpicandus,
cū ſcribat Plinius,lib.7.c.13.mulieres aliquas ſemel tantū pa
rere,alias poſt certū tantū tēpus,vt poſt iuuentā,alias ſm va-
6 rios cœli & ſyderū motus, tunc fœcundas,nunc prorſus ſte-
riles reddi,ita vt nec coniectura hæc neceſſaria ſit,ob q̄,regu
lā eam miſſam faciamus. Mouetq; me maxime,exēplū id ſu-
per quo clariſſimi duo Iuriſconſ.rñderunt, Alex.conſ.88.in
7.& Corn.conſ.1.in 3.vbi cū filius in domo adulteri natus eſ-
ſet,educatus,nominatus,legitimatus,inſtitutus,atq; ita & ma
tris maritus,mr̄,filius,adulter,& vulgo oēs,cū vt & adulteri-
nū prædicarent,adhuc tamen ob ſolam matrimonij præſum
ptionē,valde in ea re extricanda laborant, & tandem,qm̄ ma
ritus eo tpe aberat,quo filius conceptus eſt, contra matrimo
niū reſponderunt,Corn d.conſ.litera.a.2. tanq̄ cætera omnia
ↄ̄ hoc vnū ſatis eſſent infirma. Atq; hoc arg.infinitæ prope q̄
ſtiones decidi poſſunt,vt,cum vxor per duos menſes,procul
a marito,cum adultero morata eſt,inde poſt ſeptimū menſē
domū reuerſa,parit:licet.n.frequentius id ſit, vt fœminæ no-
uē menſib.vterū ferāt,iuſtus tō & ille partus eſt,qui ſeptimo
menſe editur,l.ſeptimo,de ſta.ho. Vnde q̄ d.u ex marito cōci
pi potuit,nunq̄ ex adultero procreatum dicemus,Abb.c.offi
cij,de pœ.& rem.d.l.miles.§.defuncto. Niſi forte malit quis
peritorū conſiliū adhibere,eorūq; iudicio acquieſcere,Doc.
l.Gallus.in princ.Guil.Bened.c.Rainutius,in 3.par.ver. quæ fi
7 liū.nu.16.& ſeq.†Sed ego,vt dixi,io dubio ſemper ſecūdum
regulam,ideſt pro matrimonio pronuntiarē.c.ſi.de re iudic.

Quid,ſi quis nunc filius, nunc alienus habitus fuerit, Et quando plura inuicem repugnant.

1 *Natus ex matrim.adeptus eſt ius proprietatis, & poſſeſſionis filiorum.*
2 *Fama an tollat alias præſumptiones in fauorem filiorum.*
3 *Quando vltima derogent prioribus.*
4 *Ius alicui mea cauſa quæſitum.eo inuito non poſſum reuocare.*
5 *Poſterior tractatio,poteſt plus prodeſſe,non nocere iis inuitis.nu.6.*
7 *Teſtimonium patris vincit famam viciniæ.*
8 *Tractatio paterna præualet ſoli nominationi.*
9 *In probanda filiatione,duo teſtes ſufficiunt.*

CAP. XXV.

Q Vid vero ſi domi natus quis ſit,& a parentib.ēt fi
lij loco habitus, poſtmodū ab iiſdē vti alienus
renciatur,famaq; illū omnino illegitimū atteſte
tur,an ne ↄ̄ filiū poſteriores has præſumptiones
recipiemus? Affirmant hoc aliqui,cū vltima de
rogent præcedentib.l.pacta nouiſſima.C.de pac. & quem ali
qō parentes filiū negarunt,ſi deinde vt ex ſe natum agnoſcāt
hoc φ nouiſſimo loco actū eſt,attendi ſoleat,Fel.c.per tuas,
de proba.nu.14.ver.amplia ſec.quēadmodū & cū varius ru-
mor de alicuius ingenuitate vagatus eſt, ſemper.n.poſterio-
rē famam ſequimur,l.ſi mr̄.C.ne de ſta.defunc.φ præter Cor
neū,conſ.1.vol.3.doctiſſimus ēt Gozadinus opinatus eſt,cō-
1 ſil.23.nu.40.†Ego tñ ↄ̄ ſentio, namq; is qui ex matrimonio
natus præſumitur,ſi ēt filij loco qñq; habitus fuit,dr̄ nedū ꝓ-
prietatis ius,φ ex natalib.oritur,ſed & quaſi poſſeſſionē ex ea
re adeptus,Dec.d.c.per tuas.nu.4.merito cū vtrūq; penes ip-
ſum ſit,inuitus inde eijci nō poterit,Bar.l.filiū, de his qui ſui
2 ſunt.†Cedit.n.ſemper fama natalib.Abb.c. tranſmiſſæ, io ſi.
Qui fil.legit.& prior parentū obſeruatio,q̄ ſtat a matrimonio
& delictū excludit,alijs contrarijs geſtis præferenda eſt,negli-
gimus etenim hic famā ↄ̄riam natalib.non quia plerunque &
poſſeſſionē perturbare,atq; ēt proprietatē probare,apta non
ſit,Corn.d.conſ.1.litera.b.2.ſed qm̄,cū ea in dubio rebus ve
ris conuenire cenſeat,hic cū de proprietate conſtet, d.l.filiū.
iā illi locus amplius eſſe non pōt,ↄ̄ veritatē iuris teſtimonio
probatam.Bal.d.l.nu.11. Cū igitur ius proprietat.a quæſitū fi-
lijs ex matrimonio non poſſit inuertere, minus certe & poſ-
ſeſſionem valebit adimere,cū nec contraria parētū aſſertio,
filios inde valeat deijcere,l.j.§.j.cū gl. ad Carbo. nuncq; cum
& proprietati coniuncta ſit,facile ſe ipſam ab aliena iniuria,
3 & apprehenſione poſſit tueri.†Nam φ dr̄,vltima priorib.de-
rogare,verū.i.cū ea omnia nouiſſime cōcurrunt, quæ initio
rei gerendæ affuerunt,d.l.pacta nouiſſima.tunc.n. ſm naturā
eſt,quo quid vinculo inductū eodem etiam diſſolui, l. nihil
tā naturale.de reg.iur. Verū cū non ita omnia conueniunt,
tunc præualet proculdubio, φ priore loco factū eſt, idq; qd'
ſubſecutum fuit,q̄uis aduerſus præcedentia videatur,quia tñ
non iiſdē adminiculis munitū apparet,reijci ſolet:Veluti ſi ti
4 bi aliquod ius,†mei nutus opera eſſet acquiſitū, vellēq; id de
inde ↄ̄rio actu reuocare,non.n.id mihi amplius te inuito lice
bit,l.ſi.de pac.l.cū a ſocero.C.de in.dot. eo φ oportuit tuum
quoq; nunc,ſicuti initio conſenſum interfuiſſe, l.ab emptio-
ne,de pac.alioquin φ ↄ̄ ego,te nolente egerim,irritū totū eſt
quamuis nouiſſimo loco factū. In propoſita igitur qōne,lice
bit quidē parētib.eum quem vt alienū ſemper reſpuerunt,vt
5 verum†deinde filiū agnoſcere,eo volente,non tñ c ↄ̄rio qui
filius aliqō habitus fuit,poteſt inuitus ex illa poſſeſſione de-
trudi,Guil.Bened.c. Rainu.ver. quæ filium,nu.15.in 3.par.at-
que ita vere Felinus loquitur,in d.c.ꝑ tuas.nu.17.φ nec Cor-
neus etiam negaſſe vr̄,qui in exemplo a ſe tradito,nunq̄ illū,
vt iuſtū filiū obſeruatum fuis ſe præſupponit. Quin etiam &
Gozadinus ea pōt ratione defendi, φ de commodo filij age-
batur,vt poſterior tractatus præualeret,qui caſus longe a no
ſtro diuerſus eſt,cū nos quæramus,an in eius odiū,id inſpiciē
dum ſit,φ vltimo loco actū eſt,tunc.n.omnino affirmamus,
ſi domi ex vxore ſit natus,atq; illi ſe vt filio, parentes aliquo
tēpore præbuerint,non poſſe amplius illum inuitum, vel mil
le deinde coniecturis aduerſantib.ex illo ſtatu deturbari,quā
& Alexandri fuiſſe ſententiam proculdubio contenderem:
6 in d.conſ.88.vol.7.†Plane ſi filius ipſe poſt q̄ primo ſub alicu-
ius,vt parentis vixit patrocinio,inde ab eo eiectus,in alterius
ſe domū & curā contulerit, aliūq; loco patris habere cœpe-
rit,cū ipſemet ſibi ius ſuū imminui patiatur, incipiatq; nonā
ſibi in alio poſſeſſionis cām quærere,non amplius audiendus
vr̄,ſi iniquū erga ſe prioris parentis iudiciū velit accuſare,cū
ipſe vltimis his obſequijs ſponte conſentiendo,anteriora om
nia geſta prorſus videatur improbaſſe,Fel.d.c.per tuas,nu.14.
7 ver.ſed iſtud,& Rui.conſ.52.io 5.nu.9.†Fingamus nunc parē
tū teſtimoniū cū viciniæ opinione pugnare, quid erit rñden
dum? Solet potior multo ſemper eſſe parentū aſſertio,q̄ quæ
cunque vel publica fama,hæc.n.naturalē illā erga filios dile-
ctionē,nobis ſemꝑ ob oculos proponit,illaq̄ñq; vnius vel im
probioris hominis voce excitata, inde ꝑ multorū ora latius
fuſa,adhuc ſæpe errore & mēdacio non caret.c.Oſius,cū glo.
de elect. Vnde dicitur,

Tam ficti prauique tenax,quam nuntia veri.

Quod ſi aliquē vt filiū quis enutriat,atq; in eū paternū om
ne genus officij conferat,alius illū filium appellet tñ, atq; ex
ſe genitū prædicet,dubitādū plane non puto, quin educatio
8 iſthæc vti veræ erga liberos pietati magis conſentanea,nudæ
filij appellationi non ſit præponenda,Bal.l.non ignorat.C.qui
accu.non poſ.nu.14.quēadmodū de eo dr̄,qui ſe vti parentē
oīb.in rebus gerebat,filiū tñ illū a ſe ſuſceptū negabat, res.n.
& facta, verbis ac cuicunque nominationi ſunt præferenda.
l.ſi iſtituta.§.1.de inoſ.teſt.l.ſi poſthumus.§.ſi.de lib.& poſth.
Eliditur tñ & hæc ipſa præſumptio,quoties cū validiori con
currit,veluti φ quis domi natus ſit, idē tñ ab alio educatus,
cū.n.natalium cā proprietatem reſpiciat, educatio vero aut
nominatio poſſeſſionē, Dec.d.ca.per tuas, nu.4.nemo igno-
rat proprietatē pluris q̄ poſſeſſionē eſſe æſtimandam.c.cū di-
lectus,de cā poſ.& proprie.Quæ oīa,vti cæteris io reb.duo te
ſtes ſufficiunt,l.vbi numerus,de teſtib.ſic & ipſa duorū teſti
monio recte ꝓbabunt,traditū.n.eſt, filiorū cām hac ſola au-
toritate optime poſſe defendi,ī l.errorē.C.d teſ.Dec.cōſ.272.

An illegitimi ſe ex certo patre natos probare poſſint.

1 *Illegitimi ſparſim geniti putantur iure ciuili.*
2 *Hodie iure can.aluntur,& patrem oſtendunt.*
3 *Quibus coniecturis eum agnoſcant.*
4 *Natus ex muliere, quam quis ſumptibus ſuis ſuſtinet, an præſumatur eius filius.*
5 *Quid ſi ex ea,quam quis ſæpe cognouit.*
6 *Quid de eo qui natus eſt domi ex ancilla.*

CAP. XXVI.

E Xiſtimant multi quæcunq; de filijs probandis,le
gibus tradita ſunt, ea ad iuſtos tm̄ & legitimos
pertinere,aut ad eos quoq;, quos leges non im-
probarūt,naturaleſq; appellari ſunt.Ang. conſ.
1 191.Iaſ.102.14.†Reliquos.n.aduerſus legū præce
pta procreatos,illo idcirco auxilio deſtitutos arūt,φ ij nullo
certo patēte, ſed vulgo ↄcepti exiſtimant,l.vulgo,de ſta.ho.
vō & Spurij & ἀπάτορες ꝓprie noīari ſolēt.§.ſi aduerſus.Inſt.de
nup.Quis aūt eū vt filiū velit aſſerere,quē lex nō ex ſe,ſed ſpar
ſim ex collectitio veluti ſemine genitū putet? Etenī ſi vt dixi-
mus hæc ipſa filiorū ꝓbatio,iuris vt plurimū ↄiecturis nititur
q d ineptius eſſet, q̄ eo illū tueri præſidio,φ totū in eius odiū
& iniuriam natum,paratumq; videatur? Ius.n. ↄ̄ hos omnia
in dete-

ſo deteriorem ferè partem interpretatur, quomodo hi ergo ex regulis aut præſumptionibus iuris in hac re vnquam poterunt adiuuari? Quæ igitur ſupra de filijs probandis diſſeruimus, ea legitimorum tãtum propria, nec cum his quicquam commune habere volunt. Sed hæc ego ſummo quidem iure ciuili recepta crediderim, quo iſti omni humanitate indigni habentur, nec filij etiam nominantur, Auth ex cõplexu.

2 † Abſunt hæc tamen longe ab ęquitate Pontificia, quæ quamuis omnem complexum, vxorio vno excepto, damnet, non tamen inde natos, omnis prorſus commodi expertes eſſe patitur, quin cum alimenta ſaltem, eis hoc iure debeantur, cap cum haberet, in fi. de eo qui dux. in matrim negare haud poſſumus, & in his illam filiorum quaſi poſſeſſionem eſſe ſpectandam, alioquin ſupernacanea hęc iuris Pontif. ſanctio redderetur, Dec. cap per tuas, de proba. 1. colum. Gozad. conſil. 23. nume. 47. 55. Pariſ. conſil. 10 nume. 35. in 2. colligimuſque hoc aperte multis ex locis, vbi & Spurij in quaſi poſſeſſione cõſtituuntur, & patrem certum videntur demonſtrare, cap. tranſmiſſ. qui fil ſint legi. cap Michael, & to. titu. de fil. preſb. Bal. d. l. vulgo. Nos quoque ex varijs Doct. reſponſis ſuperiori capite multa attulimus exempla, quę ad illegitimum quem alicuius filium probandum, idoneo poſſint eſſe argumento, Anchar. conſ. 225 Alexan. 88. in 7. Corn. t. in 3. Adeo vt ea ferè omnia, quæ de legitimis filijs ſupra ſunt diſputata, & ad hos pertinere poſſe verius videatur.

3 † Si quis enim ab aliquo vti Spurius filius nominatus, enutritus, tractatuſque proponatur, atque ita de eo publice homines ſentiant, quin hic ab illo deinde paterni officij iure alendus ſit, minime dubitandum eſt, cum ex ijs ius quodammodo filij adeptus videatur, quo amplius priuari illum non decet. In eo tantum hos fateor quoad hanc rem à legitimis differre, quod habent, illi potiſſimam ſemper præſumptionem, quæ oritur ex contracto parentum matrimonio, ex qua neceſſario ferè ſe filios ſemper probare ſolent, quamuis alia repugnarent indicia, diximus ſupra cap. 24. Hic cum ex matrimonio non ſint profecti, tali non poterunt auxilio vti contra parentes. Sed tamen & alia pro his coniectura recepta eſt, quæ vice illius ſit, quæ pro matrimonio facit in legitimorum fauorem: traditum enim eſt, ſi quis mulierem quãcunque apud ſe conſuetudinis gratia domi propriæ alat & retineat, partum inde editum illius ferè ſemper iudicandum, quamuis & ab aliorum concubitu illa interim non abſtinuiſſet, quod ad vxoris & concubinæ exemplum inductum eſt, Abb. cap. per tuas, 1. colum.

4 † Hincque ſi quęrat aliquis, an mulier quæ non eadem in domo cum aliquo degebat, ſed eius tamen ſumptibus alio in loco ſuſtinebatur, filium ſuſceperit, cum ad eam illi vni tãtum viro, non cæteris liber aditus pateret, ipſa tamen furtim & alijs iungi conſueuiſſet, ſit ne pater ille potius cenſendus, cuius ſtipẽdio mulier alebatur, an communis vero omnium partus, qui cum ea verſati eſſent, quaſi vulgo & is conceptus. Reſponderem ego, illum filij parentem declarandum, in cuius manu mulier erat, cuiuſque dominatu regebatur, quamuis & alij ſui copiam quandoque fecerit, Dec. cap. per tuas, in 1. Introducta eſt enim hæc præſumptio ad matrimonii ſimilitudinem, in qua ſatis habet quis docere ſe domi ex viro & vxore ſimul habitantibus natum, licet aliæ aduerſentur coniecturæ, l miles, §. defuncto, de adult. Vnde & cum hic arbitratu ſuo mulierem retineret, filios ſuſceptos ei adiudicabimus, quod & is cum illa habitare diceretur, licet non omni temporis momento cum ea verſaretur, l. ſi quis ita, de condi. & demon. & negotium hoc ſatis domi ſactum videatur, ex quo domicilij appellatio & ad domum ſiue conductam, ſiue gratis aut hoſpitio receptam, recte refertur, lex Cornel. §. domum, de iniuriis.

5 † Quod ſi nihil de hac iſtius in mulierẽ poteſtate appareat, ſeq; non ei vni tantum fœmina addictam eſſe voluerit, tunc ex eo quis aliquem vt filium agnoſcere cogendus non erit, quod cum ea quandoque rem habere conſueuerit, Alber. in l. filium. Nec enim veriſimile eſt, quæ alicuius libidini patere cępit, eandem etiam non plurium virorum periculum facere voluiſſe, licet ipſa ex certo tãtum parente genitum aſſereret, Alexan. conſi. 157. in 5. Sicuti nec is vti pater eo ſolo iudicatur, quod eius ancilla domi apud ſe filium pepererit, Bald. d. l.

6 filium 2. col. Si tamen probare ea poſſet, † cum illo vno, tantum ſibi commercium interceſſiſſe, tunc filius omnino recipiendus videretur, Alci. Reg. 3. præſum. 37. Sed hoc ſanè manifeſtiſſimis eſſet rationibus demonſtrandum, cum in dubio Doct. affirment, maximam eſſe pro mulierum huiuſmodi libidine & incontinentia ſuſpitionem, Alb. d. l. filium, Dec. d. c. per tuas, Alex ſup. d conſ. videaturq; hæc rara auis, quæ vnius tãi viri conſuetudine contenta ſit. Quod & ego in his quidem, quæ pudorẽ ſuũ iam cęperint abiicere, maxime probo.

In teſtamentis, an filij appellatione, naturalis contineatur.

1 *In conditionibus verba aliter quam in diſpoſitionibus accipi.*
2 *Naturales nati in figura matrim. cur olim ſubſtit. non excluderent, hodie ſecus.*
3 *In ſubſtitutionibus liberorum ij cenſentur vocati, qui poſſunt ſuccedere ab inteſtato.*
4 *Intell. l. filiusf. am §. cum quis, de leg. 1.*
5 *Naturales in figura matrim. cur magis nomine filiorum veniant, quam cęteri naturales.*
6 *Verba teſtatorum, ſecundum legis diſpoſitionem accipiuntur.*
7 *Ex teſtatoris voluntate, naturales ſubſtitutum excludunt, & quomodo ea agnoſcatur.*
8 *Mulier grauata, ſi ſine liberis, an naturalibus ſuſceptis extinguat.*
9 *Quando nomine filiorum, veniant Spurij.*

CAP. XXVII.

CVM filius proprie is dicatur, qui ex viro & vxore naſcitur, l. filium, de his qui ſui ſunt, dubitari ſolet, an eo nomine naturales quandoque comprehendantur. Quæ quæſtio quoniam late patet, vt quæ & hominum actionibus, & legum conſtitutionibus, & alijs plurimis negotijs poſſit applicari: Ideo commodum eſſe duximus, eam in capita aliquot partiri, ac primo ab hominum actionibus exordiri, quæ in hac re poſſunt dupliciter conſiderari. Quod enim à nobis profertur, aut ad vltimam pertinet voluntatem, aut ad alium inter viuos actum. Primo igitur quomodo in teſtamentis, inde quemadmodum in contractibus hoc nomen accipiendum ſit, differemus, quibus poſtremo & quam in legibus vel ſtatutis interpretationem admittat, adiungemus. Solent igitur teſtatores duobus ferè modis hoc filiorum nomine vti in teſtamentis, aut in conditionis vim, aut ſimplicis enuntiationis, quæ quoniam inter ſe differunt, Barto. § & quid ſi tantum, col 2. Imo. l. ex facto. §. ſi quis rogatus, ad Trebel. col. 3. erunt & ipſa ſeparatim quoq; tractanda. Finge ergo teſtatorem ita dixiſſe, Titium inſtituo,

1 & ſi ſine filiis deceſſerit, Caium ſubſtituo. † Quid ſi Titius naturales tantum filios reliquerit, hos ne Caium excludere dicemus? Ego omiſſis longiſſimis Doctorum in hac re controuerſijs, in d. l ex facto, § ſi quis rogatus, in cap in præſentia, de proba. in l. generaliter, § cum autem. C de inſti. & ſubſti vbi Ang. ait non poſſe dari certam doctrinam, quæ ſolę per ſe iuſtum volumen poſſent occupare, tam multa ab his in materia fuerunt cumulata, aut verius implicata, Pariſ. d. c. in præſentia, per 29. col. Alexan. Ripa latiſſime, d. §. ſi quis rogatus, diſtinguẽdum cenſeo vetus Digeſtorum ius à nouiſſimis Impera. conſtitutionibus. Si enim ſecundum priſca tempora loquamur, credo ſub ea conditione, olim nunquam naturales

2 filios ſiue ex ſeruili contubernio, † ſiue ex concubinatu fuiſſe comprehenſos. Cuius rei argumento ſunt leges quamplures, in quibus cum de filiis fit mentio, naturales tamen ſub matrimonij ſpecie natos, qui cæteris fauorabiliores eſſe ſolent, diximus ſupra cap. 14 non aliter contineri volunt, niſi ea fuerit & manifeſta teſtantis voluntas, l ſina de iure delibe. l. cum pater, §. volo, de lega 2 d. l ex facto, §. ſi quis rogatus. Vt cum hinc videamus ab his tunc tantum excludi ſubſtitutos, cum ita teſtator declarauit, iam inde apertum ſit, in reliquis quibuſcunque caſibus ſecus dicendum, regulamque in contrarium potius ſtatuendam. Hoc autem ego tunc ita factum exiſtimarem, propterea quod ab inteſtato ij nihil eo tempore conſequebantur, Authen. quibus modis natu. ſui,

3 in princ. at † vero in ſubſtitutionibus cum liberorum ſit mentio, hi regulariter tantum vocati cenſentur, qui ſubſtitutos ob legitimam ſucceſſionem valeant excludere, Socin. l. cum auus, de condi. & demon. nu. 65. verſ. mihi videtur. Tiraq. l ſi vnquam. C. de reuoc. dona verſ. ſuſceperit liberos, nu. 86. Receptum etenim communiter illud eſt, conditionem illam, ſi ſine liberis, filiorum ipſorum fauore appoſitam ſemper eſſe, Alex. conſi. 109. & 185. in 2. Curt. conſi. 46. vt tametſi ex teſtamento ijs quidem verbis non vocentur, eis tamen ius ab inteſtato ſuccedendi, vnde ſubſtitutos excludant, ſit reſeruatum, l. Lucius 2. cum glo. in fi. communiter prob. de hære. inſti Dec. l. j. C. de pac. num 15. quo fit vt in his conditionibus, neceſſario de ijs tantum filijs ſit intelligendum, qui ab inteſtato valeant hæredes eſſe, arg. d. glo. in l. Lucius Zuchar. l. j. C. de pac. nu. 70. niſi forte aut teſtatoris, aut facto ipſorum proprio excludantẽ, Bar. l. filiusfa. §. cũ quis, in fi. de le. j. alioqnin ſi lege prohibẽte nõ poſſent ſuccedere, tũc nec fauorabilis talis cõditio illis vnq̃ haberetẽ, nec hi recte filiũ dicerentẽ, cũ legitimi ab inteſtato nõ eſſent ſucceſſores, qđ propriũ filiorũ eſt, l. ſi matre. C. de ſuis & leg. & §. j. Inſt. de hæ. q̃ ab inteſ. Credoq; abſq;

vllo ſcrupulo hanc Martini ſententiam in quodam reſponſo
extitiſſe, l.filiusfami.§.cum quis, de lega.1.& ibi diſtin.Barto.
circa fi.conuenit opinioni noſtræ,dum de tali conditione lo-
quitur,quamuis ibi Accurſius, filios eos quoque in hac con-
ditione contineri dixerit, qui ex teſtamento tantum capaces
ſint, licet ab inteſtato non admittantur, quod ſanè aduerſus
reſponſi illius mentem arbitror, tum rationibus ſupradictis,
glo. d. l. Lucius, Soci. d.l.cum auus, nume. 65.tum quia ver-
bum, hæres, de quo in d.§.cum quis, in dubio de eo accipi-
tur, qui ab inteſtato vocatur, Barto. l.3.§.de illo, pro ſocio.
Concludo itaque filios in conditionibus eos comprehendi
tantum,qui ab inteſtato ſuccedere apti ſint(exceptis adopti-
uis liberis,quorum gratia fideicommiſſo facile fraus fieri poſ
ſet, l.fideicommiſſum,de condi. & demonſt. Dec.conſil.399.
& paucis alijs caſibus, quos infra attingemus) hacq; ratione,
olim ad naturales filios talem conditionem non pertinuiſſe,
quod hi ab inteſtato legibus non agnoſcerentur, Auth.quib.
mod.natu.ſui,in princip. Hodie vero cum nati in ſeruili con-
ſortio,cum primum ad libertatem peruenerint, à Iuſtiniano
æque ac legitimi fuerint approbati, Inſti.de ſeru.cogn.in prin.
5 crediderim in his iure † optimo omnia ac in iuſtis filijs eſſe
obſeruanda,ab hiſque & fideicommiſſum extingui: arg.l.1.§.
lex Falcidia,ad leg.Falcid. Naturales autem cæteros ex con-
cubinis natos, qui ab inteſtato in duabus vncijs ſuccedunt,
Authen. licet. C.de natu.liber.pro eadem etiam portione &
ſubſtitutum ſemper excludere, quoniam quoad hanc tan-
tum partem, vbi quis de his aliter expreſsè non ſtatuit,eos li-
berorum loco lex habet, facit l.fina. C.de confir. tut. iuſque
nouum ita ad illos extendi debet,d.§ lex Falcidia. Cum enim
in ſubſtitutionibus,de his ſemper actum cenſeatur, qui gra-
uato poſſint hæredes eſſe, d.l. filiusfa.§ cum quis, iam ſequi-
tur vt pro qua portione,eos vt filios lex agnouit, ad eandem
& teſtator illos vocare voluiſſe exiſtimetur, d.l.hæredes mei,
§.cum ita, & Socin.d l.cum auus,num 65. Atque ideo quod
obijciebat Decius,in c.in præſentiâ nume.31.in conditioni-
bus verba vere & proprie accipienda, l.qui hæredi. de condi.
& demonſt.nec naturales vere filios eſſe, d.l. filium,de his qui
ſui,ſatis ex hoc tollitur,quod huiuſce portionis ratione,& hi
filij habeantur ex legis conſtitutione,ad cuius normam cum
6 & teſtator omnia ſua negocia dirigere præſumatur, † Bart.l.
vt iuſiurandi,§.primo, de ope.liber propterea illius mentem,
& in his conditionibus verborum anteponimus proprietati,
l.in conditionibus, de condi. & demonſt. Hanc quidem di-
ſtinctionem ſi ſequamur, quam ego doctiſſimo Præceptori
meo Auguſtino Beroo placuiſſe ſcio, in cap.in præſentia, ita
& Bartolum Panormitanum,quos inter ſe acriter diſſidere fe-
runt,licebit conciliare,vt alterum ex priſcis legibus, quæ na-
turales ab inteſtato non admittebant, alterum ſecundum
jus nouiſſimum loquutum dicamus, Bar.d.§.ſi quis rogatus,
nu.2. Abb.c.in præſentia,nu.13.

Sunt tamen hæc in teſtatorum conditionibus, de quibus
agimus,non legum accipienda, quæ iuſtam ſobolem ſemper
exquirunt,atque à teſtantium verbis longe diuerſæ ſunt, l.ge-
neraliter,§.cum autem. C.de inſti.& ſubſti. vbi Iaſ.num.6.ait
hanc communem ſol.& Alexan.d.§.ſi quis rogatus, num.11.
7 12.Socin.d.l.cum auus, nume.61. 65. † Et teſtatorum etiam
quotiens eorum mens non aliter expreſſa fuit, alioquin du-
bium non eſt,& vulgares hoſce naturales, & olim, & hodie
ſubſtitutis potiores haberi potuiſſe,ſi ita defunctus voluiſſet.
Cuius mens ex eo deprehendi ſolet, ſi illum grauauit, qui nõ
niſi naturales filios poterat ſuſcipere, l.hæred.§.fin.ad Trebel.
Cum enim de facto tantum impleri poſſit hæc cõditio, æque
iam videtur,ac ſi vere & proprie fuiſſet obſeruata, arg l.pen.
C.de condi.inſti. cum verba ſecundum eius conditionem
ſint intelligenda,in quem conferuntur, l.plenum,§.equitij.de
vſu & habi. Idem & ſi de ijs in alia parte teſtamenti mentio-
nem feciſſet, cum aliquo eorum commodo & honore, l.qui
filiabus,l.ſi ſeruus plurium,§.fin.de leg primo,Bart.d.§.ſi quis
rogatus,aut eo in loco municipalis lex,naturales æque ac le-
gitimos ad ſucceſſionem vocaret, Barto.l.hæred.§.primo,ad
Trebel.Alcaan.d.§.ſi quis rogatus, num.10.aut teſtator ipſe
naturalis eſſet, qui probabiliter eiuſmodi ſobolem non de-
buit contemnere, Dec d.cap.in præſentia, num.36.aut ſi ge-
nere & dignitate inſignis quiſpiam, infimum aliquem, & ob-
ſcurum hominem per fideicommiſſum ſubſtituiſſet. Sat.n.
ex eo conſtat,non eſſe ſibi humiles, abiectaſque perſonas id-
circo odioſas, quod longe à ſua ipſius ſanguinis claritate
abſit, Ripa,d.§.ſi quis rogatus,nume.16. Atque hæc ita in fi-
8 liis maſculis † grauatis communiter ſunt recepta, ſecus in fœ-
minis traditum eſt, Barto.d l.hæred. § fina. Abb.cap.in præ-
ſentia, nume 21.quorum naturales filios, veriſimile vix vn-
quam eſt à teſtatore vocatos, cum abſq; turpi pudicitiæ nota
ſuſcipi nequeant,in mulieribuſque maior quàm in viris, vitæ
honeſtas ac caſtitas requiratur, glo.l.palam, §.quæ in adulte.
de ritu nupt. Sed ego cum ſupra docuerim ea Scæuolæ regu-
la,quoſcunque aptos ab inteſtato ſuccedere,eoſdem & con-
ditionem illam extinguere, d.l.filiusfami.§ cum quis, ſecun-
dum verum intel.adduci non poſſum vt credam,naturales fi-
lios matri nihil prodeſſe,cum ei legitimi ſemper hæredes ex-
ſtant,§.vulgo. Inſti.de ſuc.cog. Etenim ſi lex concubinatum
permittit,& naturales filios ſic matris iuſtos ſucceſſores pro-
bat, vt etſi illuſtris fuerit, adhuc tamen illi dedecus non pu-
tet,quos ſimul cum legitimis filijs hæredes habeat, l.pe.C.ad
Orfic. Quid probabilius eſt, quàm teſtatorem, ad hanc legis
conſtitutionem ſe tacite conformaſſe? l.hæredes mei,§.cum
ita ad Trebel.vbi Bart.Alexan Quæ enim ex hoc matri igno
minia oritur, ſi lex eos quàm maxime fouet? Immo cum fi-
lij ſpurij eius qui fideicommiſſo grauatus eſt, nunquam ſub-
ſtitutum excludant, eo quod filij non poſſunt appellari, Bart.
§.ſi quis rogatus, num 4.crederem ego ſi fœminæ hoc fidei-
commiſſum ſit iniunctum, quæ ſpurios non tamen ex dam-
nato coitu genuerit, ab iis etiam ſecundum Iuſtiniani diſtin-
ctionem, d.l.pe. C.ad Orfic.ſubſtitutum poſſe excludi,& hoc
9 caſu tantum, † ratione ſcilicet matris, filij nomen etiam in
ſpuriis admittetur. Sed æquius in hac re fortaſſe fuerit, ad Imo
læ & Alcaan.d.§.ſi quis rogatus,num.7.diſtinctionem recur-
rere,vt fœminæ conditionem conſideremus, quæ fideicom-
miſſo grauata eſt,eſſet ne teſtatoris filia aut extranea, vt ſi fi-
lia,ſanè ex præſumpta patris mente, naturales minime voca-
ti cenſeantur, ſin extranea, tunc ſupradictæ noſtræ ſententiæ
ſit locus. Quod & alijs rationibus non inepte à recentiori-
bus confirmatum eſt, Pariſ.dicto cap.in præſentia, de proba.
nume.53.54.

Quomodo accipiatur conditio, Si ſine liberis, ei iniuncta
qui religionem profitetur.

1 *Grauatus, ſi ſine lib. intelligitur de ijs quos habere poteſt.*
2 *Natus ex religioſo, ſeruus efficitur paternæ eccleſiæ.*
3 *An vllo caſu poſſint religioſi filios iuſtos quærere.*
4 *Quando dicatur impoſſib. quod pendet à voluntate Principis.*
5 *An eccleſia ſit loco filij.*
6 *Clericus poteſt filios adoptare, & nu ſeq.*
7 *Filij adopt.non excludunt. ſubſtitutum.*
8 *Conditio, ſi deceſſerit ſine lib an ſit duplex, vel ſimplex.*
9 *Conditio neceſſaria quæ dicatur, & quomodo impleatur.*

CAP. XXVIII.

MAIOR in ea ſpecie cadit dubitatio,cum quis
ſacris initiatus,hæres inſtitutus eſt,grauatuſq;
idem ſi ſine liberis deceſſerit, hæreditatem alij
reſtituere: Cum enim ſupra ſtatuerimus, con-
ditionem hanc plerunq; naturales filios com
plecti ex teſtatoris voluntate,propterea quæ-
ſtio nũc eſt,an de ſpurijs veriſimile ſit eum ſenſiſſe his verbis,
eo quod is qui religioni nomen dedit,illegitimos tñ,non am
plius iuſtos filios poſſit procreare,conditio aũt à teſtatore de
1 his filiis vtiq; accipi ſoleat,quos † grauatus gignere aptus erat,
l.hæred.§ fin.ad Trebell. Quam ſententiam Ang.fuiſſe,literis
proditum eſt,in l.ſi quis poſthumos, de libe.& poſthu. Mihi
autem ea nunquam placuit, cum filiorum nomen ſpuriis ne-
quaquam conueniat, Auth.ex complexu, nec in illis,condi-
tio ea,ſi ſine lib.unquam impleatur, Bart.d.§ ſi quis rogatus,
Dec.c in præſentia, num.33.nec credendum ſit,de tam nefa-
ria prole à defuncto cogitatum, quam ſuſcepiſſe, ſummum
eſſet illi clerico dedecus,ſummaque ignominia, to.tit.de co-
habi. cleri.& titu.de fil præſby. cum & filij huiuſmodi, ſerui
2 eiuſdem eccleſiæ, † cui pater miniſtrabat, perpetuo eſſe te-
neantur, cap.cum multæ.15 quæſt.vlti.quamuis conſuetudo
hodie aliter obſeruet, glo.d. cap. cum multæ, Abb.c.primo,
in fi.de treg.& pa.Fab.§.ſeruitus, Inſti de iu.perſ.præſertimq;
cum alias admittant hæc verba interpretationes, reſponſio
ad l.hæredibus,§ fina.& longe honeſtiores, quibus in dubio
hærendum eſt,argu.l.ſi cui,de ſeruitu.Dixerunt alij,Ripa,d.§.
ſi quis,nume.19. de veris & proprijs filiis hanc conditionem
intelligendam, nec à verborum proprietate recedendum,
3 poſſe enim & eum qui † religionem profiteatur, legitimos
acquirere filios, ſiue ex probabili quodã matrimonio, quod
putatiuum dicitur, cap.ſecundo, cap.ex tenore, qui fil. ſint
legiti.ſiue ex ſummi Pont. indulgentia, qui cum legibus ſol-
uat,ac ius illi connubij permittat.gl c de illo,32.diſt.& c.cum
olim, vbi Abb.de cle.coniug. Et ſi fortaſſe dicat quis, id im-
poſſibile in iure haberi, propterea q; non conſiderandum,cũ
Ponti-

Pontificis conſenſus ſit expectandus, l. apud Iulianum, §. fin. de leg. i. Reſpondent illi, quod ſicuti ſpurij inſtitutio collata in id tempus, quo is natalibus reſtitutus fuerit, valida eſſe cenſetur, Ang. Imo l. illa inſtitutio, de hæredi. inſti. quamuis hæc reſtitutio ſolius Principis authoritate fiat, l. 1. de nat. reſt. Bar. l. non ambigitur, in fi. de legibus, ſic & volunt eam conditionem hunc ſenſum recte poſſe admittere, & ſi ad eam implendam ſupremi Principis venia ſit neceſſaria. Sed mihi nec iſta probantur, cum ei qui diuino cultui ſe iam dedit, nunquam aut perraro, idque ex grauiſſima aliqua cauſa, ius matrimonij Pontifex ſoleat permittere, c. cum ad monaſterium, in fi. de ſta. mona. c. ſemel Deo, de regu. iur in 6 vbi Ioan And. & alij. Quæ vero adeo difficilia ſunt vt à Principe impetrentur, ea & impoſſibilia vtique ſolent in iure exiſtimari, d. l. apud Iulianum, §. fin. Bart. l. fin. C. de ſent paſ. col. 2. At quod impoſſibile eſt, id & nullum eſt, l. impoſſibilium, de regu. iur. Non ita quidem, Reſponſio ad d. l. in tempus, de hæredi. inſti. & cæte-
4 ra omnia ſunt, quæcunque à principe † peti neceſſe eſt: multa ſunt enim in quibus permittendis, ſatis eum benignum regulariter ſolemus experiri, veluti in natalium reſtitutione plurimis in caſibus, vt vulgo conſtat, Auth. quibus mod. nat. effi. leg. Docto. c. per venerabilem, & in §. & quid ſi tantum. & ideo quamuis ſpecialem eius iuſſum exigant, non tamen impoſſibilia cenſentur, cum hæc ſæpe concedi conſueuerint, Caſtr. Aret. l. continuus, § cum quis, de verbo. obliga. arg. l. 1. §. permittitur, de aq. quot. & æſt. Cum igitur quantum vel ad matrimonij leges violandas, vel perſonis minime idoneis cōcedendas attinet, hoc totum difficillimum negocium, id eſt impoſſibile dicatur, Abb. c. ſuper eo, de condi. app. & c. cum ad monaſterium, de ſta. mona. non crederem conditionem illam, ſi ſine lib. ad hunc caſum trahendam, inter quem & natalium reſtitutionem multum intereſt, vt modo dixi, & quidam quoque ſimili ferè exemplo adnotarunt, Iaſ. l. apud Iulianum, §. fin. num. 16. de leg. 1. Quod autem de putatiuo matrimonio dictum eſt, non poteſt id huic facto vlla ratione conuenire, cum in ſtus nullus error patrem clericum queat excuſare, qui conditionis ſuæ ſatis erat gnarus & prudens, arg. l. fin. pro ſuo. l. quamquam, ad Velleia. in huiuſmodi vero
5 matrimonio † error & maxime probabilis neceſſarius eſſe ſoleat, c. fin. §. 1. de cland deſp. Abb. c. a qui fil. legit. Bartolus vero credidit, in l. hæredibus. §. fina. ad Trebel. hanc conditionem in ijs filijs intelligendam, quos loco iuſtorum liberorū lex habet, ſcilicet in eccleſia, quæ inſtar filij eſt, cum quis ei ſe dicauit, §. ſed & hæc præſenti, Authen de ſanct. epiſ. c. in præſentia, de prob. quam opinionem plurimi deinde ſecuti ſunt, Alexan. l. ſi quis poſthumos, no. 8. Pariſ. cum multis, c. in præſentia, num. 47 Sed & de hac Decius dubitauit. d. c. in præſentia, nu. 32. ego quoque ſubſiſto. In primis, quia verum id non eſt eccleſiam eſſe loco filij, nam & ſi ita vulgo prædicetur, apud eruditos tamen hoc nunquam eſt, Bat. Auth. niſi. C. ad Trebel. Bald. l. filium, de his qui ſui ſunt, Fel. cap. in præſentia, num. 74. De ea ſecundum conditionis naturam interpretanda, quæ rem incertam ſignificat, à futuroq; euentu pendentem, Bart. l. 1. in princip. de condi. & demonſt. Aſt qui religioniſe deuouit, certus eſt omnino de ſtatus ſui fine, cum ille inſtitutum vitæ curſum nequeat deſerere, c. ſemel Deo. de
6 regu. iur. 6 eccleſiaque † ipſa nunquam moriatur, c. liberri. 2. 12 q. 2 Quarta fuit in hac. q. opinio, Bal. Imo. Alexand. l. ſi quis poſth. de liber. & poſthu. argu. illius l. vt filij legitimi tantum hoc eſt adoptiui excludant ſubſtitutum, nec enim clericis videtur interdictum tales ſibi liberos aſſumere, l. ſi pater. §. fin. de adopt. Abb. c. 1. de cogn leg. Immo cum non alios niſi hos honeſte filios habere poſſint, volunt hanc procul dubio voluntatem teſtantis extitiſſe, argum. l. 2 de libe. & poſthu & l. ſi quando, de leg j. vt ob hos legitimos filios deficiat fideicom
7 miſſum † Sed ego nec hoc ſequor: video enim generaliter id conſtitutum, ne hi adoptiui contra ſubſtitutum admittantur, l. ſi ita quis, § fin. de lega. 2. puto, quia fideicommiſſo facile fraus fieri poſſet, l. fideicommiſſum, de condi. & demonſt. Dec. conſil. 399. quæ quidem ſuſpitionis ratio, eo rectius hic quoque cadit, quo facilius huic multo erat quàm cæteris filios adoptare, cum ſciret is ſe non alios iuſtos liberos habere poſſe, argu d. l. ſi pater. §. fin. de adopt. Reſponſumq; id quod ab eis in hanc rem adducitur, d. l. ſi quis poſthumos, alium & longe à præſenti diuerſum caſum reſpicit, Ripa, dicto §. ſi quis num. 35. dubitoque id etiam, an qui ad ſacros ordines adſcriti ſunt, poſſint amplius liberis vel legitimis tantum operam dare, argu. c. primi, ne cler. vel mon. Port. Inſtitu. de adop. nume. 5. Vltimam quinto loco ſententiam proditam reperio, quæ Auguſtini Beroi Præceptoris clariſſimi fuit, in cap. in
8 præſentia, pag. 103. † Vt cum hæc conditio duas habeat partes, Si deceſſerit, & ſine liberis, valeat eatenus quatenus impleri poteſt, l. qui dotem, de do. prælēg. l. ſerui electione. l. Stichum qui. de lega. primo. Et ita quoad illa verba, ſi deceſſerit, extet vtique conditio, tunc enim moritur: Quoad illa vero, ſi ſine liberis, quia hoc impoſſibile eſt, non adiecta potius habeatur, ne quod vtile, per inutile vitietur, cap. vtile, de reg. iur. in ſexto. Qua ex re concludit, intelligi hunc clericum grauatum poſt mortem ſtatim hæreditatem reſtituere, nec quicquam illa verba, Si ſine liberis, aut obeſſe, aut prodeſſe. Ego vero nec Præceptori in hac re omnino ſubſcribo: eſt enim vnica tota illa conditio, cum ea qualitate, Bart. l. Aurelius, §. idem quæſiit, de liber. leg. in fi. ſi ſine liberis, propterea nec ſcindi poteſt, quia detracta qualitate, conditioni ſatisfactum non intelligitur, l. Titius, de mil. teſta. l. ſecunda, de auro & argen. lega. Barto. l. ex facto, de vulg. & pup. colum. 2. Quin cum hanc conditionem ſimplicem eſſe fateatur, fieri non poteſt, vt eam in illis tantum verbis accipiamus, Si deceſſerit: certū eſt enim eum omnino moriturum, l. 1. de condi. & demonſt. at conditiones incertæ eſſe debent, in futurumque tempus collatæ, l. itaque, ſi cert. peta. Barto. d. l. 1. in princip. Iam nos quid dicemus? Ipſe hanc quæſtionem ex Bartoli verbis decidi poſſe arbitror, qui huiuſmodi conditiones neceſſarias vo-
9 cat, & pro puris haberi inquit, † Bar. l. 1. in princip. de condi. inſtitu. Videtur enim in hoc facto quid ſimile fuiſſe expreſſum à teſtatore, vt clericus ille, ſi liberam vult hæreditatem, cogatur filios quoque ſuſcipere, & ſi non ſuſceperit, veluti pœnæ nomine eam alij reſtituere teneatur. Sed prior conditio, iure vtique impoſſibilis eſt, aduerſus clericorum honeſtatem, votum, & bonos mores, arg. l. filius, de condi inſti. ergo alia quæ priori eſt contraria, ſcilicet ſi non ſuſceperit liberos, neceſſaria dicetur, cum neceſſarium id ſit, cuius contrarium eſt impoſſibile, Bald. l. non quicquid, de iudi. Cum vero quælibet neceſſaria conditio, pro pura habeatur, l. ſi pupillus, §. ſub conditione, de nouat. ſic ſequetur etiam vt clericus hic pure poſt mortem reſtituere hæreditatem grauatus ſit, vt Bartolus met declarauit, in d. l. 1. de condi. inſti. nec multum à præcedenti Præceptoris diſtat opinione. Quæ tamen intelligenda ſunt, vbi non ante alios legitimos aut legitimatos filios clericus habuiſſet: ij enim ſemper ſubſtitutum excluderent, Doct. d. l. ſi quis poſthumos.

Filij in teſtamento pure nominati, an de naturalibus intelligantur.

1 *Vbi adſunt legitimi, naturales filiorum nomine non veniunt.*
2 *Quid ſi deinde legitimi decedant.*
3 *Probabilior eſt erga legitimos, quàm naturales filios affectio.*
4 *Media tempora hæredi recte inſtituto non nocent.*
5 *Sermo in futurum prolatus, ad tempus euenientis conditionis, non diſpoſitionis refertur.*
6 *Subſtitutio compend quandoque vulgaris, aut pupillaris, aut fideicommiſſ. fingitur.*
7 *Filij vocati, qui nondum nati ſunt, videntur ſub conditione, ſi naſcentur.*
8 *Intell. l. placet. de libe. & poſthu.*
9 *An ſit differentia inter verbum, liberos, & filios.*

CAP. XXIX.

SEQVITVR quotiens de filijs teſtator mentionem facit, de ijs quid ſimpliciter ſtatuendo, vt ſi bona aliquot, ſe filijs ſuis relinquere dixerit, aut ſimili modo filios pure in teſtamento nominauerit: tunc enim ſi quærimus, an eo nomine & de naturalibus ſenſerit, longe aliter quidem, quàm in præcedenti capite exiſtimò ſtatuendum, cum multum interſit, quoad vim verborum, ſitne oratio pure, an ſub conditione prolata, Bar §. & quid ſi tantum. Alex. d. §. ſi quis, nu. 15. 16. Nunc igitur ego multipliciter diſtinguendum, varioſq; caſus conſiderandos putarem.

1 † Primus ſit, cum teſtator filiis ſuis aliquid ſe pure relinquere dicit, adſuntque illi nedum naturales, ſed & iuſti filij: Et credo ego naturales tunc eo nomine non contineri, quin à legitimis excludi, tum quia verborum proprietati hærendum eſt, quæ natos tantum ex matrimonio filios vocat, l. filium, de his qui ſui ſunt, l. ſecunda, §. legitimos, de excuſatio. tuto. tum quia naturales extantibus legitimis, veluti extranei ab inteſtato habentur, Authen. licet, C. de natu. liber. ideo nec eos cum alijs ſimul admitti æquum eſt, argumen. nota. per Barto. l. vt iuſiurandi, §. ſi liberi, numero quinto, in fi. de oper. liber.

2 † Secundus ſit, vbi tempore teſtamenti extarent liberi, alij iuſti, alij naturales, poſt vero ante aditam hæredi-

tatem legitimi deceſſiſſent, naturaleſq; deinde ſolum ſupereſ-
ſent: Puto & hoc caſu naturales non ſucceſſuros, eo q cum
ſemel teſtator de veris filijs ſenſerit, amplius ab hac eius con-
cepta ſignificatione diſcedendum non videtur, cum præſer-
tim ſermo illius pure prolatus, ad tempus teſtamenti nõ mor
tis referri ſoleat, l. ſi ita, de auro & arg. l. fin. §. j. de leg. 2 Dec. in
ſim. conſil. 95. col 4 & quia cum naturales initio ea mente te
ſtatoris non comprehenderentur, quamuis poſt legitimi ſu-
blati ſint, nunquam tamen naturales vocati intelligi poſſunt,
arg. l. quod initio, de reg. iur. l. qui res. §. aream, de ſolu. cum &
voluntas mutata non præſumatur, niſi quis hanc de naturali-
bus interpretationem admittat, vt ita actus potius ſuſtinea-
tur, l. quotiens, de rebus dub. quod tamen durum eſt.

Tertius ſit, quando dum teſtamentum fieret, nulli legitimi
aderant, ſed naturales tantum, poſt vero antequam fato fun-
geretur, & legitimos procreauit: Adhuc exiſtimo naturales
non admitti, etſi initio de iis forte teſtator potuerit cogita-
re: coniectura enim paterna voluntatis hoc ſuadet, vt ſi dum
teſtabatur, filios ſe veros habiturum exiſtimaſſet, ijs planè bo
na ſua fuiſſet relicturus, l. Titius, §. Lucius, de libe. & poſthu.
3 † veriſimileq; eſt ſatis, ſi de hac re interrogatus fuiſſet, eum
ita vtique reſponſurum, glo. l. tale §. fin. de pact. cum deſide-
ria morientium, ex arbitrio viuentium colligamus, l quo-
niam C. de natu. libe. Videmusq; in multis ſimilibus exem-
plis, adgnaſcentibus nouis liberis, voluntatem teſtatoris mu-
tatam, ſemper a lege præſumi, l. ſi vnquam. C. de reuoc. dona.
Bar. l. Titia. § vlti. de leg. 2.

Quartus ſit, cum teſtamenti tempore, naturales tantum
extabant, poſt vero & legitimi procreati ab eo ſunt, qui tamẽ
& ante aditam hæreditatem periere, ita vt naturales adhuc
ſoli ſuperſint: Sentio omnino naturales hoc caſu ſucceſſu-
4 ros, arg. l. poſthumus, in prin. de inoſ. rup. teſt. † nihil enim
ijs impedimento legitimorum natales eſſe debuerũt, ex quo
moriente patre, ipſi antea è vita ceſſerant, nec media tempo-
ra hæredi recte inſtituto quicquam nocere ſolent, l. ſi alienũ.
in fi. de hæredi. inſti. & l ſed etſi. §. ſolemus, ff. eod. adeſt præte-
rea mens teſtatoris, qui de his initio ſenſit, vt mox dicam.

Quintus ſit, cum nulli legitimi vnquam nati ſunt, teſta-
torque filios pure nominauit, cum naturales tantum habe-
ret, qui iam in lucem prodierant: Credo proculdubio tunc
naturales ab eo vocatos intelligi, l. Lucius, § fi. de leg. 2. & arg.
l. hæredi §. fin. ad Trebel. & l. quibus diebus, § dominus, de
condi. & demon. cum veriſimile ſit de his eum ſenſiſſe, quos
præ oculis habebat, glo. l plenum, §. equitij, verſi. ſenſiſſe, de
vſu & hab. Ripa, § ſi quis rogatus, nume. 13 & vbi ſermo di-
ſpoſitiue, vt dicunt Doctores, prolatus eſt, in eo latior multo
& benignior, quàm vbi ſub conditione, fiat interpretatio,
Bar. Alex. §. & quid ſi tantum.

Sextus ſit, cum teſtamenti tempore naturales tantum
aderant, ſermo tamen teſtatoris, de filijs diſpoſitiue loquens,
refert ſe non ad præſens ſed futurum tempus. Exempli cauſa,
5 ſi velit filios ſuos in certis bonis ſuccedere poſt mortem ali-
cuius, aut eueniente aliqua conditione: Puto hic, quando
caſus ille extiterit, ſi & alij iuſti liberi nati erunt, tunc natura-
les ab iis ſanè excludi, eo quod quotiens in futurum euẽtum
confertur oratio, tempus euenientis conditionis, non diſpo-
ſitionis attendatur, Alex. conſ. 26. in fi. vol. 3. & 12. in 4. Dec.
conſ. 253. col. fin. & 299. nu. 8. Et quia probabilis hæc eſt mens
teſtatoris, vt & modo attigimus, in 3. caſu. Quod ſi eueniente
conditione, ſoli adhuc naturales exiſtant, qui & tempore te-
ſtamenti nati erant, non dubito tunc ad eos bona pertinere,
vt in præce. caſu, atque ita teſtatoris voluntas de quibus nam
filiis ſenſerit, à futuro euentu declarationem ſumet, arg. l. ſed
6 & ſi quis. §. interdum, de vſufru. prout † de compendioſa di-
citur ſubſtitutione, quæ ſecundum varios caſus nunc fidei-
commiſſaria, nunc vulgaris, nunc pupillaris, vſque initio fuiſ-
ſe fingitur, Bart. l. Centurio, col. 3. quod & in pupillari tacita,
quæ ſub expreſſa continetur, cum mater poſtea de medio ſu-
blata eſt, dici ſolet, Bal. l. fi. C. de inſti & ſubſti.

Vltimus ſit, cum teſtator filios pure nominauit, tunc ta-
men filii adhuc nulli nati erant. Vt quia Titium inſtituit, gra-
uauitque eundem, poſt mortem filiis ſuis hæreditatem reſti-
tuere, qui Titius, liberos tunc nullos habebat, ſed deinde na-
turales tantum, non legitimos ſuſcepit: Mihi videntur hoc
caſu naturales minime vocati, ar l. generaliter, §. cum autem.
7 C de inſti. & ſubſtitu. † quoniam hæc verba ad conditionem
magis quàm ſimplicem diſpoſitionem referuntur, ſi quidem
tacite ſubintelligitur, vt filijs reſtituatur, ſi quos habuerit, l.
interdum, de verbo. oblig. quocirca cum de conditione aga-
mus, ſuccedit regula, vt naturales filiorum nomine non con-
tineantur, niſi ſecus de voluntate teſtantis appareat, l. cum
8 patri, §. volo, de leg. 2. l. fin. de tu. libe. † Atque ita Vlpiani le-
gem interpretor, qui in poſthumi inſtitutione, poſthumum
tantum ex vxore, vocatum dixit, l. placet, de libe. & poſthu.
quoniam & hæc inſtitutio ſub conditione eſt, ſcilicet, ſi po-
ſthumus naſcetur, l. 1. in fi. de condi. & demonſt. aſt in condi-
tionibus, verborum proprietas maxime ſolet attendi, l qui
hæredi l Mœuius, de condi. & demon. Ex quibus patet, quan
tum Imolenſis vterque & reliqui ſint decepti, Alexand. d §. ſi
quis roga. num. 16. Iaſ. d l placet, num. 17 qui in ſoluenda hac
antinomia tantopere inſudarunt, vnde materiam hanc in
9 innumeras, & illas obſcuras lectiones diſtinxere. † Non omit
to, quod Panormitanus & cæteri tradidere, Abb. c. in præſen-
tia, nume. 22. Docto. d. §. ſi quis rogatus, ſi teſtator liberorum
verbo vſus fuerit, nunquam naturales venire, eo quòd libe-
rorum verbum iuris ſit, non naturæ, l. liberorum, de verbo.
ſigni. at vero filius, ad naturales aptius referatur, l tutelas, de
cap dimin. Ipſe tamen id vix auſim approbare, cum hæc tam
ſubtilis differentia legibus recepta non videatur, animaduer-
tamusq; vtrunque verbum etiam in hac materia promiſcue
plerunque capi & qui modo liberi dicti ſunt, eoſdem ſtatim
filios vocari, l Lucius, in fi. de lega. 2 & d. §. ſi quis rogatus.
Deinde ſi liberorum nomen, ſub ſe filios, nepotes, pronepo-
tes, veluti genus complectitur, d. l. liberorum. Sanè ſicuti fi-
lios, naturales dici certum eſt, vt & ipſi fatentur, ſic igitur &
liberos eodem ſenſu accipi poſſe neceſſe erit, nam cui ſpeciei
nomen conuenit, eidem & proprie generis vocabulum aptũ
eſſe debet, cum genus de eo omni prædicetur, ad quod & ſpe
ciés pertinet, l. ſemper in generalibus, vbi Dec de reg. iu. Bar.
Rub. ſol. matrimo. Vtuntur tamen hoc liberorum vocabulo
authores ſępe pro iuſtis tantum filiis. Quint. lib 3. c. 8. Niſi for
te & hic finitionem mouet, an liberi ſint etiam non legitimi:
Et Catullus loquens ad Hymęneum.

Nulla quit ſine te domus,
Liberos dare, nec parens,
Stirpe dicier.

*Emphyteuſis Titio & filijs conceſſa, an ad na-
turales pertineat.*

1 *An filiorum appellatione contineantur fœminæ ex proprietate verborum.*
2 *In contractibus nomine filiorum veniunt naturales iam nati, niſi vt num. 6. & ſequen.*
3 *Naturales quandoque ſuccedunt in feudo.*
4 *Alteri quando liceat ſtipulari.*
5 *Stipulatio pro ſe & filijs, intelligitur ordine ſucceſſiuo.*
6 *Naturales nondum nati, non veniunt nomine filiorum.*
7 *Fœmina naturalibus, & quandoq; ſpuriis acquirit emphyteuſim.*
8 *Extantibus legitimis, naturales excluduntur.*
9 *Naturales ad feuda non admittuntur, & quare.*

CAP. XXX.

QVID vero in contractibus, an filiorum ver-
bum etiam ad naturales extendemus? Finge
ſtipulatus quis eſt emphyteuſim ſibi & filiis:
vtrum ne naturales his verbis comprehenden-
tur? Negant Angelus, Decius, & quidam alij,
Angel. l. generaliter, §. cum autem, Bald. l. filium, de his qui
ſui, Dec. cap. in præſentia, nume. 40. tum quia in contractibus
verba ſtricte & proprie accipi debent, l. quicquid aſtringen-
dæ, de verbo. obliga. naturalis autem proprie non eſt filius,
l. filium, de his qui ſui ſunt. tum quia in dubio verba ſemper
contra ſtipulantem interpretamur, qui legem potuit aper-
1 tius conſcribere, l. veteribus, de pact. † Exemplo illud eſt, &
maxime ſimili, quod cum appellatione filij, & fœminæ quo-
que comprehendi regulariter ſoleant, l. ſi quis ita, de teſta.
tut. l. ſi ita ſcriptum, de lega. ſecundo. emphyteuſis tamen ali
cui & filiis conceſſa, ad fœminas non dicitur pertinere, Ar-
chid. cap. ſi quis ſuadente, 17. quæſtio. 4. Roma. conſilio 35.
Alexand. 61. in 1. eo quòd vocabulum id filij, illas non adeo
proprio ſenſu, ſed vi magis extenſionis complectatur, l. pro-
nunciatio, in princip. de verbo. ſignific. l. quiſquis, §. primo, &
§. filias. C. ad leg. Iuli. ma. quanto ergo magis & naturales his
verbis excludi debebunt? Quam ſententiam quandoque &
Bartolus ea ratione comprobauit, in dicto §. ſi quis rogatus,
quod ſcilicet pater ijs cum extranei ſint, non potuit ſtipu-
pulari, §. alteri. Inſti. de inut. ſtipu. quemadmodum nec mater
filio, l. debitor, in fi. ad Trebel. Contrarium tamen à plerique
eſt approbatum, videturq; hæc crebrior ſententia, Alex. d. §.
ſi quis, nu. 22. Ego quoniã nec hos, nec illos omnino ſequor,
vt clarius tota hęc res conſtare poſſit, ſic cenſeo pronuntian
2 dum. † Si quis ſibi & filijs fuerit ſtipulatus, ſi quidẽ tunc natu-
rales habebat, & de ijs omnino actũ cenſeo. Primũ quia ver-
ba hæc

ba hæc ſimpliciter ſunt enontiata, quæ ex proprietate & natu
rales complecti apta ſunt, l. Lucius. §. fina. de lega. 2. Deinde,
quia etſi ea non eſſet verborum proprietas, in conuentioni-
bus tamen contrahentium voluntatem potius quàm verba
ſpectaremus, l. in conuentionibus, de verb. ſign. ex eo autem
hunc naturalibus ſtipulari voluiſſe hoc caſu colligimus, atq;
in iis vtrunq; ex contrahentibus conſenſiſſe, quod ſcilicet ſo
li tunc hi filii ipſi ſtipulanti aderant, Marſil. l. 1. §. ſi ſeruus, de
quæſt. nume. 9. quod optimum eſt voluntatis argumentum,
vt Caſtrenſis tradidit, d. §. ſi quis, num. 5 facit l. hæredibus, §.
3 fin. ad Trebel. † Nam & cum alias naturales in feudo non ſuc
cedant, c. j. §. naturales, ſi de feo. fuer. contr. int dom. ſi tamen
quis naturalem filium habens, ſibi & filiis præſentibus & futu
ris ſtipuletur, naturali etiam admittetur, Alua d. § naturales,
col. 5. quoniam contrahentium mentem & præſenti eorum
ſtatu, & conditione colligimus, l. plenum, §. equitij, cum glo.
de vſu & habi. Ripa, d. §. ſi quis, num. 12. Quo circa verba hic
contra ſtipulantem non debemos interpretari, cum de men-
te conſtet, l. fin. C. quæ res pign. obli. & non improprio ſenſu,
ſub iis naturalis etiam contineatur, l. Lucius, in fi. de lega. 2.
cum filius, naturæ ſit nomen, l. torclas, de cap. dimi. naturaq;
omnibus æque communis ſit, l. hos accuſare. §. fin. de accuſa.
& ij tantum filij appellari non poſſint, qui ſpurii ſunt, non na-
4 turales, Auth. ex complexo. † Minus repugnat Bartoli argu-
mentum, nam vt & ipſe alio in loco docuit, in l. quod dicitur,
in fi. de verb. obli. licet cuilibet ſuper re ſua, vel quæ futura ſit
ſua, alteri ſtipulari, l. Publia, depoſ. l. pen. C. ad exhiben Bald.
Alexand §. ſi ſtipuler. in 9. Falleo. † Hinc crederem tunc & in
5 his id obſeruandum, quod & in iuſtis filiis ſolet, vt ſcilicet or
dine ſucceſſiuo poſt mortem tantum patris admittantur, Do
cto. l. Gallus. §. quidam recte, quo tempore res vere illius iam
effecta fuerit, Alexan. §. ſi quis, nu. 52. Quamuis enim hi non
omnino iuſti ſint filii, in quibus tantum ſucceſſiuus ille ordo
ſpectari ſolet, c. Rayn. vbi Abb. nume. 5. Iaſ. §. quidam recte,
num. 24. non tamen prorſus & extranei cenſentur, retinentq;
filiorum quandam imaginem, c. fin. 32. q 4 Auth. licet C. de
natu. libe. Veriſimileq; eſt multum, patrem illis gradatim, id-
eſt poſt mortem ſuam, non prius fuiſſe ſtipulatum, Afflict.
ad exemplum legitimorum filiorum, ne alias plus hac ſtipula
tione hi naturales, quam cæteri veri filii conſecuti dici poſ-
ſint, Pariſ. cap. in præſentia, nume. 91. Declaro tamen ſupra-
dictam regulam. † Vide quæ diximus, cap. præced. vt ita de-
mum naturales contineantur, ſi tunc extabant, cum ſtipula-
tio inita eſt, alioquin ſi poſt id tempus in lucem fuerint ſuſce
pti, ſecus arbitrarer: ceſſat enim tunc mentis coniectura, de
qua ſupra, ſtipulatioque ipſa ſub conditione concepta cen-
ſetur, ſcilicet ſi filii naſcentur, l. interdum, de verbo. oblig. l. j.
in fi. vbi Barto num. 25. de condi. & demonſt. vt ſuperiori ca-
pite diſſeruimus, in conditionibus autem vix vnquam à vera
& propria verborum ſignificatione ſolemus recedere, l. Me-
uius, de condi. & demonſt. Accedit quod in conditionibus ij
vocati cenſentur, qui ab inteſtato hæredes eſſe poſſunt, l. Lu-
cius, 2 cum glo. de hæredi. inſti. l. filiusfam. §. cum quis. ſecun-
dum verum intellec. de lega. 1. filiis enim vt hæredibus ſtipu-
lamur, glo. l. ſi tibi. §. pactus, de pact. Alexand. d. §. quidam re-
cte, nume. 8. Sed cum hi legitimi non ſint hæredes, § fin. Au-
then. quibus mod. natu ſui. merito, nec ad emphyteuſim vo-
cati intelligentur, niſi forte ſecundum eam diſtinctionem,
quæ ſupra à nobis latius relata eſt, ſupra cap. 27 quæ ratio ceſ-
ſat, quoties tempore ſtipulationis iam nati ſunt: tunc enim
7 conſtat ijs omnino patrem acquiri voluiſſe. † Atque ideo af-
firmo, quod ſi fœmina, ſibi & filijs hanc emphyteu. fuerit ſti-
pulata, ſemper naturales, quandoque & ſpurios contineri,
quoniam quoad matrem, nihil ij à legitimis differunt, atque
ei ab inteſtato ſuccedunt, §. nouiſſime. Inſtitu. ad Orfic. l. pe.
C. eod. Abb. cap. in præſentia, num. 24.

8 † Tunc etiam ex pronunciato noſtro naturales admitti ne-
gamus, quoties vel tempore ſtipulationis, vel poſt, legitimi
filij ſupereſſent, cum enim hoc filiorum nomen diuerſas per
ſonas complectatur, ordine ſucceſſorio ij prius ſemper vo-
cati intelliguntur, quorum ab inteſtato potior eſt cauſa, Bart.
l. iuſiurandi. §. liberi, de oper. liber. Socin. §. quidam recte, nu.
4. ideo æquum eſt, vt & hoc caſu, naturales à legitimis exclu
dantur, qui & in adeunda hæreditate, ijs quocunque caſu
9 longe ſunt inferiores, Authen. licet. C. de natu. libe. † Rurſus
& ad naturales hæc tunc non pertinere dicuntur, vbi de
feudi agitur ſucceſſione, cap. primo, §. naturales. ſi de feu.
fuer. ad id enim naturalibus non licet aſpirare, ſeu ob rei
ipſius, ſeu domini fortaſſe concedentis dignitatem, Docto.
d. §. naturales.

Emphyteu. eccleſiaſtica, an ad naturales tranſeat, an etiam ad legitimatos.

1 *Naturales abſque peccato ſuſcipi non poſſunt.*
2 *Eccleſia naturalibus eſt fauorabilior quam ius ciuile.*
3 *An legitimati adhuc cenſeantur infames.*
4 *Emphy eccleſiaſtica illegitimo conceſſa, etiam ad eius naturales deſcendit.*
5 *Emphy. acquiri poteſt ſpurijs loco alimentorum.*

C A P. XXXI.

POSTREMO limitant ſupra traditam regulam
omnes, Docto. §. ſi quis rogatus, & Canon. c. in
1 præſentia, † in emphyteuſi eccleſiaſtica, quam
ad naturales idcirco nolunt pertinere, quod hu-
iuſmodi filii abſque peccato concipi nequeant,
c. meretrices, 32. q 4. quod cum maxime eccleſia abhorreat,
cap. fin. de præſcrip. veriſimile non eſt, de tali ſobole eam vn-
quam cogitaſſe. Ego tamen in hoc ſubſiſto, aut enim de na-
turalibus nondum natis loquimur, aut de natis iam, cum em
phyteuſis concedebatur: Priore caſu, communem quidem
limitationem ſequor, non tamen communi ratione, ſed ea
de qua modo egimus, quod in talibus filijs conditio ſubintel
ligitur, ſi naſcentur, l. interdum, de verbo. oblig. quæ res facit,
vt de iuſtis tantum filiis verba hæc accipiantur. Aut vero de
iam natis quærimus, & ipſe quidem contra ſentio: Primo,
quia peccati in his committendi nulla vertitur amplius ſuſpi
tio, ex quo iam erant procreati: Deinde quia etſi qua pecca-
ti adeſſet dubitatio, neſcio cur eam magis in his, quàm in cę
teris priuatorum bonis velimus vindicare, cum omnibus ge
neraliter concubinatus hodie ſit interdictus, c. nemo, 32 q. 4.
2 Quod ſi quid in alterutro diſcriminis eſſet conſtituendum,
facilius forte hi, quoad eccleſiaſtica, quàm profana bona poſ
ſent obtinere, de bonis tantum loquor, non ſacris ordinibus,
aut ſacerdotiis, quæ illegitimis nunquam dantur, c. j. 2. de fil.
preſb. 6. ſiquidem videmus eccleſiam multo quàm alias leges
his benigniorem & propenſiorem, argu. c. cum haberet, in fi.
de eo qui dux. in matri. nec enim quoad eam quid intereſt,
quomodocunque quis natus conceptusve ſit, cap. dominus,
56. diſtin. cum ea cuiuſque virtutes, vitiave tantum reſpiciat,
quæ non ex ſemine, ſed ex propria voluntate contrahuntur,
cap. naſci. ead. diſtin. Cum igitur in priuatis certum ſit, eam
peccati ſuſpitionem nihil officere, quominus naturales quan
doque ad emphyteuſim admittantur, cum ex illa conditio-
ne, nulla delinquendi patribus præbeatur occaſio, vt aduer-
ſus Ruinum, §. & quid ſi tantum, recentiores late & ſubtiliter
oſtenderunt, Ripa. §. ſi quis, num. 50. & l. ſi vnquam, num. 78.
Pariſ. cap in pręſentia, nume. 47. 49 cur in eccleſiaſticis bonis
diuerſum ius conſtituemus? cum præſertim hodie quoad ſuc
ceſſionem, ius ciuile tantum obſeruetur, Abb. c. tanta. qui fil.
leg. col. 2. Contrariam tamen opinionem, vt modo dicebam,
eatenus Doctores affirmant, vt licet quis natalibus reſtitu-
tus eſſet, adhuc tamen ab eccleſiaſticæ emphyteuſis ſucceſ-
ſione excludendum cenſeant, Bald. l. generali. § cum autem,
Imo. l. quod dicitur, de verb. obl. Alex conſ. 94 in 1. Dec. 171.
3 in prin. † quoniam adhuc & legitimatis infamiæ quædã nota
inhæreat, de hoc an verũ ſit dicã infra, c. 55 q̃ maxim eccle-
ſia deteſtatur. Alex. l. 3. de libe. & po. nu. 7. Sed hoc intelligen
dũ eſt, niſi per ſubſequens matrimonium legitimatus fuiſſet,
cum tunc nihil prorſus à veris, & iuſtis filiis differat, §. dubi-
tatum Auth. de inc. nupt. Anch. 229. Alex. §. ſi q s, nu. 18. Aut
niſi expreſſe ad bona eccleſiaſtica eſſet legitimatus, glo. c. j. §.
naturales, vbi Docto ſi de feu ſuer. Alexan. §. 87 in a ab eo vi
delicet qui ſuper rebus eccleſiæ poſſet ſtatuere, qualis eſt ſo-
lus Pontifex, c. per venerab. qui fil. leg c bene quidem. 96. diſt.
atque ille cui ab eo ſpecialiter hæc facultas conceſſa fuit, cap.
quod tranſlationem, cum glo. de off. leg. Cum enim Pontifex
& de ipſis matrimonij initijs & origine poſſit decernere, cap.
tanta, qui fil. leg. c. non debet, de conſang. & affini. cur non &
infamiam quamlibet, ac turpitudinis maculam delere? Socin.
l. Gallus, §. ſi eius, num. 5. c. innotuit, cum glo. de elec. Hoc ta-
men, vt dixi, eſſet ab ipſo Pontifice exprimendum, nec ſuf-
ficeret generaliter legitimorum iura dediſſe, ſed de bonis ec-
cleſiaſticis mentio imprimis eſſet facienda, glo. d. § naturales.
4 cap. cum Vinton. cum glo. de elect. † Addidit etiam Bald. cap.
in eccleſiarum, de conſti. nu. 51. quod ſi initio hæc emphyteu
ſis ab eccleſia illegitimo alicui pro ſe & filijs fuerit conceſſa,
eius deinde & naturales filios in ea poſſe ſuccedere, quoniã
ex hoc conſtat, huiuſmodi hominum genus ab ea non oĩno
deſpici: Sed hoc pler q; reprobant ea ratione, quia ſi naturalis
quiſpiã grauatus fuerit, ſi ſine liberis deceſſerit, hęreditatẽ re-
ſtituere, non iõ deficiet hæc conditio ob naturales tantum,
l. generaliter. §. cum aũt, vbi Iaſ. in fi. de inſti. & ſubſti. verũ ob

iuſtos & legitimos liberos, l. generaliter. §. cum autem, vbi Iaſ.
in fi. C. de inſt. & ſubſti. Ego tamen cum Baldo ſentio, & ad ar
gumentum reſpondeo, procedere id in cõditione tacita, quę
à lege fuit inducta, vt ſucceſſio ad filios trãſmitteretur, l. cum
acutiſſimi. C. de fideic. Quocirca naturales non comprehen-
dit, quoniam fruſtra in ijs ſubintelligeretur, cum ab inteſta-
to hæredes eſſe non poſſint, vt acutiſſime & latiſſime à Soci.
traditum eſt, in l. cum auus, num. 65. Hic longe diuerſum eſt,
ex quo illegitimus eſt is qui ſtipulatur, vnde elicitur conce-
dentis animus, qui talem ſobolem non aſpernatur, Ripa. §. ſi
5 quis. nu. 66. Bal. d. c. quæ in eccleſiarum. † Hæc autem omnia
in propoſita tantum quæſt. affirmamus, vbi de filijs ſolũ men
tio facta fuit. Quod ſi expreſsè pater emphyteuſim ſibi, & fi-
lijs ſuis naturalibus, aut etiam ſpuriis ſtipulatus eſſet, tunc
ſunt qui dicant emphyteuſim illis rectè acquiri, quod alimen
torum loco cenſeatur, & pro ea tantum parte ijs ſit decernen
da. Afflict. Decil. 99.

*Vtrum in lege communi vel municip. filiorum appellatione,
illegitimi comprehendantur.*

1 *Varia opin. in quæſt. propoſita.*
2 *Teſtamentum inter filios naturales factum cum duobus tantum teſtibus non valet.*
3 *Quando filij nomine veniat illegitimus.*
4 *Immunitas conceſſa patri ob numerum filiorum, intelligitur de legitimis.*
5 *An verum ſit vnquam, illegitimos legitimis fauorabiliores eſſe.*
6 *Maior pœna à maiori plerunque bono oritur.*
7 *Exempla varia, vbi nomine filiorum non continentur illegitimi.*
8 *Regulariter filij nomen ad illegitimos non pertinet.*

CAP. XXXII.

ARDVA imprimis, & difficilior cęteris, Alex. l.
ex facto. §. ſi quis rogatus, ad Treb. nu. 25. illa eſt
diſputatio, an in legis diſpoſitione, filiorum vo
cabulo naturales contineantur: Quidam enim,
Cy. l. cum pater §. volo, de leg. 2. ocioſè nimis
1 diſtinxiſſe videntur, † vt in legis diſpoſitione contineantur,
in hominis ſecus: Alij, Bal. l. libertinum. C. de int. matr. conſi-
derandum eſſe duxerunt, an negando, an vero enũtiando lex
diſponeret: Alij, Caſtr. d. §. ſi quis rogatus, latius differentes,
actum naturalem à ciuili, delictum patris à filij, incommodũ
eius ab alio ſecreuere: Plumbinus quoq;, in diſpu. Satuto Piſ.
vlt. pag. naturalem materiam à ciuili, fauorem ab odio, rurſus
quod odium ratione niteretur, ab alio ſciungendum arbitra-
rus eſt: Ioan. Imo. dicto §. ſi quis, adeo verboſe locutus eſt,
vt non ſit expeditum ex regula aliqua loqui ex eius diſtin-
ctionibus, & ſubdiſtinctionibus, ſed quod de norma Leſbia
aiunt regulam ad factorum euentus inflectere doceat: Alex.
varios quandoq; caſus conſiderauit, multipliciterq; diſtinxit,
conſil. 60. in 2. nu. 18. alibi pro regula conſtituendum cenſuit,
d. §. ſi quis, nu. 31. filiorum appellatione naturales non venire,
ſubinde tamen de ea limitandum, cum lex pęnam filiis impo
neret, glo. c. ſtatutum 2. de hæc. in 6. vel cum ratione naturali
niteretur, l. parentes, de in ius vocan. Sed cum legamus filiam
cuius pater artem ludricam exercuerit, ſenatorio viro nube-
2 re non poſſe, nec id in naturali locum habere, † l. lege. §. j. de
ri. nupt, velintq, plerique teſtamentum duorum teſtimonio
munitum inter naturales filios, irritum haberi, Alexan. d. §. ſi
quis. nu. 45. & in §. ex imperfecto. C. de teſta. Dec. conſ. 610. &
tamen naturali ratione inter iuſtos filios admiſſum ſit, d. §. ex
imperfecto, vbi Doct. quo iure in ore duorum ſtat omne ver
bum, c. cum eſſes. c. relatum de teſtamen. vixq; ſit legem inue
nire, quæ naturali aliqua ratione non fulciatur, c. erit autem,
4. diſt. non ſat firma videtur Alexandri doctrina, vt alia omit-
tam, quæ in contrarium adduci poſſent. Alia etiam Cyni Iaco
bique diſtinctio, quæ communiter recepta aſſeritur, Alexan.
d. §. ſi quis, nu. 28. 30. non ſatis præſentem explicat difficulta-
tem. Panormitanus paucis rem abſolui poſſe exiſtimauit, In
c. in præſentia, in 2. glo. verſic. nunc attende, nempe vt atten-
damus verbis ne legis aut ratione naturales comprehendan-
tur. Et Bar. l. tutelas, de cap. dim. l. pronun. §. familiæ, de verb.
ſigni. nil temere diiudicandum, ſed materiam ſubiectam, &
mentem diſponentium attendendam credidit, quod & do-
ctiſſimus Alciatus comprobauit in familiæ vocabulo, d. §. fa-
mil. ad fin. Alij alia etiam tradiderunt, Corn. conſ. 9. in 4 lite-
ra, c. Ruin. conſ. 9. in 4. In tanta igitur difficultate, Felinus cum
immenſum uideret pelagus, pedem retulit, ſeque ei commit-
tere auſus non eſt, in d. capit in præſentia. nume. 33 vnde &
nos ſubſiſtimus. Quod ſi noſtram ſententiam proferre co-
gamur, à Bartolo & Panormitano, in idem propè conuenien
tibus, doctiſſimis & fidiſſimis iuris noſtri interpretibus re-
cedere non auderemus, vt ex ſubiecta materia diiudicemus,
ſpectemuſque & verba, l. non aliter. de leg. 3. l. Labeo, de ſup.
leg. & rationem legis, l. nominis. §. 1. de verbo. ſigni. † vt ſi ex-
3 preſſa ſit ratio, vel vna & certa adduci poſſit, vbi de filio lex
loquitur, eaque vigeat in naturali, ſine dubio naturalem con-
tineri dicamus, quia hic nulla eſt extenſio de perſona ad per-
ſonam, ſed diſpoſitio, & comprehenſio, l. his ſolis. verſic. ſatis
tac. te, C. de reuoc. dona. vt communiter approbant iuris in-
terpretes, Caſt. Iaſ. l. quamuis. nu. 6 C. de fideicom. lege enim
cautum dicitur, non ſolum quod verbis, ſed & quod mente,
& ſententia comprehenditur, d. l. nominis. Quod ſi nec ver-
ba, nec ratio expreſſa, vel vnica incluſa, naturales complecta-
tur, à verbi propria ſignificatione, quæ filium ex iuſtis iãtum
nuptijs procreatum appellat, l. filium, de his qui ſui ſunt, rece-
dendum nõ arbitrarer, d. l. non aliter, d. l. Labeo. Et breui hac
Bartoli & Panormit. diſtinctione, omnia quæ per Docto-
res congeruntur & inuoluuntur, digeri & componi poſ-
ſe arbitror.

Sit igitur pro regula, In legum diſpoſitione, filios eos acci-
pi, qui iuſti ſunt, d. l. filium, non naturales, l. ſenator. cum glo. l.
liberos, cum glo. de ſenator. Vnde ſtatutum quod extantibus
filijs maſculis fœminas à ſucceſſione repellit, de naturalibus
non intelligitur, ſed de legitimis, Tiraquel. l. ſi vnquam. num.
4 48. verſic. ſuſce. liber. C. de reuoc. dona. † & dicimus immuni-
tatem patri ob numerum filiorum conceſſam, tunc demum
locum habere, ſi iuſti ſint, l. 2. §. 1. de excuſatio. tuto. Et cum
filiam cuius pater ludicram artem exercuit, Senatorio nube-
re lex prohibet, de ea intelligendum quæ iuſta ſit filia, non
etiam cuius pater naturalis tantum artem illam ſecutus ſit, l.
lege §. j. de ritu nupt. Ex quibus cernere eſt, iuſtis filijs, patria
vel honorem, vel turpitudinem, & prodeſſe & nocere, illegi-
5 timis non æque. † Vnde & dictum illud, a Doctoribus ſæpe
iactatum, Alexand. in d. §. ſi quis. Docto. in cap. in præſentia.
Authen. de reſti. & ea quæ par. nunquam illegitimis magis
quàm legitimis ſubueniendum, ne caſtitati luxum, libidi-
nemque anteponamus, non ſemper vtique firmum erit. In
vniuerſum quidem fateor, dictum id, locum obtinere poſſe,
d. Authen. de reſti. Verum cum ad particularia quædam in-
de deriuantia reſpicimus, nonnunquam ſecus eſt: Ecce enim
cum quid alicui beneficij, & muneris loco conceditur, quis
eum non dicat, cæteris qui eius participes non ſunt, longe
eſſe fauorabiliorem? plerunque tamen lucrum id, incommo-
dum aliquod ſubſequitur, Bald. l. quod fauore, in 7 limita. C.
de legibus, quod à præcedenti beneficio ſeiungi nequit, l. 1. §.
pro ſecundo. C. de cadu. tollen. facitque vt cæteri, ad quos id
commodum non pertinuit, grauioſiores ideo eſſe videantur,
6 † quod eo onere ſint liberati, cum tamen res longe aliter ſe
habeat, ſiquidem maior pœna, à maiori etiam plerunque bo
no deſcendit, vt ait Bartolus, l. 1. C. de digni. lib. 12. nume. 38.
& Felin. c. cum quidam, de iureiuran. Sic & iuſtus filius, non
ideo quod patri acquirat, l. placet, de acquiren. hæredi. illegi
timus ſibi, l. fin. vbi Doct. C. de natur. libe. ille ſub alieno iugo,
hic ſui iuris ſit, ideo abſolute fœlicior erit illegitimus, cum in
vniuerſum ſit longe melior iuſti conditio, qui omnia patris
bona capere poterit, honores, dignitates, quæ illegitimo in-
terdicuntur: Atque hæc ego, ita declaranda cenſeo, licet ali-
7 qui aliter ſenſerint, † Pariſius, c. in præſentia. nume. 81. in fi. &
ſequen. Sic interdictio facta patri, ne ſeruos alienet in adulte-
rio filiæ, de iuſta filia intelligitur, l. 3. C. de adulter. Sic lex per-
mittens patri inter liberos duobus teſtibus teſtari, ſolum in
iuſtis filiis locum habet, Dec. conſil. 610. Alexan. & Natta in
§. ex imperfecto. quæſtio. 14. Et lex municipalis cogens quoſ-
cunque de omnibus ſibi relictis, aliquid ſoluere fiſco, exce-
ptis filiis, naturales non excipiet, cum enim ea ſit ratio exci-
piendi filios, quia magis quod ſuum iam erat, l. in ſuis, de lib.
& poſtb. Dec. l. fina. nume. 11. 12. C. de edic. di. Adr. conſequi,
quam lucrum quærere videantur, nec naturalibus paterna
hæreditas, præter alimenta debeatur, Authen. quibus mod.
natu. ſui. §. antepen. merito aliud ius in eis ſtatuendum fuit,
nec a verborum proprietate recedendum. Nam ſi alias vide-
mus, ubi eodem verbo plura ſignificantur, quæ ſine vlla ſuſpi
tione, & delicto, à iure ſunt approbata, verbum tamen ipſum
abſolute prolatum in nobiliori tantum ſenſu capi, l. 1. §. 1 ſi
ag. vectig. vel emphyteu. quo magis id in caſu noſtro dicen-
dum fuerit, vbi alterum delictum ſapit, nec niſi certis ca-
ſibus tali nomine dignum exiſtimatur, facit cap. fin. de reſti.
ſpolia. in ſexto, argu. l. hoc leg. de legat. 3. & l. fina. C. de his qui
ven. ata. Ex his infertur, ſi lege municipali pater filij con-
demnationem redimere teneatur, de iuſto intelligendum,
Alexand. d. §. ſi quis, nume 30. ea enim videtur fuiſſe ſtatuen-
di ratio, quia iure patriæ poteſtatis a filio emolumentum ca-
pit, d. l. placet. l. 2. 3. C. de patr. poteſ. & iure patriæ poteſtatis
potuit eum compeſcere, d. l. 3. C. de patr. pot. ideo & incom-
modum.

modum, & mollioris ſuæ educationis pœnas, non iniquum eſt eum ſuſtinere, l. ſecundum naturam, de regu. iu. qui enim potuiſ rebus proſpicere, & euētus quoſdam impedire, ſi hęc omiſit, culpæ reus eſt, l. quod quis ex, & l. qui nō facit, de reg. in. Sic quoq; ſi lege vel reſcripto, Regi concedatur, vt ipſe cū filijs intra domeſticos parietes facere rem diuinā poſſit, hiç illegitimi filij non comprehendentur, cum generaliter hoc cæteris ſit interdictum, gl. cle. j. de baptiſ. Alex. d. §. ſi quis. nu. 25. nec enim eſt veriſimile, quos eccleſiaſtica conſtitutio deteſtatur, & à ſacris repellit, c. per venerab. in fi. qui fil. leg. c. j. & toto tit. de fil. preſb. eos generali lege vel reſcripto in rebus di
8 uinis adiuuari, c. ſi. de reſti. ſpo. in 6. arg. † Et generaliter vbicunq; non erit expreſſa ratio, vel certa aſſignari poſſit, qua naturalis comprehendatur, ſiue communi, ſiue municipali lege, de filijs fiat mentio, de iuſtis intelligemus, ſne à verbi proprietate, aut regula facile recedamus, glo. l. omnis diffinitio. Bart. l. quotiens, ſi quis caution.

Quando in legibus nomine filiorum, veniant illegitimi.

1 *Illegitimi patrem in ius ſine venia non vocant.*
2 *Filij patrum exempla ſolent imitari.*
3 *Pater iniuriam illatam naturali filio poteſt proſequi, & contra.*
4 *Statutum de cauſis compromitten. inter patrem & filium, pertinet etiam ad naturales.*
5 *Intell. l. 3. C. de adult.*
6 *Cur mater inter naturales filios cum duobus teſtibus teſtetur, non pater.*
7 *Appellatione filiorum, in dubio non veniunt illegitimi.*
8 *Ex communi vſu loquendi, ſecus.*
9 *Aliud eſt dici, filium, ſimpliciter, aliud dici, filium ſpurium.*

CAP. XXXIII.

VBI vero expreſſa erit in lege ratio, vel certa deprehendi poterit, quæ ad illegitimos pertineat, tunc & de ijs actum in lege dicemus, quāuis illi expreſſe non ſint nominati, l. nominis & rei. §. j. de verbo. ſign. Vnde & multo magis hoc affirmabimus, quando verbis etiam legis abſque alia interpretatione contineantur. Ecce ait lex: parentes in ius ſine venia vocari non licere, l. 4. de in ius voc. hic ſanè, cum nulla alia ſit ratio, niſi quod honorem ijs haberi æquum eſt, qui nobis benefici adeo fuere, vt eis vel vitam vel libertatem acceptam ferramus, l. 2. C. de in ius voc. merito & naturali patri eum ho-
1 norem deberi dicendum fuiſſet, † quāuis lex non expreſſiſſet, l. parentes, de in ius voc. Iaſ. §. pœnales. Inſti. de act. nu. 60. Sic & in matrimoniis, cum pudor naturalis attendatur, l. adoptiuus. § j. de ri. nupt. merito inter naturales etiam ac illegitimos obſeruatur, d. §. j. & l. & nihil, eod. tit. Sic & fraudis ſuſpitio, cum impediat matrimoniū inter tutorem & eius filios, in poteſtate vel extra poteſtatem, vel etiam extraneos hæredes, vel filios præteritos, vel exhæredatos, l. non eſt. l. non ſolum. l. libertum 2. de ri. nup. vbi expreſſa ratio, ideo & naturales comprehender, l. libertum. C. de interd. matr. ex ſententia legis remouentis eos, in quibus ineſt fraudis aliqua ſuſpitio, propter affectionem & cōem naturam tutoris in eos, d. l. libertum, d. l. non ſolum. & l. hos accuſare. § fin. de accuſ. Pari ratione coercentur filij naturales ob paternum læſæ maieſta-
2 tis crimen, † quia in filijs ſimilia metuuntur, l. quiſquis. § j. C. ad l. Iul. maieſt. at potiſſimum naturales & illegitimi paternæ nequitiæ ſunt imitatores, c. literas. j. & fi. de fil. preſb. c. ſi gens. 56. diſt. Alex. d. §. ſi quis rogatus. nu. 25. qua ratione ſi ſtatuant ciues, vt rebelles, exules, hæretici, cum filijs, ab officijs, honoribus, & vrbe arceantur, naturales quoque filij excludentur, Alex. poſt Imo. d. §. ſi quis. nu. 31. licet Bal. cum Ang. quādoq; aliter, vt ibi. eo quod illa excluſionis eſt ratio, quia paterna
3 exempla vereantur. † Sic naturalis pater, iniuriarum agere poterit aduerſus eum, qui filium naturalem læſerit, quoniam ea competit actio, quotiens iis iniuria infertur, qui poteſtati aut affectui noſtro ſubiiciunť, l. j. de iniur. ſed naturales quoq; ad dolorem ignominiamq; noſtram pertinēt, l. 3. 2. 1. in fi. de lib. cā. l. adoptiuus § j. ver. pudor, de ri. nup. cum l. j. §. vſque adeo pudorem de iniur. Alex. d. §. ſi quis. nu. 39. Nec aliud dicendū eſt, cū lex permittit filium pro patre agere, vel econuerſo. ea enim eſt ratio, quod confidit lex fideles futuros naturali illa affectione & pietate, quam interdum in naturalibus maiorē intuemur, Alex. d. §. ſi quis, nu. 39. & ſeq. Sic & lex Pompeia de parricidijs, vel alia quælibet infeſta filijs, qui patrem occiderunt, naturales etiam arctabit, quod affectionem lex conſideret, l. j. in prin. C de his qui par. & naturam cōem, l. hos accuſare. §. j. de accuſ. qua etiam inductum eſt, vt accuſare naturalis poſſit, & patris necem vindicare, Bar. l. 2. de accu. expreſſa enim ratio, vel certa quæ exprimi poteſt, hoc operatur, vt ſu-
4 pra demonſtratum eſt. † Hinc cum Paulo, Alexandroq;, d. §. ſi quis rog. nu. 35. exiſtimarim, cum lege municipij cauetur, ne filius cum patre in iudicijs ordinarijs conſiſtat, ſed in communes amicos compromittat, naturales quoque contineri, Mar. Blanc. in Trac. de compro. q. 3. nu. 7 13. quandoquidem honorem & reuerentiā quæ patri debetur, l. 2. C. de in ius vo. l. parentes. C. eo à ſtatuentibus conſideratos veriſimile eſt, & quoniam inter tales domi congruentius res tranſigitur, l. congruentius. C. de patr. pot. Generaliter ergo à regula recedemus, quotiens expreſſa ratio in noua lege, vel certa, diuerſos nos trahet, l. ſi quis tutor §. quid ergo, de ri. nupt. Nec quenquam mouere debet, quod mater, in cuius poteſtate filia nō
5 ſit, † quæ adulterium commiſit, ſeruos ſuos intra legitimum tēpus manumittere nequeat, & tamen pater naturalis poſſit, l. 2. C. de adulter. nam cum verba legis ſuper hac re diſponentis, & ſententia, vel ratio quæ forte fuerat expreſſa, ſint ſublata Imperatoris teſtimonio, affirmātis, & verba & ſententiam legis, iuſtum tantum patrem arctaſſe, d. l. 3. credendū eſt, nec diuinandum à nobis aduerſus Imperatoris teſtimoniū, l. j. §. hoc etiam. C. de vet. iu. enucl. Quin illa Imperatoris ſanctio maxime noſtram hanc diſtinctionem firmat in præſenti materia, vt ſcilicet legis verba, ratioq; potiſſimum inſpiciatř. Nec
6 rurſus quod ſupra diximus, † teſtamentum à patre factum duobus tantum teſtibus inter naturales liberos, non ſubſiſtere, cum in matre aliud ſit, abſonum videri debet, & ſi Speculator, in tit. de inſtr. ed. §. compendioſè. verſi. quid ſi pater naturalis. Imo. d. §. ſi quis, Imola, & recentiores quidam, Nata in repet. § ex imperfecto. q. 14. in fi. aliter ſenſiſſe videanť, nec enim ratio certa eſt, eadem in patre naturali ac matre, ſiquidem matris etiam naturalis bona, ab inteſtato filus vel ſpurijs debētur, niſi ſit illuſtris, l ſi qua illuſtris. vbi Doc. C. ad Orfic. vnde & ei, ac per eius lineam cognatis, coniuncti dicuntur, Feliu. c. ſunt & alij, de reſcrip. nu. 53. at ſecus in patre naturali, Alex. d. § ſi quis. nu. 41. 42. Conſtitutionis autem Imperatoriæ, d. §. ex imperfecto, ea videtur fuiſſe ratio, vt inter liberos teſtamentum duobus teſtibus valeret, quia nihilominus ab inteſtato ad eos peruentura eſſet hæreditas, Iaſ. l. hac conſultiſſ. C. qui teſta. fac. nu 4. Dec. nu. 37. Ideo cum certa ratio nō
7 vrgeat, à regula non fuit recedendum. † Nil ergo in re dubia conſtituemus, ſed ſubiectam materiam, verba & ſententiam nouæ vel antiquę legis conſiderabimus, & ſi certa ratione ducemur, vt etiam naturales filios nominemus, id faciemus, ſin ratio aperta non ſit, ſed varia vel multiplex afferatur, tunc à regula non diſcedemus, glo. l. omnis diffinitio, de regu. iu. Quæ quidem ego ita ſe de iure habere arbitror.
8 † Quod ſi communis vſus loquendi in filiorum appellatione diuerſus eſſet, illegitimosq; etiam æque ac legitimos complecteretur, ei tunc magis ſanè quam legum rationibus & regulis eſſet deferendum, neque nulla eſſet dubitatio, in quacunq; diſpoſitione, vbi de filijs fieret mentio, & de his actum eſſe, Bart. l pronunciatio. §. j. de ver. ſig. & l ſi C. eo. Ang. conſ. 30. Anch. 187. col fi. Nam & in teſtamento ſi naturales filij nominentur, veniunt etiam ſpurii, ob cōmunem vſum loquendi, Iaſ. conſi. 51. in 3. quamuis proprie ſpurii à naturalibus val-
9 de differant. In eo tamen cauendum erit, † ne decipiamur, an ſpurii ex communi vſu loquendi filii ſimpliciter, an vero filii ſpurii nominentur, & ita cum hac adiectione ſpuriorum. Nam tunc ſi ſtatutum de filiis tantum loqueretur, forte nec ex communi vſu continerentur, ex quo vulgo non filii alicuius ſimpliciter, ſed filii illius ſpurii vocantur, qua in re multi errare ſolent, vt Angelus reſpondit, conſil 401. colum. fina. Remoto vero hoc communi vſu, tunc difficillimam omnino hanc quæſtionem eſſe cenſeo, pro qua tamen decidenda, clarior mihi & expeditior præ cęteris noſtra hęc ſententia viſa eſt, quam duplici tantum capite complecti volui, quod ex his duobus veluti fontibus cęterę omnes quęſtiones manāt, quæ ſanè infinitæ ſunt, ob idq; ſingulas latius perſequi non libuit, quod operæ pretium non putaui, cum ad hæc duo capita, omnia facillime & breuiſſime redigi poſſint, longius in vnaquaq; ſeparatim diſputanda, tempus fruſtra conſumere, quod nimis ocioſi hominis eſſet, & auctoribus etiam ingenuis fortaſſe moleſtum.

An L. Si vnquam C de reuoc. dona. habeat locum in illegitimis filijs.

1 *Naturales æque ac legitimi à patre viderentur diligendi, & nu 7.*
2 *Legitimatione filij donatio non reuocatur.*
3 *Naturalis præteritus à patre non impugnat teſtam. niſi vt nu. 10.*
4 *Vbi lex ſubaudit filios, ſemper intelligit de iuſtis.*
5 *Liberorum nomen iuris eſt.*

6 *Naturales non videntur.*
7 *Quare ſi naturales ſecundum naturam ſunt, affectio patris erga eos non præſumatur.*
8 *Naturales, pro qua parte reſcindere donationem poſſint.*
9 *Naturales, & ſpurij quandoq; reuocant donationem matris.*
10 *Ratione alimentorum, ſpurij præteriti, patris teſtamentum reſcindunt.*

CAP. XXXIIII.

CAIVS Martios liberorom ſobole carens, ex
mera liberalirate & munificentia, bona ſua om
nia Sempronio donarat, aliquotq; poſt diebus
filium ſibi illegirimum quæſiuir: Dubitatum
eſt, an ex Conſtantini cōſtitutione, l ſi vnquam.
C de reuoc. don. hæc donatio eſſet reuocanda. Qua in re Do
ctores reperio, varie pront & in præcedenribus ferè omnib.
quæſtionibus ſenſiſſe. Namq; Oldradus vir grauiſſimos ob le
gitimam tantum ſobolem, repeti donationem factam tradi-
dit, conſil. 278. colum. fin argu. l. qui libertinus. §. pen. de ope.
liber. qua in ſententia Baldus etiam ſæpe fuir, in cap. innoruit.
nu. 8. de elect. & conſ. 129. in 2. colum fin Alexander, in ſporijs
quidem id ipſum affirmauit, eorum procreatione donatio-
nem minime reuocari; aſt de naturalibus valde dubitauit, ni-
hilq; de ijs certo pronunciare auſus eſt, conſil. 40. in 4. num.
14 Ripa aperte diſtinxit, in d. l. ſi vnquam. nume 65. 73. natu-
rales filios perinde ac legitimos donationem antea factam,
ſtatim irritam reddere, ſpurios non reddere. Recentiores de-
inde alij indiſtincte voluerunt, Tiraq. d. l. ſi vnqoam. ver. ſuſce
perit liberos. nu. 45. 51 quoſcunq; filios ſeu naturales ſiue ſpu
rios nihil donationi iam factæ nocere, cum id tantum inle-
gitime natis ſeruetur. Ex quibus res ſatis dubia videri poteſt:
quod tamen ad ſpurios attinet, in his & omnes conſentiunt,
& ego quoque affirmo, eos ad infirmandam talem donatio-
nem minime admitti, niſi vt infra dicemus. Sed de naturalib.
videbatur Ripæ opinio prima quidem fronte ſatis eſſe pro-
babilis, illos ſcilicet donationem prorſus valere infringere,
non ſolum quod videmus, naturales à legibus, plurimis in re
bus vt filios agnoſci, l. parentes, vbi Bald de in ius voc. eum &
eis ab inteſtato certam ſucceſſionis partem, in bonis pater-
nis tribuant, Auth. licet. C. de na. libe. verum etiam quia cum
illa Conſtantini ſanctio ea ſolum nitatur ratione, quod veri-
ſimile non eſt patrem ſi exiſtimaſſet, ſe liberos habiturum, ita
res, ſuas extraneis voluiſſe donare, arg. l. cum auos de condi.
& demon. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. cadit hæc quoq;
5 præſumptio erga naturales filios, † ſi quidem affectio hæc pa-
rentum in liberos, ex iure naturali potius quam ciuili ſpecta-
tur, l Lucius. § amiciſſi de excu. tuto. l. hos. §. pen. de accuſ. l.
adoptiuus §. ſeruiles, de ri. nup. Aſt iure naturæ nulla fit diffe-
rentia inter legitimos & illegitimos, §. natura. Auth. qui. mo.
natu. ſui. æqualiſq; erga omnes pietas & beneuolentia patris
eſſe cenſetur, Bal c. quæ in eccle. de conſti. col. fin. Anch. 225.
col. pen. igitur & exemplo legitimorum filiorum à naturali-
bus tota hæc videtur donatio retractanda.

Ego tamen hanc ſententiam, aut conſulendo, aut iudican-
do ounquam ſequerer, credo enim legitimos opus eſſe filios
adgnaſci, vt ius perſectum donationis reſcindatur, ſuntq; in-
numera, quæ hoc recte probent argumenta, quæ tamē ego
2 vti non valde neceſſaria in præſenti miſſa facio. † Conſidero
vero id imprimis, dubitare Doctores ſolere, an ſi poſt dona-
tionem legitimetur filius, ex hoc donatio reuocet, frequen-
tiuſque omnino concludere, non reuocari, Bald. l. a. in fi. C. ſi
in fr. pat. Iaſ. rubr. de libe. & poſt. colum. 4. Tiraq. d. l. ſi vnquam.
ver. ſuſceperit. num 58. Quod ſi id in filio natalibus reſtituto
ita obtinet, quis iam locus erit quæſtioni de naturali tantū,
cui benignum illud principis lumen nondum affulſit, ſed nu-
be adhuc illa circūfuſus iacet? Volunt hi quoque, actus inter
viuos difficilius multo, quam vltimas voluntates reſcindi,
Bar. l. tale pactum, in fi. de pact. Tiraq l. ſi vnquam. ver. liber
tis. nu. 52. Sed certum eſt filium naturalem a patre præteritū
3 in teſtamento, † ſiue ante, ſeu poſt teſtamentum natus fuerit,
illod impugnare non poſſe, gl. l. j. ver. naturales, & Bar. de con
tratabu. Alex. conſil 74. in 2. in fi. Gui. Pap. q. 63 a colum fin.
cum ei non debeatur legitima ab inteſtato, quæ ſola ius no-
bis tribuit aduerſus iudicium patris, l. omnimodo. l. quoniā.
C. de inoffic teſtamen. Quo minus ergo donatio cuius fauo-
re vt ſuſtineatur, multa aduerſos regulas iuris ſunt recepta,
l ſi quis argentum. §. fi C de dona. hac ſola naturalis filij pro-
creatione reſcindetur? Accedit quoque quod vbi lex men-
tem alicuius interpretatur, vt filios ſuos in aliquo actu eſclu-
dere noluerit, quamuis de iis nihil ibi expreſſerit, prout in d.
4 l. ſi unquam, † ſemper de iuſtis & legitimis filiis intelligit, non
naturalibus, l generaliter. § cum autem. C. de inſtitu. & ſubſti.

Vnde in hoc differre dicunt, Alexan. §. ſi quis rogatus nu. 11.
12. Iaſ. d. §. cum autem, num. 6. An conditio illa, ſi ſine liberis,
à teſtatore fuerit prolata, an vero tacite à lege ſubintellecta,
quod priore caſu quandoq; & naturales ex mente compre-
hendunrur, l. ex facto. §. ſi quis roga. ad Treb poſteriore nun-
quam, d. §. cum autem. Sed cum in caſu noſtro, hæc conditio
(vt ſi filij naſcentur, donatio nulla ſit) à lege ſubaudiatur, Bar.
l. Titia. § Imperator, de lega. 2. Propterea fatendum eſt legiti-
5 mos oportere filios naſci, non naturales tantum. † Omitto
hic etiam libertinum nomen, de quo in d. l. ſi unquam. ibi, po
ſtea ſuſceperit liberos, iuris eſſe, & ideo de iuſtis tantum in-
telligendum, cum verba ſecūdum ius, non factum accipi de-
beant, l. 4. §. condemnatum, de iudi. Omitto & quæ aliás dixi-
mus de legum interpretatione, cum oſtendimus vbi leges de
filijs, aut liberis mentionem faciunt, in dubio de legitima tan
tum ſobole hæc omnia accipienda, l. 2. §. legitimos, de exc.
tut. & ſupra, c. præce. Prætereo & illud, quod cum illa conſti-
tutio, d. l. ſi vnquam, ſit aduerſus regulas iuris, l. perfect. C. de
dona. quæ ſub mo. l. ſi donationem. C. de reuoc. don. l. ſicut.
C. de act. & oblig. debet ſtrictiſſime accipi, & in vero tantum
ac proprio non ficto caſu impleri, l. 3. §. hæc verba, vbi Bar. de
neg. geſt. Quid plura? extat ferè huius ipſius facti, aut parum
certe abſimilis, Diocletiani Imperatoris deciſio, l. ſi totas. C.
de inoffi. dona. qua cauet vt filij aut nepotes ex legitimo ma-
trimonio nati inofficioſam donationem poſſint accuſare,
quaſi ſentiat, arg à contrario, alios illegitime natos ab hac re
excluſos eſſe, vt verba illa ſatis innuunt. Non obſtat ergo, qd
6 & naturales, † filij videantur, eo quod in certis bonis ab in-
teſtato patri ſuccedunt. Immo enim hæc ratio ſuadere vide-
tur, hos filios non eſſe, cum in omnibus bonis non ſint hære-
des patri, vt filij ſolent, nec eius nobilitatem, aut agnationis
ius retineant, Barr. Iaſ l. fin. 2 col. C. de verbo. ſignifica nec eis
quicquam de bonis patris eo inuito debeatur, l. ſi C. de natu.
libe. quæ omnia à vera filiorum conditione longe ſunt alie-
na. Ita vt dici poſſit, quamuis ab inteſtato quandoq; duas pa-
ternæ hæreditatis vncias capiant, id pietatis potius cauſa ita
eis concedi, quam quod vt filij tractentur, & tales iure ha-
beantur. Alia etiam ratio in contrariū adducta, quæ adſtruit
eandem parentum charitatem & dilectionem in naturales,
7 ac legitimos, nullatenus vera eſt. Nam iure naturæ omnes &
nomine & reipſa erant vere legitimi, nec talis ſoboles adhoc
in lucem venerat, vt alias oſtendimus, c. 1. & 2. Aut ſi qui erāt
eo quoque tempore illegitimi, potuiſſet tunc tantum ſupra-
dicta ratio procedere, ſi adhuc natura ipſa priſtinam illam iā
variæ libidinis, incertique concubitus libertatem retinuiſſet.
Aſt vbi legibus ſcriptis, huic paſſim vaganti hominum libidi-
ni, frenum iniectum eſt, ad certoſq; fines hæ hominum con-
iunctiones redactæ, certe limitata quoq; & affectio paterna
in ijs tantum filijs eſſe cenſetur, quos lex probat, cum vnuſ-
quiſque ea velle & cogitare præſumatur, quæ ſecundum le-
ges ſunt, l. hæredes mei. §. cum ita. ad Treb. vbi Bart. Alexan.
Socin. ob idq, fit, vt cum naturalium lex nullam ferè ratio-
nem habeat, d. l. generaliter. §. cum autem, nec pater quoque
de iis valde ſolicitus fuiſſe exiſtimetur, Tiraq. d. l. ſi vnquam.
ver. donatione largitus. nu. 247. Quæ ſane coniectura eo ma-
gis hodie probanda eſt, quo conſtat tales filios abſque graui
peccato concipi non poſſe, ex quo concubinatus nunc qui-
buſlibet interdictus eſt, c. nemo, 32 q 4. Quis enim aliquem
præſumat, de ea re in dubio cogitaſſe, quæ æternæ ſaluti ſum
8 mum eſſet diſpendium allaturas? † Occurrit mihi nūc tamen
alia opinio, de qua me antea late diſputaſſe memini, c. 27. Vt
dicamus, pro qua parte naturales ad ſucceſſionem ab inteſta-
to uocantur, pro eadem etiam vt filios iure baberi, & pro-
pterea ſicuti conditionem illam. Si ſine liberis, quoad duas
vncias extinguunt, ſic quoque donationem hanc pro eadem
portione poſſe reuocare, vt ſemper patris voluntatem ex iu-
ris diſpoſitione interpretemur. Quam quidem ſententiam,
cum alias pluribus rationibus aſſeruerim, ſi quę ibi dicta ſunt,
forte ſubſiſtunt, credo ex iis quoq; præſentem quæſtionem
adiuuari poſſe, ad quæ hoc caput reiiciendum erit.

9 Hæc vero ita ſe habent in naturalibus filijs vbi à patre do-
natio facta eſt: Aſt ſi mater hanc liberalitatem exercuiſſet,
poſteaque naturales ſuſcepiſſet, credo tunc in totum dona-
tionem reuocari, quia & hi in vniuerſum ab inteſtato illi
ſuccedunt, l. penult. in fi C. ad Orfic. Idemque dicendum erit
de ſpuriis, dum tamen ex damnato concubitu non ſint, eos
matri quidem quoad reuocandam donationem prodeſſe,
quia & ei poſſunt ſuccedere, d. l pen. cum illius diſt. patri ve-
ro, quia ab eius legitima hære. repelluntur, nihil prodeſſe, Ri-
pa, d. l. ſi vnquam. nu. 65. 66. Hodie tamen cum & ſpuriis a pa
tre neceſſario ſp alimenta debeātur, c. cū haberet, in fi. de eo,
qui dux. in matri. dici pōt rōne alimentorū, tūc & hāc dona-
tionem

tionem patris quoad eã partem reſcindi, quia & quoad hanc partem teſtamentum illius a ſpurio impugnari poteſt, Dec. l. 3. C. de cõtratab. nn. 11. Aut alia ratione ei iudicis officio conſulendum erit, vt donatarius ex rebus donatis illis ad victum neceſſaria ſubminiſtret, Ripa d. l. ſi vnquam, nu. 11. Vnde & inferri poteſt, ſi pater antea ſpurio filio donaſſet, quantum ratio alimentorum ei debitorum exigeret, ſuſceptis deinde legitimis filijs hoc ipſum non reuocari, quia ei neceſſario ſolutũ dũ fuerat. Ruin. conſ. 124 in 1. col. fi. Et in ſumma, quæ alias de ſucceſſione naturalium & ſpuriorum diximus, c. 38. & ſeq. eorum multa & huic quæſtioni valde conuenire poſſe, ex illisq; ea quæ huc pertinent, ſumenda eſſe putamus.

An iure Digeſt. naturales parentibus ſuccederent, & an ciues Rom. haberentur.

1 *Naturales vſq; ad Conſtantinum ignoti.*
2 *Et tamen in Digeſtis nominati.*
3 *Alciati opinio de naturalium ſucceſſione.*
4 *Contra Alciatum probatur, ante Antoninum naturales ſucceſſiſſe.*
5 *Naturales quidam non ciues Romani.*
6 *Apud Græcos, an naturales ciues cenſerentur, quid apud Rom.*
7 *Olim niſi ciuem Rom. hæredem a ciue Rom. inſtitui potuiſſe.*
8 *Ciuis quomodo quis dicatur.*
9 *Illegitimos ſequi matris originem.*
10 *Omnes ſubiectos Pop. Rom. hodie ciues Rom. eſſe.*
11 *Dignitates illegitimis Romæ permiſſas.*
12 *Multa conſtituta ab Imper. quæ tamen in Digeſtis reperiuntur.*
13 *Iure veteri naturales ſemper ex teſtamento ſucceſſiſſe.*
14 *Apud Græcos certam bonorum portionem Nothis conceſſam.*

C A P. XXXV.

AGgrediamur iam ſucceſſionum vberrimam materiam, in primisq; arduam illam quæſtionem pertractemus, an olim naturales filij a parẽtib. poſſent hæredes inſtitui, aut aliquid ſaltem ex eorum teſtamento capere. Habemus. n. leges aliquot ſic inter ſe repugnantes, vt non immerito Doctores noſtri in re tam obſcura facile titubantes, nihil certi aut explorati ſuper hac re ſcriptum reliquerint. Et quem plane vel iuris peritiſſimum non hæc torqueret controuerſia, ancipitemq; redderet? Cũ Iuſtinianus in Nouellis ſuis Cõſtitutionibus, naturalium nomẽ priſcis Romanorum tempo-
1 ribus, vſq; ad Conſtantinum † penitus neglectum & ignotum fuiſſe aſſerat, eumque primum de his, in legibus ſuis mentionem feciſſe, Auth. quib. mod. nat. ſui in princ. Idem uero alibi affirmet, primos Valentẽ & Valentin. de ijs cœpiſſe in conſtitutionibus ſuis curam ſuſcipere, §. diſcretis. d. Auth. Nos autẽ
2 contra hæc, eos in † Digeſtorum libris ſæpius memoratos legamus, non vno quidem loco, nunc a patribus hæredes in vniuerſum inſtitutos, l. fi. de iu. delib. nunc cum legitimis ſimul ſucceſſiſſe, l. Lucius, de vul. & pup. nunc ijs fideicommiſſa relicta, l. Lucius. § fi. de leg. 2. nunc ſuper illis Senatus conſulta aliquot habita fuiſſe, §. fi. inſt. ad Tertyl. & §. pen. ad Orfic. quarũ rerum cum Iabolenus, Paulus, Hermogenianus, & alij authores fuerint, mirum eſt ſatis, quomodo hoc vſque ad Conſtãtinum ignotos fuiſſe dicat Iuſtinianus, & deinde primos Valẽtem & Valẽtinianum nominet, qui in eos benefici extiterint, quos ducentorum aut amplius annorum ſpatio poſt eam iuriſconſultorum ætatem, in imperium aſcitos, hiſtoriarum monumentis traditum eſt. Caute igitur interpretes noſtri egiſſe videntur, qui cum difficilem hũc nodum ſatis commode ſolui non poſſe animaduerterent, pleriq; uel intactã prorſus quæſtionem reliquere, vel commentitijs quibuſdam opinionib. nec relatu dignis, rem totam inuoluere conati ſunt, uel hoc ſe omnino ignorare, aperte ſunt profeſſi. Alex. Iaſ. Ripa, l. Lu-
3 cius, de vulg. in prin. Vnus † Alciatus magni vir ingenij, & omni doctrinæ genere præſtantiſſimus, viſus eſt antinomiã hãc, noua quadam temporum diſtinctione ſeruata, apte conciliare. Parerg. 4. capit. 5. Tradidit is enim, vſque ad antonini Pij tempora, nunquam cum naturalibus teſtamenti factionẽ fuiſſe, propterea quod huiuſmodi filij latinæ ſeu libertinæ conditionis cenſerentur, & ut Iuſtinianus ait, Auth. quib. mod. ſui. in princip. ὡσπερεγρῖνοι τε καὶ παντελῶς ἀλλότριοι πολιτεύματος, id eſt, tanquã peregrini, & ab omni ciuitatis iure alieni, qui nihil ex Romani ciuis teſtamento capere poterãt, l. 1. l. nec apud. C. de hær. inſti. Poſtea vero quam Antoninus, quibuſcunque populo Ro. ſubiectis, ius etiã ciuitatis permiſit, peregrinosq; in ciuium numerum cooptauit, l. in orbe, de ſta. hom. ex eo tempore naturales agnitos ait, conceſſumq; tunc patribus eos cohæredes iuſtis filijs dare, vel ſubſtituere, aut arbitratu ſuo quoquo mõ eis legare. l. Lucius, de vul. l. Lucius. §. fi. de leg. 2. Quæ deinde libera naturalib. filijs relinquendi facultas, cum plerunq; legitimis liberis graue afferret detrimentum, primũ Conſtantinum eam inquit quibuſdam caſibus coarctaſſe, atque ijs patribus, qui inſigni aliqua dignitate eſſent prædıti, id interdixiſſe, l. 1 C. de nat. lib. quod & inde a Valentiniano magnis anguſtatum, mox ab Arcadio & Honorio, tandemque Iuſtiniani conſtitutione prorſus fuit immutatum, qui vnciã duntaxat eis relinqui poſſe ſanxit, ſi alij legitimi extarent, alioquin ex aſſe etiam hæredes inſtitui. Auth. licet. C. de nat. lib.
4 Hæc Alciatus, † quem tamen ego in hac re nunquam probarim, quamuis ingenioſe ſatis hæc ſcripta videantur. Vult is imprimis ante Antoninum cum naturalibus filijs teſtamenti factionem nunquam fuiſſe. Sed quæſo, non ne Trebatius ait, naturalem libertinum hæredem inſtitutum filij appellatione cõpræhendi? l. fin. de iu. delibe. qui Trebatius tot annorum ſpatijs ante Antoninum extitit, cum vſque ab Augusti temporibus & ante eius etiam imperium florere cœperit, ut Cicero, ad quem ſcribit Topica Suetonius, in Augus. & Iuſtinianus ipſe teſtatur? Inſti. de codicill. Nonne & Tertyllianum Senat. conſ. quod Adriani temporibus factum eſt, Inſt. ad Tertyll. §. 1 Antoninique faſces præceſſit, de ſpuriorum ſucceſſione ſæpe locutum eſt? § fi. eod. tit. l. 2. in prin. ff. eod. Nonne & Doctores omnes, ſpurios affirmant olim a quibuſcunque omnia capere potuiſſe, excepto ſolo patre? Alex. l. 6. de vulg. nu. 4. Ait ſecundo loco, poſt Antoninum ſtatum, licuiſſe parentibus eos hæredes inſtituere. Sed quid tam aperte, contra Imperatoris noſtri verba dici poterat? Inquit enim Iuſtinianus. Auth. qb. mod. nat. ſui, in prin.

Naturalium nomen Romanis legibus nõ erat in ſtudium, & alienum omnino à Repub. putabatur, à Conſtantini vero temporibus, in Conſtitutionum ſcriptum eſt libris.

Ergo non poſt Antoninum hoc receptum eſt, ſed tantum
5 poſt Conſtantinum. † Tertio ſcribit ante Antoninum, illegitimos filios, ciues Romanos habitos non fuiſſe: Ego uero ita argumentor. Aut de ijs loquimur, qui ex externis mulieribus ſuſcipiebantur, & eos quidem ante Antonini cõſtitutionem de qua in l. in orbe, de ſta. hom. ciues non fuiſſe fateor, non tamen quia naturales tantum eſſent, ſed quod ex ijs procreati, cum quibus connubij ius non erat, atque ex duobus Romanis ciuibus non eſſent orti, vnde ius ciuitatis acquiri ſolebat. Si vero de alijs Nothis accipimus, ex duobus Romanis ciuib. genitis, citra tamen matrimonij fœdus, Ego ſane nuſpiam re-
6 perio eos ciues cenſeri nõ potuiſſe. † Legimus quidem apud Athenienſes, Nothos olim a cenſu & alijs ciuilibus munerib. fuiſſe excluſos, nec in gente adſcriptos, Demoſth. contra Ariſtocrat. & contra Macartatum. dicitur tamen Pericles eam legẽ deinde abrogaſſe, Plutar. in Pericle, in fi. Et quicquid apud Græcos ſeruatum fuerit, mihi ſat eſt, neminem ex probatis authoribus laudari, qui apud Romanos tale ius fuiſſe, commemoret. Quin quantum coniectura & argumentis quibuſdam aſſequi licet, rem contra potius ſe habuiſſe ſane comperimus. Ait Quintilianus, lib. 3. c. 8. & lib. 7. c. 8. *Nothus ante legitimum natus, legitimus filius ſit, poſt legitimum natus, tantum ciuis.* Quod & ſi exẽpli cauſa relatum ab eo ſit, veriſimile tamen eſt, cum nõ adeo fictis & falſis exemplis vſum fuiſſe. Si verum etiam id eſt, quod
7 notat pro Cecinna Cicero, † *olim è ciue Romano inſtitui neminem potuiſſe, niſi & is Romanus ciuis eſſet,* Vigl. Inſt. de hær. inſt. in princip. ver. permiſſum. hinc ſatis conſtare poteſt, illegitimos ex ciuiũ numero non excluſos, cum & ij ex teſtamẽto capere poſſent. l. fi. de iu. delib. & §. fi. ad Tertyll. Videmus quoque concubinatum, vnde naturales oriuntur, legibus damnatum nũquam fuiſſe, l. 3. & to. tit. de concub. quin eam coniunctionem, nunquam turpem aut inhoneſtam olim exiſtimatam, l. Maſſurius, in fi. vbi Alcia. de verbo. ſign. Cur ergo inde genitos filios, ciuitate priuatos volumus arbitrari? præſertim uero cum nemo hoc literis ſcriptum reliquerit. quod ſi verum fuiſſet, vix credendum eſt, ab omnibus ita ſilentio tranſigi potuiſſe. Scimus non præterea Senat. conſulta olim de ijs locuta eſſe, titu. ad Tertyll. quæ tamen ad ciues tantum pertinebant, cum pe-
8 regrini & exteri † Romanorũ legib. non vterẽtur, ſed ἀνόμως viuerent l. 1. C. de hær. inſt. l. 2. §. hi quib. de leg. 3. Accedit quoque quod natale ſolum, ciuem cuius ſit loci, ſatis per ſe demõſtrat, l. ciues. C. de incol. lib. x. (niſi forte aliter legibus municip. caueatur) præſertim ſi & pater inde originem ſuã ducat, l. aſſumptio, cum Glo. ad Municip. nec enim quis ſine ciuitate naſcitur, cum & in vico ortus, eam habeat patriam, cui vicus ille ſubeſt, l. qui ex vico, ad Municip. quod ſi pater fortaſſe in-
9 certus eſſet, tunc maternam eum ſequi originem † certũ eſt, vt proprie de his vulgo cõceptis leges tradidere. l. 1. in fi. l. eius qui eod. tit. Si igitur ex Rom. parentibus Romæ quis naſceretur, cur non & Romanus eius ſtatum iudicaretur, aut propria, aut materna ſaltem origine, quamuis non ita legitime conceptus eſſet? quam enim alia ... ille ciuitatem hærere potuit, cũ ingenuus

ingenuus natus ſit? d.l.1.in fi.ad Muni.Fel.c.Rodulphus.de re-
ſcrip.nu.26.27.Quid plura? Tametſi illegitimi quondã ciues
non eſſent, quod tamen ipſe non conceſſerim, verum tamen
10 nunquam fuerit, Nothos omnes generaliter † Antonini Con
ſtitutione agnitos & adiutos fuiſſe. Cũ.n. is, quoſcunque Po-
pulo Rom ſubiectos ciuitate donaſſet, ita ut qui ex patre vel
matre alienigena genitus eſſet, dũ tamen ſub Romanorũ di-
tione, is in ciuiũ quoque numero cenſeretur, quod antea nõ
licebat, Auth. vt lib de cart.§ fin. Neſcio quid ijs naturalib. aut
Spurijs, ea conſtitutio potuerit prodeſſe, qui ex duob. ciuibus
concepti eſſent, cũ Antoninus ijs tantum hoc tribuerit, qui
antea nati erant vel ex vtroq;, vel alterutro tantum patre aut
11 matre non ciuib. Romanis. † Quod ſi nihil de his Antoninus
ſenſit, legimus nõ tamen Spurios ad maximas dignitates eue-
hi potuiſſe, l.generaliter.§.1.l.Spurij.de Decurion.quod abſq;
vlla dubitatione admittit Vlpianus, d.§.1.ver. nulla dubitatio
eſt. tanquã id ita ſemper apud Romanos ſeruatum fuiſſet, nã
hinc liquido probatur, eos quocunque tempore ab alijs ciui-
bus non fuiſſe ſegregatos? cum publici honores & munera,
non niſi Romanis ciuibus decernerentur. l. 3. §.1. de mun.&
hon. Sed longum nimis eſſet, ſi ſingula, quæ contra totũ id Al
ciati caput, vbi de hac re agit, alias collegi, nunc recenſerem.
Quin illa quoque me hercle nunc referre quaſi ſuppudebat,
tanta eſt mihi aduerſus eius commentarios loqui, reuerentia.
Coegit tamen veritatis indagandæ ſtudium vt hæc qualiacun
que proferrem, & calamo liberius indulgerem, cum & ipſe ve
rioribus me rationib. a quocunq; cõuinci, dũ veritas ipſa emer-
gat, facile ſim paſſurus. Vt igitur ad propoſitum redeamus, cũ
tota huius quæſtionis difficultas in eo verſetur, quo pacto ſci
licet dicat Iuſtinianus, naturales nunquam vſque ad Conſtan
tinum cognitos fuiſſe, cũ nos in libris Digeſtorum, tam mul-
ta de ijs, varijs in quæſtionibus legamus. Ego in tanta legum p
plexitate, quæſtionem hanc alias ea ſolebam ratione diffinire
quam a clariſſimo doctiſſimoq; iuriſconſulto Mariano Soci-
no iuniore acceperam, pluribuſque in locis veriſſimã eſſe ani
maduerteram. Dicebat is in l.1.de leg.1 fieri plerũque, ut quæ
12 Iuſtinianus † & recentiores Imp. de nouo ſanxiſſent, etiam in
Digeſtorum libris ita conſtituta reperirentur, nec idcirco aut
mendacij Iuſtinianum arguendum, aut vllã inter ea repugnã-
tiam exiſtimandam, ſed quod cum id Iuſtiniano maxime cu-
ræ fuiſſet, vt quoad eius fieri poſſet, leges omnes ad concor-
diam redigerentur, l.1.§.nulla.C de vet.iu.enucle nõ dubitaſ-
ſe deinde eandem ſententiam, cuius author ipſe fuiſſet, nũc Vl
piano, nunc Paulo adſcribere, vt ita facilius leges veteres com
recentiorib. conuenirent d l 1.§.hoc etiam & §.ſed neq; vt in
legatorum materia, & multis alijs locis facile eſt animaduerte
re, l.1.de leg 1.cum l.2.C.com. de le l.ſi non mortis, de inoffic.
teſt.cum l omnimodo.C.eo.& l.2.de inius.rup.cum l. hac cõ
ſultiſ.§.ſi quis C.de teſtam. Quorum ego authoritate motus,
id quoq; in præſenti dubitatione affirmari poſſe putabam, vt
quicquid in veterib libris, de naturalib. filijs inſtituendis cau-
tum reperiretur, id totum ex quadam veluti nouatum legum
præſenſione dictum eſſet. idq; a Iuſtiniano & Compilatorib.
non a veteribus illis iuriſc. conſcriptum fuiſſet, neq; vera natu
rales ipſos, non niſi a Conſtantino & Valentiniano primis eſ-
ſe agnitos. Cum tamen mihi deinde ingens ſe legum ſylua in
Digeſtis offerret, vbi de naturalib. hæredib. inſtitutis fit men-
tio, l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ad Trebel.l 6.l. Lucius, de vul.
l cum pater.§.volo.l.Lucius.§.fi.de leg.2.l. fin.de iu. delibe. l.
natural.de conf.tut. Sat conſentaneum viſum non eſt, quod
Conſtantinus primus cauiſſet, id tot locis nunc in Trebatiũ,
nunc in Iabolenum, Labeonem, Paulum, & alios reijci, cum
quæ ſupra in contrarium attulimus, ea vix vno tantum in lo-
co. & tanquam παρέργως dicta reperiantur. Itaq; in aliam ſen-
tentiam huic penitus repugnantem tranſij, ſtatuiq; mecũ om
13 nino, & ita concludo, iure etiam † veteri naturalib. filijs aliqd
in teſtamento relinqui, quandoque & in vniuerſum hæredes
inſtitui potuiſſe. Mouit me cũ tot iuriſcõſultorũ ſupra relato-
rum autoritas, qui hoc ſæpe atteſtantur, tũ vero in primis, qđ
cũ digeſtorũ iure, ij memorari ſoleant, cum quib. teſtamenti
non erat factio, Gl.§.legari.inſtit.de lega nuſpiã tamen de ſpo-
rijs hoc traditũ cõperimus, ſicuti hodie: deinde quia ſuccede
re eis interdictũ eſt, varijs in locis maniſeſtiſſime declaratum
14 extat. Huius rei & illud argumento eſt, quod ſicuti apud † A-
thenienſes, bona nonnulla Nothis ſemper relinqui potuiſſe
legimus, Demoſt. contra Ariſtocrat. ſic & apud Romanos, ali
quid ſimile licuiſſe, ſatis eſt veriſimile, cum eos a Græcis legũ
& conſuetudinum ſuarũ primordia ſumpſiſſe notum ſit.§ &
non ineleganter inſti. de in.nat. gen. Et hæc res mea quidem
ſententia, parum dubitationis haberet, dum illa nõ obſtarẽt,
quæ antea memorauimus. quæ vt omnino ſubmoueantur, ea
nos, quũ ſubtiliore indigẽt ſpeculatiõe, altiuſq; repetẽda ſunt,
propterea in ſequens caput latius declaranda differemus.

Qui primus de naturalium ſucceſſione apud Rom. aliquid ſanxerit.

1 *Tres leges prima facie valde repugnantes.*
2 *Vſque ad Conſtantinum leges Rom. de naturalium ſucceſſ. nihil cauiſſe.*
3 *An ante id tempus ſuccedere prohiberentur.*
4 *Cur naturales olim, potius matri quam patri ſuccederent.*
5 *Primus Conſtantinus legem de naturalibus tulit.*
6 *Quid Valens & Valent. poſtea conſtituerint.*
7 *Conſtantini acerbitas in naturales.*
8 *Alciati opinio confutata.*

CAP. XXXVI.

SI naturales filios iure Digeſtorum inſtitui po-
tuiſſe volumus, & parentib. ſucceſſiſſe, quo-
modo ergo eos vſque ad Conſtantini tempo-
ra ignotos & neglectos fuiſſe tradit Iuſtinia-
nus? Auth. quib mod. na. ſui. in prin. Rurſus, ſi
hoc Conſtantino tribuimus, quomodo dein
de primos Valentẽ & Valentin. in eos humanitate uti cœpiſſe
1 idẽ Iuſtinianus ſcripſit? § diſcretis. d. Auth. Sũt.n.† hæc tria in
ter ſe, e diametro, vt aiunt, pugnantia, nec facile cõciliari poſ-
ſe videntur. Quocirca nil mirum eſt, ſi hactenus interpretes
omnes, in hac re explicanda, valde ingenijs cecidiſſe videntur,
cum re vera & acutiſſima iudicia, hæc perplexitas ſuperet, &
neſcio an quid æque prima fronte obſcurum & implicitum,
noſtra hæc iuris ſcientia contineat. Nos tamen aliorum diffi
cultatib. minime deterriti, quos alij fluctus traijcere non po-
tuerunt, Alex. Iaſ. Ripa, l. Lucius. de vulg & pup facile Deo du
ce euadere poſſe ſperamus, ſi tamẽ æquus nobis iudex lector-
que contingat. Diximus ſupra iure veteri, naturales a patrib.
hæredes inſtitui ſemper potuiſſe, nunc illud addimus, recte id
etiam ſe habere, quod Iuſtinianus dicit, in d. Auth. in princip.
2 Naturalium nomen Romanis legib vſque ad † Conſtantinũ,
ignotum omnino fuiſſe, eumque primum de ijs, in Conſtitu-
tionibus ſuis mentionem feciſſe.

Ego enim ſic hæc interpretor, Romanorum legib. nihil vn
quam vſque ad Conſtantinum, de naturaliũ ſucceſſione cau-
tum fuiſſe, nec in eorũ honorem, nec in contumeliã. propte-
rea quod illi tunc temporis, vt noui quidã homines extraneo
rũ numero habebantur, vnde neceſſe viſum non fuerat, quic
quã de ijs legibus conſtituere, prout nec de cæteris, qui alieni
3 erant, & nobis non coniuncti: Interim vero nihil † prohibe-
bat, quominus hæredes inſtituerentur, nam ſicuti extraneis,
ſic & eis, quiduis legari licebat. Ab inteſtato ergo non quidẽ
admittebantur, quoniam de ijs nihil lex ſtatuerat, & hoc eſt ꝙ
Iuſtinianus ait, d Auth. in prin Naturalium nomen Romano-
rum legib. vſque ad Conſtantini tempus neglectum fuiſſe. Nã
quæ ab inteſtato nobis deferuntur hæreditates, illæ ex lege p-
pric obuenire dicuntur, l. lege obuenire. de verb. ſign. at in te-
ſtamentis, hominum potius ſtudium verſatur, ideo ex teſta-
mento recte capere poterant, id enim lege non erat interdi-
ctum, & huc pertinent omnia ea exempla, alias a nobis relata,
quæ oſtendunt & inſtitui, & ijs legari, & per fideicommiſſum
relinqui licuiſſe: Hæc tamen quoad patris ſucceſſionem tan-
tum, locum habebant, cuius ratione ij non filij ab inteſtato,
ſed alieni cenſebantur, & quoad hanc partem a legibus nõ no
4 minabantur: Aſt quoad matrem pertinebat, vt filios † olim ẽt
a legibus agnitos credo, cum illi ab inteſtato hæredes eſſe poſ
ſent, l.2 vnde cogn. & ſenatuſcõſulta eos ad ſucceſſionem ex
preſſe vocarent, l.1.§.ſed vulgo. ad Tertyl. quod quidem potuit
ita fortaſſe admitti, quod mater ſemper certa erat, l. quia ſem
per, de in ius voc. & cognationis iura cum illo retinebat, pater
non æque, nam & ἀπάτορες quoad eũ ij videbantur, niſi qua-
tenus ipſe met, non legis vinculo, ſed ſponte & volens, ſe illis
parentem eſſe habuiſſet; Leges igitur illos vt terræ filios quoad
patrem negligebant, nec vlla fuerant mẽtione dignati, illis nec
ſucceſſionem deferendo, nec etiam interdicendo, d. l. natura-
li. de confirm. tut quæ ita ſe vſque ad Conſtantinum habuere.
5 † Conſtantinus vero, qui vt rerum potitus eſt, animum ſtatim
ad multa veterum moderanda, aliaq; de nouo conſtituenda
adiecit: Cum leges ſeueriſſimas quàm plures tuliſſet, vt Eutro
pius, Victor, Sabellicusque referunt, dicitur is quoq; primus
de naturalium ſucceſſione, de qua nihil a legiſlatorib. euſq;
fuerat ſancitum, conſtituiſſe: Cum enim tunc omnibus paſ-
ſim liceret parentibus, in naturales filios, quæ vellent bona cõ
ferre, edidit duas ille leges, alteram, qua ſenatorum & virorũ
illuſtrium cum infimis perſonis connubia damnauit, eorum-
que filios excluſit, quæ & adhuc extat, l.1.C.de nat.lib. alteram
qua naturales filios quicquam ex patrum, ſeu teſtatorum, ſeu
inteſtatorum hæreditate conſequi prohibuit, hocque modo
primus de naturalibus ſanxiſſe dicitur, eo quod expreſſe pa-
tribus interdixit, nequid ijs relinquerent, quod antea ut extra-

neſci

neis liceebat.facit.l ſi.C.eod.uerſic.quaſi ſacris.Et hæc deinde
6 multis poſt annis vſque ad † Valentis & Valentin. imperium
ſic ſeruata ſunt. Poſtquam vero ad imperij faſtigium hi fue-
runt euecti, tunc cœptum eſt cum naturalibus multo mitius
agi,quam antea per Conſtan.leges liceret.Quapropter poſte-
rior illa eius conſtitutio,qua naturales filij expellebantur, ab-
rogata ſtatim eſt,ex aliarumq; legum albo penitus deleta, vn-
de nec hodie vlla amplius eius extant veſtigia, niſi quatenus
de ea ab alijs I np.fit mentio,in Nouel.Mart. tit. de matrimo.
ſen.§.fin.Conſtituerunt igitur hi,vt naturalibus filijs,vbi legi
timi alij nõ ſupereſſent,tres vnciæ à patre relinqui poſſent,vbi
& alij legitimi extarent,vncia tantum. Quæ conſtitutio inte-
gra adhuc in Cod.Theod.legitur, cuius verba hic etiam vo-
lui adſcribere,vt ex his,vnuſquiſque cognoſcat, vera eſſe quę
modo diximus,videlicet Conſtan.naturales filios penitus ex-
cluſiſſe,primosq; Valen.& Valentin. illos ad ſucceſſionis par-
tem inuitaſſe:Ait enim Valens in l.1 de nat.lib.in C.Theodos.

Placuit manentibus cæteris, quæ de naturalibus liberis Conſtantinianis legibus cauta ſunt,hac tantummodo temperare,vt is qui hæredem,hæredisue filios,ex legitimo matrimonio, vel nepotes qui filiorum loco habiti ſunt,patrem quoque matremue dimittit,ſi ex conſortio cuiuſlibet mulieris naturales ſuſceperit,vnam tantum bonorum ſuorum, & hæreditatis vnciam naturalibus vel mulieri donandi,aut relinquendi habeat facultatem:Si quis vero nullo,ex his quos excepimus,ſuperſtite moriatur, atq; ex muliere,quam ſibi adiunxerat,naturalem,pluresue dimittat, vſq; ad tres tantum vncias,tam in mulierem, quam in naturales,quo maluerit, iure transferebat. Dat.Grot.& Probo COSS.

Hac lege lata,poſtea Arcadius & Hon. idem quoque ſtatue-
runt,paucis tamen adiectis, quæ in Valentin. lege non conti-
nebantur,quæ & hodie in Codice noſtro extant,l.matre.C.de
nat.lib.Tandemque & Theodos.iunior, noua conſtitutione
prædicta omnia confirmauit,vt in Theodos. Codice legitur,
cuius verba hæc ſunt.l.2 C.de nat.lib.in C.Theodos.

Naturales liberi,eorumq; matres,nec parentum arbitrio in ſucceſſionibus,cæteriſq; modis,quibus res mobilis vel immobilis dominium confirmatur,paſſim & ſine legis diſtinctione congrua permittantur,nec tamen legis quæ nuper lata eſt,aſperitate premantur,cum ſatis ſit ſecundum priorem conſtitutionem,aut extantibus iuſtis liberis,aut etiam non extantibus,id tantum conſequi,ſi patris deferatur arbitrio, quod per eam iuſta moderatione decretum eſt,cæteris quæ de eorum matribus,libertiniſque per nouam conſtitutionem decreta ſunt,in ſua manentibus firmitate. Dat.Tauro,& Felice COSS.

7 Meminit & huius † Conſtantini aſperitatis,contra naturales,
Theodoſius in Nouellis ſuis.§.illi etiam patri.In Nouel.Theo
do.tit.de bon.decur & nat.fil.Ex quibus omnib. intelligimus,
quæ antea adeo difficilia,& inter ſe contraria videbantur, ſa-
tis nunc plana,& ſimul compoſita reddi, nec vllum amplius
ſcrupulum in his reliquum eſſe,cum verum primo ſit,De Na
turalium ſucceſſione vſq; ad Conſtantinum nihil legib. cau-
tum fuiſſe: Verum illud etiam Valentem & Valentin. primos
naturalibus indulgere cœpiſſe:Falſum illud vero,ſicuti multa
8 alia,quod † Alciatus dixit,parerg.lib.4 cap.5.Conſtantianam
legem a Valentiniano reſtringi,cum immo ex ea naturales cę
pti ſint adiuuari,excluſaq; Conſtantini ſæuetitate, magnũ na-
turalibus ob hanc,commodum fuerit impartitum.

Vera & noua declaratio l. Lucius.de vulg.& pupil.

1 *An ſubſtitui naturalis legitimo poſsit pupillariter,aut vulgariter.*
2 *Error omnium interpretum in hoc verbo,naturales.*
3 *Naturalis pro filio vero & iuſto.*
4 *Filio naturali non ſit pup ſubſtitutio.*

C A P. XXXVII.

CVm ſupra ſtatuerimus iure veteri naturales
ex teſtamento patri ſuccedere potuiſſe, qđ
pluribus ex locis conſtat, iam id ſequitur vt
intelligamus,certa ne eſſet in hac re determi-
nata portio ad quam admitti poſſent,an vero
in libero parentum arbitratu poſitum,qua li-
beret eos benignitate promereri:Qua in re explicanda, offert
ſe nobis imprimis Pauli reſponſum quoddam enucleandum,
vnde Doc. noſtri hanc quæſtionem colligere ſolent,l.Lucius,
de vulg & pup in quo tamen percipiendo, ij tam procul a re-
cta aberrarũt,vt nedum in re propoſita valde ſint decepti,ve-
rum & in multos alios deinceps errores grauiſſimos inciderint,
quos recentiores quidam ſubodorati,cum nec tamen ip
ſi loci aſperitatem euadere ſatis commode noſſent, neceſſa-
rium eſſe aliquid in hac re diuinare profeſſi ſunt.Ripa,d.l. Lu-
cius.nu.3.in fi Res autem ſic ſe habet: Nam dum quærimus,
quæ nam olim naturalibus filijs bona poſſent relinqui,vix poſ
ſunt Docto.nec multis cum cauillationibus,& coniecturis in
ter ſe conuenire,idque in cauſa eſt, quod traditum quandoq;
1 dicunt,naturalem filium a patre ſubſtitui † non potuiſſe alte-
ri legitimo filio intra pubertatis annos, ita vt ex pupillari illa
ſubſtitutione, & pupilli & paterna omnia bona ſimul conſe-
queretur, propterea quod illum lex integram parentis hære-
ditatem cernere ꝓhiberet,l.ſi is qui.de vulg. Alibi vero a Pau
lo reſponſum,naturalem filium cum legitimo a patre inſtitu-
tum,& ei vulgariter potuiſſe ſubſtitui,d.l. Lucius. quæ plane
contraria apparent,quin contra iuris rationem,eo quod ſi in
naturali filio vulgaris admittitur ſubſtitutio, cur non & ma-
gis pupillaris,cum per illam directo quis teſtatori,per hanc ip
ſi pupillo quis hæres exiſtat?Inſt.de pupil.in princ. Quamuiſ-
que nonnullas huius rei rationes afferre conati ſint,Bal.Ang.
d.l.Lucius.Alex.Caſt.d.l.ſi is qui.non ſunt tamen illæ ſatis di-
gnæ quæ referantur,tam facile omnes reijci poſſunt, quod &
nonnulli abſq; magno labore fecerunt.Ripa,d.l. Lucius. Hu-
jus igitur rei difficultas omnis,ab hoc Pauli reſponſo pendet,
quod vſq; ad hæc tempora tam perperam ab omnibus acce-
ptum eſt,vt nihil tam alienum ab eius mẽte dici poſſit, quàm
2 id quod interpretes † noſtri cogitarũt, vel potius ſomniarũt.
Cum enim in eo de naturali filio mentio fiat, tum ſtatim ſibi
Doctores omnes perſuaſiſſimum habuerunt, de illo naturali
intelligendum,qui ex concubinatu ſuſceptus eſt,ſuperque eo
varias quæſtiones ſtruentes,tum omnia deinde, veluti ſuper
labanti & arenoſo poſita fundamento,vitium facere cęperũt.
3 Error igitur ille fuit, quod ibi naturalis † pro vero & iuſto fi-
lio accipiendus fuit,id eſt pro naturali & legitimo ſimul, non
naturali tantum,quod & apud bonos latinos authores ſæpiſ-
ſime in hac ſignificatiõe reperitur,diximus,c.28. vt cum Sue-
tonius in Diberio inquit,*filiorum neque naturalem Druſum,neque ad optimum Germanicum patria charitate dilexit*: Et in iure etiam extat
hoc eodem ſenſu,Gl.l.quoties idem.de reg.iur. ſicuti & natu
ralis pater,pro vero & legitimo parente.l.ſi pater naturalis,de
adop.& § at hi.Inſt.de hæred.quæ ab inteſ.& §. ſed hodie, de
adopt.Maxime autem cum leges de adoptiuis qui legitimi tã
tum vocantur,& alijs iuſtis filijs loqui volunt,ſemper fere ani
maduertas, hos naturales ſimpliciter appellari,l.nõ poteſt de
adop.l.1.§.ſuos.de ſuis & legit.l.1. in prin. de bon. poſ. contra
tab.& Inſt.de hæred.quæ ab int.§.minus. quod proprie & in
præſenti lege contingit.Hanc autem germanam eſſe illius in-
terpretationem, loquiq; procul dubio Paulum de vero filio,
non naturali tantum,inde aperte patet, quod in fine reſponſi
ait,liberos eos ſi eiuſdem ætatis fuiſſent, nedũ vulgariter,ſed
& pupillariter intelligi ſubſtitutos.Quomodo vero pupillaris
4 filio † naturali tantum fieri potuit,cum eos quibus ita ſubſti-
tuimus,in poteſtate eſſe neceſſe ſit?l.2.in prin de vulg.natura-
lis autem initio ſui iuris natus,in patris nunquam ſit poteſta-
te,Inſt.de patr.pot.eiq; hoc genus ſubſtitutionis minime con
uenire omnes alibi fateantur?Bar.l.2.de vulg.num.2.Sed rem
clariſſimam pluribus demonſtrare,operæ pretiũ non eſt: Pla-
ne ita tollũtur omnes Doctorum ſcrupuli,ſic facile nodi om-
nes ab his compoſiti,diſſoluuntur.

Naturales filij,quomodo olim,quomodo hodie ſuccedant.

1 *Naturales olim extraneorum numero à legibus habebantur.*
2 *Leges loquentes de eo qui ſolidum capere non poteſt, quomodo ſint declaranda.*
3 *Quid Conſtan.Valent.Theodos. de naturalium ſucceſsione conſtituerint.*
4 *Naturalis,cui pater vnciam reliquit,an præter eam alimenta poſsit petere.*
5 *Quomodo naturales ab inteſtato ſuccedant.*
6 *Naturales matri ſuccedunt,perinde ac legitimi.*
7 *Naturales præteriti a patre in teſtamento,an poſsint id impugnare.*
8 *In ſucceſsione naturalium,an ſeruetur ius canon.aut ciuile.*
9 *Naturales ex ſeruili conſortio,quomodo ſuccedant hodie.*
10 *Cur fauorabiles alijs videantur.*

C A P. XXXVIII.

PRopoſitum paulo ante id nobis fuerat, vt age-
remus de naturalium filiorum ſucceſſione, q̃
negocium cum iam aggredi vellemus, multa
ſe nobis in ipſo veſtibulo obtulere,quæ aditũ
quaſi præſtruxere, ꝓptereaq; maiore appara-
tu neceſſariũ fuit, & prius a recto itinere pau
lo diuertere.Nunc vero ſemitam repetimus,& quod ſupra ad
monuimus,hoc quoque loco aſſeueramus, nihil quod memi
nerim,iure veteri,de naturalium ſucceſſione in paternis bo-
nis cautum fuiſſe,eo quia,quoad hanc partem, extraneorum
numero a legibus cenſebantur,facit.l.naturali.de conſ. tut.
Quo fiebat, vt ſi pater non alios legitimos habuiſſet liberos,
1 † liceret ei,utiq; in vniuerſum illos hæredes ſibi relinquere,l.
omnes.§.Lucius.quæ in fr.cred.l.fi.de iu. delib. quod ſi & lẽ
mos

mos ſuſcepiſſet, tunc & naturalibus, aliquid quidem relinqui
potuiſſe, vulgo aiunt, Doct. l. Lucius. de vulg. cæterum eſſet
ne in eo certus modus, aut lex præfinita, quantũ ij capere poſ-
ſent, in hoc multi dubitauerũt. Ego ita exiſtimo, cũ nihil de
ijs veteres leges ſanxiſſent, potuiſſe eos extraneorum exem-
plo, reſeruata iuſtis filijs legitima portione, in reliquum dein-
de recte a patre inſtitui, l. cum quæritur. l. parentib. C. de inoff.
teſt. Quod enim prohibitum expreſſe non reperimus, cur nõ
permiſſum potius cenſeamus? præſertim vero in naturalibus
filijs, quos lex vetus etſi non vocauit, non improbauit tamen.
l. 3. vbi Bart. de concub. Quoniam vero huic ſententiæ contra
rium quoddam reſponſum adduci ſolet, l. is qui ex bonis. de
vulg. quod in ore eſt omnium, & Doctores valde fatigauit, ex
quo colligunt, certos olim ac lege cõſtitutos fuiſſe ſucceſſio-
nis horum naturalium modos. Ego ad hoc, & ſi qua huiuſmo
2 di reperiuntur, reſpondeo, vbi lex, † de eo qui ſolidum capere
non poteſt, loquitur, vt in l. ex facto §. fi. de vulg. l. cogi. §. hi q,
ad Trebell. l. ſi is qui. de hær. inſt. id non in naturali filio intelli
gendum dico, prout Doctores aiunt, nam nec lex hoc inquit
nec de eo accipi pateſt. Verum damnato in metallum, depor-
tato, aut peregrino talia verba conueniunt, quibus præter ali
menta nihil licuit relinqui, l. 3. de his quæ pro non ſcr. l. pen. de
cap. dimin. aut ſaltem alijs exemplis ea declaranda puto, quæ
paſſim in iure occurrunt, l. 1. C. de ſec. nup. Auth. præterea. C.
vn. vir, & vx. l. 1. & fin. de bon. dam. l. 3. de interd. & releg. cum
ſpecialiter de naturalibus nihil exprimant. Sed hec olim. Con-
ſtantinus autem, qui in naturales ſumma, vt diximus, cap. 26.
vſus eſt acerbitate, cum primus deinde ſanxiſſet, ne cui natu-
rales non ſolum ab inteſtato legitimi non eſſent hæredes, ve-
rum nec ex teſtamento quicquam poſſent capere, propterea
intra id tempus nunquam alicui hi naturales vllatenus ſucceſ
3 ſiſſe leguntur. Secuta ſunt † Valentis & Valentiniani tempo
ra, qui mitius cum naturalibus agere cœperunt, patriq; permi
ſerunt, vt ſi non alios legitimos ſuſcepiſſet filios, & vtroq; eſ-
ſet parente orbatus, tres vncias naturalibus, cum eorum ma-
tre communicãdas ei liceret relinquere, alioquin vnciam tã-
tum, vel ſoli concubinæ ſemiunciam, § diſeret. Auth. quibus
mod. ſui. & l. 1. de nat. lib. in C. Theod. Et conſtitutionem hãc
Arcadius & Honorius, l. 2. C. de nat. libe. inde Theodoſius &
Valentin. confirmauere l. 2. in C. Theod. de nat. libe. Iuſtinia-
nus autem horum omnium multo humanior, primum quidẽ
ſex vncias, legitimis nullis liberis extantibus, eos cõſequi poſ-
ſe permiſit, l. human. C. eod. poſt etiam, rem omnem a veteri
illa ſeueritate ad ſummam manſuetudinem traduxit. Sanxit
enim, vbi quis ſine legitima prole decederet, eum naturalibus
filijs, omnia bona ſua, vel viuentem largiri, vel in teſtamento
poſſe relinquere excepta ea portione, quæ ſuperſtitibus parẽ-
tibus debetur. Vbi uero cum naturalibus & alij iuſti filij adeſ-
ſent, tunc naturales ad vnciam tantum vocari conceſſit, cæte-
rum quod vltra id eſſet, legitimis deferri. §. nos igitur. Auth.
quib. mod. ſui. Vnum tãtum excepit caſum, quo nec vncia na
turalibus legari poſſet, vbi ſcilicet legitimus filius minus, quã
vnciam a patre adeptus eſſet, noluit enim legitimos ulla in re
naturalibus inferiores haberi, l. cõium. §. fi. C. de na. lib. Quod
ſi pater nec vnciam eis reliquiſſet, nec vllam de ijs mẽtionem
in teſtamento feciſſet, iuſſit nihilominus eos ab hæredib. ali,
Auth. licet. C. eod. quæ & hodie in vſu ſunt. Sed oritur dubita-
4 tio. † Pater in teſtamento hæredes ſibi legitimos filios ſuos in
ſtituit, naturali vnciam tantum legat, naturalis præter vnciã;
& alimenta ſibi ab hæredib. decerni poſtulat. An hæc iure de
bentur? Et ſane non puto, nam cum pater, naturales filios om-
nino alere teneretur, §. pen. cum gl. Auth. quib. mod. nat. ſui.
tunc quam eis vnciam in teſtamento reliquit, videtur com-
penſandi potius animo legaſſe, arg. l. ſi cum dotem §. ſi pater.
ſol. matr. l. huiuſmodi. §. cum pater. de leg. 1. ex quo alimenta il
la neceſſario legis vinculo ijs debebantur, argu. not. per Dec.
Auth. præterea. C. vn. vir & ux. nu. 11. Alex. d. §. ſi pater. nu.
4 tum etiam quia non aliter hoc alendi onus patri, & conſe-
quenter eius hæredibus incumbit, niſi quatenus aliũ de ſe ne-
queunt filij ſuſtinere, Bar. l. libertis 2. § 1. de alim. & cib. leg. Cũ
ergo vnciam ſint habituri omnium bonorum, quæ eſt neceſ-
ſitas, vt illis adhuc alimenta conſtituantur? Et ſane iure ciuili
hæc alimenta petere non poſſunt, cum immo lex id ꝓhibeat,
§. ne igitur. Auth. quib. mod. nat. ſui. minus quoq; iure canon.
hæc expoſcent, cum iam victui neceſſaria ſint conſecuti, Re-
liquum eſt igitur, vt ſola ea vncia contenti eſſe debeant. Sed
hæc teſtamento facto ita ſe habent.

Cum vero inteſtatus pater moritur, nullis alijs relictis libe-
5 ris, tunc ad duas † hæreditatis vncias & alimenta etiam, natura
les hodie vocari ſolent, §. ſi quis autem. cum gl. uer. vncias &
Bar. §. conſideremus. Auth. de trien. & ſem. Aſt vbi alij iuſti fi-
lij patri extarent, aut adoptiui etiam, Ang. §. fin. Auth. quibus
mod. nat. ſui. aut ſola legitima coniunx, his caſibus, naturales
nihil ex paternis bonis præter alimenta conſequuntur. Auth.
licet. C. de nat. lib. Vſque adeo, vt etſi iuſti filij etiam hæreditatẽ
repudiarent, adhuc ſuperſtes vxor, naturales filios repellat, quę
ita in vxoriæ dignitatis honorem fuit inſtitutum, Imo. Ripa, l.
Lucius nu. 6. de vulg. & pup. Nepotes autem ex naturali filio
nati, nunquam ab inteſtato, ſeu extantibus, ſeu minus, alijs le-
gitimis liberis, ad vllam portionem admittuntur, l. fi. in fi. C.
de nat. lib. Ang. d. §. fin. nu. 16. exceptis alimentis, quæ his per-
6 inde ac naturalibus filijs debẽtur. diximus, c. 47. Atq; hæc † de
naturalium ſucceſſione in paternis bonis ſunt intelligẽda: quod
enim ad matrem ſpectat, aliud eſt, cum ei in vniuerſum ab in-
teſtato ſuccedant, § pen. Inſti. de ſuc. cogn. & inofficioſum ẽe
illius teſtamẽtum dicere poſſint, l. ſi ſuſpecta. §. 1. de inoff. teſt.
atq; a legitimis nihil prorſus differant, ita vt ijs quoq; extanti-
bus, adhuc tamen naturales cum alijs æque in hæreditate ma
terna concurrant, l. pe. in fi. C. ad Orfic. vbi Bald. Cor. & Cagn.
nu. 34. 42. quod cum iure ciuili apertiſſime ſit conſtitutum, d.
l. pen. in fi. ſunt tamen qui hoc minus recte aut iuſte ſancitũ
temere audeant clamare. Garz tract. de vlt. fi. iur. canon. nu.
7 127. † Pater autem ipſe neceſſe non habet, vllam de illis in te-
ſtamento mentionem facere, l. fi. C. de nat. lib. cum nec his le-
gitima debeatur, nec præteriti tale rumpant teſtamentum, gl.
l. 1. ver. naturales, & Bar. de contratab. Tiraq. l. ſi vnquam C. de
reuoc. do. ver. ſuſceperit. nu. 47. verum quod ab eo proficiſci-
tur, id totum meræ eius beneficentiæ acceptum ferendũ eſt.
Quæ ſane omnia, & hodie iure Pont. firma eſſe ſciendum eſt,
quamuis id, tales concubinarum conſuetudines valde damna
re videatur, c. nemo. 32. q. 4. verũ cũ ſucceſſionũ materia pro
8 pria ſit legum † ciuilium, c. fi. 1. Diſt. non dubitamus ius quoq;
Pontificium ad eas redigere, & ſecundum ciuiles conſtitutio
nes interpretari, Abb. c. lãta, qui fil. leg. nu. 12. Ripa, l. ſi vnquã.
C. de reu. do. nu. 78. vnde naturales vtroque iure ad parentum
bona iuxta prædictas diſtinctiones vocabuntur. Obſeruãdum
tamen id eſt, non in omnibus paſſim naturalibus hæc ita ſe ha
bere, ſed in ijs tantum, qui ex libero & libera concubina geni
9 ti ſunt. At qui ex ſeruorum † conſortijs prodiere, ſiue ex patre
libero, & matre ancilla, ſiue ex vtroque ſeruo, aut matre libe-
ra, patre vero ſeruo, licet hi quoq; naturales appellãtur, ſ. cap.
13. 14. ſi tamen ſimul cum parentibus libertatem fuerint con
ſecuti, hodie Iuſtiniani conſtitutione, tam ſoli, quàm ſi cum
alijs legitimis concurrant, ad parentum ſucceſſiones, agnatio
nes, tutelasq; vocantur, ac in omnibus legitimorum iura adi-
piſcuntur. Inſt. de ſeru. cog. in prin. His etenim lex ideo magis
quam cæteris naturalibus fauere voluit, ideo quod probabile
10 eſt, hos verum matrimonium † ſi licuiſſet, fuiſſe cõtracturos,
aſt illos voluntas ſola a iuſtis nuptijs celebrãdis cohibuit: Me
rito lex neceſſitatem, vt maiori dignam humanitate, mitius ẽt
proſecuta eſt, arg. l. 1. § merito. depoſ.

De parentum & transuerſalium ſucceſſione in bo-
nis naturalium.

1 *Mutua ſucceſſio inter parentes & filios naturales.*
2 *Pater qui legitimos filios habet, an poſſit naturalibus ſuccedere.*
3 *Viciſſitudo in ſucceſſ. quomodo conſideranda.*
4 *Naturales, nullos habent agnatos, ſed cognatos.*
5 *Naturales inter ſe, quando ſuccedant.*
6 *De naturali vtrinque coniuncto, & vterino tantum.*
7 *In feudi ſucceſſione, vtrinque coniunctus, non ſemper eis præfertur.*
8 *Naturalis ſuccedit fratri vterino æque cum matre.*
9 *Differentia agnationis & cognationis, an ſit quoad naturales filios ſublata.*

CAP. XXXIX.

SEd quæ modo diximus, naturalium tãtum re-
ſpiciunt ſucceſſionem in paterna hęreditate.
Agendum nunc eſt, quemadmodum contra,
parentes atq; ex tranſuerſo latere iuncti, ad il-
1 lorum bona vocentur. Et † quoniam ſcimus,
contraria omnia eadem ratione diiudicari, l. j.
de his qui ſui iuris ſunt ſicuti tradiderunt naturales in duabus tan-
tum vncijs patri inteſtato hæredes eſſe, ita & parentes ad filio
rum ſuorum bona pro eadem portione admitti debent, § de
nepotibus. Auth. quib. mod. ſui. Dec. conſ. 311. in prin. eodem
que argumento & mater, patre non extante totam hæredita-
tem filij conſequetur, extante patre, illa decem vncias, pater
duas legitimo iure capiet. Inſt. ad Tertyl. §. fin. & Auth. licet.
C. de nat. lib. Hincq; exiſtimarunt multi, Mathes. de ſuc. ab in
teſt. 2. memb. 2. artic. num. 9. Vbal. 2. par. nu. 23. Ang. § præferũ
2 tur. Iuſt. ad Tertyl. nu. 17. † patrem qui legitimos filios ſuſce-
perit, nullum amplius ius in naturalium filiorum bonis, ab in-
teſtato habere, propterea quod nec ſibi, ijdem naturales, extã
tibus alijs legitimis queant ſuccedere. Quin patrem facilius
ab eorum

ab eorum hæreditate repellendum, quo magis ipſe in culpa fuit, cum omnia hæc patris, non filiorum vitio, crimineue cõtigerint. Auth. de inc. nup. 10 prin. Sed ego contra: Nam in ſuc 3 ceſſionibus † admitto quidem, viciſſitudinem eſſe ſeruandã, ea tamen ab initio in genere, nõ ex euentu ſpectanda eſt. Ait lex. Vbi pater abſq; legitimis liberis deceſſerit, naturalis ſuccedat. Ergo contra, vbi naturalis ſine filijs obierit, pater vocari debet, hæc enim eſt viciſſitudo, vt ſpectemus eum q̃ prior defunctus eſt, an liberos ex ſe ſuperſtites reliquerit, an minus; In eo vero qui ſucceſſurus eſt, cur id inſpiciatur, cũ ita ſequeretur, nunquam alteri alterius hæreditatem obuenire poſſe? Finge etenim iam prædeceſſiſſe patrem, plane ſicut ex euentu hoc conſtat, eum non amplius filio hæredem futurum, ſic & ea ratione dicendum eſſet, nec filium illi ſuccedere debere, ſi euentum hunc, qui in perſona ſucceſſoris contingit, reſpicere vellemus. Sic & cum frater fratri nullis extantibus deſcendẽtibus aut aſcendentibus ſuccedat. Auth. itaq;. C. com. de ſucc. ſequeretur quoq; vt ſi alter eorũ liberos ſuſcepiſſet, amplius alteri ſine lib. decedenti non poſſet ſuccedere, eo quod cum ipſe filios haberet, fratrem iam omni ſibi ſuccedendi ſpe excluſiſſet, cum filij ſui ante alios ab inteſtato vocentur. Auth. in ſucceſſione. C. de ſuis & legit. quæ tamen omnia quàm abſurda ſint, nemo eſt qui non videat. Hoc igitur & caſu, filij q̃dem legitimi, patri in eo proderunt, vt eius hæreditas ad naturales non perueniat, non oberunt vero, quominus is, illis naturalibus ſine liberis decedentibus ſuccedat, nam hoc tantũ in eorum gratiam fuit conſtitutum, vt ſatis notum eſt, quod ita potius in odium conuerteretur. Quotieſcunq; igitur naturales abſq; filijs deceſſerint, pater etſi alios legitimos habeat, quomodocunq; ſemper duas vncias capiet, reliquum ad matrem iure legitimo pertinebit, d. Auth. licet. & l. pen. C. ad Orfic. quod etſi pater prior obierit, tunc dubitandũ non eſt, quin 4 in ſolidum mater excluſis legitimis filijs fit hæres, cum † naturali ipſi, cum agnatis patris nulla intercedat coniunctio, exiſtimeturq; quoad illos in ſucceſſione prorſus extraneus, §. filiũ. Auth. quib. mod. nat. eff. ſui. adeo ut & ſi mater ſuperſtes non ſit, in eius tamen hæreditate, hi qui per lineam maternam ꝓximiores ſunt, ſemper cæteris quibuſcunq; a patre agnatis ꝑferantur, nec illi vllo vnquam caſu admittãtur. l. ſi ſpurius. vnde cogn. Quin & matre mortua, patre uero ſuperſtite crediderim eadem ratione patri duas tantum vncias reſeruari, cæterũ 5 proximioribus per lineam maternam cognatis deferri. † Naturales autem inter ſe ſiquidem ex patris latere tantum iuncti fuerint, nulla ſe omnino neceſſitudine attingunt, cum tunc liberi & patrem & eius agnationem ſequantur, cũ legitime nuptiæ interceſſerunt, l. cum legitime. de ſta. hom. hi vero omni agnationis iure carere dicuntur, d. §. filium. ideoque nullo ꝓximitatis nomine ad mutuam ſucceſſionem poſſunt vocari, Gl. l. 2. vnde cogn. Quod ſi ambo ex eadẽ matre editi fuerint, retinent tunc cognationis iura quæ a matre proficiſcũtur, §. fi. Inſt. de ſucc. cogn. recteq; vt cognati inter ſe atq; alijs eodẽ e fonte prodeuntibus ſuccedere poſſunt, l. ſi ſpurius. l. 2. vnde cogn. quod & multo magis eſſet affirmandum, ſi vtrinq; tam ex patris quam matris latere eſſent coniuncti, licet ſem- 6 per vt cognati tantum, non vt agnati ueniant. Atq; † ideirco cum Mæuius qui alterum fratrem vtrinq; coniunctum, alterum vterinum tantum, ſed naturales ambos habebat, deceſſiſſet, cenſebant omnes, Mathet. de ſuc. ab int. in 2. mem. 2. artic. princ. nu. xj. & ſeq. ex communibus iuris regulis, vtroque latere iunctum uterino eſſe præferendum, Authen. ceſſante. C. de leg. hær. §. ſi igitur. Auth. de hær. quæ ab int. cum duplici nexu quis arctius, quàm ſimplici tantum vinciatur. A qua tamẽ ſententia ego longiſſime abſum, cum vt ſupra diximus, in his naturalibus nulla prorſus agnationis habeatur ratio, & nec minimum quidem cum patre vel eius conſanguineis com- 7 mune habeant aut annexum. d. l. cum legitimæ d. §. filiũ. † Tãtum igitur matris attenditur vinculum, quoniam alterum nihil ad rem facit, eſtq; alieniſſimum, ſicut in feudo, vtrinq; cõiunctus, alijs ex latere tantum patris conſanguineis nõ præfertur, quoniã in eo agnatio ſola ſpectatur, cognatio negligitur, Bal. c. 1 §. his vero. de ſucceſſ. frat. Ripa, l. re coniuncti. nu. 13. Qua ratione & nunc vterinus tantum, æque cum alijs vtrinq; coniunctis ſucceder, quoniam naturalis qui decedit, pari omnibus neceſſitudinis nexu deuinctus eſt, ideo & æquas omnibus deferret portiones. arg. Auth. poſt frat. C. de legit. hæred. 8 † Et hoc argumento infinitas prope opiniones a Doctoribus cõmuniter receptas infirmari poſſe puto. Vbal. de ſucc. ab inteſt. in 2. par. num. 24. veluti cum filium naturalem ſuperſtite matre a fratris vterini præmortui ſucceſſione excludunt, eo quod lex fratres tantum vtroq; latere iunctos defuncto, ſimul cum parentibus æque ad ſucceſſionem vocet, non qui altero tantum ſunt connexi, §. conſequens. §. ſi uero. Auth. de hære. quæ ab inteſt. Illud enim eo caſu ita a lege conſtitutum nemo non videt, quod ſcilicet parens, tanquam frater utrinque coniunctus habeatur, qui ſemper quocunque fratre vno tantum capite adiuncto, potior erit. Bal. Auth. defuncto C. ad Tertyl. num. 8. At nos matrem naturalibus filijs ſolo cognationis vinculo affinem eſſe affirmamus, parique gradu & naturalem illi coniunctum eſſe. Inſt. de ſuc. cogn. §. fin. meritoque neutrũ alteri præponendum. Vt & licet eodem in concubinatu, tj:dẽ ex parentibus vterque filius ſit procreatus, ſemper tamen vni cum cognationis ius, non duplex coniunctio conſideretur. Plane mater quæ filios, alterum naturalem, alterum naturalẽ & legitimũ ſuſcepit, ſi legitimus decedat, ſola tunc naturali excluſo, filio ſuo legitimo ſuccedet, quoniam tunc duplex adeſt vinculũ, ciuile & naturale, Auth. defuncto. C. ad Tertyll. atq; ita cõmuni ſententiæ locus eſſe. Ang. §. ſi Auth. quib. mod. na. 9 eff. ſui † Quid vero ſi quis dicat, hodie æque patri ac matri naturales filios debere ſuccedere, cum omnis agnationis & cognationis differentia in ſucceſſionib. iam ſit ſublata, §1. Auth. de hæred. quæ ab int. & ſola naturalis cauſa nunc inſpiciatur? Auth. in ſucc. C. de ſuis & legit. atque ita prædicta oĩa quæ ſupra relata ſunt iam ceſſare, cũ naturalis, qui iura cognationis cũ matre retinebat, ob æquiparationem factam & differentiã ſublatã, idem & veluti agnatus patri a legibus agnoſci debeat? Quid reſpondendũ erit? Ego ſane dicerem, eum qui ita exiſtimet, longe falli. Sic. n. fieret, ut hodie naturalis filius, ſicut legitimus, patri ſuo ſuccederet, & cum legitimo æque concurreret in hæreditate. Sic & iura nouiſſima Iuſtiniani, vbi de naturalibus ſanxit. Auth. licet. C. de nat. lib. & § pe. & § diſer. Auth. quib. mod. nat. ſui. iam omnia correcta eſſent, omnia immutata, quod vel dubitare, maxime ineptum, & ridiculum eſſe cenſeo. Quod ergo conſtituit Iuſtinianus, vt nulla hodie inter agnatos & cognatos differentia ſeruetur, id in legitime natis tantum procedit, qui poterant ab inteſtato ſuccedere. Ad naturales autem non pertinet, quod hi in minima vix parte vnquam ſuccedunt patri, idque potius pietatis cuiuſdam cauſa olimq; cognati illi, poterant & alijs agnati eſſe. Aſt hi nullos prorſus agnatos vnquam habere intelliguntur. Merito ea conſtitutio de his illegitime natis, nunquam accipietur, quod & ingenioſiſſimus Faber in commentarijs ſuis tradidit, in Inſtit. de ſeru. cog. nu. 5. Caccial. l. ſi qua illuſtris col. 23. C. ad Orfic.

An ſpurij a patre inſtitui in teſtam poßint.

1 *Ex quolibet illegitimo congreſſu ſpurij oriuntur.*
2 *Spuriorum duo genera.*
3 *Mulieres quibuſcum impune licet rem habere. & num. 6.*
4 *Spurij quidam a patre inſtitui poſſunt, alij non poßunt.*
5 *Quare ſpurij patri inteſtato non ſuccedant.*
6 *Damnatus coitus quis dicatur.*
7 *Tria genera filiorum.*

CAP. XL.

QVantum inter ſe differant naturales & ſpurij, licet adhuc ſæpius oſtenderimus, hoc uno tamen ex loco facile eſt intelligere, quod naturales quãdoq; patri hæredes eſſe poſſunt, ſpurij ſemper paterna indigni ſucceſſione habentur. Auth. licet. C. de nat. lib. Eo vero ſpuriorũ 1 nomine † cum omnes ij contineantur, qui ex illegitimis quomodocunq; nuptijs ſunt procreati. l. uulgo. de ſta. hom. crediderunt etiam Doct. noſtri, generaliter ſpurios cũctos a patris ſiue teſtati ſiue inteſtati bonis arceri, Bart. l. fi. de his quibus vt ind. 1. col. Alb. Rub. C. de nat. lib. propterea que & eos qui ex ſcortis, ancillis, aut infimis huius generis fœminis ſuſcipiunt, nihil ex patris teſtamento capere poſſe, eo quod vbi non iuſte concubinæ loco nobis mulier iuncta fuit, filij ſemp ſpurij, nõ naturales ſolent appellari. Oldr. conſ. 196. Bal. 129. in ſec. & 206. in 3. Colliguntq; hoc Doctores, & ex Iuſtiniani nonnullis cõſtitutionibus. Auth. quib. mod. nat. leg. circa fi. & Auth. de nothis, alias. quib. mod. nat. ſui. in quibus cum de Nothorum ſucceſſione, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato plura agat, atteſtatur is deinde ſæpius, hæc ſe tantum de naturalibus filijs ſanxiſſe, nec id beneficiũ vllo pacto ad alios velle pertinere. Aut. de trien. & ſem. §. conſideremus. & §. fi. quib. mod. ſui. Itaque ſpurios omnes penitus a paterna ſucceſſione exterminatos volunt, cum nec dignos quidem putarit, quibus alimenta relinquantur. Auth. ex complexu. C. de inceſ. nupt. vnde & tam ſæpe in iure legimus, ſpurios nihil cum bonis patris habere commune, l. ſi ſpurius. un. cogn. nec illi aut agnatos, aut cõſanguineos eſſe. Inſt. de ſucc. cogn. §. fin. Quæ ſententia communi Doctorum omnium calculo ita eſt confirmata. Oldr. conſ. 196 Azo. in ſum C. de inc. nupt. in fi. Bal l. fi. de his qui vt ind. Goz. conſ. 21. num. 23. Ang. in § fi. Auth quib. mod natu. ſui.

Bal. l.

Bal.l perpetuo,de cond.ob turp.cau. Afflic. dec.203.vt vix vi-
deatur effugere poſſe temeritatis notam,qui non pedibus,ma
nibusq; in eam contendat Sed Deus bone,quã procul ab om-
ni abeſt veritate & æquitate? Ego plane contrarium audacter
affirmare nihil vereor,quod & recẽtiores quoſdam ſane acu-
te notaſſe video.Sed hi obiter tantum, & leui quod aiunt,bra
chio id attigere. Alcia. pareg. l4.c.5.in fi. Exiſtimo namq; non
ſpurijs omnibus interdictum,ne omnino patri ſuccedant, ſed
quoſdam tam ex teſtamento, quam ab,inteſtato quidem pa-
tri hæredes eſſe non poſſe,quoſdam ſi inſtituantur,tunc ex te
ſtamento ſuccedere patri non prohiberi. Sciendum.n.impri-
2 mis eſt,ſpuriorũ † duo eſſe genera,Gl.l pen.C.ad Orfic.Alex.
conſ.174.in 5.& Bar.l. fin. de his quib. vt ind. alios quidem ex
concubitu profectos, qui iure ciuili accuſari, grauiterque
vindicari ſolet,veluti adulterium,ſtuprum, inceſtum. §. item
3 lex Iulia,Inſt. de pub.iud † Alios non adeo infames, vt qui ex
vulgo proſtitutis mulieribus ſuſcipiuntur, quarum cõgreſſus
nulla pœna mulctatur,l.ſi ea.C. de adul. quales ſunt & hi qui
ex abiectis quibuſdam & vulgaribus fœminis,Crauet. conſil.
166. nu.6.vel ancillis, oriuntur,in quas propter generis obſcu
ritatem,nec ſtuprum,aut adulterium, aut quid legibus prohi
bitum cadere poteſt l.quæ adult. C.de adulte. Azo in ſum. C.
de concub. Bar. & Ang l.ſi vxor,de adult. Cum vero in his mi
notum,vt ita dixerim,gẽtium ſpurijs,multo minus, quam in
cæteris vitium notetur,cum illorum parentes, ijs dando ope-
ram,nullam legibus pœnam fuerint promeriti: An non æquũ
eſt etiam,cum ijs mitius multo quã cum cæteris agere, vt de-
licto æqualis pœna vbiq; compenſetur? c. non afferamus. 24.
4 q.1.† Equidem ſic ipſe ſentio,ſicut odioſiores illi ſpurij,a bo-
nis paternis quomodocunq; ſemper excludũtur, eo quod ex
damnato coitu ſunt progeniti,ita hos qui ex cõgreſſu permiſ-
ſo prodierunt,ſaltem in teſtamento a patre agnoſci poſſe, in
hocque æquali cum cæteris iure non vti. Quæ opinio & ratio
ne legis, & Iuſtiniani verbis, & alijs pluribus ſuaderi poteſt ar-
5 gumentis. Videmus ſpurios cuiuſcunq; generis, a patris inte-
ſtati ſucceſſione, duabus maxime de cauſis repelli,vel quia ex
nefarijs nuptijs fuerint cõcepti,quas maxime lex odio habet,
idcircoque hoc exemplo patrem voluit coercere,vel quia cũ
quis legitime natus non eſt,is & incerto patre,ac vulgo quæſi-
tus exiſtimatur,vnde non tam facile, eum ad alicuius ſucceſ-
ſionem ab inteſtato vocauit,vt quem incertum eſſet, filij ne
loco eum pater habuerit,ſit ne proprius an alienus, adſit ne
ac repugnet in ea re defuncti voluntas,Auth. de trien. & ſem.
§ conſideremus.ver. nam ſi hæc,circa fin. Sed hæc duo in pro
poſita quæſtione noſtra ceſſant,nam nec ex damnato eum cõ
cubitu ortum præſupponimus, minus etiam, incertum nunc
patrem eſſe,cum ipſe ſe met parentem illius declarauerit, cer-
taq; eius ex teſtamento ſit mens. Cur ergo capere ex eodem
teſtamento prohibeatur,cum hic nulla legis ratio repugnet?
Animaduertimus etiam cum de horum ſucceſſionib. loqui-
tur Imperator, de inteſtato tantum patre mentionem facere.
Auth. quib. mo. ſui.§.ſi quis autem.& d.§.conſideremus. Rur-
ſus cum modos præſcribit ex teſtamento ſuccedendi,nuſquã
tam legitimam concubinam, adeoq; certos filios requirere,
§.ne igitur,Auth. quib. mod. ſui. quaſi hoc aperte ipſe nobis
declarauerit,longe diuerſam eſſe in hac re teſtati ab inteſtato
cauſam. Probant & hoc idem ſupra in cõtrarium citata illius
verba,d.Auth.§.ſi qui natos tantum ex nefarijs congreſſibus,
aut damnato coitu, quomodocunq; ſuccedere vetat, quibus
quidem verbis ſpurios hos,de quibus nos in pręſenti agimus,
6 non comprehendi ſat manifeſtum eſt.† Cum enim damnatus
tantum concubitus ꝓprie is dicatur,in quem & criminalis ac
cuſatio intentari,& ſeuera etiam pœna infligi poſſit,Soc.cõ.
148.& Bal.ibi in ſubſcr. Salic. Authen. ex complexu. Seuerl.&
Cagn.l.pen.C.ad Orfic.nu.13. Iam ſcimus ſpurios,qui ex mere
tricibus,aut humilioribus hiſce fœminis ſuſcipiuntur, nec vl-
li pœnæ affines eſſe. Bar. Ang.l.ſi vxor,de adult. & tamem con
greſſum vere damnatum non dici. Dec.conſ.306.& 311. Alex.
139.in 1. Soc.148.& l Gallus.§.quid ſi.num. 5. ſequitur ergo Iu
ſtinianum de his in vltima parte minime locutum,nec hos ex
7 cluſos eſſe. † Quin cum ille filiorum tria genera diſtinxerit, le
gitimos, naturales,damnatos,ac damnatis quidem omnẽ pe-
nitus ſucceſſionem interdixerit,hique vt modo oſtendimus,
damnati proprie non ſint,cæteris vero ex teſtamento capere
permiſerit,credendum eſt potius hos in naturalium ordine
contineri voluiſſe,cum & ij large naturales nominari queant,
tam etſi ex furtiuo quodam coitu ſint procreati. Dec.cõſ. 155.
1.col. Abb c.per venerab.qui fil.leg.nu.31. Nam cum euiden-
tiſſimum ſit,hos nec legitimos,nec damnatos eſſe,dicatq; Iu-
ſtinianus ſe perfecte omnes filiorũ ſpecies numeraſſe. d. Aut.
in ſi. nonne neceſſarium fere eſt,hos in naturalium numero re
ferre,cum aliorũ nõ poſſint locum obtinere? Adiuuat hoc &
exemplaris Gręci authoritas, vbi de Nothis fit mẽtio. Auth
Græ. de Nothis. quod verbum nedũ naturales, ſed & ſpurios
complecti poſſe,alias latius explicauimus. Cenſeo igitur ſpu-
rios hos a patre recte inſtitui in teſtamento poſſe, tum ratio-
nibus prædictis,tum maxime,quod eorum natales,ſeu paren
tum concubitus,nulla a legibus pœna mulctatur,quod argu-
mentum eſt,eos non vſq; quaq; iuri odioſos eſſe, & ita etiam
alios inſignes Doctores ſenſiſſe reperio. Salic. Auth. ex com-
plexu. Alcia parerg.4.c.5.in fi. Crauet.conſ.166.num.xj. ſloet.
dec.127. nu 6. Quæ ſi vera ſunt,ea tamen ſemper obſeruanda
duco,cum pater eis quid vult relinquere, quæ ſupra de natu-
ralibus tradidimus,an ſ.alios pater legitimos habeat filios, an
vxorem,an cætera quæ antea copioſius relata fuerunt.

Nati ex pluribus concubinis poſſint ne a patre inſtitui, & ſpurii quomodo ſuccedant matri.

1 *Sit ne damnatus concubitus cum pluribus concubinis.*
2 *Naturales patrem in ius ſine venia non vocant.*
3 *Qui ſpurii ſuccedant matri,& cognatis.*
4 *Qui ſuccedant ſpurio,vbi nullos cognatos habet.*

C A P. XLI.

CVm dicat Iuſtin. eos qui ex pluribus concubi-
nis nati ſunt, cum quib. pater eodem tempo-
re conſuetudinem haberet, legibus odioſos
eſſe, & a ſua conſtitutione procul excluden-
dos,§.ſi vero effuſa. Auth. quib.mod. nat.ſui.
Hinc quoque noſtra diſtinctio confutari vi-
detur, quam modo de ſpurijs retulimus. Voluimus ſiquidem
eos ſpurios ex teſtamento vocari poſſe a patre, quos ipſe ex
congreſſu non damnato ſuſcepiſſet. Sed cum hoc ipſum cum
pluribus concubinis commercium, ad fornicationis accedat
ſpeciem, d §. ſi vero. quæ legibus impunita eſt. Abb. cap. inter
opera.de ſponſal. Cur negat deinde Imper. quicquam talium
concubinarum filijs benignitatis eſſe impartiendum? Ego vt
obicem hunc amoueam, id diligenter puto conſiderandum
1 † ſit ne hæc libidinis ſpecies, de qua agimus, inter damnatos
coitus referenda. Mihi enim vt plurimum ſane videtur refe-
renda,cum perſpiciam iure ciuili, ad ineundum cum honeſta
muliere concubinatum; proteſtationem vt euitetur legis Iu-
liæ pœna,eſſe neceſſariam.l.3.de concub. Quod ſi cum pluri-
bus quis verſari incipiat, difficillimum eſt hunc vel ſtupri aut
adulterij crimen poſſe euadere, ex quo ius ciuile vnius tan-
tum concubinæ conſuetudinem admittit,eamq; cum denun
tiatione,quæ cum vni ſemel facta, iam cæteris nihil poteſt in
ſeruire. Bal.l.eam quam. C.de fideic nu. 39. Ideoq; nil mirum
eſt,ſi tales liberos, vt ex damnato natos coitu expulit Iuſtin.
quod cum præcedenti capite noſtro conſentit. Si tamen tales
eſſent hæ concubinæ aut potius meretrices, adeo obſcuræ &
ſordidæ,vt ijs nulla ſtupri nota impingi poſſet, l. q̃ adulteriũ.
l.ſi ea ea. C. de adulter. tunc dicerem Iuſtiniani verba nequa-
quam in his eſſe intelligenda, propterea quod illarum cõgreſ
ſus extra legis pœnam ſit,ut alias tradidimus,aut etiam gene-
raliter forte id affirmatem, qualeſcunq; eſſent hæ concubi-
næ,illarum tamen filios a teſtamento patris non excludi,cum
ab inteſtato tantum reijciat eos Imper. ob incertam forte pro
lem & indiſcretam,ver. & hoc dicimus. ver. nam ſi hoc nõ ſan
ciuerimus. d. Auth. non quotiens ex certo patris iudicio quid
ad eos eſſet perueniturum. Mouetque me maxime, quod ijdẽ
matri legitimi ſucceſſores approbantur. Bar.l.fi. de his quib. vt
2 ind.nu.3. patrem † etiam in ius ſine venia vocare nõ poſſunt,
Imo.§. ſi quis rogatus. col. 4. quæ res ſane demonſtrant, illos
non omnino nefarios habendos,nec cæteris ex punito concu
bitu prodeuntibus æquiparandos. Alex.l.2.in princ.nu. 13. de
in ius vocan. Et hæc ſane diſtinctio, vt conſideremus, quales
ſint ſpurij, vulgates ne quidam, an ex damnatis nuptijs ſuſce-
pti,vt primi ex teſtamento tantum agnoſci poſſint,ab inteſta-
to repellantur,cæteri vtroque remedio prorſus careant, ſicu-
3 ti† patris ratione videtur æquiſſima,ita quoad materna bona
nullam habet dubitationem,ſiquidem fatentur omnes, ſpu-
rium & vulgo quæſitum filium,ſemper matri ſuccedere poſ-
ſe,nedum ex teſtamento,ſed & ab inteſtato, dum tamen ex
eo complexu ortus non ſit,qui accuſari iure poſſit glo. §.pen.
Inſt.ad Orf.& in l.pen. C.eod. Ang.§.fin. Auth.qb.mo.nat.ſui.
Bar.l.fin.de his quib.vt ind. hincque tam frequenter comperi
mus,illos legitimos matri,aut per eam lineam cognatis hære-
des fieri,l.ſi ſpurius.l.2.l. Modeſtinus.num.cogn. l. liue ing. ad
Tertyll. ab eaque eadem ratione eſſe educandos. l. ſi quis a li-
beris.§.1.de lib. agnoſ. Recipit tamen & hęc regula declaratio
nem: ſi enim mater illuſtris fuerit, & filios iuſtos ſuſceperit,
ſpurij a legitimis in ſucceſſione excluduntur, ita vt nec teſta-
mento,nec donatione,quicquam ab ea capere poſſint.l. pen.

C.ad Orfic. Quòd ſi ſoli ſpurij matri Illuſtri adſint, aut etiam cum legitimis, ſed matri non illuſtri concurrant, vtroq; caſu contra Accurſij ſententiam, in §. fin. Inſtit. ad Tertyll. eos matri ſuccedere & verius, & receptius eſt. Ang d. §. fi. & d Auth. § fin. Et hæc omnia pari ratione ſeruanda erunt, ſi de ſuccedē do ipſi ſpurio agatur, § de nepotib. d. Auth. quoniam traditū eſt mutuas eſſe in hac re ſucceſſionis cauſas, Dec. conſ. 311. 1. col. Alex. 174. in 5. & 150. in 2. quamuis aliter in diſpenſatione, quæ ſtrictiſſime accipitur, nec ob maiorē etiam rationem ad alium caſum extenditur, Dec. c. at ſi clerici. §. de adul. nu. 18. de iudic. non inepte quibuſdā viſum ſit. Capr. conſ. 1. Quod videtur contra. § de nepotib. in d. Auth. Deficientibus autē omnib per lineam maternam coniunctis, vxor ſpurio hęres erit, Bal. d. l. pen. C. ad Orfic. inde ad tutorē, iure ſuſcepti muneris
4 † hæreditas pertinebit, l quo tutela. ubi glo. de reg. iur. dum tā ſpurius intra decimum quartū annum, quo tempore ſub tutela eſt, moriatur. Bal. Ang Caſtr. l. nutritorib. C. com. de ſucc. alioquin ſemper deinde fiſcus bona ea vti vacantia occupabit. l. 1 C. de bon. vac. lib. x. & Crauet. conſ. 138. Quæ tū intelligenda ſunt, vbi propria eſſent ea ſpurij bona, ideſt nō a patre quæſita, alioquin ſi conſtaret id quod ſpurius detinebat, olim paternum fuiſſe, tunc eo mortuo totū hæredib. legitimis patris eſſet reſtituendum, Dec. conſ. 311. niſi fortaſſe id a patre in fraudem legis factum eſſet, ſecundum diſtinctionem alibi à nobis traditam. c. 43.

Spurij nati ex coniugato, & ſoluta, an parentibus ſuccedere prohibeantur.

1 *Adulterium iure ciuili quod dicatur.*
2 *Vxor maritum ſuum nec adulterij, nec ſtupri accuſare poteſt.*
3 *Intell l. 1. C. de adulter.*
4 *Maritum cum alia fœmina non vxore congrediens, quando accuſari poſſit.*
5 *Nati ex coniugato et ſoluta, non ſemper ex damnato coitu orti intelligūtur.*
6 *Conſtante matrimonio, concubinam habere non licet.*
7 *Non omnia quæ prohibentur, pœnam habent conſtitutam.*
8 *Adulterium iure canon. etiam ex parte viri iudicatur.*
9 *Pœna inceſtarum nuptiarum, an iure canon. locum habeat.*
10 *Adulterium iure Canon. vocatur quilibet illicitus concubitus.*
11 *Damnatus coitus, aliter iure canon aliter iure ciuili ſumitur.*
12 *In ſucceſſionibus, iura ciuilia ſeruantur etiam iure Canon.*

C A P. XLII.

ESt ergo illud, ni fallor, ſatis probatum, ſpurios qui ex damnato coitu orti non ſunt, hæredes matri, quandoq; & patri eſſe poſſe. Verum incidunt quoq; quæſtiones de varijs coniunctionū generib. quas ſint ne damnatę aut minus ignoramus, cū eas certo loco conſtitutas nō reperiamus. Vnde filij quoq; poſſint ne ſuccedere merito dubitamus. Exēpli cauſa, ſi maritus quiſpiā ex ſoluta aliqua muliere prolem ſuſceperit, incertum videtur filij ne illius hæreditatis capaces cenſeantur. Socinus & Baldus eos ſuccedere matri poſſe dixerunt. Soc. conſi. 148. Bal. Nouel. ibi in ſubſcrip.
2 eo quod † adulterium iure ciuili id non dicatur, vbi cum ſoluta muliere nobis eſt negotium. l. 1. C. de adulter. Nam tunc alterius torum non lædimus, vnde adulterium dictum volūt, c. lex. §. 1. 36. q. 1. l. inter. §. 1. de adulte. proptereaq; nec damnatum hunc concubitum eſſe aiunt, qui filijs ſucceſſionem dēat prohibere. Quæ Socini ratio, ſi vera eſt, quamuis ipſe de matris diſputet hæreditate, idē tamen & de paternis bonis dicendū eſſe ſequeretur, vbi pater in teſtamento aliquid his relinqueret, vt ſupra diſſeruimus. Contra vero integro conſilio tēdit Decius, in conſ. 306. quāuis conſil. 311. nu. 2. id deinde non firmet. qui volunt damnatū hunc concubitum omnino dici, quod pœna illi iure conſtituta ſit, non quidem adulterij, ſed ſtupri. vt & Imperatoria conſtitutione expreſſum ait, d. l. 1. C. de adul. & multi alij Doctores tradiderunt. Sal. l. 1. C. de concubi. Anch. conſ. 335. in prin. Gozad. conſ. 21. col. pen. Alex. conſ. 60 in 2. nu. 32. Caccial. late in l pen. C. ad Orfic. col. xj. aij. Ego
3 vero, ſi credidit Decius vxori ius eſſe † maritū ſuum cū alia fœmina congredientem, ſtupri accerſire, aut quicquam ſimile ea conſtitutione caueri, longe quidem illum falli exiſtimo: excludit. n. ille textus mulierem ab omni prorſus accuſatione, nedū adulterij, ſed ſtupri. Nam cum lex Iulia de adulterio æq; ac de ſtupro loquatur, §. item lex Iulia, Inſt. de publ. iud. hæcq; publica crimina ſint, l. 1. de pub. iud. & d. §. item. ſequitur etiā eorum actiones fœminis eſſe interdictas. l. de crimine. C. qui accu. non poſſ. Vnde miror ſatis quomodo eam legem in opinionem ſuam attulerit Decius, cum ibi de ſtupro nihil agatur ſiue ab vxore, ſiue a quocunque alio accuſatio proponatur.
3 Quin hoc ſolum ait ille tex. mulieres † quamuis matrimoniū ſuum a marito violatum vellint expoſtulare, accuſationem tamen contra eum inſtituere haud poſſe. Ideſt quamuis eius rei multas haberent probationes, quibus maritum tori fidem nō ſeruaſſe vellent docere, adhuc tamē nullū ius publico iudicio aduerſus maritum poſſe exercere, eo quod marito tantū hæc accuſandi facultas lege conceſſa ſit, non vxori. Quæ res & verbis Gellij in Noc. Attic. conuenit, qui ita veteri iure ſcriptum ex Marci Catonis oratione refert. *In Adulterio vxorem tuam ſi prehendiſſes ſine iudicio impune necares. Illa te ſi adulterares digito non auderet contingere, neque ius eſt.* Et Syra apud Plautum in Mercatore conqueritur mulierum conditionem his verbis.

E caſtor lege dura viuunt mulieres,
Multoq; iniquiore miſeræ quam viri.
Nam ſi vir ſcortum duxit clam vxorem ſuam,
Id ſi reſciuit vxor, impune eſt viro.
Vxor viro ſi clam domo egreſſa eſt foras.
Viro fit cauſa, exigitur matrimonio.
Vtinam lex eſſet eadem quæ vxori eſt, viro.

Non ideo ego tamen Decij opinionem vndequaq; falſam dico, ſed prout nec illi, ſic nec Socino oīno in hac re hęrendū
4 eſſe exiſtimo. Sic enim † credo maritum qui cum alia fęmina rem habeat iure ciuili ſtupri quandoq; accuſari poſſe, quandoque non poſſe. Nam ſi obſcura ſit, viliſq; admodum ea mulier quam maritus præter vxorē cognouerit, omne in eo ſtupri crimen ceſſare puto, cum talem concubitum extranei quidem accuſare nequeant, vt qui publice impunitus dicatur, l. quæ adulterium, C de adult. Ang. l. ſi vxor, de adul Bar. l. verū. de furtis. minus vxor, cum ipſa nullam aduerſus maritum eo nomine actionem habeat, capit. apud 32. quęſt. 1. §. publico. niſi fortaſſe iniuriarum. Bal. d. l. 1. C. de adul. quod & ipſum dubium puto, ſi vera ſunt, quæ Marcus Cato in ſua illa oratione ſcripta reliquit. Quod ſi paulo honeſtior decentiorque fœmina ſit, & tunc cum Decio ſentirem, maritum cum ea impudice verſantem, quamuis non adulterij, attamen ſtupri crimine condemnari poſſe, non quidem vxore id ei obijciente, nā vxori id non licet, ſed alijs foire accuſantibus: nec enim æquum
5 eſt eū impune ab hoc crimine dimitti. † Vnde quod ad filios attinet de quib in præſenti diſputamus, ſi ea concubitu non viliſſimæ & improbiſſimæ fœminæ orti fuerint, quamuis ſoluta eſſet, credere damnatam hanc coniunctionem dici, nec filios parentibus poſſe ſuccedere, ſecundū ſupradicta. Quod ſi abiecta fuerit conditione illa fœmina, tunc ſecus putarem, &
6 hoc caſu Socini ſententiæ vt veriori locum concederē. † Quod ſi quis vrgeret adhuc ea ratione quod expreſſe prohibitū ſit, ne cui conſtante matrimonio concubinā hēre liceat, l 1. C. de concub. ita vt nec domino cui vxor adſit, amplius conſuetudo vlla cum ancilla ſua permittatur, l. fi. in fi. C. cōmu. de manu. nec diſtingui his caſibus qualis ſit ea mulier, cū qua iungit ſe maritus, vilis ne an honeſtæ conditionis, quaſi leges id vnū tantū ſpectent an maritus poſtergata legitima vxore ſua, alterius mulieris familiaritatem ſequatur, hancq; ſolū indignitatē grauiter ferant, ob idq; eū etiam ignominia plectant. Bald l. 2. C. de inc. nup. Dec. conſ. 530. Reſponderem primo, non loqui nos de marito, qui præter vxorem detineat ēt apud ſe perpetuo concubinam, prout Doct. illi videntur intelligere, ſed de eo, qui præter legitimū torum, furtiuos etiā cū alijs cōcubitus quandoq; non aſpernatur, vt multis cōtingere videmus. Aut tandē exemplo me Diui Marci protegerē, qui reſcripſit eum hæredē qui prohibet funerari ab eo, quē teſtator elegit, nō re
7 cte facere, pœnam † tamen in eū ſtatutā non eſſe, l. at ſi quis. §. diuus. de relig. & ſum. fu. Sic concedā & ego maritū quidē minus honeſte decenterq; facere, ex quo tamen pœna illi ob hoc nulla indicta eſt, propterea & concubitū illū damnatum non fore appellandū, filioſq; ad ſucceſſionem admitti poſſe.
8 Quæ quidē iure ciuili ita ſe habent. Hodie vero † cū iure Pōt. adulteriū id æque dicatur cū vxor alterius vitiatur, ac vbi coniugatus vir ſe ſolutæ mulieri īmiſcuerit, c. nemo. 32 q. 4. Abb. c. tranſmiſſæ. de eo qui cogn. conſ. vxo. dubia magis nunc quoque iſta oīa reddūtur. Cū. n. in materia peccati qualis hæc eſt, leges ſemper cedant canoni, gl. c. poſſeſſor. de reg. iur. in 6 Canon vero adulterium hoc appellet, de quo nos agimus, iam ſequitur vt & dānatus hic concubitus hodie recte ſit vocādus, cū adulterium criminali ſupplicio plectatur, ſicuti alias dānatum diffiniuimus. ſ. cap. 40. Nam cum aliquid certo delicti nomine lex demonſtrat, pœnam quoq; eandem ac nomen illud meretur, illi criminis cōſtituiſſe exiſtimatur. l. 1. §. 1. ad Turpil. Sic videmus pœnam iure ciuili inceſtis nuptijs impoſitam. Auth. inceſtas. C. de inc. nup. in iis quoq; nuptijs locum habe
9 re, quas hodie † inceſtas dici ius Canon ſtatuit. Abb. c. & ſi. de don. inter ui. & vxo. Dec conſ. 158. Sic & cum matrimonium intra quartum gradum contrahi lege municipali ſub pęna ꝓhibetur, gradus iſti ſecundum canones non leges accipiūtur. Alex. Dec. l. ſi Auiæ in fin. C. de ſucc. ed. eo quod mare. i. hæc,

propria

propria eſt magis iuris Pōtificij, c. penul. de ſecun. nup. quod
& alijs exemplis liceret comprobare. Dec. conſ. 155. Qua rōne
& huiuſmodi filij ex adulterio nati, & conſequenter ex dam-
nato concubitu vocandi omnino hodie videntur, ob idq; in-
capaces hæreditatis parentum cenſendi, cum ita ius Pontifi-
cium declaret, cui in huiuſmodi materia hærendum eſt, pro-
ut & grauiſſimo Delphinalis conuentus iudicio hodie deci-
ſum extat. Guid. Papa, decis 280. Titius. Me tamen iſta parum
ſane mouent, contraq; firmiter ſentio. Nam video iure Pont.
10 omnē illicitum concubitum † etiam cū meretricibus, adulte
rium vocari, c. nemo meretrices. 32. q. 4. ex quo ſequeretur,
pro qualibet fornicatione, hodie adulterij pœnam eſſe impo-
nendam, quod tamen ſecus eſt. Quin & cum concubinatus
eodem iure adulterium dicatur, quia quicquid in ea, quę legi-
tima vxor non ſit, cōmittitur, adulterij crimine uenit, d. ca. ne-
mo. in prin. ſic fieret etiam, vt hodie præter vxorium, cæteri
concubitus, omnes ſemper damnati dicerentur. Vnde nec na
turales filii vnquam ſuccedere deberent, quia fmius iſtud ex
damnata coniunctione geniti ſunt, quod tamen aduerſus cō-
munes interpretum ſententias eſt. Ripa. §. ſi quis rogatus. ad
Treb nu. 21. & in l. ſi vnquam. C. de reuoc. don. q. 28. & ſpurio-
rum illa diſtinctio, de qua ſupra, ca. 16. 40. hodie non amplius
eſſet obſeruanda, & quicquid iure ciuili de naturalium, aut
ſpuriorum ſucceſſione cautum eſt, id in vniuerſum nunc im-
mutatum, & correctum eſſet, quod ego nūquam admiſerim,
& eruditis viris abſurdum videri debere ſemper crediderim.
11 † Non igitur hoc iure, quod de adulterio aut damnata copu-
latione dicitur, eodem quo apud leges ciuiles ſenſu accipien-
dum eſt. Si quidem ibi damnata coniunctio ea eſt tantum, vt
aliàs diximus, quæ criminali pœna poteſt mulctari, hic de alte
rius generis pœna intelligitur, ea ſcilicet, quæ ſolutis humani
huius corporis vinculis ad cœleſte ſūmi Dei tribunal ſit exo-
lnenda. Bart. l. 3. de concu. in prin. & Socin. in conſil. 14. col. 3.
ver. nec etiam. Quæ ergo in contrarium ſupra adducta fuere,
aut huic caſui noſtro ſunt ſimilia, ſi quis ea ſubtiliter animad-
uertat, aut ſi etiam ſunt, ego de his plurimum dubitarem, cum
pœnales ſanctiones mihi niſi ijs caſibus recipiendæ videātur
qui expreſſe legibus cauti ſunt, l. At ſi qui. §. diuus. de relig.
& ſump. fune. Abb. c. 1 de poſt. præl. nu. 32. laſ. l. cum quidam.
nu. 11. 12. de libe. & poſth. Aut quicquid de ijs dici poſſit, ipſe in
hac materia, vbi de ſucceſſione agitur, a iuris ciuilis regulis
12 nunquam diſcedendū putarem, quæ & iure † Canonico quā
tum ad hanc rem pertinet, ſeruātur, vt & Doctores omnes
ſæpe atteſtantur. Tiraq in l. ſi vnquam. C. de reuoc. don. verſi.
ſuſceperit liberos. nu. 31. Et ita ſecundum ſupradictā iuris ciui
lis diſtinctionē, hæc hodie quoque locum habere affirmarē.

De ſpurijs ex damnato coitu, & ſi quid illis in fraudem
fuerit relictum.

1 *Spurij ex damnato coitu, nihil a patribus capere poßunt, et quæ ſit ratio.*
2 *Iidem nec vllis coniunctis, nec inter ſe ab inteſtato ſuccedunt.*
3 *Differentia an relinquatur aliquid ſpurio a patre palam, uel tacite.*
4 *Tacitum fideicommißum quomodo cognoſcatur.*
5 *Qui tacite fidem dedit de reſtituendo aliquid ſpurio, an ideo tota hæred. pri-*
uetur.
6 *Emphyteota alienans partem rei, an toto iure cadat.*
7 *Pater ſpurium non poteſt adoptare.*
8 *Quæ poßit pater erga filium ſpurium facere.*
9 *Quomodo dolus probibetur, vbi dubitamus ſpurium a patre aliquid conſe-*
cutum.
10 *Actus inſoliti præbent cauſam ſuſpitionis.*
11 *Hæres cogitur reſpondere poſitionibus, an cum teſtatore colluſerit.*

CAP. XLIII.

NVnc ad alios ſpurios deſcendamus, quos ex dā-
natis nuptijs prodijſſe omnino conſtat, veluti
adulterio, ſtupro, † inceſtu, §. item lex Iulia, In
1 ſtit. de pub. iud. & hi cum nec filij nomen me-
reantur, c. 1. 35. q. 7. tantum abeſt, vt ad patris ſi
ue matris bona, vllo caſu poſſint aſpirare. Dec. conſi. 288. &
311. vt nec alimenta quidem ijs iure ciuili debeantur. Authē.
ex complexu. C. de inc. nup. Quo circa nec eo colore poſſunt
adiuuari, quaſi vt extraneis liceat eis quod in teſtamento reli-
ctum fuerit, cōſequi, l. extraneum. C. de hær. inſt. hi enim præ-
ter extranei cauſam, & paternum delictum habent coniun-
ctum, quod merito illos bonorū parentum reddit expertes.
Alex. conſi. 74 in 3 nu. 4. Repellit & eos publicæ honeſtatis iu
ſtitia, ne in tam graui crimine graſſandi hominibus impuni-
tas permittatur. Bal. l. 1. C. de iu. aur. an. nu. 3. cum ita facilius
paterna libido coerceri poſſe cenſeatur. l. fi. C. de nat. lib. Sunt
2 igitur † omnis ſucceſſionis ſiue paternæ, ſeu maternæ, tam ex
teſtamēto quam ab inteſtato penitus incapaces, §. fi. vbi Ang
Auth quib. mo. nat. ſui. Cagn l. pen. C. ad Orfic. nu. 45. nec ius
vllum agnationis aut cognationis cum patre matreue, nec in
ter ſe ipſos ſeruant. Alex conſ. 174. in 5. ita vt nunquam ſibi in-
uicem ab inteſtato ſuccedant. Dec. conſi. 311. Crauet 138. verſ.
quarto probatur, Caen. d. l. pen. nu. 46. tametſi olim in Regia
curia aliter (& male forte) iudicatum fuerit. Aſſlic. Deci. 96.
nu. 11. Quod quidem in alijs ſpurijs qui ex damnato concubi-
tu orti non ſunt, ſecus eſt: retinent enim ij cum matre, & inter
ſe ipſos omnia cognationis, licet non conſanguinitatis. l. 2 l. ſi
3 ſpurius. un. cogn. His ergo ſi a parentibus aliquid † palam re
lictum proponatur, nec ipſi illud conſequi, nec parentes am
plius id repetere poſſunt. Bal. l. perpetuo, de cond. ob turp. cau.
ſed ſcriptis hæredibus, aut venientibus ab inteſtato ſolet appli
cari, l. non intelligitur. de iur. fiſ. Bar. l. fi. de his quib. vt ind. qm
cum ſpurij hæreditate illa indigni non proprio, ſed alieno de-
licto videantur, l. legem. C. de nat. lib. tranſmittunt relictam ſi-
bi portionem veluti pro non ſcripto ad legitimos hæredes, l.
pater. l. nec apud. C. de hær. inſt. no. in l. aufertur, in prin. de iu.
fiſci. Sin tacite relictum ſit, vt quod hæredis fidem teſtator
fuerit ſecutus, tunc quia fraudem legi hæres facere voluit,
d. l. non intelligitur. omnia ad fiſcum ſtatim deuoluūtur. Bar.
l. Lucius. §. in teſt. de leg. 1. & conſi. 119. dominus Domin. Quan
doq; tamen euenit, vt & id quod palam legatum eſt, occupet
fiſcus, non agnati. Quid. n. ſi cum ſpurio colludant agnati, alij-
que legitimi hæredes, vſq; ad decimum gradum, interimq; bi
meſtre labatur ſpatium, antequam bona ea a ſpurio vendicēt?
Bal. l. certum. C. vn. leg. nu. 17. & l. 1. C. de nat. lib. Crauet. cōſi.
166. nu. 15. Quid ſi ex inceſto natus ſit filius, nec adſint perſo-
næ ab imper. præfinitæ ad ſucceſſionem? iux. l. ſi quis inceſt.
C. de inc. nup. Quid ſi ſpecialis quis caſus coniunctos reijciat,
fiſcum admittat: not. Bar. l. hæreditas. C. de his quib. vt ind. 1.
col. Sic quoq; ex cōtrario, cum tacitum eſt fideicommiſſum
non ſemper tamen potior eſt fiſcus cæteris conſanguineis.
Quid. n. ſi extraneus quis ea de re clam rogetur, qui hæredita-
tem capere non poterat? Cepol. caut. 38. in 6. Quid ſi teſtator
verborum tantum inuolucris vſus fuerit, aliumq; circumſcri-
pto nomine ſpurij loco appellauerit, cum ſpurio tamen bona
illa reſtituenda omnes intelligerent? Alex. conſ. 203. in 6. Non
4 enim ſat hoc eſt ad tacitum † fideicommiſſum inducendum,
bonaq; ab hærede ſcripto auferenda, ſed id imprimis ſpectan
dum eſt, tacite ne hæres cum teſtatore de hac re conuenerit,
illiuſq; fidem teſtator ſecreto ſit ſecutus, Dec. conſi. 311. in fi.
Bar. l. non intelligitur, de iu. fiſ. Alex. d. conſil. 202. cum nec
nudis tantum pollicitationibus, ſed uera & efficaci obligatio-
ne eum oporteat eſſe aſtrictum. Bal. l. in tacitis, de leg. 1. Exiſti
5 mauit autem Baldus, etſi de minimo numo † in ſpurium tranſ
ferendo, inter teſtatorem & hæredem tacite actum fuerit, to-
tam tamen hæreditatem ob id ab hærede auferendam. Bal. l.
etiam, pen. q. C. ad l. Falc. Sed hoc ſeuerum nimis & iniquum
eſt, cum pœna delicto par eſſe debeat, l. reſcriptum, de his qb.
vt ind. ſatiſq; ſit in ea quem parte mulctari, in qua deliquit, l.
hæres qui. eo. tit. l. omnes, in fi. C. eom de ſucceſ. Nam & alibi
qui tacite fidem teſtatori præſtiterat, de reſtituendis indigno
bonis quibuſdam, non idcirco pupillaris ſubſtitutionis auxi-
lio priuandus fuit. l. ex facto §. fi. de vulg. & pup. Et qui hæredi
tatem alienare prohibitus eſt, partem mancipādo, ab alijs bo
nis non excluditur. laſ. l. ait prętor 2 nu. 5. de iureiur. Alcia. l. Sti
6 chum. 15. limit. de leg. 1. Et emphyteota † qui partem rei ſibi
locatæ vendidit, ſolum eius ratione pœnas ſuſtinere, non to-
to iure cadere debet. laſ. l. fi. C. de iu. emphy. nu. 125. & d. l. ex
facto. §. fi. Quod ego fiduciarij clientis, & vſufructuarij exem-
plo, c. 1. de vaſſ. qui con. Lotb. veriſſimū eſſe cum Socino in
§. Cato. nu. 20. putarem. Pœna enim a lege conſtituta, deli-
cti fines excedere nequaquam debet. Bal. conſ. 337. in 1. & l. in
terpretatione, de pœnis potiusq; ſi in alterutram partē in pec
candum, interpretatione molliendą quam exaſperanda erit.
Adeo vero ſane ſpurij iſti a paternis eijciuntur bonis, ut quo-
quomodo conſtet patrem ijs aliquid relinquere voluiſſe, nun
quam hoc ad eos vlla poſſit ratione peruenire, nec per imagi
nariam emptionem, nec tacita agnatorū diſſimulatione, aut
alia quauis cauſa, Dec. cōſ. 311. nu. 3. cū quod pater ipſe nō po-
teſt, ei nec per mediam liceat perſonam, l. 1. §. ſiue itaq;. C de
nat. lib. ita vt nec eos etiam ob eādem rationem ſibi vt filios
7 valeat adoptare. l. legem. C. de nat. lib. §. & nos non. Auth. qui.
mod. leg. Port. Inſt. de adop. in fi. Alex. l. item. de his, q ſui ſunt.
Quod † ſi quidem de hac paterna voluntate nihil appareret,
ceſſaretq; omnis fraudis ſuſpitio, tunc non prohibentur alij
quodcunque voluerint liberalitatis genus in ſpurios confer-
re. l. ita fidei. §. fin. de iu. fiſ. Bar. Alex. l. 1. eo. ti. Bar. Bal. l. ſi is. de
vulgar. Atque ex his manifeſte colligi poteſt, ſupradicta om-
nia in ijs tantum bonis locū habere, quæ ex patris iudicio ſpu
rij eſſent conſecuturi, quod idcirco irritum eſſe lex iuſſit, vt q
cius

8 eius nefaria libido cohiberetur. l. fi. C. de nat. lib. † Cæterũ nihil prohibet, quin pater ſpuriũ filium, bonorum ſuorum executorem in teſtõ relinquat, cum tunc nihil ex eis ſibi retinere, ſed omnia prout iuſſit teſtator in alios debeat diſtribuere, fide & iudici facta de ea re, ut omnis fraudis ſuſpitio amoueatur. Alex. l. cogi. §. bi qui. no. 4. ad Trebell. Quin poterit pater ſpurium eundem, non in proprijs, ſed alienis, vt vt puta pupillanb. bonis ſubſtituere. l. ſi is qui. de vulg. ſm commu. intell. Hacq; ratione & fratri ex teſtõ ſuccedere licebit. Bal. conſi. 5. in r. & ab agnatis vel extraneis quibuſcunq; quacunq; ratione acquirere, glo. §. fin. Auth. qui. mo. ſui. Bar. l. ſi. de his quib. vt indi. ita vt nec illi, cui pater res ſuas reliquerit ſit interdictũ, ſpurium in iiſdem bonis ſibi a patre peruẽtis, hęredẽ inſtituere. Bar. l. eam quã. C. de fideic. nu. 54. Bar. Caſ. d. l. ſi is dũ tñ vt dixi, res omni dolo careat, qui quidem abeſſe in dubio præſumendus eſt. Alex. conſi. 5 r. in 2 Corn. cõſ. 236. in 2. litera B. Solet is autem tunc ea maxime ratione deprehendi, cum quis
9 nec teſtamento, nec codicillis † rogatus, ſed domeſtica cautione, & chirographo ſe obligauit ad præſtandum ei qui capere non poteſt, l. non intelligitur. in princ. de iu. fiſ. l. in tacitis. de leg. 1. Aut ipſe idem qui tacite rogatus eſt, id aliquibus confiteatur. Bar. d. l. fi. de his quib. ut ind. vel poſt mortẽ teſtatoris paſſus fuerit ſpurium illa bona poſſidere. Imo. d. l. ſi is qui. Quibus & non diſſimile eſt, ſi ſpurius omnia bona patris ab eius hr̃de emerit. Bar. l. 2. C. de repud. hær. arg. l. omnes. §. Lucius, quæ in fr. cre. aut per interpoſitam perſonam id effecerit, l. pupillus. §. pen. vbi Bal. de auth. tut. Aut ſtatim poſtquam extraneus ille earum rerum dominium nactus eſt, in ſpurium quocunq; titulo tranſtulerit, l. ſi ventri. §. fin. de priu. cred. vel ſi in emptione non uera numeratio, ſed de pretio fides habita fuerit. l. ſicut. §. ſuperuacuam. quib. mod. pig. l. pen. & fin. C. mandi. Et generaliter quotieuſcunq; actus aliquis inſolitus & nouus
10 † interceſſit, iuſtam habemus ſuſpicandi cauſam. Cepo. de ſimul. contr. preſumpt. 9. in conſ. 75. in 2. quales plures a Doctoribus varijs in locis referuntur. Bar. l. poſt contractũ, de dona. Cepol. in d. tract. de ſim. cõtr. & nu. 83. Et his caſibus, quicqd ſpurius ex bonis paternis poſſidere reperitur, id in fraudem ei acquiſitũ credi poteſt. Bal. l. 1. C. de na. lib. Bar. conſ. 194. Dec. conſ. 311. col. 1. in fi. Aſt his ceſſantibus, crederim ego ſpuriũ a patre titulo onetoſo, ab alijs uero etiam lucratiuo res paternas recte capere poſſe. Bal. Alex. d. l. ſi is q. Et ſi fortaſſe adhuc de hæredis colluſione dubitetur, nullæ tamen ex prædictis ex
11 rent coniecturæ, tunc quoq; hæredem † cogi poſſe, vt ad interrogata reſpondeat, an tacite teſtatori fidem ſuam obligarit. Auth. quib. mod. nat. ſui. §. nos igitur. uer. peierant. & ver. ſicu. nequaquam. & Bar. d. conſ. 194. & l. 2. §. quod obſeruari. C. de iureiur. prop. cal. vt veritas omnino eruatur, iam etſi cæteri crebrius contra ſentiant. Curt. Tract. poſit. nu. 45.

Rogatus cui velit hæreditatem reſtituere, an poſſit teſtatoris filium ſpurium eligere, an etiam ſuum ipſius Spurium.

1 *Fraus in dubio non præſumitur.*
2 *Qui cogitur aliquid dare, an dando, liberalis videri poſſit.*
3 *Quod fit alterius præcepto, ab eo id factum recte videtur.*
4 *Executoris teſtamentarij munus.*
5 *Primo nobis, inde alijs ſubueniendum.*
6 *Clericus ex fructibus eccleſiæ, conſanguineos ſuos pauperes alere poteſt.*

C A P. XLIIII.

SVnt quidam vero caſus, in quib. recte dubites fuerit ne fraus adhibita, aut minus, vt cum qs a teſtatore rogatur, hæreditatem cui velit, arbitratu ſuo reſtituere. Nam ſi is ſpurium teſtatoris eiuſdem filium elegerit, cenſent pleriq; eũ non admittendũ. Bar. l. fi. de his qb. ut ind. Caſt. l. Lucius. §. fi. de leg. 1. Cepol. cau. 38. propterea quod a teſtatore ipſo propter illa verba capere videatur. l. vnũ ex fam. §.
1 1. de leg. 2. Ego † alias contra aiebam, eo quod fraus indicijs pſpicuis probãda eſſet, l. dolũ. C. de dolo. nec in dubio hæres doli & criminis inſimulandus, l. & merito, pro ſocio. Nam & is cui aliquẽ inſtituẽdi optio data eſt, indignũ recte eligere põt, l. cũ quidam, de leg. 2. quin nec neceſſitudo aut ſanguinis coniunctio vllã fraudis ſuſpitionẽ inijcere ſolet. d. l. fin. in princ. de his qb. vt ind. Quod eo magis hic affirmandũ videbatur, qđ bona ipſa, non recta ex teſtõris capiunt voluntate, ſed potius hr̃dis. Si quidẽ teſtõris præceptum, id ſolũ facit, vt bona illa ne
2 ceſſario ab hr̃de in aliquẽ ſint conferẽda, verum † quod huic potius q̃ illi tribuant, in hoc hr̃dis voluntas, liberalitasq; agnoſcitur, gl. c. relatũ, de prębẽ. in fi. & c. fin. de off. vicar. in 6. q hũc cæteris oĩb. quos eligere potuiſſet, præfert. Soci. l. 1. §. deniqs nu. 6 ad Treb. Quam ſniam, Bartolum qñq; ac Baldũ defendiſſe. Bar. l. Lucius. §. fi. de leg. 1. Bal. conſ. 242. in 2. tandemq; Corneum integro reſponſo pluribus argumentis cõprobaſſe animaduerterã in conſ. 236. in 2. Nunc tamen aliam ſequor opinionem, uideo. n. teſtatoris p̃ceptum, meram neceſſitatem parere, nec vllum fere propriæ heredis beneficentię locum relinquere. d. l. vnũ ex fam. §. 1. de leg. 2. Cum vero quid ex neceſſitate geritor, hoc non ab eo qui id tunc agit, ſed ab eo qui id ita faciendum præcepit, eſt agnoſcendum Iaſ. l. ſi is q pro emptore. de vſucap. nu 352 Nudum tãtum verſatur in hac re hæredis miniſterium, cæterum ius ipſum totum a teſtatore oritur. Caſt. d. l. vnũ ex familia, exẽplo fideicommiſſi, quo quis teſtatori, non hæredi ſuccedere dicitur. l. cohæredi. § cum filiæ,
3 de vulg. Hinc ſi Decuriones negocium Duumuiris dederint, vt quem ipſi elegerint, eorum nomine litem inſtituat, is ab ordine magis, quã a Duumuiris ad id vocatus exiſtimabit. l. itẽ. §. ſi decurio. quod cuiuſq; vniu. Hinc ſi magiſtratus mandato populi aliquid conſtituerit, illud non amplius deleri poterit, eo quod nõ magiſtratus, ſed populus id vere ſanxiſſe dicitur, Rom. conſ. 16. quod & multis alijs exemplis Doctores declararunt ad rẽ noſtrã maxime accõmodatis, in d. l. vnũ. vt intelligamus, quod patri erga ſpuriũ recta uia nõ licuit, nec id ẽt hæredi, huiuſmodi colore permittendũ, quod & Bartolus ex facto alias reſpondit, in conſ. 194. & Baldus etiam ſecutus eſt. l. id quod pauper. C. de epiſ. & cler. nu. 41. Quid vero ſi cui bona aliquot a teſtõre relinquerentur, vt ea in pauperes, aut pios vſus diſtribueret, credimus ne licere illi, in filium propriũ ſpurium ea conferre? Ego & hic ſane ſubſiſto, quicquid alij ſentiant, Anch. cõſ. 436. Alex. l. ſi is qui. de vulg. col. fi. non quidẽ ſupradictis rationib. nam illæ huc non pertinent, ſed quod is qui ſe filijs ſuis beneficium gratumq; pręber, paterna magis affectione, quã vera in Deum pietate mouetur, ar. l. Neſennius, de neg. geſt. Dec. cõſ. 120. nu. 4. vnde teſtatoris non omnino ſa
4 tisfacit voluntati, & quia is qui executor † teſtamẽto relictus eſt, nihil ex his bonis in rẽ ſuam conuertere debet. ſic. n. expilator potius, quã diſtributor bonorũ diceretur, ut Baldus ait, in Repet. l. 1 C. de ſacroſ. nu. 48. Non ergo Spurij proprij a patre eligi poſſe videntur: nam cum eos alere antea ipſe teneretur, nunc ſi inter illos hæc bona diuideret, ſtatim ſe ipſum quoq; eo onere liberaret, cum ipſi ex his bonis ſibi neceſſaria victui iam poſſent ſuppeditare, vnde pater ad id amplius cogi non poſſet, l. 5. §. ſed ſi filius. de lib. agnoſ. & cõſequenter ex hac diſtributione magnũ ſibi commodum & lucrum comparaſſet. Alij tamen contra aiunt. Quo circa crederem ſic recte diſtingui poſſe, qđ ſi executor relictus uere pauper erat, euidenſq; erat eius inopia, poſſit ille filio ſuo ſpurio, quantũ ſit ei ſatis futurum pro alimentis de bonis teſtõris elargiri, eo quod cum ille hæc de ſuo commode non poſſit filio præbere, nunc cum
5 oblata ſit hæc ei occaſio, qua debet † aliorum egeſtatem & penuriam hiſce bonis ſubleuare, in culpa potius eſſet, ſi hoc caſu extraneos ſuis anteferret, c. quiſquis. 12 q. 2. vbi Gemin. cũ prima charitas incipiat a ſe ipſo, l. præſeſ. C. de ſerui. & aq. & ea
6 dem rõne clericus ex prouentib. † eccleſiæ, ſpuriũ alere, & ſorores pauperes dotare poſſit. Curt. de iure patr. ver. honorificũ. nu. 12. dũ tñ hæc moderate agant, habita rõne neceſſitatis tantũ filij ſui, nõ ut eũ ex his bonis locupletẽ reddat, c. eſt probãda. c. nõ ſatis. c. dñs. 86. diſt. in l. id quod. C. de epiſ. & cler. nu. 41. Quę opinio maximorũ iuris interpretũ fuit, Soc. cõſ. 11. col. 2 Ripę, Tract. de peſte. c. deuenio. nu. 164 & 174 Alcia. Reg. 2. præſump. 29. nu. 7 8. & vt mihi vr̃, perquã probabilis Qđ ſi proprijs bonis ſatis pater affluerer, tunc ↄ̃triũ ſane dicendũ eſſe, vt modo diſſerebamus, poſſetq; forte & hęc eadem diſtinctio præcedenti quæſtioni inſeruire, vt Alex. ſenſit. in l. diuus, ad l. Falc. col. 2. quamuis ſi quis ſubtilius vtranq; inſpexerit, videat non nihil diuerſitatis inter eas ſupereſſe.

Qua ratione poſſint ſpurii aliquid a parentib. conſequi.

1 *Spurius iure ſocietatis cũ alio cõtracta, ad paterna bona quãdoq; admittit̃.*
2 *Spurius a patre inſtitui poteſt, cum capere poterit.*
3 *Mortuo patre, quando ſpurius agnatis inuitis poſſit legitimari.*
4 *Cautela in fauorem ſpurij, ut ſtatim denunciet bona fiſco.*
5 *Spurius religionem ingreſſus, capax eſt paternorum bonorum.*
6 *Et ſtatim legitimatus cenſetur.*
7 *Clericorum & monachorum idem videtur eſſe vitæ finis.*
8 *Hodie ſpuriis alimento relinquuntur.*
9 *Spurius grauari poteſt, ne alteri hęreditatem reſtituat.*
10 *Hæreditas a fideicommiſſario repudiata, an ſpurio acquiratur.*
11 *Pater qui non eſt ſoluendo, ſpurium inſtituere poteſt.*
12 *Ex cauſa remunerationis, pater ſpurio aliquid donare poteſt.*
13 *Legitimati æque ac legitimi ſuccedunt.*
14 *Mulier metu conſtuprata, filiis inde natis omnia poteſt recte tradere.*
15 *Compreſſa a principe, præſumitur per vim vitiata.*
16 *Illicitus congreſſus non excuſatur prætextu paupertatis.*
17 *Cautela varia ad inſtituendos ſpurios.*

C A P. XLV.

SEd quas modo fraudes ad ſpurios,inſtituendos
retulimus,palam ſe omnib. produ͂t, faciliimeq;
deprehenduntˀ,atq; iō nihil vt diximus,illos ſo-
lent adiuuare. Reperiūtur tm̃ cautiores aliquot
inſidiæ,ita veritatis ſpecie obūbratæ,vt & legi-
bus ipſis imponant,ſpurioſq; paternorū bonorū cōpotes eſſi
ciant:Quāuis aūt Caiū illū Aquilium dicere ſolitū legamus,
Iuriſconſulti prudentiam in cauendo,non decipiendo debe-
re verſari,quia tm̃ animaduertimus multos illegitime natos,
ſummis qñq; virtutib.præditos eē,eaq; de cā maxime dignos
qui in pr̃na hæreditate ſuccedere debeant,ꝑpea in præſenti ꝯ
ſtitui,aliquot inſigniores modos tradere,quib. parentes opti
mi,de his filijs ſuis probe liberaliterq; inſtitutis, q̃uis ſpurijs,
benemereri poſſint,cū nō videatˀ is legi fucū facere, q bonos
honeſtoſq; viros,quacunq; pōt rōne,adiuuare contendit. In
1 †primis,igitur Cor.in ſing.ver. ſpurius,ſi ꝯhat ſpurius omniū
bonorū ſocietatem,cū patris filio legitimo & naturali,aliove
patris affine & coniuncto, hicq; deinde a patre hæres inſti-
tuatˀ,poterit ſpurius dimidiū eius hæreditatis conſequi,Bar.l.
ſi is qui.de lib.leg.& Bal.l.1.C.ꝓ ſoc.14.q.q̄ ſocio ſuo relicta ē,
cū ita inter eos inita ſit ſocietas, vt oīa bona communia ſint
futura,l.ſi ſocietatē vniuerſ ꝓ ſoc.Fel.c.multorū.de iudę.nu.
2.nec.n.hic ſuſpicabimur patrē idcirco ea bona huic reliquiſ
ſe,eo ꝙ iure ſocietatis deinde ad ſpuriū eſſent ꝑuentura:Nā-
que & ſi ea ſocietas ꝯflata non eſſet,veriſimile tm̃ eſt,non mi-
nus patrē,cū quē nunc ſibi hæredē eſſe voluit, & antea inſti-
tuturū,cū eū aut filiū illius legitimū,aut valde coniunctū eſ-
ſe præſupponamus,arg.l.ſed ſi plures.§.in arrogato. de vul.&
2 pup. Sed & ſi ita ſpurius a patre†inſtituatur, cū capere pote-
rit,valet hæc inſtitutio,l.in tēpus,vbi Ang.de hær. inſti. inte-
rimq; donec legitimorū iura a Principe adipiſcatˀ,idē iacenti
hæreditati curator dabitˀ,bonaq; illa adminiſtrabit,l.ſi quis ī-
ſtituatur.eo.tit.ꝙ conſiliū vtr tutiſſimū, licet aliq repugnēt,
Imo.d.l.in tēpus.Bal.eā q̃.C.de fideic.nu.48.Ang.§.hæres.In-
ſti.de hær.qual. & diff.Gozad.late conſ.21.frequētius tm̃ eſt a
plerisq; approbatū,Bal.l.fi.C.vn.cog.nu.26.& cōſ 72 in 5.140.
in 1.Caſt l.4.C.de leg.Alex.late.l.Gallus.§ inſt. Imo inſtitutus
3 ſub iſta ꝯdōne,poſt mortē pr̃is † poterit legitimis naturalib.
recte reſtitui,q̃uis agnati quib.eſt iā ius quæſitū, id aut igno-
rarēt,aut ēt recuſarent,Iaſ.§.& qd ſi tm̃,nu 138 ꝙ alioqn mor
tuo pr̃e,ſi hæc ꝯditio appoſita non eſſet, abſq; eorū cōſenſu
non licuiſſet,l.pe.de na.reſt.l.diuus.vbi Bar.de iu. aur. ann.Il-
lud quidē ſat patet,ſiquid ei a pr̃e tacite fuerit relictū, is autē
4 anteq̃ cā eius ad ærariū deferatur,fiſco†ſponte id denuntiaue
rit,dimidiū ſemp portionis illius conſequi, l.edicto.§.extat.l.
Senatus.§.Senatus.l.eū tacitum,de iu.fiſ.ꝙ tm̃ in ijs tm̃ bonis
eſt intelligendū,quæ ad fiſcū non ad agnatos eſſent peruētu-
ra,l.3.de his q̄ pro non ſcr.in alijs.n. fruſtra fieret delatio.l.in
metallū,de iu. fi. Cepo.caut.38.in 6.caſu. Si ſpurius ēt religio
ni nomen dederit,cū ex eo oīs macula deleta cenſeatˀ, Auth.
5 de monac.in prin.pr̃em arbitratu ſuo recte illi†quodcūq; pla
cuerit,legare poſſe puto,Præp. c.cū haberet.col. 3. tāetſi De-
cius ꝯ tēdiſſe viſus fuerit,in eo qui ſacris initiatus erat,vt nec
alimenta ei a patre reliq poſſint,qm̃ ſe ſacerdotij prouentu
ſatis honeſte poſſet enutrire. Dec.conſ.576.Sed Decius ī hoc
inre probandus non eſt, cū notiſſimū ſit eos qui ſub Chr̃i ſi-
6 gnis incipiūt profiteri,&†ſi ſpurij ſint, legitimos tm̃ ſic ſtatim
fieri,Marſil.ſing.273.ver.limito ēt.ac olim ꝑ oblationē Curię
natalib.reſtituebantur,Bal.l.1.C.de ſacroſ.nu.25.Iaſ.Auth.nō
licet.C.de lib prat.nu.4 Rui.conſ.89.col.1.in 3.idcircoq; ut
cæteros legitimos,quiduis recte a patrib.conſeq poſſe, Alex.
conſ.53.in fi.in 3.Fel.c.cū deputati,de iudi.nu.2.Nec vero di-
7 ſtinguendū eſt,Clerici†ne tm̃ ſint,an ſe Monaſterio alicui di
cauerint,qm̃ cū idē vtriuſq; vitæ ſit ſtatus, idē ēt de ambobus
iudicandū erit,Dec.c.in præſentia, de ꝓbat.nu 58. Abb.c.qđ
8 Dei.de ſta.mon.nu.10.Hodie† quoq; cu pr̃ quoſcunq; illegi-
timos filios alere teneatˀ,c.cū haberet, de eo qui dux.dubiū
non eſt,quin illis certa portio ab eo relinqui poſſit,vnde ſibi
ad victū neceſſaria queant cōparare,Bar.l fi.de his qui.vt ind.
qua rōne & emphyteoſim illi poterit ſtipulari,q̄ alimentorū
loco ſuccedet, Afflic.deciſ.99 non debent hæc tm̃ legitimū
modū excedere,ſed talia eſſe,q̄ viri boni arbitratu honeſtā vi
tā,cultūq; deceant,Bal.l.eā q̃.C de fideic.nu. 41. Quæ qm̃ ad
eorū hæredes nō eſſent ꝑuentura, cū rōne alimētorū relicta
ſimul cū vita ſoleāt extingui,l.dñs.§.fi.de vſufr. Dec.conſ.311
nu.4.iō optimū erit,ſi pr̃ nepotib.ex ijs naſcituris,ea ꝑ fideicō
miſſū reſtitui iubeat,ꝙ illi ſane licet.l.fi.C.de na.lib.Iſar.d.l.fi.
de his qui.vt ind Et hæc rō ſuadet, vt idē in filia ſpuria dica-
mus,q̃ pr̃ eo poterit arg dotare,ꝙ dos alimētorū loco habea
tur,Bar. Auth ex cōplexu C.de inc.nup. Dec.cōſ.611. vt alias
a nobis diſputatū eſt,ca 49. Exiſtimo ēt ſpuriū a patre hodie
Ita inſtitui poſſe,vt hæreditatē deinde ſtatim alicui reſtituat,
q̃uis.n.hoc nonnulli negent,Imo.l.ſi quis ſolidū,de hær.inſti.
cū tm̃ hæc inſtitutio ſaltē alimentorū ratione valeat, recte ēt
9 dicemus,ex aſſe eū poſſe†hæredē relinqui,cū eo onere,vt al-
teri reſtituat, ſiquidē hi q ſolidū capere non poſſunt, dū tm̃
aliquid capiant,Gl.l.eā q̃.C.de fideic.ēt ad oēm hæreditatem
in aliū conferendā idonei hr̃i ſolent, l.cū ei, de leg.2.l.cogi.§.
10 hi,qui.ad Treb.vbi Alex.nu.2.3.Quod†ſi fideicōmiſſarius il-
lā deinde repudiet,ad ſpuriū ſtatim ꝑtinere,qdā tradiderunt,
Cepo.caut.38.in 2. ꝙ tunc illā non a patre accipiat,ſed a fidei
cōmiſſario q eā reiecit,arg.l.ꝓfectitia.§.ſi pr̃, cū gl. de iu.do.
Hoc tm̃ apud me re vera ſcrupulo non caret,cū ſpurius ille di
recto a teſtatore id totū cōſequi videatˀ,cū in fideicōmiſſis ta
cita ſemꝑ illa adſit ꝯditio,ſi fideicōmiſſarius voluerit,ei hęre
ditas reſtituatˀ,l.facta.§.ſi ſub,ad Treb.Qđ ſi ab eo repudietˀ,iā
ille nihil de ſuo largiri dr̃,ſed tm̃ non acquiſiuiſſe, l. q aūt.§.1.
q̃ in fr.cr.& d.l.ꝓfectitia.quo caſu oīa potius a teſtatore pro-
ficiſci vr̃,ꝙ fieri nequaq̃ pōt. Accedit ꝙ ita repudiante fidei
cōmiſſario,maximus eſt ſuſpitioni locus,ne tacite cū teſtato
re de hac re conuenerit,iō tūc tm̃ hoc forte recipiendū eēt,
vbi fideicōmiſſariū cōſtaret nullius rei occaſione,ſed ſponte
delatā ſibi hæreditatē,in ſpuriū contuliſſe,oīſq; doli & collu
11 ſionis ſuſpitio euidenter abeſſet.Si ēt pr̃ † ſpurij ſoluendo nō
ſit,credo tūc ab eo illū recte hæredē inſtitui poſſe,cu legis ꝓ-
hibitio ad huiuſmodi nō ꝑtineat hæreditates, q̄ ſoluendo nō
ſunt,l.ſi quis ſolidū,de hær.inſt.& Bal. l.eā q̃,in fi.C. de fideic.
Credūt & nonnulli, ſi ſpurius filius de pr̃e ſuo benemeritus
fuerit, extentq; aliqua ab eo in illū collata bn̄ficia, poſſe hac
12 occaſione patrē filio†bona relinquere,tanq̃ remunerationis
gr̃a, & mutui cuiuſdā in illū officij, Bal. conſ.67.in 1.Tiraq.l.
ſi vnq̃.C.de reu.don.ver. donatione.nu.21. ꝙ & mihi ſane nō
diſplicet,ſi tm̃ merita hæc cōmentitia non ſint,ſed vera a filio
in patrē profecta:qua in re,nec patris aſſertioni fides eſſet ad-
hibēda,niſi euidenter talia merita & beneficia præceſſiſſe ꝓ-
barentur,Bar l.ſi forte,in fi.de caſt pec.Iaſ.Dec.l.ſi donatione
C.de colla nu.18.vt & Rui.ex facto rn̄dit,cōſ.124.in 1.col.1:
Præ cæteris aūt optimū ſolet id eſſe conſiliū, ſi ſpurij a Princi
13 pe in legitimorū numerū cooptentˀ:tunc n. cū a legitimis†ni
hil differant,§.ſit igitˀ,Auth.qui.mod nat.leg.pr̃ non ſolū eos
poterit inſtituere, ſed ipſi ſimul cū legitimis ab inteſtato æq;
ſuccedent,l.ſi te parens,vbi Bal.C.de ſuis & legi.Qđ adeo ve-
rū eſt,vt & ſi pr̃ ſpuriū inſtituerit, eoq; viuente idē ad legiti-
morū iura peruenerit, inſtitutio illa omni ipe valida habeatˀ.
ac ſi ab initio iuſtis natalib fuiſſet reſtitutus,ꝙ frequētiſſime
eſt proditū,Imo.l.ſi alienū.§.in extraneis.de hær.inſt. Alex.§.
Inſtituens. Iaſ.§.& quid ſi tm̃.nu. 87.nec.n.ſubiacet hoc Cato
nianæ regulæ,vt q̄ ad nouas leges non pertinet, l fi. vbi Bart.
in fi.de reg. Cat.Bal.l.fi C.vn.leg.nu.26. Præter vero hæc om-
14 nia,mr̃ ſi ſibi vim illatam,metuve cōſtupratā†doceat,nō mi-
nus iō cū filijs q̃uis ex inceſto ſuſcepiſſ,teſtamētī habebit fa-
ctionē,Bal.l.ſi qua. C. ad Orfi.nu.1. cū lex Iulia ad vim paſſas
mulieres non ꝑtineat,l.vim paſſā,de adul.l. fędiſſimā. C.eod.
15 Quin eo tantū,ꝙ ſe a Tyranno aut Principe compreſſam†af
firmet,illico & oīa ꝑ vim facta præſumi Bal.dixit, l. eā q̃ C.de
fideic.nu.25.Mar.conſ.25.nu.30.idemq; ob eandē rōnem, in
ſerua cū qua dñs congreſſus eſſet,Soc.rn̄dit, conſ.148.in fin.
16 Quæ tm̃ excuſatio tunc accipienda nō eſſet,ſi paupertatis†ob
tentu id ſe mulier feciſſe cōfiteatˀ,l.palā.§.nō eſt, de ri.nupt.tā
turpe.n.facinus eo colore deleri non mereatˀ,gl.c.ſiquis pp.de
fur. Atq; hęc oīa,vt plurimū etiā in pr̃e dicta intelligantur,vt
ijſdem ipſe remedijs ad ſpurij filij hæreditatem conſequendā
adiuuetˀ,Bal.Auth.licet,in fi C.de nat.lib. Addunt alij & illud
vt vēdat pr̃ ſpurio aliquid ex bonis ſuis,ac pretiū vere capiat,
ꝙ clam deinde illi reſtituat,Ferat.cau.41 Aut ēt eum in teſtō
inſtituat,non tm̃ vt ſpuriū ex ſe natū,ſed vt alienū,ex certo pa
tre & muliere ortum,Alex.l.3.de lib.& poſth.in princ.Sed &
17 quamplures aliæ cautiones a Doc.varijs†in locis referuntˀ,Al
ber.l.humanitatis.C.de na.lib. Bal.l.3.de lib & poſt.& q cau-
telarū libros inſcripſere, multas aſſerunt, q̄ ſpurijs inſeruire
poſſe videantˀ,Cepo.caut 38.Ferrat.41.Dilect.de art.reſt tit.1.
cau.14.Sed pleræq; nimiā fraudem oſtētant,idcircoq; impro
bantur.Nos iſtas tantum attigiſſe voluimus,quæ & iure ſub-
ſiſtant, & ab omni dolo ac machinatione abeſſe videntur.

An hodie iure Canon.ſpurijs alimenta a parentibus debeantur.

1 *Iure ciuili nec pater ſpurios alere poteſt, nec ipſi patrem, & quare.*
2 *Corrigitur lex,cum dictmus,illa de rigore,hoc de æquitate loquitur.*
3 *Intell.c.per venerab in fi.Qui fil legi.*
4 *Intell.c.cum haberet,de eo qui dux.in matr.*
5 *Quibuſcunque ſpurijs hodie alim. debentur.*
6 *Ius Canon ſequitur ius naturale.*
7 *Spurij quare iure Canon. quandoque filij non appellentur.*

C A P.

C A P. XLVI.

LEx ciuilis, quæ ſummo plerunq; iure nititur,
natos ex illicitis nuptijs eo eſt odio proſecu-
ta, vt præterquam quod illis paternam ſucceſ-
ſionem interdixerit, nec dignos etiam puta-
rit (contra naturalem omnium animantium
inſtinctum) qui a patre alerentur. Auth. ex cō
1 plexu. C. de inc. nup. aut qui erga patrem, † eandem pietatem
poſſent exercere. Scriptum enim erat in lege 12. tabularum.
Hiſt. Iur. ciu. lib. ſec. E meretrice natus patrē non alito. Quod
& apud Athenienſes. Solonis lege cautum fuiſſe dicitur. Plu-
tar. in Solon. ob id forte, quod qui cum mulierib. familiarius
ac licentius præter decorum viuit, is facile declarat, ſe non li-
berorum gratia ad eam rem impelli, ſed voluptati potius in-
dulgere. Is itaq; & eius rei fructu caret, nec ſibi ius parentis in
liberos reliquum facit, cū illis ipſa procreatione, dedecus po-
tius & ignominiā attulerit. Contra hæc tamen hodie ſtat Pon
tificium ius, c. cum haberet, in fi. de eo qui dux. in matrimo.
quod ab omnibus creditur plurimum illegitimis filijs fauere,
eisq; alimenta ſaltem a parentibus concedere. Quamuisq; eo
dē iure & alia extet ſanctio, huic prima facie contraria, in qua
ſummus Pontifex legis ciuilis duritiem quam maxime ample
cti videtur, c. per venerab. in fi. qui fil. legit. interpretes tamen
hæc ita inter ſe concilianda tradiderunt, gl. d. cum haberet, vt
Pontifex ibi, in d. c. per venerabilem. ſecundum ſummum &
ſtrictum ius, hic ex æquo & bono fuerit locutus. d. c. cum ha-
2 beret. † Mihi uero hæc diſtinctio abſurdiſſima ſemꝑ viſa eſt,
cum is qui hoc pacto leges inter inter ſe componere quærit,
tacite ſignificet, alteram ab altera correctam eſſe, vt Bartolus
docuit, in l. Plautius, de au. & argu. leg. & in l. corē. §. qui ma-
ximo. de public. Quis autem in legibus hoc vnquam auſit af-
firmare, niſi verba ipſa hoc aperte demonſtrēt? l. præcipimus,
in fi. C. de appell. Adde ridiculum hoc potius eſſe, ut Cæleſti-
nus. 3. primus æquitatis & benignitatis illius author, d. c. cum
haberet. ſecundum vet. impreſſ. potuerit Innocentij. 3. ſeueri
tatem d. c. per venerabilem. abrogare, cum prius ille, vt apud
Platinam & alios compertum eſt, è vita migrauerit, quam In-
nocentius ad Chriſtianæ Reipublicæ gubernacula eſſet adſci
3 tus. † Ego vt re uera fatear, nihil ex Innocentij verbis, d. ca. per
venerabilem. in fi. neceſſario elici puto, quod ad rem faciat, ſi-
quidem is eo in loco id tantum contendit, ne filijs ex adulte-
rio natis, temere & abſq; iuſtiſſima cauſa legitimorū iura con
cedantur. Quod cum nobili illi Peſſulano, qui id petierat, ve-
lit perſuadere, inuehitur quodammodo Pontifex in illegiti-
morum ſtirpem, oſtenditq; vtriuſq; ſacræ legis authoritate,
quam fuerint ſemper deteſtabiles, demum & ciuilium conſti
tutionum vtitur teſtimonio, quæ illis nec alimenta permitte-
bant. Non igitur hæc approbando, ſed potius referendo, atq;
ex his opinionem ſuam magis adiuuando. Pontifex hæc aſſe-
rit. Scimus enim ex ijs quoq; licere argumētum ſumere ad ali
quid demonſtrandum, quæ hodie antiquata ſunt, cum alias in
vſu eſſent. gl. c. nouit. ver. quicunq;. de iud. Bar. l. fi. de falſ. Mi-
ror ego tamen, cum apud omnes receptiſſimum ſit, hodie iu-
re Pont. hoc ſpecialiter introductum, vt ſpurijs alimenta de-
beantur, non habere Doctores vllum ſat validum & firmum
huius opinionis propugnaculum, quo id aperte ſignificetur.
4 Etenim Cœleſtini decretum † illud, d. c. cum haberet. quod
vulgo adducitur, ſi quis accuratius animaduertat, non ita ille-
gitimorum cauſam fouet, vt cæteri ſibi perſuaſum habent. ꝙ
vt clarius oſtendam, factum id referam, quod ibi propoſitum
eſt. Nupſerat Aurelia Alexandro, conſtanteq; matrimonio
Alexander cum Liuia adulterium commiſerat, eius rei accu-
ſatus, vt ſe a crimine tueretur, adulteram omnino abiurauit,
paucis poſt diebus rurſus Liuiæ conſuetudinem repetijt, con
temptaq; omni iuriſiurandi & coniugij quod ſibi cum Aure-
lia intercedebat religione, cum Liuia nouum celebrat matri-
monium, eumq; ea vitam degere incipit ſuam. Moritur poſt
Aurelia, quare hic dein cum Liuia decem perpetuos moratur
annos, totidemq; ex ea ſtatim ſuſcipit filios: defertur hoc ne-
gocium Pontifici, reſpondet is, quod cum non liceat eam du-
cere in matrimonium, quam quis polluit per adulterium, pro
pterea ſeparandam eſſe hanc Alexandri & Liuiæ coniunctio
nem, cum vxoria non ſit, ſed penitus illicita, filijs tamen ex ea
conſuetudine natis, neceſſaria a patribus debere ſubminiſtra-
ri. Hic ego animaduerto in primis, filios non natos eſſe viuen-
te prima vxore, ſed poſt eius mortem, ſicq; non adulterinos
eſſe, vt vulgo creditur. Deinde, ſecundum in matrimo. iure ci
uili ſubſiſtere potuiſſe, ex quo nouo conſenſu poſt primę vxo
ris obitum fuerat firmatum, argu. l. cum duæ. in fi. de capt. &
poſtl. reu. & quamuis ius Canonicum diuerſum videatur, qđ
huiuſmodi coniugium non admittit, quod ſuſpicatur ne vi-
uente prima vxore, quid contra illius vitam fuerit machina-
tum, videmus tamen & hoc iure quandoque ſecus eſſe, & ma
trim. probari, c. 2. 3. 31. quæſt. 1 Abb. c. 1. colu. 1. de eo qui du-
xit in matrimo. propterea quod ad filios attinet, cum ex dam-
nato coitu reuera procreati dici nequeant, diximus ſupra, ca.
40 & forte etiam non prorſus illegitimi cenſeantur, exemplo
eorum qui ex clandeſtinis nuptijs ſuſcipiuntur. Abb. ca. lator.
qui fil. legit. nu. 6 potuerintque bona inter ſe matrimonij fide,
eorum parentes fortaſſe congredi, nil mirum eſt, ſi eos a pa-
rentibus iuſſu Cœleſtinus Pont. educari. Non tamen inde ad
quoſcunq; ſpurios ſumendum argumentum fuit, vt Doct. no-
ſtri ſolent, cū hi in eorum numero, longo ſane interuallo non
ſint reponendi, & fuerint ne uere illegitimi, non oīno Pont.
declaret. Hæc tamen uix effari audeo, cum a contraria opinio
ne diſſentire magnæ prudentiæ loco habeatur. Sane Bald. id
5 † quandoque putauit, in Authen. ex complexu. C. de inc. nup.
Ius Pont. non omnibus ſpurijs quoad alimenta proſpexiſſe,
ſed ijs tantum qui non ex nefarijs, aut valde odioſis congreſ-
ſibus eſſent concepti: in ijs enim ius ciuile adhuc eſſe ſeruan-
dum, cum & iure Canonum hi filiorum nomen non merean
tur. c. 1 35. q. 7. Ego vero ita ſentio, ſi ius Canon. benignitate
quadam tantum, & pietate adductum eſt, vt hæc alimenta ille
gitimis decerneret, prout omnes aiunt (quāuis nihil de hac
re apud nos ſatis certum reperiam, ut modo dixi) crederem
hoc generaliter in quibuſcunque deinde illegitimis filijs in-
terpretandum, Garz. in tracta. de vlt. fin. iur. nu. 114. 112. Cum
enim hæc educatio a iure naturali proficiſcatur. Inſti. de iu.
6 nat. quid æquius eſt, quàm putare † ius Pont. cunctis his ani-
mantibus proſpicere voluiſſe, quod totum naturali quadam
nititur æquitate? Bald. l. fin. in princ. C. de iu. delibe. Accedit,
quod hoc fauore filiorum inductum eſſe ſcimus, ne ij qui ni-
hil deliquerunt, tam acriter puniantur, c. naſci. 56. diſtinc. Cur
non ergo hoc ad omnes quomodocunque conceptos perti-
neat, cum vbiq; eorum æqualis ſit uenia, æqualis innocentia?
7 Quod ergo dicitur, nec iure † Canon. hos quandoq; filios vo
cari, id ego ſucceſſionis tantum ratione intelligo, eo quod ſi
filij dicerentur, ijdem & hæredes eſſe putarentur, c. dicat. 32. q.
4 hi vero non quidem ſuccedunt, d. c. 1. 35. q. 7. ſed tantum iu-
re alimentorum filij nomen retinere ſolēt. Dec. c. per tuas, de
prob. 1. col. Gozad. conſ. 13. nu. 47. 55.

An æque in Cæſaris Iuriſd. ac terris eccleſiæ, alimenta ſpuriis debeantur.

1 *Qua ratione iure Can. Spurii ſint alendi.*
2 *Homines ad quem finem in lucem ueniant.*
3 *Peccatum videtur, non ſubuenire indigentibus.*
4 *Spurii ſecundum naturam ſunt filii.*
5 *Duplex uinculum in filiis legitime natis agnoſcitur.*
6 *Pater prohibere non poteſt ne ſpurii alantur, aut nepotes ex iis.*
7 *Alimentorum nomine quid veniat.*
8 *Spuriis ab hæredibus patris ali debent.*

C A P. XLVII.

FAteamur iam, vt cæteri volunt, ſpuriis hodie
ex lege Pontificia alimenta a parentibus eſſe
præbenda, dicemus ne tamen hoc vbique lo
cum ſibi vindicare? an vero ſicut in cæteris
cauſis, in hac quoque materia, leges ciuiles in
Cæſaris iuriſd. Pontificias in Eccleſiaſtica eſ-
ſe ſeruandas? c. ſi duobus, in fi. de appell. c. fi. cum gl. de arbitr.
in 6. Scio quidem multos eſſe, qui hac ratione ducti, in terris
tantum eccleſiæ hæc locum habere velint. Imo l. Lucius. §. 1.
de leg. 1. Alex. conſi. 74. in 3. Iaſ. Auth. res quæ. C. com. de leg.
pen. col. Fel. c. eccleſia de conſtit. nu. 45. pro quorum ſenten-
tia & id facit, quod cum hæc æquitas à Cœleſtino Pontifice
promulgatur, in d. ca. cum haberet. verba is ſua in eccleſiaſti-
cum tantum iudicem confert, ibi, ſolicitudinis tuæ, &c. ut in-
telligamus ad eum tantum, non ad laicos, huius rei cognitio-
nem voluiſſe pertinere. Aret. conſ. 48. Galiau. in Rub. de verb.
1 obl. nu. 15. † Contra tamen plurimi ſentiunt. Abb. d. c. cum ha-
beret. Ang. Inſt. de iu. nat. in prin. Soc. conſ. 161. Ripa, Rub. de
verb. ob. in fi. Dec. c. clerici, de iudic. nu. 2. & conſ. 311. quos &
ego ſequor. Sic enim mecum conſidero, varijs de cauſis po-
tuiſſe a iure Pontif. introduci, vt alimenta ſpurijs eſſent a pa-
tribus ſubminiſtranda, quas vbique gentium ſeruari maxime
deceat. In primis uideo ius Pontif. ſolere iuris naturalis veſti-
gia imitari, ca. fin. 9. diſt. alimenta autem iure naturæ, & qua-
dam ſanguinis coniunctione, omnibus animantibus a paren-
tibus deberi. l. ſi quis. §. 1. de lib. agn. Video & hoc rōnē ipſam
ſatis perſuadere, vt cū id quod a nobis genitum eſt, tunc cū in
lucē editur, ſatis ꝑ ſe infirmum & imbecille exiſtat, æquū ſit, id

eouſq; ſaltem a nobis foueri, quoad coaluerit, ut per ſe ſubſi-
ſtere, & uirib. ſuis uiui ualeat, alioquin quid tā impiū eſſe, q̃ ali-
cui vitam dediſſe, ut eā ſtatim illi adimeremus? Huc accedunt
2 & iuris diuini quædam ſemina: † Vult. n. ſummus Deus homi-
nes naſci vt viuant, viuere aūt, ut illius admirabilia opera ve-
nerenť, eiuſq; ſibi grām ac pietatē cōprecenť. Semen autem ip
ſum ex qualicunq; homine ſit, Dei vtiq; opus eſt, c. vndecun-
que. 56. diſt. Quomodo vero is q naſcitur, aut viuat, aut Deū
contempletur, ſi ſtatim victu careat, vlxq; lucem aſpicere va-
leat? Huc fortaſſe & clemētiſſima vox illa deduci poteſt, qua
vult is omnes homines ſaluos eſſe, & qua tam ſæpe iubet, in-
ter nos viciſſim omne officij, & charitatis genus exerceri. Si
3 enim † grauiter delinquere ille hoc iure dr̃, qui egenos homi-
nes & mendicos qua poteſt pietate nō complectitur, c. paſce.
c. non ſatis. 86. diſt. quo maius hoc in ijs crimen notandū cen
ſemus, qui proprijs natis neceſſaria vitæ ſubſidia non ſuppedi
tarint? c. eſt probanda. 86. diſt. Quod ſi diceres, in his Nothis
filijs, nullū quoad parentes neceſſitudinis ius ſpectari, ſed pe
ſus alienos haberi, Auth. ex complexu. atq; ita ſupradicta om-
4 nia ceſſare. † Rñderem ego, hæc legum ſubtilitate ita recepta
eſſe. Bal. repet. l. 2. C. de ſacros. nu 45. q̃uis honeſta quidē rōne,
illegitimos tñ re vera quoad naturam, quæ vnq̃ nequit abole-
ri, l. 2. de vſufr. ear. rerum filios dici. Abb. c. tanta. q. fil. leg. nu.
12. in prin. & Bar. l. 2. de accuſat. Abb. c. nonnulli. §. ſunt & alij.
in fi. de reſcript. Titaq. l. ſi vnquam. ver. donatione largitus. nu.
235. cū quoad naturale fœdus pro legitimis habeantur, l. ado
ptiuus. §. ſeruiles. de ri. nup. Ancha. conſi. 225. col. 2. nec extra-
neis vnquam omnino ſimiles eſſe poſſint. Fel. d. c. ſunt & alij.
nu. 56. Et vt ait Euripid.

Ὀνόματι μεμπτὸν τὸ νόθον, ἡ φύσις δ' ἴση.
Turpe Nothi nomen, natura eſt attamen vna.

5 Cum. n. duplici vinculo, hi † qui ex matrimonio nati ſunt, pa
rentib. ſuis iuncti eſſe ſoleant, legitimo & naturali, ea quæ à le
gitimo proficiſcuntur, his ſpurijs minime cōia eſſe vtraq; lex
conſenſit, veluti agnationis, nobilitatis, gentilitatis, ſucceſſio-
nilq; iura. Quod vero a naturali deſcendit, tametſi ciuilis lex
in parentū odium, nec id agnoſcere voluerit, d. Auth. ex com
plexu. propterea q; alimēta his denegarit, lex tñ Pontificia nō
potuit, quod ſanguinis, quod ſeminis, quod naturę ipſius erat,
non amplecti. Cumq; alimenta ad vitam hominis tuendā &
protogandam ſint neceſſaria, l. necare, de lib. agnoſ. & iure na
turæ decreta, idcirco ea his quoq; cōicanda eſſe ſtatuit, cæte-
ra quæ humanarum potius conſtitutionum erāt, potiusq; ad
politicū ſtatū pertinebant, nec ita vitæ degendæ neceſſaria, po
liticarū quoq; legum arbitrio decidenda reliquit. Ex quibus
omnib. ſentio, cōſtitutionē Can. quoad alimēta, in foro quo-
que Cæſaris oīno ſeruandam eſſe, cū hic & iuris naturalis ac
diuini ratio, peccati ēt euitandi non leuis verſet occaſio. arg.
gl. c. 2. de reg. iu. in 6. Bar. Bal. l. priuilegia. C. de ſacros. Nec me
mouet, quod ſuper hac re, eccleſiaſtici tantū iudicis officium
videatur fuiſſe imploratū, d. c. cū haberet. Cū. n. ſupradictæ rō
nes ita ſe in hac materia habeant, cur non apud quoſcunq; &
quocunq; in loco æque obſeruentur? Ac ſi verū amamus, qb.
nam alijs vti verbis ſummus Pont. potuit, ſi ab eo conſultus,
6 ad eius interrogationē erat reſponſurus? † Hæc aūt non adeo
vera eſſe putamus, vt & ſi expreſſe pater eos in teſtō ab omni-
bus bonis ſuis abdicaſſet, adhuc tamen eius hæredes munus
hoc implere cogantē, Bal. l. id quod C. de epiſ. & cler. nu. 46. Iaſ.
conſi. 26. in 1. Et quæ de filijs dicimus, ea & multo magis in ne
potib. affirmamus, vt eadem rōne ab auo ali debeant, cum hi
quoad eū minus odioſi ſint, l. fi. C. de nat. lib. Soc. cōſ. 161. for-
te & quia cū lex quoad hanc cām ſpurios, vt filios, haberi ve-
lit, iā ſequitur, vt quæ in cæteris legitimis filijs ſeruari ſolent,
quorū nepotes æque ac ipſi met ſunt alēdi, l. ſiquis. §. 1. de lib.
agnoſ. Bar. Tract. alim. eadē in his quoq; qui ex ſpurijs filijs na
7 ſcuntē, admittātur. arg. l. 1. §. lex. Falc. ad l. Falc. † Alimētorū aūt
noīe ea oīa cōpræhendi certū eſt, quæ ad vitam hominis ſunt
neceſſaria, vt cibaria, ueſtitus, & habitatio, l. legatis, de alimē.
& cib. leg. cæteraq; quibus tuendi, curandiue corporis noſtri
gratia vtimur, l. uerbo victus, de verb. ſign. quemadmodum &
quæ ad diſciplinam pertinet, honeſtasq; artes percipiendas. l.
qui filium. vbi pup. educ. generaliter. n. omnia liberorum one-
ra pater ſubire tenetur, l. ſiquis. §. non tantū. de lib. agnoſ. Soc.
ſ. d. conſ. & nec eum tantum alere, ſed & illius vxorem ſimul
ac filios, Bar. d. § non tantū. Præpoſ. d. c. cum haberet, gl. c. ad
monere 33 q. 2 ver partem, quoniam ſcimus, vbicunque iure
ſanguinis, & naturali quodam officio, alimenta debentur, vt
hic ſane debentur, hæc omnia tunc alimentorum vocabulo
contineri, Bar. l. legatis. de alimen. & cib. leg. Niſi forte dubiū
id faciat, quod de alimentis nihil expreſſe hic a Canone caue-
tur, ſed tantum res neceſſarias eſſe præſtandas, d. c. cum habe
ret, in fi. quod & alias me attigiſſe memini, cap. 49. patre au-
8 tem defuncto nihilominus illius hæredes pari † neceſſitate er-
ga ſpurios erunt obſtricti. l. ſi quis. §. item reſcriptum, vbi Bar.
Ruin. conſ. 124. nu. 12. in 1. Et hæc quoad patrem.

An mater æque ac pater ſpurios alere teneatur.

1 *Filii apud matrem triennio, poſt apud patrem educari ſolent.*
2 *Quid in illegitimis?*
3 *Spurij quoad alimenta, tanquam veri filij cenſentur.*
4 *Non ſemper qui lucrum capit, is & onus ſubit.*
5 *Cur pater potius quam mater, filios alat.*
6 *Quando ijs alimenta poßit abnegare.*
7 *Filij parentes alere quandoq; tenentur.*

CAP. XLVIII.

QVod vero ad matrem ſpectat, ſi quæramus, an
& ipſa filios alere, ſicuti pater, lege obligetur.
Sunt qui dicant, cum primum partus editus
eſt, debere eum apud ipſam, donec trimus tā-
tum ſit, educari, l. nec filium. C. de patr. pot.
poſt id tempus, ad patrem ſemp hoc munus
1 pertinere, nec immerito, † cum mater in prima illa pueri in-
fantia huic operi commodius quàm pater ſufficere poſſit, fi-
lium ſ. proprio lacte enutriendo, c. fi. de conu. infid. c. ad eius.
5. diſt. niſi forte hoc eius dignitatem, & nobilitatem non de-
ceret, vel infirmitate, aut egeſtate detineretur. Azo in ſum. C.
de patr. pot. aut nō id patriæ conſuetudo ferret, quoniam tūc
expenſis patris, etiam intra id tempus ſuſtinendum fore dñr.
Abb. c. 2 de cōu. infid. Bal. l. alimenta. C. de neg. geſt. Sed con-
tra Panormitanus, in d. c. cum haberet. qui hæc in legitimis q
dem filijs ita probari tradidit, quod hi in poteſtate patris, non
matris naſcuntur, & patris non matris familiam & agnationē
ſequuntur. c. 2 de conu. infid. Aſt in ſpurijs ſecus omnino vo-
luit, nam cum hi nec ſub patria ſint poteſtate, §. ſi aduerſus.
2 Inſt. de nup. † nec vllū ius agnationis a patre retineant, Bar. l.
tutelas, de cap. dimin. æquum etiam non putauit, patrem hoc
ſumptu ſic ſemper prægrauari, non matrem, præſertim cū Ca
non vtriq; parenti ſecundū vniuſcuiuſq; facultates, hoc onus
communicari iubeat, d. c. cum haberet, in fi. ſpuriuſq; quoad
ius ſanguinis tam patris, quā matris ſit filius, Bar. l. 1. de accuſa.
His accedit, quod cum alimenta inſtinctu quodā naturæ de-
beantur, l. 1. §. ius naturale, de iuſt. & iu. non eſt cur pater in his
matri præponatur, cum iure naturæ æque filius patri ac matri
debeat, & contra l. furioſæ, de cur. furio. Quin cum mater tan-
tum non pater his ab inteſtato ſuccedat, §. fi. Inſt. ad Tertyll.
ſecundum naturā videretur, matrem & vniuerſa alendi one-
ra debere ſuſtinere, ut quæ hæreditatis quoq; commodo ſola
frui poteſt. arg. l. ſecundum nat. de reg iu. Hęc Panormitanus,
& alij, quæ tamen ego haud quaquam probo. Si enim id da-
3 mus, quod ante iam concluſum eſt, lege † Pontificia ſpurios
omnes quoad alimenta veluti filios eſſe obſeruandos, ita ut
in hac cauſa ius filiorum adepti cenſeantur, ergo & ſecundū
iuris regulas, vt filij in omnibus erunt alendi, quoniam hanc
leges interpretationem admittunt, l. 1. §. lex Falcid. vbi Alex.
ad l. Falcid. Sed cum tam de iuſtis, quam etiam naturalibus ſo
lum filijs, hoc notum ſit, eos ſ. a patre ſolo educandos, §. pen.
cum gl. ver legit. Auth. qb. mod. nat. ſui. cur in ſpurijs quid di-
uerſum volumus conſtituere, qui in hac re a cæteris nihil dif-
ferre debent? Falſum enim id eſt, quod vulgo aiunt, iure tantū
patriæ poteſtatis & agnationis hæc alimenta legitimis filijs a
ſolo patre deberi: Ego. n. & alijs id ac iuſtiorib. multo de cau-
ſis inductum puto, cum videamus naturales qui in poteſtate
non ſunt, immo nec de familia proprie. Iaſ. l. fi. nume. 13. C. de
verb. ſign. a ſolo tamen patre ali, Auth. licet. C. de nat. lib. non
matre, quaſi paternum ſit munus, quos quis filios agnoſcit,
enutrire, in ſubſidiumq; tātum mater ad id compellatur. l. Ne
ſennius, de neg geſt. l. 5. §. ſi mulier. cum gl. de lib. agnoſ. Non
obſtat quod de naturali ratione dictum eſt, nam ſi ea attende
retur, idem in iuſtis & legitimis filijs dici oporter, qui tamen
non æque ab vtroq; parente educantur, l. pen. C. de patr. pot.
4 l. 3. C. de alen. lib. † Minus id quoque, quod cum mater in to-
tum ſuccedat, omne etiam debeat onus ſubire. Nam hinc ſe
queretur filium ab ea ſola ſemper alendum, ad quam totum
ſpectat lucrum, vel cum naturalis filius moritur, illius ſucceſ-
ſio nunquam matri extante patre deferenda eſſet. Contra ea
quæ diximus, cap. 39. cum eum donec viueret, nunquam ipſa
niſi in ſubſidium alere teneretur, vel ſi legitimi filij decedant,
non eſſet mater æque ac pater ad eorum hæreditatem admit
tenda, contra Authen. defuncto. C. ad Tertyll. cum illa eos vi-
uente patre non educaret. Non igitur ad ſucceſſionis ratio-
nem, ius quoq; alimentorum redigendū eſt, l. fi. §. ipſum. C. de
bon. q. lib. vt p̄ter ea q̃ diximus, in adulterinis atq; ex inceſto

natis,

natis,manifeſte patet,q b.neuter ſuccedit parens , alendi tñ &
ipſi ſunt. Non.n.hic patria ptâs,nõ familia,nõ agnationis,ſuc-
ceſſionis ve ius vllũ ſpectandũ eſt, ſed tantum certus ne ſit ijs
coniecturis pater,quas alias tradidimus:tunc namq; cũ eũ co
gant Canones,vt quoad alimẽta , natum ex ſe quocunq; mo-
do veluti filiũ agnoſcant , in ea re erunt iuris cõis regulæ ob-
ſeruandæ,d.§. lex Falci. vt ita vere quoad eã ſaltem cãm filius
5 eſſe videatur.† Sed qua rõne lex patrẽ in alendis filiis matri p̄
tulit? An qa principalis, & agẽs ipſe eſt in ꝓcreatione? An qa
vit bona lucrari põt, vñ filios alat,ipſeq; reb. acqrẽdis mulier
conſeruandis tantũ incũbat? An quia ẽt filius a patre fere ſem
6 per,non matre denominet?† Intelligẽdũ hoc quidem eſt,niſi
aut tenues eius facultates,aliæue conditiones,filiũ cõmodius
& honeſtius penes matrẽ enutriri poſſe ſuaderent. Auth.ſi pa
ter.C.de diuot.l.alimẽta,vbi Doct.C.de neg.geſt.qua de re &
Pontifex de vtroq; parente forte fecit mentionẽ,d.c cũ hẽret.
non qa vtrunq; æque ad id obligatũ ſenſerit, nã ita in ſolidũ,
ac eodẽ tpe,mater & pater ad id onus vocarentur , quod fieri
non põt,ſed potius diſtributiue illud accipiẽdo Ripa,l.hæred.
§.cũ ita,nu.3.& ordine quodã ſucceſſiuo.Doc.§ q dam recte.
Aut niſi filius aliunde ſibi abſq; exiſtimationis ſuæ diminutio
ne poſſet victũ quærere,l.5.§.ſed ſi filius,vbi Bar.de lib agnoſ.
tũc.n.nec ſi velit pater,ei licet aliquid eo nõie ſpurio relinque
re.Dec.conſ.576.præterquã eũ talis eſſet filij ſtatus, qui aliqñ
in ſummã egeſtatẽ,aut aduerſum aliquẽ caſum forte labi poſ
ſet.Crauet.cõſ.199.& 200.nu. 10. Vel niſi qd eorũ cõmiſiſſet
filius,quæ iuſtã præbent patri cũ exhæredãdi cãm.gl.l.fi.C.de
alen.lib.Bar.l.dnus,ad l.Põp.de parricid.Quæ qñ longã expo
ſcunt cõmẽtationẽ,& a Doctorib late reſcrũtur, Abb.d.c.cũ
hẽret.Bertachin.ver.filius ali dẽt.ideo in p̄ſenti omittenda du
7 ximus.† Sane hæc oĩa,ſicuti a patrib.in filios, ſic quoq; a filijs
parẽtes,vbi res poſtulet,ſeruanda erunt,quocunq; ex cõgreſ-
ſu eos parentes ſuſceperint,& quocunq; etiã in foro negociũ
hoc tractetur.Gara.tract.de vlt.ſi.iur.can.& ciu.nu.115.

An pater filiæ ſpuria dotem dare cogatur.

1 *Argumentum de alim.ad dotem an valeat.*
2 *Baldus ſibi contrarius.*
3 *Quod per temporum interualla ſoluitur,leuius onus cenſetur.*
4 *Bartolus ſibi non contrarius oſtenditur contra Doct.*
5 *Intell.l.vxorem.§.pater naturalis,de leg.3.*
6 *Filiis ſpuriis neceſſaria debentur.*

C A P. XLIX.

QVæſtio q̃ in præſenti aggredimur,iure ijs ſuperua-
canea videri poſſit,q ea legerint , q̃ a nobis mõ
ſunt diſputata. Cũ. n. ſtatuerimus ſpurios quo-
ſcunq; a parentib.eſſe educãdos,cui dubiũ eſt ;
eadẽ rõne & ſpuriã filiã dotandã , cũ is q alere
dẽt,idẽ & dotis dandæ onus ſoleat ſuſtinere? Bar. Auth. res q̃.
1 C.cõ.de le. Bal.l.neq; mater.C.de in. dot.† Sed tñ cũ argumẽ-
tũ hoc de alimentis ad dotẽ non ſemp recipiat, cũ filius ma-
trẽ q dem alat,l.ſi qs a liberis.§.1.de lib.agnoſ. nõ tñ ei dotem
ꝯficere teneat,l.tutor.2.§.fi.de adm.tut.l.1.§.p̄terea. de tut.&
rat.& frater ſororẽ vel vterinã tantũ,ſumptib ſuis ſuſtẽtet,l.q
filiũ.§.fi.vbi Bal.vbi pup.edu.nec tñ eã in mr̃imonio vrgeatur
collocare,l cũ p̄ſes.§.pe.de adm.tut.Alex.l.à filia ad Trebel.&
ꝯ.pr̃ de ꝓprijs bonis filiã ẽt diuitẽ dotare cogat,l.fi.C. de dot.
ꝓ.ubi gl.Bal eidẽ tñ & alimenta poſſit negare,ſi ꝓprijs faculta
tib.ſe valeat ſuſtinere,l.fi.§.1pſum.C.de bon.q.lib merito ob-
lata eſt Doctorib.diſceptãdi materia,cũ p̄ſertim in ꝯtrã ſntam
à Scæuola aperte tõſum videat.l.vxorẽ.§.pater. natural.de le.
3. Atq Bartolus vir alioquin integerrimus, cũ alſ ex facto rñ-
diſſet,dotẽ ſpuriæ filiæ a Clerico ꝯſtitutã,eſſe illi a patris hære
dib.auferendã,ꝓpterea qđ id patri iure nõ licuiſſet. Bar. conſ.
219.[Dñs adiu. illudq; & q buſdã alijs in locis tradidiſſet, in l.
a.ſol.mat.nu.11.& in d.§.pr̃ natural.primus tñ idẽ ſępiſſime ꝓ
feſſus eſt ꝯtrã ſntam oĩno veriorẽ.i l.fi.de his q b.vt id. & Aut.
ex cõplexu,& l.Męuius.§ duob.3.q.de leg.2.& l.fi.§.1.de his q̃
2 in fr.cre.† Baldus ẽt parũ ſibi cõſtãs,nũc hãc,in l.fin.C.de dot.
prom.& l.q liberos, de ri.nup.nũc illã opinionem ſecutus eſt.
in l. neq; mr̃. C. de iu.dot.& cõſ.456.in 5.Recolo.vñ non de-
fuerũt quamplures,q ꝯ dotẽ aperte ꝓnuntiauerint.Ang. 209.
Imo.Are.l.1.ſol.mat. Tiraq.l.ſi vnq̃.ver.ſuſceperit.nu. 50. Qđ
& eo argumẽto Alexander cõprobauit , in d l.1.nu. 18. quod
licet pater ſpuriã filiã alere cõpellat,cũ tñ alimentorũ præben
3 dorũ munus in ſingulos † mẽſes & annos ſoleat diſtribui, l.
pecun.de alim.& cib.leg.l.fi.vbi Bar.de lib.agnoſ. dos vero ip-
ſa nõ niſi vnica plerunq; numeratione queat explicari,iniquũ
eſſet,ſi patri p̄ſens hoc & repentinũ onus iniũgeretur, quo ſe
alioquin cõmode p tẽporũ interualla poſſet liberare arg.l.pla
ne.fam.ercii.l tut.§.Lucius,de vſuris. Sed hæc fundamẽta de-
biliora ſunt, q̃ ut ijs ꝓnuntiatũ hoc poſſit ſubſiſtere. Ego qđ
& plurib placuiſſe ſcio, Abb.conſ.50.& 115.in 2.Soc.l.1.ſol.ma.
nu.23.Ripæ,cũ plurib.nu.66.Boer dec.127.nu 11.ſpuriarũ fi-
liarũ & dotis cãm conſtãter amplector:cæteri n.q ꝯ ſentiunt.
mihi in re p̄ſpicua fruſtra laboraſſe videnẽ, & toto, q aiũt,cę-
lo erraſſe,ſiquidẽ in eo tantũ immorantur ut probent , æquã
non eſſe alimẽtorũ ad dotẽ rõnem, quaſi vero Pont. Cęleſti-
nus,c.cũ hẽret.de eo q dux. cũ illegitimis filijs voluit conſule
re,de alimentis ſolum mẽtionem fecerit. Quin ait ille , paren-
tes liberis ſuis dẽre pro modo facultatum neceſſaria ſubmini-
ſtrare,ſed cũ dos maxime neceſſaria dicatur,l.1. in fi ſol.mat.
vt pote ſine qua nec mulier nubere poſſit Bar. Auth.ex com-
plexu & plerunq; turpiſſimo ſe vitæ gñi tradere cogat , arg.§.
aliud quoq;,in fi.ut cũ de app cogn.& l.palam.§ nõ eſt. de ri.
nup.Quid opus fuit in re tam clara,tam longas ſubtexere quę
ſtiones,cũ Canõ hoc exprimat,filiis neceſſaria eſſe tribuẽda?
4 Mihi † ſane hoc adeo manifeſtũ eſſe vr̃, ut nec Bartolũ quic-
quam ꝯ,vnquã aſſeruiſſe credã, q̃uis Doctores vbiq; eũ ut ſi-
bi met diſſentientẽ accuſent.Imo l.Mæuius.§.duob.pen.col.
de leg.2.vulgoq; ob hãc rẽ male audiat,quod cãæ q̃uq; in ſer-
uiſſe exiſtimetur.Ego. n.id intrepide ꝯtenderẽ , in hac ipſa &
Bar.ſemp ſnĩa p̄ſtitiſſe , ſiquidẽ cõſiliũ id quod huic opinioni
ꝯtrarium cenſet,d.conſ.219 Dñs adiutor. nõ recte a Doct. acci-
pi puto,cũ ibi de ea dote tractet,quæ iam mortuo marito ad
filiã ſpuriã fuerat reuerſa,quo caſu recte ait Bar. eſſe eã ab hæ
redib.patris illi filiæ auferendã , ob rõnẽ illam q̃ alibi ipſemet
affert,vbi eiuſdẽ cõſilij ſui meminit,l.fi.§. ſi a ſocero, de his q̃ in
fr.& nos ĩ.attingemus,c.ſeq ſecus eſſet ſi de dote conſtituen-
da & marito tradẽda ageret, prout ſæpiſſime ipſe teſtatus eſt.
d.l.fi.de his q b.vt ind.d.§.duob d Auth.ex cõpl.Nec aliter ẽe
5 ſenſit,† dũ alibi patrẽ dixit nõ cõpelli,ut filiæ naturali dotẽ di-
ceret,in d l.vxorẽ.§.pr̃ naturalis.cũ.n referat ſe Bar. ad factũ il
lud quod in rñſo Scæuolę continebat,d §.pr̃ naturalis.eundẽs
eſt cũ ĩ ea ſpecie loq,cũ naturalis pater aliqd ex alia cã filię dẽ
bat: tunc.n. non cogendũ recte inquit ei dotẽ dare , quippe q̃
ex proprijs bonis,q̃ illi a patre debebanẽ,eã ſibi poſſit confice
re,arg.l.ſi qs a liberis.§.ſed ſi.de libe.agnoſ.& c.cũ hẽret, in fi.
ideoq; patris naturalis rõne neceſſaria nõ dicaẽ,quod tñ in le-
gitimo parẽte diuerſum eſſet.l.fi C de dot prom. vbi gl. Quæ
interpretatio & textui illi q de fideicõmiſſ.ꝯ filiæ debito loq-
tur,& verbis Bartoli apertiſſime cõgruit,ab eoq; alibi ẽt ſigni
ficata eſt,in l.1.ſol.mat.nu.11. Alexandri uero rõ,quã ipſe a cõ
6 ciue † p̄ceptoreq; ſuo accepit,Imo d l 1.col.3. friuola ſane eſt,
cũ Pontificia lex in fauorẽ filiorũ tantũ lata ſit, d. c. cũ hẽret.
vt eis parẽtes neceſſaria conferant. Inſpicienda eſt igitẽ quæ ſit
filiorũ neceſſitas,non patris cõmoditas,dum tñ facultatũ pa-
tris modũ id non excedat,facit.l.cognonimus. C. de hæret. &
man atq; ita quod erit neceſſariũ filiis,a patre tribuendũ erit,
ne alias quod in eorũ vtilitatẽ ꝯſtitutũ eſt,in patris potius cõ
moditatẽ,& filiorũ plerunq; detrimentũ cõuertaẽ. Vñ cõclu
derẽ ego veriſſimam eſſe hãc ſnĩam,patrẽ cogendũ filiam ſuã
ſpuriã cum æqua dote collocare.Capy. dec. 1[?]1.exceptis ijs ca
ſib q noti ſunt,& nos ſ. attigimus,c.p̄ced in fi. dec. conſ.576.
Rip.l.1.ſol.mat.nu.71 & pleroſq; qui in ꝯtrariã partẽ inclinare
uiſi ſunt,ita declararẽ,ut id uel eo caſu protulerĩt,quo mulie-
ri aliunde bona ſuppetebãt,ſm caſum d.§.pater naturalis Vel
de iure ciuili fuerint locuti,quod vt dicebat Baldus,ꝯſ.456. 5.
ſic caſtitatem coluit,ut pietatẽ omnem abiecerit , ſecus ijdẽ
de iure Pontificio reſpõſuri,quod ciuili merito prævalere de
bet.Iaſ.Auth.res quæ C.com.de leg.nu.33.Rip.d l.1.nu.66.

Quatenus liceat patri filiam ſpuriam dotare.

1 *Minor dos ſpuriis,quam legitimis filiis debetur.*
2 *Spuria ſecundum patriæ conſuetud. dotanda.*
3 *Quid ſi amplior dos detur?*
4 *An referas dotem marito, vel ſpuriæ ipſi dari.*
5 *Maritus dominus rei dotalis.*
6 *Conſilium ad conſtituen. amplam dotem filiabus ſpuriis,*

C A P. L.

NOn dubium eſt , cum de dote conſtituenda agi-
tur,penſandas eſſe imprimis patris facultates,di
gnitatem, ac numerum liberorum,l. ſi filiæ. de
leg.3.Itemq; viri & mulieris conditionem,nata-
les,l.cum poſt.§.gener.l.quæro.de iu.dor.& ciui
1 tatis morem,in quam vxor deducenda eſt.† Dec.cõſ.26.nu 4.
Ideoq; cum ſpuriis vt plurimum tenuior multo dos quam cæ
teris legitimis filijs ſoleat decerni. Abb.conſ.115.2.cenſet fere
omnes non amplius cogẽdum patrem filiæ in dotem tribue-
re,quam ei alimentorum nomine eſſet obſtrictus.Bal.457.5.
col.2. Abb. d. conſi. Capyc. deciſ. 181. propterea quod hæc
dos alimentorum loco ſuccedere exiſtimetur. Abb.50.in 2.
Bart. Auth.res quæ. C. com. de leg. Ego tamen hoc non vſq;
adeo affirmarẽ,ſi uera ſunt quæ alias diximus , illegitimus ſci-

licet filijs neceſſaria a patre eſſe præſtãda, c. cum haberet. cum
2 fortaſſe ſm patriæ † cõſuetudinẽ indecorũ eſſe poſſit filiæ ex
clariſſimo & locupletiſſ. patre genitę, illud ſibi dotis noĩe dici,
quod alioquin ſi cęlebs manſiſſet, ſibi ad quotidianũ victũ ſa-
tis eſſe poſſet. Ideoq; triũ milliũ & quingentorũ aureorũ do-
tem q ñq; congruam eſſe Decius rñdit. in conſil. 6 11. Sed quid
ſi ampliorem ſummã pater filiæ conſtituerit, quam & alimen-
3 torum ratio, & eius † conditio pateretur, num id ſaltem quod
legitimum modum excedit, a proximiorib. patris poterit reuoca
ri? Capy d. deci. 181. Varie circa hanc rẽ ſenſit Bartolus. Qñq;
enim diſtinxit, conſtante quidẽ mr̃imonio repeti non poſſe, eo
quod pro onerib matrimonij ferendis marito tradita ſit, l. pro
onerib. C de iu. do. ſed cum primũ ad mulierem reuerſa eſſet,
ab ea adimi poſſe id ſaltem quod congruã tranſcenderet por
tionẽ, Bar. l. fi. §. 1. de his quæ in fr. cre. & l. Mæuius. §. duob. de
leg. 2. in 3. q. qñq; indiſtincte quodcunq; præter æquũ alimen-
torum modũ relictũ eſſet, ſtatim ab agnatis reuocari poſſe di
xit Bar. l. fi. de his qb. vt ind. nu. 7. Baldus ẽt, ut plerunq; eſt eo-
rum quæ a ſe alibi dicta ſunt, parũ memor, nunc quidẽ Barto
li diſtinctionẽ ſecutus eſt, in Auth. ex complexu. nunc & ipſe
aliã ſniam gñaliter affirmauit. in l. eã quã. C. de fideic. num. 41.
Alij Bartolũ ideo repræhenderunt. Ripa, l. 1. ſol. mat. nu. 68 qd
cum ab initio non potuerit præſcriptũ à lege modũ pater trã
ſgredi, nec qd præter res neceſſarias ſpurijs tribuere, ideo nec
nullo amplius temporis ſpatio id poſſit confirmari, l. quod ini
tio, de reg. iu. certum n. illud eſſe aiunt, id totum quod pater
marito dat, filiæ ſolũ contẽplatione fieri, l. dotẽ dedit, de coll.
bon. verum cũ patri tot bona filiæ dare initio non licuerit, pro
pterea conſtante mr̃imonio, id quod præter congruam ſum-
mã traditum eſt recte poſſe reuocari. argu. l. ex anno, de don.
int. vir. & va. Nam ſi maritũ dicas, magnũ ex hac re damnũ fa-
cere, a quo pars dotis prępropere adimatur. Rñdent hi, mariti
ipſius hoc culpæ & ſocordiæ tantũ adſcribẽdum, l. quod quis,
ex. de reg. iu. qui in perquirenda vxoris ſuæ cõditione parum
diligens fuit. arg. c. nuper. de do. int. vir. & vx. Mihi tñ hæc nul-
lo pacto probantur, prioremq; laudo Bartoli diſtinctionem, à
qua nunq̃ nec ipſum nec Baldum diſceſſiſſe puto, et ſi prima fa
4 cie cæteri † Doct. inter ſe diſſidere videantur, nã multũ ſ. in-
terſit, dos ne præſenti marito detur, an aliquid filiæ dotis noĩe
relinquatur. Cũ pater in teſtõ quid filiæ legat, aut inter viuos
donat, quod ſupra alimentorum cãm eſt, vnde ſibi ea dotem
paret, recte ait Bar. Bal. q; partem illius confeſtim eſſe auferen
dam, eo quod recta hoc a patre in filiã transferatur, quod le-
ges vetant. Bar. d. l. fi. de his quib. vt ind. Bal. d. l. eã quam, qui lo
quunt̃ in legato, vel donatione Quod ſi marito tunc acceptã
ti dotẽ pater tradat, bonaq; ea maritus non ẽ filiæ, ſed patris
manib. conſequantur, nihil ꝓhibet, initio quamcunq; velit pa
trimonij partẽ in collocanda filia parentẽ erogare, quæ conſtã
te matrimonio, eadẽ ſemper & integra conſeruabitur, nec vl-
la in parte diminuet̃. Bar. d. l. fi. §. 1. de his quę in fr. Bal. d. Auth.
5 ex complexu. I d. n. ideo ita permittitur, quia maritus eã titu-
lo oneroſo capit, l. ex promiſſione, de act. & obl. ipſe eius dñs
vere efficitur. Inſt. quib. alie. lic. in prin. l. quotiẽs C. de in dot.
ſolus poſſidet, ſolus vſucapit, l. 1. de vſucap. pro dote. pater au
tem non extraneis, ſed filijs tantũ ſpurijs quid dare prohibet̃.
gl. §. fi. Auth. q. mod. nat. ſui. Vñ nulla fraus ſubeſt, qa nihil in
ſpuriam transfert̃, ſed in maritũ, qui fructus lucratur, dñium
& poſſeſſionem nanciſcitur, ad eam vero nihil præter alimen
ta pertinet, quæ illi neceſſario debentur. Cũ primum diremp-
tum fuerit mr̃imonium, tunc quia ex cã lucratiua incipit ea
bona mulier poſſidere, aliud fortaſſe dicẽdum erit. Etenĩ ſi pa
ter illi qui oĩum bonorũ ſocietatem cum filio ſpurio contra-
xit, quæcunq; velit bona, impune põt largiri, quorũ dimidia
pars ad filiũ ipſo iure ſtatim eſt ꝑuẽtura, l. ſi is q duos. ubi Bar.
de lib. leg. cur nõ mr̃imonij cã, quod eſt oĩs uitæ conſortiũ, vel
ampliſſimã dotẽ marito filiæ ſpuriæ tradat, cuius vel minimã
partẽ illa interim nequeat vendicare? l. doce. C. de rei vẽdi. At
dices factũ hoc eſt cõtẽplatione filij, fateor, ſed q̃ legi fit fraus
qua in re locupletior reddit mulier? cũ interim nihil poſſideat,
nihil lucri faciat, nihil vẽdicet, imaginario tantũ quodã titulo
fruat̃? Quin pater in dotãda filia etſi quid fraudis cõmittat, ni-
hil tñ doli adhibuiſſe vr̃, qa commendãda potius eſt paterna
6 pietas. l. 1. §. ſed ſi liber. ſi qd in fr. patr. Erit igit̃ patri cautè aĩad-
uertendũ, vt ſi filiã ſuã maxima cupiat dote afficere, ipſe mari
tũ deligat, cui quæcunq; velit bona eo noĩe poterit conferre.
Sin in teſtõ quid plus filiæ leget, q̃ æqua poſtulet rõ, licet id ſe
dotis cã facere teſtetur, nihil tñ aget, qđ legati eius prior ſpu-
ria dominium ſit adeptura, vnde irritum fieret patris uotum,

Soluto matrimonio dos ſpuria ad quem pertineat.

1 *Refert quoad dotem, præmoriatur ne maritus, aut vxor ſpuria.*
2 *Spuria dotem non præſcribit nec ſpatio 30. annorum.*
3 *Error iuris impedit præſcript. longiſſ. temporis.*
4 *Quid in errore facti.*
5 *Spuria teſtari non poteſt de dote ſua.*
6 *Cautela ne mortua ſpuria dos a marito auferatur.*
7 *Dos quoad filios oneroſa dicitur.*

C A P. LI.

Liberũ eſt quidẽ patri vt ſtatuimus, dũ uiuit in do
tanda ſpuria vel vulgarẽ dotiũ modum excede-
re, ꝑpetuũ tñ id minime futurũ eſt, ſed ſi mr̃imo
niũ deinde viri aut vxoris morte dirimat̃, dubi-
to ne & dos ipſa diminuenda, plerunq; ẽt cũ ma
1 trimonio oĩno ſit extinguenda. † Illud igit̃ erit inſpiciẽdum
prior ne decedat maritus an mulier. Nã ſi a patre maritus am
pliorẽ multo præter ſpuriæ cõditionẽ, fuerit dotem adeptus,
isq; ea ſuperſtite extremũ obeat diem, author eſt Bartolus, &
cũ eo plerįq; alij, ſtatim dirẽpto mr̃imonio, ſubducẽdam eius
eſſe rõnem, quod mulieri neceſſarium ſit futurũ, & ſi quid ꝑ-
terea ea dote reliquũ eſt, id proximiorib. patris applicandũ, fi-
liæ tantũ æquã portionem vñ ſe alat relinquendã. Bar. l. fi. §. 1.
quæ in fr. cr. & l. Mæuius. §. duob. 3. q. de le. 2. Abb. cõſ. 50. 115.
in 2. Alij tñ hanc ſpuriorũ & dotis cãm benignius amplecten
tes, nihil a muliere ex eo auferendũ crediderũt, quod ab ini-
tio in maritũ pater contuliſſet. Bal. 456. 5 quaſi quod cũ ſemel
ea dos recte cõſtiterit, perpetuã quoq; eandẽ cãm debeat re-
tinere. arg. l. pater. §. qndecim. de leg. 3. Sed vereor ne hoc fal-
ſum ſit, Cum. n. pater, qñ dotem marito dat, eã poſt ſuam & vi
ri mortẽ ad filiã uelit pertinere, l. 5, §. videamus C. de rei vxo.
act. iam manifeſtũ eſt hoc euentu ſecuto filiã tunc non a mari
to, ſed a patre ipſo capere veluti ex cã fideicõmiſſi, quod eſt in
terdictum. Alex. l. ſi is qui. de vulg. donare. n. filiæ pater nõ po-
terat, l. 1. C. de nat. lib. ergo nec dotẽ ei minus neceſſariã relin-
quere, arg. l. qſqs. §. emancip. C. ad l. Iul. maie. cũ ea filiæ rõne
lucratiuus titulus & donationis inſtar habeatur. l. fi. §. ſi a ſoce
ro. ver. at ſi neuter, quæ in fr. cr. & c. præced. Eſt igitur idẽ pa-
ter qui dotẽ marito tradit, & q eã filię reſtituendã curat, ideo
perſonalis, rñſio ad §. quindecim. adhuc eſt ꝓhibita, initiũq;
2 ſuũ retinet. Bar. l. peto. §. fratre. de leg. 2. nu. 3. † Quod adeo ve-
rũ eſt, vt & ſi poſt obitũ viri integrã hãc dotis ſummã mulier
30 ampliusue annis poſſederit, adhuc tñ ea ſe præſcriptione
non poſſit adiuuare, vt Bartolus rñdit, in conſil. 119. Aut. n. id
totũ ad ſe non iure ſciebat ꝑtinere, & tũc mala fides quamcũ
que præſcriptionẽ impedire apta eſt, c. poſſ. de reg. iu. in 6. Aut
3 vero † apud ſe, licet ſpuriam, iuſtã eſſe poſſeſſionem putabat,
& tunc iuris error poſſeſſionẽ ipſam frangit & infirmat, l. nun
quã, in prin. l. ſi fur. §. 1. de vſuc. quod ẽt in longiſſimo tp̃e ad-
uerſus Caſt. l. Celſus. nu. 4. de vſuc. & Baldũ. l. nullo. nu 4. C de
rei vend cõmuniter receptũ eſt. Fel. c. de quarta, de ꝑſcrip. nu.
42. quia cũ initio lex reſiſtat, ne qd a patre in ſpuriã transferat̃,
l. 1. C. de nat. lib. q c qd deinde ab ea poſſeſſum reperit̃, fingit̃ cũ
mala fide actũ, gl. c. 2. de his quæ fi. a præl. vñ quęcunq; vel lon
giſſima præſcriptio ĩpedit̃. Bar l ſed & §. ſcite, de pet. her. Abb.
c. ſi diligenti. de præſcr. nu. 24 & c. cũ non liceat. nu 9. Quod ſi
4 ea ſe vere iuſtã filiam † crediđiſſet, aut ſaltem natalib. rite re-
ſtitutã, tunc cũ in facto erret, non video cur præſcribere ſaltẽ
longiſſimo non poſſit tp̃e. Marſ. ſing. 478. quod bonæ fidei in
ſtar eſt. Fel. d. c. de quarta. nu 6 q̃uis Alexãder ꝯ qñq; rñderit.
in 74. in 3. cuius me rationes nihil mouent, eo quod ſi veritas
cũ eius opinione cõcurreret, iuſtaq; eſſet filia prout exiſtima-
bat, recte poſſideret & acquireret, ergo idẽ & ſi ſe falſo legiti-
mã eſt opinata, cũ lõgiſſima poſſeſſio, titulum bonamq; fidẽ
præſumi faciat, ut recentiores quidã diſtinxere. Ripa, l. 1. quor.
bon. nu 9. Cũ uero decedit & ipſa mulier aut ſuperſtite adhuc
viro, aut ẽt eo mortuo, non eadẽ iam ſeruari ſolent, ſtatim enĩ
dos ad patrem aut eius hæredes reuerti debet. Abb. conſ. 50. ĩ
5 2. Ripa, l. 1. ſol. matr. nu. 67. † ita ut nec quicquam poſſit mari-
to liberis ue ex eo ſuſceptis relinquere. Bal. l. eã quã. nu. 41. &
Cauet. conſ. 186. nu. 16. Quoniam cum hæc dos ſiue alimento
rum loco fuerit conſtituta, ſiue neceſſitatis potius cã ut nos
putamus, iam ſicut alimenta ipſa adueniente morte extinguñ
tur, l. dñs. §. fi. de vſufruc. neceſſitas etiam qualiber ceſſet tam
impio fato, quo omnia ſoluuntur, §. deinceps. Auth. de nupt.
ęquum eſt ſane ut & dos ipſa unde diſceſſit, ſe recipiat, nec am
plius nulla exiſtente cã apud alienas perſonas vaget̃. Abb. 115.
6 in 2. Ideoq; conſilium dedit Bartolus, † l. fin. de his qb. vt ind.
nu. 7. & Rip. d. l. 1. ſol. matr. nu. 69. maritis, qui huiuſmodi iun-
guntur vxorib. vt quam poſſint maiorem ſibi a patrib. dotẽ di
ci curent, quã deinde poſt earum mortem nepotib. ex eo mr̃i
monio natis ijdẽ patres uelit relinqui. Capy. deci. 181. ne alſs eo-
dẽ tp̃e & cõiunge & dotis ꝯmodo (qđ plerunq; grauius eſt) ſe
excluſos repetiãt Quã ſñiam ut nõ adeo firmiter ꝓbẽ, illud ĩ cã
eſt, quod dos hæc nedũ ꝓ onerib. mr̃imonij marito dat̃, ut ex
ea, ipſa tantũ ſpuria ſuſtentet̃, ſed & filiorũ cã qui ex illo mr̃i-
monio naſcent̃. Rum. ꝯſ. 124. nu. 11, in 1. ſi. vi ĩde alant̃, educẽ

tur,

tur, præſertim vbi mariti facultates ad id nõ ſufficerẽt. Auth.
ſi pater. C. de diuort. qua de ſe & oneroſus quo ad eos is titu-
lus bẽtur. Bar. l. ſi cõſtãte. ſol. mat. nũ 67 & in l. fi. §. 1. quæ in fr.
cr. l. Apoſt. quem deinde ijs auferri ſatis iniquum videtur, cum
quaſi ab initio eis pars dotis tacite ſit obſtricta, & l. ſi maritus
fam. erc. facit. l. dos a patre. C. ſolu. mat. ſm opin. Mart. Tutius
tamen his fuerit Bartoli conſilium.

Qui ſint tutores illegitimorum filiorum Et an a patre teſta-
mento dari poſſint.

1 *Quæ poſſit pater erga ſpurios, aut non poſſit.*
2 *An detur naturali tutor a patre in teſtamento.*
3 *Differentia inter tutores naturalium, & legitimorum filiorum.*
4 *Ab inteſtato qui ſint naturalium tutores.*
5 *An ſpuriis teſtamento tutor detur.*
6 *Quis ab inteſtato ſpurii tutelam gerat.*

C A P. LII.

CVm tutela iure ciuili, naturali quadam rõne fue
rit inuenta, vt hi qui imbecilliore ſunt ætate ac
iudicio, maiorum conſilio ac authoritate prote
gantur, §. fi. Inſt. de Attil. tut. non immerito in
dubitationẽ venis, an cum electi a patre in teſtõ
tutores filijs, cæteris omnib. præferri ſoleant. Bar. Rub. de teſt.
tut. eo quod plurimũ lex paterno erga filios conſilio tribuat,
hoc quoq; & in illegitime natis ſit recipiendum, vt ijs ęque ac
cæteris, decerni tutores in teſtõ poſſint, quaſi eadem natura-
lis rõ ad oẽs quomodocunq; natos pariter pertineat, l. hos ac
cuſare. § pen. de accuſat. Et qm etiam id tantum prohibitũ pa
2 tri erga illegitimos filios vĩ, † nequid de ſuo ijs largiri poſſit, l.
2. l. fi. C. de nat. lib. in cæteris, hac vna re excepta, licet ei erga il-
los quæcunq; fere exercere, cũ & executores bonorũ in teſta
mẽto relinquere. Alex. l. cogi. §. bi q. nu. 4. ad Treb. & eos in pu-
pillarib. bonis filijs ſuis licitis ſubſtituere, l. ſi is q ex bonis, de
vulg. & pup. & in libertatẽ, vbi ſtatus illis controuerſia moueа
tur, eos valeat vindicare, l. 3. de lib. cau. & in iudicijs eorũ no
mine experiri. Alex §. ſi quis rogatus. nu. 39 ad Treb & alia hu
iuſmodi multa Cur non ergo & tutores ijs in teſtõ poſſit cõ-
ſtituere, cũ hic non de ſucceſſione in eos trãſmittẽda, nec de
ijs ex re patris locupletãdis agaĩ, ſed de gubernatione tantũ &
tutela ijs decernenda, q̃ maxime ex vſu publico eſt, vt ipſi, eo-
rumq; bona, fide & patrocinio alicuius ſuſcipiantẽ & cuſtodiã
3 tur? † Sunt tñ quib aliter videatur. gl. Bar. l. 1. de teſt. tut. nec ſi
ne rõne. Lege. n. duodecim tabularũ permiſſum eſt parentib.
liberis (ſi nõ in ptãte ſint) tutores teſtõ dare, l. 1. de teſt. tut. l.
ſed notũ eſt, eos q illegitime naſcuntur, in ptãte noſtra nõ eſ-
ſe, cũ ex mrĩmonio orti non ſint, § ſi aduerſus. Inſt. de nup. igi
tur nec ijs tutorem dare licebit vt ipſo iure valeat. Diſtinguẽ-
dũ eſt tñ latius in hac materia, an de naturalib filijs loquamur,
an ẽt de ſpurijs, inter quos maxima eſt dĩa. Auth licet C. de na.
lib. Nãq; ſi de naturalib. intelligimus, cũ eos lex nõ ita abhor-
reat, l. pen. C. ad Orſic. conceſſit ẽt qñq; patri, vt ijs tutores ab
eo dati, tutelã poſſent adminiſtrare. Sed hoc varijs modis. Nã
que ſi pater naturalẽ filiũ inſtituerit, eiq; tutorẽ dederit, erit
ſane ille tutor, petita tñ ante a iudice confirmatione, l. ſi C de
cõf. tut. Qđ ſi nihil naturali filio de bonis ſuis reliquerit, & iñ
tutorẽ dederit, nõ aliter ille tutelã ſuſcipiet, niſi & a iudice cõ-
firmeẽ, & cũ cãæ inquiſitione. l. naturali. de cõf tu. In eo. n qui
nihil a patre cõſecutus eſt, hoc amplius requirĩẽ, vt ex diligen
ti inquiſitione tutor cõfirmetur, cũ in alijs q a patre inſtituti
ſunt, ſimplex ſufficiat iudicis ɔfirmatio. Quamobrẽ ſi natura-
li filio pater certa relinquat bona, isq; præter ea, alias hẽat fa-
cultates, tutoremq; illi ſimpliciter in teſtõ dederit, is quidem
quoad bona relicta a patre, ſola indigebit cõfirmatione. Verũ
quoad cętera, antequã ei adminiſtratio decernaĩ, opus erit ne
dũ confirmationẽ impetrare, ſed & ſummã inquiſitionẽ hẽri,
put Bartolus egregie declarat, in l. naturali. §. 1. de conſ. tuto.
3 † Vñ & intelligimus, qd in hac ſe differãt naturales a lẽgĩmis fi-
lijs. Inſti. n. filijs qui danĩ tutores a patre in teſto, hi tutores ſta
tim ipſo iure conſtituuntur. Inſti de ſatiſd. tut in prin. ſm de-
cla. Bar. in l. legitimos, de legit. tut Aſt qui naturalium tutores
relinquuntur, hi non ante, munus id tutelæ poſſunt inchoa-
re, quam & iudex eos authoritate probet ſua, & plerunq; de
eorum moribus, fortunis, & conditione, non perfunctorie ſit
4 inſtructus † Quod ſi pater impuberibus his naturalibus reli-
ctis aut teſtamentum non feciſſet, aut quãtum ad tutelam in-
teſtatus deceſſiſſet, tunc quoq; non vt iuſtis filijs, fiunt agnati
legitimi tutores, ſed ad matrem directo tutela pertinet, cum
legitimis ipſi careant tutoribus, & agnatis, l. fi C. quãdo mul.
tut. off propterea q; etiam defuncta matre, crederem alios ex
linea materna proximiores id onus eſſe ſubituros, nõ quia ho
die ſublata ſit omnis differẽtia inter agnatos & cognatos quo
ad ſucceſſiones & tutelas. Auth de hær. ab inteſt §. nulli. & §.
ex his. Bar. l. 1. de legit. tut. nã hæc differentia quæ remota eſt,
in legitimis tantum nõ ſpurijs procedit. Fab. Inſt de cog. ſeru.
nu. 5. Sed quod cum his illegitime natis, cognati tantum ab in
teſtato ſuccedant, l 2 l. ſi ſpurius. vn. cogn. non agnati, quip-
pe qui nulli his ſunt, §. vulgo. Inſt de ſucc. cogn. æquiſſimũ eſt
etiam ijs tutelę onus deferri, qui & ſucceſſionis emolumen-
tũ añ alios ſperare pñt. Inſt. de legit patr. tut. Et hæc ita in na-
5 turalibus ſeruantur. † De ſpurijs negant omnes. gl. Bart. l. 1. de
teſt. tut & d l. naturali de conſ. tut. tutorem a patre vllũ his re
linqui poſſe, nedum quia in poteſtate non ſunt, ſed quod nec
filij nomen merenẽ, ſuntq; penitus alieni a patre Ego añ cũ
alias oſtenderim, c. 40. poſſe quandoq; patrem quibuſdam ſpu-
rijs teſtamento bona relinquere, iiſdem quoq; rationib. nũc
affirmo, & tutorem recte ijs dari poſſe, patriſq; voluntatem p
bandam. arg. l. ſi patronus, vbi Dy. Bar. de conf tut. Quod & ge
neraliter in cæteris quoq; ſpurijs fortaſſe admittendum erit,
ſaltem ratione alimentorum, quæ eis hodie pater præbet, ca.
cum haberet. in fi. vt quoad ea, tutorem his poſſit cõſtituere.
6 d. l. ſi patronus & l. fi. C. de conf. tut. † Vbi vero pater de hac re
nihil teſtatus eſſet, materq; ſupereſſet, tunc in omnibus ratio
nem ſequendam ducerem ſucceſſionis, vt ſi tales ſint ſpurij q-
bus mater ab inteſtato hæres eſſe poſſit, iux. gl. l. pen. C. ad Or-
ſic. tunc & ei tutelam mandandam eſſe, matre uero nõ ſuper-
ſtite, cognatis ijs deferendam, qui ſpurijs ſuccedere ſolent. l. 2.
vn. cogn. Quod ſi illi eſſent ſpurij ex damnatis nuptijs orti,
tunc quia omni & agnatione, & cognatione carere dicuntur.
Alex. 174 in 5. Dec. conſi. 311. tunc nec matrem nec vllos con
iunctos ad tale munus vocandos eſſe, quia & a ſucceſſione ex
cludũtur, vt alibi latius declarauimus, c. 43. Eſſetq; hoc caſu
a magiſtratib. ad id authoritatem habentib. alius ad hoc mu-
nus deligendus, ne pupillus omnino indefenſus relinquere-
tur. Inſt. de Attil. tut.

An nepos legitimus ex filio ſpurio poſſit ab auo hæres inſtitui.

1 *Macula patris afficit filium, & quomodo. num. 3. 5.*
2 *Relictum nepoti videtur contemplatione filii.*
3 *Delictum patris in quibus noceat filio.*
4 *Iuſtiniani conſtitutio ſuper hac quæſtione.*
5 *Cur Adami peccatum omnes attingat, non æque aliorum patrum.*
6 *Auus inſtituens nepotem, illius contemplatione, non filii id facit.*
7 *Spurius vſumfructũ habet in bonis filii ab auo relictis.*
8 *Quando nec filius patri, nec ſeruus domino acquirat.*
9 *Quib. caſib. nepos ex ſpurio ab auo inſtitui non poſſit.*
10 *Ab inteſtato nepotes ex ſpurio non ſuccedunt auo.*

C A P. LIII.

SEquitur vulgata illa apud veteres & recentiores
iuris interpretes quæſtio, an Auus nepotem ex fi-
lio ſpurio poſſit inſtituere. Dynum enim acce-
pimus. hæc refert Bal. l. Gallus. §. quidã recte. cõ
trouerſiam hanc forte vt nimis dubiam, ſub iu-
dice reliquiſſe. Cynum autem aperte ſenſiſſe, non eſſe auo
cum nepote eo teſtamenti factionem, ꝓpterea quod eadem
turpidinis ratio, quę filios Nothos a patrib. aliquid capere pro
hiberet, & ad nepotes pertineret, cum officium aui erga ne-
potem, ex pſona filij præcipue oriatur, l. dotem dedit, de coll.
bon. Rofredus diſtinguit, vt ſi contemplatione patris hæres re
lictus eſſet, inſtitutio irrita cenſereĩ, ſin vero nulla habita pa-
tris ratione, & tunc relicti compos eſſet. Poſt hos Bartolus in
l. Gallus. § qd ſi is. nepotem ſemp inſtitui poſſe dixit, dummo-
do non maxime euidenter probaretur id intuitu filij factum,
quod in dubio non eſſet præſumendũ, & ſm hanc ſñiam de fa
cto rñdit, conſ. 128 Odutius. Baldus acerrime cõtrariam Bar
tolo opin. defendere conatus eſt, in l. Gallus. §. quidam recte.
ſuntq; hæc deinde ab alijs Doctorib. & recentioribus in vtranq;
partem late diſputata. Alex. Soc. Caſt. d § qd ſi is. Cor. cõſ. 25.
1 in t. Alex. 74 l 3 Dec. 462. † Solent Baldus & qui eum ſequuti
ſunt ea in primis mouere ratione, quod cum nepos ipſe a filio
ſpurio deſcendat, non poteſt non eandem maculam, veluti a
vitioſa radice conceptam, ſecum ducere, quæ illũ ideo ab aui
ta arceat ſucceſſione. Dec. conſ. 85. in fi. exemplo Adami pri-
mi parentis noſtri cuius labes poſteros omnes in perpetuum
potuit afficere. Certum etenim id eſſe aiunt, nihil filio ſpu-
rio aut recta via, aut per mediam perſonam a patre poſſe re-
linqui, l. 2. C de nat. lib. quæ res arguit, ut nec nepotem ex
eo liceat inſtituere, ex quo vſusfructus ſaltem ipſi filio acqui
rendus eſſet, l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. atque ita
fraus legi fieret manifeſta: Addunt filios illegitimos idcir-
co a patre inſtitui ꝓhibitos, vt ita facilius paterna libido repri-

meretur, l. fi. C. de nat. lib. cum commune parentum omnium
uotum ſit, ad filios facultates ſuas omnes tranſmittere, l. ſcri-
pto. unde lib. quæ ſanè ratio, cum in nepotib. æque vigeat, l. li-
berorum, in fi. de verb. ſig. noluũt propterea quicquam in hac
re diſcriminis inter filios nepotes ve conſtitui, præſertim cũ
quicquid nepoti relinquitur, id filij contẽplatione proculdu
bio factum, Alexan. Iaſ. l. ſed ſi plures. §. 10 arrogato, de vulg.
& pup. auusq; ita erga illum, filij tantum cauſa affectus videa
2 tur, l. dotẽ dedit de coll. bon. l. ſi ſorte, de caſtr. pec. † Qua ergo
ratione Nothus à lege repellitur, eadem & nepotẽ ex eo reij-
ciendum volunt, l. quæritur, de bon. libert. cum melioris non
debeant conditionis eſſe nepotes quam filij, l. ſi unia. §. in ne-
potib. C. de bon. mater. Hæc pro Baldo, qui tamẽ alibi profeſ-
ſus eſt, ſi conſtaret inſtitutionem hanc minime intuitu filij fa
ctam, ſuſtineri omnino debere, Bal. conſi. 146. in 1. alias 488,
in 4. in fi. vt quia eſſet in teſtamẽto dictum, ne vſusfructus ad
patrem perueniret, quod conſilium vti præ cæteris tuuiſſimũ,
etiam Bartolus approbauit, Bart. ind. §. q d ſi is. Dum tamen
Baldus inſtitutionem in dubio inutilem eſſe dixit, quando ni
hil ab auo de vſufructu expreſſum eſt, in hoc Bartolus ab eo
quam maxime diſſenſit, & cum Bartolo crebrior hodie quo
que ſtat opinio, Cor. conſi. 1. in 3. ver. circa ſextum & 25. in 1.
Feder. 57. Dec. 462. Alex. 72. in 3. & in d. §. quid ſi is. eademq;
3 vt ego arbitror, æquior multo ac uerior. † Dixit is, filium illis
tantum commodis, ob delictum patris eſſe priuandũ, quæ ab
illius perſona, non ab auo, aut alijs agnatis proficiſcerentur,
l. 3. de interd. & releg. l. emancipatum. in fi. de ſenat. Sic. n. de-
portatos, quibus nihil tanquam ſpurijs poteſt relinqui, l. 1. C.
de hær. inſtit. quoad auitam hæreditatem, nepotibus nihil no
cere, l. 1. §. fin. de bon. poſ. contra ta. l. ſi necem. §. ſi deportatus,
de bon. libet. nec patris hæretici culpam filio orthodoxo in
ſucceſſione ullo eſſe impedimento, l. cognouimus, cũ Auth.
ſeq. C. de hæretic. ſicut nec exhæredatum filium quanuis in-
ſta de cauſa, ideo nepotem à petenda bonorum poſſeſſione
4 auita repellere, l. 3. §. ſi emancipatus, de cõttatab. † Quæ quidẽ
argumenta pro hac parte plurimũ ſanè urgent. Sed addo ego,
quæſtionem hanc uſque è Iuſtiniani temporibus emerſiſſe,
ob idque ab eo conſtitutionem editam, quæ & adhuc extat,
qua apertiſſime ſanxit, licere auo, nepotibus ſuis legitimis ex
naturali filio, quodcunque libere relinquere, l. fi. C. de nat. lib.
quam & in ſpurijs, quoniam eadem ratio ſuaderet, locum ha-
bere, Accurſio, ſeu Franciſco filio viſum eſt, glo. d. l. fi. Bart. §.
quid ſi is. Vt planè miter eam inter tot grauiſſimos Doctores
contrauerſiam vſque ad hæc tẽpora manaſſe, cuius deciſio mi
nime amplius dubia eſſet. Nulla enim inquit Iuſtinianus I ne-
potem legitima eſt conſequentia, cum leges paternum tantũ
uitiũ in filio cohibere uoluerint. Omitto nũc quẽlibet ĩſtitui
poſſe, qui expreſſe prohibitus non reperiatur, arg. l. extraneũ
C. de hær. inſt. nec nepotem de quo agimus, ulla quod memi-
nerim lege repelli. Omitto leges quæ filijs illegitimis quid ve-
tant relinqui odioſas eſſe, nec ad nepotes quorum diuerſa eſt
cauſa protrahẽdas, arg. l. cum quidam, de lib. & poſt. Sat illud
ſit, nobiſcum Iuſtiniani conſtitutionem facere, hac tantum
de cauſa ab eo promulgatam: Cui nihil aduerſatur, quod ne-
potes paternum vitium eadem ex origine ducant, nã hoc &
ex rationibus ſupra per Bart. adductis negatur, & ipſius Iuſti-
niani verbis repugnat, qui nullam legitimam fieri conſequen
tiam in nepotem tradidit, alias ſequeretur, vt nec pater ipſe
ſpurius quicquam filio legitimo poſſet relinquere, ſicuti ipſi
5 à patre ea de cauſa cõſequi nil licuit. † Quod enim de Adamo
dicitur, id aut alio pertinet, ut quidam aiũt, nempe ita ſummi
Dei lege iubente, cuius arcana nobis nõ licet perſcrutari, Cor.
conſ. 24. col. 3. arg. c. dnę ſuor. 1. 9. q. 2. aut dicerem ego potius,
diuerſum id longe exemplum eſſe, cum labes illa ab Adamo
primo m contracta, ad omnes quot quot naſcuntur homines
æquo iure ſemper tranſmittatur, ſi quidem omnes ſub eadem
lege & conditione in lucem edimur, ſub qua & is uitam ſuam
peregit. Secus in eo eſt, qui legitimus ex patre ſpurio naſci
tur, hic enim non eoſdẽ quos pater natales ſortitur, vnde nec
eiuſdem conditionis uecceſſario cenſeri poteſt, quod cum ex
multis patet, tum ex eo maxime, quod huic non honores &
munera publica interdicũtur, quæ patri ſuo, eo quod nothus
eſſet, forte potuiſſent abnegari. Non igitur legitimus, patris no
thi conditionem aſſumit ſicuti nos Adami naturam in omni-
bus retinemus. Ad id vero quod hoc pacto, facile legi fraudẽ
fieri poſſe Baldus & cæteri dicebant, ex quo vſusfructus ad ſpu
rium patrem eſſet peruenturus, quanuis Bartolus etiam reſpõ
derit, in d. § quid ſi is. in fi. is tamen mihi eo in loco non om-
nino ſatisfacit, altiusque radix hæc euellenda fuit, non humi
tantum amputanda. In hoc enim quæſtionis totius cardinẽ
verti arbitror, iudicio ne Aui, hic ſpurius eum vſumfructum
conſecutus videaẽ, aũt minus. Nã ſi volũtas hęc præcipua Aui
fuiſſe monſtreẽ, vt vſufructu. Spurius potiretur, poſſet ꝓbabi
lior forte Baldi opinio videri, quaſi id quod ei recta transferre
in filium non licebat, obliquo quodã curſu aſſequi conten-
dent, aduerſus legũ conſtitutiones. l. 1. C. de nat. lib. cũ. l. cum
6 quid vna, de reg. iur. in 6. † Ego vero ita cenſeo, cũ Auus nepo
tẽ ſibi hẽdem inſtituit, id eius potius cõtemplatione, quã filij
aut alterius cuiuſcunq; in dubio factũ videri, l. fi. C. de vſuf. l. ſi
vero. §. 1. ff. mand licet. n. plerunq; extrinſecus quędã inſpici ſo
leant, quæ teſtatorem ad id potuerint inuitare, ex quib. dein
& illius mẽtẽ dijudicamus, arg. l. ſi militi. l. ſi forte, de caſt. pec.
no. Alex. d. §. in arrogato, de vulg. & pup. nulla tñ hic cõiectu-
ra, quod id occaſione filij factum fuerit, recte admitti põt, ex
quo ita inſtitutio vitiaretur, quod aduerſus cõem omniũ qui
teſtanẽ propoſitum eſt, qui ſemp ea in teſtõ & voluiſſe & geſ-
ſiſſe præſumunẽ, quę ad eorũ voluntatẽ tuendam, non firman
dã ſint aptiora. Hodie ſane & hoc eo minus dubiũ eſt quod
oĩa ab Auuo in nepotẽ collata, cenſentur aduentitia, ſicq; illi
proprijs meritis, nõ patris rõne acquiſita. Bar. gl. l. qui in aliena
§. interdum, de acq. hær. & in l. quæſitum, de leg. 1. maximeq;
eiuſmodi ſint, quæ non neceſſario ab Auuo nepoti eſſent re-
7 linquenda. Alcia. Reg. 1. præſum. 17. nu. 3. † Quę cũ ita ſint, licet
vſusfructus deinde filio acquirendus eſſet, cum tñ illum non
auito præcipue iudicio conſequatur, crediderim eum illius
cõpotem eſſe poſſe, l. ita fidei. §. fi. de iu. fiſ. Bald. l. cã quam. C.
de fideic. nu. 54. dum tñ hoc in fraudem ab auo ſeu nepote
factũ non cõſtaret, l. Lucius. §. fi. de leg. 1. Alex. Iaſ. l 6. de vulg.
quod quibuſdam ex reb. alibi a nobis traditis colligereẽ, ſupra
c. 43. in dubio aũt non eſſet præſumendum. Alex. cõſ. 51. in 2.
venit ſi quidẽ hic vſusfructus in cõſequẽtiã quandã, ex legis,
non Aui præcepto, & propterea permiſſam, Fel. c. multorũ,
de Iudę. 1. notab. Ille nepoti tantum relictum voluit, vt modo
diximus, lex vſũfructũ patri defert. Acquiriẽ ergo hoc ex qua-
dã veluti tacita ſocietate, in qua nihil fraudis ſuſpitio vnquã
nocere põt. Bar. l. ſi is qui duos, de lib. leg. Bal. l. 1. pro ſocio. 14.
q. Sed & demus manifeſte apparere, filij ẽt intuitu id Auum
feciſſe, vt nepos ꝓprietatẽ, filius vſũfructũ aſſequẽreẽ, adhuc
tñ hanc nepotis inſtitutionem irritam non exiſtimarem, tũ
quia hæc ſola affectionis ratio nihil obeſſe dẽt, l. fi. de his quib.
vt ind. l. affectionis. de dona. tum q2 regula eſt, ſiquis rẽ duob.
coniunctim legauerit, quorũ alter ad illã obtinendã idoneus,
alter ineptus ſit, incapacis portionem capaci accreſcere, non
relictũ totũ corruere, l. ſi is q duos. de lib. leg. cum. n. principa-
le per ſe validũ ſit, acceſſorij deinde infirmitate nequit vitiari
l. poſt legatũ. §. qui principale. de his q b. vt ind. l. Papin. §. ſed
8 neq;. de inoff. teſt. † Docuitq; Bartolus, ſi quid filio legatũ ſit,
dubiteturq; eius ne intuitu an patris fuerit relictũ, ſi pater ca-
pere non poſſit, tũc dubio procul id filio acquiri, patrẽ priua-
ri. Bar. l. filio. de do. cã mor. Cui accedit quod quotieſcunq; illi
cita eſt acquiſitionis cã, nunquã patri per filium, aut domino
p ſeruum quæritur, l. quod ſeruus, vbi Bart. de acq. poſſ. quod
in hac ipſa quæſtione & Socin. tradidit. in d §. quid ſi is, nu. 3.
Cætera per Baldũ in contrarium adducta nihil obſtant, cũ vt
dicebat Iuſtinianus, nulla lẽgitima conſequentia de filio ad ne-
potẽ fiat, nec tam odioſa ſeueritas vllatenus ad nepotem dẽat
9 extendi. Limitãda tñ erit in primis hæc quæſtio, vt tũc Auus
nepotem ex filio ſpurio non poſſit inſtituere, ſi ſpuriũ illũ ex
inceſto ſuſcepit, cũ tunc perſonas egredi non poſſit ab Arca-
dio præſcriptas, quã limitationẽ ex mente Baldi ſumptã, Bal. l.
ſi qs inceſti. C de inc. nup. ꝫ Iaſonẽ oĩno recipiendã puto. Iaſ.
d. § quid ſi is. in fi. Scda limitatio a Doctorib. oĩb. allata vt nec
tũc nepos poſſit inſtitui, cũ lẽgitima ſoboles auo adeſt (excepta
tñ vncia, quæ ẽt hoc caſu ei relinqui põt) Capyc. Dec. 181. ni-
hil eſt qđ ĩ dubiũ reuoceẽ, q ppe quæ a Iuſtiniano tradita eſt,
d. l. fi. C. de nat. lib. Alex. cõſ. 74. in 3. ꝓcediẽq; ẽt vbi tantũ ne-
potes lẽgitimi ex filijs lẽgitimis nati extarent, cũ filiorũ tunc locũ re-
ferant, Crauet. cõſ. 200. ſecus vero in Auia eſſet, cui ab inteſta
to ſpurij cum lẽgitimis, & nepotes ẽt ex ſpurijs æque aliqñ ſucce-
dũt, l. pen. C. ad Orfic. Roſel. de ſuc. ab inteſ. nu. 40. vñ & ab ea,
ijs quoq; extantib. inſtitui recte poſſent. Caſt. d. §. qd ſi is. in fi.
niſi fortaſſe ex putatiuo mrimonio ſuſcepti eſſent, in quo iu-
ris error affuiſſet. Ruin. conſ. 14. in 3. col. fin. Tertio & hæc ita
accipiẽda ſunt, cũ † Auus teſtatus deceſſerit, cæterũ ab inte-
ſtato, nõ eſt quod nepos ad eius lẽgitimam ſucceſſionẽ auſit aſpi
rare, cũ ei a patre ſuo ſpurio aditus ab ĩteſtato fuerit interclu-
ſus. d. l. fi. Caſt. Soc. d. §. qd ſi is. nu. 4. Dec. cõſ. 85. in fi. In cæte-
ris igiẽ caſib. ꝗ ſupra diximus, ſeruabunẽ, vſq; adeo vt nec fra-
ter a teſtõre ꝑteritus, poſſit idcirco nepotẽ hunc inſtitutũ, ꝗ
rela inofficioſi repellere, vt ciuis meus rñdit, Gratus. cõſ. 6. in
2. Quæcunq; aũt de nepote lẽgitimo ex filio ſpurio ſunt dicta, ea
& in nepotẽ ſpurio ex filio lẽgitimo ſunt affirmanda, cũ vtrunq;
caſum Iuſtinianus æquiparatit. In hocq; & minor adeſt dubi
tatio, quod ceſſat ratio illa vſusfructus, auusq; quoad illũ peni
tus ignotus & extraneus hẽtur. § filiũ. Auth. q. mo. nat. ſui. Et ĩ
hoc caſu ẽm hãc ſnĩam a Federico Senẽ. rñſũ eſt. in conſ. 57.

An

An valeat ſtatutum, quo ſpurij æque cum legitimis ad parentum ſucceſſionem vocantur.

1 *Ius diuinum repellit ſpurios à ſucceſſione.*
2 *Statutum præbens occaſionem peccati, nullum eſt.*
3 *Non valet ſtatutum, ne exceptio opponatur, quod quis ſit ſpurius.*
4 *Legitima à ſtatuto minui, & in totum tolli poteſt.*
5 *Olim quicunque ſpurij ſuccedebant matri.*
6 *Ex temporum varietate, leges mutantur.*
7 *Ciuitates quæ ſuperiorem non agnoſcunt quoad iuriſd. æquiparantur Imp.*
8 *Præcepta veteris teſtam. in cauſis decidendis, quid valeant.*
9 *Quid dicta Auguſtini.*
10 *Quando lex valeat, ex qua peccatum oriri poteſt.*
11 *Pœna pecuniaria homicidio imponi poteſt.*
12 *Statutum vt ſpurij ſuccedant, videtur æquiſſimum.*

CAP. LIIII.

NON minus quoque celebris eſt illa quæſtio, & in Gymnaſijs publicis ſæpius agitata, Prep. cap. per venerab. qui fil. leg. col. 98. Roſel. in Tract. legi. lib. 2. c. 1. num. 38. Aret. l. 3. de teſta. an lege municipali, ſpurij perinde ac legitimi ad ſucceſſionem vocari poſſint. Proferamus & nos in hoc ſententiam noſtram, vt ſi quid alios præterierit, in medium adducamus. Solet frequentius à Doctoribus ſpuriorum cauſa oppugnari, quibus id iniquum ſatis videtur, vt eorum æqualis ac legitimorum ratio ſit habenda. Vrgent vero in primis Bartolus & Federicus Senen. duobus validiſſimis argumentis, Bar. l. 3. de teſta. Feder. de ſen. conſ. 277. aiunt enim quod cum ſpurij expreſſe ab Imperatore à bonis paternis fuerint excluſi, §. fina. Authen. quibus mod. natu. ſui. non debuit id amplius ſtatuto poſſe immutari, quippe quod ad ſolius tantum Principis poteſtatem pertineat, l. 1. ff. de poſtul. Bart. l. non ambigitur, in fi.
1 de legib. Atqui non iure tantum ciuili eiiciuntur, ſed & Pontificio ac diuino. Scriptum eſt enim, Gene. cap. 21 ad Galat. 4. eijce ancillam & filium eius, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ: & alibi. Hæres in domo patris noſtri eſſe non poteris, quia de meretrice natus es, Iudic. c. 11. Et Diuus Auguſtinus ita lege Dei conſtitutum tradit, c. j. 35. q. 7. vt non reputentur filij, nec vllo parentibus iure ſuccedant, cap. cum multæ. 15. q. vlti. Quod cum ita ſit, iam ſecus municipali lege non videtur poſſe caueri, c. quæ contra. 8. diſtin. c. qui reſiſtit. 11. q. 3. His accedit & iuris communis ratio, quæ ideo in filios illegitimos vtitur acerbitate, paternæ tantum incontinentiæ reprimendæ cauſa. Cum enim genitorum omnium commune id votum ſit, vt ad filios bona & fortunas ſuas omnes tranſmittant, l. ſcripto. Vnde. lib. leges eis interdicendo nequid ex rebus ſuis Nothis relinquant, facilius & hoc pacto eorum libidinem veluti quibuſdam frenis cohiberi poſſe putarunt,
2 l. fi. C. de natu. libe. † Quomodo ergo ſtatutum hoc honeſte vnquam recipi poterit, cum indulgeat id potius hominum libidini & petulantiæ, ijſque delinquendi impunitatem & ſeueritatem quandam promittat, quæ legibus nunquam probari ſolent? l. conuenire. de pact. dota. facit vero potiſſimum in hanc ſententiam Honorij iij. reſponſum illud, c. ex parte, de conſuetu. quo conſuetudinem quandam improbat, qua vxori coniugij fidem violanti, dimidiam adhuc mariti bonorum partem petere licebat, cum ea de cauſa mulieris libidinoſius viuere non dubitarent. In hanc autem ſententiam & Doctores alij quamplures tranſire, Barba. conſi. 34. in 2. col. penult. Anch. c. j. de conſtitu. Bal. l. j. C. de ſum. trin. nume. 29 & l. eam quam. C. de fideicom. num. 33. ſed omnes ferè eo potiſſimum mouentur argumento, quod contra bonos mores hoc ſit, careatque omni æquitate & ratione, quæ maxime legẽ decent, c. erit autem 4. diſt. cum iuris præceptum ſit hoc, honeſte viuere, Inſti. de iuſt. & iu. negariq; non poſſit, quin ex ea re ad laſciuiam quis magis alliciatur, quod ſcilicet ei conſueta pœna, & legis ſeueritas vel in parte remittatur, l. ſi operis. C. de pœ-
3 nis. † Addiderunt que aliqui, ſi caueretur etiam, ne cuiquam exceptio opponi poſſet, quod quis Spurius natus eſſet, eadẽ ratione tale ſtatutum non valere, exceptionemq; recte obijci poſſe. Bart. l. Seius. ad l. Falcid. Bal. l. 1. C. de bis qui pę. nom. Baldus tamen licet alias & ipſe pro hac opi. conſultus reſpondiſſet, in conſi. 457. in 5. in fi. alio tamen in loco mitius cum ſpurijs agendum putauit, vt ſi quidem ex damnato coitu nõ prodijſſent, poſſent parẽtibus ſuccedere, alioquin (quoniam contra iuſtitiam publicæ honeſtatis eſſet) ius commune ſemper ſeruaretur, Bal. l. 1. C. de iu. aur. an. Calderini etiam ambo ſpurijs quibuſcunque maxime fauendum reſponderũt, ſi nemo aſcendentium aut deſcendentium ſupereſſet, Ioan. & Gaſp. Cald conſi. 4. & 472 quod & acutis probarunt rationibus, & quidam alij ſecuti ſunt, Card. Præp. c. per venerabilẽ, Ripa. §. ſi quis rogatus, nume. 21. Ego ſi temerarium non eſt, à tot ſapientiſſimorum virorum opinionibus diſſentire, diſputando ſaltem hoc certe probari poſſe contenderem, quocunque ſpurios recte ſimul cum legitimis filijs ad patrum hęreditates municipali iure vocari poſſe, quam partem & acutiſſimis quibuſdam interpretibus non omnino diſplicuiſſe video, Aret. l. 3. de teſta. Cardi. c. conſtitutiones, 10. diſtinct.
4 † Quemadmodum enim legitima, iuſtis filijs naturali, diuino, ciuili, Pontificio iure debita, l. cum ratio, de bon. dam. c. dicat. 32. q. 4 c. quicunque 17. q. fi. Authen. nouiſs. C. de inoffi. teſta. c. Raynu. de teſta. municipali tamen lege minui quandoq; & in totum tolli poteſt, Bart. Caſtr. Imo. l. Titio. § fin. de condi. & demonſt. Alexan. l. quod de bonis. §. fi. ad l. Falc. Dec. l. iura. in fi de reg. iu. & conſi. 19. atque ita ex legitimis, illegitimos quodammodo filios facere, cur non & illegitimis, quod fauorabilius eſt, legitimorum iura valeat permittere? Præterea quæ per legem conſtitui poſſunt, ea & ſtatuto licet cauere, l. omnes populi, vbi Barto. 3. q. princ. ſed ius Digeſtorum ſpurios æque ac legitimos matri hęredes eſſe permiſit, Socin.
5 conſil. 148. colum. pen. quod poſtea quibuſdam caſibus à Iuſtiniano fuit immutatum, l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfic. Auth. quibus mo. natu. ſui. §. fin. pari ratione & rurſus hoc iure nouo in patribus ſanciri concedamus: Quod ſi lex canonica his omnibus ſimul cum legitimis vult æque alimenta præberi, c. cum haberet, in fi de eo qui dux. cur non & municipalis hoc amplius de ſucceſſione adiungere valeat? cum olim & ſenatuſconſulta, & edicta Prætorum ijs hæreditatem deferrent, qui aliàs non vocabantur, to. tit. ad Orfic. & Tertull. & de bo. poſſe. & naturalibus filijs certam etiam portionem tribui ius ciuile conſtituerit: Etenim cum ſucceſſiones hoc iure fuerint inuentæ, l. 3. de pet. hære. l. lege. 12. tab. C. de leg. hær. hæc ipſaq; inter legitimos & illegitimos differentia legum ſcriptarum ſubtilitate primum fuerit prodita, §. natura. Authen. quib. mod. natu. ſui, par mihi quoque videtur, vt eadem iure ciuili nunc poſſit aboleri, arg. l. nihil tam naturale. de reg. iur.
6 & qui † antea eam ob cauſam à bonis paternis reijciebantur, ijdem nunc lege permittente ad ea reſtituantur, l. eius eſt nolle. l. nemo nõ poteſt, de reg. iu. cum ex temporum varietate, & leges ipſas immutari neceſſe ſit, labentibuſque annis, non idem ſemper rerum ſtatus permaneat, ſed quod olim turpe, nunc honeſtum, & quod antea rectum, nunc quandoque iniquum iudicetur, c. non debet, de conſ. & affi. Dubium vero non eſt (vt ad argumenta contraria reſpõdeam) ſtatutum iuris ciuilis partem eſſe, l. ius ciuile, ff. de iuſti. & iu. quo tamen contra ius commune aliquid conſtitui licet, glo. l. nec ex prętorio, & l. neque pignus. §. 1. de reg. iu. Propterea q; ſi quis negет hoc vlli populo concedendum, eo quod Imperatori tan-
7 tum de his legem ferre, in priuilegium ſit reſeruatum; † Reſponderem id ſaltem illi ciuitati non prohibendum, quæ nullius ſubſit imperio, ſed proprijs viuat legibus & moribus, quales hodie multæ in Italia reperiuntur, cum in eorum iuriſdictione, Imperatori quoad vniuerſum æquiparentur, Bar. l. denique. in princ. de min. & in l. infamem. in fi. de publ. iud. Vel fortaſſe & is ea ratione conuinci poſſet, quod hic de veta non agimus natalium reſtitutione, quæ ſolius eſt Principis ſed de bonis ipſis in alium transferendis, quæ ſtatuentiũ propria ſunt, non Imperatoris, l. an in totũ. C. de ædif. priua. Bart. l. 1. § 2. de rei vind. atque idcirco cuicunque populo hoc dici poſſet permittendum, cum ita ſtatuendo, ſpurios ipſos non veræ reſtituat ingenuitati, ſed facultatem quandam præbeat tantum, ob quam ad adeundas hæreditates æque ac cæteri idonei exiſtimentur, Bal. l. cunctos. C. de ſum. trin. num 29. fa-
8 cit l. 1. C. de ord. iudi. † Non aduerſatur autem quod de diuina conſtitutione eſt dictum, nam vt recte docuit Apoſtolus Paulus, ad Galat. c. 4. omnia ea per allegoriam ſunt dicta, nec id iuris diuini præceptum, vllo modo eſt intelligendum, ſed potius ex conſuetudine quadam ita ſe habuiſſe, Card. Flo. c. per venerab. qui fil. legit. alioquin nec Principi ipſi vllum ex illicito coitu natum liceret vnquam natalibus reſtituere, quod tamen falſum eſſe, nemo eſt qui neſciat, d. c. per venera. Ea ſiquidem quę veteri teſtamento traduntur, vt plerunque multis rebus inuolucris obteguntur, propterea nec fori controuerſijs valde hodie inſeruire ſolent, c. nos ſi incompetenter. § his ita 2. q. 7. nec & ſi lege noua quandoque legantur repetita, vbi tamen alium ſub cortice ſenſum alunt, iudices à receptis ſententijs deducere debent, Aret. l. 3. de teſta. 2. col. in fi. Hoc ſanè manifeſte apparet in his ipſis ſucceſſionibus, quarum, alia ratio eo iure erat, Num. 27. alia hodie obſeruat, Iaſ. l. qui ſe patris. C. vn. lib. nume. 25. Et quod ad connubia ſpectat, plures olim vere legitimi potuiſſent recenſeri, Leuit. c. 18. quos tamen nunc ex inceſto, aut ſtupro natos lex pontificia interpretatur, cap. non debet, de conſang. & affi. Acrius quidem vrget ſanctio canon. quæ eos quocunque iure ſucce-

dere

dere vetat, c.1. 35.q.7. Sed id mihi potius ex iuris diuini in-
terpretatione videtur reſponſum, ibi.verſic. intelligendum,
quod tamen non neceſſario id probat, vt modo oſtendi. Vel
cum hæreditatum & ſucceſſionum materia ad ius ciuile per-
tineat, cap.ad ſedem.35.q.5.neſcio quam authoritatem inter
laicos verba illa obtinerent. Aut id non niſi in Pontificia iu-
riſdictione ſeruabitur, c.ſi duobus, in fi.de appellat. Aut non
9 coget nos hæc ſnia, † quæ in cauſis profanis diffiniendis ne-
ceſſariam non habet authoritatem, vt multi tradiderunt, c.
de libellis, cum glo.in ſum.20.diſt. Non obſtat peccati ratio,
à qua maxime debent ſtatuta abeſſe, quoniam cum & concu
binatus, & quælibet fornicatio, hodie iure Canon.ob pecca-
tum ſit reprobata, c.nemo, c.meretrices, 32.q.4. & tamen na-
turales filij, ac ſpurij quidam, hodie quoque ſicut olim ſucce-
dant, Abb.c.tanta, qui fil.legi.nume. 12. non video cur ſient
hæc peccati ratio, in horum ſucceſſione tam ciuili quã Pont,
iure non attenditur, eam nos pluris in municipali ſtatuto ve-
limus æſtimare: lex enim quotiens directo peccatum indu-
cit, vt quia malam fidem in præſcriptione approbet, aut adul-
teris impunitatem promittat, ſemper omnino explodenda
eſt, c.fin.de præſcri.c.ex parte.de conſuetu.† Aſt vbi non præ-
10 cipue in fauorem delinquentis lata eſt, ſed ſuper eo ſtatuit,
quod legis eſt proprium, veluti de ſucceſſionibus, de tutelis,
& ſimilibus, licet deinde & peccatum ſubſequi poſſit, lex ipſa
tamen valet, Card.c.conſtitutiones, 10.diſt.Ripa §.ſi quis ro-
gatus, num.50.& in l.ſi vnquam.C.de reuo.do.num.78.quia
ad id principaliter non tendit, & quod acceſſorium eſt, non
ita curari ſolet, l.ſi quis nec cauſam, ſi cert. pet. Sic videmus li
cere quandoque ex cauſa neceſſaria ab aliquo pecuniam ſub
vſuris accipere, cum tamen ille qui fœnori dat, grauiſſimo
ſe, ea ex re, crimini obliget, Abb.c.ſuper eo, de vſur.quod &
multis alijs exemplis facile eſſet declarare, l.non omne, de ſta-
tu lib.c.nos conſuetudinem 12.diſt.Pariſ.cap.in præſentia, de
proba.num 47. Minus me mouet, quod hoc libidinis & ſtu-
pri quoddam ſit illicitum, cum enim hæc ratio in filijs natura
libus, & ſpurijs quoad matrem non conſideretur, cur eam hic
potius nos obſeruemus? Cur non ita & eam iuris Pontif par-
tem vbi de alimentis, illegitimis filijs decernendis cauetur, c.
cum haberet, in fi.de eo, qui dux.in mat. non recipiendam di-
cimus, cum illa ratione homines ad illicitos concubitus, fa-
cilius inuitari poſſe videantur? Sed quodnam poteſt eſſe illi-
citum, ſi non minus parentes, adulterii, ſtupri, inceſtusve pœ-
na puniuntur? Ioan.Cald.conſil.4.& Ripa, §.ſi quis rogatus,
11 nu.50. † Nobis enim filios adiuuare tantum eſt propoſitum,
non parentum laſciuiæ indulgere. Plectantur illi aut ſolito,
aut etiam grauiore aliquo ſupplicio, non immerentes filij hu
ius ſceleris pœnas perſoluant; Atqui ſequeretur, nullam pœ-
nam vllo iure poſſe temperari, & tamen cõſtat etiam in atro-
ciſſima delicta, veluti homicidium mitius aliquando ani-
maduerti, atque ita per ſtatutum poſſe decerni: Bart.l.pen.§.
ad crimen, de publ.iud.num.14.Alexan.l.1.quod quiſque iu.
num.53.facit Authen.bona damnatorum. C.de bon.proſcr.
Atque ex hac ratione tolluntur omnia quæ de bonis mori-
bus ſunt obiecta, non enim ideo praui mores excirantur, ſed
parentes condigno exemplo mulctantur, filiorumque præci-
pue in hoc ſtatuto habetur ratio, non parentum. Immo & il-
12 lud affirmare audeo, † optimis quammaxime moribus hoc
conuenire; Quid enim rectius eſt, quàm ſuos delicta non
egredi authores? l.ſancimus.C.de pœnis.& contra, quid ini-
quius, quàm innoxios tanquam peccantes puniri? Auth.de
inc.nup.in princ. Naſci autem de adulterio, non eſt eius cul-
pa qui naſcitur, ſed eius qui generat: c naſci 56 diſtin. Vnde-
cunque enim quis naſcatur, dummodo virtutibus ſe dedat,
non eſt ab alijs contemnendus, c.nunquam, c.dominus, ead.
diſt.cum ex quocunque ſemine prodierimus, Dei ipſius opus
ſimus, cap.ſicut ſatius. 32.q.4.Igitur nec indignum videri de-
bet, ſi ijs æque ac alijs filijs noſtris, bona & hæreditatem no-
ſtram communicemus.

An ſpurij infamia ſint notati.

1 *Varia ſpuriorum crimina.*
2 *Ingredi eccl Dei, ſpurij non poterant.*
3 *Spurium dici, turpe videtur.*
4 *Spurij teſtimo. nec ſemiplene probat.*
5 *Fratri competit querela inofficioſi, ſi ſpurius aliquis inſtituatur.*
6 *Legitimatio abolet omnem maculam.*
7 *Spurij iure ciuili funguntur honoribus, & dignitatibus,*
8 *Naſci illegitime, crimen eſt patris non filij.*
9 *Spurij prouocare poſſunt legitime natum, ad ſingulare certamen.*
10 *Chriſtus ex adul.ſtirpe profectus.*
11 *Salomon ſpurius, & alij ſanctiſſimi viri.*
12 *Quinam ſpurij infames dici poſſint, & qui non ita.*
13 *In ſpurijs non eſt nota delicti, ſed aliud quid.*
14 *Infamia facti quę.*
15 *Habens rem cum concubina aut meretrice, an infamis dicatur.*
16 *Spurij inferiores ſunt legitime natis.*
17 *Spurius maior natu, cedit via, & quocunque gradu, fratri ſuo legitimo, quamuis minori.*

CAP. LV.

INOLEVIT quædam opinio apud pleroſque
de illegitimis filijs, vt eos turpes, infameſq; per-
ſonas cenſeant, Azo.in ſum.C.de infam Bal l in
bonæ C.de iureiu. Alexan.l.3 colum. 2.de libe.
& poſthu. Scriptum enim eſt in ſacris literis,
Adulterorum filij abominatio ſunt Deo, Sapien c.3.& adul-
terinæ plantæ non dabunt radices altas; nec ſtabilem ſedem
1 ponent, Sapien 4 dixitq; Bonif martyr, genus † hoc nec bello
forte nec fide conſtans, nec Dis amicum eſſe, cap.ſi gens.56.
diſtin.quod & apertius Calix. Pontif. comprobans, Nos, in-
quit, l.coniunctiones.35.q.2.c.cum multæ. 15.q.8. ſequentes
patres noſtros, infamia eos notamus, & infames eſſe cenſe-
mus, quia infamiæ maculis ſunt aſperſi, & quoniam eos vel
2 deſignare funeſtum eſt, c.de inceſtis. 35. q.2. † Reperimuſque
hos lege veteri, vſque in decimam generationem prohibitos
ingredi eccleſiam Dei, Deut.c.23.quoniam immundi cenſen-
tur, vt Paulus Apoſtolus docuit, 1.ad Cor.7.c. iam nũc.28.q.1.
Suntq; tam Moſaica, quàm Pont.ac ciuili lege omnino dete-
ſtabiles, c.per venerabilẽ, in fi.qui fil.ſint legi. Vnde & Sanct.
Auguſti.ait, ſatius eſſe ſine liberis defungi, quàm ex illicito
coitu ſtirpem quærere, cap.ſicut.32.q.4. Ideoque Plutarc.in
libello quem de liberis educandis ſcripſit, id potiſſimum pa-
rentibus præcipit, ne ſe vilibus aut abiectis iungant mulieri-
bus, quales ſunt meretrices aut pellices, eo quod filiis ea ex re
3 macula quædam adnaſcatur, quæ alijs carpendi cauſam ple-
runque afferat, ſed curandũ maxime, vt generis ſui parentes
legitima iaciãt fundamenta. Sic apud Sophoclẽ in μαστιγοφόρῳ
Menelaus Teucrum obiurgat, quod cum Nothus eſſet, ea ſi-
bi putaret licere, quę & ipſi legitimo. Hinc reprehendi ſolent
ii, qui malunt ſe ſpurios alicuius potentis patris nominari, q̃
legitimos filios alterius priuati: hoc enim improperatum fuit
Herculi, quod ſe filium Iouis ex Alcmena genitum prædica-
ret, vt inquit Ouid.Metamorph.lib 9.

Nam quod te iactas Alcmena matre creatum,
Iupiter aut falſus pater eſt, aut crimine verus,
Matris adulterio patrem petis, elige fictum
Eſſe Iouem malis, an te per dedecus ortum.

Hinc Pont.iure, dignitates eccleſiaſticę illis nunquam ſolent
decerni, niſi prius eos Pontifex, aut qui id poteſt, legibus ſol-
4 uerit, c.fin.de fil.præ. & ſi teſtes † aliqua in cauſa omni exce-
ptione maiores requirantur, ſpurij atteſtatio idonea nõ erit,
Cur.l.admonendi, de iureiuran colũm 2.cum nec ſemiplene
probet, Marſi.ſing.273.eademque ratione teſtes duo in cau-
ſa criminali, quorum alter ſpurius eſſet, plenam fidem non fa-
5 cient, Nicol.Vbal.de ſucceſ.ab inteſt.4 ſpecies. † Hinc etiam
cum frater inofficioſum id poſſit teſtamentum dicere, in quo
turpis perſona eſt inſtituta, l.fratres. C.de inoffic.teſtamen.ſi
ſpurius à fratre fuerit hæres relictus, licebat fratri teſtamentũ
illud ſubuertere, Alexan.l.ex facto, de vulg.num.21. Immo &
ſi ſpurius legitimatus, à fratre eſſet inſtitutus, adhuc querelæ
locus erit, quoniam & poſt legitimorum iura impetrata, fa-
cti infamia quædam ijs inhæret, Bal.l.generaliter, §.cum au-
tem.C.de inſti.& ſubſti. Alexan. l.3.de lib. & poſthu.num.7.
quæ ſola licet leuiſſima ad expugnandum teſtamentum ſuf-
ficit, d.l.fratres. Hæc Doct paſſim, affirmantes, ſpurios viles,
obſcuroſq; haberi, Alexan.conſ.47.in 4.contra tamen Gram
mat. Voto.4.nume. 22. quæ tamen vereor ne illorum magis
opinione, quàm certa vlla ſint ratione ſuſcepta; Ego enim
quoad omnia contrarium ſemper ſenſi, tam de illegitimis, q̃
de illis qui iam natalibus ſunt reſtituti: Immo de his quicquã
amplius dubitare, ridiculum mihi prorſus videtur, cum ſcia-
mus Principis priuilegio quamcunque maculam, ſi qua for-
te ineſſet, ſemper aboleri, l.3 de natu. reſti.l. Imperial.§ 1.vbi
6 Bal.C.de nupt.nonnunque velut † hominem rurſus gigni, ac
vere legitimum, quemlibet ita reſtitutum cenſeri, l.2.in fi.de
nat.reſt.Bart.Iaſ.l.ſi is qui pro emptore, num.227.Dec.conſ.
7 366. † Quod vero ad ſpurios pertinet, cum ad dignitates iure
ciuili poſſint peruenire, expreſſaque ſit ratio, quoniam non
eſt impedienda eius dignitas, qui nihil admiſit, l.ſpurii, de De-
cur. crederem & hinc ſatis probari, eos haud quaquam infa-
mes eſſe, Afflic.Dec.195.in fi.Capyc. Dec.32.num 7 cum hi
qui eiuſmodi ſunt, ab omnibus muneribus & honoribus ſo-
leant arceri, l 2.C de digni.lib.12.cap.infam.de regu.iur.in 6.
Crimen paternum Calliſtratus inquit, nullam maculam filio
inſligere

infligere poteſt, l. crimen, de pœnis. ſed id ipſum ex adulterio aut fornicatione naſci, non filij, ſed parentis culpa eſt, c. naſci
8 56. diſtinct. ergo † nulla filios inde ſequetur infamia, cum illa proprio tantum, non alieno delicto contrahatur, Bal c. teſtimonium, de teſtib. Homines ſiquidem vndecunque prodierint, Dei æque filij ſunt, c. vndecunque, 56. diſt. nec natales ipſi quemquam vel minima vlla in re valent polluere, vt Sanctus
9 Chryſoſt. præclare inquit, c. nunquam, eadem diſt. vnde † nec quis iſtorum ſingulare certamen iure poteſt detrectare, Alc. in Duello, cap. 19. cum tamen infames & ſordidi ab ea militia repellantur, Paris Put. de re milit. lib. 7 c. quod in pugnis dignitas. Tradunt diuus Hieronymus & ſcriptores ſacri, c. dominus, 56. diſt. Abb. c. per venerab. qui fil legi. num. 5. Chriſtum
10 quo nil maius † diuiniusve dici poteſt, ex adulterino ſtipite originem ducere voluiſſe, vt inde oſtenderet, quam falleret, quiſquis tale hominum genus ceu vile & turpe auerteret, notantque hi qui hiſtorias ab origine mundi ſunt exorſi, artes omnes & ſcientias ab huiuſmodi ſobole, à filijs ſcilicet Lamech fuiſſe inuentas, & ab eis ſubtiliora omnia, & vtiliora excogitata: Memoranturque plures integerrimæ & ſanctiſſimæ vitæ viri his & ipſi orti initiis: Nam & Iephte inter ſanctos Apoſtoli voce numeratus, d. c. naſci, in fi. meretricis fuit filius, Iudic. cap. 11. & Albanus martyr e a inceſtu patris cum
11 filia natus dicitur. Et Salomonem illum, † quem ſapientiſſimum è cœlo diuinitus demiſſum omnes ſunt admirati, multi credunt illegitimum fuiſſe. Vt infinitos prætereamus, quos alibi commodius referemus, quorum ſingularis prudentia & probitas, aperte potuit nobis declarare, nil quenquam ex his natalibus magis aut obſcurari, aut illuſtrari. Sed dicat aliquis, num ſæpius expreſſum hoc habemus, infamia eos quãmaximè laborare, & Deo infenſos eſſe, vt ſupra latius retuli-
12 mus? † Ad hæc reſpondent quidam, Iaſ. conſ. 71. in 1. Cagn. l. 1. de inoffic. teſtamen. num. 14. & in l. ſi qua. C. ad Orfic. nu. 8. ea de ſpuriis tantum intelligenda eſſe, non vero de naturalibus, qui cum extra legis pœnam ſint, l. 3. de concu. nulla etiam labe aſperſi dici poſſunt: Sicque ſentiunt hi, ſpurios quidem infames eſſe, naturales autem ab omni planè macula eſſe ſeiunctos; Ego vero cum quæſtio noſtra de omnibus non legitime natis, præcipueque ſpuriis ſit, quos infames, non eſſe, volumus probare, ad omnia ſupradicta, & ſi qua huiuſmodi reperiri poſſunt, longe aliter, & abſque vlla diſtinctione reſpondeo, quin non ego, ſed Gratianus potius, qui in libris Decretorum compilandis, vbi Canones aliquos obſcuriores offenderet, egregiam etiam in iis interpretandis operam nauauit. Eius autem hæc verba ſunt, cum de ſpuriis loquitur, & ſupra allegata refert decreta: Inquit enim, in c. Cenomanenſem, in fi. 56. diſt. *Quod legitur, adulterorum filii abominatio ſunt Deo, hoc de filiis adulterorum intelligendum videtur, ad quos paterna flagitia, hæreditaria ſucceſſione deſcendunt*, Et alibi, c. j. §. j. ead diſt. *Sed hoc intelligendum eſt de illis, qui paternæ incontinentiæ imitatores fuerint*: Eandem interpretationem ſecutus eſt & Innoc. III. cuius & hæc verba ſunt, c. niſi cum § perſonæ, de renun. *Quod ſcriptum eſt, Ego ſum Deus Zelotes vindicans peccata patrum in filios vſque in tertiam & quartam generationem, in his qui oderunt me, intelligitur, id eſt in illis contra me paternum odium imitantur*. Vnde & ſanctus Auguſtinus, c vndecunque. 56. diſt. *Vndecunque homines naſcantur, ſi parentum vitia non ſectentur, honeſti & ſalui erunt*: ſemen enim ipſum, per ſe non quidem malum eſt, ſed male vtentibus tantum, graue & vitioſum. Quibus quidem ex locis conſtat ſpurios eos tantum à iure notari, qui hæreditaria quadam ſucceſſione paternas ſordes referunt. Cæteros vero tales minime cenſeri, cum initio quilibet natura bonus producatur, Felin. c. dudũ, de præſum. num. 14. infamia vero bonitati repugnet, Bart. l. 1. de infam. & conſequenter naturali vniuſcuiuſque conditioni: Barba. cap. cum deputati. de iudic. Quo fit, vt qui ſpurius naſcitur, ex ſe quidem infamis dici non poſſit, quia natura quemlibet bonum procreat, minus quoque talem à patre notam contrahere, quia crimen paternum nullam maculam filio inurit, l. crimen, de pœn. iuncto arg. l. ſi is qui. §. vtrum, de reb. dub. ergo ſpurij turpitudine nulla notari initio intelligentur, niſi propriis deinde ſe flagitiis inquinauerint, prout contraria argumenta teſtantur, & quidam etiam ex noſtris ſenſiſſe videtur, Marſi. ſing. 275. verſic. limito tamen: Nolim tamen idcirco exiſtimet quiſpiam, hos à nobis, omnibus quod aiunt numeris abſolutos, perindeac legitimos cenſeri; Sat. n. notum eſt, Pontificio iure non poſſe ad ſacros ordines adſciſci, niſi legibus ſoluti ſint, quoniam vt Innoc. Pontif. ait, licet
13 non inſit nota delicti, deficit tamen in his quiddam, ob quod ad ſacra non ita facile queunt promoueri, cap. accedens, de purg. can. Sed id ego contendo, non ideo hos infames dicendos, nec facti quidem infamia, quod ea ex proprio aliquo de-
14 licto † oritur, l. cognitionum, § 1. de variis, & ext. crim. Bald. c. teſtimonium, de teſtib. hi aliena laborant culpa, l. legem. C. de natu. liber. Illa cum primum ignota eſt, infamia dici nequit, nec enim vnquam latet, Bal. d. c. teſtim. horum plerunque natales, quales ſint ignorantur, cum tamen re uera ſpurii ſint: Ea reſcripto Principis deleri haud vnquam poteſt, Felin. d. c. num. 14. Bald. l. Caſſius, de ſenat. nume. 9 Abb. c. cum te, de re iudi. num 9. hi cum natalibus reſtituuntur, omnem prorſus eiuunt labem, efficiũtur ſiquidem non ficte, ſed vere & proprie legitimi, l. Imperialis, § 4. C. de nupt. Dec. conſil. 366. 359. Vel ſi eos indigniores fatear, id tantum iure Pont. permittã, quod in dignitatibus conferendis, de perſonarum conditione, vſque adeo ſolicitum eſſe videtur, Card. c. 2. 56 diſt. in Sed iure ciuili quis id concedat? cum in infamium Catalogo nuſpiam numerentur, toto titu. ff. & C. de infam. nuſpiam à teſtimonio ferendo repellantur, Capyc. deci. 31. num 7 & in Decurionam ordinem adlegantur, l. ſpurij, de decur. ad quem Plebeis non licet aſcendere l. honores, § is qui, cod. tit. & ius prouocandi habeant quemcunque ad ſingulare certamen, Alcia. c. 19. in duello, & milites eſſe non prohibeantur, nec feudum acquirere, Capyc. ſupra, quæ omnia turpibus perſo-
15 nis permitti non ſolent? † Quinimmo cum hoc iure is qui filium ex concubina, meretrice, aut ancilla procreat, nullam ideo maculæ notam incurrat, niſi forte vxorẽ haberet, Deci. conſil. 530. Alber. l. pen. § iuris, de iuſt. & iu. quod & ipſum dubium eſt, glo. l. palam, § quæ in, de ritu nup. Tiraq. de leg. con. pag. 6 Cur volumus deinde tales liberos infames cenſeri, cum author eius coniunctionis ab omni nota immunis ſit? Nonne enim iniquum & abſurdum ſatis eſſet, patrem ita coeuntem nihil delinquere, partum eum tamen criminoſum eſſe? contra c. principatus. c. cum Paulus, 1. q. 1. & eum infamem eſſe quædam ſit pœna, eo quod multa ei interdicit, ad quæ cæteri poſſunt admitti, Dyn. Anch c. infam. de reg. iur. Quis dicat pœnam ibi eſſe, vbi nulla ſpurij culpa præceſſit? c. cum aſſeramus, 24 q. 1. l. ſi pœna, de pœn. Fateor id quidem, & hoc iure neſcio quid in his deſiderari, cum non æque ac alij legitimi fulgeant, ſed id non infamiæ aut turpitudini vlli ſuit adſcribendum, quin naturæ potius cuidam inclementiæ, quæ tales eos produxerit, ſicuti & de feminis dicimus quarum cõditio multo eſt quam maſculorum deterior, l. in multis, de ſta. ho. l. 2. de regu. iur. & potentiorum melior quam humiliorum; Non enim hoc vllo eorum crimine, notaue contingit, ſed qđ ita publici officij ratio exegit, vt inter hominum gradus, quidam honeſtiores, alij inferiores haberentur: Id quoque &
16 in illegitimis accidit, qui pari iure, † cum legitimis quidem cenſeri non poſſunt, ſicuti nec ruſtici cum ciuibus, plebeij cum patritijs, iuniores cum ſenioribus ſunt conferendi, in quibus tamen nihil ideo turpitudinis eſſe arguas: Hinc ad Decurionatum ſpurij admitti non ſolent, ſi competitorem habeãt legitimo loco natum, l. generaliter. §. ſpurios. de decurion. Hinc iuramentum iuſto potius teſti, quam notho deferendũ dicunt, Curt. l. admonendi, numero vndecimo. Sic vel leuis rumor de alicuius ſpurij vita, maiorem ſuſpitionem ſolet iniicere, quam ſi illud idem publice de aliquo legitimo prædice-
17 tur, Ang. conſil. 284. † Hinc etiam Baldus dixit, fratrem minorem legitimum, fratri maiori quamuis legitimato eſſe præponendum, atque hunc illi vel in via, vel in menſa, aut quocunque alio in loco cedere debere, Bald. cap. per tuas, de maio. & obed. Et generaliter quoties ſpurius cum legitimo concurrat, æquis indicijs legitimorum cauſa potior haberi ſolet.

Spurij an dignitates iure ciuili adipiſci, aut tabellionis ſaltem munus poſſint exercere.

1 *Tabellionis munus vile eſt.*
2 *Serui publici.*
3 *De notarijs, vt dicitur, ad banchum, & alijs, quid inter ſe differant.*
4 *Iure ciuili poſſunt ſpurij dignitates obtinere.*
5 *Catulli carmen explicatum.*
6 *Pater patratus, & cur nemo pater patratus, qui non legitime natus, numero 7.*
8 *Spurij Doct. iure creari poſſunt.*
9 *Spurij ad dignitates ex conſuetudine locorum admittendi.*
10 *Conſtitutio Collegij Bonon de non recipiendis ſpurijs.*
11 *Iaſon ſpurius, & à Mediola. Collegio reiectus.*

CAP. LVI.

EX his quæ ſupra dicta ſunt, multæ poſſunt quæſtiones decidi, quæ Doctoribus altercandi materiam præbere ſolent; Alexander enim cum ex facto eſſet interrogatus, an illegitimis liceret in Tabellionum ordinem adſcribi: aperte reſpondit, eos tali munere indignos, in conſil. 89. in 2. Marſ. ſing. 273. ver. vlti circa. Rui. conſi. 35. in 4. nu. 25. quoniã

cum

cum infames dicantur, dignitatem nullam niſi magna ex ne-
ceſſitate poſſunt obtinere, l. generaliter, §. ſpurios, de Decur.
notarij vero officium cum publicum ſit, non debet talibus
perſonis deferri, Barto. l. eadem. ad leg. Iul. repet. Contra Ga-
ſpar Calderinus, qui vt ſpuriorum cauſam tueretur, Tabellio-
1 nis munus † tantum à dignitate abeſſe dixit, vt vile id potius
officium haberetur, in conſil. 2. de fide inſtrumen. eaque ra-
tione Decuriones id conficere prohiberentur, l. vniuerſos,
C. de decur. lib. 10. Hincq; videmus libertum notarium eſſe
poſſe, l. fin. C. de ſer. Reip. man. cui tamen ad honorem digni-
tatemve vllam non licet aſcendere, l. 1. C. ad l. Viſce. Hinc ad-
monet Accurſius aduocatos ne huiuſmodi munera ſuſci-
piant adeo obſcura & vilia, in d. l. vniuerſos, cum ob id ſer-
ui publici dicantur, l. non aliter, de adopt. non quia verè ſerui
ſint, ſed quia publice inſtar ſint ſeruorum, vt & Oldradus di-
2 xit, in conſi. 75. Quæ cum ita ſint, nihil eſſe † deinde cur ſpu-
rijs hæc prohiberentur, Calderinus dixit, cum munus hoc
huiuſmodi ſit, vt dignitatem aut honoris gradum aliquem
ſecum non habeat adiunctum, in hancque ſententiam pro
ſpuriis, & Angelus alacriter reſpondit, in conſi. 283. Sed mihi
prius quidem quàm de quæſtione loquar, id neceſſarium vi-
detur declarare, nihil ſcilicet Alexandrum Calderino con-
trarium locutum eſſe, quamuis nemo eos non diſcrepantes
prima facie iudicet, ſed vt erat diuerſa eorum facti ſpecies, va
rio etiam modo vtrunque ſuper re propoſita reſpondiſſe. Ille
d. conſil. & Marſil. d. ſingu. 273. in eum inuehitur notarium,
3 qui cum ſpurius eſſet, † id tamen obibat munus, quod publici
ſecum neſcio quid officij ducit, eſtque præcipuæ in eo gene-
re authoritatis, quales ad banchum aſſumptos notarios, vul-
go aiunt. Hic d. conſil. ſimpliciter de notarij munere in-
terrogatus, etiam illegitimis aptum eſſe reſpondit, quoties, ſ.
fines non excederet conſuetos, & vulgarem Tabellionis tan-
tum operam quis præſtaret, quod quidem ab alio illo longe
diſtat munere, vt egregie Bartolus adnotauit, l. eadem. ad leg.
Iul. repet. num. 4. Dec. l. 5. C. de mand. prin. num. 32. Sed ſi ve-
ra ſunt, vt opinor, quæ ſupra diſſeruimus, c. præced. inde pa-
tere poteſt, omnes has tam Alexandri, quàm Ang. & aliorum
rationes eſſe ſuperuacaneas: admittunt ij enim ſpurios infa-
mes haberi, indeque diſputarit, an Tabellionum munus poſ-
ſint ſuſtinere: Ego autem cum eos iure ciuili infames non eſ-
ſe docuerim, nihil etiam obſtare video, cur non & officio
hoc, quemadmodum & aliis dignitatibus poſſint defungi,
præſertim cum aliàs oſtenderim, illos Romanos ciues habi-
4 tos fuiſſe, c. 36. † Fallitur enim qui putat eos niſi vrgente ne-
ceſſitate Decuriones creare non poſſe, d. l. generaliter, §. ſpu-
rios, cum immo regulam in contrarium Papinianus conſti-
tuerit, l. ſpurii, de decur. dixeritque & Vlpianus nullam dubi-
tationem eſſe, quin illis quicunque honores recte poſſint de-
cerni, d. §. ſpurios, quam deinde tamen limitauit idem Vlpia-
nus, vt ſi eadem in dignitate competitorem habeant legiti-
me quæſitum, ab eo excludantur, d. §. ſpurios, verſic. ſed ſi ha-
beant. Sed hæc ipſa declaratio & limitatio manifeſte probat,
quibuſcunque aliis caſibus id illis licere, argu. per Dec. l. j. de
reg. iur. num. 27. ſimileque huic eſt, cum lex ait, certæ condi-
tionis homines in magiſtratibus municipalibus aliis eſſe pre-
ferendos, l. vt gradatim, §. etſi lege, de mun. & hono. aut in al-
bo antiquiores primum, vel eos qui amplioribus functi ſint
muneribus eſſe deſcribendos, l. 1. de albo ſcriben. Non enim
ideo cæteri vt minime idonei reijciuntur, ſed inter multos,
viſum eſt his aliqua de cauſa primas deferre, cum tamen re
vera omnes ij digni muneribus iudicarentur, gl. d. §. ſpurios,
ver. oportere. Alioquin ſi diceremus, ex cauſa tantum neceſ-
ſitatis, atque in ſubſidium, vt alij putant, ſpurios admitti, non
ne male ſanè dixiſſet Vlpianus, d. §. ſpurios, nullam de his du-
bitationem eſſe, cum immo maxima tunc futura fuiſſet du-
bitatio? Non ne etiam male eum paragraphum cum præce-
denti reſponſo coniunxiſſet, ſi adeò diuerſum factum ibi
referendum erat, d. §. vbi dictio quoque, quæ iungit ſecun-
dum eandem qualitatem, Bart. l. Labeo, de pact. & l. fi. quod
5 cer. loco? † Occurrit hoc loco, Catulli Poetæ eruditiſſimi car
men, quod mihi prætermittendũ non videtur, eo quod mul-
tos ſanè eo deceptos ſcio, qui exiſtimarunt ſenſiſſe & illum,
magiſtratus atque honores publicos, illegitime natis non po
tuiſſe mandari. Inquit enim ad Hymenæum loquens.

Quæ tuis careat ſacris,
Non queat dare Præſides
Terra finibus, at queat
Te volente, quis huic Deo
Compararier auſit?

Ex quibus verbis elicit multi, eũ qui ſine Hymenæo, l. iuſtis
nuptiis natus fuerit, Preſidem creari non potuiſſe, nec magi-
ſtratũ vllum obtinere. Ego vero tm̃ abeſt, vt id eũ voluiſſe pu
tem, ꝙ vulgo creditũ, vt hiſce carminib. ipſe magis in priſtina
ſniã cõfirmer. Altior aũt ſubeſt his ſenſus, ꝗ qui ſe prima fron
te oſtendit. Non. n. ibi agit Poeta de quocũq; magiſtratu, ſed
de eo tm̃ qui Pater patratus, aut fœcialis dicebatũ. Namq; ſci-
6 mus patris † patrati munus olim circa multa verſatum fuiſſe,
inter cæteraq; vt occupatos populi Ro. fines ab aliis gẽtibus,
aut ſiquid aliud ab eis iniuſte detinebatũ, repeteret, alioquin
eis bellũ indiceret. Cuius moris meminerunt plures, Liuius,
Alicar. Lætus, & maxime Feneſtella, c. 10. qui hac verborum
formula eos vſos eſſe ſcribit; *Audi Iupiter, audite fines cuiuſcunq;
ſint gẽtis, nomina audiant fas, ego ſum publicus nuntius Pop. Ro. piè iuſteq;
legatus venio, verbis meis fides ſit. Iupiter, ſi ego iniuſtè, impieq; illos homi
nes, illaſq; res dedier Pop. Rom. mihiq; expoſco, tunc patriæ compote me
nunquam ſinas eſſe, &c.* Præerant ergo hi cuſtodiendis finibus
Pop. Ro. ob idq; dixit Poeta, Præſides dare finibus, intelligẽs
de his tm̃ magiſtratibus, ad quos ſpurij non poterant perue-
nire. Quod ſi quis quærat, cur in his ſolum legitimi require-
banũ natales, non ſic in cæteris publicis dignitatib. Hinc pen-
7 det profecto verus eorũ carminũ ſenſus. † Quapropter ſcien-
dum eſt, neminem olim patrem patratum creari potuiſſe, niſi
qui & patrẽ ſuperſtitem & filios ex ſe iam natos haberet, qđ
multis de cauſis inſtitutũ fuiſſe refert Plutarchus, in Proble.
Ille igiũ qui non legitime natus erat, tale obtinere munus nõ
poterat, quod is patrem non habebat, cũ vulgo conceptus di
cereũ, l. vulgo, de ſta. ho. proptereaq; erant huic neceſſariẹ pa
rentũ nuptiæ, vt doctiſſimus Poeta ait: Ex quo colligimus in
cæteris magiſtratib. ſecus fuiſſe, cũ hoc ſpecialiter in ea tm̃ di
gnitate requireretũ, quod & interpretem quendam, ſubtiliter
in illis carminib. adnotaſſe ſcio, Guar. in expoſ. Catul. quẽ nec
ſua in hac re laude volui defraudare. His ergo & magis addu-
cor vt credam, ſpurijs cæteros honorũ gradus non fuiſſe in-
terdictos. Sanè Ariſt. in Polit. hos à Reipub. adminiſtratione
ſubmouiſſe non legimus, videmusq; in hiſtorijs quamplures
hm̃oi, ad maximas & clariſſimas dignitates perueniſſe. Re-
gnaruntq; & noſtra, & patrũ noſtrorum memoria multi ve-
re Nothi, magni tm̃ nõis Principes à nobis ſuo loco infra for-
te nominandi. Quod igitur ad oẽs ſpectat dignitates, ꝗuis id
cõiter receptũ ſit, eas illegitimis iure ciuili haud poſſe confer
ri, eademq; ratione dicaũ Doctores eos abſq; ſpeciali priuile-
gio de iure non licere creari, Card. in Procem. Cle. col a. qđ &
dignitas hæc ſit, Bart. procem. C § j. nu. 10. Dec. cõſ. 191. cuius
8 illi † expertes ſunt, l. honor. §. de honorib. de mun & honor.
Ego tm̃ contrarium prorſus aſſero, tum quod nihil in iis ani-
maduerto, cur non ad quemlibet poſſint euehi honoris gra-
dũ, tum quod illud & legib. noſtris aperte deciſum puto, d. l.
ſpurii, d. §. ſpurios. Sic hodie paſſim ſpurijs oĩbus Doctorum
inſignia concedi videmus, quod ꝗuis ex cõſuetudine, ſola in-
troductũ aliqui ſentiant, Fel. c. quãto, de magiſt. nu. 2. Alex. in
j. addit. l. j. C. de digni. li. 12. ego tm̃ nedum cõſuetudine, ſed &
iure, multũ ante cautũ credo, quod conſuetudo deinde ſem
per approbauit, quæ optima dicitur legũ interpres, l. ſi de in-
9 terpretatione, de legib. † Id quidem fateor hodie certã in hac
re regulã tradi non poſſe, ſint ne illegitimi dignitatũ capaces
aut minus, cum ſm̃ varios locorũ mores oĩbus munerib. in-
digni, non e ad oĩa idonei iudicentur: Scimus aũt in his con-
ſuetudinem præcipue eſſe ſpectandam, l fi. in prin. de mun. &
hon. & ſm̃ eam vniuſcuiuſq; conditionem eſſe diiudicandã,
Imo. c. de multa, in fi. de præb. Nam vt & infra de nobilitate la
tius dicemus, vna eſt locorũ conſuetudo, quæ claros ab oſcu
ris diſcernit viris, & dignitates ac munera idoneis diſtribuit
ciuibus, cui ſemper in qualibet materia hærendũ eſt, Bart. l. 1.
C. de digni. col. pen. lib. 12. Atq; ideo ſi hoc in terris eccleſiæ,
aut aliis multis Chriſtiani nois regnis diſputemus, dubiũ non
eſt & ſpuriis quãlibet ferè dignitatem deferri poſſe. Si n. alibi,
tunc ſm̃ illius ciuitatis inſtituta, mores, aliter fortaſſe res erit
decidenda: Namq; & in hac Vrbe noſtra, cũ multis in rebus
ſpurij à legitimis parum differre videantur, vna tamen in di-
10 gnitate valde hos ab illis ſecernimus. † Extat enim penès Do
ctorum Collegium vetus cõſtitutio, ne quis ex iniuſtis natus
nuptiis, vllo vnquam tempore in illud poſſit cooptari, quam
legem multi violare ſẹpius quidem fruſtra ſunt conati. Ideq;
11 & Mediolani † audio ita fuiſſe obſeruatũ, vt nec Iaſonẽ qui-
dem, virum Iuriſconſultorum peritiſſimum, & cui iuris pro-
feſſores plurimum ſemper debeant, vllo ea in re priuilegio
fuerint proſecuti. Dictũ aliqui id Iuſtiniani exemplo factum,
qui cum ad libros Digeſtorum compilandos, permultos eru
ditos viros adhibuiſſet, laudat inter eos in primis Anatolium
quendam, quod ab antiqua legitima ſtirpe genus duceret, l. 2.
§. quæ omnia. C. de vet. iu. enuc. Sed ego id obiter potius di-
ctum fuiſſe credo, vt cum alios aliis in rebus extolleret, hu-
ius etiam nobilitatem, & ſanguinis claritatem ita commen-
daret. Summopere tamen conſtitutionem noſtram laudan-
dam cenſeo, atque perpetuo dignam obſeruari. Ac de ciuili-
bus muneribus ſatis.

Iure

Iure Pontiſ. an vlla munera illegitime natis deferantur.

1 *Cur Ius Can. difficilius illegitimos ad dignitates admittat, quàm ius ciuile*
2 *Iure diuino ab honoribus ſpurij non repelluntur.*
3 *Alciati error.*
4 *Spurius monaſterium ingreſſus, an vere legitimus cenſeatur.*
5 *In reſcripto Pont. intelligitur clauſula, ſi legitime natus ſit.*
6 *Quando epiſcopus cum ſpurijs diſpenſet, quando Pontifex.*
7 *Spurius ex diſpenſatione Pont. poteſt creari Card. & Pontifex.*

CAP. LVII.

DICAMVS nunc de alijs muneribus, quæ ſola
Pontificis, aut ſacrorum Antiſtitum authori-
tate deferuntur: hęc enim à ciuilibus longe diſ
ferunt, legitimoſque omnino cuiuſque expo-
ſcunt natales, c. fina. de fil. prȩſb. quod & haud
dubium erit ſanè argumentum, iure ciuili ſpurios à dignita-
tibus non reuci, propterea quod ſecus in eccleſiaſticis ſpe-
cialiter fuerit conſtitutum, Abb. c. j. de fil. prȩſb. nu. 3. Archid.
1 c. 1. eod. in 6. in princ. An vero id ita factum † cenſemus ob di
gnitatis eius prærogatiuam, glo. c. 2. eo. in 6. ob quam & ij qui
nihil deliquerunt, à tali munere plerunque remouentur, cap.
pe. fi. 26. diſt. An quod eorum natales paulo ſint debiliores,
c. accedens, de purg. Canon. Clericorum vero fama in nulla
re prorſus debet vacillare, c. laici, 33. diſt. An quod dignitates
hæ aliorum magis, quàm propria cauſa concedantur? Card.
c. 2. 56. diſt. paternæque adhuc in his incontinentiæ crimen
2 veremur, c. literas, de fil. prȩſb. Vndecunque ſanè id † inſtitu-
tum ſit, hoc literis quidem nonnulli tradidere, Ioan. Lup. in
tract. de matr. & leg. col. antepen. iure tantum humano ſeu
Pont. hoc ita cautum, nec ſacris literis vſpiam talem illegiti-
mis legem conſtitutam reperiri, quod tamen ego in præſenti
non diſputo, cum hodie Iure nouo ſatis hoc clarum ſit. Mihi
3 autem id † mirum magis eſt, Alciatum virum adeò iuris ſcien
tia præſtantem, ita hac in re lapſum eſſe, vt exiſtimarit, ſpu-
rios ad quaſcunque dignitates iure Pontificio, excepta epiſ-
copali, poſſe vocari, parerg. 10. cap. 8. Aut enim de iis ſen-
ſit, qui iam natalibus reſtituti ſunt, & dubium non eſt, eis
quemcunque vel ampliſſimum honoris gradum tunc poſſe
deferri, nedum minores, vt ita dicam, Pontifices creari, c. per
venerab. 1. col. qui fil. legi. c. fin. & per to. 56. diſt. Aut vero de
ijs loquutus eſt, quibus illa nondum ſpuriorum labes exem-
pta eſt, ſed verè Nothi adhuc permanent: Et tunc nihil vul-
garius eſt, quàm illos nullo munere aut ordine dignos habe-
ri, niſi antea legibus ſoluti ſint, c. 1. s. de fil. prȩſby. in 6. c. cum
in cunctis, c. innotuit, de elect. cap. accedens, de purg. can. &
to. titu. de fil. præſbyt quod quandoque ipſi ſponte quidem
poſſunt obtinere, quandoq; non niſi à ſummo Pont. queunt
impetrare, nonnunquam & epiſcopis ſuper his veniam dare
4 permiſſum eſt; † Ecce etenim, ſi illegitimus quiſpiam, religio-
nem incipiat profiteri, monaſticumque cultum ſequi, dicitur
is ſtatim vitam ſuam omnem penitus innouaſſe, taliſque eo
ipſo effectus, vt iam ſacris quibuſcunq; ordinibus rectè poſ-
ſit initiari, c. 1. 56. diſt. Aboletur ſiquidem omnis illico macu-
la, ſiqua ante forte fuerat concepta, Auth. de Monac in prin.
exemplo ferè natalium reſtitutionis, Bald. in lect. 1. l. 1. C. de ſa
croſanct. eccl. nu. 25. quod tamen in ea re tantum intelligen-
dum eſt, vt quis ſacros ordines libere poſſit adipiſci. At quod
ad dignitates ſpectat, aut grauiora quędam munera, is qui ſpu
rius natus eſt, licet dein monaſterium ingreſſus fuerit, hæc
tamen tam in propria quàm aliena eccleſia exercere haud
ſponte poteſt, Abb. c. 1. in fi. de fil. præſb. glo. c. fin. eodem titu.
ita vt nec Abbas in vlla Monachorum familia etiam eligi ab
his queat, abſque ſumma Pontificis indulgentia, Felin. c. me-
minimus, de accuſ. num 5. Quod ſi quis nulli ſe religioni ad-
dixerit, ſed Nothus adhuc verè viuat, is ab omni quidem ſa-
cerdotij ſpe, ſuapte vt ita dicam, natura excluſus videtur, cum
receptum vix ſit, vt ſimplex tantum ius patronatus poſſit ob-
5 tinere, dicemus c. ſequen. † Hincq; fit, vt ſi alicui certum de-
cerni ſacerdotium reſcripto Pontif. mandetur, id ita ſemper
intelligi ſolet, ſi ex iuſtis ortus ſit natalibus, Bal. l. neque, in fi.
C. de probat. quoniam ad hæc alias ij admitti recta non ſo-
lent, ſed tantum poſtulari, glo. c. innotuit, verſic. permiſſum,
de elect. Sic quoque nec penſionis eccleſiaſticæ capaces cen
ſeri quidam tradidere, Gigas, tract. de penſ. q. 16. niſi eis ſtipen-
dij loco ea ſit conſtituta, Gomeſ. in Reg. de ann. poſ. q. 21. Gi-
gas, ſupra, quod nos infra agemus.
6 Licet tamen ſummo Pontif. quandoque & Epiſcopis, ſe-
cundum varia cauſarum genera, horum illos munerum cō-
potes reddere, veluti cum quis ad ſimplex tantum ſacerdo-
tium, aut minores ordines cupit promoueri, hoc enim ei ab
Epiſcopo concedi poteſt, cap. 1. de fil. præſby. in 6. niſi paucis
caſibus Pontifici reſeruatis, quos iuris interpretes adnota
runt, Abb. c. fina. de fil. præſby. Franc. cap. 1. eod. in 6. colum. 2.
Cum vero ſacerdotium aliquod grauius, quod ſecū anima-
rum curandarum onus ducit, aut ſacroſanctos ordines, aut
eccleſiaſticas quaſdam dignitates ſibi deferri petunt, in ijs, ſo
lum ſummum Pontif. adiri neceſſe eſt, cap. fina. de fil. præſb.
& cap. j. in 6. Niſi fortaſſe quoſdam caſus proponas, in qui-
bus ex iuſta & neceſſaria cauſa, etiam epiſcopis, ſuper ijs quan
doque indulgere datur, argu. cap. tali, ca. exigunt, 1. quæſt. 7.
traditum enim eſt, quæcunque beneficia, quæ duplicia Doct.
appellant, vſque ad Epiſcopatus titulum, ab iis poſſe, cum
ſumma aliqua ratio poſtulat, in illegitimum conferri, Hoſtl.
in ſum. de fil. præſby. in fi. Franc. cap. 1. de æta. & qual. in 6. nu-
me. 4. Quod ſi de aliquibus in Epiſcopos promouendis agas,
tunc conſtat eos qui illegitime nati ſunt, à ſummo tantum
Pontifice legibus ſolui poſſe, vt ad eam dignitatem obtinen-
dam idonei iudicentur, glo. c. cum dilectus, de elec. vbi Abb.
colum pen. eo quod hic ſummus ſit honoris gradus, qui me-
rito ab eo tantum debuit proficiſci, Hoſtien. in ſum. de æta.
& qual §. ordo, & de fil. præſby. in fi. Certi etiam id iuris eſt,
ſolere ipſum Ponti. illegitimos tacite ad hæc munera plerun-
que (vt aiunt) diſpenſare, cum ſcilicet ſciens illorum natales,
eos tamen ſimpliciter ad huiuſmodi euexerit dignitatū cul-
mina: Quis enim non dicat eo ipſo, omnia illis à Principe
conceſſa, quæ illos antea à tali munere obeundo reiiciebant?
Bal. l. Imperialis, §. 1. C. de nupt. argu. l. quidam conſulebant,
de re iudic. Pariſ. conſi. 44. in 4. In eo tamen erit animaduer-
tendum, quod ſi vel talem dignitatem, vel ampliores etiam
aliquos gradus, alicui adipiſcendi præbeat facultatem, neceſ-
ſe erit hæc omnia illius diplomate ſpecialiter exprimi, veluti
ſi ad purpurei cardinis apicem eum voluerit poſſe vocari,
aut Pontificem creari. Cum enim hæc materia ſtricte inter-
pretanda ſit, non ſufficeret de quacunque dignitate genera-
liter mentionem feciſſe, niſi hæc ipſa munera, quæ cæteris
inſigniora videntur, particulari aliquo nomine ſignificaren-
tur, Franc. cap. 1. de fil. præſby. in 6 4. notab. Bertach. tract. de
Epiſco. lib. 2. verſic. 46. † Tunc igitur tantum rectè Epiſcopi,
7 Cardinales, Pontifices etiam eligentur, tametſi ex illegitimo
nati ſunt quocunque matrimonio, vt multis exemplis in De-
cretis relatum eſt, c. Oſius, 56. diſt. cum glo. in c. Cenomanen
ſem, verſi. fornicatione, ead. diſt.

An illegitimi penſiones eccleſiaſticas, aut iuſpatronatus poſſint obtinere.

1 *Onera ſacerdotiorum quæ.*
2 *Penſio quid ſit.*
3 *Prohibitus ſui odio aliquid habere, intelligitur tantum quoad lucrum.*
4 *Penſio laicis conceditur.*
5 *Cur ab eccleſiæ miniſterio, illegitimi repellantur.*
6 *Sacerdotia obtinere honos eſt.*
7 *Penſionum plura genera.*
8 *Spurij habere poſſunt iuſpat. & hoſpit. alia adminiſtrare.*

CAP. LVIII.

NVNQVID vero certa annua penſio, ex ſacer-
dotij alicuius prouentu, ei qui non legitime na
tus ſit, poterit decerni? Ei non videretur, Gi-
1 gas, in tract. penſ. q. 16. † Nam cum huiuſmodi
ſacerdotiis varia onera ſint adiuncta, veluti vt
is qui illis præeſt, diuina celebrare, c. ſi canonici, de offi. ordi.
in 6 Felin. c. poſtulaſti, de reſcript. num. 33. gregem ſibi com-
miſſum cuſtodire, apud eum perpetuo commorari teneatur,
c. 3. 4. & to. tit. de cler. non reſid & alia quædam, 40. diſti. cum
ſequen. & de off. archid. archiprȩſby. Idcirco & emolumenta
omnia ad eum tantum ſpectare æquum eſſet, qui oneribus
illis inſeruit, veluti fructus rerum, redditus, penſiones, & ſi
qua ſimilia, c. cum ſecundum, de prȩben. vt labor ille, hac de-
centis lucri ſalario ſubleuetur, cum & vulgo dicatur, propter
officium, concedi beneficium, c. fin. de reſcrip. in 6. & qui al-
tari ſeruit, de altari viuere debet, c. ex his, 12. q. 1. cap exτitpan
dæ, de præben. Cum ergo propter onera, talia quoque emo-
lumenta ex his eccleſiaſticis titulis percipiantur, conſequens
etiam videtur, eos qui talia onera iure nequeunt ſuſtinere,
hos nec commoda etiam vlla ex ijs poſſe ſperare, ca. eos, 81.
diſt. Sed huiuſmodi ſunt illegitime nati, qui ad nullos ſacros
ordines euehi, nullis in eccleſia officijs defungi poſſunt, c. in-
notuit, de elect. & to. tit. de fil prȩſb. & c. 1. eod. in 6. ergo nec
penſiones, quæ ſunt fructus & commoda ſacerdotiorum, ijs
2 erunt vnquam concedendæ: Clarum enim eſt, † penſionem
nihil aliud eſſe, quàm meram beneficij commoditatem, vt ex
eius diffinitione colligitur à Doctoribus tradita, in clemen.
1. §. ead. de ſuppl. negl. præl. Caccialup. in tract. penſ. in princ.

Porrò

Porrò valde abſurdum eſſet, cũ ab oneribus ſacerdotiorum, ab ordinibus, atque alijs eccleſiaſticis curis, illegitimi arceantur, d.tit. de fil.pręſb. eos deinde ad ea quæ ſolum vtilia, & lucroſa ſunt, admittere, contra d.c.cum ſẽm.de p̃b.& l.ſẽm naturã, de reg.iu. Sic enim melioris cõditionis eſſent illegitimi, q̃ legitimi, cum illi duntaxat commodis frui, hi & incommoda ſuſtinere plerunque cogantur. Et tamen nunquam luxus caſtitate potior babendus eſt, Auth.de reſti. & ea quæ par.§.j, Ex his ergo ſatis concludi videtur, illegitimoa niſi legibus ſoluantur, penſionum capaces non eſſe, cum ad ſacros ordines, & ea quæ ſecum oneris, aut ſolicitudinis aliquid adiunctum habent, niſi eiſdem legibus ſoluantur, admitti non poſſint, ca.1.56.diſtin. Quinimmo cum io pœnam illegitimorum, & odium paternæ incontinentiæ id ſtatutum ſit, oc eccleſiaſticis vllis ſe immiſceant muneribus, cap.literas, de fil.præſb.c.ſi gens, 56. diſtin.non deberet hoc immunitatem ijs, ab oneribus dare, ſed tantum à commodis omnibus eos repellere, l. relegatorum, §.ſin.cum l.ſequen.de interd. & releg.cum hæc
3 iuris regula ſit. Vbi † certo munere alicui, ſuo met delicto, aut odio interdicitur, commodis eum omnibus, non incommodis priuari, l.ſi quis ſolidum, de hære.inſti.Iaſ.Rub.de iuſt. & iu.nu.18.19. Quominus ergo, hi tales penſiones, quę emolumentum tantum afferunt conſequi poſſe debebunt?

Contrarium tamen ſenſit Gomeſius, in Reg.de Ann.poſſ. q.2r.non mediocria vir eruditionis, & ratione, vt mihi videtur, optima: Penſio enim nihil ſpirituale ſecum habet, Abb. c.ad audientiam, 1.de reſcri.in 1.notab. ſed veluti profanum
4 quid cenſetur, vnde etiam laicis concedi poteſt, Archid.cap. quamuis, 1.de præben. in 6.colum. 2.Gigas, in tract.penſ.q.24. Caccialup. q.13.licetque tanquam vſusfructus à proprietate pendeat eccleſiaſtici beneficij, vt in diffinitione penſionis dicitur, Cardi.in clem.de ſuppl.negl. præ Caccialup.in princip. tract.diuerſa eſt tamen omnino à beneficio, vt omnes aiunt, c.quamuis, 1.de reſcript.in 6.vbi Franc.2.notab.& Abb.c.ad audientiam 1.notab & Felin.de reſcrip. Verum cum illegitimi, omnia quæ ſpiritualia non ſunt, recte capere poſſint, prçterquam ſi à patre proficiſcantur, Alex.l.6. vlt.notab.de vulg. & pupil.cũr non etiam & penſionem, quæ mere profana eſt, poſſint obtinere? Nec enim quicquam refert, quod ex beneficio penſio excipiatur, nam & fructus cæteri qui ex beneficio prouenjunt, nemo ſanè negabit eos illegitimis vendi aut donari poſſe, cum etiam eiſdem, pietatis & eleemoſynæ cauſa, multa à patre teſtamenti executore tradi poſſint, ſi illi his rebus indigeant, vt alibi à nobis dictum eſt, c.44.quæ tamen religionis tantum cauſa relicta, & ad ſpiritualium ſpeciem accedere videntur, Bar10.Caſtr.l.ſi quis Titio, de lega.2. Nec etiam id conſequens eſt, vt penſiones illegitimis interdican-
5 tur, quia & ſacerdotia nequeant obtinere. † Hic enim interdictionis ceſſat ratio, ſi quidem prohibitum eſt illegitimis, in eccleſia Dei miniſtrare, altave ſacra munera exercere, q̃d eos qui templis Deorum aſſiſtunt, ſacriſq; oblationibus dant operam, oportet continentes imprimis eſſe, & puros, & omni labe purgatos, c.propoſuiſti, 82.diſtin. At illegitimos, non credit lex continentes futuros, c.literas, de fil.præſb aut omnino innoxios, cap.coniunctiones, 35.q 2. vnde ab eccleſiæ etiam eos ſeruitio atque ordine reiecit: Quod vero idcirco ab eccleſia, cætera quæ profana ſunt, percipere non valeant, aut pietatis intuitu, aut in laborum, meritorumve ſuorum compenſationem, aut quacunque alia ratione, hoc minime his prohibitum legimus, cum nec vlla id ratio poſſit perſuadere. Non ſequitur autem, melioris ideo conditionis eſſe illegitimos, quàm legitime natos, ut ſupra argumentabamur. Namque legitimi quidem ipſi & penſiones capere poſſunt, prout illegitimi, ſed hi præterea, & ſacerdotia obtinere, eccleſiaſticis titulis decorari, & Deo ipſi valent miniſtrare, quæ
6 omnia & † honorificentiſſima ſunt, & ijs tantum digna deferri, qui inſignibus admodum meritis emineant, 40. diſt. & 41. 42.ad quæ tamen cum illegitimi nequeant aſpirare, hinc ſatis patet, illos in hac re, deterioris potius conditionis eſſe, cum inter honeſtos, honeſtis in locis adnotari, præclarum ſit, repelli turpe, l.4.C.de ſpectac.lib.10.& ſatis hoc Canones vbiq; teſtentur, eos ob natalium turpitudinem, vitæque indignitatem, à talibus muneribus arceri, c.accedens, de pur. can.& tit. de fil pręſb.& c. ſi gens, 56.diſt.non quod vllam hac in re prę-
7 rogatiuam præ cæteris fuerint conſecuti. Ex † his ergo infero, quod cum penſionũ plura ſint genera, Gigas, in trac.penſ. q.3.aliæ quidem quę ſimpliciter ſuper fructibus alicuius beneficij eccleſiaſtici conſtitui ſolent, prout quotidie fit. Aliæ vero quæ in titulum, vel pro titulo ſacerdotij, alicui decernuntur, Felin.c.poſtulaſti, de reſcrip.nu.38.Si de prioribus loquamur, concludo omnino cum Gomeſio, illegitimos eas poſſe obtinere, quia nihil ſpirituale ſapiunt, quales ſunt omnes ferè quæ hodie ſuper beneficijs reſeruatur, Caccial.q.vlt. nu.10.12.Gigas, q.3.in fi. Sin vero de alijs, tunc contra diceremus, quia pro beneficio habentur, & beneficij nomine continentur, Felin.c.ad audientiam, de reſcrip.nu.13.Gemin.d.c. quãuis. Gigas, q.1. Card.d.clem.1.cum tunc pro re maxime ſpirituali ſint conſtitutæ, ſ.in titulum ſacerdotij, & ita argu-
8 menta Gigantis ſecundum hæc intelligi poſſent. Sed † quid de iure patronatus dicemus, an ne & illegitimis illud permittemus? Et negandum videretur, cũ annexum ſit rei ſpirituali, c.quanto, de iudic.cuius illegitimi capaces non ſunt, vt modo dicebamus. Verum cum fauore eccleſiæ, diuiniq; cultus, laici quoque ad id admittantur, ſunt qui dicant etiam illegitimis non interdicendum, vt copioſe Curtius in Tractatu ſuo diſputauit, Roch.de iurepatr.verſi.competens, q.2. Alij tamen varie in hac re diſtinguunt, Lambert.in tract. de iu.pat.lib.1. pag.120. quæ materia quoniam apud eos vberrime tractata reperitur, ideo ſatis eſſe in præſenti putamus, lectorem ad eorum commentarios reieciſſe. Sanè & hoſpitalium adminiſtratio, illegitimis ſicut & laicis mandari poteſt, dum ſacrorum eis cura non immineat, ipſique bene inſtituti, ac honeſtæ vitæ habeantur, Petr. Vbal.tract.de canon. epiſco.& paroch. pag.193.num.4.

An illegitimi dicantur de Familia patris.

1 *Nomina alia ciuilia alia naturalia.*
2 *Bart. in nomine familiæ declarando varius.*
3 *Spurij de familia dici proprie non poſſunt, & quare num.5.*
4 *Familiæ nomen quomodo ad agnatos & cognatos hodie pertineat.*
5 *Familiæ nomen varijs modis ſumitur.*

CAP. LIX.

QVONIAM leges iniuſtos filios à patria ſucceſſione repellunt, ac veluti alienos ducunt homines, videtur etiam pleriſque vt quemadmodum re filij non exiſtimantur, ita nec gentilitatis aut familiæ ius vllum à patre retineant. Ideoque vbi lex paternæ familiæ fecerit mentionem, de his nunquam ſit intelligendum, Bald. l.libertinum. C. de inter. marr.& c.innotuit, de elect. Interpretes alij, vt in præcedentibus quoq; aliàs dictum eſt, præſentem materiam ſpectandam voluerunt, odioſa ne an fauorabilis eſſet, Imo.§.ſi quis rogatus, num.52. Alij rationem legis perpendendam, vbi de familia loqueretur, ne quandoq; plna laſciuiæ & petulantiæ, quam matrimonium tribueremus, Alex.d.§.ſi quis rogatus, nu.52. Bartolus autem diſtinxit in hac & ſimilibus quęſtionib.inter ciuilia nomina & naturalia, in l.tutelas, de cap. dim.
1 facit l.iuriſconſultus, §.j.de grad.affi. voluit enim ſi lex † ciuili vteretur nomine, veluti agnationis, gentilitatis, tunc illegitimos minime comprehendi, ſin naturali, veluti ſi filios, patrem, aut ius ſanguinis nominaſſet, tunc & ad illegitimos hęc omnia referri, eo quod in illis non ciuilia quidem, ſed naturalia tamen iura vt in cæteris ineſſent, l.hos accuſare, §.pen.de accuſa.& §.vulgo. Inſt. de ſucc.cogn. Hoc ipſum vero familiæ vocabulum eſſet ne ciuile an naturale, varius in hac re ſa-
2 nè deinde fuiſſe † videtur, cum eo nomine quandoque illegitimos contineri, iuſque ſanguinis potius demonſtrari, Bar. l.pronuntiatio, in fi.de verbo.ſign. quandoq; nomen id iuris eſſe contenderit, in d.l.tutelas, & veris legitimiſq; agnatis tantum conuenire, in l.fin.C.de verb.ſig. Mihi autem antequam meam de prædicta diſtinctione ſententiam proferam, id nũc oſtendere in animo eſt, familiæ nomine ſecundum verborũ proprietatem ſpurios nunquam poſſe cenſeri. Cum enim id
3 vocabulũ (accipiendo illud pro † agnatione, quæ magis propria eius videtur ſignificatio, vt Doct.aiunt) Bar.d.l.fin.C.de verb.ſig. Alex.d.§.ſi quis rogatus, num.52.eos tantum ſoleat complecti, qui ab eodem fonte oriundi, ſub vnius omnes quandoque poteſtate fuerunt, l.pronuntiatio. §.2.& §.communi, de verbo.ſig. Quis velit illegitimos paternæ familiæ dicere, cũ hi nec patriam poteſtatem vnquam ſint experti, illorumq; origo eo tantum die incipiat, quo editi ipſi ſunt? l.eius qui, ad municip. Etenim qui id nomen ſibi commune eſſe volunt, neceſſarium eſt ab eo ducant originem, qui talis familię vocabatur, argu.l.ius ſepulchri, cum glo. C.de religio. & d.l. pronuntiatio, §.communi, & §.fi. Sed hi nõ patris originem, aut conditionem ſequũtur vllam, l.cum legitimæ, de ſta.ho. ergo nec in patris familia vnquam poterunt numerari. Et ſi diceres, contra hæc extare hodie Iuſtiniani conſtitutionem, l.fi.C.de ver.ſig.qui voluit familiæ ſignificationem, non † tan-
4 tum ad agnatos, ſed & cognatos pertinere, eaq; ratione recto & illegitimos venire poſſe, quod ſ.in ijs cognationis ſaltem iura ſpectentur, vt Bartolus met tradidit, in d.l.pronuntiatio, in fi. Reſpondendum eſſet, Iuſtinianũ id ita ibi conſtituiſſe, quod

cum

cum agnatorum cognatorumque differentia ſublata eſſet, fa
miliæ quoq; nomen hac in re commune vtriſq; eſſe voluit,
Alcia.d.l.pronuntiatio, ver.agnatorum. Sed cū ſpurij quoad
ſuccedendum nec agnatis nec cognatis ſimiles ſint,cum dif-
ferentia illa inter agnatos ſublata, ad ſpurios non pertineat,
Faber,Inſti.de ſucceſſ.cogn.§.1.nu.5.Caccialup.l.ſi qua.C.ad
Orfic.col.13. merito nec de iſtis Iuſtiniani verba accipi pote-
runt. Quin nec in alia quoq; materia talem ſignificationem,
de qua in d.l.fi.admittendam dicerem, vbi aliter ſe commu-
nis vſus loquendi haberet,prout hodie multis in locis ſerua-
ri animaduertimus, ſicuti Bar.declarauit, in l.cum ita,§.in fi-
deicom.nu.4.de leg.2.Iaſ.d.l.fi.C.de ver.ſig.nu. 21. Erit igitur
5 cum familiæ ſit mentio,rei in primis † de qua agitur,ratio ha-
benda,cum ſecundum varias cauſas,diuerſis etiam modis id
familiæ nomen ſumatur,& quandoq; ad res, quandoque ad
perſonas referatur,& familiam ſeruorum dicamus,& familiā
prætoriam, quæ omnia diuerſa ſunt, vt eleganter ab Vlpiano
traditum eſt,d.l.pronunt.vbi Alcia. & Bart.l.1.ad Sillan. Nos
tamen hic familiam agnatorum tantum accipimus,ſpurioſq;
ita nullius familiæ vere cenſendos dicimus, non patris quod
ab eo alieni habentur,l.vulgo, de ſta.hom.non matris, quod
mulier familiæ ſuæ caput ſit & finis, d.l. pronuntiatio, in fi.
tametſi originem inde ſuam ipſi ducant,l.j.in fi. ad muni.glo.
l.cum legitimæ,de ſta.ho.Quæ tamen omnia,ſaluo commu-
ni vſu loquendi ſemper aſſerimus, & alijs, quæ ſequenti ca-
pite adiungemus.

An illegitimi de genere, agnatione, domo ve paterna appellentur, atque gentilitijs inſignibus, liceat his vti.

1 *Illegitimus,patri nec ciuili, nec naturali iure iunctus videtur.*
2 *Illegitimi dici non poſſunt de genere, aut domo paterna.*
3 *Vbi de facto lex loquitur,de eo intelligit quod recte, non male factum eſt.*
4 *An illegitimi dicantur ſui vel coniuncti, & quibus caſibus.*
5 *Communis vſus loquendi ſeruandus, an ſpurij dicantur de domo.*
6 *Spurij gentilitia inſignia ferre de iure non poſſunt.*
7 *Inſignia illegitimorum, quomodo à legitimis dignoſcantur.*
8 *Apud Gallos ſpurij nomen an turpe habeatur.*
9 *Transuerſa linea in ſpuriorum inſignibus, quomodo ſit notanda.*

C A P. L X.

QVOD vero ad ſupra traditam Bartoli diſtin-
ctionem pertinet, in l.tutelas,de ca.dimin.vt
cum lex generis paterni mētionem facit, du
bitamuſq; an & de illegitimis ſenſerit,ſpecte-
mus qualia eius verba ſint,ciuilia ne an natu
ralia,tūc eos verbis legis contineri dicamus,
quod ſi ciuilia,ſecus: Ego & talem diſtinctionem rationi ipſi
repugnantem iudico.Cum enim illegitimi agnationis & con
ſanguinitatis iura à patre non retineant,§ vulgo, Inſti de ſuc
ceſ. cogn. cognatio vero à matre deſcendat, l.2.un. cogn.&
d.§.vulgo. quo pacto poterit illegitimus filius vnquam de pa
1 tris † genere,domo,aut quocunque alio nomine dici,cum ei
nullo nec ciuili nec naturali iure ſit coniunctus? Bal.l.in teſta
mento.C.de teſta.mil.nu.4 Etenim agnatum cum illi nō eſſe
ſat conſtat, minus vero cognatum haberi ex hoc deprehen-
ditur, quod cum inter agnatos & cognatos nulla hodie cre-
datur eſſe differentia,§.nullam,Auth.de hære.ab inteſt.ſi na-
turalis patri cognatus extaret, poſſet in vniuerſum perinde
ac agnatus ſuccedere,quod tamen ſecus eſt,Auth.licet.C.de
natu.liber.Quam rationem cum Imo. Alexanderq; animad-
uertiſſent, in d §.ſi quis rogatus, ad Treb.nu.50. neſcio tamē
quo ſpiritu & ipſi à Bartoli diſtinctione non receſſerunt, vo-
luntq; attendi an verba naturale potius, quam ciuile nomen
ſonent. Ex hac enim ratione colligitur, quibuſcunque verbis
vtaris,illos nunquam proprio ſenſu comprehendi. Vnde &
cæteræ illæ quæſtiones ſunt ſuperuacaneæ,an de domo, gene
re,gente,ſtipiteue paterno poſſint appellari. Cum enim nihil
2 referat,verum verba ad naturam potius, † quam ius referan-
tur,cum filius nullo iure,paternæ lineę ſit coniunctus,ſequi-
tur etiam vt quotiens gentilium mentionem feceris,veluti ſi
Cornelios,Puttios, Marios appelles,nunquam de his ſenſiſſe
videaris. Quod ſi obijcias,immo patrem filijs ſuis agnatum
pariter & cognatum haberi, quod emancipatorum, adopti-
uorumque exemplo conſtit, argu. §.emancipati,cum glo.2.
Inſti.de hæredi.ab inteſt. & l.pen. §.ſi quis enim.C.de adopt.
Reſponderem id in legitimo patre intelligendum,non in in-
iuſto,d § vulgo,&l.non facile, §.j.de grad.affin. quem nec pa
trem quidem lex vult vocari, §.ſi aduerſus, Inſtitu. de nupt.
tametſi naturæ & cognationi id nomen tribuatur, d.l.tute-
las,de ca.dimio. Non omittam etiam Bartolum conſtantiſſi-
me affirmaſſe, in l fi.C.de verbo.ſigu. tunc & illegitimos ſub
paterno genere contineri,quotiens factum aliquod verba no
tarent. Exempli cauſa, ſi lex municipalis, cuicunq; è Claudijs
nato immunitatem perpetuo tribuat, tunc enim ſpurios ea
ratione venire dixit,quod lex ad illud factum ſe referat, an qs
ex ijs natus ſit,hos vero inde procreatos,negari proculdubio
non poſſe. Idque illud eſſe, quod dici ſoleret,naturæ hæc vo-
cabula eſſe,d.l.tutelas.Sed mihi nec hoc ſatis liquet Cū enim
3 † lex ſuper facto aliquo ſimpliciter quid ſtatuit, id ſemper in-
telligi vult,dummodo legitimum ſit,& rite confectum,alio-
quin quod male factū eſt, non factum arbitratur, l.2 de auth.
tut.l.quotiens, vbi Ia.qui ſat.ſd.cog.ſiquidem ſermo ita pro-
latus,licito & ciuili modo eſt accipiendus,l.ſi cui, de ſeruitu.
aſt qui illegitimi ſunt, non recte nati dicuntur, quod nomen
ipſum ſatis demonſtrat. Igitur cum lex de eo qui ex Claudijs
natus fuerit, mentionem facit, de illo quidem qui illegitime
natus erit,non ſenſiſſe ſatis eſt veriſimile. Quid igitur nos in
tot ambagibus ſtatuemus? Ego tutiſſimum exiſtimarem ab
ea regula nihil diſcedere, quam aliàs tradidimus in legum in-
terpretatione,ſupra c.2. vt inſpiciamus cum de agnatione,fa-
milia, & ſimilibus ſit mentio, expreſſa ne ſit in lege ratio, an
vnica tantum poſſit afferri, indeque nunc illegitimos eijcia-
mus,nunc ex legis ratione complectamur. Sic etiam ſi quæ-
ramus, an coniunctorum vel ſuorum appellatione veniant,
4 quamuis id Doctores omnes † quoad patrem & eius agna-
tos negent, Alex.conſi.60.in 2.num.25.quoad matrem & per
eam lineam proximos admittant,q a ſibi inuicem ſuccedunt,
Alex.§.ſi quis rogatus,nu.41.42.Felin.c.ſunt & alij,de reſcrip.
nu.51.53.Alij eos quidem non ſuos, ſed nec extraneis omni-
nino ſimiles eſſe velint,Felin.d. c.num.56. Quidam etiam, in
cauſis matrimonij tantum, eos coniunctos dici fateantur, in
cęteris alienos,Fel.c.per tuas,de proba.2.notab. arg.c. diſcre-
tionem,de eo qui cog. conſ.vxor. Nos tamen & hæc ſemper
ex legis ratione diiudicemus, qua regula ſeruata, facilius has
omnes quæſtiones terminari crediderim, quæ quoniam ſu-
pra latius ſunt explicata,ideo hic amplius repetenda non du-
ximus. Id tamen ego cum cęteris in primis affirmo,obſeruan
5 dum in hoc eſſe maxime communē † vſum loquendi, Bart.l.
pronunt.in fi.de verbo.ſignifi.& l.fin.C.eod.& l. cum ita, §.in
fideicom.de leg.2.quem hodie vbique ferè ita ſe habere ani-
maduertimus, vt illegitimi de eius domo & familia cenſean-
tur,cuius & filij habiti ſunt,Soci.conſ.192.in 3.Ang.conſ.30.
& 191.Corn.conſ.169.in 3.col.fina. præualet enim popularis
ſermo propriæ ſignificationi,l.cum de lanionis, § aſinam, de
fun. inſtru. & vt Quintil ait, authoritatem ſermonis ſuperat
conſuetudo:quę nedum in hominum,ſed & legum etiam ra
tione dijndicanda,plurimum inſpici ſolet,Fel.Procem.Decr.
Hinc Cicero Seruium Tullum gentilem ſuum vocat, in 1.
Tuſcul. quamuis eum minus iuſte natum Florus & alij tra-
diderint, quod paſſim & alijs exemplis notum eſt omnibus.
Ex ſupradictis quidem ſat conſtare poteſt, quid de gentilitijs
6 † inſignibus ſit ſentiendum, an ijs & illegitimi vti poſſint. Si
enim rationem ſpectes,cur ſpurius ea oſtēret ſtemmata.quę
ad agnatos tantum pertinent, atque ex ea familia oriundus?
Bar.tract.de inſign.nu.50.arg.l.ius famil C de relig & ſumpt.
Quod ſi conſuetudinem, ſecus vbiq; videtur obſeruari, lice-
bitq; ex conſuetudine,illegitimo cuique,gentilitio ſe emble-
mate decorare, Bar.d.tract.Soc.conſ.102.in 3.num.9. Audio
7 † tamen extra Italiam maximeq; in Germania, diſcerni ſpu-
riorum & legitimorum inſignia,videlicet adiecta tranſuerſę
lineę nota,quod iniuſtorum natalium eſt indiciū.Port.Inſti.
8 de hære.ab inteſt.col.2.Idcircoq; falſum videtur, quod † Ca-
ſtrenſis tradidit, in l.3.de lib.& poſt penès Tranſalpinos ferè
omnes illegitimi nomen turpe non haberi, & maxime apud
Gallos,Ripa,§.ſi quis rogatus,nu 9.Gui.Pap.q.510. Animad-
9 uertunt ſed aliqui, vt tranſuerſa illa † nota à ſiniſtro latere in
dexterum deſcendat,alioquin ſi à dextro incipiat,non eſt de-
generis ſanguinis argumentum, quemadmodum in Borbo-
niorum inſignib.perſpicimus,quæ & ipſa tranſuerſam oſten-
tant lineam, & tamen eorum origo ab illuſtri Regioque ſan-
guine fertur prodijſſe,quod Nicolaus Vbaldus notat, in trac.
de ſucc. ab inteſt. in 4.ſpecie liberorum.

An illegitimi poſſint inter nobiles cenſeri.

1 *Infames, dici nobiles non poſſunt nec ex ijs nati.*
2 *Nobilitas a patre non matre deſcendit.*
3 *Quid ſit nobilitas, 26. opiniones.*
4 *Nobilitas Theologica.*
5 *Nobilitas ſecundum Philoſophos.*
6 *Nobilitas Politica.*
7 *Illegitimi cur non dicantur nobiles.*
8 *Nobiles ex locorum conſuetudine accipi.*
9 *Apud Venetos. & illegitimi,& legitimati ignobiles.*

C A P.

C A P. · L X I.

ILLVD quoq; de iniuſtis filijs à multis quæſitum ſcio, poſſint ne ij in nobilium numero referri. Qua in re Barto. Bal. Imo. cæterique vnanimes reſpondere, Bar. l. 1. C de digni. lib. 12. Bal. l. cum legitimæ, de ſta. hom. Imo. §. ſi quis rogatus, Guid. Pap. q. 580. Rui. conſ. 77. in 3. ſpurios filios, cum ab incunabilis ſecum quandam infa-
1 miæ † notam ducant, Azo. in ſum. C. de infam. non poſſe vllo vnquam tempore nobilitatis claritate fulgere, quod ea ab omni macula & turpitudine perpetuo debeat eſſe ſeiuncta, l. ſecunda, C. de digni. lib. 12. Idcircoque & nepotes ex his natos, reliquoſque eorum ſucceſſores, æque obſcuros, & ignobiles haberi, Anchar. conſi. 389. glo. l. diuo. C. de quæſtio. Dec. conſil. 85. in fi. non quidem quod in his macula vlla notetur, ſi ex matrimonio nati ſunt, ſed quod ex ignauo ſemine generoſi haud ſoleant fructus exiſtere, c. fertur, §. vulnerato, & c. principatus, 1. q. 1. Quin & ſi ex matre nobili, pa-
2 tre † vero illegitimo prodijſſent, adhuc tamen ijs matris genus nihil prodeſſe dixerunt, Anch. ſuprad. conſi. cum & illius nobilitas, ex quo ſe ſpurio marito iunxit, quodammodo ſit obumbrata, l. fœminæ, de ſenator. & ſtemmata hæc honoraria à patribus in filios non matribus deriuentur, l. 2. ad muni. Bal. l. fin. C. de ſern. ſugi. ita vt nec conſuetudine, nec municipali lege contrarium poſſit decerni, Bart. l. exemplo. C. de decur. lib. 10. Ego vero hæc quamuis omnino refellere non auſim, non vera tamen vſque adeo eſſe puto, cum velint ij illegitimos ideo ex nobilium ordine eximere, quod in his neſcio quid notæ, & labis adnatum putent. Quod ipſe tamen cum in his minime agnoſcam, vt alias declaraui, cap. 55. propterea nec eorum ſententiæ vſquequaque exiſtimo adhærendum. Eſt vero latiſſimus hic diſputandi campus, de nobilitate, an illius participes illegitimi cenſeantur: in primis enim à verbi notione eſſet exordiendũ, vt intelligeremus quomodo hæc
3 ipſa nobilitas ſit accipienda. Occurrunt † vero in hac re explicanda, tam variæ opiniones, vt merito id dici poſſit, in hac quæſtione quot capita, tot fuiſſe ſententias. Non enim propria hæc eſt res, vnius aut alterius ſcientiæ, ſed quot penè dixerim artes & diſciplinæ ſunt, quot varij bonarum literarum authores, ſinguli huic rei manum admouere ſunt conati, vt collegerit quandoque non contemnendus ex noſtris interpretibus Doctor Cepolla, viginti ſex diuerſas ſuper hac re proditas ſententias, in tract. de Imp. mil. del. cap. 4. Nos tamen in præſenti inutiles aliorum mittamus altercationes, & *[illegible]* noſtro Bartolo adhæreamus, qui triplicem diſtinxit nobilitatem, in l. 1. C. de dignit. lib. 12. col. 4. aliam ſecundum Theologos, quam Theologicam dixit, aliam ſecundum Philoſophos, quam naturalem, aliam ſecundum Iuriſconſultos,
4 quam Politicam appellauit. Quod ad primam † ſpeciem attinet, ſolent Theologi eos tantum vere nobiles & claros vocare, quibus ſummus Deus gratiam ſuam voluerit impartire, 2. Reg. c. 2. verſic. nunc autem. quam tamen nemini vnquam proprijs meritis, ſed mera tantum illius benignitate partam teſtantur. Quo fit vt de illegitimis, ſint ne ij hoc pacto nobiles, aut minus, nemini liceat iudicare, ſed potius æquali cum cæteris conditione & ipſi habendi ſint, cum tam grande Dei munus cui nam contigerit, paucis innoteſcat, Eccleſiaſtes, c. 9. ad Roma. c. 11. in fi. Felin. c. venerabili, nu. 2. de teſtib. eique gratiſſimi quandoq; illi ſint & accepiſſimi, quos mortalium vulgus abiectiſſimos, ſordidiſſimoſque eſſe putat, Corinth. j.
5 c. 4. & Mat. 20. Philoſophi autem qui veram nobilitatem † in virtute & moribus poſuerunt, refert Bal. l. 3. C. de commerc. & merca. quid de illegitimis ſentiant, conſtare poteſt, cum nihil ij parentibus aut fortunæ quoad hãc rem acceptum velint referri, ſed totum hoc fateantur à noſtra met pendere voluntate. Namque ſiquis quocunque genere natus, ijs animũ ſuum dotibus ornare contenderit, vt ſumma ſua probitate & ſapientia omnium in ſe oculos conuertat, virtutisque aliquam excitet admirationem, eundem & nobiliſſimum habendum ducunt, quo in numero nedum legitimos, ſed & Nothos cenſeri poſſe, & ratio ipſa, & vetera ſummorum virorũ
6 exempla teſtantur. † Tertia eſt nobilitas ſecundum noſtros iuris authores, quæ propria eſt huius quęſtionis, de qua quęritur, an illegitimis poſſit conuenire. Videtur autem reſpondendum, quoſcunq; talis generis viros, ab illa quam longiſſime abeſſe, non eo quidem, quod vlla hos turpitudine notatos putem, vt cæteri Doct. credidere, ſed quod cum nihil aliud nobilitas ſit, Bar. d. l. 1. C. de digni. Alua. c. 1. §. cæteri, quis dic. dux. niſi qualitas quædam à principe illata, ob quam vnuſquiſque è popularium numero eximitur, cuius cõpos is tantum dicitur, quẽ aut Princeps eo fuerit honore proſecutus,
7 aut † cuius maiores auus vel proauus talẽ ab eo conſequi gradũ meruerint, glo. l. diuo. C. de quæſtio. Proꝑterea contra ſpurios nec ex ſeipſis, nec ex patrum quoq; perſona inter claros haberi poſſe. Non ex ſeipſis quidem, quia nobilitatem nemo ſibi ſponte poteſt conferre, ſed à ſolis Principib. petenda eſt, Bart. ſ. Minus ex parentis origine, quod ſpurij nullos generis ſui agnoſcunt authores, ſed ab his primũ familiæ & gentis ſuę origo exordiatur, l. eius qui. ad muni. ſunt. n. hi noui quidã homines, veluti terræ filij, à ſeipſis orti, & quoad patrem prorſus alieni, cum nec eius gentem, famili. l, domũ ve ſequantur, l. cũ legitimæ, vbi Bal. de ſta. ho. immo degenerare dicãtur, l. ſi. C. de na. lib. quo circa nec ad eos gentilitia nobilitas põt peruenire, arg. l. familiaria, cũ ſeq. de relig. & ſu. C. eo. quæ ita agnationi & familiæ eſt annexa, vt tanq̃ qualitas abſq; ſubiecta materia nõ poſſit conſiſtere, Bar. trac. de inſig. & arm. nu. 10. Statuendũ eſt igitur illegitimos nullo pacto inter nobiles collocandos, quod & Iſocrates in Nicocle clare teſtatus eſt, cui id maxime curæ fuiſſe ſcribit, vt oẽs eius filij paternæ participes eſſent nobilitatis, idcircoq; nõ alios quidem legitimos, alios vero Nothos reliquiſſe, qui aliorũ nobilitate priuandi eſſent. Quod tamen verũ eſt, ſi de ciuili illa claritate ſentiamus, quã iuriſconſulti noſtri prodidere. cæterũ ſm aliorũ aut Theologorũ, aut Philoſophorũ ſectas id non affirmarẽ, qui aliter nobilitatẽ accepere. Rurſus & hoc in illegitimis ſimpliciter locũ habere puto, quantũ ad eorum natales ſpectat, quos humiles omnino & ſordidos eſſe aio, non in ijs quos Princeps erexerit, & dignitate aliqua decorarit, vt ſequenti capite demonſtrabo. Poſtremo & hæc ſm ſtrictam iuris rationẽ procedere fateor, non ex cõi vſu qui merito debuit præualere, Imo. c. de multa, in fi. de preb. Feli. c. ſuper eo, de teſtib. nu. 12. Ideoq; in hac re, ſpectãda in primis fuerit vniuſcuiuſq; loci &
8 ciuitatis † conſuetudo, ex qua quis qñq; nobilis, qñq; ignobilis exiſtimabitur, l. ſi. in prin. ver. calendarij, de mune. & ho. plurimum eſt enim populorum moribus in hac re deferendum, & ex eorum ritu nobiles à plebeijs diſcernendi, Soc. 246. col. 1. cum vt dixit Bartolus, nobilis ille ſit, qui talis vulgo habetur, in d. l. 1. C. de dign. col. penult. & l. 1. C. de mulie. & in quo. Hinc fiet, vt ſi in multis eccleſiæ terris, aliiſque etiam quibuſdam locis nobilium fiat mentio, ſpurij quoque cum cæteris cõprehendantur, qui nihil quoad munera publica obeunda, & ad honores dignitateſq. adipiſcendas, à legitimis differũt, nihiloq; illis inferiores putant, quod & de tota Delphinatus prouincia Gui. Pa. atteſtatus eſt, in qua id ex cõſuetudine ſeruari tradidit, vt illegitimi generis nobilitatẽ oĩno retineãt, ac pro nobilib. pinde ac alii legitimi habeant, in q. 580. & Boer.
9 deci. 127. in fi. Quod † ſi Venetorũ ac plurĩũ aliarũ ciuitatũ nobilitatẽ recẽſeas, tũc illegitimos prorſus excludas, qui huiõi ſobolẽ maxime negligunt, expreſſeq; id apud eos eſt conſtitutũ, ne quouis tpe & ſi ſint natalib. reſtituti, in nobiliũ numerũ poſſint cooptari. Qd olim tñ ijs permiſſum erat, qui per ſubſequens matrimoniũ legitimati eſſent. Hodie vero & hi noua lege excluſi dicũtur, generaliterq; ab ijs ſancitũ, ne cuiquam qui initio non legitimis ortus ſit natalibus, vlla ratione aut priuilegio ad nobilitatis decus vnquam liceat aſpirare.

Illegitimi ſi natalibus reſtituantur, an nobilitatem adepti videantur.

1 *Nobilitas vſque ad pronepotes.*
2 *Legitimati an adhuc labe vlla notati.*
3 *De natalium reſtitutione contra Budæum.*
4 *Nobilitas à Principe quando conferatur.*
5 *Equites noſtri temporis an nobiles; & de illorum origine.*
6 *Feudum nobile.*

C A P. L X I I.

1 CVM dictum ſit, nobilitatem ſolius Principis eſſe munus, Bar. l. 1. C. de digni. col. 4. Caſt. l. quotiẽs. in fi. C. vbi ſen. vel cla. quæ tamẽ alicui conceſſa, in eius filios, nepotes, & pronepotes propagetur, glo. l. diuo. C. de quæſt. Idcircoque illegitimos eius ordinis non haberi, ꝙ nullo iure ꝓpatri ſuo quamuis clariſſimo ſint coniuncti, l. lex naturæ, de ſta. ho. Dubitatum fuit, an ſi natalibus reſtituantur, ſimul & nobilitate donati videantur. Baldum enim legimus cum Alex. ſentientem, Bal. c. per tuas, de maior. & obed. Alex. §. ſi quis rogatus. nu. 56. in fi. legitimatos adhuc inter nobiles nõ cenſendos, quod ea prius labe ita ſint cõtacti, quæ amplius euaneſcere, aut prorſus elui non poſſit, Bal. c. 1. §. naturales. ſi de feu. fue. contr. nu. 8. Quod
a quidem ab ea videtur fluxiſſe opinione, † qua ſenſere quidam legitimatos non prorſus in veram repoſitos ingenuitatem, Dec. conſ. 275. Curt. cõſ. 74. Quod mihi tamen abſurdiſſimũ ſemper viſum eſt, non poſſe ſcilicet Principem quamcunque notam, aut maculam delere, l. imperialis. §. 1. C. de nupt. cum omnia poſſit eiuſq; volũtas pro lege habeatur. §. ſed & quod principi. Inſt. de iu. nat. gen. Hæc tamen ratio in præſenti nobis non eſt neceſſaria, cum tantum abſit, vt legitimatis quid notę ineſſe fateamur, vt nec illegitimos ipſos vlla vnq̃ deformatos

matos ſorde ſæpius dictum fuerit. Cũ igitur ſpurijs hoc antea
tantũ obeſſet, ꝙ eorũ natales obſcuri admodũ & viles babe-
bant, nunc cũ Princeps eos naturæ reſtituerit, in eũq; ſtatũ
repoſuerit, quo initio oẽs homines naſcebantur, l. 2. de natal.
reſtit. videntur & hi ꝓculdubio ad verã nobilitatẽ perueniſ-
3 ſe, præſertim cũ author ſit grauiſſimus & eruditiſſimus † Bu-
dæus, in Annot. l. fi. de ſenat. pag. 102. ipſam nataliũ reſtitutio
nem nihil aliud eſſe, q̃ nobilitatis donũ, eo ꝙ abſterſa nataliũ
plebeiorum ſordida conditione, in priſcã, cõmunemq; ab ini
tio omnib. ingenuitatẽ quis reponatur. Sed ipſe hanc Budæi
ſnĩam ſi de ſpurijs loquamur plane non probo, nã ſi natalibus
reſtitui dicunt̃ qui reſcripto Principis legitimi efficiuntur, §.
ſi quis ergo Auth. qui. mo. nat. eff. ſui. quis dicat eum qui ex
ignobili patre ſpurius ſuſceptus eſt, ſola deinde reſtitutione,
& legitimorũ iura, & nobilitatem conſecutũ? cũ id tantũ ea
nobis tribuat vt patribus noſtris veri & iuſti filij efficiantur?
Quod ſi plebeius pr̃ ſit, cur legitimatus filius nobilis cenſeat̃?
Cur nõ potius, cum ſicuti filius bonorum & facultatũ oĩum
ſucceſſor eſt futurus, ſic & vt filius patris cõditionẽ ſequatur
qualemcunque? Crederem ego ex natalium reſtitutione nõ
perpetuo nobilitatẽ inuehi, ſed pendere hoc a patris condi-
tione, vt ſi is eo ſplendore illuſtretur, hoc quoq; & in legiti-
matũ deſcendat, ſin minus, illegitimos ex ea reſtitutione, ius
filiorũ & patriam quidẽ poteſtatẽ, verum dignitatẽ nullã aliã
obtinere, ſed in omnib. prĩna veſtigia imitari, quia tanquã ex
iuſto matrimonio nati ſolum intelliguntur. Non nego tamẽ
4 quin poſſit Princeps † & eoſdẽ ad nobilitatis decus euehere,
quamuis ab humili & abiecto pr̃e genus ducant ſuum: licet. n.
Principi quemcunq; velit in ſummo honoris gradu colloca-
re. Id vero quõ dignoſcatur, declarauit Bartolus multis mo-
dis, in d. l. 1. C. de gnit. col. pen. Inter quos ille ꝑcipue inſignis
eſt, cũ eis dignitas aliqua a Principe defertur, quamuis careat
adminiſtratione. Extat. n. conſtitutio Zenonis, vbi expreſſe
mentionẽ facit nobilitatis, q̃ ſine adminiſtratione per hono-
rarios codicillos collatã quibuſdã teſtatur, l. ſi §. viros. C. vbi
ſen. vel clar. Vnde eos oẽs qui priuilegijs a Cæſare, aut a ijs ad
id facultatem habentibus donati ſunt, putarim † nobilibus ad
5 ſcribendos eſſe, tametſi priuata illa dignitas videatur, quales
ſunt hodie equites pleriq;, qui Diplomatis Cæſarum inſigni
ti a plebeis ſolent diſcerni. Quod ab eo originẽ duxiſſe videri
põt, ꝙ ſcribit Suet. in Claud. c. 25. Claudium Cæſarem imagi-
nariæ militiæ genus inſtituiſſe, quo abſentes, & titulotenus
fungerentur: Quæ tñ res, hodie a veteri illo ritu nimiũ colla-
pſa eſt, cũ Reguli plurimi hac authoritate abutantur, nullaq;
perſonarũ habita rõne, eam dignitatẽ temere omnib. decer-
nant, ad quam olim nõ niſi inſigni aliqua virtute prædıti, fuiſ
ſent vocandi, l. 1. §. credidit, de off. præf. præt. l. fin. C. de ſtat. &
imag. ꝓpterea q; nec ad hos cætera priuilegia ſpectare certũ eſt,
quæ militibus iure noſtro concedi ſolent, Cy. l. 1. C. de iur. &
fac. igno. Ripa l. centurio. nu. 10. de vulg. Porro & illud acqui-
ſitæ nobilitatis multo manifeſtius ſignum, eſſe ſolet, cum di-
gnitas aliqua tribuitur, cui adminiſtratio ſit coniuncta, & ſua
pte natura ſecum nobilitatem ducat, ꝙ a Barto. traditum ex-
6 tat, in d. l. 1. penult. col. vnde quidam Feudum † nobile, aliud
minus nobile dixerunt, Iaſ. prælud. Feud. nu. 119. Sed extra ꝓ
poſitam materiam ſunt, quæ tamen dixiſſe, voluimus, vt in-
telligamus, quibus modis, hæc ipſa nobilitas illegitimis com-
municetur. Cæterum, conceſſa ſpurio alicui dignitate, an ex
eo & natalibus reſtitutus cenſeatur, commodiori loco tractã
dum reſeruamus, Alex. l. quidam conſulebant, de re iudic.

De infantibus expoſitis, & alijs quorum parentes ignorantur.

1 *Necare dicitur, qui exponit filium.*
2 *Hoſpitalia ſpuriorum, & nu. 5.*
3 *Expoſiti, ad ſacros ordines, & dignitates admitti poſſunt. & nu. 7.*
4 *De Cyro, Moyſe, & alijs legitime natis, expoſitis.*
6 *Exponens filium, amittit patriam in eum poteſtatem.*
7 *Expoſiti, capaces ſucceſſionum quarumcunque cenſentur.*
8 *De quibuſdam Pont. ignoto genere.*
9 *Terræ filij, & a ſe orti homines.*

CAP. LXIII.

POterat fortaſſe aliquib. videri non neceſſariũ, vl
lũ nos hoc argumento ſeparatum caput conſcri
bere, cũ ſup. late id tractatũ ſit, c. 20. an vnuſq;
que in dubio legitimus, vel illegitimus ſit cen-
ſendus. Quia tñ animaduerti, neſcio quid præ-
cipuũ huius ipſius q̃õnis eſſe, ꝙ præcedentibus non ita aptũ
erat, volui ꝓpterea pauca hæc ſuperiorib. adiungere, ne poſſet
hæc pars a cõmentarijs noſtris deſiderari. Hoc igitur tantũ a
nobis in præſenti agendũ erit, ſint ne hi qui publice exponũ-
tur, legitimi an nothi potius indicandi: Nãq; ſi nothi videan-
tur, tunc nihil amplius opus eſt de his diſſerere, ꝗppe quibus
oĩa cũ alijs ſpurijs ſint cõmunia: Sin vero legitimi dicant̃, &
tunc nihil ad rẽ noſtrã, eorũ pertinet diſputatio. Scio aũt nos
alias ſtatuiſſe, honeſtos in dubio vniuſcuiuſq; natales eſſe exi
ſtimandos, qua ex re ſequitur, expoſitos quoq; quorum igno
ta eſt origo, inter legitime natos eſſe referendos. Contra iſtã
quædam pugnat coniectura, q̃ de veris iuſtiſq; parentib. natu
rali ratione ſolemus facere: Etenim quis credat vnq̃, tantã im
manitatem in legitimũ patrẽ cadere potuiſſe, vt proprium fi-
lium, ſua ipſius viſcera, tam impie abiecerit? ea præſertim in
ætate, q̃ alieno indiget præſidio, nec proprijs ſe ipſam viribus
1 apta eſt ſuſtinere? Cum n. necare filium is dicatur, qui † eũ ex-
ponit, l. necare, de lib. agn. audebimus ne tantum ſcelus vnq̃
de patre cõijcere, vt is filio ſuo crudeles manus intulerit? Nõ
ita hæc ab illegitimo patre abhorrent, quem plerunque aut
delicti conſcientia, aut infamiæ metus poteſt adigere, vt natũ
ex ſe minus honeſte filium, turpiter etiam deſerat, cum ſe co
ram honeſtis viris, illius patrẽ monſtrari, non poſſit non eru
2 beſcere; Proptereaq; multis in locis videmus, Hoſpitalia † his
ipſis expoſitis erecta, vulgo ſpuriorũ hoſpitalia, ſicut hic Bo-
noniæ nuncupari, quaſi & nomen ipſum demonſtret, ſpu-
rios tantum, non vero legitime natos, ad hæc loca ſolere de-
ferri. His accedit, ꝙ ſpurij a legibus ij vocari ſolent, qui certũ
patrem non poſſunt oſtendere, l. vulgo. de ſta. ho. ſed cũ eo in
numero ſint omnino hi expoſiti, vt & Baldus animaduertit,
in d. l. vulgo, nimirum ſequitur hos nothos, nõ legitimos eſ-
ſe dicendos. Ego tñ a ꝯria ſententia non diſcedo, quam cum
alias pluribus rationibus ſim tutatus, ideo hoc a me loco bre
uiter referri, nihil mirum erit. Dico autem Doctorum opi-
nione receptum eſſe, expoſitos hos, ad ſacros ordines,
3 † dignitates eccleſiaſticas, atq; alia publica munera recte poſ-
ſe promoueri, tametſi eorum origo nemini conſtet, Io. Ana.
c. 1 de inf. exp. Barb. Fel. c. cum deputati, de iudic. nu. 13. quæ
res neceſſario oſtendit, illos legitimos, non ſpurios iure cen-
ſeri, arg. c. fi. de fil. presb. c. innotuit. de elec. Certum id etiam
eſt, eoſdem nulla labe aut macula aſperſos dici poſſe, l. fi. C. de
inf. ex. l. nemini. C. de epiſ. aud. quomodo igitur eos quis ſpu-
rios appellet, cum hoc ſpurij nomẽ, notę cuidã affine eſſe vul
go exiſtimetur? Azo. in ſum. C. de infam. Alex. l. 3. de lib. & po
ſthu. Nec quicq̃ coniectura illa ſupra de legitimis patribus re
lata, his obſtat, ſi quidem veterum exẽplis patet, multos expo
4 ni filios, qui tamẽ ex matrimonio nati ſunt, vt † de Semirami
Moyſe, Paride, Cyro, Oedipo, & alijs pluribus hiſtoriæ teſtã-
tur, quos parentes metu alicuius periculi, ꝙ eis portendebat̃,
aut alijs de cauſis, temere exponebãt, noſq; etiã vſu ipſo quo-
tidie experimur, multos q̃nque rei familiaris inopia, cũ ſe ul-
ctui neceſſaria liberis videant non poſſe ſuppeditare, ſolere il
los exponere, ea potius ſpe vt ab alijs commodius educent̃,
q̃ quod paterna erga illos exuti ſint pietate, ꝙ ego a nonnul-
lis probæ conditionis parentib. qui in ſimiles inciderant cala-
mitates, re vera ſæpe intellexi. Nec q̃uis vulgo hæc ſpuriorũ
5 hoſpitalia vocent̃, ideo † tamen nothi illi cenſendi ſunt: nam
vt dicebat Baldus loquens de Bononienſibus, in valde ſimili
caſu, in l. nutritorib. C. com. de ſucceſ. popularis ſermo nr̃ ius
non facit, & res ipſa ꝯrium docet, vt modo diximus; Quin &
Canones hoc idem ſuadent, cum ijs caueatur, parentes qui fi
6 lios exponũt, ius patrię põtatis † amittere, nec eos vt filios am
plius poſſe vindicare, c. 1. de infan. ex. De quibꝰ eñ alijs patribꝰ
hoc põt intelligi, præterq̃ de legitimis, cũ hi tm̃ filios hẽant
in poteſtate? §. ſi aduerſus. Inſti. de nup. Conſtat hinc igitur
ſatis liquido, & iuſtos liberos exponi ſolere. Quibꝰ nec illud
nocet, qđ certũ patrẽ non videãtur vllũ habere, nã eo ipſo
qđ natales eorũ sũt ignoti, fit interpretatio ſtatim in melio
re partẽ, ꝓſumitur q; illorũ origo honeſta, nõ turpis. c. cũ de-
putati, de iudic. c. 1. de ſerui. quod in vulgo conceptis ſecus
eſt. Nec verũ eſt & quoſcunque qui pr̃em nequeũt oſtẽdere,
illegitimos eſſe, vt Gregor. Pont. teſtat̃, d. c. 1. de inſ. exp. Vel
quicquid cõtra afferas, dicã i bis ius nõ deficere ſed ꝓbationẽ,
ipſos videlicet vere legitimos eẽ, taleſq; iure haberi, quãuis
ꝓprios ipſi natales non ita iuſte poſſint ꝓbare. arg. l. duo sũt.
de teſt. tut. Multa ꝑter hæc prætereo, q̃ commodius ex q̃ſtio
ne. 3. a nobis diſputata, cap. 20. elici poterant, ſufficitq; hæc
tm̃ in ꝑſenti obiter adiecisse, ex quibꝰ ſtatuimus, ꝙ ad expo
ſitos pertinet, & cæteros quorum omnino incerta eſt origo
eos in dubio legitimo potius quàm illicito genere cẽſendos,
7 ob idq; ad actus legitimos recte † admittẽdos, d. c. cũ deputa
ti. hẽreditatũ ſucceſſionũq; capaces exiſtimãdos, Faber, Ang.
§. fi. inſt. de her. inſt. cæteraq; munera ſeu ciuilia ſeu eccl'aſti-
ca illis hoc ſolo ꝑtextu nullatenus eẽ interdicẽda. Ioa. Ana.
d. c. 1. de inf. ex. & Doct. c. cũ deputati. Cæterũ legi q̃dẽ graues
nonnullos authores, & maxime hiſtoricos, hos ipſos qui ob-
ſcuro prognati ſunt genere, ſpurios in libris ſuis appellantes,

8 quo nomine certos etiã† Pontifices vti illegitimos notatos
ſcio, eo q̃ vñ originẽ ducerent, vulgo incertã eſſet, vt de Leo
ne. V. Pont. & Dioniſio. 1. traditum eſt, quos alij ignotis tñ
parentibus ortos ſcripſere, alij cum de eorũ natalib. nihil cer-
ti reperirent, propterea ſpurios eſſe prodiderunt, q̃ etiam de
Demoſthene quidam ſcriptum reliquerunt. Sed alij, vt lubet,
ſentiant. Mihi ſane hæc ſola ratio nũquam perſuadebit, ex pu
dẽda aliquem origine profectum eſſe, cũ in dubio honeſtior
pars ſit conijcienda. Memoranturq; Pontifices multi ignotis
parentibus & patria, vt Chriſtophorus. 1. Bonifacius. VII.
Ioã. XIX. & quos modo retulimus, Dioniſius. I. & Leo. V.
quos omnes ſpurios extitiſſe, hac ſola de cauſa nũquam affir
9 matim. Solent† hi etiam a quibuſdam terræ filij appellari, ſeu
quod terra ſit communis omniũ parens, ſeu quod iuxta quo
rundã hiſtorias, è terra primis tẽporibus mortales nati dican
tur. Vocantur & ijdem, homines a ſeſe orti, aut noui homi-
nes, quibus loquendi modis vtitur Cicero pro ijs qui obſcu-
ri admodum ignobileſq; ſunt, ac ſine vllis maiorum imagini
bus. Cætera quæ de expoſitis dici poterant, qui nam in bonis
eorum ſuccedant, cuius fori dicantur, æquales ne ſint omnes
conditionis, & alia eius generis, ego hic iure prætermitto,
qm̃ cum in numero legitimorum eos eſſe diffiniamus, extra
rem eſſet, ac materiam nobis propoſitam, ea hic inſerere, quę
ſuis locis vbertime tradita, aptius etiam intelligi poſſunt, Ho-
ſtien. in ſum. de inf. exp & Docto. in c. 1. Spec. tit. eo. Caſt. l. nu-
tritorib. C. com. de ſucceſ. Sal. l. fi. C. eo.

Qui alium Spurium appellat, an iniuriarum actione teneatur.

1 *Iniuriarum actio quando detur.*
2 *Spurius non dicitur, quem Princeps reſtituit.*
3 *Non facit iniuriam, qui nihil falſo obijcit, & nu. 9.*
4 *Crimina naturę vitio ingenita, non ſunt exprobanda.*
5 *Accuſare aliquem, plerunque laudabile.*
6 *Reipub. intereſt quędam delicta palam eſſe.*
7 *Spurios cognoſci, an Reipub expediat.*
8 *Difficile eſſe iudicare, an iniuria ſit facta.*
9 *Qui alium vocat ſpurium, cur iniuriarum teneatur.*
10 *Non ſufficit quid bonum eſſe, ſed bene factum.*
11 *Quibus caſibus ſpurij appellatio non ſit contumelioſa.*
12 *Lata culpa non ſufficit ad iniuriarum actionem.*
13 *Accidentia facti in iniuria ſpectanda.*
14 *Apud Gallos, Græcos, an ſpurij nomen ignominioſum.*

CAP. LXIIII.

Eſt ne vero hæc contumelia, ſi te aliquis ſpurium,
& vt vulgo dĩ baſtardum appellet, quamobrẽ
tu eũ in iudiciũ adducere poſſis? Hic ego ante-
quam quid pronuntiem, multa conſideranda,
& circumſpicienda puto. Si enim tu vere non es
ſpurius, ſed legitimis ortus parentib. illeq; temere talem te fal
ſo appellauit, non dubito quin ↄtra eum actione iniuriarum
1 poſſis experiri, l. 3. C. de iniur. Bal. l. turpia, in princ. de leg. 1. &
l. 3. de lib. & poſth. Vbicunque. n. aliquid dicitur, quod alte-
rius pudorem, aut famam lædat, & ibi iniuriarum crimẽ orit̃,
l. item apud. § generaliter, & §. ſeq. de iniur. ſed vulgo hoc no
men ſpurij, neſcio quid notæ ſecũ ducere creditur, ca. acce-
dens, de purg. can. vixq; veriſimile eſt aliam ob cauſam id ab
eo dictum, quã vt tuam exiſtimationem minueret. igitur cũ
hoc quicquid ſit, fuerit ementitus, erit iniuriarũ iudicio tibi
obligatus l. fi. C. de accuſ. l. 3. C. de iniur. Idem putarẽ, & ſi ſpu
rius quidẽ natus eſſes, nunc vero Principis beneficio natalib.
reſtitutus: is enim qui adhuc te ſpuriũ vocat, inique agit, Cra-
2 uet. conſ. 168. in princ. cũ illegitimus non ſit, quem† Princeps
reſtituit, potuitq; rectius ille, te non legitime natum appella
re, cũ hoc primæuos tuos natales reſpiceret, non autẽ præſen
tem tuam conditionẽ ita notare, Alcia. de Duel. cap. 10. quæ
nunc vere legitima eſt: Quatõ in re animaduertendũ erit,
an probabili aliquo errore ductus fuerit, vel quia te iniu. o ſpu
riũ natum exiſtimaſſet, vel quia reſtitutionis illius ignarus eſ-
ſet, quæ cũ facta ſit, facile potuit ei non nota eſſe, vel quia ali-
ter te communis vſus loquendi haberet, qui legitimatos ad-
huc ſpuriorũ nomine cõprehenderet, vt ſæpiſſime videmus;
tanc enim hæc ad aliud caput pertinẽt, q̃ modo attingemus.
Cum vero quis te ſpurium nominat, tuq; re vera talis es, lon
gior quidem tunc eſt dubitatio, videatur ne ob id vllam tibi
iniuriam intuliſſe. Extant. n. in hac re multiplices Doctorum
ſententiæ, variaq; illorum reſponſa, Io. And in Addi. ad Spe.
tit. de iniur. Abb. c. cum te, de re iud. nu. 26. Roman. conſ. 96.
Oldr. conſ. 53. Alber l. ſi non conuicij. C. de iniu. ſed quatuor
præcipue opiniones traditæ reperiuntur, ſingulæ inter ſe di-
uerſæ. Prima Accurſij, Inſt. de iniur. §. j. ver. fieret, videlicet vt

3 qui nullũ crimen† falſo obijcit, is nec vlla iniuriarũ actiõe te-
neatur. Quid. n. põt ille delinquere, qui veritatẽ prodit, cũ ve-
ritas præ cæteris ſemp ſit colenda? l. cũ ita, vbi Alb. de condi.
& dem. Alia fuit Hoſt. ita diſtinguentis, q̃ aut crimẽ tibi obie
ctũ, tua ipſius culpa ↄtractum eſt, vt ſi te furem, proditorẽ, ſica-
riũ, lenonẽ dixerim, & tunc nihil tibi obiectaſſe videar, quo
me in iudicio poſſis accerſire. Cum. n. tu, eo te ſcelere pollue
re minime erubueris, cur aduerſus me id tantũ deinde enũtiã
4 tẽ, ita indigneris? facit. l. q̃ quis ext. de reg. iur. Quod† ſi alio te
maledicendi genere carpſerim, quo tu abſq; vlla fraude tua
labores, veluti ſi te claudũ, cæcũ, inopẽ, aut ſpuriũ vocarim,
cũ & ſpuriũ naſci, abſq; vllo crimine nr̃o cõtingat, c. naſci. 56.
diſt. l. legẽ. C. de oar. libe. & tunc contumelioſas hmõi voces
cenſeri. Debui. n. ego, vt bonos decet homines, calamitatis
tuæ potius miſereri, non tibi hæc probro obijcere, q̃ aliunde
obtigerunt, cũ naturã ipſam non liceat accuſare. l. max. vitiũ.
C. de lib. præter. Tertia tradit̃ opi. Io. Theuton. glo. in c. ſi pec
cauerit. 2. q. 1. qui voluit multũ referre, an verba hæc in iudi-
ciali aliquo negocio ꝓferantur, aut alibi. Si. n. ob id ego tibi
diem dicã, vt te adulterij aut homicidij reũ conuincã, aut tu
ſimili aduerſus me, vel teſtes meos exceptione vtaris, eoſque
5 tanq̃ infames, ſordidos, † & facinoroſos repellas, nullũ hic cõ
uitiũ notari debet, Alex. l. fi. q̃ quiſq. iur. accuſatio. n. ipſa ne-
dũ turpis non hr̃, ſed magna plerunq; laude & præmio digna
eſt, l. 1. C. de fam. lib. circa fi. vt de Lucio Craſſo, Marco Anto
nio, & Publio Sulpitio refert Cicero, lib. 2. Offi. qui cũ ſeditio
ſos & inutiles ciues quũque in iudiciũ vocarent, a cæteris ꝓba
ti valde fuere Reus aũt qui aduerſarij ſui actionẽ hac eadẽ cu
pit rõne elidere, q̃ vera vtiq; eſt, cur in eũ iniurius videat̃, cũ
ab eo prouocatus, ius ſuũ tueri magis, q̃ maledictis eum laceſ
ſere contendat? l. qui cũ natu. §. ſi libertus. de boo. lib. l. liber-
6 tus i. de in ius voc. Quarto† loco dixit Bart. l. eũ qui, de iniur.
vbicunq; Reipublicæ expedit, crimẽ illud quo te appello, cæ
teris notũ eſſe, qualecunq; id fuerit, impune ſemper diuulga-
ri poſſe, veluti ſi te leproſum, impoſtorẽ, hæreticũve dixero,
publice. n. intereſt hæc ſiue corporis, vitia innoteſcere, quia
contagioſa ſunt, c. 1. de cõiu. lepr. c. de rectorib. de cleri. ægro.
ſiue animi, ne alij ab his decipiant, eorumq; commercia poſ-
ſint declinare. At vbi q̃ tibi delictũ obijcio, id nullam Reip.
ex eo vtilitatem parit, vt ſi te pumilionẽ, ventrioſum, gibbo-
ſum nominauero, q̃uis re vera nihil ementiar, teneor tibi tñ
contumeliæ nomine, cũ ex vſu publico nihil ſit, talẽ te a me
7 ita vulgo prædicari. Si igit̃† te ſpuriũ appellauero, conuicium
hoc eſſe quidã tradiderunt, Abb. c. cũ te, de re iudi. nu. 28. &
in c. fi. 10 fi. de iniur. Rom. d. conſ. 96. 1. col. eo q̃ natales meos
cæteris notos eſſe, nihil ad rempubl. pertineat: Idẽ & Bar. qũ-
que exiſtimauit, in l. turpia, de leg. 1. & l. 3. de lib. & poſthu. Sed
tamen alibi ↄtrium deinde cõfeſſus eſt, in d. l. eũ qui. voluit. n.
hanc contumeliã non eſſe, dũ verum ſit, incertis illũ parenti-
bus ortũ eſſe, eo q̃ pluſimũ referat, quoad honores & mune-
ra publica obeunda, ſpurios a legitime natis diſcerni, l. gene-
raliter §. ſpurios. ver. ſed ſi. de decurion. Vnde q̃ modo vti ↄ-
trium ab eo dictum notauimus, in d. l. turpia, poſſet ita fort e
intelligi, vt. ſ. cum quis eum ſpuriũ appellaſſet, qui legitimus
vere erat, tunc iniuriam ei feciſſe dicat̃, ita procedãt trad. per
eum in d. l. turpia, & d. l. 3. de lib. & poſt. alioquin ſi ſpurius ve
re ſit, tunc nulla ea ſit iniuria, vt ait in d. l. eum qui. vt ita ſibi
Bart. vbiq; conſtet. Sed mihi nec vlli ex his quatuor opinioni
bus prorſus hærere in aĩo eſt, cũ ſingulis multa videam repu-
gnare, nec lõgas ẽt placet aliorũ Doctorũ in hac re diſtinctio-
nes ſequi, cũ adeo multiplices ſint, Card. in c. j 5. q j. Abb. c. cũ
te, de re iud. col. fi. Alb. l. ſi non conuitij. C. de iniur. Ripa. l. fi. C.
de reuoc. don. nu 25. 26. vt ex ijs vix quicq̃ clarũ aut expeditũ
8 vnq̃ poſſis colligere. Animaduerto qdẽ, † haud facile etiam
in hac materia quid tradi poſſe, q̃ vbiq; conſtet, nam cũ iniu
ria, ex affectu facientis conſiſtat, l. illud. §. j. de iniur. difficilli-
mũ eſt omnino aliorũ cogitationes ita poſſe a nobis introſpi
ci, vt dignoſcamus quo quiſq; conſilio aliquid fecerit, vnde
ad coniecturas & accidentia q̃dam extrinſecus recurri opor
ter, Gl. l. j. C. ad l. Corn. de ſicar. quarũ certa rõ tradi non põt:
Propterea nil mirũ ẽ, ſi tam multa hactenus a Doctorib. cu-
mulata repimus, q̃ tñ qõnẽ ipſam non ſatis cõmode explicẽt.
Ego igit̃, q̃ de cæteris iniurijs dici poſſent, q̃ ſane multa ſunt,
hic miſſa faciam, tantũ q̃ ad hanc ſpurij appellationẽ ſpectãt,
qua potero breuiori, tutioriq; via referã. Credo aũt id ab om-
nibus in hac qõne ꝓſupponi, nomen hoc ſpurij vulgo ignomi
nioſum & turpe hri, q̃ quanuis nos alias in dubiũ vocaueri-
mus, in præſenti tñ & cũ alijs admittimus, alioq̃n nulla ĩ hac
9 materia eſſet diſputatio. Et hic pro regula † conſtituendum
cenſemus, cum qui alium ſpurium appellauerit, contumeliæ
reum eſſe, & iniuriarum actione teneri, ſeu falſo, ſeu vere ẽt
ita eum compellarit. Cum enim hoc nomen, de alterius fa-
ma & opinione aliquid detrahere aptum ſit, vt vulgo aiunt,
aſſert.

affert proculdubio ſecum & contumeliam l. item apud §. generaliter. de iniu. Quamuiſq; verum id vtique ſit, quod ab eo iactatum eſt, non tamen iniuria illa eſſe deſinit, l. 3. C. de offi. aſſ. prou. ver. ſi non ad libidinem, & l. quiſquis. C. de poſtul. ſi quidem nos iniuriam ex maleuolo alterius animo, propoſitoque magis quam ex euētu metimur, l. eum, qui. §. fi. de iniur. l. j. §. diuus, ad l. Corn. de ſicar. c. j. in fi. 25. q. 6. Aſt hic iniquum affuiſſe animum ſatis conſtat ex verbis illis, quę ſuapte natura contumelioſa ſunt: talis enim vniuſcuiuſq; mens fuiſſe præſumitur, qualem verba ipſa præſeferunt. l. Labeo, in fi. de ſup. leg. l. Seiæ de tut. & cur. Nō igitur conuicij & rei veritate excuſatur, qui aliquem maledictis vexat: non enim quid factum ſit attendimus, ſed quo animo factum ſit, c. j. in fi. 15. q. 6. l. verum. l. qui iniuriæ, de furt. Cum plerunque & ea quæ per ſe bona, publiceque vtilia euadont, ex quo tamē non bono facta ſunt conſilio, cum pœnæ non eximant, qui talia auſus eſt perpetrare, c. relegentes 23. q. 5. Nec enim ſufficit bo-
10 num quid eſſe, † ſed bene factum. Cuius rei inſigne nos celebramus exemplum Chriſti ſumma cum veneratione ſemper nominandi Saluatoris noſtri, cuius patibulum cum ab æterno nos ſupplicio liberarit, noſque illius neci vitam noſtram acceptam referre teneamur, eos tamen qui tam dirum cruciatum in illum excogitarunt, tanti non vult ſceleris pœnas effugere, cum eorum cogitatio praua & iniqua fuerit, Gl. c. j. ver. qualitas, de collu. dereg. & d. c. relegentes. Porro & in caſu noſtro, nedum malignum eius qui te ſpurium appellat, cōſilium fuiſſe exiſtimantur, ſed & euentus ipſe haud multo quidem melior exiſtit, cum errata noſtra ab alijs publice detegi & diuulgari, valde inhomanum & illiberale videatur l. 2. C. quando & quib. quar. pars. lib. 10. l. 3. C. quem. reſt. aper. Cre-
11 derem tamen hanc regulam † multis caſibus poſſe temperari, quibus hæc ſpurij appellatio nullam conuicij pariet actionem. In primiſque in iudicio vbi agendo ſiue excipiendo a quopiam id in alium diceretur; Vt ſi ob id ego tibi litem intendam, quod te illegitime natum alicui ab inteſtato ſuccedere non poſſe dicam, quin ea bona ad me pertinere. Aut tu ius tuum tuendo, eadem mihi obijcias: hic enim non eſt, quod noſtrum alteruter ſibi contumeliam illatam conqueratur, cum iuris executio nullam habeat iniuriam. l. iniuriarum. 1. § 1. de iniur. l. nollus videtur, de reg. iur. Huic ſimile eſt, vbi iuſta alia cauſa ad id dicendum me impuliſſet; forte quod te ſacerdotiū aliquod, aut publicā dignitatē ambire Intellexiſsē, egoque ea ſpurij atteſtatione, inde te reieciſſem; nō enim hic quicquam te lędo, cum ius publicum tuear, quod talia munera, illegitime natis nōn patitur mandari. Sic quoque & extra iudicium, multa exempla poſſunt excogitari, in quibus res ipſa quæ agitur, omnem iniuriæ ſuſpitionem delet. Veluti cum illi qui ariolum quendam de futuro vitæ ſuæ ſtatu curioſius conſulerat, reſponſum eſt, eum tenui ſemper admodum fortuna vſurum, quod pudendis editus eſſet natalibus, l. item apud §. ſiquis aſtrolog. de iniur. Vel cum mihi inter aliquos, de ſpurijs filijs, & eorum geſtis, ſermo incidiſſet, ego te vna cū alijs multis illegitime natis, ſine vllo dedecore tuo nominaui. Aut alias dixi, te quamuis vulgo conceptus eſſes, ſummo tamen ingenio, ſummaque virtute præditum eſſe. Aut aliter forte in tua conditione bona fide errani, cum te Nothum eſſe ſane crederem. His enim caſibus quæ iniuria notari poſſit? cum alio oratio mea pertineat; quam vt te quicquam mordeat, aut perſtringat: præſertim cum ad hanc iniuriarū actionem mouendam, dolum alterius præceſſiſſe oporteat, nec lata culpa ſufficiat, Bald. conſ. 277. in 5. Generaliter ergo vbi in-
12 ſtar † quæpiam ratio ſe offerat, quæ dicentis animum purgare poſſit, ceſſabit contumelia, ſi quidem diximus ſupra, iniuriā tunc demum fieri, cū iniquo in alium animo ſumus, d. l. illud. §. 1. de iniur. l. ſi non conuicij. C. eod. Propterea igitur quamuis antea verba iſthæc, vti voluntatis noſtræ internuntia, contumelioſa videri potuiſſent, ex quo tamen cauſa nunc euidens eſt, quæ ad id nos adduxerit, cedit coniectura illa quæ ex verbis oriebatur, contraria huic facto, no. in l. j. C. ad l. Cornel. de ſic. & in d. l. ſi non conuicij. hęcque præſumptio, quæ præſertim eum rei veritate conſentit, aliam tollit quæ ſolis verbis antea nitebatur, arg. Auth. itaque. C. com. de ſucc. & l. diuus, de in int. reſt. Hæc tamen cauſa, quæ iniuriæ ſuſpitionē tollit qualis eſſe debeat, commodū non eſt explicare, cum ipſa facti accidentia, & momentanea quædā, quandoque iniuriam factā maxime ſuadeant, quandoque negent. Nam vt ex Demoſth. oratione refert Claud. in l. aut facta, de pœnis. Nō ex accepto vulnere, contumeliā ipſam ſemper poſſumus æſtimare, cū & ingenuis hominibus cędi non graue ſemper ſit, niſi vbi in contumeliam verberentur. Quis vero contemptū illum, qui ex vultu, oculis, habitu, geſtu, iracundiaq; oritur, quę ſingula iniuriam plerunque pariunt, alijs apte poſſit oratione ſua exprimere? Nam & quandoque factum aliquod narrari videas, quod audientibus minime contumelioſum fuiſſe vnquam videri poſſit, ijdem tamen ſi affuiſſent, omnia per ſummam iniuriam & iniquitatem facta proculdubio reſpondiſſent. Erunt igitur in hac re omnia diligentiſſime conſiderāda, perſonæ, tempus, locus, ſermones antea habiti, & in primis illius animus inueſtigandus, qui te eo nomine compellauit, cum niſi is uere in te maleuolus extiterit, eum tu iniuriæ nequeas accuſare, Dec. conſ. 487. col. fi. Erit quoque & cōſuetudinis locorum ratio habenda, cum dicat Caſtren. in l. 3. in
14 princ. de lib. & poſth. id nomen ſpurij apud † Tranſalpinos, ideſt Gallos, Ripa. § ſiquis rogatus, ad Treb. nu. 9. turpe non haberi, nec ex ea appellatione vllam iniuriam oriri, quod tamē hodie vſus comprobat falſum eſſe. Apud Græcos autē olim valde ignominioſum fuiſſe legimus, cum ſcribatur apud Sophoclem, in arg. Trag. Oedip. Tyran. Oedipum ob id Corinthum reliquiſſe, & peregre profectū eſſe, quod ei in probrum obijceretur, quod eſſet Nothus, hortaturq; Plutarchus, l lib. de lib. educ. in princ. eos qui liberis operā dare volunt, vt legitima ineant matrimonia, ne alioquin eorū filij ab alijs carpi poſſint, quod minus iuſtos habuerint natales. Hodie quidē, quamuis in nonnullis regionibus, & maxime apud Barbaros, hoc ſpurij nomen nihil contumeliæ ſecum ducere videatur, frequentius tamen & regulariter, hæc opinio omnium ferè gentium & nationum animos creditur perſuaſiſſe, vt quilibet ſe ſpurium appellari adeo indigne ferat. Erit ergo hærendum vſui locorum, & niſi quæ iuſta ratio, eum qui ita alium appellarit, ab iniurię illatæ ſuſpitione tueatur, in dubio, contumeliæ nomine poterit condemnari, Grammat. deciſ. 37.

Cur ſpurium naſci turpe habeatur, atque illegitimi male audire ſoleant.

1 *Græcorum lex de concipiendis filiis.*
2 *Cur ſpurij quandoque ſolertiores legitimis.*
3 *An filij ex parentum delictis debeant condemnari.*
4 *An patris naturam imitentur.*
5 *Virtutes & vitia ex propria tantum pendere voluntate.*
6 *Boni patres malos gignunt liberos.*
7 *Illegitimi monſtra naturæ.*
8 *Quæ dedit natura, a nobis non damnanda.*
9 *Matrimonium cur inſtitutum.*
10 *Spurij quidam, vt legitimi habendi.*

CAP. LXV.

CVr vero illegitimi ſic paſſim negligi ſolent, & veluti turpes perſonæ haberi? An quod Philoſophi ad generoſam ſobolē procreandā, hilarē mentem & omnib. curis ſolutā expoſcunt? vnde Græcorum † legib. cautū erat, vt qui ſe mulierib. ſuſcipiendæ prolis cā eſſent iuncturi, hi oīnō ſobrij, aut vino ſaltē parciſſime deguſtato cū ijs congrederent, propterea quod ſemen ipſum præſentē leticiā vel mœrore, aut alios affectus concipiat, eoſdēque & in filios tranſmittat? ſpurij vero vt abſq; magna animi perturbatione concipi nequeunt, dū forte dubitant coeuntes, ne interim ab aliquo deprehendant, ita & exiſtiment varium ingeniū, minimeq; ſincerā mentē ab ipſo conceptu ducere? Sed hæc rō generalis non eſt, vt quę ad naturales filios, & quoſdā ēt ſpurios non pertineat, q cū ex eo cōgreſſu ſuſcipiant, cum nulla pœna iure indicta eſt, l. 3. de concub. l. ſi ea. l. quæ adult. C. de adult. eorū quoq; parentes, ijs dando operam, vlla men-
2 tis vexatione agitatos fuiſſe nō eſt veriſimile. Præterea † dicēdū potius videret, hos ob hanc cām legitimis digniores eſſe iudicādos, cū ſoleāt hi ex furtiuo ꝯgreſſu, vbi inſignis aliqua ſolertia, aut machinatio fuit adhibita, vt plurimū procreari, quā gb concipiēdis, ſemp fere arctius quoddā adeſt aīorū vinculū, quā in legitimis nuptijs; vbi nulla quandoq; volūtatū cōiunctio, ſed ipſa tm̄ ſimplex copulatio, potius ex ꝯſuetudine quadā, aut cōiugali officio intercedit; qua rōne & ſolertiores legitimis filijs, & pr̄ib ēt magis ſimiles gigni nonnulli exiſtima-
3 runt. An vero ſpurios † ita notamus, ob pr̄nī delictū deteſtationē, quę in filijs ita leges pleruq; ſolent vindicare? l. quiſquis C. ad l. Iul. maieſt. vñ Iuſtinianus eos a patrū ſucceſſione reiecit, vt maius ex hoc parentib. ſuppliciū inſtigeretur, l. ſi C. de nat. libe. & legimus in ſacra pagina, Ego ſum Deus Zelotes viſitans iniquitatē patrū in filios vſq; in tertiā & quartam generationem. Quo argumento ſcripſit & libellum Plutarchus, De ſera numinis vindicta, vbi multis probat rationib. iniquū non eſſe, ſi filij ex paternis peccatis cōdēnentur. Sed nec ratio hęc generalis eſt: nam quod ad ius ciuile attinet, qd delinquit pr̄ in cōcubinæ, ancillæ, aut meretricis cōplexu, quorum tm̄ filij & ipſi indigniores vulgo cenſentur? Sed & quo ad patres deterrēdos id inſtitutum, quis dicat, cum illis impunitas delicti interim ꝯdonet? Nam quod filij ex illicito illo ꝯcubitu nati, hac

ratione deinde ſint mulctandi, cum incertum ſit tunc patri, cum mulieri illi ſe iungit, vlli ne liberi ex tali congreſſu ei ſint ſuſcipiendi, parum id certe illum a propoſito explendæ ſuæ libidinis poterit remorari. Id quidem ſcio quoque penes quoſcunque bonos viros, legem illam quæ aliena errata aliorum vult ſupplicijs expiari, iniquiorē eſſe: nullum.n. patris delictū, innocēti filio pęna eſt. Vlp. ait l. 2. §. nullū. de decur. Vñ Bion Philoſophus hoc non minus ridiculum eſſe affirmabat, quā ſi Medicus quiſpiam ob aui, aut patris morbum, nepoti medicamentum adhiberet: Cur enim pęna ſuum egrediatur auctorem, vt alios immerentes affligat? l. ſancimus. C. de pęnis. Non eſt, inquit Sanctus Chriſoſt. ca. nunquam 56. diſt. nec de virtute, nec dę vitio parentum, aut laudandus aliquis, aut culpandus, namque etſi matrem habuerit fornicatione pollutā, aliove dedecore inquinatam, nihil tamen eum illius crimina labefactabunt; Et Sanctus Auguſtinus, c. ſponſus. ead. diſt. exemplo hoc diſcant filij, parentum ſuorum iniquitates ſibi
4 obeſſe non poſſe. † An vero ſpurij male audiunt, quod ſcilicet paternæ libidinis & intemperantiæ ſucceſſores exiſtimentur? iuxta illud. gl. c. 2. de fil. presb. in 6.

Sæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri. Sicuti enim acrochordones & lentigines genitorum, quandoque in filijs apparent, ita putetur qui ex incontinenti natus eſt parente, generis referre ſimilitudinem? Vnde adagium, *κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν.*
Et Horatius,

Fortes creantur fortibus, & bonis
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Sed minus & hæc mihi ratio probari poteſt: Quis.n. neſcit, cum primum quis natus eſt, alium effici ab illo qui eum genuit? c. iam ita q. 1. q. 4. atque ſuam cuiq; mentem eſſe diuino
5 creatam arbitrio? Nam, † vt inquit Hieronymus, Nō in ſeminibus, ſed in uoluntate naſcentis, cauſa uitiorum poſita eſt, atque virtutum. c. naſci. ih ſi 56. Digeſt. nec maiorum noſtrorū aut probitas, aut turpitudo, niſi in volentes filios poteſt deriuare. c. nunq̄. ead. diſtin. Non enim hic ab ijs quæ corpus reſpiciūt, ad ea quæ animi ſunt, recte quis poteſt argumentari, vt in contrarijs, & facit c. dominus. 56. diſt. ſi quidem corporis pater author videtur, quod mirum non eſt, plerūq; in liberis illi ſimillimum reddi; At animus, Dei ipſius munus eſt, quē is non aliunde pendentem, ſed ſe ipſo cōſtantem, & maxime liberum, mira tamen prouidentia unicuiq; ingenuit: propterea quod ad filios attinet, nihil eſt quod magis utiq; credas, eos paterni ingenij veſtigia imitari, quam cæterorū, vel alienißimorum hominum uoluntatem. Poſſem & illud addere,
6 frequentius † id fortaſſe eſſe, ex optimis parentibus perditiſſimos filios proficiſci, quā de re extat Spartiani ad Diocle. Imper. epiſtola, liceretq; infinitis exemplis in uarijs vitæ generib. hoc comprobare, Val. Max. lib. 3. cap. 4. 5. Plutar. de ſera num. vind. Sed in re propoſita tam multa in promptu ſunt, vt aduētitijs nihil planè ſit neceſſarium, quæ nos infra referemus, ca. vlt. vnde cuilibet liquere poterit, quantum is decipiatur, qui, in ſpurijs paternam laſciuiam, & reliqua crimina putat ingenita. Cur igitur ita eos aſpernamur, & veluti turpes perſonas faſtidimus? Ego id in cauſa eſſe conijcio, quod cum leges, procreandorum liberorū cauſa, matrimonium inſtituerint, qđ honeſtiſſimum eſt, & maxime commendandum; ſpurij cum, præter hoc inſtitutum, in lucem prodierint, præbent ſe quodam modo cæteris contēnendos, quippe qui non more alio
7 rum, nec ea legum præſcripto, hoc ſe humani † corporis amictu induerint, ut idcirco ceu naturæ monſtra habeantur, arg. l. oſtentum, de verb. ſigni. Ipſi vero nihil eſt, quod in hoc parentes accuſent, & quaſi culpam totam in eos conferant: Vę.n. qui dixerit patri, quid generas? Eſai. c. 45. ſicut nec lutū dicet figulo ſuo, cur me ita finxiſti? Paul. ad Ro. c. 9. cum naturā
8 † non liceat accuſare, l. maximum. C. de lib. præt. non magis q̄ ſi mulier ſe fœminam genitam ægreferret, aut alius fortunæ ſuæ ſuccenſeret, quod illum non formoſum, diuitem, & virtutibus multis ornatum edidiſſet. Quin debet quiſque propriam conditionem, primæuumque ſtatum ſuum æquo animo ferre, & quæcunque illi in ipſis natalibus contigerunt,
9 benigne iuſtinere. Leges autem † optima ſcimus ratione, matrimonij ius inſtituiſſe, tum ne alienæ & ſordida ſtirpes ingenuis & ſplendidis natalibus ſubrogarentur, l. ſuper ſtatu. C. de quæſtio. tum ad excreſcentem hominum libidinem continendam, §. natura. Auth. quibus modis natu. ſu. tum vt ordinum familiarumque dignitas conſeruaretur, l. prima. §. quamuis. de vent. inſpic. Fortaſſe & vt filij haberent, vnde optimos mores ediſcerent, cum alioquin ij qui vulgo concipiuntur, ab illis non poſſint parentibus edoceri, quos certos non habent, aut ſi quos habent, tales exiſtant, qui eorundem ſcelerum & turpitudinum potius, quam honeſtæ vitæ eſſent illis
10 documenta daturi. Hæc autem non de ijs quidem † ſpurijs intelligimus, qui virtutum ſuarum ſplendore, natalium originis tenebras offuderunt: eos enim apud bonos viros, nec vllo cōtēptui eſſe, nec legitimis inferiores iudicari omnino ſcimus, Marſ. ſing. 273 cum vt inquit Sophocles.

ἅπαν τὸ χρηστόν, γνήσιον ἔχει φύσιν.
Legitima eſt natura viris, quibus optima mens eſt.

Quod & ſequenti capite clarius liquebit.

Nomina aliquot inſignium virorum, qui illegitimi fuere.

CAP. LXVI.

Cum multis antea rationibus, varijs in locis, vt ſe res obtulit, oſtenderim, non eſſe Nothos eo in numero hādos, quo plerique putant, non ab re hoc loco mihi facturus videor, qđ ſupra argumentis probaui, id exemplis etiam demonſtrare: Nam cum & ad finem propoſitæ materiæ me ſentiam peruenisse, non aptiore vlla me clauſula vti poſſe duxi, quam inſignibus aliquot uiris enumerandis, quorum mentio, cum & quæſtionibus antea a nobis tractatis valde inſeruiat, tum etiā elegantibus plerisque uiris fortaſſe non erit iniucunda. Atqui non omnes quidem Nothos hic a me recenſendos profiteor, quorum nomen egregijs eorum meritis, literatum monumentis dignum ſit commendari. Quis enim breui libello tantum poſſit negocium complecti? cum diuerſis terrarum in locis innumeri prope floruiſſe dicantur, inter quos ſufficiet nobis, nonnullos Pontifices, Imperatores, Reges, Duces, iuriſconſultos, Oratores, aliosq; aut belli gloria, aut literarum ſtudijs, aut alijs vitæ generibus claros, prout nobis occurrerunt, tumultuariorio referre, ex quibus paucis deinde facile erit vnicuiq; intelligere, in omnibus rebus, quæ maxime & præclariſſimæ inter habentur, ſpuriorum virtutem valde emicuiſſe. Quare non defuerunt ex Græcis, Sthobæ. ſerm. 65. a e noſtratibus etiam, qui illos nihilo legitimis filijs inferiores, forte etiam ingenioſiores, & ſolertiores eſſe affirmarent. Hinc Statius.

Vidi ego transfertos alienos in robore ramos.
Altius ire ſuis. Et Euripides
Μάτην δὲ θνητοὶ τοὺς νόθους φεύγουσ' ἄρα
Παῖδας φυτεύειν, ὃς γὰρ ἂν χρηστὸς φυῇ,
Οὐ τοὔνομ' αὐτοῦ τὴν φύσιν διαφθερεῖ.
Ex nobis ſpurios naſci, non turpe putandum eſt,
Nam namq; ingenio valeant, ſeu moribus, ipſum
Haud vnquam poterit naturam inuertere nomen.

Poſſetque hæc ſententia acutis multis & ualidis rationibus communiri, prout alias etiam attigimus. ca. 55. Sed in præſenti contenti erimus aliquos tantum Nothos memorare, quos apud uarios anthores obiter aliquando relatos oſtendimus. Si quidem & eos prætermittimus, qui in Poetarum libris ex Dijs geniti, & Heroes clariſſimi fuiſſe traduntur, cum vt inquit Plinius, Dicere inter Deos connubia aut adulteria, proxime ad dementiam accedat. Sicut nec eos perſequimur, qui apud Turcas, Aegyptios, Scythas, permulti dicuntur, idemque in imperijs ſucceſſiſſe, & fratres regno ſæpe ſpoliaſſe. Quis enim in referendis barbarum gentium moribus nos debeat labor occupare? quibus cum recta viuendi ratio ſit ignota, illegitimos quoq; ab alijs ſecernere, nulli fere curæ videtur? Eorum igitur qui ex noſtris legibus uere Nothi habiti ſunt, aut tales communi opinione crediti, nonnullos in præſenti dicere aggrediemur: prout ex varijs hiſtoriarum, tum veteris, tum noſtri temporis monumentis accepimus, præcipueque ex Volaterrano, Sabellico, Ricio, & alijs permultis, qui in obſeruandis rebus memoria dignis, eaſq; nobis fideliter tradendis, diligentiſſimi fuere:

Hic quædam deſunt.

A. BOCCHII, IN MATERIAM SPVRIAM legitima tractatione Gabrielis Palæoti Iur. Conſulti Bonon. illuſtratam.

Si Nothe materies ſtudijs tractarier olim
Legitimis potes eſt: iam potis ecce tibi.
Hanc nouus ab ſummo Gabriel demiſſus olympo,
Naturę cæcis protulit e tenebris.
Ergo tanta illi debetur gratia, quanta
Iis qui aliquid poſſunt de nihilo efficere.

TRACTATVS

LEGITIMATIONVM PER EXIMIVM iuris vtriuſque Doctorem, Dominum Antonium de Roſellis editus.

Præfatio cum diuiſione Tractatus.

S V M M A R I V M.

1 *Legitimationis materia a iure antiquo incognita.*
2 *Doctorum vbi eſt copia, ibi opinionum diuerſitas.*
3 *Actus actiuorum eſt in patiente diſpoſito.*

Naturalium ius multis legum Doctoribus non cogni-
1 tum.† Nam Digeſtorum conditores parum de ipſo & pene
nihil ſenſerunt. Et tam breui ac vniuerſali verborum com-
pendio ab inuentrice promulgatione prolatum eſt, quod in
ducente multas continuo natura varietates occurrentibus
2 particulariter dubijs minime ſit inuentum. † Ideoque mul-
ta magiſtrali viſa ſunt indigere doctrina. Et ipſe vidi maxime
noſtri temporis profeſſores diuerſas ſententias, & plurimas
diſputationes & dubia ſuperaddere. Occurrere quibus anhe
lans, ego Antonius iuris vtriuſque profeſſor, natus quondã
domini Roſelli pe Roſel. legum Doctoris famoſi, decreui li-
bellum componere quo materiã lucide liquidatem, & hunc
libellum, legitimationum tractatum ſtatui nuncupari, ab ip-
ſo nomine ſumpto ſubiecto materiæ. Eſt enim potiſſimus
tractatus in quo naturales quibus modis perueniant ad legi
timos, licet illorum ſimilis ſermo ſit, qui nec naturalium di
gni ſunt, ſicut dicemus, appellatione. Et prolatam formam
triplicem. ad dictum ius legitimorum perueniendi ipſis legi-
bus adiuuenio, Ita libello triplici hoc opuſculum diuide-
re libuit. Cuius quidem quia pars nobilior eſt, quæ de matri
moniali diſponit legitimatione. Igitur liber primus erit mi-
hi ac libellus primus de ipſis legitimis matrimonio ſubſequẽ
te. Secundus de legitimatis principum clementia. Tertius de
oblatis curijs ciuitatum quo legitimorum eius cauſatur exi-
ſtentia. Inſuper ſicut vnumquodque eos formatum qua-
tuor ex cauſis conſiſtit, ita libellum omnem in quatuor par-
tes diuido.

Primo quærens cauſa quæ ſit legitimationis efficiens.
3 Secundo quæ ipſius ſit cauſa materialis vel ſubiecta. †cum
teſte Philoſopho, actus actiuorum ſit in patiente diſpoſito.
Tertio quę cauſa ſit formalis eius, cum forma ſit dans eſ-
ſe rei.
Vltimo qualem pręſtet effectum ad finem vniuſcuiuſque
ſeparatim tribuens, & non mixtim debitas quæſtiones.

Liber primus de legitimis ſubſequente matrimonio. Et primo de cauſa efficiente legitimationis.

S V M M A R I V M.

1 *Simplicia in princip. tradita faciliorem præſtant aditum ad difficilia.*
2 *Legitimatio per matrimonium triplex eſt.*
3 *Legitimationis cauſa efficiens quæ ſit.*
Argumentum ab antecedente deſtructo an procedat.
4 *Intellectus l. cum quis. C. de naturalib. liberis.*
5 *Cæſar an diſponere poſſit, quod ingredientis monaſterium vitium naturalitatis purgetur.*
6 *Cęſar an poſſit approbare matrimonium ab eccleſia non approbatum.*
7 *Ciuitates non recognoſcentes ſuperiorem an poſſint circa legitimationem principaliter diſponere & iudicare, ut per ſequutum matrimonium filij ſpurij legitimentur.*

Incipienti igitur mihi expone-
re iura legitimationis, ita maxime videntur tradi commo-
1 diſſime poſſe, † ſi primum puta euidentiæ loco quædam le-
uia ac ſimplicia omnibus præfatis fuerint, deinde diligentiſ-
ſima ac exactiſſima ſingula grauiora tradantur particularia.
Eſt igitur præmittendum qui naturales ſint, qui legitimi, &
qui ſpurij, quæ late dixi infra in materiali cauſa in quæſtione,
an clericus in minoribus conſtitutus, ideo prætermitto.
Sed primo vidẽda ſunt, vnde etiam hoc colligitur vnde hęc
2 proceſſerit differentia. Item eſt aduertendum, †quod triplex
eſt per matrimonium legitimatio. Prima per verum ſubſe-
quens matrimonium, de qua communiter iura loquuntur.
Secunda eſt per matrimonium putatiuum de qua loquitur
text. in capitu. quia nobis. qui fil. ſint legiti. Tertia quæ fit per
matrimonium præſumptum, de qua loquitur auctẽ. item ſi
quis. la ſecunda. C. de natu. libe. His igitur præmiſſis deſcen-
dens ad particularia, & primo ad cauſam efficientem. Quæro
quæ ſit huius legitimationis efficiens cauſa, videtur dicen-
3 dum quod ius ciuile. †Nam ab eo proceſſit differentia natu-
ralis atque legitimi. vt in auc. quibus modis natura. effici. ſui.
§. natura. ergo cum ſit cauſa ligaminis vel vinculi, debet eſſe
cauſa reſtitutiua, & efficiens legitimationis, extra de reg. iur.
cap. primo, & in capitu. vnumquodque. de reg. iu. libro ſexto.
In contrarium facit quod ſola efficiens cauſa ſit ius canoni-
cum. Nam cum hæc legitimatio præſtetur mediante actu ſpi
ritualis matrimonij, & de ipſo diſponere ſit ſolius Papæ. Se-
quitur quod poſtquam ſola poteſtas cauſæ cauſantis eſt in ſo
lo Papa, ſic etiam huius cauſæ cauſatæ ſumpto argumento
ab antecedente deſtructo, & ſic iſtam partem firmat Hoſtiẽ.
in capitulo per venerabilem. qui fil. ſint legiti. Hanc opin. ſe-
quitur Dominus meus Dominus Anto. de Butr. in quæſtio-
4 ne, an Imperator legitimet in terris eccleſiæ, † vbi dicit quod
ſi diſpoſitio. l. cum quis. C. de natu. libe. non eſſet per ius ca-
nonicum comprobata, per capit. tanta. qui fil. ſint legiti. cer-
te talis modus legitimandi non teneret. Ego vero in iſta quę
ſtione ita dicerem quod interdum Cæſar vult aliquem legiti
mare, ſi interuenerit actus aliquis ſpiritualis, non tamen de
ipſo actu ſpirituali vel contra ipſum aliquid diſponit, ſed ſo-
lum de legitimatione, tunc credo, quod imperator poſſit le-
gitimare, & ipſe ſit efficiens cauſa. l. fina. & quod ibi nota.
de epiſco. & cle. vbi dicitur, quod per ingreſſum monaſterij
purgatur vitium, quo mediante filius poterat exhæredari, &
licet ingreſſus ibi ſit ſpiritualis, non tamen diſponit de ingreſ
ſu, ſed de ipſo actu exhæredandi, & ideo crederem id tenere
etiam non ſequuta alia ſpeciali approbatione, non enim di-
ſponitur de materia ſpirituali licet ad eſſe temporalis ſit ne-
ceſſe antecedere ſpiritualem, & hoc decidunt Docto. noſtri.
C. de epiſc. & cle. l. fina. & ibi Iacob. Butr. vt ibi refert Bald. in
quæſtione, dicit ſtatutum, quod filio adoptato religionem in
greſſo. & not. Barto. in l. fina. C. de pact. in ſimili quæſtione,
& per eum. C. de iudic. l. quoties. ff. ſoluto matrimonio. l. Ti-
tia. & ideo vt dicam in quęſtione prædicta, an Imperatori in
ſecundo libello in cauſa efficienti, ſalua reuerentia domini
mei crederem tenere diſpoſitionem. l. cum quis ſine ſpeciali
5 approbatione. capi. tanta. †ideo poſſet princeps Cæſar diſpo-
nere, quod aliquo ingrediente monaſterium vitium naturali
tatis purgaretur, & valeret diſpoſitio ex generali approbatio
ne, de qua decima diſtin. ſi in adiutorium, & hoc ponderaui
anno iſto caſum in capitulo primo, de iura. calum. vbi ante-
cedens princeps requirens actum ſpecialem ſuper eo etiam
diſponet. Si tamen de actu pricipaliter diſponeret, tunc for
te non valeret, niſi forte ſecuta ſpeciali approbatione, ita in-
telligo Hoſtien. & Dominum meum, non enim poteſt diſpo-
nere in ſibi non ſubiecta materia, nec quando diſponit de ea
ad ipſam extenditur generalis approbatio, ſed requiritur ſpe-
cialis, & ita poteſt loqui text. in dicto capitulo primo, de iu-
ra. calum. Nam generalis locum habet quando diſponit prin
ceps in ſibi ſubiecta materia. Nam ſi non eſt expreſſe a Pa-
pa contradictum extenditur etiam ad terras eccleſiæ. Et ideo
quatenus princeps vſ. velle, quod in hoc matrimonio inter-
ueniant documenta dotalia uel dos, nõ tenet talis diſpoſitio,
vt dicam infra cauſa formali in quæſtione an requirantur in-
6 ſtrumenta dotalia, † ideo dico ſi vellet iudicare aliquem legi
timum approbando matrimonium ab eccleſia non appro-
batum, vt cum coniuncto in tertio gradu, vel vellet aliquem
illegitimum iudicare reprobando matrimonium ab eccleſia
approbatum, vt in caſu. l. & ſi contra. C. de nupt. & l. Paulus,
alias. l. cum qui. de ſtatu hominum. Nam tunc diſpoſitio non
teneret, & hoc dicam infra in ſecundo libello in cauſa effi-
cienti in quæſtio. an Papa legitimet in terris Imperij, & in ſe-
quenti ibi quæſtio.
7 † Quæro vlterius an aliquo caſu a iure non prouiſo poſ-
ſint ciuitates vel principes, maxime Cæſar, non recognoſcen-
tes principaliter circa legitimationem diſponere & iudicare
vt per matrimonium ſecutum filij forſan ſpurij legitimen-
tur. Iſtas quæſtiones tango latius in ſecundo libello, in cau-
ſa efficienti: pendet enim ab illa quæſtione, an Reges, vel
ciuitates imponant manus ad ius legitimandi, de quo dico
latius ibi.

S V M M A R I V M.

1 *Legitimationis cauſa materialis, eſt duplex.*
Concubinam habens, cum qua tempore conceptus poteſt haberi matrimonium, an tunc ex tali muliere nati legitimari poſſint.
Nati ex improbatis commixtionibus non legitimantur.
2 *Concubinatus eſt hodie communiter improbatus per canones.*
3 *Clerico in minoribus conſtituto, & habenti beneficium, qui ex concubina ſuſcepit filios, quam poſtea duxit in vxorem, an filij antea nati legitimentur.*
4 *Naturales proprie ſunt, qui naſcuntur ex concubina in domo retenta.*
Clericus non poteſt habere concubinam.
5 *Mulierem loco vxoris habere non ſufficit, vt poſt nati legitimentur, niſi habeatur loco concubinæ.*
Nupta ſine conſenſu patris non eſt in matrimonio de iure ciuili, & filij antea nati ſequuto matrimonio legitimantur.
Iure ciuili amplexus concubinarius, quam matrimonij putatiui eſt maioris efficacia.
6 *Clerici non debent inſici veneno concubinarum, ſed diuinis officijs vacare & ſancti eſſe.*
Concubinaria permixtio improbatiſſima.
Clericus in minoribus conſtitutus poteſt concubinam retinere.
7 *Intellectus l. cum quis, & l. nuper. C. de nat. libe.*
Matrimonium ſi haberi potuit tempore concubitus, ſufficit vt proles nata legitimetur, licet mulier non ſit habita loco concubinæ.
8 *Extrema ad legitimationem conſiderantur, ſi ſint habilia.*
Matrimonii inſtitutio ſit ad prolis procreationem, & proli debentur a parentibus alimenta & diſciplina.
9 *Concubitus omnis, iure diuino, excepto vxoris reprobatus.*
Matrimonium in paradiſo a Deo conſtitutum.
Concubina in domo non retenta in vxorem ducta ſobolem antea natam illegitimam relinquit.
10 *Spurij per ſubſequens matrimonium, an & quando legitimari poſſint.*
Naturales tantum ex concubinis naſcuntur, ſpurij vero ex alijs.
Concubina patris non poteſt eſſe vxor filij de iure canonico, & cur.
11 *Ius triplex eſt circa procreationem liberorum.*
12 *Ius gentium, quid circa procreationem liberorum induxerit.*
13 *Matrimonium, a quo iure inductum.*
14 *Filiorum triplex diuiſio.*
15 *Differentia inter vxorem & concubinam.*
16 *Canon hodie legitimat natos ex improbato coitu, ſeu concubinario.*
Ius naturale nulli prohibuit coniunctionem maris & fœminæ.
17 *Clericus in minoribus conſtitutus, concubinam habens, generat naturales filios ſecundum inſtitutionem naturæ iuridicam.*
18 *Monachus habens concubinam legitimat filios antea natos, ea demum accepta in vxorem.*
Furioſus concubinam ducens in vxorem, quando eſt ſanæ mentis, legitimat naturales.
19 *Legitimationem impedit defectus extrinſecus.*
20 *Matrimonio ſubſequenti nati ex ancilla, an legitimentur.*
21 *An illam ſolus contractus matrimonii et nuptialia documenta conſtituunt liberam.*
Matrimonium ſubſequens legitimat natos ex mulieribus in ſchemate concubinæ non habitis.
22 *Beneficiatus filios ex concubina propter defectum extrinſecum beneficij non legitimat per ſubſequens matrimonium.*
23 *Ancillarum filii vt legitimarentur, quid olim requirebatur.*
Fictiones duæ circa idem non poſſunt concurrere.
24 *Filius legitimatus non naturalis, an excludat ſubſtitutum datum ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filiis legitimis & naturalibus.*
25 *Matrimonium cum ancillis eſſe non poteſt de iure ciuili, ſecus canonico.*
26 *Conceptus in clandeſtino matrimonio & natos tempore comprobationis, an ſit legitimus etiam ſi appareat poſtea impedimentum.*
27 *Filii ex concubina vxorato ſubſequente matrimonio, legitimari an poſſint.*
28 *Saracenus Chriſtianus factus concubinam Chriſtianam quam habebat ducens, an legitimet ante natos.*
29 *Nati ex inceſtu, an legitimentur facta diſpenſatione ex matrimonio.*
Papa diſpenſans in terris imperii ſuper legitimatione, an poſſit maxime de futuro.
30 *Pater concubinam ducens, an poſſit aliquos dicere legitimos, aliquos non.*
Dotalium ſola confectio filios facit legitimos.
31 *Filius abſens, an legitimetur per ſubſequens matrimonium, & quid de infante vel mentecapto.*
Nepos legitimus ex naturali tantum, an efficiatur ſuus auo concubinam filio ducente.
32 *Deſponſatio concubinæ in vltimo mortis articulo, an legitimet prolem antea ſuſceptam.*
33 *Monachus non poteſt ad effectum deducere bona, quæ non habet in actu, ſed in potentia.*
Puer non poteſt contrahere matrimonium ad effectum reddendi debiti.
34 *Impedimentum non perpetuum, quando impediat contractum matrimonium.*
Conſenſus eſt de ſubſtantia matrimonii.
35 *Matrimonium ceſſante cauſa ceſſat, & cur inductum.*
Actus ceſſat ceſſante vno ex ſubſtantialibus requiſitis.
Baptiſmus receptus in mortis articulo inducit irregularitatem.
35 *Confeſſio facta in vltimo vitæ ſpiritu, modicæ eſt efficacia.*
Impedimentum temporale, quod ſperatur tolli etiam cum corporis periculo, non irritat matrimonium, ſi de breui tolli ſperatur.
37 *Matrimonium in pactum deductum vitiatur ſpe ſobolis non habendæ.*
Matrimonium an ſit, cum quis iurauit illud contrahere, poſtmodum religionem eſt ingreſſus.
38 *Matrimonium contrahens cum illa, quam ſcit fornicaturam, an teneat.*
Matrimonium fuit inter Mariam & Ioſeph.
Baptizatus ſiste habet verum matrimonium.
Mortis hora nihil incertius.
39 *Matrimonium ſpirituale contrahitur communiter in mortis articulo.*
Propoſitum in mente retentum nihil operatur.
40 *Matrimonium, an & qualiter facere poſſit laborans in extremis.*
41 *Matrimonium, nunquid teneat muliere propter matricis frigiditatem non concipiente.*
Intellectus l. quæſitum ff. de libe. & poſthu.
Matrimonium factum in infirmitate ad fraudem feudatariorum vel commiſſariorum, vtrum valeat.
42 *Matrimonium cum ſene propter humanitatis ſolatio tenet.*
Peccatum formæ maius eſt quam ſubſtantiæ.
43 *Canon interdum ordines etiam non peccantibus aufert.*
44 *Legitimatio naturalis, an procedat ſi vir concubinam, quam propter vxorem reliquerat ſibi copulans mortua vxore.*
45 *Legitimatio per matrimonium concubinæ, quomodo intelligenda.*
46 *Fictio non fingit, quod eſt impoſſibile.*
47 *Incapacitas media, an impediat media coniungi.*
Intellectus l. ſi tertius & ij. reſpon. ff de cond. & demon. 52.
Lex, quæ dicit legitimari naturales per matrimoniũ, de primo intelligitur.
48 *Actus medius interueniens, quid operetur.*
Sponſalia de futuro cum copula carnali, matrimonium conſtituunt.
49 *Præſcriptionis medio interruptio nouam requirit præſcriptionem.*
50 *Legitimare naturales etiam ex meretrice olim licebat.*
51 *Tempora præterita coniungi præſentibus ob ſecundam hypothecam non impediuntur.*
Impedimentum facto hominis medio tempore ſuperueniens, vtrum impediat media coniungi.
52 *Dictio ex hominibus, quomodo exponitur.*
Extrema habilia non curant medium.
53 *Spurij viuente vxore nati ſubſequentia matrimonii, an legitimentur.*
Executor per medium impedimentum non remouetur extremos diſpoſitos.
54 *Præſcriptione minoris dormiente anteriora tempora coniunguntur ſequentibus.*
Hypotheca conſenſo venditioni pignoris ſoluitur, & quomodo iterum redintegretur.
55 *Actio rerum amotarum in iudicium deducta, tollitur reintegrato matrimonio.*
Dictio, forſan, quid inducat.
56 *Dictio, poſtea, verificatur in aliquo intermedio.*
Intellectus §. ſi quis autem effuſa libidine, in Authen. de trien. & ſemiſ. colla. 3.
Fictio translatitia, quæ extrema requirat habilia.
57 *Ratihabitio, quando retrotrahatur.*
58 *Poſtliminium, quare non fingit captum poſſeſſionem reliquiſſe, & an per ſeruum poſſit captus retinere illam.*
Lex, quando fingat impoſſibile.
Continuatio inter natiuitatem & matrimonium non requiritur.
59 *Matrimonium ſubſequens concubinæ cum vxore retenta, an legitimet naturales.*
60 *Intellectus & limitatio ad c. tanta, qui filii ſint legi. & ſup. 53.*
Legitimatio per ſubſequens matrimonium aliis legitimis extantibus, an fiat.

De cauſa materiali legitimationis.

Viſo de cauſa efficienti, ſupereſt, vt videamus d cauſa materiali. & iſta dupliciter ſumi poteſt, videlicet actiue & paſſiue. Primo reſpectu perſonarum quærentium aliquos ſibi legitimari Secundo reſpectu illorum, qui quærunt legitimari.
1 † Pro quo eſt præmittendum, quod quando quis habet concubinam vnicam & in domo retentam, cum qua tempore conceptus poteſt habere matrimonium & cõcubinatum, tunc nati ex tali muliere poſſunt legitimari, vt hoc probatur in Auc. quib. mod. nat. effic. ſui. §. ſi vero effuſa. & §. præce. & ff. de concubi. per totum. & ratio, quia taliter nati non naſcebantur ex damnato coitu de iure ciuili, vt no. in l. in concubina u. ff. de concubi. Alij aũt nati ex improbatis cõmixtionib. non legitimantur, vt no. in d. §. ſi. quibus modis natu. effi. ſui. His ergo præmiſſis, quæro cum hodie ſit improbatus cõmuniter

2 niter concubinatus per canones, 32. q. 4. nemo. † An hodie
locum habeant iſtę leges? quidam dicunt ꝙ non. quod dñr ēt
ꝓcedere de iure ciuili p tex. in Auc. de leno. colla a & in Auc.
ſcenicas non ſolum ſi fideiuſſorem præſtent. collat. v & quia
princeps ſe aſſerit caſtitatis amatorem, vt in Auct quib. mod.
nat. effic. legi. §. id Imperator. Et in iſtis imperator canones ſe
quitur, in Auctē. quomodo oportet epiſcopos. & in Auc. de
eccl. tit. & in Auct. vt cle. apud proprium epiſ & videtur nota-
te gl. in Auc. de ſac. epiſc. §. futurus diaconus. & ita intelligo ꝙ
tenet Hoſti. ꝙ ego credo verum quoad pęnam ſpiritualem,
& ratione peccati, non ꝙ dicatur improbatus, vt proles nata
non legitimetur matrimonio ſequenti e, & hoc tenet Io. And.
in mercu in regula, ſine culpa. de regu. iur. in 6. in q. quam ſta-
tim ſubdo. & gl. noſtra in l licet, in ſi ff. de concubi.
3 † Vlterius quæro, aliquis clericus in minoribus conſtitutus
& beneficiatus tenuit concubinam, ex qua ſuſcepit filios, quā
poſtea accepit in vxorem, an filij ante nati legitimentur? Hāc
quæſtionem ponit Ioan. And. in regula, ſine culpa. & diſputan
do eam Richar. Mal. tenuit ꝙ non. Et primo probat ſic. Illi filij
legitimantur ſubſequentia matrimonij, qui naſcuntur ex ali-
qua, quam quis poteſt ſibi copulare concubinali ſchemate, vt
eſt caſus in Aucten. qui. mo. nat. effi. ſui. §. ſi quis igitur dota-
lia Sed clericus in minoribus conſtitutus non poteſt ſibi aliq̄
in concubinam copulare. ergo filij nati non ſunt legitimabi-
4 les. Scdò iſtud oſtenditur, iſti filij non ſunt naturales, † nā pro
prie illi naturales ſunt, qui naſcuntur ex concubina, quā quis
vnicam in domo retinet, ut ſ. dixi. & eſt tex in Auct. quib mo.
na. effi ſui. §. ſi quis autem clericus. & no. Io. And. in addi. Spe.
qui fil. ſint legiti. circa primum. in vlti. q. & Spec. in tit. de ſuc-
ceſ. ab inteſta. §. r. & gl ſingularis, Inſti. de adoptio. in prin. Sed
cum clericus non poſſit habere concubinā, & ſic antecedēs,
ergo nec filios naturales, & ſic ꝯñs. l. ad rem mobilem. l ad le-
gatū. ff. de procura. ſi non ſunt naturales, ergo ſpurij, & ſic nō
legitimabiles, ut in c. tanta. qui fil. ſint legi. 2. reſpon. Tertio ꝓ
5 batur, † nam licet quis habeat mulierē vxoris loco, cum qua
aliquo demum interueniente nuptiæ eſſe poſſint non ſufficit,
vt poſtea ſecuto matrimonio filij ex ea nati legitimentur, niſi
habeatur loco concubinæ hoc probat tex. de iure ciuili, in l.
Paul. alias, l. eum qui. ff. de ſtatu homi. Nam nupta aliqua ſine
conſenſu patris nō eſt in matrimonio de iure ciuili, & filij an-
te nati ſecuto matrimonio non legitimantur, & licet mulier
illa potuerit eſſe cōcubina, tamē cum non fuerit habita con
cubinæ loco, filij non legitimantur, vt ibi not Odoſt. & Bald.
vnde patet, quòd de iure ciuili maioris efficaciæ eſt coitus cō
cubinarius quam matrimonij putatiui, & ꝙ non ſufficit mu-
lierem habere vnicam in domo, niſi quis conſtituat concubi-
næ loco. Sed clericus in minoribus conſtitutus non poteſt ali
quam concubinam copulare, igitur nec filios legitimabiles
procreare. Et ꝙ non poſſit habere concubinam, eſt tex. in d. l.
eum qui probabiliter C. de epiſ & cle. & in Auc. de ſanc. epiſc.
§ clericos, & expreſſum, 31 diſt. c. in omnibus, & c. quidam cle
ricus, cum multis ſeq. & in c ſi autem. de coha. cleri & mul. cū
6 ſeq † Quarto facit pro hoc, l. r. C. de natu. libe. in ratione ſui.
Nam ibi cohabitatio quorundam prohibita reddit filios non
naturales. ita in propoſito, quia clerici debent vacare diuinis
officijs & ſancti eſſe. 21. diſt. tenete. nec debent inſici venenis
concubinarum, vt dicit tex. 71. diſt. quidam. & ſi eſt eis prohi-
bita concubinarum habitatio, certe filij naſcentes erunt ſpu-
rij, & ſic non legitimabiles. d c. tanta. Quintò hoc probat text.
in Auc. qui mo. na. effic. ſui. §. reliqui. vbi text. dicit, reliqui mo
di ſunt, qui dant bis qui erant naturales & eſſent Sed iſti non
ſunt, ut ſ. dixi ergo. & hoc probant Rubr. tit. quæ dicunt, qui.
mo. nat effi. nec extendunt ad alios non naturales, quinimmo
Dei clementia illos facit indignos. in Auct. qui. mo. nat. effi le
git. § fi. & hanc partem ſequitur Richar. Mal. Nec obſtat, ſi dr,
coitus eſt improbatus quo ad omnes concubinarios 22. q. 2.
nemo. & ſic ſm hoc omnes eſſent non naturales, quia vt dixi,
illud ad pęnam poli, non fori, ſed in clericis eſt prohibitio po-
li & fori, vt in c. quidam. 12. diſt. Sed Io. And. in d. mercuriali,
tenet oppoſitum, pro quo facit in Auc. de mona. § ſi quis au-
tem monaſticam, vbi vr̄ probari, ꝙ quis in minoribus conſti-
tutus poſſit concubinam retinere, cum ibi tantum vetet con
7 ſtitutos in ſacris † Scdò inducitur l. cum qui, & l. nuper C. de
natu. libe. vbi tex. vr̄ dicere, ſufficit ſi tempore concubitus po
tuerit eſſe matrimonium, nec requiritur quod mulier fuerit
habita in concubinæ ſchemate, vel filius aliter naturalis, ꝙ for
tius probat. §. fin. Inſtit. de nup. §. loquens de legitimatione ꝑ
oblationem curię tantū, vr̄ requirere quod matrimonium po
tuerit eſſe tempore concubitus. Clarius ego induco text. In-
ſtit. de hære. quæ ab inteſta. in princi. vbi text. dicit, habuerit
contubernium, & idem prædicta l. nuper Et non ponderant,
niſi an potuerit eſſe matrimonium. Vnde videtur concludi,
quod ſi matrimonium haberi potuerit tempore concubitus,
ſufficit vt proles nata legitimetur, licet aliter nō ſit habita mu
8 lier concubinæ loco. † Vltimo probat Ioan. And. tali ratione,
ſi extrema ſunt ad legitimationem habilia valet, quia tempo-
re concubitus, & tunc poterat eſſe matrimonium. hoc ſuffi-
cit, non obſtante quod nati ſint filij ex improbato coitu hoc
probatur, quia nati ex coitu concubinario improbato, ut ſ. di
xi, & not. in clem ad noſtrum. de hære ver. 7. in 1. & 2 conclu-
ſione, per canones legitimantur etiam per ſubſequens ma-
trimonium, vt in c tanta qui filij ſint legiti. ergo non obſtan-
te improbatione concubitus nat. legitimantur, ſic in alijs.
Probaī & iſtud per ius naturale coarctatum ratione. Nam
ſecundum illud fuit etiam concupiſcentiæ prohibitio, quod
probatur. Nam matrimonij inſtitutio fit ad prolis procreatio
nem. Inſtit. de iure natura. §. ius natura. Item proli eodem iure
debetur a parentibus nutrimentum & diſciplina, vt dicto §.
ius natura. Si filij hi non naſcerentur ex parentib. certe, & ſub-
lata concupiſcentia non poſſet hoc ſuccedere. Vnde oportet
quod illa certitudo habeat per maris & fœminę certę cohabi
tationem, quod eſt matrimonium, ſed certe hoc probatur ex
tex. in d. §. ius naturale, & l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſti. & iure
quos tex non allegat Io. And. Cum ergo iure naturæ omnis
coitus excepto vxorio ſit reprobatus, patet quod nati ex co-
habitatione damnata legitimantur, dummodo tempore coi-
tus potuerit eſſe matrimonium, & ſic extrema potuerint cō-
iungi, videlicet præſens tempus nuptiarum cum coitu.
9 † Probatur & vltra, quia omnis coitus iure diuino, excepto
vxorio, fuit etiam reprobatus omni tempore. Nam ipſum ma
trimonium conſtituit Deus in paradiſo, vt no. 32. quæſt. 2. ne
mo. Concludiī ergo per prædicta, quod nati ex quocunq; coi
tu, dummodo eius tempore potuerit eſſe matrimonium, legi
timentur matrimonio ſubſecuto, vt in d. mercu. & ita etiam
dicit glo. c. tanta. qui fil. ſint legi. vt dum dicit, qui antea ſunt
geniti, intellige ex quocunque coitu, dummodo tunc eſſe po
tuerit matrimonium. & ita infert ad deciſionem q ante dictę
& multarum aliarum. Sed ſalua reuerentia tanti Docto. ibi de
ciſio videtur mihi multum periculoſa, & contra eam ſentit
Bar. in locis pluribus, licet mentionem non faciat de Io. And.
Primò tenet contra in l 1. in fi. ff. de concubi. vbi vult, quòd ſi
aliquis habet concubinam, non tamen in domo retentam eā
ducendo vxorem, non legitimat ante natam ſobolem. ecce ꝙ
aliud requirit Bar quàm quod potuerit eſſe matrimonium tē
pore concubitus ſeu conceptus immo vult, ꝙ ſit concubina
in domo retenta. Itē in l. concubinatu eo. tit. in iſt. mc q. ſen-
tit oppoſitum, ꝙ clericus in minoribus conſtitutus & benefi-
ciatus ducendo concubinam in vxorem non legitimet ſobo
10 lem ante natam. † Præterea ſi iſta deciſio eſſet vera, ſequeretur
ꝙ ſpurij potuerint legitimari per ſubſequens matrimonium,
contra text. in d. c. tanta 2. reſponſo. & tex in § reliqui. quibus
mod. nat. effi ſui preſter iſtud remedium tantum naturalibus.
& hoc vt ſ. dixi, clarius probant rubricæ illorum titulorum.
Sed patet ꝙ ſi aliquis habet concubitum cum ſoluta, cū qua
nuptiæ eſſe poſſunt, dummodo non concubina, ꝙ talis eſt
ſpurius, cum ex concubinis tantum naturales naſcantur, ut ſ.
dixi ergo non legitimabiles, vt d ca. tanta cuius contrarium
ipſe concludit. Et eſt etiam notabilis deciſio Bar. in l. ſoc. ge ff.
de his quib. vt indig. vbi dicit, ꝙ omnes alij nati ex alijs quàm
concubinis, ſunt ſpurij & idem de natis ex concubinis, quas
quis habere non potuit in ſchemate concubinę, vt in caſu l. 1.
C de nat. lib. vel ſi aliquis retinuiſſet concubinam quondam
patris ſui. l. 1. §. ſi qua. ff. de concubi. licet cum iſta hodie non
poſſet eſſe dubiū, quia de iure canonico non poſſet eſſe vxor
propter affinitatem contractam cum filio ex commixtione
paterna.

Ego tamē pro deciſione ita di-
11 cerem † primo præmittens quòd tria fuerunt iura, de hoc di-
ſponētia. Primum fuit ius naturale primæuum corruptiuum,
nec naturali coarctatum ratione, & ſecundum hoc non fuit
differentia liberorum, ſed etiam nati ex quacunque concu-
piſcentia erant legitimi, vt not. in Aucten. quibus modis nat.
effici. ſui. §. palam. vſque ad §. natura & in § illud. eod. tit. &
quibus modis natu effici. legi § liceat. & hoc vult Tullius in
proęmio Rethoricæ antiquæ cum dicit, quòd fuit quoddam
tempus, quo magis homines paſſim beſtiarum modo vaga-
bantur, & ſibi victu ferino vitam protogabāt, nec ratione ani-
mi quiddam, ſed pleraque viribus corporis adminiſtrabant,
nondum diuinæ religionis, non humani officij ratio co-
lebatur, nemo nuptias viderat legitimas, nō certos quiſquam
inſpexerat liberos.
12 † Fuit deinde ſm ius naturale, vel potius gētium, coarctatum
ratione, qđ induxit ut eſſet maris & fœminæ certæ coniuga-
tio, ꝙ hodie dr̄ matrimonium. Inſti. de iure naturali. § ius na-
turale & ff eo tit. l. 1. ius naturale. tamē ſecundum hoc alia non

fuit inſtitutio ſolennitatis matrimonij, & de hoc loquuntur
argumenta Io. And. ꝙ iure naturali eſſent concupiſcentiæ ꝓ-
hibitæ, & ſecundum hoc incipiat differentia inter natos ex ta
li coniunctione, & ſic naturales & natos ex concupiſcentijs,
vt no. in d. §. natura dum dicitur, ab initio. Fuit & tertium ius
ciuile ſcriptum, & hoc reprobauit in totum primam naturæ
corruptæ conſuetudinem, videlicet omnem actum multipli
cabilis libidinis non coarctatum naturali ratione, & hi ſunt
13 omnes coitus, quos reprobauit expreſſe. † Item coniunctio-
nem maris & fœminæ certæ a iure naturali ratione ſubnixo
inductæ quandam iniunxit ſolennitatem, quæ dicitur matri-
monium, vt probat tex. in §. legitimi. qui. mo. na. effi. ſui & in
§. ius naturale. & ſic ipſum ſecundum ius naturale compro-
bauit, dummodo ſupereſſet ſua ſolennitas, & hoc dicit tex.
in d. § ius naturale. dum dicit, quod nos matrimoniũ appella
mus. Vbi autem dicto iuri naturali non addatur iuris ciuilis
ſolennitas, nec approbauit ipſum, nec improbauit, vt no. in l.
in concubinatu. ff. de cõcub. Et ſicut ſunt tria iura, ita filiorũ
14 triplicem feci diuiſionem. † Nam aliqui ſunt ſpurij ſic dicti,
quia ſine patre geniti certo, vel extra puritatem naturalis iu-
ris ratione ſubnixi geniti, & contra prohibitionem iuris ciui
lis prohibentis omnes actus libidinoſos ſine propter effuſam
libidinem, vt in § ſi quid autem effuſa. in Aucten. de trien. &
ſemiſ. & in § ſi vero effuſa. quibus modis nat. effic. ſui. & l. vul
go de ſtat. homin. no. Inſtit. de nupt. § penu. vel ratione adul
terij vel inceſtus. & iſtorum ſpecies multæ ſunt, vt no glo. ex-
tra de renun c. niſi cum pridem. Sunt & ſecundo alij, qui na-
turales ſimpliciter appellantur ſic dicti, quia ex naturali con-
iunctione approbata naſcuntur & non ſunt ex eo legitimi,
quia non ſecundum inſtituta & ſolennitatem iuris ciuilis vel
canonici geniti, nec approbatæ legis, licet ius ciuile ipſos non
reprobet. & ideo dicit tex. in l. item legata. § parui. ff. de leg. 3.
15 † quod inter vxorem & concubinam in ſola dignitate eſt dif-
ferentia, hoc eſt inſpecto iure naturali, quo non erat perſona-
rum dignitas, non eſt differentia, vt in Auc. de nu. §. is autẽ.
77 diſt. quo iure. Filij ergo iſti ſunt, qui legitimantur per ſub
ſequens matrimonium, vt vult tex. in d § reliq. i. cum tantũ
tribuit naturalibus & non ſpurijs. d. capitu. tanta. a reſponſo.
Tertij ſunt legitimi naturales ſic dicti, quia naſcuntur ex mu-
liere vnica indubitato affectu habita, & ex matrimonio ſe-
cundum ſolennitatem legis inito. Vnde dicitur legitimus
& naturalis.

Modo ad propoſitum, non omnis na-
tus ex coitu cũ
qua poterat eſſe matrimonium illo tempore poterit per ſub-
ſequens matrimonium legitimari, quia non conceptus ex ſo
luta meretrice. Item nec nati ex pluribus concubinis ſolutis,
cum actus fuerit libidinoſus & filij ſpurij. d. §. ſi quis autem ef
16 fuſa & ſic legitimabiles, per d. c. tanta. † Non ob. ꝙ hodie ca-
non legitimat natos ex improbato coitu concubinario, quia
poſſum reſpondere ꝙ eſt improbatus quod ad pœnam poli,
non fori. ita no. glo. in l. in concubinatu. ff de concubi vel lai-
cus ſolus dando talem doctrinam, quod interdum quis naſci
tus ex coitu, in quo eſt defectus ſolum in actu coniunctionis
& conſenſus, non alterius multiplicis libidinis, quia eſt talis
perſona, quæ non poteſt ſibi concubinam copulare, licet poſ
ſet eam habere vxorem. Interdum non ſolum eſt talis defe-
ctus, ſed ſubeſt in aliquo actu extrinſeco ab ipſo iure rationa-
bili roborato. Primo caſu ſolus defectus coniunctionis ratio-
ne prohibitus non facit filium non eſſe naturalem, & ſic ille-
gitimabilem. probatur, quia ius naturale nulli coniunctionẽ
maris & fœminæ certæ prohibuit (vnde non poſſent habere
naturales) ſed tantum concupiſcentem coniunctionem ve-
17 tuit. & ita concludunt omnia argumenta Io. And. † licet ergo
clericus in minoribus conſtitutus ſit prohibitus concubinã
habere, & quilibet etiam alius ratione peccati, tamen de fa-
cto habens in nullo alio extrinſeco peccans concipit filios na
turales ſecundum inſtitutionem iuridicam naturæ, licet rigo
roſitas oppugnet iuris canonici, ergo tales filij ſunt legitima-
biles, quia hodie quilibet eſt prohibitus concubinas habere,
& tamen iure canonico illi legitimantur d. c. tanta. Aut eſt de
fectus non in ſola prohibitione, quia prohibitus concubinas
habere, ſed in aliquo facto extrinſeco, per quod filij iudicanẽ
non naturales, tunc dico ꝙ talis coitus etiam quantumcun-
que tunc potuiſſet eſſe matrimonium non ſufficeret, vt ſecu
to matrimonio filij legitimentur, & ita loquuntur argumen-
ta quæ ſecundo loco feci, & ſecundum illam doctrinam fit
determinatio multarum quæſtionum Primo, quod natus ex
clerico dumtaxat in minoribus conſtituto legitimetur p ſub
ſequens matrimonium, quando non ſit alius defectus, niſi qa
non poteſt concubinam ſibi copulare hoc per c. tanta. Nam
legitimat natos naturales, & tamen illo iure coitus talis eſt
18 improbatus, vnde videẽ corrigi. §. ſi quis igitur dotalia. † Idẽ
dico de monacho infra tempora profeſſionis conſtituto, vt
interim concubinam retinens legitimet filios ante natos, ea
demum accepta in vxorem, cum nullus ſubeſſet defectus ex
trinſecus prohibitiuus quam ſola prohibitio coniunctionis.
Idem dico de furioſo, mente capto, & ſimilib. vt retinens cõ-
cubinam legitimet ſanæ mentis effectus, ſi ipſam recipit in v-
xorem. Et ratio eſt, quia ſolus defectus conſenſus non debet
impedire, cum ſi affuiſſet nihil operatur propter prohibitio-
nem iuris canonici. Non ob. ꝙ in illo caſu non poterat tem
pore coitus eſſe matrimonium, quia immo poterat, licet tũc
initiari non potuiſſet. l. patre furioſo. de his, q ſunt ſui, vel alie.
iuris, & in iſtis adhæreo opi. Ioan. And. Vbi autem eſſet defe
ctus extrinſecus, vt quia non poterat eſſe tempore coitus ma
trimonium, vel non fuit habita concubina in ſchemate con-
cubinæ, vel in domo retenta, vel habeat clericus beneficium
vnde ille actus extrinſecus impediebat matrimonium, vel plu
res retinebat concubinas, vt in §. ſi quis non effuſa, tunc quã-
quam potuiſſet eſſe matrimonium, tamen filij legitimaban-
tur. Ratio, quia non ſunt naturales & ſic legitimabiles, vt in
19 d. cap tanta. † Sunt tamen nati ex concupiſcentia a iure non
improbata, vnde filij dici poſſunt naturales. & hoc eſt quod
tex. dicunt, ex indubitato affectu. hoc probat l. Paulus. de ſta.
homi. in ratione ſui. Nam ibi erat defectus extrinſecus, quia
non fuit voluntas paterna, ergo filij nati ex eo non legitima-
buntur ſecuto poſt matrimonio, quæ lex licet ſit correcta, ꝓ-
bat in ſua ratione. idem in l. & ſi contra C. de nup. & argumẽ-
ta Io. And. faciunt pro iſta parte, quia de iure naturali erat ꝓ-
hibitio concupiſcentię, & aliter nati non erant naturales, ta-
men illo iure non erat matrimonium, vt probat tex. in d. §. ius
naturale. Concluditur ergo, ꝙ nati ex improbato coitu legi-
timantur, quando eſt defectus in coniunctione concubina-
tus, prohibito tantum iure vel canonico vel ciuili. ſecus ſi in
aliquo actu extrinſeco fuiſſet defectus, maxime iuri naturali
contrario, vt libidinoſo, & hoc quantum de iſta notabili
quæſtione.

20 Quæro, † an nati ex ancilla legitimentur per ſubſe-
quens matrimonium, maxime aliis extanti-
bus legitimis? videtur quod non. Nam oportet quod cũ cõ-
cubina potuit eſſe matrimonium tempore coitus l. cum quis.
& l nuper. C. de nat. libe. ſed cum ancillis non poterat eſſe ma
trimonium. l. cum ancillis, de inceſt. nup. ergo ſequitur quod
non poſſint legitimari. In contrarium videtur expreſſum in
Auc de trien & ſemiſ. §. fi. vbi non extantibus legitimis vel le
gitima coniuge, poſſunt nati ex ancilla legitimari poſtea ſub-
ſecuto matrimonio. Idem in Auct. vt lib. decætæ. §. j. col. 6 ex
tantibus autem legitimis non eſt ratio, quia cum non poſſet
tempore coitus eſſe matrimonium, non legitimãtur filij ſub-
ſecuto matrimonio, niſi demum alijs legitimis non extanti-
bus. & hoc tenet Iac. de Bel. in Aucten. de inceſt. nup. § dubi-
tatum. col. 2. plus inferendo dicit, ꝙ ſicut hodie per d. §. fi. in
Aucten. de trien. & ſemiſ. legitimantur nati ex ancillis, alijs le
gitimis non extantibus, cum quibus tamen non poterat eſſe
matrimonium, ita nati ex quocunque coitu alijs legitimis nõ
extantibus legitimentur ſecuto matrimonio, licet tempore
coitus eſſe non potuiſſet. Sed in hoc aliter dicerem, ꝙ aut eſt
tale impedimentum ante matrimonium ꝙ poteſt tolli ſi pars
vellet ipſum copulare tpe coitus, vt in caſu cõcubinatum an-
21 cillarum, † quia ſolus contractus matrimonij & nuptialia do-
cumenta eam conſtituunt liberam, vt in d. §. j. vt libe. decætæ:
tunc credo, quod tale impedimentum non impedit, quomi-
nus filij legitimentur alijs non extãtibus poſtea matrimonio
ſubſecuto. & ita loquitur iſta materia, pro qua facit tex. in d.
§. de trien. & ſemiſ. qui loquitur tantum de ancilla retinentis.
& ita tex. in Auc. vt libe. decæ. § j. vnde non haberet locum ſi
retinerentur ancillæ alienæ. Idem credo alijs legitimis nõ ex-
tantibus, vt legitimentur filij nati ex mulieribus non habitis
in concubinæ ſchemate, dummodo potuerit haberi matri-
monium tempore concubitus, non legitimabuntur per ſub-
ſequens matrimonium. nam tale obſtaculum tolli poterat ſe-
cuto matrimonio, & ex ſolo contractu matrimonij & hoc
modo poteſt procedere opi. canoniſtarum, quod no. quia ab
alio non eſt conſideratum. & ita poteſt intelligi c. tanta. vbi
autem per ſolum tranſitum ad matrimonium tempore dicti
coitus factum non poſſet tolli ipſum impedimentum & ob-
ſtaculum ad matrimonium, & ſic ſolo conſenſu ipſius con-
trahentis matrimonium non poteſt tolli obſtaculũ, tũc indi-
ſtincte credo quod nati ex tali coitu non legitimentur, vt pu
ta, quia tempore coitus alter iugalium erat coniugatus, vel
22 forſan in ſacris. † Alias ſequitur abſurdũ quod ſi filios ſuſcepi
ex coniugata concubina legitimarentur ſubſecuto matrimo
nio morte viri, quod eſt contra c. tanta. a. reſponſo. quod lo-
quitur indiſtincte, quia ſunt ſpurij, ſed nati ex ancillis ſunt na-
turales licet non potuerit eſſe matrimonium, vt l. Lucius. §.
Damæ,

Damæ. de leg. 2. & pondera bene iſtam ſol. Nam licet clericus
in minoribus conſtitutus & beneficiatus propter defectum
extrinſecum beneficij interim ex concubina filios ſuſcipiens
non poſſit ipſos legitimare per ſubſequens matrimonium,
vt ſupra dixi, in proxi. q. & notat Bar. ff. de concubi. l. in con-
cubinatu. cum tamen talis defectus potuiſſet tolli ipſo acci-
piente ab initio ipſam in vxorem & tolleretur ſolo contractu
matrimonij, quod tales legitimabuntur alijs non extantibus,
vt filij ancillarum, quod eſt valde notandum & peregrinum.
& ita intelligitur, quod dixit Iac. de Belui. in d. §. dubitatum.
23 Vnum attende, † ꝙ opus erat olim quod tales filij ancillarum
peterentur reſtitui antiquis natalibus & demum legitimaban
tur ſubſequentia matrimonij. & ratio, quia antea erant ſerui,
& ſic incapaces eorum, quæ ſunt de iure ciuili. Item legitima
tio facit eos legitimos retro fictionis ope, vt in c. tanta. igitur
ne duæ fictiones operentur circa vnum matrimonium, opus
erat patri petere manumiſſionem & reſtitutionem natalibus
per quam filius diiudicetur natus naturalis, & poſtea fit ſubſe
quentia matrimonij legitimatio. ante ergo non fieret, ne duæ
fictiones circa idem concurrant, contra no. in l. j. C. de do. ꝓ-
miſ. & quod diceretur natus liber & legitimus, & per hoc cō
ſului, quod vbi non naturalis ſubſequentia matrimonij legi-
timaret, vtputa in caſu Ioan. And. ſupra poſito, quod tunc eſ-
ſet opus reſtitui natalibus, ſi non erat ante naturalis natus ex
naturali eſſet, ne matrimonium duas fictiones induceret, vi-
delicet vt faceret eum natum naturalem, & legitimum. Vel
dicerem ꝙ legitimaretur per c. tanta. ſed non diceretur natu
24 ralis, niſi natus fuiſſet naturalis, † & ita limita c. tanta. per text.
in d. § fi. in Auc. de trien. & ſemiſ. Et no. quod filius ſic legiti-
matus non naturalis non excluderet ſubſtitutum datum ſub
conditione, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus,
cum ſit legitimus & non naturalis, & hoc eſt notabile & pere
grinum. Nec obſt. in Auctẽ. vt liber. decæ. § ſi quis autem li-
ber. vbi ſine illis ſolennitatibus hodie non ſufficit confectio
dotalium documentorum, vt filij liberi ſint, quia illud ius pē-
det ex ſola patris poteſtate, quia ſi vellet manumittere filios
poſſet eis ius Romanum concedere, & feciſſe creditur ex ſola
confectione documentorum dotalium: vnde cum ſint liberi
& ciues Romani a patre facti non eſt hodie opus reſtitui na-
talibus, ſed ſatis eſt facere illum naturalem, qui non eſt in pa-
tris poteſtate, quia non poteſt ita ius naturalitatis reſtringe-
re, ſicut ius ſeruitutis. Vnde ille. § fi. adhuc in ſui ratione pro-
bat, quod opus ſit in naturalibus, vt eum matrimonij ſubſe-
quentia fiant legitimi & naturales, vt reſtituantur natalibus
antiquis, alias duæ fictiones eſſent circa idem. Sed quando pa
ter qui per ſubſequentiam matrimonij legitimat filium ſer-
uum, cenſetur primo dare libertatem, & lex legitimationem
cauſat. vnde in eo duæ fictiones non concurrunt, quæ con-
currebant ante. quare non videbatur eos manumittere. d. §.
fin. & ideo opus erat reſtitui natalibus. & ſic hodie patris vo-
luntas non poteſt diſponere hoc, quia illud non eſt hodie im
25 mutatum. † Sed iuxta hoc procedit de iure ciuili, quod cum
ancillis non poteſt eſſe matrimonium, ſed cum iure canoni-
co poſſit eſſe ſaltem ipſis contrahentibus non ignorantibus
proprias conditiones, vt extra de coniugio ſeruorum, per to
tum. an aliquo retinente ancillam, cuius conditionem non
eſt ignoratus ſuſcipiens filios poſtea eos legitimet ſubſecuto
matrimonio. cogitaui quod ſic, per tex. in d. § fi. de trien. &
ſemiſ. nam ideo nati ex libera legitimantur, quia cum ea
matrimonium eſſe poteſt ita dicit ibi tex. ſed ita eſt hodie in
ancilla. ergo etiam pro hoc facit quod not. Iaco. But. & domi
nus meus, Dominus Bartholomeus de Salice. in auc. ingreſſi.
C. de ſacroſan. eccle. fac. l. j. & 3 & quod ibi no. Bar. ff. de legit.
tut. vbi facta correctione in hæreditate fit in tutela veniente
in eius conſequentia, vnde facta correctione in matrimonio
fit in legitimatis eius conſecutiua. & hoc poſtea reperi quod
tenet Iac. de Bel. in d. §. dubitatum. de inceſt. nup. licet nihil al
26 leger † Sed pone, habui rem cum muliere, cum qua non pote
rat eſſe matrimonium tempore conceptus, vt quia alteri nu-
pta, tamen ante partum filij ſuperuenit habilitas, an ea vxore
accepta filius ille conceptus indebito tempore, partus tamē
congruo legitimetur? Hoſti. & Ioan. And. in d. c. tanta. in no-
uella. & Dominus meus Dominus Ant. de But. dicunt ꝙ ſic ꝑ
hoc quod in ſimili dicitur de ſtatu ingenuitatis Inſt. de inge.
§. ſufficit pro hoc, cap. quod a nobis extra qui filij ſint leg. vbi
ſecundum vnam lecturam conceptus de clandeſtino matri-
monio, natus tempore comprobationis factæ legitimus eſt,
etiam ſi aliquod appareat poſtea impedimentum. Ego addu-
co caſum in l. nuper. in fi. C. de natu. lib. & in Auct. quib. mo.
natu. effi. ſui. §. ſi quis igitur dotalia. vbi volunt inſpici natiui-
tatis tempus, non conceptus. ſed tamen dubito in hac quæ-
ſtio. Primo, quia non audeo a tantorum auctoritate Docto.
diſcedere, tamen ipſi videntur dicere contra caſum expreſ-
ſum in l. Paulus. alias. l. eum qui. de ſtatu hom. vnde forſan iſta
pars eſt verior, cogita tamen, & hoc videtur ſequi in ſumma
de ſponſa. in fi. Io. And. ſ. quod tempore conceptus requirat
habilitas. & videtur caſus in c. tanta. coniuncto primo & ſe-
cundo reſponſo. Nam primo loquitur de genito non extante
vxore. ſecus ergo ea extante, vt in 2. reſponſo.

27 Sed iuxta præmiſſa † quæro, habeo concu
binam alterius vxorē,
demum moritur eius vir, & viro eam retinente filij concepti
poſtea naſcuntur, an legitimabuntur? videtur quod non, quia
initium fuit illicitum cum ea. ergo quod ſequitur, per hoc ꝙ
notatur. ff. de adult. l. quod ait. credo oppoſitum. Nā licet ini-
tium fuerit vitioſum, tamen ſi non ſunt machinati in mortē
viri, & ſciens homo conditionem mulieris, quia nupta fidē
dederit viuente viro de ipſa ducenda. nam tunc non valeret
matrimonium, & ſic filij etiam ſecundo nati non poſſent le-
gitimari. extra de eo, qui duxit in matri. quam pol. per adult.
c. ſuper hoc. & c. ſignificaſti c. vltra & eo. tit. c. j. Vbi autem ta
lia non interceſſerunt, licet initium fuerit illicitum, ſicut po-
teſt poſt ipſam vxorem habere, ita & concubinam habere po
terit. Vnde ſalte cum viro mortuo ſuit concubina, & ſecuto ma
trimonio tenoit matrimonium, vt dicit c. ſignificaſti. cum ſi.
ergo filij fuerunt poſt nati naturales, & ſic ſecuto matrimo-
nio legitimati, ſecus ſi ante nati ſunt. d. cap. tanta. 2. reſponſo.
28 † Sed vlterius pone, ꝙ ſaracenus vel infidelis teneret concu-
binam Chriſtianam, demum efficiatur Chriſtianus, & cōcu-
binam accipiat in vxorem, an ante nati legitimentur. Hoſtiē.
& Do. meus tenent quod non. Ratio, quia tempore coitus
non poterat eſſe matrimonium. 28. q. 1 caue. ideo non poſsūt
legitimari. Ego vero ita dicerem, quod aut talis coitus infide
lis erat approbatus, & ſecuto poſtea baptiſmatis ſacramento
proles eſt legitima, vt eſt caſus in c. fi. qui fil. ſint legi. Coniun-
ctio enim viuus iuridica eſt vt in propoſito, ergo mulieris ꝯ-
iunctio facit prolem legitimam, vt extra qui filij ſint legit. ex
tenore. Vbi autem ſecundum opin. ipſorum infidelium talis
coitus fuiſſet improbatus, ſuccedit opi. Hoſti. & Do mei. Sed
quæro, an nati ex inceſtu, vel alias illicite nati, legitimentur fa
29 cta diſpenſatione ſuper matrimonio per Papam dico, Aut fit
diſpenſatio ſuper ipſo matrimonio, & legitimentur, alia non
facta cum prole. Aut fit diſpenſatio ſimpliciter & de præſen-
ti, & tunc non haberet dubium, prout eſt caſus. ff. de ri. nupt.
l. qui in prouincia. Doc. communiter in l. Paulus. de ſta. hom.
dicunt quod non, vt ibi no. Cy. & Bar. Ego autem dico quod
aut eſt diſpēſatio, quæ ſe refert ad radicem matrimonij, & ſic
ad initium, quod quando ſit, dicam infra in ſecundo libello,
in quæſtio an Papa legitimet in terris imperii: & tunc dico ꝙ
ex tali diſpenſatione proles legitima efficitur. Ratio, quia iu-
dicatur matrimonium retro validum. & ſic filij nati ex legiti
mo matrimonio iudicantur. pro hoc quod dicam in illa q. an
Papa legitimet in terris imperij, in illo dubio quādo ſit quod
poſſit in radice diſponere matrimonij. Vbi autem de præſen-
ti diſpenſat occaſione futuri, credo Docto. verum dicere niſi
diſpenſando & de prole prouideret, vt d. l. qui in prouincia. &
30 & eſt tex. in l. ex libera ff. de ſuis & legi. & ibi per Cy. † Sed po-
ne quod pater accepit concubinam in vxorem, tamen in in-
ſtrumēto nuptiali proteſtatur ſe ille filios ante natos per hoc
fieri legitimos, vel vult aliquos fieri non omnes, an poſſit du-
bito. credo tamen quod ſic. nam voluntas patris requiritur,
in Auc. quibus modis natu. effici. ſui. §. ſi non ſolummodo &
de hoc videtur caſus eodem tit. generaliter. Credo tamen ꝙ
non ſecuta proteſtatione abſque alia voluntatis declaratione
quod ſolo matrimonio filij legi. Nā ſola confectio dotalium
inſtrumentorum eos facit legitimos, in Auc. de inceſt. nupt.
§. dubitatum. nec deinceps valet pœnitere, vt in Auc. quibus
modis natu. effi. legi. §. quoniam autem in fi. glo. vbi inuitus
compellitur ſobolem habere legitimam ex vxore natam Sed
quæro, an abſens filius legitimetur per ſubſequens matrimo-
nium, vel quid ſi talis eſt infans vel mente captus & ſimiles,
31 qui non valent conſentire. † illa q pendet ab illa, an filij con-
ſenſus in tali legitimatione requiratur, de quo dicā infra cau
ſam formalem. Sed poſito quod requirantur, dico i. ē in iſta
legitimatione quod in ea, quæ fit per reſcriptū, & pono iſtas
quæſtiones in ſecundo libello circa cauſam materialem, ideo
dico vt ibi. Sed vlterius quæro, habuit quis filium naturalem
& naturalis habuit filium legitimum, mortuo filio naturali
pater accipit concubinam in vxorem, an ille nepos efficitur
ſuus & legitimus? Guil. de Cuneo in l. benignius. ff. de legi. te-
net quod non, & ratio, quia oportet quod ſit medium, per ꝙ
deueniatur ad iſtam legitimationem, argu. l. huic ſcripturæ.
ff. ad l. Aquil. melius probat l. libertinos. §. ſi ff. de ope. libe. ꝙ
credo procedere in iſta legitimatione, cum ſit reſtitutiua, ſe-
cus in ea, quæ fit per reſcriptum, vt in ſecundo libello dicam,
circa cauſam materialem, in ſimili q.

Vlterius

32 **Vlterius quæro,** †habuit quis legitime concu
binā, & ex ea filios, demū in
mortis articulo conſtitutus deſponſat concubinam, vt filij
efficiantur legitimi, vel hoc agit concubina exiſtente in vlti
mo vitæ ſpiritu, an teneat? hāc quæſtionem diſputauit Rieat.
Malum. vt refert Cy. C. de na. lib. l. nuper. Ioan. Andr. poſuit in
d. mercu. ſine culpa. extra de reg. iur. Ego addam dictis ſuis ra
tiones multas, & ponam quid mihi videbitur. & ſine dubio
illa eſt difficilis quæſtio, & mihi non bene clara. Et arguo pri-
mo quod non legitimētur, quia in caſu propoſito non eſt ma
trimonium quod dat eſſe legitimationi, vt extra qui fil. ſint le-
gi. c. tanta. ergo nec legitimatio. aſſumptum probo. Nam il-
le, qui non habet in habitu, nec in actu modum deducēdi ad
eſſe affectum, propter quem ipſe actus celebratur, priuatur a
celebratione ipſius actus. Iſta theorica probatur ī auc. ingreſ-
33 ſi. C. de ſacroſan. eccle. †Nam cum monachus non habeat bo
na in actu nec in potentia, & ſic ius teſtandi non poſſet ad ef-
fectum deducere, priuatur ipſo actu teſtandi, vt ibidem. ſimi-
le eſt in ſeruo in nullius bonis conſtituto. nam ius ſtipulandi
non habet. l. quod ſeruus. ff. de ſtipu. ſeruo. Et eſt ratio, quia
ſeruus aut per ſe, aut per alium, nunc eſt impeditus deducere
ad effectum ſtipulationem. Ideo ad ipſa priuatur, ſed ita eſt in
propoſito. Nam exiſtens in mortis articulo eſt impeditus de-
ducere matrimonium ad effectum, videlicet coitus vel pro-
creationis liberorum, ergo ab ipſo actu excludi debet, & iſtud
nullus tangit. Secundo vltra Io. And. induco caſum, extra de
fri. & maleſi. c. 2. Nam ſicut puer, qui non poteſt debitum red
dere, eſt incapax ad matrimonium contrahendum: ita aliter
impediti ſunt inhabiles. ſed certe in vltimo vitæ ſpiritu labo-
rans eſt inhabilis ad ipſum reddendum. ergo & ab ipſo con-
tractu matrimonij erit inhabilis. Tertio etiam adduco de fri.
& maleſi c. 4. Nā vbi eſt ſcientia impedimenti inter contrahē
tes, dicitur tunc contrahi matrimonium, vt impedita habea-
tur loco ſororis, non vxoris. ſed ita eſt in propoſito, quia appa
ret de impedimento, ergo &c.

34 † Quarto etiam adduco. Nam quando eſt impedimentum
etiam non perpetuum quod non poteſt ſine corporis pericu
lo remoueri, tunc tale impedimentum impedit contractum
matrimonij de fri. & maleſi fraternitatis. & ibi glo. hær. ſed ta
le impedimentum eſt in conſtitutis in mortis articulo, ergo.
& maxime quando contrahentes ſciunt, quia vt dixi, eſt loco
ſororis, ſecus ſi ignorarent, quia valet, licet poſſet diſſolui. &
pro iſta parte videtur caſus. C. de natu. libe. quæ dicit ꝙ debet
ſpes eſſe habendi ſobolem.

Quinto induco, quia in iſto caſu eſt quędam repugnantia.
Nam fit ad prolis procreationem, & tamen fit in ſtatu in quo
non eſt ſpes, ergo vt repugnans debet vitiari. l. vbi repugnan-
tia. de reg. iur. vbi de hoc. pro hoc, quia conſenſus non præſu-
mitur adeſſe, quod eſt de ſubſtantia matrimonij, vt extra de
ſpon. tua. Nam humana fragilitas mortis cogitatione turba-
ta, non videtur ad talia animum habere, ergo &c.

Sexto & iſtud inducit Io. And. ceſſante cauſa, ceſſat matri
35 monium, iur a ſunt clara. † Sed matrimonium vel eius cauſa
eſt ad liberorum procreationem, vt in cap j. de frigi & maleſ.
& probatur dum dicit dominus, ꝙ erunt duo in carne vna, id
eſt ad procreandum vnam carnem. Item eſt inductum ad for
nicationem euitandam ab Apoſtolo in ſtatu nocentiæ, vt ha
betur Deutero. xxxij. q. ij. capit. de his. ſed in propoſito ceſſat
vtrunque.

Septimo inducit. quia quando plura ſubſtantialia requirū
tur ad actum, ceſſante vno ceſſat actus, ſed ad ſubſtantiam ma
trimonij tria bona requiruntur, procreatio prolis, & ſimilia,
quæ notantur xxxij. q. 2. §. qui ergo omnem. ſed iſtud hic de-
ficit ergo aſſumptum probat in ſimili de ſententia, vbi plura
ſubſtantialia requiruntur, quorum ſi quod deficit, ſententia
eſt inanis, vt not. C. de ſent. in l. prolatam. & ita dicit de baptiſ
mo & multa ſimilia ponit. Inducit de baptiſmate recepto in
mortis articulo. Nam inducit irregularitatem 27. diſtin. ca. 1.
36 † Idem de confeſſione, quæ in morte paruę eſt efficacię, vt in
c. ſuper eo de rap. ita debet eſſe in matrimonio, cum diuerſa
ſint aliqua celebrari in vita vel in morte, & maxime cum mul
ti contrahant in morte in fraudem huiuſmodi ſacramenti ꝓ
pter habere filios legitimos, qui ſi de vita ſperarent non face-
rent. & ita audio ꝙ olim fecit quidam Marchio Ferrarienſis.

Oppoſitum tamen concludit Ioan. Andr.
in d. mercu. ſine culpa
ꝙ va..ao rationibus aliquibus & decidam. & primo ſic. Im-
pedimentum temporale, quod ſperatur tolli etiam cum cor-
poris periculo, non irritat matrimonium, ſi de breui tolli ſpe-
ratur, vt d. c. fraternitatis. & ibi per Innoc. quicquid dicat glo.
hær. ſed iſtud eſt huiuſmodi, ergo &c.

Secundo iſtud probo, quia non dicitur ſolum de præſenti
contrahi matrimonium, ſed retro talis habita affectio decla-
rari, vt C. de nat. lib. l. cum quis. Sed illa poſſunt potiſſime fie
ri in extremis, vt in Auc. vt licc. ma. & auiæ. §. ad hæc. maxime
cum dicatur nouam prolem nanciſci, vt in Auc. qui. mo. nat.
eff. legit. §. ſi quis. ergo patet.

37 † Tertio, tunc ſpes ſobolis non habendæ matrimonium vi
tiat, ſi deducitur in pactum, vt in c. ſi. de condi. appo. facit de.
ſpon. c. tuæ. no. de conſang. & affin. de infidelibus. ſed hic non
deducitur in pactum, ergo.

Quarto induxit in c. commiſſum. de ſpon. Nam ſi iurauit
aliquis contrahere matrimonium, & demum vult religionē
intrare, certe matrimonium erit, & tamen non erat ſpes ſo-
bolis vel fornicationis euitandæ, propter quæ facta eſt matri
monij conſtitutio, ergo in propoſito idem, vt 32. q. 2. c. de his.
verſicu quid ſi ergo.

Quinto & iſtud probatur. Nam vbi deficit omnis ſpes ef-
fectus matrimonij, tenet tamen matrimoniū, dummodo nō
deducatur in peccatū de bono ſacramēti & fornicationis eui
38 tandæ, †probatur proximo argumento de tertio. ſ de fide, qui
ſunt tres effectus matrimonij, vt no. 20 q. 2. omnem. Probat:
nam cōtrahens cum illa quam ſcit fornicatricem, vt cum me
retrice, tenet. 22. q. 1. non eſt. ergo licet in ſpe deficiant effe-
ctus matrimonij, tamen matrimonium contractum tenet.
Probatur & ſexto in c. beata. 28. q. 2. Nam matrimonium fuit
inter Mariam & Ioſeph, licet ipſa haberet propoſitum virgi-
nitatis. probatur & de baptiſmate. Nam etſi ficte quis baptize
tur, verum habet baptiſma, licet non gratiam, niſi quando re
ceſſerit fictio. 2. q. 1. ſicut. ita in propoſito matrimonium ſit
verum, licet eius effectum demum habeat tempore conuale
ſcentiæ. Vltimo probatur, quia nihil incertius hora mortis. l.
1. ff. de condi. & demonſt. & multoties diſpēſati reſurgunt, vn
de ſaltem effectus matrimonij ſpes ſubeſt de futuro, de ætа. &
39 quali. ad aures. Probatur ſeptimo, quia† matrimonium ſpiri-
tuale communiter contrahitur in extremis, extra de reg. c. ſi-
cut nobis. ita hic. propterea iſtæ non ſunt de perſonis prohi-
bitis numeratis, de ſpon. c. cum apud. & cum iſta opi. conclu-
dit Ioā. And. Sed vt dixi, iſta quæſtio niſi fallor eſt dubia, & ad
rationes Ioā. And. quæ omnes ſunt ſuæ excep. duabus primis
eſſet facilis reſponſio. Nam fere omnes loquuntur, quando
erat impedimentum ex parte actus ex quodam animi propo
ſito aperte non expreſſo ac latenti, ꝙ nihil habet operari, vt
C. de condi. ob cau. l. ſi repetendi. ſi enim qui recipit baptiſma
ficte exprimeret, vel conſtaret euidenter, non eſſet baptiſma.
idem in virginitate expreſſa, quia non eſſet matrimonium. ar
gu. cap ſi de condi. appo. ita in propoſito tranſitus religionis
non expreſſus in ipſo actu vitiatur, & ideo illud propoſitū cū
non ſit expreſſum non obeſſet, quin rebus ſic ſe habentibus
etiam contra propoſitum virginitatis vir non poſſet petere
debitum. in caſu autem noſtro erat euidens impedimentum
vnde non indigebat expreſſione. & ſic ſuccedit diſpoſitio d.
capituli quarti, de frig. & maleſi. Sed quicquid ſit, in iſta
40 quæſtione ita dicerem. † Et primo vbi agens in extremis
vult facere matrimoniū vel ſolennitatem matrimonij, vt tan
tum declaret matrimonium retro habitum, videlicet ꝙ eam
hactenus habet vxorem, & ſufficit in extremis, ſi adeſt cōſen-
ſus, ſed eo non ſubſiſtente non poteſt, vt dicam infra in ma-
trimonio præſumpto. pro hoc in Anth. vt lice. ma. & auiæ, §.
ad hæc. non enim de nouo contrahit, ſed iam contractum
declarat, vt ibi dicam, & in dubio præſumam ipſum facere, vt
declaret talem retro fuiſſe intentionem, vt d. l. cum quis. niſi
contraria præſumptione tolleretur, vt l. diuus. de in integ. re-
ſti. facit quod no. extra, qui filij ſint legi. c. per tuas. & quod di-
cam infra in matrimonio pręſumpto. Aut vult de nouo con
trahere, quia hoc exprimit, vel certum erat, ipſam eſſe primò
concubinam, & tunc aut eſt vna pars, infirmitate tantum eſt
annihilata, quod tactum non habet ſenſum: & tunc non po-
teſt, quia requiritur in hoc potiſſimus ſenſus, vt extra de ſpō.
tuæ. & eſt tex. de hoc in l. Iul. de iure do. Nam cum quis mo-
ritur non poteſt contrahere matrimonium, quia in illo in-
ſtanti actus, quo quis viuens moritur, non præſumitur adeſ-
41 ſe conſenſus, aut abeſſe conſenſus: † tamen tanta eſt anni-
hilatio quod caret actu deducendi ad effectum matrimo-
nium, & tunc aut apparet expreſſe quod vitium erat perpe-
tuum, vt quia ſit infirmitas, qua oportuit carere vtroque te-
ſticulo, vel eſt matrix mulieris tantum infrigidata ſecundum
medicos, quod eſt impoſſibile vnquam poſſe concipere, &
tunc etiam non valebit matrimonium. d. l. Iulianus. quæ pōt
ſic intelligi. & ſic nec legitimatio, vt eſt etiam caſus in d. l. qſi-
tum. de libe. & poſt. coniuncta l. 2. de iure dot. vbi eſt caſus ab
aliquo non allegato de iſta q. Aut non eſt perpetuum, ſed in
futurum adueniente cōualeſcentia erat poſſibilis generatio:
& tunc iſto caſu concludo quod valeat, niſi probaretur quod
fuiſſet factum in fraudem, puta feudatariorum vel fideicom-
miſſariorum, nam tunc reſpectu illorum non teneret. itano,

Ang.

Ange.in d.l.quæſitum. & pro iſta q. eſt ibi caſus in d.c.frater-
nitatis.de frigi.& maleſi.per Inno.facit, eo.titu.cap. quod ſe-
42 dem.†vbi valet matrimonium cum ſene propter ſolatiũ hu-
manitatis,licet cum eo non ſit ſpes ſobolis,propterea exiſtẽs
in extremis non poteſt hoc annihilare in perpetuum. Habet
enim ſaltem habitu ius deducendi ad effectum matrimoniũ,
ideo non priuatur ipſo. Prima argumenta concludunt,quã-
do nec in habitu,nec in actu habet.Non obſtat cap 4.quia lo
quitur,quando vitium eſt naturale , vel accidens eſt perpe-
tuum,ſed in propoſito eſt temporale quod poteſt abſq; Dei
miraculo tolli,ideo non vitiat.licet periculum ſubſit corpo-
ris,vt d.c.fraternitatis.& ad argumenta Ioan. Andr. facilis eſt
reſponſio,quia omiſſio quæ eſt de eſſe formæ vitiat , ſed iſta
matrimonij ſunt de eſſe ſubſtantiæ , quæ ſi pacto expreſſo nõ
omittantur,non obſunt. Maius eſt enim peccatum formæ q̃
ſubſtantiæ xij q.ij.in ſumma Ad illud de baptiſmate,reſpon-
deo quod facit pro iſta parte. Nam verum eſt baptiſma , licet
43 canon nollet quod haberet ordines,†quos etiam non peccã
tibus interdum aufert.Idem eſt de eo,qui confitetur in extre
mis. Pro iſta parte vltimo facit,quib mo.na.effi.legi.§.j.Nam
dicit tex quod ſi deliberante viro mulier maritatur,quod ha
bet remedium ibi traditum,ergo patet quod cum talis delibe
ratio fiat ſuper facto momentaneo,& mulier ante perfectio-
nem actus mortua eſt,quæ deliberatio fiebat tempore infir-
mitatis ipſius , & tamen vult lex , quod valeat , ita credo ſal-
uo iudicio meliori.

Quæro vlterius,quis habuit concubinam legitime,ex
qua ſuſcepit liberos,demum ea demiſſa vxo-
rem ſuperinduxit,ex qua ſuſcepit filios,vel non:poſtmodum
hac vxore mortua cum primitus concubina contrahit matri
monium.Quæro an eius filij ante primam vxorem nati legi-
timẽtur?iſtam quæſtionem diſputauit Richar. Malum.& Io,
And.in d.mercu.ſine culpa & licet queſtio fuerit olim dubia,
tamen cũ eſſet de facto,D.Ang.de Peruſio,& genitor meus,
conſulti allegauerunt tex.expreſſum cui non congrue reſpõ-
detur,in Auct quibus modis nat.effi.legi.§.ſi vero ſolummo
do ,verſi.omnimodo.ideo non eſſet amplius diſputanda.l.qđ
Labeo.ad Carb.tamen quia quidam præceptor meus in ex-
traordinariis, Domi Florianus de ſancto Petro,diſputando
fuit conatus reſpondere & tenere contrarium.Ideo hic refe-
ram eorum dicta deſcribendo eadem & decidendo.

44 †Et primo,quod non legitimẽtur,probat. Nam tex noſtri
volunt quod continuata affectione coitus concubinarius
transfundatur in maritalem.C.de nat.libe.l.cum quis. dum
dicit,ex earum affectione ſed hic non fuit eadem affectio , ꝙ
probatur per diuiſionem a concubina factam & contractum
matrimonium medio tempore cum alia muliere. probat &
hoc.l.nuper.eo.titu.& in Auc. quibus modis natu. effici. ſui.
§ ſi quis igitur dotalia. dum dicunt poſtea præcedente affe-
ctione,ſed hæc affectio non præceſſit, licet per mortem pri-
mæ vxoris demum contrahendo poſt cum ipſa concubina
affectio de nouo incipiat. facit ad hoc. lex, matrimonij.
qui, & a quibus.

Secundo inducebam pro caſu,quibus modis nat. effic.ſui.
§.generaliter.verſ.& hoc dicimus.vbi videtur expreſſum,qđ
extante legitima ſobole naturales legitimentur tantum per
curiæ oblationem vel per matrimonium.& dicit ibi tex.legi
timis præcedentibus & naturalibus poſtea natis,quaſi ſit op
poſitum vbi eſſent primo nati naturales & demum legitimi.

45 †Tertio inducebam in Auct.de trien.& ſemiſ.§. ſi quis au
tem effuſa libidine, & præce. Nam vt filij dicantur naturales
& legitimentur per matrimonium,videtur requiri quod cõ-
cubina ſemper ſteterit in concubinæ ſchemate & matrimo-
nio vſque ad mortem,vt in Auc.quibus modis natu.effi. ſui.
§ ſi quis autem defunctus nec debet alio actu libidinis pecca
re,alias filij non ſunt naturales , vt ibi. ſed ſtante concubina
non mortua non poterat aliam vxorem ducere,ſicut non po
terat aliam concubinam quod ſi fecit non debet ſubſequens
matrimonium legitimare tanquam non ſint filij vere natu-
rales,vt in d.§.ſi quis autem defunctus.cum ſimilibus. habe-
tur enim loco vxoris concubina, & ſicut non poteſt ſuperſti
te vxore alia ſuperinduci , ita extante concubina , vt filij di-
cantur naturales.

Quarto inducebam. l. in bello. §.factæ.§.de cap. vbi dici-
tur quod captus in peculiaribus videtur vſucepiſſe mediante
perſona ſerui.ob. tamen remanentibus medio tempore iiſdẽ
perſonis. Si autem ſeruus mutaretur ab eo qui erat, tunc vel
qualitas alicuius extremi,vel qualitas poſſeſſionis mutaretur
& certe impediret ibi illud factum medium extrema coniun
gi.& ſic impedit vſucapionem.& ita notat Bar.in l.ſi quis pro
emptore.verſi.quod ſi ſeruus.in fi. ſecundæ oppoſitionis.ita
hic.ergo interuentu vxoris medio tempore alterans qualita
tem concubinatus & eius perſonam & quaſi per oſtẽſionem
impediret coniunctionem extremorum,vt olim iſte dicatur
legitimus & hodie ſit.

46 †Quinto inducimr pro iſta parte.ff de ſol.l cum x.mihi ibi,
Item ignorans.vbi probatur , quod medio tempore aliquid
agens impedimentum ratihabitionis & coniunctionis extre
morum ac primo geſta non extremis coniungi,ſi fecit igno-
rans,non præiudicat.ergo ſi ſciens ſic.patet probatio,quia fi-
ctio non fingit quod eſt impoſſibile,vt no.in d. l. ſi quis pro
emptore. ſed per iſtam legitimationem fingitur retro fuiſſe
matrimonium quolibet tempore,quod eſt impoſſibile quod
ſtante aliquo tempore aliqua vxore,alia eodem tempore fin-
gitur eſſe vxor.

Sexto probatur,iſta legitimatio dependet a patris volunta
te,vt in §.generaliter.quibus modis nat.effi.ſui.ſed in propo-
ſito patet,quod in contrahendo cum alia non habuit animũ
filios legitimandi,cum non habeat ſpem diſſolutionis matri-
monij,vt in c.ſi.de condi.appo.ſi ergo non adeſt animus pa-
tris,ergo non legitimantur,& iſtud ſatis a longe allegauit, ve-
lut diſputans. item induxit ipſe.l.intercidit.2.reſponſo.de cõ
di.& demon.vbi ſi capax eſt legatarius tempore teſtamenti
& cedẽtis diei legati vitiatur dictum legatum ſi fuit medio tẽ-
47 pore incapax,†tanquam iſta incapacitas media impediat ex-
trema coniungi.ſed parcat mihi reuerentia præceptoris , illa
lex probat melius aliam partem.Nec obſtat,in 2. reſponſo,vt
dicam infra, licet illam pro iſta parte alleget pro caſu. induxit
vlte.Ioan.Andr Nam primæ fuerunt inductiones proprie in
effectu tres.Et primo lex,quæ dicit legitimari per matrimo-
niũ,debet intelligi de primo.l.boues §.hoc ſermone.de ver.
ſig Pro hoc videtur caſus.ff qui & a qui.l.Iulianus.pro hoc ,
quia promiſſio dotis intelligitur facta de primo.l. dotis pro-
miſſio.ff.de iure do.& de pac.dot.l.inter ſocerum , in fi. & de
leg.2 l.cum pater certam. Hinc eſt quod ſi iuro cum aliqua
contrahere,& matrimonium cum alia contraho,ſum periu-
rus etiam ſi ſolu.mat.cum illa contraho. extra, de ſpon.ſicut.
Item de diſpenſatione facta de duobus curatis,intelligitur de
primis.extra de præbẽ.c.non poteſt.in fi.lib.6.pro hoc, l. cum
qui calendis.de verb oblig.

48 Secundò probat quodam generali actiuo. † Actus
medius interueniens,vel actum vitiat,vel
impedit coniunctionem extremorum. de vitio probatur in
l.hæredes.in fi.ff.de teſta.& etiam vitiat electionem extra de
elect.c quia propter.impedit aũt ſtipulationem.l.j.& l.conti-
nuus.ff.de verbo.obliga. ergo fortius actus contrarius inter
medius.probatur in ſimili in ſacramento baptiſmatis.nam a-
ctus contrarius intermedius impedit.de conſecra.diſt 4.ſi nõ
ſanctificatur.ergo ita in hoc,maxime cum nõ appareat de vo
luntate melius quam per actum contrarium. extra de baptiſ.
c.maiores,ad fi. Secundum quod impediatur coniunctio ex-
tremorum,probatur in c.per tuas.de condi.appo.nam ſpon-
ſalia de futuro ſub conditione contracta cum copula carnali
matrimonium conſtituunt. ergo ſuperueniens medio tem-
pore contraria conditio impedit hoc fieri.pro hoc.l.ſeruitus.
§.fi.de ſerui.vbi locus ſacer intermedius impedit ſeruitutẽ ,
49 probatur in præſcriptio.†nam media interruptio facit vt ſit
opus noua præſcriptione. & impedit anteriora tempora con
iungi ſecundis temporibus,de præſcr.xxx.ann.l.cum notiſſi-
mi.§.ſi quis pro hoc,& in l.ſi de eo.§ fi.ff. de acqui poſ.& l.na
turaliter.ff de vſucap.de cler.coniug.c.vnico.lib.6. Nam hñs
literam ad vacaturam perdit illam per contractum matrimo
nij. Ita in propoſito,iſtud eſt Principis beneficium. ergo ſi fa
cit, facit & tñ per quem videatur repudiare illud nõ debet ad
illud poſſe redire,quia quod reprobaui non approbo.ꝑ hoc,
c.literas.de tempo.ordi.vbi cibus vel potus ordinantis vel or
dinati rumpit fictionem dierum. Iſta ſunt argumenta Ioan.
And.multa argumenta ſuperaddit Dominus meus,quę non
ſunt ad eſſe huius dubij,videlicet an requiratur conſenſus fi-
lij & ſimilia,& dicam infra in cauſa formali. In contrarium fa
ciunt pauciora iura , & ſimilia ponam argumenta prima,po-
ſtea aliorum & decidam.

50 †Primo induco caſum vltra omnes.C.de na.libe.l.diui Cõ
ſtantini.nam licebat olim legitimare naturales.& dicit tex.ſi-
ue ante,ſiue poſtea ſint geniti,ꝙ intelligo etiã ſi ſunt nati an-
te matrimonium cum alia contractum quam cum concubi
na vel poſtea. Alias ſi ita nõ intelligis,fruſtra eſſet dubium de
genitis poſtea , quia certum erat eſſe legitimos. ſed lex debet
eſſe de caſu dubio. & intellige poſtea de genitis,poſt mortem
tamen vxoris.nec obſt.c.tanta.præalle.& tex.probat,quia ibi
dum dicit , ꝙ non ſit legitimatio extante legitima ſobole vel
coniuge.ergo ſi defecerit morte poterit.& ſic ſignificatur ꝙ
ibi eſt medium matrimonium. & ibi tex. dum dicit , quæ an-
tea fuerunt concubinæ,quaſi non ſemper illas ante matrimo
nium habuit concubinas,ſed tantum ante coniugem primã.
probat etiam ille tex.dum dicit,ex legitimo matrimonio ꝓle
ſuſcepta.

ſuſcepta, qđ eſſe non poterat niſi præcedēte matrimonio. Vn
de ſi recte ponderetur, ibi eſt caſus de hoc, & nullus tangit.
Secundo induxi pro caſu. l. potior. 2. reſponſo ff. qui pot in
pig. habe. nam ibi medius actus de ſui natura impeditiuus cō-
iunctionis extremorum, non habet obeſſe: nā ſi ſub cōditio-
51 ne habui hypothecā, ſū prior propter retrotractionē. † nō
enim impediuntur tempora præterita coniungi præſentibus
ob ſecundam hypothecam. Ita in caſu noſtro, ſufficit enim
extremorum habilitas.
Tertio, & iſtud eſt Bar. quando eſt impedimentum cauſa-
tum facto hominis ſuperueniens medio tempore non impe
dit extrema coniūgi. l. cum mihi x. 2. reſpon. de ſolu. & ita hoc
idem determinat Barto. & clarius probatur. ff. rem ratam ha-
beri. l. bonorum.
Quarto inducunt, D. Ang. & genitor meus, d. §. ſi vero ſo-
lummodo. ver. omnimodo. in Auc. qui. mo. nat. effi. legi. vbi
text. dicit, filijs naturalibus. deinde poſt legitimos procreatis
aut ante natis. & dicit per ſubſequens legitimari matrimo-
nium. Ergo fuit aliud matrimonium medium inter concubi
natum & matrimonium cum concubina, alias non poſſent
dici nati legitimi poſt naturales legitimādos. hoc confirmat.
§. dubitatum. inducendo aliter quam aliquis diſputans indu-
xerit, nam tex. ibi dicit, ſi aliquis legitimorum iā parēt & ob-
eunte vxore ex hominibus habuerit quādam conſuetudinē.
& dicit glo. ibi, ſuper illo verbo, ex hominibus, ſimilis oratio
52 in Auc. de non eligen. ſecun. nuben. §. 1. † Sed glo. ibi exponit
illud verbum, ex hominibus. i. ante in vita vel poſt, & ſic attē-
ta iſta diſpoſitione, ſiue habuit conſuetudinem primæ vxo-
ris ſiue poſt capiendo legitimantur filij ecce ergo ꝙ ſecūdum
matrimonium non obeſt. Alio modo exponitur ex homini-
bus, & tunc nihil facit ad hoc. Et ita exponit ibi Iac. de Bel. &
& gl. ſecundum alium modum, in d. §. j.
Quinto ego induxi pro caſu. l. intercidit, quam præceptor
meus allegat contra Nam defectus medius impeditiuus acq-
ſitio legati, vt deportatio. vt ff. de bo. libe. l. ſi neceſſe. § ſi de-
portatus, non impedit acquiſitionem legati ſi tempore teſta-
menti legatarius fuit capax. Ita in caſu noſtro medium non
debet obeſſe, ſi extrema fuerint habilia. ſ. tempore coitus &
præſentis temporis matrimonij, & iſtud eſt argumentum de-
ciſiuum quæſtio. a me inductum. Nec ob. prout inducit præ-
ceptor meus, quia nihil facit, vt infra dicam reſpon.
53 Sexto ego induxi c. tanta. qui fil. ſint legi. in 2. reſpō. † Nam
dicit ꝙ filij nati viuente vxore, quos ſpurios nominat, non le
gitimari ſubſequētia matrimonij. Secus ergo ſi ante fuiſſent
nati antequam illa fuiſſet vxor. pro hoc, quia poteſt a ſe con-
cubinam ſeparare. Et vxorem ducendo non dicitur propte-
rea filius non naturalis, vt in Auc. quib. mod. natu. effi. ſui. §. ſi
quis autem decedens.
Vltimo ad idem arguitur ſic. vbi lex nō diſtinguit, nec nos:
ſed lex ſimpliciter dicit natos ex concubina per matrimoniū
legitimari, ergo non fiat differentia, an contractum ſit primū
cum ea, an ſecundum matrimonium. hoc probatur tali argu
mento. Executor, cuius officium eſt odioſum, ſi medio tem-
pore conferre non poteſt, non obeſt, ſi tamen primo tempo-
re & tempore colla. imminentis, poſſit. extra de præben. c. ſi
de beneficio. Probatur: nam ſi infra tempus appellationis ſit
compromiſſum, & demum expiret, fit temporis coniunctio
non obſtante medio compromiſſo, per cle. quādiu, de appel-
54 latio † Probatur etiam, quia quando dormit præſcriptio con
tra minorem ibi ſublato impedimento coniunguntur ante-
riora tempora ſequentibus. l. ſicut, de præſcri. xxx. ann. & l. ſ.
C. de bo. mater. ſac. de præſcri. c. j. & c. auditis. Pro hoc etiam
inducit de procurato. licet. lib. 6. Nam infra tempora con-
ſenſus procuratoris conſtituti non obſtat diſſenſui procura-
toris, dummodo non interueniat contrarius conſenſus con-
ſtituentis. Ita non impedit ſpirituale matrimonium, vt ibi no
ta. Item inducit c. pia, de exceptio. lib. 6. de eo, ꝙ ibi dr̄ de ex
communicato: nam coniungitur tempus abſolutionis cum
tempore quo egit ꝯ exceptionem oppoſitam. Secundo pro-
batur per aliquas ll. nam ſi conſenſi venditioni proprij pigno
ris, ſoluitur hypo. l. ſi debitor. §. j. qui. mo. pign. vel hypo. ſolui,
tamen reintegratur ſi efficior iterum dominus, eo. ti. l. volū-
tate, vlt. reſpon. & l. ſicut. §. ſuperuacuum.
Probatur vltimo, quia amotis rebus mariti naſcitur actio
55 rer. amo. † quæ in iudiciū etiam deducta tollitur reintegrato
matrimonio, tamē eo poſtea ſublato actio prima durat, actu
medio reintegrationis non ob. l. fin. coniun. l. reintegrato. ff.
rer. amo. Iſta ſunt q̄ circa ſubſtantiam huius dubij dici pūt.

Modo decido, & Io. And. Ricar. Malum. Bar.
Iac. de Are. & cōmuniter om
nes decidunt pro iſta parte, ꝙ legitimentur per iura pro hac
parte allegata. ꝙ ego limito verum, niſi cōcubinam reſtituiſ-
ſet & non ſeparaſſet conſtante matrimonio per ea quæ dicā
proxi. q. & vt dixi, hæc q. hodie eſt ſublata poſtquam venit ad
lucem. tex. in d. §. ſi vero non ſolum. non ob. ver. omnimodo,
ꝙ præceptor meus dicat, ibi eſt ꝙ dictio, forſan, quæ diminu-
tionem inducit, & ad alia iam deciſa ſe refert. ſed ego dico ꝙ
quando non eſt diſpoſitio expreſſe contraria legiſlatori, di-
ctio forſan, ſemper inducit deciſionem a legiſlatore latam, vt
no. ff. de procu. l. mutus. cum ſi. ſed hic non eſt aliud expreſſū
contrarium, vt patet per argumenta ſupra poſita. ergo nō ob.
56 iura ibi in contrarium. † & primo ad l. cum quis. dum dicit ex
eadem affectione, & etiam propter vltimam coniunctio-
nem vltimi extremi factam cum primo, vtpote nuptijs inter
uenientib. dicuntur iuſſiſſe. l. diui. in ſi. de nat. lib. & l. qui in ꝓ-
uincia. in ſi. de ritu nup. dicetur ergo affectio eadem & cenſe-
bitur fictionis ope contractum fuiſſe matrimonium. hoc pro
bat dictio, poſtea, in d. l. cū quis. quæ verificatur in aliquo po-
ſito intermedio, vt eſt caſus. ff. ſi tab. teſt. nullæ exta. l. j. in prin.
Et ita reſpondeo ad ſimilia. Non ob. §. generaliter. quia lucra
ſic dicit ibi facti contingentiam narrando, non deciſiue po-
nendo, nec deberet ſumi argumentum a contrario ſenſu, cū
ſit contrarium diſpoſitum in d. §. ſi verum ſolummodo. Non
ob. 3. §. ſin autem effuſa. quia intelligit dubium, quando con-
cubinam dimiſerit vxore retenta, alias ſuaderet ꝙ dicam in-
fra proxi. q. Non ob. l. in bello. quæ non vellet ꝙ perſonæ ſint
eædem, quia licet Io. And. dicat ꝙ ad iſta poteſt reſponderi ꝙ
non ſit retrotractio, ſed ex nunc ſit legitimus, quia hoc non
credo verum, per d. l. qui in prouincia. & l. diui. in ſi. Reſpon-
deo ꝙ in iſta fictione tranſlatiua, & hic requiruntur duo ex-
trema habilia, videlicet extremum ad ꝙ, & extremum a quo.
Et, ſic ꝙ deficit, non ſit coniunctio de extremo a quo proba-
57 tur in l. bonorum. ff. rem ratam habe. de appel reci. l. j. † Nam li
cet ratihabitio trahatur retro. l. ſi C. ad Macedo. Iſtud eſt ve-
rum, ſi fit illo tempore quo poteſt ille actus celebrari. Idem
in l. neceſſario § quod ſi pendente. de pericu. & commo. rei
ven. Sed de extremo ad ꝙ probatur in donatione inter virū
& mulierem confirmata morte viri, quia retrotrahitur. &
tamen non propterea dicit habuiſſe dominium propter defe
ctum extremi ad ꝙ, quia tunc non poterat quærere. l. 2. de in-
offi. do. & ibi gl. aliud ponit exemplum in l. Gallus. §. ſi eius.
in magna glo. j. de libe. & poſth. Modo ad propoſitum nō ob.
l. in bello. & l. cum quis, a contrario ſenſu. Nam in vtroque ꝑ
actum medium fuit inductum impedimentum extremi a
quo. Nam dominus captus reuerſus non recuperat poſſeſſio-
nem. ff. de vſucap. l. cum hæres. §. fin. licet poſſeſſionem poſſit
retinere captus mediante facto ſerui, cum nō requiritur ſciē
tia domini. l. iuſto. in ſi. de vſucap. tamen ſi ſeruus eam perdit
medio tempore inducit defectum extremi a quo, quia teuer
ſus poſſeſſionem non repetitur habere, qua mediante poſſet
fingi poſſeſſio continuata. quare autem poſtliminium nō fin
gat poſſeſſionem reliquiſſe, ponit Bart. in d. l. ſi is qui pro em-
ptore. in tertia op. primæ partis. Ita etiam cum quis ſcienter
accepto ferens impedit extremum a quo poſſit incipere rati-
habitio ſolutione facta procuratori, quia imo videtur eius fa
ctū reprobari, licet ignorantis propter ignorantiā. ſimilis re-
ſponſio fit ad l. intercidit. prout ob. quia ibi ſeruus pœnæ effe
ctus medio tempore licet tempore extremi poſtea ſit habilis
58 eſt tamen omnino alius homo, † quia fuit habitus tanquā ꝓ
naturaliter mortuo. ideo poſtea veniens cum careat extre-
mo a quo, quia mortuus non poſſet capere, nec cenſetur eſſe
illa perſona, quæ primo, vt ibi no. Bar. impedit coniunctionē
extremorum, quod ſecus eſt in deportato, vt ibi per Bar. quia
non efficitur ſeruus pœnæ. Ita etiam reſpondetur ad c. per
tuas. Nam adueniente conditione, iam ſortitus fuerant con-
trarium effectum. Vnde poſtea deficit in extremo a quo, cū
non ſubſit materia ſubſiſtens, ſuper qua fiat tractio. Ad illud
quod dicitur, ꝙ non fingit impoſſibile, eſt verum quando in
quolibet ſui extremo tempore ſecundum naturam fuit im-
poſſibile. Sed ſi ſui natura fuit impoſſibile, facti tamen accidē
tia fuit impoſſibile, tunc lex bene fingit. Ita not. Bat. in l. ſi is q
pro emptore. in ſecunda op. fictionis inductiuę. Sed in propo
ſito ſecundum naturam omni tempore fuit poſſibile matri-
moniū. Ad alia iura, videlicet ad præſcrip. reſpon. vt Io. And.
ꝙ illa ſunt vera in requirentibus actuum continuationē, ſed
inter natiuitatē & matrimoniū non requiritur continuatio,
quinimmo poteſt ſeparari concubina, vt vult tex. in d. §. ſi qs
igitur defectus. ergo de actibus intermedijs vitiantibus reſpō
detur ꝙ illa ſunt vera in his, quæ debent fieri vno contextu,
ſed iſta non eſt de illis, vt proxime dixi. ergo. & ita defenſatur
59 iſta pars. Sed quæro, † quid ſi habuit concubinam in ſchema
te concubinali, demum ſuperinduxit vxorem concubina re-
tenta adhuc. an filij ante nati tunc legitimabunt mortua vxo-
re in matrimoniū ſubſequens. & quid de natis viuente vxo-
re? Ad hoc reſpondeo, ꝙ de vltimis videtur expreſſum in d. c.
tanta. 2. reſponſio. ꝙ non legitimentur. In contrarium facit,
quia

quia ſi reſpectu aliorum naturalium fingit ſemper eſſe ea fuiſſe matrimonium, ſequitur quod ille ſpurius fingetur ex matrimonio natus, & ſic conſequetur per naturales id quod per ſe conſequi non potuiſſet. Quod ſi eſſet verum, eſſet notabilis limitatio ad d. cap. tanta, vt loqueretur quando non extãt ex concubina naturales, quibus mediantibus ſpurij ipſi legitimentur. de naturalibus autem ipſis videtur quod legitimentur, vt d. l. cum quis. de nat. libe. cum ſi. & de iſtis vltimis præceptor meus Do. Floria. tenuit quod legitimarentur, in quadam ſua quæſtione. Sed in iſtis ego credo tam filios natos ante matrimonium primæ vxoris, quam natos conſtante matrimonio, non legitimari, nam hi nec digni ſunt legum beneficio: nam ſuperinductio vxoris, & retentio concubinæ ſimul;
60 opus fecerunt libidinoſum. † ideo nati quandocunque ſunt iudicandi non naturales & indigni iſto beneficio. caſus eſt in Auct. de trien. & ſemiſ. §. nunc enim. verſi. & hoc dicimus. & tranſumptiue in Auct. quibus modis nat. effi. ſui. §. ſi quis autem defunctus. ver. & hoc dicimus. coniuncto. §. ſi quis autẽ effuſa. facit ad hoc quod dixi ſupra in q. de clerico in minoribus conſtituto, nam ſufficit ſolum habilitas ad matrimoniũ tempore coitus, ſi concubina fuerit indubitato affectu habita, nec mixtæ aliæ libidines, quicquid dicat Ioan. Andr. vt ibi dixi. Non obſt. dicta in proxi. quæſt. quia loquuntur, quando ducendo vxorem concubinam dimiſit, vt ibi dixi. Iſta loquũtur, quando retinuit. & ideo ſi repulſa vna concubina aliam ſuperinduxit vnicam, filij erunt naturales. Iſte eſt ſenſus iuriũ ſupra allegatorum, ſecus ſi inuicem plures retineret.

Vltimo quæro, an hæc legitimatio fit legitimis extantibus aliis. dico quod ſic de iſta & de ea quæ fit per curię oblationẽ vt in d. §. generaliter. & in Auct. de inceſt. nup. §. dubitatum. præter quam ſi ſint nati ex ancilla, vt in Auc. de trien. & ſemi. §. fina. & not. Iaco. de Belui. Inſti. §. dubitatum. Modo eſt expedita cauſa materialis vel ſubiectiua, quantum nouit modicitas ingenij mei.

Venio igitur ad cauſam formalem.

S V M M A R I V M.

1 *Matrimonium ſubſequens eſt cauſa cauſans legitimationem.*
2 *Dos vel nuptialia inſtrumenta, an requiſita in legitimationibus.*
3 *Matrimonium ſine dote eſſe, an poſſit.*
4 *Dos & dotale documentum in illuſtribus, an requiratur.*
5 *Inſtrumenta ad eſſe matrimonij an neceſſaria, & quid de legitimatione. numero 7.*
6 *Humiles olim, quomodo matrimonia contrahebant.*
9 *Principale derogatum in materia correctiua deſtruit eius conſecutionem.*
10 *Ancillam & eius liberos manumittere, an ſit neceſſe antequam legitimentur.*
11 *Conſenſus filij, an ſit opus accedere in legitimatione. Et quid de patris conſenſu.*
12 *Filij legitimandi, an teneantur præſtare conſenſum poſt mortem patris vel in vita.*
Rat. habitio præſtita. tempore, quo actus geri non poſſit, an quicquam operetur.

De cauſa formali legitimationis.

Venio ad examinandam ipſam cauſam forma-
1 lem, † & quia matrimonium ſubſequens eſt cauſa cauſans ipſam legitimationem, igitur omnis defectus exiſtens in eo, eſſet etiam defectus ipſius cauſati, cum poſito conſequenti de neceſſitate dari debeat antecedens. ff. de procu. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. & ideo omnes quæſtiones, quæ verti poſſet circa ſubſtantiam & ſolennitatem ipſius matrimonij, eſſent hic examinandæ: tamen omittam, tantum aliquib. particularibus dubiis formam & eſſe ipſius legitimationis tangẽtibus ſubnectens, de aliis remittens ad no. per Ioan. Andr. in Sum. per eum edita, de ſpon. & mat. vbi tractat de eius ſolennitate ſeu effectu, & bono. Particulariter igitur in iſtis legiti-
2 mationibus conſueuit dubitari, † an dos vel nuptialia documenta, ſeu inſtrumẽta requirãtur nuptialia. Et primo q̃d dos interuenire debeat, probant omnia iura, quę dicunt quod debent interuenire dotalia documenta, ſed ipſa non poterunt interuenire niſi aliquantulum dotis ſubſit. ergo debet dos interuenire. tex. videtur in d. §. ſi quis igitur dotalia. quibus modis nat. effi. ſui. Item rubrum & nigrum de filiis ante inſtrumenta dotalia natis, & maxime ibi tex. dotium celebrans. & Inſti. de nup. § fi. & hanc practicam modicæ dotis dando, vt hoc euiteretur dubium, ponit glo. in l. imperialis. C. de nup. circa me. in verbo, dotalibus. ego tamen oppoſitum credo: cum enim matrimonium ſit cauſa efficiens & mediata huius legitimationis, vt extra qui filij ſint legi. c. a. tanta. matrimonium
3 ipſum ſufficit & ſine dote, † cum matrimonium ſine dote eſſe poſſit. pro hoc videtur tex. in l. nuper. & l. cũ quis. C. de natu. li. dum dicunt nuptialia documenta ergo non præciſe loquitur de inſtrumentis dotalibus, licet ſi dos interueniat, debeãt eſſe inſtrumenta dotalia. & ita loquuntur contraria. hoc probatur in Auc. vt li. decæte. § ſi quis autem. verſi. vt ſi cui. hoc ſenſit glo. in auc. ſed nouo iure. C. de nup. & hoc fuit etiã de mente tex. in l. imperialis. ibi, dummodo non ſine ſcripto, tantum ſcripturam ponderans debere interuenire, licet poſſet eſſe & nuptialis, & dotalis non præciſe dotalis tantum, & hoc credo verum tã de rigore iuris ciuilis quam ex diſpoſitione canonica, in inferioribus tamen ab illuſtribus.

4 † In illuſtribus vero omnino requiritur & dos & dotale documentum, vt in Auct. quibus modis nat. effi. legi. §. & illud quoque. ver. & in maioribus. quod poteſt eſſe verum de iure ciuili. & ita ſaluatur glo. l. imperialis. De iure autem canonico etiam ſi dos non interueniat inter ipſos illuſtres, credo matrimonium valere & filios legitimari, vt dico in ſimili de inferioribus facientibus ſine inſtris nuptialibus facit in Auct. vt liceat matri & auiæ. §. ad hæredem. Sed dubium maius eſt, an requirantur ad eſſe illius legitimationis inſtrumenta nuptialia ſeu dotalia omnino. glo. inſti. de nupt. §. ſi dubitata. & Inſti. de hære. quæ ab inteſt. §. 1. & in auc. maximis. C. de nup.
5 & vbique, vbi glo. tangunt, concludunt † quod ad eſſe matrimonij ipſius non ſit opus inſtrumentis, nam ſolo conſenſu fit. l. ſi vicinis. C. de nup. in Auc. de nup. §. nuptias. ſed ad eſſe ipſius legitimationis, ipſis opus fore dicit. hoc probat tex. in §. generaliter. in fi. & in §. ſi non ſolummodo. qui probant q̃ confectio inſtrumentorum ſit cauſa præſtans legitimationẽ. hoc etiam probatur in d. §. dubitatum, dum dicit, ſolum contentus dotalium documentorum confectione. hoc probant omnia iura de hoc loquentia l. cum quis. & l. nuper. Sed contra conſulentes Dominus meus Do. Bar. de Salic. & genitor meus dicunt, quod hoc eſt de iure ciuili, ſecus de iure canonico, quod eſt vbilibet obſeruandum. Idem dicit ſic conſuluiſſe Dominus meus, Do. Anto. de Bur. quem ego ſequor iurib. & rationibus multum amplis. Et primo præmitto quod propter fraudes, quæ fiebant in probatione matrimonij, & per cõſequens in legitimatione, ius induxit quod illuſtres & ſuperiores haberent contrahere cum dotalibus documẽtis, alias ma-
6 trimonium non probatur. † Alij vero humiles cum ſcriptura trium teſtium contrahere debent, & aliter humiles contrahebant, vt in Auc. quibus modis nat. effi. legi. §. illud quoque. & vt lice. mat. & auiæ. §. quia vero legem. alias erat eſſectus in eſſentia matrimonij, vt probat tex. illius ritu. quib. modis nat. effi. legi. & idem erat quando contrahebatur cum liberta, vt vult expreſſe tex. in Auc. vt lib. decæte. §. ſi quis autẽ libertam. hoc probat d. l. imperialis. verſ. dumtamen. ita dico quod eſt in iſto matrimonio contracto cum ea, quæ ſtetit in ſchemate concubinæ, vt non valeat vel non probetur, niſi productis inſtrumentis dotalibus vel nuptialibus, quibus probetur affectio concubinalis tranſiuiſſe in matrimonialem, vt d. l. cum quis. & l. nuper. pro quo. ſ. debeat probari ipſum matrimonium & eius eſſe per inſtrumenta, vt tex. in Auc. vt lib. decæte. §. ſi quis autem libertam. ver. vt ſi cui. dum dicit oſtendi vxorem eſſe mulierem & libertam documentorum nuptialium confectione quaſi aliter non probetur, nec in effectu ſit matrimonium. & hoc tenuit Placen. & hoc ſequitur Dominus meus Do. Bart. de Sali. & quidam Doct. egregius, D. Lau. de Pon. Alias ſi ſecus diceremus, videremus eſſe matrimonium, & tamen filios ſaltem naſcituros non eſſe legitimos. quod eſſet impoſſibile & monſtruoſum, & cõtra l. filiũ.
39 Quid plura, †& nunc tertium decido,ſuppoſito quod traheret̃ retro iuris fictione ,
vt dicet̃ etiam quãtum ad effectum genituræ primogenitus
legitimus:tamen adhuc credo a ſtatuto vel conſuetudine nõ
vocari per iura pro hoc alle. Non ob.primum argumentum,
quia fateor quod eſt fauorabile,ſed clarum eſt ꝙ cum ſit con
tra ius commune ſcriptum vocans ad parentum ſucceſſionẽ
æqualiter filios,certè non extenditur hominis interpretatio-
ne,iuxta no.per Doct.in auc.quas actiones.C.de ſacroſan.ec-
cl.pro hoc,quod no.Bar.in l.ſi conſtante.in 9 q.ſol mat.vel ſi
extendit̃ habet locum , vbi ſit idem fauor & rationis identi-
tas , ꝙ non eſt hic, cum iſte non fuerit verè legitimus, & di-
ctum ſit,non ſuccedat filius ancillæ cum filio liberæ & natus
ex cõcubina vel aliter inceſtuoſo cum filio ex vxore.Nõ ob.
ꝙ eſt Principis beneficium.ergo latè,&c.quia illud verũ ſine
præiudicio alieno.l.j.§.ſi quis a Principe.ff.ne quid in loco publico.

40 Ad ſecundum dico,† ꝙ fictè talis nullo mo do comprehendit̃ a verbis le
gis in perſonam loquentis.ita no. in l.1.§.deieciſſe. de vi & vi
arma.& d.l.ſi quis id quod.§. fin.pro hoc quod no. Bar.in l ſi
verum. §.non dixit.ff.de acquiren.hære.ſi ergo non ſunt ver
ba apta comprehendere,non fit extenſio,etiam ex identitate
rationis,ſecundum veram opinio.& communem.Non obſt.
tertium,quia illud quod eſt ex mente, conſtat ex ipſa.l.vel ali
ter ſpecialiter ſcripta, vt voluit glo.in d.l.non dubium . Iſtud
eſt quod dicunt illæ glo.in c.j.de rerum permu.in 6.& in cle.
auditor.de reſcri Vbi autem interpretatione hominis mens
colligitur,puta ex aliquo communi vſu gentium vel natura-
li,vt notanter dixit Cyn. in d.l non dubium. C. de legib.tunc
talis interpretata ratio non eſt ad caſum verbis non compre
41 henſum extendenda , † quia non licet homini etiam ſi fauet
æquitas,contra ius ſcriptum interpretari.d.l.2.C.de legi.hinc
fuit de mente Bart.in l.liberorum. de verbo. ſignifica. quæro
an excluſa filia excludatur nepos. Vel poſſum reſpondere ſe-
cundum quod notanter dixit Dominus meus , Dom.Barto.
de Saly.in l.curatoris.C.de negocijs geſtis Nam tunc quan-
do conuenit mens legis , ipſa. l. extenditur , ſi mens ſpe-
cialis

cialis legis conueniat, & tunc ad eaſum ſimilem datur actio directa. iſtud probatur in d.l. 1. vti poſſi. nam intentio ſeu ſpecialis mens prætoris fuit ibi facere differentiam inter mobilia & immobilia. licet ergo exprimat de caſibus mens ſpecialis concurrit etiam ad fundum, qui eſt quid immobile. ergo ad fundum fit extenſio, & tunc ſuccedunt argumenta in contrarium facta, quia vbi eſt mens legis, ibi & ipſa lex. vbi autẽ mens legis eſt generalis interpretata per aliquem non quæ colligitur ex ratione legis, quæ idem eſt quod ipſa lex, & tũc ſi fit extenſio, datur vtilis actio. & ita ſaluat ibi gl. contra Docto. quia mens ſpecialis prętoris fuit prouidere contra voluntarium geſtorem. Sed habita generali ratione legis, quæ fuit prouidere contra omnes geſtores, datur vtilis actio, quæ facta extenſione a legiſlatore, cui licet, non tamen alijs liceret. Ita in propoſito mens ſpecialis fuit prouidere primogenitis legitimis. ſed cum etiam legitimatus ſit primogenitus, & demum legitimus mente generali videtur comprehendi, qua prouidetur primogenito.

42 † Sed ex iſta mente dico non fieri extenſionem ab aliquo quàm legiſlatore, ergo non comprehendetur. & hæc doctrina eſt ſatis eadem cum prima, licèt per alia magis obſcura verba pro qua facit l. penul. ff. ſi qua. pau. fe. dica. Non obſtat quod fictum etiam in ſtatutis comprehenditur, quia hoc falſum per no. in l. 3. §. hæc verba. de nego. geſt. Nec obſtat l. 1. §. deieciſſe. & l. ſi quis id quod. §. fin. quia extenſio ad fictum fit auctoritate alterius legis extendentis, ab alio non. ita no. Bar. in d. l. non dubium. & ita intelligit d. l. ſi quis id ꝙ. vel dic ꝙ fit ad fictum extenſio in caſibus ſupra notatis, vbi apparet vel conuenit ſpecialis mens ſcripta. Non obſt. opinio Archid. & Do. mei, quia non tenetur communiter per Docto. antiquos vel modernos, vt de hoc latius dixi in repe. l. quod verò. ff. de legi. in materia extenſiua.

His igitur deciſis, venio ad principalẽ quæſtionẽ, quæ ſatis per prædicta eſt clara. Et primò, an primogenitus naturalis excludat ſecundogenitum legitimum, & in hoc ſic dico.

43 † Aut ſtatutum habet à loci conſuetudine interpretatam mentem, vt intelligatur de genito etiam naturaliter, vel econuerſo. & illud attendam. l. de quibus. & l. de interpretatione. ff. de legi. Si autem nullã habet interpretationem a loci conſuetudine, tunc dico inſpicienda verba. Si enim dicunt, primogenitus ſuccedat, certè naturalis demum legitimatus ſuccedet per dicta in primi dubij deciſione. Si aũt dicunt, primogenitus legitimus, tunc genitus legitimus ſuccedit, qa ſtatutũ dicendo, primogenitus legitimus, requirit cõcurſum amborum ante alios genitos, vt ibi dixi in d. deciſione primi dubij huius quæſtionis. & hoc vbi concurrit legitimè genitus & naturalis primogenitus. vbi autem concurrunt plures naturaliter nati demum legitimi per acceptionem matris effecti, tunc ſtante ſtatuto quod legitimè geniti ſuccedant, credo nullum eſſe potiorem. Sed omnes inuicem concurrere tanquam iſte caſus non ſit præuiſus a ſtatuto. & ſic remanet in iuris diſpoſitione communis ſecundum Docto. nullus enim genitus eſt legitimus, quod ſemper intelligo niſi conſuetudo loci aliter interpretetur. Idem dico de natis ex pluribus concubinis poſtea per patrẽ legitimatis ipſas accipiendo in vxores ordine ſucceſſiuo. Vbi autem eſſent nati ex eadem matre, tamen aliquis natus naturalis, aliquis poſt matrimonium legitimus, tunc credo ſecundo loco natum legitimum vel genitũ præferri naturali nato, videlicet ante legitimato, quia non fuit natus legitimus, licet Ioan. And. in d. mercuriali. in hoc dubio ad finem, videatur ſentire oppoſitum. vbi autem non diceret legitimè natus, ſed tantum primogenitus vel primonatus, tunc credo indiſtinctè, primonatum naturaliter vel genitum ante alios, etiam ſi ſit poſt legitimatus, admitti per iam dicta. ita intelligo hãc notabilem quæſtionem, ſaluo ſemper iudicio meliori. Non obſtat l. filio quem pater, vel l. j. de dig. vt no. Io. And. in d. mercu.

De matrimonio putatiuo.

Viſum eſt, quantum attinet ad vtranque cauſam veri matrimonij ſupereſt vt videamus

1 de matrimonio putatiuo, † an habeat hanc potentiam deducendi quem ad ius legitimum. Sed pro euidentia præmitto, quòd nati ex matrimonio, in quo ſubeſt aliquod iuſtum impedimentum, dummodò clandeſtinè contracto, ſunt ſpurij, vt no. extra de clandeſt. deſpon. c. cum inhibitio. ſecus autem ſi in facie eccleſiæ ſit cõtractum, vt extra qui filij ſint legi. c. ex tenore. etiam ſi in matrimonio detegatur impedimentum, nam ſunt legitimi. Sed hic ſtat dubium, pone quod habui aliquam concubinam, cum qua non poterat eſſe matrimoniũ, vt quia viro coniuncta, vel erat in tertio gradu, tamen ignorabam: demum ipſam accepi in vxorem, putans poſſe, an filij ante nati legitimentur? videtur quod non, quia ſunt ſpurij, cum illa non potuiſſet eſſe concubina, nec vxor.

2 † Contrarium decidit glo. ſingu. in c. tanta. qui fil. ſint legi. In fi. primæ gl. Sicut enim defectus in matrimonio putatiuo non reddit filios non legitimos: ita etiam defectus in concubinatu non impedit, etiam ſi ſit in matrimonio poſtea deductum. pro quo facit eodem tit. c. quod nobis. & quod dicam proxi. quæſt. quam deciſionem ſequitur Do. meus, Do. Anto. de But. eſt tamen fortis determinatio, vt extendamus c. ex tenore, etiam vbi adiungitur defectus in concubinatu, vt eſt gl. in c. non omnes 32. quæſt. 2. inſto tamen in hoc cum iſtis propter auctoritatem. Sed quæro, aliquis cõtraxit matrimonium cum aliqua, cum qua erat impedimentum, tamen contraxit clandeſtine, & in clandeſtinitate filios ſuſcepit, vel concepit: demum facta eſt approbatio matrimonij in facie eccleſiæ,

3 † an filii nati in clandeſtinitate legitimabuntur per ſubſequẽs matrimonium putatiuum detecto impedimento? Quidam, vt Hoſtien. dicit, genitum in clandeſtinitate natum in cõprobatione, eſſe legitimum. Alij dicunt nec natos in clandeſtinatione, vel conceptos poſſe legitimari. communis opinio Modernorum eſt, quod nati in clandeſtinatione vel concepti ſecuta demũ approbatione in facie eccleſiæ legitiment etiam ſecuta poſtea detectione impedimenti, caſum dicunt in cap. quod a nobis. qui filii ſint legi. pro quo facit. ff. de ritu nup. l. qui in prouincia. Nam diuturnitas temporis & numerus liberorum & alia ibi conſtituunt prolem legitimam non obſtante iuris ignorantia. In his tamen credo ſtandum dictis Canoniſtarum, cum hoc procedat ex matrimonio, quod eſt cauſa ſpiritualis. vnde tantum ſufficit ſi eſt in eccleſiæ facie contra-

4 ctum. † Nec obſtat prædictis, l. Paulus. ff. de ſtatu hom. quia loquitur, quando ſciebant ambo vitium. ſecus ſi vnus ignoraret, vt d. c. ex tenore. & factum fuiſſet in facie eccleſiæ. & hoc eſt indubitatum de iure canonico, quod vnius coniugis ignorantia contracto matrimonio in facie eccleſiæ, eſt ſufficiens ad faciendos filios legitimos vtrique parenti, quod procedit etiam de iure ciuili, ſecundum Iac. de M. vt no. Doct. in l. qui contra. C. de inceſt. nupt. vbi Cy. & aliqui videntur dicere, ꝙ quo ad ignorantes tantum ſunt legitimi. Et hoc videtur ſequi Bald. in l. auunculo. ff. de condi. ſi. can. Sed vide Bald. in l. qui contra. C. de inceſt. nupt. nam credo quod ſint etiam de

5 iure ciuili, & in eius foro legitimi, ſint quo ad vtrunq; forum, ſi matrimonium eſt in facie eccleſiæ contractũ, † quia diſponere de matrimonio ſpectat ad ſolum Pontificẽ, & ſic de venientibus in neceſſariam conſequentiã. l. 1. de condi. indebi. Sed poteſt dubitari, quando dicatur in facie eccleſiæ contractum? Quidã dicunt, coadunatis vndique conſanguineis & amicis, vt faciunt communiter Itali ad eccleſiam. & hoc argumento l. ſi vicinis. C. de nup. Alij dicunt, obſeruata ſolennitate bannorum, de quibus in c. fi. & in hac opinione reſidet Ioan. And. & Innocen. in d. c. ex tenore. & de clande. deſpon. cum inhibitio. & ita credo & iſti filij illud habent quod legitimati per uerum matrimonium. Et ideo in iſtis amplius non inſiſto.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium putatiuum, an habeat virtutem deducendi ad ius legitimationis.*

2 *Spurij, an dicantur qui ex matrimonio clandeſtino naſcuntur.*

Intellectus & extenſio ad c. ex tenore, qui filij ſint legi.

3 *Nati in clandeſtinitate, nunquid legitimentur per matrimonium putatiuum ſequens detecto impedimento.*

Tempus & numerus liberorum legitimant prolem, non obſtante iuris ignorantia.

4 *Intellectus l. Paulus ff. de ſtatu hominum.*

5 *Pontificis ſolius eſt de matrimonio diſponere.*

Matrimonium, quando dicatur contractum in facie eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Filius ex muliere, cum qua matrimonium eſſe poteſt, nominatus per patrem in teſtamento vel inſtrumento, non addendo naturalem, an ſit legitimus.*

2 *Legitimandi iura Principi tantum conceſſa.*

3 *Verba legitimationi apta, quomodo proferenda & quando.*

4 *Probatio facta de filio, an conſtituat filium in quaſi poſſeſſione filiationis*

5 *Ius ſuper orta diſceptatione, an quis ſit legitimus, quid induxit.*

Diſpoſitio Authen. vt liceat ma. & auia, quid ſuper legitimatione ſtatuit, num. 12.

6 *Præſumptio vna tollit aliam.*

7 *Pater tenens ingenuam vt concubinam, & proferens verba quòd vult aliquem ex filijs, an faciat filios præſumere retro legitimos.*

8 Actus contrarius legitimationi, quando procedit, impedit præſumptionem matrimonij.
Intellectus. §. his qui ſolummodo. in Auc qui mo nat effi. legi.
Præſumptionem ſequentem factum ſequens tolli facit.
9 Lex præſumptionem non colligit, per quam quis ad infamiam ducitur.
10 Filij nominatio quandocunque prolata, an præſumat legitimationem.
Verba enuntiatiua, an diſponant.
11 Probatio in contrarium, an admittatur contra præſumptionem filiationis legitimæ.
13 Legitimatus per ſubſequens matrimonium, an rumpat teſtamentum, ſi ſit præteritus.
Legitimatus ſequente matrimonio, an admittatur ad ordines de iure canonico.
14 Filiationis teſtimoniũ ĩ teſtamẽto, an dari ſufficiat ut legitimationẽ ĩducat.
15 Pater nominans unum ex filijs filium, reliquos ex eadem matre naturales, an inducat præſumptionem legitimationis.

De matrimonio præſumptiuo.

Vltimò eſt videndum de matrimonio præſumptiuo, & erit finis huic libello.

1 † Primo pro eius liquidatione præmitto, quod quando pater habet filium ex muliere, cum qua nuptiæ eſſe poſſunt, nominando eum filium in teſtamento vel inſtrumento publico vel priuato, dummodò manu trium teſtium ſubſcripto, nõ addendo naturalem, talis filius legitimus eſt, vt dicit tex. in Auc. vt lice. ma. auiæ, §. adhæc. C. de natu. libe. auc. item ſi quis. igitur pro intellectu huius quæro, quia tex. dicit ꝙ filius talis eſt legitimus, an ſit legitimus, quia ſic natus & ſic olim & ſemper fuit etiam legitimus; an per iſta verba nouiter ſit legitimus. Communiter omnes ſcribentes, licet ſuper hoc parum ſcribãt, videnĩ dicere quod per iſta legitimentur. hoc ſequit̃ Bar. in d. auc. item ſi quis. & clarius in quadam diſputatione, quam facit ad intellectum illius auc. quę incipit, habẽs

2 filium. † In contrarium videt̃ facere, quia non eſt credendum quod lex velit permittere patri per talem ſimplicem verborũ prolationem iura legitimandi, qui tantum Principi reſeruantur, & ſunt in Auc. qui. mo. na. effi. ſui, in §. fin. item quia contra hoc videt̃ expreſſum in §. ſi quis vero ſolummodo. quib. mo. na. effi. legi. vbi licet pater dicat velle habere legitimos ſucceſſores filios, non per hoc legitimant̃, ſed habent Principi ſupplicare. Præterea non eſſet opus quaſi alijs legitimationibus quòd nullatenus eſt. Quidam dicunt, quod dicendum eſt præter illum tex. quod iſte filius eſt legitimus, nec indiget alia approbatione, vt in d. §. ad hoc. dicit enim, ꝙ præſumit̃ cum matre contraxiſſe matrimonium. ergo vult tex. ꝙ per iſta verba probet̃ filius & legitimus ab initio fuiſſe, nõ autem hodie conſtituat̃: nam iſta verba inducunt præſumptionem vehementem, ꝙ ante matrimonium interceſſerit cum matre. & hoc ſatis glo. ſentit in c. per tuas. extra qui fil. ſint legi. In glo. ibi, item ſi pater filium in publico inſtrumento, &c. & ita credo quod per iſta verba inducat̃ præſumptio & probatio m̃rimonij cum matre retro habiti, & ſic per conſequens legitimati. pro hoc facit quod dicam in proxi. q. credo tamẽ, & in hoc ſaluo opinionem aliorum, ꝙ ſi dicta præſumptio in tempore retro non poſſet colligi per expreſſionem iſtorũ verborum, ꝙ quando ſit dicam infra 2. q. ꝙ tunc ſi tpe prolatorum verborum poſſet talis colligi præſumptio contra matrimonium nuper, & præſumetur ſicut matrimonio vero ipſe filius legitimaret̃. Ita per iſtud præſumptiuum ꝙ præſumit̃ interceſſiſſe, & eſt vtile, quia in primo caſu probabit̃ ꝙ ſemp fuerit verè & propriè legitimus. & ſecundo demum a prolatione verborum vel a tempore quo caſſauit cauſa impeditiua huius præſumptionis colligendæ.

3 † Sed vltra pro intellectu huius legitimationis quæro, an vt iſta verba effectum p̃ſtent, eſt opus ea proferri aliquo tpe limitato, vel ſufficit quolibet tpe? Bar. dicit in d. diſputatione, ꝙ debent proferri tali tpe, quo matrimonium poſſit contrahi cum muliere: aliàs ſi eſt mortua, vel alias inhabilis ad ipſum, nil prodeſſent iſta verba, nec aliquid inducerent. probat̃ præt. in d. §. ad hæc. qui dicit, nuptiæ eſſe poſſunt, & ſic ſignificat poſſibilitatem poſſe adeſſe tpe prolatorũ verborum. p hoc, l. ſi tertius. de cond. ob cau. coniuncta gl. ſi. de hoc vt̃ caſus in Auc. quib. mo. na. effi. leg. § ſi vero ſolummodo. vbi pt̃, qui matris copiã non potuit habere ad m̃rimonium, dicendo filios velle legitimos ſucceſſores, efficiunt̃ ſi filij à Principe impetrãt. non. n. probatio paterna iſtos conſtituit iſto caſu legitimos. Concludit ergo, ꝙ non operant̃ verba, niſi tpe apto ad matrimoniũ. vnde ea muliere defuncta vel monaſterium ingreſſa vel alteri nupta, nõ operant̃. Sed certe contra iſtam determinationem eſt glo. in d. § ſi verò is qui ſolũmodo. in ea parte, quæ incipit, hoc acci pe. vbi intelligit glo. illum §. quando pater eos naturales nominauit. Si autem talis non eſſet facta nominatio, tunc concludit glo. ꝙ in caſu illius. §. qui loquitur in caſu, quando tempore prolatorum verborum non poterat eſſe matrimoniũ, filij legitimarentur. Sed dictum Bar. forte procederet, quãdo nouiter legitimarentur. Sed cum in caſu noſtro dixerim ſupra, proxi. q. ipſum probari legitimum regulariter non legitimari, ſequitur ꝙ oportet probationem inſurgere, ita mortua

4 uxore verbis prolatis, ſicut ea viuente. † Nam probatio facta de filio principaliter pp ſe, vt fieri debet in caſu noſtro, vt infra dicam, conſtituit filium in quaſi poſſeſſione filiationis, vt l. ꝙ Senatus. & ibi not. ff. de liber. agno. l. fi. ff. de probat. Sed ad iſtam quaſi poſſeſſionem cauſandam non video ꝙ requirat̃, quod ſit poſſibile, tunc poſſe contrahi matrimonium, ſed an poterat tempore quo habuit mulierem vel liberos. & quod per iſta verba ſic prolata non inducatur legitimatio, ſed probatio matrimonij, videlicet ꝙ intereeſſerat, vt dixi. 1. q. probatur & fortius, nã de iure ciuili licet nuptiæ ſolo conſenſu contrahantur, vt in Auc. de nup. §. nuptias. tamen pp fraudes quę fiebant filii naturales probando præſumptiuè matrem ut dominam fuiſſe habitam probant matrimonium, & ſic ſe legitimos dici. Item induxit ius ꝙ orta diſceptatione, an quis ſit legitimus poſt mortem debeat probari probando matrimonium contractum apud ædem ſacram cum teſtibus & ſacerdote. In hæreditate autem aliam formam probandi dedit, vt hæc habentur, qui. mo. na. effi. legi. §. id quoque. Sed poſtmodum ſuperuenit diſpoſitio Auc. vt lice. ma. & auiæ, quæ venit ad limitandum d. §. id quoque. vt tenet in d. tit. vt lice. ma &

5 auiæ. § quia vero legem. † & inter cætera voluit ꝙ pater nominando filium non dicendo naturalem ꝙ tunc pręſumatur fuiſſe matrimonium & filium eſſe legitimum, aliã probationem non requirens. patet ergo p illa verba filium non legitimari, ſed probari legitimũ, ꝙ poteſt contingere duobus modis, vt legitimus probet̃, vel quia præſumat̃ ab initio habuiſſe matrimonium cum matre, ꝙ procedit quando aliqua alia non eſſet præſumptio ab initio contraria impediens hãc pręſumptionem retro matrimoniũ colligi. Alio modo, quia p̃bat̃ hodie contraxiſſe matrimoniũ. Modò ad propoſitũ quęſtionis redeo, ꝙ ſi dubium ſuit an mulier fuerit vxor vel concubina, & ſic per conſequens filius legitimus, vel non, tũc dico ꝙ pater proferendo talia verba pp ſe facit probari filiũ ab initio fuiſſe legitimum. Nã præſumitur cum matre habuiſſe matrimonium ſolum, ergo eſſet inſpiciendum an ſi dicto tpe natiuitatis filij potuit eſſe matrimonium, cũ ad illud ſe refert iuris diſpoſitio, nec opus eſt iſto caſu matrimoniũ poſſe conſiſtere de præſenti. & ideo mortua muliere vel monachalem habitum adepta inducetur. Ita intelligo glo. in d. §. ſi verò is qui ſolummodo ꝙ eſt verũ, niſi mulier eſſet impedita ad matrimonium tali facto quod faceret impediri præſumptionẽ poſſe colligi de præterito, vt quia alteri nupta poſtmodum, vt dicam ſecunda proxima quæſtione. & ita intelligitur Bar. ſi autem volumus dicere, quod tempore prolatorum verborum per iſta verba, videatur cũ mubere matrimonium contraxiſſe, eo quia anteriori tempore erat aliqua præſũptio contraria, quæ impediebat anteriori tempore colligi talem præ-

6 ſumptionem matrimonij, quæ quales ſint, ſtatim dicã. † Nam tollit vna pręſumptio aliã, vt l. diuus. de in integ. reſt. tũc opus eſt quod mulier ſit habilis ad matrimonium tempore prolatorum verborum & ita intelligitur Bar. & ita poteſt intelligi §. ſi verò is qui ſolummodò. non enim ſufficiebat probari ſola præſumptio matrimonij per caſum l. in liberæ, de ri. nup. & l. in concubinatu. de concubi. ſed erat opus probatione. d. §. illud. Non obſtat tex. qui dicit in corpore quod poſſunt, quia in libro nouellarum & Codicis eſt tempus pluſquam perfectum. Nec etiam ob. d. §. ſi verò is, qui ſolummodo. qui loquitur ſecundum glo. quando pater dixit filios naturales, vel ibi præceſſit factum, quod impedit præſumptionem colligi, de quo videndum eſt in c. per tuas. qui filij ſint legi.

7 Quæro vlterius ad hanc declarationem. † Aliquis accepit mulierem ingenuã, cum qua nuptiæ eſſe poſſunt, tamen cum proteſtatione ꝙ vult eam vt concubinam. deinde ſpatio temporis profert iſta verba dicendo, aliquẽ ex filijs filiorum, non dicendo naturalem, an filij tales præſumentur retro legitimi tanquam pręſumatur ab initio matrimoniũ cum eorũ matre habuiſſe? credo quod non, nam iſtam præſumptionem colligi ex verbis impedit proteſtatio, ſicut præſumptũ matrimonium, quod alias a l. inducitur. vt l. in liberæ. de ritu nupt. per iſta verba impeditur. no. in l. in concubinatu. ff. de concubi. Ita & hic talis præſumptio impedietur. dico tamen quod muliere viuente per talem confeſſionem factam pręſumetur receſſum nuper a priſtina proteſtatione extante muliere habili ad matrimonium, vt tamen de præſenti contractum. & ſic filij per hoc efficientur legitimi, ſicut fierent verè ipſo matrimonio ſubſecuto, & hoc ultimum ita intelligit Bar. & communiter ſcribentes.

Sed

8 Sed iuxta hoc quæro, † pone ꝙ ſunt iſta verba prolata, demum mulier cum alio contraxit vel ante cõtraxerat, an præſumetur legitimus? dico ꝙ non, quia ſi actus procedit cõtrarius, talis præſumptio colligi impedit. de hoc eſt caſus, c. per tuas, qui fil. ſint legi. hoc modo poteſt intelligi in Auc. quib. mo. natu. effi. legi. §. ſi vero is qui ſolummodo, & quibus mo. natu. effi. ſui, §. illud tamen. Nec obſt. ibi glo. quæ dicit, quòd ideo ibi non oritur præſumptio, quia ibi nominauit naturales, quaſi velit ſecus eſſe ſi non nominauit, quia poteſt verificari in aliis caſibus illius §. vt ſupra dixi, vtputa quia erat mortua, quia tale impedimentum non tollit quin retro potuiſſet eſſe matrimonium, vel quando eſt ingreſſa religionem, ꝙ impedimentum de præterito ſimiliter non obeſt, ſecus vbi eam non potuiſſet habere honeſtè, vel eſt iã alteri nupta, quia nõ procederet illa glo. pro hoc quod dixi in antecedentibus q. idem dico ſi ſequitur impedimentum, quia alteri poſtea nubat. probatur in l. ſi is qui adulterii. C. de adulte. vbi ſequens factum, facit tolli ſequentem iuris præſumptionem, & in hoc vltimo dicit Dominus meus in d. auc. ſe conſuluiſſe. idem dico, ſi matrimonium non potuiſſet contrahere, quia eſſet ſibi verecun
9 dum apud bonos & graues mrimonium contrahere. † Nam non eſt legis velle colligi præſumptionem, per quam quis ad infamiam duceretur. & hoc tenet Bar. in d. diſputatione, habes filium. pro quo vr casus in d. §. ad hæc. dum dicit, nuptiæ honeſtæ eſſe poſſunt. melius facit in Auc. qui. mo. na. effi. legi. §. ſi quis ergo nõ habens. Sed iuxta prædicta quæro, an cuicũq; mulieri, quæ vxor eſſe poſſit, iſta verba ſufficiant? Rñdeo ꝙ non: ſ. tantum in ea quæ ſtabat in figura matrimonii vel concubinatus. & hoc ſonat tex. dum dicit, naturalem. & ſic de tali filio loquitur, qui naſcitur ex ea quæ ſtabat in figura matrimonii vel concubinæ. & hoc tene Bar. in d. diſputatione. pro hoc quia iſta iura legitimationum non participant niſi naturalibus legitimis vel naturalibus tantum. Alii enim ſunt indigni, vt in §. qui. mo. na. effi. legi. Vlterius quæro, an iſta nominatio filii præbeat hanc præſumptionem quandocunq; tale verbũ
10 proferatur? dicit Bar. in d. diſputatione ꝙ non. † Nam ſi ſint prolata ſimpliciter pp aliud, hãc præſumptionem non inducunt. oportet ergo ꝙ ſint ꝓlata principaliter pp ſe, & ideo nõ haberet locum ſi legando diceret, tali filio lego centum. pro hoc, l. epiſtola, ff. de pac. vbi pronuntiatio filiationis nihil operatur, quando emanat pp aliud. facit, quia verba enũciatiua iſto caſu non diſponunt, l. ex his verbis. C. de teſta. mili. pro hoc ꝙ notant Docto. C. de proba. l. non epiſto. ꝙ ego limito verũ, niſi ſint prolata pp aliud in caſu, in quo non conuenit, niſi in filio legit. vt l. quidam. ff. de proba. vnde patet inſtituendo vel exhæredando filium, cum hoc non conueniat niſi legitimo, loquor cũ inſtituendo in maiori portione, quàm ſit illa quæ debetur naturali, inducetur iſta præſumptio. Et hoc ꝙ præſumatur talis per iſta verba, no. Bar. de libe. agno. l. ꝙ ſenatus. vnde ſequor Bar. in hoc, ꝙ verba ſint prolata pp ſe non pp aliud, cũ
11 limitatio. prædictorum. † Sed hic quæro, an cõtra iſtam præſumptionem admittatur probatio in contrarium. Iacob. de Bel. in d. § ad hæc, ſingulariter multum tenet quod non. Nam per iſta verba dicit ipſe, ꝙ inducitur præſumptio iuris & de iure. pro quo facit tex. in d. §. ad hæc. qui non requirit a filiis aliam probationem. pro hoc, cap. tranſmiſſæ. qui filii ſint legi. Nam ſtatur aſſertioni parentum. Credo tamen, ꝙ illud non ſit indiſtinctè verum per c. per tuas. Nam iſta præſumptio poteſt euacuari probando ꝙ alia contraxit vel ſimilia, de quib. ſupra dixi. præterea eſt abſonum ꝙ in fraudem feudatariorũ vel fideicommiſſariorum talis legitimus ſic probaretur, quod in contrarium probatio non admitteretur. Credo tamen, & ita ſaluo Iac. de Bel. quod reſpectu ipſius proferentis & hæreditatis eius, ſit præſumptio iuris & de iure. Et ideo de iure ciuili ſi vellet cum alia contrahere, illa reluctante non poſſet, vt d. §. ad hæc. nam de iure ciuili ſtatur tali aſſertioni, vt ibi.

Sed quæro, an diſpoſitio illius auc. habeat locum aliis ex-
12 tantibus legitimis? Bar. quod non, † quod idem tenet gl. licet dubitando, in d. auc. item ſi quis probat, quia tantum in duobus caſibus legitimatio habet locum legitimis extantibus per curiæ oblationem vel per matrimonium, vt in Auc. quibus modis natura. effi. ſui, §. generaliter. ſed hic non eſt de illis, ergo Sed Iaco. de Bel. tenet oppoſitum in d. §. ad hæc. & credo ipſum melius dicere: nam per talem aſſertionem filii conſtituuntur ſaltem in quaſi poſſeſſione legitimationis, vt dicit dicta l. quod Senatus. & l. fi. ff. de probatio. & ita ideo donec communiter probatur iſte filius erit legitimus, nec legitimatur, ſed declaratur legitimus per matrimonium, quod præſumitur, & ſic non obſt. oppoſitum Barto. præterea argumentum debet eſſe æquale de præſumpto ad verum. Quæro vlterius, an talis filius rumpat teſtamentum in quo ſit præteritus?
13 † dico quod in caſibus, in quibus præſumitur ipſum retro fuiſſe legitimum, quos ſupra notaui, ille filius eſt propriè & verè legitimus. caſus eſt in d. §. ad hæc. Nam habet omnia, quæ habent filii verè legitimi de iure ciuili, & ſic rumpunt teſtamenta in feudo ſuccedunt, ſi in caſu noſtro contrarium non probetur. vbi autem præſumitur de præſentia prolatione verborum legitimus, tunc omnia habet quæ legitimati per ſubſequens matrimonium de iure ciuili habent. An autem ad ordines de iure canonico admitterentur, fortè quod non, quia aliam requirit probationem ad ipſum matrimonium probandum, tamen credo iſtam diſpoſitionem tenere & filii legitimentur non extante alia approbatione iuris canonici, & hoc ſeruant Canoniſtæ ſaltem in caſu noſtro, vt no. glo. in d. cap. per tuas. pro hoc quod dicam infra in quæſtio. an Princeps legitimet in terris imperii, in ſecundo libello, in cauſa efficienti.

14 † Sed quid ſi iſta verba ſunt prolata in teſtamento, quod poſtea irritatur vel præteritione vel ſimili cauſa, an valeat? Bar. in dicta diſputatione videtur tenere quod non. Sed Do. Bal. allegat contra eum caſum in l. fi. de iniuſto. Nam non ſolenne & ſolenne attenditur pro his, quæ dependent ex teſtamento, quod credo verius. Nam ſufficit ꝙ teſtimoniũ in teſtamento filiis detur, etiam ſi alia taxantur, vt d. §. ad hæc. & ſecundum hoc ipſi legitimarentur, & tamen tanquàm legitimi præteriti rumpent teſtamentum, & tamen valeret legitimatio, quod eſt notandum.

Vltimò quæro, quid ſi vnum dixit filium, alios ex eadem matre natos dixit naturales: an inducatur talis præſumptio?
15 † credo quòd non, quia ſequens præſumptio tollit primam, vt non poſſit colligi, vt ſupra dixi. Et hæc volo quòd ſufficiãt quò ad omnem cauſam omnis legitimationis, & ſubſtantiam quæ fiat per ipſum matrimonium. Et ſic ſit finis primo libro.

Explicit Liber primus Legitimationum.

SVMMARIVM.

1 *Papa non habet in mundo maiorem ſe.*
Papa, nunquid habeat poteſtatem legitimandi.
2 *Papa, an poſſit legitimare in terris imperii.*
Papa, vbi vult poteſt legitimare.
3 *Spiritualia ſunt maiora temporalibus.*
Papa ordinando non ſuppoſitum eximit illum a patria ac dominica poteſtate.
Papa quo ad ſpiritualia ſuppoſitum alienæ iuriſdictioni legitimat.
Legitimatio eſt voluntariæ iuriſdictionis.
4 *Legitimandi iuriſdictio eſt prorogabilis.*
Legitimatio non eſt iuriſdictio, quia non eſt poteſtas de publico introducta.
5 *Princeps dando territorium, an det ius legitimandi.*
Legitimandi ius eſt potius officium quàm iuriſdictio.
6 *Lex & priuilegium a pari potentia cauſantur.*
Legitimatio vera non eſt niſi in papa, & in quolibet territorio.
7 *Filii nati ex matrimonio inito inter filios duorum fratrum, ſunt legitimi de iure ciuili.*
8 *Princeps ſpurium legitimare, an poſſit.*
Papa poteſt iudicare propter magnum iuris dubium, etiam vbi alius iudex non eſſet inter non ſubditos.
9 *Diſpenſare contra legem, vel eam tollere, eſt iuriſdictionis.*
Legitimatio fieri debet parte citata.
Legitimandi ius ſoli Principi reſeruatum.
10 *Prorogandi ius ſolus non recognoſcens ſuperiorem.*
Legitimandi actus eſt magnæ poteſtatis.
11 *Papa legitimans ad ſpiritualia, an legitimet ad temporalia.*
12 *Intellectus c. per venerabilem, qui filii ſint legi.*
13 *Papa diſponendo, an legitimet filios ad vtrunque forum.*
14 *Iuriſdictio ſummi Pontificis, an ſit in ſacerdotio, an ſit in Petro.*
15 *Legitimatio, quando ſit contentioſæ iuriſdictionis.*
Iuriſdictionem contentioſam etiam inter ſubditos, quis extra territorium non exercet.
16 *Papa diſpenſare poteſt in gradu diuina lege prohibito.*
Papa legitimans non clericum & non ſuum ſubditum, de conſenſu ipſius facit ꝙ talis legitimatio valet.
17 *Papa, quando procedit diſpenſatiuè, cognoſcitur ſi vtitur verbo, diſpenſamus.*
18 *Papa, quando poſſit legitimare in radice matrimonii diſponendo.*
Legitimatio, quando retrotrahatur.
19 *Diſpenſare in radice matrimonii conſideratur dupliciter.*
20 *Papæ ſolus motus, quando habeat vim cauſæ.*
21 *Diſpenſatio ſola non legitimat prolem.*
22 *Voluntas in diſponendo contra canones, pro cauſa habetur.*
23 *Epiſcopus, an poſſit legitimare.*
24 *Diſpenſationis iura quis habeat, vbi duo epiſcopi contendunt.*

25 *Cæſar ſolus habet ius legitimandi.*
Cæſar, an poſſit legitimare in terris eccleſiæ.
Legitimatio reſtituit ad honores.
Leges imperiales & priuilegia in ſucceſſionibus attenduntur in terris eccleſiæ.
26 *Ius legitimandi, quid ſit.*
27 *Legitimatio eſt ſimilis arrogationi.*
28 *Papa in temporalibus, in terris eccleſiæ pleniſſimam habet poteſtatem ſine iuriſdictione.*
29 *Cæſar extra territorium non poteſt exercere iuriſdictionem contentioſam.*
30 *Imperator, licet dicat aliquem legitimari per matrimonium, tamen diſponit ſuper matrimonio, vel eius radice.*
31 *Lex generalis Principis, eſt à Papa approbata generali approbatione.*
Intellectus aut. item ſi quis, la 2. C. de natu. libe.
32 *Epiſcopus, ſibi parem facere non poteſt, imperator ſecus.*
33 *Imperator electus ante coronationem, an poſſit legitimare.*
34 *Imperij ius tranſit ab electione.*
Romanorum Reges ſemper imponunt manus ad imperium.
35 *Rex Francorum Chriſtianiſſ. an poſſit legitimare, & quid de alijs regibus. nu. 36. 37.*
Reges imperio ſubdi debent.
36 *Rex Francorum non ſubiacet Imperatori.*
38 *Spurij & naturales, an poſſint lege municipali legitimari.*
Legitimandi iura, vnde orta.
39 *Statuto fieri, an poſſit quod lege poteſt.*
Statutum & conſuetudo ſunt duo riuuli ab eodem fonte manantes.
40 *Conſuetudo ciuitatis & priuilegium Principis inſtar ſe habent.*
Spurius ratione illegitimationis hæreditate priuatur.
41 *Hæreditates ſunt de iure ciuili.*
42 *Statutum ratione peccati, an poſſit diſponere.*
Coitus omnis damnatus, præter matrimonialem.
43 *Hæretici, an poſſint conſuetudine ad eccleſiæ dignitates erigi.*
44 *Spurij, an poſſint per ſtatutum, aut conſuetudinem legitimari.*
Tranſitus in poteſtatem legitimantis per legitimationem fit.
45 *Principis conſenſus, cur in arrogatione requiſitus.*
Permiſſionis cauſa ceſſante, ceſſat permiſſi effectus.
46 *Iura ſuperioribus reſeruata, inferioribus minimè competunt.*
Princeps, nunquid legitimat ſpurios ſine clauſula derogatoria.
47 *Incluſio vnius, eſt alterius.*
48 *Argumentum à maiori ad minus, an procedat in iure.*
49 *Spurij redduntur indigni ab omni commodo bonorum paternorum.*
Spurij iure diuino prohibentur ſuccedere.
50 *Conſuetudo obuians iuri communi, non valet.*
Spurij excluduntur in pœnam patris.
51 *Ciuitates, vtrum poſſint manus in Principis reſeruata inijcere.*
52 *Romanus populus omnem iuriſdictionem contulit in Principem.*
Princeps in his, quæ ſibi ademit, non poteſt diſponere niſi de poteſtate abſoluta.
53 *Conſuetudo turpis, maximè contra legem, nullo tempore præſcribitur.*
54 *Præſcriptioni immemoriali ſæpe locus eſt.*
Populus non liber, vtrum poſſit diſpenſare ſuper iure ſuccedendi.
55 *Differentia inter legitimationem ſpuriorum & naturalium, an dari poſſit.*
56 *Legitimare conciuem extra territorium, an poſſit ciuis, cui legitimandi copia eſt facta.*
57 *Legitimare, nunquid poſſint qui a Principe poteſtatem habent.*

Liber ſecundus, de Legitimatis Principum clementia.

TRactatu explicito legitimationis, quæ fit ſubſequentia matrimonij: ſupereſt tranſitum faciamus ad illam, quæ fit Principũ clementia, nõ minus vtilem, & in hoc vſu forẽſi practicabilem, & in hoc ſoliũ ordinem ſequar. Primo quęrẽs de cauſa efficienti. Secundo de naturali vel ſubiectiua. Tertio de formali.
1 Quarto de finali vel effectiua, † quoniã ſummus pontifex maiorem ſe non habet in mundo, ab ipſo initium ſumã, quęrens de ipſo primum, ac poſteà de clericis alijs. Secundo deſcendam ad Cæſarem, de inferioribus ſimiliter ſubdens. Primum ergo quæro, an Papa habeat p̃tãtem legitimãdi. Ad q̃ rñdeo, q̃ clarum eſt q̃ in proprio territorio habet p̃tãtem, vt eſt caſus in c. per venerabilem, verſi. illud aũt extra qui fil. ſint legi. hoc tñ tenendo donationem ipſius territorij tenuiſſe, vel tenere, de quo plenè diſputo io meo tractatu monarchiæ; ſed
2 vr̃ cõfirmata in cle. ne Romani. de iureiu. † Sed magnum eſt dubiom, an poſſit legitimare in terris imperij. hãc quæſtionẽ inuenio multum ruminatã, in d. c. per venerabilem. vbi gl. refert quatuor opiniones, & vltimo Do. meus, Do. Ant. de Bu. illã late reaſſumit in repet. illius c. cuius ſententiam plurium ſequar ſuperfluis reſecatis & neceſſarijs additis. Et primò inuenio Iac. de Bel. in Auc. qui. mod. na. effi. ſui. tenere, q̃ Papa poſſit vbilibet legitimare omnes. pro qua opi. vr̃ caſus in d. c. per venerabilem, in prin. vnde ſex rationes hoc confirmãtes eliciuntur. Et primo ſic legitimat nõ ſuper poſitum reſpectu maiorum, ſ. ſpiritualium. ergo videtur poſſe circa minora videlicet temporalia, quia ſi de quo magis videtur eſſe, & c. auc.
3 multomagis. C. de ſacroſan. eccle aſſumptum, † q̃ ſpiritualia ſint maiora, clarum eſt, vt in c. 2. & c. quanto. de tranſlatio. præla. C. de ſacroſan. eccl. l. ſcimus. de pœni. & remiſ. vii c. cum infirmitas. Secundo probatur, Papa habet in ſingulis agendis maiorem vbilibet poteſtatem. Sed ſi poteſt Princeps in proprio territorio legitimare, ergo Papa eo maior. Tertio probatur, Papa ordinando non ſuppoſitum eximit illum à patria ac dominica poteſtate illa priuando parentes vel dominos. ſicut ergo in hoc poteſt, ita & legitimando poterit præiudicare. Quarto ſine dubio Papa quo ad ſpiritualia alienæ iuriſdictionis ſuppoſitum legitimat. ergo & quo ad temporalia: nam foret aliàs quoddam monſtrum, vt quo ad quædam eſſet legitimus, quo ad quædam non. Quinto, quia hæc legitimatio iuriſdictionis voluntariæ, vt l. fi. & ibi no. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. & §. generaliter. quibus modis natu. effi. ſui. ergo vbilibet poteſt exerceri, l. 2. de offic. proconſul. ff.
4 † Sexto, quia hæc iuriſdictio eſt prorogabilis, cum ſit voluntariæ iuriſdictionis, l. ſed & ſi ſuſceperit. ff. de iudic. ergo prorogationis, poterit legitimare. Itẽ, quia delegatio hmõi iuriſdictio. poteſt fieri in non ſuppoſitum, l. fin. ff. de offic. pręfec. vt b. ita etiam poterit exerceri. & iſta ſunt argumenta Iaco. de Bel. probatur & per alios hoc ſequẽtes. Nam pater legitimat filium certis caſibus, vt in Auctẽn. vt lice. matri & auiæ, §. ad hæc. ergo fortius Papa. Nam hoc probant dicentes, quod hæc legitimatio non eſt propriè iuriſdictio, quia non eſt poteſtas de publico introducta, & c. vt no. ff. de iuriſdict. om. iudic. l. 1. & ſi ipſi non conuenit diffinitio, ergo nec diffinitum. Si igitur non eſt iuriſdictio, non eſt quid repugnet, quòd non poſſit fieri ſeu exerceri. probatur, quia ſi eſſet iuriſdictio, limitaretur territorium, l. ſi pupillus, § territorium, de verborum
5 ſignifi. † Sed iſtud non eſt quòd princeps dando territorium det ius legitimandi, quia tantum ſibi reſeruauit, & pro iſta opin. ego allego quæ no. Guil. & Do. Bald. C. de epiſco. & cle. l. repetita. Nam cum iſtud ius legitimãdi ſit potius officium quàm iuriſdictio, certè non curatur territorium. hoc melius no. ipſe Bal. in l. prima, C. de ſum. Trin. & fide catho. in q. quæ incipit, nunc quæro de effectu. quid plura? dicunt ipſi vnum eſt diſputare, cum ſit caſus apertus in ca. per venerabilem, in verſicu. præſertim. in prima parte, ſumendo illud pro maximè, vel ſubtilius me inducente. Nam ſupplicans erat ibi non ſuppoſitus Papæ, & Papa arguit ibi poſſe facere rationibus iam dictis. Vnde referendo tex. ad ſubiectum quæſiti, ibi eſt caſus quòd Papa legitimet non ſubiectum. probatur in c. ex tenore, & c. cum inter. & c. quòd nobis, eodem titu. vbi Papa conſtituit quęm legitimum, vbi aliàs non eſſet, etiam quoad
6 hæreditates, & habet locum vbilibet, † & hoc per viam legis, ergo & per priuilegium quod a pari potentia cauſatur. & hãc opi. ſequitur Io. & Gaſp. de Calde. hanc etiam ſequitur Hoſt. plus addendo, quòd vera legitimatio nõ ſit in poteſtate niſi Papæ, & in quolibet territorio, quòd oſtendit ſic. Ius legitimationis procedit a matrimonio, quia ex eo tantum filij legitimi naſcuntur, l. filium, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. in Auct. quibus modis natu. effi. ſui, §. legitimi. Si ergo procedit a matrimonio, & ſolus Papa habet poteſtatem diſponendi ſuper ipſa cauſa cauſante, quia eſt ſpiritualis. ergo & ſuper cauſato. Probatur: nam iure ciuili nati ex matrimonio inito inter filios duorum fratrum, ſunt legitimi, l. legatum, de condi. inſer. ſed iſti iure canonico ſunt legitimi, quia nati ex matrimonio a iure canonico improbato, vt in cap. non debet, de conſanguini. & affini. & hoc attenditur etiam in terris impe-
7 rij. † Probatur etiam in natis ex matrimonio inter tutorem & pupillam, vel inter rectorem prouincię & eius ſubditam, quę matrimonia non valent de iure ciuili, l. & ſi contra. C. de nup. & de interdic. matri. int. tuto. & pupil. per totum. probatur ẽt in matrimonio contracto inter filios in poteſtate cõſenſu parentum, q̃ non ualet de iure ciuili, l. Paulus. ff. de ſta. homi. & tamen valet de iure canonico in omni foro. Vnde concludit, q̃ qui poteſt in matrimonio, poteſt in legitimatione eius conſecutiua. ad hæc, d. c. q̃ nobis. & c. ex tenore. cum ſimi. ſupradictis, & qui non poteſt in principali, nec in conſecutiuis, vt in c. 3. de don. inter virum & vxorem. Non ob. q̃ tex. Auc. videatur velle q̃ Imperator poſſit legitimare, quia dicit q̃ illa impropria legitimatio, immo eſt potius diſpenſatio, vt tales ad hæreditates admittantur, non q̃ ſint legitimi. Et hanc opinionem ſequitur Guil. Naſo, & Do. de Rota, ſua concluſione 156. hoc vltimum ſequi videtur Domi. meus, Do. Bar. de Saly. in quadam quæſtio. quæ incipit, Mediolanenſis qui-
8 dam. † vbi dicit quod Princeps non poteſt ſpurium legitimare, cum non poſſit de matrimonio diſponere, maximè quòd dicatur de in matrimonio natis, & ſic potius dicitur diſpenſatio. Ego verò ultimo allego caſum.: nam propter

magnum

magnum iuris dubium Papa poteſt etiam, vbi aliàs iudex non
eſſet etiam inter non ſibi ſubditos iudicare, vt probat tex. in
c. per venerab circa finem, in verſic. inſuper. Sed hoc eſt ma-
gnum dubium, an Papa poſſit legitimare in terris imperij, vt
oſtendunt præfatæ auctoritates. & infra dicendum, ergo ipſo
ſo hoc faciente ꝙ valeat tanquam declarauerit arduum iuris
dubium. Sed oppo. vidi multos Doct. conſuluiſſe & Bar. con-
tra tenet. ff. de ritu nup. l. qui in prouincia. & C. de ſumma tri.
& fide catho. l. 1. & Innoc. primam partem non ſequitur ſim-
pliciter in c. per venerabilem. pro quibus ſunt rationes fortiſ-
ſimæ. & primò ſic, actus legitimandi eſt iuriſdictionis, tex. eſt
in d. c. per venerabilē. in ver. rationibus, ergo Papa non exer-
cet in terris imperij & extra territorium, l. fi. de iuriſdi. omn.
iudi. de iudi. c. nouit. & qui filij ſint legiti. c. cauſam. aſſumptū,
9 ꝙ ſit iuriſdictionis fortius probatur, † quia diſpenſatio con-
tra legem vel eam tollere eſt iuriſdictionis, vt in c. 2. de conſti
tu. in 6. ſic igitur in propoſito, quia admittitur ad hæreditatē
contra iuris diſpoſitionem. Quid plura? immo videtur eſſe iu-
riſdictionis contentioſæ, quia per talem legitimationem fit
præiudicium venientibus ab inteſtato. ergo ſunt citandi &
erit iuriſdictionis contentioſæ, l. nam ita diuus. ff. de adop. ad
hoc quod no. Bar. in d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum. de libe. &
poſthu. ideo non poteſt exercere in non ſuppoſitos. & per
iſta tolluntur aliqua obiecta ſupra facta. Ego etiam vltra allo-
go, quia iſta legitimatio, vt plurimum, debet fieri citata par-
te, vt no. Iac. de Are. in l. fi. ff. de natu. reſti. Sed citatio non po-
teſt fieri de non ſuppoſito, maximè extra territorium. ergo.
non fiet legitimatio, & hoc ſequitur Bal. in prima conſti. C. in
q. an Comes imperialis legitimet in terris eccleſiæ. probatur
vlterius, quia ius legitimandi eſt ſoli Principi reſeruatum, vt
in §. fi. quibus modis natu. effi. ſui. ergo in præiudicium ſupe-
rioris non videtur poſſe fieri etiam vi prorogatæ iuriſdictio-
10 nis, vt eſt tex. in d. c. per venerabilem, verſic. inſuper. † vbi ſo-
lus non recognoſcens ſuperiorem videtur prorogandi habe-
re poteſtatem, non alius, ad hoc facit quod no. Bar. in l. 1. § &
poſt operis. de ope. noui nunt. eſſet. n. abſurdum ꝙ conſenſu
priuatorū poſſet in aliā iuriſdictionē fieri prorogatio, ita ꝙ ta-
lis, prorogatio eſſet cā inductiua in aliquo cōtra diſpōnem iu-
ris propriæ iuriſdictionis, ſicut in propoſito, quia facta legiti-
matione ſuccederet legitimatus contra iura Cæſaris ipſum
repellentia. Probatur etiam, quia regulariter Papa ſe intro-
mittit tantum de ſubditis imperio in caſibus, qui notantur in
c. licet ex ſuſcepto, de fo. compe. ſed ille non eſt de illis, igitur.
Quarto actus legitimandi eſt magnæ poteſtatis, quia facit hę-
redem illum, qui non eſt, in Auc. de inceſt. nup. § dubitatum,
& hoc a iure reputatur difficillimum ꝙ etiam prætori non
licet. Inſti. de bono poſſeſſio. §. item. ergo non debet poſſe in
non ſubditum exerceri.

11 Vltimò allegauit † caſum in d. c. per venera-
bilem. vbi tex. dicit, quod
ratione dubitationis poteſt non ſubijci Papæ, ergo vbi non
eſt dubitatio non ſubijcitur, probatur ibi, in ver. inſuper. vbi
probatur quòd non poteſt prorogare iuriſdict. propter iſta.
igitur credo quod aliqui fuerint Doct. conciliantes, inter quos
fuit Innocen. Io. And. & vltimo Dom. meus, referam aliquos,
vbi decidam. Primo vult Innocen. quod Papa legitimans ali-
quem ad ſpiritualia, in conſequentia legitimet eum ad tem-
poralia: dico in temporalibus perſonę cohęrentibus, ideo po-
terit ad honores admitti & habere ſimilia. Ita intelligit illos,
qui dicunt quod Papa non ſubditos legitimat. in alijs autem
perſonæ non cohærentibus, ex quibus præiudicatur, nō ſub-
ditos non legitimat, vt ad hæreditates & ſimilia, quia non po
teſt tollere ius quæſitum alteri non ſubiecto. Sed hanc opi
nionem reprobat Do. meus, dicens quòd ſecundum hoc iſte
12 eſſet quaſi quoddam mōſtrum, † vt in aliquo eſſet legitimus,
in aliquo non, contra tex. in d. cap. per venerabilem. Alia fuit
opinio conciliatrix Io. And. ꝙ aut Papa legitimando confert
illā diſponendo in matrimonio vel radice matrimonij, & iſta
extendit vbique, & in omni foro, & quo ad omnem effectū,
& hoc probant iura allegata per Hoſt. & ſequaces. Aut legiti-
mat non diſponendo in matrimonio, aut radice matrimonij,
ſed ſimpliciter confert iura legitimationis, tūc talis legitima-
tio eſt potius diſpenſatio quædam, quæ ſtrictè intelligendo in
non ſubditos non confert, cum ſit odioſa, vt in cap. 2. de filijs
præſby. in 6 Hanc opi. dicit Dominus meus eſſe æquam, quia
in primo caſu incipit in ſibi ſubiecta materia diſponere, ergo
poteſt ſimiliter in eius conſequentiam venientibus, ſed in
ſecundo caſu, incipit ab eo ꝙ non eſt vniuerſaliter ſibi ſubie-
ctum, & quando ſit quod Papa diſponat de matrimonio, in-
fra dicam. iſta opinio adhæret veritati, tamen eſt defectiua.
13 Nam Papa diſponendo non de matrimonio vel eius radice,
legitimat filios quo ad vtrunque forum, vt in caſu c. ex teno-
re. qui filij ſint legi. qui tex. loquitur in caſu matrimonij con-
tracti impediente lege diuina, quia loquitur quando coniu-
gem aliam ſuperinduxit. Item in caſu c. quod nobis. & c. cum
inhibitio de clande. deſpon. vnde Domi. meus latius hanc q.
tetigit: tamen quia deficit in quibuſdam, ponam quid mihi
videt omiſſis verbis ſuis, ipſis tamen plurimum inhærendo.
Et vt animaduerto, ſiquis vellet iſtam quæſtionem altè pro-
trahere, vt dicit Domi. meus, eſſet videndum, an donatio facta
per Conſtant. Papæ valuerit. de quo communiter per Doct.
in d. j. conſtitutione C. & ego latè proſequor in libello mo-
narchiæ. Secundo eſſet videndum, an iuriſdictio ſit principa
liter in ſacerdotio, vel in Petro, aut in ambob pariter, an vna
14 ab alia dependeat, † de quo tangunt Canoniſtæ, in c. nouit.
de iudi, & in d. c. per venerabilem. & ego pleniſſimè in primo
libro monarchiæ. ad quæſtionem igitur tandem veniens cō-
ſidero vltra omnes, quod generaliter ſumpta poteſt intelligi
duobus modis. Primo, an Papa legitimet in terris imperij
ſubditum proprium ſuæ iuriſdictionis, alio modo an legiti-
met ſubditum imperij, & ſic ponitur territorium pro perſo-
nis. Primo caſu, quando quęritur an legitimet ſubditum pro-
prium in terris imperij: ego diſtinguo aut Papa legitimat in
caſu, quo ipſa legitimatio eſt voluntariæ iuriſdictionis, aut le-
gitimat taliter quod cadit in iuriſdictionem contentioſam.
primo caſu non eſt dubium, quòd legitimat in terris imperij,
quia habens iuriſdictionem ordinariam illam exercet volun
tariam iuriſdictione, non inſpecta loci qualitate, argu. l. 2 ff. de
offic. proconſul. & leg. Secundo caſu, quando legitimatio eſt
contentioſæ iuriſdictionis: quod quando ſit, dicetur proxima
quæſtione, & quibus caſibus dicam infra, Papam poſſe ſubdi-
tos Principis legitimare eiſdem caſibus proprios in territo-
rio Principis poterit etiam, quamuis ipſa legitimatio fuerit
15 contentioſæ iuriſ. † In caſibus autem quibus non poteſt Prin
cipis ſubditos legitimare, eiſdem caſibus credo ſubditū pro-
prium in terris imperij non poſſit legitimare de ordinata po-
teſtate, ſed de abſoluta fortè ſic, quia contentioſam iuriſdi-
ctionem etiam inter ſubditos quis extra territorium nō exer-
cet, d. l. 2. ſed antequam proſequar ſecundum membrū quæ-
ſtionis, ad prædictorum deciſionem quęro an legitimatio ſit
iuriſdictionis? quicquid dicat Gaſpar Calde. caſus eſt in c. per
venerabilem, verſic. rationibus, & probant iura pro ſecunda
parte allegata. Sed ad ſecundum, an ſit contentioſæ vel volū-
tariæ, aliqua argumenta concludunt ꝙ contentioſæ, aliqua ꝙ
voluntariæ. Credo ſic dicendum, aut fit viuente patre & con
ſentiente, & eſt voluntariæ iuriſdictionis, etiam ſi fiat inuitis
venientibus ab inteſtato. probatur per l. 1. C. de emancip. lib.
& l. 2 de adopt. nam adoptio, quæ huic eſt ſimilis, eſt iuriſdi-
ctionis voluntariæ, vt ibi dicitur. pro hoc facit, quia venien-
tes ab inteſtato, poſſunt priuari patre aliter diſponente de bo
nis. Vnde non dicuntur aliquod ius habere, & hoc tenet Bal.
in prima conſti. C. in q. an Comes imperialis. aut fit patre mor
tuo & adita hæreditate vel tantum delata, & tunc ſi fit inuitis
vel requiſitis illis quibus eſt ius quæſitum, & ut eis præiudi-
cetur. verum eſt, quòd eſt iuriſdictionis contentioſæ, & ideo
non poſſet in terris imperij etiam in ſuos ſubditos de ordina
ta poteſtate non poteſt fieri legitimatio, ſecus eis conſentien
16 tibus, d. l. 2 & hoc eſt de mente Bal. vbi ſupra. Secundo † mo-
do poteſt intelligi quæſtio, an ſubditum Principis Papa legi-
timet. & in hoc ſic credo dicendum, aut Papa vult legitimare
& diſponere ſuper matrimonio, & tunc aut quantum ad futu
ram prolem, & non dubito ꝙ poteſt etiā diſpenſando in gra-
du lege diuina prohibito quandoque, vt no. de reſti. ſpoliato.
literas, & ideo nati ex tutore & pupilla demum vxore ſunt ho
die legitimi quo ad omne forum, licet iure ciuili ſecus. Item
de nato ex nupta abſque conſenſu patris, vt ſit legitimus quo
ad omne forum iure ciuili non obſtante, & ita loquantur ar-
gumenta Hoſt & ſequacium. Aut vult legitimare prolem iā
productam, & tunc ſi fit diſpenſando de matrimonio, & in ca-
ſibus in quibus poteſt de matrimonio diſpenſare, tunc talis
legitimatio quo ad omne forum vires obtinet. Idem quādo
non diſponit de matrimonio, quia non poteſt uel non uult,
ſed prolem legitimat propter matrimonium, ut quia uitium
fuerat ſupportatum ab eccleſia propter magnum factum du
bij, ita intelligo c. cum inhibitio, de clande. deſpon. & qui fil.
ſint legi. ex tenore, & c. quod uobis. Ibi enim Papa non diſpo-
nit in radice matrimo quia non poſſet, ſed de prole propter
dubium matrimonij, ita diſponit, ita loquitur tex. in cap. per
venerabilem, verſicu. rationibus. licet Dominus meus hoc ali
ter intelligat, & eſt ratio, quia ratione dubij matrimonij iuriſ-
dictio ad Papam & ſtatuendo de eo, poteſt ſtatuere de eius
acceſſorio in conſequentiam, & facit ius, d. cap. quod nobis.
Aut legitimat nō diſponendo in radice matrimonij uel pro-
pter matrimonium, ꝙ eſt quando non poteſt uel non vult.
quod quādo ſit dicam proxi. q. Et tunc aut iura legitimatio-
nis confert reſtituendo quem priſtinæ naturæ & legitimitat

antiquæ,& ſic ipſum vere legitimando, ꝙ poteſt vt dicā infra
in t.q.cauſę finalis, quicquid ſentiat Hoſtien.|& Do.meus, &
do. Bart. de Sali. vt tibi dicam. aut ei de nouo confert ſimplici-
ſimpliciter vel diſpenſat cum eo. primo caſu aut facit eū cleri-
cando, vel vt de proximo clericet,qui ſaltem mente dr̄ cleri-
cus , vt de tranſactio. ex literis .& tunc dico ꝙ eſt legitimus
etiam alteri ſuppoſitus,& in quocunq; loco, & effectu. ratio,
quia diſponens ſuper principali vel maiori vt ſpirituali exten
ditur ad temporalia , & ita loquuntur argumenta ſupra facta,
& hoc ne videatur monſtrum. vt ſit pro parte legitimus &
pro parte non, ꝙ credo verum,& hoc ponit Do. Ant.de But.
in ipſa legitimatione natalium reſtitutina , vel nouiter colla-
tiua:ſecus ſi eſt tantum diſpenſatiua, vt ſtatim dicam.nec ob-
ſtat ꝙ præiudicat alteri ſubdito, quia hoc non facit principa-
liter, ſed in conſequentiam,ſicut alias eximendo ſeruum à do
minica poteſtate vel filium à patria poteſtate,ſicut dixi ſupra
in argumentis . Aut legitimat non clericum,nec de proxi-
mo clericandum , & tunc aut facit de conſenſu illius qui non
recognoſcit ſuperiorem,& tunc talem etiam non ſuum ſub-
ditum poteſt legitimare:aut recognoſcit & propterea vult le
gitimare ſine illius ſuperioris conſenſu, & tunc aut eſt de ca-
ſibus in quibus ſuccedit Papa & alieno territorio, qui no.de
fo.compe.licet & poteſt. Aut non eſt de illis caſibus , & tunc
non poteſt Papa alij ſubditum legitimare , & ita loquitur alia
opinio quod autem dixi ꝙ legitimādo clericum vel de pro-
ximo clericandum , ꝙ eum legitimat quo ad omnia,eſt verū
in ipſa legitimatione natalium reſtitutiua vel collatiua, ſecus
in diſpenſatiua,vel ſi diſpenſat vt tanquam legitimus clerice-
17 tur, quia tunc non trahet̃ hoc ad temporalia , † quia hæc di-
ſpenſatio eſt odioſa,nec debet extēdi, vt no. in c. a. de fi. pręſb.
in 6. ꝙ ſecus eſt in alijs,vt dixi. Et cognoſcitur.qn̄ procedit ut
diſpenſatiue ſi vtit̃ verbo, diſpenſamus, eum ad aliqua ſtatum
habilitando Nam tunc hæc nō eſt propriè legitimatio immo
diſpenſatio & in eo cadit monſtrum, ꝙ non caderet in legiti-
mato verè legitimo,ita loquitur in cap.per venerabilem. Vbi
autem legitimat eum priſtinæ naturæ reſtituendo tunc iſta
eſt legitimatio,& habet locum quod ſupra dixi. ſic debet in-
telligi iſta ſubtilis quæſtio.

Sed ſtat hic dubium pro declaratione prædictorum,
quando Papa poſſit legitimare in radice ma-
18 trimonij diſponendo. † in hoc dixit Io. And. quod aut impe-
dimētum erat propter facti neceſſarij ad eſſe ipſius matrimo-
nij omiſſionem, vt eſt cōſenſus, vel propter legis diuinæ pro-
hibitionem,vt quia erat vxoratus, vel volebat contrahere cū
nepte & ſimilia, & iſtis caſibus dicit ꝙ non poteſt legitimare
diſponendo in radice matrimonij Aut impedimentum erat
legis canonicæ,vt quia contraxit cum conſanguinea vel affi-
ne in tertio vel quarto gradu,vel conſanguinea vxoris primę
ſtante impedimento publicæ honeſtatis, & iſtis caſibus vult
Io. And. ꝙ poſſit legitimare in radice matrimonij diſponen-
do. Sed Do. meus hoc vltimum non tenet: nam certum eſt ꝙ
contracto matrimonio contra eccleſiæ inſtituta demum eſt
matrimonium diſpenſatione vel legitimatione ſecuta , vnde
iſta legitimatio non trahit̃ retro, cum habuerit extremum ad
ꝙ inhabile , ſtante contraria iuris diſpoſitione illo tempore.
facit ad hoc , c. tanta, qui fil. ſint legi pro hoc quod no. in re-
ſponſionibus ad argumenta in primo libello , in quæſtione,
an medium tempus,&c. Vnde præfatus Do meus videtur di-
cere quod tunc Papa poſſit in radice matrimonij diſpenſare,
quando ipſius matrimonij impedimentum erat ciuile , id eſt
a iure ciuili inductum. Et eſt ratio,quia cum ad ius ciuile non
ſpectet diſponere de matrimonio, talis diſpenſatio nō habēs
obſtaculum extremi ad quod habilis retrotrahit̃ & ſortitur
effectum. Idem dicit in caſu dubij matrimonij. Vbi autem eſt
impedimentum legis canonicæ vel diuinæ, vel in facti quali-
tate,non poteſt Papa legitimare in radice matrimonij diſpo
nendo. Iſta eſt ſententia ſua.ſed ſalua reuerentia iſtud dictum
nil eſt dicere: nam matrimonium contractum contra iuris
ciuilis tantum diſpoſitionem nō eſt inualidum, ita ꝙ ſit opus
19 ad prolis legitimationem diſpenſatione papali. † Nam cū ma-
trimoniū ſit cauſa ſpiritualis, certè diſpoſitio iuris ciuilis tan-
tum non arctat, vt exinde non ſeruato iuris ciuilis pręcepto
proles illegitima iudicetur. Nec ob. ſi vnus diceret, poteſt eſſe
impedimentum iuris ciuilis, quando non ſtante diſpoſitione
iuris canonici contraria nō ſit impedimentum canonicum,
cum ſint iura ciuilia approbata generali approbatione, in tan
tum ꝙ ligant clericos, vbi non eſt diſpoſitio canonum con-
traria, vt 10. diſt. ſi in adiutorium. quia illud verum eſt quan-
do Princeps incipit in ſibi ſubiecta materia , vt in diſpoſitio-
ne temporalium, ſecus ſi incipit in materia ſibi non ſubiecta,
vt circa rem ſpiritualem: nam tunc non cenſet iure canonico
approbati, vt no de iud. innotuit,& probatur in matrimonio
inter pupillam & tutorem & inter rectorē prouinciæ & ſub-

ditam. Cū ergo ſola iuris prouiſio non reddat, conſeruat nul-
litatem matrimonij,& ſic prolem illęgitimam, ergo nulla eſt
diſpēſatio in radice matrimonij iſto caſu, pro hoc facit quod
dixi in primo libello, in cauſa formali, in q. an dos vel dotalia
documenta . vnde ego conſidero ꝙ diſponere in radice ma-
trimonij conſideratur dupliciter in propoſito . Vno modo,
quando ipſum matrimonium ſuſtentatur , & in eſſe debito
retinetur,non obſtante impedimento . Alio modo, quando
ratione matrimonij ipſa proles legitima iudicat̃ non obſtan-
te matrimonij impedimento iudicante Papa hoc , videlicet
prolem legitimam aliqua iuſta de cauſa , quare non obſtante
matrimonij obſtaculo proles legitimat incipiente Papa: di-
ſponere de prole matrimonij. Primum probat̃ in caſu, quan-
do eſt dubium de matrimonio an teneat. non obſtante iuris
canonici obſtaculo , & tunc Papa iudicando matrimonium
legitimum non obſtante impedimento ratione dubij , certè
diſponit in radice matrimonij, & proles eſt legitima. caſus eſt
in c. per venerabilem. Secundum probatur, in c ꝙ nobis, c. ex
20 tenore, qui filij ſint legi. † Nam ibi Papa legitimat prolē, non
tamen validat matrimonium. Sed propter facti dubij verten-
tis in ipſo cōtractu matrimonij. modò ad propoſitum credo
opinionem Io. And. eſſe ueram, quod aut impedimētum eſt
legis canonicæ tantum,& tunc Papa poſſit diſponere in radi-
ce matrimonij prolem legitimādo propter aliam cauſam ma-
trimonij. Non obſt. ſi diceretur, ſemper non ſubeſt cauſa, qa
reſpondeo ꝙ quando Papa diſponit in his, in quibus habet li
beram adminiſtrationem, prout eſt contra diſpoſitionem ca
nonum : tamen tunc ſolus motus eius habet vim cauſæ, vt in
c. cum noſtris, verſic. vos vero, de conceſſi præben. quæ ratio
non habet locum, quando diſponit contra ius diuinum, quia
tunc ſolus motus non habet̃ pro cauſa. Sicut ergo Papa pro-
pter unum ea contrahentibus ignorantem impedimentum,
& ſic iuſtam cauſam habentem prolem legitimat , ſic ſi hoc
diſponit contra ius canonicum,& cauſa pręſumitur poſtquā
adeſt voluntas,& hoc credo verum quando remouendo ob-
ſtaculum impedimenti matrimonij prolem facit legitimam
in radice, id eſt in initium diſponendo. pro hoc de iure ciuili
uidetur caſus in l. qui in prouincia. ff. de ritu nup.

Secus, vbi ſimpliciter obſtaculum remouet matrimo
niū nuper ſuper ea diſponendo ſeu diſpēſando.
21 † Nam ſola diſpenſatio non legitimat prolem, vt no. Doct. in
l. Paulus. ff. de ſta. ho. & ita intelligatur dictum Domini mei.
Vnde pro latiori doctrina reaſſumo , aut eſt impedimentum
in facti qualitate requiſita a iure ad eſſe matrimonij, & nō ha
biti vt conſenſus, & tunc Papa non poteſt legitimare ſe ad ra
dicem matrimonij referendo , quia non poteſt facere ꝙ ma-
trimonium ſit ſine conſenſu , licet fingat conſenſum in caſu
dubij, vt de ſpon. is qui. Eſt enim actus, qui requirit naturalē
conſenſum. Nec ob ꝙ aliàs Princeps fingit conſenſum. C. de
rei vxo. actio. l. 1. §. accedit quia illud in poſitiuis ipſius Prin-
22 cipis, non in ſacramentalibus. † Sed matrimonium eſt ſacra-
mentale verum exigens conſenſum, non fictum , ergo non
ſufficit fictus. aut eſt matrimonium in figura conſenſus , ſed
eſt defectus in eſſentia matrimonij , & tunc aut eſt propter
prohibitionem legis diuinæ,& tunc aut ſubeſt iuſta cauſa vel
ignorantia ab utraque contrahentium parte vel ab vna tan-
tum,& tunc dicta cauſa vera exiſtente poteſt Papa diſpenſan
do eum prole propter dubium matrimonij ipſam legitima-
re, & extendetur vbique, vt eſt in d. c. ex tenore, & c. ꝙ nobis,
& dicitur diſponere in radice. i. de prole non obſtante vitio.
Nec oberit extremum ad quod inhabile, quia propter dubiū
poterit retrotrahi, ſicut quando eſt contractum in facie ec-
cleſiæ impedimento ſubſiſtente , aut cauſa non ſubeſt legiti-
ma diſpenſandi,& tunc nō poteſt ita intelligo ſupradicta, aut
eſt impedimentum canonicum , & tunc ſola diſpenſatio de
matrimonio nuper facta non inducit legitimationē propter
extremum inhabile, facit ꝙ no. Doct. in d. l. Paulus. de ſta. ho.
ſecus vbi ſuper matrimonio & eius vitio & retro diſpenſaret
prolem ad illud tempus legitimando etiam alia cauſa nō adie
cta quia tunc, enim in diſpoſitionibus contra canonea volun
tas pro cauſa habeatur, certe poterit in radice diſponere pro
lem legitimando , ſicut alias poteſt contra ius diuinū cauſa
vera ſubſiſtente, vt ſupra dixi. Aut eſt dubium, an ſit canoni-
cum impedimentum : & tunc poteſt declarando ſuper ma-
trimonio propter ipſius matrimonij dubium de prole diſpo-
nere, diſponendo in radice matrimonii, id eſt in eius effectu.
Ita loquitur tex. in d. c. per venerabilem. dum loquitur de le-
gitimatione filiorum Regis . Ita credo quod debet intelligi
23 iſta quæſtio. Quæro vlterius, an epiſcopus poteſt legitimare,
communiter concluditur quod non habet proprium ius legi
timādi, licet in aliquibus aliqn̄ diſpenſet, de quo per Doc. in
c. pe. & fi. de filiis preſby & aliqui ponunt in c. per venerabi-
lem, vbi ſentit Inno. quod in ordinibus epiſcopus cum quo-
cunque

cunq; diſpenſet illegitimo, quod communiter non tenetur,
ſed caſus, in quibus poſſit, ponuntur in d.c. pe. & fi. & ibi etiã
tangitur de legato de latere, in quem non credo tranſire iura
veræ legitimationis, cum tantum ſint Pontifici reſeruata, iux
ta no. in c. per translationem, de offi. lega.

24 Sed pone, † ꝙ quidam habet epiſcopatus poſſeſſionem,
alter ſe cõtendit epiſcopum, ipſe dedit iura iſtius legitimatio-
nis, quis habebit iura diſpoſitionis, maxime dato ꝙ litigans iu
ſtitiam foueat. credo ꝙ intruſus, per not. in c. conſultationib.
de iurepatron & in d.c. per venerabilẽ. ver. ſed quia. ſicut Deu
teron. vbi tex. dicit, præſunt loco, & ꝙ habetur de conſecrat.
diſt. 1. c. is ergo, & a. q. 1. c. ſi quis. Et idem credo, quando eſt cõ
tentio de papatu, ſchiſmatis tempore, prout nunc eſt, vt intru
ſus poſſit. Sunt etiam multi habentes poteſtatem ex priuile-
gio. de filijs preſbite. ex parte tua. & quæſtiones iſtas tangen-
tes determino per ea, quæ dicam in ſimili in habentibus pote
ſtatem a Cæſare. Et hoc de primis perſonis clericis.

Viſo namque de potentia pręſidẽtiũ in ſpiritua
libus, videndum eſt de præſiden-
25 tibus in tpalib. † Et incipiendo a Principe, id eſt Cęſare, clarũ
eſt ꝙ ſolus habet ius legitimandi, vt in Auct. qui. mo. natu. effi
ci. ſui. §. fi. ſed circa hoc dubitari conſueuit, an poſſit legitima
re in terris eccleſiæ vel alteri ſubditos ſuam iuriſdictionẽ non
recognoſcentes? Iſta quæſtio pendet a q̃one Papæ, & diſputan
do. Iaco. de Bel. in Auc. qui. mo. na. effi. ſui. tenuit ꝙ poſſit pro
hoc faciũt fere omnia argumẽta allegata. ſ. pro parte, vt ipſe
poſſit in terris imperij. & inter alia hæc magis cõludũt. Iſta ẽ
iuriſdictionis volũtariæ, ergo locus nõ curat. l. 2. de off. pco...
Scdõ probatur, quia p legitimationem quis reſtituitur ad
honores & ſucceſſiones & priſtiuæ natu. vt no. in Aue de in-
ceſt. nup. §. dubitatum. coniuncto. §. ſi quis ergo non habens,
qui. mo nat. effi. ſui. ſed iſtud non eſt ſubiectum Principis, er-
go poteſt vbique de eo diſponere. patet, quia in ſucceſſionib.
in terris eccleſiæ attenduntur leges imperiales. ergo & priuile
gia a pari potentia procedentia.

26 † Tertio facit, quia iſtud ius legitimandi eſt quoddam offi-
ciũ inhærens principali dignitati, & eius oſſibus eſt infixum,
ergo ipſum officium non poteſt ab eo ſeparari conceſſione
territorij. arg l. tres tutores. de admi. tuto. Nõ enim debet hoc
tranſire cum territorio, argumentum de pigno. ex literis. &
Iſtud eſt forte argumentum pro hoc, quod dicitur de epiſco-
po, qui quomodocunque eximatur ab epiſcopatu, retinet epi
ſcopalem præeminẽtiam, de dona. apoſtolicæ. de relig. donu.
conſtitutus. & ꝙ no. in c. 1. de ord. ab epiſcopo, qui renun. epi.
Quartò facit, quia talia iura non poteſt a ſe abdicare. l. legatus
de offi. præſi. Multa ſupra dicta in Papa, põt hic referri, videli-
cet ꝙ hæc legitimatio eſt facultas, non iuriſdictio. Item quia
ſi certis caſibus põt pater, ergo fortius põt Princeps. Itẽ quia
ſaltem poteſt vi prorogatæ iuriſdictionis. Item quia poteſt de
legare cauſas non ſubiecto, quæ argumenta ſunt latius formã
da, vt ſupra dixi in q. Papæ. & hanc opi. ſequitur Io. & Gaſpar

27 Cald. † Contrarium tenẽt multi Doc. Inn. in d. c. per venerabi
lem. & etiam gl. Spe. in tit. de leg. §. fi. verſ. illud quæritur. gl. in
c. 1. 10. di. & c. di. c. vno & Lau. & Vin. Item. Ia. de Bu. in l. præ
ſens ff de offi. præſi. & C. de iure aur. annu. l. 1. hoc tenuit con-
ſulendo Bal. & Pe. de Peru. vt vidi in quodam conſilio, quod
incipit, Hier. Petri de ciuitate Peruſij. & iſtorum opi. proba-
tur ſic, Imperator tali non ſubdito non poſſet dare tutorem. l.
neque. C. qui da tu. poſ. nec iudicem. l. 1. C. qui pro ſua iuriſdi.
ergo nec tali poteſt dare hæredem, maximè contra ſtatuta re
gionis nõ ſubditæ, quia tali modo datur hæres, vt in d. §. dubi
tatũ. de inceſt. nup Secundò, quia legitimatio ſimilis eſt arro-
gationi. l. iubemus. de nat. li. ſed decretũ arrogationis nõ inter
ponit princeps in nõ ſubditos, ergo nec decretũ lĩtimationis.

28 † Tertiò probatur, quia Papa in temporalibus in terris ec-
cleſiæ, habet pleniſſimam poteſtatem, ſiue iuriſdictionem,
vt in d. c. per venerabilem. & cle Romani de iureiur. Si ergo
habet pleniſſimam, ergo non eſt penes aliũ, qa duo nõ poſsũt
eſſe inſolidum domini eiuſdem rei. l. 3. §. fi. ff. commo. pro hoc
cle. Romani. ver in eis. vbi Prĩceps iurat nullam iuriſdictionẽ
exercere. ſi ergo faceret, eſſet periurus & forſan actus non va
leret, quid dicendum. Do meus, Do Bar. de Sai. dubitat in pri-
ma conſtitu. C. dicens, quod forſan Imperator poteſt: licet ſi
faciat, ſit periurus, per d. cle. Romani. vbi iurat non exercere.
ergo patet quod retinet iuriſdictionem. Do. autem Bal. in d.
conſti. facit differentiam, an fiat viuẽte patre, & poteſt: Aut
eo mortuo, & tunc aut fit inuitis hæredibus, & non poteſt. p-
batur, quia ſunt citandi, vt no. Ia. de Are. in l. fi. ff de nata. reſti-
tu. ſed extra territorium non poteſt citare. ergo ipſis autem
volentibus ſic. & ideo valet, quia iuriſdictionis voluntariæ. &
in propoſito tenet vi prorogatæ iuriſdictionis. Sed iſta opi.
non videtur vera, quia recognoſcens ſuperiorem non poteſt
in talibus iuriſdictionibus prorogare, vt videtur tex. in c. per
29 venerabilem. verſi. inſuper. † Vnde ego latius omnibus omiſ-
ſis, credo quod iſta quæſtio, ſicut in Papa dixi, dupliciter po-
teſt intelligi. Vno modo, an proprium ſubditũ poſſit ipſe Ro-
mam tranſiens legitimare in terris eccleſiæ. Secundo, an ſub-
ditum ipſius Papæ in primo caſu, quando quærit proprium
ſubditum legitimare in terris eccleſiæ, & tunc aut legitimat
eo modo quo ſtat in terminis contentioſæ iuriſdictionis, &
tunc de ordinata poteſtate non poteſt, quia illam extra ter-
ritorium proprium non exercet. d. l quidam. de offic proçon
ſul. de abſoluta põſtate, ſic qa poteſt illas leges abolere, & hoc
non refricando q. an donatio facta Papæ tenuerit, de quo la-
tius diſputo, tractatu monarchię. Si autem legitimat ita quod
ſtat in terminis voluntariæ iuriſdictionis, tũc credo quod poſ
ſit dicta. l. 2. de offi. pcõſul. ꝙ quando ſit, quod conſtet quod
legitimet in terminis voluntariæ, vel contentioſæ iuriſdictio
nis, ſupra tetigi in deciſione q Papæ in caſu, dũ dubitatur de
ſubdito eccleſiæ. tunc domi. Anto. de Butr. dicit quod ſi Im-
perator vult legitimare diſponendo in radice matrimonij, ꝙ
tunc nõ poteſt. ratio, quia matrimonium ſoli Papæ ſubeſt &
ideo infert quod ſi leges dicentes per ſubſequens matrimo-
nium filios legitimari non eſſent approbatæ per ca. tanta. non
legitimarentur filij illa forma. quam opi. non credo veram.
30 † Nam licet Imperator dicat aliquem legitimari p matrimo-
nium, non tamen diſponit ſuper matrimonio vel eius radice,
ſed ſuper legitimatione, licet ad eſſe requirat actum ſpiritua-
lem. ſimile in l. fi. C. de epiſc. & cler. & hoc latius dixi in j. q. in
primo libello cauſæ efficientis. Credo tamen dictum verum,
quod ſi Imperator vult legitimare diſponendo in radice ma-
trimonij iudicando matrimonium verum vel non verum, qđ
non poteſt, quia diſponit ſuper iure non ſubiecto, & hoc non
poteſt etiam in terris imperij, & ita loquitur opi. Hoſtien. de
qua dixi, ſup. in q. Papæ. aut vult de nouo conferre non obſtã-
te vltimo, & tunc aut vult inducere illud ius per reſcriptũ, &
non poteſt in non ſubiectum, nec etiam in ſibi ſubiectũ quo
ad ſpiritualia. hoc tenet d. gl. decreti huius d c. 1. & c. 1. d. ca. 1.
35. q. 7. c. 1. & 10. di. l. Imperatoris & ibi Archi Sed l. generalẽ
31 condendo tunc bene legitimat ſubditũ eccleſiæ, & hoc † qa,
l. generalis Principis eſt a Papa approbata generali approba-
tione, de quo, 10. diſt. ſi in adiutorium & hoc not. in c. p tuas.
qui fi. ſint legi. quod eſt verum reſpectu tẽporalium. quo au-
tem ad ſpiritualia, tenet Do. meus quod talis legitimatio non
extendatur, quia generalis approbatio vires obtinet, quando
Princeps diſponit in ſibi ſubiecta materia, non ſi in ſibi non
ſubiecta, vt in ſpiritualibus. Ideo legitimatus ſm caſum auct.
item ſi quis. la ſeconda. C. de natu. liber. non eſſet quoad ſpiri
tualia legitimatus, quod eſt not. dignum. & vbi dico ſubditũ
eccleſiæ legitimari a Principe, idem credo in ſubdito proprio
generalem legem condendo, ſi ponimus eum poſſe in terris
eccleſiæ leges condere generales, vt fuerunt multæ extrauagã
tes Romę conditę. Et prædicta procedunt tenendo, quod di-
cta iuriſdictio non ſit prorogabilis. pro qua videtur text. in d.
c. per venerabilem. in ver. inſuper. vbi poſſunt prorogare tan-
tum ſuperiorem non recognoſcentes, ergo ſecus ſi recogno-
ſcunt. Vbi autem teneremus ipſam fore prorogabilem. tunc
ſuccedit opinio Bal. quod poſſit, vbi conſentiunt illi, quib. po-
teſt præiudicari, alias quod non tenuit Io. And. in d. uerſi. inſu
per. vbi videtur caſus. Nam dicit, quod poteſt prorogari iuri-
ſdictio ſine alterius incommodo ſiue præiudicio. & hoc po-
nit Io. And. in ver. potuit. & in §. illud autem. in uer. libere. idẽ
Hoſt. in § rationibus. in ver. requiſiſti. vbi eſt caſus quod iſta
eſt iuriſdictionis, ut ſup. dixi non obſtat illa fortis ratio. quod
32 iſtud non poſſit a ſe abdicare, † quia donando eccleſiæ, non a
ſe abdicauit, ſed limitat, & reſtringit, vt non poſſit hoc ius ex-
ercere in donatis Papę, eo quod incipiunt non eſſe ſub eius iu
riſdictione, & ſic deficit patiens vel ſubiectum. faciunt no. in
d c. 1. de ord. ab epiſcopo, &c. nec ſimile de epiſcopo eſt bo-
num, quia ipſe non poteſt ſibi parem facere, nec poteſt eſſe ei
par in territorio ſiue in præeminentia, ꝙ ſecus eſt in propoſi-
to, quia Imperator potuit ſibi parẽ facere Papam, quinimmo
ſecundum aliquos maiorem, quia Papa habet in habitu ſcđm
eum iuriſdictionem. Vnde illam nõ committit ei Imperator
niſi quo ad exercitium, ſed iſtud ego non teneo in prima quæ
ſtione monarchiæ.

Quęro Rurſus, quid de Imperatore electo, non tamen
coronato, an poteſt legitimare. Iac. de Are. di-
33 ſpu. † tenuit ꝙ ſic, vt lariſſime refert Cy. in l. bene a Zenone. C.
de quadri. præſcriptio. Idem tenet dominus Anto. de Butr. &
refert hoc tenere Io. And. in addi. Specu. in tit. de ſucceſ. ab in
teſta. §. 1. ver. ex facto. ibi, Item ſcire debes. & de reſcrip. præ-
ſen. § ſi ver. item obtẽtum eſt. Sed Do. meus Bar. de Sali. diſpu
tando tenuit oppoſitum, & ita vt audio tenet in d. l. bene a Ze
none. & in quadam diſputatione, quæ incipit, Mediolenſis q-
dam. ſed ſatis ſua dicta perlegi. nec video ꝙ argumenta ſua cõ
cludant.

cludant aliquid vltra ea, quæ contra ſe allegat Cy. & Iaco. quo
rum proſecutionem dimitto ratione prolixitatis. tamen inhę
rens cum Cy. & Iaco. cum quibus eſt Bar. in tracta. ad reprimē
34 dam. in glo. in verbo, leges vbi dicit, ꝙ ius imperij trāſit ab ele
ctione. patet ibi, quia contra eum committens incidit in læſæ
maieſtatis crimen, ꝙ non eſſet niſi haberet imperij iura. alle-
gat extra de verb. ſigni. c. ſuper quibuſdam. vbi dicit ꝙ Reges
ad Principi reſeruata manus imponunt, vt ſtatim dicam. pro
hoc, quia nemini ſubditus eſt, nec recognoſcit ſuperiorem, &
ſic poteſt legitimare, vt in d. c. per venerabilē. ver. inſuper. hoc
dicit ipſe, patet ex bullis Imperatoris Caroli, quæ ſunt Peruſij
ſub bulla aurea, vbi facit Peruſinis quandam conceſſionem,
quam tandiu valere voluit, quandiu non eſſet ab alio Princi-
pe, vel Romanorum Rege reuocata. ergo patet ꝙ Rex Roma
norum poteſt. Et hanc partem credo veram, quia ſemper Ro
manorum Reges imponunt manus ad imperium cum poten
tia & ſemper Imperatores approbarunt. Et hoc dicit Bar. ꝙ te
net glo. in cle. 1. de iureiuran. ꝙ procedit ſm datam glo. quan
do facta electione Papa electum approbat. vbi autē eſt facta
in diſcordia, videtur ſentire illa glo. ꝙ nihilominus poſſit ele-
ctus adminiſtrare. hoc idem videt tenere glo. 93. diſt. legimus.
& in c. auaritiæ. de elect. lib. 6. licet aliam partem videatur te-
nere gl. 63 di. quanto. Sed ego teneo indiſtincte, quod cano-
nice electus poſſit.

35 **Vlterius** eſt † videndum, quid de Regibus, vt Rege
Francię, Angliæ & Aragonum & ſimilium?
videtur ꝙ non poſſint legitimare. Ratio, quia hoc ſolum Prin
cipis eſt, ergo non poſſunt Reges. antecedens probatur in §.
fi. in Auc. qui. mo. na. effi. ſui. Scdm probatur, quia tales ſubdi-
ti ſunt, vel eſſe debent imperio. l. in nomine domini. C. de off.
præfec. præt. Affri. 7. q. 1. in apibus. ff. de cenſi. l. fi. pro hoc quia
Dominus mūdi Cęſar vniuerſaliter eſt. l. deprecatio, ad l. Rhod.
de iac. ſi ergo ſunt ſubditi, ergo nō poſſunt quæ ſunt ſoli Prin
cipi reſeruata, arg. c. per venerabilem. ver. inſuper. ad hoc ꝙ not.
ff. de excu. tu. l. Grammatici. & per ibi ſcripta, quæ Bap. appro-
priantur, licet inter plures, Doc. me exiſtente Bononiæ, fuerit
obtentum, ꝙ illa ſcripta in illo titulo non ſunt Bart. vbi tenet
iſtam partem. ꝙ Reges non poſſint. & hoc videtur determina
re Inno. in c. cum re. de ſen. & re iudica. ad hoc facit, quod no.
ipſe Inn. in d. c. per venerabilem. vbi dicit, ꝙ Reges ſeculi ſub-
ſunt Papæ. Si ergo Papam ſuperiorem recognoſcunt, ergo nō
legitimant. ad hoc ꝙ no. Bar. ad reprimendam in gl. in verbo,
totius orbis. & gl. Bar. in d. c. per venerabilem. in ver. recogno
ſcit. In contrarium, ꝙ Rex Angliç poſſit, videtur expreſſum
in d. ver. inſuper vbi dicit ꝙ poterit Rex ipſe cū filijs diſpēſare.
36 † Præterea Rex Fran. ſaltem de facto non ſubiacet Imperato
ri, vt no. gl. no. Inſti. de pa. po. in prin. & gl. prædicta in d. ca. per
venerabilem. ergo poteſt legitimare tanq̃ non ligatus legibus
Principis, & hanc partem videtur ſequi D. Ant. de Butr. in d.
ver. inſuper. pro quo facit, quia non recognoſcentes Principē
videntur habere poteſtatem ad imponendum manus ad re-
ſeruata Principi, de quo eſt caſus, de ver. ſigni. c. ſuper quibuſ-
dam. Nam imponunt vectigalia ſoli Principi reſeruata, vt l. ve
ctigalia. C. no. vecti. impo. Ego vero in hac q. ita dicerem, quia
aut loquimur de Rege in aliquo tēporali recognoſcentes aliū
in dñm, vt hodie Rex Apuliæ, qui recognoſcit Papam, & hoc
clarum eſt quod non poteſt legitimare. d. l. venerabilem. §. in-
ſuper. aut ſunt Reges de facto ſuperiorem non recognoſcen-
tes in temporalibus, licet eorum reſpectu ſubſunt principi, vt
63. diſt. Adrianus, vt no. Hoſt. in ca. per venerabilem. & reſpe-
ctu ſpiritualium ſubſunt Papæ. Inn. ibidem, & tunc aut quæri-
mus, an tales poſſint facere reintegratiuam, per quam diſpo-
37 nant in vitium matrimonij, & non poſſunt. † quia ſi Cæſar non
poteſt, qui habet omnem iuriſdictionem ſed ſolus poſſit Pa-
pa, ut dixi. ſ. in q. Principis, multominus poterunt Reges. Aut
quærimus de integratiua, per quam quis reſtituitur priſtinę na
turæ, & īgenuitati antiquæ, vel de nouiter collatiua. & ad hoc
dico, ꝙ Reges tales non pñt. ratio, quia per talem legitimatio
nem quis conſequitur iura patriæ poteſtatis, & alia de iure ci-
uili ſunt tantum inuenta, vt in § generaliter. qui. mo. na. effic.
ſui. quam patriam poteſtatem non habent niſi illi de Ro. po-
pulo, vt Inſtitu. de pat. poteſt. §. ius autem. Igitur non habebit
illam non recognoſcens Principem, ad hoc tex. x. diſt. quo iu-
re. non obſt. quod no. Barto. ff. de capti. l. hoſtes. quia fateor ꝙ
Francigenæ ſunt de populo Roma. quatenus dicimus cum re
cognoſcere Principem & mundi Dominum. Sed quatenus
de facto non parent, nec eius vtuntur l. nec iure ciuili, vt de pri-
uile. ſuper ſpec. non poſſunt diſponere ſuper eo, cuius noti-
tiam non habent, vt ſuper differentia iuris ciuilis, ſed hæc dif-
ferentia naturalis & legitimi eſt de iure ciuili, vt in § natura q.
38 mod. nat. effi. ſui † igitur ad ipſum ius ciuile pertinet vera re-
ſtitutio. illam vero non confert Rex, qui tale ius non recogno
ſcit. ita intelligam dicta Inn. in d. c. cum te. de ſent. & re. iudic.

Aut quærimus de diſpenſatiua, qua diſpenſatur quod non ob
ſtan. vitio illegitimi, ꝙ vitium forſan lege vel conſuetudine ip
ſius regni eſt inductum, tunc credo, quod rex illam poſſit fa-
cere diſpenſatiuam, vt ſuccedant tales, uel habeant ſi [illegible] alia iu-
ra vitio illegitimatis non obſtan. ad hoc facit, quod dicam p-
xima quæſt. & eſt expreſſum in d. c. per venerabilem. ver. inſu-
per. qui tex. loquitur de diſpenſatis, non de legitimatis. ita in-
telligo hanc quæſtionem.

Sed iuxta Prædicta quæro, an lege municipali ciuita
tum poſſint ſpurij vel naturales legitimari,
vel cum eis vt ſuccedant diſpenſari. in hac reperio diuerſorū
ſententias. nam quidam dicunt ſpurios non poſſe legitimari,
vel cum eis diſpenſari, & ita dicunt Bonifacium Papam diſpē-
ſaſſe. Alij contra. referam argumenta & deſcendam. primo vi
detur quod poſſint, ꝙ oſtenditur. Iura legitimandi procedunt
a iure ciuili, cum ante omnes legitimi naſcerentur, ut in Auc.
qui. mod. nat. effici. ſui. §. quia igitur, ad principium, circa me-
dium. ergo poteſt conſtitutio fieri. quæ eſt iuris ciuilis pars. cū
ergo ab eo ſit differentia, ergo ab ipſo poteſt diſſolui, ut in re
gula, nil tam naturale, de reg. iur.
39 † Secundo probatur, regulariter illud ꝙ poteſt fieri lege, po
teſt fieri per ſtatutum. l. omnes populi de iuſt. & iu. Sed per le-
gem poſſunt naturales legitimari, ut in co. ti. quibus mod. na.
effi. le. & qui. mod. nat. effi. ſui. ergo & per ſtatutum poterunt,
quia ſtatutum poteſt legem tollere, ut in c. fin. de conſue.
Tertio probatur, nam ſtatutum & conſuetudo ambulāt pa-
ri paſſu, cum ab eodem fonte procedant. l. de quibus. ff. de le-
gi. ſed clarum videtur, ꝙ ciuitas poteſt conſuetudinem impo
nere ad tantum principi reſeruata, ut patet in impoſitione ve
ctigalium. d. l. vectigalia. C. noua vecti. de hoc eſt caſus in l. lici-
tatio. §. earum. de publica. & l. ſi publica. §. fi. & clarius. C. de ca,
no. ratio. titu. l. 1. lib. 10. erga ſimiliter ad iura legitimandi tan-
quam Principi reſeruata.
40 † Quarto probatur, quia cōſuetudo ciuitatis & principis pri
uilegij inſtar habent. l. 1. §. Caſſius & l. ꝙ Princi. ff. de aqua plu.
arcen. 8. diſt. mala. 9. q. 3. conqueſtus. ſed clarum eſt, quod ci-
uitas Principis priuilegio poſſet, ergo & per conſuetudinem,
& ſic conſuetudine, ergo & ſtatuto, quia nihil differunt niſi
quatenus tacitum & expreſſum. d. l. quibus. Quinto oſtendit.
Nam ſi per ſtatutum præſtantur effectus reſultantes ex legit-
timatione, ergo vt ipſa legitimatio præſtari poterit ad eos effe
ctus ordinata. ratione enī illegitimatis ius priuatur ſpurius vel
naturalis hæreditate, & alijs quibuſdam de iure ciuili, ſed ad
prædicta poteſt per ſtatutum reſtitui, quia ſi poteſt concede-
re effectus, ergo tollere cauſam effectum inducentem. aſſum-
41 ptum probatur. † Nam hæreditates ſunt de iure ciuili, & pote
ſtas teſtandi prouenit ab eſſe legis. l. hæredibus. C. de legi. hæ-
redi. ergo poterit per ſtatutum vocari ſpurius. Eſt enim, vt di-
xi, ſtatutum iuris ciuilis pars. videmus enim per ſtatuta inha-
biles habilitari & proximiores hæredes remoueri. ſi enim ab
ſtulit ius ſuccedendi ius ciuile, ergo poteſt reſtituere, quia ſta
tutum facit quem hæredem, vt lex & Senatuſconſul. videmus
enim quod lex facit naturales certæ partis capaces. C. de natu.
liber. auc. licet. & qui filij ſint legit. lator. ergo ſimiliter & ſtatu
ta poterunt, vt in §. 2. Inſtitu. de iure natu. Præterea ius cano-
nicum prouidet de alimentis, ut de eo qui duxit in matrimo-
nium. c. cum haberet. ergo per ſtatutum poterit ſimiliter ſibi
hæreditas dari. & in hoc ſaltem tanquam cum legitimo pote-
rit per ſtatutum diſpenſari. ff. de hæredi. inſtitu. l. is qui ſoluen-
do, hoc confirmat. Nam licet ciuitas non poſſet totaliter legi-
42 timare, † debet tamen de bonis poſſe diſponere, & cum iſtis di
ſpenſare, vt in ſimili dicit l. 1. de ordi. iudi. videtur enim hoc ſta
tutum fauorabile, quia filios reducit ad diſpoſitionē iuris na-
turalis, quod nec faciebat differentiam inter liberos. Non ob
ſtat ꝙ multi dicunt, ꝙ ratione peccati tale ſtatutum non po-
teſt diſponere, quia ſecundum hoc etiam Princeps non poſ-
ſet, quod tamen eſt falſum, quia poteſt de abſoluta poteſtate
ſpurios legitimare, vt notatur in l. 1. C. de natu. lib. & §. fi. qui.
mod. nat. effici. ſui. Item videmus, ꝙ coitus ex quibus proce-
dunt naturales, hodie ſunt damnati per canones & peccatū
inducunt mortale, ſicut coitus adulterinus ſuperiorum, vt no
taui. ſ. in libello primo, in prima q. cauſæ materialis, ſecūdum
ius canonicum ſuccedat, ut no. Hoſtien. in d. c. lator. ergo nō
obſtante peccato vocantur per ius ad ſucceſſionem, ergo &
per ſtatutum, quod ideo non continet peccatum, quia ſi hoc
43 eſſet, ius canonicum non diſponeret. † Præterea conſuetudo
quæ interdum poteſt eſſe cauſa inuitandi quem ad peccatum
tenet. Nam valet conſuetudo, ꝙ qui fuerint hæretici, poſſint
ad dignitates eccleſiaſticas vocari. 12. diſt. nos ergo. ita ualere
debet ſtatutum, quamuis poſſit eſſe cauſa inuitandi quem ad
peccatum, quia ſi qui fuerint hæretici, vocantur ad dignitatē
& homines non curabant in hæreſim incidere. 12. diſt. perue
nit, in fi. Vnde videtur concludendum, ꝙ ſtatuto vel conſue-

tudine

tudine ciuitatis naturales vel ſpurij poſſint legitimari vel non
in totum legitimari ſaltem habiles reddi ad ſucceſſionem. &
ſic in hoc eum eis poterit diſpenſari. & hoc vltimum ſaltem
refert Bal. multos Doc. conſuluiſſe, inter quos fuit Ioan. Cal-
de. vt ipſe refert in l. 1. C. de ſum. Tri. & fi. Catho. in q. quæ in-
cipit, circa ſtatuta præmiſſa. hoc vltimum ꝙ ad ſucceſſionē vo
cari poſſit, tenet Do. Ant. de But & dicit ꝙ Bar. ita tenet in l. 1.
de ſum. Tri. Oppoſitum ꝙ nec legitimari, nec ad ſucceſſionē
44 vocari poſſint per ſtatutum, probant multa iura † & primo
legitimatio eſt quædam natalium reſtitutio, vt no. in §. ſi quis
ergo. qui. mod. nat. effic. legi. & qui. mo. na. effi. ſui. §. ideo. Sed
natalium reſtitutionem ordo decurionum non poteſt facere
qui præeſt in ciuitate loco populi. C. de nat. reſti. l. 1. ſi ergo nō
poſſunt reſtituere natalibus, ergo nec legitimare, cum illa ſit
natalium reſtitutio, igitur ibi videtur caſus huius q. Secundo
probatur. nam legitimatio ſimilis eſt adoptioni, vt no. glo. ff.
ad municip. l. 1. ſed adoptionis duæ ſunt ſpecies, una quæ reti-
net generale nomen, alia ſpeciale, & dicitur arrogatio.

Modo arguitur ſic, vnū quodq; debet cenſeri ſecūdm naturā
illius, in quo magis incaleſcit. l. quæritur. de ſtatu homi. cum
ſimi. Sed ita eſt ꝙ legitimatio magis conuenit arrogationi, q̄
adoptioni. nam per legitimationē ſicut per arrogationem fit
tranſitus in poteſtatē legitimantis, vt in §. generaliter. quibus
mod. nat. effic. ſui. ſed per adoptionē non niſi concurrat vin-
culū naturale. l. cum in adoptiuis. C. de adop. ſi ergo eſt ſimilis
arrogationi, quod etiā probatur in l. iubemus. C. de natu. libe.
ſicut arrogatio non fit niſi demum Principis auctoritate, ita
45 nec legitimatio. pro hoc facit ratio: † nā ideo requiritur Prin-
cipis conſenſus in arrogatione, non in adoptione, quia maxi-
mū eſt quod quis ſui iuris exiſtens alienæ ſubijciatur poteſta-
ti. & ideo requiritur Principis auctoritas, ꝙ nō eſt in adoptio-
ne. Nam exiſtens ſub alterius poteſtate, facilius in alienam trā
ſit familiā, quā de nouo conſtituatur. ſed ita eſt in legitimatio
ne, quia de nouo conſtituitur patri poteſtas. ergo ſolus Prin-
ceps hoc poteſt, non alius. Tertio oſtenditur, ceſſante cauſa
permiſſionis, ceſſat permiſ. effectus. probatur. ff. man. l. ſi vero
remunerandi. §. ſi mandauero. & l. 2. & l. cū precario. ff. de pre
ca. Sed ita eſt, ꝙ permiſſu tm̄ Principis populi leges condunt.
l. oēs populi. de iuſti. & iu. & Inſti. de iure natu. §. 1. ſed hāc di-
ſpoſitionem vetat expreſſe Imperator fieri, vt in Auc. quibus
modis na. effi. legit. § quin autem. ver. eos. vbi eis vetat omnē
clementiam & ſic diſpoſitionem ſtatutorum legitimantium
vel ſucceſſionem admittentium.

46 Quarto † Iura non competunt Inferioribus, quæ ſu-
perioribus tantū: ſeruata ſunt ſed ius legiti-
mandi naturales eſt tm̄ Principi reſeruatū, & ius lītimandi ſpu
rios eſt Principi de ordinata poteſtate ademptum, in Auc. qui
bus mod. na. effi. ſui § fi. ergo multomagis ciuitatibus. Nō em̄
legitimat Princeps ſpurios, niſi vtatur clauſula derogatoria. ſed
hanc derogationem non poteſt populus facere, quia non po
teſt tollere legem derogatoriam, vt in auc. caſſa. C. de ſacro-
ſan. eccle. & in auc. nauigia. C. de fur. ergo nec legitimare. &
ꝙ ſit derogatoria in ſpurijs probat tex. in §. fi. quib. mod. natu.
effi. ſui. Quinto iſtud probatur, a generali conceſſione cenſet
facta ademptio, vbi eſt reſeruatio ſpecialis. l. qui mandata. ff.
de offi. eius. & ꝙ ſolet dici, generi per ſpeciem derogatur. Sed
ita eſt, vt ꝙ in generali conceſſione ſtatuendi facta ciuitatib.
per Principē non debet venire, ꝙ tm̄ Principi reſeruatū eſt. &
maxime in ſua abſoluta poteſtate. pro hoc, quia non eſt veriſi
mile in generali conceſſione venire id, ꝙ non fuiſſet ſpeciali-
ter conceſſurus. C. quæ res pig. oblig. poſ. l. 1. & l. qui pecul. ff.
de pecu. Sed non eſt veriſimile, ciuitatibus conceſſiſſe, cū ſpu
rijs oēm clementiam deneget & etiam alimenta.

47 † Sexto probatur, propter vnius incluſionē eſt alterius exclu
ſio. l. cum de lanionis. §. cui fundus. ff. de fun. inſtru. l. cū dotē,
in prin. ſolu. mat. Sed ita eſt, ꝙ ciuitatibus tm̄ permittitur natu
ralium legitimatio per oblationem, ergo excluduntur ſpurij,
vel alij modi legitimandi, vt eod. titu. § reli. Septimo hoc pro-
batur: nam in tali conceſſione priuilegij legitimandi videtur
requiri ſpecialis conceſſio. l. 1. C. de qua. præſcri. ſi ergo requi-
ritur ſpecialis, non ſufficit generalis, qua conceditur ciuitati-
bus poteſtas ſtatuendi. l. iubemus. C. ad Velleia. l. ſed & ſi quis.
§. quæſitum. ſi quis cau. & quod no. Inn. in c. cum P. de fide in
ſtru. Octauo probatur, quia contrariorum eſt ſimilis diſcipli-
na. l. quemadmodū. de acquir. poſ. cū ſimi. ſed ciuitas non po-
teſt facere, vt qui filij nomen meruit, ipſum perdat, vt inſti. de
hære. qua. ab inte. §. nullus, ergo econtra, non debet poſſe, vt
qui filij nomen non meretur, facere ipſum eo dignum, vt in §.
quoniam autem. ver. reos. quibus modis natu. effici. legi.

48 † Nono probatur argu. a minori in iure valido, vt in auc. mul
tomagis. C. de ſacroſan. eccle. Sed clarū eſt, ꝙ illegitima perſo-
na ad honorū adminiſtrationē non poteſt per ciuitatē ad illa
adminiſtranda habilitari. C. de his, qui ve. æta. impe. l. pe. ergo
multomagis non poterit incapax ad ipſa bona capienda nedū
adminiſtranda teſti. plus addo, ꝙ non poſſit eū ipſis diſpenſa-
ti reſpectu ſucceſſionis, ꝙ probatur ſic, ea quæ conueniunt in
effectu, dicuntur ſimpliciter conuenire. l. Deo nobis. de epiſc.
& cle. l. 3 C. de impu. & alijs ſub. Sed dare poteſtatē ſpurijs ſuc
cedēdi eſt amouere vitiū illegitimitatis, qua cauſatur eius in-
capacitas. Si ergo populus remouetur ab actu legitimandi, vt
ſ̄. dixi. ergo & a iure diſponendi ſuper eius habilitate, cū in effe
49 ctu idem ſit. † Iſtud probatur, quia iſti ſpurij redduntur indi-
gni ab omni cōmodo bonorū paternorū, vt in auc. ex com-
plexu. C. de inceſt. nu. & licet bona in vita reſeruentur parenti
bus in morte, tamen deferuntur legitimis ſucceſſorib. l. ſi qs,
C. de inceſt. nup. Sed iſtud ius non poteſt populus alteri con-
cedere, ſicut eſſet in propoſito caſu; nam nec Princeps de or-
dinata poteſtate poſſet, vt in d. §. fi. in Auc. qui. mo. natu. effic.
ſui. facit. l. quoties. & l. nec damnoſa. C. de preci. impe. offe. Pro
batur & iſtud per locū ab antecedente deſtructo: nam prohi-
bitus in cauſa, prohibetur in cāto. Sed clarū eſt, ꝙ populus, vt
ſ̄ oſtendi, prohibetur a legitimatione, ergo & ab eius effectu,
ad hoc, l. oratio. de ſpoſa. Hoc etiam probatur ex populi pote
ſtatis carentia: nam populus nō ſtatuit contra ius diuinū l. nā
magiſtratus. ff. de arbi. 8. diſt, quæ contra mores. no. in l. 1. ſi cō
tra ius vel vtilia. pub. Sed iure diuino ꝓhibentur ſpurij ſucce-
dere, vt habetᷣ in vete. teſtō, Gen. 21. c. & in nouo teſtō, ad Ga
lath. 8. vbi dicitur, non erit hæres filius ancillæ cū filio liberæ.
& habentur hæc. 32. q. 3. non omnis. & c. dicat. ad idē. 35. q. 7.
c. quid eſt. vbi dicit Aug. ex lege Dei conſtitutū eſſe, vt qui eſt
inceſtuoſo coitu natus, ex nullo iure ſuccedat. ſi ergo eſt con
tra ius diuinum, populus non diſponit contrarium.

50 † Ad hoc, quia conſuetudo, quæ tm̄ valet quantū ſtatutum,
obuiat iure cōi, non tenet, de conſue. c. fi. 8. diſt. per totū Præ-
terea, poſito ꝙ ſtatuendo non eſſet contra ius diuinū, tm̄ non
valet, quia irrationabile, debet em̄ lex ex ratione conſtare. 2.
diſt. conſuetudo. Item debet eſſe honeſta. 4. diſtin. erit autem.
Sed in propoſito lex nō eſſet rationabilis vel honeſta: nam ta-
les filij excluduntur in pœnam patris. 15. q. vlti. c. cum multæ.
facit Iuſti quidem. ff. quod met. cauſa. Nō autē fit in filiorum
pœnā, 60. diſt. noſti. ſed per tale ſtatutū remittitur pœna delin-
quenti & datur occaſio fornicandi: Nam viri nō habētes vxo
res vel habentes ſteriles, accipiunt cōcubinas, ut ex eis habeāt
filios & hæredes. ſi ergo dat materiam peccandi, ergo non eſt
poſſibile vel honeſtum, & hoc no. Hoſ. in Sum. qui filij ſint le
gi. §. fi. ver. quid ſi Imperator, vbi dicit ꝙ iſtæ leges ſunt cauſa
magnorum peccatorum. probatur de conſue. ex parte. vbi nō
valet conſuetudo, ꝙ adultero dentur certæ res vxoris adulte-
ratæ, quia dat materiam delinquendi & adulterandi. Et hanc
partem conſulendo concluſit Pa. de Leza Fede. de Sen. & D.
Pe. & Bal. de Peru. Idem tenet Bar ff. de teſta. teſtamēti factio.
vbi refert, ita diſputaſſe Recu. de San. Miniate. ſ. in l. omnes
populi, vbi dicit D. meus tenere contra, nihil firmat. idem po-
nit Ia. But. in l. 2. de iu. aur. annul & Bal. in l. 2. de ſum. Tri. vbi re
fert hanc partem tenere Cy. & Odoſ. Sed Do. meus in d. c. per
51 venerabilem, ponendo ſic decidit. dicit enim, † quod iſta quæ
ſtio pēdet ab illa, an ciuitates poſſint imponere manꝰ ad prin-
cipi reſeruata. in quo ſic concludit, ꝙ ſi ciuitates ſunt uſæ tali
iuriſdictione, & conſuetudo legitimandi per tantum tempus,
de cuius initio non extat memoria, & tunc poſſunt legitima-
re, quia per talem conſuetudinem ad Principi reſeruata ma-
nus imponunt. de ver. ſig. c. ſuper quibuſdam. & hoc, vbi pro-
bare nituntur iſtud ius ex capite ſcriptionis. vbi autem niterē-
tur allegātes titulum, tunc dicit quod ſufficit ſi probēt talem
vſum per ſpatium 10. vel 20. annorum, quia ex hoc reſultat ti-
tuli præſumptio, arg. l. cum de in rem verſo. de vſu. coniunctis
his quæ no. in l. ſeruitutes. de ſerui. vbi autem non fundat ſe ex
præſcriptione vel aliter ius non probant, & tunc aut eſt popu
lus liber & habet regalia, & poterunt, & ratio, quia poſſunt
manus extendere ad Principi reſeruata, no. Bar. in l. quidam cō
ſulebat, de re indica. & in l. 3. de mino. Si autem non eſt liber,
tunc ſi quæris, an poſſit legitimationem totalem facere, ma-
xime quæ vbique vires exerceat, & non poteſt, aut vult diſpen
ſare, puta circa actum ſuccedendi, & poteſt. Iſtam ſolam ſen-
tentiam ſuam refert ipſe alijs argumentis omiſſis. Sed certe,
parcat mihi reuerentia tanti Docto. ego credo quòd illa ſua
52 deciſio ſit quaſi in omnibus falſa: † pro qua liquidanda pmit-
to, ꝙ cum populus Romanus intulit omnem iuriſdictionem
in Principem, vt l. 2. §. nouiſſime. de orig. iuris. ipſe idem Prin
ceps quædam cum inferioribus communicauit, vt probatur
in l. fin. C. de peda. iudi. Quædam tantum maioribus conceſſit
l. 1. §. cum initio. de offic. præfec. vrb. & l. ſi aliquem. §. fina. de
offi. procon. Quædam tantum ſibi reſeruauit, & in hoc ciuita
tes non poſſunt. l. nemo. de ope. pu. l. 1. de in. aur. annul. niſi cō
ſuetudini tanti temporis, cuius memoria non exiſtat, de verb.
ſigni. c. ſuper quibuſdam. Quædam princeps ſibi ademit, nec
poteſt

poteſt in his diſponere, niſi de abſoluta poteſtate, & alijs eſt
expreſſe inhibitum,vt patet in hoc caſu in §.ſi.qui.mod.na.ef-
fic.leg.loquor nunc de legitimatione ſpuriorum,& tunc cre-
do ꝙ tanto tempore,cuius non extet memoria, conſuetudo
non poſſit contrarium inducere, maxime quando prohibitū
eſt propter turpitudinem & indiget ſpeciali clauſula deroga-
toria.Nam cum ciuitates illā non poſſint facere,nullo tempo
re præſcribent,vt in c.ſi de conſue.in 6. pro hoc auc. nauigia.
C.de fur.& l.deprecatio,ad l.Rhod.de iac. vbi videtur expreſ-
53 ſum,† ꝙ turpis conſuetudo maxime contra legem Principis
nullo tpe præſcribatur.Sed ꝙ ſit turpis,patet per ſ. dicta. facit
auc.omnes peregrini.C.cōmu.de ſucceſ. modo ad propoſitū
Imperator legitimationem ſpuriorum nō ſolū ciuitatibus &
inferiorib. ademit,ſed etiā quod plus eſt,ſibi poteſtatē abſtu-
lit.d.§.ſi.qui.mod.na. effici. legi. Quinimo expreſſe contrariū
ſtatui vetuit, vt eo.tit. §.qm autē.vet.eos.ibi.n.omnē clemē-
tiā eis deneganit.cum ergo ita ſit nulla,poteſt vel potuit con-
traria induci conſuetudo tanq̃ a iure reprobata. d. l. depreca-
tio.& C.de ſacroſan.eccle.auc.caſſa.Non ob.c. ſuper quibuſ-
dam,quia loquitur in reſeruatis nō ademptis Principi,& quo
rum exercitium a iure non reputatur turpe,vt in propoſito le
gitimatio ſpuriorum.Quid plura?ſuppoſito ꝙ tanto tpe poſ
ſit induci,dū Do.meus ſubdit ꝙ probando titulum a Princi-
pe per vſum x.vel xx. ann obtinebunt, vt poſſint legitimare,
non credo verum,quia illud procedit ſm tenentes glo.in d l.
ſeruitutes,in his quæ ſunt modici præiudicij,vt no glo. in l.pe
nul. C.commu.diuidun.& ita etiam ſequitur Barto.in l.2.§.in
ſumma.ff.de aqua plu.arcen.licet per omnes antiquos quaſi,
54 & per multos modernos illa gl.non teneatur.& eſt ratio,† qa
rarò vel nunquā eſſet locus præſcriptioni,de cuius initio me
moria non extet,quod non eſt dicēdum. Sed in propoſito ſu-
mus in caſu,in quo tractatur de magno præiudicio, videlicet
de præſcrip.iurium tantum Principi competentium, in quib.
maturius agitur. l. cōperit.C. de pręſcriptio.30.ann.Item quia
eſſet cauſa multorum peccatorum,vt dixi,& ſic eſt magni pręe
iudicij.Prętetea dum ſubdit,ꝙ populus liber poterit legitima
re,adhuc non credo verū de vera legitimatione,licet de diſpē
ſatiua ſic.Vltimo,dum ſubdit ꝙ populus non liber poterit di
ſpenſare,quantum ad ius ſuccedendi,q̃q̃ nō præſcripſerit,cre
do oppoſitū,per argumenta pro iſta parte facta,& quia temo-
rariū eſſet a tantoru opino.recedere, quos.ſ. retuli hanc par-
tē tenere,nec Bar.oppoſitum ſequitur de ſum.Tri.l. 1. vt ipſe
dicit,imò dimiſit ibi ſub dubio.ſed in l.teſtamenti factio.ff.de
55 teſt.tenet oppoſitū eius ꝙ Dñs meus decidit. † Vnde ego in
iſta q ita dicerē,& eſt ſienda differentia inter legitimationē na
turaliū & ſpuriorū Primo caſu aut ciuitas præſcripſit conſue
tudinem naturales legitimandi tanto tēpore,cuius non extet
memoria,& poterit.ratio, quia licet Princeps iſtorū legitima
tionē alijs ademerit,ſibi tn̄ reſeruauit.ſed ciuitates manus im
ponunt ad reſeruata principi cū præſcriptione. ꝓdicta autem
non præſcripſerunt tanto tempore,ſed erat memoria, & tunc
etiā ſi cētū annis præſcripſiſſet,non poterunt legitimare,cum
ſit magni præiudicij,& requiratur memoria non extare, vt di
xi.hoc tn̄ intellige,vt ſtatim dicam de ſpurijs. Aut ſunt ſpurij,
qui volunt a ciuitate legitimari, & tunc aut ciuitates hoc ha-
bent ex Principis priuilegio ſpeciali,& poſſunt:aut non hēnt,
& tunc aut ſunt ciuitates ſuperiorē recognoſcentes,& nō po-
terunt , vt in c. per venerabilem .ver. inſuper. ꝙ verū credo,
ēt quo ad iura diſpenſandi quo ad ſucceſſiones , ſm præfatos
Doc.licet Dñs meus contra,& hoc ſonat d.verſ. qui loquitur
de diſpenſatione.Quod credo procedere,ēt ſi in iſtis haberēt
conſuetudinē tanti tpis,cuius non extet memoria,licet ſecus
ſit in naturalibus per iā dicta. Itē hoc ēt procedit , ſi populus
ille recognoſcens haberet regalia,quia tex.in c.per venerabi-
lē.videtur requirere,ꝙ ſit liber. ſi aūt nō recognoſcit ſuperio
rē,quia liber,tunc credo ꝙ poſſint diſpenſare, non verā legiti
mationē concedere. ratio, quia nō ſunt de populo Romano
Principē non recognoſcentes.& ſic non poterunt cōſtituere
patriā poteſtatē,quæ ſit per legitimationē.conuenit. n. tm̄ il-
lis,qui ſunt de Romano imperio.Inſti.de pat.pote.in prin.po-
terunt tamen diſpenſare.ita loquitur c. per venerabilē.qui tex.
loquitur per verba diſpenſationis.pro hoc ꝙ dixi proxi.quęſt.
& hoc forte procedit,quando legitimarent prolē iā natam.ſe
cus ergo forte,ſi vellent in naſcituros ſpurios generaliter le-
gitimando prouidere,nam cum iſtud ſtatutū eſſet cauſa mul
torū peccatorū,forſan non procederet , ꝙ tamen non deter-
mino,ſed ita intelligatur iſta notabilis quæſtio non parum du
56 bia.† Sed quæro,ciuitas in caſu,quo habet ius legitimādi,hāc
poteſtatē conceſſit vni ciui ,qui extra territoriū ciuitatis ſub-
ditos ēt iuriſdictionis proprię legitimauit,an teneat?ſi tene-
remus hanc legitimandi formam eſſe officiū,non iuriſdictio-
nem,certe inter ſubditos poſſet extra territoriū exerceri , vt
no.Gui.& Bal.in l.repetita.C.de epiſc.& cler.ſed credo ꝙ nō
poſſit,quia vt dixi in deciſione q. Papæ , An Papa legitimet in
terris imperij.hoc ius legitimādi eſt iuriſdictionis,& cum iſte
habeat illā poteſtatē ab inferiore a Principe,non exercet ēt ſi
ſit voluntariæ iuriſdictionis extra territorium.l.3 de offi.pro
con facit ꝙ no.Bar.in l.1.de ſum.Tri.circa ſtatuta permiſſiua.
57 † Vltimo videndum eſt,quid in habentibus poteſtatē a Prin
cipe?& in his dico ꝙ poſſunt ſm qualitatem ſui priuilegij & in
illis locis & perſonis,vbi dicit priuilegiū,aliàs ſi ſimpliciter lo-
quitur,tunc poſſunt in illis perſonis,& locis, in quibus conce
dens poterat de poteſtate ordinata. & ideo non poſſet legiti-
mare etiam naturales alijs legitimis extantibus, quia gratioſa
Principum priuilegia ad iſta non porriguntur.l.1.§.meritum.
& §. ſi quis a Principe ne quid in loco publi. inſpicienda igi
ſunt verba priuilegij , & ſecundum illam poteſtatē colligere.

S V M M A R I V M.

1 *Legitimationis qui ſint capaces.*
2 *Legitimatio per reſcriptum,naturalibus quando competat.*
Naturales poſſunt legitimari extantibus alijs legitimis.
3 *Naturalis,quis dicatur.*
Naturales legitimari,an poſſint de poteſtate abſoluta ſi de ordinaria non.
4 *Cautela pro legitimatione a Comitibus Palatinis facta.*
Infans,an poſſit legitimari.
5 *Furioſus naturalis,vtrum legitimari poſſit.*
Legitimatio eſt filij fauor.
6 *Infans emancipari poteſt Principis priuilegio,& de Comitum quid.*
7 *Legitimari,an poſſit naturalis ſine patris conſenſu.*
8 *Filij,an legitimentur inuiti aliquo caſu.*
Pater,quando poſſit filium inuitum a patria poteſtate liberare.
9 *Abſentes uel ignorantes,an poſſint peti a Principe legitimari.*
10 *Nepos ex filio naturali mortuo,an legitimari poſſit.*
Legitimādi facultatem habens ſpurios & inceſtuoſos, vtrum poterit utroq; morbo laborantes ſimul legitimare.
11 *Legitimari nunquid poſſint de abſoluta poteſtate nati ex ancilla.*
12 *Legitimare proprium filium,an poſſint qui alios legitimant.*
13 *Superiorem non recognoſcens poteſt eſſe iudex in propria cauſa.*
Naturalis habens poteſtatem legitimandi, an ſeipſum poſſit legitimare.
14 *Naturalis effectus illuſtris,legitimari utrumq; poſſit per patrem, cui conceſſum eſt legitimandi ius,exceptis illuſtrium filijs.*
15 *Priuilegium patris quod ad filios extenditur , an retrotrahatur ad ante natos.num.17.*
16 *Statutum grauans dominum pro delicto famuli, habet locum in delicto etiā ante commiſſo.*
Sacerdotum filius eccleſias patris immediate retinere non ualent.

De cauſa materiali legitimationis.

Modo viſo de cauſa efficiente, tranſitum
facio ad materialem,
1 †videlicet qui capaces legitimationis ſint.& pro euidentia eſt
præmittendum,ꝙ legitimatio quę cōceditur per præſcriptio
nem conſiderata ordinata poteſtate non conuenit niſi natu-
ralib.filijs,vt eſt caſus in Auc.qui.mo.na.effi.sui.§.reliqui.& ꝓ
bant rubricæ dicentes,qui.mo.na.effi.ſui.& qui.mo.na. effic.
legi.ſpurii ergo & alij illegitime nati,quorum plures ſunt ſpe-
cies, vt no.glo. de renun.c.niſi cum pridem,non ſunt huius ca
paces beneficij de poteſtate ordinata,vt eſt caſus in §.ſi.quib.
2 mod.nat.effi.legi.† Item eſt præmittendum,quod tunc legiti-
matio per reſcriptum competit naturalibus,quando per cō-
ſequens matrimonium cum matre ipſorum contrahendum
legitimari non poſſent,puta per mortem matris vel alia cauſa
legitima. alias ſi mater ſupereſſet habilis ad matrimonium,nō
habet locum de ordinata poteſtate talis legitimatio,vt eſt ca-
ſus multum ſing.in Auc.qui.mo.na.effi.ſui.§.illud.ver ſit igi.
Tertio eſt præmittendum quod tales naturales non poſſunt
legitimari extantibus alijs legitimis.tex.eſt in d. corpore in §
poterant retineri, ergo & de nouo acquiri vt in caſu noſtro.
& iſtam partem ſequitur Io. An.in addi.Spec.tit.de ſucceſ.ab
inteſt.§.1.verſi.item ſcias.& ita refert ibi tenere Vber.de Bo-
15 bio.† ſed Iac.de Bel.in d.corpore,quib.modis na.effic.ſui vi-
detur dicere hoc verum,ſi dicti agnati conſentiant,aliter nõ.
& pro hoc facit. Nam oblatus curiæ ciuitatis non agnaſci-
tur alijs.l.cõmunium.C.de na.lib.ergo ſimiliter & iſta. nam
illa oblatio ſit Principis auctoritate, & ea pari potentia eſt ſi-
cut iſta.pro hoc facit ratio.§.generaliter.in Auc.qui.mo. na.
effic.ſui.Nam non agnaſciẽ patri eo inuitus,vel non cõſentiẽ
te,ne inuitus, habeat illum ĩ ptãte.ita nõ agnaſcaẽ agnatis,ne
inuiti habeant eũ hæredẽ.& iſtã partẽ ſequiẽ.D.Bar.de Sax.in
tit.de nat.lib.Do.aũt Anto.de But.aliter dicit , ꝙ ſicut legiti-
mus pp diſpoſitionẽ in radice matrimonij oĩb.agnaſcitẽ,nam
legitimatus in caſu.c.tãta.oĩbus eſt agnatus.Idem dicit de le-
gitimato per reſtitutionẽ, qua reſtituitur priſtinæ naturæ. &
hoc per argumẽta ſ.facta,maxime quia nil differt a legitimo
16 iſto caſu,† & hoc maxime ſi ſit a lege cõi, licet idẽ ſit ſi Prin
cipis priuilegio,maxime de agnatis mentionem faciẽte , licet
idem credat iſto caſu ẽt ſi nõ faciat de agnatis mẽtionẽ,licet
Ia.de Bel.& Bar.de Sali.ꝫ.idẽ dicit in collatiua,vt ẽt agnaſcaẽ.
Sed hoc vltimũ credo verũ,nã ille,qui non reſtituiẽ priſtinæ
naturæ,ſi tñ hẽt iura legitimorũ alijs non agnaſcitur, vt pro-

batur oblatis cùriæ qui nuper legitimorum iura nanciſcitur,
ſed retro priſtinæ naturæ non reſtituitur. nam per hoc non
agnaſcitur alijs, nec per hoc eſt vere legitimus, vt dixi in 1.q.
huius cauſæ. hinc eſt quod dicit Bar. in l. ſi quis C. de opc lib.
q ſi aliquis vult plenam conſequi legitimationem, petat ſe re
ſtitui priſtinæ naturæ, quaſi non habeat tantum, ſi ſolum ſibi
conferantur. l. fi. & per totum tit. de natu. teſti. & ideo tex. in
§. ſi quis ergo filios. in d. corpore, dicit q a Principe debet pe-
tere eum reſtitui priſtinæ naturæ, quaſi aliter factus nō ſit ve
re legitimus vel alijs agnaſcat, ſicut oblatus curiæ & hæc pars
vr verior, & idem in diſpenſatiua, quia cum ſit odioſa non
eſt vltra caſus in ea expreſſos extendenda, vt in cap. 2. de filijs
presby. lib. 6 fallit in prædictis, vbi ex certa ſcientia Impera-
tor de agnatis mentionem feciſſet, vt l ſi ab eo. C. de ſuis & le
git. Et iſta ſunt vtilia pro ſtatutis excludentib. fœminas agna
17 tis. † Sed dubitatur an legitimatus excludat ſubſtitutum da-
tum ſub conditione, ſi pater legitimati decederet ſine filijs le
gitimis & naturalibus. hanc q. ponit Io. An. in addi. Spe. in tit.
de ſucceſ. ab inteſt. & finaliter concludit, & ita dicit Iaco. de
Are concludere q talis legitimatus excludat ſubſtitutum. &
idem diſputando tenuit Ange. de Peru. in d. q. quæ incipit, no
bilis quidam, allegant tex. qui dicūt, nihil a legitimis differen-
tes. Si ergo ſunt vere legitimi & naturales, ergo ſubſtitutum
excludunt, cum verba teſtatoris conueniant. Præterea dicit
Io. An. hic filius eſt legitimus coadiuuante natura, ergo exclu
dit ſubſtitutum. pro hoc. ff. de libe. & poſt. l. filium quem pa-
ter. C. de adop. l. cum in adoptiuis. Item eſt macula ſpurie-
tatis ablata, ergo remanet legitimus. & ſic debet ſubſtitutum
excludere. Non ob. dicit ipſe, c. naturales. ſi de feu. fue. cōtro.
nam licet non ſuccedat in feudo, ſuccedit in hæreditate. &
hoc eſt clarum. Sed dominus meus D. Bar. de Salice. diſputa-
uit oppoſitum ſe potiſſime fundando, quia iſti non ſunt vere
18 legitimi & naturales: † & verba teſtatoris debent intelligi pro
prie, non improprie. l. 1. §. ſi is qui nauem de exercito. l. non a-
ter. de leg. 3. Aſſumptum probat per ea, quæ dixi in 1. q. huius
cauſæ per eum. Præterea verba debent interpretari ſm cōem
vſum loquendi. l. cum de lanionis. §. aſinam. de fun. inſtru. Sed
cōis vſus loquendi facit differentiam inter legitimos & legiti
matos, ergo habeo propoſitum multas alias rōnes facit ſua-
ſiuas non multum concludentes. Idem tamen ſequitur Do.
meus, D. Ant. de But. dicens, q teſtator dicendo, ſi deceſſerit
ſine filijs legitimis & naturalibus, vr ſe referre ad legitime na
tos, & ſic legitimatus quocunq; modo non ſuccederet, quia
verba teſtatoris debent intelligi in caſu uero, non ficto. ergo
&c. Sed ego non credo hoc ſimpliciter verum, ideo ego ſic
dicerem, q aut teſtator ſe retulit expreſſe ad legitime natos,
& tunc quomodocunq; legitimi ēt ſubſequentia matrimonij
non comprehenderentur, de hoc dixi in 1. libel. in cauſa fio. in
hac ſimili q. Nam iſte qualitercunq; legitimatus poſt, quod
dicatur natiuitatis tpe legitimus, eſt fictionis ope. & verba te
ſtatoris verificantur in caſu uero, non ficto. l. ſi ita quis. §. 1 de
leg. 2. & hoc concludit Ang. & omnes quaſi. aut ſimpliciter di
cit ſine filijs legitimis, & tunc aut eſt quis legitimus demum
mediante facto legis, & tunc aut talis legitimatus erat natus
non naturalis, & nunc non excludit ſubſtitutum, ut dixi in 1.
libello, in cauſa materiali, in q. an nati ex ancillis. Aut erat na-
turalis, & tunc dico non excludit ſubſtitutum, & vbicunque
vere legitimus excluderet ſubſtitutum, ita & iſte ſic legitimatus
excludet. Eſt enim verum ipſum eſſe uere legitimum & natu
ralem. nec eſt verum, vt dixit Do. Ant. de Bu. q ſit opus, vt ſit
legitimatus natiuitatis tpe, tanquam ad illud ſe retulerit teſta
19 tor. Nam non eſt verum, † imo de qualitate eſt tunc quæren
dum, cum defertur ſucceſſio. l. non oportet. de leg. 2. & impe
dimentum medij temporis non habet obſtare. Præterea qua
litas adiuncta verbo, qualificatur ſm tempus uerbi. l. in deli-
ctis. §. ſi detracta. de noxa. Sed qualitas in propoſito adiungit
verbo, ſi deceſſerit. ergo illud tempus eſt inſpiciendum. l. Ti-
tius. de mil. teſt. ideo legitimus ſm diſpoſitionem auc. item ſi
quis. C. de nat. lib. excluderet ſubſtitutū. & poteſt intelligi opi.
Ioan. ita, Iaco. de Are. & Do. Ang. aut non eſt legitimus legis
generalis diſpoſitione, ſed tm ſpeciali Principis beneficio, tūc
credo q aut eſt quo ad quædam tm legitimus, ita q non ad
oīa, & ita non excludet ſubſtitutum, quia eſt ficte legitimus,
vt dixi ſ. in q. 1. in cā fi. Si autem eſt quo ad oīa legitimus, & te
ſtator ſe non retulit ad legitime natos, ſed ſimpliciter dixit, ſi
deceſſerit ſine filijs legitimis, tunc credo q ēt ſubſtitutū non
excludat, ēt ſi ſit vere legitimus. Ratio, quia mens teſtatoris
debet interpretari in eo, qui ſit legitimus de iure generali, nō
autem ſpeciali Principis priuilegio. tex. eſt in l. fin C. de his, q
ve. æta. impe. & ita conſuluit in hoc vltimo genitor meus.

20 Sed quæro † Vlterius, an iſta legitimatio trahatur
retro? & ſi trahitur, an ad præiudicium
illorum, quib. eſt ius iam quæſitū? Bar. ff. de lib. & poſthu. l. Gal
lus. §. & quid ſi tantum. de primo dubitauit, licet inclinare vi
deatur q trahatur retro, quam partem credo indubitāter ve
ram, pro qua eſt caſus. ff. de ri. nup. l. qui in prouincia. in fi. &
hoc ſiue ſit reſtitutiua diſponēs in vim matrimonij, ut eſt ca
ſus in c. 2. de clande. deſpo ſiue ſit reſtitutiua ad priſtinum ius
naturę, nam talium reſtitutio retro trahitur, vt l. interdum. de
nata reſti. ubi autem eſſet nouiter collatiua non diſponēs ad
tempus retro uel diſpenſatiua, & tunc nō credo ipſam retro
trahi, quia tēpus præſens non infert ad præteritum, ergo. Sed
ſtat dubium, ſi trahitur retro, an præiudicet in iure iam alte-
ri quęſito. Bar. ibidem q non. Nam ſicut fictio poſtliminij nō
fingit in præiudicium iuris alteri iam quæſiti medio tempo-
re, niſi detur reſtitutio. l. 2. ex quib. cau. maio. ita nec iſta legi-
timatio pro hoc facit extra de reſcrip. ca. quamuis. lib 6. & q
dixi in 1. libello, in deciſione q. an ſuccedat in iure primogeni-
turæ, in cauſa fi. in 2. dub. Sed dubium maius eſt, an præiudi-
cet in iure alteri delato nondum quæſito. videtur q ſic, per
tex notabi. in l. 1. §. qui mortis. ff. ad Tertul. Credo q ſi iſ facit
voluntate patris ſe legitimare, q præiudicet, arg. eorum quæ
proxime dicam. Vbi autem ſine patris conſenſu, credo q nō
21 præiudicat. † Nam ſi filius ſine patris conſenſu ſe offert curię
poſt mortem patris, non habet de bonis patris, niſi portionē
curiæ tangentem, & aliam habet iuris liberalitate, ſed portio-
nem tangentem venientem ab inteſtato nō aufert etiam tūc
delatam, vt eſt caſus notabilis in Auc. quib. mo. na. effi. ſui. §. ſi
quis autem legitimos. vet. ſi vero illegitimos. ita ſimiliter de-
bet eſſe in hac legitimatione per reſcriptum ad hoc eo. tit. §.
ſi vero is qui ſolummodo. vbi in dominiū patris. i. ſucceſſio-
nem vel hæreditatem demum habet ipſo patre conſentien-
te. habet enim per hoc iura naturæ ad eſt ſucceſſionem pater
nam, & per Principem iura legū, q ſecus eſt ſi fecit inſcio pa-
tre. per hoc, quia non poteſt eſſe legitimus illi, qui iam deficit
& nunquam conſenſit, ad hoc facit q dicam ſ. in q. an filius
legitimatus poſt mortem patris rumpat teſtū. Non ob. §. qui
mortis, quia ibi fuit olim ad ſucceſſionē habilis in vita patris,
vnde reſtitutus recuperat locum, quem plenum nō inuenit;
q ſecus eſt in caſu noſtro. hoc tamen uerum iudico, niſi fe-
ciſſet mentionē de iure delato alijs & de ipſis & Princeps hoc
non obſtante conceſſiſſet. nam tunc eſſet recurrēdum ad ea
quæ dixi ſupra in cauſa formali, in q an citatio requiratur, fa-
cit pro iſta determinatione, l. nam ita diuus. ff. de adop. vbi nō
confirmatur inualida adoptatio mortuo adoptante, niſi de
conſenſu illorum, quib. præiudicatur Præterea eſſet abſonū
q pater haberet hæredem, quē noluit. l. 1. C. de ſacro. ſan. ec.
Vltimo de hoc eſt glo. no. C. de adop. l. cum in adoptiuis. §. ſi
vero pater. habilitatio alicuius ad ſucceſſionē facta poſt mor-
tem illius, de cuius hæreditate agitur, non releuat, licet ſecus
foret ſi facta tn̄ eius vita ita intelligo hanc q. quicquid dixerit
Bal. in l. cum ignorantia. in fi. C. de iur. & fac. ignoran.
22 † Vlterius quæro, an ſuccedat iure primogenituræ. de hoc
collige determinationem ex notatis in 1. libel. in cauſa fina.
in hac ſimili quæſt.

Quæro, an filius legitimatus patris conſenſu rumpat teſta-
mentum, in quo eſt præteritus. Iac. de Bel. in auc. quibus mo-
dis natu. effic. ſui. dicit q ſic ad inſtar poſtliminij, quia legiti-
mus non differt a legitime nato, vt in §. ſi quis ergo legitimos
co. ti q confirmatur ex illo tex. qui dicit q tranſit in patris po
teſtatem, ergo ſicut alij legitime nati præteriti rumpunt, ita
iſte, pro hoc facit, quia filius ēt fictus rumpit teſtū præteri-
tus. l. non putauit. §. ſi quis emancip. de cōta ergo magis hic fi-
lius, qui habet ſaltem naturale vinculum. l. filio quem pater.
de lib. & poſth. ad hoc, quia monaſterium, qđ hr̄ loco ficti fi-
lij, rumpit teſtū C. de ſacroſan. eccle. auc. ſi qua mulier. ergo
magis iſte, facit de proba. c. in præſentia. quod procedit, ſi fe-
cit patris conſenſu, & hoc vr̄ de mente Bar. in l. Gallus. §. nūc
de l. de lib. & poſth. in q. quæ incipit, ſed quæro quare Scæuo-
23 la. † Sed maius eſt dubium quid ſi patre mortuo fecit ſe legi-
timare, an rumpat? Do. Barth. de Sal. dicit q non, & bene. ra-
tio, quia ɔ̄ uoluntatem defuncti non debet auferri hæreditas
his, quos habere voluit hæredes. l. fi. de hære inſti. ad hoc fa-
cit, quia conceptus & natus poſt mortem teſtatoris non ve-
nit ad eius hæreditatem, vel eius teſtamentum non rumpit. l.
ſi quis filio exhæredato. in prin. de iniu. teſt. ergo nec iſte, qui
nouiter pro nato habetur. C. de natu. libe. auct. licet. facit ra-
tio §. generaliter. qui. mo. na. effi. ſui. Nam exigit filij conſen-
ſum, ne ipſi inuito præiudicetur in bonis eius eadem ratione
requiretur conſenſus patris, ne alias ſibi præiudicetur, qui nō
præſumitur conſentire, poſtquam eum non inſtituit. Prætere-
rea pater ſi non inſtituit filium, fecit l. auctoritate, inhibentis
iſtud, videlicet naturalem inſtituit. ſed iudicium patris nō de-
bet per hoc impugnari, quia ſic deciperetur auc. pub. ſcrip. cō
tra. l. 2. C. de his, qui ven. æta. impe. ad iſta faciunt quæ dicam
in fi. tertij libel. ſ. 20. & hoc credo verum.

Sed

24 † Sed vlterius dubitatur, an hic ſuccedat in feudo? & clarum
videtur ꝙ non, vt no. in c. tanta qui fi. ſint legi. & videtur caſus
in 10. col. ſi de ſeu. fue. contro. ca. naturales, ꝙ tamen limitat
ibi gl. niſi Imperator dixerit, vt etiam in feudo ſuccedat, ſed
certe illa gl. coiter non tenetur, quia non vr̃ poſſe ſine cã præ
iudicare iuri alieno. l. quoties. & quod ibi no. C. de preci. Im-
pe. offe ergo non obſtante quod Princeps ſic dixerit, non de-
bet poſſe ſuccedere, ne feudum tardius ad viuum reuertatur
niſi dicamus ꝙ hoc ſit verum, niſi dñs legitimationi conſen-
ſerit, ſicut dicimus de venientib. ab inteſtato. & hoc videtur
de mente gl. in c. 1. de ſucceſ. feu. ibi, niſi fuerit tale feud. &c.
Et hoc diſputando tenuit D. Bar. de Sali. in d. diſputa. Medio-
lanenſis quidam. Sed dubitatur, an legitimatio trahat vires
extra territorium legitimantis? iſta q. poteſt ſumi plurib. mo-
dis ad ſuppoſito ꝙ ciuitas legitimet. an trahat vires ad bona
alibi poſita. & idem de Principe, ſed hanc q. non intendo hic
examinare, ſed eſt recurrẽdũ ad no. per Doc. in l. 1. C. de ſum.
Tri. & ibi per Bar. & Bal. & latius per Bar. de Sali. & Mod. om
25 nes. † Vltimo quæro, & finem huic libello imponere volo, ali
quis carens legitimis fecit naturales legitimari habita narra-
tione carentiæ legitimorum, demum legitimos ſuſcepit, an
tenet legitimatio, & an vna cum legitimis ſuccedant. hanc q.
format Albe. Galio. in margarita ſua, in tit. de natis ex damna
to coitu, vbi refert aliquos tenere, ꝙ non ſuccedant. alleg. l. ſi
vnquam. C. de reuo. don. & l. ex facto. in prin. de vulg. & pup.
vbi probatur ꝙ reſcriptum reſtringitur ſm̃ cauſam maximè
inſertam. Sed hæc eſt cauſa, quia legitimos non habet, ergo
ceſſante cauſa ceſſat diſpoſitum ad hoc bene facit. l. cum acu
tiſſimi C. de fideic. & l. ſi. de hære. inſtitu. hanc opi. dicit Bart.
in d. l. ex facto. tenere Dyn. hoc tenet Guid. de Suza. vt refert
Ant. de Bur. in l. 1. C. de nam. libe. pro hoc ego allego caſum
in l. 1. C. de pact. Nam ſi ibi illud pactum fuiſſet factum tm̃ ꝑ-
pter liberos non ſuſceptos, certe ſuperuenientia ipſorum tol-
leret illam diſpoſitionem. ſed quia fuit & ibi datum aliquid
ꝑ remiſſionem incertæ conditionis, ideo ibi tenet pactum,
ſm̃ gl. ↄ̃trium m̃ tenet Ray. vt no. in d. l. ex facto, & Alb. prædi
ctus vbi ſ. iſta ratione, quia ille eſt iam legitimatus, ſed legiti-
mati ſuccedunt cum legitimatis, vt in Auc qui. mod. nat. effi.
ſui. §. ſi quis igitur. & §. illud generaliter. Præterea, dicit Rayn.
actus huius legitimatiõis eſt finitus: ergo licet deueniat ad eũ
caſum, a quo non poteſt incipere, non propterea irritatur, vt
no. Dy. in c. actus legitimi. de reg. iur. Non ob. l. ex facto, quia
ibi non erat ſubſtitutio perfecta & conſummata. Sed iſta rñ-
ſio non videtur tuta, quia licet actus legitimationis eſſet per
fectus, tamen ipſa ſucceſſio erat in pendenti. Vnde Bar. in d. l.
ex facto. dicit ꝙ aut erat legitimatus ſubſequentia matrimo-
nij, & ſuccedit cum legitimis, vt l. antepe. & pen. C. de nat. lib.
aut per reſcriptum, & idem, quia habent inſtar legitimorum
per matrimonium, vt in §. illud. qui. mo. na. effi. ſui. Ita proce-
dit dictum Ray. In oblato autem curiæ dici poſſet procedere
dictum Dy. ſed pateat mihi reuerentia ſua, iſtud nihil eſt dice
re, quia legitimati per matrimonium & per curię oblationẽ
ſuccedunt cum alijs legitimis, vt in § generaliter, qui. mo. na.
effi. ſui. Vnde in iſtis non poteſt dubium procedere, niſi dice-
remus ꝙ ita voluit legitimari, quia legitimos non habebat.
Sed non video rõnem diuerſitatis, quare magis vnũ obtineat
in vno quàm in alio. Solum ergo poteſt dubium ꝑcedere in
legitimatione per reſcriptum, quæ fieri non poteſt ordinata
poteſtate alijs legitimis extantib. vt in d. ca. corpore. §. ſi quis
vero legitimos. Sed Io. An. & Anto. de Bu concludunt, quod
non excludantur ſolum per tex qui dicunt legitimatos cum
legitimis ſuccedere, quos ſ. allegaui. hoc tamen dicit verum
Io. An. niſi apponatur clauſula, quã dicit ipſe vidiſſe apponi.
Ita tñ ꝙ ſi legitimam prolem haberi contingerit, ei omnino
non adæqueris. Nam iſto caſu legitimatus non ſuccedit. ſecus
ergo ea non appoſita, per iam dicta. & hoc tenet Goff. & Spe.
tangit in titu. de ſucceſ. ab inteſt. § nunc dicamus. ver. ſed ex
facto quæritur. hanc partem ego credo veram. & de hoc do
caſum. C. de na. lib. l. diui Cõſtantini. ſic inducendo, olim filij
per ſubſequens matrimonium non poterant legitimari alijs
legitimis, vel coniuge legitima ſtante, licet hodie ſit ſecus legi
timis extantibus, vt in d. l. diui. tamen ſi non extabant legiti-
mi poterat fieri ſubſequentia matrimonij legitimatio, quæ
vires tenebat etiam legitimis poſtea ex dicto matrimo. proue
nientibus. nam ſecum legitimati ſuccedebant, vt d. l. diui. quæ
licet dicat de eodem matrimonio, idem tñ eſſet ſi de alio, cũ
ratio ſit diuerſa, & clarius probat in Auc. de trien. & ſemiſ. §.
fi. & probat tex. in § generaliter. qui. mo. na. effi. ſui. inducen-
do hoc modo. nam tex. dicit, non licet legitimare alijs legiti-
mis extantib. demum naturalib prouenientibus. ſecus ergo ſi
autem prouenerint legitimati naturales: nam ſuperuenien
tia legitimorum non obſt. vbi ibi a contrario. & hæc huma-
nior pars videtur.

SVMMARIVM.

1 *Legitimationis cauſa effectiua, quæ ſit 4.*
2 *Auus nepotem ex naturali offerens, ipſum ſibi legitimat.*
3 *Legitimationis forma.*
5 *Oblatus curiæ de patris voluntate, quam partem habere debeat.*
6 *Filiæ præteritæ non rumpunt teſtamentum, vbi ſtatutum fœminas excludit.*
Curialis filios tantum habet hæredes.
7 *Monaſterij ingreſſus naturalem legitimat.*
Pater poteſt inſtituere naturalem, ſi monaſterium ingrediatur.
8 *Spurij monachi facti poſſunt ad ſacros promoueri et ad beneficia nõ curata.*

Liber tertius de legitimatione per curię oblationem.

VLtima Quidẽ pars ſanctionis huius eſt, vt videamus de ipſis oblatis curijs ciuitatum. & qm̃ hæc
1 forma hodie cõiter non tenetur, ideo † ſuccincte pertranſeã
tantum de ea ponens, vt tex. auc. intelligantur. & ſequens or-
dinem conſuetum, non eſt dubium ꝙ huius effectiuæ cauſa
eſt ius ciuile, vt patet. C. de nat. lib. l. 3. & l. cõium. Et fuit hæc
forma inuenta a Theodoſio Principe, vt in Auc. qui. mo. nat.
effi ſui. §. primus namq; modus. & hanc formam credo iure
canonum procedere ex generali approbatione. 10. di. ſi in adiu
torium. vnde cum probatione ius canonicum poſſet dici cã
efficiens. l. ius autem ciuile. de iuſti. & iu. & hæc de primo.
De ſecundo no. ſ. de cauſa materiali, non eſt dubium quòd
ſolum naturalibus hæc forma conuenit, vt in d. § primo. Alij
enim ſunt omni beneficio indigni, vt in Aucten. quibus mo-
dis natu. effic. leg. § ſi & qui ſint naturales, dixi ſ. in pluribus
locis, maxime in primo libello, in cauſa materiali, in q. quid ſi
clericus in minoribus conſtitutus. & hoc etiam ſi ſint nati
ex illuſtri patre & ancilla matre, ut probatur in §. ſi quis igi-
tur fuerit, & poterat offerri vnus, vel plures, vel omnes, prout
volebat pater. d. §. primus. & fit conſentiente filio, alias non,
a vt eo. ti. § & quoniam varię † De infante autem, & menteca-
pto & alijs dic, vt dixi ſup. in alijs legitimationibus. vnum ta-
men notans, ꝙ auus offerendo nepotem ex filio naturali ip-
ſum ſibi legitimat etiam filio non caſteote uel non oblato.
caſus eſt in d. §. ſi quis igitur ex qualiber. Tertio videnda eſt
forma, & hæc traditur in l. 3. de nat. lib. & in d. §. ſi quis igitur
fuerit, vſq; ad §. & quoniam varię Nam fit vt pater offerat cu
riæ ciuitatis vnde oriundus eſt, vel ſi eſt ex vico vel caſtro o-
riundus offeratur ciuitati cui ſubiacet vicus vel caſtrum. &
hoc procedit præterquam in Romanis Biſantinis. i. Conſtan-
tinopolitanis. Nam illi cuilibet curiæ, vbi tamen ſit Metropo
lis, poſſunt filios offerendo legitimare, ut dictis iuri. & hoc in
legitimatione maſculorum fœminæ autem legitimantur eas
copulando in matrimonio maſculis curialibus, vbi deberent
offerri, ut d. l. 3. & poteſt iſta oblatio fieri per procura. d. § ſi
quis igitur ex qualibet. ibi, aut alius, & eſt utile pro legitima-
3 tione per reſcriptum. † Et in hac oblatione requiritur patris
conſenſus, ꝙ eſt uerum, quando offertur ab ipſo patre, ſecus
ſi ipſum offert. nam tunc & ſine patre poteſt, ut in d. §. ſi quis
igitur ex qualibet. hoc tamen alijs legitimis non obſtan. & ſi
ſit natus ex ancilla demum poteſt ſe offerre ſi præceſſit manu
miſſio, vt probat tex. d. §. in fin. & poteſt etiam patris volunta
te ſeipſum curiæ offerre, ſi pater hoc in teſtamento dixit, vt
d. §. ſi quis igitur. vel poteſt pater ipſum inſtituere in bono-
rem curiæ, & tunc non eſt opus alia oblatione, hoc tamen
alijs legitimis non extantibus, vt eo. ti. §. & quoniam varię.
Vltimò ſupereſt, vt videamus effectus. Et quidem hunc di-
co ficte legitimum, ut eſt tex. C. de na. libe. l. 4. inſtar. & etiam
hoc dixi in 2. libello, in cauſa fin. in cap. 1.
4 † Agnaſcitur. enim hic tantum patri, non etiam cæteris a-
gnatis, ut d. l. cõium. & in §. filium quibus modis natu. effic.
ſui. Item non habet de hæreditate niſi tantum, quantum pa-
ter confert alijs legitimis, vt in d. §. & quoniam uarię quod
credo procedere in eo, qui ſimplicem habet collatiuam legi-
timationem cum iſta, & illa pari procedant potentia contra
ius commune, & ſint ſtricte intelligendæ quod ſecus eſſet in
reſtitutiua priſtinæ naturæ, vel quando diſponitur de matri-
monio. & ideo ſunt iſti oblati ficte legitimi, cum non conſe-
quantur ad plenum conuenientia ipſis legitimis, ꝙ eſt vti-
5 le pro ſtatutis, ut ſup. dixi in 2 libello, in cauſa fina in 1 q. † Itẽ
eſt ſciendum, quod quando quis offertur curiæ patris volun-
tate, tunc extantibus legitimis habet illud, quod ſup. dixi ip-
ſis autem non extantibus poteſt habere, vel debet habere, 9.
vncias, & ſi minus eis relinquitur, agit ad ſupplementum, vt
in d. corpore. §. ſi quis autem legitimos. Si autem ſine patris
voluntate offertur, tunc ſi pater erat curialis, habet portionẽ
curiam tangentem, reliquum remanet venientibus ab inte-
ſtato. Si non eſt curialis pater nihil habet, vt probatur, in d. §.
ſi quis autẽ legitimos. uer. ſi vero ille. Et ex hoc ibi manifeſte

colligit, q̃ qui facit ſe legitimari poſt mortẽ patris ſine eius conſenſu, non ſuccedit ei ab inteſtato, nec præiudicat venientibus ab inteſtato. Ita nec contra teſtm̃, quia ius veniendi ꝯ teſtm̃ datur, vt quis ſibi conſeruet rũpendo teſtm̃, qđ erat habiturus ab inteſtato, vt probatur in l. non puta. §. fin. de ꝯtab. hinc eſt q̃ querela datur demum venientib. ab inteſtato. l. poſthu. §. ſi qs ex his. de inoffi. teſta. Sed ab inteſtato iſte nõ eſt habiturus aliquid vt dixi, ergo non venit contra teſtamentũ, & iſta no. ꝑ his quæ dixi in 2. libello, in cauſa fina. in ſimili q.
6 † Nota ẽt pro ſtatutis excludentib. filias ab inteſtato, ut præteritæ non rumpant teſtm̃, ut no. Bar. in l. Gallus. § & quid ſi tm̃ de libe. & poſt. Et no. q̃ factus curialis filios tm̃ habet hẽdes, vt in d. §. filium. & eis deficientib. habet hæredem curiam in 12. vncijs, quam portionem ẽt filius naturalis habet ẽt ſemetipſum offerendo, vt dixi. Sed circa ſubſtituti excluſionem & alios effectus dic de iſtis, vt de filijs per Principis priuilegium legitimatis. de his tamen, qui ſunt ficte legitimi, vt quæ hẽnt
7 locum in illis & in iſtis. † Vnum adde, q̃ ſicut per oblationẽ curiæ legitimatur naturalis, ita ꝑ ingreſſum monaſterij. Ideo pater poteſt naturalem inſtituere ſi ingrediatur monaſteriũ ita no. Bal. in l. 1. circa fi. C. de ſacro ſan. ec. & ita refert tenere Gui. de Cu. q̃ credo verum in naturali filio, ſed in ſpurio nõ, quia illi ſunt indigni omni clementia, vt in § ſi quib. mo. nat.
8 effi. ſui licet Bal. ſentiat idem in ſpurio, & male. Valeret tamẽ eius inſtitutio ad alimenta, ut in c. cum haberet de eo, qui duxit in vxorẽ. quam pol. per adul. poſſunt tamen tales ſpurij, qui monaſticam vitam adepti ſunt, ad ſacros ordines promoueri, & ad beneficia non curata. Sed ad beneficia curam habentia animarum vel dignitatem non, vt in c. 1. & fi. de filijs presby. ita intelligatur vera naturalium materia.

FINIS.

TRACTATVS
SOLENNIS ET ELEGANS IN MAteria legitimationum, per famoſum in vtraq; cenſura Interpretem, D. Marti. Caretum Laud. iura ciuilia ordinarie legentem in Ticinenſi gymnaſio, Anno 443. die 12. April.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus a Comite Cæſareo in terris Cæſaris, an in feudo eccleſiaſtico ſuccedat, & infra, in diſcu ſu.*
2 *Papa in temporalibus, an poſſit legitimare.*
Papæ poteſtas maior eſt quam Imperatoris.
3 *Epiſcopus a patria poteſtate liberatur.*
4 *Perſona vna & eadem diuerſo iure cenſeri non debet.*
5 *Limitata cauſa, limitatum producit effectum.*
In conſequentiam quædam veniunt, quæ principaliter non.
6 *Iuriſdictio voluntaria extra territorium extenditur, vide infra nu. 9.*
In iuriſdictione contentioſa, an de tempore ad tempus prorogatio fiat.
7 *Eccleſiaſtica res iuriſdictioni temporali ſubdita non eſt.*
8 *Citatio, an in legitimatione requiratur.*
10 *Ius legitimandi, quid ſit.*
11 *Imperator, an de perſona & de re eccleſiaſtica diſponere poßit.*
12 *Legitimatio, ſupremi priuilegij eſt ſignum.*
13 *Imperator & eius Comes diſponit in perſona & in loco ſibi ſubdito.*
14 *Delegatio extra iuriſdictionem fit.*
15 *A legitimatione minus legitime facta appellari poteſt.*
16 *Delegatio in non ſubditum volentem fieri poteſt.*
17 *Teſtamentum extra territorium & iuriſdictionem extenditur.*
Solennitas actus forenſem ligat, & extra territorium extenditur.
Solennitas perſonæ forenſes non ligat.
18 *Sententia vltra territorium extenditur.*
19 *Princeps licet non poſſit legitimare ſpurios futuros, natos tamen poteſt.*
20 *Imperator conſuetudines feudorum ſeruare tenetur.*
21 *Magis dignum, etiam ſi in conſequentiam veniat, minus dignũ ad ſe trahit.*
22 *C. tuam, de ordi. cogn. in voluntaria iuriſdictione locum non habet.*
Prohibitiua quæ ſunt, ſi cum vniuerſitate fiant, permiſſiua ſunt.
23 *Diſpoſitio laicalis ſuper re eccleſiaſtica diſponere non poteſt, uide. ꝯ nu. ſeq.*
C. eccleſiæ ſanc. Mariæ de conſti. in Imperatore locum non habet.
25 *Legitimatio, quare extra territorium extendatur.*
26 *Legitimatio, quæ fit per oblationem curiæ, extra territoriũ non extẽditur.*
27 *Legitimatus regulariter fit legitimus quo ad omnia iura perſonæ.*
28 *Laici in Papam iuriſdictionem nullam habent.*
29 *Papa liberam iuriſdictionem habet.*
30 *Prorogatio iuriſdictionis in his, quæ ſunt in ſignum ſupremæ poteſtatis in recognoſcente ſuperiorem locum non habet.*
31 *Papa caſualiter iuriſdictionem in aliena iuriſdictione exercet.*
32 *Dubia, an ad Papæ iuriſdictionem pertineant.*
33 *Inferior a Principe poteſtatem dare non poteſt ita, vt extendatur extra territorium.*
34 *Comes Palatinus ſi locumtenentem vel delegatum faciat, eius iuriſdictio prorogari non poterit.*
35 *Legitimandi poteſtas aut creandi tabelliones Comiti per imperatorem conceſſa, per eum alij delegari non poteſt.*
36 *Legitimum aliquem facere difficile eſt.*
37 *Vaſſallus iuriſdi. in alium iudicem prorogare non poteſt.*
38 *Legitimandi commißio facta Comiti, ſine præiudicio alterius intelligi debet*
39 *Imperator iurat ſe in rebus eccleſiæ non intromittere.*
40 *Diuiſionem imperij cum Ioue Cæſar habet.*
41 *Tutoris datio extra territo. non extenditur.*
42 *Solennitas perſonæ extra territorium non extenditur.*
43 *Iudicem, qui ſuæ iuriſdictionis non eſt, an quis poßit dare.*
44 *Actus legitimandi eſt per viam officij, ſicut mandatum procuræ.*
45 *Filiorum, quot ſint genera.*
46 *Filij nati ex ſoluto & ſoluta, largo modo naturales dicuntur.*
47 *Filij duorum coniugatorum, non naturales, ſed ſpurii vel nothi ſunt.*
Concubinas plures nemo habere poteſt.
48 *Filij nati ex eo, qui plures concubinas habet, naturales non dicuntur.*
Concubinatus in minore xii. anno. non eſt.
Ingenuam habens, an eam in vxorem habere præſumatur.
49 *In matrimoniis ius canonicum magis quam ciuile conſideramus.*
50 *Filius natus extra domum, non dicitur naturalis, ſed ſpurius.*
51 *Filius natus ex aliqua fanticella extra domum, naturalis dicitur.*
52 *Concubinatus, an de iure ciuili permiſſus ſit.*
53 *Filij naturales, quomodo & quando ex teſtamento patri ſuccedant.*
54 *Filij naturales contra patris voluntatem non admittuntur.*
55 *Filij naturales, quomodo ab inteſtato ſuccedant.*
56 *Concubina, an ſuccedat ab inteſtato vna cũ filiis naturalibus concubinariis.*
57 *Filij naturales, an matri & aſcendentibus per lineam maternam vna cum legitimis ſuccedant.*
58 *Patres naturales, quomodo filiis ſuccedant.*
59 *Fratres naturales tantum ex eadem matre, an inter ſe ſuccedant.*
Filius naturalis tantum, an ſuccedat fratri naturali vel legitimo, uel aliis agnatis uel cognatis patris.
60 *Frater naturalis tantum non ſuccedit alteri fratri naturali tantum, nato ex alia concubina.*
61 *Legitimatio, quot modis fiat, & inf. in diſcurſu.*
62 *Adoptio naturalium tantum, an valeat.*
53 *Filij nati ex concubina ſubſecuta matrimonio legitimantur, & an requirantur inſtrumenta dotalia.*
64 *Legitimati, ſicut legitimi ſuccedunt.*
65 *Legitimatus ut poſſit ex diſpoſitione paterna capere, nec ab inteſtato, nec contra teſtamentum capiet.*
66 *Legitimati in ſucceſſione tranſuerſalium, vt legitimi ſuccedunt.*
67 *Legitimatio, qualiter fiat, & quibus modis, & qualiter ſuccedunt legitimati, & econtra qualiter eis ſuccedatur.*
68 *Filij ſpirituales, patres ſpirituales ſine venia in ius uocare non poſſunt.*
69 *Filij ſpirituales non ſuccedunt patribus ſpiritualibus, nec econtra.*
Filij ſpirituales a patribus ſpiritualibus in ſubſidium alendi ſunt.
L. cum acutiſſimi. C. de fideicom. an in filiis ſpiritualibus locum habeat.
70 *Filii, qui nomine filij digni non ſunt, qui ſunt.*
Et quomodo filii legitimentur nu. 71.
72 *Spurii patri non ſuccedunt, nec de iure ciuili ali debent.*
L. cum haberet. de eo qui dux. in mat. quam pol. per adul. in terris imperii locum habet.
73 *Spurii, quando matri & auiæ ſuccedunt.*
Filij inceſtuoſi, nepharii, adulterini, a ſucceſſione tam paterna quam materna repelluntur.
74 *Filius inceſtuoſus, ſi nepotem hẽat legitimũ & naturalẽ, ei nil põt relinqui.*
75 *Nepos legitimus & naturalis ex ſpurio, an ab auo inſtitui poßit.*
76 *Aſcendentes, qualiter filius inceſtuoſis ſuccedant.*
Fratres ſpurii ex eadem matre ſibi inuicem ſuccedunt, ſecus ſi ex diuerſis matribus ſunt, agnatis patris, vel cognatis matris non ſuccedunt.
77 *Agnatio per nuptias legitimas contrahitur.*
78 *Feuda diſponibilia, quæ ſint.*
79 *Familia vna vel progenies conſuetudinem inducere poteſt, quæ inter ipſos ſeruari debebit.*
80 *Imperator, an ad feudum eccleſiaſticum, & Papa ad ſæculare an legitimare poſſit.*
81 *Legitimatio in allodialibus patre conſentiente, quare valeat.*
82 *Imperator an ad feuda in agnatorum præiudicium legitimare poſſit.*
83 *Spurius legitimatus, niſi ſit legitimatus patre conſentiente, bona agnatis non aufert.*
84 *Legitimatio an valeat, quando perſonam Papa ſubditam legitimat, & bona ſunt in iuriſdictione Cæſaris.*
85 *Legitimatio an valeat, quæ patitur defectum ratione loci.*
86 *Papa, an ex cauſa in gradibus a l. diuina prohibitis diſpenſare poſſit.*
87 *Legitimationem pleniſſimam ſolus papa facere poteſt.*
Papa in terris imperii diſpenſando in matrimonio legitimare poteſt. vide inf. nu. 91 & 93.

princeps

88 Princeps in actibus poſitiuis & non ſacramentalibus conſenſum fingit, vbi non eſt.
89 Donatio Conſtantini, ſecundum commu. opi. valuit.
90 Prorogatio in praeiudicium tertii fieri non poteſt.
92 Papa ſolus in radicem matrimonii diſponere poteſt.
94 Papa, an poſſit legitimare quo ad forum non ſuum.
95 Papa, an legitimare poſſit natos ex inualido matri. ob exiſtentiam impedimenti iuris ciuilis.
96 Papa plus poteſt in his, quae ſunt contra ius canonicum, quam diuinum.
Papa, quomodo approbet matrimonium ſecundum contractum in gradibus a l. diuina prohibitis.
97 Extenſio non ſic faciliter fit in prohibitis a l. diuina, quam in prohibitis a l. humana.
98 Papa, quando non diſponit in radicem matrimonij, an poſſit legitimare diſponendo in matrimonium & declarare prolem legitimam.
99 Papa, quando intendit legitimare non diſponendo in radicem matrimonij, ſed ſolum conferendo iura legitimatis, an poſſit.
100 Priuilegij legitimandi tenor inſpiciendus eſt.
Legitimandi & diſpenſandi poteſtas ex priuilegio dependet.
101 Imperator pleniſſimam legitimationem facere non poteſt, quae vitium originale deleat.
102 Prorogabilia non ſunt ea, quae ſupremae poteſtatis ſunt.
103 Imperator ante coronationem legitimare poteſt.
104 Legitimatio facta de ſubdito in loco ſuae iuriſdictionis, an extendatur ad bona alibi ſita extra territorium legitimantis exiſtentia.
105 Pater bona ſua alienare, & in mare proijcere poteſt.
106 Pater ſi habet filium naturalem & alios agnatos collaterales, & patre cõſentiente filius naturalis eſſet legitimatus, non erit legitimatus niſi quo ad patrem, non quo ad agnatos, quo ad ſucceſſionem aliorum.
107 Legitimatus aſcendentibus, deſcendentibus, & collateralibus affine & poſſunt ſuccedit, fallit vt ibi.
108 Legitimatio filij per patrem facta, non habita mentione agnatorum, non valet.
109 Pater habens Baroniam, quae eo moriente deuenire debet in agnatos, non poteſt facere legitimare filium naturalem, nec in terris eccleſiae, nec imperij.
110 Legitimatus ſubſtitutum excludit, quando legitimatio a ſuperiore legitimati facta eſt.
112 Imperator ſi dedit alicui poteſtatem legitimandi vſq; ad x. annos, an actus legitimandi prorogari poſſit ex conſenſu legitimari facientis.
113 Simplicium, compoſitorum & multiplicatorum ratio eadem eſt.
113 Legitimare, an poſſit ciuitas per ſuum ſtatutum, & infra ſub numeris ſequentibus.
114 Regalia Principis praeſcribi non poſſunt.
115 Princeps ſibi reſeruata alij concedere poteſt.
116 Legimandi ſpurios & inceſtuoſos poteſtatem habens, an ſpurium & inceſtuoſum ſimul legitimare poſſit.
117 Legitimatio & legitimandi poteſtas odioſa eſt.
118 Legitimare, an epiſcopus poſſit.
Legitimari volẽs, an illegitimitatis qualitatem exprimere teneatur & nume ſequen.
120 Agnati in legitimatione, an citari debeant.
121 Spurij legitimari non poſſunt inuitis filijs legitimis & naturalibus.
122 Legitimatio, quando fit poſt mortem patris, illi de quorum praeiudicio agitur, citari debent.
123 Princeps ſi concedit Comiti facultatem legitimandi citatis & non citatis de quorum praeiudicio agitur, an legitimatio nemine citato valeat.
124 Imperator citationem tollere non poteſt.
125 Imperator ius adeundi tollere poteſt.
Et poteſt auferre haereditatem aditam, ſi eius poſſeſſio apprehenſa non ſit.
126 Legitimatio primae natiuitati aequiparatur.
Legitimatio poſthumo aequiparatur.
Legitimatio retro non trahitur.
127 Citatio, an requiratur in impetratione priuilegij legitimandi.
Motus proprius priuilegium in praeiudicium tertij non firmat.
128 Legitimatio, an per procuratorem fieri poſſit.
129 Legitimari, an quis poſſit vt nepos mortuo filio.
130 Legitimare an poſſit Princeps quo ad quid, & quo ad quid non.
132 Legitimatus an comprahendatur in ſtatuto de legitimo mentione faciente.
Statutum quod foeminae a maſculis excludantur, in filio legitimato locum habet.
132 Statutum, quod filia dotata non ſuccedat, habet locum in legitimata dotata.
Legitimatio naturaliter intelligendo eſt veritas, ſed ciuiliter eſt fictio.
Fictio ſecundum veritatem non eſt.
133 Statutum ſi mandat, quod Pelliparius vendendo pelles pellipario non ſoluat gabellam, ſi verò alij vendat ſoluatur.
Si creditor pellipari ſibi vendidit, an ſolui debeat gabella.
134 Statutum loquens de poſſeſſore, habet locum in eo, qui mala fide deſiit poſſidere.
135 Legitimatus an habilitetur & quo ad patrem & quo ad agnatos & cognatos patris.
136 Pater in legitimatione de filijs legitimis & naturalibus mentionem facere debet ſi habet, & quot habet, & ſi non habet de agnatis ſucceſſuris mentionem faciat.
137 Legitimatus, an teſtamentum rumpat.
Filius fictus teſtamentum rumpit.
138 Legitimatus an ſubſtitutum excludat.
139 L. ſi vnquam. C. de reuocan. donat. an in filio legitimato locum habeat.
140 Legitimatio, an reuocetur, ſi poſtea pater filios naturales & legitimos ex vxore habuit.
141 Baſtardus, nobilis non dicitur, nec eius filius.
Baſtardus etiam legitimatus, nobilis non dicitur.
142 Baſtardi in emphiteuſi eccleſiaſtica non ſuccedunt.
Filiorum appellatione, quo ad honores baſtardi non veniunt.
Pater ſi pro filio condemnationem ſoluere tenetur, de baſtardo & ſpurio non intelligitur.
143 Frater, an poſſit querelare teſtamentum fratris, in quo filium naturalem inſtituit.
144 Quid ſi inſtituit alium naturalem tantum non deſcendentem, ſed extraneum.
145 Legatus de latere, an legitimare poſſit.
Papa ſolus cum illegitimo quo ad curam & ordines ſacros diſpenſat.
146 L. ſi vicinis, habet locum etiam ſi mulier adultera probetur.
147 Baſtardus infans, an legitimari poſſit.
148 Infans, an per Com. Palati. legitimari poſſit.
149 Filius naturalis natus ex ancilla, quam ſic tractabat in cibo, potu & veſtitu, an legitimari poſſit.
150 Legitimatio, per quem probari debeat.
151 Auus, an nepoti ex filio ſpurio relinquere poſſit.
152 Legitimatus, patris originem ſequitur.
Infans expoſitus, eſt illius ciuitatis, vbi eſt expoſitus.
153 Hoſpitale ibi expoſitis ſuccedit.
154 Sententia lata quo ad legitimationem, an omnibus praeiudicium faciat.
Pater filiam naturalem dotare non tenetur.
155 Pater poteſt filiam ſpuriam dotare, & quomodo.
Comites Palatini a muneribus patrimonialibus exempti ſunt.
156 Comes Palatinus ſi poteſtatem habet legitimandi exceptis filijs Comitum & Baronum, an poſſit legitimare filium Comitis qui non habet comitatũ nec baroniam.
157 Comes Palatinus habens poteſtatem legitimandi, an ſuos filios lĩtimare poſſit.
158 Filij nati ex concubina, an legitimentur ſi eorum pater eam in vxorem ducat.
159 Concubinam in mortis articulo diſpenſans, facit vt filij legitimi ſint.
160 Filius inuitus etiam per ſequens matrimonium non legitimatur.
161 Filia naturalis, ſi copuletur matrimonio curiali legitimatur.
162 Legitimato quantum pater poſſit relinquere. & infra. nu. 146.
163 Filius, qui paſſus eſſe legitimari per oblationem curiae, beneficium abſtinendi ab haered. paterna non habet.
165 Filius naturalis cleri beneficiati in minoribus conſtituti, an per ſequens matrimonium legitimetur.
166 Legitimatio, quae per reſcriptum fit, de ordinaria pot. poteſtate non fit, niſi de filio naturali tantum & non de ſpurio.
167 Legitimatio facta de filio abſente non valet, niſi ratificetur.
Legitimatio ratificari poteſt.
168 Legitimatus ad feuda, ad dignitatem etiam legitimatus intelligitur.
169 Primogenitus naturalis legitimatus poſt filij legitimi natiuitatẽ, an praefeatur, ſtante conſuetudine, quod primogenitus ſuccedat.
170 Virgo, quae concepit ex tyranno vxorato, an illum filium inſtituere poſſit.
171 Legatum factum ſpurio cum capere poterit, an valeat.
Spurius, an cauſa conditionis implendae capere poſſit.
172 Inſtrumentum fictitium praeſumitur, quando pater emit, & facit inſtrumentum in perſona ſpurij.
173 Comes maior. xvii ann. ſed minor. xviii. an legitimare poſſit.
174 Pubes, iudex ordinarius eſſe poteſt.
175 Doctor maior. xvii. an. in ſcholares iuriſdictionem habet.
176 Minor xx. an. maior autem xvii. an. [illegible] authoritatem interponere poſſit.
177 Proconſul & Comes habens poteſtatem legitimandi, aequiparantur.
178 Clauſula, non obſt. conſtitutionibus quibuſcunque, quibus omnibus &c. non dum tollit ſtatuta praeſentia, ſed etiam futura derogatoria priuilegio.
179 In ſtatuto generali non comprahenduntur perſonae uel res, ſuper quibus ſtatuentes diſponere non potuerunt.
Statutum ſuper legitimatione filiorum non valet.
180 Inferior priuilegium principis tollere non poteſt.
181 L. hac edictali. C. de ſecun. nup. an in filiis ſpurius vel naturalibus tantum locum habeat.
182 Comes Palatinus, qui ab Imperatore authoritatem legitimandi habet, an poſſit filios ſpurios ſacerdotis quo ad ſucceſſionem temporalem legitimare.
183 Legitimandus quo ad honorem & dignitates, an habens poteſtatem ad feuda legitimare poſſit.
184 Filius naturalis, an pro patre ſine mandato agere poſſit.
Quid de filio ſpurio.
185 Legatum a patre filio ſpurio factum in cauſam alimentorum, an valeat.

Augerius Seio eius patre feudatario eccleſiæ ꝯ-
ſentiente, legitimatus extitit a Comite Cæſareo in ciuitate
Cæſarea habente poteſtatem etiam legitimandi ad feuda De
ceſſit dictus Seius. Oritur controuerſia inter eccleſiam, & di-
ctum Augerium legitimatum reſpectu feudi paterni.
1 † Ex hoc themate elicitur dubium. ſ. an legitimatus a Co
mite Cæſareo in vrbe Ceſarea ſuccedat i feudo eccleſiaſtico.
Pro huius dubij clariori indagine arguam ad partes affirma-
tiuas & negatiuas, inſerendo ſolutiones. Pro parte affirmati-
ua, quod legitimatus, vt ſ. ſuccedat in tali feudo adducitur pri
mo text. in cap per venerabilem. extra qui fi. ſint legitimi. in
2 princip in verſic quod autem. † vbi Papa poteſt in temporali
bus legitimare. ergo & econtra debet & Imperator poſſe in
eccleſiaſticis. Sol. non eſt arguendum a poteſt. ſummi Pon-
tificis ad poteſtatem imperatoris affirmatiue. Maior eſt enim
poteſtas Papæ quam Imperatoris, cum poteſtas vtriuſq; gla-
dij ſit naturaliter & habitu in ſummo Pontifice, licet in tem-
poralibus non exerceat, vt plene per Ioan. And. in d. cap. per
3 venerabilem. † Secundo adducitur. Nam factus epiſcopus li-
beratur a patria poteſtate, auctẽ. ſed dignitatis epiſcopalis.
C. de epiſc. & cleri. ergo eodem modo legitimatus debet libe
rari ab omni macula. Solu. id eſt receptum ob excellentiam
dignitatis epiſcopalis. ergo non debet trahi ad conſequen-
tiam l. ius ſingulare. & l. quod vero. ff. de legi.
Tertiò facit, nam quippe monſtruoſum foret, quod quis fo
ret pro parte legitimus & pro parte non. nam pro bonis ſubie
ctis Imperatori iudicaretur legitimus: pro bonis vero ſubie-
ctis Papæ non. ita arguere videtur Papa in d. cap. per venera-
bilem. Solu. monſtruoſum foret, quòd quia eſſet legitimatus
in maioribus, in minoribus vero non, puta quod eſſet legiti-
matus in ſpiritualibus, in temporalibus vero non. quæ ratio
ceſſat in caſu quæſt. noſtræ, cum volumus inferre de pari ad
parem, vel de minori ad maiorem. ſ. de re temporali ad rem
4 eccleſiaſticam. † Quarto adducitur, nam vna & eadem per-
ſona non debet iure diuerſo cenſeri. i. pro parte legitimatus. ſ.
quo ad imperatorem, & pro parte non. ſ. quo ad Papam, vul-
gata. l. eum qui ædes. ff. de vſucap. Sol. poteſt vna & eadem p
ſona, diuerſis reſpectibus iure diuerſo cenſeri. l. in numera-
tionibus ff. de ſolu no. in d. l. eum qui ædes. & in l. petens. C. de
pact. ſed hic eſt diuerſa ratio. nam Imperator non habet iuri
ſdictionem in eccleſiaſticis, & per cõſequens nec Comes Pa-
latinus habens ab eo poteſtatem, ergo eius legitimatio non
5 debet extendi ad eccleſiaſtica. † Limitata enim cauſa limita-
tum producit effectum l. 2. C. de tranſa. facit l. fi. ff. de iuriſ. om.
iudi. Quintò adducitur: nam quædam veniunt in conſequen
tiam, quæ principaliter non. l. 1. in prin. ff. de aucto. tuto. ergo
licet Comes imperialis non poſſit principaliter diſponere de
eccleſiaſtica, debet tamen poſſe in conſequentiam. l. ſi quis.
ff. ſi cer. petatur. attenditur enim, quod fit principaliter magis
quam quod venit in conſequentiam l. ſi quis nec cauſam. ff. eo.
Solu. argum. procedit, quando conſequens neceſſario venit
in conſequentiam. ita Dy. & Cyn. in l. quoties. C. de iudi. Bal.
in l. cunctos populos. in 5 q. principali, in ver. prima autem ra
tio Gui. nõ placet, in 9. colum C. de ſum. Trini. & fide catho.
ſed in caſu noſtro conſequens neceſſario non venit in conſe-
6 quentiam, igitur &c. † Sexto adducitur. nam voluntaria iu-
riſdictio extenditur extra territorium. l. 1. C. de emanci. lib. l.
2. ff. de offic. proconſul. & leg. Imo fortius & in contentioſa
fit prorogatio de tempore ad tempus & de re ad rem, & de p
ſona ad perſonam. l. 1. & 2 & ibi not. ff. de iudi. & not. Cyn. &
Bal. in l. ſi quis ex conſenſu. C. de epiſc. au. ergo & multoma-
gis hoc debet poſſe fieri in voluntaria, quæ fit in volente. illa
vero in inui. vt eſt in d. l. 2. ff. de offic. proconſul. & leg. Solu. in
d. l. 1. C. de emanci. libe. non fit aliqua extenſio, cum eſſet ge-
neralis conſuetudo emancipandi filios alienigenas, vt dicit
ibi glo. ad l. 2. de offic proconſul reſpondetur quod ibi exer-
cuit iuriſdictionem voluntariam & de materia ſubdita. ſed
7 in caſu noſtro non. † Nam res eccleſiaſtica non eſt ſubdita iu
riſdictioni temporali. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitu. vel
aliter reſpondetur quod dictæ ll. loquuntur in iuriſdictione
voluntaria, in caſu autẽ iſto iuriſdictio eſt contentioſa, quod
oſtenditur. nam cum tractemus in eo de præiudicio agnatorũ
ſuccedẽtium in feudo, vel ſaltem de præiudicio eccleſiæ, quæ
8 eſt domina directi, † & per conſequens eorum citatio requi-
ratur in legitimatione. l. nam ita diuus. ff. de adop. vbi Alberi.
& Bald. & Barto. Bald. & Angel in l. Gallus. §. & quid ſi tan-
tum. ff. de libe. & poſt. ergo eſt iuriſdictio contentioſa, cum
requiratur citatio agnatorum vel eccleſiæ, quæ fit in inuitũ.
9 l. inter ſtipulantem. §. 1 ff. de verbo. obligatio. † vel aliter re-
ſpondetur dictis. ll. quod eſt conſiderãdum quod iuriſdictio
voluntaria exercetur & extenditur in alio loco non ſuæ iuriſ-
dictionis reſpectu eiuſdem fori Cæſaris, & reſpectu eiuſdem
fori Papalis, & loquuntur d. ll. ſi autem loquamur reſpectu du
plicis fori æque principalis, ſcilicet ſummi Pontifi. & Impera
toris, & tunc neque iuriſdictio voluntaria exercetur in alio
foro æque principali, ſicut in ſimili dicit Bal. in d. l. quotiens.
10 C. de iudi. † Septimo adducitur, nam ius legitimandi nihil
aliud eſt quàm facere aliquem habilem ad honores & ad ſuc-
ceſſiones, ſuper qua quidem materia & iure poteſt Impera-
tor diſponere in Auctẽn. quibus modis natu. efficiun. legi. §.
1. collatio. 6. & in Auctẽn. quibus modis natu. effici. ſu. colla
tio. 7. Solu. poteſt diſponere ſuper tali materia diſponendo re
ſpectu bonorum exiſtentium in ſua iuriſdictione, non autem
reſpectu bonorum non ſuæ iuriſdictionis, vt ſunt bona eccle
ſiaſtica. cap. quæ in eccleſiarum, & ca. eccleſia ſanctæ Mariæ,
11 de conſtitutio. † Octano adducitur. nam Imperator poteſt di
ſponere de perſona & etiam de re eccleſiaſtica. l. fi. C. de epiſc.
& cleri. ergo & eius legitimatio debet trahi & extẽdi ad rem
eccleſiaſticam. Solu. illa lex eſt approbata ab eccleſia, & ei eſt
fauorabilis; ſed in caſu noſtro legitimatio ei eſſet nociua.
12 Nono facit † Nam legitimatio eſt in ſignum ſupremi priui-
legij. § fina. in Auctẽn. quibus modis natu. effici. ſui, colla. 7.
& traditur per Bal in l. imperium. ff. de iuriſdi. om. iudi. & ibi
ſcribentes. ergo Imperator in donatione generali Conſtanti
ni in eccleſiam non tranſtulit ius legitimandi, argumen. in
cap. ex literis. de pigno. Solu. imo naturaliter & habitu a prin-
cipio. & nunc omnis poteſtas omniſq; iuriſdictio eſt in ſum-
mo Pontifice, vt in d. cap. per venerabilem. qui fil. ſint legiti.
ergo facilius exercitium temporalis iuriſdictionis reuertitur
ad naturam ſuam & ſic ad ſummum Pontificẽ. l. ſi vnus. ver.
quod & in ſpecie. ff. de pact.
13 † Decimo facit: nam Imperator diſponit in perſona ſibi ſub-
dita, ſiue etiam Comes Palatinus, & in loco ſibi ſubdito, ergo
debet valere legitimatio, quo ad bona etiam eccleſiaſtica, cũ
perſona ſit nobilior quam res. l. ſancimus. C. de ſacroſan. ec-
cle. ergo ſi perſona dicitur legitimata, debet etiam eſſe legiti
mata quo ad bona eccleſiaſtica. Solut. licet legitimata ſit per
ſona ſibi ſubdita, & in loco ſibi ſubdito, non debet tamen ex-
tendi legitimatio ad bona eccleſiaſtica, & ſic ad feudum ec-
cleſiaſticum, cum ſuper illis laicis diſpoſitio non valeat, cum
non ſint ſibi ſubiecta. d. cap. eccleſia ſanctæ Mariæ.
Vndecimo facit, nam cauſa, materia & perſona ſunt bene
diſpoſitæ, ergo actus, & ſic legitimatio valere debet l. filio na
turali. ff. de confir. tu. Solu. imo materia non eſt bene diſpoſi-
ta, quia feudum eſt eccleſiaſticum. item quia fieret præiudi-
cium eccleſiæ, vt dixi. ſ. in aliis ſolu.
14 † Duodecimo facit, nam delegatio fit extra iuriſdictionem
& etiam in non ſubditos. l. fina. ff. de of. præfec. et. l. 3. ff. de offi.
præſi. ergo eodem modo legitimatio debet extendi extra ter
ritorium. Solu. delegatio fit ex iure proprio, quod patet, quia
non requiritur citatio partium, nec cauſæ cognitio, ut eſt gl.
in c. nouit. de offic. lega. ſed in legitimatione requiritur cita-
tio. l. nam ita diuus. ff. de adop & etiam cauſæ cognitio, vt ſ. di
15 xi † in tantum, vt a legitimatione minus legitime facta poſſit
appellari ad Papam & ad Imperatorẽ. ita Bald. in l. eam quã.
C. de fideicom in 8. colum. & dixi in tractatu meo de Princi-
pibus. § 448 incip. ubi Comes.
16 Decimotertio facit, † nam delegatio poteſt fieri in non ſub
ditum volentem. l. 1. & ibi gloſ. C. qui pro ſua iuriſdi. ergo eo
dem modo in caſu noſtro debet valere legitimatio. Sol. non
fit in volentem reſpectu agnatorum vel eccleſiæ, licet pater
conſenſerit. Decimoquarto de hoc videtur caſus in d. ca. per
venerabilem, hoc modo inducendo. nam ibi quæritur a ſum
mo Pontifice, an poſſit legitimare ſibi non ſubditum. & di-
cit quod ſic. Solu. ſecundum intellectum Ber. Papa ibi deter-
minat contrarium. vel aliter & ſecundo dico, quod ibi Papa
legitimat quo ad natiuitatem & matrimonium, non autem
quo ad bona temporalia, in quibus ipſe iuriſdictionem non
habet, ut ibi in gloſ. 1.
17 † Decimoquinto facit, nam teſtamentum extenditur extra
territorium & iuriſdictionem, quia actus voluntariæ iuriſdi-
ctionis extenditur extra territorium l. 1. C. de emanci. lib. So-
lu. vt ſupra dixi in contrario d. l. 1. vel aliter reſpondeo, facien
do differentiam inter ſolennitatem actus & ſolennitatem per
ſonæ: nam ſolennitas actus ligat etiam forenſem, & extendi-
tur extra territorium l. 1. C. de emancipa. libe. Solennitas per-
ſonæ non ligat forenſes. l. 1. & l. pupillo. ff. de tuto. & curat. da.
ab his. hanc doct. ponit Bar. in l. cunctos populos in 6. colum.
in ver. mihi autem videtur dicendum. de ſum. Trini. & fi. ca-
tho & in 9. col. in verſic. interdum.
18 † Decimoſexto ſententia extenditur vltra territorium. l. a di
uo Pio. ff. de re iudic. l. properandum. §. ſin autem. C. de iud er
go & legitimatio. Sol. ibi loquitur de actu iã diſpoſito, hic de
actu

actu diſponendo, ita Bar. in d. l. cunctos poplos. uel aliter re-
ſpondendo ibi, ideo extenditur ne eluſoria ſit ſententia, par-
uum enim &c. l. 2. §. poſt originem. ff. de orig. iur. l. nullus. C.
de Iudæis. cum ſimilib. uel aliter, imo illa iura loquuntur in iu
dice loci, in cuius territorio ſunt bona. l. cum vnus. §. is, qui. ff.
de bonis aucto. iudi. poſ.

Pro parte negatiua adduco text. in §. natu-
rales, in titu ſi de feudo
contentio ſit inter domi. & agna. colla. 10 Solu ille tex. recipit
limitationem, niſi Princeps legitimauerit, vel dederit poteſta
tem Comiti legitimandi, cum clauſula, non obſtante. d. §. na-
turalis. ita glo. ibi. ſimile dicit glo. in l. 1. C. de natu. libe. in ver-
19 bo, reſcripti. & Bald. in l. eam quam. C. de fideicom. † vbi Prin
ceps licet non poſſit ſecundum eum legitimare ſpurios, vel
naturales futuros, ne detur materia delinquendi, tamen po-
teſt aliquo non obſtante legitimare iam natos. & pro dicta ſo
lu. facit, quia eius eſt tollere, cuius & condere. l. quod iuſſit. ff.
de re iudi. no. in l. digna vox. C. de legi. ergo Princeps poterit
20 tollere. §. naturales. † in contrarium tamen facit, quia Impera
tor tenetur ſeruare conſuetudines feudorum. cap. 1. de na. ſuc-
ceſ. feu. Solu. loquitur ibi in pacto, vt, ibi per Bald. nos autem
loquimur, an poſſit tollere legem, vel conſuetudinem, quod
poteſt, argumen. in l. ſi quis in princip. teſtamenti. ff. de teſta.
21 † Secundo facit, maius dignum etiam ſi veniat in conſequẽ
tiam, trahit ad ſe minus dignum. cap. tuam, de ordi. cog. cap. la
tor. qui fil. ſint legi. ergo regula prohibitiua rei eccleſiaſticæ
trahet ad ſe regulam permiſſiuam rei ſecularis, & ſic erit for-
tior prohibitio legitimandi in re eccleſiaſtica. Solu. procedit
argumen. ſi principaliter, ſecus ſi in conſequentiam. hæc ſolu.
22 videtur contra d. cap. tua. † ideo ſaluo aliter, quod cap. tuam.
non habet locum in voluntaria iuriſdictione. ita eleganter di-
cit Barto. in l. quotiens. C. de iudic. allega. Specu. in titu. de re-
conuentione. §. nunc dicamus. vel aliter, quædam quæ alias
ſunt prohibitiua, dicuntur permiſſiua, ſi fiant cum vniuerſita-
te. l. modicis. ff. de contrahen. emptio. l. quædam. ff. de acqui-
ren. rerum domi. cum ſimi. ideo legitimatio tanquam vniuer
ſalis, debet trahi ad bona eccleſiaſtica.
23 † Tertiò facit, nulla diſpoſitio laicalis poteſt diſponere ſuper
re eccleſiaſtica. cap. eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtitu. Solut.
d. cap. non habet locum in Imperatore, ita Hoſtien. in ca. no-
uit. de iudi. vel aliter dico quod ex generali approbatione fa-
cta ab eccleſia Imperator hoc poteſt, quia ll. recipiuntur in re
eccleſiaſtica ex approbatione generali. cap. ſi in adiutorium.
24 10. di. vel aliter dic, vt ſ. proximo fundamento. † vel aliter re-
ſpondeo, aliquando diſpoſitio laicalis poteſt trahi ad pſonas
& res eccleſiaſticas. cap. cum veniſſent. de eo qui mitti. in poſ.
dico ſi conſuetudo diſponens ſit laudabilis, vt inquit glo. in c.
cum cauſa. de re iudi. & Bartol. in d. l. cunctos populos. in 7.
colum. in verſicu. quinto quæro. Quarto facit, nam limitata,
&c. l. 2. C de tranſac. l. fin. ff. de iuriſdi. omnium iudi. Solu arg.
procedit in iuriſdictione contentioſa, non autem voluntaria:
ſed hic eſt voluntaria, quia poteſt conſenſu patris fieri legiti-
matio. Nec obſtat, ſi dicatur ꝙ imo etiam requiritur citatio
& conſenſus agnatorum, de quorum præiudicio agitur, quia
reſpondeo quod attenditur principale præiudicium patris,
cum ius agnatorum nondum perfecte eſſet in eſſe deductum
argum. l. ſi quis. ff. ſi certum petat. vel aliter reſpondeo, quod
cum tale feudum ſit impetrabile, non tractabitur hic de ma-
gno præiudicio agnatorum, quia & ſi ille pater non relinquat
filios maſculos legitimos, poterit tamen relinquere alios hæ-
redes, qui poterunt impetrare tale feudum, vt probat tex in l.
2. §. permittitur. de aqua quo. & æſti. immo poterit appel-
lari, ſi non concedatur, vt ibi dicit Bartol. Quinto facit cel-
menti. paſtoralis. de re iudica. Solut. ibi loquitur in conten-
25 tioſa iuriſdictione, nos autem in voluntaria. vel aliter reſpon-
deo, quod ideo legitimatio extenditur extra territorium, ne
ſequatur abſurdum, quod quis ſit pro parte legitimus, & pro
parte non, d. c. per venerabilem. qui fi. ſint legi.
26 † Sextò adducitur, nam legitimatio non extenditur vltra ter
ritorium. §. filium. in Aucteo. quibus modis natu. effici. ſui. col
latio. 7. Solut. loquitur in legitimatione, quæ fit per oblatio-
nem curiæ, quæ eſt stricti iuris, & non plena legitimatio. nos
vero loquimur in legitimatione facta per reſcriptũ, vel alijs,
vt in §. ſicut autem. in d. Aucten. quibus modis natu. efficiun.
27 ſui. † nam legitimatus regulariter fit legitimus quoad omnia
iura perſonæ & reſtituitur primæ naturæ. §. ſi quis igitur. in d.
Aucten. quibus modis natu. efficiun. ſui. collat. 7.
28 † Septimo facit, poteſtas ſummi pontificis eſt ita plena, vt
laicalis iuriſdictio nullam in eam habeat poteſtatem. d. capi.
per venerabilem, in verbo, plenam. & ideo in ſimili dicimus,
quòd non admittitur multiplicatio dominorum in dominio
alicuius rei, quia dominiũ eſt plenum ius. l. 3. §. ex pluribus. ff.
de acquiren. poſ. not. in l. traditionibus. C. de pact. Solut. ideo
dicitur plena iuriſdictio, quia poteſt plene ſummus Pontifex
exercere. non tamen propter hoc ſequitur, quod alius non
poſſit exercere. probatur in l. ſi in aliam. §. fina. cum. l. ſequen.
ff. de offic. proconſul. & leg. in verbo, pleniſſimam. vel a. dico,
quod loquitur ille text. in legitimatione facta intra territo-
rium & ſubditum, quæ an extendi debeat extra territorium,
eſt quæſtio de qua in themate noſtro quæritur.
29 † Octauo facit, nam Papa habet liberam iuriſdictionem d.
cap. per venerabilem. ergo non imperator Solut. intelligo ibi
verbum libere, id eſt ſine alterius iniuria & læſione & in intel-
ligit Angel. in conſilio. 139. incipien. viſis omnibus ſtatutis, in
30 tertia colum. † Nono facit, prorogatio iuriſdictionis in his
quæ ſunt in ſignum ſupremæ poteſtatis, ut eſt ius legitiman-
di, non habet locum in eo, qui recognoſcit ſuperiorem d. cap.
per venerabilem. in verſic. inſuper. ergo feudatarius, qui reco
gnoſcit dom. feudi, non poterit prorogare. Solu. ſubaudio ibi
ad tex. in d. verſic. inſuper, dictionem maxime. & hanc glo. po
nit ipſe Papa in d. cap per venerabilem, in verſi. ex quo veriſi-
milius. in verbo, prætertim. vel ſecundo reſpondeo, quòd ibi
Papa loquitur argumentatiue, non diffinitiue. vel aliter, ibi lo
quitur in legitimatione fienda in radice matrimonij, nos au-
tem in ea quæ fit ad iura legitimationis obtinenda, non au-
tem ad radicem matrimonij.
31 † Decimo caſualiter Papa exerceret iuriſdictionem in alie-
na iuriſdictione. cap. licet. de foro competen. & d. cap. per ve-
nerabilem. in verbo, caſualiter & ſic eſt regula in cõtrarium.
ergo idem in Imperatore, vel Comite. Solu. hic eſt vnus ex il-
lis caſibus caſualibus, vt valeat legitimatio de non ſubdito,
vel ſubdito, & extendatur extra territorium, quia fit per viam
voluntariæ iuriſdictionis, argum. in l. 2. ff. de offic. procon. &
32 leg. † Vndecimò facit, nam cum hoc ſit magnum dubium,
ergo pertinet ad iuriſdictionem Papæ. d. cap. per venerabi-
lem. in verſi. cum quid difficile fuerit, aut ambiguum. Solut.
ille text. debet intelligi, cum eſt dubium an pertineat ad Pa-
pam, vel Imperatorem, nam & Imperator ipſe decidit dubia.
l. cum de nouo. & l. fin. C. de ll.
33 † Duodecimo, nemo inferior a ſummo Principe poteſt alij
dare poteſtatem ita vt extendatur extra territorium quantun
cunque eſſet iuriſdictio & poteſtas voluntaria. l. 2 ff de offic.
procõſ. & leg. Solu. hic Comes Palatinus habuit poteſtatem a
ſummo Principe, & ex hoc infert Angel. conſil. ſuo. 93. inci-
34 pien. viſiſque & inſpectis omnibus, in 2. colum. † quòd ſi Co-
mes Palatinus faciat locum tenentem, vel delegatum, non po
terit eius iuriſdictio prorogari, & ſic ſentit Ang. ibi. ſup. quod
Comes Palatinus poteſt delegare. ſed dubito, ꝗa ea quę ſunt
meri vel mixti imperij, non delegantur. l. imperium. ff. de iuri-
ſdic. omnium iudic. ideo cogita.
35 Additio. dic. rubric. in hoc, † quod poteſtas legiti-
mandi, aut creandi tabelliones, expreſſe cõ
ceſſa per Imperatorem Comiti Palatino, non poteſt per eum
alij delegari. ita dicit Bald. in rub. extra de offic delega. in 5.
colum. ad fin. in verſicu. Item nota quod non poteſt delega-
ri legitimatio. & in cap quoniam apoſtolica. ad fi. eodem titu.
ſequitur Alexand in l imperium. colum. 5. verſi quod autem.
ff. de iuriſdi. omnium iudi. & ibi Iaſ. in 14. colum & l. 1 in 7. co-
lum. in ver. 7. iſta regula. ff. de offic eius, cui man. eſt iuriſdi. &
D. Præpo. in d cap. per venerabilem. colum. 35. in §. quod au-
tem. in verſicu. concatenatur huic digna indagatione quæſt.
& Domi. Felyn. in cap. 2. in 2. colum. in princip. de offic. ordi.
& hoc indubitanter procederet, ſi in priuilegio adeſſet clau-
ſula, ſuper quo tuam & tuorum conſcientiam oneramus, vt
per Iaſ. in d. verſicu. 7. iſta regula eſt nor. in repetitio. clemen.
ſæpe. de uerbo. ſignificatio. in §. non ſic tamen, in 14. colum.
ad fin. de quo verbo & aliquid per Felyn. in cap. canonum ſta
tuta. colum. antepenul. ad fin. de conſtitu.
36 † Decimotertio facit, nam facere quem legitimum, eſt dif-
ficile. §. quos autem Inſtitu. de bo. poſſeſ. ergo non debet ex-
tendi. l. apud Iulianum. §. fina. ff de lega. 1. Solu. non eſt dif-
ficile Imperatori habenti poteſtatem ab eo, licet ſit difficile
prætori facere quem hæredem vel non.
37 † Decimoquarto, vaſſallus non poteſt prorogare iuriſdictio
nem in alium iudicem. cap. imperialem. § 1. de prohi. alie. feu.
per Fede. cap. certum. de iud. & ponit rationem Bar. in l. 1. §. &
poſt operis. ad fin. ff de ope. no. nun. Solu. argumen procedit
in contentioſa iuriſdictione, non autem in voluntaria.
38 † Quintodecimo, commiſſio legitimandi facta Comiti, de-
bet intelligi ſine alterius præiudicio. l. 2. §. ſi quid a Principe.
ff. ne quid in loco publico. Sol. in priuilegio fuit clauſula cum
poteſtate legitimandi etiam ad feuda vel aliter, hic non tra-
ctatur de præiudicio alterius principaliter.
39 † Sextodecimo Imperator iurat ſe non intromittere in ter-
ris eccleſiæ. cle Romani. de iureiuran. Soln. illam clemen. in-
telligo in cõtentioſa iuriſdõne. vel dic ꝙ licet Imperator male

faciat, valet tamen actus, ut in ſimili dicit Barto. in teſtamen
to reuocato, in quo aderat iuramentum, ne poſſet reuoca-
ri, in l. ſi quis in princip. teſtamenti. ff. de lega. 3.
40 † Decimoſeptimo, diuiſum imperium a Ioue Cæſar habet
ſecundũ Bald. in l. 1. C. de iure anulorum aure. Solu ergo pro
cedit in contentioſa iuriſdictione, non voluntaria, vel aliter,
arg. procedit principaliter, non in conſequentiam, vt dixi. ſ.
41 † Decimooctauo, datio tutoris non extenditur extra terri-
torium. l. 1. & l. pupillo. ff. de tuto. & curato. da. ab his. Solu. ar-
gu. procedit, niſi eſſet datus ab Imperatore, vel ab habente po
teſtatem ab illo. glo. eſt in l. non ſolum. §. & qui in teſtamẽto,
42 ff. de excuſatione tutor. † Decimonono, ſolennitas pſonę non
extenditur extra territorium. l. 1. ff. de tuto, & cura. da. ab his.
Solu. illud verum, niſi actus fiat in volentem, quia forſan accę
ptauit tutelam, vt ſentit gl. in l. diuus. eo. ti. vel aliter, arg. loqui
tur in donatione tutelæ, quæ eſt grauamen, vt toto titu. ff. de
excu. tuto. Simile dicimus, quia aliquando Iudex laicus dat cu
ratorem eccleſiæ & clericis, vt not. Gemi. in c. fi. §. fi. ad fi. de
43 iudi. in 6. † Vegeſimo, nemo dat iudicem qui non eſt ſuæ iuri-
ſdictionis. l. 1. C. qui pro ſua iuriſdi. Sol. non datur, ſecus ſi vo-
lens. gl. in d. l. 1. & facit, quia emancipatio poteſt fieri in quo-
cunque loco, & etiam extenditur ad omnem locum. l. eman-
cipari. ff. de adop. facit l. qui habet. §. quolibet. ff. de tute.
44 † Vltimo facit, quia actus legitimandi eſt per viam officij, ſi-
cut mandatum procuratoris, ergo non debet extendi. l. diligẽ
ter. ff. manda. Solu. actus legitimãdi eſt iuriſdictionis. caſus eſt
in c. per venerabilem. in verſi. inſuper. in verbo, iuriſdictioni, q
fi. ſint legiti. & ꝓbatur ratione, quia in actu legitimationis ad-
hibetur cauſæ cognitio, vt in l. nam ita diuus. ff. de adop. & ibi
per Bal. & in l. eam quam. C. de fideicom.

In Chriſti nomine amen.

Priuſquam veniam ad
deciſionem dubij, præmittam quædam vtilia.
45 † Siendum eſt itaq;, quòd filiorum quidam ſunt naturales &
legitimi, alij naturales tantum, alij legitimi tantum, quidam le
gitimati, alij ſpirituales. Prima igitur ſpecies eſt naturalium &
legitimorum, qui habent ortum ex legitimo matrimonio. l. fi
lium eum diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & l. ſi vi
cinis. C. de nup. & toto titu. extra qui fi. ſint legiti. de quorum
ſucceſſione habetur in auctẽn. itaq;. C. communia de ſucceſ.
& in Auc. de hære. quæ ab inteſta defe. colla 9 & Inſti. eo. ti-
tu. de quibus filiis naturalibus, & legitimis non loquitur præ-
ſens Tractatus. Secunda autem ſpecies eſt naturalium tãtum,
qui oriuntur ex ſoluto & ſoluta vnica. non minore 12. annis
ingenua cum proteſtatione affectioneq; indubitata, quæ om-
nia cum miniſterio ſunt poſita. & nota propter differentiam
aliorum, qui nomine filiorum digni non ſunt, de quibus. ĩ. ple
ne ſubiiciam, vt omnia pulchre habeantur.
Additio, tu circa hoc adde, quod idem dicit Bald. in conſil.
329. in 2. parte, incip. factum proponitur. in 2. colum. ſecundũ
impreſſionem Mediolanen. 58. incipien. pro veritatis indaga-
tione. in 5. parte, ſecundum eandem impreſſionem. Item ad-
de quòd licet proprie naturales filij dicantur hi, de quibus. ſ.
46 proxime per iſtum, & per Bald. in locis. ſ. allegatis, † quod ta-
men largo modo nati ex ſoluto & ſoluta dicunt naturales. gl.
eſt in d. c. per venerabilẽ. in verbo, naturales, & ibi not. ad hoc
Panormi in 8. colum. quem videas, quia pulchre faciunt eius
dicta ad hęc, & idem tenet Bal. in c. niſi cum pridem. colum. 3.
ad fin. de renun. & vide etiam Panormi. in c. innotuit. colum.
6. de elect. & ibi aliquid per Bald. & Alex. conſ. 60. in 2. colum.
in verſic. nam præſuppono. in 2. volumi. incipien. viſa legiti-
matione. & Bald. in conſilijs ſupra adductis, cum concordanti
bus, quæ inuenies in his locis, & poteris inuenire faciliter. &
hoc no. ad ſtatuta, vt dicit Abb. in d. ca. per venerabilem. ibi.
poſt domi. Anto. ibi, in pe car. & domi. Sig no. in conſil. 122.
inci. in Dei nomine, factum ſic ſe habet. de anno Domi. 135. di
47 xi itaq; primo ex ſoluto ſolutaue, † quia ſi ambo eſſent coniu-
gati, filij non eſſent naturales, ſed ſpurij, vel nothi, vt habetur
per Doc. in l. 1. C. de concubi. ex quo infertur contra Reges, du
ces vel alios Principes, qui coniugati tenent mulierem ex qua
oriuntur filij, quia non ſunt naturales, nec nomine filiorum di
gni, & an tales poſſent inſtituere, vide Bal. conſi 341. incip. ver
ba Barto. in 5. parte, ſecundum eandem impreſſionem Medio
lanen. & aliquid etiam conſi. 347. in eadem 5. parte. Secundo
48 fuit dictum, vnicam: † nam plures concubinas nemo habere
poteſt, & filij nati ex eo qui habet plures concubinas, non di-
cuntur naturales, vt dicit glo. in d. l. 1. C. de concubinis. & Bal.
in d. conſil. 73. in 5. parte. Tertio dixi, non minore duodecim
annis in minore enim. 12. annis non eſſet, concubinatus. l. 1.
in fi ff de concub Quarto dixi, ingenua cum proteſtatione,
quia de iure ciuili habens ingenuam præſumitur eam habere
in vxorem, ſi indubitatus fuit affectus. l. in liberæ. & ibi glo. ff.
de concub. licet ſecus ſit de iure canonico, quo iure ſola co-
habitatio non inducit præſumptionem matrimonij. cap. 1. &
ibi bona glo. 30. q. 5. & not. glo. in verbo, vxorem. in cap. illud,
49 de præſump. † Ex quo infertur concluſio, quod concubina-
tus eſt, quando quis tenet ingenuam ſine proteſtatione, cum
magis attendamus in matrimonijs ius canonicum, quàm ciui-
le, vt not. in cap. tanta. & in cap. lator. & in c. per venerabilem.
qui filij ſint legi. Additio. no, bene quòd debet interuenire
proteſtatio; alias enim ſi quis haberet conſuetudinem cum
virgine vel vidua, non emiſſa proteſtatione, vel alias non ap-
pareret de conſenſu concubinali, committeretur ſtuprum, ita
pulchre Bald. in l. eam quam, colum. 10. in princ. C. de fideicõ.
Vltimo dixi, indubitata affectione, quæ præſumitur eo ipſo
quod quis tenet concubinam in domo. l. pen. & ibi glo. ff. de
concub. & in l. in concubinatu. cod. titu.
50 † Additio no, quòd iſte dixit in domo, alias enim ſi quis na-
ſceretur extra domum, non diceretur naturalis, ſed ſpurius.
glo. in d. cap. penul. quam ita ibi intelligunt & declarant Dyn.
& Bartol. clare, in l. fi. ff. de his, quibus vt indig. in verſic. quæro
an ſuccedat. & Alexand. conſi. 74. colum. 2. in 5. volumi. incip.
ſuper eo, de quo quæritur, & in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. co
51 lum. 10. ff. ad Trebel. † Eſt tamen circa hoc aduertendum,
quod largo modo natus ex aliqua fanticella, extra domum, di
citur naturalis. ita Bal. in ca. niſi cum pridem, in 7. colum. ad fi.
poſt Ioan. And. ibi, de renun. dicens quod legitimatio facta de
tali vt naturali valebit, & quod ita de facto habuit, & ita etiam
conſuluit in d. conſi. 129. ſupra adducto. in 2. colum.
52 † Eſt etiam aduertendum, quod licet de iure ciuili concubi-
natus foret permiſſus, quod tamen de iure canonico eſt repro
batus. ita dicit gl. penul. in l. in concubinatu. ff. de concub. Imo
etiam hodie, ſecundum quod magis communiter tenetur, de
iure ciuili concubinatus non eſt permiſſus, ita dicit Panormi.
in cap. cum ſit generalis. colum. 9. de fo. compe. & ibi Aret. in
vlti. colum & Domi. Anto. de Butr. & Panormi. in cap. tanta.
colum. 3. qui fi. ſint legi. & in cap. vt clericorum. colum. 1. in 1.
no. de vi. & hone. clerico. & pro iſta opin. videtur tex. in cap. 1.
ibi nolens in peccato exiſtere, de matri. ad morga. contrac. in
vſibus feudor de qua quæſt. vide. Do. Ioan. Bap. de ſanc. Seue-
rino in repeti. l. ſi qua illu. C. ad Orfic. Ioan. de Ana. in regu. ex-
tra de adult. Do. Auguſt. de Arimi. in addi. ad Angel. Aret. in
tracta. maleficiorum, ſuper gloſſ. che tu hai adulterato la
mia Donna. Or dixi, qui dicantur naturales tantum, nunc ſu-
biiciam qualiter ſe habeat ſucceſſio eorum actiua, & paſſiua.
Et primo quidem capio ſucceſſionem deſcendentem actiuã.
53 † Nam naturales tantũ ſuccedunt ex teſtamento in totum,
ſi pater eorũ decedat ſine alijs liberis legitimis & naturalibus,
& nullis relictis aſcendentibus, relictis vero aſcendentibus, ſi
illis relinquatur legitima, poterit reliquum totum in natu-
rales ipſos diſtribui. Si uero reliquerit alios filios legitimos &
naturales, tunc non poterit relinqui naturalibus, & eorũ ma-
tri concubinę, niſi vna vncia. ſi vero ſupereſt, iſto caſu ſola
concubina ſiue filius, tunc ipſi poterit relinqui ſola media vn-
cia. iſta habentur in §. diſcretis, & §. ne igitur. in Auctẽn. qui-
bus modis natu. effici. ſui. collat. 7.
Additio. ad hæc vide plene Angel. Aret. in tractatu de teſta.
in glo. Item relinquit. 100. filio ſuo naturali tantum. & Domi.
54 Præpo. in d. cap. per venerabilem. colum. 49. & ſeq. † & no. di-
ligenter quod licet tales filij naturales admittantur ſecũdum
voluntatem defuncti, vt ſupra proxime per iſtum, quòd tamẽ
contra voluntatem non admittuntur, & ideo poſſunt præ-
teriri, & præteriti non admittuntur aduerſus teſtamentum.
ita dicit gloſ. in l. 1. ff. de contratab. in princip. in verbo, na-
turales. de quo Bald. cap. in præſentia. colum. 6. ad medium.
de probat. Barba. conſil. 64. colum. 3. in 2. volum. Alexan. in
l. ex facto. §. ſi quis rogatus. colum. 14. ff. ad Trebel.
55 † Ab inteſtato autem ſuccedunt naturales tantum vna cum
matre patri in vncias viriliter non exiſtentibus filijs legiti-
mis & naturalibus, nec legitima coniuge, quia licet ipſa ab
inteſtato non admittatur, tamen facit ne naturales tantum
& concubina admittantur: exiſtentibus autem legitimis vel
legitima coniuge, in nihilum admittuntur naturales & con-
cubina, ſed ali debent arbitrio boni vri ab hæredibus defun-
cti. & quæ dixi in filijs, idem dico in nepotibus, pronepoti-
bus, & vlterioribus. iſta habentur in §. ſi quis autem defun-
ctus, & in §. ſi quis igitur. in Auctẽn. quibus modis natu. ef-
fici. ſui. collat. 7. & in auctẽn. licet. C. de natu. libe.
Additio. Ad hæc vide Domi. Præpo. in d. capit. per vene-
rabilem. colum. 1. Angel. Aretin. in d. tracta. de ſucceſ. ab
inteſta. in gloſ. nolens inteſtatus decedere, maxime in 3. co-
lum. & Domi. Nico. de Peruſio, in tractatu ſuo de ſucceſ. ab
inteſta. colum. 14. & Domi. Matheſilanum in tractatu ſuo
ſucceſſio ab inteſta. in princip. colum. 6.
56 † Et aduertendum eſt, quòd licet concubina ſuccedat ab in-
teſtato vna cum filijs naturalibus concubinario, quod hoc
verum

verum eſt relictis filijs ex concubinario.ſi nullos enim ſuſce-
piſſet liberos,in nihilum admitteret̃ ab inteſtato. ita dicit gl.
ſingularis in verbo,proles.in §.conſideramus.in Auc.de triẽ.
& ſemiſ.col.3.de qua Bal.in c.per tuas. ad fi. de maio.& obed.
& circa hæc vide etiam Matheſila.ibi ſupra,in 4.princip.arti-
culo,quo infert̃ ſucceſſio marito ad bona vxoris , & econtra
colum.12.in §.ſciendum tamen eſt.& in his locis plenè inue
nies,an tales naturales tantum ſuccedant matri ex teſtamen-
57 to vel ab inteſtato. † Ex hĩ in hoc concludit̃,quòd ſuccedunt
matri & aſcendentibus per lineam maternam vna etiam cũ
legitimis, niſi mater eſſet illuſtris:tunc enim diſtinguit̃.aut ha
bet filios naturales tantum ex amaſio ſuo , cum quo ſtabat ,
vt concubina, ita ꝙ talis concubinatus erat a iure permiſſus
ut quia vir & mulier erant ſoluti , & tunc tales filij natura-
les tantum ſuccedunt illi etiam vnà cum legitimis ; aut talis
mulier illuſtris habet filios naturales, vt meretrix, & habet e-
tiam alios filios legitimos , & tunc tales filij non ſuccedunt
illi alias non exiſtentibus legitimis ſic , vt hæc omnia habent̃
in l.ſi qua illuſtris.C.ad Orfic.vbi vide plenè Domi. Ioan.Ba-
ptiſtam de ſancto Seuerino,poſt gl. Expedita linea aſcenden-
ti quo ad ſucceſſionem paſſiuam,& deſcendenti,quo ad acti-
uam:reſtat nunc videre de linea aſcendenti quo ad ſucceſſio-
nem actiuam.i.qualiter patres naturales tm̃ , vel vltra aſcen-
58 dentes ſuccedant ipſis filijs naturalibus tãtum.† Solutio, vni-
co verbo dic ꝙ eodem modo ipſi ſuccedunt filijs,quo filij ſi
bi ſuccedunt.§.in quibus enim.in Auct. quibus modis natu-
effi.ſui.colla.7. Par enim ratio pietatis debet eſſe in vtriſque.
l.nam & ſi parentibus.ff.de inoffi.teſtamen.& ſic eſt expedita
vtraque linea & deſcendentium,& aſcendentium. Nunc ve-
niamus ad ſucceſſionem collateralium eorum, qui ſunt natu
rales tantum.Et circa hoc dicendum,quod fratres naturales
tantum, ex eadem matre intra ſe ſuccedunt. argu.a fortiori,
quoniam ſi hoc eſt in ſpurijs.l.2.ff.vnde cogna. multo fortius
debet eſſe in naturalibus . Arbitror tamen,quòd filius natu-
ralis tantum non ſuccedat fratri naturali,& legitimo,vel alijs
agnatis vel cognatis patris , per tex.in §.filium.in Auct.quib.
mo. na.effi.ſui.colla.9.inducendo ſic.nam legitimus agnatis,
& cognatis patris, multo fortius naturalis tantum qui nullo
modo fuit legitimus, ſed remanſit naturalis ſemper.
59 **Additio.** † Idem tenet Ange. Aret. ibi ſupra, in glo.
nolens inteſtatus decedere. collat. 10. &
Ange.conſi.57.incip.in caſu præmiſſo. in fi.volumi.4. & in l.
ex facto.§. ſi quis rogatus.col. 14.ff.ad Trebellia.
60 † Et adde, quòd imò frater naturalis tantum non ſuccedit
alteri fratri naturali tantum nato ex alia concubina,licet ſint
nati ex eodem patre. ita dicit gl.in d.l.2.ff.vnde cogna.de qua
Areti.ibi ſupra & Alexan. in locis ſupra adductis . & Alexan.
conſil 49 in 4.colum.incipien.viſa legitimatione , in 2.vol.&
Imo.& Paul.de Caſt. in d. § ſi quis rogatus. Tertia verò ſpe-
cies eſt legitimorum filiorum, vt ſunt adoptiui , & arrogati,
vt hĩ plenè in l.ſi arrogator,vbi ſcripſi.ff.de adop. & in l.cum
in adoptiuis.C.eo. Quarta ſpecies , quæ magis eſt in prõpu,
quam alia, de qua diximus in articulo noſtro , eſt naturalium
tantum, qui legitimati ſunt, quæ quidem legitimatio fit plu-
61 ribus modis. † nam aliquando fit legitimatio per oblationẽ
curiæ,puta ſi naturalis tm̃ daretur in ſeruitium Principis vel
præſidis.ita dicit glo.in ver.curiæ.in §.fin.Inſti.de nup.quod
intelligo, quando dat̃ in ſeruitium ſine mercede. & iſte mo-
dus ponit̃ in l.3.C.de na.libe.& in § ſi quis igit̃.in Auct.quib.
mod.na.effi legi.colla 7.Circa iſtum modum vide plenè Do.
Prępo in d.c.per venerab. col.12.& ſeq.& aliquid per Angel.
conſil.17.incip. Comes Brandiſius. & pulchrè Domi.Nicol.
de Peruſ. in tractatu de ſucceſſ.ab inteſta.colum.29. Secun-
dus modus legitimandi eſt per adoptionem,puta quando qs
adoptat naturalem tantum,qui tamen modus hodie non ha-
bet locum.l. iubemus.C.de natu.libe.§.tribus ante alijs.in d.
62 Auct.quibus modis na.effic.ſui. colla.7. † & ideo teneo quòd
adoptio naturalium tantum non ualeat.Adde quod ita tenet
Rom.ſingulari ſuo.209.incip.an naturalis vel ſpurius.col.7t.
ꝙ Bologninus in addi.ad Mattheſi.in tract.de ſucceſ.ab inte-
ſta.in ſecundo membro principali ſecundi artic.in addi. quæ
incip.¦ in hoc ſecundo gradu. Tertius modus legitimandi eſt
63 ſecuto matrimonio cum cõcubina, ex qua nati ſunt filij: † nã
tales filij efficiuntur legitimi interuenientibus inſtrumentis
dotalibus.§.i.in Auct.qui.mo.na.effi legi.§.fin. Inſti.de nup.
l.cum quis C de natu.libe Adde circa hoc,quod communis
omnium opinio eſt,quòd inſtrumenta dotalia non requiran
tur.ita tenet Zanetinus in 7.differentia inter ius ciuile & ca-
nonicum,in repe c.1.de accuſa. Alexan.conſi.56 in 1.colum.
volu.4. Panor.in c.tanta.in primo no.qui fil.ſint legiti.Fely.in
c.eccleſia ſanctæ Mariæ.colum.19.de conſti.& communiter
ſcribentes in d §.fin. Inſti.de nup.& in § 1. Inſti.de hære.quæ
ab inteſt.deferunt.& Dom. Nico.in tract.de ſucceſ.ab inteſt.
colum 24. Quartus modus eſt per reſcriptum Principis , vel
Comitis habentis ab eo poteſtatem. §.illud verò a nobis. in
Auct.quib.mod.na.effi.ſui.colla.7.
Additio. circa iſtum modum vide Domi. Prępo. in
d c.per venerabilem. colum . 8. in verſicu.
octauus modus. & Petr.de Anchar.conſi.251.incip.ex teno-
re. Barba.34.maximè in 3.colum.volu.2.Quintus modus eſt,
qñ pater fecit teſtamentũ,uolẽs ſibi filios eſſe legitimos ſuc-
ceſſores : & filij poſt mortem patris Principi teſtamentum
oſtendunt.efficiunt̃ namq; hoc modo legitimi, & ſic habent
donum naturæ.i.patris & legis.i.Principis.tex.eſt in §.ſi verò
qui ſolummodo naturalium, in d. Auct. quib.mo.na.effi. ſui.
colla.7.Sextus modus eſt legitimandi.ſ.dando vxorem filiam
naturalem curiali legitimo,ita Ang.in Auct.quibus mod.na.
effi.ſui.in fi.princ.Septimus modus eſt ex nominatione facta
per patrem in teſtamento,ſiue in alio inſtrumento,cum ſub-
ſcriptione trium teſtium . Auct.item ſi quis liberos. C.de na.
libe.& in Aucten.vt lic. ma. & auiæ. §.ad hoc autem. colla.8.
Hoc tamen limita,ut per iſtum infra ad fi.operis,in verſ.item
quæro.& vide circa hoc plenè Fely.in c.per tuas. col.3.& tri-
bus ſequen.de proba.Octauus modus eſt,ſecundum Guil.de
Cu in l.1.C de ſacroſan. eccle.ſ.vt ſpurius ingrediatur mona-
ſterium.Circa iſtum modum vide Bal. in d.l.1.in lectu.Alex.
in l.cum quis.C.de na.libe.in conſil.92.colum.fi.in 4.volum.
incipien.viſo themate.& 25.incip. ſuper contentis. colum fi.
in 3.volu.Roſel.in tracta.legitima.in fi.Rom. in repe.aucten.
ſimiliter,in 7.ſpeciali piæ cauſę ad vltimas voluntates.col. 11.
C.ad l Falc.Alexan.in l.fi.in apoſtil.ff.de his, quibus vt indig.
Item adde tu alium modum.ſ.quando Imperator promoue
ret ex certa ſcientia aliquem illegitimè natum ad epiſcopatũ,
ita plenè præſtantiſſimus omnium ætatis ſuæ Doctor,& om
nium præſtantiſſimorum doctiſſimus præceptor & pr̃ meus,
Do.Iaſon de Mayno , in l.Barbarius.col.3.ad fi.& ſe.de offic.
præto.Alios autem modos legitimandi vide per Do. Prępo.
in d.c.per venerabilem. col.13. & tribus ſequen. per Ange.in
d.conſil.17.incip.Comes. per Io.Fab. & ibi ſcriben. in §.fina.
64 Inſti.de nup. & in locis ſæpius ſupra per me adductis. † Qua-
liter autem ſuccedant legitimati , dicendum eſt quòd ſucce-
dunt,ut legitimi.§.tribus ante. & §.quapropter. in Auct. qui.
mo.na effi.legi.colla.7.excepta legitimatione,quæ fit ꝑ obla-
tionem curiæ,quia tunc ſoli patri filij legitimi fiunt , non au-
tem eius agnatis . & eodem modo patres ſuccedunt iſtis filiis
legitimatis , prout ſuccedunt legitimis , de quibus hĩ aucten.
defuncto.C ad Tertul.& in §.conſequens. in Auct.de hæred.
quæ ab inteſt deferun.& §.in quibus.in Aucten. quib.mo.na.
effi.ſui.exceptis legitimatis per oblationem curiæ, vt §.ſi ve-
rò etiam generaliter,in d.Aucten.quib.mod.na effi.ſui.& l.2.
C.quando & quibus 4.pars.lib.10. Circa hæc vide Ang.in d.
conſil.17.& in §.1.in d. Aucten. quibus modis na.effi ſui.Dy.
65 in tract.de ſucceſ.ab inteſta.in 1.col. † & aduerte,quia ſi quis
foret legitimatus, vt poſſet capere ex diſpoſitione paterna,&
hoc caſu non veniret ad ſucceſſionem patris ab inteſtato, nec
etiam contra eius teſtamentum.ita pulchrè Alex.conſi. 187.
in 2.col.in verſi. tanto magis,incip.videret̃ prima conſidera-
tione,volu.5.& conſi.39.incip.iuxta ea quæ aliàs,volum.3.&
Moder. Senen.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum ff.de lib. & po
66 ſtu. † In ſucceſſione autem tranſuerſali eſt dicendum in legi-
timis,vt in auc. ceſſante.& in aucten. poſt fratres. C. de legi.
hære.exceptis legitimatis per oblationem curiæ. § filium , in
d.Aucten.quibus modis natu. effi. ſui.quod tamen tu intelli-
ge, ſi agnati vel cognati conſenſerunt legitimationi, aliàs ſe-
67 cus, vt per Ange.in d.conſil.17. † Et in hac materia.ſ.qualiter
fiat legitimatio,& quibus modis,& qualiter ſuccedant legiti-
mati,& econtra,qualiter eis ſuccedat.vide etiam Ang.conſi.
20.incip.ſuper conſultus , & 29.incip. the. tria eliciuntur du-
bia.& in conſi.75.cuius examinatio ponit̃ poſt conſi.76.licet
thema ponat̃ ſtatim poſt 74.incip.poſito pro conſtan.& 87.
incip.pro deciſione puncti.& 204. incip.quidam Bartholo.&
& 263.incip.verba autem, ſuccedere valeas , poſſem hic infi-
nita conſilia,& loca variorum Doctorũ de hac materia tra-
ctantiũ inſerere,ſed omitto,ne ſcriptus ſit & in tergo & non-
dum finitus Oreſtes. † Quinta ſpecies eſt filiorum ſpiritua-
lium,qui quanquam non poſſint ſine venia in ius vocare pa-
tres ſpirituales.l.generaliter.ff.de in ius vo.& ponit. Angel. in
l.adoptiuum. ff.eodem titu. de quibus quidem filiis habetur
30.q.3.c.1.& ibi glo. & Archid. nihilominus non ſuccedunt
patribus nec econtra patres eis ſuccedunt,vt probatur in l.nu
tritoribus.& in l.affinitatis.C.commu.de ſucceſ. quãuis pro-
babiliter dici poſſet cæteris deficientibus, patres admitti de-
bere excluſo fiſco, vt dicimus in tutore datiuo & teſtamen-
tario,vt voluit gl.ſingularis in l.quo tutela.in princ.& in fi.ff.
de reg.iu.ſed reſponde quòd ideo hęreditas in ſubſidium po-
teſt peruenire ad tutorem teſtamẽtarium vel datiuum, quia
quo

quo tutela redit, hæreditas peruenit. quæ ratio ceſſat in patre
ſpirituali, cum ipſe nõ ſit tutor reſtamentarius, neq; datiuus.
69 † Circa hoc adde, quòd idem quod iſte, quòd filij ſpiritua-
les non ſuccedant parentib. ſpiritualibus, nec econtra paren-
tes ſpirituales eis, tenet Do. Præpo. in d. c per venerabilem.
col. 2. & Do. Nicol. in tractatu ſucceſ. ab inteſta. col. 5. Et hoc
quanquam ſit verum, tamen tales filij in ſubſidium ſunt alen
di a parentibus ſpiritualibus. ita ſub dubio forte, dicit Bal. in
Auct. niſi rogati. col. 4. ad fi C. ad Treb. de quo Barba. in repe.
l. cum acutiſſimi col. 1 a 5. C. de fideicom. vbi ipſe propter hoc
& alia quædam tenet, quod d. l. cum acutiſſimi, habeat locũ
in tali filio ſpirituali, licèt Bal. ibi ſupra ſentiat contrarium, &
circa hæc etiam vide quæ pulchrè ponit Alex. conſi. ſuo 34. in
vlt. col. in verſi. ad hoc etiam, incip. viſo proceſſu. volu. 3.
70 Vltima ſpecies eſt eorum, qui nomine filij non ſunt digni,
quorum qualitates ſunt multæ: † nam quidam ſunt manſe-
res, qui ex ſcorto. i. meretrice naſcuntur; alij ſpurij, qui oriun
tur ex concubina in domo nõ retenta; alij nothi, qui naſcun-
tur ex adulterio, vt eſt glo. de his omnibus, in c. niſi cum pri-
dem in verbo, manſeres. de renun alij nepharij, qui oriuntur
ex matrimonio interdicto inter aſcendentem & deſcenden
tem: quidam inceſtuoſi, qui oriunt ex matrimonio interdi-
cto inter collaterales vel affines; alij inutiles, qui oriuntur ex
matrimonio prohibito alijs modis quàm dixi, vt not. glo. in
rub. C. de inceſt. & inuti. nup. & no. contra iſtos pulchra ver-
ba Bal. in c. cauſam. col. 2. de proba. vbi dicit, quod in virginitate
viuitur glorioſè, in vera viduitate caſtè, in matrimonio pu-
dicè, in concubinatu impudicè, licèt tolerabiliter; in ſtupro
damnabiliter, in adulterio damnabilius, in inceſtu damnabi-
71 liſſimè. † Qualiter autem legitimentur hi, vt breuis ſim, vide
glo. & ibi ſcribentes in §. fin. in Auct. quibus mod. na. effi. ſui.
col. 7. Aliquid per Bal. in l eam quam. col 9 & ſeq. C. de fidei-
com. & in conſ. 81. incip. quidam Simoninus, in prima parte,
ſm impreſſionem Mediola. Alex. conſi. 3. col. 3. uol. j.
72 † Hi autem patri non ſuccedunt, nec de iure ciuili ali de-
bent. auct. ex complexu. C. de inceſt. nup. licèt ſecus ſit de iu-
re canonico. c. cum haberet. de eo qui duxit in matrimoniũ,
quam polluit per adul. & c. per venerabilem. ad fi. qui fil. ſint
legi. Et no. quod diſpoſitio d. c. cum haberet. habet etiam locum
in terris imperij. ita no glo. in d. c. cum haberet, & ita ibi fir-
mant Do. Anto. & Cardi. Floren. & Panormi. & tenet Ange.
Are. in tractatu ſuo de ſucceſ. ab inteſta. in glo. nolens inteſta-
tus decedere. in 2. columna, ad fi. quem videas etiam ibidem,
in glo item reliquit F. filio ſpurio. in princ. Circa quod etiam
vide Panor. conſi. 2. volu. j. & 115 in primo dubio. eo. volu. 2.
& Fely in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. colum. 15 ad medium. de
73 conſti. & Bar. conſi. 116. & in d. auct. ex complexu. † ſuccedũt
hi tantum matri & auiæ, ſi non eſt illuſtris. §. fi. Inſti. ad Orfic.
& l. Modeſtinus. ff. vnde cogna. & dixi ſupra, in 14. col. ideo
non repeto. aduertendum etiam, quòd inceſtuoſi, nepharij,
& adulterini, vel aliàs inutiles, repelluntur a ſucceſſione tam
paterna quàm materna. § fin. in Aucten. quib. mo. na. effi. ſui,
col. 7. Item repelluntur ab honoribus c. cum in cunctis. & c.
innotuit. de elect. c 1. de fil. præſby. & videtur ad hæc tex. in
l. qui contra, & l. ſi quis inceſti. C. de inceſt. nup.
74 † Ex qua l. infertur, quod ſi quis ex filio inceſtuoſo vel nepha-
rio haberet nepotem legitimum & naturalem, quod illi nullo
modo poſſet relinquere, imò circa eum eſſet penitus inteſta-
bilis, per d. l. ſi quis inceſti. & ideo caueant magnates, qui ſæ-
pe ſolent talia matrimonia contrahere. No. deciſionem iſtã,
quæ fuit ante iſtum Bal. in d. l. ſi quis Inceſti. quam ſequitur &
multum exclamat Domi. Alexan. in l. Gallus. §. quid ſi is. in 2.
col. ad fi. ff. de libe. & poſthu. licèt ibi ornatiſſimus præceptor
meus, Do. Iaſ. in 3. & 4 carta, in verſi. ſecundò limita, multum
dubitet. Adde tamen quod opin. iſtam tenet ibi commendatiſſi-
mus præceptor meus Domi. Lancello. Decius, & idem tenet
Bal. in c. in præſentia. col. 7. in verſi adde quòd licèt legitimus.
de proba. & ibi Barba. & Do. Io. Graſſus.
75 † Quid autem eſſet in nepote legitimo & naturali ex filio
ſpurio. dic quod ille bene poſſet ab auo inſtitui, vt per oẽs,
poſt Bar. in d §. quid ſi is, vbi non extarent alij filij legitimi, ad
quod vide Bar. conſil. 115. & Fede. 57. & Anto. de But. 30. col.
2. in 2. dubio. & Alexan. 77. incip. circa primum dubium. in 3.
vol. & ad primum dictum Bal. per d. l. ſi quis inceſti. vide etiã
Corſetum in ſingulari. ſuis, in verbo, hæres.
76 † De ſucceſſione autem deſcendentium talium, id eſt qua-
liter eis per aſcendentes ſuccedatur, dic per omnia idem, &
pari ratione quod dictum eſt in ſucceſſione aſcendentium:
in ſucceſſione autem tranſuerſali duo fratres ſpurij inuicem
ſuccedunt, ex eadem matre. l 2. & l. ſpurij ff. vnde cogna. ſi au-
tem ſunt ex diuerſis matribus, non. An autem ſuccedant
agnatis patris vel cognatis matris, puto quòd non, cum
nulla ſit inter eos agnatio.

77 † Agnatio enim contrahitur per legitimas nuptias. §. ſi ad-
uerſus, Inſti. de nup. & § 1. Inſtitu. de legi. agna. ſucceſ. & cum
inter agnatos vel cognatos non inueniantur, meritò debent
repelli a ſucceſſione. d. §. fin. in d. Auct. quibus modis na. effi.
ſui. colla. 7. & ſic explicitæ ſunt ſpecies, & qualitates filiorum.
Eſt tamen aduertendum, quod eſt caſus, in quo quis eſt na-
tus ex legitimo matrimonio, & tamen non eſt legitimus, vt
habetur in l. 1. C. de capti & poſtli. reuer. cuius fundamẽtum
videtur in l cum duæ. §. fina. ff. eo. ad quem vide Bald. in l. pa-
rentes ff. de in ius voc. & Seuerinũ in repe. d. l. ſi qua illuſtris,
C. ad Orfi. in 3. col. Item eſt aduertendum, quod quis ex dua-
bus mulieribus ambabus viuentibus habeat filios legitimos,
vt pulchrè habetur per Dom. Præpo. in d. c. per venerabilem,
col. 132. in glo. in verbo, dubitari.

Saluo nunc ſaniori Conſil. venio ad deci-
ſionem dubij. Et dico,
quod quædam ſunt feuda diſponibilia, quædam indiſponibilia.
78 † diſponibilia appello feuda irregularia, id eſt quæ non habent
propriam naturam feudi in hoc, puta quia vaſſallus poteſt di
ſponere in vltima voluntate & inter viuos ſine conſenſu do-
mini, vt plenè notaui in proœmio feudorum. illa autem appel
lo indiſponibilia, quæ ſunt ſecundum propriam naturam feu
di, quia domino inconſulto illa vaſſallus alienare non poteſt,
nec in illis teſtari. c. 1. de prohi. aliena. feudi per Fede. cap. 1. de
ſucceſ. feudi. nam in feudis diſponibilibus ex pacto vel con-
ſuetudine inter dominum, & vaſſallum debet conſuetudo
79 ſeruari, † ſicut in ſimili dicit Ange. in l. 3. ff de teſta. quod vna
familia & progenies poteſt conſuetudinem inducere, quæ
inter ipſos ſeruari debebat. allegat Io. And. in addi. ad Specu.
in tit. de inſtru. edi. §. compendioſe. verſic. ſed quid dicemus.
vnde ſi in familia nobiliũ de Vicecomitibus eſſet aliqua con
ſuetudo de ipſorum teſtamentis vel cæteris actibus, illa de-
beret inter ipſos ſeruari, ſecundum Ang in d. l. 3. qui ait, tene
menti, quia non memini me legiſſe alium Docto. qui hæc po
nat. Sed tu bene circa hoc vide ſummi ingenij virum præce-
ptorem meum, Do. Iaſon. in l. omnes populi. circa hoc vide
etiam Ang. in l. fi. C. de teſt. quem ſequitur hic iſte, licèt repro
bet ibi ſupra præceptor meus. Itaque in feudo diſponibili, &
quòd poteſt alienari, valet legitimatio conſentiente patre,
de cuius præiudicio principaliter tractatur. l. fina. C. de pact.
Nec obſtat, ſi quis dicat, fit præiudicium agnatis, quia hoc ne-
gatur, quia nondum habent aliquod ius tempore legitima-
tionis, nam poſſet pater diſponere bona ſua etiam in mari
proiiciendo, iuxta glo. in l. 1. C. de inoffic. do. cum propona-
tur feudum eſſe eiuſdem naturæ, cuius ſunt alia bona allodia
lia. ſi autem feudum non eſſet diſponibile, ſed ſecũdum pro-
priam naturam, tunc non valebit legitimatio, licèt pater con
80 ſentiat in præiudicium eccleſiæ domini vel agnatorũ, † cum
pater non poſſit diſponere de feudo teſtando vel alienando.
d. c. 1. de ſucceſ. feu. & cap. 1. de prohi. aliena. feu. per Fede. in
princip. & ita intelligo Bald. in l. eam quam. C de fideicom. in
8. col. in verſic. conſueuit eſſe q. vbi vult quòd Imperator non
poteſt legitimare ad feudum eccleſiaſticum, nec econtra Pa-
pa ad imperiale. & eodem modo intelligo Hoſtien. & Ioan.
And. in d. cap. per venerabilem. in gl. in verbo, acquiſiti, vbi
vide etiam reliquos ſcribentes, & maximè Do. Præpoſitum.
nam dicunt Hoſtien. & Io. Andr. quod quo ad hæreditatem
paternam valet legitimatio, volente & conſentiente patre,
aliàs non. l. fin. C. de pact. & eo mortuo conſentientibus his,
quibus iam ius eſt acquiſitum, aliàs non; & quo ad feuda con
ſentiente etiam domino feudi, aliàs non, arg. c. nuper. de don.
inter vi. & vxo. & c. ex tranſmiſſa. de foro competen. & c. 1. de
prohibi. aliena. feu. per Fede.
81 † Nam ideo in allodialibus valet patre conſentiente legiti-
matio, quia de eius præiudicio principaliter tractatur, & poſ-
ſet ipſe de rebus ſuis diſponere. l. in re mandata. C. manda. er-
go eodem modo in feudo non habente propriam naturam
feudi, vt ſupra dixi. Quatenus autem pater non poſſit diſpo-
nere, vt eſt in feudo habente propriam naturã, tunc non con
ſentiente domino & agnatis, non valeret legitimatio, & circa
82 hæc vide Bal. in 1. rubrica, C. ad fi. † poſſumus tamen in caſu
huius thematis, quærere an Imperator poſſit legitimare ad
feuda in præiudicium agnatorum. & dicendum eſt quod ſic
de abſoluta poteſtate & de plenitudine imperij, cuius articuli
deciſio pendet ab illa veteri & trita concluſione, an Impera-
tor poſſit auferre dominium alteri, & ius, de quo plenè dixi
in l. reſcripta. C. de preci. Impe. offe. & ibi tenui quòd Impera-
tor non poſſit ſine cauſa. inhærendo opin. glo. noſtrorum, &
Bar. quibus ſemper in dubio eſt adhærendum: optimi enim
ſunt & veri magiſtri, & ideo conſuluit Bal. vt ipſe refert, in l.
Gallus §. & quid ſi tantum ff. de libe. & poſthu † quòd ſpu-
rius legitimatus non auferet bona agnatis, niſi ſit legitimatus
patre conſentiente, vel pater poſt mortem ſuam ordinaſſet
quòd

quòd legitimaretur, iuxta auth. item ſi quis. C. de natu. libe. nam in re diſponibili præiudicabitur propter talem legitimationem venientibus ab inteſtato. Vt tamẽ huius articuli deciſionem ordiamur, plures ſunt caſus faciendi. Primus eſt, quando eſt defectus ratione perſonæ, quia perſona non eſt ſubdita. Secundus eſt, quando eſt defectus ratione loci. Tertius, quando eſt defectus ratione rei. Quartus, quando eſt defectus ratione temporis.

84 † Circa primum, quando eſt defectus ratione perſonæ, puta quando Imperator vel Comes Palatinus in loco imperij legitimat perſonã ſubditã Papæ, tñ bona ſunt in iuriſdictione Cæſarea, putarem legitimationẽ valere, vt prorogatę iuriſdictionis, nam ſi habet locum prorogatio de pſona ad perſonam in iuriſditione contentioſa. l. 1. C. de iuriſdi. om. iudi. l. 1. & 2. ff. de iudi. c. de cauſis, & c. penul. & fin. de offi. delega. tanto magis debet habere locum in voluntaria. quib. autem noceat hæc legitimatio, & an extendatur extra iuriſdictionem legitimantis, parebit ex infra dicendis.

85 † Secundus articulus eſt, an valeat legitimatio, quę patitur defectum ratione loci, puta quia Imperator, vel Comes Palatinus legitimat ſibi ſubditum in rebus ſibi ſubditis, ſed in loco non ſuæ iuriſdictionis & econtra, poteſt poni exemplum in Papa, vel in habente ab eo poteſtatem. Hic articulus eſt valde notabilis & difficilis propter varias maiorum noſtrorum opi. in quo omittam allegationes hincinde, ſed ad ipſas maiorum opiniones veniam, & prima quidem fuit quod Papa poteſt legitimare in omnibus locis, & quo ad ſpiritualia & quo ad temporalia. Secunda fuit opi. quod quo ad temporalia poteſt in conſequentiam, non autem principaliter. alia eſt opi. quòd non poſſit. Quarta eſt, ꝙ poſſit legitimare in conſequentiam etiam legitimando ad ſpiritualia, præterquam ad defectus perſonæ adhęſibiles, puta quòd poſſit eſſe iudex, vel habere omnes honores: ſecus quo ad defectus reales & perſonæ non adhærentes etiam alteri præiudiciales. Dom. Hoſt. eſt opin. quòd Papa in terris imperij poteſt legitimare ſolus, non alius, propriè loquendo de legitimatione. & ſic non ſolum in conſequentiam, vt dicebat alia opin quæ fuit Io. And. ſed etiam principaliter, quod oſtendit ſic: nam ius legitimandi ſeu legitimatio oritur a fundamento & radice matrimonij, quia dicimus legitimum, natum ex iuſtis nuptijs l. filium, ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iu. & nõ legitimum, natum abſq; matrimonio: ſed Papæ proprium eſt diſponere de matrimonio, non autem alterius: ergo diſponere de legitimatione ad ipſum ſpectat. legitimatio enim, quam facit Imperator, non eſt propriè legitimatio. alias quoque rationes ponit Hoſtien. quas omitto, quia ponuntur etiam per ſcribentes in d. c. per venerabilem, qui fil. ſint legi. Ioan. And. in d. c. per venerabilem. in glo. 2. ad fi. dicit, quòd opi. Bern. in gl. quæ vult quod Papa non poſſit legitimare in terris imperij, eſt vera in prole nata coitu non matrimoniali, ſaltem ex affectu vel conſenſu, cum Papa non poſſit facere, vel ſupplere conſenſum naturalem vbi non fuit, ergo nec talem prolem legitimare poterit, niſi quo ad forum ſuum, niſi locus eſſet de temporali iuriſdictione eccleſiæ, vel niſi eo tempore quo Papa fungitur vice imperij, ſecundum quod no. in cap. licet ex ſuſcepto. de foro compe. quod dictum Ioan. And. eſt bene no. vult enim quòd vbicunque neceſſe eſt Papam recurrere ex neceſſitate iuris vel facti, ſiue vacaret imperium, quod tunc Papa cum ſuccedat in imperio, ut no. in d. c. licet ex ſuſcepto, per Innoc. & Hoſtien. poterit legitimare in terris imperij. proſequor nunc diſtinctionem Ioã. And. Si verò ſit genita proles ex coitu naturali, licèt de facto: dic aut matrimonium non poterat eſſe impediente lege diuina, vt quia vxoratus contrahit cum ſecunda, viuente prima, vel contrahit cum filia, & dicendum eſt idem quod ſupra. Si vero matrimonium eſſe non poterat impediente lege canonica tantum, quia contraxerat cum affine vel conſanguinea in quarto gradu, & tunc eſt diſtinguendum quòd Papa legitimando, aut vtitur verbo, legitimamus ad matrimonium & prolem, & tunc quo ad vtrunque forum ſit proles legitima, nam impedimentum a lege canonica inductum poteſt Papa tollere, ſecundum omnes, quod non poteſt Imperator quo ad ſpiritualia Ex hoc dicto Ioan. And. eſt no. quod in caſu ſuo Imperator non poſſet legitimare quo ad ſpiritualia. proſequor nunc diſtinctionem Io. And. aut Papa ſimiliter diſpenſat, & tunc talis legitimatio trahitur ad illa ſolum prohibita, de quibus diſpenſatio loquitur, nam tales diſpenſationes ſunt odioſę c. j. de filijs præſby. in 6.

86 † Nec ob. etiam, ſi dicas in gradibus a lege diuina prohibitis, Papa poteſt ex cauſa diſpenſare. c. literas. & ibi no. de reſti. ſpo. quia reſpondetur quòd illa poteſt probare, vt ex nunc, non autem ex tunc: contracta verò contra l. canonicam poterit probare etiam vt ex tunc, nec mirum: plus enim poteſt Papa in his, quàm in alijs. facit c. ex parte. lo primo, de offi. delega. cum ibi no. & cle. quoniam, de immu. eccle. de prole autem legitimanda conſtitutorum in ſacris vel profeſſorum, dicendum eſt, vt in cap. cum olim. de cle. coniug. & in c. rurſus, qui cleri. vel mona. Ioan. Andr. in d. auct. Anto. de But. in d. c. per venerabilem. ſic in effectu concludit, præſuppoſito prius ꝙ vtraque poteſtas, & ſpiritualis & temporalis, eſt originaliter in ſummo Pontifice, vt ibi p cum, cuius fundamenta non recito, cum vera ſit opin vt etiam ibi per reliquos ſcribentes,

87 † quod quædam eſt legitimatio pleniſſima, per quam tollitur fundamentum vitij, a quo ſurgit hęc differentia legitimatorum, & non legitimatorum, & hanc ſolam poteſt facere Papa, cum ſolus poſſit ſuper matrimonio diſpenſare. Quædam eſt legitimatio plenior, quæ integrat ad iura primæuæ naturæ non diſponendo in vitium, & hanc facit, Papa & Imperator in ſpectantibus eis. Quædam verò eſt plena, vt diſpenſatio, vt cum aliquo in aliquo actu diſpenſatur, non autem in totum eius perſona reintegratur, & hanc etiam vterq; poteſt facere, & ideo dicit ipſe, aut Papa vult legitimare in terris imperij diſponendo in matrimonio, & poteſt, quia ſuum intereſſe eſt principaliter diſponere de matrimonio, & ſic intelligit Hoſt. & Io. And. in d. c. per venerabilem, ideo omnes filij, qui producuntur hodie ex matrimonio vitra vel ſupra quartum gradum; & omnes qui naſcuntur ex tutore, & pupilla, & ex contrahentibus ſine conſenſu patris, & ex rectore prouinciæ & ſubdita etiam hodie in terris imperij, ſunt legitimi; aut Papa vult legitimare diſponẽdo in radicem matrimonij, & in omnibus caſibus, in quibus ita poteſt diſponere, poteſt etiam legitimare in terris imperij, dummodò principaliter incipiat a radice matrimonij; & in omnibus caſibus, in quibus non poteſt diſponere in radicem matrimonij, vel nõ vult, legitimat quo ad terras ſuas, non autem imperij. Paterratio, quia primo caſu principiat materiã ſibi ſubiectam, ſecũdo caſu non. Et quando Papa poſſit incipere a radice matrimonij, & quando non, exemplificat, quando Papa vult diſponere legitimando abſque conſenſu parentis, nam tunc non poteſt incipere a matrimonio, quia eſſet dare matrimonium ſine conſenſu, licèt poſſet fingere conſenſum ſtante dubio caſus, qui fidem. de ſponſa. Nam Princeps in ſacramentalibus non poteſt fingere conſenſum, quia talia ſacramenta habent formam facti naturalis, & exigunt naturam.

149 † Quæro de caſu, qui ſæpe contingit. pone, quidam nobilis habuit filium ex famula ſua, & iſtam tractabat vt famulam in cibo, & potu, & veſtibus, quæritur an iſte ſit naturalis, cum ſit natus ex ſoluto & ſoluta? Dic quòd non, quia oportet ꝙ mulier ſit in ſchemate concubinæ ſociata, vt in Auctẽn. quibus modis na. effi. ſui. §. ſi quis autem. colla. 7. & in Auctẽn. de tri. & ſemiſ. coll. 3. ibi, in habitu concubinæ. & faciunt quæ dixi in euidentialibus, & ideo tali non poterit relinqui ſecundum formam auc. l. C. de natu. libe. quia talis non eſt filius naturalis ſed ſpurius, & ſic fuit conſultum & determinatum, vt refert Albe. in rub. C. de natura. libe. Adde circa idem, quod Alberi. tenet Ang. in Auctẽn. quibus modis natura. effi. legi. colla 6. §. i & Bald conſ. 206. in 3. parte, ſecundum impreſſionem Mediolanen. & vide quæ ſupra addidi ad iſtum in euidentialibus, circa hoc.

150 † Quis autem debet probare legitimationem, dic vt in c. vt circa, max. per Archid. de elect. lib. 6. not. in c. conſultationem, & in c. innotuit. de elect. in antiquis.

151 † Quæro, quis habet nepotem legitimum ex filio ſpurio, an auus poſſit ei relinquere. vide Specu. in titu. de ſucceſſ. ab inteſta. §. j. verſic. ſed quid ſi habens. Cy. in l. fi. C. de natu. libe. de hoc vide latè per Bar. & ibi ſcribentes, in l. Gallus. §. quid ſi is. ff. de libe. & poſthu.

152 † Quæro, an legitimatus ſequatur originem patris vel matris. dic, patris. glo. in l. 1. ad fi. & ibi Bar ff. ad munici. Quid autem de infante expoſito, cuius pater & mater ignoratur. Bar. conſuluit, quod ſit illius ciuitatis, vbi eſt expoſitus & nutritus, per l. ſi ita ſcriptum, in fi. ff. de fundo inſtru. Et adde Barto. in l. quidam cum filium ff. de verbo. obliga. & circa hæc vide vnum bonum verbum Bal. in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfic. vbi

153 dicit, † quod iſtis expoſitis, qui neſciunt oſtendere patrẽ aut matrem, & non habent vxorem, ſuccedit hoſpitale, apud quod ſunt expoſiti, pone duo ſunt ſocij omnium bonorum, puta filius legitimus & ſpurius, deinde pater inſtituit filium legitimum, quæritur an acquiratur filio ſpurio? Reſpondeo ſic, nõ vi relicti, ſed vi ſocietatis. l. ſi is qui duos. ff. de libe. lega. & no. Bal in l. j C. pro ſoc. in 4 q. & Bar. ponit pulchrè modos relinquendi ſpurio, in l. fi ff. de his, quibus vt indig. quibus adde Feli. in c. i. in 4. col. de præſcri. Cępol. cautela 7. incip. nunc iudicamus Barba. in rub. de fi. inſtru. in 6. Corſetum in ſingularibus ſuis, in verbo, ſpurius.

154 † An ſententia lata quo ad legitimationem faciat præiudicium omnibus? dic ꝙ non, ſecũdum Canoniſtas in c. cauſam quæ. qui fil. ſint legi. Quæro, an pater teneatur filiam naturalem dotare. dic, non. l. vxorem. § pater. & ibi glo. ff. de leg. 3. & vide Bar. in l. ſi quis a liberis. §. j ff. de libe. agnoſcen.

155 † An pater poſſit filiam ſpuriã dotare. dic ſic, loco alimentorum, ſic tamen vt dos ſit filiæ in vita loco alimẽtorum, poſt autem mortem ſpuriæ ſit dos filiorum vel agnatorum, quib. poteſt relinqui. ſic de facto reſpondit Barto. vt refert in d. l fi. ff. de his quibus ut indig & facit ꝙ no. Bar. in l. fi. ff. de his, quæ in frau. credi. Ad hæc vide Bal. in c. canonum ſtatuta. col. fi. de conſti. & in c. ſuper literis. col. 2. de reſcrip. Imo. & Mod. in l. 1. ſol. mat. Bar. in d. l. vxorem § ſi pater. & ibi Do. Alex. ff. de le. 3. An Comites Palatini ſint immunes etiam a muneribus patrimonialibus? interrogatus reſpondi, ꝙ ſic l. j. & ibi gl. C. de priui. eorum, qui in ſacro palatio mili. li. 12.

156 † Pone, Comes Palatinus habet poteſtatem legitimãdi, exceptis filiis Comitum & Baronum. quidã Comes, qui tamen non habet Comitatum, vel Baroniam, petit legitimari filium naturalem ſuũ a Comite Palatino, quæritur an poſſit? dico ꝙ ſic. Nec obſtat clauſula, exceptis filiis, &c. quia talis exceptio debet intelligi de Comite & Barone vero, non ſũt abuſiuo, ſ. qui habet Comitatum vel Baroniã, cum non caremus de vano nomine. l. 2. §. ſed ſi fuit. ver. ne nudum nomen. ff. ad Tert. & no. Bal. in c. j. quis dicatur Dux vel Marchio, quod eſt ſingularliſſimum. Circa hęc vide Fel in c. Rodulphus. col. 13. in ver. Comitatus. de teſta. Mar. in tractatu de principib. § 65. Bologninum in ſua Theodoſiana. in ver. vel Comes. carta 49 Pręceptorem meum doctiſſimum, & inter omnes eximium, D. Iaſonem, in l. 1. in 3. col. ff. de offi. eius, cui mandata eſt iuriſdi. Alex. in ſua diſpu. incip Sigiſmundus, in 3. dubio. col. 1. Bal. in c. vno delegatorum. in fi. de offi. delega. Corſetum in tepe. c. grandi. in 3. col. de ſupplen. negli. prælato. & Do. Martinum ꝗ in ſuo tractatu de Principib. §. 178. incip. Barones. Item quæro. dixi ſupra in euidentialibus. legitimatũ quem fieri per nominationem, & c. auc. item ſi quis. C. de nat. lib. Hoc. n. intelligendum eſt quinque requirentib. Primò, ꝙ mulier ex qua natus

tus eſt filius ſic nominatus, ſit talis conditionis quod tempore teſtamenti vel inſtrumenti, in qua ſit talis nominatio, vt cum ea poſſit matrimonium contrahi, aliàs ſecus, vt probatur in §. ad hæc. in Auct. vt liceat matri & auiæ. colla. 9. & per hoc patet quod per talem nominationem non poſſet ab auo legitimari, & ideo hoc caſu ſi non poſſet contrahi matrimonium, legitimatio deberet fieri per reſcriptū. §. illud. in Auct. quibus modis natu. effi. ſui, coll. 8. Secundo requiritur, quod cum ea poſſet contrahi inſpectis bonis moribus ciuitatis: vnde ſi eſſet verecunde acceptare inſpecta qualitate & dignitate viri non fieret legitimatio per talem nominationem. l. nepos Proculo. ff. de verbo. ſigni. l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de bon. poſſ. contratab.

Tertiò requiritur, quod verba principaliter propter nominationem filij ſint prolata, ſecus ſi incidenter propter aliud, puta cauſa demonſtrationis, quia dixit lego filiæ meæ, vt d. §. ad hoc.

Quarto requiritur quod ſit natus ex cōcubina, quam quis indubitato affectu tenebat in concubinatu, ita Hoſtien. in Sum. qui filij ſint legi. §. fina.

Quintò & vltimo requiritur, quod filii legitimi non exiſtant. Hæc quinque ponit Bartol. in conſilio ſuo 117. incipien. quidam habens filium naturalem. & vide Angel. in Auctem. quibus modis natura. efficiuntur legiti. §. primo. collat. ſexta circa hæc vide Angel. conſilio decimoſeptimo columna fina. Alexand. in auctent. item ſi quis ſine. C. de natura. liber. Roſellum in tractatu legitima. columna trigeſimaſecunda Domi. Nicol. de Peruſ. in tractatu de ſucceſſ. ab inteſta. Cepol. caute. 246. incipien. legitimatio. Dom. Vitalem in tractatu clauſularum, ſub rubrica, de verbis enuntiatiuis in liberationibus & contractibus abſolutorijs. Cremen. notabi ſuo, 131. incipien. pater naturalis. Bald. conſi. 195. in 3. parte, ſecundum impreſſionem Mediolanen. Domi. Præpo. in d. c. per venerabilem. colum. 2. qui filij ſunt legi. Bal. in c. innotuit. col. 3. de elect. & in l. 2. in 1. col. in ver. nonò oppo. C. quibus res iudi. non nocet. Curtium, & ibi præceptorem meum, in l. neque profeſſio. C. de teſtamen. & Alexan. conſi. penult. col. 1. & penul. volumi. 5.

157 † Quæro, an Comes Palatinus habens poteſtatem legitimandi poſſit legitimare proprios filios? dic quod ſic. ita Bald. in l. ſi conſul. ff. de adop. ergo fortius filios fratris, vel alterius coniuncti. vide tamen gl. Bernar. in d. c. per venerabilem. quæ videtur ſentire quod non poſſit, vt ibi ſuccedat legitimatus, ſed aliis ſic.

Tu circa hæc, vide præceptorem meum ſummi ingenij & doctrinæ, in l. eſt receptum. colum. 3. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Anna. pulchrè conſil. 25. in tertio dubio, in ſecunda columna, & ibi addita. & Deci. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthu.

158 Nota auream limitationem ad c. tanta. qui filij ſint legi. † quod licet habens concubinam eam ducat in vxorem, quod tamē filij ante nati non legitimantur, ſi talis mulier non erat talis conditionis, cum qua dignè & honeſtè potuiſſet matrimonium contrahi, vt quia erat meretrix, vel alias vilis. vir autem erat nobilis & diues. ad iſtam limitationem vide Ang. in Auct. quibus modis na. effi. legi. §. j. per illum tex. in uer. neque digna. qui dicit ibi, ſic de facto vidiſſe ſeruari. & Dom. Præpo. in d. c. tanta. col. penul. Cepol. cautela ſua incip. debes ſcire. & cautela ſequen. Alberi. Galeoti in ſua margarita, ſub rubri. de filijs natura. & Do. Præpo. etiam in d. c. per venerabilem. col. 12. & glo. in §. ſi quis igitur. verbo, permittimus, in Auct. qui. mod. nat. effi. legi. & in d. Auctcn. vt lic. mat. & auiæ. §. ad hæc autem. col. 11. Bal. in d. auct. ſi quis. C. de natu. libe. Hoſtien. in Sum. qui filij ſint legiti. §. fina. verſicu. vere. Bald. in l. ſecunda. C. quæ res iudic. non noceat. Bald. in capitu. innotuit. columna ſecunda. de electio. & in cap. conqueſtus. ibi, Item quod mater. de ferijs.

159 † Nota, quod in mortis articulo conſtitutus ſi deſponſat concubinam, ex qua habet filios, filij legitimantur. ita Ioan. And. in d. c. tanta. qui filij ſunt legi. ad quam deciſionem vide Alex. in l. ſi quis poſthumos. ff. de libe. & poſthu.

160 † Et nota, quod filius inuitus non legitimatur etiam per ſubſequens matrimonium. ita Ange. in Auctcn. quib. modis natu. effic. legi. §. j. Circa hoc adde quæ ſcribit Dyn. in tractatu ſuo de ſucceſſ. ab inteſta. Domi. Nicol. tractatu ſuo de ſucceſſ. ab inteſtato, colum. 24. Domi. Præpo. in d. c. per venerabilem. colum. 14. in ver. octauus modus. & colum. 45. in verſ. dubitatur. Roſel. in tractatu legi. quæſtio. 22. Aret. & Moder. in l. Gallus. §. forſitan. ff. de libe. & poſthu. & Barto. in l. fina. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. & ibi plura addidi.

161 † Nota nouum modum legitimandi filiam naturalem, ſcilicet quod copuletur matrimonio curiali, vt in Auctcn. quibus modis natura. efficiun. legiti. §. ſi quis igitur. & §. quod verò ad quod vide Nicol. de Peruſia in tracta. ſuo de ſucceſſ. ab inteſt. col. 29. & Ang. in d. §. ſi quis igitur. Do. Præp. in d. c. per venerabilem. col. 15. in ver. 12. modus.

161 † Et nota, quod filio legitimato non poteſt pater plus dare vel relinquere quam habeat vnus filiorum legitimorum. qui minus habeat. tex. eſt in Auctcn. quibus modis natura. effic. ſui. §. & quoniam varie, collat. 7. circa hoc uide Ange. conſilio 17. Bologninum in tractatu ad Matheſi. de ſucceſſio. ab inteſtato, colum. 9. in prima addi. Domi. Nicol. in tractatu de ſucceſſio. ab inteſtato, colum. 5. Domi. Præpoſi. in d. cap. per venerabilem. colum. 13. Cremenſem notabili ſuo 51. Benedictus de Plumbi. in diſput. incipien. ſtatuto Piſano cauetur, in quinto dubio. & Bal. in cap. per tuas. de maioritа. & obedien. & ex illo. §. & quoniam varie.

163 † Habes etiam notare, quod filius qui eſt paſſus ſe legitimari per oblationem curiæ, non habet beneficium abſtinendi ab hæreditate paterna. quod no. ad maternam l. qui ſe patris. C. vnde libe. cum ſimilibus Circa hoc uide Angel. dicto conſilio 17. Domi. Nicol. & Bologni. vbi ſupra, Domi. Præpo. in d. cap. per venerabilem, colum. 14. Ang. in dicto §. & quoniam. vbi dixit hoc procedere in quocunque legitimato. & Roma. in l. neceſſarijs. ff. de acquiren. hære. & Do. Nico. etiam vbi ſupra, colum. 29.

164 † Et nota ſingularem limitationem ad ea, quæ dixi ſupra quod pater naturalis poteſt filio naturali vnam unciam relinquere, exiſtentibus filijs legitimis: nam intellige, niſi pater relinqueret vni legitimorum minus vncia, quia tunc non poteſt relinquere filio naturali vnam unciam.

Ratio eſt, quia ſi pater filio legitimato per oblationem curiæ relinqueret pluſquam relinquit vni ex legitimis d. §. & quoniam varie. & multominus ergo poteſt relinquere filio naturali, qui non eſt legitimatus, & vide Angel. in §. fina. in Auctentica, quibus modis natura. efficiun. ſui. collat. ſeptima, & ad hæc vide etiam Alexand. in l. ex facto §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel. A. clericus beneficiatus habēs filium promotum ad ſacros ordines ex B. concubina duxit. C. in vxorem, ex qua ſuſcepit. D. filium meum, mortua. C. vxore in extremis agens cum d. B. matrimonium contraxit, primo quæritur an ille filius ex illa concubina ſit legitimatus, ſecundo dato, quod ſit, an ſibi debeatur hæreditas patris quā inter legitimos loci conſuetudo defert primogenito. prima

165 quæſtio habet tria dubia, † primum an quod dicitur naturalem legitimari per ſubſequens matrimonium habeat locū in genito ex clerico beneficiato in minoribus conſtituto.

Secundo an illud habeat locum cum alter parentum interim matrimonium contraxit.

Tertium an valeat talis legitimatio per matrimonium cōtractum a conſtituto in extremis. ad primum dicitur filium legitimatum per virtutem ſubſequentis matrimonij. ad ſecundum dicitur, quod medium matrimonium non impedit legitimationem. ad tertium dic legitimationem poſſe fieri, vt dixi ſupra circa limita capituli, tanta. qui filij ſint legiti. ad ſecundam quæſtionem principalem reſpondetur legitimatum præferri, ad quam quæſtionem vide Ioan. And. in capitulo, ſine culpa. de regulis iuris, in ſexto, & vide Bartol. in lege bonorum. ff. rem ratam haberi, ſed de his omnibus vide late Domi. Præpo. in dicto capitulo, per venerabilem. columna vigeſimaoctaua, ver. prima quæſtio. vbi latiſſime per plures col. hæc examinat.

166 † Nota quod legitimatio quæ fit per reſcriptum non fit de ordinaria poteſtate niſi de filio naturali tantum, non autem de ſpurio & ſimilibus, vt in auctcn. quibus modis natura. efficiuntur ſui. cum gloſ. §. finali, quæ gloſ. dat exemplum de filio ſacerdotis, princeps tamen poteſt legitimare ſpurios cum clauſula non obſtante, & vide gloſ. in dicto. §. finali, ad quam vide Bald. in capitulo, Innotuit. columna finali, de electio. vbi dicit non ſemper requiri clauſulam, non obſtante, ſed ſufficere certam ſcientiam Principis cum redditione cauſæ.

167 † An autem legitimatio quæ facta fuit filio abſente valeat. dic quod non, niſi filius ratificet. §. generaliter. in auctentica quibus modis natura. efficiuntur ſui. coll. ſeptima. quod no. quia legitimatio poteſt ratificari. Et circa hæc vide domi. Præpo. in dicto capitulo, per venerabilem. columna quadrageſimaquarta. in verſiculo, requiritur & quarto. iiij. ſolennitas, & Bald. conſilio 306. & 388. in quinta parte. & 146. in prima parte ſecundum impreſſionem Mediolanen. Ange. in diſputatione ſua, incipien nobilis Alexand. conſil. 138. in primo volumine, Decium in l. Gallus. §. forſitan. ff. de libe. & poſthu. poſt Barto. & ſcribentes ibi, Barba. conſilio 34. in ſecundo volumine.

168 † Vtrum legitimatus ad feuda intelligatur etiam legitimatus
ad dignitatem, vide Bal in l. eam quam, colum. 11. C. de fidei-
com vbi dicitur, ꝙ legitimatus ad quamlibet dignitatem, nũ
quam intelligitur legitimatus ad regiam dignitatem. Et vide
circa hoc domi. Martinum etiam in tracta. ſuo de Card. quæ-
ſtio ſua 38. incipien. quæritur, & in tractatu ſuo de primoge-
nito, quæſtio. 31. & late Alea. in diſpu. ſua incipien. Sigiſmun-
169 dus in 4 dubio colum. 24. † Pone, eſt conſuetudo ꝙ primoge
nitus ſuccedat, an primogenitus naturalis legitimatus poſt fi
lij legitimi natiuitatem præferatur, vide Ia de Are. & Bald. in
l. quotiens. C de rei vendi. Bal. in d. l. eam quam. colum. 11. &
170 Dom. Præpo. in dicto capi. per venerabilem. colum. 28. † Quę
rit Bald. vtrum virgo quæ concepit ex tyranno violato poſ-
ſit illum filium inſtituere. videtur ꝙ non per l. ſi qua illuſtris.
C. ad Orſi. in contrarium determinat ipſe in l. eam, quam. C.
de fideicom. colum. 8. dic vt ibi per eum. Circa hæc vide Bo-
Loginum in tract. Mathef. de ſucceſ. ab inteſta. in 1. addi. co
lumna xiij. domi. Nico. de Peru. in tracta. de ſucceſ. ab inteſta.
columna 16. in verſica. ſequitur. 4 ſpecies liberorum, & Bald.
in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orſic. Domi. Martinum in tracta. de
principibus. § xxx. incipien. virgo. tales tamen filij non dicun
tur nobiles, licet poſſint a matre inſtitui. ita Bald. in capitulo
171 innotuit. columna fina. de electio. † An autem valeat legatũ
factum filio ſpurio cum capere poterit, & nunquid ſpurius
poſſit capere cauſa conditionis implendæ, vide Bald. in dicta
l. eam quam, columna antepenultima, & penul. ad fin. C. de fi-
deicom & in conſilio 318. in quinta carte, ſecundum impreſ
ſionem Mediolanen. Bald. etiam in dicta l. eam quam ponit
alia ad quæ me remitto, prædicta omnia ſunt vera & pro nũc
172 ſufficiant. † Et not. quod quando pater emit & facit inſtru-
mentum in perſona ſpurij præſumitur inſtrumen. fictum. l
prima, & ibi Cyn. C. de natura lib. ſimilis præſumptio eſt in l.
ſi quis inceſtu. C. de inceſtis nup. & l. hac edictali. § cum cir-
cumſcripta. C. de ſecun. nup.

173 † Item quæritur de dubio, in quo iam conſului de facto; q-
dam ciuis Mediolanen. habens filium naturalem petijt a Co-
mite Palatino vt eius filius legitimaretur ipſo & filio conſen-
tiente & requirente. Qui Comes maior annis xvij. minor ta
men xviij annis legitimauit. Quęritur an talis Comes maior
xvij. annis, minor autem xviij poterit legitimare, & per con-
ſequens an valeat legitimatio. pro cuius articuli vera deci-
ſione eſt in facto præmittendum, quod priuilegium legitimã
di, quod habet talis Comes tranſit ad hæredes maſculos legi-
timos in perpetuum deſcendentes, vt apparet ex tenore pri-
uilegij. Item ponderandum eſt, quod in priuilegio capituli
aderat clauſula, non obſtantibus ll. aliquibus Imperialibus ſi
ue conſtitutionibus quibuſcunque ſi & inquantum præſen-
ti noſtræ largitioni aduerſare cenſerentur, quibus per omnia
derogamus, etiam ſi de iure vel conſuetudine deberet fieri
ſpecialis mentio in præſentibus. His ſic præmiſſis, arbitror do
mi. Comitem minor. xviij. annis potuiſſe legitimare per theo
ricam Barto. in l. quidam conſulebat ff. de re iudic. verſic. po-
ne. quæro quod vni Regi vel Comiti quam doctrinam Bald.
remiſſiue ſequitur, & approbat, in l. fina. C. de teſta. milit. nam
Interdum Princeps concedit iuriſdictionem tranſitoriam ad
omnes hæredes deſcendentes, & tunc ſi eſt pubes poteſt ea
quæ ſunt ſimplicis iuriſdictionis per ſe exercere quaſi ſit data
ſciente Principe qui ſic dedit regnum vel Comitatum, vt trã
ſiret ad hæredes, dicta l. quidam conſulebat. ea autem, quæ
ſunt adminiſtrationis non poterit ſine curatore exercere, ar-
gumen. l. ſpurij § primo ff. de decu ſi autem eſſet impubes tu-
tores exercerent iuriſditionem l fina. C. de adminiſtra. tuto.
ſicut ſi eſſet prodigus furioſus vel mentecaptus daretur cu-
rator. cap. grandi de ſupplen. negl prælat. in ſexto. Sed ſic eſt ꝙ
in themate proponitur Comitem legitimantem nedum pu-
berem ſed etiam exceſſiſſe annum. xvij. & eſt dignitas ſiue iu
riſdictio tranſitoria ad hæredes, vt patet ex tenore priuilegij,
de quo ſupra, igitur potuit per ſe ſine curatore exercere iuriſ
dictionem legitimandi, & conſequenter valuit legitimatio,
174 de qua ſupra. Ad idem facit, † quia pubes poteſt eſſe iudex or
dinarius ſecundum Innocen. in capit. cum vicelimum, de of-
fic. deleg. in princip. commenti ſui, & ibi etiam Ioan. And. ad
fin. quantomagis poterit eſſe iudex in iuriſdictione volunta-
ria, vt in caſu noſtro. hanc partem corroborat gloſ. in l. cum
prætor. § non autem ff. de iudi. quę incipit dic quod quatuor
ibi quando princeps, facit etiam ratio tex. in dicta l. cum præ-
tor. § cum autem, quia impubes repetitur prohibitus, quia iu
dicio caret, quæ ratio ceſſat in exiſtente in pubertate. l. finali.
C de teſtamen. milit. bene facit etiam l. prima. § pueritiam. ff.
175 de poſtu. † vbi Barto. & Angel. dicunt quod Doctor maior
xvij. annis habet iuriſdictionem in ſcholares, ergo idem in ca-
ſu thematis noſtri. Ex prædictis apparet qualiter Comes ha-
bet poteſtatem legitimandi. Hanc concluſionem ſumo ex
ſolutione duarum. ll. quæ inuicem contradicere videntur, ſci
licet ex l. prima. § fina de offic conſul. & l ſi rogatus. §. fina. ff.
176 de manu vindic. † Nam in l. prima § finali dicitur, quod mi-
nor viginti annis, maior autem xvij. non poteſt interponere
autoritatem manumiſſioni, ſed in dicta l. ſi rogatus. §. fina. di-
citur oppoſitum. Solu. glo. & Docto. & præſertim Iaco. But.
& Barto. dicunt, quod aut minor conſul vult probare cauſam
manumiſſionis proprij ſerui coram ſe; & non poteſt, ſic lo-
quitur l. prima, in fin. aut coram collega, & tunc poteſt, & eſt
ratio, quia cum minor xx. annis ſecundum. l. Aeliaſcentiã nõ
poſſit manumittere proprium ſeruum niſi ex cauſa l. ſi pater.
§ minor. l iuſta cum ſequenti. ff. de manu. vindi. ergo requiri-
tur cauſæ cognitionem fieri coram alio, puta collega, vt dicit
tex. in dicta l. ſi autem interponeret autoritatem manumiſſio
ni alterius bene valeret. dicta. l. ſi rogatus. §. fina. qui caſus eſt
deciſio huius quęſtio. nam cum minor xx. annis dummodo
ſit pubes poteſt interponere autoritatem manumiſſioni alte
rius, ſic etiam Comes pubes poteſt legitimare filium alte-
177 rius. † Nam proconſul & Comes habens poteſtatem legiti-
mandi æquiparantur. l. ſi conſul. ff. de adop & ibi probat Bald.
quia vterque habet iuriſdictionem voluntariam, & quemad
modum proconſul poteſt ſeruum ſuum penes ſe manumit-
tere & adoptare, ita Comes poſſet propter filium legitimare,
ita dicit Bald. in dicta l. ſi conſul. per tex. ibi, quod eſt menti
tenendum.

Circa hoc tamen quod ſupra addidi, in ver. quæro, an Co-
mes Palatinus. columna tertia, quibus ibi adde domi. Beno-
di. de Plumbino. in dicta l. ſi rogatus. §. ſi conſul ff. de manu.
vindi. Alexand conſilio penultimo, volumine quinto, Iaſon
in l. qui iuriſdictioni. columna ſecunda ad fi. ff. de iuriſdi. om-
nium. iudi. & Decium in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de li-
ber. & poſthu. & Anchar. conſilio 320. & Moder. in dicto ca-
pi. per venerabilem. Et æquitas in hanc partem inclinat, quia
patre petente & conſentiente fuit facta hæc legitimatio de
cuius præiudicio tractatur non alterius; vt in ſimili inquit
Bald. in l. Gallus. § & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſthu. facit
authen. item ſi quis. C. de natu libe. Præterea poſtquam non
tractatur de præiudicio ipſius Comitis neque alterius, niſi pa-
tris conſentientis huic legitimationi, ergo actus æquiſſimo
iuſtitię libramine debet valere, ita arguit gloſ. quæ incipit, er
go. circa fin. in l. prima. §. pueritia ff. de poſtu. Relinquitur, er-
go concludendum dictum Comitem pubeſcentem potuiſſe legi
timare licet eſſet minor xviij. annis. Sed quia contra hanc con
cluſionem poſſet opponi de ſtatuto almę ciuitatis Mediola-
ni, in qua facta fuit hæc legitimatio, & cuius ciuis eſt dictus
Comes, diſponente ſtatuto quod minor xviij. annis non ha-
bet legitimam perſonam exiſtendi in iudicio. in alijs vero ca-
ſibus niſi habeat xx. annos nõ dicatur habere legitimam per-
ſonam, quia reſpondeo primo quod tale ſtatutum tollitur,
& ei derogatur per clauſulam inſertam in priuilegio ibi, ſine
178 conſtitutionibus quibuſcunque, quibus omnibus, &c. † quæ
clauſula nedum tolit prædictum ſtatutum, ſed etiam futura
derogatoria tali priuilegio, ita decidunt Docto. maxime Bal.
In l. ſi mihi & tibi. §. fi. ff. de lega. primo. facit l. ſeruitus. in prin-
cip. ff. ſerui. vrb. præd Nec obſt. capitulũ primo, de conſtit. in
ſexto, quia procedit, niſi adſit clauſula, non obſtantibus, vt in
quit Bal. in d. l. ſi mihi & tibi. § fi.

179 † Secundo reſpondetur, quod in ſtatuto generali ſine diſpẽ
ſatione generali non comprehenditur perſona vel res, ſuper
qua ſtatuentes non potuerunt diſponere, vt no. in l codicillis.
§ inſtitutio. ff de leg. a. & in l. obligatione generali. ff de pign.
& Bal. in l. j. C ſi ſeruus exte. ſe emi manda. in fol. contrarii. l.
cum ſeruus, ſed non valet ſtatutum ſuper legitimatione filio
rum, quia tractaretur de præiudicio ſuperioris, vt no. Bart in
l. Seius & Augerius. ff. ad l Falci. & no. in l. omnes populi ff. de
iuſti. & iure, ergo &c. tamen prima ſolutio eſt magis clara. ſi-
180 quet igitur ex prædictis dictum ſtatutum non obſtare † facit
etiam, quia inferiores vt ſunt populus, & ciues Mediolanen-
ſes, non habent poteſtatem tollendi priuilegium principis, ne
que poteſtatem diſponendi ſuper diſpoſitis a Principe; quia
inferior in ſuperiorem non habet imperium. l. nam & magi-
ſtratus. ff. de arbi. l. ille a quo §. tempeſtiuum. ff. ad Treb. facit
c. venientes. de iureiu. cum ſim. non ob. ſi forte allegaretur de
ciſionem Oldr. in conſilijs ſuis, quem refert Alberi. in rub. C.
quando tutor vel curator eſſe deſijt, quia Oldra arguit pro &
contra, & non ſoluit, & ſic ſentit Gem. in d. c. grandi. de ſup-
plen negl præl. in 6. Secundo reſpondetur ꝙ dictum Oldr. &
Albe. loquuntur quando tractatur de magno præiudicio, vt
eſt in regni adminiſtratione & gubernatione, ſecus vbi nõ tra
ctatur de tanto præiudicio, vt eſt in caſu noſtro, quia poſt ꝙ
pater cõſenſit huic legitimationi, certe nõ tractatur de præiu
dicio

dicto alterius principaliter,vt in ſimili dicit Bar.in l.Gallus.§.
& quid ſi tantum.ff.de lib & poſth.& ꝙ no in c ꝗuiſ.de pact.
in 6. Vel tertio reſpondeo limitandum dictum Oldr & Alb.
& ſic concordando cum Bar & Bal.qa Doctnrea ſunt ad cō-
cordiam reducendi l. ita ſtipularus,la grande ff' de verb. ob-
liga.& c.ſuper literis,de reſcrip.videlicet quod d ctum Albe-
ri.& Oldr procedit,niſi iuriſdictio vel diguitas eſſet ad hære-
des tranſitoria,ut ait Bar.iud. l. quidam conſulebat,& Bald,
in d.l.fina.C.de teſta.mili quia tunc eſt fortior , cum compe-
tat quodam iure propriciaris vt ait Angel.in d. l. eum præ-
tor.§.non autem.de iudi.& ſic reperio Ioan.de Imo.& Gem.
tenuiſſe in d.c.grandi.In verſic. quæro an poſſit Ex prædictis
omnibus concludo Comitem Palatinum maiorem 17. an-
nis minorem tamen 18. annis potuiſſe legitimare dictum fi-
lium naturalem tantum patre conſentiente & petente, non
obſtante dicto ſtatuto ciuitatis Mediola.& eſt pars æquiſſima
281 & vera poſtquam pater ita voluit.† Quæro an.l hac edictali,
C.de ſecundis nup. habeat locum in filijs ſpurijs vel naturali-
bus tantum? reſponde,quod non.ita Bal in l.cum pater.§.iur.
ff.de leg.2.vbi etiam dicit,quod mater poteſt talibus filijs do-
nare cauſa mortis,ad hæc adde Alexan.in d l. hac edictali. &
Roma ſing.ſuo.522.incip.an l.hac edictali. colum.2 & Cre-
282 men.ſingulari.88.† Vidi etiam dubitatum an Comes Palati-
nus qui habet poteſtatem legitimandi ab Imperatore poſſit
legitimare filios ſpurios ſacerdotis quo ad ſucceſſionem tem
poralem? & fuit determinatum,quod ſic per not. in capit. per
venerabilem.qui filij ſunt legitimi,per Ioan. Andr. & Domi.
Anto.de But.per not.io auct.quibus modis natu.effic. leg.§.
fina.colla. 6.& in d.l. eam quam. C.de fideicom. Adde circa
hæc Bal.in l.ſi contra.C.de nup. Pau. de Caſtren. conſil. 290.
incipien.videndum eſt primo.Cal.in titu.qui filij ſint legi.cō-
ſi.3.& in d.cap.per venerabilem. Socinum in l. Gallus. §.forſi
tan.ff.de libe. & poſthu. & Bald. conſil. 353.in 5.parte,ſecun-
dum impreſſionem Mediolanen.Barba.conſi. 58. in ſecundo
volum.Felyn.in cap.poſtulaſti.colum 4.& ſequen.de reſcrip.
283 † Item fuit dubitatum an eo ipſo , quod in priuilegio legiti-
mationis eſt deſcriptum,quod poſſit legitimare quo ad ho-
nores & dignitates,poſſit etiam legitimare ad feuda dictante
priuilegio,non obſtante quacunq;.l. & fuit notabiliter deciſ.
quod ſic,per no.in l.fina.C.ſi contra ius vel vti. pub.& in ca-
pitu.naturales,ſi de feudo fuerit contro. vide circa hoc Ale-
xan.conſi 60 in 2.volum. & in diſputatione ſua incipi. Sigiſ-
mondus,in quarto dubio,colum 2 Roſellus in tracta legi co
lum.65.quæſtio.96.Domi.Nicol.in tracta ſuo de ſucceſ.ab in
teſta.colum.255. & vide Bal. in margarita ſua in verbo legiti-
284 matus. † An filius naturalis poſſit agere pro patre ſine man-
dato? dic quod ſic;ita Ang.in l.ſed & hæ in princ.ff.de procu,
& ego etiam dixi in l.exigendi.C. eodem titulo de proc. quid
autē in filio ſpurio? dic quod non,vt per Ang.ibi & dixi ego
285 in d.l.exigendi.† An valeat relictum ſi a patre relinquitur fi-
lio ſpurio in cauſa alimentorum? dic quod ſic capi. cum habe
ret, de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adul.
& ego dixi late in l. 1. C. de ſacroſan. eccleſi. & circa hæc vi-
de Bald.in l.1.C.de lati.liber.toll.& D Præpo.In dicto cap.cum
haberet.colum.2.& Dy.conſ.17.& Bald.in l.ad ꝗ pauperibus,
in fi C.de epiſ.& clericis.

Circa hanc materiam quæ eſt profunda,vide plene do.Præ-
poſi.in d.ca.per uenerabilem. Scribentes omnes in l. Gallus.
ff.de libe.& poſthu.io la.§.in filij.& ibi per me addita,ad Tre-
bel Iaſo.in l.eſt receptum. col.3.ff.de iuriſdi.om.iudi.& Doc.
in locis hic ad iſtum per me additis.Reliqua enim omitto ne
ſim verboſus,& tantum recitator & tranſcriptor eorum,quæ
ornate & copioſe in aliorum libris habentur.

FINIS.

TRACTATVS DE PATRIA POTESTATE

Clariſſ. Iuriſcon. D. Aſcanij Cle-
mentij Amerini.

De patria Poteſtate tractaturus,vt cuncta ſuo tra-
dantur ordine,iuxta theor. Bal.in tracta.
feu.cum & Deus cunctorum plaſmator omnia ſuo ordine
gubernanda preceperit,vt teſtatur Cice.lib.2.de nat.deor.fa
cit quod nos docet Deus ore Apoſtoli ad Corinth. capit.14.
vbi inquit,Omnia honeſtè,& ſecūdum ordinem fiant a vobis
vt inde mali nihil emergat,ubi ordo deficeret : & Auguſt de
natura boni dicit,quod omne bonum conſiſtit in ordine
Hinc videmus,quod ordo attenditur, & dat multis formam
per ea quæ tradit late Maran. in trac.inode ord. Iud.in proœ.
& Euerard.in ſua Cent.in loco ab ordine,& Boer.in tract.de
authorita.magn.conſi.num.38.

Videbimus prius aliqua de hoc nomine,poteſtas. Secundò
quid ſit patria poteſtas.Tertiò quo iure fuerit introducta.
Quarto quare fuerit introducta. Quinto quomō patria hæc
poteſtas conſtituatur. Sextò qui ſint eius effectus,& in his po
tiſſimum vagabitur noſter tractatus Septimo,& vltimo,quo
modo patria poteſtas diſſoluatur. Quibus annuente Deo pe-
ractis,explicitus etiam erit præſens noſter tractatus.

SVMMARIVM.

1 Poteſtatis nomen latiſſimum eſt,& vnde deriuet,& ad quæ adaptetur, & multa alia de eo,per totum.

2 Verbum,poteſt,ſemper in iure liberam poteſtatem denotat, etſi aliquando ſecundum ſubiectam materiam neceſſitatem importet.

3 Verbum,poteſt,ad iudicem relatum denotat liberam facultatem , non autem neceſſitatem,& ibi multa remiſſiue de hoc verbo,poteſt .

4 Poteſtatis nomen multa ſignificat,& ad multa adaptatur ſecundum ſubiectam materiam.

5 Poteſtatis nomen generaliter ad omnem ſexum,& ad omnes qui ſunt alieno iuri ſubiecti porrigi poteſt,& ibi quid denotet,quando refertur ad Abbates & Monachos,& ad dominos & ſeruos.

6 Poteſtas quando adaptatur ad patrem in filium,vinculum de iure ciuili reuerentiæ,& caſtigationis,item & pietatis indicat.

7 Patria poteſtas præ cæteris inæſtimabilis eſt.

8 Poteſtas alia dicitur naturalis,alia ciuilis,& ibi declaratur quæ ſit naturalis,& quæ ciuilis.

Patria poteſtas alijs verbis a legiſlatoribus deſcribi conſueuit : dixerunt enim multis in locis filium eſſe in ſacris parentum , & ibi declaratur remiſſiue iſta vox.

CAP. I.

1 Redeundo ad primum,† cum ſecundum logicos
nomen ſit prius diſtinguendum , quā
diffiniendum,poteſtatis hoc nomen latiſſimum eſt.l.poteſta
tis verbo.vbi Alciat.ff.de verbo.ſig.& not.glo .in §. rurſus,in
ver.poteſtate.Inſt.de act.& Bald in l.presbyteros. in princ.C.
de Epiſco.& Cler.& Dec.conſ.128.nu.5 & Corn conſi. 243.
num.8.volum.3.cum ſimil & deducitur nomen hoc ,poteſ-
tas,a verbo poſſum,vt declarat Corne.conſil 243 & oratio-
nes,in quib.verbum poſſum ponitur,poſſum recte p nomen
poteſtas efferri,ut dixit Terent.in And.cui his tibi poteſtas ſum
ma ſeruandi datur; ideſt potes. & ibidem ; poteſtas fuit libe-
rius viuendi,ideſt potuiſti & Cic pro Quin. poteſtas tibi fuit
quotidie hominem admonendi. & Plautus in Stico,malefa-
ciendi eſt mihi poteſtas.vnde & pro potentia accipitur , & è
contra,ut dixit Bal.in c. 1.de conſt. & hoc nomen,poteſtas,è
2 conuerſo per verbum, poteſt , valet explicari:† immo in iure
noſtro verbum hoc,poteſt,ſemper denotat liberam poteſta-
tem,vt dixit Alexan in l.Gallus.num.3 ff.de liber. & poſthu.
per glo.ibi iuncto tex.vbi Bart. Angel. & alij.dixit tamen ibi
Alex.aliquando ſecundum ſubiectam materiam importare
3 neceſſitatem.† & hinc eſt,quod hoc verbum , poteſt,ad Iu-
dicem relatum denotat facultatem , & poteſtatem liberam,
non autem neceſſitatem.l.2.C.quomo.& quando iudex.in fi.
& Dec.in c.ad hæc,num 9.extra,de appella. & de huius verbi
natura vide Bart.in l.creditores C.de pigno. & in l. ſuus quo-
que §.ſed & ſi filio.ff.de hæred inſti.& per Bald in l 2 in 9 op-
po.C.quibus res iud.non noce & in l.1.C qui admit & in au-
then.ſi quis C.de nat.lib.& per cano.in cap. ſciſcitatus. de re-
ſcrip.& Bart. in l. ſæpe audiui Cæſarem. ff de offic.præſid. &
hoc nomen,poteſtas,eſt æquiuocum , nam accip. aliquando
pro officio,& officium pro poteſtate,vt Ioan.Ana.in Rubri-
ca de regu iur.in ſexto, & per Abba. in Rubrica de offic. de-
leg.ideo ſicut dicimus officium procuratoris, ita & poteſtas
procuratoris,ut dixit Corn.d. conſi. 243.nume.8.volum. 3 &
glo.in d Rubrica de regul.iur.in 6 dicit officium regulæ po
teſtas regulæ.Atqui hoc poteſtas nomen non ſolum ad mul-
ta,ſed & ad infinita adaptatur ,ideo non inſiſto cum peculia-
4 lem tractatum requireret ;† ſolum p omnibus dicam,quod
accipitur ſecundum ſubiectam materiam,vt per gloſ. in d. §.
rurſus.in verbo,poteſtate.Inſt.de actio & Archid.in can ma-
gnum 25.quæſtio.1. & hoc dictum deſeruiet ad omnem no-
5 minis ſignificationem. †Aſt propius ad materiam noſtrā re-
dendo,nomen hoc poteſtas generaliter ad omnem ſexū,& ad oēs

qui ſunt alieno iuri ſubiecti porrigi poteſt, vt eſt tex. expreſſus in l. 1. in fi. ff. de trib act. vbi Bar. no. & in l. 1. §. in poteſtate. ff. de exercit. act. & ideo porrigi ad Abbates, & monachos, & obedientiam ſignificat, vt dicit Azo infra allegandus, ideo etiam adaptatur ad dominos, & ſeruos, & ſignat in domino circa ſeruos ſuos dominium, vt cum dominus ſe ſuos ſeruos in poteſtate habere dicit, vel de poteſtate dimittere; id autem ex iure gentium deſcendit, quo iure capti in bello capiẽtium fiebant §. ius autem Inſt. de iu. nat. gent. & ci. vnd. & mancipia dicuntur, vt dixit Auſonius.

Capta manu, ſed miſſa manu neſciuit herile
Imperium dominæ vult domina eſſe manus.

1 † Ita ẽt ad ꝓpoſitũ noſtrũ adaptat ad patrẽ, & filium, & tunc vinculũ de iure ciuili reuerẽtiæ & caſtigationis indicat, irẽ & pietatis, ut ẽ gl. in ver. ptãte. in l. nã ciuiũ ff. de his qui ſunt ſui, vel ali. iur. & per Azo. in ſumma. C. hac ead Rubrica no-
7 ſtra, cum allega. per eum, † & hæc poteſtas quæ dicitur patria præ cæteris inæſtimabilis eſt. l. filiusfam. §. ſecundum vulgarem. ff. de leg. 1. & hoc vltimo modo accipitur in materia noſtra, vt indicat clare ipſe titu. tam C. quàm Inſt de patr. pot. & de hac intelligit gloſ. in l. Gallus § forſitan, vbi etiam Bal. no. ff. de lib. & poſthu. † cum dixit per illum tex. q alia dicitur poteſtas naturalis, alia ciuilis, nam videtur quod de poteſtate ciuili velit intelligere glo. ibi, ſi eam iungas cum tex. de patris poteſtate in filijs adoptiuis, de naturali uero i filijs legitimis, & naturalibus, vt ſenſit etiam Fran Conna in comment. iur. ciuil. c. 13. num. 1. lib. 1 r. ubi multa ponit de hac poteſtate paterna, & dominica, & ſolet etiam hæc patria poteſtas alijs verbis a legislatoribus deſcribi, quam per hoc nomen poteſtas; dixerunt enim multis in locis filium in ſacris manere, vel retineri, quod idem ſonat, quod eẽ in patria poteſtate, vt in l. ſi viua matre. C. de bon. mat. & l. filiæ licet. C. de colla & alibi ſæpe, ut tradit Franc Duar. in commentarijs ſolu. matri cap de nup in prin. quem refert Pincl in 2 par. Rubricæ l. 1. nu. 4 C. de bon. mat. Quare autem diceretur, in ſacris paren. uni filiũ eſſe, dicam Deo dante infra in 7 effectu.

S V M M A R I V M.

1 *Patria poteſtas quid ſit.*
2 *Patria poteſtas, an ſolum ſit inter Ciues Romanos, vel potius etiam ad Gallos, & ſimiles extendatur.*
3 *Filiusfam regulariter teſtari non poteſt, quod fallit in filijs Gallorum.*
4 *Filijs Gallorum non poteſt per parentes pupillariter ſubſtitui.*
5 *Leges noſtræ in Gallis, & alijs ſimilibus prouincijs ſunt de voluntate Regũ receptæ non ob auctoritatem, ſeu poteſtatem, ſed propter rationem.*
6 *Patria poteſtas an ſit apud Venetos, ſeu Raguſinos.*
7 *Patria poteſtas an ſit in alijs prouincijs, quam ſubiectis imperio Romano, debent eorum mores conſiderari, ut & inter eos adſit hæc patria poteſtas ſi hoc moribus ab eis receptum eſt.*
Patria poteſtas in prouincijs, quæ Romano Imperio non ſubſunt, non habet tantum virium, ſicut iure communi, ibidem.
Filij Gallorum patribus non acquirunt, ibidem.

C A P. II.

1 Secundo † patria poteſtas eſt ius quoddam, quod habent, qui ſunt de Imperio Romano in liberos naturales, & legitimos: nulli enim alij ſunt homines qui illud ius habeant §. ius autem poteſtatis. Inſt. de patr. pot. l. nam & ciuium. & l. item in poteſtate. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. & ita diffinit, ſeu potius deſcribit Azo in ſumma. C. de pa. po. nec diſputabimus, vtrum bona ſit hęc diffinitio nec ne; & an conſtet ijs quibus conſtare debet bona diffinitio; nobis enim ſat eſt dare ſoliũ cognitionẽ de eo, de quo tractamus, licet non ita perfecta & bona diffinitione, & præcipue, cum omnis diffinitio in iure periculoſa ſit. l omnis dif-
2 finitio, vbi Dec & alij ff. de reg. iur. † ſed iuxta hæc quæro, dictum eſt, ſolos ciues Romanos eam habere poteſtatem, quid erit in Gallis, & alijs gentibus, an & his competet hoc ius patriæ poteſtatis? Reſp. quod non ex ſupradictis, cum non ſint ciues Romani, illudq; ius proprium ciuium Romanorũ exiſtat, & hanc opinionem tenuit glo. in §. 1. Inſtit. de patr. pot. quam glo. ſequitur Bal. in c. ſi an maritus ſuccedat vxori in be-
3 net & in l. fin. C. qui teſta. face. poſ. † & hinc eſt, quod licet regulariter filiusfam. teſtari non poſſit. l. qui in poteſtate ff. de teſta. & Inſt quibus non eſt permiſſ fac. teſta. in princip. & infe: rius dicturi ſumus: tamen fallit in filijs Gallorum, & ſimilium. vt expreſſe limitauit Rom. in Authen. hoc iuſtiter. C. ad l. falcid. & Bald. in tit. de duob. fratrib. a cap inueſti. quem refert Bart.
4 Soci. in tracta. fallen. reg. 153. fall. 3. † Hinc eſt etiam, quod non poſſunt parentes illis pupillariter ſubſtituere, vt dixerũt Iaſ. & Alexand. multis in locis, quos refert Dec. in l. qui ſe

patris, num 4. C. vnde libe. Galliaula in Rubrica ff. de verbo. oblig. num. 187. Cæterum hæc opinio, quod illud ius ad Gallos, & ſimiles non extendatur, non videtur vera, nam d. l. nam & ciuium, & l. item in poteſtate vt animaduertit etiam Pincl. in 2 par Rubricæ l. 1. C. de bon mat. nume 9 non excludunt alias nationes a iure patriæ poteſtatis, licet eam proprie dicãt ciuium Romanorum, & ait proprium appellari, ideo quia nõ acceptum ab alijs, non autem proprium, vt nõ ſit apud alios. Præterea d. § 1. Inſt de pat po. non vtitur verbis, quę Gallis adimant patriam poteſtatem, immo fauorabilius loquitur, quia dum ciuibus Romanis eam tribuit poteſtatem, intelligi debet ſenſiſſe de omnibus ſubiectis Imperio Romano, ut iam erant Galli, & Hiſpani, quod generaliter tradit glo. in d. l. 3. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. & præcipue hoc verum videri debet, cum adſint qui teſtantur, Gallos hanc poteſtatem habere, ut Cæſar lib. 2. Viri (inquit) in vxores, ſicut in liberos poteſtatem habent, quem refertur Moder. in Rubr. Inſti de patr. pot. idq; magis verificari debet, vt illud ius ad alios extendatur poſt conſtitutionem Antonini in l. in orbe. ff. de ſta. hom. Nam, vt inquit Alciat. in l. poteſtatis ver. ff. de verbo. ſign. cum illa lege q in orbe Romano ciues Romani ſint effecti, ſequitur quod etiam ad eos illud ius extendatur, cum & ipſi reges pars Imperij Romani ſint, eoq; iure viuant. Verum iuxta hæc adhuc reſtat dubium, cum non adſit amplius id Romanum Imperium, & ille orbis Romanus, de quo alij
5 reges participabant: † niſi dicas cum Pincl vbi ſupra, quòd in alijs prouincijs de voluntate regum receptæ ſunt noſtræ leges, non ob auctoritatem, ſeu poteſtatem, ſed propter rationem, ut dixit Manh. de Afflic. in prælud cõſt. Neapol. in 1. q. & in 2. num 4. & Bald. in cap. fin. colum 4 nume. 25 de conſuet.
6 † Reſtat modo dubium in Raguſinis, & in Venetis, vt de cunctis dubium mouet Abb in cap. ex literis. nume 6 de conuerſ. infi. cum his noſtris legibus non vtantur, ſed eorum qui
7 buſdam certis conſtitutionibus. † Vnde diceretur, quod in his debeant conſiderari eorum mores, vt & apud eos adſit hæc patria poteſtas, ſi hoc moribus ab eis receptum eſt, ut dicitur in l. patre furioſo ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. & in ſimili dicit Pincli vbi ſupra Eſt bene verum, quod in alijs patria poteſtas non habet tantum virium, ſicut iure communi, ſicut de Gallis teſtatur Tiraqu. in tract. de vtroque retract. §. 1. glo. 9. num. 61. vbi dicit longa conſuetudine receptum eſſe, ut filij parentibus Gallis non acquirant, vnde dicebat patriam poteſtatem apud eos, vel locum non habere, vel modicum, & videtur approbare Tiraq. quo ad eos gloſ. in d. §. 2. Inſtit. de pat. pot.

S V M M A R I V M.

1 *Patria poteſtas quo iure fuerit introducta.*
Dictio, moribus, quid ſignificet, ibidem.
2 *Poteſtas patria alia eſt de iure canonico, alia ciuili, alia gentium.*
Serui non habent filios in poteſtate, & ibi de ratione.
Banniti noſtri temporis non habent filios in poteſtate, ibidem.
Banniti quare ad ſucceſſiones non admittantur, ibidem; & intellige hoc dictum, ut ibi.
Patria poteſtas in ſpiritualibus non attenditur, ibidem.
3 *Bannitus ex forma ſtatuti non amittit patriam poteſtatem.*

C A P. III.

Videndum eſt tertio, quo iure fuerit patria poteſtas introducta: origo enim cuiuſque rei potiſſimum eſt ſpectanda. l. 2. ff. de orig. iur. gloſ. in l. 2. ff. de poſſe. hæred. pe. & not. in l. 1. ff. de contrahen. empt. & in §. &
1 non ineleganter. Inſt. de iu. nat. † & moribus hanc patriam poteſtatem introductam eſſe, Vlp. aſſerit in l patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur quæ dictio, moribus, exponitur ab Accurſio ibi pro iure ciuili, quæ licet videatur aliter aliquando exponi, ut in l. 2 ff. de vulg & pup. tamen recte conſiderando idem importat quod ius ciuile. Nam ibi Accurſius exponit moribus, id eſt iure Lacedemoniorum, quod nihil aliud ſonat, quàm iure ciuili; ius enim ciuile, aut ex ſcripto cõſtat, aut non ſcripto §. conſtat. Inſt de iure natu. gent. & ciui. quod ius ex non ſcripto eſt ſecunda ſpecies iuris ciuilis, & appellatur mos, & ita proprie, & fere ſemper illa dictio ſolet exponi, ut in §. ex non ſcripto. Inſt. eo. de iu. natu. quam ſecundam iuris ciuilis ſpeciem ab inſtitutis Lacedemoniorum fluxiſſe dicit Imp. in § & non ineleganter. Inſtit. eo. & ideo glo. in d. l. 2. de vulg. exponit moribus. i. iure Lacedemoniorum, quod eſt, ut diximus ciuile, & ſat eſt, quod hodie de iure ciuili, ſiue ſcripto, ſiue non ſcripto, extitit, toto tit. Inſt. & C. de patria pot. & Inſtit. & ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. tamen ea poteſtas lege Romuli introducta eſt: rogat enim (ut auctor

eſt

eſt Plutar.) lex Romuli. filius quamdiu vixerit in poteſtate patris maneto. Dioniſ. quoque Halicar. lib. 2. vbi leges curiatas Romuli refert, hanc quoque ſanxiſſe atteſtatur, vt patribus in filijs vitæ, & necis poteſtas eſſet: ꝙ etiam ex verbis Cice. in orat. ſua pro Do. facile intelligere poſſumus. Credo enim, inquit, quamquam in illa adoptione factum eſt, nihil tamen te eſſe interrogatum auctor ne eſſes, vt in te P. forte ius vitæ, neciſq; poteſtatē haberet: id etiam ex Valerio Maximo aperte apparet lib. 5. dum inquit Bruti æmulatus exemplum Caſſius filium, qui tribu. pleb. agrariam legem primus tulerat, poſtq̃ illam poteſtatem depoſuit adhibito propinquorum, & amicorum conſilio affectati regni domi damnauit, verberibuſq; affectum necari iuſſit, cuius etiam meminit Liuius lib. 2. Verum etſi lege Romuli ſit introducta, non tamen obſtat, quin iure ciuili fuiſſe reperiam affirmare poſſimus, cum & ipſius Romuli leges ſint ius ciuile: eſt enim ipſe Romulus inter introductores iuris ciuilis enumeratus, in l. 2. in princ. ff. de origi. iuris, & ꝙ patria hæc poteſtas ſit de iure ciuili, tenuit Bar. in l. frater a fratre, nu. 12 ff. de condi. indeb. & ante eum Azo. in ſumma. C. de pat. pot. & Bal. in rub. Inſt. eo & Bart. rurſus in l. item in poteſtate. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. idem tenet Pau. Leon. in tract. ſubſt. pupi. nu. 23. & Bello. in §. 1. Inſt. de reſta. nu. 6. & Docto. omnes in §. 1. Inſt. de pat. po. & hæc eſt cōmunis opinio, vt teſtatur Pinell. in 2 par. rub. l. j. nu. 9. C. d. bo. mat. & hanc opinionem pro indubitata tenuit Franc. Conna in comment. iur. ciuil. c. 13 nu. 2. lib. 2. & adde not. per Bart.
2 † in l. ſi quæramus, num. 5. ff. de teſta. vbi videtur conſiderare aliam eſſe poteſtatem de iure cano. aliam iure ciui. & aliam gentium; & vide Vacon. declar. 8. & 112. vbi defendit eam eſſe de iure naturali: tamen (vt dixi) ſecundum communem eſt de iure ciuili, quam ſequitur etiā Bal. in tract. de ſubſt. in mat. exempl. § diximus ſupra nu. 6 & Reſt. Caſtal. in trac. de impe. q. 98. nu. 6. & hinc eſt, ꝙ cum ſerui amittant ea quæ ſunt iuris ciuilis. l. quod attinet. ff. de reg. iur. non habent filios in poteſtate, arg. l. nam & ciuium. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. & §. maxima Inſt. de cap. diminut. ꝙ & alia ratione in his eſt, cū videlicet ipſi ſub aliena ſint poteſtate conſtituti; & qui in aliena poteſtate eſt, alios in poteſtate habere nō poteſt. l. ſic eueniet. ff. ad leg. Iuli. de adul. & alia etiam ratione id erat in ſeruis, quia non poterant contrahere iſtas nuptias quibus patria poteſtas conſtituitur, vt dicam infra cap. 5. & quod non poſſet ſeruus matrimonium contrahere, no. glo. & Doct. in prin. Inſti. de nup. Verum reſtat dubium de iure canonico, quo ſerui poſſunt matrimonium contrahere, to. tit. extra de coniug. ſeruo, & concludas per d. l. ſic eueniet, ꝙ ſeruus in poteſtate filios non habet, cum & ipſe, & qui ex eo naſcuntur, in poteſtate ſint dominorum §. ſerui autem, vbi notatur. Inſti. de iu. perſon. ꝙ poſſet etiam habere locum de iu. cano. cum ſeruitus ſit etiam eo iure approbata, vt no. Abb. in c. 1. nu 3. de cōiug. ſeru. Hinc eſt etiam ꝙ banniti noſtri temporis amittant patriam hanc poteſtatem, cum ipſi perdant ea quæ ſunt iuris ciuilis, vt dicit Corn. conſi. 59. nu. 2 volu. 1. & rurſus conſi. 55. nu. 13. vol. 2. vbi nu. 19. dicebat ꝙ hæc erat cauſa, ꝙ iſti banniti non admitterentur ad ſucceſſiones, cum omnes ſucceſſiones tam ab inteſtato, quam ex teſtamento ſint iuris ciuilis. l. lege obuenire. de verb. ſig. & can. ius Quiritum. 1. diſtinc. l. 1. C. de hæred. inſti. & l. eius qui. § inſulam, & l. obſides. ff. de teſta. ꝙ intellige, vt per Cor. d. conſ. 55 nu. 20 ſi iſtis bannitis fuerit facta vna cū cōdēnatione capitali etiam publicatio bonorū, & ꝙ iſti amittant ea quæ ſunt iuris ciuilis, & patriam hanc poteſtatem, ſumus infra Deo auſpice dicturi in capit. fina. ideo non inſiſto.

Tertio infertur cum hæc patria poteſtas ſit de iure ciuili, vt ea in ſpiritualibus non attendatur. c. fi. de iudi. in 6. & Abb. in c. cum voluntate, nu. 8. extra de ſent. excom. & Iaſ. in l. ſoluto matrimonio, § ꝙ ſi in patris, ff. ſoluto mat. & in l. patre furioſo, nu. 80. in fi. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. & Deci. in l. bonorum poſſ. nu 3. C. qui admit. & conſ. 432 numero 9. & Iacobus Menochius in tract. recup. poſſ. remedio 15. nu. 320. vbi declarat quomodo illud ab omnibus intelligatur.

3 † Quarto infertur, quod cum ea poteſtas patria ſit de iure ciuili, illam bannitus ex forma ſtatuti non amittit. Boſſ. in ſuo trac. cri. in tit. de bo. pub. nu. 69. & dicam in c. fi. & infer ad multa alia, quæ dicemus in d. c. fi.

Quinto infertur, ꝙ ſecundum hæc poterit princeps quem eximere a patria poteſtate, cum ea ſit de iure ciuili, pro quo facit tex. in l. fi. C. de cenſ. lib. 12 & §. filiusfam. Inſt. quibus modis ius pat. pot. ſolu. Nam dicit text. quis enim patiatur, patrem quidem poſſe per emancipationis modum poteſtatis ſuæ nexibus filium liberare; Imperatoriam autem celſitudinem non valere eum, quem ſibi princeps eligit patrem, ab aliena eximere poteſtate? & tradit Reſt. Caſtal. in d. tracta. de imper. q. 98. nume. ſexto.

Sexto infertur, vt de iure. gentium non curetur patria poteſtas, vt voluit cum alijs alleg. per eum Fab. de monte in tracta. de emptio. & venditio. tertia quæſtione princip. numero quarto.

S V M M A R I V M.

1 *Patria poteſtas qua ratione fuerit introducta, late.*
2 *Pater ſolicitus eſt de filiorum ſalute*
3 *Pater plus amat filios ſuos, quam ſeipſum; & ibi multa alia ſimilia. vnde filius ab amore, quo eum pater proſequitur, nuncupatur.*
4 *Tortura a filio incipienda eſt ad hoc, vt facilius veritas a patre de eodem crimine cum filio accuſato habeatur.*
5 *Confeſſus per ſolam torturam filij, dicitur confeſſus in tormentis.*
Pater, & filius vna & eadem perſona cenſentur, ibid.
6 *Filium in carceribus ſi pater relinquere pro obſide teneatur, non dicitur ipſe liber de carceribus relaxatus.*
7 *Filius pro patre deſeruire poteſt vbi induſtria perſonæ patris electa eſſet.*
8 *Pater, hoc nomen non tantum naturæ nomen eſt, ſed etiam religionis, & reuerentiæ.*
9 *Filius exhæredari poteſt. ſi ſolum patrem ad iram prouocet.*
Filium pro patre mori debere, ſi res poſtularet, iura diuina, atque humana cogebant, ibid.
Filius cur mutuo amore patrem non proſequatur, ibidem remiſſiue.
10 *Filius deberet plus patrem diligere, quam a patre amari.*
11 *Pater poterat filios occidere.*
12 *Patria poteſtas coarctata iſt, & ad quandam decentem emendationem redacta, & ad pietatem conuerſa.*
13 *Iura ad ea, quæ frequentius accidunt, adaptantur.*
14 *Subſtitutio pupillaris in commodum filiorum fuit introducta.*
15 *Mater cur filios in poteſtate non habeat.*
16 *Matris amor in filios maior eſt amore patris.*
17 *Patre magis leges confidunt in prouidendo filijs, quam de matre.*
Fœmineum ſexum in pluribus articulis deterioris eſſe conditionis, non eſt in iure abſurdum; & ibi multa vtilia ad hoc probandum habes, & numero 18.
Fœminæ non ſuccedunt in feudis, ibid.
Fœminæ non inducunt conſuetudinem, ſicut nec leges condere poſſunt, quod fallit duobus modis, ibidem.
Matrem non habere filios in poteſtate concluditur, ibid.
Filius non eſt de agnatione, vel familia matris, ſed patris, ibid.
19 *Matri non ſecus, ac patri filius reuerentiam gerere debet.*
Mater non poteſt a filijs in ius vocari, ibid.
20 *Mater inops a filijs ali debet, & e conuerſo, præcipue infra triennium indiſtincte.*
21 *Mater ſecundum curſum naturæ debet prædecedere, ſicut pater.*
22 *Mater in bonis filij legitimam conſequi debet, ſicut pater, nec poteſt eam filius ſine cauſa præterire; cæterum cum cauſa poteſt, & eu præteritio pro exhæredatione habetur.*
23 *Mater debet relinquere filio legitimam, illumq; inſtituere, ſeu exhæredare, alias teſtamentum eſſet nullum, quod ibi declaratur.*
24 *Mater an poßit plus vni filio, quam alteri relinquere.*
25 *Mater filijs ab inteſtato ſuccedit, & an hoc ſit ſemper verum.*
Matri filij æqualiter ſuccedunt, ibid.
26 *Tutela potius eſt officium virile, quam muliebre.*
Mulier regulariter tutrix eſſe non poteſt, ibid.
27 *Mater, & auia mortuo patre ſunt legitimæ filiorum tutrices, omnibuſque alijs agnatis in tutela præferuntur, & iura in hac materia pariter loquuntur de matre, & auia, idemque in ambabus diſponunt, & nu. 28. 29 30.*
28 *Auia matre mortua matris locum ſubintrat.*
29 *Tutelæ ſunt neceſſariæ, matris autem eſt voluntaria tutela.*
30 *Verbum, permitto, non aſtringit.*
31 *Mater quando tutrix non vult eſſe filijs, tutorem petere debet, quod ſi non faciat, eorum ſucceſſione priuatur.*
Mater per tranſitum ad ſecunda vota amittit filiorum tutelam, ibid.
Parentes aſſumendo olim filiorum tutelas ſoliti erant iurare ſe ad ſecunda vota non eſſe tranſituros, ibidem.
32 *Mater per tranſitum ad ſecunda vota redditur ſuſpecta.*
Mater cum tranſit ad ſecunda vota poteſt petere quem maluerit tutorem dari filio ſuo, ibid.
33 *Tutela data ex abrupto abſq; cauſæ cognitione ex ſimplici requiſitione matris non valet,*
Mater non ſolum quando ipſa non vult eſſe tutrix, filij ſucceſſione priuatur, ſi illi tutorem non petat, ſed etiam ſi petat, dum tranſit ad ſecunda vota, ibidem.
Mater non petens tutorem filio, non excuſatur, ſi alius pupilli bona adminiſtraret, quod limita duobus modis.
Mater quibus caſibus excuſetur, ſi filiis tutorem non petat, ibid.
35 *Mater quando incidat in conſtitutionem ſena. conſ. Tertul.*
Solennitas auth. matri, & auia, & tot tit. C. quan. mul. offi. tut. fun. poſ. non ſeruatur de conſuetudine ſecundum quoſdam, ibid.
36 *Mater priuanda eſt filiis hæreditate, etiam quando ventri curatorem non petit.*

37 *Mater, quæ ob tranſitum ad ſecunda vota amiſit filiorum tutelam, eam reaſſumit ſi denuo ſit vidua effecta.*

38 *Furioſus, qui ob ſanam mentem ſuperuenientem a curatoris poteſtate eximitur, rurſus in eiuſdem curatoris poteſtatem redit, ſi illi furor denuo ſuperueniat.*

39 *Matri datur tempus vnius anni ad petendum tutorem filijs, intra quod ſi non petat, eorum priuatur ſucceſſione.*

Dictis, confeſtim, declaratur aliquando pro vno anno, ibid.

Matris tutela quibus caſibus ſit ipſo iure nulla.

Mater tutrix an adminiſtratæ tutelæ rationem reddere debeat.

CAP. IIII.

1 Quarto † iuxta præmiſſum ordinem proſpiciendum eſt de ratione, quare patria hæc poteſtas fuerit introducta, quam nullum adhuc ex ijs Doct. quos vidiſſe potui, tetigiſſe reperij, præterquam duobus verbis a Vacõ. declar. 112. ver. conſiderandum eſt, quæ non videtur concludens neceſſario ſi recte animaduertas, ideo eam non refero; vnde ex mente legum, & Doct. in hac filij, & patris materia loquentium colligi poſſe arbitror, ꝙ fuerit hæc patria poteſtas duabus de cauſis in præmium videlicet parentum, & vtilitatem filiorum introducta; & primo in præmiu parentum fuit inuenta, quia leges patres filios amore proſequi videbant, vt nullus eum vincere dixerint, in l. fi. de curat. furio in princip.
2 † & ꝙ pater ſolicitus erat de filiorum ſalute, in l. cum pater, §. mando. ff. de leg. 2. ibi (mando filiæ meæ pro ſalute ſolicitus ipſius.) cum alijs ſimilibus adductis per Tiraq. in præfat. l. ſi vnquam, numero 11 C de reuo. don. ad quod alludit etiã Virg. lib. 1. Aeneid. dum inquit.

Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis.

3 Et aſſertum illud eſt, ꝙ † pater non ſolum filios ſuos amat, vt dictum eſt, verum etiam ꝙ plus eos, quam ſeipſum dilig. t, l. iſti quidem, in fi. ff. quod met. cau. quam ad hoc not. Marc. Mant. ſig 378. vbi lim. vno modo, & Roland. a Valle conſ 45. nu. 54. vol. 1. & Tiraq. in l ſi vnquam, verſ. donatione largitus. nu. 333. C. de reuoc don. vbi dicit hanc eſſe vnam ex rationibus, quare filij ob parentum delicta aliquando puniantur, vt videlicet terreantur a ſceleribus, quorum pęna in ſuos liberos irrogari ſciunt. Hinc filium ab amore, quo eum pater proſequitur, appellatum aſſerit Alc. in l. filij appellatione. nu. 1. ff. de ver. ſig. vbi hanc eſſe multorum rationem aſſerit, ꝙ nepotes filij dicuntur, ſic etiam, & pater ab amore nuncupatur, vt tradit Robertus Carazolus de laudib. ſancto. ſermo. j. c a. Itẽ dicitur pater propter curam, & ſolicitudinem, quam habet in filios, vnde & ſenatores Romani vocabantur patres conſcripti ob curam, & ſolicitudinem, quam habebant in Imperiũ, ſicut p̃res in filios. l ſi funebris. C ad Vellei. & ita tradit Boer. trac. de auc mag. conſ. nu 175. vbi habes quare conſcripti dicerentur; Vnde recte dixit Tiraq. in l. ſi vnquam, in præfat. nume. 9. C. de reuoc. don. & Craue conſ 1 nu. 2 ꝙ patris affectio magna eſt, & amicitia inter patrem, & filium, qua nulla maior reperiri poteſt, quod dictum eſt Ariſt. lib. 8. Ethic, cap primo,
4 † quem amorem verum eſſe in effectu Doct. animaduertentes dederunt pro cautela, vt iudices quando filius & pater eſſent de crimine ſimul accuſati, ad eruendam veritatem inciperent a filio torturam, certi quodammodo ꝙ pater delictũ confiteretur, ne filius torqueretur, ꝙ Doct. Caroli Imperatoris 11. exemplo introduxerunt, qui cum filius, & pater de homicidio eſſent accuſati, certumq; eſſet alterum eorum id cõmiſiſſe delictum, ſed quis feciſſet ignoraretur: Carolus ad veritatem eliciendam iuſſit filium ſuſpendi, quo viſo pater ſe delictum perpetraſſe dixit, ne filius periret; fuitq; pater laqueo ſuſpenſus, vt refert And de Iſer. in c. 1. §. publici latrones, ad fi. in tit. de pac. ten & Barb. in rep c. Rainutius. col 43 & ſeq. de teſta. & in c. in præſentia col. 37. de prob & in c. 1. de commo. & in rep. l. cum acutiſſimi, col 23 C de fideicommiſſis, & Iaſ. in rep l. ſi is qui pro emptore, col. 42 ff. de vſucap. & Bald. in l.
5 1. in fi C. ſi rect. proui in s. lec. vbi dicit † ꝙ confeſſus per torturam filij, dicitur confeſſus in tormentis cum alijs adductis per Tiraq in præfat. l ſi vnquam, nu. 8 C. de reuo. don. ob quẽ etiam immenſum patris in filium amorem iura dixerunt, patrem & filium vnam & eandem perſonam eſſe, in l cum ſcimus ad fi. C de agr & cenſ. lib. 11. quem ad hoc aureum eſſe aſ-
6 ſerit Bal conſ. 334 col. 1. lib. 1 † Hinc eſt ꝙ non dicitur quis liber relaxatus de carceribus, quando filium in carceribus relinquere tenetur. Dec. conſ a 19. incip. viſo puncto, in 4. col. in fi & in conſ. 262 in cauſa, in 2 col ad fi. & Maria. Soc. conſ. 53.
7 incipien. Magnifice capitanee. † Hinc eſt etiam, quod vbi eſt electa induſtria perſonæ, poteſt quis ſeruire per filium. Lud. Roma. in l. j. de in ius voc ff. allegans tex. in l. ſciendum. §. legati ff de leg. quem refert, & ſequitur H. p. Marſ. ſing. 160 apud quem eſt ad hoc alias videre ciliationes, ex quibus maximam
8 eſſe debendam patri reuerentiam conſiderarunt. † ideo dicebat Siluest. Ald. in procem. Inſt. ꝙ hoc nomen, pater, non tantum naturæ nomen eſt, ſed etiam religionis, & reuerẽtiæ; vnde & Dij omnes patres appellabantur, vt dixit Seruius in Virgil. lib 2 Georg dum inquit.

Huc pater Olenee veni.

Eſt enim, vt alibi dixit Seruius, pater epithetum omniũ Deorum, facit ꝙ Saluſt. in princ. inquit. delecti quibus corpus annis infirmum, ingenium validum ſapientia erat, Reip. conſulebant, hi vel ætate, vel curæ ſimilitudine patres appellabant, quodq; patres multi ſint, illudq; nomẽ multipliciter accipiatur, voluit Robertus Carazolus, vbi ſupra, vbi primus pater eſt carnalis, ſecundus ſpiritualis, tertius ſacramentalis, quartus infernalis, quintus cœleſtialis, de quibus vide per eum: & accipitur etiam pater multis alijs modis, quos recenſet Petr. Rebuff. in trac. de priuil. ſchol. priuil. 67. nu. 8. cum ſeq. & tan-
9 tam patri debere reuerentiam filios Doct. arbitrati ſunt: † vt filium ſolum patrem ad iram prouocantem dixerint exhæredandum fore, gl. in §. naturaliter. Inſt. de adop. quam no. Amanell ſing. 246 & de hac reuerentia eſt poſitum inter ſacroſancta Dei præcepta; habeas in bonore parentes; & alibi legitur, honora parentes tuos, vt ſis longęuus ſuper terrã, & dicit Cic. in oratio ſua pro Roſcio noſtro Amerino, filium pro patre mori debere, ſi res poſtularet, iura diuina, atq. humana cogebant. Quæ omnia legiſlatores cernentes, & e conuerſo filium non ſolum debitam patri reuerentiam non gerere, ſed potius irreuerentiam proſpicientes, & non ſolũ mutuo amore patres non proſequi, vt teſtatur Alexander de Picholhominis in ſua Inſt. morali, lib. 9. c 7. vbi de ratione ponit, quare filius non ita amet patrem, ſicut pater filium diligit, de qua vide etiam Ioan. de Ligna. in tract. de Amicit. §. exurgit, per totum, ſed potius eos odio habeant, quod exemplis infinitis tetigerunt, quę ſunt apud Tiraq in præfa. l. ſi vnquam. C. de reuoc. duna relata; Conſiderantesq; ꝙ deberet totum oppoſi-
10 tum eſſe, † vt filius plus patrem diligeret, quam ipſe a patre coleretur, vt probat Bal. in l. iſti quidem. §. hæc, quæ diximus. nume 2 ff. quod met. cau. in præmium tantæ patris in filios pietatis, tantiq; amoris, & beneuolentiæ eorum, eis liberam poteſtatem tradere voluerunt, & ad quod libenti filij non incitabantur animo, vel compellerentur, hancq; patriam poteſtatem Deus Opt. Max. exemplo reliquit, qui eam in vnigenitũ ſuum filium facultatem exercuit, vt filius patris ſui iuſſu non dubitarit pro nobis peccatoribus crucis ſubire tormentum, & ꝙ legiſlatores has cauſas, exempla, atque diurnos mores conſiderarint, ſatis ex eo probatur, quod illos eam poteſtatem ſecundum patris merita, & immerita ampliaſſe, & li-
11 mitaſſe proſpeximus: vnde, & ſi de patrum amore confidentes, vt filios in terrore tenerent, iuuenumq; libidinem frenarent, illis filios occidendi poteſtatem dederunt. l. in ſuis. ff de lib. & poſth l. fi. C. de pat. pot tamen e conuerſo forſan videntes patris amorem ſicut cæteros omnes minui, omniaq; de malo in peius labi, iuxta illa Ouidij carmina, libro primo Methamorph.

Viuitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus,
Non ſocer a genero fratrum quoque gratia rara eſt,
Imminet exitio vir coniugis illa mariti,
Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ,
Filius ante diem patrios inquirit in annos
Victa iacet pietas, & virgo cæde madentes.

Et in propoſito noſtro de patria poteſtate Balduinus in legibus Romuli ad legem 17. in princ. vbi dicit apud Perſas patriam poteſtatem in tyrannidem eſſe conuerſam, qui liberis ſuis non aliter vtuntur, atque ſeruis: & permulta quæ tradit Franc. Conna. in comment. iur. ciuil c. 13. lib. 2. illam poteſtatem hac de cauſa Imp. coarctarunt, ne filij videlicet amplius a parentibus poſſent occidi, vt dicitur in l qui filios. ff. quę res pigno. oblig. poſſ. § fi. Inſti. de noxa. l. diuus, ff. ad leg. Pomp. de
12 parricid. & toto tit. C de his qui pa. vel fil. occid † & reliquerunt ſolum parentibus quandam decentem emendationem, toto tit C. de emend. propinq. Item, etſi olim Romulus tuliſſet legem, vt parentibus liberos ter vendendi ius atque poteſtas eſſet, ſtatuque liberos poſſent etiam venundare, vt dixit Paulus Manutius in legib. Romanis, pag. 43. in 2. facie, tamẽ id poſtea ab Imperatoribus ſublatum eſt, fuitq; conſtitutũ, vt ob ſolã famis neceſſitatem filius a p̃re diſtrahi poſſet. l. j. & 2 C. de patrib. q. fil. diſtrax & de hac patrię poteſtatis emẽdatione q̃ in quandã pietatẽ ↄuerſa eſt, vide Bal in d. legib Romuli, ad
13 d. l. 17. & eundẽ in ti. Inſt. de pat. pot. in ver. nulli, nu. 8. † & negari demũ non pōt qui fuerint iura ad ea, q̃ frequẽtius acciderunt, adaptata, vt eſt tex. expreſſus in l nam ad ea ff. de legibus & ſic ꝙ his de cauſis fuerit patria hæc poteſtas introducta: cęterum me, & in hoc, & in alijs, quæ dicturus ſum, ad eruditiores perſpicacioreſq; remitto. Secundo ꝙ patria hęc poteſtas in vti-

in vtilitatem filiorum reperta fuerit, ſatis patet ex effectibus,
qui ex ipſa patria poteſtate proficiſcuntur, quorum maiorem
partem in vtilitatem, commodumque filiorum redundare
vidimus, quos omnes non refero, cum de ſingulis ſimus infra
Deo dante, late dicturi, vnde ſolum illum ad hoc probandũ
referam, qui eſt, quod pater ob eam poteſtatem filijs ſuis te-
ſtamentum facere poteſt illis pupillariter ſubſtituendo, vt in
14 ſuo loco dicemus,† quæ pupillaris ſubſtitutio in commodũ,
& vtilitatem filiorum fuit introducta, l. pupillus, ff. de acq. hæ
red. & Inſt. de pup. ſubſtit. in fi. princ. per quæ iura ita conclu-
ſit Paulus Leonius in tract. ſubſt. in materia pupil. num. 55. &
15 193. & 272.† & hac ſecunda ratione, ob quam eam poteſtatẽ
inuentam eſſe dicimus, nõ fuit matri ea poteſtas tradita: nam
et ſi mater diligat filios ſuos vt pater, de quo matris amore vi-
detur ſentire Virg. lib. 1. Aeneid. dum dicit.

Nec plura querentem
Paſſa Venus medio ſic interfata dolore eſt.

16 †Immo matris amor in filios ſit maior amore patris, vt di-
xit Corn. conſ. 175. nu. 12. vol. 3. vbi de ratione, & de hac q. vi-
delicet an mater diligat magis filium, an pater, vide plene per
Ioan. de Lign. in tract. de amicitia. §. & ſurgit. per totum, vbi
diſtinguendo concordat, quod ſit etiam filius matri ſummo
pere obligatus, cum matri ſit ante partum oneroſus, doloro-
ſus in partu, poſt partum laborioſus, vt dicit elegans tex. in c.
fi. de conuer. inf. Qua de cauſa debuiſſet hæc patria poteſtas
ei tradi, tamen deficiebat ſecunda cauſa ob quã diximus fuiſ-
ſe eam poteſtatem repertam, cum ad multa mater pro filio-
rum vtilitate ob mulicbrem ſexum non eſſet apta ſicut pater
17 †& leges magis confidunt de patre in prouidendo filijs, quã
de matre, apparet, quia ſi pater dat tutorem filio, non eſt ne-
ceſſaria alia iudicis inquiſitio, ſecus autem ſi a matre detur,
quia tunc non aliter erit tutor in effectu niſi per iudicem cau
ſa cognita fuerit cõfirmatus. l. 1. & 2. ff. de confirm. tut. & Pau.
Leon. tradit in d. tract. ſubſt. in materia exempl. nu 56. cũ alijs
per eum adductis, & hæc eſt ratio, quod licet fœminæ adopta
re poſſint §. fœminæ Inſt. de adop tamen hi filij in eius pote-
18 ſtatem non tranſeunt, vt no. ibi glo. & poſt eam Are. †nec eſt
nouum in iure, in pluribus articulis deterioris eſſe conditio-
nis fœmineum ſexum, l. in multis, ff. de ſta. hom. & Dec. in l.
4. ff. de reg. iur. vnde fœminæ non ſuccedunt in feudo, vt dixit
Pariſ. conſ. 12. nu. 1. par. 1. & rationem ad propoſitum noſtrũ
tradit Bal. in l. quoties. col. pen. C. de ſuis & legit. Item omiſ-
ſis ijs, quæ ſunt in iure notoria, non inducunt mulieres con-
ſuetudinem, ſicut nec leges condere poſſunt, etiam Auguſta
ſecundum glo. in l. ſi Auguſtæ ff. de leg. 2. no. Bar. in l. lex eſt cõ
mune. ff. de legi. quod tamen fallit in mulieribus Illuſtrib. ha-
bentibus feuda, ſeu dominia ad fœminas tranſitoria. c. 1. vbi
Bal. de ſucceſſ. feu.

Secundo fallit in materia ad mulieres pertinente, vt in ob-
ſtetricibus, ſecundum Docto. in l. de quibus. de legi. & Afrã-
cus deciſ. 117. & multa alia ſimilia, & faciunt ſimilia adducta
per Speculat. in tit. de procur. in princip. & hanc eſſe rationẽ,
quare matri poteſtas hæc non detur, puta quia ad multa non
eſt apta mulier, ad quæ vir, dicit Are. in d. §. fœminæ, nu. 1. In
ſti. de adopt. Eſt igitur concludendum intrepide, filios in po-
teſtate matris non eſſe conſtitutos, l. illud. §. ad teſtamenta fœ
minarum. ff. de bon. poſſ. cont. tab. §. mater. Inſt. de exhæred.
lib. §. fœminæ. Inſti. de adopt, §. cæteri. Inſt. de hæred. qual. &
diff. & facit tex. in l. nulla, ff. de ſuis, & leg. & Docto. paſſim tra-
dunt: & hinc eſt, quod in matre nullus ex his effectibus ex pa-
tria poteſtate reſultantibus, de quibus infra dicemus, locum
habet, vt not. Are. in d. §. fœminæ. Inſt. de adopt. niſi illi qui re-
ſultant etiam ex quadam reuerentia. Et non ſolum filius in
matris poteſtate non extat, ſed nec de eius agnatione, vel fa-
milia dicitur eſſe, ſed familia, & agnatione patris, §. fi. Inſti. de
patr. pot. Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de ſucceſ. ab inteſtat.
Bal. in l. maximum vitium, C. de lib. præt. & Soci. in conſ. 77.
viſis teſtõ col. 1. verſ. 3. volu. 3. & Deci. conſil. 15. & pro tenui.
Pariſ. conſ. 26 nu. 13. par 2. & rurſus conſ. 51. nu. 27. par. ead. &
conſ. 64. nu. 22. vol. 3 & Corn. conſ. 187. nu. 2. vol. 4. vide tamẽ
ad hoc Boer. dec. 241. vbi nu. 7. per multas pulchras rationes
concludit, quod filius poteſt ita dici de generatione patris, ſi
cut matris, & ſimiliter deſcendentium eorundem eis mediã-
tibus. quando autem matris originem ſequatur filius, vide
Boer. deciſ. 13. nu. 9. & 10. Eſt tamen bene verum, quod legiſ-
latores præ oculis æquitatem habentes, etſi matri non dede-
runt iuſta de cauſa in filios ſuos poteſtatem, eam tamen præ-
miarunt quoad ſuum in filios amorem, & pietatem; & ideo
quoad ea, quæ pietatem, reuerentiam, & amorem reſpiciũt,
19 matrem æqualem patri reddiderunt, † vnde dixerunt matri
non ſecus, ac patri filios debere reuerentiam gerere in l. filia,
C. de pat. pot. Et hinc eſt, ꝙ ſicut filius non poteſt vocare in
ius patrem, vt dicemus in effectu tertio, ita nec matrem, l. pa
rentes, ff. de in ius voc. & filius matri, non ſecus, ac patri pare-
re tenetur. Bal. per illum tex. in l. furioſæ, ff. de curat. furio. per
20 quem tex. dixit etiam Bal. ibid. † ꝙ filij matrem indigentẽ ale-
re tenentur, & eſt de hoc tex. expreſſus in d. l. filia, C. de patr.
pot. & in l. ſi quis a liberis. in ver. matrem, ff. de lib. agno. Bar.
in tract. de alim. & Iaſ. in auth. res quæ. nu. 9 C. communia de
21 leg. † & facit quia ſecundum curſum naturæ ita debet præde-
cedere mater, ſicut pater. l. nam & ſi parentibus, ff. de inoffic.
teſta. per quem tex. ita dixit Rip. in l. ſi vnquam, nu 48 C. de re
uoc. dona. ſed alimenta inſtinctu naturæ patri debentur, & e
22 conuerſo filio, vt dicam in effectu fi. ergo † & e conuerſo ma-
ter filios alere in ſubſidium tenetur. l. tutor ſecundum digni-
tatem. § 3. ff. de admin. tut. & cur. & indiſtincte infra trienniũ
illos alere debet, l. alimenta, C. de nego. geſt. l. neque filium. de
patr. pot. & l. 3 de alim. leg. facit Amanell. ſing. 7.

Secundo ex ſupra dictis infertur, ꝙ videlicet mater ob ſuũ
amorem, & pietatem in filium ſit etiam in hoc præmiata, vt
in filij bonis legitimam conſequi debeat, ſicut pater. authen.
presbyteros. C. de ſacroſan. Eccl. c. 1. in fi. de teſta. in 6. & Affli.
deciſ. 310. nu. 2. nec poteſt eam filius ſine cauſa præterire, & a
legitima excludere, & eſt hæc communis opinio, vt dicit Gu
li. de Bened. in rep. c. Raynutius. in ver. ſi abſque liberis, col. 2.
in mat. ſubſt exempl. poſt nu. 39. & Pariſ. conſil. 58. nu. 14. par-
te 2. cæterum cum cauſa bene poteſt, & talis præteritio ꝓ ex-
hæredatione habetur § ſancimus. in Auth. vt cum de appell.
23 cogno. & tradit Iul. Clar. in trac. de teſta. q. 49. † & e conuerſo
mater debet filio relinquere legitimam, illumque inſtituere,
ſeu exhæredare, alias enim teſtamẽtum eſt nullum, & hæc eſt
communis opinio, vt dicit Sapia in rubrica. C. qui admitti. nu
me. 48. & Iul. Clar. vbi ſupra q. 47. Quæ concluſio procedit, qñ
mater præterijt filium in teſtamento, nulla inſerta cauſa, vt di
ximus etiam de filio matrem prætereunte, nam eo caſu ꝓcul
dubio teſtamentum eſt nullum, & ita tenent cõmuniter Do-
cto. vt dicit Corn. conſ. 118. lib. 2. ſed ſi in præteritione ſit in-
ſerta cauſa legitima, eo caſu præteritio habetur pro exhære-
datione, glo. in §. exhæredatos. in ver. voluit. in Auth. de hær.
& Falc. quę eſt in hoc communiter approbata, vt dicit Bertr.
24 conſ. 1. nu. 3. lib. 5. & conſ. 23. nu. 2. eo. vol. † & in quo differant
præteritio, & exhæredatio, tradit Guid. Pap q 529 nu. 2. & ad
de, quod filius in bonis matris debet habere legitimã, & eius
ſupplementum, quod habet etiam locum in legitima, quæ de
betur a matre. Guid Pap q 426 nu. 6. per l. omnimodo, iuncta
glo. ſuper verbo perſonis. ibi dum dicit, vel parentibus. C. de
inoffi. teſta. Sed iuxta hæc quæro, dixi infra in effectu finali,
patrem poſſe plus vni filio, quam alteri relinquere, an idem
ſit in matre, quod videlicet mater poſſit plus vni filio, quam
alteri relinquere, & ſic inæqualitatem inter eos ſeruare? Re-
ſpon. ꝙ ſic. Bal. conſ. 89. lib. 5. & conſi 356. ſi vaſallus, eo. lib. &
Pau. de Caſt. conſ 411. viſo & examinato. in princi. par. 2. cum
25 alijs congeſtis per Dec. conſ. 246. nu. 4. † Hinc eſt tertio, quod
mater ſuccedit filio ab inteſtato. §. 1. in Auth. de hære. ab in-
teſt. & toto tit. Inſt. & C. ad ſen. conſ. Orphic. cum ſimilib am
plecti enim debet mater luctuoſam filij hæreditatem, dicit
tex. in l. fina. C. de impub. cum vulg & tradit Pariſ. conſi. 108.
numero primo par. 3. & rurſus conſil. 23. numero 26. parte 2.
& conſ. 58. nu. 13. ea. par. 2. & conſ. 49 nu. 1. lib. 3. & conſ. 3. nu
me. 32. ea. par. 3. vbi declarat illud verum, quando ſine deſcẽ-
dentibus filij decederent. & Corn. conſ. 146. nu. 1. vol. 1. & an
hoc ſemper ſit verum, vide Corn. conſ. 95. nu. 5. vol. 2. & ratio
eſt, ꝙ mater non ſuccedit filio, quando filius relinquit deſcẽ-
dentes ex ſe, quia prima cauſa ſucceſſionis eſt deſcẽdẽtiũ, ſe-
cunda aſcẽdentium, tertia collateralium. Guid. Pap. q 147. &
e conuerſo filij æqualiter matri ſuccedunt ab inteſtato. auth.
in ſucceſſione. vbi Doc. C de ſuis & leg. tradit Rolã a Valle ꝯ
26 ſi. 95. nu. 1. vol. 2. † Quarto infertur, ꝙ etſi viuo patre ob patriã
poteſtatẽ ad eũ tutela filij pertineat, vt dicã in effectu decimo
quarto, cũ præcipue tutela ſit potius officiũ virile, q̃ mulie-
bre, l. fi. ff. de tutel. l. j. C. qñ mulier offic. tut. fun. poſ. & ideo re
gulariter mulier nõ põt eſſe tutrix, cũ tutelę officio magis ẽẽ
ſeat idoneus maſculus, q̃ fęmina. l. iure nr̃o. ff. de teſta. tute. &
l. fęmina. ff. de legi. tut. vt voluit Corn. conſ. 284 nu 4. volu. 3.
27 & Gram. conſ. 134 nu. 1. † tñ patre mortuo filiorũ tutelã Impe
ratores ratione præſumptæ charitatis, & pietatis, vt inf. dice-
28 mus, mr̃i dederunt, & auiæ, † q̃ mr̃e mortua matris locũ ſubin
trat. l. vbi, & l. nepos. C. de ſuis, & leg. & Bar. in l. 2. ff. de vul. nu.
35. & dixi auiã mr̃is locũ ſubintrare, qñ mr̃ mortua eſt, q̃ a ma
tre viua præferẽ mr̃ auo, & auiæ in ſucceſſione, & tutela filij.
Affl. deciſ. 231. nu. 1. & 3. iſtę dñr legitimę tutrices, ant. mr̃i &
auię, C. qñ mulier offi. tut. fun. poſ. & trad. Cor. cõſ. 156. nu. 3.
vol. 3 & Grã. cõſ. 134. nu. 1. nec iudicis decretũ in eorũ tutela
29 reqrĩ, Cor. cõſ. 164. nu. 2. vol. 4 † & adeo illud verũ ẽ, vt ẽt oĩ-
bus alijs agnatis ꝑferanẽ. Abb. & Dec. cũ alijs ꝑ eos adductis ĩ
c. ex par. ext. de appell. & Corn. cõſ. 101. nu. 9. vol. 3. vbi dicit ꝙ

mater præfertur patruo in tutela, licet per ſtatutum excluda-
tur a ſucceſſione filij, & facit etiam idem Corn. conſ. 17. num.
17. & 25. vol. 2. & Gram conſi. 314. nu. 7. vbi idem dicit eſſe in
30 auia, & bene, † cum in hac materia pariter iura loquantur de
matre, & auia. d. auth. matri, & auiæ, & ita conſulendo in par
ticulari formaliter tenet Dec. conſ. 16. col. 3. nu. 5 & 6 vbi hūc
31 caſum tenet pro indubitato. eſt bene verum, † ꝙ licet tutelæ
ſint neceſſariæ, quia vt euitemus onus tutelæ requiritur ali-
qua excuſatio. toto tit. Inſt. ff. & C. de excuſa. tuto. tamen ma-
32 ter, & auia ſunt tutrices voluntariæ, † quia iura nouiſſimum, ꝑ
quod defertur eis tutela, vtitur verbo, permittimus, vt in d. au
then. matri, & auiæ. vbi glo in ver. permittimus, ex hoc con-
cludit, ꝙ nō cogantur, & Doc. omnes ibi ſequuntur, & Bart.
in l. ſi quis ſub conditione, ff. de teſta. tut. & in l. 2. ff. qui pet. tu
to. & Corn conſ. 164 nu. 2 vol 4 & conſi. 101. nu. 8. volu 3. &
rurſus conſ. 29. nu. 4 vol. 2. & Afflic. deciſ. 75. num 2 & Gram.
conſ. 51 nu. 6 vbi dicit tutelam matri permitti, ſi velit, ratio-
33 ne affectionis, & charitatis præſumptæ a lege. † Et hinc eſt, ꝙ
tunc demum petit mater tutorem filio (quod ſi nō faciat, eius
ſucceſſione priuatur, ne ſub eorū fide remaneant pupilli ſine
tutore) quoties ipſa tutrix eſſe voluerit, vt dixit Corn. conſil.
125. nume. 8. vol. 3 & tunc non poteſt eſſe tutrix mater, quan
do vellet tranſire ad ſecunda vota, nam per eum trāſitū amit-
tit mater filiorum tutelam, vt dicit Dec. alios allegans in c. ex
parte. de appell & Corn. conſ 32. nu. 7. vol. 2. vbi dicit nu 6. ꝙ
olim aſſumendo parentes filiorum tutelam ſoliti erant iura-
re non tranſire ad ſecundas nuptias, & poteſt eſſe ratio, vt ma
34 ter eo caſu filiorum tutelam perdat, † quia per illum tranſitū
ad ſecunda vota redditur ſuſpecta, vt dicit Pariſ. conſi. 56 nu-
mero 3. par 1. & tres rationes, quare mater eo caſu priuetur
tutela, vide per Corn. in conſ 113. numero 6 volum 4. & vna
colligitur ex tex. l. lex quæ tutores, §. lex enim. C. de admin. ſt.
tut. dicit enim tex. lex non ſolum contra tutores, ſed etiam ꝯ
fœminas immoderatas, atque intemperatas proſpexit mino-
ribus quæ plerunque nouis maritis non ſolum res filiorum,
ſed etiam vitam addicunt. & an mater ex eo ſolo, ꝙ ſit de ſe-
cundis nuptijs ſuſpecta, filij tutela priuari poſſit, vide Affl ct.
deciſ 357. nume. primo. Adde tamen, ꝙ eo caſu cum tranſit
videlicet mater ad ſecunda vota, poteſt petere quem malue-
rit tutorem dari filio ſuo, vt voluit gloſ. nota. in l. ſi quis ſub
conditione, in glo. magna, in fi ff de teſta. tut. & Spec. in tit. de
tutoribus. § nunc dicendum, verſi quid ſi nondum, per text.
in l omnem. C. ad Tertul. & hoc pro indubitato tenet Gram.
35 conſ. 51. nu. 1. aduertendum tamen eſt, quod quando tutela
data eſſet ex abrupto abſque cauſæ cognitione ex ſimplici re
quiſitione matris tranſeuntis ad ſecunda vota, quia tunc illa
tutela non teneret, vt voluit Dec. conſ 673. nu. 6. etſi non pe-
tat tutorem filijs mater tranſiens ad ſecūda vota pariter filio-
rum ſucceſſione priuatur, ſicut dum ipſa non vult eſſe tutrix,
& filijs tutorem non petijt, vt dicitur expreſſe in l. omnem. C.
ad Tertul. & auth. ſacramentum, C. quando mul. offi. tut. fun-
gi poſſ. & ſequitur Pariſ. conſ 86. nu 19 par. 2. vbi nume. 20 di-
36 cit, † ꝙ non excuſatur, ſi alius pupilli bona adminiſtraſſet, &
conſ. 41 nu. 56. par. 2. vbi limi quādo mater eſſet minor, quod
ſequitur etiam Corn. conſ 40 nume 3. col. 3. & Roman. 279.
nu. 1. & quando alios filius tutores haberet, & in quibus caſi-
bus excuſetur mater, ſi filio tutorem non petat, vide per Pa-
riſ. conſil. 86. nu. 11 par. 1. & Hip. Marſ. in l. 1. § præterea, verſi.
& facit etiam quod voluit, nu. 125. ff. de quæſt. Regulariter ta
men ſi mater velit eſſe tutrix, & non tranſeat ad ſecunda vo-
ta, ipſa erit, vt dixi, & tradit Corn. conſ. 101. nume. 9. vol. 3. Et
hinc eſt, quod Bar. in l. 2 §. quod ſi pater, ff. ad Tertul. dicit, ꝙ
mater iure Auth. præfertur legitimo tutori, & ideo quod nō
37 poteſt legitimus adminiſtrare, niſi mater recuſet. † vnde dice
bat, vt mater incidat in conſt. illam ſen. conſ. Tertul. vt exclu-
datur a ſucceſſione filij, ſi non petat ei tutorem, ſi ipſa non re-
cuſet tutelam ita quod legitimus adminiſtrare poſſit, vel ſi ip
ſa non adminiſtrat, poſſent forſan hæc procedere, etiā ſi ma-
ter acciperet tutelam filij non ſeruata forma, ſeu ſolennitate
d. auth. mat. & auiæ. & toto titu C. quando mul. offic. tut. fun.
poſſ. ſi verum eſt, quod voluerunt Pet Cyn & Albet. in d. aut.
matri, & auiæ. quod videlicet ea forma de conſuetudine non
ſeruatur, quod dictum ſequitur Boer. deciſ 61 nume. 22. pri-
38. ma parte, † & adde quod non ſolum mater priuanda eſt filij
hæreditate, ſi cum ipſa non velit, ſeu non poſſit eſſe tutrix, tu
torem filio non petierit, ſed etiam ſi ventri curatorem nō pe-
tat, ea eſt priuanda. l. 2. § ſi mater, verſ. quid ſi cum prægnans.
ff ad Tertul. & voluit Bal. conſi. 288. quidam deceſſit, in fi. lib.
ſecundo, & rurſus conſ. 297. viſis vt ſupra, lib. 3 & Tiraq. in tra
cta. de vtroque retract. § 1. glo 9. nu 77. in fi. & idem in l. ſi vn
quam, in ver. ſuſceperit liberos, nu. 124. C. de reuoc. donatio.
39 Sed † quæro, diximus matrem ob tranſitum ad ſecunda vo-
ta amittere filiorum tutelam, pone quod mater ſic tutelam
amiſerit, & poſtea denuo vidua ſit effecta, an recuperet filio-
rum tutelam, quam amiſerat ob tranſitum ad ſecunda vota?
dicas quod ſic, ita tenet Specul in titu. de tuto. §. nunc dicen-
dum, verſi. quid ſi mater, quem refert & ſequitur Gram. de-
40 ciſ. 53. nume. 10. † & facit in ſimili, quod dicitur de furioſo, qui
ſi ob ſanam mentem ſuperuenientem liberatur a curatoris
poteſtate, tamē rurſus in eiuſdem curatoris poteſtatem rein-
cidit, ſi furor illi denuo ſuperueniat. l. 1. C. de curat. furio. per
quem tex. ita tenet Gram. vbi ſupra, quæ l. 1. non facit ad pro
poſitum, vnde expreſſe hoc probatur in l. cum alijs quidem.
§ fin. C eod. de curat. furio. & faciunt multa ſimilia adducta
ibi per Gram. Secundo & vltimo quæro, diximus matrem fi
lij priuandam eſſe hæreditatate, ſi illi tutorem non petat, nū-
quid ſtatim debeat illi tutorem petere ad hoc, ne eius priue
41 tur hæreditate? † Reſp quod non, ſed habet tempus vnius an-
ni. l. ſciant. C de leg hæred vbi Bal. Salic. & Docto. communi-
ter, vt de communi teſtatur Are in §. ſed quemadmodum. In
ſti. Ad Tertul. vbi dicit, quod hæc opinio, tanquam magis æ-
qua, & communis eſt tenenda, & hoc idem dicit Dec in c. ex
parte, extra de appel. & idē tenet Corn. conſ. 101. nu 9. & 125.
nu 8. volu. 3. Nec obſtat ſi dicas, quod d § ſi mater, d. l. 2. ad
Tertul. vtatur verbo, confeſtim; quia declaratur per d l ſciāt.
de leg. hæred. & per Doc. vbi ſupra, & præcipue Are pro vno
anno; quibus adde Philip. Por. in ſuis regulis reg. ſeu concluſ.
42 4 & 5. libro quinto. † Et hæc tutela matris, quibus caſibus ſit
ipſo iure nulla, vide per Math. ſing 108. numero primo, & an
mater priuetur filij tutela ex eo quod litem cum filio habet,
vide Afflic. deciſ 307. poſt numerū primū. Et ex his videmus
matrem eſſe recte a legibus præmiatam de ſuo in filios amo-
43 re & pietate, licet illos in poteſtate non habeat. † An autem
mater tutrix teneatur reddere adminiſtratę tutelę rationem?
dicas quod ſic per ea quæ dixi infra in effectu quartodecimo,
in 3 quæſt. adde tamen vnum in materia, quod ſi mater pma-
neret in montibus, ſeu locis remotis a peritorum conſilio, ex
cuſatur ab omiſſis circa tutelā. Bart. in l. 1. ff. ſi tab. teſt. nul. ex-
ta. per tex. in auth ſed nouo iure in fi. ibi, in agris autem & c.
C. ſi certum peta & tex. in l 1. de exerci actio. ibi, nam interdū
locus vel tempus non patitur plenius deliberandi conſilium,
& tradit Pau. de Caſt. alias ſe ita conſuluiſſe aſſerens in l 2. C.
de in ius vocan. & voluit hoc etiam Boer. deciſ. 124. numero
vigeſimo.

Vltimo quæro ex ſupradictis diximus ſupra, numero deci
mo ſexto, quod mater plus filium, quam pater diligit; e cōuer
ſo modo filius quem magis amat, patrem ne, aut matrem? Io.
de Lign in d trac. de amicitia. §. & ſurgit, numero ſexto dicit,
quod amor filiorum ad parentes magis tendit ad bene patiē-
dum, & recipiendum, quam ad benefaciēdum; pater enim te
ſaurizat filio, non e contra, niſi ordine turbato. l. nam etſi, ff.
de inoffi. tex. ex quo concludit, quod cum filius magis egeat
matre quam patre vſque ad tempora infantiæ finitæ, pro illo
tempore magis diligit matrem, poſt autem cum magis indi-
geat patre quoad eruditionem animæ, idcirco ex tunc magis
diligit patrem, quam matrem & digniori amore, quæ deciſio
elicitur ex c. fi. quod videas omnino, de conuer. infid. l. 2. C. de
infan. exp & c. vno. eo. tit.

S V M M A R I V M.

1 *Patria poteſtas quibus modis conſtituatur, per totum.*
2 *Matrimonium ad hoc vt ſit legitimum, quæ ſolennitas in eo requiratur.*
*Filij nati ex matrimonio ſine ſolennitate requiſita contracto non ſunt legi-
timi, ibidem.*
3 *Matrimonium in mortis articulo contractum valet etiam non ſeruata re-
quiſita ſolennitate.*
4 *Filij nati ex ſecundo matrimonio ſtante primo non ſunt legitimi.*
*Matrimonij primi ignorantia non prodeſt ei qui ſecundum contraxit, niſi
ſit probabilis, ibidem.*
*Adoptiui patres olim indiſtincte in filios, quos adoptarant, vitæ, necisq; po
teſtatem habebant, ibid.*
Adoptio in genere, & in ſpecie accipitur, ibid.
Adoptiui filij quando in adoptantis poteſtatem tranſeant, ibi.
5 *Adoptiuis in filijs eo caſu, quo in poteſtatem tranſeunt, omnes effectus ex
patria poteſtate reſultantes locum habent.*
6 *Adoptiui filij, quando in patris adoptantis poteſtatem tranſeunt, patri na-
turali ab inteſtato non ſuccedunt, nec ei acquirunt, & ſimilia, ſed adoptā-
ti, quod declaratur ibid.*
7 *Adoptari, nec arrogari poſſunt ſpurij, & naturales tantum.*
8 *Adoptiui filij filiorum appellatione non veniunt, nec proprie filij dicuntur,
ſed abuſiue, & imaginarie.*
9 *Dictio, perinde, & dictio, quaſi, impropriétatem, & fictionem denotant.*
Verbum, videtur, improprietatem retinet, ibid.
10 *Statutum loquens de filijs, nunquam de adoptiuis intelligitur.*
*Adoptiui filij in nulla diſpoſitione veniunt filij appellatione, ibidem. & li-
mi. in*

mi in diſpoſitione fauorabili.

11 *Adoptiui filij non excludunt fideicommiſſarium, & ibi de ratione.*

12 *Adoptiui in feudo non admittuntur, nec in emphiteuſi.*

Adoptiui filij ad feuda admittuntur, quando verbum, filij, non poteſt verificari, niſi in iis & clerico in ſacris conſtituto, ibid.

Clericus in ſacris conſtitutus adoptare poteſt, ibid.

Clerico in ſacris conſtituto ſi fuerit ſubſtitutum ſi deceſſerit ſine filiis, intelligitur de adoptiuis, & quid ſi dictum fuerit ſi deceſſerint ſine filiis & ex ſuo corpore natis, ibid.

13 *Adoptiui non habent locum in ſtatuto excludente fœminas ob maſculos.*

14 *Adoptiui non proſunt patri in immunitate quæ illi ob filios datur.*

Adoptiui non reuocant ex l ſi vnquam, ibid.

15 *Adoptiui differunt in multis a legitimis, et naturalibus ob fraudem, quæ ex adoptione oriri poſſet.*

Adoptando non poteſt quis conſequi quod ſibi in tempus liberorum relinquitur, ibidem.

16 *Adoptando filium patris me, an tranſeat in poteſtatem meam.*

17 *Extraneorum appellatione qui veniant*

18 *Exceptio quando ſit, caſus non excepti remanent ſub regula.*

19 *Adoptatus ab auo paterno, ſeu materno, ſi ab iis viuo patre naturali ſit emancipatus, an in patris naturalis poteſtatem reincidat.*

20 *Emancipationis, & patriæ poteſtatis differentia eſt ſublata quo ad ſucceſſiones.*

21 *Adoptio an reuocetur per ſuperuenientiam liberorum.*

22 *Legitimatione conſtituitur patria poteſtas.*

23 *Naturales, filii ſpurii, & ſimiles in poteſtate parentum non ſunt, item nec de cognatione patris, ſeu parentela dicuntur, & ſimilia, & nu. 24. & 25. quæ omnia lim. tribus modis, nu 26.*

Statutum excuſans habentem tres liberos ab onere eundi in exercitum, nõ cenſetur excuſare habentem tres filios naturales.

Naturales filii non proſunt patri ad conſequenda munera, quæ ob filios dantur, ibidem.

28 *Conditio legis, ſi ſine liberis, ſubintellecta non verificatur in naturalibus tantum.*

29 *Naturales an veniant appellatione parentum, patrum, matrum, liberorum, filiorum, conſanguineorum, & ſimilium, & quid in fauorabili diſpoſitione, nume. 30.*

31 *Naturales ſub ſtatuto iubente cauſas conſanguineorum compromitti comprehenduntur.*

32 *Naturalibus filiis non dant patres tutores, item nec legitimam, vnde & teſtamentum non rumpunt, & non ſolum illis legitima non debetur, ſed etiã patres illis relinquere non poſſunt, nec aliquo modo eos inſtituere, niſi cũ diſtinctione, vt ibi, & nu. 33.*

34 *Naturalis filius habilitatus ad ſuccedendum ab inteſtato, non cenſetur habilitatus ad ſuccedendum ex teſtamento.*

Naturales, & alii illegitimi filii quare a parentum ſucceſſione excluduntur, ibidem.

35 *Naturales filii ab aliis non differunt quo ad ea quæ ſolum naturale fœdus reſpiciunt, cuius modi eſt reuerentia & pietas.*

Naturalis filius non poteſt patrem in ius ſine venia vocare, ibidem.

Naturalis pater poteſt reuocare confeſſionẽ criminis a filio factam, & contrarium probare, ſicut pater legitimus, & naturalis, ibi.

36 *Naturales patres filios alere debent, quod ampl etiam patre mortuo, vt ex eius bonis boni viri arbitrio ali debeant.*

37 *Spurii, & alii ex damnato coitu nati ali a patre de iure ciuili non debent, & ibi de ratione, fallit tamen de iure canonico.*

38 *Naturales, & alii illegitimi filii patres alere tenentur.*

Naturalis pater filios naturales, & ſpurios de iure canonico dotare tenetur, ibidem.

39 *Dos data filiis naturalibus in alimentorum loco ſubrogatur.*

40 *Naturales an matri ſuccedant.*

41 *Naturales, & illegitimi quo ad matrem pro legitimis habentur, & infertur ad multa hanc materiam declarantia.*

42 *Mater certa ſemper eſt quod illegitimi filii ſunt ſui filii, non ſic pater.*

43 *Naturales, & illegitimi matri illuſtri non ſuccedunt.*

44 *Naturalibus filiis & aliis illegitimis ita ſucceditur ſicut, & ipſi ſuccedunt aliis.*

45 *Naturales filii pluribus modis legitimari poſſunt, & an pluries adeo quod ex pleniori legitimatione iuuentur.*

Legitimati ſunt in poteſtate patris.

Legitimatus filius dicitur legitime natus ſaltem tunc cum legitimatur, ibidem.

Legitimatione rumpitur teſtamentum non ſecus ac ſi legitimus fuiſſet natus poſthumus, ibid.

Legitimare nil aliud eſt, quam abolere maculam, & defectum natalium, ibidem.

47 *Legitimatus a legitimis non differt, & proprie filius dicitur.*

48 *Legitimatus ex communi vſu loquendi non dicitur proprie legitimus.*

49 *Legitimati faciunt deficere conditionem ſi ſine liberis, ſicque ſubſtitutum excludunt.*

50 *Legitimato legitima debetur non ſecus, ac legitimo & naturali, & ſi ſit prætéritus, teſtamentum eſt nullum, quod lim. nu. 51.*

Legitimatus ſi ſit exhæredatus, habet querelam ſicut legitimus, dicitur que ſicut ille ſuus hæres, ibidem.

52 *Legitimati ſuccedunt regulariter cum aliis legitimis, & naturalibus, tam ab inteſtato, quam ex teſtamento.*

53 *Legitimatio retrotrahitur ad tempus natiuitatis ita vt perinde quo ad omnia habeatur, ac ſi in principio legitimus natus fuiſſet.*

54 *Legitimatione reconualeſcit inualida inſtitutio facta filio illegitimo, quod ibi declaratur.*

55 *Legitimatio non retrotrahitur in præiudicium tertii, quod pro declaratione diſtingue, vt ibi.*

56 *Legitimati an in aliquo a legitimis differant, & ibi multa recenſentur differentiæ.*

57 *Legitimatos a legitimis non differre, procedit largo modo, ſecus ſtricte.*

58 *Legitimatus ſi fuerit inſtitutus, poſteaquam appareat legitimationem eſſe inualidam, an inualidetur inſtitutio.*

59 *Principali deſtructo corruit etiam quod ob principale conceditur.*

60 *Legitimatio an irritetur per ſuſceptionem aliorum filiorum legitimorum.*

61 *Legitimatio non irritatur, ſed limitatur per l. ſi unquam. C. de reuoc. don.*

62 *Legitimari an poſſit filius inuitus, & quando.*

63 *Legitimatus ſi fuerit ob ingratitudinem ad illegitimitatem redactus, an poſſit iterum legitimari.*

64 *Libertus ob ingratitudinem in ſeruitutem redactus amplius non poteſt manumitti.*

65 *Doctor ſemel reprobatus non poteſt amplius doctorari.*

Filius ſi poſtquam a patre ſuit emancipatus, patri ingratus extiterit, cogitur in patris poteſtatem redire, ibidem.

66 *Parentes non tenentur alere filios ingratos, & econtra.*

67 *Ingratitudinis vitium maximum eſt, & legum, & canonum auctoritate reprobatur, & infertur ex hoc ad multa.*

Ingratitudo tollit hominum conuerſationes, ac viliſſimi, & abiecti animi ſignum eſt apertiſſimum, nec non concordiæ & amicitiæ inimica, vtraque Dei & naturæ aduerſaria, ibid.

Ingratitudo ni foret, amor inuictiſſimus eſſet, eaq; ſola amorem vincere, extinguere, ac euellere poteſt, ibid.

68 *Donatio inter viuos reuocatur ob ingratitudinem.*

69 *Libertus ingratus in priſtinam reducitur ſeruitutem.*

Pater non tenetur dotare filiam ingratam, ibid.

Pater occidens filios ingratos, vel e contra, non tenetur pœna. l. Pomp. de parricid. ibidem.

70 *Pater, ſeu filius ingratus non poteſt dici pater, vel filius proprie.*

Doctor ob ingratitudinem doctoratus priuilegio priuatur, ibidem.

71 *Filius ingratus quo iure in ſeruitutem reuocetur.*

72 *Filius etiam ſi longe a patre diſtet, eſt ſub patria poteſtate.*

73 *Filius adeo eſt in patris poteſtate, vt ob eam dicatur obligatus.*

74 *Statutum ſi dictet, quod mulier non poſſit obligari ſine certa ſolennitate, non poterit ſine ea arrogari.*

75 *Filius, etiam ſi ſit ſenex, eſt ſub patria poteſtate.*

76 *Filia maritata an in patris ſui, vel matris ſit poteſtate late, tandem diſtinguendo concluditur.*

77 *Filius an in dubio præſumatur quod ſit ſui iuris, vel in poteſtate patris.*

CAP. V.

1 Quinto † videndum eſt, quomodo patria hæc poteſtas conſtituatur, & primo conſtituitur legi-
timo matrimonio. tex. in princip. Inſt. de patr. pot. & l. item in
poteſtate, cum l. ſeq ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. cum vul-
2 garibus. & dixi, legitimo, † quia ad hoc, vt ſit legitimum ma-
trimonium, in eo contrahendo debet ſeruari ſolennitas. c. cũ
inhibitio. extra de clandeſtina deſponſ. quæ ſi non ſeruaretur
filij inde nati nõ eſſent legitimi, & ſic hoc modo poteſtas mi-
nime conſtitueretur. Ant. de But. in c. 2. in 5 not. qui filij ſint
leg. Gofr. in ſumma eo. titu. in fi. Anch. conſ. 401. Capra conſi-
lio 117. col. fi. cum his, & alijs alleg. per Philipp. Port. in ſuis re-
gulis, concluſ. 39. lib. 4. verſ. tenendo primam opinionem vbi
3 hanc eſſe communem ſcrib. opin. teſtatur. † Quod ipſe lim.
quando matrimonium contrahitur in mortis articulo, quo
caſu non requiritur ſolennitas dicti cap. & cum d. c. cum inhi
bitio. concordat ſacroſanctum concilium Tridentinum ſub
Pio quarto celebratum, in cap. 1. cum ſeq. de reformatione
4 matrim. ſeſſione 24. † vbi plene habes ſolennitates hodie in
matrimonijs requiſitas. Vnde ex his ſecundo matrimonio
ſtante primo non conſtituitur patria poteſtas, nam filij inde
nati non ſunt legitimi. c. tanta. qui fil. ſunt leg. & in c. ex tenore, & c. referente. eo. tit. nec prodeſt allegatio ignorantiæ primi, niſi ſit probabilis vt dicit Abb. in d. c. referente, de quo videndus eſt Paris. conſ. 57. in princip. volumine quarto.

Verum hæc iure ciuili non eſſent vera, cum in eo non requiratur ſolennitas d. c. cum inhibitio. toto tit. Inſt. & C. de nupt. ſuper qua diff. non moror, cum in matrimonio ſeruetur ius canonicum, vt dicam infra in 6. effectu. Et addendum eſt, quod nepotes ex filio, & deinceps ſunt in aui poteſtate, licet ab eo ex matrimonio per eum contracto geniti non ſint. l. ſi maritus. C. de patr pot. §. 1. vbi Doct. Inſt. eo. ratio eſt, quare nepos

potius in poteſtate aui eſt, quam patris, quia cum pater, & ip-
ſe in ſui patris poteſtate ſit, alios in ſua poteſtate habere non
pōt. l. ſic eueniet. ff. ad l. Iul. de adult. & ſentit Franc. Conna. in
commen. iur. ciui. in princip. cap. 13. lib. 2. vnde ſoluta aui po
teſtate per aliquem ex ijs modis, quos infra in c. fi. dicturi ſu-
mus, in patris poteſtatem reincidit, vt ſentit idem Conna. vbi
ſupra, & ſuper hoc primo modo non inſiſto vlterius, cū om-
nibus notum ſit matrimonio legitimo conſtitui patriam po
teſtatem.

5 Secundo † conſtituitur patria poteſtas adoptione, quę olim
indiſtincte procedebat, in princip. Inſt. de adopt. & ibi gloſ. in
ver. adoptamus, & gl. in l. j. ff. eo. & tradunt Silueſt. Ald. & alij
in d. princip. vbi Balduin. in ver. verum etiam ij quos adopta-
mus & ideo p̃res adoptiui olim indiſtincte in filijs, quos ado-
ptarant, vitæ, neciſque poteſtatem habebant, vt prob. ex Cic.
in orat. pro domo ſua, & dicit Bald. vbi ſupra. Sed hodie hoc
non ita indiſtincte procedit, verum aliquam recipit declara-
tionem, & præmittendum eſt primo adoptionem in genere,
& in ſpecie accipi. §. 2. Inſt. de adop. l. 2. ff. eod. Dec. in l. Impe-
rium. ff. de iuriſd. omnium iud. cum ſimil. Et adoptio in gene
re comprehendit ſub ſe adoptionem in ſpecie, & arrogatio-
nem. d. §. 1. de adop. quæ adoptionis ſpecies retinet ſibi nomē
generis, cum nomine careat, de quo vi. Ald. in princi. nume
ro ſexto, qui hoc recte declarat, & de adoptione in ſpecie in-
telligitur de datis in adoptionem a patre naturali: de arroga-
tione autem de his, qui ſunt ſui iuris, adoptione intelligitur d.
§. 1. vbi omnes Docto. no. Inſtit. de adopt. & declar. etiam Bel
lo. in §. adoptiui. Inſt. de exhæred. lib. Quo generaliter præmiſ
ſo. Aut quæris, an per arrogationem conſtituatur patria pote
ſtas, & non eſt dubium de his arrogatis: tranſeunt enim in po
teſtatem, & familiam arrogantis. l. cum in adoptiuis. §. fin. C.
de adopt. & tradunt Doct. in ſupra alleg. locis, & Ioan. de Pla.
& Bello. in d. § adoptiui. Inſt. de exhæred. lib. quod intellige ſi
pubes ſit qui arrogatur, ſi vero impubes dic, vt in §. cum aūt.
Inſt. de adop. & l. nec ei. § 1. cum ll. ſeq. ff. eo. Aut vero quæris,
an per adoptionem, vt ſupra ſumptam conſtituatur patria po
teſtas, & tunc dicas, aut filius in patris poteſtate conſtitutus
datur in adoptionem extraneo, & reſp. quod non conſtituit
patria poteſtas, per talem enim adoptionem patris naturalis
iura minime diſſoluuntur, nec quicquam ad patrem adopti-
uum tranſit, nec in eius poteſtate filius adoptatus eſt, licet pa
tri adoptiuo ab inteſtato ſuccedat § ſed hodie. in primo reſp.
Inſti. de adopt. Et hinc eſt, quod omnes effectus cauſati tam
ex filiatione, quam ex patris poteſtate, & ſic tam a lege natu-
ræ, quam ciuili manent illibati, & intacti, ac ſi non eſſet ado-
ptatus, ita dicit tex. in d. l. cum in adoptiuis. C. de adop. in prin
cip. vbi Imperator hoc latius proſequens decidit filium, quā-
uis in adoptionem datum, patri naturali prodeſſe, & ab eo pa
trem naturalem debita naturalia percipere. Ex quo infertur,
quod omnes effectus, de quib. infra dicturi ſumus, remanent
ſine vlla læſione in patre quamuis dante in adoptionem. Att
autem aliquid tranſeat ad patrem hunc adoptiuum, vide per
Docto. in d. §. ſed hodie, & precipue per Aldo. in a no. Aut ve
ro datur in adoptionem ille filius auo paterno, vel materno,
& tunc in eorum poteſtatem tranſit. d. §. ſed hodie, vbi etiam
de ratione habes verſ. ſi vero, & eſt tex. etiam ſimilem faciēs
diſtinctionem in d. l. cum in adoptiuis. C. de adop. quod intel
lige in auo paterno, ſi nepos ex filio emancipato ab eo ado-
ptatus eſſet, cum ſi aliter intelligeremus non poſſet conſtitui
patria hæc poteſtas, cum eſſet ſemel conſtituta; nepos enim
ea filio ſub aui poteſtate eſt. l. ſi maritus. C. de pat. pot. & ita di-
cit gloſ. in verſ. emancipatus, in d. §. ſed hodie. quam omnes
ibi ſequuntur.

6 †Conſtituitur itaque patria hæc poteſtas per arrogationē,
& adoptionem, cum diſtinctione tamē ſupra poſita, vnde om
nes effectus, ex patria poteſtate reſultantes in filijs arrogatis &
adoptiuis locum habent, vt potes colligere pleniſſime per Ti
raq. in l. ſi vnquam, verſ. ſuſceperit liberos. C. de reuoc. dona.
numero 20. cum pluribus ſeq. & anteced. ampl. vt adeo verū
hoc ſit, quod filij adoptiui in adoptantis poteſtatem tranſeāt
vt nec patri naturali ab inteſtato ſuccedant, vel ei aliquid ac-
quirant, & ſimilia, ſed adoptanti. l. pe. §. ſi vero naturalis. C. de
adopt. quod eſt verum, niſi adoptans emanciparet eum; tunc
enim reuertitur ad patrem naturalem, & in eius poteſtatem,
& ei ſuccedit, vt d. §. verſic. ſed hoc manere, & trad. Are. in d.
§. ſed hodie, nu. 2. quem alij ſequuntur. Lim. hoc procedere
ſi ſit legitimus & naturalis is qui adoptatur, ſecus ſi ſpurius,
7 & naturalis tantum, †quia tunc nec arrogari, nec adoptari po
teſt. l. legem. C. de nat. lib. §. oportet enim ſemper. in Aut. qui.
mod. nat. effic. ſui. Dec. vbi allegat rationem conſ. 288. quæri-
tur, col. fi. verſ. vlt. non obſtat. Eſt tamen verum, quod etſi iſti
filij arrogati, & adoptiui in arrogantis & adoptantis poteſta-
tem tranſeunt, tamen in aliquo differunt a filijs legitimis, &
8 naturalibus. Et primo differunt, † quia filij adoptiui filiorum
appellatione non veniunt, nec proprie filij dicuntur, ſed abu-
ſiue, & imaginarie. l. filio quem. in princip. ibi, vt patris adopti
uus filius nunquam intelligatur, & ibi, ne imagine naturæ ve
ritas obumbretur. ff. de lib. & poſth. & in l. cum in adoptiuis.
§. ſed ne articulum. C. de adopt. in illis verbis, quaſi imagina-
ria quadam, & in l. adoptiones. in verbo, perinde, quaſi ex ve-
ro filio, & iterum in verbo, videatur. ff. de adopt. & in l. mulie
9 rem. in ver. perinde. C. eod. † quæ quidem verba improprie-
tatem, & fictionem denotant, vt de dictione, perinde, eſt tex.
in l. qui a patre, & ibi Barto. ff. de confirm. tuto. & voluerunt
glo. & Bar. in l. ſacrilegij §. 1. ff. ad l. Iul. pecul. Bar. in l. 1. in prin
cip. ff. de recep. & in l. ſi is, qui p̃ emptore. col. 5. vbi etiam Iaſ.
ff. de vſucap. vbi etiam de dictione, quaſi, & de verbo, videtur
quod improprietatem denotēt, eſt tex. in l. ſi pater filio, & ibi
glo. ff. de his quæ in fraud. cred. & in l. ſi duo, vbi etiam glo. in
fi. ff. de acq. hæred. & glo. in l. naturaliter, in prin. ff. de acq. poſ.
& Bar. in d. l. ſi is, qui pro emptore. ff. de vſucapio. & quod ado
ptiui filij improprie dicantur filij, ne eamus per mendicata
ſuffragia leges ponderādo, eſt tex. expreſſus in §. per adoptio-
nem quoque. Inſt. de leg. agn. ſucceſſ. vbi tex. de adoptiuis lo-
quens dicit, nec dubium eſt, quin improprie conſanguinei ap
10 pellentur. Et hinc eſt † quod ſtatutum loquens de filijs, nun-
quam intelligitur de adoptiuis. Bal. conſ. 24 ſtatuto ciuitatis
cauetur, lib. 1. & in l. fideicommiſ. ff. de condi. & demonſtr. &
conſ. 146. titulus principis, col. 1. eo. lib. 1. & Alex. in l. adopti-
uum, & in princip. ff. de in ius vocan. vbi Socinus aſſerit, & ex
multis comprobat, in nulla diſpoſitione venire filium adopti
uum appellatione filij, contra quem tenet Pau. de Caſt. quod
lim. in diſpoſitione fauorabili: in ea enim filiorum appellatio
ne etia filius adoptiuus venit, vt voluit Bal. in d. l. adoptiuū.
11 †Secundo filij adoptiui non excludunt fideicommiſſariū.
l. ſi ita quis. §. is cui. ff. de leg. 2. l. fideicommiſſum. ff. de condit.
& demonſtratio. nam ſi aliter diceremus, de facili poſſet fieri
fraus adoptando patre filios, quos poſtea ſtatim poſſet eman
cipare, vt in no. q. tradit Io. de Ana. in add. ad Spec. in titu. de
ſucceſ. ab inteſta. & bene facit tex. in l. fi. § ex bonis. ff. de bon.
dam. & tradit Bart. in l. ſi cognatis, col. 5. ff. de reb. dub. & Dec.
conſ. 399. numero primo, & Tiraq. in l. ſi vnquam, in ver. ſu-
ſceperit liberos, nu. 3. C. de reuoc. donat.
12 †Tertio differunt ab alijs in feudo, in quo adoptiuus non
21 cred. & per rationem ibi aſſignatam, † quia vigilātibus, & nō
dormientibus iura ſubueniunt, faciunt quæ tradit Gram. q.
1. per totam. & adde quòd ſi mulier cōtrahat matrimonium
cum viro inope & egeno, non poteſt poſtea conſtante matri
monio dotem repetere. Cyn. in l. vbi C. de iu. dot. & Guid Pa
pæ ſing. 657. §. ſi mulier, cuius contrarium tenuit Bartol. in l.
ſi conſtante, in 6. quæſt. ff. ſolu. matrimo. & Bal. in auth. quod
locum. C. de colla. Quintò lim in beneficialibus, in quib. agit
filiusfamil. vt integer homo, gl. ſing in cap. 1. de iureiur. & in l.
ait prætor, in prin. ff. de milit. teſtamen. & ita tradit etiam Vi-
uius vbi ſupra, & Ioā Bap. a Villa. in verb. filiusfam. numero
22 130. §. & ideo clericus. † & ratio eſt, quia beneficialia æquipa
rantur caſtrenſibus, vt no. gl magna in c ex parte. de reſt. ſpo-
liat. & l. ſacroſanctæ. C. de Epiſc. & cler. & Iul. Clar. in lib 4. re-
cep. ſent. §. teſtamentum. q. 18. cum alijs per eum ad hoc ad-
ductis Sexto limi. quando pater eſt abſens; quia tūc filius ſi-
ne conſenſu in iudicio eſſe poteſt. Bart. in l. ſi cum dotem §.
eo autem nume. 3. ff. ſolu. matrimo. Bald. in d. §. neceſſitatē.
Guid. Pap. ſingul. 896. licet libellus. Abb. in ca. parrochianos.
23 nume. 3. de ſent. excom. † propter abſentiam enim aliquid per
mittitur, quod alias non concederetur. l. cum filiusfamil. vbi
Iaſ. in 3. not. ff. ſi cert. pet. l. ſi longius. §. 1. ff. de iudic. & concor
24 dat tex. in l. ſed ſi vnius. §. filio. ff. de iniur. † Et quòd abſentia
eorum, quorum conſenſus requiritur, faciat, ut actus expedi
ri poſſit ſine eorum conſenſu, tenuit Bald. conſil 488. lib. 1. &
394 lib. 5 quod intellige, vt ibi per Bald. ſi eſſet in longinquis
partibus, ſecus ſi in quopiam loco propinquo, & ſequitur Ti
25 raq. in ll. conub. gloſ. 8. nu. 6. cum multis ſeq. † Et hinc eſt, ꝙ
ſi ex forma ſtatuti in contractu vxoris requirit̄ conſenſus ma
riti, ſi tamen maritus eſt abſens, valebit contractus ſine eius
conſenſu celebratus. Bal. conſi. 488. ſequens quæſtio, lib. 1 &
in conſi. 394. ſtatuto communis Papiæ. lib 5. & Crau. cōſ. 12.
nume. 4. volum. 1. Secundo infertur, ꝙ ob prælati abſentiam il
lud permittitur, quod alias non toleratur, tex. eſt not. in capi.
cum nullus, in fi. de temp. ord. lib. 6. ſecundum Paul. de Ca-
ſtro in conſil. 146. quem refert Iaſ. in d. l. cum filiusfamil. ff. ſi
certum petatur & ideo dicunt Doct. in c. cum dilecta. de re-
26 ſcrip. † quod vbi Abbas eſt abſens, ita quod commode non
poteſt haberi eius licentia, poteſt monachus ſine eius licen-
tia agere, & ideo Iaſ. vbi ſupra dicebat ſe conſuluiſſe in caſu,
27 in quo requirebatur conſenſus Epiſcopi, † & quia Epiſcopus
erat abſens ab Epiſcopatu, dicebat, quòd ob eius abſentiā ſuf
28 ficiebat Vicarius, vel eius locumtenens: † & idem dicitur de
muliere, quæ ex forma ſtatuti non poteſt ſine conſenſu duo-
rum proximorum conſanguineorum obligari, vt nō habeat
locum, quando illi conſanguinei eſſent abſentes, vt tradunt
Docto. in l. tranſactionem. C de tranſacto, vbi præcipue Bald.
& caſu eueniente recurras ad Iaſ. in d. l. cum filiusfam. ff ſi cer
tum petatur, & Bal. in c. cum venerabili. de conſuc. & Crau,
conſi. 1. ſub nume. 10. vbi etiam dicit probari negatiuam non
petiti conſenſus, quādo illi eſſent abſentes, quę indagatio nō
eſt neceſſaria, cum eo caſu ille conſenſus non exigatur, ſed ſi
vis ſcire, an per abſentiam ꝓbetur negatiua, vide Gram. ibi,
29 & per Franciſ. Herc. in tracta. de prob. neg. † Et intellige, ut fi-
lius eo caſu agat cum cautione de rato, vt dixit Bartol. in l. ſi
cum dotem. §. eo autem, nume. 3. ff. ſol. matrimo. & e conuer
ſo, quando filius eſt abſens, ſi pater agat, debet cauere de ra-
to, vt dixit Iaſ. in l. ſoluto. matrimo. §. voluntatē, nume. 11. ff.
ſolu. matrimo. quod lim. ibi Iaſ. num. 14. quando filia eſſet fu-
30 rioſa, quia pater eo caſu poteſt agere ſine cautione; † nec mi-
rum quòd pater (vt dixi) debeat cauere de rato, quia nec ip-
ſe poteſt abſq; filij conſenſu agere reſpectu proprietatis, quā
habet filius in aduentitijs, vt eſt tex. expreſſus in §. vbi autem.

d. l. fin. C. de bo quæ liber. L. imi. ſeptimo generaliter in caſib.
quibus minor poteſt eſſe in iudicio ſine auctoritate tutoris,
hoc fuit ſing. dictum Specular in titulo de act. §. 1. verſic ſed
nunquid in caſibus, pro quo eſt glo. ſing. in cap. fin. in verbo
regulariter. de iudi. in 6 quam pro ſing. reaſſumit Ant. Trigo.
ſing. 64. L. im. octauo, quando pater denegaret conſenſum, nā
tunc filius poteſt de per ſe agere. Roland a Valle conſi 97. nu
me. 24. volum. 1. L. im nono, ſi filius ſimul cum patre agat, uel
In eodem inſtrumento dicatur. Titius pater, & Seius eius fi-
lius vendunt &c. nam licet non dicatur, conſenſu patris, ta-
men conſenſus præſumitur, & ualet actus. Barto. in l. cum pa-
ter. §. libertis, in fi. ff. de leg. 2. & Aret. cum adductis per eum
in § ius autem, numero 4. Inſt. de patr. pot. Iaſ. in l. quoties, nu
me 4. C. de fideicommiſſis, & in l. is qui. §. neq; filius, num. 15.
ff. de acquiren. hæred. & Dec. conſ. 418 nume. 6 L. im. decimo
in domicilio, quod poteſt ſibi filius ſine patris conſenſu con
31 ſtituere. l. placet, ubi Barto. nume. 1. ff. ad municip. † & ibi quo
modo conſtituatur domicilium, & an pupillus ſibi illud con
ſtituere queat. Limit. vndecimò, quādo filius agit ad dona-
tionem ob nuptias, quia tunc agere poteſt abſq; conſenſu pa-
tris. Bald. in l. fin. in princip. C. de iu. dot. & Petr. Rauen. ſing.
157. L. im. duodecimo in actibus præcedentibus litis conteſta
tionem, nam filiusfamil. poteſt actus præcedentes lit. cōteſta-
tionem facere ſine conſenſu patris, & ſic porrigere libellum,
& facere citationem ad lit. cōteſtationem, & comparere pen-
dentibus interlocutorijs quæ emergunt ante litis cōteſtatio-
nem. Lanfranc. in ſua practica in rep cap. quoniam cōtra. de
prob. nu. 8. in verſic. confeſſiones. L. im. tertiodecimo, quod fi
liusfam. poteſt petere, vel implorare aliquid vel reſcriptum ſi
ne conſenſu patris, Rot. in nouis decil. 6 de iudic. L. imita mul
tis alijs modis, vt per ſcrib. in l. 1 C. qui admit. & per glo. Bar.
Bald. & alios in d. l. fina. §. neceſſitate. C. de bon. quæ libe. vbi
Bar. in l. ſi conſulit, ſatis tutius eſſe in omnibus, ſi fieri poteſt,
patris conſilium adhibere, & per Barthol. Socin. in tract. fall.
reg. 151 per Anto. Trigo ſing 64. Maran. in tracta. de ord. iu
dic. 16 diſtinct. nume. 15. & per Specular. in titu. de actore. §.
1. verſic. ſed nunquid, & Doct. in auth. quod locum. per illum
tex. vbi Iaſ. colū 6. in fi. C de colla. & per Io. Bap. à Villalob.
in ſuis communibus opinionibus, in verbo filiusfam. nume.
130. & per Viuium vbi ſupra, vbi duas dat cautelas cum filijs
32 fam. agentibus, quas per eum vide. † Sed ex ſupradictis quæ-
ro, pone quod fuerit filius in iudicio, & aliquem actum cele-
brauerit, & ignoretur, an pater ſuum præſtiterit conſenſum,
an præſumetur talem patris conſenſum interfuiſſe, ne actus
33 pereat? & dicas, quòd non, † quia conſenſus eſt quid facti, &
facta non præſumuntur. l. in bello, §. factæ, quæ ad hoc com-
muniter à Doct. alleg ff de capt. & Bello. cōſi. 57. nu. 6. quod li
mi. niſi magnum tempus prolapſum eſſet; quia tunc præſu-
34 meretur, † nam conſenſus præſumitur propter antiquitatem
temporis. l. ſi filius. vbi Bal. C. de pet. hæred. Angel. in l. qui in
aliena, in princ. ff. de acquiren. hæred. & no. in add. ad Matheſ.
ſing. 12. nume. 10. Alex. conſ. 79. colum. 2. in fi. lib. 1. Aret. conſi.
35 36. caſus talis eſt, † vbi dicit ꝙ in teſtamento Cardinalis præ-
ſumitur licentiam Papæ interueniſſe ex antiquitate tempo-
ris, tradit Felin. in c. ſicut. colum. antepen. ver. præterea dubi-
to. de re iudic. Dec. conſ 409. colum. 2. Iaſ. in l. qui in aliena, in
principio, colum penul. ver. ego etiam teneo. ff. de acq. hære.
36 † & iſtud verum, quando agitur de modico præiudicio, Bar.
in q. incipien mulier habens amplum patrimonium. col. fin.
per tex. in l nullo. C. de rei vendi. Alex. in d. l. qui in aliena, in
princip eſt tamen verum, quod etiam vbi agitur de magno ꝑ
iudicio, pręſumitur conſenſus ex antiquitate temporis, quan
do tempus eſt, cuius initij memoria non extet in contrariū.
Abb. in capit. peruenit. per gl. ibi. de emptio. & vendi. & Cra-
uet. cum allegatis per eum conſi. 104. nu 9. & 10. volum. 2. &
quod conſenſus ob temporis diuturnitatem præſumatur,
tenuit Dec. in conſi. 174. colum. 2. in fi. & Crauetta cum con-
geſtis per eū in tract. de antiqui. temp. in 8. par. nume. 30. &
Roland a Valle conſi. 2 nu. 27. volum. 1. & Bapt. de Plot. inter
conſi. criminalia diuerſorum conſi. in ordine 130. nume. 94.
37 † Secundo quæro, an pater dum conſentit filio, poſſit per epi
ſtolam vel nuncium cōſentire? Et videtur prima facie quod
non, ſicut dicitur de tutore in l. obligari. §. tutor. ff. de aucto.
tuto. & hanc opin. tenuit Tiraq in leg. connub. glo. 9. nu. 20.
38 cum ſequenti. † dicens, quod cum conſenſus eo caſu ſit ſolē
nitatis & ad integrandam perſonam filij, ut trad. Bald. conſil.
492. colum. 2. lib. 3. non poteſt per epiſtolam præſtari. contra
rium tamen dicit Bar. verum eſſe, in d. l. fin. §. fin. nume. 15. C.
de bonis quæ liber. arg. l. honores, circa finem. ff. de decurio.
39 vbi reſpondet ad id, quod dicitur de tutore, † dicens, ꝙ aliud
eſt auctoritas, aliud conſenſus; nam conſenſus poteſt adhibe
40 ri per epiſtolam, † ſecus autem auctoritas, ut dixit idem Bart.
in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquir. hæred. & quod
noi.

no.per glo.in cap. dudum. de rebus Eccleſ. non alien.lib.6. &
vt conſenſus per epiſtolam præſtari valeat,facit tex.in l. j.§ fi.
ff.de contrahen.emptio. vbi Bar.num. 4.& faciunt,quæ idem
Bar.ponit l.filiusſam.num.12. ff. de dona. & idem tradit Barr.
in l.1.nu.3.C.de filijsfa.& quemadmod.lib.10.& Boer.in ſing.
in ver.auctoritas,nume.8.vbi declarat hoc verum, quando fi
liusfamilias minor ſit 25.annis, ſecus vero ſi ſit minor per ea,
quæ not.in authen.cauſa,per Petr.& Bal.C.de Epiſco.& cler.
& hanc etiam opinio.Bar.ſequutus eſt Bartho. de Cap. ſing.
80.& quòd poſſit pater filio per epiſtolam conſenſum præſta
re, eſt commu. opi. de qua teſtatur nouiſſime Emanuel Sua-
41 rez in ſuo theſau.recep.ſent.in ver.præter. ſub nu. 36. † Et an
pater poſſit cogi,vt talem præſtet filio conſenſum,& quomo
do,vide glo.Bar.Bald.& alios in d.l fi.§.neceſſitatem.C.de bo
nis quæ lib.& Roland a Valle conſi.97.nume.24.volum. 1.Vl
timo quæro,diximus, ꝙ filius non poteſt eſſe in iudicio ſine
patris conſenſu,an ſaltem iuramento citra patris conſenſum
ſe efficaciter obliget,& aſtringat? Et videtur dicendum quòd
42 ſic,† cum iuramento non ſolum homini ſed etiam Deo obli
gemur. glo.22.q.j.in prin & ad cuius obſeruationem præciſe
aſtringimur.Matheſ.no.54.& Docto.in cap.ad noſtram,& in
43 l.1.de iureiurando.Afflict.deciſ.263.nume.3.† & periurio of-
fenditur Deus immediate,ideo dicebat Bar.conſi.217.& Bar
44 tho.Soci.conſi.7.prima par. quòd † periurium eſt maius deli
ctum homicidio,iden ne in hæc incideremus, dicendum vi-
debatur,quod filiusfamilias eo caſu obligaretur,& valeret a-
ctus per eum iuramento vallatus etiam ſine patris conſenſu,
45 & præcipue etiam † cum hoc iuramentum tanquam nõ ten-
dens in diſpendium ſalutis æternæ,ſit ſemper ſeruandum,ca.
cum contingat.& cap ſi vero, extra de iureiuran. & Ripa, in
46 l.ſi vnquam C.de reuocandis dona q. 3. † Et præſertim etiam
propius ad caſum noſtrum acceden. cum eius ſit iuramen-
tum efficaciæ, vt actum ob ſolemnitatum defectum nullum
valeat conualidare,Felin.in cap.2. extra de maio. & obedien.
Doct.in l.ſi quis maior. C. de tranſac. & in auth. ſacramenta
puberum.C.ſi aduerſus venditio.& eſt commu.opinio,vt de
47 commu.teſtatur add.ad Felin.in d.cap. 2. † immo non ſolum
conualidat actum nullum ob ſolẽnitatum defectum,ſed con
tractuum forma legis minime ſeruata. Pariſ conſi.33.num 4.
lib.4.Socin.conſil.13.col.2.num.3.atteſtans de commu.opi-
nio.& rurſus conſil.36.volum.2.nume 8 vnde Viuius d.opi-
nio.122.lib.1.dat pro cautela agenti cum filiofamilias, vt fa-
ciat illum iurare,ex quibus(vt diximus)dicendum videtur,
filium ſine patris conſenſu iuramento efficaciter obligari,
pro quo vltra prædicta facit,quod dicitur, quòd patria pote-
ſtas ſoluitur de iure Cano.adueniente adulta ætate quoad ma
trimonium carnale & ſpirituale, & quoad iuramentum, ca.
puella.20.q.2.cap.tribus.quæſt.3. & not.in c.honorantur 22.
q.2.Cuius contrarium tenuit Hip. de Marſil.qui hanc q. mo-
uet in ſing.14.quem caſu eueniente videas omnino, quia vi-
detur ſingulare dictum.

S V M M A R I V M.

1 *Filiusfamilias non poteſt mutuo,ſeu voto ſine patris conſenſu obligari,latiſ-
ſime,& ampl.nu.5.limit nu.9.*
2 *Filiusfamilias regulariter ex omni contractu de mundo,obligatur, prater-
quam ex voto,& mutuo.*
3 *Filiusfamil ſi obligetur,ſit exequutio contra eum mediante captura.*
4 *Filiusfamil.an teneatur ad perſolutionem eorum, quibus ſe obligauit, dum
eſſet in patria poteſtate,poſtquam eſt factus ſui iuris,& nu.5.*
6 *Filiusfa.quare pro mutuo non obligetur ſine conſenſu patris.*
7 *Filiusfamil.ſi recipiat mutuum cum conſenſu patris, non poteſt in integrũ
reſtitui,cum contractus ille in perſona patris ſuſtentetur & nu.8.*
9 *Minor,qui contrahendo ſe maiorem dixit,non iuuatur beneficio reſtitutio
nis in integrum,& valet contractus per eum celebratus. quod limi. vno
modo.*
10 *Mulier ſi pro alio intercedens voluit decipere creditorem, vt quia induit
veſtem virilem,quo vir non fœmina crederetur, valet huiuſmodi inter-
ceſſio,nec poteſt ſe mulier tueri ex ſen.conſ Vell.*
11 *Mendacium circa id quod eſt fundamentum & cauſa priuilegij,facit priui-
legium perdi.*
12 *Vaſallus in lite perdit feudum ob mendacium.*
13 *Anima hominis eſt omnibus alijs rebus præponenda.*
*Filiusfamil.an pro mutuo obligetur, & ad reſtitutionem teneatur in foro
conſcientia.ante nu.13.in 8 limit.*
14 *Filiusfam.non poteſt ſen.conſ.Maced.renuntiare,etiam cum iuramento,nu
mero.15.*
16 *Filiusfam.cur voto non obligetur.late.*
17 *Abſolutio ſi petatur a iuramento,operatur quo ad effectum agendi,vel nõ
agendi,ſed quo ad peccatum & forum poli non, cum quo ad cur ſit iura-
mentum ſortitum effectus ſuos.*
18 *Filius vouendo poteſt patri praiudicare.*
19 *Voto non obligatur filiusfamil.lim.multis modis, & de hac materia plene.*
20 *Filiusf.delinquens obligatur Diabolo ſine patris conſenſu.*
21 *Patria poteſtas non curatur in ſpiritualibus.*
22 *Votum eſt ſemper ſeruandum;ſcriptum eſt enim,vouete & reddite.*
23 *Votum adimplendi cauſa eſt licitum exire de confinibus alicui ſub pœna aſ-
ſignatis.*
24 *Mulier exiens de carcere ut vadat ad complendum aliquod votum,non di-
citur de carceribus aufugiſſe.*
25 *Religionis cauſa facta excuſant facientem.*
26 *Filius poteſt religionem exire cauſa alendi patrem.*
27 *Filiusfam de iu can vouere poteſt ſine patris conſenſu,ſi votum non ten-
dat in patris præiudicium,ſecus e conuerſo.*
28 *Votum facere poſſunt omnes alieno iuri ſubiecti, dummodo non afferat ijs
præiudicium,quorum ſunt ſub poteſtate conſtituti. infertur ad multa. &
numero 29.*
*Filiusfam an poſſit ingredi religionem ſine patris conſenſu, & quando, vi-
de ante nu.29 in vltima illatio.*
30 *Votum vitiatur propter incertitudinem,cuius contrarium habetur nu. 32.*
32 *Dotis fauore introductum eſt,ne vitietur obligatio propter incertitudinẽ.*
33 *Actus debent interpretari,vt potius valeant quam pereant.*
34 *Actus qui ex capite valido & inualido geri potuit, ſimpliciter factus ex
valido proceſſiſſe præſumitur.*
35 *Promiſſio iurata etiam ſi ſit incerta valet, & cogitur iurans iudicis officio
certum quid præſtare.*
36 *Votum calore iracundia factum non valet.*
37 *Deus ad obligandum ſibi aliquem,ſolum cor,non verba,reſpicit.*
38 *Voto vt quis obligetur,tria requiruntur,de quibus ibi.*
39 *Deus eligit ſibi militem voluntarium,non coactum.*
40 *Iracundia calore regulariter factum non valet.& nu 41.*
42 *Votum quid ſit, quotuplex,quomodo fiat, & quomodo irritetur, & quid ſit
votum ſolemne, & ſimplex, & an poſſit commutari, & quando, & a qui-
bus.remiſſiue.*

E F F E C T V S. V.

1 Quintus eſt effectus, † vt filius ſine patris conſenſu
non poſſit mutuo,ſeu voto obligari. l. 1. &
per tot ff.ad Maced.l.ſi quis rem §.voto.ff.de pollici. laſ. in l.
qui cum ſe.ff de re iudi.Bald.in l.Macedoniani.C.ad Maced.
Gram.conſi.63.nume.1.& conſ.159.nume.15. allegans Albe.
2 de Roſa.in l.1.§. huius ſtudij. ff. de iuſtit. & iu. † immo filius-
fam.regulariter ex omni contractu de mundo obligatur effi-
caciter,præterquam ex voto & mutuo. l. tam ex contractib.
ff.de iud.& l.filiusfam.ff.de actio.& obliga.& l.fin.§.1.ff.de ver
bo.obliga.& Pariſ.conſi.54 num.1.& 2.par. 1. & eſt commu.
opin.vt teſtatur nouiſſime Emanuel Suarez in ſuo theſau.re
cep.ſent.in ver.filiusfam.nu.210.Iaſ.in l.1. nu. 2. C. qui admit.
& in l.iuri operam §.huius ſtudij.nu. 16 ff. de iuſt. & iu. & in
3 l.Iulianus,num. 3.ff.de legar.2.† vbi dicit,quòd ſit exequutio
contra filiumſam.in his,quibus obligatur,mediante captura.
l.3.§.ſed vtrum,& ibi Bar.ff.de mino.& idem in l.ſi filio.ff.ſol.
matrimo.& in tract.de carcere,in 4.quæſt.& Pariſ. conſil. 94.
nume.8.& 39 cum ſeq par.1. & eſt commu. opin. vt teſtatur
4 Emanuel Suarez,vbi ſupra, † & an teneatur ad perſolutionẽ
eorum,quibus filiusfa.ſe obligauit dum eſſet in patr.pot. poſt
eam extinctam,vide Iaſ.in d.l.qui cum ſe. ff. de re iud. vbi di-
cit,ꝙ habet priuilegium,vt non teneatur,niſi in quantum fa
cere poteſt.quod lim.vno modo vt per eum ibi,& ꝙ non poſ
ſit filiusfam.mutuo obligari,tenuit Per.à Duen. in ſuis regu.
5 vbi limi.pluribus modis,reg.369.lib.1.† Quod eo magis pro-
cederet,ſi minor eſſet,& cum fœneratore mutuum contra-
heret,ex quo præſumeretur etiam læſus,niſi probetur factus
locupletior.l.1.C.ſi aduerſus credito.& Alc.in trac.præſump.
reg.1.præſump.42 nu.3.Et ne confuſe procedamus,accipien
do vnumquodq; caput de per ſe. Et primo caput de mutuo
6 † ratio eſt cur eo filiusfa non obligetur,alijs autem contracti
bus ſic,ut dixi,quia facilius & frequentius ad illud contrahen
dum iuuenes incitabantur,quàm alium contractum,vnde ſæ
pe filij onerati ære alieno creditarum pecuniarum, quas in
luxuriam conſumebant, vitæ parentum inſidiabantur, vnde
ſen.conſ.Macedo.volens huic abſurdo prouidere fecit,ne fi-
lius ſine patris cõſenſu mutuo obligetur,& hæc ratio expreſ-
7 ſe colligitur ex l.1.ff.ad ſent.conſ.Maced.† Et hinc eſt, ꝙ cum
filiusfa.mutuo non obligetur ſine patris, conſenſu, ſi recipit
pecuniam mutuo cum conſenſu patris non poteſt reſtitui in
integrum,quia iſte contractus ſuſtentatur in perſona patris,
quia in alijs,vt dictum eſt,obligatur ſine patris conſenſu, ita
ſingulariter dixit Pet.de Rauen.ſing.227.per tex.etiam ſing.
8 in l.3.§.ſed vtrum.uer.proinde.ff. de mino. † Lim. modo qđ
de mutuo dicitur,vt eo non poſſit filiusfam. obligari abſque
patris conſenſu,vt non habeat locum in filiofam. milite.l. fi.
C.ad Maced.Secundo lim.ſi dixerit ſe patremfa l.1.C.eo.& l.
eum qui.ff.eo.& l.qui cum ſe.ff.de re iud.& in ſimili traditur
in

9 in l.ſed ſi ex patre.§.1.ff quod cum eo.† & facit in ſimili,quod
de minore dicitur qui ſe maiorem aſſeruit,ut valeat contra-
ctus per eum tactus, nec iuuetur beneficio reſtitutionis io
integrum.l.2.& 3.C.ſi minor ſe maio.dixe.& trad Doct. in l.
qui iotaſſe.ff.de iureiu.quod tamen fallit,quando minor do-
lo aduerſarij fuiſſet inductus ad iurandum ſe maiorem,vt di-
cunt Doc.iol.3.ſi min.ſe maio dix & in l.ſi ex falſis.C.de tran
ſactio. & tradit Afflict.deciſ.393,nume.1 5.facit etiam,quod
habetur in l. ſi decipiēdi, in prin.cum ibi no.ff ad Velleia.& l.
10 fœminæ.C.eo.† vbi ſi mulier pro alio intercedens voluit de
cipere creditorem,vt quia induit veſtem virilem,quo vir nō
fœmina crederetur,vt dicit gl in d.l.ſi decipiendi valet huiuſ
modi interceſſio,nec poteſt ſe tueri mulier ex ſeo.conſ. Vel-
le.Et facit etiam in ſimili l.ſi ſine C. ad Velle. & ita concludit
Tiraqu.in leg. connub.glo.8 num. 135. & faciunt alia ſimilia
adducta per Iaſ.io d.l. qui cum ſe. ff. de re iud. & ratio huius
lim.eſt,† quia mendacium circa id, quod eſt fundamentum
& cauſa priuilegij,facit priuilegium perdi:ita dixit Iaſ. vbi ſu-
pra,num.4.per l.ſi dubitetur. § ita demum,& ibi Bar.ff.de fi-
deiuſſ.facit l.ſi vnus.§.fi.ff.pro ſoc gl. magiſtralis in ca. nullus
pluribus.de re iud.in 6.& glo.in l.nemo ca his.ff. de re.iu. &
facit dictum Parid.de Puteo in tract.ſyn.in verſi. viſo.de iud.
num.3.4.5.fol.305.vbi dicit, ꝙ vaſallus in lite perdit feudum
ob mendacium.Item ratione mēdacij dolus in patre eſſe præ
ſumitur.Crauet.in conſ.2.num.13.volum.1. item ratione mē
dacij quis perdit poſſeſſionem, quam dicit alieno ſe nomine
poſſidere,cum tamen ſuo poſſideret.ita decidit Afflict.deciſ.
18.& de hac materia vide Abb.& alios in cap.ſuper literis. de
12 reſcript.† Contrarium tamen huius lim. tenuit Gram. deciſ.
52.nume.6.dicens ita in contrarium,videlicet noſtræ lim.cō
ſuluiſſe Pau.de Caſt.conſ.165.alias 184.& Abb. conſi. 141. li-
mi.3.ſi publice paterfa. videbatur.l.ſi quis patremfa. ff.ad Ma-
ced.& facit tex.in §.ſed cum aliquis. Inſt.de teſtam.ratioq; ex
glo.ibi in ver.liberalitate,colligitur;vbi,valet plus quod eſt in
opinione,quam quod in veritate. Quartò lim. ſi dum in ſtu-
dio moratur,mutuum acceperit.l.ſed Iulianus.§. quod dicit.
ff.ad Maced.de quo dicto vide Horat.Lut.Gallienſem io tra-
cta.de priuil.ſchol. priuil. 19.& quæ dixi infra in effect.vit.&
Pet.a Duen.io ſuis reg.lib.1.reg.370.vbi ampl,& limi. multis
modis limi.quinto,ſi alij creditori ſoluerit,d.l.ſed Iulianus §.
pe.ff.ad Maced. Sexto limi. quando pater eſſet furioſus,quia
tunc poteſt accipere mutuum filiusfam. ſine eius conſenſu,
nec habet eo caſu locum ſen. conſ. Maced.ita dixit Tiraq. in
leg connub.glo. 8.num. 34.& ante eum Bald.in l.cum hæres.
ff de acquireo.hære.quod dictum reprehenderunt ibi Raph.
Cum.& Fran. Aret.vide per Tiraqu.vbi ſupra,cum ſeq.Lim.
ſeptimo,quando filiusfa. accepiſſet mutuum ex cauſa neceſſa
ria,nam tunc ceſſat ſen.conſi.Maced.Alci. in l. ſi frater tuus.
num.5.C.de filijsfa.min.Octauo lim.in foro conſcientiæ, eo
enim filiusfam. mutuo obligatur, & ad reſtitutionē cogitur.
Doc.in c.1.ext.de conſt.& in c qa plerięq;.de immu.Eccle. &
Bald.in l.cum quis.num.14 C de iuris & fac.ign. nam filiusf.
qui vtitur exceptione Macedoniani, ſi re vera ei fuit mutua-
tum, incurrit peccatum,ita tradit Ino.io d.cap. quia plerięq; .
nume.5.vnde dicendum eſt, quod eo iure mutuo obligetur,
11 † cum anima hominis ſit omnibus alijs rebus præponenda l.
ſancimus.vbi Docto.omnes.C de ſacroſan. Eccle. §. ſi vero
liberi,io fi.o.in Authen.de ſanctiſſ Epiſ.& Dec.conſi.426.nu-
me.4 & conſi.639.nume.2.& Gram.conſi.29.num.5.& ita te
nebat præceptor meus honor.D.Marc.Anto.Eugenius,dum
publice interpretaretur d.capit.1.extra de conſt. dicens poſſe
cogi filiumfa. eo caſu ad reſtituendum mutuum per denun-
ciationē euāgelicam, de quo vide per Maran in tract.de ord.
iud.in tit.de denunciatione.Contra hanc tamen limi. tenuit
Innoc.in cap. quia plerique.de immu.Eccle.quem ſequitur
Abb.in cap.nouit,num.33.de iud. fundaturq; hæc opin. hac
ratione,quia illud,quod filiusfa.non obligetur mutuo,fuit in
troductum a ſen.conſul.Macedon.in odium ipſius creditoris,
& in fauorem parentum,& ad delicta coercenda.l.1.ff.ad Ma-
cedon.non autem prouenit illud a filio, vt non reſtituat mu-
tuum,vnde dicebat Abbas ſ. alleg. male loquutū fuiſſe Bart.
in l. ſi pœnæ cauſa.ff.de condi.inde.dum dicit,quod liberatus
cauſa pœnæ tenetur reſtituere in foro animæ, quod eſt con-
tra prædicta,& contra ſupra poſitam limi.tenuit etiam Abb.
in cap fina. num.23. ext. de præſcript. vbi tradit aliam huius
dicti rationem,& idem in d.cap.quia plerięq; nume.26. & 28.
& in cap.1s qui, nume.9 de ſolutio, & horum Docto. opinio
licet ſubtilis videatur, tamen contraria opinio , de qua ſupra
in limi.verior & tutior propter periculum animæ videtur, vt
dicit Pau.de Caſt,in d.l.ſi pœnæ,in fi.& Didacus in cap.quam
uis,de pact.lib.6 §.3. a par. Et per eam rationem,qua illi Do
cto.tenent contra noſtram limi. videlicet quia vt non obli-
getur filiusfam.mutuo,non proueniat cauſa ſua,ſed fuerit in

fauorem parentum, & in odiū creditoris, & ad delicta coer-
14 cenda introductum,infertur † vt filiusfa.non poſſit ſen.conſ.
Macedon.renunciare.l.ſed etſi pater,in fin.ff.ad Maced. glo.
& Abb.in c ſi diligenti.3.col. ext. de foro compet. Bald.in l.
tametſi ſi in lectura antiqua ff ad Macedon glo.in l.fin C.eo.
14 tit.† immo non poſſet etiam cum iuramento illi renunciare,
ita voluit Bal iot ep.l.iuſiurandum,col 53.verſic venio ad ſe
cundum,& dico.ff de iureiuran & Gram. conſi.63.in prin
16 cip.† Accipiendo modo ſecundum caput de voto,ratio eſſe
poſſet,vt eo filius non obligetur ſine patris cōſenſu,quia vo-
tum cum ſit res tanti momenti,ideo eo non obligamur ſine
patris conſenſu,ſed non videtur tuta ratio,quia ius can. vt in
fra dicam,ad quod principaliter materia voti ſpectat, vt patet
ad ſenſum,obligat etiam ſine eo conſenſu,vt dicemus, quod
deberet eſſe contrarium,vt ſi non obligat ius ciui. conſide-
rando votum tanquam rem tanti momenti , vt præſuppoi-
mus,eo minus deberet obligare ius can.niſi diceres,quod ius
can.conſiderauit quo ad peccatum,ciuile autem quo ad ob-
ligationem tantū.d.l.ſi quis reoi.§.voto.ibi (non obligamur.)
ff de pollici.cum ius ciuile nō conſideret peccatum , vt patet
in præſcriptione,quam permittit cum mala fide,Inſt.de vſu-
cap.in princip & toto tit.C.de præſcrip 30.vel 40.anno.quod
tamen non facit ius cano.vt dicunt ibi Docto. Vel poſſumus
dicere conciliando ius can & ciui.quod non poſſit filiusfam.
voto obligari quò ad voti perſolutionem faciendam.d.§. vo-
to.quo vero ad forum ſon ſic, & quò ad peccatū , cum quo
ad illud fieri non poſſit aliquo modo , quin votum ſit cauſa-
17 tum effectus ſuos,† vt in ſimili dicimus de iuramento,a quo
ſi petatur abſolutio , operatur quidem abſolutio quo ad effe-
ctum agendi,vel non agendi,ſed quo ad peccatum & forum
poli non,cum quo ad eum ſit iuramentum ſortitum effectus
ſuos,& nō tollatur effectus cauſatus etiam io eſſe productus
ab ipſo iuramento,vt docemur in materialibus & naturalib.
Abb.in cap cum contingat.;ext. de iureiur & Corne. conſil.
60.num 7.lib.1.& hanc ego rationem putabam veram ,quæ
tamen non eſt tuta;quia ius cano.vt patet in inſ. alleg.conſi-
derat,vt obligemur voto etiam quo ad perſolutionem, licet
moueatur ratione peccati:nam ſatis eſt,quod ea ratione pec
cati mediante ſtatuit,vt perſolutio fiat , & ſic venit etiam ad
18 actum perſoluendi ex ea ratione inductum. † Vnde poſſet eſ
ſet fortaſſe ratio,quod nō obligetur filius voto ſine patris cō
ſenſu,quia ineſt præiudicium patris , & quod ea ratione mo-
ueatur ius ciuil dum dicit (ſi quis aliquam rem vouerit) in
d.l.ſi quis rem.& quod ob id non dicat ibi tex. ſimpliciter,ꝙ
non poſſit vouere,ſed ſit vſus ijs verbis (ſi quis aliquam rem)
& hanc rationem ſenſit Fab.& alij in §.item inutilis.Inſtit de
inutil.ſtipul verum hæc ratio non videtur bona , quia ſecun-
dum eam non eſſet differētia quo ad ius can.& ciui. quo ad
hanc voti materiam,cum etiam Can. id cōcedat, vt qui non
obligetur voto, quod patri præiudicium affert ſine eius con-
ſenſu,Doct.in c 1.& 2. ext. de uotō;Anch conſ.11.lib.1.Sum
ma Angel.in verbo votum,el 2 lib 5.& infra dicemus, quod
tamen eſt falſum,quia,vt dicam ,quòd filiusfamil.non oblige
tur voto ſine patris conſenſu, fallit de iu. can. cum ea tamen
limi.ſi patri non afferat præiudicium , quam conſiderationē
cum ipſe feciſſem,lætatus ſum ſummopere fuiſſe etiam con-
ſideratam a D.Præceptore meo honorando, D.Franciſco In
nocentio de Pinoa,dum publice interpretaretur.l.1.C qui ad
mit.volui tantum virum referre,quo maiorem hoc dictū ha-
beat authoritatem. Cogitabam igitur poſſe dici , vt diximus
in ratione de mutuo,quod cum forte frequentius & facilius
inducerentur filijfam.ad vouendum,quam alium contractū,
ideo ſtatuit lex ne filij ſine patris conſenſu eo obligarentur ,
vt frenaret illam eorum vouendi frequentiam. Ius autē can.
conſiderationem habens potius ad peccatum,& ne quis quo-
dammodo fidem Deo falleret,quod eſt maioris momenti,q̄
ad frequentiam illam obligationis , ſtatuit contrarium , vide
aliam rationem,quam ponit Alcia lib 5.parergon. c.9 quam
non refero,cum nec illa multum ſatisfaciat, & adde vnum di
ctum Alcia. eiuſdem in hac materia lib 4 paradoa.c.2.vbi di
cit ,ꝙ iure ciuili accipitur votum ꝓ pollicitatione facta prin-
cipi ſeu reipub.quod Alcia.dictum ſi verum eſſet,omnia fe-
19 re,quæ traduot Doct.in hac materia,corruerent.† Tenendo
tamen pro nunc cum ijs,habes voto,ſine patris conſenſu filiū
fam.non obligari.d.l.ſi quis rem.§.uoto de pollicit. Limi. vt
non habeat locum de iure cano. eo enim filius ſine patris cō
ſenſu obligatur, Abb.io cap.ſcripturæ col. 1. de voto. & not.
per glo.in c.mulier.32.q.2 .Dec.in l. 1.C.qui admit. num.17.&
Rom.ſing 504.Docto.in d.c.1.& 2 extr.de voto Ancha.d .cō
ſi.11 2.lib.1.& Summa Angel in ver.votum,el 2.lib, 5. & pro-
20 batur etiam ratione,† nam filiusfam.delinquens obligat dia-
bolo ſine patris voluntate,ca.1.de delic puero. ergo & Deo.
Item vouendo filius ducitur ſpiritu Dei, & illa non ſunt ſub
regula,

21 regula, cap. duo ſunt. 19. quæſt. 2 & cap. licet, de regul. † Ter-
tio & vltimo & realius, quia votum eſt quid ſpirituale, & in
ſpiritualibus non curatur patria poteſtas, ex qua iſte oritur
effectus, cap. fin. de iud. in 6 glo. in l. ait prætor. ff. de mino & in
capit. ex parte de reſtitu. ſpol. & Abb. in cap. non eſt. de ſponſ.
22 & Dec. conſi. 432. num. 9. † Et illud votum a filiofam. factum,
eſt ſemper ſeruandum, niſi adſit aliqua iuſta cauſa, vt toto ti
tulo, ext. de voto, facit illud dictum (vouete & reddite) & iu
23 ra fauent voto, uotaque adimplere volentibus. † ideo ſi ali-
cui ſint aſſignata confinia, & ille promittat non exire de con-
finibus ſub pœna, ſi tamen exit, vt vadat ad complendum vo
tum, in pœnam non incidit, tex. eſt & glo. ſing. in l. illud. ff. de
offic. præſid. quam ad hoc alleg. moderni in cap. literaturam,
de voto. & facit dictum Bal. in l. 1. colum. 4. C. de ædil. actio.
24 † Vbi dicit, quòd mulier exiens de carcere vt vadat ad aliquã
eccleſiam cauſa implendi votum, nõ dicitur aufugiſſe de car-
25 ceribus. † facit etiam, quod dicit Pau. de Caſt. in l. ſi filiusfam.
§ fina. ff. de procu. ubi dicit, quod religionis cauſa facta excu-
ſant facientem, ad quod facit etiam dictum Rainer. de Forli.
in l. qui cum vno. § fina. ff. de re mili. vbi dixit per illum text.
26 † filium poſſe religionem exire cauſa alendi patrem, cuius di
ctum refert & ſequitur Nellus in tractatu bannit. 1. par ſecun.
temp. quæſtio. 48. incip. quæro an bannitus, in fi. & Hyppo.
27 Marſ. ſing. 149. † Intellige tamen hanc limit. vt filiusfam. voto
obligetur ſine patris conſenſu, quando patri non affert præiu
dicium, ſecus è conuerſo; nam ſi adſit patris præiudicium,
tunc nec iure cano. eo obligaretur ſine patris conſenſu, ut di-
ximus ſupra, & tradit Abb. in capit. ſcripturæ, de uoto, & ibi
Innocen. Dec. & alij in l. 1. C. qui admit. & not. per Summam
Siluestr. in verſic. votum, 2 nume. 6. vbi teſtimonium habes
28 de commu. opinio. † Ex quorum Docto. dictis habes collige-
re generaliter, quòd de iu. cano omnes qui ſunt alienæ pote
ſtati ſub ecti, poſſunt vouere ſine eorum, in quorum poteſta
te ſunt, conſenſu, dummodo de eorum non agatur præiudi-
cio, quia tunc non poſſunt, vt Docto. ſupra allegatis locis.
Hinc eſt, quod ſi obligentur filij voto in dãdo eleemoſinam,
tale votum nõ ualet, vt tenet Summa Silueſt. vbi ſupra. Hinc
eſt etiam, quòd monachus non poſſet vouere ſine licentia
ſuperioris, quando præberet viam vagandi, vel ſcandalizan-
di fratres, vel minuendi obſequium debitum cap. monacho.
20 quæſt. 4. immo ſi ante ingreſſum monaſterij eo caſu uouiſ
ſet, non tenetur ſoluere, glo in can. voluit 33 quæſt. 5. & Cor
ſet. in ſing. in ver. votum. ſi autem voueret dicere vnum pſal-
mum, vel aliquam orationem, vbi nihil mali poteſt contin-
gere, ſeruet votum, dicit Innocen. in d. cap. ſcripturæ. de vo-
to. Hinc eſt etiam, quòd licet clericus ſecularis poſſit conti-
nentiam vouere, tamen nõ poteſt peregrinationem, qua præ
iudicat debitis eccleſiaſticis, ſine prælati licentia. capit. cum
non oportet. diſtinct. 5. de conſecr. & not. in capit. 1. de cleri-
cis peregrinan. Item ſeruus vouere non poteſt aliquid, vnde
domini ſeruitium minuatur. capit. mulieres, & cap. relatum.
de ſen. excom. ca. ſi ſeruus. 54 diſtinct. Item vir & mulier non
poſſunt vouere peregrinationem vnus ſine alterius conſen-
ſu propter obſequia, quæ inter ſe inuicem præſtare debent. d.
cap. noluit. 33. queſt. 5. & ibi glo. & Abb. in c. peruenit, el 2. de
iureiur. & Corſet in ſing. in ver. votum, & Rom. ſing. 504. nu
me. 2. & multa alia ſimilia no. Innocen. in d. cap. ſcripturæ. de
voto. Vltimo infertur, quod cum per religionis ingreſſum
ſoluatur patria poteſtas, vt dixi in ſuo loco in capit. fina. filius
non poteſt vouere religionem ſine patris voluntate, nam ad-
eſt patris præiudicium, cum liberetur filius ab eius poteſtate,
ob quod multis pater commodis priuatur, de quibus in toto
hoc tract. habes. & hæc illatio vera eſt, quando ageremus de
magno patris præiudicio, puta ſi in tali neceſſitate eſſet, quòd
non poſſet commode ſuſtentari ſine labore ac ſubſidio filij,
nam tunc debet filius manere in ſæculo & prouidere parenti
bus, vt dicit ſanctus Thomas. 2. 2. quæſt. 189. artic 6. ſubdens
quod eo caſu, ſi iam eſſet in clauſtro filius, adhuc cum licen-
tia prælati poſſet laborare, immo deberet, ſi ſciret, vt iuuaret
parentes, & facit dictum Eccleſ. cap 3. malæ famę eſt, qui dere
linquit patrem ſ. in neceſſitate; ſi autem non eſt neceſſitas pa
rentum talis, tunc non ſolum ignorantibus parentibus, ſed
etiam prohibentibus poſſunt filij religionem ingredi, vt di-
cit ſanctus Thom vbi ſupra. & Hiero. ad Nepotianum dicit, ſi
pater & mater iacent ſuper limina domus, percalcatum per
ge patrem & matrem, & confuge ad Chriſtum & dicit Aug.
amandus eſt pater, ſed præponendus creator. & Math. ca 19.
qui amat patrem vel matrem pluſquam me, non eſt me di-
gnus & ob hoc reprehenditur ille, cui (ſecundum Math. ca.
8.) dixit dominus, ſequere me. at ille, domine permitte me pri
mum ire & ſepelire patrem meum cui Ieſus ait, dimitte mor
tuos ſepelire mortuos ſuos, vbi Gorra exponit, dimitte mor-
tuos culpæ ſepelire mortuos naturæ, qa bene fuerunt ſepelie-
tes patrē eius, ne ſ. igr̄ ille impediret in vocatione ſua amore a-
micorũ dixit ei. tu vade & nuntia regnũ Dei & ſic habes, eſſe
neceſſariũ maximũ patris præiudiciũ ad hoc ut non poſſit
filius ſine eius conſenſu religionem ingredi, de quo ſicut de
alijs, quę dicturus ſum, ſpiritualia tangentia, me ſubmitto ſan
ctæ Rom. Eccleſ. & ſacris Theologis, & vide omnino in hac
materia Robertum Carazolum de ſancto. laudibus. ſermo.
29 57. cap. 1. verſ. ſtatus religionis ſecundo. † Habes igitur regu.
cum vna fallentia, quod de iure can. obligatur filiusfam. vo-
to, ſine patris cõſenſu. Fallit hoc, vt dixi, quoties ageretur de
patris detrimento, quia tunc voto non obligatur. Adde nũc
nonnullos alios caſus, quibus voto filius non obligatur de
iu. cano. etiam cum patris conſenſu. Et primò, quando voti
incertitudo adeſſet, puta ſi vouit dare eccleſię anno quolibet
30 frumentum non expreſſa quantitate, † nam propter eam in-
certitudinem vitiatur votum Goffr. in cap. extra, de decim.
per l. ita ſtipulatus. la grande ſi de verbo. obliga vt refert Ale-
31 xand in d. l. ita ſtipulatus. in 2. colum. in princ. † Contrarium
tamen tenuit Archidia. in cap. nullus q. 1. colum. 1. dicens, q
de æquitate canonica non vitiatur talis obligatio, ſed poteſt
agi ex omni cõtractu & omni promiſſione incerta, ita ut ad
32 arbitrium boni viri reducatur, hac ratione, † quia ſi fauore
dotis introductum eſt, ne vitietur obligatio propter incerti-
tudinem. l. cum poſt. §. gener. ff. de iu. dot. ita, & de æquitate
canonica induci debet, ne obligatio ex incertitudine vitie-
33 tur. ad quod facit, † quia ſemper effici & interpretari debet
actus, vt potius ualeat, quàm pereat. l. quoties idem ſermo. ff.
de reg. iu. & l. quoties in actionibus. ff. de reb. dub. vnde ſi pu-
re valere non poteſt, in conditionem reſoluitur, ne pereat. l. ſi
34 hæreditas. §. furioſus, & ſequ. ff. de teſt. tut. † & actus qui ex
actu valido & inualido geri potuit, ſimpliciter factus, ex vali-
do proceſſiſſe præſumitur. Rom. ſing. 15 per ca niſi. de pręb.
quod Archi. dictum refert & ſequitur Anto. de But in capit.
ex parte. de cenſib. dicens hoc eſſe not. verbum. idem uoluit
Abb. in c. 1. in prima colum. in fin. de decim. ubi dicit hoc di-
ctum ſingulare, quod pro ſingulari refert & ſequitur etiam An
to Trigo. ſing 8 nume 4. cum ſeq. & Alex. in l. 1. in 7 colum.
in med ff. ſolu. matri. dicit, quod non meminit hoc dictum
apud legiſtas relatum, præterquam a Bald. in l qui mutuam.
§. ſalarium. ff. manda. & idem Alex. in d l. ita ſtipulatus, & ibi
35 etiam Iaſ. dicit hoc dictum ſingulare & famoſum, † ex quo in
fertur, quod quamuis promiſſio iurata eſſet incerta, ſemper
ualeret, & cogeretur iurans iudicis officio certum quid præ-
ſtare, cum in iuramento ſeruetur ius can. ca. cum contingat.
de iureiur cap. licet mulieres. eod tit. lib 6. ut dicit Ant. Trig.
36 ubi ſupra. † Secundo non obligatur filius nec alius uoto, fa-
cto calore iracundiæ, nam illud votum, eo modo factum nõ
tenet, glo ſing. in cap. dudum, per illum text. de conuerſ. con
37 iu. † & facit, quia Deus ad obligandum aliquem ſibi ſolũ cor,
non uerba reſpicit. cap. ſi quod inueniſti. 14. quæſt. 5. & facit
dictum Ioan. And. in cap. literaturam. de uoto. referendo bea
38 tum Thomam, ſecunda ſecundæ, ubi dicit, quòd † ut quis ob
ligetur uoto, tria requiruntur, nempe deliberatio, propoſitũ
uoluntatis, & promiſſio ſubſequens; ſed in propoſito in uoto
cum iracundia, non eſt deliberatio, ergo & c. & facit ca. non
39 eſt. 15. q. 1. † dum dicit, Militem uoluntarium non coactum
40 eligit ſibi Chriſtus, † & generaliter calore iracundiæ factum
non ualet. l. quicquid calore. ff. de reg. iur. & Bello, conſ 69. nu
me. 7. & quo modo iracundia uitiet actum, uide Bello. conſi.
19. numero. 11. & an iuramentum ab irato præſtitum ualeat,
uide Ludo. Rom. ſing. 514. cum alleg. per eum, & quid in con
feſſione facta ab irato, uide add. Roma. in d. ſingul. ubi plures
Doctorum auctoritates cumulat, & Bello. d. conſ. 69.
41 † Ampl. ſuprapoſitam concluſio. uno modo, ut per Abb in
cap. per tuas. nume. 14. ext. de uoto. Et limita uno modo per
eundem in cap. quod non eſt. nu. 2. de regu. iur. & alio modo
in cap. 2. num. 11. quod met. cau. & alio in ca. ex tranſmiſſa. nu
me. 3 de renunciat. & in cap. ſicut. nume 5 de regu. non inſi-
ſto ulterius in hac materia, quia non pertinet ad hũc locum.
42 † Sed ſi uis ſcire, quid ſit uotum, quotuplex, quomodo fiat,
& quomodo irritetur, uideas Summam Silueſt. in uer. uotũ,
primo, cum multis cap. ſequen. & aliqua quæ tradit Innocen.
& alij in d. cap ſcripturæ. ext. de uoto, & aliqua per Iaſo. in l 1.
nume. 8. C. qui admit. & quid ſit uotum ſolemne, & ſimplex,
uide per Abb in cap rurſus. nume. 6 qui clerici uel uoue. &
an uotum, poſſit commutari, & quando, & a quibus, uide
per eundem in capitu. magnæ. numero, 12. de uoto, &
in capit. ueniens. numero 1. & capit. 1. & cap. ex multa. nu-
mero 1. & 3. eod. titu. & in cap. peruenit. el 2. numero 1. de
iureiuran.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias an poſſit inconſulto patre matrimonium contrahere, latiſſime.*
2 *Filius poteſt a patre exhæredari ex eo, quod duxit vxorem turpem & indignam.*
Pater afficitur iniuria, cum filius vel filia nubit indigno. ibid.
3 *Filius, quando pater eſt abſens, ſine eius conſenſu nubere poteſt.*
4 *Filius quare non poſſit ſine patris conſenſu matrimonium contrahere.*
5 *Filius de iure canonico poteſt contrahere matrimonium ſine conſenſu patris, ampl. nu 9.*
6 *Matrimonij in cauſa attenditur ius cano.*
7 *Matrimonium eſt ſacramentum, eiuſq; cauſa dicitur ſpiritualis.*
8 *Ius ciuile ſeruatur quo ad ſucceſſiones, Cano quo ad cõcernẽtia ſpiritualia.*
10 *Statutum dictans, quod filiusfam. non poſſit nubere ſine patris conſenſu, non valet.*
11 *Filius ob id, quod contraxit matrimonium ſine patris conſenſu, non poteſt exhæredari.*
12 *Matrimonium, quod filius, vel filia contraxit illicito amore ducta ſine conſenſu patris, valet.*
13 *Filia, quæ inuito patre nupſit, poteſt patrem compellere, ut ſibi aſſignet dotem. late.*
14 *Lege permittente quod fit, pœnam non meretur.*
15 *Matrimonia debent eſſe libera ab omni metu pœnæ, & ab omni coerctione & ibi quomodo matrimonia dicantur libera.*
16 *Filia, quæ inuito patre nupſit non promiſſa dote, an poſſit patrem compellere, vt ſibi dotem aſſignet, & nu. 17 & 18.*
19 *Filiæ nuptiæ contra patris voluntatem debetur dos uel legitima, et eius ſupplementum, etiam ſi pater in teſtamento declaraſſet, quòd plus petere nõ poſſet.*
20 *Dos & legitima æquiparantur.*
21 *Legitimæ ſupplementum debet filia, quæ inuito patre nupſit, conſequi, etiã ex legatis ad pias cauſas.*
22 *Filius vel filia obligatur ex ſponſalibus per parentes contractis, ſi tamen ſit præſens, & non contradicat. quod lim. nume. 23. & ibi quid in alijs conſanguineis.*
24 *Filius vel filia, quando patri ſponſalia contrahenti conſenſiſſe dicatur, remiſſiue,*
Filia an poſſit monialis effici ſine patris conſenſu, & ſi fiat, an debeatur illi a patre dos, ibid.
Matrimonium ſpirituale contrahere dicitur mulier, quæ monialis efficitur, ibidem.
Statutum diſponens de muliere nubente, includit profitentem in religione, ibidem.
Pater poteſt filium offerre religioni, quod non poteſt auus; ibidem.
25 *Patris conſenſus in matrimonio per filium contrahendo requiritur ſaltem de honeſtate.*
26 *Leges multa permittunt, quæ licet impune fieri poſſent, non tamen carent vitio & dedecore.*
27 *Hæres, qui prohibet funerari ab eo, quem teſtator elegit, non recte facit, licet pœnam non mereatur, & de ratione nu. 28.*
29 *Papa poteſt cæteros collatores præuenire, non eſt tamen honeſtum vt id faciat.*
30 *Papa poteſt reuocare beneficium, non eſt tamen honeſtum ut id faciat.*

EFFECTVS VI.

1 Sextus eſt effectus, qui ex paterna hac poteſtate reſultat, † vt non poſſit filius patre inconſulto matri
monium contrahere. Inſt. de nup. in princip. vbi Docto. om-
nes l Paulus. ff. de ſta. homi. l. ſi ut proponis, la 2. C. de ri. nup.
& Pariſ. conſi 29. num. 1. 2. & 4 par. 3. vbi plene de hac mate-
ria. eſtq; hæc commu opin. vt teſtatur Cur. Iun. conſil. 136.
num 3. & Ioan. Bapt. à Villa. in ſuis commu. opinio. num. 1 1 2.
2 in ver. filius. † & in hoc tunc præcipuè procedit, quãdo filius
duceret vxorem turpem & ĩdignam, quo caſu poſſet exhære
dari. l. 3. §. ſi emancipatus. et l. 1. de contrarab. per quem tex. ita
nor. Gul. de Ludou. ſing. 84. & facit. l. liberti, ubi Bar. de nup.
& Dec. conſi. 231. nu. 1. & ratio poſſet eſſe, quia pater afficitur
iniuria, quando filius vel filia nubit indigno. Pariſ. conſil. 29.
3 nu. 33. cum ſeq. par. 3. † quod tamen non procederet, quoties
pater eſſet abſens, & ignoraretur, vbi nam terrarum eſſe poſ-
ſet, tunc enim eo irrequiſito matrimonium poſſet contrahe-
re. l. ſi ita pater, & ſeq. ff. de ritu nup. & Tiraq. in leg. connub.
gloſ. 8. nume. 12 Regulariter tamen, vt dixi, ſine patris con-
4 ſenſu non poteſt; † eiuſq; dicti ea redditur ratio, quia nepos
naſciturus ex filio eſt futurus ſuus ipſi auo, & habet neceſſe
filio præmortuo ipſum inſtituere, vnde ne quis habeat inui-
tus ſuum hæredem, voluit lex, ut pater conſentiat, cum filius ac
cipit vxorem, vt dicit Bar in l. in bello. §. medio tempore. per
5 illum text. ff. de capt. & poſtlim. reuer. † Verum hic effectus de
iu. cano. minime procedit, eo enim caſu poteſt ſine patris cõ
ſenſu filius ſeu filia nubere. cap. videtur. ext. qui matri. accuſ.
poſſ. c. ſufficiat. 22 q. 2. Abb. conſil. 65. in princip. lib. 2. Pet. de
Anch conſi. 21. pro reſol dub. in 2 dub. Ang. conſi. 19. ex the-
mate. in princip. Abb. rurſus conſi. 13. ut clare materia. in pri-
mo dub lib. 1. Paris. d. conſi. 29. par. 3. Tiraq. in leg connub. l. 9.
num. 3. eſtq; commu. opi. ut dicit Cur. iun. d. conſi. 136. & Io.
Bapt. a Villa. in d. commu. opin. in uer. filius. d. nu 112 & ita de
terminat etiam nouiſſime ſacroſ Concilium Tridentinum
ſub Pio. 4 ſeſſ. 24. c. 1. teſtaturq; de commu. opi. etiam nouiſſi-
me Emanuel Suarez in ſuo theſ. recept. ſent, in ver filiusfami
lias. ſub nu. 304. Ex quibus indubitanter concludendum eſt,
valere matrimonium irrequiſito patre contractum de iu. ca
6 no. † quod ius cano. in hac materia debet attendi. c. fi. de ſec.
nup. c. hinc igitur. 2. q 3. ibi (leges ſeculi præcipue in matrimo
nijs ſacros canones ſequi non dedignantur) & not. Fed. de
ſen. conſi. 36. caſus talis eſt, in princ Ang. conſi. 29. ex thema-
te. & conſi 92. ſuper primo quæſito, in primo dubio. Abb. in
c. 1. de ſponſ. colum. 2. & in conſi. 65. ad deciſionem, colum. 1.
7 lib. 2. † & facit, quia matrimonium eſt ſacramentum, ut per
gl. in c. uenïens. in verbo neceſſaria, in fi. de tranſact. & cauſa
matrimonij dicitur ſpiritualis. ca. fin. ubi glo. de Iud. in 6. & in
ſpiritualibus ſequimur canones, ut no. per Bar. in l. priuilegia.
C. de ſacroſ. eccl. & quòd in ſpiritualib. & matrimonio ius ca
no attendatur, not. in c. fin. ext. de præſcript. & in c. 1. de noui
ope. nunc. & per gl in c. 2. de arbit, in 6. & voluit Aret. in prin.
8 Inſti. de nup † vbi dicit, quod ius ciuile ſeruatur quo ad ſucceſſio
nes, & huiuſmodi, per gloſ. in §. hactenus. vbi ipſe etiam met
9 Aret. no. Inſt. de grad. affin. † Firmemus itaq; concluſionem,
filium poſſe iure can. contrahere matrimonium ſine patris
conſenſu, quam amplia nonnullis modis. Et primo amplia il-
10 lud adeo verum eſſe, † vt ſtatutum dictans quòd filius non
poſſit ſine patris conſenſu nubere, nullo pacto ualeat. Abb. in
c. eccleſia ſanctæ Mariæ. colum. 8. uer. ad prædicta adde, de cõ
ſti. & in c. 1. de ſponſ. & in conſi. 12. lib. 1. & tradit etiam Alex.
conſi. 1. col. 7. lib. 3. & in Rubr. ff. ſol. mat. col. fi. & in l. Seius &
Augerius. col. 1. ff. ad leg. Falcid. ubi refert ſe ita conſuluiſſe.
& Dec. conſi. 231. nu. 2. lib. 1. & commu. hanc opi. de qua ibi
teſtatur Dec. ſequitur Bald. in l neminem. C. de nup. & in cap.
pen. in fi. de conſt. & Franciſcus de Curte late ſcribit conſil.
27 magnificus uir. in primo dub. & Illuſtriſſ. ac doctiſſ. Card.
Paleot. in tract. de noth. & ſpur. c 8. & hãc dicit etiam eſſe cõ-
mu. opi Iaſ. in l. 1. §. huius ſtudij. nu. 12 ff de iuſtit. & iu. & Io.
Bapt. a Villa. in ſuis commu. opi. in uerbo, mulier. num. 141. &
Alcia. in Rub. ff. ſol. matr. in fin. & Thomas Parpal in l. 2. § quod
11 ſi in patris. num. 24. ff. eo. ſol. matri. † Ampl. ſecundo, quod non
poterit ob id filius ſine patris conſenſu matrimonium cõtra-
hens a patre exhæredari, item nec ob eam cauſam ei poterit
pater alimenta denegare. Abb. in c. 1. in prin. de ſponſ. & Dec.
eum adductis per eum d. conſi. 231. nume. 5. & quod nõ poſ-
ſit filius exhæredari ex hoc, quod contrahat matrimonium incõ
ſulto patre, eſt commu. opi. de qua teſta. nouiſſime Emanuel
Suarez in ſuo tract. recep. ſent. in uer. filiusfam. numero 286.
12 † Ampl. tertio etiam ſi filius uel filia cõtrahat matrimonium
illicito amore ducta ſine patris conſenſu, nam nihilominus
valet matrimonium, Abb. per illum tex. in cap. ueniens, nu. 3.
13 de ſponſ. † Quarto ampl. ut non ſolum valeat matrimonium
ſine patris conſenſu contractum iu. can. ſed poteſt etiam fi-
lia, quæ inuito patre nupſit, patrem cõpellere, ut ſibi dotem
aſſignet. Abb. in cap. 1. de ſponſ. ubi dicit hanc eſſe cõmu. opi.
de qua fidem facit etiam Iaſ. in l. ſoluto matrimonio. § quod
ſi in patris, nu. 28. ff. ſol. matrim. & ratio eſt, quia ex quo filia
vtitur permiſſione cano. quando nubit ſine conſenſu patris,
ut dictum eſt, ergo non debet incurrere uitium ingratitudi-
nis, ne decipiatur ſub auctoritate canonis, & hanc rationem
14 aſſignat Abb vbi ſupra, pro qua facit, † quia quod fit lege per-
mittente, pœnam non meretur. l. Gracchus. ff. de adult Dec.
conſi. 581. num. 13. & aliam rationem meliorem affert ipſe idẽ
Abb. hanc eandem ſequens opinio. conſi. 12. ut clare materia
15 thematis liqueat. uolu. 1. dicens illud eſſe, † quia matrimonia
debent eſſe libera ab omni metu pœnæ, & ab omni coerctio
ne. c. cum locum. c. requiſiu, & c. Gemma, de ſponſ. & idem
tradit Corn. conſ. 105. nu. 25. uol. 2. & conſi 41. nu. 8. eo. uol. &
conſi. 179. nu. 8. volu. 4. & concil. Tridentinum ubi ſupra, ergo
non debet poſſe priuari, ſi nubat ſine patris conſenſu, & quo-
modo matrimonium intelligatur liberum, vide per Afflic. de
ciſ. 350. num. 10. & quod matrimonium debeat eſſe liberum,
voluit etiam Crauet. conſi. 1. volum. 1. ubi multa ad hanc ma-
teriam ponit pulchra & vtilia. Non omittam in hac materia
diſtinctionem, quam facit Abb. in c. accedens. num 6. ext. de
16 procura. † aut filia irrequiſito patre nupſit ſimpliciter non p
miſſa dote, & non poteſt poſtea agere contra patrem pro do
te. ratio eſt ſecundum eum, quia pater non obligatur ad dotã
17 dam filiam, † ſed iudicis officio compellitur ad dotãdum, ut
filia nubere poſſit. l. qui liberos. ff. de ritu nuptia. & in l. fin. C.
de

de dot. promiſ. ſed quando filia nupta eſt ſine dote, ceſſat ra-
tio compellendi patrem; ſimile in alimentis præſtandis, nam
iudicis officio compellitur pater filium alere. l. ſi quis a libe-
ris. ff. de lib. agnoſcen. tamen ſi filius poteſt commode aliun-
de ſibi quærere alimenta, ceſſat compulſio paterna, vt l. prox.
alleg. quæ Abb. ratio non videtur bona, nam non datur ſim-
pliciter dos, vt ipſe præſupponit, ad hoc vt filia poſſit nubere
ſed etiam ad ſuſtentandum onera matrimonij poſtquam nu-
pſit. l. 1. vbi Doct. o. ff. ſol. mat. quæ ratio adhuc viget, etſi filia
ſit nupta, cum poſſit filios procreare, & poſſit mori maritus,
qui filios alebat, & mater remaneret abſque dote, qua poſſit
filios alere, vnde opi. hæc Abb. poſſet forte procedere quan-
do fuiſſet a viro vxori ſuæ dos cõſtituta, vt videmus quotidie
eos facere qui vilis ſunt conditionis, vt cum nobili paupere
tamen muliere nubant, pro quo dicto facit ſimile ſupra ad-
ductum ex mente Abb. de alimentis. & de hac dotis conſtitu
tione, quæ ſolet fieri a marito ignobili ſeu ſene ducẽte in vxo
rem mulierem nobilem, vel iuuenem, an ſcilicet valeat, vide
Iul. Clarum Alexandrinum in lib. 4 recep. ſen. §. donatio. q. 9.
ver. ſed pone. & adde quod iſta imparitas in nubendo fugien-
da eſt, vt docet Ouid. in illis carminibus dum dicit.

Quam male inæquales veniunt ad aratra iuuenci,
Cum premitur magno coniuge nupta minor,

& paulo poſt,

Si qua voles apte nubere, nube pari.

Volui hæc incidenter referre, cum optimum videatur cõ-
18 ſilium. † Aut vero dicit ipſe Abb. (proſequendo ſuam diſtin-
ctio.) filia quando ſine patris conſenſu nupſit, promiſit dotẽ,
& tunc pater ei dotem aſſignare tenetur, vide vt per eum, &
hanc diſtinctio. Abb. ſentit etiam Mathes. ſing. 105. nu. 1. ad-
de tamen, quod contra hanc ampl. facit fortis tex. in auth. ſed
ſi poſt, C. de inoff. teſta. & in §. aliud quoque capitulum. in Au
then. vt cum de appell. cogno. & Pau. de Caſt. in d. auth. ſed ſi
poſt. arguendo a maiori ad minus, circa quæ contraria non
inſiſto, cum ad illa reſpondeat Iaſ. in d. l. ſoluto mat. nume. 28.
ff. ſolu. mat. & adde hic vnam pulcram q. quam ponit Crauet.
conſ. 1. Gulielmeta. vol. 1. vbi quærit, an ſi filius ſit a patruo in
ſtitutus cum adiectione, quod non nuberet ſine patris conſenſu,
alias ſua hæreditas ad patrem deueniret, ſi filius nupſerit ſine
patris conſenſu, ad patrem hæreditas illa deuoluatur, & an iu
re directo, vel per fideicommiſſum.
19 Quinto & vltimo amplia, vt huic filiæ nuptæ contra patris
voluntatem debeatur dos, vel legitima, & eius ſupplementũ,
etiam ſi pater declaraſſet in teſtamento, quod plus petere nõ
poſſet: nam eo non obſtante poterit legitimæ ſupplementũ,
20 & ſic etiam dotis, petere; † cum æquiparentur dos, & legiti-
ma. Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de conditio &
21 demonſt. & ſumus infra Deo dante dicturi, in 11. effectu, † &
debebit ſupplementum dictum conſequi etiam ex legatis ad
pias cauſas. Iaſ. in l. quod Seruius. col. fi. ff. de condit. cauſa da.
& Barto. conſ. 34 Alex. in l. in teſtamento. ver. iuxta hoc. ff. de
vulg. & pupil. & Socin. conſ. 207. 2. col. vol. 2. & Alex. conſ. 34.
quem refert & ſequitur Gram. deci. 101. nu. 33 Et ſic vides de
iu. cano. permiſſum filijs poſſe abſque parentis conſenſu vxo-
22 res ducere. † Eſt bene verum, quod obligatur filius ſeu filia ex
ſponſalibus per parentes contractis, filio tamen ſeu filia præ-
ſente & non contradicente. Abb. in c. 1. nu. 2 de matri. contra
cto contra interdictum Eccleſ. c. vnico. de ſponſ. impub. in 6.
ſecus tamen eſt in alijs conſanguineis, nam eo caſu filius ſeu
filia per eos ſponſalibus non obligatur. Io. And. in d. c. vnico,
23 & Abb. vbi ſupra. † hoc tamen limita, quando cauſa cognita
conſtaret filium vel filiam ob reuerentiam parentum, vel al-
terius ipſorum tacuiſſe, quia tunc filius vel filia, quę tacuit, nõ
obligabitur tali matrimonio: ita ſingulariter dixit Abb. in c.
nonne, in vlt. col. de præſump. & ibi Feli. refert & ſequitur in
3. col. vbi dicit, quod hoc dictum alibi non legit, & quod eſt aptum
infringere mille ſponſalia, ad quem adde Hip. Marſ. ſing. 147.
24 † & quando filius vel filia patri ſponſalia contrahenti conſen
tire dicatur, vide Boer. q. 100. nu. 20. & 21. & i propoſito & ma
gis ſpecialiter, & in caſu noſtro, Corn. conſ. 30. nu. 10. volu. 4.
& adde, quod iuxta hæc poterit filia ſine patris conſenſu monia-
lis effici, cum ita dicatur ſpirituale contrahi matrimonium,
quod maius eſt carnali. c. inter corporalia, de tranſlat. prælat.
§. 2. in Auth. de trien. & ſem. & in auth. niſi rogati. C. ad Treb.
& Afflic. deci. 348. nume. 4. vnde ius diſponens de muliere nu
bente includit profitentem in religione, vt dicit Afflic. vbi ſu
pra, & hinc eſt per ea quæ ſupra diximus, quod tenebitur pater hu-
iuſmodi filias, quæ moniales efficiuntur ſine eius conſenſu
dotare: & tangit etiam Afflic. vbi ſupra, quod dictum licet nõ vi-
deatur tranſire ſine difficultate, cum non poſſit uouere reli-
gionem filius ſine patris conſenſu, vt dixi ſupra proximo effe-
ctu, tamen pro nunc dicerem, quod poſſit filia ſine conſenſu pa-
tris monialis effici, cum ita contrahat matrimonium ſpiritua
le, & in ſpiritualibus non cenſetur patria poteſtas, vt dixi ſup.
cap. 3. & tradit Roma. conſ. 512. nu. 7. vbi dicit, quod pater poteſt
filium, qui non in ſua, ſed in aui poteſtate eſt, offerre religio-
ni, licet econtra non poſſit auus. non obſtat quod diximus de
voto, quia poſſumus reſpondere, vel quod non dicatur filia
hoc caſu vouere, ſed potius matrimonium ſpirituale contra-
here, vt dixi; vel quod dicitur de voto, habeat locum quando pa
tri maximum præiudicium afferret, vt ibi diximus, illud pro-
cedere: hoc autem caſu noſtro quando filia monialis fit, non
ſolum patri nõ præiudicat, ſed illi potius commodum affert,
cum minorem dotem hoc caſu filiæ conſtituere debeat, quã
quando nuberet viris, vt dicit Boer. q. 3. nu. 13. poteris tamen
cogitare, & vide quæ dixi ſupra in proximo effectu pro deci-
ſione iſtius dicti, & in quibus conueniant, & in quibus diffe-
rant matrimonium carnale, & matrimonium ſpirituale, vide
25 Boer. deciſ. 1. nu. 77. † Eſt tamen vnum in hac materia ſcien-
dum, quod licet patris conſenſus non ſit neceſſarius iure canoni
co in matrimonio per filium contracto, tamen is de honeſta
te exigitur, licet non adhibitus matrimonium non impediat,
vt no. per glo. in c. cum virum. in ver. paterna. de regula. & in
c. ſufficiat. in ver. ſolus. 27. q. 1. & Abb. i c. ex parte. nu. 2. de ſpõ-
26 ſal. & in c. magnæ. in 3. no. de voto. † multa enim a legibus &
canonibus permittuntur, quę licet impune facias, non tamẽ
carent vitio & dedecore: nam vt dicit Chriſoſtomus in cap.
hac ratione 31. q. 1. quem refert Tiraq. in leg. connub. l. 9. nu-
me. 2. quod permittimus nolentes, præcipimus; quia malas homi
num voluntates ad plenum prohibere non poſſumus. & facit
tex. in l. & ſi quis. §. idem Labeo. verſ. diuus autem Marcus. ff.
27 de religio. & ſumpt. fune. † vbi habes, hæredem, qui prohibet
funerari ab eo, quem teſtator elegit, non recte facere, pœnam
tamen in eum ſtatutam non eſſe. quem tex. dicit ſingul. Bald.
conſi. 15 ad euidentiam præmitto, ante finem. lib. 1. vbi etiã
per eum dicit non eſſe nouum, vt quædam inhoneſte fiant,
28 vltionem tamen non habent; † quia non omne illicitum pu-
nitur, ſed id tantum quod ſtatuit lex eſſe delictum: faciunt etiã
alia adducta per Tiraq. vbi ſup. Et hinc eſt, quod licet nubens in-
fra annum ſit expers infamiæ, & alterius pœnæ iuris poſitiui,
perdit tamen gloriam matrimonialis pudoris, vt puta, cũ hic
actus non ſit laudabilis, nec ſine rubore faciei detegentis ma
culam cordis, Bald. in procem. decre. col. 3 in verſic. pudicos.
29 † Hinc eſt ẽt, quod licet Papa poſſit cæteros collatores præuenire,
per tex. in c. quia per vniuerſitatem. de conceſſio. præb. non ta
men eſt honeſtum, vt id faciat. cap. vltimo. 99. diſtinc. & cap.
peruenit, in fi. 2. q. vt dicit Abbas in d. c. quia per vniuerſitatẽ.
30 † Hinc eſt etiam, quod licet Papa poſſit reuocare beneficium
non tamen eſt honeſtum, per not. in c. quod dilecto. de con-
ſang. & affini. & in c. peruenit. de immu. Eccl. & per Hoſtienſ.
in c. cum veniſſet. ext. de iudi. & Tiraq. in d. l. 9. nu. 3. vbi alias
habes illatio. de leg. cõnub. Laudabilius igitur eſt in matrimo-
nio ſemper patris conſenſum adhibere, & ita conſulerem, &
plenius de materia hac vide per Ioan. Lup & Ioan. Brun. in
trac. de matrimo.

S V M M A R I V M.

1 *Filius in poteſtate patris exiſtens non poterat olim alia ſacra habere alioſ-que Deos colere, quam pater haberet & coleret, & an hodie ſit idem, & quando.*
2 *Filius tunc dicitur eſſe in ſacris parentis, cum eſt in eius poteſtate.*
3 *Hæreticorum filij eximuntur a patris poteſtate, adeo quod emancipatio de ijs facta a patre, poſt quam incidit in hæreſim, eſt ipſo iure nulla.*
4 *Filius communis, ſi vnus ex coniugibus infidelibus conuertitur ad fidem Chriſtianam, aſſignatur conuerſo.*
5 *Iudæi an habeant filios in poteſtate, & nu. 6.*
6 *Iudæorum filij paruuli an poſſint inuitis parentibus baptizari, & ſi bapti-zentur, an teneat baptiſmi character.*
7 *Hæreticus non poteſt filijs ſuis pupillariter ſubſtituere.*
Hæreticis filiis non tenetur pater quid relinquere, ſed illos ſine cauſa exhæ-redare poteſt, ibidem.
Hæreticus non poteſt alios quam ſuos filios catholicos inſtituere, ibidem.
Iudæus vel alterius ſectę pater filios factos ortodoxa religionis alere, dona-tiones propter nupt. conſtituere, & dotare tenetur ſecundum uires patri-monii, ibidem.
Filii infideles an liberentur a patris catholici poteſtate, ibidem.
8 *Pater non tenetur dotare filiam hæreticam, vel iudæam.*

E F F E C T V S S E P T I M V S.

Septimus erat olim effectus patriæ ptãtis,
1 † vt filius non poſſet ob eam habere alia ſacra, quam pater ha
beret, dum erat in poteſtate, eoſdẽ enim Deos penates cole-
re, iiſdemq; ſacra facere cogebatur. l. 12. tab. cuius verba hæc
erant

erant, ſacra priuata perpetua manento, quæ Cic lib 2 de leg.
interpretatur, vt omnes, ad quem patriſiam pecunia perueni
ret, teneretur ſacra illa celebrare, Alcia. lib. 1 præterm. in ver.
2 ſacra. † & hinc dicimus, filium in ſacris eſſe parẽtum, dum eſt
in poteſtate. l. in coniũctione. C. de nup. & not. Syluest. Ald. in
§. ius autem, in glo magna. Inſt. de pat. pot. & Pinel. in 2 parte
rubricæ l. 1 nu. 4. C de bon. mat. Adde ꝙ etiam hodie debet
filius ſacra parenti colere, ꝙ intellige, ſi pater ſit Chriſtianus,
ſecus e conuerſo, quo caſu filios in poteſtate nõ habet. Abb.
3 in c. fi. nu. 3. de hæret. vbi dicit, ꝙ † filij hæreticorum eximunẽ
a patri poteſtate adeo, ꝙ emancipatio facta a patre poſtquã
incidit in hæreſim, eſt ipſo iure nulla, tanquam facta de homi-
ne ſui iuris, vt in c. quicunque de hæret. in 6. & facit etiam ꝙ
4 no Abb. in c. ex literis, nu. 1. ext. de conuerſio infid † vbi filius
communis, ſi vnus ex coniugibus infidelibus conuertitur ad
5 fidem Chriſtianam, aſſignatur conuerſo; † & facit etiam, quia
filij Iudæorum nõ ſunt in patris poteſtate, vt habetur in ſum
ma A[illegible]c in ver. Baptiſmus. 6 & Pariſ. alios allegans conſil. 2.
nu. 39 vo 4 & Affli. deciſ. 151 nu. 4 & 9. vbi tradit, an filij par-
uuli Iudæorum poſſint inuitis patribus eorum baptizari, &
6 dato ꝙ baptizentur, an teneat baptiſmi character. † Cõtrariũ
tamen, ꝙ Iudæi habeant filios in poteſtate, voluit Abb. per il
lum tex. lo ca. 2 de conuerſio. infidel & tenet Bal. in l. item in
poteſtate. ff. de in. perſo. & Alex. in l. multum, in fi. ff. de verb.
oblig. & conſ 99. nu. 6 vol 6 & conſil 13 nu 9. vol. 7. & Socin.
conſ 62 conſi[illegible] is noſtris, col. 5. verſ. 2 pro hac parte. vol 1. vbi
alia adducens dicit hanc eſſe magis communem opinionem
& Felin. in c. Iudæi, el 2. nu. 8. extra de Iudæ. & Brun. in trac. ꝙ
ſtatutibus maſc. in 6. articulo principali. fol. 15. col. 3. & 4. cum
alijs congeſtis per Pariſ. d. conſ. 2. nu 4. vol. 4 & pro hac com-
mu. faci[illegible] t allegata per Hip. Marſ. ſing. 540. hodie. num. 2 per
quæ concludi[illegible], Iudęos habere ea quæ ſunt ciuium Romano-
rum quæ commu procedit quando & pater & filius ſunt Iu-
dæi, ſed quando efficeretur filius Chriſtianus, credo ex ſupra-
di[illegible]is ꝙ liberarentur a patria poteſtate vnde adhuc viget, q[illegible]
quando pater eſt Chriſtianus, debet filius eius ſacra colere. ſi
autem non ſit Chriſtianus pater, ſecus dicendum eſt, quia qñ
non eſt pater catholicus, & filij ſic, eximuntur filij ex eius po-
7 teſtate, vt dixi. † Et hinc eſt, ꝙ pater hæreticus non poteſt pu-
pillariter ſubſtituere filijs ſuis, item nec Iudæus filio baptiza-
to, cum illos in poteſtate non habeant, c 2. §. fi. de hære. in 6.
Zaſius in trac. de Iudę. & Pau. Leon. in trac. ſubſtitut. in mat.
pupi[illegible] nu. 12. Sed quæro, diximus patrem infidelem non ha-
bere filios catholicos in ſua poteſtate, quid e conuerſo ſi pa-
te[illegible]t catholicus, filij autem non, an liberentur ſi'n eo caſu a
patr[illegible] poteſtate? Crederem ꝙ non, ne ex ſuo delicto quodã-
modo commodum conſequantur, ſed puto bene q[illegible] multa
amittant commoda, & ꝙ ad multa non teneretur pater quo
ad illos ad quæ deuincti eſſent, ſi catholici forent; vnde omiſ
ſis multis quæ adduci poſſent, non tenetur pater dotare filiã
hæreticam ſeu Iudæam, vt voluit gloſ ſing in l. ſi vero, & ibi
Docto ff de in rem verſo & tradit Soc. in trac fallen. reg. 281.
prima fallentia, & Iacob. Nouellus cum aliis per eum alleg in
ſuis reg reg. 139 in vlt. fallentia, & de multis alijs vide Zaſium
in d. tract. de Iudæ. item filijs hæreticis non tenetur pater ali-
quid relinquere, ſed illos abſque alia cauſa exhęredare pn[illegible] eſt,
vt[illegible] l tex in § ſi quis de prædictis, in Auth. vt cum de appell.
cogno. ſi autem filius hæretici vel Iudæi conuertatur ad fidẽ
Chriſtianam, debet habere portionem hæreditatis paternæ,
& omni[illegible] eius bona, nec poteſt pater alios præterquam catho
licos i[illegible] [illegible]nere d. §. ſi quis de prædictis, & c. Iudæi, el 2. de Iu-
dæis. quia vt dicit tex. in d. c. Iudæi, propter conuerſionem nõ
debet eſſe filius deterioris conditionis, ſed melioris, & tenet
Io. Lec[illegible]ier in trac. de primogenit. q. 17. lib 1. nu. 1. vbi quod
etiam conuerſus vt ſup. conſequitur ius primogenituræ, im-
mo. Io. de Ana. in d. c. Iudæi col 2. per illum text. ſic generali-
ter loquentem tenebat, quod etiam in vita patris filius con-
uerſu[illegible] ad fidem poſſit a patre Iudæo vel hæretico durante vi
ta ſua petere ſibi aſſignari legitimam; dicit enim ipſe hanc par
tem eſſe tutiorem & æquiorem fauore Chriſtianæ religionis
cuius contrarium poſt multa concludit Io. Lecirier vbi ſup.
ea videlicet ratione, quia etiam Iudæi vtuntur iure Romano,
& ſecundum id eorum cauſæ terminari debent. l. Iudæi. C. de
Iudæis ibi, communi iure, & eo iure filijs non debetur legiti-
ma in vita patris. l. j. § ſi impuberi ff de colla. bono. & ita com
muniter concludunt Doct. in l. is poteſt ff. de acq. hære. bene
verum eſt, ꝙ poteſt petere alimẽta a patre, & ea ſibi patre ſub
miniſtrare tenebitur, licet Iudæus vel hereticus ſit pater. l. co
gnouimus. vbi Saly. not. C. de hæret. & dicit gloſ. in ſimili in l.
mater pro filia. C de iure dot. ꝙ mater hæretica tenetur filiã
orthodoxam dotare, quem tex. extendit ibi Bald. etiam ad ma-
trem Iudæam, & generaliter quod pater Iudæus vel alterius
ſectę filios factos orthodoxæ religionis alere, donationes pro-
pter nupt. conſtituere, & dotare teneatur, vide per Iaſ. late in
§. fuerat. nu. 114 Inſti. de acti.

SVMMARIVM.

1 *Pater poteſt etiam filio inuito remittere iniuriam filio factam.*
2 *Patris loco qui habetur, poteſt remittere iniuriam ei factam, qui loco filij eſt.*
3 *Princeps vel reſpub. erga ſubiectos locum parentis tenet, & ideo poterunt remittere iniuriam ſuis ſubiectis factam.*
4 *Abbas poteſt remittere iniuriam monacho factam inuito monacho.*
5 *Pater ſi ſit turpis perſona, & filius honeſta. non poteſt remittere iniuriam filio factam, ſicut non poteſt remittere in nonnullis alijs caſibus, de quibus ibi.*
6 *Pater, ſi ſit turpis perſona, non poteſt filiis ſuis pupillariter ſubſtituere.*
7 *Iniuria facta a coniuncta perſona dicitur grauior, quam facta ab extraneis.*
8 *Pater videtur magis iniuriam pati, quam filius*
9 *Iniuriarum actio in bonis matris eſſe non cenſetur.*
10 *Patre remittente iniuriam filio factam, an poſſint alij de agnatione non remittere & agere, vt offenſor puniatur.*
11 *Iniuria facta vni cenſetur facta omnibus de illa agnatione, & ideo ſi offenſus remiſerit iniuriam ſibi factam, poterunt tamen alij eius conſanguinei agere.*
12 *Per transactionem ab actione iniuriarum qui deſtitit, non dicitur preuenisse agere valentes.*
13 *Iniuriarum actione non poſſunt fratres agere pro iniuria fratris patre remittente, alij vero non ita proxim i ſic & ibi de ratione diuerſitatis.*
14 *Tranſigens non admittitur ad accuſandum.*
15 *Pater remittendo iniuriam filio factam, an poſſit fiſco praeiudicare.*
16 *Delicta ne remaneant impunita, Reip. intereſt.*
17 *Priuilegium alicuius non intelligitur conceſſum in praeiudicium tertij.*
18 *Ius tertij quaſitum per alium auferri non poteſt.*
19 *Iudex poteſt agere de iniuria filio facta & a patre remiſſa, & ad quid proderit remiſſio illa patris.*

EFFECTVS VIII.

1 Octauus eſt effectus, † vt pater poſſit et filio inuito remitte
re iniuriam filio factam, tex & ibi glo. Bar. & Doct. in l. in per-
ſonam ff. de pact. Adeo ꝙ ſi pater remittat, non poteſt filius
agere, vt no gl. in c. cum illorum, in verſi. paſſus eſt, vbi Abb.
& Doct. de ſen. excom. Bar & alij in l. huius ff ſol. mat. & in l. ſi
ſine. § ſi ff rem rat habe & in l. ſed ſi vnius. § ſi nota ff. de pac.
& Iaſ vbi melius de materia in l. contra iuris. § ſi filius. ff. eod.
de pac Capell Tholoſ. q 261 Catal. de Syndica. nume. 128. &
Boer. deciſ. 120 nu. 1. & ſeq. Pinel in l 1. C. de bon. mat. nu. 105.
in 3. par Pau. Caſtren. inter conſilia crimi. diuerſ. 95. in ordine
48 nu 8. & Iul. Clarus nouiſſime in ſua practica e[illegible] q. 58. ver.
quæro nunquid. Contrarium tamen vult Azo in ſumma. C.
de iniurijs, nu. 13 verſ. hodie. Idem vult Hoſtienſis in ſumma
eo. tit & Pinell. in d. l. 1. 3. par. nu. 105. C. de bon mat. Prima ta-
men opinio, vt pater videlicet poſſit remittere filio iniuriam
factam eo inuito, eſt communis, vt dicit Pinel. vbi ſupra, &
Boer. d. deciſ. 120. & Iul. Clarus vbi ſupra. Et adde ꝙ cum hic
ſit effectus patrię poteſtatis, vt ſentit Maran. in trac. de ord. iu
dic in 6 par. princip. in tit. de inquiſit nu 67. non poterit pater
filijs, in ſua qui non ſunt poteſtate iniuriam factam illis inui-
tis remittere, vt voluit Iul Clarus in d prac crimin in d. ver q̃-
ro ibi, hæc autem omnia intellige. Vnde & mater non poteſt
iniuriam filio factam remittere, cum illum non habeat in po
2 teſtate. Guid. Papę. q 464 † Et videtur poſſe ampliari hic effe-
ctus, vt nõ ſolum in patre hoc locum habeat, ſed etiam in eo
qui patris loco habetur, vt & ipſe iniuriã in eos collatã, quos
ipſe filiorum loco habet, poſſit remittere, vt voluit Pau de
3 Caſt. in d. conſ. 48 nu. 8. & 9 † Hinc eſt, ꝙ cum princeps ſeu Re
ſpublica erga ſubiectos locum parentis teneat. l ſi quis filium,
poſt prin. C de inoſ. teſt. § eos. in Auth. vt iud. ſine quoq ſuf-
frag & §. deuotos, in Auth iuſiurand. quod præſt. ab his, po-
terit iniuriam ſuis ſubiectis factam remittere, vt voluit Pau. d̃
Caſt. d. conſ. & Guid. Papæ d q 464. ipſisq; Reipu. & Principi
competit in eo caſu iniuriarum actio. Mart. Lau. in trac. de prin.
q. 265. & 282. & rurſus q. 388. & Paris de Put. in tract. ſyndi. §.
4 an ex eo, nu. 11. † Hinc eſt etiam, ꝙ Abbas poteſt remittere
iniuriam monacho factam, etiam monacho inuito. Bald in
d. l. in perſonam. ff. de pac. & no Boer. in ſing. in ver. remiſſio,
nu. 6. Secundo videtur poſſe ampliari, vt in tantum poſſit pa-
ter remittere iniuriam filio factam, quod immo filius met nõ
poſſit remittere iniuriam ſibiipſi factam in præiudicium pa-
tris. Boer. q. 120. nume. 7.
5 † Lim. modo vt pater non poſſit remittere iniuriam filio fa
ctam, qñ pater eſſet turpis perſona, & filius honeſta. Text. eſt,
vbi Bart. in d. l. ſed ſi minus. § filiofam. ff. de iniur. & idem in l.
Lucius.

6 Lucius.ff.ſol.mat.†Et dicitur in ſimili, ꝙ quando pater eſt tur
pis perſona, non poteſt filijs pupillariter ſubſtituere. Bart in l.
2 de volg. & pupil. & Iaſ.in l.contra iuris.§.ſi filius, numero 15.
ff.de pactis.

Limita ſecundo non procedere, quando iniuria eſſet colla
ta a coniuncta perſona ipſi filio. Nam tunc pater non poteſt
illam remittere, Bar. Bal. & alij in d.l.Lucius.ff.ſol.matr. Hipp.
Marſ.in l.diuus Adrianus, in princ.ff. de parricid. & ſing. 573.
Boer.qui alios citat, deciſ.parlam. Burd. 120. Pater. col.2.Be-
ro.q.fam.75.quæſitum. Et Roma.ſing.93. & no. in add.ad cũ
ibi. Contra quam limit.tenuit Pincl.vbi ſupra, licet poſtea ibi
teſtetur eſſe communiter receptam, de qua commoni teſtat
7 etiam Iul Clar.vbi ſup.†Et ratio huius lim. eſſe poteſt, Quia
iniuria facta a coniuncta perſona dicitur grauior, quam fa-
cta ab extraneis.l.cum oportet.§ grauius.vbi Bal.C. de bon.q̃
lib.Io.de Anan.conſ 44.in fi.Crauet.conſ.168.nu.11.& Hip.
Marſ.d.ſing.573.in princ.de qua vide aliqua per Alex.in l.li-
berta, nu.7 ff ſol.matri.

Limit.tertio prædictam concluſionem procedere de iure
antiquo. Secus eſt hodie, per l.1 C.de bon.mat. Quia iſta cau-
ſa cenſetur aduentitia vbi filio pater præiudicare non poteſt,
vt Pincl.vbi ſupra aſſerit, & Iaſ.in d.l.contra iuris. §. ſi filius.
Contrarium tamen verius eſt, vt dixi ſupra dum contra hunc
effectum tenentes connumerabam, & tenet Iaſ.vbi ſup.alios
8 allegans. Ratio eſt, †quia pater videtur magis iniuriam pati q̃
filius.l.iſti quidem.§.fi.ff quod met.cau.Innoc.in ca. non du-
bium de ſentẽ.excommu.& iniuria facta filio cenſetur patri
facta.Steph.de Feder.in trac.de interpret.iur.par.1 nume.88.
9 †Et facit, quia iniuriarum actio in bonis matris eſſe non cen
ſetur.l.iniuriarum.ff de iniur. Glo.no.in l 2.in princ.ff de col
lat.bono.vbi dicit, ꝙ in actione iniuriarum non habetur con
ſideratio ad rem, ſed ad contumeliam. Ideo ceſſat reg.d.l 1.C.
de bon.mat. Et faciunt alia adducta per Iaſ.vbi ſupra.

Limita quarto, quando pater eſſet furioſus per ea quæ tra-
10 dit Tiraq in leg.connub.Gl.8.nu.34 †Sed ex ſupradictis quæ-
ro, nunquid remittente patre iniuriam filio factam poſſint alij
eius fratres & conſanguinei non remittere, & agere vt offen-
11 ſor puniatur? Et videtur dicendũ ꝙ ſic; † quia ſi offenſus re-
miſerit iniuriam, poſſunt nihilominus alij eius conſanguinei
agere, cum iniuria facta vni cenſeatur facta omnibus de illa
agnatione.l.lex Cornelia, vbi Bart.ff de iniur. & Bal.in l.1. col.
2 in princ.C.de rap.virg.& in l.1. C. ſi quacunque præd. pot.
Abb.in c.cum oporteat, col.2.de accu.& Panſ conſ.15.num.
28.vol.2. Vnde tranſactio & remiſſio vnius non præiudicat al
teri accuſare volenti, per prædicta. Et ita in terminis tenet
Bart.in l tranſigere.col.fi.C.de tranſac. vbi etiam Bal. col.pe.
Nec prodeſt accuſato dicere ꝙ habuit remiſſionem ab eo q
fuit principaliter offenſus; quia iſte agnatus venit pro iniuria
propria. Item non poteſt dicere ꝙ fuit ille conſanguineus ab
12 offenſo præuentus, qui prius accuſauit: †Quia non dicitur p̃-
ueniſſe qui deſtitit per tranſactionem, Docto.in l.tranſigere.
C.de tranſactio.& Bar.in l.fi.de priua deli. Contrarium tenuit
Mant.in tract.ſuo de ord.iud.in 6 par.princ.in tit.de inquiſi.
nu.67. ꝙ remittente patre non poſſint alij fratres agere, mo-
uetur hac ratione, quia ſi patre remittente iniuriam filij non
poteſt filius agere, & poteſt pater etiam inuito filio remitte-
re. Certe ſi non poteſt agere ille filius principaliter offenſus,
multo minus debent alij poſſe agere; quæ ratio Marantæ vera
eſt in fratre volente agere pro iniuria fratris, vt nõ poſſit ſi pa-
ter remiſerit, cum vterque ſit ſub eiuſdem patris poteſtate,
ſed in alijs conſanguineis non videtur vera. Nam, vt ſupra di-
ximus, etiam ſi ipſe offenſus remiſerit, poſsẽt nihilominus alij
de agnatione agere tanquam pro iniuria ipſis illata. Vnde li-
cet pater remittat iniuriam filij & ſuam, tamen fortaſſe alij
de agnatione, quibus etiam dicitur facta iniuria, d l. lex Cor-
nelia.ff.de iniur. nollent remittere ſuam. Et ita ſentit etiã Ma-
13 ran.vbi ſup.† quod fratres non poſſint agere pro iniuria fra-
tris patre remittente, alij vero non ita proximi ſic. Et ratio eſt,
quia ſi patria poteſtas eſt ſufficiens ad repellendum filiũ of-
fenſum qui ſuam propriam iniuriam proſequeretur, multo
magis debet operari vt repellat filium qui ſuorum iniuriam
proſequitur. Et præcipue cum omnes filij cum patre reputẽ-
14 tur vna & eadem perſona.l.in ſuis.ff.de lib. & poſthu. † Vnde
ſicut tranſigens non admittitur ad accuſandum, vt Maran.
vbi ſupra, cum allegat.per eum: Ita nec filius admitti debet fa
cta tranſactione per patrem, qui vna & eadem perſona cum
patre reputatur.

15 †Secundo & vltimo quæro, nunquid pater remittens in-
iuriam filio factam vt ſupra, poſſit fiſco præiudicare.adeo ꝙ
non poſſit iudex pro hac iniuria a patre remiſſa agere? Dic ꝙ
16 non cum hoc ſit in Reipu præiudicium†ſi delicta remanerẽt
17 impunita.l.ita vulneratus.ff ad l.Aquil.†& ideo non debet il-
lud priuilegium patri conceſſum, vt poſſit remittere iniuriã
in ſuum filium collatam, in præiudiciũ tertij, & ſic ipſius Rei-
pu.intelligi conceſſum.c.quamuis.de reſcript.in 6.l.2.§.men
to, & §.ſi quis a princ.ff.ne quid in loco publ.l.nec auus.C.de
emanc.lib.& per Bar.in l.impuberi.in 3 not.ff de admini.tut.
Cot.conſ.194 nume.7 vol.4. Pariſ.conſ 6.nu.14.vol.2.& rur
ſus conſ.23.nu.142 lib.2.& Dec cõſ 407 Et facit etiam, quia
Reſp dicitur ex delicto commiſſo habere ius quęſitũ, ex quo
videmus ꝙ Reip.præiudicium fieri dicitur, ſi delicta remanẽt
18 impunita.d.l.ita vulneratus.ff.ad l.Aquil.†ꝙ ius tertio quæſi-
tum per alium auferri non poteſt, vt tradunt ſcribentes oẽs
in l fin.C.ſi cont.ius vel vtil.pub & per omnes Cano.in c.quæ
in eccleſiarum.de conſti.& Pariſ.conſ 11.nu.55.lib.1. & Gri.
conſ.456.nu.92 & 93.ex quibus dicebat intrepide, ꝙ præiudi
19 caret illa remiſſio tantum offenſo, non autem fiſco. †Et ideo
poterit iudex poſt huiuſmodi remiſſionem inquirere ſecun-
dum Bar in l.1 § vſque adeo.ff.de iniur.& Bal in l.fallaciter.C.
de abolitio. Sed dices tu, ſi poteſt iudex de iniuria filio facta,
& a patre remiſſa agere, ad quid prodeſt remiſſio illa patris?
Reſpõ ꝙ multũ, cum impediatur filius per eam remiſſionẽ,
ne poſſit accuſare. Vnde non poterit iudex formare proceſ-
ſum ſuper accuſatione filij, cum non poſſit accuſare, vt dixi
princi. & ſic neceſſe erit alio non accuſante vt inquirat, & ſi
nil inuenerit, reus abſoluet, & ideo dixi ꝙ poterit iudex poſt
huiuſmodi remiſſionem a patre factam inquirere. Bald in d.l.
fallaciter.C.de abol.& Bar.vbi ſup.

S V M M A R I V M.

1 *Filius non poteſt teſtari, etiam ſi pater conſentiat, limit & ampl. & de ra-
tione late.*
2 *Teſtamentum non poteſt pendere ex aliena voluntate.*
3 *Filius liberatus a patria poteſtate teſtari poteſt.*
4 *Filiusfamilias an poſſit teſtari de peculio aduentitio, quod ad ipſum pleno
iure ſpectat.*
5 *Filius de caſtrenſi peculio, vel quaſi teſtari poteſt, ſed de caſtrenſi teſtari po
teſt iure militari, de quaſi vero debet ius commune ſeruare.*
6 *Filiusfamilias ſi ſit aduocatus & lucratus eſt ſalarium, quod a ſuis clientu-
lis accepit, an de eo teſtari poſſit.*
7 *Peculium quaſi caſtrenſe contra opi quorundam dicitur etiam illud,
ex priuato acquiritur, & a clientulis accipiunt aduocati.*
8 *Clerici in beneficijs quæ habent, quaſi caſtrenſe peculium habere dicuntur*
9 *Pater percipiendo fructus beneficiorum filij clerici tenetur ad eorum reſti-
tutionem ſi extant, ſi vero non extant cogitur ad pretium eorundem ſo-
luendum.*

E F F E C T V S I X.

1 Nonus eſt effectus, †vt filios non poſſit te
ſtari, etiam ſi pater cõ
ſentiat, l.quĩ in poteſtate.ff.de teſta.& Inſt. quib. eſt permi
fac.teſta.in princ. Nec patris conſenſus validat filij teſtamen-
tum.l.teſtamenti.de teſta.& c.licet de ſepul.in 6. Eſtq; hęc cõ
munis opinio, vt teſtatur Are.in d.l qui in poteſtate.nu.3. &
Iaſ.in l.ſenium.nu.9.C.qui teſta fac poſſ.& Iul Clar.in lib.4.re
cep.ſent.§.teſtamentum.q.18 & Viuius in ſuis commu.opin.
lib.1.opi.121. Circa ꝙ eſt aduertendum, quia hic non videtur
effectus patriæ poteſtatis, prout volunt vt ſit, Ald. & alij in §.
Ius autem.Inſt.de pat.pot. Nam ſi hic eſſet effectus patriæ po
teſtatis, poſſet teſtari filius cũ patris conſenſu, ſicut diximus
in ſuperioribus effectib.& infra dicemus. Vnde dicendum ẽ,
filiumfa.nõ impediri quo minus teſtari valeat ratione patriæ
poteſtatis. Cum nec patre permittente poſſit, quia lex nõ ap-
probat eius perſonam tanq̃ legitimam ad condendum teſta-
mentum, vt dicit Iul.Clar.vbi ſupra. Verum rectius conſide-
rando, dici non poteſt ꝙ hic non ſit effectus patriæ poteſta-
tis, eo quia non poteſt etiam cum patris conſenſu teſtari. Nã
quæ eſt ratio ꝙ filiusfam.teſtari non põt? certe reſpectu pris
illud fit, cum omnia patri acquirat. Vnde videmus ꝙ de pecu
lio caſtrenſi teſtari poteſt, vt infra dicemus, & ſi reſpectu pa-
tris & eius poteſtatis, qua omnia filius patri acquirit, vt dixi
ſecundo effec. reputarunt leges filium inhabilẽ ad teſtandũ,
& id ꝙ dr̃ filiumfa.non poſſe teſtari conſentiente p̃re, non eſt
2 quia hic nõ ſit effectus patriæ poteſtatis, ſed alia ratione, quia
teſtamentum non põt pendere ex aliena voluntate. Are.in d.
l.qui in poteſtate.nu.2.vbi de communi teſtatur, & Iaſ.in d.l.
ſenium.nu.9.C.qui teſta.fac.poſſ. Et ratio eſt quare teſtm̃ ab
alieno arbitrio pendere non poteſt; quia in alienum arbitriũ
conferre id quod vix permittebatur in ſuo, ſatis irrationabile
legi omnimodo viſum eſt, quandoquidem de rebus eo in ca-
ſu quæ ſuæ futuræ non ſunt, ſtatuat atq; diſponat, vt dicit Gl.
cũ cõcord per eam in l.illa inſtitutio ff.de hær.inſti.& ſequit
Mantua ſingu.68. vbi ꝯ hoc dictum. ꝙ eſt vt teſtm̃ ab alieno
pendere non queat arbitrio, opponit & ſoluit: Vnde ꝙ filius
teſtari

teſtari non poſſit, prouenit ex patria poteſtate, vt dicitur in d. l. qui in poteſtate. ff. de teſta. & ꝙ non poſſit etiam patre conſentiente, prouenit ex alia iuris diſpoſitione, quæ eſt, ut teſtamentũ ab alieno arbitrio pendere non poſſit, quæ iuris prouiſio ſi non adeſſet, vtiq; poſſet filius conſentiente patre teſtari, ut diximus in alijs, quæ filius poteſt cum cõſenſu patris facere. Et adde, ꝙ nõ poterit filius etiam legare, ſicut nec teſtari poteſt, ut eſt cõis opinio, de qua teſtat̃ nouiſſime Emanuel Suarez in ſuo Theſ. recep. ſen. in uerbo filiusf. ſub num.
3 201. † Et hinc eſt, ꝙ filius liberatus a patria poteſtate, cum hic ſit effectus patriæ poteſtatis, teſtari poteſt. Bar. in l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. vbi hoc tribus rationib. comprobat, & in l. pat. per illũ tex. ff. de adult. circa fi. & hæc eſt cõis opinio, vt teſtatur Iaſ. in d. l. patre furioſo. nu. 45. Mod. in c. in præſentia. de probat. Alb. in auth. ingreſſi. nu. 13. C. de
4 ſacroſ. eccl & Boer. deciſ. 121. & Viuius vbi ſup. † Amplia modo hunc effectũ, vt nõ poſſit filiusfa. etiam teſtari de peculio aduentitio, quod ad ipſum pleno iure ſpectaret. Gl. in uerbo nihilo magis, in d. l. qui in poteſtate. Alex. in l. ſicut certi, circa fi. C. de teſta. milit. & eſt cõis opinio, ut dicit Imo. in l. ſi cũ filius. §. Titio decem. col. fi. ff. de dona. Soc. conſi. 112. poſt nu. 2. ver. confirmantur, lib. 1 & conſi. 175. lib. 5. quẽ refert apoſtil. ad Boer. in conſi. 74. ſub nu. 2. & Iul. Clar. vbi ſupra. Et ita etiã cõiter teneri teſtatur Alex. in d. l. ſenium. nu. 6. in fi. C. qui teſta. fac. poſſ. Iaſ. in l. fi. nu. 3. C. de inoffic. teſta. & in l. nemo. nu. 2. C. qui teſta. fac. non poſſ. vbi dicit hãc eſſe cõem Doc. opi. nemine diſcrepante. Ruy. conſi. 24. cũ multis alijs adductis ꝑ Iul. Clar. & Viuium vbi ſupra, & Io. Bap. a Villa. in ſuis cõmu. opin. in uer. filiusfam. nu. 86. & dicit hanc eſſe cõem opin. etiã Rom. conſi. 512. num. 3. & nouiſſime Emanuel Suarez in ſuo theſ. recept. ſent. in uerbo filiusf. ſub nu. 199. Et ratio huius ampliationis eſſe poteſt; quia licet pater in multis caſib. in bonis filij nõ habeat vſumfructũ, tamen in illis habet cõmoditatem adeo, ꝙ nõ poſſit talia bona ob eã cõmoditatẽ a filio alienari, ut dixi ſup. in ſecũdo effectu prope fi. Ampl ſecundo, ut filius nõ admittat̃ ad condẽdum teſtm̃, licet pater ab hoſtibus captus eſſet, ſm̃ Gl. fi. in l. ſi pater. ff. de iniuſ. rup. teſta. Corn. cõſi. 204. col. fi. lib. 3. & eſt cõis opi. vt dicit Viuius vbi ſup. am
5 pliãs vno alio modo. † Limita in caſtrenſi peculio, vel quaſi, de quib. poteſt filiusf. teſtari. l. fi. C. de inoſ. teſta. ſed de caſtr. poteſt teſtari iure militari, de quaſi uero dẽt ſeruare ius cõe, vt dr̃ in d. l. fi. Cor. cõſi. 82. iura dubia, col. 3. vol. 3. & Alex. cõſ. 2. in conſultatione, vol 6. & Afflic. deciſ. 183. nu. 4. Limita ſecundo in bonis filiofa a principe donatis, nam de illis teſtari poteſt. Alex. in l. 1. § hoc autem ff. ad Trebel. & Doctn. cõiter in l. cum multa, per illũ tex. C. de bon. quæ lib. & teſtat̃ de cõi Cro. in repe. l. frater a fratre, nu. 112. ff. de cond. & demon. vbi contrarium verius eſſe aſſerit. Limita tertio, vt non habeat locũ, quando filius vellet pro ſua aĩa teſtari, nã eius pater poteſt eo modo cõſentire, Doct. in c. licet. § quãuis, de ſepul. in
6 Spec. in tit. de inſtru. edit. in § pono, in fi. & in §. cõpẽdioſe, verſi. 7. de qua limit. vide ẽt ꝑ Abb. in c. in præſentia. nu. 55. de prob. Et qd̃ poſſit filiusf. quoad pias cauſas patre cõſentiẽte teſtari, ẽ cõis opi. de qua teſtat̃ Emanuel Suarez in d. Theſ. recep. ſen. in uerbo filiusf. ſub nu. 500 Lim. quarto in lucris dotalib. obuentis marito ab vxore ꝑdecedente tunc n. maritus tranſiens ad ſecunda uota illud, quod lucratur, transfert in filios, & illi filij poſtea de illis teſtari poſſunt. Ang. in §. qm̃ infirmas. in Auth. de nup. Limi. multis alijs modis, ut per Viuium vbi ſup & Barth. Soc. in tit. ſci. fall. reg. 153. & per no. ad Mathe.
6 in ling. 19. nota ꝙ ſententia, nu. 19. † Sed quæro, adeſt filiusfa. qui eſt aduocatus, & lucratus eſt ſalariũ, quod a ſuis clientulis percepit, nunquid de eo, etiã ſi ſit in poteſtate patris, teſtari poſſit? Spec. in tit. de actore, tenet ꝙ non, ſed cõtra eum eſt magis cõis opin. Iaſ. in l. fin. nu. 1. C. de inoff. teſt. Illud enim reputat̃ tanquã quaſi caſtrenſe peculium, licet multi tenuerint contrariũ, quod non ſit peculiũ quaſi caſtrenſe niſi ex publico acquirat̃, non aũt dicat̃ id qd̃ ex priuato, & ſic a cliẽtulis ꝑ
7 l. fi. C. de inoſ. teſta. † Tñ contraria opi. ut peculiũ quaſi caſtrẽſe etiam dicatur id, quod ex priuato acquiritur, & a clientulis accipiunt aduocati, eſt magis uera & communis, ſecundum Glo. in §. 1. Inſtitut. per quas perſ. nob. acquir. quam ſeq. Fab. Aret. Port. & alij ibi communiter, & Docto. omnes in l. fori. C. de aduo. diuer. iud. Hoc idem tenent Bal. & Iaſ. in d. l. fi. C. de inoſ. teſta. & Bar. in l. fi. ꝑ illum tex. C. de ſilen. lib. 12. & hæc cõis probat̃ ex deciſ. tex. in d. l. fori. C. de aduo. diuer. iud. Pro qua facit etiã; quia clerici beneficia & corũ fructus non
8 percipiunt ex publico. † Et proculdubio in iſ quaſi caſtrenſe
9 peculium habere dñr l. ſacroſancta. C. de epiſ. & cl. † Vnde pater percipiendo fructus dictorũ beneficiorum tenetur ad eorum reſtitutionem; ſi extant; ſi uero non extant, cogitur ad pretium eorundem fructuum, ut per Abb. in capit. quia nos. de teſtam. cum alijs per Afflict. adduct. deciſ. 241. colum. 1.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamil. abſque patris conſenſu donare cauſa mortis an poſſit, late per totum.*
2 *Patris conſenſus non ſufficit ad hoc ut filius ualeat donare cauſa mortis, ſed aui exigitur ſub cuius poteſtate filius eſt.*
3 *Donare cur poſſit filius cum patris conſenſu, teſtari autem etiam cum eius conſenſu nequeat.*
4 *Donatio cauſa mortis eſt ultima voluntas.*
5 *Donatio cauſa mortis quamuis contractus & vltimæ voluntatis naturam habeat, magis tamen accedit contractui.*
6 *Filius non poteſt etiam patre conſentiente donare patri, cuius conſenſus exigitur, & an ea donatio firmetur iuramento, nu. 7.*
8 *Filiusf. donauit cauſa mortis cum conſenſu patris, an pater ſolus qui conſenſum præſtitit conualidauitq; donationem illam reuocare poſſit.*
9 *Filiusfam. ſi teſtatus ſit ad pias cauſas de patris uoluntate, non poteſt pater ſolus teſtamentum illud reuocare.*
10 *Pater an poſſit conſenſum filio ad cauſa mortis donandum præſtitum reuocare.*
11 *Filiusfam. an poſſit ſine patris conſenſu inter viuos donare.*
12 *Pater permittendo filium percipere vſumfructum aduentitiorum, an illum ei remiſiſſe, & donaſſe cenſeatur.*
13 *Aſcendens deſcendenti donare præſumitur.*
Donatio facta a filio de bonis aduentitiis, in quibus pater habet vſumfructum, an patris morte confirmetur, ibidem.
14 *Donatio inter patrem & filium an ualeat, & an firmetur iuramento, remiſſiue.*
15 *Statutum dictans, quod non poſſit filius ſine patris conſenſu contrahere, an eo caſu poſſit filius ſine eo conſenſu donare.*
16 *Donatio eſt contractus.*

EFFECTVS X.

1 Decimus effectus eſt † vt non poſſit filius abſque patris conſenſu donare cauſa mortis. l. tam is. §. 1. & ibi Glo. & Bar. ff. de do. cau. mor. patre autem conſentiente poteſt, l. filiusfa. ff. eo. & hæc eſt cõis opinio, vt teſtatur Iaſ. in l. ſeniũ. C. qui teſt. fac. poſ. Ant. Rub. conſi 4 nu. 4 Iul. Clar. in lib. recep. ſent. §. dona. q. 6. & Rom. cõſ. 512. nu. 1. vbi videas multa in hac materia ſcitu digna & vtilia, & Io Bap a Villa. in ſuis cõib. opi. in verbo filiusfa. nu. 134. & nouiſſime Emanuel in ſuo Theſ. recep. ſen. in uer. filiusf. ſub nu. 193. Talis. n. cõſenſus habilitat ipſum filiũ, & ſupplere videtur defectũ, quẽ cauſat ipſa patria poteſtas,
2 vt dicit Corn conſ. 129. nu. 14. vol 2. † Et hinc eſt, cum hic ſit patriæ poteſtatis effectus, ꝙ ſi quis habeat auum, non ſufficit ei patris cõſenſus ad donãdũ, ſed aui cõſenſus requiritur, ſub cuius poteſtate eſt ipſe pater & filius. l. nam & ciuiũ, & l. ſeq ff. de his q ſunt ſui uel alie. iur. & l. ſi pater, de adop ita dicit Cor. vbi ſup. & Rom. cõſi 512. n 5. & 6. de quo non eſt dubitandũ. Et ita ego in toto hoc tractatu ſemp præſuppono, ut effectus oẽs ex patria poteſtate reſultantes in auo, ſi adſit, verificẽtur.
3 † Et ratio eſt, quare filiusfa. cum patris conſenſu donare poſſit cauſa mortis, teſtari autem etiam eo conſentiente non valeat, vt dixi in proximo effectu; quia vltima voluntas non poteſt pẽdere ex alieno arbitrio. l. illa inſtitutio, & l. captatorias. ff. de hæred. inſt. ut diximus ſup. in proximo effectu latius: & hanc rõnem diff. aſſignat Bar. in d. l. tam is. §. filiusfa ff. de don.
4 cau. mor. † Quæ ratio non videtur uera, cum & donatio cauſa mortis ſit vltima uoluntas. l. fi. C. de cond. inſer. & ideo Bar.
5 multum laborat in inuenienda rõne diffinitionis. † Vnde dicas, ꝙ etſi donatio cauſa mortis contractus & vltimæ voluntatis naturam habeat, magis tñ accedit contractui, & hoc dictum fuit originaliter Gl. in §. 1. Inſt. qui non eſt perm. fac. teſta. & hæc eſt cõis ratio, ut teſtatur Coraſ. in repet. l. q liberos nu. 29. cum ſeq. 2. lec. ff. de ri. nup. vbi & aliam ultra cõem recitat, & fidem facit etiam de cõi Viuius in ſuis cõm. opi. lib.
6 1. opin. 121. in 5. lim. † Amplia, vt non poſſit filius etiam patre conſentiente donare patri, cuius authoritas & conſenſus requiritur, Dec. conſ. 280. nu. 5. & 6. & Tiraq in ll. cõnub. Glo. 8. nu. 115. cum ſeq. & hæc eſt cõis opin. ut teſtatur Io. Bap. a Villa. in ſuis cõm. opi. in ver. filiusf. nu. 84. & Horatius Mandoſius noſter in addit. ad Rom. in conſi. 515. qui concludit cõtra Rom. ibi contrariũ tenentem, & de cõi opin. teſtatur etiã nouiſſime Emanuel Suarez in d. ſuo Theſ. recep. ſen. ſub no. 193.
7 in uerbo filiusfa. † Et an illa donatio tanq̃ inualida firmetur iuramento, vide Dec. conſi. 432. nu 4 & faciunt quæ tradit cõſi. 239. nu. 1. & conſi. 516. nu. 2. Ampl. ſecundo, vt procedat ẽt in bonis aduentitijs, quæ ad ipſum filiũ ſpectant pleno iure, vt nec ea inconſulto patre mortis cauſa ualeat filius donare, & hanc opinio dicit eſſe communem Abb. conſi. 40. in fine lib. 2. Rub. conſi. 46. nume. 2. & ſequen. Socin. conſi. 172. lib. 2. & quod hæc ſit magis communis opin. dicit Iul. Clar. lib. 4.

recep.ſent.§.don q 6. Contrarium tñ & ſic ꝙ filiusf. poſſit do
nare cauſa mortis abſq; patris conſenſu bona aduētitia, in qui-
bus patri nō quæſit vſusfructus, tenuerūt Bar. in Auth. vt li-
ceat matri & auiæ, in prin. & Ro. cōſ. 512. quo ad primū, col. 1.
ver. fallit ſcdo in aduētitijs, vbi pro hoc allegat tex. in l. fi. §. fi
lius aūt C. de bonis quæ lib. pōderando dictionē taxatiuā, cā-
dem opin. tenuit Raph Cu. in l tam is. § 1. ff. de don. cau. mor.
Pau. de Caſt in l. ienū. C. q teſta. fac. poſ ubi Iaſ. col 8 uer. hic
eſt, ꝙ bñ hodie, & idē in l. nemo, col. 4 uerſ. retenta cōi ſentē-
tia. C. eo. tit. & facit tex. expreſſus ꝓ hac opinione & ineuita-
bilis quodāmodo in d. Auth. ut lic mat. & aui. vbi textus ex-
preſſe dicit, ꝙ de reb. donatis, vel relictis filijsf. ſub ea condi-
tione, vt patri vſusfructus non quæratur, pñt ipſi filijfam quo
volunt modo diſponere, cuius auth. cauſa dixit Craue. conſi.
92. col. 2 in prin Quod ſi quis ex Doctorib. hanc q. examinās
vidiſſet tex. in d. Auth. non reprehendiſſet Bal. contrarium te
nentem in l. pen. C. de ſal. cau. adie. lega. Tñ licet hæc q. ſit
dubitabilis ex his, quæ dixi, & ex his quæ tradit late Alexan-
drinus in conſi. 46 & in conſ. 127. relatus a Crauet. ubi ſupra,
cum prior opinio ſit (ut dixi) magis cōis, ea eſt tenēda & cō-
ſulendo & iudicādo. Et ad d auth. reſp ut per Doctores rela-
tos per Alex. ubi ſ & Alex. in l. nemo. C. qui teſta. fac. poſſ. ꝙ
loquitur de donatione inter viuos, quæ licet ſit, iudicio meo,
rñſio diuinatiua ad illum tex. cum tex. loquat generaliter, ad
donationem inter viuos nō ſe reſtringendo, nec expreſſe, nec
ex v rtute uerborum, quæ immo innuunt ꝯtrium per illa ver-
ba (poſſint ipſi filijfa quo volunt modo diſponere) tñ cum
alijs errandum eſt, poſtquam cōem opin fecerunt, quæ con-
ſulendo & iudicando tenenda eſt, vt dixi, & tradunt Docto.
paſſim. Concludendum eſt idcirco, filiosfam. non poſſe abſq;
patris conſenſu cā mortis donare; ijs autem conſentientib.
8 poſſe † Quæro modo, filiusf. donauit cauſa mortis cum con-
ſenſu patris, an pater ſolus qui conſenſum præſtiuit conualida
tiuq; donationē, illam valeat reuocare? Dicas ꝙ nō. Ita tenet
Bar. in l. 2. § 1. in 4. q ff de donat. & Raph. & Cor. in l. ſenium.
9 C. qui teſta. fac. poſſ † Et facit etiam quod dr̄ de filiof qui de
patris voluntate teſtatus eſt ad pias cauſas, vt pater ſolus non
poſſit id teſtm̄ reuocare, nec quoad inſtitutionē hæredis, nec
quoad alia in eo relicta, vt dixit Bal. in rep. l 1. col. 5 uerſic. ſed
iuxta hoc quæritur incidēter, filius. C. de ſacroſan. Eccl. & Alex.
conſi. 246 placet admodum, & facit dictum Bar. in l neq;. C.
de procur & in l. actor. ff rem rat. hab. & alia adducta per Ti-
10 raq. in legib cōnub gl. 5. nu 91. † Et an pater poſſit dictū con
ſenſum filio ad donandū cauſa mortis preſtitum reuocare, vi
11 de Alex. in d l ſeniū nu. 11 C. qui teſta. fac. poſſ. † Secūdo quæ-
ro, diximus, filium non poſſe abſq; patris conſenſu cauſa mor
tis donare. quid de donatione inter viuos eſt dicēdum, an ea
poſſit inconſulto patre facere? Dicas ꝙ ſic, de bonis tñ, in qui-
bus pater non habet vſumfructum, Pau. de Caſt. conſ. 281. Pri
mo videndum eſt qualis, in ſecundo quæſito, lib. 1 Rom. cōſ.
412. col. 2. uer. fallit 2. Alex. conſi. 46. & Crau. conſi. 39. nu. 2 &
rurſus conſi. 84. nu 9 vbi de cōi teſtatur. & rurſus conſi. 92. in
princ. vbi ēt de cōi teſtimonium habes. Et teſtatur etiam de
cōi nouiſſime Emanuel Suarez in ſuo theſ. recep. ſen. ſub nu.
202. in verbo, filiusf. Sed iuxta hæc pone, dixi, ꝙ donare inter
uiuos nō poteſt filiusf. bona in quib. habet vſumfructum ad
uentitiorum ſibi debitum, an eo caſu poſſit filius illud aduen
12 titium peculium ſine patris conſenſu donare? Vī ꝙ ſic, † quia
per illam patientiam vt filius perciperet vſumfructum, remi-
ſiſſe vſumfructū illumq; filio donaſſe cenſetur, vt dicit Crau.
d. conſ. 39. nu. 2. quam remiſſionem ſeu donationem facere
potuit pater. l. cum oportet. §. 1. C. de bon. quæ lib Bald. in l. ſi
vxorem, col. 1. ver. Item. C. de cond. inſer. Bal Nouel. in tracta.
de dote in 6. par. priuile 36. col. 11. & Cor. conſi. 275 col. 4 lib.
1. & conſi. 79. circa fi. & conſi. 130. lib. 2. Contrarium tamen,
ꝙ per illam patris patiētiam, vt ſ. filius vſumfructum percipe-
ret, non cēſeatur remiſſus vſusfructus, ſed potius, ꝙ operetur
ea patientia quandam cōceſſionem & adminiſtrationem pe
culij, tenuit Dec. in auth. ex teſtō, col. 2. poſt medium, & in l. ſi
donatione, col. 1 & 7. C de col & Bal conſi 134. notandū eſt,
13 lib. 3. & cōſi. 484 lib 5 Prima tamen opinio vr̄ uerior, † cum
aſcendens deſcendenti donare pręſumatur. l. Neſennius. ff. de
neg geſt. l. alimenta C eo. tit. l. Publia in prin ff depoſiti l. do-
nationes. § ſpecies, & in l. fi. §. fi. ff de donat. l. liber captus. C.
de capti. Iaſ. in l. ꝗ dotis, col. fi in fi ff ſol mat & in terminis, ꝙ
qñ pater patitur filiū percipere fructus aduētitiorum, illos ei
donaſſe cenſeatur, eſt tex. in l. cū oportet. § ſin aūt. C. de bon.
quæ lib & tradit Alex. cōſi. 138. col. 2. circa med. lib. 5. & Cor.
conſi 285. col 4 lib. 1 Eſtq; hæc cōis opinio, ut dixi ſupra in ſe
cundo effectu in diſcurſu peculij aduētitij Sed q̄d ſi filius do
nauit pecul. ſ. aduentitium § in quo pater hēbat vſumfructū,
qd̄ non pōt facere, ut dictum eſt, an ſaltem donatio illa pāris
morte cōfirmet? Et dicendū eſt ꝙ ſic, cum ceſſet rō, ob q̄ talis

donatio ꝓhibetur, videlicet ne fiat præiudiciū in vſufructu,
ita in terminis tenet Crot. in repet. l. frater a fratre. q. 30. ff. de
cond. indeb. Contrariam tñ ſntiam tenent Bal. & cæteri Doc.
in l fi. § filius aūt. C de bon quæ lib. & Cur. iun. conſi. 112. de
14 quo dicto vide oīno Crauet. cōſi 39. nu. 3. & 10. vol. 1. † An au
tē filius poſſit donare patri, & ecōuerſo, an pater filio, & qb.
calib. ualeat donatio inter eos facta, vide D. Iul. Clar. in d. lib.
recep ſen. in § don. q. 8. & Dec. conſi. 414 nu. 11. & conſi. 239.
15 nu. 1 & conſi. 216 nu. 2 vbi ēt an iuro confirmet. † Non omit
tā hic unū, de quo dieb. elapſis vidi dubitari. Certū eſt poſſe fi
lium inter viuos ſine patris ꝯſenſu donare, mō ſtat ſtatutū, ꝙ
filius non poſſit ſine patris conſenſu ꝯhere, & vna mulier fe-
cit donationē cuidam ſine patris cōſenſu, an hmōdi donatio
irrequiſito patre facta vigore dicti ſtatuti valuerit? Multi di-
16 cebant ꝙ nō. cum ſtatutū dicat, ꝯhere: † facit: quia donatio
eſt ꝯctus. l. ſi donationis. iuncta gl. vbi Alber. & reliqui Doct.
fere oēs tradunt. C quod met. cau. & facit ēt tex. in l. bñ a Ze
none, poſt prin. C. de quadr. ꝑſcript. l. ꝯctus. & l. pe. C. de dona
inter vir. & vxo. & in l. 2. C. de litigio. & in l. fi. poſt prin. eo. tit.
vbi Bal hoc no. & in l. ille, in prin. C. de præd. decur. lib. 10 & l.
fi. ver. vlt. C. de pact. Ex quibus, & ex alijs per eum adductis, ita
tenet Tiraq. in ll. connub. gl. 5. nu. 43. cum ſequ. Contra quos
tenuit Fran. Are conſi. 54 col. 1. uer. ſecunda ratio fundatur.
Corn. conſi. 224 licet claram, col. 2. uer. & poteſt etiam addi,
lib. 3. & Camoeg. in tract. de dote, quæſt. 109. & ante hos Bal.
conſi. 456. quæritur, an filiafamil. lib. 2. apud quos poteris in-
uenire quid tenendum.

SVMMARIVM.

1 *Pater tenetur filias ſuas dotare, lim. & ampl. multis modis.*
2 *Vaſalli non tenentur ad dotandas ſuorum dominorum filias.*
3 *Pater non tenetur de iure ciuili dotare filias illegitimas.*
4 *Mater non tenetur filias dotare, niſi ipſa eſſet diues, & pater pauper.*
5 *Pater de iure canonico tenetur dotare etiam filias illegitimas: & quæ dif-
ferentia ſit, quam debet filijs illegitimis conſtituere, & eam quam filijs le-
gitimis.*
6 *Alimenta debentur filijs naturalibus, etiam de iure ciuili.*
7 *Dos ſolet aliquando loco alimentorum aſſignari.*
8 *Dos eſt a patre filiæ natural. conſtituenda vſq; ad quantitatem pro alimen
tis ſufficientem.*
9 *Dos exceſſiua data per patrem filiæ naturali ſeu ſpuriæ poteſt per hæredem
patris repeti, quatenus competentem alimentorum quantitatem excedit.*
10 *Dos filiæ naturalis ad quos reuertatur, remiſſiue*
11 *Pater poteſt officio iudicis compelli ad dotandas filias, quod officium impar
tiri poteſt iudex, & filia non petente.*
12 *Pater an & quando cogi poſſit dotare filiam, & an officio iudicis, vel iu-
re actionis.*
13 *Dos conſtitui debet a patre filiæ etiam nuptæ.*
14 *Dos debet a patre filiæ dari, etiam ſi filia ſit diues.*
15 *Dotis ſuæ cauſa poteſt filia alienare bona ſubiecta reſtitutioni.*
16 *Dos reſeruanda eſt filiæ de bonis patris ob eius delictum publicatis.*
17 *Pater non tenetur dotare filiam hæreticam*
18 *Pater non tenetur dotare filiam, quæ non nupta deceſſerit.*
19 *Pater non tenetur iterum dotare filiam, quæ dolo, aut culpa, vel delicto ſuo
dotem conſumpſit, & diſſipauit.*
20 *Legitimam nō tenetur pater filio dare, qui bona, quæ ſemel ſibi a patre pro
legitima data fuerant, diſſipauit*
21 *Pater ſi ſit pauper, non tenetur dotare filiam.*
22 *Pater ſi ſit debitis inuolutus, filiam dotare non tenetur, immo ſi eo caſu eſt
dotat, non tenet illa dotis conſtitutio.*
23 *Filia quando dicatur congruenter dotata.*
24 *Dos quæ ſuccedit loco legitimæ.*
25 *Legitima omnino a patre filiæ debetur.*
26 *Dos, & legitima æquiparantur, quod limita vt ibi, & infertur ad multa.*
27 *Filia incongrue dotata poteſt petere ſupplementum vſq; ad legitimam.*
28 *De dote reſcitur omne grauamen, ſicut de legitima.*
29 *Dos debetur filiæ vſque ad menſuram legitimę. Ampl. & lim. multis modis.*
30 *Dos eſt conſtituenda maior, & minor ſecundum conſuetudinem loci*
31 *Dos danda eſt maior & minor ſecundum conſuetudinem loci, attenta ta-
men dignitate perſonarum.*
*Filia quando cum iuramento renunciat hæreditati paternæ ſimpliciter, cen
ſetur tantum hæreditati ab inteſtato renunciaſſe, ibid*
Dos an poſſit per patrem augeri, adeo quod ſit plus legitima, ibi & 29.
*Pater habens plures filias, an poſſit maiorem vni quam alteri dotem conſti
tuere, & dicatur eo caſu ſeruata æqualitas. adeo quod ſi ſit ſtatutum, vt
pater debeat æqualiter filias dotare, dicantur filiæ eo modo æqualiter do-
tatæ, ibidem.*
Dos ſoluto matrimonio ad quem reuertatur, ibidem in 3. q.
32 *Paraphernalia ſoluto matrimonio reſtituuntur, prout reperiuntur non
ſumpta.*
*Munera quæ ſponſę tam a conſanguineis ex parte viri, quam ex parte ſpon
ſæ traduntur, cuius ſint ſoluto matrimonio, ibidem remiſſiue.*
33 *Pater non dotat filiam nondum viro maturam, quæ non ætas filiæ
expectat*

expectari debet, intra quam ſi illam pater non dotet, poſſit ad eam dotandam per iudicem compelli.
34 *Mulier, mare, & ignis, tria mala.*
Mulieres inuenerunt nefandum in maſculos coitum, ibidem.
Mulieres pro explenda libidine aliquando viros rapuerunt, ibid.
Mulier rapiens virum, qua pœna puniatur, ibid.
Mulieres magis ad venerem incitantur, cum menſes habere incipiunt, ibidem.
... e nil peius, etiam bona, ibidem.
Mulieres pulchræ vix caſtæ, ibidem.
Dos eſt ſua forma puellis, ibidem.

EFFECTVS XI.

1 Vndecimus effectus eſt, † vt pater teneatur filias dotare;
2 † Patrum eſt enim officium, dotes filiab. in eius poteſtate
conſtitutis aſſignare, inquit tex. in l. fin. C de dot. promiſ.
gl. in l. cum poſt. §. gener, in uer. placuit ff. de iu. dot. l. neque
mater. C. eo. & in l. cum plures. §. pe. in uer. alio. ff. de adminiſ.
tuto Bar. in l. 1. nu. 2 ff. ſolu. matr. Campeg. in tract. de dote. q.
70 *Religionem ingreſſus in alterius tranſit poteſtatem, et ideo alios in poteſtate habere nequit.*
71 *Religionem ingreſſus dicitur mortuus.*
72 *Teſtator inſtituit hæredem, puta Titium, & adiecit, quod ſi deceſſerit ſine liberis, hæreditas ad Seium deuolueretur, ſi Titius ingreſſus ſit monaſterium, an ſit locus ſubſtitutioni, late.*
73 *Religionem ingreſſus iura ſuorum retinet, & tanquam ſuus ſuccedit.*
74 *Religionem ingreſſus non poteſt in iis rebus ſuccedere, quæ ſui natura ad eũ deuenire non poſſunt, vt Ducatus, Regnum, Marchionatus, et ſim.*
75 *Religionem bonorum incapacem ingreſſo ab inteſtato ſuccedatur.*
76 *Religionem ingreſſus debet filius vel parentibus omnino legitimam relinquere, ſicut econuerſo illi ipſi filii & parentes debent.*
77 *Religionem ingreſſus an ſtatim dum ingreſſus eſt religionem, filiis vel parentibus legitimam aſſignare debeat, vel potius eius mors naturalis expectanda ſit, & interim illis à monaſterio alimenta ſubminiſtrari.*
78 *Ius ciuile attenditur in materia ſucceſſionis.*
79 *Emancipatione ſoluitur patria poteſtas.*
Emancipatio qualiter olim fieret, & hodie fiat, ibidem.
80 *Emancipatio facta apud iudicem incompetentem non valet.*
81 *Emancipatio facta de filio infante ſine Principis reſcripto non valet.*
82 *Emancipatio fictitia & ſimulata non operatur effectum ſuum*
83 *Emancipationis & patriæ poteſtatis differentia ſublata eſt quo ad ſucceſſiones ab inteſtato, et quid quoad ſucceſſiones ex teſtamento.*
84 *Emancipatus patris hæreditatem adire poteſt hodie de iure ciuili vſque ad triginta annos.*
85 *Emancipati in feudis ſuccedunt.*
86 *Feuda in teſtamenta non relinquuntur, ſed ab inteſtato debentur.*
87 *Inter emancipatum, & eum qui in poteſtate eſt, quæ differentia ſit quo ad hæreditatem ex teſtamento.*
88 *Emancipatione licet ſoluatur patria poteſtas, reſtant tamen adhuc reliquiæ quædam patriæ poteſtatis, ex quibus multa reſultant.*
89 *Emancipati & legitimam & alimenta à patre habere debent.*
90 *Emancipatio in fauorem & beneficium filii inuenta eſt.*
91 *Pater an cogi poſſit ad emancipandum filium, & quibus ex cauſis.*
92 *Pater ex omnibus eiſdem cauſis ad emancipandum filium compelli poteſt, quibus pot eſt filius patrem exhæredare.*

Pater

93 Pater nunquid filios inuitos emancipare poſſit.
94 Emancipationi ſi filius renunciet, an in patris poteſtatem reincidat.
95 Emancipatio eſt ſpecies libertatis.
96 Pater ponẽs filium in hoſpitali, perdit ius & priuilegium quod habet in eo.
97 Ciuis deſerens ciuitatem periclitantem perdit priuilegium ciuitatis, & deſinit eſſe ciuis.
98 Emancipari an poſſit filius quo ad vnum actum tantum.
99 Patria poteſtas eſt indiuidua.
100 Filius in dubio præſumatur eſſe in poteſtate patris, lim. nonnullis modis.
101 Poſſeſſionis commodum unum eſt, vt reiiciat onus probandi in aduerſarium.
102 Poſſeſſio iuris tunc releuat ab onere probandi, cum ſtatus, qui inducitur ex ea, homini a natura ineſt, ſecus e conuerſo.
103 Emancipatio præſumitur per quaſi poſſeſſionem emancipationis per viginti annos.
104 Mutatio non præſumitur.
105 Conducens fundum pro certo tempore, eo finito ſi in eo perſeueret, præſumitur reconduxiſſe.
106 Furioſus olim, præſumitur & hodie furioſus.
107 Filij ſexagenarij ſeu quinquagenarij nõ ſolent patrem vt plurimũ habere.
108 Viuere an vnuſquiſque præſumatur vſque ad centum annos.
109 Filius non præſumitur nec ſui iuris nec in poteſtate, ſed qui ſe in altero eorum fundat illud probare debet.
110 Filius ſi aliquo caſu a pat. pot. liberetur, an eo caſu ceſſante in patris poteſtatem reincidat.

CAPITVLVM VLTIMVM.

Vidimus ſupra quomodo patria poteſtas co-
1 ſtituatur, & effectus qui ex ea reſultant, †reliquum eſt modo
videre quõ patria poteſtas diſſoluatur, quæ pluribus quidem
modis diſſoluitur, to tit. Inſt quib. mod ius pat. pot. ſolu. nos
autẽ aliquos principaliores eligemus eos breuiter pſtrãgẽdo
Et primo ſoluitur patria poteſtas morte §.1. vbi Doc. quib.
modis ius pat. pot. ſolu. vbi Aldo. diſcutit de ratione, facitq;
dubium in nepote, an videlicet nepos mortuo auo, in patris
poteſtatem reincidat. videas vt per eum, concludatq; cum eo
2 φ ſic, & de hoc nõ eſt dubium. †Sed an morte ciuili ſoluatur
hæc patria poteſtas, ſicut naturalis: & pro opinione affirmatiua facit. qa mortis appellatione venit ẽt ciuilis, & ciuilis naturali æquipollet. Doc. in l. Gallus. § & quid ſi tñ ff de lib. & poſthu probaturq; melius quam alibi, in l. ſi mater. C. de inſti. & ſubſt. Bart. in l. poſthumus. per illum tex. & per l. qui vxorem. ff. de inoſſ. teſta. & de hac matera vide Doc. in d. §. & quid ſi tantum & Fel. in c. qualiter. el 2. §. ad corrigendos. col. fi de accuſa. Alex. in l. ſi deceſſerit. col. 2. ff. qui ſatiſd. cog & conſ. 138. vol 2. Corn. conſ. 249. vol. 1. vbi etiam ponit quid in ſtatutis. & Aegid. Boſſ. in trac. ſuo crim. in tit. de bono. publ nu. 35. cũ ſeq & Horat. Luc. Calliens. inter conſilia criminalia diuerſorum conſ in ordine 163. nu. 5. Quæ concluſio tunc maxime procedit in condemnato, cum vna cum condemnatione capitali concurrent iſtæ duæ qualitates, & confiſcatio bonorũ, & φ impune quis poſſet offendi, vt tradit Alexan. conſ. 23. opportune conſideratis. nu. 9. lib. 1. & ideo licet ad hoc vt ſit locus fideicommiſſo, naturalis mors exigatur, vt per Doc. in d. §. & quid ſi tantum. tamen eo caſu ſufficiet illa mors ciuilis.

Secundo tunc ea concluſio maxime procedit, quando adeſt veriſimilis mens teſtatoris φ voluerit, mortem ciuilẽ idẽ φ naturalem operari, iuxta no. in l. tale pactum. § ſi ff. de pac. vt eſt, quando teſtator ita ordinauit diſpoſitionem ſuam, vt noluerit bona in extraneum deuenire, tunc enim in fiſcum deuenire nequeũt; & tempore quo deuenerint, dicitur adimpleta conditio, & ad ſubſtitutum deuoluuntur. l. Imperator. & ibi Doct. ff. de fideicommiſſ. lib. eo enim caſu eundem operatur effectum mors ciuilis, quem naturalis Cyn. Bald. & alij in l. Deo nobis C. de epiſc. & cleri. & melius Hier. Grat. conſ. 81. eximius. nu. 68. lib. 2.

Lim. tamen concluſionem hanc, quam fecimus, nonnullis modis, ex quib. & alijs quæ ſumus inferius dicturi, apparebit huius quæſtionis deciſio.

Et lim. primo non venire mortem ciuilem mortis appellatione, quando non militat eadem ratio in morte ciuili, quæ in naturali. l. Statius. §. Cornel felici. ff. de iu. fiſci. Doc. in d. §. & quid ſi tantum, & in c. in præſentia. extra de proba.

Lim. ſecundo in materia ſucceſſionis, quo caſu tunc mors ciuilis, quę faceret aliquem inſucceſſibilem, æquiparatur naturali, quando talis fuiſſet a principio debitæ ſucceſſionis, ſecus autem ſi ſuperueniat poſtea, Bal. per illum tex. in l. in ſubſtitutione verſ. & facit ad ſtatutum. ff de vul. & pup. & in l. ſi matris. in fi C. de ſuis & leg. vbi diſtinguit, an mors ciuilis accidat ante remiſſionem, vel poſtea. Idem concludit Are. conſi. 160. prope finem, verſ. & idẽ dicit, tradit Brun. in trac. de ſtat. exclud fęm. art. 12. nu. 91. & ibi etiam num. 92 quærit, quid ſi maſculus, propter quem excluditur fęmina, aliquo tpe ſit capax, & aliquo incapax & remittit ſe ad ea, quæ dixerat ſup. in
3 6. art. in vlt. memb. vbi nu. 266 concludit, †φ eſt ſpectanda capacitas vel incapacitas tempore delatæ ſucceſſionis, de quo ẽ tex. in l. ſi alienum. §. in extraneis. ff de hær. inſti.

Tertio lim. qñ conſideratur commoditas medij temporis nam tunc mors ciuilis naturali non æquiparatur. Bart. in l. cũ pater. § hęreditatem ff de leg 2. & in l. Statius. §. Cornelio. de iu. fiſ. Cro. in d. § & quid ſi tantum. nu. 7. de quo vide etiam Ruy. conſ. 123. nu 1 lib. 3.

Lim. quarto in bannito vel deportato, nã quo ad eos mors ciuilis non æquiparatur naturali, φ apertum eſſe aſſeruit Soc. in l. cum auus. nu. 105 & ſeq. ff de cond & demonſt tunc enim mors ciuilis æquipollet naturali, qñ parit eundem effectum ĩ eo de quo quæritur ita, vt ſuperuacaneum ſit expectare mortem naturalem, vt tradunt communiter ſcrib. in d. §. & quid ſi tãtum. vbi præcipue Alex. nu. 2 Doc. etiam in l. ex ea parte. § in inſulam ff. de ver. obl. & in l. Deo nobis. C. de epiſc & cleri. & Fel. poſt alios in c. licet. de offic deleg verum in caſu deportationis vel banni non eſt inutile expectare mortem naturalem, tum quia (ſi de ſucceſſione agamus) poſſet qui petit ad ſucceſſionem ea cã admitti, prædecedere, tum etiam quia huiuſmodi bãnitus poteſt reſtitui & bona recuperare, vt expreſſe dicit tex. in l. Statius. §. fi. de iu. fiſci, & in l. intercidit. ff. de cond & demonſt & Bal. in l Deo nobis. § hoc etiam, nu. 6. C.
4 de epiſc. & cleri. de quarta lim. videbimus latius inferius. †Et ex his fuit cõſultum diebus elapſis in quadam hæreditate, q̃ deuenerat ad vnum qui poſtea fuerat bannitus, vt non deberet ob id ab ea excludi ſtante ſtatuto, φ qñ maſculi non ſuperuiuunt fœminæ ſuccedant, pro quo vltra prædicta facit tex. in l. φ Seruius. ff. de cond. cau. da. & in terminis Bal. ſuper feu. c. j.
5 nu 8 hic fi lex. †vbi concludit φ ſententia banni dr̃ interlocutoria, & φ facile remouetur ꝯtio imperio, & φ propterea bannitus non dr̃ interim iura ſua omnino amiſiſſe. Pro quo facit etiam Boſſ. in trac. ſuo crimi. in tit. de bãnitis, nu. 3. quod dictum multo magis ſibi locum vendicatet in bannito per contumaciam, quæ eo comparente ſtatim reuocatur, & dr̃ magis latum bannum ob contumaciam, quam propter delictũ.
6 †Sed iuxta hæc quæro, quando de hæreditate ad bannitũ obuenta agitur, poſtquam ad ſubſtitutum eo caſu, de quo diximus, non eſt applicanda, apud quem dicta ſucceſſio manere debet? Reſpondeo, φ apud fiſcum manere debet durãte toto tẽpore vitæ naturalis banniti. Bar. in l. ſi ſtipulauerit. §. iuber. ff. ad l. Iul. de adulr. & l. 3 §. ſed vtrum num. 5 ff. de mino. Angel. in l. eum. nu. 5 ff de damno infecto, & ita dicit
7 tex. in l ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebell. †& dicitur in ſimili. de vſufructu, qui morte vſufructuarij conſolidatur proprietati, tamen per mortem ciuilem illud ius remanet penes fiſcum, donec ſuperueniat mors naturalis, ut dixit Angel. in
8 auth. bona damnatorum. C. de bon. proſcr. †& facit etiam quod dicitur de bonis feudalibus & emphiteuticis, in quib. certæ perſonæ ſubintrant morte feudatarij & emphiteutæ, & tamen non habet locum in morte ciuili, ſed pẽdente morte naturali fiſcus vtitur iure banniti, vt firmat Boer. deciſ. 264. nu. 8. & Aegid. deciſ. 725. circa fin. verſ. ſed ante mortẽ, & φ apud fiſcum dicta ſucceſſio, de qua ſupra, durante banniti vita naturali permanere debeat, facit tex. in d. l. Statius. §. Cornelio Fęlici. ff de iure fiſci. traditq; rurſus Ang. in l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoff teſta. & Socin. iun. cum concordãntibus, conſi. 49. in cauſa. col. 1. ad fin. lib. 3 Lim. ultimo omiſſis alijs vno modo generaliter, φ nũquam mors ciuilis naturali æquiparatur, niſi in caſibus expreſſis in iure, ita tradit glo. ſingul. cum allegaris per eam in c. ſuſceptum. in verbo, non morte, de reſcript. in 6. quæ glo. eſt communiter approbata. Anch. conſ. 438. nu. 8. & Boer. deciſ. 323. nu 6.

Soluetur ideo ſecundo iuxta hanc ultimam lim patria poteſtas deportatione, qua dicitur quis mori ciuiliter. l. 1. §. fin. ff. de bon. poſſ contra tab. & φ ea ſoluatur patria poteſtas, in iure expreſſè cauetur, vt in § cum autem. Inſt. quib. mod. ius pat. pot. ſoluit. & ratio eſt, quare deportatione ſoluatur patria poteſtas, quia deportatus deſinit eſſe ciuis, vt ibi dicitur, & q deſinit eſſe ciuis romanus hanc poteſtatem nõ habet. §. 1.
9 Inſt. de pat. pot. †& hinc eſt, φ cum relegati ciuitatem retineant, l. relegatorum. §. ſiue ad tempus, & § ad tempus. ff de interd. & releg. in poteſtate filios retinent. §. relegati. Inſtit. quib. mod. ius patr. pot. ſolu. & quod de deportatis diximus, multo magis in ſeruis pœnæ locũ habet, qui & libertatem & ciuitatem amittunt. § 1. Inſt. de cap. dim. & idem dicitur, ſi filij ſunt deportati, vel ſerui pœnæ effecti, ut dicunt Moder in
10 d. §. cum autem. apud quos videas etiam †qui dicantur iſti ſerui pœnæ, & qui deportati, & quæ pœna in iſtorum lo-
12 cum ſit ſubrogata, †Verùm ex his quærendum eſt, quid in ban-

in bannitis noſtri temporis dicendum ſit, an & ipſi videlicet
hanc patriam poteſtatem amittant? Et videtur dicendum ꝙ
13 ſic, †cum banniti noſtri temporis deportatis, qui eam poteſta
tem amittunt, æquiparentur. gloſ & ibi ſcrib. omnes firmant
in §. relegati. Inſti. quibus modis ius pat. pot. ſol. & gl. Bar. Bal.
& alij plene in l. 1. C. de hæred. inſt. & Docto. in l. eius qui. § 1.
ff. de teſtam. & in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebel. & firmat
Alex. conſ. 118 animaduertis ſtatutis. in ſecundo volumine,
& Corn. conſilio 55 numero decimotertio, volumine ſecun
do, & Aug. Are. inter conſilia criminalia diuerſo. conſ. in or-
14 dine 70. nu. 1. †& banniti noſtri temporis dicuntur mortui ci
uiliter, ſicut deportati. l. 1. §. filium. ff. de bon. poſſ. contra tab. l.
actione. § publicatione. ff. pro ſocio. & Bald. conſ. 27. volumi-
ne quarto, & Horat. Lu. Callienſ. inter conſilia criminalia di
uerſorum conſil. in ordine 163. nu. 4. vnde ex his dicendum
eſt, quod ſicut deportati patriam poteſtatem amittunt, ita &
banniti noſtri temporis amittant, & quod in noſtri temporis
bannitis ceſſet patria poteſtas, voluerunt Nell. in tract. de ban
nitis, in prima parte 2. tempo. q. 4 & 20. & 45. & Alex. conſil.
75. viſis & diligenter perſpectis. volu. 1. & Pariſ. conſilio 157.
numero vigeſimo, volumine quarto, & Corn. conſ. 55. nume
ro 13. volumine ſecũdo, qui allegant pro hoc gl. in d. §. cũ au-
tem. Inſti. quibus modis ius pat. pot. ſo. u. & Barto. in l. fi. C. de
ſent. paſſ. & rurſus in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. liberto, in
fin. ff. de adul. & in l. eos ff. de recept. & loquuntur præfati, vt
ſoluatur patria poteſtas non ſolum ſi pater ſit bannitus, ſed
etiam ſi filius, vt dicitur etiam de filio in d. § cum autem. ver
ſicu. pari ratione, & §. relegati. verſ. ex contrario, ꝙ in filio vi-
deretur dicendum contrarium, cum ſi liberetur a patria po-
15 teſtate ſit ſuum commodum, & bãnitus ea quæ ſibi commo
dum afferunt, non quæ incommodum, amittat; vt tradit Ro-
ma. conſ. 73. num 4 cum allegatis per eum. & facit quod no.
Bald. in l. 1. C. de liber. lib. 10. & in l. 1. de dignit. lib. 12. dicens p
16 illum text. †nobilem, per ſententiam nobilitate priuatum in-
telligi priuatum quo ad honores & commoda, non quo ad
præiudicia & incommoda; verum ex ſupradictis contrarium
dicendum eſſe exiſtimo, cum declarationibus tamẽ quas in-
ferius afferam, & dictum Bal. & Roma. vbi ſupra procedit ſi re
cte conſideretur, in incommodis quæ publicum reſpiciunt.
17 †Et hinc eſt, ꝙ filius banniti, cum, vt concluſum eſt, a pat. pot.
liberetur, poteſt eſſe in iudicio ſine patris conſenſu. l. ſi cum
dotem § ſi patri. ff. ſolu. mat. & in l. in inſulam, in princip. ff. de
verb. oblig. per quæ iura ita dixit Albe. ri. in vltima par. tracta.
18 ſtat. q. 84 ſed quid ſi minor, col. fi †& generaliter quod quan
do pater eſt bannitus, filius pro patrefamil. habeatur adeo, ꝙ
per eum ſine patre bannito geſta, patre reuocato non retra-
ctentur, eſt tex. in l. fi. C. de ſenten. paſſ. per quem ita dixit Ti-
raq. in leg. connub. glo 8. nu. 35. Et ſic habes, quod etiam ban-
niti noſtri temporis ad inſtar deportatorum amittunt patriã
poteſtatem. Contraria tamen opinio, quod immo eam ban-
nitus non amittat, eſt communis, vt teſtatur Alex. in l. ſi cum
dotem. §. ſi patri, numero quarto. ff. ſoluto matrimonio. Cor.
conſ. 55. lib. 2 & nouiſſime Iul. Clar. in ſua practica crimali. §.
fi. q. 71. verſ. ſucceſſiue quæro, quam opi. ſequutus eſt etiam
Barth. de Valma. inter cõſilia criminalia diuerſorum, conſ. in
ordine 68. nu. 22. vbi etiam de communi teſtimoniũ habes,
19 †quam communem procedere in bannitis ex forma ſtatuti
ait Boſſ. vbi omnino videndum eſt in ſuo trac. crim. in tit. de
bono publ numero 69. eo quia videlicet per huiuſmodi bã-
bum ſtatutarium non tollatur patria poteſtas, quę eſt de iure
20 Romanorum, †quod dictum Boſſ. ſaltem verum nõ videtur
quo ad iura illius ciuitatis, a qua eſt pater vel filius per ſtatu-
tum bannitus, quia quo ad ea eſt banno finita patria poteſtas
Alex. plene in l. ſi cum dotem. §. ſi patri. ff. ſoluto matrimonio
poſt Salyc. in l. 1. ff. de hæred. inſtit. & ibi etiam Pau. de Caſt. &
Imo. in l. Gallus. §. ille caſus. ff. de lib. & poſth. & in l. ex facto. §.
ex facto. ff. ad Treb. & no. in addi. ad Mathe. ſing. 19. no. quod
ſententia. nume. 16.

21 †Aduertendum eſt tamen adhuc diutius circa hanc quæ-
ſtio. an banniti noſtri temporis patriam poteſtatem amittãt?
Circa quam licet ſit communis opinio quod non, tamen nõ
tranſit ſine difficultate, & non procedit ſimpliciter, & tota
vis iſtius quæſt. dependet ab ea, an banniti æquiparentur de-
portatis, & ita loquuntur omnia allegata a Doct. in hac mate-
ria, & ſi æquiparentur deportatis, patriam poteſtatem amit-
tunt, ſin minus non amittent, & ita videtur ſentire Iul. Clar.
vbi ſupra, dum de hac materia loquens ſe remittit ad alium
verſ. in quo tractat de ea quæſt. an banniti deportatis æquipa-
22 rentur, quæ quæſtio difficillima eſt, †& multi voluerunt qd'
banniti non deportatis, ſed relegatis æquiparentur, vt Bart. in
l. ad cognitionem, nume 2. ff. quibus ex cau. in poſſ. eat. & alij
relati per Tiraq. in trac de vtroque retrac. in § 1. glo 9. nume
ro vigeſimooctauo, & dixit Bal. in l. 1. nu. 17. C. de hæred. inſt.

bannitum deportato non æquiparari, ſed eſſe nouum genus,
vnde tutius dicendum eſt cum Iul. Clar. in d. practi. crim. §. fi.
23 q. 71. verſicu. dixi autem †ꝙ vbicunque contingit aliquem in
caſu banniti allegare exemplum deportati vel relegati, iudex
non debeat ſtare deciſionibus Docto. in terminis de bannito
& deportato, ſeu relegato loquentibus, vel ſequi loci conſue
tudinem pro quo dicto licet ipſe non alleget, facit optime
glo. ſuperius allegata & communiter recepta in c. ſuſcepit. in
24 verbo, non morte. de reſcrip. in 6. † Vel poſſet fortaſſe dici, ꝙ
ille, qui eſt bannitus capitaliter vna cum confiſcatione bono
rum, deportato comparandus eſt, & ſic patriam poteſtatem
amittit, quod videtur ſentire Alex. inter conſ. crim. diuerſ. cõ
ſilio in ordine 90 numero decimoſexto, allegans Spec. & Io.
de Anan in additio. ad eum in § compendioſe. verſ quid de
bannito, in tit. de inſtru. edit. & in §. 1. verſ. item quod eſt ban
25 nitus, in tit. de acto. & alios quos ibi videas. † & ita bannitus
ſentit de vtroque, de relegato videlicet, & deportato; a rele-
gatione enim accipit, quia a loco, a quo bannitus eſt, exulare
debet, ſicut relegatus. l. relegati. ff. de pęnis. a deportatione au
tem capit, quia bona confiſcantur ſicut deportato, & perdit
iura ciuitatis ſuę. l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de cap. dim. &
quod participet de vtroque, tenet Bar. & Bald. in l. eius qui §.
1. ff. de teſtam. cum alijs alleg. per Alex. d. conſ. vbi ſupra, num.
23. & quod is bãnitus deportato æquiparetur, qui perdit bo-
na & ciuitatem, voluit expreſſe Benedic. de Barzis inter dicta
conſilia criminalia diuerſorum, conſil. in ordine 91. numero
trigeſimoſecundo, & trigeſimotertio, vnde eo caſu ſoluetur
patria poteſtas, vt ſentit Alex. conſilio vigeſimotertio, oppor
tune cõſiderans. numero nono, libro primo, & facit quod di
xi ſupra ſub numero ſecundo. Banniti autem ſine publicatio
ne bonorum relegatis æquiparantur, vt dixit Alex. d. conſ. 90.
inter dicta conſilia crimin. diuerſorum, numero 23 & ideo ſi
cut relegati patriam poteſtatem non amittunt. §. relegati In-
ſti. quibus modis ius pat. poteſta. ſolu. ita nec iſti ſine bono-
rum publicatione banniti amittent, & videtur de iſtis ſentire
Bart. de Valma inter dicta conſilia criminalia diuerſorum cõ
26 ſi. in ordine 68 numero vigeſimoſecundo, dum dixit, †filium
ſimpliciter bannitum retinere patrem in poteſtate, cum mo-
dis patriæ poteſtatis; & ita, ni fallor, eſt hæc materia conſide-
randa, & dici poteſt etiam vno verbo cum Bar. in l. amiſſione
27 §. qui deficiunt. ff. de c. dim. numero primo, †bannitos Impe-
rii deportatis ſine dubio ęquiparari, quia perdunt ea quæ sũt
iuris ciuilis, vnde eo ſtante infallibiliter in iis dici poteſt, qd'
patriam poteſtatem amittant ex duplici capite, primo, quia
eam perdunt, æquiparantur. ſecundo, quia ea quæ ſunt iuris ci
uilis amittunt, & conſequenter etiam patriam poteſtatem, q̃
eſt de iure ciuili, vt concluſum eſt ſupra c. 3. pro cuius dicti de
claratione vide l. ſ. conſ. 166. videretur, & duobus ſeq. libro
28 ſecundo. Sed quid de damnatis ad vltimum ſupplicium, † an
ipſi antequam interficiantur, vt præſupponit gloſ. in l. qui vlt.
29 ff. de pœnis. amittant patriam poteſtatem? † & dicas quod ꝙ
ſic, cum ſerui pœnæ efficiantur, vt dicitur in d. l. qui vltimo.
& tradit Bald. in l. 1. C. de hæred. inſti. numero 18. & Angel. in
tracta. de maleſ. in verbo, & ſibi caput. numero vigeſimoſe-
cundo, & Iul. Clar. in lib. 3. recep. ſent. in §. teſtamentum. q. 21.
& Boſſ. in trac. ſuo crim. in tit. banniti quid amittant. numero
decimoſecundo, dicens hanc eſſe communem opin. & ſerui
pœnæ non poſſint habere patriam poteſtatem. §. pœnæ ſer-
uus. Inſti. quibus modis. & l. ꝙ attinet. ff. de reg. iur. & facit di-
30 ctum Bal. in l. is qui. C. ſi pend. appell. †vbi dicit, quod illi, qui
in præſentia damnantur ad mortem, confeſtim moriuntur.
& bis moriuntur, primo gladio oris iudicis, quia fiunt ſerui
31 pœnę, ſecundo moriuntur per ſeparationem animæ. † Vnde
dicit, quod teſtamentum a tali damnato factũ inter has duas
horas non valet; quia poſt mortem nemo teſtatur, quod Bal.
dictum pro ſing. refert & ſequitur Angel. vbi ſupra. Circa id
tamen, an condemnatus ad mortem poſſit teſtari, vide Iulius
Clarus vbi ſupra & etiam Boſſ. vbi ſupra.

32 †Rurſus quæro, quid in condemnatis ad perpetuos carce-
res, an & ipſi pat. hanc poteſtatem amittant? Et dicẽdum eſt,
33 quod ſic; †quia carcer æquiparatur deportationi in metallũ,
vt dicit Innocen. in cap. qualiter, el 2. extra de accuſ. & refert
& ſequitur Roland. a Valle conſilio ſecundo numero 53. vo-
lumine primo, qui in metallum damnati efficiuntur ſerui pę
næ, & patria poteſtate amittunt. §. maxima. Inſt. de cap. dimi.
& d. §. ſerui pœnæ. Inſti. quibus modis ius pat. pot. ſol. & facit
quia carcer dicitur ſpecies ſeruitutis. l. 3. 1. ff. de lib. hom. exhi-
ben. & tradit Roland. a Valle vbi ſupra, numero 48. ex quibus
conabãtur diebus præteritis quidam aduocati coram D. Ęgi
dio Delphino auunculo meo Gubernatore Camerini me exi
ſtente eius Auditore defendere quendam fideiuſſorem, qui
promiſerat facere vt aliquis reduceret in carceribus, nec inde di
ſcederet ſine ſui creditoris licentia in ſcriptis obtinẽda, quo
non

non obſtante diſceſſit obtinendo beneficium ceſſ bon. & cũ contra fideiuſſorem, iudicium inteniaretur, dicebã vltra alia d. aduocati fideiuſſorem debere liberari, cum carcer ſit ſpecies ſeruitutis per ſupra dicta iura, & quod quis non poteſt ſe obligari ad id quod eſt ſpecies ſeruitutis. l. Titio centum. § 2. ff. de cond. & demonſt. cum præcipue etiam quis non ſit dominus membrorum ſuorum. l. liber homo, ad leg. Aquil. contra quos replicabatur, cum per d. D. auunculum meum, tum etiam per aduerſos aduocatos ex mente Ange. & Bal. in l. gratae. § eleganter. ff. ſoluto matrimonio. quinimo ſe poſſe debitorem obligare ad publicos carceres, quia etiã ſine pacto debitor carcerari poteſt, ſi non ſoluat. l. 1. C. qui bon. ced. poſ. non refero, quid fuerit deciſum, cum adhuc lis ſub iudice pẽdeat, & ad rem redeundo, cum carcer ſit ſpecies ſeruitutis, & ſeruus patriam poteſtatem habere nequeat, l. quod attinet. ff. de reg. iu. idem & de aliter condemnato dicendum eſt, ad ꝙ etiam optime facit Bart. de Valma. inter conſilia criminalia diuerſorum, conſilio in ordine 69 numero vigeſimooctauo.
34 †Item dixit, quod patria poteſtas vel dominica ſoluitur, vbi filius vel ſeruus delinquunt & in metallum damnantur, vel ad aliam ſimilem pęnam. Et ex his concludere poſſumus idem & de condemnatis ad triremes dicendum eſſe, vt & ipſi perdant patriam poteſtatem, cum ſerui pœnæ efficiantur.

35 †Sed iuxta hæc quæro, an ſi iſti fuerint a principe reſtituti, quæ ob condemnationem amiſerant, & ſic patriam poteſta-
36 tem recuperent. & dicendum eſt quod ſic, †cum reſtitutio reponat omnia in priſtinum ſtatum. l. quod ſi minor. §. reſtitutio ff. de mino. eſt enim ſublatũ ciuile illud vinculum deportationis ſeu alterius pœnę ciuili alio remedio Principis indulgẽtiæ, & reſtitutus reponitur in eo ſtatu in quo reperiebatur ante ſententiam, ita quod per omnia ſua iura reaſſumit, vt dixi & § cum aũt. Inſti. quibus modis ius pat. pot. ſol & l. 1. C de
37 ſent. paſ †facitque, quia reſtitutio idem operatur quod fictio poſtliminij. l. ſi quis filio. §. penul. ff. de iniuſ. & rup. teſta. & ius poſtliminij facit, quod omnia ſunt in primo ſtatu. l. poſtliminij, in princip. ff de cap. & renaſci facit quod fuit penitus extinctum d. l ſi quis filio. §. ſed & ſi pater, & tradit Boſſ. in ſua practica crim. in tit. de rem. ex ſola clem. princip. contra ſent. nu-
38 mero 21. †& huiuſmodi Principis reſtitutio tantum reſtituit, quantum ablatum fuit, vt tradit Bart. in l. fi. C. de ſent. paſſ. vnde debet reſtitutio operari quod dicimus, videlicet patrię poteſtatis recuperationem amiſſam per condemnationes, de quibus ſupra: pro quo facit vltra prædicta Bald. dictum in l. impuberis. §. fina. C. de nup. & Dec. in l. cum verbum reſtituas ff de reg. iur. numero tertio Barto. & Iaſ in l fina. C. de conſti. prin. & Doc. plene in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſt. cum infinitis alijs relatis per Tiraq. in trac. de vtroque retractu. § 32. gloſ 1. numero 69 & Crauet. conſ. 168 numero pri-
39 mo, volumine primo. †facitque in ſimili quod de Notario dicitur, qui ſi fuerit de falſo condemnatus, ac a principe poſtea reſtitutus, poteſt inſtrumenta conficere, ſicut prius poterat, cum in priſtinum ſit ſtatum per eam reſtitutionem repoſitus; ita dixit Bal. conſ. 350. proponitur quod quidam clericus, lib. primo, & conſ. 172. eo quo. libro quarto, quinimmo reconualeſcunt inſtrumenta an reſtitutionem recepta. Anch. conſil.
40 287. iſte B. de Gatnario, ad fi. †Et adde, quod ipſo filio deportato vel alio modo vt ſupra condemnato, ſi fuerit reſtitutus, operatur reſtitutio quod non ſolum patria poteſtas ab ipſo patre recuperatur, verum etiam ipſe recuperat ſtatum in quo reperiebatur, & ſic ſuitatem, non obſtante quod nepos deportato vel aliter condemnato iam filio ipſius gradum ſubintraſſet. § ſui. Inſt. de hæred. qual. & diff. reaſſumit enim filius gradum ſuitatis excluſo nepote, qui erat factus ſuus. l. 1. in fi. ff. de bon poſſ. contra tab. declarant glo Bart. & alij in d. l. Gallus §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. & hoc eſt verum viuente auo, ſecus autem mortuo eo, nam tunc nõ poteſt, ex quo ius eſt ipſi nepoti quæſitum, qui iam factus eſt hæres, vnde per reſtitutionem non poteſt deſinere eſſe hęres: ita declarat glo. in verbo emancipatus, in fi. vbi etiam omnes, in d. §. & quid ſi
41 tantum. †Vnde dici poteſt, quod licet reſtitutione primus ſtatus & gradus recuperetur, non trahitur tamen per prædicta ad ius alteri quæſitum, & ad locum ab alio occupatum. Bar. & alij in l. quid ergo. §. pœna grauior. poſt glo. ibi in verbo, oneraſſet. ff de his qui no. infa. ſicut etiam dicitur, quod non trahitur ad bona alienata & iam alteri quæſita. l. fi. C. de rep. hæred. l. quod ſi minor. §. Scæuola. ff. de mino. & glo. in d. § & qd ſi tantum. vbi omnes Doct. no. Quod dictum non eſt ita ſimpliciter intelligendum, ſed ita nonnullos caſus cõſiderando declarari debet. Et primus eſt caſus, quando bannitus reſtituitur per modum iuſtitiæ, vt quando ſe in carcere conſtituit, & hoc caſu concludendum eſt, quod recuperat bona publicata etiam alienata, Doc. communiter in d. §. & quid ſi tantum. & Aegid. Boſſ. in ſua pract. crim. in tit. de remed. ex ſola clem. princ. quem primum caſum declara non procedere, quando bona ſunt vendita ſimpliciter, non vt bona publicata, nã hoc caſu emptor eſt ſecurus. Bar. in l. fi. nu. 7 C. de ſent. paſſ. Nicol. Bello. conſ. 31. & 53. & 59. & habet regreſſum aduerſus fiſcũ ad integram æſtimationem l. bene a Zenone. C. de quadr. pręſcrip. ita declarat Bello vbi ſupra & Felin. in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. extra de conſti. licet Bar. in d. l. fi. dicat, ꝙ fiſcus teneã in quantum eſt locupletior factus. Secundus caſus eſt, quando per viam gratiæ facta eſt reſtitutio banniti, & bona adhuc a fiſco non ſunt alienata, & hoc etiam caſu cõclude, ꝙ ea bona reſtitutus recuperat, ita concludunt etiam communiter Doct. in d. § & quid ſi tantum. declara tamen vt non recuperet eo caſu fructus a fiſco perceptos ſecundum communem Doct. opin. in d. §. & quid ſi tantum. de qua teſtatur ibi Fort. & Socin. iun. numero 123. & Boſſ. ſupra alleg. loco.

Tertius caſus eſt, quando bona ſunt alienata, & reſtitutus eſt quis bannitus per modum gratiæ, & concludas hoc caſu reſtitutum bona non recuperare. Alexã. Iaſ. Crot. & oẽs vno ore in d § & quid ſi tantum. & in l. in condemnatione. §. 1. ff. de reg. iur. Quem caſum declara non procedere, quando in reſcripto eſt adiectum, quod bannito nunquam obijci poſ-
42 ſit de banno, †hoc eſt cum clauſula, quod reſtitutio ſit pleniſſima, ita quod nihil de banno & bonorum cõfiſcatione obijci poſſit: tunc enim talis reſtitutio trahitur ad bona confiſcata, & alienata. Iaſ. in d. § & quid ſi tantum. numero 77. quem ibi ſequuntur Alexand. Socin. & alij, licetque de hac declaratione ibi dubitet Cro. cum Iaſ. verum illa eſt communiter recepta, vt teſtatur Alexander conſ. 154. numero 6 col. fi. verũ eſt tamen, quod illi, a quibus bona auferuntur, habebunt regreſſum contra fiſcum, vt pręfati aſſerunt, & ſupra dixi. declara nonnullis alijs modis, vt per Bal. Iaſ. & alios in d. §. & quid ſi tantum & ſim. illam regulam quæ ſe habet, quod reſtitutus a Principe intelligitur quo ad omnia reſtitutus multis modis vltra Doct. in d. § & quid ſi tantum. vt per Felin. in c. inter. extra de maio. & obed & Aegid. Bellam. deciſ. 741.

43 †Sed iuxta hæc adhuc quæro, an ſi banniti vel aliter vt ſupra condemnati habeant ſaluumconductum, durante ea ſecuritate habeant patriam poteſtatem? Et videtur dicendum quod ſic, ſicut dicitur, quod ſi ſtet ſtatutum, vt bannitus poſſit impune offendi. qui tamen poſtea habuerit ſaluumcõductum quem fecerit publicare, intelligitur reſtitutus ne poſſit amplius impune offendi, vt tradit Alber. in 4. par. ſtat. q. 37. in fi. & ſeq & Dec. conſ. 327. col. 4. nu 6. & late Gozad. conſ. 61.
44 per totum ferè illud conſilium, †immo offendens bannitum habentem ſaluumconductum tenetur crimine lęſæ maieſtatis. l. 1. in princ. ibi, aduerſus ſecuritatem ff. ad leg. Iul. maieſt.
45 & tradit Aymo conſ. 168. numero primo, volumine 1. †vnde cum beneficia Principum ſint latiſſime interpretanda l. fi. C. de conſt. princ & l. ſi quando. C. de bon. vac. lib. 10. eſt dicendum, ꝙ ſicut per ſaluumconductum bannito ſeu aliter damnato per Princ. pem conceſſum intelligitur facta reſtitutio ad ius, ne ille bannitus amplius impune offendi poſſit, ita & quo ad alia per illud tempus, quo durat ſaluusconductus, illũ Princeps reſtituiſſe cenſeatur. Contrarium tamen dicendum eſſe
46 putarem, †quia per ſaluumconductum non cenſetur Principem eum bannitum reſtituiſſe, ſed potius ſecuritatem quandam in aliquo loco morandi, eundi, & redeundi conceſſiſſe, vt tradit Abb. in c. quia diuerſitatem. nu. 6. de concel. præb & in c. accedens. nu. 2. de procur. & ſonat etiam nomen ipſum ſaluuscõductus, immo rectius conſiderando videtur potius Princeps animum habere, vt ille, cui facit ſaluumcõductum ad tempus, bannitus exiſtat faciendo illi temporalem ſaluumconductum, & non reſtituendo illum perpetuo, vt poterat ſi voluiſſet. Et non obſt. ꝙ debeat Principis beneficium late interpretari, & ſic medio illo tempore quo bannitus habet ſaluumconductum, cẽſeri reſtitutum etiam quo ad omnia alia
47 iura. †quia reſp. ꝙ beneficium Principis in ijs tantum, quæ beneficiũ ipſum exprimit, late interpretari debet, non alijs. Grã. conſ. crim. 6. nume. 20. vnde ſaluusconductus ſolum circa ea quæ ſecuritatem perhibent, late interpretari debet.

48 †Et adde vnum ſcitu dignum incidẽter in hac materia circa id quod diximus, non poſſe videlicet impune offendi bannitum ſaluumconductum habentem, ꝙ cum tales ſaluiconductus regulariter non dentur a Principe, ſed ab alijs inferioribus, & ſint limitati & referantur ad perſonas officialium, ſi talis bannitus etiam a ſciente ſaluumconductum fuerit occiſus, licuit interficienti illud impune facere, vt dixit Nellus in tract. bannit. in 2. par. 2. tem. q. 15. in fi. quem refert & ſequitur Gozad. d. conſil. 61. nume. 10.

Soluitur tertio patria poteſtas per dignitatem filij § filiuſfami. Inſti. quib. mod. ius pat. pot. ſolu. Hinc eſt ꝙ ſumma pa-
49 triciatus dignitas liberat ab ea d §. †Hinc eſt etiam, ꝙ per dignitatem epiſcopalem eximitur filius a patria poteſtate. §. illud. in

ind. in Anth. conſt. quæ de dignit. auth. ſed ep̄alis dignitas. C. de epiſ. & cler. auth. presbyteros. C. eo. gl. in l. 1. §. fi. ff. ad Maced Bar & alij in l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iu. ubi Iaſ. nu. 48. & Iaſ. in l. qui ſe patris. nu. 18. C. vnde lib. Bal. in l. ſacroſanctæ, nu. 1. uer. Epiſcop. C. de epiſc. & cler. Abb. in c. cum uoluntate. nu. 8. de ſen. excom. & in c. conſtituimus. nu. 2. de teſt. in integ. & c. cum ſcimus. nu. 5. de reg. & facit etiam pro hoc gl. in d. §. 1. Inſt. quib. mod. ius patr. pot. ſol. & Bart. in prin. in Auth. cōſt. quæ de dignit. & eſt cōis opinio, ut teſtatur Viuius lib. 2 comm. opin. opi. 120. & ſi aliqua vnquam dignitas filium a patr. pot. eximere debet, hæc ep̄alis vtique debet
50 † quæ non ſolum dignitas, ſed culmen dicitur dignitatum. c. venerabilis de prob. & Dec. in rub. extra eo. nu. 81. item & excellentiæ dignitas nuncupatur, vt tradit idem Dec. in c. 1. de
51 priuil. nu. 33. † vnde diſpoſitio, quæ de dignitatibus ſimpliciter loquitur, non includit epiſcopos, cum illa non ſit ſimplex dignitas. c. dilectus. de conceſſ. præb. c. inquiſitores. de hæret. in 6. c. quam periculoſum. de ſen. excom. in 6. & tradit Dec. in c. eccleſia Sanc. M. nu. 31. ext. de conſt. & in c. vt nullus. de præ
52 ben. nu. 11. & in rub. de proba. nu. 81. † Declara tamē id, quod dicimus, Epiſcopalem videlicet dignitatem filium a patr. pot. liberare, verū eſſe, quatenus patria poteſtas eſt contra eū, ſed quatenus eſt ſibi fauor, filius epiſcopus durat in poteſtate patris, gl. in l. ſi ex cauſa. § Papinianus. & ibi Barto. ff. de mino. & Iaſ. in l. patre furioſo. nu. 48. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. & rurſus in l. qui ſe patris. nu. 18. C. vnde lib. ubi ex hoc dicit, ꝙ filius epiſcopus iura legitimorum non perdit. §. illud. in Auth. cōſt. quæ de dignit. item nec ſuitatē. Bar. in l. filium. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & ꝙ filius epiſcopus, vel aliter in dignitate conſtitutus ſolum quo ad ea quæ eius incommodū reſpiciūt, liberetur a patr. pot. nō autem quo ad ea, quæ commodū concernunt, facit no. dictum Barto. in prin. per illum tex. in Auth.
53 conſt. quæ de dignit. nu. 3. † vbi dicit, ꝙ licet qn̄ filius exiuit de patria poteſtate per emancipationem, filius eius qui remā ſit in aui poteſtate, non redeat in poteſtatem filij emancipati ſi auus moritur §. 1. Inſt. quib. mod. ius patr. pot. ſolu. tamen ſecus eſt, qn̄ filius exiuit de pat. pot. per dignitatem quam adipiſcitur, pro quo dicto facit gl. in d. § 1. & in l. ſi pater filio. ff. de adopt. & ratio diuerſitatis colligitur ſm Iaſ. in d. gl. in d. §. 1. ex l. quod fauore C. de leg. cuius l. ratio non videtur bona, cum etiam emancipatio in fauorem filiorū inuēta ſit, vt infra dicemus, vnde colligitur melius ex d. § illud. in prin. in Auth. cōſt. quæ de dignit. pro quo faciunt quæ dixi ſupra in ſecundo effectu, nu. 41. in 4. lim. & ex his idem Bar. in l. item in poteſtate. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. in fi. infert ad pulchrā q.
54 † ſtante conſuetudine vel ſtatuto, ꝙ ſi aliquis moriatur non relicto filio in poteſtate, Princeps ſuccedat excluſis omnibus agnatis, pone moritur aliquis relicto filio Ep̄o, Princeps vult eius bona, cum reliquerit filium Epiſcopum, qui nō eſt in patris poteſtate, dicit Bar. ꝙ immo Epiſcopus ſuccedit, & ꝙ eo caſu dicitur in poteſtate patris; quia iſtud reſpicit eius fauorē, & idem tenet Bal. in l. apud hoſtes. in fi. C. de ſuis & leg. & in l. Deo nobis. C. de epiſc. & cler. & Fab. Io. de Plat. Ang. & alij in
55 prin. Inſt. quib. mod. ius patr. pot. ſol. & Iaſ. ubi ſup. † Modo ex his quæro, diximus filium a patria poteſtate liberari per dignitatem epiſcopalem, quid ſi fuerit filius in epiſcopum electus, non autem conſecratus, an ab ea eximatur? & ꝙ non, facit; qa
56 † epiſcopus ante conſecrationē non dicitur epiſcopus. c. tua. de his quæ fiunt a Præl. ibi (Epiſcopo vel electo) vbi etiam Abb. in primo no. ſed dr̄ ſolum electus. c. tam literis. in princ. & ibi Abb. de teſti. & c. oſti. vbi etiā Abb. in vlt. not. de elec. & c. inter corporalia § ſicut ergo. de transl. prælat. cum ſimil.
57 & Dec. in c. eam te. nu. 8 & 9. de reſcript. † ſicut etiā quis non vr̄ doctor ante acceptum birretum, licet licētiatus ſit. Bal. in l. athletæ. in prin. de excuſ. tut. & ex eo, quod de epiſcopo nō conſecrato dictum eſt, infert Bal. in l. nondū. C. de fur. in prin.
58 ver. item ſi ciuitas. † ꝙ ſi ciuitas interfecit electum, non dicitur epiſcopum interfeciſſe, iuxta c. ita nos, 25. q. 2. & facit gl. in cle. 1. de celeb. miſſ. Cōtrarium tn̄ in caſu noſtro dicendum eſt, ꝙ uidelicet adhuc non conſecratus a patria poteſtate li-
59 beretur. facit, quia † qn̄ Papa pronunciauit aliquem ep̄um alicuius ciuitatis, ſtatim pronunciatus acquirit illam dignitatē, qua ſoluit patria poteſtas, & ep̄us efficitur, vt tradit Bald. in l.
60 humanū. in fi. C. de leg. † & facit, qa ſtatim vt Papa dicit, fiat, gratia ſtatim facta eſt, ut dicit idem Bal. in l. fi. in prin. C. de cō. ſer. man. & in l. fi. ver. & ideo quæſtio. C. ſen. reſc. nō poſſ. & in l. ſi qua per calumniam. uer. deinde uos videtis. C. de epiſc. & cler. & in l. falſus col. 8. C. de fur. quod dictū declarat p. Dec.
61 in rub. ext. de cōſt. nu. 38. † & quāuis nondum cōſecratus nō dicatur habere ep̄atū pleno iure, & ob id non dicatur epiſcopus, ut dicit Abb. poſt Inn. in c. de multa. in gl. in verbo, receptione, de præ. & Abb. Dec. & alij in c. cum in cunctis. § cum vero. de elect. & Oldrad. conſ. 14. cū quæritur. in prin. aū quo ad dignitatē & multa alia dr̄ epiſcopus, licet non ſit conſecratus, ut tradit Dec. in c. eam te. nu. 8. cum multis ſeq. de reſcrip. & placet pro hoc dictum Bar. in d. prin. in Auth. conſt. quę de
62 dign. nu. 5. vbi ſentiens fortaſſe hoc dubium diſtinguit, † & in primo ſuæ diſtinctionis membro aſſerit, ꝙ ſola electione plenum ius tribuitur in maximis dignitatib. quales ſunt conſulatus, Patriciatus, & Ep̄atus. ſed quid de Cardinalib. dicēdum eſt, an & ipſi videlicet ſicut Ep̄i a patria ptāte eximant̄? Et vr̄ ꝙ nō. minorem. n. habet Cardinalis q̄ Ep̄us dignitatem, licet maius habeat Cardinalis officium & adminiſtrationem Bar. & alij in l. 1. §. ſi quis. ff. de appel. & Marc. Mant. in tract. de cōcilio, nu. 65. Contrarium tn̄ dicendū eſt, cum per dignitatem ſoluatur patria ptās, & Cardinales adeo in dignitate cōſtituti ſint, ut nō ſolū illuſtres, ſed ēt ſuperilluſtres dicantur, ſm Spec. in tit. de iuriſd. omn. iud. §. fi. ver. maximi ſunt, & uerſi ſm̄ canones, & Mart. Laud. in tracta. de Cardin. q. 51. & ꝙ ſicut Epiſcopus Cardinalis filiusfa. a patria ptāte liberetur, tenet idem Mart. Land. vbi ſupra, nu. 80. vbi ꝙ ſicut ep̄us non perdit iura ſuitatis, & ſequitur And. Barb. in tract. de præſt. Card. q. 1. ſub nu. 57 vbi ſimiliter declarat, ſicut diximus de ep̄o procedere quo ad ipſis damnoſa, nō quo ad vtilia, & infert ad conſuetudinem, de qua ſupra, ꝙ ſi quis decedat, qui nō habeat filios in ptāte, fiſcus habeat oīa bona ſua, ꝙ ſi habet filium ep̄um, non erit locus cōſuetudinis: pro quo vltra ſuperius allegata, adducitur in ſimili tex. in l. actor. §. item qui ſocietate. ff. pro ſocio. vbi quis deſinit eſſe ſocius quo ad vtilia, & quo ad damna remanet ſocius. & ideo dixit Bar. in l. 1 C. de dign. lib. 12. ꝙ ſi nobilis deſinit eſſe nobilis pp ſuum delictū ex diſpoſitione ſtatuti, ꝙ intelligitur quo ad vtilia, non quo ad damnoſa, nam quo ad ea remanet nobilis, & ꝙ Cardinalis ſolum quo ad ſibi damnoſa liberetur a patria poteſtate nō quo ad vtilia, eſt cōis opin. de qua teſtatur And. Barb. vbi ſupra ſub nu. 58. tamen in puncto iuris poſſet ſuſtineri contrarium, & cōtra cōem adducitur, ꝙ patria ptās ſit indiuiſibilis, ut toties dictū eſt; & ideo diſtinguendū eſt, aut nos loquimur in diſpoſitione hominis, & tūc patria ptās eſt indiuiſibilis. & non poteſt eſſe filius in patria ptāte quo ad quid, & quo ad quid non Aut ex diſpoſitione legis, & tunc pō., & hoc modo procedit cōis opinio, facit l. ab eo. C. de fideic. & l. cōmun. C. de nat. lib. & l. cum multa. C. de bon. quæ lib. & Barb. vbi ſ. Adde tn̄, ꝙ etſi Cardinalis & Epiſcopus filiusf. liberentur a patria poteſtate, tenent̄ tn̄ patrē ſuum honorare, & cum ſibi præponere, cum ēt Papa hoc facere debeat, ſm Bal. & Lud. Ponta. in l. prætor ait. in fi. ff. de in ius voc. & Io. Bertach. in tractatu de epiſc. lib. 2. nu. 20. vbi declarat illud uerū in his, quæ domi, non quæ foris fiunt, & bene, alias eſſet ꝯ id quod tenet Bal. in l. ſenium. col. 5. C. qui teſt. fac. poſſ. vbi dicit, maiorem eſſe paternam magiſtratus autho
63 ritate. † Tertio infertur ex hoc tertio modo quo ſoluitur patria poteſtas, qui eſt per dignitatem filij, ut ſacerdotabs ēt ordo a patria poteſtate filium eximat. gl. in uerbo, liberari, in ca. cū volunt. de ſent. excom. & in c. indecorum. de æta. & qual. Bar. in l. patre furioſo, in fi. ff. de his qui ſunt ſui vel ali. iu. Bal. in l. apud hoſtes. nu. 6 de ſuis & leg. & Iaſ. in l. qui ſe patris. nu. 18. C. vn̄ lib. & Guid. Pap. deciſ. 382. nu. 2. immo dixit idē Iaſ. in l. filiæ licet. C. de colla. ꝙ de iure canonico oēs clerici vltra tonſuram ſunt ſui iuris. Contrarium tn̄, ꝙ immo non eximātur ſacerdotes a patria poteſtate, voluit Inn. & alij doct. cōiter in d. c. indecorum. de æta. & qual. & Abb. in d. c. cū voluntate. nu. 8. de ſent. excomm. dicens hoc verius eſſe, nā dictum gl. ubi iure nō probatur, ſed potius probatur ꝯtrium, dum allegat gl. iura, quæ de ſolo epiſcopo loquuntur, nam ſi eſt ſpeciale in ep̄o ob ſublimem ep̄atus dignitatem. c. per venerabilem. extra qui fil. ſint leg. & in auth. licet dignitas epiſcopalis. C. de epiſc. & cler. ergo in ꝯtrium eſt ius cōe, nec minus obſtat arg. gl. ꝙ ſacer ordo liberet a dominica ſeruitute, quia indecens eſt, vt ibi dicit Abb. ꝙ quis ſit ſeruus & in ſacro ordine cōſtitutus, ſed nō ſic eſt indecens, ut quis ſit ſacerdos, & in patria poteſtate exiſtat; & ꝙ etiam ſi filij ſint ſacerdotes in poteſtate ſint parentum, eſt, ut dixi, cōis opinio, de qua teſtatur Iaſ. in d. l. patre furioſo. nu. 50. col. fi. in fi. ff. de his qui ſunt ſui uel
64 ali. iu. † Eſt uerum tamen, ꝙ ſacerdotes & clerici ſunt in poteſtate patris duntaxat quo ad tēporalia, ſecus quo ad ſpiritua-
65 lia, vt animaduertit ibi Iaſ. † & generaliter in ſpiritualibus nō curatur patria poteſtas. Dec. cōſ. 432. nu. 9 & dixi ſupra in 3. c. in 3. illat. Et pro cōplemento huius tertij modi, quo ſoluitur patria poteſtas, dicas, ꝙ omnes illæ dignitates, quę liberāt curiales ab obſequio curiæ & a conditione curiali, illæ eedē liberant filiumfa. a patria poteſtate, ut dicit Bar. in d. princ. in Auth. conſt. quæ de digni. nu. 2. quæ cum in d. auth. enumerētur, & in l. fi. C. de decurio. lib. 10. nō inſiſtō circa hoc ulterius. Quæ omnia poſſent forte limitari, quando aliqua ex ijs dignitatib. eſſet procurata, ex eo ꝙ dicit Bar. per illum tex. in l. non
66 vniuerſis. C. de leg. lib. 10. † vbi aſſerit, ꝙ dignitates, quæ præ-

ſtans

ſtant immunitatem, ſi ſint procuratæ, non præſtabunt, quod
dictum ſequitur etiam Iaſ. in l. ſi ſeruus plurium. §. ſi quis an-
te. ſub nu. 6. ff. de legatis primo, & faciunt ſimilia adducta per
eum ibidem.
67 †Quarto ſoluitur patria poteſtas per ingreſſum cuiuſcunq;
religionis approbatæ, ingrediēſq; in poteſtatem Abbatis vel
alterius ſuperioris tranſit, tex. eſt in ca. indecorum. de æta. &
qual. & glo. ord. vbi Bal. in l. ſi ex cauſa. §. pe. ff. de mino. in ver
bo, Papi. Bal. in l. ſacroſanctæ. nu. 1. & in l. Deo nobis. §. hoc ēt,
nu. 4. C. de epiſc. & cler. & in l. ſi longius. ff. de iu. & vbi qs, &c.
Bart. in l. patre furioſo. nu. 4. vbi etiam Bald. & Iaſ. nu. 47. ff. de
his qui ſunt ſui vel ali. iu. & rurſus Iaſ. in l qui ſe patris. nu. 17.
C. vnde lib. & iterum in l. 2. nu. 25. ff. de vulg. Are. in l. is poteſt
col. 4. ad fi. ff. de acq. hære pulchre Bal. in l. 2. C. de lib. exhibē.
Abb. in c. officij. nu. 2. de electio. & in c. ex parte, nu. 11. de re-
ſti. ſpol. & in c. conſtitutus. nu. 2. de reſt. in integ. & c. cum ſci-
mus. nu. 5. de regul. & Pet. Antibo. in trac. de munc. pa. 3. ſub
nu. 14. Guid. Pap. ſing. 26. & Boer. deciſ. 121. ad fi. Contra tamē
hanc communem, quod immo religionis ingreſſu non ſol-
uatur patria poteſtas, contendit Math. de ſucceſ. ab inteſt. in
princ. nu. 7. quem refert Pinell. in l. 1. prima parte. C. de bonis
mat. nu. 46. tamen cum prior opinio ſit communis, vt teſtat̄
ibi Pinell. ab ea in practica non eſt recedendum; & dicēdum
68 eſt firmiter, religionis ingreſſu ſolui patriam poteſtatem, †ꝙ
olim quoque erat in Virginibus Veſtalibus, quę ſtatim atque
per Pontificem captæ erant, liberabantur a patria poteſtate,
vt dicit Aul. Gell. lib. 1. c. 12. Et adde quod non ſolum ſi filius
ipſe ingreditur monaſterium, ſoluitur patria poteſtas, ſed ēt
ſi pater, quo caſu filius ab eius liberatur poteſtate. Bar. in l. pa
tre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Dyn. in l. liber ho-
mo. ff. de acquir. rer. domi. & per glo. in d. l. ſi ex cauſa. §. penu.
ff. de minor. & not. in additio. ad Matheſ. in ſing. 19. no. quod
69 ſententia. nu. 51. † dum per hæc dicit filium patris monachi
poſſe teſtari, quod ſecus eſſet, ſi non eſſet ſoluta patria pote-
ſtas, per ea quę dixi ſupra in nono effectu: & huius dicti ea red
70 ditur ratio; quia † cum religionem ingreſſus tranſeat in alte-
rius poteſtatem, vt dictum eſt, alios in poteſtate habere neq̄t.
l. ſic eueniet. ff. ad l. Iul. de adult. traditq; Barto. in d. l. patre fu
rioſo, & quod tam patris quam filij ingreſſu in religionē ſol-
71 uatur patria poteſtas, facit †quia religionem ingreſſus dr̄ mor
72 tuus cap. placuit. el 2. 16. q. 1. †ex quo infertur, ꝙ ſi quis condi
derit teſtamentum, & ſi hæres deceſſerit ſine liberis voluerit
vt reſtitueret hæreditatem, puta Titio, & iſte inſtitutus ingre
diatur monaſterium, venit caſus reſtitutionis, vt tradunt Do-
cto. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. Quod
intellige verum eſſe, quando ille religionem bonorum inca-
pacem ingreſſus eſſet, quo caſu cum mors illa ciuilis idē ope
retur quod naturalis reſpectu illius fideicōmiſſi, iuxta decla-
rationem ſupra poſitam, eſt locus fideicommiſſo, & ita con-
cludunt Doc. communiter in d. § & quid ſi tantum, & in l. cū
pater. § hæreditatem. de leg. 2 & in l. Stichus. §. Cornelio Fœ-
lici. de iure fiſ. Rip. in l. ex facto. §. ex facto ff. ad Trebell. Iaſ. cō-
ſilio 132. vol. 2 Roland a Valle conſil. 97. nu. 41. vol. 2. & Cra-
uetta ſtatim allegandus. Si vero fuerit ingreſſus monaſteriū
bonorum capax, concludas nō eſſe locum ſubſtitutioni. Do
cto. in d. §. & quid ſi tantum, & in c. in præſentia extra de pro
ba. probatur in §. ſed hoc præſenti. in Auth. de ſanctiſ. epiſco.
vnde ſumpta eſt auth. niſi rogati. C. ad Trebel. quam opin. ſe-
quitur etiam Bald. conſ. 353. caſus talis eſt. lib. 3. & conſi. 426.
ſuper puncto præmiſſo. ver. in contrarium facit. lib. 2. & An-
cha conſ. 165 quæſtio talis eſt. col. 1. & Tiraq. vbi alios quam-
plures cumulat in l. ſi vnquam. verſi. ſuſceperit liberos. nume-
ro 42. C. de reuoc. donat. Et ampl. hoc dictum etiam ſi dixe-
rit teſtator, ſi deceſſerit ſine liberis legitimis & ex ſuo corpo-
re natis legitimo matrimonio; nam adhuc ſuccedet monaſte
rium bonorum capax excludens ſubſtitutum, vt late per Ale
xan. conſ. 121. lib. 2. & in conſi. 35 lib. 3 Dec. cōſ. 159. col. 2 cir
ca finem. ver. capio nunc ſecundum caſum, & in conſil. 419.
col. 2. & late in d. cap. in præſentia. col. 28. verſ. poſtremo circa
iſtam gl. Cald. conſi 43. in tit. de teſta. & tradit Crauetta ī hoc
ſpecialiter conſulendo conſ. 155. vol. 1. vbi hoc locum habe-
re aſſerit, ſi non conſtet ꝙ teſtator voluerit etiam in hoc caſu
de monaſterio loqui, ſecus ſi dixerit, vel ſi monaſteriū ingre-
diatur: reddit rationem Didac. in lib. variar. reſol. c. 29. decla-
rantur præterea hæc, vt non habeant locum, ſi reſtitutio de-
beret fieri pio loco; eo enim caſu reſtitutioni locus eſſet, Do
cto. in d. c. in præſentia, & Cephal. conſ. 7. quæ declaratio nō
eſt vera, quia fundatur in d. §. ſed hoc præſenti. in Anthē. de
ſanctiſ. epiſc. qui non loquitur niſi in duobus caſibus, videli-
cet pro redemptione captiuorum, vel pro alimentis. Calcan.
conſ. 20. & hæc ſufficiant quo ad hoc dictum.
Aduertendum tamen eſt circa hunc quartum modū, quo
ſoluitur patria poteſtas, ꝙ licet per religionis ingreſſum ea po
73 teſtas ſoluatur, †tamen ingreſſus iura ſuorum retinet, & tanq̄
ſuus ſuccedit. l. Deo nobis. §. 1. C. de epiſc. & cler. vbi tex. dicit,
ꝙ monachi ita ſuccedunt patri, ac ſi monaſterium non fuiſ-
ſent ingreſſi. Banol. idem tenet in l. ex cauſa. §. Papinianus. ff.
de mino. & Bald. in l. cum in adoptiuis. per illū tex C de ado-
ptio. & in l. apud hoſtes, in fi. C. de ſuis & leg. & in l. hæredes.
de vulg & pupil. & in l. in pupillari, eod. tit. nu. 7. Alexand in l.
ſub conditione. ff. de lib. & poſthu. Doc communiter in cap.
indecorum. de æta & qualit. de communi teſtatur Iaſ. in d.
l. patre furioſo. nu 47. ff. de his qui ſunt ſui vel ali. iur. vbi con-
trarium tenentibus reſpondet, eamque ſequitur rurſus in l q
ſe patris, nu. 18. C. de bon. quæ lib. & Paulus de Caſtro conſil.
293. Ego Paulus, col. fin. vol. 1. & hanc ſententiam veram eſſe
affirmat Tiraq. vbi plura allegat in tractatu de vtroq; retract.
§ 1. glo 8. nume. 19 & rurſus in l. ſi vnquam, in verſi. ſuſcepe-
74 rit liberos, nume. 42. C. de reuoc. donat. † Quam communē
limitationem, vt per Bal. in l. Deo nobis. §. hoc etiam, num. 2.
C. de epiſc. & cler. quando talis eſt ſubſtantia, quæ ſui natura
ad monachum pertinere nequit, vt Ducatus, Regnum, Mar-
chionatus, & ſimil. nam in eam non ſuccedit Monachus, q̄
Bald. lim. ſequutus eſt etiam (licet Baldum non alleget) Iulius
Clarus in lib. 4 recept. ſent. § feudum. quæſtio. 78. verſ. ſi tamē
vellemus. dicens ita ſeruari, pro quo dicto allegat Specul. in
75 tit. de ſta. monach. §. 1. nume. 15. † Et addas, ꝙ etiam ingreſſo
monaſteriū ſuccedatur ab inteſtato, ſicut ipſi alijs ſuccedunt.
quod intellige quando ingreſſus eſſet in monaſterium bono
rum incapax. Bal. in d. l. Deo nobis § hoc etiam. Doc. in c. in
præſentia. extra de probat. Bart. in tract. minoricarum. Feder.
de Sen. conſi. 26. & Socin. in tract. fall. reg. 180. fall. 2. ſecus au-
tem, quando monaſterium bonorum capax ingreſſus eſſet:
eo enim caſu licet ipſi ab inteſtato alijs ſuccedant, ipſis tamē
non ſuccedītur, niſi a monaſterio; ingreſſi enim monaſteriū
ſe ſuaque Deo dedicant, inquit text. in auth. ingreſſi. C. de ſa-
croſan. eccleſ. & in c. in præſentia, vbi eſt locus ſuus, extra de
76 proba. † Eſt tamen bene verum, ꝙ ſicut neceſſario ipſis in mo
naſteriū ingreſſis debetur legitima, non ſecus ac ſi patria po-
teſtas non eſſet diſſoluta. c. ſi qua mulier. 19. quæſt. fi. & Dec.
conſ 426. ita e conuerſo ipſi ingreſſi, ſi deſcendentes, vel aſcē
dentes habeant, illis ad minus legitimam relinquere debent,
vt de deſcendentibus eſt tex in auth. ſi qua mulier, & ibi Do
cto. communiter. C. de ſacroſan. eccl. c. j. 19. q fi. & facit quod
no. in c. cum ſcimus. de reg. & c 1. extra qui fil. ſint leg. de aſcē
dentibus vero voluit Innocen. & alij in d. c. in præſentia ext.
de proba. per id quod habetur in l. nam & ſi parentibus. ff. de
inoff. teſta. & in auth. presbyteros. C. de epiſc. & cler. Barto. &
alij in d. aut. ſi qua mulier. C. eo. & Bal. per illū text. in d. l. Deo
nobis. § hoc etiam, in 3. not C de epiſc. & cler. vbi etiam alij
77 Docto & tradit Soc. in d. trac. fall. d. reg. 180. fall. 1. † Sed num-
quid iſta legitima debeat ab ingreſſo in monaſterium ſta-
tim ſuperſtitibus filiis vel parentib. aſſignari, vel potius eius
mors naturalis expectari debeat? Barto. dixit in d. auth. ſi qua
mulier. per illum tex. ꝙ ea legitima peti non poteſt ante mor
tem naturalem ipſius ingreſſi, pro quo facit quod not. in cap.
Rainutius. extra de teſta. & quæ dixi ſupra in pen. effec. dum
dixi, quod legitima viuente patre non debetur, interim tamē
ipſi ſuperſtites habebunt alimenta ab ipſo monaſterio, vt di-
xit Cyn in d. auth. ſi qua mulier. quem refert Socin. in d. trac.
fall. vbi ſupra. Contrarium tamen tenuit Iaſ. in d. auth. ſi qua
mulier. dicens quod patre effecto monacho habebit ab eo fi
lius legitimam, etiam eo viuente ſecundum ius canonicum,
ſecus tamen eſt de iure ciuili, & dicit ibi hanc eſſe magis cō-
munem opinio. licet nu. 52 & 57. ſibi plus opi. legiſtarum pla-
cere dicat, & Iaſ. ſequitur teſtans etiam cum eo eſſe commu-
nem opin. Io Bapt. a Villa in ſuis commu. opi. in verbo filius,
nume. 102. quam communem ſequutus eſt etiam Socin. vbi
ſupra in fi. primæ fall. licet paulo ante contrarium tenere vide
retur, pro qua opi. facit etiam tex. in c. cum ſcimus. de regu. &
ſequitur Io. Pirrhi. in trac. de ſucc. nu. 10. concludens deberi fi-
lio ſtatim legitimam, cum pater monaſterium ingreditur, iu
dicando tamen & conſulendo non recederem a communi
78 opi. legiſtarum, †tum quia in hac materia ſucceſſionis & ſim.
attenditur ius ciuile, vt tradit Aret. in princ. Inſti. de nupt. per
glo. in §. hactenus. vbi & ipſemet Are. no. Inſt. de grad. affinit.
Canonicum autem ſolum in ſpiritualibus vt matrimonio &
ſimilibus attenditur, vt dixi ſupra in 6. effec. nu. 6. tum etiam
quia magis iuridica videtur, cum (vt dixi) legitima in vita nō
debeatur. nec dicas, ꝙ ſit mortuus ſaltem ciuiliter religionē
ingreſſus, quia id non mouet, cum hoc caſu mors hæc ciuilis
nō operetur idem in effectu, quod naturalis, adeo quod mor
tem naturalem expectare ſuperuacaneum ſit, vt in princ. hu-
ius cap. requiri diximus ad hoc vt currat æquiparatio; poteſt
enim interim monaſterium bonorum capax (vt præſuppon
mus) viuente monacho ius bonis frui: quando autem agere-
mus

mus de ingreſſo monaſterium bonorum incapax, tunc ſine dubio procederet communis canoniſtarum opinio, vt ſupra dixi. Non inficior tamen, quod interim illi, quibus debetur legitima, debent a monaſterio ali, cum alimenta in vita debeãtur, vt tradidi ſupra in vlt. effectu.

79 Soluitur † quinto patria poteſtas per emancipationem § præterea. Inſt. quib. mod. ius pat. pot. ſolu. l. cum in adoptiuis. verſicu. ſi vero. in fi. C. de adopt. tradunt etiam ibi Doct. & alibi paſſim vno ore, & Pariſ. conſ. 53. nu. 39. vol. 1. quæ emancipatio olim iniuriis & alapis fiebat, vt deducit Io. Boich. in tract. de nupt. lib. 2. nu. 33. hodie autem emancipatio debet fieri coram iudice ordinario ſolenni iuris ordine, & cum ipſius decreto l. non nudæ. de emanc. lib. cum concord. & l. 1. verſ nec ſane. de offi. præt. l. emancipati. ff. de adoptio. & l. emãcipatur. de fide inſtrum. cum ſimili. & tradit Paris de Put. in tract. de ſynd. § quæro, nu. 2. alias non valeret emancipatio, vt Par. ibi tenet, dicens propterea non valuiſſe in regno vnam emãcipationem: ſoluitur igitur (vt diximus) patria poteſtas emancipatione, pro quo vltra prædicta facit, quia emancipatio morti æquiparatur, vt tradit Bal. nouell. in trac. de dote, par. 7. priui. 34. ſub numero 3

Quod dictum ampl. vt non ſolum ipſe filius emancipatus per emancipationem a pat. pot. liberetur, ſed etiam nepotes ex eo, nam & ipſi ab aui poteſtate eximuntur, ſi pater emancipetur: ita videtur tenere gloſ. in ver. liberi. in d. § præterea. dum ponderat dictionem, liberi: & facit tex. in princ. Inſt. eo. per quem dixit ibi Are. generaliter, ꝙ ex omnibus his modis, quibus ſoluitur patria poteſtas, reſultat hic effectus ꝙ nõ ſolum ego liber a patria poteſtate, ſed etiam filij mei ab aui poteſtate eximantur, & in meam reincidunt, & ita colligitur expreſſe ex d. princip.

80 † Limi. modo hunc quartum modum primo, vt non habeat locum quando emancipatio eſſet facta apud iudicem incõpetentem, quo caſu non valeret, Dec. conſi. 13. nu. 2 & 6. quę autem requirantur ad hoc vt emancipatio valeat, vide Cor. conſi. 177. nu. 2. vol. 1 & quæ forma in ea ſeruanda ſit, vltra id ꝙ ſuperius dixi, vide etiam Aret. & alios in d. § præterea. & an emancipatio clerici corã iudice ſeculari fieri poſſit, vide Dec. vbi concludit, quod ſic, in cap. decernimus. numero 230. extra de iudiciis.

81 † Limit. ſecundo, quando emanciparetur filius infans ſine principis reſcripto, ꝙ fieri nequit. l. iubemus. C. de emancip. lib. cum pluribus aliis adductis per Corn. conſil. 173. nume. 1, volumine primo.

82 † Lim. tertio, vt non procedat quando emancipatio fuiſſet fictitia & ſimulata, vt tradit Pariſ. conſ. 53. nu. 39. volu. 1.

83 † Sciendum eſt tamen hic, ſublatam eſſe hodie differentiã patriæ poteſtatis & emancipationis quo ad ſucceſſiones per § ſi vero. verſ. nullam. in auth. de hæred. ab inteſt. veni. Quod declara verum eſſe quo ad ſucceſſiones ab inteſtato tantum, non autem quo ad eas quæ ex teſtamento deueniunt. Bart. in l. filio præterito. nu. 10 ff. de iniuſ. & rup. teſta. tradunt Bar. & Iaſ. in l. ſi emancipati. C. de colla. Ang. de Peruſ. in tract. de ſuit. q. 10. ſub nu. 5. & Doct. in § emancipatos. de exhære. libe. & in l. Gallus § & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſth. glo. & ibi Bart. in ver. agnationis, in l. fi. C. de codicil. & glo. & Doct. in l. ſi filius. ff. de mino. & in auth. ea cauſa. C. de liber. præt. & ſic filius emancipatus, qui olim ad ſucceſſionem venire non poterat, niſi de iure prætorio per bono. poſſ. vnde lib. & propterea haberet neceſſe infra annum petere. l. 1. § largius. & § lon

84 gius. ff. de ſucceſſ. edic. & l. emancipata. C. qui admitti. † hodie poteſt de iure ciuili ab inteſtato adire vſque ad 30 annos. l. licet. C. de iure delibe. & animaduertit etiam Iaſ. in d. § & quid

85 ſi tantum. nu. 52. † Et hinc eſt, cum emancipationis & pat. pote. differentia ſit ſublata quo ad ſucceſſiones ab inteſtato, ꝙ emancipati in feudis ſuccedunt, ſicut alij filij qui in poteſtate

86 ſunt, † cum feuda in teſtamento non relinquantur, ſed ab inteſtato debeantur. c. 1. de ſucceſſ. feud. in vſibus feud. & ita cõmuniter teneri teſtatur Marc. Mãt. ſing. 564 multiplici ratione. num. 1. Et ex his habes filium emancipatum non differre quo ad ſucceſſionem ab inteſtato ab eo qui eſt in poteſtate, quo vero ad ſucceſſionem ex teſtamento ſic, vt dixi, & tenet Marc. Mant. ſing. 564 multiplici ratione. nu. 1. & eſt communis opinio, vt teſtatͣ nouiſſime Emanuel Suarez in ſuo Theſ. recept. ſent. in ver. emancipatus. ſub nu. 44. & rurſus in verbo, filius. num. 247. vbi dicit, ꝙ filius emancipatus ab inteſtato ad ſuorum ſimilitudinẽ hodie ſuccedit, etſi nec ſuus ſit, nec eius filius qui ſuus eſt, prærogatiuas & dignitates obtinet, vbi ſimiliter de communi opin. teſtimonium habes. Contrarium tamen, ꝙ immo etiam quo ad ſucceſſionẽ ex teſtamento nulla ſit inter filium in poteſtate & emancipatum differentia, tenet gl. in l. 1. de coniung. cum emancip. lib. in quantum vult, ꝙ per d. § nulla. in Auth. de hæred. ab inteſt. ſit hodie correctus ille tit. qui tamen habet locum etiam ex teſtamento, ita eſt etiam de mente gl. in auth. in ſucceſſione. C. de ſuis & legi. & in l. ſi proponas. C. de inof. teſta. & in l. fi. de libe. & poſthu. Bart. Alex. Iaſ. & alij in d. l. Gallus. § & quid ſi tantum. & Doc. in § emancipati. Inſt. de exhæred. libe.

87 † Vnde dicendum eſt pro reſolutione contrariorum, hanc eſſe differentiam quo ad ſucceſſionem ex teſtamento inter filium in poteſtate, & emancipatum: nam ſi emancipatus ſit præteritus ſine cauſæ inſertione, teſtamentum etiam de iure ciuili eſt nullum & ſic procedit vltima opinio quæ vult, non eſſe inter eos differentiam, etiam quo ad ſucceſſione ex teſtamento. ſi autem ſit præteritus cum inſertione cauſæ, valet teſtamentum mero iure, ſed poteſt per bonorum poſſ. ꝯ tabu. impugnari, & in hoc eſt differentia: cum ſi filius in poteſtate ſit præteritus ſiue cum inſertione cauſæ, vel ſine, ſemper dicat nullum, ſecundum communem Doct. opin. de qua teſtatͣ Curt. iun. in auth. ex cauſa. nu. 37. & in auth. non licet. nu. 14. C. de lib. præt. & hæc conciliatio colligitur expreſſe ex gl. ſingul. in § exhæredatos. in ver. noluit. in Auth. de hær. & falcid. cum qua pertranſiuit Iaſ. in d. § & quid ſi tantum. num. 54. & eſt communis opinio, vt de communi teſtatur idem Iaſ. in d. auth. ex cauſa, poſt nu. 8. ver. an autem quando. C. de lib. præt. Crot. in d. § & quid ſi tantum nu. 11 r. Dec. in l. ſicut certi. nu. 17. C. de teſta. mil. & ita communiter teneri aſſerit etiam Bel lo. in princ. Inſti. de exhæred. lib. Alex. conſ. 161 nu. 1 lib. 2. Iul. Clar. in lib. 3. recept. ſen. § teſtamen. q. 42. ver. & hæc quidem.

88 † Et vltra prædicta aduertendum etiam eſt in hac materia, ꝙ licet emancipatione ſoluatur patria poteſtas, reſtant tamẽ adhuc reliquiæ quædam patriæ poteſtatis, vt dixi ſupra in 3. effectu, & tradit Iaſ. in l. ꝙ dr̃. nu. 34 ff. de ver. obl. ita & reuerẽtia erga patrem, & alia, quę meram naturam reſpiciunt, & ius ſanguinis, quod emancipatione tolli nequit. l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur. & Aug. in tract. de ſuit. q. 10 nu. 14. & dixi in d. 3. effectu. Ex quibus omnibus reſultat, vt non poſſit filius emãcipatus in ius patrem ſine venia vocare, & multa alia q̃ ſuis ĩ

89 locis explicauimus. † Item emancipatione non obſtante filij emancipati & alimenta & legitimam a patre habere debent. l. cum ratio. ff. de bon. dam. l. cas obligationes. & l. legatum ff. de cap. dim. l. ſi quis a liberis. in prin. ff. de lib. agn. & tradit Bal. in l. vni. in 4. col. C. quando non pet. par. facit etiam text. in d. l. iura ſanguinis, & l. ius agnationis. de pac. & § ſed naturalia. Inſt. de in. nat. & in ſimili arguit Roma. conſ. 179. incip. ampliſſime Doct. per quæ ita expreſſe tradidit Marc. Mant. ſing. 162. regulariter etiam dici ſolet. nu. 1. immo etſi filij emancipati non redeant regulariter inuiti in patriam poteſtatem, & e conuerſo parentes non recipiant eos iam emancipatos inuitos in patria poteſtate, vt tradit Bapt. de S. Blaſ. in trac. de correl. nu. 27 tamen ſi parentes non alant, filij emancipati, vt ingrati in patriam poteſtatẽ reduci poſſunt, vt dicit Ang. Aret. in trac. de teſta. glo. 45 nu. 22. Vnde etiam filijs emãcipatis debetur a patre dos. Signoro. de Homode conſ. 88 Bal. Nouell. in trac. de dote, priuil. 5. & 26. in 6. pat. & Campeg. in 1. par. ſui tract. de dote. q. 26. eſtq; communis opinio, vt teſtatur Boer. q. 131. nu. 6. ea ratione qua ſupra, quia videlicet obligatio ſeu affectio naturalis non tollitur per emancipationem ſecundũ gl. in § in teſtibus, in princip. Inſt. de teſta. quam ibi ſequuntur Io. de Plat. Io. Fab. & Ang. Are. Ex quibus apparet, quo ad ea quæ magnam vtilitatem filij emancipati reſpiciunt, parũ aut nihil filium emãcipatum ab eo qui in poteſtate eſt, differre:

90 ꝙ optima ratione ſancitum mihi fuiſſe videtur. † Cum enim emancipatio in beneficium & fauorem ipſius filij inuenta ſit vt eſt tex. in l. 1. C. de ingr. lib. & ex multis comprobat Tiraq. in l. ſi vnquam. in verbo, donatione largitus. nu. 146 C. de reuoc. donat. abſurdum quidem fuiſſet, ſi parentis ſucceſſione & legitima priuatus eſſet, ne in odium retorqueretur ꝙ ſibi in fauorem fuerat conceſſum, cõtra l. quod fauore. C. de legi.

91 † Modo ex his quæro, videmus emancipatione ſolui patriã poteſtatem, ex quo filius lucrari, pater autem amittere videt. vt docet Tiraq. in d. l. ſi vnquam, vbi ſupra, nunquid filius patrem cogere poſſit, vt ſe emancipet? & dicas ꝙ pater regulariter cogi non poteſt ad emancipandum filium. § fi. vbi ſcrib. Inſt. qui. mo. ius pat. pot. ſolu. & in l. nec auus. C. de emancip. lib. & in l. ſi cui legatum. ff. de cond. & demon. per glo. Bart. &

92 alios in l. quidam cum filium. ff. de ver. obli. † fallit tamen hoc dictum in aliquibus caſibus, quibus pater filium emancipare cogitur, qui enumerantur per gl. & Doc. in d. § fi. Inſti. quib. mod. &c. & in d. l. ſi cui legatum. in ver. cogendum & in l. ſi filiusfam. § ſecundum vulgarem, de leg. 1. & nonnullis aliis modis, quos refert Soc. in trac. fall. reg. 286. Quibus adde generaliter. ꝙ in omnibus caſibus, in quib. filius poteſt patrem exhęredare, ex eiſdem pr̃ cogi poteſt emancipare filium. Raph. Cumta conſ. 82. caſus talis eſt. quẽ refert & ſequitur Rip. in l. Lu-

93 cius. nu. 17. de vulg. & pup. † Sed e conuerſo, nunquid poſſit

pater

pr̃ filios ipſis inuitis emancipare? Et pariter dicendum eſt, ꝙ non, vt no. in d. l. nec auus. C. de emanc lib. glo. in l. fi. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Bal. in §. multis. Inſti. de libertinis. & rurſus in l. fi. num. 10. de teſta. manu. & tradit Capic. deci. 194. numero nono.

Quod dictum fallit primo generaliter, vbi adſit aliqua iuſta cauſa: tunc enim emancipari poteſt filius, etiam inuitus, vt no. Bart. in l quidam cum filium. ff. de verb obli.

Secundo fallit, quando filius eſſet rixoſus, & pr̃ ſæpe teneretur pro eo cõdẽnationem ſoluere, ꝙ facere ex forma ſtatuti deberet; quia tunc etiam eo inuito ipſum pr̃ poſſet emancipare, vt tradit Soc. in d. trac fall. reg 158.

94 † Vltimo quæro, pone ꝙ filius ſe emancipari patiatur, poſtea aliqua ex cauſa pœnitentia ductus emancipationi renunciet, an in patris poteſtatem reincidat. & dr̃ expreſſe ꝙ non, in l. qui liberatus. ff. de adop. & tenet Corn conſ. 228. nu. 7. volu. 4. non enim cauſat̃ patria poteſtas niſi natura, vel adoptio. l. 1. in princ. ff. de adoptio. quorum neutrum conſiſtit in renũciatione, prout enim non poteſt quis renunciando libertati ſibi præiudicare. l. ſcientis. C. de ing. & manum. & l. nec ſi volens. C. de lib. cau. ita non poteſt exiſtentiæ ſui iuris renunciã

95 do ſibi præiudicare, † cum & emancipatio ſpecies ſit libertatis, vt tradit Bal in l. vnica. nu. 1. C. de ingr. lib. cuius fauore diſpoſitum eſt hoc caſu, ne filius ſuo fauori renunciare valeat, & ſic emancipationi in eius fauorem (vt ſupra diximus) intro ductæ. pro quo facit vltra prædicta, ꝙ nemo eſt dominus ſui ipſius. l liber homo. ff. ad legem Aquil. quod ad hoc adducitur per Corn. vbi ſupra.

96 Soluitur † patria poteſtas vltimo, vno modo vltra poſitos in tit. Inſt quib. mod. ius pat. pot. ſolu. quando videlicet pater poneret filium in hoſpitali, nam eo caſu perdit ius & priuilegium ꝙ habet in filios, immo ſi occideret poſtea patrem, nõ teneretur pœna leg Pomp. de parricid. & idem e conuerſo dicendum eſt, ita notabiliter dixit Pet. Gerard. ſing. 5. nu. 9. per

97 tex. ſing. in l. 2. C. de infan. exp per quem tex. dixit ibi Bald † ꝙ ciuis deſerens ciuitatem periclitantem perdit priuilegium ciuitatis, & deſinit eſſe eius. Et hæc ſufficiant quo ad hoc caput, non inſiſto vlterius, cum de eo adſit tit. vbi Docto. plene ſcribunt, Inſt. quib mod. ius pat. pot. ſolu.

98 Modo † quarto, in hac materia dixi, quibus modis ſoluatur patria poteſtas, & dictum eſt ſupra c 5. quomodo conſtituatur, nunquid inter hæc poſſit dari medium, & ſic quis poſſit pro parte eſſe in patria poteſtate, & pro parte non, puta ſi poſſit filius emancipari per patrem quo ad vnum tantum?

99 Et dicas quod non, quia † patria poteſtate eſt indiuidua, & non poteſt quis eſſe in duplici ſtatu inuicem contrario. l. 1. §. 1. C de lati. lib. & Bald. not. in l. ſeruum. C. de iur delib. ꝙ reaſſumit pro no. Boer. inter ſing. in rub. mixta de ꝯtractibus, nu. 13. Soci. in l. 1. §. in filij. ff ad Treb. in 3. not. quem ſequitur Crau. conſ. 273. nu. 13. vol. 2.

100 † Secundo quæro, an in dubio præſumatur filium in poteſtate patris eſſe, vel ab ea liberatum? Et faciendo regulam dicas, ꝙ in dubio filius præſumitur in poteſtate patris. l. ſi emancipati, vbi Doc. communiter. C. de colla. l. ſi filius. ff. de prob. Boer. in ſing. in verbo præſumpt. nu. 42. Corn. conſi. 204. quãquam, lib. 3. & Alcia. plene, qui omnino in hac materia videndus eſt in tract. præſump. præſu. 1. Lim. niſi ipſe filius eſſet in quaſi poſſeſſione ſui iuris, puta quando ſe tanquam paterfamilias exerceret. Alex. in d. l. ſi emancipati. C. de colla. num. 2. vbi Iaſ. Dec. & alij, Corn. conſil. 280. lib. 3. & Alc. vbi ſupra, cũ

101 alijs per eum adductis. Ratio eſt; † quia inter cætera poſſeſſionis commoda illud eſt præcipuum, vt reijciat onus probandi in aduerſarium. §. commodum. Inſt. de interd. Sublim. tamen hanc limit. non procedere quoties diſcuteretur de eius ſtatu, ſed bene qñ illud incidenter eueniſſet, & ita intelligenda sũt, quæ dicunt Doct. in d. l. ſi emancipati. & Bar. & Bald. in l. 2. de

102 re iud. ratio huius ſublim. eſt, † q a tunc poſſeſſio iuris releuat ab onere probandi, cum ſtatus qui inducitur ex iſta quaſi poſſeſſione, homini a natura ineſt: ſecus e ꝯuerſo. l. 3. §. hoc aũt. ff. de iti. act. priu. Bal. in l. Titia. verſ. 1. caſu. ff. ſol. mat. ſed iſte caſus, de quo agitur, non ineſt ei a natura, quia non eſt filius naturaliter ſui iuris. l. item in poteſtate. ff. de iu. nat. gent. & ciu. ergo &c. & ſi diceres, ꝙ homo dr̃ natus liber. to. tit. de iu. nat. Reſpondeo, ꝙ non cõſideramus naturam de illo iure primæuo, ſed natalium. l. fi. cum ibi no. de reſt. nat. & ideo hoc caſu non ſufficit iſta quaſi poſſeſſio, ſed opus eſt vt fuerit in poſſeſſione per longum tempus, & ita loquit̃ tex in d. l. 1. de pat. pot.

103 ibi, vti paterfamilias, & tradit Afſli. deciſ. 183. nu. 3. † dicens, ꝙ emancipatio non probata emancipatione præſumitur p qua ſi poſſeſſionem emancipationis per 20. annos.

Secundo ſublim. eam lim. vt procedat, quoties non conſtaret eum legitimo matrimonio natum, quando autem cõſtaret ſecus eſt. Doc. cõiter in d. l. ſi emãcipati. C. de colla. & Do-

104 cto. etiam communiter in l. ſed ſua. ff. de acq. hær. † & ratio ẽ, quia mutatio non præſumitur. l. cum qui voluntatem. ff. de procu. l cum hic ſtatus, in princ ff de dona. inter vir. & vxo. c. maiores. de bapt ꝙ ampl. etiam ſi ſit lapſum longum tempus, vt per Iaſ. in l. ſancimus. per illũ tex. in 3. no. C. de reſt. de quo vide per gl. & Doc. in l. 1. C de ſeru. fug. & Alc. in ſuis præſum.

105 reg. 5. præſ. 16. vbi ampl. nonnullis modis. † Et hinc eſt, ꝙ qui ꝯduxit fundum pro certo tempore, eo finito, ſi in eo perſeueret, præſumitur reconduxiſſe. l. item quæritur. §. fin. & l. ſeq ff.

106 loca. & Alc. vbi ſupra, præſ. 17. † Hinc eſt etiã, ꝙ qui olim fuit furioſus, præſumitur & hodie eſſe. c. fi. vbi gl & Abb. de ſucc. ab inteſt. & Alc. vbi ſup præſ. 18. quem videas omnino in hac materia cum multis ſeq. Sed nos redeundo ad propoſitũ noſtrum, illum legitimo matrimonio natum præſupponimus, quo ſtante eſt in pat. pot. Inſti. de nupt. in princ. ergo non debet hoc caſu præſumi mutatio, immo filium in ptãte exiſtere.

107 † Lim ſecundo ea regula ita duobus modis ſublimitata, qñ filius eſſet ſexagenarius, vel quinquagenarius, cum in illa ętate non ſoleant vt plurimum filij patres habere arguendo a communiter accidentibus, nam tunc non præſumetur in patris poteſtate, ita vt̃ ſentire Cagn. licet expreſſe non dicat, in

108 d l. ſi emancipati. nu. 52. † & ſi diceres, ꝙ in dubio vnuſquiſq; p̃ſumitur viuere centũ annos. l. fi C de ſacroſan. eccl. ex quo dicendum eſt, quod etiam ſexagenarius, vel quinquagenarius poſſit habere patrem. Reſpon nullibi in iure reperiri, quod vnuſquiſq; centum annos viuere præſumatur, vt animaduertit Dec. in d. l. ſi emancipati. & poſt eum D. Quintilianus Mandoſius noſter de Ameria, in reg. cancel in reg. de infirm. 2. q 6. & idem placet etiam Berẽgario a Palauco in l. vnica. C. de ſent. quæ pro eo ꝙ intereſt. nu 294. ſed iura omnia dicunt, ꝙ tempus longiſſimum hominis eſt vſque ad centũ annos, & ꝙ illam metam de iure excedere non poteſt, de qua q. videndus eſt Alc. in trac. præſ. reg. 1. præſ. 44. vbi plene, & ideo vera ſubſiſtit lim cum qua pertranſibat præceptor meus colendiſſimus D. Thobias Nonius interpretando d l. ſi emancipati, per arg. a communiter accidentibus, & per l. hæreditatũ.

109 ff. ad leg Falc. † Adde tamen, ꝙ Dec. & Corn. in d. l. ſi emancipati, & Corn. conſ. 68. lib. 1. concludebant, ꝙ filius non præſumeretur paterfamilias, nec filiusfamilias, ſed qui ſe fundabat in eo, illud debebat probare, vt dixi etiam ſup. c 5. q. fi nu 77. vbi videas. ſed tu non recedas a communi opinione, vt præſumatur filiusfam. cum declar. tamen ſuprapoſitis, & alijs quas tradunt Doct. in d. l. ſi emancipati. & Alc. in d. tract. pręſump. præſu. 2. reg. 2.

110 † Vltimo quæro, an ſi filius aliquo caſu a pat. pot. liberetur, eo caſu ceſſante in patris poteſtatem reincidat? Et dicas ꝙ ſic vt concludit Gram. deciſ. 54. nu. 10. vbi alia habes ad hanc materiam, & rurſus conſ. ciu. 86. num. 5. & facit ꝙ dicitur de filia maritata, quæ cum apud Francos in viri tranſeat poteſtatẽ, tamen ſi ſit vidua effecta, in patriam redit poteſtatem. Boer. deciſ. 197. nume. 4 & dicit nouiſſime Emanuel Suarez in ſuo Theſ. recep. ſent. vbi de communi opin. teſtatur ꝙ dum filiæ maritatæ ex conſuetudine eximuntur a pat pot. marito mortuo in patris redeunt poteſtatem: pro quo faciunt etiam quę diai ſupra, cap. 4. nu. 37. & 38.

TRACTATVS
SEV COMMENTARIVS
DE PATRIA POTESTATE.

Sebaſtiani Monticuli, I. C. Vincentini, In tit. de Patria poteſtate, Inſtitutionum Imper. Lib. I. titu. IX. In quo præter varios patriæ poteſtatis effectus: De diuortijs, deq; iure, ac priuilegijs Ciuium Romanorum opportune diſſeritur.

S V M M A R I V M.

1 *Mulier cur non habeat liberos in poteſtate.*
2 *Mulier ſpuria atque ignobilis recipit nobilitatem mariti.*
3 *Mulier olim nihil facere poterat ſine conſenſu propinquorum & mariti.*
4 *Mulieris officium, & vita, quæ eſſe debeat.*
5 *Quõ, & quando penes Romanos vita probitas, & boni mores euanuerint.*
6 *Corn. Tacitus, Suetonius Tranquillus, Papinianus, Martianus, quo tempore vixerint & floruerint.*
7 *Alex. Seuerus Imperator, & eius mos in legibus ſanciendis.*
8 *Maritatus olim, maritataque, quomodo impune ſcortari, & lenocinari poterant.*
9 *Lenocinium prohibuit Iuſtinianus, ſed non concubinas, & meretrices.*
10 *Tempore Augusti multa fuiſt ſancita in gratiam mulierum.*
11 *Parapherna quando ſint permiſſa mulieribus.*

Mulier

12 *Mulier quando patris, & mariti, & aliorum curam, & regimen ſubterfugiat.*
13 *Filia quantumuis nupta eſt in poteſtate Patris.*
14 *Olim mulier nihil proprium, aut diuiduum poſſidebat a marito.*
15 *Vxor olim ſine conſenſu mariti non adminiſtrabat rem familiarem.*
16 *Statuta, & Conſuetudines laudantur, ne mulier poſsit alienare.*
17 *Mater non minus quam pater ſecundum naturam tenetur ſubuenire filio, filiaque.*
18 *Mulier eſt valde effrenis, & petulans.*
19 *Rex Aegyptiorum quomodo oculorum viſum recuperauerit.*
20 *Spurij quo pacto ad bonam frugem reduci poſſent.*
21 *Definitio patriæ poteſtatis.*
22 *Pater quo tempore, & iure ius vitæ, necisque in liberis habuerit.*
23 *Lex xij. tab. permittens creditori ius in corpus debitoris.*
24 *Lycurgus, & Solon legiſlatores.*
25 *Patria poteſtas in pietate, non in atrocitate debet conſiſtere.*
26 *Adulteram cur poſsit pater occidere, maritus non item.*
27 *Filius poteſt a patre in carceres detrudi, & caſtigari.*

Patri ergo tantum, & auo, cæteriſq; virilis
ſexus parentibus com-
petit patria poteſtas, non matri, quia fœminæ non habent li-
beros in poteſtate, § fœminæ. inſ. de adop. Ex regula commu
1 ni, mulier † eſt caput, & finis ſuæ familiæ, l. pronuntiatio. §. fin.
& l. ſeq. de ver. ſig. Cuius regulæ ea vis eſt, vt mulier quidem
ſit de familia, genere, agnatione patris ſui, non tamen illam
transferat viuens, vel moriens in filios ſuos, l. j. de iure immu.
Quinimmo mulier nuptui tradita, illico tranſit in familiam
mariti; Et filium marito, non ſibi parit, l. pen. §. Iulianus. & ibi
Albericus, & Bal. quod falſo tut. l. quicunque, vbi Bar. C. de re
mil. lib. xij. Ad quod ego præter alios pondero textum in l. pa
ter de colla. dotis. Vltra textum ponderatum per Othomanũ
in l. Seia. ſol. mat. vt infra plenius memorabo circa ritus, & for
2 mas vxorum, de quibus Cicero, & Boeth in Topicis. Et † hoc
maxime vetum eſt ſi mulier ſpuria, atque ignobilis denubat
nobili, & legitime nato: nam mariti fulgore natalium ſuorũ
ſordes eluet, ac legitima fiet. Ita Ang. frater Baldi in §. quod
vero in fi. Auth quib. mod. natu. effic. ſui, coll. 7. Decius in l. 2.
de reg. iur. Sylua nuptialis in verbo. Seni non eſt nubendum.
in quatra ampl Andreas Tiraquellus de Nobilitate cap. xviij.
Altius ratio eſt indaganda Græci, a quibus Romani pleraque
ſumpſerunt, fœminas valde ſtricte concludebant, eas perpe-
tuæ tutelæ parentum, fratrum, propinquorum ſubijciendo.
3 Et † adhuc arctius premebatur mulier, quando in manum vi-
ri, familiamque migrabat: ſine cuius conſenſu nec contrahe-
re, nec teſtari, nec aliud quidquam facere poterat, Plato libro
xj. de legibus Demoſthenes, & Iſocrates non ſemel. Cicero
In Oratione pro L. Flacco, pro L. Muræna, pro A. Cæcinna Li
uius lib. 4 & 9 de bello Macedonico Budæus Gallorum eru-
ditiſſimus in Commentarijs linguæ Græcæ: Tiraq. Gallorum
accuratiſſimus de legibus connubialibus in 1. lege. Et iterum
glo. ſexta in princi. Nec immerito ſapiens vetuſtas ita ſanxit,
4 Quoniam † mulierem decet manere domi inter pediſſequas;
liberos educare, familiam regere, ſoli viro placere, atq; obſe-
qui, non etiam ſermocinando, negotiando, garriendo virilia
ſibi munia aſſumere ſuumq; perſtringere pudorem: Quando
& vox Dei audiatur Euam alloquentis, Gen. 3. Sub viri pote
ſtate eris: ipſe dominabitur tui. Et Regina Saba vltro ceſſerit
ſapientiæ Salomonis, Paralipomenon. 2. c. 9. Et Tanaquil vxor
Tarquinij Priſci, Romanorum Regis, quæ ob morum præſtã
tiam Caia Cæcilia vocata eſt, ſua manu veſtem laneam ne-
uerit, & cõtexuerit Seruio Tullo, Romanorum Regi; Ad cu-
ius exemplum poſtea nupta ſecum ferebat colum, & fuſum
cum lana, atque ingrediens limen ſponſi ſolennia verba re-
ferebat. Vbi tu Caius, Ego Caia, Plutarchus in Problematis.
Plin. lib 8. c 48 Boeth in Topicis & Viglius in §. nominatim.
Infra de exhær. lib Hunc morem aliquandiu retinuerunt Ro
mani, & quidem ſeueriſſime, iure præbito maritis, & propin-
quis, & affinibus coërcendi mulieres. cum ex Romuli inſti-
tuto per annos pluſquam quingentos nec ebrietas, nec vi-
tæ laxitas matrimonij fœdera violaſſet, Halicarn. Val Max.
5 Tertulliano auctoribus. Exin Romanæ Reipub. proceribus
diſſolute viuere incipientibus peſſum iere morum pretia. Vi-
tæ bona in luxum, ſocordiamque abiere Caſtitas mercalis
eſſe cœpit: Diuortia temere permiſſa: Paſſim irrepſit impu-
dentia, Faſtus, Temulentia in ludis, in balneis, in theatris,
inque ipſis Deorum ſactis. Paulatim, ne nil malorum deeſ-
ſet, Cæſarum ſurgente Imperio, omnis prope exoluta mari-
torum poteſtas. Lupanaria ſcortorum, atque exoletorum
publice conſtituta: compendium vberius præter corporis
ingluuiem inde Principe retrahente, vt luculenter tra-
dit Ioannes Igneus omnium prope Cæſarum vitia recen-
ſens in lege, neceſſarios. § non alias. de S. C. Sillania. Nul-
li denique vetitum quamuis nobili, & coniugem haben-
ti impune ſcortari; Et palam ſtupri, lenocinij, adulterij vnica
teſtatione veniam emereri: Qua in re quatuor grauiſſimo-
rum virorum auctoritatem, verbaque ciebo, Cornelij Taci-
ti, Suetonij Tranquilli, Papiniani, Martiani, parum inter ſe
6 ætate diſtantium. Floruit † quippe Tacitus, vt ipſe met teſta-
tur ſub Domitiani, Veſpaſiani filio. Sub Adriano Tranquil-
lus, à quo fuit expunctus ob nimiam licentiam, cum ei eſſet
libellorum Magiſter teſte Spartiano. Papinianus Iuris Aſy-
lum ab Antonino Caracalla iuſſus fuit occidi, quod parici-
dium excuſare noluiſſet; Fuit id anno circiter ccxv. a Chri
ſti Red. noſtri natiuitate: Qua tempeſtate fuere Vlpianus, Iu-
lius Paulus, & Martianus, tres è numero illorum xx. Iuriſcoſ.
7 præter alios diſertiſſimos rogatos † quos ſemper in conſiliũ
adhibuit Alexander Seuerus; Et ſine quibus nullam unquã le-
gem ſacrauit; Quibus plane extinctis, extincta eſt Iuris Ciuilis
Maieſtas; & puriſſimum illud lumẽ Virtutis, Probitatis, Reli-
gionis; quod plurimùm præluxerat in faſcibus M. Antonini
Philoſophi, & Alexandri Seueri, quando nec à CHRISTI
fide abhorruerint, ut Auctor eſt Aelius Lampridius, & Capi
tolinus, & Euſebius Cæſarienſis. Cornelij Taciti lib a ad finẽ,
de Tyberio loquentis, verba talia ſunt. [Eodem anno (fuit is
annus, vt ego ſupputo, xviij. à Chriſto nato) grauibus Sena-
tus decretis libido fœminarum coërcita: Cautumque, ne quæ-
ſtum corpore faceret, cui Auus, aut Pater, aut Maritus Eques
Romanus fuiſſet: Nam Viſtilia, Prætoria familia genita licen-
tiam ſtupri apud Aediles vulgauerat, more inter veteres rece
pto, qui ſatis pœnarum aduerſum impudicas in ipſa profeſ-
ſione flagitii credebant. Exacta & à Titidio Labeone Viſti-
liæ marito, cur in vxore delicti manifeſtam vltionem omiſiſ-
ſet: Atque illo prætẽdente lx. dies ad conſultãdum datos nec
dum præterijſſe, ſatis viſum de Viſtilia ſtatuere; eaq; in Inſu-
lam Seriphõ abdita eſt.] Suetonius in Tyberio cap. xxxv Ma
tronas (inquit) proſtratæ pudicitiæ, quibus accuſator publi-
cus deeſſet, vt propinqui more maiorum de communi ſentẽ
tia coercerent, author fuit. Equiti Romano iuriſiurandi gratiã
fecit, vt vxorem in ſtupro generi compertam dimitteret; quã
ſe nunquam rapudiaturum ante iurauerat. Fœminæ famoſæ,
vt ad euitandas legũ pœnas, iure ac dignitate matronali exo
luerentur, lenocinium profiteri cœperant; & ex iuuentute
vtriuſque ordinis profligatiſſimus quiſque, quo minus in ope
ra ſcenæ, arenæque edenda Senatuſcoſ. tenerentur, famoſi iu
dicij notam ſponte ſubibant. Papin. vero in l. mater autem. ad
l. Iul. de ad ita ait. Mulier, quæ euitandæ pœnæ adulterii gra-
tia, lenocinium fecerit, aut operas ſuas in ſcenam locauerit,
adulterii accuſari, damnarique ex Senatuſcoſ. poteſt. Martia-
nus in l. 3. de concubinis, ita. In cõcubinatu poteſt eſſe & alie
na liberta, & ingenua; ſed maxime ea, quæ obſcuro loco nata
eſt, vel quæ corpore quæſtum fecit: Alioquin ſi honeſtæ vi-
tæ, & ingenuam mulierem in concubinatu habere maluerit,
ſine teſtatione hoc manifeſtum faciente, non conceditur: ſed
neceſſe eſt ei, vel vxorem eam habere; vel hoc recuſante eo,
ſtuprum cum ea committere: Nec adulterium per concubi-
natum ab ipſo committitur] Complura hinc diſcuntur quæ
mirum in modum conueniunt ijs, quæ mox dicturus ſum de
adulteriis, de diuortiis, de ſpuriis, de concubinis, de meretrici
8 bus. Quòd † cuilibet tam cœlibi quam nupto, nuptæne im-
pune ſcortari licebat, dummodo id publica teſtatione profi-
teretur. Quod adulteri non puniebantur pœna mortis, ſed de-
portationis. Quòd maritus debebat diſcedere a muliere adul
tera, quamuis per contrarium ſi maritus renuiſſet concubi-
nam, ne digito quidem illum vxor tetigiſſet, ut referũt ex Ca
tone Gellius, & Lactantius; Quibus conſentit conſtitutio Se
9 ueri, & Antonini Caracalli in l. 1. C. ad l. Iul. de ad Quod † Le-
nocinium paſſim permittebatur, quod poſtea ſuſtulit Iuſti-
nianus, licet non auſus fuerit prohibere concubinas, nec me
retrices, Auth. de lenonibus. col. iij. Auth. Scenicas non ſolũ.
coll. v. Auth. vt non luxuriẽtur. coll. vj. Quod matrimonium
fiebat ſub promiſſione, & iuramento non diuertẽdi; Nec nõ
ſub conditione relinquendi concubinam, ut alibi docet Pa-
pin. in l. ex ea parte. de verb. oblig. Quod olim mariti, & pro-
pinqui, & affines iudicio priuato vindicabant luxuriã, & pro
brum mulierum. Reuocat id in vſum Tyberius, maritis per-
mittens vltionem; Ergo ſub Cæſare & Auguſto non permit-
tebatur vltio niſi iudicio Magiſtratus. Quid miri? Sancita
10 † ſunt & alia iure Auguſtæo, & ante Auguſtum, & poſt, in
odium uirorum, & in gratiam mulierum; præmium nimirum
adulteriorum, quæ libenter exercebant non ſine exoletorũ
oblectamento, ſub prætextu detegendi maritorum coniura-
tiones, ſi vera eſt hiſtoria Suetonij, & Aemilij Probi. Permiſ
11 ſum mulieribus propria habere, † quæ Græci parapherna ap
pellant l ſi ego. de iure dotium: Atque ita habere, ut ius foret
alienandi in quemlibet inuito marito, præterquam ſi ipſi ma

rito

rito largirentur.l. hac lege.l. ult.C. de pactis conu. C. & ff. de
12 don.inter vir. & vx. Vt ſi mulatq; † mulier facta eſt viri potēs.
i. duodennis ſubterfugiat curam,& regimen cuiuſcunq;, atq;
etiam patris poſt 25. annum l. viduæ.C. de nupt. In tantum vt
nec volenti maritus curator eſſe queat.§ item inuitt. inſ. de
curat. l. maritus. C. qui da. tut.poſſ. Vt ſi fideiubeat pro mari
to, uel alio, nihili ſit fideiuſſio, quamuis pet contrarium mari
rus fideiubear pro vxore.l. 2 ad S.C. Vell.l. 1 & 3. C. ne vxor ꝓ
marito. Vt nec prędium dotale, nedū paraphernā poſſit mari
rus alienare, oppignerareue conſentiente muliere vel non.§.
& cum lex.C. de rei vx act. inſ. quibus alien. licet. Denique ex
sot legibus, ritibus, prærogatiuis Perſarum, Græcorum, Ro-
manorum, immo Diuini eloquij in ſacra pagina, duas vix re-
13 gulas retinemus: Alteram † ꝙ filia nupta, vel cœlebs in pote-
ſtate patris ſui eſt.l. 1.§ ſi. de lib. exhib.l ſi vxorem.C. de cond.
inſer. Alteram, ꝙ mulier eſt caput,& finis ſuæ familiæ, agna-
tionisue.l. non tribuit parentelam filijs, neq; eos habet in po-
teſtate, l. pronuntiatio.& l. ſeq. de uer. ſig. Vtrunq; non ſat be-
ne. Deteriora manſerunt: meliora magna ex parte ſunt aboli-
ta. Quid quæſo hoc aliud fuit q̄ mulierib. anſam præbere ſpet
nendi, repudiandi maritos; eorumq; animos, & rem prædan-
di? Melius opinor foret, ꝙ ſemper uxor manſiſſet in poteſta-
te viri, nihilq; proprium, aut diuiduum ab eo poſſideret. Co-
14 lumella in exordio lib. 12. loquens † de priſcis illis matronis,&
mulieribus: [Nihil conſpiciebatur (inquit) in domo diuiduū:
nihil quod aut maritus, aut fœmina proprium eſſe iuris ſui di
ceret: ſed in commune conſpirabatur ab vtroq;, ut cum forē
ſibus negotiis matronalis ſedulitas induſtriæ rationem parē
faceret. Nunc uero pleræq; ſic luxu,& inertia defluunt, vt ne
lanificij quidem curam ſuſcipere dignentur: ſed domi ſeden-
tes cōfectas ueſtes faſtidio habeant, peruerſaq; cupidine pre-
tioſiores alias a uiris pelliceant, quæ grandi pecunia & totis
pene cenſibus redimuntur.] Aut ſi non uolumus, ꝙ mulier
ſpolietur dominio rerum ſuarum, ſaltem hoc ei eſſet interdi
cendum ne rem familiarem pertractaret abſq; permiſſu ma-
riti, iam aliquoties experti ipſius ingenium,& ſedulitatem.
15 Quod † in more fuiſſe ſub M. Antonino Philoſopho, de quo
ſupra, Scæuola nobis innuit in l. vl. de in rem verſo. Quocirca
non poſſunt non ſummopere laudari Mores, Sācita, Iura, Cō
16 ſuetudines quarundam Ciuitatum,& Prouinciarum, † quib.
mulieribus uel omnino alienatio interdicitur, uel cum aſſen
ſu permittitur mariti, aliorumue: Idq; maxime in Germania,
in Gallia, in Hiſpania,& in quibuſdam Italiæ Ciuitatib. velu-
ti Florentiæ, Papiæ, Mediolani, ritu Longobardorum, Glo.&
ibi Baldus in l. velles C. de reuo. don. Albet. Saly. Paulus, Cor
neus in l. ſi vxorem C. de cond. inſer. Ang. conſ. 88. Card. Ale-
xandrinus tit. an maritus ſuccedat uxori. Curtius Iun. conſ. 6.
Boertius de conſuet. Bituric. tit. de conſuet. matrimonij. §. 1.
Petrus Royzius. deciſ. Lituanica. 1. nu. 187. Melius inſuper eſ-
ſet, ꝙ mater filios haberet in poteſtate, ſaltem æque cum Pa-
tre. Eos curioſius aleret, inſtrueret; Et tam charū pignus præ
oculis habens, abſtineret a ſecundis nuptiis: procos dimitte-
ret; filias maritaret, duplici fœnore facultatibus adauctis; At
que ita Pater exoneraretur, tot negotiis, ſumptibuſq; interdū
implicitus, ut turpiter uiuere,& decoquere cogatur. An nō
exorbitans videtur, ꝙ Pater alat, dotet; Et matri parcere, for-
te habenti latifundia, nummos, ingentemq; ſupellectilem? Si
17 † conſideremus ęquitatem,& naturæ vinculum, non video,
cur Pater potius q̄ Mater prægrauetur. Hoc alendi onus, do-
tandi, aliaq; impendia faciendi priſcis illis temporib. ad Patrē
redundabat Cur non debebat redundare? Pater omnia habe
bat, Matri omnia deerant, quæ in ſinu, arbitrioq; mariti peni-
tus conquieſcebat. At cum Patri ſit ademptum, Matri additū
cur non Patri adimitur onus, cui honos fuit ademptus? Cur
item non additur onus Matri, cui honos, ſubſtantiaq; fuit ad
dita? Ad hæc, ſi familiam tribueret natis mulier, caueret a fa-
cinoribus; ac pudore, uerecundiaq; ſuffunderetur, audiēs no
minis ſui,& familiæ & natorum famam denigrari. Nihil petu
lantius, ac procacius muliere, vbi ſemel repagula pudoris re-
18 ſoluit. Nec † tantum ipſa, ſed confertim aliæ eo exemplo, taci
turnitateq; allectæ in ſunas, Veneremq; ruunt. Refert Hero-
19 dotus in Clio,& Diodorus lib. 2. ꝙ quondam † Aegyptiorum
Rex viſum oculorum amiſit. Conſultum Oraculum reſpon-
dit, lumen redditum iri, ſi vxor cuiuſpiam caſta, & quæ nunq̄
maritalem thorum violaſſet, in faciem, atq; oculos Regis in-
tueretur Incipiens Rex ab vxore propria,& deinceps pergēs
ad alias, nullam reperit, præter Olitoris uxorem, quæ ei viſum
reddidit Rex eam in uxorem accepit, cæteraſq; omnes com
buri voluit Ipſi quoq; filij iuſte, vel iniuſte nati ſpe adipiſcen-
di nomen, bona, nobilitatemq; maternā, nullo non obſequij,
genere matris animum, beneuolentiamq; aucuparentur. Ma
tres æque, ut eſt genus mulierum uel minimæ laudis apperen
tiſſimum, hoc honore, ambitioneq; prægeſtirent, nec ad Prin
cipem obreperent, preceſq; fruſtra effunderent, l. 1. ad muni-
cipalem. Sic porro homines fierent induſtrioſiores, bonora-
tiores, atq; ad pulcherrima ſtudia togæ, militiæq; incitarent:
20 Nunc † vero, præſertim illis, qui iuſto connubio ſunt deſtitu-
ti, cum uideant legibus cautum, ne Patris nomē ciere ualeāt,
neue etiam alimentorū adminiculum ſibi ſaluū ſit, l. 1 auth.
licet C. de natur. lib. animos deſpondent, in deſperationeque
rerum omnium, ignobiles, ęrumnoſi in mille ſcelera, flagitia-
que incumbunt. Sed ne intempeſtiue Cenſorium opus corri
gendis moribus ſuſcepiſſe uidear, curam hanc relinquam ma
ritis,& prius legum Adminiſtris, qui ſæpenumero leuia, &
friuicula uident; Grandia uero, & oculos undique ferentia
vel non vident, uel Andabatarum more fortiter tolerant, &
tranſiliunt.

Patriam Poteſtatem, cum aliorum non reperiam definitio
21 nes, ſic ego definio.† Patria Poteſtas eſt ius moribus, legibuſ-
que conſtitutum, quo Patri in filium, bonaq; ipſius plenum
ius olim tributum fuit, l. patre furioſo. de his qui ſui, uel alieni iu-
ris ſunt. l. in ſuis de lib. & poſth. l. vlt. C. eodem. Sic iuſtæ nu-
ptiæ cauſa, origoq; Patriæ poteſtatis, moribus, legibuſq; con
ſtare dicuntur, l. 3.§. videamus. de don. inter uir. & vx. Proin-
de nec ſoli mores, nec ſola lex faciunt patriam poteſtatem.
Mores repręſentant omnium Gentium conſenſionem, natu
ræq; inſtinctum, quo vnuſquiſq;, quamliber feros, & exlex ad
monetur, Parētibus eſſe obtemperandum. l. 2. de Iuſt. & iure.
Lex ſuggerit Romani iuris præualentiam, vincentis quamli-
bet aliam legem, uel Principem, quæ ſane lex ſola non potuiſ
ſet hoc facere, ſi boni mores, naturæq; congruitas aduerſare-
tur. Ideo. I. C. in l. libertinus, de ritu nup. nefas eſſe ait, liberti-
no ducere vxorem matrem, ſororemne: quia hoc ius morib.
22 non legibus inductum eſt. Olim dixi, quia & ante Romulum
Perſæ, Scythæq; & poſtea lege Romuli, quam Decemuiri in
12 Tab. tranſtulerunt, Parentes ius vitæ, neciſq; in liberos ha
bebant, abdicabant, exhæredabant, creditoribus addicebant,
merumque quodammodo & mixtum Imperium, Tyranni-
demque exercebant, auctore Halycar. lib. 2. Eguin. Aldobr.
Balduin. Mynſing Quod potius ad terrorem ſancitum cre-
diderim, quam ꝙ opinaretur Romulus, aliuſue legiſlator, Pa
trem tam immanem extiturum, qui ſua manu filium trucida
ret, quamuis hoc quandoq; legatur. l. Diuus, ad l. Pomp de pa
tric. Adinſtar alterius capitis in eiſdem legibus Decemuirali-
23 bus, ſeu 12. Tab.† quo debitoris corpus, ni iudicatū faceret, in
fruſta ſcindere poterant creditores, ut diſcurrit A. Gellius
Noct. Attic. lib. 20. ca. 1. ſub perſona Sexti Cęcilij I. C. his uer-
bis. [Nihil profecto immitius, nihil immanius, niſi (ut re-
ipſa apparet) eo conſilio tanta immanitas pœnæ denuntiata
eſt, ne ad eam unquam perueniretur. Addici namq; nunc, &
vinciri multos uidemus, quia uinculorum pęnam deterrimi
homines contemnunt. Diſſectum eſſe antiquitus equidem
neq; audiui, quoniam ſæuitia iſta pœnę contemni non quita
eſt.] E contrario lex quandoq; eius rei eſt prætermiſſa, cuius
24 commemoratio ad delinquendū animauiſſet. Lycurgus † il-
le Spartanorum legiſlator nullam adulterii pœnam ſanxit.
Idem fecit Solon in pœna paricidii, ut de Lycurgo Plut. in ui
ta ipſius; de Solone Cicero Pro Sex Roſcio, ꝙ opinarentur
nullum fore in bene inſtituta Ciuitate, qui ad id flagitij prola
beretur. Sed etenim decipiuntur homines Non omiſſio, nō
rurſus interminatio legum, pœnarum, peccandi materiam au
fert. Legis lenitudo, diſſimulatioq; facinoroſos reddit auden
tiores; Contra nimia aſperitas, præduraq; legis ſententia exe-
cutori totū exigere ſuadet. Qua propter illud Imperium ne-
candi liberos paulatim fuit ademptum, deprehenſo nō ſemel
ꝙ Patres pluſquā carnifices ſanguini ſuo manus intulere; Pa-
25 tria † enim poteſtas in pietate, non in atrocitate debet conſi-
ſtere, l. Diuus. ad l. Pomp. de par. Et ideo quando Pater uole-
bat filium morti tradere, uel a ſuo cōſpectu, domoq; ablega-
re, raro ſolus, ſæpius cum conſilio propinquorum, & Magi-
ſtratuū id faciebat. Cic. lib 1. de Finib. Liu lib. 2. Val Max. lib. 2.
Sed nec ſola vox, accuſatioq; Patris ſufficit ad filium inaudi-
tum puniendum, l. 2. ad l. Corn. de ſicar. Quando uel indigna-
tio repentina, vel odium, vel credulitas poſſit fallere, uel excæ
care. In uno tantum caſu remanet ius priſcum (niſi id aboli-
tum dicamus iure Pontificio, æquanimitateque Chriſtiana,
26 Felinus in c. quæ in Eccleſiarum. de conſtit.) vt † filiam depre
henſam in adulterio Pater necare poſſit; maritus non item,
quia patris pietas,& charitas omne odium remouet; At ma-
riti ira in innoxiam vxorem facile ſæuientis fuit refrenanda,
niſi adulter ſit vilis, infamiſque l. Patri. l. quod ait. l. nihil. ad l.
Iul. de ad Sed & alias probroſum, deſidem, contumelioſum
filium, filiamque coercebat Pater, dicturo iudice ſententiam,
qualem pater dictauerit. l. ſi filius. C. eod. l. nec quicquam. §.
de plano. de off. procon. Nec tantum iudex in carceres tru-
debat, ſed & ipſe pater in priuato cōclaui detinebat, Cynus in l.
vn. C.

vn. C. de priuil. carcer. Multo magis minis, leuibusque verberibus caſtigabit, l. vn. C. de emend. prop. In tantum vt nec repercutere patrem debeat, Bartol. in l. vt vim. de iuſt. & iure. Quia vbi offenſio eſt licita, ibi defenſio eſt illicita. l. 3. C. de his qui ad Eccleſ.

S V M M A R I V M.

1 *Filius non liberatur a patria poteſtate, cuiuſcunque ſit ætatis, etiam lx. annorum.*
2 *Emancipatio filij cur requireret trinam venditionem, & manumiſſionem; At in filia, cæteriſq; liberis cur vnicus actus ſufficeret.*
3 *Filius ſemper eſt in poteſtate, etiamſi ſit mutus, fatuus; vel quolibet vitio animi, corporiſve ſit affectus.*
4 *Antipodes, & pygmei, an ſint in patria poteſtate.*
5 *Iuſtæ nuptiæ, iuſta vxor, iuſtus filius, & alia huiuſcemodi, qualia ſint.*
6 *Codicilli in quo differant a teſtamento.*
7 *Tutela fiduciaria.*
8 *Pactum nudum differt a iuſta obligatione.*
9 *Verbum, Iuſtus, & iuſtum, quem ſenſum habeat in iure ciuili.*
10 *Mulier pregnans non neci traditur donec pariat, & parit filium in poteſtate.*
11 *Poſthumus an, & quando naſcatur in poteſtate.*
12 *Patria poteſtas quinque modis conſtituitur.*

In poteſtate noſtra ſunt liberi noſtri, quos ex iuſtis nuptijs procreauimus.

Liberi noſtri. Cuiuſcunque numeri, ſexus, ætatis gradus: quia ſermo pluralis vnum comprehendit. l. non eſt. de verb. ſig. Et genus maſculinum concipit fœmininum l. j. de peculio.
1 Et nulla ætas, etiam lx. annorum eximit a patria poteſtate,
Glo. in l. vlt. §. j. de verborum obligat. Et appellatione liberorum comprehenduntur omnes deſcendentes ſaltem vſque ad trineporem, l. vlt. de grad. Magis tamen filius quam filia, alijque erant obnoxij patri.
2 Etenim † in filij emancipatione trina venditio, & manumiſſio requirebatur; In filia & alijs liberis vnicus actus ſufficiebat. l. certum. in fine. de inim. rup. l. vlt. C. de adoptio Cur hæc tam varie? Ob id nimirum quod filius eſt primus ſtipes, propagatorque nominis paterni. At filia omnia ſecum trahit, & ſimulatque denupſit (vt diximus) omnia familiæ iura cum ea intermoriuntur. Nepotis quoque diſpar ratio eſt, cum pater, id eſt filius eam præcedat. §. cum autem. infra de hæredi. quæ ab inteſt. Hinc eſt quod filius præteritus etiamſi fuiſſet inter cæteros exhæredatus, ipſo iure rumpebat teſtamentum: filia, neposque non rumpebat, nec neceſſe erat nominatim exhæredare, vt inf. de exh. lib quem titulum hac declaratione multo commodius intelliges.
3 Quid † in muto, ſurdo, frenetico, diſtorto, gutturoſo? Et hic omnino erit in poteſtate. Denique quodcunque ſit vitiũ animi, vel corporis, dummodo non ſit partus monſtroſus, puta vitulus, Minotaurus, iuſti filij vicem obtinebit, l. j. de ædil. edi. l. non ſunt de ſta. ho. l. oſtentum. l. quæret. de ver. ſigni. l. quod dr. de lib & poſth l. 3. C. de poſth. hær. inſt. Nã & Sylla, & Cotta cum vno teſte; & Franc. Philelphus ætate anteacta cum tribus teſtibus nati ſunt, l. qui cum vno. de re mil. l. Pomp. de æd. edi. De quibus nemo dubitauerit, cum nec dubitetur de caſtrato, ſpadone, eunucho, hermaphrodito, quin in pleriſque ſint iuſti homines, l. ſed eſt quæſitum de lib. & poſth. Quid ſi ſit nanus, ſeu pumilius, & Ethyops, ſeu Maurus ex parentib. proceri, albi, nitidique corporis? Huc ſpectat hiſtoria de Regina, quæ Aethyopem peperit.
4 Et † an Pygmæus cenſeatur homo, cum tres ſpithamas nõ excedat, & cum Gruibus certare dicatur ab Homero, & in cauernis habitare ab Ariſt. & Plin. Sunt tamẽ & ipſi Pygmæi ex ſemine Adæ, vt aſtruunt Theologi neq; aliũde proueniũt Antipodes, quamuis D. Auguſt. & Lactantius dubitauerint.
Ex iuſtis nuptiis. Iuſtæ nuptiæ quæ ſint, pauci recte norunt nec qui ſit iuſtus filius, iuſta vxor, iuſta hæreditas, & alia hu-
5 iuſcemodi. Explicat † id Budæus in l. 3. §. de illo. pro ſocio. cui aſtipulatur Alc. lib. Parad. 4. c. 7. Iuſtum eſt omnibus numeris plenum, & omni parte iuris ſubnixum, cui ne punctum quidem deeſt Greci appellant ἀκριβὲς Ariſt. in princ. quarti Politico. de gymnaſtica loquens [illegible] vocat plenã habitudinem corporis, & in nihilo defectam, quam Plautus appellat athleticam; qualis in Pentathlis, & quinquertionibus exigit. Simili modo teſtamentum dicitur iuſta voluntas, l. 1. de teſta. quia cumulate totam transfert hæreditatem, ad differentiam codicillorum qui & ipſi quoad ſe, ſunt iuſta voluntas, non tamen eadem plenitudine faciunt verum hæredem. Cum codi-
6 cillis neq; dari, neq; adimi hæreditas poſſit. § pe. inſ. de codic.
l. Scæuola. ad S. C. Treb. Iuſta hæreditas dicitur, quæ iure ſanguinis, & naturæ voto ſtatim defertur, ipſo iure ab inteſtato, nullo extrinſecus expectato: ad differentiam legitimæ hæreditatis quæ extrinſecus ex teſtamento, & iure quodam aduẽtitio defertur. l lege obuenire. de verb. ſig. l. ea quæ. in fi C. de temp. in int. reſti. Iuſtus tutor, & iuſta tutela dicitur. l. 3. §. ſi pupillus. de tut. vel ad differentiam illius, qui de iure prohibetur in totum tutor eſſe, aut falſus tutor eſt ñ d eo qui pro tutore.
7 & quod fallo tut. Vel † ad differentiam fiduciariæ tutelæ, vt infra de fiduc. tut. quæ minus plena tutela eſt, vtpote cum non detẽ inuito: at teſtamentaria, legitima, datiua dat̃ inuito, & in inſultum. §. j. infra de tutelis. Interpretor enim ego præter alios, quod ſciam, fiduciaria id eſt voluntaria. § j. & §. vlt. infra de fideicõ. hær. quia cum ad fratrem pupilli emancipati propter emancipationem non pertineret hæreditas. l. 4. C. de leg tut. nec lex voluit illum facere legitimum. i. neceſſarium hæredem. l. quo tutela. de reg iur. dicitur iuſta obligatio, & iuſtum pactum. l. Stichum. § naturalis, de ſolu. l. 1. C. ſi in cauſa iud. ea, vel id quod
8 vndique iuris auxilijs pariat actionem irrefutabiliter † ad differentiam pacti nudi, & naturalis obligationis tantum, vt per Gl. inſ. de oblig. in princ. l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. de pactis. Dicitur iuſtus filius. l. 2. de adop. l. 7. de ſtatu bo. & alibi ſæpiſſime, qui omni iure filiationis præditus eſt, quem nec pater, nec mater poteſt refutare, neque arcere a bonis, familiaue. l. j de lib. agn. l. vxorem. de mãu. teſt. cui iure ciuili plene proſpectum eſt tam in vita q̃ in morte patris, matriſve, Quod non eſt in ſpurijs, & vulgo quæſitis, qui iure ciuili deſtituun-
9 tur, vt inquit l. C. in l. 2. vnde cog. Vt vno verbo dicam † iuſtũ apud nos eſt, quod ciuiliter fieri dicitur, & pleno iure Quiritum, ſeu Ciuium Romanorum, vt eleganter adnotauit Ant. Aug. lib. Emend. 3. cap. 7. ad titu. C. de nudo iure Quir. toll. Adducendo text. in l generaliter. qui & a quib. man. Cui ego addo text. in l. j. C. comm. de manum. l ſi tibi. quib. mo. vſuſr. ami. l. filius a patre. §. ſi quis eo. d lib & poſth. In quo tex. vlt. ea, quæ vere vxor eſſe ĩcipit, dicitur ciuiliter nupta. ſic iuſta poſſeſſio. l 2. vti poſſ. alibi dicitur ciuilis poſſeſſio l. quod ſeruus. de acq poſſ ſic iuſta obligatio crebrius nuncupatur ciuilis §. omnes. inſ. de oblig. l. fideiuſſor. § fideiuſſor. l. hæres. § quod ſi hic ſeruus. de fideiuſſ. Ergo iuſta vxor, & iuſtæ nuptiæ ſeu matrimoniũ nobis erit cui adſunt omnes ſolennitates, atq; adminicula iuris ciuilis. Enimuero ſi vel modicum deſit, iam non vtemur verbo, iuſtum; ſed dicemus iniuſta vxor, iniuſtum matrimoniũ, iniuſta poſſeſſio, iniuſtum teſtamentum. l. ſi vxor. ad l Iul. de adul. l. vn. vnde vir & vxor. l. ſi quis emptionis. C. de præſ. xxx. vel xl. ann. l. j. de excep. rei iud. Sed an dicantur iuſtæ nuptiæ ſi vxor pariat in captiuitate, exilio, damnatione? De captiuitate textum habes in l. diuus. de captiuis. in l. j. C. eo. Nam ſi pater moriatur in captiuitate, filius editus penes hoſtes quantumuis ex vxore, ſpurius cenſebitur. De exilio textum habes in l. j. C. de repudus. De damnatione in l. Imperator Hadrianus. de
10 ſtatu bo. Vbi mulier quantumuis damnata, & neci tradenda, ſeruabitur donec pariat, & filium iuſtum, atque in poteſtate patri pariet. l. 2. de mortuo infer. l. prægnantis. de pœnis. Quæ autem ſolennitates, & præcepta legum faciant iuſtas nuptias dicetur tit. ſequen.
Procreauimus. Tempus præteritum, quo innuitur liberos nondum natos non eſſe in poteſtate, l. vlt. de collat. bon Nic. de Neapoli. Vnis tamen nobis conceptus, quem poſthumũ
11 leges appellant, l. nomen. de verborum ſignificat. † cenſebitur in poteſtate quoad ipſius emolumentum, l. qui in vtero de ſtatu hominum. l. Titius. & ſeq. de ſuis, & leg. Satiſque dicetur conceptus a die infuſi ſeminis, non etiam infuſæ Animæ poſt dies xl. Quod alias multum intereſt, gloſ. in l. diuus. de extraordi. crimin. Sed an alio modo quam iuſtis nuptiis fit patria poteſtas? Gloſ. in l. tertia, de his qui ſui, vel al. iuris ſunt. addit tres modos, qui ſunt adoptio, deſponſatio, curiæ oblatio. Addi poteſt reſcriptum Principis vice natalium reſtitutionis, l. Im-
12 perialis C. de nup. Erunt † ergo quinque modi. iuſtæ Nuptiæ, adoptio, ſubſequens deſponſatio, Curiæ oblatio, Princeps. Vel breuius, ap nusque tres ſunt modi, matrimonium, adoptio, legitimatio, triplex, per Curiam, per ſubſequens matrimonium, per Principem. Dicam in §. vltimo tituli ſequenti.

S V M M A R I V M.

1 *Nuptiæ, matrimonium, connubium, coniugium ſunt ſynonima.*
2 *Nuptiæ & connubium vnde dicantur.*
3 *Sponſa cur faciem velaret, duæ rationes.*
4 *Mulier an ſit imago Dei. Et an Eua facta ſit de eadem terra, de qua plaſmatus fuit Adam.*
5 *Flaminis Dialis vxor.*
6 *Matrimonij etymologia.*

Matrimonium

7 *Matrimonium an cadat in bruta.*
8 *Nuptiæ quid differant à matrimonio.*
9 *Sponſa vſque ad annum dicitur.*
10 *Matrimonij definitio recepta à iure canonico: Eiuſq; explicatio.*
11 *Nero, & Heliogabalus adinſtar mulierum denupſerunt.*
12 *Vxores plures cur habuerint primi illi patres.*
13 *Mulier ſterilis olim erat probroſa, & maledicta.*
14 *Iudæis vetuit Theodo. Impera. plures habere vxores, & ducere quas ipſi volunt.*
15 *Viri, & mulieris etymologia.*
16 *Meretrix, veluti vidua poteſt nubere.*
17 *Lex Papia prohibebat quinquagenarias, & ſexagenarios contrahere matrimonium.*
18 *Coniunctio animorum, & corporum an requiratur in matrimonio.*
19 *Matrimonium præfigurat Deum, & Eccleſiam R.*
20 *Matrimonium eſt ſine concubitu, & ante concubitum.*
21 *Sponſalia an ſoluantur per monachationem, vel clericatum.*
22 *Verba an requirantur in matrimonio.*
23 *Matrimonium meticuloſum an valeat.*
24 *Conc. Tridentinum ſub Pio IIII. de matrimonio clandeſtino.*
25 *Matrimonium eſt dignius, & antiquius cæteris ſacramentis.*
26 *Matrimonij bona tria, fides, proles, ſacramentum.*
27 *Definitio matrimonij an ſit bona, & conuertibilis.*
28 *Concubina an comprehendatur in definitione matrimonij.*
29 *Repudium permiſſum lege Moyſi.*
30 *Mulieres olim vinum non bibebant; Et ob id dabant oſculum propinquis, & affinibus 80.*
31 *Diuortium nullum Romæ per annos vltrà quingentos.*
32 *Lex Iulia, & Papia ſub Auguſto ſuper diuortijs.*
33 *Matrimonium tribus modis ſoluitur.*
34 *Diuortium dupliciter fit, aut cum bona gratia, aut cum animi offenſa, & indignatione.*
35 *Diuortij cauſæ reſtrictæ à Theodoſio, & poſteà à Iuſtiniano, ita vt x. tantum ſint.*
36 *Theod. Iunior, author Codicis Theodoſiani.*
37 *Præfectus Prætorio erat primas poſt Imperatorem.*
38 *Gallia, Hiſpania, & aliæ Prouinciæ erant ſub præfectis Prætorio, & ſub Magiſtris militum, & Ducibus eorum.*
39 *Lex, conſenſu. C. de repudijs. quando, & à quo fuerit promulgata: & quas cauſas contineat.*
40 *Cæſar quid differat ab Auguſto.*
41 *Scriptura nunquam requiritur in matrimonio de iure canonico.*
42 *Repudium quid differat à diuortio.*
43 *Verba quæ olim proferebantur in diuortio, & repudio.*
44 *Libellus repudij quomodo recitaretur, atque inſinuaretur.*
45 *Matrimonium cur non ſoluatur ſolo conſenſu.*
46 *Diuortium de iure canonico fit ſine ſolennitate.*
47 *Cauſæ ſexdecim diuortij expreſſæ à Theodoſio.*
48 *Diuortium olim fieri poterat ſine vlla, aut cum minima cauſa.*
49 *Diuortium fit nunquam aut raro de iure canonico.*
50 *Papa non poſſit diſſoluere matrimonium.*
51 *Vxore viuente an liceat viro tranſire ad ſecunda vota.*
52 *Maritus iure ciuili tenere poteſt concubinam.*
53 *Adulterij definitio.*
54 *Adulterium non excuſatur ætate, vel ſexu.*
55 *Adulterium in quibus caſibus excuſetur.*
56 *Vxorem adulteram an maritus poſſit expellere, vel retinere.*
57 *Adulterij pœna quæ fuerit exactè perpenditur.*
58 *Auguſtus legem tulit de adulterijs, & pudicitia, & de maritandis ordinibus.*
59 *Lex Iulia, & Papia pluſquàm 30. capita continebat.*
60 *Cornelij Taciti, & Suetonij auctoritas circa pœnam adulterij.*
61 *Conſtantini Imp. ſanctio circa adulterium.*
62 *Caroli V. Lex circa adulteros.*
63 *Beguini, & beguardæ putant oſculum eſſe peccatum, adulterium non.*
64 *Pœna adulterij, & lenocinij, & inceſtus, an ſit eadem.*
65 *Nullum crimen de iure canonico ſoluit matrimonium.*
66 *Venenum grauius quàm gladius.*
67 *Crimen læſæ Maieſtatis terrenæ, vel æternæ, an ſoluat matrimonium.*
68 *Falſitas quibus modis committatur.*
69 *Sepulchra olim fiebant in agris extra ciuitatem.*
70 *Sacrilegium grauius furto.*
71 *Latro magis quàm fur punitur.*
72 *Abigeus, & Abigeatus.*
73 *Plagium in quibus perſonis fiat.*
74 *Dos an amittatur propter oſculum.*
75 *Inſidiæ ſunt honori, & perſonæ.*
76 *Leno, Lenaq; cur magis peccat quàm ſcortator, vel meretrix.*
77 *Diuortium fit propter ſodomiam.*
78 *Vxorem an poſſit maritus verberare, & caſtigare.*
79 *Vir vxorem, vel contra, an cogatur repudiare.*
81 *Ludi Circenſes qui fuerunt, & quando inſtituti.*
82 *Ethnicorum mores circa ludos, & ſpectacula taxantur.*
83 *Mulier temerè repudians punitur in tribus: Vir in vno tantum.*
84 *Mulier cum cauſa repudians tria conſequitur.*
85 *Vir cur ſtatim, mulier non niſi poſt annum nuberet impunè.*
86 *Dotem lucratur maritus propter adulterium.*
87 *Maritus non lucratur dotem in multis caſibus, licèt mulier ſit adultera.*
88 *Filia non obeſt patri in dote profectitia.*
89 *Serui ſolum in tribus caſibus diuortij torquentur, & examinantur.*
90 *Dotem lucrifactam ex adulterio vxoris pater tenetur ſeruare filius.*
92 *Et an hæc dos computetur in legitima.*
92 *Et an perdatur per non confectionem inuentarij.*
93 *Pactum non valet, ne mulier adulterando dotem non perdat.*
94 *Concubina ſemper dimitti poteſt.*
95 *Cum Iudæa, vel infideli non eſt matrimonium.*
96 *Statutum an valeat, ne Guelphus ducat Gibellinum.*
97 *Vxor ſequitur forum viri.*
98 *Concubina an meretrix ſit, quæ plures quàm vnum agnoſcit.*
99 *Diuortium non cadit in concubina.*
100 *Iniuſta vxor an æquiparetur concubinæ.*
101 *Concubinatus an permittatur iure canonico, vel ciuili.*
102 *Meretrices nunquam fuerunt prohibitæ.*
103 *Ratio cur primis temporibus primi illi patres plures habuerint vxores, & concubinas.*
104 *Concubina vt ſit, quæ requirantur, remiſſiuè.*
105 *Ab initio mundi nunquam mater potuit iungi filio.*
106 *Clericus an poſſit nubere. Et quando nubit, an retineat beneficium.*
107 *Viri, & vxoris eſt vna domus, vnum forum, vna familia, vna caro vna voluntas.*
108 *Maritus iure poli non poteſt tenere concubinam.*
109 *Maritus non eſt teſtis, nec iudex uxori, uel contra.*
110 *Mulier ſaltem in duobus eſt obnoxia marito, in debito carnis & in operis, famulitioque.*
111 *Vxor etiam indotata eſt ſuſtentanda à marito, & inuicem uxor debet excipere onera mariti.*
112 *Iniuria uxoris uindicatur per maritum.*
113 *Vxor perſiſtit in poſſeſſione rerum mariti.*
114 *Contractus ualet inter uirum, & uxorem, præter donationem. Et inuicem litigare poſſunt.*
115 *Vir non ſoluit debita uxoris; & contra.*

Nuptiæ autem, ſiue matrimonium, eſt viri, & mulieris coniunctio: indiuiduam vitæ conſuetudinem continens.

1 Matrimonium. Hæc† quatuor ſunt ſynonima, nuptiæ, matrimonium,
connubium, coniugium. l. in eo iure. de iure do. Nam conſortium, & contubernium rarò ſignificant nuptias. l. cum ancil-
2 lis. C. de inc. nup. infra, de ſeruili cogn. Accurſius. Nuptiæ † & connubium dicũtur ab obnubendo, ſeu velando: quia, vt inquit Iſidorus, relatus per Accurſium, ſponſæ olim faciem ve-
3 labant. Huius velamenti duæ poſſunt reddi rationes. † Vna, quia prius Adam, & magis q̃ Eua factus eſt ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, Gen. 1. Proinde in erubeſcentiam peccati, quod contraxit Eua, quando decepta à Diabolo non erubuit decipere Adam virum ſuum, debet faciem & caput obtegere, quò ſe inferiorem, & humilem, obedientemque viro ſuo oſtendat, D. Paulus 1. Corint. 11. c. fœminæ 30. q. 5. c. Hæc imago 33. q. 5. Nam & Rebecca videns ſponſum ſuum Iſaac obambulantem deſcendit, & obuiam veniens caput velauit, Gene. 22. Et inquit D. Ambroſius in lib. de paradiſo, relatus per Gratianum in c. nec illud 33. q. 5. authoritate Gene. 2. ꝙ
4 Eua † non eſt plaſmata de eadem terra, in qua plaſmatus eſt Adam, ſed de ipſius Adę coſta, quod præfigurat aqua quæ ex ſanguine CHRISTI exijt, vt non immeritò dubitauerint Theologi, & Plato, an fœmina facta ſit cum beſtijs; & an habeat rationem, & intellectum.

Hinc quoq; videmus, ꝙ mulieres domo exeuntes velum capite geſtant, & quidem virgines alicubi, veluti Patauij tota facie operta incedunt, teſtimonio Catulli, Martialis, Cornelij Taciti, loquentis de Poppæa Sabina, formoſiſſima muliere, pellice, mox vxore Neronis, quæ facie ſemioperta in publicum prodibat, prout & faciunt Ferrarienſes. Altera ratio eſt, quòd illud velamen, ſeu tegumentum eſt index indiuiduitatis,
5 & perſeuerantiæ matrimonii vſque ad mortem. Nam † & vxor Flaminis Dialis, à qua diuertere nunquam licebat, geſtabat continuò amiculum, ſeu flammeum, quod totam faciem, & caput cooperiebat, vt auctor eſt Feſtus. Matrimonium dicitur, quia mulier nubit, vt mater fiat, Accur. Qui for-
6 tè accepit à Gellio lib. 18. cap. 6. deriuante † etymologiam matrimonij à matris nomine non adepto iam, ſed cum omine mox adipiſcendo. Grego. IX. Sum. Pont. in cap. ex literis. de conuerſ. inf. inde deriuat, quia mulier ante partum, in partu, poſt partum eſt laborioſa, ſaltem vſque ad triennium,

quo filium debet alere, & nunquàm à ſinn abijcere, l.pen.C.
7 eod.Coniugij † nomen latius eſt,& ad animalia quoq; trahitur. D.Aug.de ciui. Dei,lib.19.c.12 infra, de iu.natu.in princ.
in illis verbis. [Hinc deſcendit maris,& fœminæ coniugatio,
quam noa matrimonium appellamus.] Per quem textum
Theophilus, Boſchæus, Cantiuncula dicunt, matrimonium
cadere inter feras, & bruta: Quos grauiter confutat Didacus
Couarruuias in Epitome quarti decretalium ſecundæ partis cap.1. Fortunius Hiſpanus & Zaſius in l.s.§.Ius naturale.
de iuſtitia & iure.

8 Quid † autem differunt(vt cætera mittamus) nuptię à matrimonio? nulla vix diuerſitas reperietur: vel,ſi reperitur,illa
erit, ꝙ nuptiæ ſunt ipſa feſtiuitas, cerimoniæq; ſponſaliorũ,
quæ parum durant: Matrimoniũ eſt,quod inde ſequitur vſq;
ad mortem ſeu diremptionem. Sponſi quoq; nomen,& ſponſæ à principio conueniet. Ex poſtfacto dicitur vir, & vxor.

9 Ex conſuetudine † tamen hic in Italia ſponſa vocatur vſq;
ad annum à die celebrationis nuptiarum; Et exemplum nobis ſuggerit D. Gregorius in c.de gradibus 35.q.8.

10 Huius † definitionis non habemus certum auctorem,quẽadmodum alterius traditæ à Modeſtino, non abſimili ſenſu
in l j.de ritu nup [Nuptiæ ſunt coniunctio maris,& fœminæ,
conſortium omnis vitæ; diuini,humaniq; iuris communicatio.] Putat tamen Io.Bruuel. Aurelienſis in tractatu de ſpon.
& matri.hanc definitionẽ fuiſſe traditam ab Ethnicis Iuriſc.
quam cum approbauerit Iuſtinianus, ac deinceps Alex.3.in
c.illud.de præſump.ſurgat vox Imperatoris, Omnia noſtra facimus, quibus noſtram auctoritatem impartimur, l.1.C.de
var. iu. enuel.

Viri,& mulieris. Ergo nec in brutis, nec cum brutis,nec in
eodem ſexu conſiſtit matrimonium, l.cuitici 20. l.cum vir.
11 C.ad l.Iul.de adul quamuis † Nero, & Heliogabalus adinſtas
mulierum denupſerint liem,viri, & mulieris, in ſingulari ad
excludendam pluralitatem,ſeu poligamiam, licet Mahometes,monſtroſiſſima ſimia, inquit Brunellus,cum Nicolaitis
probet multitudinem vxorum, cap. quidam 24. quæſtio. 3.
Archiepiſ. Florentinus in Summa, parte 3 titu.14 cap 9.§ 2.

12 Et licet † Lamech,trinepos Adæ ante diluuium, Gene.4.
& poſt diluuium multi Patres plures habuerint vxores.c gaudemus. de diuortijs. Illud fuit permiſſu diuino antè Chri-
13 ſtum, & ob ſobolis propagationem, Vnde † in lege dicebatur, Maledicta ſterilis,quæ non reliquerit ſemen ſuper terrã.
Exodi 23 Deutero.7.c.recurrat 31 q.4. Poſt Chriſtum populo in immenſum propagato, & vero lumine cunctis affulgen-
14 te euanuerunt hæc phantaſmata: & vetuit † Iudęis Theodoſius Senior Imp plures ducere vxores,alioſque Hebraiſmi ritus ſeruare ſub Romano Imperio, l.nemo Iudęorum. C. de.
Iudæis. Vir dicitur a viribus,ſeu a virtute, iuxta Lactant. &
D Auguſtinum.Eius finitima, atque inter ſe coniugata ſunt
Mas,Maſculus,Maritus.Mariti,vt apparet, ſtrictior eſt appellatio,quamuis quęſtio interdum incidat,nunquid ſponſus dici
queat maritus,l.1.pro dote.

15 Mulier † dicitur à mollicie. Eius ſimilia ſunt vxor,materfamilias,fęmina; Nam coniux,ſeu coniunx,veluti homo,vtriq;
conuenit, tàm maſculo, quàm fœminæ, l.hominis.de verbo.
ſignifica. Mulier propriè accipitur pro corrupta,l.ſi collactaneus. de manu. teſtamen. ſtrictè, pro uirgine viripotente, l.
mulieris.de verborum ſignifica.largè,pro qualibet corrupta,
vel uirgine, etiam infantilis ætatis, l quæritur. §.mulierem.
de ædil. edi.l.argumento. §.muliebri.de au. & arg.leg. Italico
ſermone mulier dicitur, La Moglie,ouero Mogliere. Indè,
cum probro verteretur Ciceroni, ꝙ ſexagenarius Publiam
uirginem duxiſſet: Cras,inquit, mulierem reddam, Plutar.in
eius vita. Sed in quo ſenſu hic accipiemus.

16 De omni uirgine, corrupta, deuirginata, † quando &
vidua, & meretrix vtroque iure ciuili & canonico contrahere poſſit matrimonium, C.& extrà, de ſecund. nup.l.priuignus.de grad.cap.inter opera.de ſponſ. modò ne ſit ita arcta,
& frigida, vt concipere,& parere nullo pacto queat. Quod &
in viri appellatione ſumendum eſt, qualiercunque per æta-
17 tem conſentire valeat, quamuis † pridem lege Papia quinquagenaria & ſexagenarius arcerentur à matrimonio. cap.
quod ſedem. & ſeq. de frigi.& malef. l. ſed eſt quæſitum. l ſi
quis poſthumos cum ibi traditis per DD.de libe. & poſthu.
l.penult. C.de nupt.

Coniunctio. Animorum,non corporum tantum. Nam
18 animorum † coniunctio illam vnionem ſignificat, quæ conſiſtit inter Deum, & iuſtam animam. Vnde Apoſtolus. Qui
adhæret Deo.vnus ſpiritus eſt cum eo. Coniunctio corporũ
deſignat conformitatem inter Chriſtum. & ſanctam Eccleſiam. Vnde Euangeliſta. (Verbum caro factum eſt.) Accurſius qui hanc gloſſam ſumpſit à D.Paulo,cap.debitum.de bigamis. Ex qua glo duo nota.

Primò, ꝙ hic definitur matrimonium conſummatum. Ita
intelligunt velle glo.Hoſtienſis in ſumma, de matrimonijs.§.
quid ſit matrimonium,& Iaſ.ad Portium.

19 Secundò quod † matrimonium eſt typus, ſeu ſymbolum
Dei, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Quod inficiari omninò hęreſim ſapit:ſed quoad primum, non puto gloſſam ita ſenſiſſe.
Senſit gloſſa, quod non tãtum definiatur matrimonium per
carnis copulam conſumatum; ſed etiam per conſenſum tantum,ideſt animorum coniunctionem. Quod ſic gloſſa ſenſe
tit,appatet ex textu ſtatim à ſe allegato,in l.nuptias.de reg iu.
Ita quoque gloſſam intelligit Petrus à Bella Pertica, Portius,
Aldobr. Qui ſenſus erit expeditiſſimus ſi expungatur dictio,
(Tantum)Sed & ſine expunctione ſenſus idẽ erit ſine dubio.

20 Stabit itaq; concluſio, † quod matrimonium eſt ſine concubitu, vel ante concubitum. Diſtingue tripliciter. Aut interuenit vtrunque; aut conſenſus tantum; aut concubitus
tantum. Primus caſus eſt indubitabilis. Altero caſu, ſi quidem
per verba ſolẽnia, & in facie Eccleſiæ conſenſus exprimatur,
erit matrimonium ſiue per ſe,ſiue per interpretem verba intelligantur.l.j.§.vlti.de verbo.oblig. c j.c.ex literis. de ſponſa.
De tribus quæritur, an tale matrimonium ſit ſolubile de iure
canonico. Nam iure ciuili quis dubitat,cum ſponſalia etiam
per verba de præſenti, nedum per verba de futuro ſolui ad libitum queant.l j.vbi glo. Cynus, & alij, C.de ſponſal.an ſine
verbis contrahi poſſit matrimonium. An conſenſus meticuloſus, ſeu coactus faciat matrimonium. Ad primum reſpondetur non licere diuertere, niſi prout legitur de quibuſ-
21 dam ſanctis viris, ſi quis † repentè ante carnis copulam intrarer religionem, vel in eremum ſecederet, vt de Machario,&
Alexio conſtat per D.Hierony.in c ſcripſit 27. q.2.c. verum.
e. ex publico.de conuerſ.coniug. In tantum vt nec Clericatus,nec epiſcopatus aſſumptione licitum ſit relinquere ſponſam, in cuius matrimonium per uerba de præſenti conſenſum fuerit: De quo tamen vide per Ioan.And. Ancha.Dom.
Fran.in cap. vn de voto.in6.

22 Ad ſecũdum reſpondetur haud dubiè † in non valentibus
loqui, neque audire, non requiri verba l.mutus. de iure dot.
cap.cum apud cap.tuæ,& ibi per Innocen Hoſtien.Butr.Abbatem. de ſponſalibus. Sin autem loqui valeant, & audire,
ſunt opiniones,vt ibi plenè traditur,& hic per Io.Fab & Ang.
Ad tertium reſpondetur non eſſe matrimonium, glo.hic,
Abbas,de his quę vi,metuſuè cauſa fiunt.cap. cum locum. de
23 ſponſ.etiamſi,inquit Portius,amaſius † deprehendatur in angulo cum virgine, & minis, metuque cogatur deſponſare. c.
veniens 1.de ſponſalib. Tertio caſu non erit matrimonium:
quaſi ſit impetus repentinus & libidinis feruoriſque egeſtio
adinſtar belluarum: Et quia matrimonium cum ſit facti,non
præſumitur,niſi probetur. l.In bello.§ factæ.de capt. Hoſtien.
qui filij ſint legiti.§.qualiter & à quo. Si tamen diuturna ſit cohabitatio,quæ animi conſenſum perſeuerantiamque arguat,
pręſumetur matrimonium,ſaltem de iure ciuili,gl.in l.in liberæ.de ritu nupt.in l.donationes.de donatio. Faber negat: ſed
detinens mulierem,cogetur deſponſare.l.3 de concub.
Quod & æquum,& iuſtum eſt hodie c.1.2. de adult. & ibi
24 præcipuè per Anan.Fabri opinio facilius ſuſtineretur † ex forma Concilij Tridentini ſub Pio Quarto P. M. Seſſione 24.
cap.j. quatenus inhærendo veſtigiis Concilij Lateranenſis
ſub Innocen. III. celebrati cap. cum inhibitio.de clande.
deſpon. prohibentur clandeſtinæ, occultæque promiſſiones, & deſponſationes.
Quo ad ſecundum, admiſſo quod hæc definitio ſi non origine, ſaltem approbatione ſit Catholica, & Orthodoxa, ut
& glo.noſtra ſenſit. matrimonium eſt ſacramentum, & quidem magnum in Chriſto, & in eccleſia,ad Ephe 5.

25 Et † eſt maius digniuſque cęteris ſacramentis, Ratione authoris,ideſt Dei,qui illud inſtituit. Ratione loci,quia in Paradiſo: Ratione temporis quia ante peccatum in ſtatu innocentiæ. Ratione peccati, ad eliminandum carnis pruritum, ſenſuumque titillationem: Ratione prolis, ad mundum replendum,poſteritatiſq; propagationem, gl. & Car.a Turre Crem.
27.q.1.Hoſt.in ſumma.de bigamis non ordinandis.

26 Ex quo liquet, quod bona matrimonij tria ſunt, ſacramentum, fides, proles.c.2.de conuerſ.coniug. Sacramentum ſignificat inſeparabilitatem. Ad tempus enim non poteſt contrahi matrimonium, neque propoſito diuortium faciendi:
cum & Chriſti veſtis ſit inconſutilis; atque Eccleſia, Chriſti
ſponſa, ſit ſine ruga, & macula.Cagnol. poſt Seuerin. in l.ſi
qua illuſtris.C.ad S.C.Orfic. Fides præter animorum coniunctionem concordiamque coniugalem, ſuadet nullum adulterium fieri debere, D.Augu de bono coniug.c. omne 27.q.
2.Conc Colon.titu.de ſacramen.matrim. c. Sed addes.Mag.
quarto Senten. diſtinct.21. Alphon de Caſtro,de hæreſibus.
in uerbo nuptiæ.

Indiui-

Indiuiduam. Glo. opponit tripliciter. Quam Gloſſam vt tu Tiruncule intelligas, qui nondum dupondio, neque aſſe vales: Non enim Naſunilos iſtos alloquor, qui ad omnia ſubrident, licet parum ſit in loculis, ſic ego planè declaro.

27 Omnis † definitio debet conuerti cum ſuo definito, l. 1. §. dolum. de dolo. l. vlt. de verbo. ſig. Verbum. (Nuptiæ, ſeu, Matrimonium) eſt definitũ, cætera verba (Viri, & mulieris &c.) Sunt definitio. Modo ſic, iſta verba non reſpondent ipſi verbo (Matrimonium.) ergò definitio mala. Primò probatur ſic. Dicitur hic, quòd Matrimonium eſt res indiuidua. Contrà, Immo diuidua, tam iure veteri Impe. Theodoſii, & Valentiniani, l. conſenſu. C. de repudijs. quàm recenti ipſiuſmet Iuſtiniani, in Authen. de nup. & in Anthen. vt lic. matri, & auiæ. Soluit glo. hic loquitur quoad affectionem; Contraria quoad actum. Sic ſupra de iuſt. & iure, in princip. Hoc philoſophi, & Theologi dicunt, in potentia, & in actu, ſeu in abſtracto, & in concreto. Multa quippe ſeparatum machinamur, & nobis promittimus intrà cor noſtrum; Quę cum ad actum deueniunt, ſunt inania, licèt adſit bona voluntas: Quia, vt inquit Poeta, Neſcis quid veſper ſerus vehat. Semper enim aliquid de nouo emergit, quod cauſam diuortij præbet. Secundò probatur ſic. Tu dixiſti, & verum dixiſti, quod affectio, & coniunctio

28 animorum facit matrimonium; † Sed iſta affectio cadit in concubina, ergo definitio imperfecta, & latior ſuo definito. Gloſſa nihil allegat. Tu allega textum in l. penult. de concub. Gloſſa fatetur contrarium, quod hæc definitio ſit latior, ideſt comprehendat etiam concubinam, nedum vxorem; Vnde vt excludatur concubina, gloſſa ſupplet illa verba, (Diuini humanique iuris) l. 1. de ritu nupt. (Diuini quia non debet eſſe vnus Iudęus, alter Chriſtianus. (Humani) quia vxor, non concubina, neque illegitimè nupta ſequitur forum viri. Tertiò probatur ſic Dicitur quod affectio, & indiuidua conſuetudo facit matrimonium. Contra de §. ergo. tit. ſeq. & in Authen. Quom. op. Ep. §. 1. & §. volumus. Vbi inter matrem, & filiũ: inter epiſcopum, & mulierem: inter Diaconiſſam, & virum poteſt cadere hæc affectio, & tamen non eſt matrimonium. glo. ſoluit. Ibi non eſt conſuetudo qualis ad vxorem, ſaltem honeſtè, & de iure: Ergo nihil obſtat; Quia illa cenſentur poſſe fieri, quæ de iure, & honeſtè fieri poſſunt, l. filius. de cond. inſtitu. l. nepos Proculo. de verborum ſignificatio. l. non dubium. C. de legibus. Hactenus glo. ex qua ſeptem, vel octo extrahuntur.

I Quòd Iuſtin permittit diuortia.

II Quòd hæc definitio conuenit concubinæ.

III Quòd vir, & vxor debent eſſe eiuſdem ſectæ, & legis.

IIII Quòd vxor ſequitur forum viri.

V Quòd concubina, & vxor minus legitima æquiparantur.

VI Quòd ius ciuile permittit concubinatum

VII Quòd mater non poteſt eſſe vxor filij

VIII Quòd nec epiſ. nec Diaconiſſa cõtrahunt matrimoniũ.

29 Quoad primũ † conſtat lege Moyſis permiſſum repudium, Deuteronomij 24. Quod nec D. N. Ieſus Chriſtus. Matth. 19. Iudæis percontantibus voluit denegare propter duritiẽ cordis eorum. Græci quibuſdam de cauſis permittebant diuortia, Plut. in Lycurgo. Lege Romuli ob id præcipuè repudiabatur uxor, quod minus ſobriè, atque indiligenter liberos, ac familiam cuſtodiſſet. Namq; aſſerit Fabius Pictor, Matronam a ſuis inedia mori coactam, quod loculos, in quibus erant claues cellæ vinariæ, reſignaſſet.

30 † Manſitque diù in more, vt fœminæ propinquis oſculum darent, ad oſtendendum quod temetum, ſeu vinum non bibiſſet: quod, vt ſcribit Halicar. lib. 2. & Gellius lib. 10. è vinolenta ſtuprum, & violentia plerumque naſcatur.

31 Quapropter † inualeſcente ſobrietate manſit Roma per annos vltra D. ſine diuortio, quoadusq; Spor. Caruilius Ruga vxorem propter ſterilitatem repudiaſſet. Poſt quẽ Sulpitius Gallus uxori nuntium remiſit, quod foris capite aperto verſata fuiſſet. Idem fecit Pub. Sempronius, deprehendens vxorem ludos funebres ſpectauiſſe, vt à Plutarcho, & Vale. Maximo proditum eſt. Poſteà, quis neſcit ex leuiſſimis cauſis, & ad libitum diuortia permiſſa fuiſſe?

32 Nam † & Auguſtus, ſub quo lex Iulia, & lex Papia latæ fuerunt, auctore Tranquillo, diuortijs modũ impoſuit, vt nemini ſine cauſa, eaq; probata diuertere liceret. Parũ tamen Auguſti profuit prouidentia omnibus iam in Tyrannidem conuerſis, & viuendi licentiam cunctis flagitantibus: in tantũ vt quam quis prius repudiaſſet, poſſet bis, & pluties reducere quantumcunq; alteri interim nupſiſſet. l. plerięq;. de ritu nup. l. pen. §. vxor. ſolu. mat. Sed ne aliorſum nos trahat oratio, præter mortem, quę omnia ſoluit. § deinceps, Auth. de nup. iure ciuili trib. modis ſoluitur matrimonium, pœna, captiuitate, diuortio, ſeu repudio. l. 1. de diuor. l. ſed ſi maritus. qui & à quibus. Breuius dicere poſſes.

33 Matrimonium † ſoluitur tribus modis principaliter, Morte naturali, Morte ciuili, diuortio. Mortem ciuilem appello quamlibet capitis deminutionem, per quam libertas, ſeu ciuitas amittitur propter delicti pœnam, vel propter captiuitatem, vt infra de cap. dem. §. cum autem. iuncto. § ſi ab ho-

34 ſtibus. quib. mod. ius patriæ pote. ſol. diuortium † dupliciter fit iure ciuili, aut communi conſenſu, quod leges plerunq; appellant cum bona gratia. l. ſi conſtante. C. de repud. §. vl. C. de rei vx. ac. Aut alterutro inuito cum animi ira, atq; offenſa. l. cum hic ſtatus. §. ſi diuortium de donatio. inter vir. & vxor.

35 Cauſæ cuiuſlibet diuortij prius vagæ, & diſperſæ erãt † vtcunq; Auguſtus modũ & frænum eis impoſuerit. l. vitricus, & ſeq. de dona inter vir. & vxo. Theodoſius Iunior, Theodoſij magni, ſeu Senioris nepos, cauſas delicti redegit ad ſeadecim l. conſenſu. C. de repud. Iuſtinianus quatuor adiecit in l. pen. & vlt. C. de repud. quas omnes non ſine nauſea repetit, & confirmat in §. mitiores. Authen. de nup. Poſtea ipſemet Iuſtinianus, (Vide inconſtantiam, & præſtigias Iuſtiniani, vel potius Triboniani) in Auth. vt liceat matri, & auiæ. §. quia verò plurimas. harum cauſarum duodecim, vel tredecim abſcindit: ita vt ſeptem remaneant duntaxat, vt ibi per gl. Quibus ſi addantur aliæ tres in § prędictis. eod. authen. prius expreſſæ in §. per occaſionem. authen. de nup. erunt decem in totum, Perduellio, Adulterium, Inſidiatio, Scortatio, Conuiuatio, Pernoctatio, Ludi ſeu ſpectacula, Impotẽtia coeundi, Monachatio, Captiuitas, Quatuor primæ, & tres poſtremæ ſunt communes viri, & vxoris. Tres mediæ arctant mulierem tantum. Planius cuncta apparebunt ſi legem Theodoſij ſubiungam, meumque ſuper ea gloſſema.

CODICIS LIB. V. TIT. XVII.

IMP. THEOD. ET VALENT. AA. Hormiſdæ Præfecto Prætorio.

Conſenſu licita matrimonia poſſe contrahi: cõtracta, non niſi miſſo repudio diſſolui præcipimus. Solutionẽ etenim matrimonij difficiliorem debere eſſe, fauor imperat liberorũ. Cauſas autem repudij hac ſaluberrima lege apertius deſignamus. Sicut enim ſine iuſta cauſa diſſolui matrimonia iuſto limite prohibemus: ita aduerſa neceſſitate preſſum, vel preſſam, quamuis infauſto, attamẽ neceſſario auxilio cupimus liberari. Si qua igitur maritũ ſuũ adulterum, aut homicidam, aut veneficum, vel certè contra noſtrũ Imperium aliquid molientẽ, vel falſitatis crimine condemnatum inuenerit: Si ſepulchrorũ diſſolutorem; Si ſacris ædibus aliquid ſubtrahentem: Si latronem, vel latronum ſuſceptorẽ; vel abactorẽ, aut plagiariũ: vel ad contemptũ ſui, domusuè ſuæ ipſa inſpiciente, cũ impudicis mulieribus (Qđ maximè etiã caſtas exaſperat) cœtũ ineuntẽ Si ſuæ vitæ veneno, aut gladio, aut alio ſimili modo inſidiantem: Si ſe verberibus, quæ ingenuis aliena ſunt afficientẽ probauerit, tũc repudij auxilio vti neceſſario ei permittimus libertatem, & cauſas diſſidij legibus cõprobare. Vir quoq; pari fine claudetur: nec licebit ei ſine cauſis apertius deſignatis propriã. repudiare iugalẽ. Nec vllo modo expellat, niſi adulterã, vel veneficã, aut homicidã, aut plagiariam, aut ſepulchrorũ diſſolutricẽ, aut ex ſacris ædibus aliquid ſubtrahentem, aut latronũ fautricem; aut extraneorum virorũ ſe ignorante, vel nolente conuiuia appetentẽ; aut ipſo inuito ſine iuſta, & probabili cauſa, foris. ſ pernoctantem: vel Circenſibus, vel Theatralibus ludis, vel arenarũ ſpectaculis in ipſis locis, in quib. hæc aſſolent celebrari, ſe prohibente gaudẽtem: vel ſibi veneno, vel gladio, aut alio ſimili modo inſidiatricem: vel contra noſtrum Imperium aliquid machinantibus conſciam: ſeu falſitatis ſe crimini immiſcentẽ inuenerit; aut manus audaces ſibi probauerit ingerentem. Tunc n. neceſſario ei diſcedẽdi permittimus facultatẽ, & cauſas diſſidij legibus comprobare. Hæc niſi vir, & mulier obſeruauerint, vltrice prouidentiſſimæ legis pęna plectẽtur. Nam mulier ſi contempta lege repudiũ mittendũ eſſe tentauerit, ſuã dotẽ, & donationẽ ante nuptias amittat, nec intrà quinquenniũ nubendi habeat denuò poteſtatem. Aequum eſt enim eã interim carere connubio, quo ſe monſtrauerit indignã. Quod ſi præter hæc nupſerit, erit quidẽ ipſa infamis, cõnubiũ verò illud nolumus nuncupari. Inſuper etiã arguendi hoc ipſum volenti concedimus libertatẽ. Si verò cãm probauerit intentatã, tũc eã & dotẽ recuperare, & ante nuptias donationẽ lucro habere, aut legibus vindicare cenſemus, & nubendi poſt annũ ei, ne qs de prole dubitet, permittimus facultatem. Virũ etiã ſi mulierem arguerit interdicta attentatem, tam dotem quàm ante nuptias donationem ſibi habere ſeu vindicare: Vxoremque ſi velit, ſtatim ducere hac iuſta definitione ſancimus. Sin aũt aliter uxori ſuæ renunciare voluerit, do ſua

redhibeat, & ante nuptias donationẽ amittat. Seruis etiam,
ſeu ancillis puberibus, ſi crimen adulterij, vel maieſtatis inge-
ritur, tam viri quàm mulieris ad examinandam cauſam repu-
dij, quò veritas aut facilius eruatur, aut liquidius detegatur,
ſi tamen alia documenta defecerint, quæſtionib. ſubdendis.
Super plagis etiam, vt dictum eſt, illatis, ab alterutro cõmo-
uendis eaſdem probationes (quoniã non facilè quę domi ge
runtur per alienos poterunt confiteri) volumus ob eruari. Si
verò filio vel filijs: filia vel filiabus extãtibus, repudiũ miſſum
eſt, omne quicquid ex nuptijs lucratum eſt, filio ſeu filijs: filiæ
ſeu filiabus poſt mortem accipientis ſeruari. i. Si pater temerè
repudium miſerit, donationẽ ante nuptias à matre ſeruari. Si
mater, dotem ipſam eidem, vel eiſdem filio ſeu filię patre mo
riente dimitti cenſemus; Patri videlicet vel matri in ſcribẽdis
filijs hæredibus, ſi vnũ ſeu vnam vel omnes ſcribere, vel vni
ex his donare velit electione ſeruata. Nec vllam alienandi ſeu
ſupponendi memoratas res permittimus facultatem. Sed ſi
aliquid ex eiſdẽ rebus defuerit, ab hæredibus, ſeu earũ deten-
tatoribus (ſi tamen non ipſos hæredes ſcripſerit, aut ſcripti fi-
lij non adierint) reſarciri præcipimus: vt etiam hoc modo in-
conſulti animi à repudio mittendo detrimento retrahantur.
Pactiones ſanè ſi quę aduerſus pręſentia ſcita noſtræ maieſta
tis fuerint attentatæ, tanquàm legibus contrarias nullam ha-
bere volumus firmitatem. Data V. Idus Ianuarij, Protoge-
ne, & Aſtorio Conſſ.

36 Hæc lex eſt Theodoſij Iunioris, authoris † Codicis Theo
doſiani, qui hodie circunfertur, quamuis omnes tres Co
dices, Gregorianum, Hermogenianum, Theodoſianum Iu-
ſtinianus aboleri iuſſerit, vt ſup. de nouo Cod. faciendo. Scri-
37 pta fuit Hormiſdæ Præfecto Prætorio, † cuius Pręfecti digni-
tas prima erat poſt Imperatorem, vt infra, de Pręf. Prætorio
lib. 12. ad ſimilitudinem Tribuni Celerum, qui primus Ro-
manorum Regibus aſſiſtebat: Et magiſtri militum, qui Di-
ctatori aſſuciabatur. l. vnica. de offic præf. Prætio. Vbi Budæus
hodie his aſſimilat Conellabiles regni Franciæ Cæterũ Fran-
cia veluti Hiſpania, ſi non mentitur Iuſtinianus, in l. r. ſuprà,
de offic. præf. prætorio Aficæ erant ſub Præfecto prætorio
quoad regimenta legũ & pacis; ſub Magiſtro militum quoad
38 militiam. Nec † Gallia tantum, & Hiſpania regebatur à Ma-
giſtro militum, ſeu à Ducibus ipſius. verum etiam aliæ pro-
uinciæ; vt hinc appareat nomina & dignitates Ducum, Co-
mitum, Marchionum ab eo tempore incępiſſe, cum iam Im
perium Romanum à Regulis & Exarchis diſcinderetur. Le-
gis noſtræ ſuperſcriptio non aperit, quis nam Præfectus Præ-
torio fuerit iſte Hormiſda. Sed, cum Præfecti Prætorio di-
gnitas ſuprema fuerit, liquere poteſt, credibile eſt, hanc con-
ſtitutionem conſultiſſimè à Theodoſio latam fuiſſe, & Hor-
miſdæ tranſmiſſa, quò celerius per vniuerſum terrarum Or-
bem diuagaretur. Data ſeu ſubſcriptio Protogenis, & Aſtorij
39 Conſulum, indicat † promulgatam fuiſſe anno Natiuitatis
D.N. 451. ſecundum Chronologiam Haloandri; Ego com-
puto duobus annis minus, quamuis hoc parui, aut nihil in rẽ
præſentem referat; A quo tempore vſq; ad conſtitutionem
Iuſtiniani in Authen. vt liceat matri & auiæ. abſcindentis, ſeu
reſecantis multas diuortiorum cauſas cẽtum propè anni in-
tercedunt. Aduertendum inſuper eſt, quod Theodoſius, &
Valentinianus Auguſti nominantur in ſuperſcriptione, non
Cæſares; vt hinc quoq; intelligas neſcio quid plus eſſe; quan-
doquidem Auguſtus ille ſit, qui iam rerum potitur, omniaq;
40 Imperij munia ſolus obit. † Cæſar verò non iam Regimen ha
bet, ſed deſignatus tantum ſucceſſor eſt Auguſtæ Maieſtatis
futurusque eſt Imperator, vt auctor eſt Spartianus in Aelio
Vero, & Ammian. Marc. Quamuis ſub nomine horum Cæ-
ſarum Imperium nondum tenentium leges alicubi reperian
tur, vt in l. quamuis adulterij, inf. ad l. Iul. de adul. Quæ fuit edi
ta à Conſtantino Patre Auguſto, & à Conſtantino filio Cæ-
ſare, ſuper pœna adulterij.
Conſenſu. Conſenſus ſolus facit matrimonium abſq; ver-
borum, ſcripturæ vè adminiculis, niſi in caſibus, in quit gloſ-
ſa, vbi iure ſpeciali exigitur ſcriptura. § fin Inſti. de nup. gloſſa
41 verum dicit de iure ciuili. Cæterum † iure Pontificio veluti
ſcriptura nunquam exigitur, ſi cætera concurrant. c. tãta. qui
fil. ſint legi. Ita non raro verborum, ſolennitatumq; reticen-
tia clandeſtinum, atq; iniuſtum reddit matrimonium. c. cum
Inhibitio. de cland. deſpon.
42 Miſſo repudio Repudium † proprie dicitur inter ſponſos,
Diuortium inter virum & vxorem, dictũ a diuerſitate men-
tium, ſeu quod in diuerſas partes eant, qui a matrimonio rece
dunt, quamuis promiſcuè hæc verba vſurpentur. l. inter ſtu-
43 prum. l. inter diuortium. de verbo. ſign. In † diuortio talia ver
ba erant vſitata, Res tuas tibi habeto. Res tuas tibi agito In
ſponſalib. talia, Conditione tua non vtar. l. a. de diuortijs. Cui

concinit auctoritas Ciceronis in Philip. a. & Iuuenalis in Sa-
tyris. Qui diuertere volebat ſiue vir, ſiue fœmina mittebat
libellum per libertum, ſeu nuncium, in quo ſcripta erat cauſa
44 diuortij. † Et recitabatur libellus coram ſeptem teſtibus Ci-
uibus Romanis, puberibus, auctore Plutarcho, & Iulio Paulo
in l. nullum. de diuortijs. Credoq; ego in acta publica referri
ſolitum atque inſinuari libellum, etiamſi cum bona gratia &
ſine delicto repudium fieret. l. Sempronia. de furtis.
Fauor impetrat liberorum. Regũla communis permitte-
bat ſine dubio matrimoniũ poſſe diſſolui ſolo conſenſu, quo
ſolo contractum fuit, argu. l. nihil tam naturale. de regu. iu. l.
45 ab emptione. de pactis. Quia tamen † intereſt Reip. matrimo
nia frequentari propter replendas liberis ciuitates. ſ. j. ſol ma.
l. a. inf de ind. vid. tol. plures ſolennitates requiruntur in diſſo
lutione quam in confectione: Vt ſit aliqua cauſa rationabilis.
Vt hæc cauſa inferatur in libello & probetur, ſi opus erit: ſicu
ti in exhæredatione, quam pater facit in teſtamento. l. omni-
modo, ſupra de inoffi. teſta. Vt tandem ſolenniter recitetur,
atque inſinuetur coram legitimo numero teſtium, ſicuti in
teſtamento in ſcriptis poſt mortem teſtatoris. l. repetita. ſu-
pra de epiſc. & cle. l. publicati. l. conſulta. inf. de reſt. Sic pridẽ
Iudæi volentes repudiare vxorem, cauſam diuortij ſuo iura-
46 mento iudici probabant, Ioſephus lib 4 Antiq. Hodie † quan
tumuis fieret ſeparatio thori propter fornicationem, vel
aliam ſimilem cauſam, quæ paucæ ſunt iure Pontificio, ſta-
tur iudicio eccleſiæ, neque requiruntur hæ ſolennitates, c 3.
Vt lite non conteſta. cap. porrò. de diuortijs. cap cum in Apo
ſtolica. de ſponſa.
Apertius deſignamus. Sexdecim ſcilicet, quibus propter
delictum, culpamuè alterutrius ſoluitur matrimonium, miſ-
ſo libello repudij; Euimuero ſi bona gratia ſoluatur matri-
monium, nihil innouat hęc lex, gl. l. ſeq. Sed remanemus in iu
re priſco, quod permittit pluribus ex cauſis diſſolui matrimo
nium; Et quinque cauſæ cum bona gratia referuntur in l. ta-
tricus, & ſeq. de donat. inter vi. & vx. Sacerdotium, Sterilitas,
Valetudo, Senectus, Militia.
47 Atqui † ſexdecim cauſæ huius conſtitutionis hoc ordine
ponuntur, Adulterium, Homicidium, Veneficium, Perduel-
lio, ſeu crimen læſæ Maieſtatis, Falſitas, Sepulchrorum diſſo-
lutio, Sacrilegium, Latrocinium, Abigeatus, ſeu Abactio,
Plagium, Scortatio, Inſidiatio, Verberatio. Hæ tredecim cau
ſæ ſunt communes vtrique tam viro quàm vxori: Et nouem
ex eis abſcindit ſeu prohibet Iuſtinianus, in §. quia verò plu-
rimas. Authen. vt liceat matri & auiæ Ita quod ſolę quatuor
remanent, Adulterium, Perduellio, Scortatio, Inſidiatio.
Reliquæ tres pro complemento omnium ſexdecim pariter
remanent, & ſolam mulierem reſpiciunt, ſeu coercent, Viro-
rum conuerſatio, Pernoctatio, Ludorum ſpectatio. Iuſtinia-
nus, vt prædiximus, tres alias addit. §. per occaſionem. Auth.
de nup § prædictis. Authen. vt liceat matri, & auiæ. Et ſunt,
Impotentia coeundi, Monachatio, ſeu Religio, Captiuitas.
Idem Iuſtinianus dicta Auth. vt liceat matri & auiæ. §. quia
verò ex conſenſu. prohibet ex omni cauſa libellum repudij
cum bona gratia ſeu communi conſenſu. Quapropter colli-
ge. Ante Theodoſium cauſæ diuortij tam cum conſenſu, q̃
ſine conſenſu, id eſt tam bona gratia quàm propter culpam
erant incertæ, vagæ, confuſæ, & ſine lege.
48 † Quippè etiam vxor grauida repudiari poterat. l. Impera-
tores. de probatio. l. vxorem. de man. teſta. Aliamque confe-
ſtim ducere fas erat. Refertque D. Hierony. ſua tempeſtate,
ſedente Damaſo, P. virum qui habuerat viginti vxores tan-
dem denupſiſſe mulieri, quæ habuerat 22. maritos. Eamque
defunctam quaſi victor ad funus cum laurea, & palma co-
mitatus eſt. Theodoſius annis quinquaginta à D. Hierony-
mo cauſas delicti ſeu culpæ moderatus eſt. Iuſtinianus eaſ-
dem cauſas delicti pauciores fecit, cauſas cum bona gratia
omninò ſuſtulit.
49 Ius † Pontificium adhuc preſſius ſeſe egit, omne diuortiũ
omninò perimens, quia quos Deus coniunxit, homo non ſe-
paret, niſi cauſa fornicationis & pauciſſimis alijs, Matth. 19.
c dixit, 32. q. 1. c. 2. de coniug. leproſorum glo. in rub. de diuor
tijs. l. diuortio. de nego. geſtis. Sed nec tunc quando alteruter
coniugum fornicatur, eſt verum diuortium; Eſt potius ſepa-
ratio thori & diſiunctio cohabitationis quàm vinculi ma-
50 trimonialis ac ſacramẽti: in tantũ † vt nec Summus Pontifex
poſſit, aut ſoleat matrimonium conſumatum ſeparare, nec
ſinere vt alterutro viuente liceat alteri tranſire ad ſecũda vo-
ta, iua. tradita in c. ex publico. de conuerſ. coniu. c. cum ſocie-
tans 27 quæſt. 2 Felynus, Decius, & recentiores in cap. quæ in
eccleſiarum. de conſtitut. Gratus conſil. 1. lib. 2 Ferdin. Loa-
zes, de matrim. dubio 2. Quamuis auctoritate D. Ambroſij.
51 cap. propoſuiſti. & cap. tantum. 32. q. 7. diſputari poſſit † licere
interdum ſecundam ducere vxorem viuente prima, & cau-
ſa à

ſas à Theodoſio,& Iuſtiniano expreſſas à Papa reſtaurari poſ-
ſe. In quam aſſertionem inclinat Alciat.lib Parerg.6.c.20.in l.
inter ſtuprum,de verb.ſign. Quem Didacus refellit in Epito-
me quarti Decretalium c 7.ſecundę partis.§ 4 Et hoc nuper-
rimè quoque ſancitum fuit in Concilio Tridentino ſub Pio
IIII. Adde infra, num. 85.
Adulterum. Hæc eſt prima cauſa,communis vtrique,diſ-
ſimiliter tamen. In viro ita demum ſi nuptam, vxoremvè al-
terius cognouerit, non ſi concubinam, vel pellicem teneat:
52 Quippe † cum iure ciuili marito liceat tenere concubinam:
nec adulterij accuſari queat.l.Maſſurius,de verbo.ſignific.l.j.
infra ad l.Iul.de adul Roland. conſilio 74. libro primo, Iulius
Clarus lib.Sententiarum V.§.adulterium, & § fornicatio. In
muliere non perindè: Nam ſi vxor eſt vnius,non poteſt alte-
ri impunè miſceri quantumuis ſoluto; Quia lex Iulia de adul
terijs ſimpliciter ait, in nuptam committi adulterium, nec
diſtinguit,vtrum miſceatur vxorem habenti,vel non haben-
ti.l.inter liberas.l.ſtuprum ad.l de adul. Aliud iure canonico:
Nam vir & vxor non debent ad imparia iudicari. Eandem in
viro quam in vxore exigimus caſtitatem. Non licet marito,
quod vxori non eſt permiſſum. Si agnoſcens alium præter
maritum,eſt adultera;nec vir carebit crimine adulterij,agno
ſcens aliam præter vxorem,cap apud cum glo.32.quæſtio.1.
& quæſtio 4.cap. nemo ſibi. & quæſtio. 5. ca. pręcepit. & ca.
lex illa. 36. quæſtione 1.vbi tangitur etymologia, & definitio
53 adulterij. † Adulterium eſt alterius thori, ſeu matrimonij
mente, vel corpore violatio, propter partum ex altero con-
ceptum compoſito nomine. l.inter liberas, ad l.Iul de adul.
Ex quo apparet in ſponſum, ſponſamvè non committi adul-
terium, cum nondum concubitus ingeniali thoro fuerit
ſubſequutus,niſi fortè ſint ſponſalia per verba de præſenti.vt
per Canoniſtas in cap. quemadmodum. de iureiuran. in cap.
diſcuſſionem de eo qui cog.conſang.vxo.ſuæ. in cap.primo,
de adul.l Miles.§.quærebatur. & ibi Oldr. & Alber.l. ſi vxor.
§. dinus.& §.ſi minor.& ibi Barto. ad l.Iul.de adult. Mantua
in l. tranſigere. ſupra, de tranſact. De quatuor quæritur. An
adulterium ſine culpa committi poſſit. An vxor adultera ſi-
ne ſententia repelli poſſit. An contra retineri poſſit. Quæ
pœna ſit adulterij.
54 Primo reſpondetur,adulterium † natura turpe eſſe. l.pro-
brum.de verbo.ſignific. Proinde ſcienter adulterans pœnam
non euitabit, nec propter ætatem merebitur excuſationem.
l.auxilium.in fine,de minoribus l.ſi adulterium. §.fratres, ad
l.Iul.de adult. Atque ipſo iure in foro animæ eſt excommu-
nicatus.cap.Intelleximus.de adul.Fallit , ſi ignoretur nuptam
eſſe,cum qua concumbitur,l. penult.ad l.Iul. de adulte. Item
ſi palam ſit vilis,& proſtituta.l.quę adulterium.infra,de adul.
quamuis nuptam meretricem quidam puniri aſſerant, Capl.
deciſio. 44. Velut per contrarium violentus adulter, non
conſentiente muliere, ſolus puniretur. Mirabile dictu, dixit
D.Auguſt.in cap propoſito. 32.quæſt.5.Duo fuerunt, & adul
terium vnus commiſit.
56 Secundò reſpondetur † non licere marito vxorem adul-
teram abijcere,ne ſibi ipſi ius dicere videatur: Ideo lex Iulia
de adulterijs prius præcipit vxorē repudiari: Deinceps quin
quennium accuſationi a die commiſſi criminis præſtituit: ita
vt maritus cunctis alijs intra ſexaginta dies præferatur in ac-
cuſando a die diuortij; & ſic deinde ſolennia accuſationis im
plicat non ſine metu interdum calumniæ & talionis. l.miles.
§.adulterij.l.28 cuius.vbi glo ad l.Iul.de adul.l.quamuis adul.
infra eodem titu. de adult. Eadem propemodum in muliere
redarguente virum.Roma.conſi. 167.Socin.Iunior conſ. 32.
lib.2.quamuis lex Cæſaris mulierem deprehenſam in adulte-
rio hoc ipſo infamet; virum deprehenſum non aliter infa-
met, quàm ſi ſententia iudicis fuerit notatus, quod vxorem
alterius ſcienter agnouerit. l. palam, §. quæ in adulterio. vbi
glo. de ritu nuptiæ.
Tertiò reſpond.ex oraculo D.Pauli,1.Corinth.6. Qui te-
net adulteram ſtultus & impius eſt. Si tamen pœnitentia pe-
racta inuicem conſentiant, honeſtè in matrimonio perſeue-
rabunt: niſi forte bis,& pluries ad vomitum , inſtar canis re-
deatur,alteriuſque patientiæ,& caſtitati illudatur. cap.ſi quis
vxorem 32.quæſt.1.glo.& DD.in cap.vlti de diuor.Bertachi-
nus in verbo,Adulter. Quid ſi vxor adultera propriam fatea-
tur turpitudinem, maritoque poſcenti adhærere detrectet,
vel contrà? Si vir caſtè vixerit, nec materiam, aut exemplum
fornicandi mulieri dederit, haud dubiè matrimonium reti-
nebitur,c.ex literis.de diuortijs.c.quemadmodum.de iureiu.
Quamuis iure ciuili adulteram retinere, vel ducere maximè
condemnatam,illicitum,atq; probroſum videatur.l.miles.§.
vlt.l. mariti.§.quod ait lex ad l.Iul.de adult.
57 Quartò reſpon. quod adhuc ſub iudice lis eſt, qua † pœna
plectantur adulteri, Tiraquello, & Didaco nouiſſimè diſſen-
tientibus. Tiraqu.in 12.lege Connubiali pluribus contendit
mortis pęnam ab Auguſto authore legis Iuliæ fuiſſe inflictā;
& quia id expreſſim dicit Imperator in §. Item lex Iulia, Inſti.
de pub.iud.& quia ante Conſtantinum, qui nominatim ean-
dem pœnam aſcribit in l. quamuis adulterij. infra,ad l.Iul.de
adult.extat conſtitutio Alexandri Seueri in l.caſtrati. ſupra-
dicto tit.de adult. Et altera Diocletiani in l.tranſigere. ſuprà,
de tranſact.quibus accedit textus in l. 1.de extraord.crimini-
bus. Ex lex Longobardorum in tit. de adult. Didacus in Epi-
tome,capit.17. ſecundæ partis.§.7.poſt Ioannem Fabrum in
dicto §.Item lex Iulia. & Raphaelem Comenſem conſil.156.
Alexan.conſil.13 lib.7.ante Conſtantinum: vt leges legibus
concordentur.l. vnica ſupra de inoff.dotibus. Ad quid enim
tam notabile caput prætermittere tot in legibus,& tot in lo-
cis, ſi Auguſtus pœnam mortis ſanxiſſet? Ego animaduerti
plures ab Auguſto, & cæteris fuiſſe variatum, prout eſt in-
conſtantia rerum humanarum.
58 Siquidem † Auguſtus a primordio tulit legem Iuliam de
adulterijs & pudicitia,& de maritandis ordinibus l.vnica. vn
de vir & vxor.l.1.ad l.Iul de adulte. Has leges ipſe interiectu
anno.35.vſque ad Conſulatum Papij,ut explico tit.ſeq.pluri-
bus capitibus diſtinxit & reformauit.
59 † Nam Martianus I.C ſcripſit ſuper capite 35.legis Iuliæ,&
fortaſſe erant alia capita, vt in ſuperſcriptione. l.qui liberos.
de ritu nuptiarum. Opinor itaq; vel vno horum temporum,
vel etiam vtroque tempore aliquo ſaltem capite,& aduerſus
atrocem adulterum pœnam capitis fuiſſe: At in cæteris, &
in omni propè genere adulterij minorem pœnam fuiſſe, vel
infamiæ, vel hoſpitii, amicitiæque interdictionis, vel exilij
temporarij,vel deportationis interdum, ſi adulterio aliud cri
men admixtum fuiſſet, per textum, cui non video cauillum
poſſe adhiberi in l.ſi quis viduam.de quæſtionibus. Atque ita
diſtinguendo, & concordando iura & tempora, opiniones
ſedabuntur. l.2 §.miles.de his qui not. infamia. l.ſcio. de te-
ſtibus. l. auxilium. de minoribus. l. Claudius. de his quibus
vt ind. l. qui cum vno.§.adulterij de re militari. Pręterea per-
pendo eſſe ſpeciale in milite,vt deportetur,cum & aliàs acri-
monia militaris acerbius diſtringat militē, quàm paganum.
l.miles,in prin.de adul.l 2.l.omne. de re mil. Ergo alius adul-
ter quàm miles minus puniebatur.l ius ſingulare. de legibus.
Eodem ſpectat,ꝙ in l ſi is qui.prędicto tit.de adul. grauius pu
nitur libertinus adulter, vt pote ignobilis,quàm ingenuus,&
nobilis l.in ſeruo de pœnis.
60 Adde † quæ de Auguſto prodidit Plutarchus in Apoph-
teg. Item Suetonius in eius vita c.65.[Iulius filiam,& neptem
omnibus probris contaminatas relegauit. Filiæ relegatæ,
vſum vini, omnemque delicatiorem cultum ademit, neque
adiri a quoquam libero, ſeruoue, niſi ſe conſulto permiſit.]
Item Cornelius Tacitus lib.x. loquens de Tyberio Auguſti
priuigno Apuleiam Auguſti ſororis neptem adulterij puni-
turo. [Adulterij(inquit) grauiorem pœnam deprecatus, vt
exemplo maiorum propinquis ſuis vltra ducenteſimum lapi
dem remouerentur ſuaſit. Adultero Manlio Italia, atq; Afri-
ca interdictum eſt. Et paulò poſt. Exacta & à Titidio Labeo-
ne Viſtiliæ marito pœna eſt, cur in vxore delicti manifeſtam
vltionem omiſiſſet: Atque illo prætendente ſexaginta dies,
ad conſultandum datos nec dum præteriiſſe, ſatis viſum de
Viſtilia ſtatuere,eaq; in Inſulam Seriphon abdita eſt.]Quibus
auctoritatibus liquet pœnam mortis,ac etiam rarò deporta-
tionis,ideſt perpetui exilij inflictā fuiſſe; Et aliter adulteram
quam adulterum puniri conſueuiſſe.
61 Quod † diſcrimen pœnæ abſtulit Conſtantinus in l.q̄uis.
inf.de adul vtrunq; iam maſculum quàm fęminam gladij pę
na feriendo.ſed poſtea Iuſti.in auth.ſed hodie. ibi ſubiuncta,
mulieri vt pote fragiliori pepercit,eam in monaſterium vſq;
ad biennium detrudendo Quod moderatius viſum eſt Sum
mis Pontificibus,in c. tuæ fraternitatis. de procur.licet malè
ſeruetur. Quin quotidie videmus, & audimus etiam in ma-
ſculis leuiores pœnas infligi, & laudi dari, præ nimia conni-
uentia,adulterantibus, quantumcunque leges, & edicta gra-
uiſſimè interminentur, ſolo excepto Germanorum vſu , ſo-
62 lidaque conſtantia, qui † ex conſtitutione Caroli V. adulte-
63 ros capite plectunt. Infandum † tamen & ridendum dicam
de Beguinis,& Beguardis,in Alemania, qui tēpore Clemen-
tis V.P.M. in Clem.ad noſtrum.de hæreticis. Adulteriū im-
punitum eſſe diſſeminarunt, oſculum verò eſſe puniendum;
ꝙ ad coitū & adulteri inſtinctu naturæ præcipites feramur;
At baſia & amplexus non ſunt a natura, ſed potius à ludibrio
deſiderioq; dānabili. Cui hæreſi pręter fidei dogmata obſtat
lex ſeculi in l.probrū.de verb.ſig. Ex lege Moſaica lapidabant
adulteri,Exodi 20.Deutero.22.& Ioannis Apoſtoli,& Euan-
geliſtæ cap.8. Zaleucus Locrenſium legislator cum legem tu
liſſet eruendi adulteris vtrunque oculum, ſibi oculum, filio

adulterantì alterum effodi iuſſit, quò legem impleret, vt à
Valerio ſcriptum eſt, penes quem, & Plutarchum & Strabo-
nem, & Aelianum, & Alexandrum ab Alexandro, & Cælium
Rhodiginum & Tiraquel. & Neuzanum, multas alias pœnas
64 videre potes. Atqui verò conſtat † iure ciuili pœnam adul-
terij, & lenocinij eandem eſſe. l. qui domum. l. ſi quis adulte-
ſium, in fine, ad l. Iul. de adul. Idem putat gloſſa, Bartolus, Al-
ber. Angelus, & communiter cæteri, de pœna inceſtus. l. ſi
adulterium cum inceſtu. eodem titu. de adult. Quibus refra-
gari videtur tes. in l. de inceſtu, de quæſtionibus. Fortè diſcri-
tiam tit. ſeq. in meo gloſſemate ad d. l. ſi adulterium.

Aut homicidam. Secunda cauſa communis vtriq; abſciſſa
per Iuſtinianum, Homicidium. niſi fortè, vt in adulterio, coa-
ctè, vel inſcienter homicidiū perpetretur. l. 1. §. diuus. l. diuus.
ad l. Corn. de ſicarijs. Sed & quando dolo malo perpetratur,
requirerem veluti in adulterio cōdemnationem, & libellum
repudij ex latere coniugis culpa vacantis, & cohabitare no-
65 lentis, vt hic. Cæterum † Sacri Canones vetant dirimi ma-
trimonium propter quodlibet crimen. c. in coniugio, 32. q. 1.
c. 2. cum ibi plenè traditis, de diuortijs.

Aut veneficum. Tertia cauſa communis vtrique abſciſſa
66 per Iuſtinianum, veneficium. Quia † tamen grauius crimen
eſt veneno quàm gladio occidere. l. 1. C. de maleficis. nulla
hic dabitur excuſatio ſexui, vel imprudentiæ: qualitercunque
venenum amoris, vel abortionis, vel necis ab alterutro fuerit
propinatum: ergo & ſolus affectus, attentatioque cauſam diſ-
ſidio præſtabit, cum res ſit mali exempli, animique prauita-
tem ac præmeditationem ſemper habeat. l. 1. l. 3. ſi mulierem,
ad l. Corn. de ſicarijs. l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis.
de pœnis.

67 Contra noſtrum Imperium. Quarta † cauſa communis
vtrique, crimen læſę Maieſtatis. Idem multo magis ſi quis
æternam læſerit Maieſtatem, ideſt in hæreſim prolabatur. l.
Manichæos ſupra, de hære. & manich. etiam iure canonico.
cap. vlti. de conuerſ. coniug. cap. vlti. de hæreticis. Ita vt nec
ſit neceſſaria ſententia diuortij, vt ibi habetur. Nec tantum
criminis author, & effector punietur, verum etiam particeps,
& machinator, licèt effectu ſceleris potiri nequiuerit. l. quiſ-
quis. infra, ad l. Iul. Maieſtatis.

Vel falſitatis. Quinta cauſa communis vtrique, abſciſſa per
68 Iuſtinianum, falſi crimen: Quod plurifariam committitur,
in falſas teſtationes, vel teſtimonia cocundo, teſtamenta reſi
gnando, aperiendo nummos plumbeos, ſtanneos cudendo,
radendo, adulterando, vel etiam menſuras frumenti, vini, pon
dera auri, argenti fraudando. l. 1. l. quicunque. l. lege. l. pen. ad
l. Corneliam de falſis. vbi dicitur & illud teneri, qui cum pro-
hibere poſſet, non prohibuit, vel ſciens reticuerit, aut diſ-
ſimulauerit.

Si ſepulchrorum diſſolutorem. Sexta cauſa communis
vtrique, abſciſſa per Iuſtinianum, ſepulchrorum diſſolutio.
Quæ læſæ religionis crimen redolet, cum quis peruicaci au-
ſu, ſpirituque fanatico monumenta, defunctorum requiem,
demolierit: Marmora, ſaxa, loculos auferendo, venundādo,
deijciendo. l. 1. l. qui ſepulchra C. de ſepul. viol. Quæ leges, &
aliæ ſimiles præſertim in tit. ff. eod. & de religioſis exprimunt
69 † morem Ethnicorum, & Gentilium, qui in agris plerunque
extra pomerium cadauera ſepeliebant aliquo ornatu vel ima
gine ſuperſtructa.

Si ſacris ædibus. Septima cauſa communis vtrique, ab-
70 ſciſſa per Iuſtinianum, Sacræ rei furtum, † quod grauius pu-
nitur quàm aliarum rerum furtum, non tantum in repudio,
vt hic, verum etiam in pœna corporis pecuniæuè. l. ſacrilegi.
ad l. Iul. peculatus.

Et ꝙ ſimplex furtum, etiam quòd coniux coniugi faceret,
non præbeat iuſtam cauſam repudij, probatur. ff. & C. rerum
amotarum. cap. 2. de diuortijs,

Si latronem. Octaua cauſa communis vtrique, abſciſſa
per Iuſtinianum, latrocinium. latro latronumq; receptator,
& exceptor pariter plectuntur; niſi ratio ſanguinis receptato-
rem eſcuſet, forte filium, parentem, conſanguineum. l. vlt. de
receptatoribus. glo. Cynus, Saly. in l. 1. infra, de his qui latron.
71 Diſtinguitur latro à fure, † quòd latro plerunque itinera
infeſtat, violenterque manum inijcit huic, & illi: quapro-
pter ſuſpenditur, aliáuè ſolenni ſupplicio ſubditur: Fur clàm,
& plerunque ſine armis, ſineque vi timidius rem aufert. &
Ideo iure ciuili non debet mori, ſed in duplo, uel quadruplo
tantum punitur, nec repudiatur, vt hic, cum non adeo in-
ſultet perſonis, & rebus alienis, authentica, ſed nouo iure.
infra, de ſeruis fugitiuis.

Vel abactorem. Nona cauſa, communis vtrique abſciſ-
ſa per Iuſtinianum, Abigeatus: Qui & ipſe furto aſſimilatur,
72 quamuis furto ſit nocentior. Et committitur † in abigendo
animalia grandiora, præſertim è ſtabulo, & ſeptis, puta equū,
boues, etiam vnum: Oues verò ad minus decem. l. 1. & per
totum titulum, de abigeis.

Aut plagiarium. Decima cauſa communis vtrique abſciſſa
73 per Iuſtinianum, Plagium. Plagiario † delinquit, qui alienum
hominem maximè coniunctum inſidioſè ſupprimit, celat,
vendit. l. ſi fratrem. l. vlt. infra, ad l. Fauiam de plagiarijs. Sed &
in ſeruo alieno non minus plagium quàm furtum committi-
tur, quem inſciente Domino quis ſolicitet, vinctum habeat,
alij vel ſibi exponat lucri, inuidiæ, promercij, aut libidinis cau
ſa. l. non ſtatim. ff. eodem.

Cum impudicis mulieribus. Vndecima cauſa non abſciſ-
ſa per Iuſtinianum, neque reiecta à iure canonico Scortatio,
ſeu luxuriatio. Quæ cauſa eſt communis vtrique ſub aliqua
diſſimilitudine. Vir quantumcunque pruriat, laſciuiendoque
pluries cum hac, & illa delectetur, ne digito quidem tangi
poterat ab vxore: Quod cum temperamento admiſit Iuſti-
nianus, in §. ſi quis in ſua domo. auth. vt liceat matri, & auiæ.
Vxor vel ſi ſemel oculum torqueat, & procū agnoſcat, adul-
74 terij diſſidijq; pœnas luet: aliquibus contendentibus † etiam
propter oſculum luxurioſum, vt pote adulterii argumentū
dotem amitti. glo. in l. 1. de extraord. crimi. Feudiſtæ in cap.
primo, quibus modis feud. am. Decius, Curtius, Bellonus in
rub. ſupra, de edendo. Quæ diſparitas inter virum, & vxorem
Iure canonico nō recipitur. Quid ſi alteruter ſit immodicus
in lucta Venerea? Ioſephus Antiq. lib. 8. refert Beronicen repu
diaſſe maritum, ꝙ nimius, atq; immodicus eſſet in coitu Ad
id rarò in viris: Fœminæ contra ſunt inſaturabiles & homi-
nes vacuant, atque emungunt.

Inſidiantem. Duodecima cauſa communis vtrique Inſi-
75 diatio. Honori † & perſonæ inſidiæ ſtrui poſſunt. Honori, ſi
vit adulterandam cuipiam præbeat vxorem verè, vel colluſo-
riè. l. mariti. §. qui quęſtum. l. ſi quis adulterium. in fine, ad l.
Iul. de adul. Neque euentum ſpectabimus, dummodò id ſe-
mel attentauerit maritus § cauſas. authen. vt liceat matri, &
auiæ. cum lenocinandi actus & voluntas ſit ipſo coitu per-
76 niciosior. Quippe † leno nullum feruoris naturalis inſtinctū
habet, qualem carnis ſtimulus motu ſuopte omnibus incu-
tit: Et leno in ſe ipſum, & in alios volens delinquit: cum alio-
quin in venerem erumpens, ſolus peccet, neq; ſui ipſius pun-
ctum compos ſit, glo. in l. Athletas § Pomponius. de his qui
no. infamia. Amoris enim furore nihil vehementius: quem
cohibere philoſophiæ eſt rectè monentis. §. nouimus, auth.
quibus modis natu. effic. leg. qui magis trahit quàm magnes:
Magis pungit quàm veſpa: Magis ebullit quàm vapor Aetha-
næus: Magis deurit quàm Iouis fulmen: Magis adlatrat
quàm Cerberus: Magis concutit quàm Neptuni tridens: Ma
gis excitat quàm Tritonis buccina: Magis excæcat quàm
Palladis Aegis: Magis contundit quàm Vulcani malleus.
Hinc videmus lenones, lenaſque ipſo iure eſſe infames, acer-
beque puniri per Iuſtin. in authen. de lenonibus: Mulieribus
77 verò parci. Sed † & ſi contra naturam coire velit vir cum vxo
re, iuſta diuortij cauſa erit. glo. in cap. omnes 32. quæſti. 7. Bu-
trius, Abb. Anania in cap. maritus. de adulterijs. Hoc enim vi-
tio ardent ciuitates; ſolum, & fruges cinereſcunt; Aer, & Sol
palleſcit: Retrò vertitur Angelorum vultus: Ad extremum
venit ira Dei in filios diffidentiæ. capit. clerici. de exceſſibus
prælatorum. authen. vt non luxurientur contra naturam. Et
ait Afflictus, lib. 3. de adul. ſuper Conſtitu. regni. quòd nocte
illa qua natus eſt Dominus noſter, omnes Sodomitæ mor-
tui fuere, vt refert quoque Bonacoſſa in ſuis quæſtionibus
criminalibus. Perſonę fiunt inſidiæ, cum vir vxorem, aut
contra gladio, veneno, aut alio modo ſimili de medio tol-
lere ſtudet per ſe, vel alium, quamuis euentus non ſequa-
tur, vt hic, & cap. primo, de diuortiis. Non enim mors, aut
calamitas eſt expectanda, ſed à principio eſt occurrendum
præcipitiumque ſiſtendum. l. 1. ſupra, quando liceat vnicuiq;.
Abb. in cap. quemadmodum de iureiuran. Marſilius in l. vni-
ca. infra de rap. Virg.

Si ſe verberibus. Tertiadecima cauſa abſciſſa nominatim
per Iuſtinianum, vt in authen. Sed nouo iure. huc tranſlata
ex authen. vt liceat matri, & auiæ. Verberatio: nam ſi nimis
atrociter verberauerit vir vxorem rectè diuortium petetur.
Neque cohabitare cogetur, tametſi maritus cautionem offe
rat de non offendendo. c. 1. vt lite non conteſta. c. literas. cum
ibi traditis per Abb. & cæteros, de reſtit. ſpol. Crau. conſil 31.
quin agere mulier poterit aduerſus virum & petere vt punia-
78 tur, Ioan. And. ad Specu. de iniuriis. † leuis tamen caſtigatio
marito non vetabitur; eritque non rarò muliebri petulantiæ
ſalutaris. vt per gl. Fabrum, & Ang. Inſti. de his qui ſui vel alie-
ni iuris ſunt. quandoquidem cerebri Grillos pugni, & cola-
phi eijciunt, dicente Salomone, Duram baculo percute. Et
non ſine cauſa crines ſinuntur creſcere mulieribus, quo me-
lius arripi, & retineri poſſint.

Permittimus libertatem. Poteſt ergo ſi vult vxor, non
cogitur repudiare maritum; cum hic Imperator det liber-
79 tatem: Idem in viro. Quando † autem hoc vult vxor, vel vir,
non per ſe ipſum debet facere, ſed ſolenniter miſſo libello re
pudij cum cauſæ inſertione, & probatione, vt hic. Quid ſi il-
lis diſſimulantibus, extraneus accuſare velit? Quoad adulte-
rium videtur extraneis accuſationem denegari, cum ſit cri
men priuatum. l. quamuis. 2. inſ. de adult. Ful conſ. 135 Clarus
lib. 5. §. adulterium. Contingere tamen poſſet, vt præ nimia
auſteritate enormiuè delicto viri, vel vxoris pater, vel cōſan-
guineus conqueri poſſit, ſeparationemq; impetrare, arg. l. qui
cum vno. in fi. de re mil. l. j. de lib. cauſa.

Conuiuia appetentem. Decimaquarta cauſa, comporta-
tio, non abſciſſa, nec duæ ſequentes per Iuſtinianum. §. quia
vero plurimas. authen. vt liç. matri & auiæ. Id quod ſcrupu-
loſius ſanait Romulus, vt ſi qua mulier temetum, id eſt vinū
biberet; cumuè alieno viro probri quid faceret, in eam mari-
tus cum propinquis eiuſdem pœnam ſtatueret. Quapropter
80 † diu Romæ, & in Latio fuerunt abſtemiæ mulieres, more
vſitato, vt occurrentib. propinquis oſculum darent, Halicarn.
Pli. Gellius. Nec immeritò, quia ſine Cerere, & Baccho friget
Venus: Contra venter mero æſtuans facilè diſpumat in libidi-
nes. Venter enim & genitalia ſibimetipſis vicina ſunt, dicebat
D. Hierony. c. venter 35. diſt.

Pernoctantem. Decimaquinta cauſa Pernoctatio. Quæ
& ipſa a ritu veteri Romanorum defluxit, vnd ētæ & repu-
dij ius dantium marito in vxorem foris vna nocte manen-
tem, maximè facie, & capite aperto. Lex enim (dicere poterat
maritus) tibi meos tantum præfinit oculos, quibus formam
tuam approbes & placere deſideres, vt referunt Plutar. & Va-
lerius Maximus.

Vel Circenſibus. Decimaſexta cauſa, ludorum ſpectatio.
Circenſes ludos primus Romæ fecit Romulus quo die Sabi-
nas rapuit, quarto menſe ab V. C. vt ſcribit Fabius Pictor.
81 † Circenſes dictos autumat Seruius, quod enſibus circumpo
ſitis certantes clauderentur. Vel verius, quod equi, & currus,
& Pugiles in gyrum ſæpius rotarentur, neque in longum ex-
tra metam ſe emitterent. In circo quadrigæ agitabantur, &
venationes exhibebantur. Induti erant Quadrigarij panno al-
bo, cæruleo, viridi, ruſo: prout ſunt quatuor partes, ſeu colo-
res anni. Hinc quatuor factiones. Domitianus duas addidit
factiones, aurati, & purpurei. In Italia appellantur, liuree,
ouero diuiſe. Plin. & Sueton. Otem impudentiſſimam, ut
vociferātur Diui Ambroſ. Gregor. Hierony. Auguſtinus, &
Lactantius; præter hos ludos, & ferarum lacbrimoſa ſpecta-
cula (ſic enim nuncupat Leo Impe. in l. vltima, ſupra de ferijs)
82 erant † Orga, & Bacchanalia, in quibus omne impudicitiæ,
ebrietatis, laſciuiæ, delirij genus exercebatur. Iuppiter cum
Cerere, & Proſerpina coibat. Galli abſciſſi, miniſtri Cereris
muliebria patiebantur. Baccho erigebant Priapum, Veneri
vuluam. Supra immaniſſimum faſcinum ſedente noua nu-
pta, ipſi Priapo corona imponebatur ab honeſtiſſima matro-
na. Dij cum hominibus accumbebant, die conuerſo in no-
ctem, & nocte in diem, ſonis, luſibus, laruis, facibus, lectiſter-
nijs, quis non laudet Theodoſium hic mulierem repudio ple
ctentem, horum ſpectatricem, atque exemplo corruptam?
Nam & Arcadius Pater eius, Auuſque Theodoſius viris etiā
nedum mulieribus hæc ſpectacula interdixerunt diebus Do-
minicis, Sanctorumq; cultui deſtinatis. l. omnes. ſupra de fe-
rijs. Mirandumque eſt non parum quomodo Iuſtinianus, in
authen. de conſulibus. Et in §. ſi igitur. authen. de nuptijs. per-
miſerit hæc ſpectaculorum ludibria & diritatem; cum annis
pluſquam ducentis antea Conſtantinus Gladiatorum vetue-
rit licentiam, ſeſe in mutuam lanienam vltro poſcentium,
ac cum morte ludentium. l. vnica. infra de Gladiato. libro 11.
Hæ virorum pugnæ inter ſe, vel cum beſtijs hic appellantur
arenarum ſpectacula. Theatrales autem ludi erant Comœ-
diæ, Tragœdiæ, vbi geſtuosè Mimi, Pantomimi, Hiſtriones
in omne oblectamenti, ſcurrilitatiſq; formam ſeſe aptabant.
De quibus deq; alijs pertinentibus ad duellum, Inſtitutaq; &
inſignia militaria dicturus ſum non indiligenter in meo tra-
ctatu de infamia.

Vitrice. Mulier temerè, & ſine cauſa mittens repudium
83 punitur in tribus. † Dotem & donationem propter nuptias
amittit. Connubio priuatur intra quinquennium. Infamiam
incurrit, ſi interim nubat. Vir autem temerè repudians in pri
mo tantum punitur, hoc eſt dotem vxoris, & donationem
propter nuptias amittit: cætera non patitur. Sed quando di
cetur temerè repudium miſſum? Si non interueniat verè vna
harum ſedecim cauſarum, ſicque deſint probationes: quod
non tam iuris, quàm facti habebit quæſtionem. l. non ſtatum
ad l. Fabiam de plag.

Infamis. Et quidem ipſo iure adinſtar mulieris, nubentis
intra annum luctus. Immo facilius: cum nuptiæ intra annum
luctus, ſi fiant, non diſſoluantur. l. i. ſup. de ſecun. nup. Hic diſ-
ſoluantur ad accuſationem vniuſcuiuſq;, nec dici poſſit ma-
trimonium, vt hic in textu exprimitur.

84 Si vero cauſam. Mulier † cum cauſa repudians tria con-
ſequitur. Rumpit matrimonium & liberatur a manu mariti.
Dotem ſuam, & donationem mariti propter nuptias lucratẽ.
Alteri poſt annum impunè nubit. Eadem tria conſequitur
maritus iuſtè repudians, & aliquid plus in tertio, quia ſtatim
miſſo repudio poteſt alteram ducere vxorem.

85 † Differentiæ ratio tangitur in textu, quia fortaſſe mulier
grauida eſt, ergo ſi ſtatim re nuberet, & poſt ſeptem menſes,
vel octo pareret, probabiliter ignoraretur ex quo viro con-
cepiſſet. At in viro ceſſat hoc periculum, cum viri non fiant
prægnantes. Eſt & alia ratio in muliere, irreuerentia ſcili-
cet, & contemptus mariti: ergo prohibebitur nubere intra
annum etiamſi certum ſit eam non eſſe grauidam, vel pepe-
riſſe primo; aut altero menſe a die repudij, vel mortis ma-
riti, quicquid ſenſerit Martinus §. vlt. authen. de reſti. & ea
quæ parit. glo. in §. ſi verò altera. auth. de nup. in l. liberorum.
de his qui notatur infamia. Hoc autem de morte mariti non
procedit inter Catholicos, dicente Apoſtolo. Mortuo viro
nubat in domino, Decius & alij in l. prima, ſupra. de ſecundis
nuptijs quamuis gloſſa addubitet in l. decreto. ſupra. ex qui-
bus cauſis infa. irrog. ſubtiliter potius quàm verè reſtringen-
do dictum Apoſtoli, cap. penul. & vlti. de ſecundis nuptijs.
Quinimmo etiam iure diuino, & Pontificio contendunt ali-
qui licere viro viuente prima ſecūdam ducere vxorem, quā-
uis nunquam liceat mulieri viuente primo alterum accipere
maritum. cap. literis. de præſump. vt videtur ſenſiſſe D. Am-
broſius, 1. Corinth. 7. & diſputat D. Auguſti libro vnico, de
fide & operibus. cap. vxor a viro 32 quæſt. 7. Caietanus Mat-
thæi 19 Albertus Pyghius in quæſtione vltima controuerſ.
Ioan. Arboreus libro 1. Theoſophiæ, cap. 35. Qui tamen poſt
D. Hieronymum id neutri licere melius dicunt: vt viſum, di-
ſputatumque eſt tempore ante acto ſub CLEMENTE VII.
P. M. in matrimonio Henrici VIII. Regis Angliæ: Qui
Catherina CAROLI V. matertera indignè repudiata, An-
nam Boleniam deſponſauit, quam paulo poſt adulterij inſi-
mulatam capite puniuit, Deo ita permittente. Adde ſu-
pra, numero 51.

86 Sibi habere. Firma regulam. Maritus † iuſtè repudians
lucratur dotem. Quod quidem indubitanter verum eſt etiā
iure canonico, ſi propter adulterium vxor fuerit repudiata.
cap. plerunque de donatio. inter virum & vxorem. Vbi gloſſa
ampliat in arrhis & parapbernis. Romanus ſingulari 315.
Iaſon in l. fideicommiſſum. infra de fideicommiſ. An autem
illud verum ſit in Vidua adulterata intra annum luctus: Vel
ſi maritus viuens non accuſauerit, tradit Cardinalis conſi-
lio 111. Carrerius in tractatu de homic. § ſexto Bermond.
de concen. Boerius Burdegalenſis deciſio. 338. l. rei iudicatæ.
& ibi Dinus, Baldus, Raphaelus. Vterque Imola, Aretinus, &
cęteri. ſolu. matrimo. authen. eiſdem ſupra, de ſecundis nu-
ptijs. Vbi quoque inuenies quid de oſculo, vel alijs laſciuiæ
primordijs, ſi mulier pernoctauerit, fabulas, conuiuia, tripu-
dia cum extraneis frequentauerit, ignorante, aut renuente
marito. Nam vtcunq; propter hæc iuſtè indignetur maritus,
poſſitque repudiare, vt hic, non tamen dotem, vel alias res
vxoris tam facilè lucrifaciet, Felin. in c. præterea. de teſtibus.
Cranetta conſi. 205.

87 Sunt † & aliæ fallentiæ, in quibus maritus non lucratur do
tem; Et tres ponit gloſſa hic. Vnam, de qua non parum dubi-
tatur, ſi maritus criminaliter accuſauerit vxorem, l. miles. §.
ſocer ad leg Iul. de adult. glo. & Angel. in authen. ſed hodie.
infra, ad leg. Iul. de adult. Imola & Alexand. in l. cum mulier.
ſolu. matrimonio. Alteram in vxore putatiua. Nam vbi non
eſt matrimonium, ibi non eſt repudium, neque dos. l. ſi con-
cubina, rerum amotarum. Siculus in cap. primo. Vt lite non
conteſtata. Contrarium tenet alia glo. in d. capit. plerunque,
quam ibi dicunt veram, & communem Butrius, Abb. Henri.
Præpo. Baldus Nouell. de dote, parte 21. poſt Bart. in l. ſi uxor,
§ plane, ad l. Iul. de adul. Tertiam in dote profectitia quam pa
ter filiæ dederit.

88 Non † enim poteſt adulterando filia obeſſe patri in dote,
l. tertia, ſupra eodem glo. Cynus, Baldus & alij in l. ſi dotem.
ſupra, de iure dot.

Quartò inſuper fallit, ſi maritus mulierem occidat, quam-
uis deprehenſam in adulterio. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. ſecun-
dum vnum intellectum Gloſſæ, quem fermè omnes ſequun-
tur Bartolus, Baldus, Angelus, Raphaelus, Paulus Romanus.
vterque Imola. ſolu. matrimo. Amplius dixit Baldus in §. ſed
ſcimus. infra de latina lib. toll. & in. l. quod in vxorem. ſupra
de nego. geſtis. quod maritus perdit lucrum dotis qualiter-

cunq; vxorem expulerit, & incurioſè tractauerit, puta dene-
gando alimenta, vel medicum nō adhibendo, niſi fortè vxor
manifeſtè ſit adultera, Abb. in d.c. plerunque. Summa Ange.
verbo, adulterium. Quintò fallit, ſi vxorem adulteram reti-
neat maritus, vel ei quoquomodo adulterandi cauſam de-
derit, fortè lenocinando: vel etiam ſi ipſe ſcortatus fuerit,
quaſi paria delicta mutua compenſatione tollantur. l. viro. l.
cum mulier. ſolu. mat. c. penult. & vlt. de adul. & ibi per Inno.
Ancha. & Ananiam. Sed an vxorem retentam poterit poſteà
obiectu prioris adulterij dimittere, accuſareuè, contentus
dotem ei relinquere? Item an eam adulterij accuſans habe-
bit interim penes ſe inuitus, vel inuitam? Primum eſt expe-
ditum in d.c. penult. Alterum in l. crimen. cum auth. ibi. infra
ad l. Iul. de adul.
89 Super plagis. Nota, ꝙ † ſerui quantumuis ſint domeſtici
torquentur, atque examinantur ſolummodò in tribus cauſis
harum ſedecim. In adulterio. In perduellione. In plagis, ſeu
verberibus. Extra has tres cauſas, aliundè vir, vel vxor obtine
bit repudium, beneficiumq; iſtius legis.
Vel filiabus extantibus. Tria vel quatuor nota ſuper do-
te, & donatione propter nuptias ab alterutro lucrifactis,
quamuis hodie parum frequententur donationes propter
nuptias, & rarò mulieres lucrentur, licèt millies à maritis of-
fendantur. gl. in auth. æqualitas. ſuprà. de pactis conu.
90 Primò † maritus dotem ex culpa vxoris lucrifactam non
obtinet in totum extantibus filijs: ſed eſt quaſi fructuarius
adinſtar aduentitiorum filio acquiſitorum. l. 1. l. cum opor-
tet. infra de bonis quæ libet. Secundo non poterit eandem
dotem alienare, ſupponereuè niſi per teſtamentum eligen-
do vnum de filijs. Sic alias contingit in fideicommiſſo fami-
liæ relicto, vt vnus de familia, ſeu agnatione eligatur, licèt
omnes in genere ſint vocan. l. vnum ex familia. de leg. 2. Con
tra de authen. lucrum. ſupra. de ſecun. nup. Sol. illa authenti-
ca corrigit hanc legem ſecundum Ioannem, Hugolinus, &
Azo contra vt hic per Accurſ.
91 Cum † autem hæc dos non ſit plenè in dominio mariti, ſe-
quitur, ꝙ vnus filiorum ab eo, ideſt à patre electus, illam non
imputabit in ſuam legitimam. l. quoniam nouella. ſupra, de
Inoffi. teſta. l. vt liberis. infrà. de collat.
92 Item † eam non amittet, quamuis non fecerit inuenta-
rium; quia ea tantum amittit hęres per omiſſionem inuenta-
rij, quæ iure hæreditario, non iure extero percipiuntur, vt ple
nius cunctis dixi in præludijs mei Tractatus de inuentario hę
redis & in l. vlti. infra, de iure delibe. Tertiò ſi pater alienaue-
rit, eo mortuo filius vindicabit a manibus cuiuſcunque, etiā
extranei poſſeſſoris, nedum hæredis, vt hic, & l. generaliter,
ſupra de ſecun. nup. Quamuis tunc perbellè dubitetur, nun-
quid excuſſio contra hæredem præcedere debeat. auth. hoc
ſi debitor. infra de pig. Quartò filius hæres patris re vera, non
nomine tenus, adeundo ſe compenſat, & conſequenter non
reuocat alienata. l. cum a matre. ſupra de rei vindi. niſi fecerit
inuentarium, vt ibi notatur, & ſedulò tetigi in d. l. vlti. §. in
computatione. infra de iure delib.
93 Pactiones. Non † eluditur ſanctio, neque euitatur pœna
huius legis, etiam ſi tempore matrimonij pactum fieret, ne
mulier delinquēdo dotem perderet. Idem in viro: quia iſtud
pactum eſt contra bonos mores, atque inuitat ad delinquen
dum. l. conuenire. de pactis dotalibus. Accurſius. Sed nec va-
ler pactum iure ciuili, ne diuortium fiat, quia matrimonia tā
in contrahendo quàm in diſſoluendo debent eſſe libera. l.
vlt. ſupra de ſponſ. l. 2. inſ. de inuti. ſtip.
Quoad ſecundum, decipitur gloſſa. Non enim eſt neceſſa-
ria aliqua ſuppletio. Ad obiectum de concubina reſpond. ꝙ
94 † non eo animo accipitur concubina vt perpetuò habeatur:
Immò concubinus ſemper eam vel cōtra, poteſt relinquere.
l. 1. de concub. cum & Gen. 21. Sara dixerit Abrahæ de Agar.
Eiice ancillam hanc, & filium eius: Quod non eſt in vxore:
Ergo verbum (Indiuiduam) excludit concubinam, Petr. Por.
Ang. Aldob. Mynſ.
Quoad tertium, tex. in l. ne quis. C. de Iudæis. expreſſim di-
95 cit † nefas eſſe Ciui Roma. deſponſare Iudæam. Et idem in
qualibet infideli, puta Pagana, Turciſſa, Saracena. c. nō opor
tet. c. caue. 26 q. 1. 2. Corinth 6. D. Ambro. lib. 1. de Patriarcha
Abraham, cap. 9 & epiſto. 70. Do. Hieronym. lib. 1. aduerſus
Iouinian. quamuis diſputent noſtri Theologi, nunquid hæc
prohibitio ſit iuris diuini, vel humani; Mag. Senten. quarto,
diſtinct. 39. Canoniſtæ in cap. 2. de ſponſalibus. Quid in infa-
mi, Excommunicato, Hæretico, Hæreticaue? Hæretici ma-
gis, quàm alij a nobis ſunt exterminandi, tanto damnabi-
liores, quanto in gremio eccleſiæ nati, veſtem CHRISTI
inconſutilem peruicacius lacerant, deciſcendo à præceptis
Sanctæ Apoſto. Sedis. Quid ſi Guelphus ducat Gibellinam?
Adeò pridem exacerbabantur corda mortalium, vt ſe inui-
cem Guelphi, & Gibellini ad mortem odiſſent, ſeque inſecta
rentur, peius quàm Turcæ, & Saraceni. Quæ ſciſſio ſecun-
dum aliquos, inter quos Bar. cępit tempore Friderici Aeno-
barbi, anni iam ſunt 400. Alij prolixius extendunt, vt conſtat
ex Albet. in Dictionario; Ex Flauio Blondo, & Landino, &
Archiepiſ. Flor. in 3. parte hiſto. Et condebantur ſtatuta Flo-
rentiæ, Anconæ, & alibi, ne Guelphis cum Gibellinis connu-
bium eſſet. Butr. in l. ne quis. C de Iudæ. Bald. Paul. Fortunius
in l. 1. §. ius naturale. de iuſti. & iure.
97 Quoad quartum, ſine † dubio vxor ſortitur forum viri,
eiuſq; ſequitur originem & domicilium. l. de iure. l. vlt. ad mu
nicip. l. cum quædam. vbi pleniſſimè noſtri DD. de iuriſ. omn.
iud. l. exigere. de iudicijs. l. ciues, & ibi Bar. Ang. Pen. Pla. C. de
incolis, lib. 10. Card Flor. conſi. 91. Tiraq. prima l. connubiali,
num. 27. & ſeq. quibus in locis, & iuribus ad ſatietatem om-
nia comperies.
Quoad quintum, multæ ſunt differentiæ. Vxor ſequitur
forum viri, concubina non. d. l. de iure. ad municip. Vxori
conuenit noſtra definitio, concubinæ non, quicquid gloſ-
ſa ſibi confingat. Vxor eſt vnius viri tātum, concubina vnius
98 vel duorum: quamuis dubitetur † vtrum mulier agnoſcens
pluſquàm vnum cenſeatur meretrix, vel concubina. l. palam.
de ritu nup. In vxore adſunt tria bona, Sacramentum, Fides,
Proles: in concubina non; cum omnis coitus pręter vxo-
rium ſit peccatum mortale, Clemen. ad noſtrum. de hæreti-
cis. Vxor non donat, neque ei donatur à viro, ne matrimo-
nium ſit venale. l. 1. de donatio. inter virum & vxorem con-
cubina eſt capax dati, donatiuè. l. affectionis. l. donationes.
de dona. Vxor non conuenit, nec conuenitur à viro actione
famoſa, puta furti, rerum amotarum, concubina ita. l. 1. l. ſi
concubina. rerum amot. In vxore cadit diuortium, ſeu repu-
99 dium. In † concubina non, cum nec ſit matrimonium, dicta
l. ſi concubina. Priuatio enim pręſupponit habitum. l. decem.
de verbo. obligatio. vxor ſuccedit ab inteſtato viro ſuo, mo-
rienti ſine ſobole, & ſine propinquis intrà decimum gradum
l. vnica. C. vnde vir & vxor. concubina non. l. vnica ff. eodem.
Hæc de vera, iuſtaque vxore, quam faciunt iuſtæ nuptiæ.
100 Cęterum † ſi iniuſta vxor ſit, aut minus legitima, Gloſſa il-
lam æquiparat concubinę. Neutra ſequitur forum uiri, ſecun
dum gloſſam. Neutra parit filium iuſtum, ſeu in poteſtate, §.
ſi aduerſus. tit. ſeq. Vtriuſq; thori violatio quaſi adulterium
vindicatur. l. ſi vxor. ad l. Iul. de adul. Neutrobiq; eſt nomen
dotis, nec nuptiarum, d. §. ſi aduerſus: Quia vbi non eſt matri-
monium, ibi non eſt dos, l. 1. pro dote.
Quoad ſextum, plerique id fatentur per textum in l. 3. de
concubi. vbi Barto. poſt Ricard. Malumbram dicit, quod
101 † etiam Iure Canonico tacitè permittitur concubinatus,
neque punitur aliqua lege temporali. Alij dicunt Iure Ci-
uili poſteriore prohiberi concubinatum: Cum Iuſtinianus
fateatur ſe communicatorem Fidei Catholicæ, & quatuor
Conciliorum Generalium, Niceni, Epheſini, Conſtanti-
nopolitani, Calcedonenſis. l. 1. & epiſto. Nos reddentes. ſup.
de ſumma Trinit. glo. in authen. ad hæc. C de vſuris, authen.
de Eccle. titulis. Quicquid ſit de Iure Ciuili, pluſquàm cer-
tum eſt de iure diuino, & canonico omnem coitum extrà
figuram matrimonij eſſe peccatum mortale, cap. nemo 30.
quæſtio. 5. Petr. Fab. Por. Ange. & alij: quamuis raro leges,
102 † aut inuenies concubinas, aut meretrices fuiſſe expulſas. De-
me meretrices de mundo, inquit D. Aug. libro 2. de ordine,
& totus mundus fiet reprobus. Quin contra leges aliquan-
do introductas meretrices, vt fecit Solon Athenis: vt il-
lic effuſo libidinis feruore, nihil vltra iuuenes appeterent.
Cœlius Rhodiginus, libro octano, cap 4. Alexan. ab Alexan.
Genialium dierum libro 4. cap. 1. Hinc eſt, quod alicubi, velu-
ti in Patria Montisferrati prohibetur, & punitur concubina-
tus, ſed non meretricatus, Cag. in l. ſi qua illuſtris. infra ad
S.C. Orfic. Quia concubinatus eſt peccatum perſeuerans:
meretricatus repente elabitur, Abb. in cap. tanta. qui fil. ſint
legi. Sed quod etiam Iure canonico, & diuino liceat tenere
concubinam, ſaltem cœlibi, duo prima fronte ſunt fortiſſi-
ma argumenta: Vnum quod primi illi Patres vltra vxorem
accipiebant concubinam. Abraham habuit Agar ſibi obla-
tam a Sara uxore. Iacob habuit Bala, vt legitur in Geneſi.
Alterum quod etiam poſt CHRISTI aduentum id a Con-
cilijs, & Decretis Sanctorum patrum uidetur permiſſum,
cap. is qui. & cap Chriſtiano, 34. diſtinct. Sed certè nemo ſibi
103 blandiatur. † Primis temporibus licuit abſque ardore va-
gæ libidinis habere plures vxores ad mundi propagationem,
cap. recurrat. cap. dixit Sara. cap. obiiciuntur 32 quæſt. 4. cap.
gaudemus. de diuortijs. Ioan. Montaigne, de Bigamia.
Excuſabiliter quoque licuit habere concubinam propter
occultum myſterium Dei, ad quod nos non poſſumus pe-
netrare, cum & Dominus noſter ex adulterinis complexi-
bus

bus voluerit deſcendere,teſte D. Hieronymo relato per Gra
tianum in c.dominus.lvi.diſtin. Sic excuſatur a mendacio Ia-
cob , fingens ſe eſſe Eſau; Et Iſraelitæ a furto vaſorum aureo-
rum, quæ Aegyptijs abſtulerunt,Gen,27.Exod. 3.12. Præte-
rea illæ concubinæ ſimile aliquid habebant cum vera uxore;
Vnde interdum appellantur vxores,non concubinę,D. Aug.
lib.1. quæſtionum ſuper Gen.& lib.xvj. de ciu. Dei , ſcribens
Ceturam veram Abrahæ vxorem myſtice appellari concu-
binam,Gen.xxv. Magiſter in quarto diſt.xxxiij. Aloyſius Lip
pomanus ſuper cap.Gen.xxij. Ad.c.is qui. & cap. Chriſtiano.
reſpond.per Gl.Archid.& Præpoſ. quod ibi cõcubina accipitur
pro vxore,in quã erat maritalis affectus, licet nuptiarum ſo-
lennia defuerint:quam & iure ciuili interpretamur vxorẽ ubi
diutina fuerit cõuerſatio l.in liberæ.de ritu nup.Cæteroquin
104 ſcitu dignum, & neceſſarium eſt ſcire † quæ ſit concubina ,
& quot in ea requirantur, Gl.in l.1.de concubinis.ponit qua
tuor,& cũ ea pertranſit Faber hic. Placẽtinus antiquus Gloſ-
ſator in l.pen.eo.tit.dicit ſufficere ſolam animi affectionem ,
adinſtar vxoris,quæ ſolo animi affectu cõſtituitur. Baldus ad
Spec.de ſucc.ab inteſt.refert opinionem cuiuſpiam requiren
tis vnum tantum, ut ſit ſolutus cum ſoluta. Ludouicus Sar-
dus Ferrarienſis in ſuo Tract.de legitimatione,quinq; uel ſex
neceſſaria ponit:adeoque aliqui e noſtris dixere hodie vix repe
riri ueram concubinam.Dicam in §.vlt.tit. ſeq. magis diſtin-
cte forte quam cæteri,diſcutiens materiam ſpuriorum, con-
cubinarum,& legitimationũ:qua in re plurimum debeo Re-
uerendiſſ.Cardinali Palæoto in ſuo elegantiſſimo Tractatu ,
De nothis ſpurijsq; filijs.
105 Quoad ſeptimum, vſq; † ab initio mundi prohibita fuit cõ
iunctio inter matrem & filium,ac inter patrem,& filiam : ſed
exceptis filio,& filia,cæteri omnes iungebantur,etiam frater
cum ſorore.c.literas.de reſti.ſpol. Poſtea plenior fuit prohibi
tio,quamuis prætextus,ſeu interuentus matrimonij pœnam
aliquantulum molliat,ex his,quæ habentur in l.qui contra C.
de inc.nuptijs.in l.ſi adulterium cum inceſtu. ad l. Iul. de ad.
Quoad octauum ,etiam a principio naſcentis eccleſiæ initia-
tis in ſacris ordinibus fuit vetitum coniugium. c. erubeſcãt
32.diſtin.Nec tantum uiris,uerum etiam fœminis,quæ caſti-
106 tatem Deo vouerint.c.ſicut.& multis ſeq.27.q.1.In † orienta
li tamen eccleſia non prohibetur clericis coniugium ante ſa
cros ordines ſuſceptum.c.Nicena.31.diſt.ca. quęſitum. cum
Gl. de pœnit.& re.licet dubitetur an hodie retineant benefi-
cium,ſicuti & dubitatur de eo,qui cum eſſet in quatuor mi-
noribus ad prælaturam conſcendit.c.1.c.diuerſis.c. Ioannes,
& ibi Io. And. Anch.Card.Imola,Henricus. de cler. coniug.
Indiuiduam Ex hoc verbo ad multa infertur: quibus doce-
beris adoleſcentule,plus diſci interdum ab vnius uerbi pon-
deratione quàm a decem argumentoſis allegationibus. Infer
107 tur,quod † viri & vxoris eſt una domus,vnum forum,vna fami
lia.l.mulieres,& ibi Bar.Lucas,& Platea.C.de dign.lib. xij.l.1.
§ ſi vir.de s.c Sillan. Vna caro,vna voluntas. Igitur inuicem ſi
bi debitum reddere debent temporib. opportunis : Et quod
mulieri præcipitur,ne ſe uiro ſubtrahat,atque alteri miſcea-
tur,ſibi præceptum eſſe vir intelligat voce Dei , licet lege hu-
mana maritus accedat ad concubinam. l. ex ea parte. §. 1. de
108 verb.ob.c nemo.c.meretrices.c.præcepit 32.q.5.Proinde † co-
getur maritus relinquere concubinam. Paulus in l.1.§. ius na
turale. poſt Alber.in l.iuſtina.de iuſt. & iure.Infertur, quod mu-
lier utetur priuilegiis,& prærogatiuis mariti.l.1.& ibi per Cy
num,Saly. & alios.C.de vxorib.mil. Infertur quod cũ leges amẽt
109 concordiam inter coniuges.l.vlt.in fine,C.de furtis.non † co
getur vnus contra alium teſtis,nec iudex eſſe.l. lege Iulia. de
teſtib.Gl & Igneus in d. §. ſi vir. quamuis ibi dubitetur ſi ve-
lint, vtrum unus contra alium,vel pro alio audiatur.Gl. Bald.
Sal. in l.2. C.de teſtib.l.lex Cornelia.de iniuriis.c.ſi teſtes.4.q.
3.Infertur,quod uxor ſequetur virum quocunq; vadat,quamuis
extorrem,& exulem:modo ne ſit in continuo motu,& ſemp
peregre proficiſcatur,Gl.in c.1 de coniug.lepr.Gl. Ioan.Aod.
Abb.in c.1.Qui matr.acc.poſſ.Nellus de Bannitis in tertia par
te ſecundi temporis,q.22.Boſſius Mediolanẽſis de bon.pub:
num 75 Infertur,quod ad poſtulationem Patris,Matris ue nõ re
linquet filia maritum ſuum:neq; ob id exhæredabitur,l.cum
l.filia in orbitate.C.de inoff.teſt Quinimmo a manibus ſoce-
ri abſtrahet vindicabitq; gener vxorem ſuam , ne dum ab ex-
110 traneo,non obſtante nexu patriæ poteſtatis,† quia mulier ſal
tem in duob. ſemper uiro eſt obnoxia,viriq; lateri debet ad-
hæreſcere,in debito carnis,& in operis,curaq; familiari.l.1.&
2.de lib.exhib.l vlt C.eodem.c.non eſt & ibi But. Abb.& alij
de ſponſalibus.Gl in l.ſicut.de op.lib. Petrus,Bal. Ange.in l.ſi
111 uxorem. C de cond.inſertis. Infertur , quod † uxorem quamuis
indotatam non expellet maritus,maxime ſi ſponte,& ſine do
tis promiſſione duxerit,quicquid dixerit Gl. in auth. de non
elig ſecundo nub.de quo per Abb.Lupum, & alios in ca. per

veſtras,de don.inter virum & vxorem Saly.in l. quod in uxo-
rem C.de neg.geſtis.Paulus,Alexan.in l.in inſulam.§. vſuras.
ſol.matrim. Cum e conuerſo debeat mulier viri excipere in-
commoda,ærumnasq; tolerare non tantum dotis , uerum et
paraphernalium alienatione,Ang.Raph. vterq; Imola in l. ſi
cum dotem §.ſin autem.ſol.matrim.Infertur,quod quælibet iniu
112 ria,† illata uxori,re,minis,uel blanditiis uindicabitur per ma
ritum,puta ſi quis eam lenocinatus,aut aſſectatus fuerit.l. 1.l.
item apud.§.aliud.de iniuriis. Infertur,quod cum promiſcuus ſit
vſus & ſocietas rerum omnium.l.1. rerũ amotarum.l. aduer-
113 ſus.C.de crimine expil.hæred. vxor † mortuo marito perſi-
ſtet in poſſeſſione rerum maritalium,neq; prius expelletur,quàm
ſibi integra dos perſoluta fuerit,vel aliter ſatisfactum.l.qui iu
re,& ibi Ang Paul. Alex.de acq.poſ. Hieronymus Gabrielius
conſi.xxxiiii.Nec quoque furti, aut expilatæ hæreditatis cri-
mine tenebitur quantumcunque res mariti occultauerit,l hę
res.de nego.geſt.
In quibuſdam tamen eſt diuiduitas,& ſeparatio bonorum,
& perſonarum. Inuicem contrahere poſſunt vir & vxor , &
114 † valebit contractus,excepta donatione,& fideiuſſione,quã
mulier pro marito,nec pro alio facere poteſt , licet mariti fi-
deiuſſio pro vxore,& alio quocunq; valeat.l.pen.& vlt.de in
rem uerſo.l quod autem §.ſi vxor.de don.inter vir. & vx.l.1.
3.C.ne uxor pro marito.Quo in titu.Codicis neuter alterius
debita ſoluere tenebitur. Multo minus delictum unius onera
bit alterum.l quiſquis.C ad l.Iul.Maie.l.ſi quis poſt hac. C.de
bonis proſcr.licet, ut prædiximus,unus alterius ſubeat ærum
115 nas,atq; infortunia Et conſequenter cum † inuicem contra-
here obligariq; poſſint;ad extremum deuenięt,hoc eſt actio
nes in iudicio proponent,ſimulq; litigabunt, intantum ut in-
terim maritus teneatur alimenta,ſumptusq; litis ſubminiſtra
re. Afflic. deciſ. x. Cephalus conſi. cxxvii.cum finis omnium
obligationum ſit ſolutio.l.indebitam,de cond.ind.Neq; poſ-
ſit aliquis ſuum conſequi,niſi ope actionis in iudicio propoſi
tæ,vt inf de actio.in prin.Petrus Pechius.de teſtam.coniug.li.
3.ca.3.Ergo nec creditum vxoris inuitæ,aut inſciæ exiget ma
ritus.l.cum maritum,C.de ſolut.

S V M M A R I V M.

1 *Auctor ponit xxxiiij. effectus Patria poteſtatis.*
2 *Pater olim filium vendere,addicere,& necare poterat.*
3 *Furtum permittitur cauſa famis,& neceſſitatis.*
4 *Filius grandis,vel paruulus an a patre uendi,& obſes dari poſſit.*
5 *Filius an,& quando poſſit litigare cum patre.*
6 *Pater an,& quomodo cum filio litigare poſſit.*
7 *Filij delictum,puta furtum an poſſit pater vindicare.*
8 *Quicquid acquirit filius,acquirit patri. Et an regula iſta procedat in filio,ſi*
liane maritatis.
9 *Vxor in Francia acquirit marito,non ſibi,nec patri.*
10 *Filius an poſſit eſſe in iudicio ſine conſenſu patris. Et an id uerum ſit in deli*
cto,& in omni genere peculij.
11 *Aduentitia,& fructus aduentitiorum an pater ad libitum adminiſtret,&*
habeat.
12 *Alimenta præſtantur iure ſanguinis,non iure patrio.*
13 *Qua obligatio cadat inter patrem & filium.*
14 *Quatuor modis pater filium vindicat in ſuam poteſtatem.*
15 *Et eadem remedia dantur marito contra uxorem.*
16 *Patria poteſtas excuſat filium in delictis leuioribus.*
17 *Filius poteſt ſcribere teſtamentum patris,quamuis teſtis eſſe nequeat.*
18 *Filius an tranſmittat hæreditatem ad patrem.*
19 *Filiusfam hodie an obligetur mutuò.*
20 *Filiusf.cur in alijs contractibus obligetur efficaciter:in mutuo non.*
21 *Ratio cur ſponſus non obligetur,ſcribens ſe recepiſſe dotem.*
22 *Filiusf quando & in quo peculio faciat teſtamentum.*
23 *Filiusf.an poſſit donare cauſa mortis.*
24 *Pater an,& quomodo poſſit filium caſtigare.*
25 *Lex Pompeia de parricidiis includit 27 perſonas.*
26 *Filiafam maritata an ſit ſub cura patris,uel mariti.*
27 *Peculij nomen,& diſtinctio non cadit in patrefamilias.*
28 *Mutatione perſona mutatur ſeu extinguitur nomen peculij.*
29 *Peculij quadruplex diſtinctio an cadat in filia,ſeu fœmina.*
30 *Filius iuſte natus in ipſo ortu ſtatim tria adipiſcitur ; quæ non adipiſcitur*
ſpurius.
31 *Filius an patri,uel contra ſit teſtis,iudex,notarius.*
32 *Iniuria filii an,& quando vindicetur per patrem.*
33 *In ludo amiſſa per filium an pater repetat.*
34 *Ludi qui ſint permiſſi. Et ibi ponuntur quinque ludi genera a Iuſtiniano*
permiſſa.
35 *Veneti ſumpſerunt ludos a Græcis,& Conſtantinopolitanis.*
36 *Actio dotis quando ſit communis patris,& filia.*
37 *Adulterium , uel aliud delictum filii , filiaue an obſit patri . Et in quo*
peculio.

Pater

38 *Pater an cogatur iterum dotare filiam.*
39 *In collatione an ſit ſublata differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis.*
40 *Donare an poſſit pater filio, & ob quas cauſas.*
41 *Pater an teneatur alere filium, & filij vxorem, liberoſque.*
42 *Legitimam an teneatur pater viuens filio aſſignare.*
43 *Filius an morari debeat penes patrem, vel matrem.*
44 *Hæreditatem delatam filio an pater poſſit adire.*
45 *Patris delictum an noceat filio in feudo.*
46 *Mater an poſſit eſſe tutrix filij inuito patre.*
47 *Honor & Magiſtratus filij an oneret patrem.*
48 *Septem effectus Snitatis ordine recenſentur.*
49 *Filiſam. etymologia.*
50 *Emancipatio cur ſit minima capitis diminutio.*
51 *Suus hæres ſtatim tranſmittit hæreditatem.*
52 *Filiusfam. an poſſit inſtitui ſub conditione etiam in legitima.*
53 *Ciues Romani dicuntur tam nobiles quam plebeij.*
54 *Romanus pop. quomodo plurimum excreuerit poſt Romulum.*
55 *Quinque claſſes, & earum cenſus.*
56 *Tribus quot fuerint Romæ.*
57 *Antoninus Imperator quomodo, & quando omnes fecerit ciues Rom. 66.*
58 *Ciues Romani vtrum exercuerint artes ſordidas.*
59 *Pop. Romanus tria habebat in manu ſua.*
60 *Romæ fines, & Regnum a principio non extendebatur vltra xx. milliaria.*
61 *Artem ruſticam profitebantur primi Romani.*
62 *Bellum ſociale, ſeu Italicum quando, & cur fuerit.*
63 *Carthaginis euerſio.*
64 *Triumuiratus Auguſti, Lepidi, & M. Antonij.*
65 *Chriſtus D. N. quando natus fuerit.*
67 *Ciues Romani hodie ſunt omnes Chriſtiani. 132.*
68 *Rex Galliæ, & Rex Hiſpaniæ, an vtantur Iure Cæſaris.*
69 *Omnium hominum, & populorum multiplex diuiſio.*
70 *Fœderati qui ſint.*
71 *Prouinciales, Italici. Peregrini, qui dicerentur.*
72 *Vrbs Roma, quantum clauderet, & comprehenderet.*
73 *Pomærium Vrbis Romæ qui extenderint, ſeu amplianerint.*
74 *Latium quantum olim caperet, atque extenderetur.*
75 *Auguſtus Italiæ fines, & terminos multis colonijs ampliauit.*
76 *Gallia Tranſpadana, ſeu togata, & Narbonenſis.*
77 *Prouincia quæ ſit & quot ciuitates capiat.*
78 *Ius Italicum, & ius Latij.*
79 *Itali prouincialibus, Italis latini, latinis ciues Rom. erant potiores.*
80 *Prouincialia prædia in quo differrent ab Italicis 92.*
81 *Italia Prouinciarum Domina, & Regina non erat ſub tributo.*
82 *Capitecenſi qui eſſent, & dicerentur.*
83 *Tria penſitationum genera.*
84 *Imp. ſeu Princeps an poſſit rem vnius dare alteri.*
85 *Fridericus primus, ſeu Aenobarbus.*
86 *Martini, & Bulgari Gloſſatorum contentio.*
87 *Donatio Conſtantini Imp. in B. Sylueſtrum.*
88 *Feudorum conſuetudines vnde proceſſerint.*
89 *Clientes, & clientelas habebant nobiles Romani.*
90 *Romanorum Imperium quando, & quomodo conciderit.*
91 *Piratæ acutum dictum ad Alex. Magnum.*
92 *Prouincialia prædia, an poſſent alienari vel vſucapi.*
93 *Conductor vel hæres quantolibet tempore non vſucapit.*
94 *Lex Iulia de fundo dotali.*
95 *Contractus Italicus, & annalis exceptio ſuper eo.*
96 *Cur minor numerus liberorum Romæ, quam in Italia, & in Prouincijs ſufficeret.*
97 *Prouinciales accipiebant leges a Romanis.*
98 *Latini in duobus præcipue differebant ab Italicis.*
99 *Priuilegia xij. Ciuium Rom.*
100 *Agnatio, Gentilitas, Familia, prope idem ſapiunt.*
101 *Adoptio, veluti teſtamentum fiebat per as, & libram.*
102 *Alienatio per nexum in rebus mancipi.*
103 *Togæ ferendæ ius & vſus.*
104 *Magiſtratu non fungebatur niſi qui decem annis militaſſet.*
105 *Militia erat propriè nobilium Ciuium Romanorum.*
106 *Manumiſſio iure Quiritium.*
207 *Matrimonium non habebant latini, nec peregrini cum ciuibus Rom.*
108 *Patria poteſtas requirebat ambos parentes ciues Rom.*
109 *Comitia Curiata, Tributa, Centuriata.*
110 *P. Rom. diuiſus a Seruio Tullo in ſex Claſſes, & quot Centurias caperent ſingulæ claſſes.*
111 *Suffragia quomodo Romani ferrent.*
112 *Comitia, & ſuffragia tempore Tyberij ſunt adempta pop. 117.*
113 *Pop. Rom. a primordio ferme omnia faciebat.*
114 *Romuli, & Seruij Regum calliditas, miraq; prudentia circa populi ius, & diſtributionem.*
115 *Athenienſes imperium ita amiſerunt, quia plebeios excludebant contemptimque habebant.*
16 *Nobilitas, & origo Natalium in dignitatibus conſideratur.*
118 *Iis ſuffragiis non omnes Ciues Rom. habebant, aut adipiſcebantur.*
119 *Ciues Rom. multifariam fiebant, & ibi quinque modi ponuntur, & triplex eorum conditio.*
120 *Municipes, & municipia.*
121 *Ciuis Rom. a primordio qui eſſet.*
122 *Princeps viritim, vel vniuerſim dabat ciuitatem.*
123 *Lex Iulia de danda ciuitate Italis & latinis.*
124 *Colonia in quo differret a municipio.*
125 *Tres ordines, Senatorius, Equeſter, plebeius.*
126 *Plebeii erant Spurii, & omnes non uiuentes cenſu ſuo.*
127 *Illuſtris an ſit dignior Clariſſimo.*
128 *Equites noſtri temporis quo nomine nuncupentur.*
129 *Equitum dignitas, atque auctoritas maxima ſub Cæſaribus.*
130 *Cenſus Senatorum, & Equitum quantus foret.*
131 *Academia Animoſorum Patauii, & eius inſigne.*
133 *Iudæi an forent Ciues Rom.*
134 *Iudæi & Chriſtiani non iidem fuerunt, contra Alciatum.*
135 *Tempore Rom. an ullus Chriſtianus fuerit ciuis Rom.*

Ius autem poteſtatis, quod in liberos habemus, proprium eſt Ciuium Romanorum. Nulli enim alij ſunt homines, qui talem in liberos habeant poteſtatem, qualem nos habemus.

IUS AUTEM. Gloſſa enumerat ſeptem vel octo effectus patriæ poteſtatis. Petrus ponit no-
1 num. Ang. addit ſept. Ego † adiungã aliquot alios vſq; ad 33.
cum & totidem iura ĩ punctis mei Doctoratus adduxerim, il-
lo prius admonito, quod & hodie remanent hi effectus, cum
ſolummodo ſit ſublata differentia emancipationis & patriæ
poteſtatis quoad ſucceſſionem ab inteſtato, non quoad alia,
Gio. Barto. Aret. Socinus in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, de
libe. & poſthu.
I. Neceſſitate famis pater filium alienare poteſt, vel vende-
re, vel obligare. C de patribus, qui fil. diſtrax. Hoc habet ima-
2 ginem priſtinæ facultatis, † cũ poſſet pater ex qualibet cauſa
filium vendere, addicere, obligare, atque etiam neci tradere.
l. in ſuis. de lib. & poſthumis. De duobus quæritur, nunquid
vere ſeruus fiat filius. Nunquid ex alia ſimili cauſa.
Primo reſpondetur per Gloſſam, Albericum in l. 2. dicto ti
tulo, non vere fieri ſeruum, ſed tandiu retinebitur loco pigno
ris, quandiu emptori, vel creditori fuerit ſatisfactum, veluti in
libero homine redempto ab hoſtibus. l. qui teſtamento. de te
ſtamentis.
Secundo reſpondetur, famis cauſam eſſe præcipuam, cum
3 venter non patiatur dilationem l. necare. de lib. agnoſ. & † ob
id furtum permiſſum eſt, quatenus præſenti neceſſitati ſuc-
curratur. c. ſi quis propter. de furtis. Decius in l. quæ propter.
de reg. iuris. Item videmus Nehemiæ v. permitti venundatio
nem filiorum propter famem. Quod & Maximini temporib.
factum aſſerit Euſebius lib. ix. vbi quoque commemorat præ
ter Ioſephum de bello Iudaico, matres proprios filios deuo-
raſſe. Incidunt tamen ſimiles anguſtiæ belli, captiuitatis, qui-
4 bus probabiliter dubitari poteſt nũquid † filius pro patre ob-
ſes, vel captiuus fiat, vt per Cynum, Alb. Salycetum in eadẽ
l. 2. & per Canoniſtas in c. ex reſcripto. de iureiurando.
Ad vnum eſt aduertendum, quod innuit Gloſſa ibi, & pla-
nius Tiraq. in trac. Retractuum, parte 1. §. 26. Gl. 1. nu. 16. per
legem. C Theod. lib. 5. quod ſi loco, Sã guinolẽtus, legamus
Sanguinolentos, ſenſus erit ſolummodo patri permitti vendi
tionem filij infantis, & prope iã ex vtero matris, ſanguine ma
dentis: quamuis quibuſdam improbius videretur filium puſil
lum, & immerẽtem perdere quam grandem, & forte immo-
rigerum, ſceleſtumque.
II. Pater in ius a filio vocari non poteſt ſine venia l. fi. C. de
5 in ius voc. Olim † nec cum venia, nec ſine venia: quia nec bo-
na, nec arbitrium filius habebat. poſtea cum caſtrẽſia, & qua
ſi caſtrẽſia inducta fuerint. l. 1. l. cum oportet. C. de bonis quæ
lib. iudicia inuicem permiſſa ſunt, ſi prius filius veniam a præ-
tore petat. § pęnales. inſ. de actio. §. vlt. inſ. de poena tem. litig.
Temporibus noſtris nec Prætorum, nec cætera ſolennia iudi
ciorum ſeruantur: Quapropter iure Canonico aliqui tradũt
permitti filio cum patre quacunque ex cauſa litigare, Gl. in c.
vlt. de iudicijs, in vj. vbi Dominicus, & Francus multa dicunt
circa illam Gloſſam; an procedat indiſtincte tam in cauſa cri-
minali, quam ciuili, Butrius, Abbas, & alij in c. non eſt vobis.
de ſponſal. c. quæritur 2. q. vij.
III. Pater non poteſt agere in iudicio aduerſus filium. Mo
6 rito quidem. † Nam ſi non poteſt filius contra patrem, vt pro
xime dictum eſt, qua ratione volumus patri contra filium da
re actionem, cum pater & filius ſint correlatiua, argu. l. 1. C.
de cupreſſis ex luco Daphnes, lib. xj. Præterea pater & filius
ſunt

ſunt vna & eadem perſona.l. vlt. C. de impub. & alijs ſubſtit.
Ergo perinde eſſet ac,ſi pater contra ſeipſum ageret.l.ne cum
filiofam.de furtis Quod naturæ,& iuri retragatur,cum actio,
& paſſio non cadant in eodem ſubiecto; neq; poſſit quis eſſe
actor,& reus.l.Vrannius.de fideiuſſ Gl.in l 2.de ſtipul.ſeruo-
rum.Præterea quid opus eſt dare actionem inter patrem, &
filium?Habet enim pater domeſticam coercitionem, & filij
7 delicta ſaltem leuia poteſt iure proprio vindicare,† puta ſi fi-
lius ei furtum faciat.l.ſerui.de furtis.l.congruentius. C.codẽ.
Fallit ſi filius habeat caſtrenſia,vel quaſi l.lis nulla. & ibi Glo.
de iudicijs.l.ſi quis vxori. de furtis. Secundo fallit de iure ca-
nonico,iuxta tradita in c.vlt.de iudicijs.Ang.& Paulus in d.l.
lis nulla.circa quod plenius eſſet deliberandum.
8 IV.Quicquid † acquirit filius,acquirit patri §.1.inf.per quas
perſ.nob.acquiritur.olim indiſtincte;poſtea exceptis caſtren
ſibus,& quaſi;Deinceps proprietate aduentitiorum.l.placet.
de acqui.hære.l.cum oportet.C de bonis quæ lib.ubi Gl.iun
cta Gl in l.1.& ibi ſingulariter Arius Pinellus.C.de bonis ma
ternis.diſtinguit quatuor iura,ſeu tempora.Sed finge,filia eſt
maritata,vel filius,cui acquiretur?Filius incunctanter acqui-
ret patri,ad quem ſpectant onera filij,& nurus, & totius fami
liæ.l.ſi filia.§.1.& ibi Florianus.fam.erciſ.
At cum filia oneri ſit marito,non patri:videtẽ marito acq-
ri,ut ibi ſit honos,vbi onus.l.ſm naturam.de reg.iur. Regula
tamen iuris ſuffragatur patri,quæ indiſtincte dicit, quicquid
acquirit filius,filiaue,acquirit patri,iuribus prææallegatis.l.1.§.
9 & generaliter.de leg præſtand.Eguinarius Baro dicit † in Frã-
cia acquiri marito, ſine cuius conſenſu nec cõtrahere poteſt.
Ripa,de don.inter vir.& vx.Reſp.1:
V.Filius non poteſt ſine licentia patris cõtra aliquem in iu-
dicio eſſe.l.fi.§.1.C.de bonis quæ liberis.Hoc latiſſime patet,
10 vtrum † filius poſſit conuenire,vel cõueniri ſine licentia pa-
tris.Si eſt delictum,conuenietur a quocunq;.§.vlt.inf. de no-
xal.l.tam ex cõtractibus.de iudic.cum publice interſit crimi-
na puniri.l.ita vulneratus.ad l.Aquil.l.bona fides.depoſ. Vn-
de ſuccedit regula,in ijs,quæ publici iuris ſunt, non curatur
Patria poteſtas.l.nam quod.ad s.c.Trebel. Si eſt contractus,
Aut ſuper caſtrenſi,uel quaſi, Aut ſuper alio peculio. Primo
caſu non exigitur conſenſus patris.Ita Otbo,antiquus Gloſſa
tor,relatus per Accurſium in eadem l.fin C. de bon. quæ lib.
Altero caſu,aut ſuper profectitio,aut ſuper aduentitio. Et in
profectitio,aut patre iubente,aut non.Vide omnino Glo.ibi,
Cy.Bar.Bal.Saly.Corneum:Et in §.actiones autẽ.j.de action.
& in tit. quod cum eo. Quid in filia maritata, an pater pro ea
aget?Et an ad dotem ſuam aget ſine licentia,uel conſenſu pa
tris?Quid ſi filiof.dos data eſt,an ipſe,vel pater conuenietur?
Ad primum vide textum in l.pater filiæ.de euict. Ad alterum
vide tradita per Petr.Cy.Bal.Rom.Decium in auth quod lo
cum.C.de collat.Ad tertium,vide tradita in l. ſi filio tam. ſol.
matrim.Sed mirum eſt,ꝙ filius etiam inuito patre poteſt te-
ſtari de caſtrenſibus.inf quib.non eſt permiſſum.Item poteſt
facere omnem contractum.l.pen.C.qui bonis ced.poſſ.§ itẽ
inutilis.inf.de inutil.ſtip.Et tamen actiones contractuum non
poteſt ſine patre intentare:Maxime cum valeat argu.de con-
tractu,& de vltima voluntate ad iudicium. ſup.de lege Fuſia
Caninia toll.l.non eſt mirum.de pig.act.
11 VI.Pater † inuito filio aduentitia adminiſtrat. Adminiſtra-
tionem intellige vtilem,& ſalubrem filio; ita ut ne lædat pro-
prietatem.l.1.C.de bonis maternis.vbi præter antiquos,& vſi
tatos Cynum,Bartolum,Baldum,Ang.Saly.Fulgoſium,mul-
ta eleganter congeſſit Arius Pinellus Luſitanus. quæ lex eſt
Conſtantini. Ante Conſtantinum pater poterat aduẽtitia ad
libitum perdere,vendere,& in quemcunq; alienare,per regu-
lam.l placet.de acq.hęred.§.1.inf.per quas perſona nobis acq.
Quid de fructibus aduentitiorum?Patris in totum erunt,do-
nec viuit,vel donec ſaltem durat patria poteſtas;neq; vllo un
quam modo ad filium reuertentur.l.cum oportet. §. & ſi qd
ex vſu C.de bonis quæ lib.niſi in caſibus octo, vel decem,po
ſitis per Gl.in auth.Idem eſt. cod. tit. in quibus pater nullum
habet vſumfructum.
VII.Alimenta inuicem præſtãtur.Quod refutat Accurſius.
12 Et merito,† quoniam præſtantur iure ſanguinis, & charitate
naturali,non iure patrio.l.ſi quis a liberis.de lib.ag. Septimus
igitur erit effectus,ꝙ ciuilis obligatio non cadit inter patrem
& filium.Gloſſa allegat textum in §.item inutilis.inf.de inutil.
ſtip.perfectius hoc habetur,& tractatur in l. frater a fratre. de
cond. ind.Aduerte,hoc poſſet aptari ſub ſecundo,& tertio ef
fectu:Nam ubi non eſt lis,ſeu iudicium,ibi non eſt actio,quia
nemo ſine actione experitur.l.ſi pupilli.§. videamus. de neg.
geſtis.Et ubi non eſt actio, ibi non eſt ciuilis obligatio ; Quia
obligatio eſt mater ſeu cauſa actionis.l. licet. §.ea obligatio.
13 de Procur.Dico ciuilis obligatio,† quia pluſquam certum eſt
naturalem obligationem cadere in quemcunque,dummodo
conſenſum habeat,qui conſenſus eſt intelligentium.l.cum am
plius.§.is natura.de reg.iuris Gloſſa,inf.de oblig.in prin.Qua-
propter cadet inter patrem,& filiũ,tametſi nihil prorſus bo-
norum filius habeat.Quid ergo?Pater deſponſat filiam, ſe ob
ligat nomine dotis,filiæ, generoq; ? An quemadmodum ge-
nero contra ſocerũ oritur obligatio ciuilis, & actio,ita orie-
tur filiæ contra patrem?Hunc conceptũ mihi obtrudit.l.pen.
& vlt.de in rem verſo.Tu ibi uideto , & acue ingenium . Erit
namque tibi utilius quam tot auctores, & leges ad pompam
videre.
VIII.Poſſum petere filium in meam poteſtatem. Nam cùm
patria poteſtas ſit inæſtimabilis.l.filiusfam.§.ſed ut liberos de
leg.1.paſſim remedia prodita ſunt,quib. pater ius ſuum tuea
14 tur aduerſus perſonam,& bona filij Sunt † autem prope qua
tuor hæc,vt hic per Gloſſ.& in l.fi.C de lib.exh.& l. 1.§. 1. de
rei vend.Notio prætoris.1.officium iudicis ; Interdictum de
liberis exhibendis,& deducẽdis:Actio præiudicialis:Rei vin-
dicatio adiecta cauſa de iure Romano,ſeu de iure Quiritium.
Notio,& interdictum reſpiciũt poſſeſſorium, inquit Petrus :
Pręiudicialis, & vindicatoria reſpiciunt petitorium. Glo. di-
ſtinguit tripliciter,Aut filius a nemine detinetur,forte dicẽs,
Tu non es pater meus:vel,Non ſum in tua poteſtate. Aut ab
aliquo uolens detinetur. Aut detinetur inuitus. Primo caſu
dantur duo remedia,Notio,& pręiudicialis l. 3.§.hoc autem.
de lib exhi.§.præiudiciales.inf.de action. ubi docui ex Aſco-
nio, quæ ſit actio præiudicialis. Item interdictum in uno ca-
ſu,ſi ex perſona filij volo acquirere hæreditatem.l. ſi cum.de
lib.exhib.l.1.C eodem.Secundo caſu dantur tria, Notio,præ
iudicialis,vendicatoria.l.1 §.1. de rei uẽd. Tertio caſu dantur
15 duo,interdictum,vendicatoria.l.1.de lib. exhib. Eadem † re-
media competunt pro uxore,Petrus:qui monſtrat ſe habuiſ-
ſe Gloſſam hoc dicentem: ſed certe quotquot Codices , atq;
exemplaria vidi,nihil dicũt de vxore.Eſt tamen textus de vxo
re,quem omnino uidebis,in l.1 in fine,& l.2.de lib. exhib. in
l.vlt.C.eod.plenius per Canoniſtas in c.ex parte.c.ex trãſmiſ-
ſa.de reſti.ſpol.Ioannes Brunellus de ſponſal.& matrim. con-
clu.12.Et intellige hæc remedia quib.pater,& maritus petunt
filium,vxoremue;ut utrẽ mutua dentur contra negantem ſe
patrem,maritumue,Glo.Dy.Faber,Angel.Iaſon,Gomes.Za-
ſius,Myn.in § pręiudiciales.inf.de action.l.1.& per totum.de
lib.agnoſ.Et tribus tit.ſeq.
IX.Petrus addit ex Doctoribus,ꝙ filius delinquens excuſa-
16 tur, vel mitius punitur.l.velle.l.ad ea.de reg iu. Excuſatur † in
leuioribus,puta ſi iuſſu patris viduam duxerit intra annum lu
ctus.l liberorum.§. fi.& ſeq de his qui no infamia. Mitius pũ-
nitur in atrocioribus,vt ibid. notatur, & in l.fi.de bon.damn.
Addo ego Si filius iuſſu patris ſibi uel patri adſcripſerit lega
tum in alieno teſtamento,non incidit in pęnam legis Corne
liæ:ſecus ſi eſſet filius emancipatus.l.1.§.inter l.filius l. diuus.
Ad l.Corn.de falſis.Per quæ iura anno præterito,inf de teſta.
17 probaui (licet parum faciat ad propoſitum) quod † quam-
uis filius teſtatoris , uel hæredis non poſſit eſſe teſtis in teſta-
mento.§. ſed neque hæres. j. de teſta. tamen poteſt ſcribere
teſtamentum.Quinimmo & Satyrus, & Simia ſi ſcirent ſcri-
bere,poſſent ſcribere teſtamentum alterius non ſuum , cum
& mulier,& pupillus queant : Qui nec ipſi poſſunt eſſe teſtes.
l.impuberem.eod.tit.Rationem differentiæ inter ſcriptionẽ,
& teſtimonium vide per Bar.& Ang.in d.l.1.§. ex illa.
X. (Hi ſunt ſeptem effectus,additi ab Ang. Aretino.) Pater
18 † acquirit hæreditatem delatam filio infanti.l.ſi infanti. C de
iure delib. ubi comperies Baldũ ad æmulationẽ Bartoli in l.
qui duos.de rebus dub. mira,& ſubtilia dicere.Regulariter ſe
cus,quia hæreditas non adita non tranſmittitur.§.in nouiſſi-
mo C.de cadu.toll.l.3.C ad s.c.Orfi. Sed nec filius ad patrem
tranſmitteret niſi eſſet in poteſtate,& niſi infans.i minor ſe-
ptem annis moreretur,Bar.Imola,& alij in l.uentre.de acqui-
ren.hæred.
XI.Filius non obligatur ex uoto,& mutuo.l.3.§. ſed vtrum
de minoribus.l.tam ex contractibus.de iudicijs.l.2.de pollic.
Hoc de uoto corrigitur de iure canonico : Quia cum hodie
præ oculis habeamus CHRISTI lucẽ,quæ demonis præ-
19 ſtigias,atq; idololatriam fugauit,tantum † abeſt ut filius filia
ue ab honeſto propoſito religionis trahatur,ut anathema ſit
non implere,uel impedire votum.c.mulier 32.q.2.Al.ad Bar.
in d.l.2 Imola in c.cum contingat de iureiu.Sed cur excepto
mutuo,alijs modis omnibus filius obligatur,& obligatur irre
futabiliter?lex id filio,dum mutuo pecuniam accipit , præſu-
mit inconſiderantiam, & ꝙ filius poſtea ut reddat fœneratori ,
20 inſidiabit vitæ,& ſubſtantiæ patris.l.1.ad s.c.Maced. In † alijs
contractibus non præſumitur inconſiderantia, neq; fraus cõ
trahentis cum filio:Merito ſtatim valet contractus , ut filius
poſſit conueniri etiam durante patria poteſtate:&,ſi non ha-
bebit in ære,luet in corpore,d.l.3.§.ſed vtrum.de minor.l.pe.
C.qui

C.qui bo.ced.poſſ.Simili ratione imprudentiæ.atque incon-
21 ſiderantiæ † non valet cautio ſponſi, fatentis ſe recepiſſe do-
tem a ſpōſa,niſi re uera appareat de numeratione:quia,ut cat
in ampleans mulieris ſponſus confiteretur ſe mille pro vno
recepiſſe,ut C.de dote cauta non nu.Gl.Saly.in l.generaliter.
C.de non nu.pec Faber ℐ.de literarum obli.Gl. tamen, quam
vide in §.illud.ℐ.quod cum eo.ponit ai.caſus,in quibus ceſſat
Macedonian.1. in quib. filius efficaciter obligatur ꝓ mutuo.
XII.Filiusfam.non poteſt facere teſtamentum,etiam cōſen
ſu patris: quia vltima voluntas non debet pendere ab alieno
arbitrio,l.illa inſtitutio.de hæred.inſt.l.qui in poteſtate.de te
22 ſtam.Sed † ſi filius haberet caſtrenſia,vel quaſi, quia tunc vi-
ce fungitur patrisfam.l.2.ad s.c Maced. non prohibebitur fa-
cere omnem alienationem tam in contractu quam in vltima
voluntate, dummodo hodie in teſtamento relinquatur ſalté
legitima patri,vt ℐ.quibus non eſt perm.fac.teſt.auth.in teſta
mento.C.ad s.c. Tertul.l.vlt.C. de inoffi. teſt. dixi plene ℐ.de
inoffi. teſta. Quid in aduentitijs, quorum pater nullum hēat
vſumfructum? Non valebit alienatio,Glo.Saly. Fulg. in l.vlt.
§.filijs autem.C.de bon.quæ lib Gl. Bart. & Aretinus in eadē
l.qui in poteſtate. de teſta. Quid autem ſit de iure canonico,
vide in c.cum eſſes. & c.relatum.de teſtam.
XIII Filius quemadmodum ob impedimentum patriæ pote
23 ſtatis non poteſt teſtari,ita † nec donare cauſa mortis,niſi cō
ſenſu patris,l.filiusf.de dona.l tam is.de mortis cau.dona. Vbi
plene Bar.& Imola;diſtinguendo vnum peculium ab alio.
XIIII. Filius poteſt a patre caſtigari. Sublata eſt quidē facul-
24 tas patri necandi filium,atrociterq; verberandi, † non tamen
prohibebitur filiū moderate caſtigare l. vn. C. de emend ꝑp.
atq; etiam in compedibus,carcereq; detinere,Cy in l. vn. C.
de priu. car. in uno caſu vt ſ. quoq; retuli hodie remanet ius
priſcum patri,necādi filiam in adulterio depræhēſam, dūmo-
do ſtatim occidat ſimul cum adultero, ſi poteſt in ipſis rebus
veneris Et hoc eſt,quod Solon, & Draco dicūt ἄρθρα ἐν ἄρθροις
ἔχοντα ,l patri.l. quod ait.ad l.Iul.de adul. Vnum ego animad-
uerti,quod in l.1 ad l Pomp.de Parricid enumerantur xxvij.
25 perſonæ,† quibus ſolennis pœna infligitur parricidæ, ut inſu-
tus culeo, intra ferales anguſtias Galli gallinacei, Viperæ, &
Simiæ in mare,vel flumen proijciantur.l.pen.eo.tit.& tamen
ibi non enumeratur pater: quamuis poſtea Conſtātinus enu-
meret,in l.vnica.C.de his qui par.uel lib.occ.
XV.Filius, filiaue non poteſt nubere contra conſenſum pa-
tris tit.ſeq. in princ. Ne auo inuito ſuus hæres agnaſcatur. l.in
bello.§.medio.de captiuis.
XVI Filiusfam.non eſt ſub tutela.ℐ.de tutelis in prin Niſi pa
ter ſit nequam,fatuus, probroſus, diſſipator,ita ꝙ perniciem
moribus & fortunis filij afferre poſſit,l vlt. C.de ſent. paſſis.l.
26 Imperator,ad s.c.Treb.Quod † ſi filia minor ſit maritata;ſub
cuius cura erit,patris,uel mariti? Olim per coemptionē mu-
lier trāſibat in familiā,poteſtatēq; mariti,ut ſupra memoraui
ex Cicerone,& Boetio in Topicis;Hodie nec ſi vult vaor,ma
ritus pōt ipſius curā ſuſcipere,l. maritus. C.qui dare tutores.
XVII.(Audi nūc xvij,effectus,quos ego adijcio) Diſtinctio
peculij, & nomen ſit ſolummodo in filio,filiaue in poteſtate:
27 Cæterum † homo ſui iuris.i.paterfam. non dicitur habere pe
culium,ſed ſubſtantiam,bona,patrimonium.l.vlt.C. de inof.
teſt.l paterfam.de verbor.ſig.l.1.ſi a par.quis fue.man.Et adeo
hoc uerum eſt,ut quæ prius manente patria poteſtate, appel-
labantur caſtrenſia,aduentitia,ea diſſoluta nomen, & priuile-
gium amittant. Proinde ſi filium habeo dominum caſtren-
ſium,eo mortuo fructuarius ero eorundem caſtrenſium,de-
latorum nepoti ex eo,quaſi hæc aduentitia ſint, & nunquam
caſtrenſia l per procuratorem.de acquirē.hæred.ut appareat
mutatione perſonæ mutari nomen caſtrenſium: ueluti per
28 contrarium, † quæ ſunt alterius generis conuerti poſſunt in
peculium caſtrēſe,ſi quiſpiam propter militiam lucratus fue-
rit.l.caſtrenſe.de caſtrenſi peculio. Hæc autem diſcretio pecu
lij partim prodeſt patri,partim filio Patri,ut ſciamus,nūquid
ei acquiratur pleno iure,vel ſaltem quoad vſumfructum.§.t.
ℐ. per quas perſo. nob. acquir. Filio, ut ſi ſunt caſtrenſia, vel
quaſi,pater nihil iuris in eis habeat,niſi vt nunc diximus, ſi pa
tre viuo filius moriatur § 1 Authen.de hære. ab int.veo. Sed
29 an quadruplex peculij diſtinctio cadat in filia? Aduentitia† &
profectitia perinde ſunt filiæ.quam filij,l. 1 l & ancillarum de
peculio. Caſtrenſia, vel quaſi nō ſunt mulierum; cum mulier
niſi ſit de genere Amazonum,non militet,neq; publica mu-
nera obeat,l.fœminæ & ibi per Decium, de reg. iuris. in uno
caſu forſan erit caſtrenſe peculium, ſi Auguſtus, Auguſtaue
filiæfam donauerit l.cum multa C de bonis quæ lib.
30 XVIII Filius † iuſtus ſtatim in ipſo ortu tria adipiſcitur, no-
bilitatem,nomen,familiam patris.l pronunciatio.de uerbor.
ſig.Iniuſte natus ſolum eo die,quo naſcitur, ſtatum habere
incipit. l. eius. ad municip. ij ſunt, quos terræ filios olim vo-

citabant, nullis maiorum imaginibus inſignitos, neque ſtem-
mata gentilita vſurpantes:de quibus in Topicis Ciceronis, Bu
dæus in l.2.de orig.iuris.Hern.& Aluar.in c.1.ſi de feu. defun.
Tiraq de Nobil.cap.xv. Quid in filio emancipato? Emancipa
tio ſolam adimit familiam in tutelis,& hæreditatibus,quæ iu
re ciuili deferuntur l vlt de cap demin.§ vlt ℐ.de lega ag.iut.
In cæteris nihil adimit,ſed patri adijcit ut filius,qui patri erat
obnoxius,nunc plenum arbitrium,bonorumq; ſibi quæren-
dorum ius habeat.l.1. ſi a par.quis fuet.manum.l.1.C de offi
cio Prætoris.
XIX Filius patri,& contra,non eſt teſtis idoneus,itidem no-
tarius,l.lea Cornelia.de iniur.l.idonei. l. teſtis idoneus. l. lege
Iulia,de teſtibus.l.qui iuriſdictioni.de iuriſdict.omn.iud. Cæ
terum multa ſunt implicita, an ſit cauſa criminalis, uel ciui-
lis.l.in priuatis. de iudi. Coras.Miſcel.4.c.9 An uolens poſſit,
vel inuitus cogatur.c.teſtes 4 q 3.nam ſæpenumero nec filius
emancipatus, iniuſtusue admittetur pro patre, nec aduerſus
patrem,vel contra,Glo.Cynus,Butrig Baldus,Ang Saly. in l.
parentibus.C.de teſtibus.Iac.de Arena,Barto. Albet. Aretin.
in l.qui teſtamento.§.quæcunq;. de teſtam. Et de notario an
pater,vel filius,vel maritus poſſint ſcribere inſtrumentum vi
ciſſim,uide omnino in l.ſi pater.& l vxori,ubi Bar & Ang. ad
l.Cor.de falſis.Spe.& Io.And.de inſtrum.ed. §. inſtrumētum.
32 XX.Patri † per filium fit iniuria.§.patitur.ℐ. de iniu.ita ut pa
tri in primis competat actio,filio in ſubſidium: at in emanci-
pato,uel alias poſito extra poteſtatem, non expectatur patris
aſſenſus.l.ſed ſi unius.§ idem ait,de iniurijs Iniuriam accipe
non tantum ſi conuicijs,aut ictu, aut libello famoſo ſeu Pa-
ſquillo percellatur filius,filiaue;ſed etiam ſi lenocinio,blandi
mentis attentetur,aut in popinam,aleamue ducatur, l. item
apud.§.ſi quis virgines.& aliquot ſequentibus.l.ſi quis ſeruū.
33 co. tit.l.ut tantum.de ſeruo corrupto. Quid ergo † ſi filiusfa.
in alea perdidit,an pater habebit amiſſi repetitionem? Et uti-
que habebit, cum & ipſe condictione teneatur ſi quid filius
lucrifecerit,l.vlt.de aleatorib. Aleam intellige omne ludi ge-
nus,in quo fortuna pluſquam ingenium dominatur. Cæterū
uirtutis cauſa ludere ad animi,corporisq; exercitamētū,atq;
in prādium forte facere ſponſionem,licite fare una ſcōmeſ-
ſa,non eſt interdictum.l 2. 3. de aleatoribus.l.ſi gratuitam. §.
ſi quis ſponſionis.de præſcrip uer. Plus ultra excurrit animus
meus. Præter cætera monumenta quæ edere cuperem, eſt tra
ctatus de ludo. Huius materia erit lex Iuſtiniani vltima C.de re
lig. Prohibet imperator aleæ ludū conſtituitq; quinque ludos,
34 & ita ut ne ultra ſolidum.i aureum perdatur. Qui † ſint iſti lu
di nemo,credo,unquam ſcivit, niſi illius tēpeſtatis homines.
Neque mihi placent declarationes Io Baptiſtæ Pij in annota
tionibus,& Alciati lib.prætermiſſorum 1. Referam quod mi-
hi cōmunicauit Ioan. Raynaldus Molinetta Gallus, uir eru-
ditiſſimus in hunc prope qui ſequitur modum,abhinc ſex an
nis.Photius Epiſcopus Conſtantinop. quinque ludorum ge-
nera ita commemorat. Deinceps uero ordinent quinque lu
dos,Monobolon;Contomonobolon: Quintanum cōtacem
ſine fibula·Perichyten:Hippicen : Nouiſſime quidem Gallus
commorans penes Legatum Regis Franciæ Venetiis, ita ex-
plicat.Monobolos, ὁ μονόβολος. videt παρεὶ βάλλειν, ſiue a iacē
do dictum. Itaq; non commode uidetur Photius pro curſu
accepiſſe. Ego potius pro ſaltus genere acciperem, quo ve-
lut corpus iacitur citra longuriu,aut ſudis adminiculum vltra
foſſam,uel terminum. Cōtomonobolos ὁ κοντομονοβόλος. Pho
tius pro ſaltū accipit. Ego admitto,ſed intelligo de ſaltu cum
conti,ſeu ſudis, aut longurij adminiculo: Quod & uocabuli
mixtio indicat: Vnde fortaſſe rectius diceretur, Contobolos.
Quintanus contaa ſine fibula Photius uocat Iaculationis ge
nus. Ego acciperē pro ludi genere Venetiis, & in Italia vſita-
tiſſimo, vulgo, la Quintana. Veriſimile namq; eſt id Venetos
a Græcis, & Conſtantinopolitanis deſumpſiſſe. Quintanus a
35 Quinto † Incurſore;Contaa Græce Κόνταξ, quaſi cōtacia, vul
go, la lanza. Illud ſine fibula, dicit Gallus, non intelligo, an ut
conto utēdū ſit libero, nulla reſtricto fibula, ut grauior firmi
orq; ſit ictus? Perichyte. περιχυτή luctā interpretatur Photius,
& recte,inquit Gallus, meo iudicio. Hippice, ἱππική. ꝑ Circē
ſibus ludis recte accipit Photius, in qbus equi decurrebāt.
XXI. Quamuis pater teneatur dotare tam filiam emancipa-
tam quam in poteſtate; quia hoc prouenit a iure & a natura.
l.qui liberos. De ritu nup.l.obligamur § lege. de actio. & ob
36 lig.tamen † ubi pater dotat filiam in poteſtate,actio dotis eſt
communis patris,& filiæ.l.3.§.quod ſi in patris.ſol. mat. At fi-
lia emancipata ſola habet actionem. § extraneum. C. de rei
ux.ac.l.dos a patre.C.ſol.mat.quamuis Chriſtophorus Caſti-
lionius, & Raphael Comenſis concedant vtrobiq; actionem
patri,quos reprobat Alex.in eodem.§.quod ſi in patris addu
cens textum in l. filiæ. de euictio. Quid in dote aduentitia,da
ta filiæfa.an pater quidquam iuris in ea habebit? Gl. ibidem,
hoc

hoc eſt in d.§. φ ſi in patris. dat ſoli filiæ actionem, etiam ſine
cõſenſu patris,licet alias pater a *enti filiæ,filiæue auctoretur.
l.vlt.C.de bonis quæ lib. Quam Gloſſam ſequuntur Dynus,
vterq; Imola,Ripa, & alii, quicquid ſenſerit Romanus ibi,&
in auth.quod locum C.de collat.

XXII.Cum in dote profectitia ſaluum ſit ius patri,ſequitur,
37 φ † propter adulterium, vel aliam culpam fil æfam. nec vir,
nec fiſcus patri oberit, quamuis alias mulier propter adulte-
rium dotem perdat,Cyn.Baldus,Saly.in l ſi dotem C. de iure
dotium. Dixi ſup.in diſcurſu de diuortijs An autem alias filius,
filiane delinquentes obligent par † in quolibet peculij genere,
tradit Gl.Fab.Ang.in §.vlt.ʃ de noxal. Bar Ang. Pau. Roma.
vterq; Imola in l.ſi finita §.ſi de vectigalib. de dam. inf.l. 3.C.
de bon.proſcri.Perpende tamen, an rationabile omnino ſit,
φ filia in poteſtate propter adulterium non perdat dotem ꝑ
fectitiam,emancipata uero perdat.

38 XXIII.Si ſine culpa filiafam. dotem amiſerit,† cogetur pater
iterum dotare:Non ſic in filia emancipata, vel iniuſte nata.
Ratio differentiæ ſumitur ex auth.quod locum C. de collat:
hoc modo Quando filia eſt in poteſtate,tuitio,& exactio do
tis pertinet ad patrem principaliter, non mirum ſi iterum do
tare cogitur l.ſi ſocius.pro ſocio. Præterea cum ſpem quan-
doq; pater habeat dotem a ſe datam recuperandi, ſi filia de-
linquat,vel præmoriatur,ut ſupra,debet quoq; ſubiacere pe-
riculo dotis amiſſionis, ut idem operetur oppoſitum in op-
poſito,quod propoſitum in propoſito,l.pen. C. de ſolution.
Hæ rationes ceſſant in filia emancipata: quia nec ſi vellet pa-
ter,poſſet inuita filia agere,aut alio modo ſe intrudere;meri-
to veluti exactio dotis,& fruitio ſolius filiæ eſt,ita amiſſio,pe
riculumq; eiuſdem erit non patris,præſertim ſi pater dotem
dederit de bonis ſuis loco legitimæ, ad quam ſemel non bis
tenetur,argum.l. qui bis.de uerb.ob Hæc de iuris ſubtilitate.
Enimuero æquitas plerunq; exprimet benigniorem ſenten-
tiam,ut pater nunquam filiabus egenis nupturientibus deſit,
niſi facultatibus defectus ſit, iuxta tradita per Saly.& alios in
auth.ſed quamuis.C.de rei vx.act.Dyn. Bar.Raph.Imn.Alex.
in l ſi cum dotem §.1.ſol.mat.

XXIIII.Emancipatus non confert emancipato: confert ta-
39 men fratri in poteſtate.l.ſi emancipati.C. de collat. ubi † ple-
riq; ſentiunt contra Hug. antiquum Gloſſatorem illud quo-
q; hodie procedere iure nouiſſimo Iuſtiniani,quo ſublata eſt
differentia emãcipationis,& patriæ poteſtatis.§ nullã. Auth.
de hære ab int.uen. nam illud quoad ſuccedendum,non quo
ad conferendum & alia multa,Cyn.Bal.Ang.Saly Fulg.Pau-
los,Roma Alex.Iaſon,Decius,Riminaldus, Cagnolus. Ex q-
bus deprehendes, niſi excipias Angelum & paucos alios, φ
hodie collatio ſolummodo procedit inter deſcendentes,qui
bus debetur legitima;& in profectitijs tantum, non in aduen-
titijs l filiæ dotem l.vlt.eod.tit.

40 XXV.Filio † in poteſtate pater non poteſt donare: Emanci-
pato poteſt.l.2.C de inoff.donat. Differentiæ rationem aliqui
reddunt,quod ad patrem donatorem ſtatim donatum refle-
cteretur,ob reg.l.placet de acquiren hæred.l.frater.de cond.
ind.Fallit multipliciter,ut in eadem l.2.& in auth. vnde.C.de
inoff.teſt.& in l.ſi donatione.C de collat puta in dote, & do-
natione propter nuptias.Item ob benemerita. Item ob cau-
ſam alimentorum,uel aliam ſimilem. Item per iuramentum,
in legibus ſupradictis notatur.l Pomponius Philadelphus. &
ibi Florianus. fam.ercil.Canoniſtæ in c.cum contingat. de iu
reiurando.

41 XXVI Filium, † quem habet in poteſtate, & filij uxorem.l.
nurum tenetur pater alere,nec non libertos,familiamq; cum
& iure ueteri vxor tranſiret in manum, familiamq; viri, aut
eius,in cuius poteſtate vir erat,Boeth in Topicis l.ſi filia.§.1.
fam.ercil.Non ſic in emãcipato,ante matrimonium vel poſt
ſi pater non vult.l.ſi maritus fam. ercil.l. ſi is qui Stichum. §.
poſt mortem. de iure dotium.l. dotem. de caſtrenſi peculio.
iuxta vltimum intellectum ibi ad verbum (confertur.) Quid
in filia maritata,an alet illam pater, vel maritus? Maritus ſine
dubio, cum & ob hoc ipſum det dotem pater, ne amplius
oneretur.l dotis fructus de iure dotium. Quid ſi dotem no-
lit dare pater, vel promiſſam nunquam ſoluat? Dubitatio eo
uadit,num filiæ nubenti ſine conſenſu patris, præſertim ſpu-
riæ teneatur pater dotem dare. Nam vxorem indotatam te-
netur uir alere, Gl. Bar.in l.obligantur.§ lege de act. & obli.
Cyn Saly in l.quod in vxorem C de neg geſtis Gl.in ca. hoc
ſanctum 31 q.2.Abb.in c.cum cauſam.de adult.

XXVII.Quamuis ne tantillum quidem præter dotem,& ali-
menta poſſit filius,filiaue patri viuenti extorquere.l. ult. vbi
Bar.de lib.agnoſ l 1 §.ſi impuberi.de coll bo.l.vlt.C.de dotis
42 prom.tamen † ſi periculum eſt,ne ob ſocordiam, prauoſque
mores pater omnia diſſipet,cogetur filio ſuo legitimam aſſi-
gnare:aut ſaltem portiuncula bonorum extrahetur, & aſſer-
uabitur,Bal.in rub.C.de reuo.his quæ in fraud cre. per text
in l Imperator. Ad s.c.Trebel. l.ſi.C.de ſen.paſſi in filio emã-
cipato non æque,quando quidem aliunde poſſit habere,ſibi-
que ſoli acquirere.l.1.ſi a par.quis ſue.man. At filius in pote-
ſtate plerunq; nihil habet,& patri, non ſibi acquirit Ne ergo
conſumptis omnib.miſer nunc poſtea lugeat,anticipabit hoc
pacto patris luxum nequitiamq;,tametſi nec improbe id deſi
deraret emancipatus, cui nulla vnquam portio, legitimaue
fuit aſſignata,cum non minus ei quam filio in poteſtate de-
beatur hodie legitima ab inteſtato,& contra teſtamentum,
auth.ea cauſa.C.de lib præt.

43 XXVIII.Filius † iuſtus,& in poteſtate morabitur,aleturque
in domo patris,l.1.§.ſi uero.l.3 §.etiam.de lib.exhib. Eman-
cipatus non ſemper,cum abſceſſerit e familia patris §. eman-
cipatos.ʃ. de exhære.lib. Quamuis non ſit diffitendum quod
emancipatio non eſt ita atrox,ut charitatem,nexumq; pater
num diſſoluere valeat,l.iura ſang de reg.iu.l.pen.C. de adop.
Quapropter dicemus filium iuſtum nunquam emãcipatum
morari penes patrem, non matrem, niſi ſit intra trimatum l.
pen.C.eodem emancipatum ſeorſum habitare ſi mauult, &
maior eſt:iniuſte natũ ſoli matri eſſe notum l.ſi quis a liberis.
§.ergo.de lib.agn.l.ſi.C de alẽdis lib.ſed & in iuſte nato, emã
cipatus ſit,vel non, iudex perpẽdet penes quem tutius mora-
ri debeat,reiecta interdum parentum perſona,maxime ſi ma
ter uitricum filio ſuperinduxerit.l.1.C.vbi pupil. edu. deb.l 1.
cum authen.ibi.C.de diuortio facto.ubi comperies utrius ex
penſis ſit alendus filius,patris,uel matris Quid autem iuris ſit
ſi pater,materue aut hæres abneget filium, ut non alat, neq;
alia præſtet,loquitur prædictus tit.de lib.agnoſ. & ff. & C. de
Carbo. ed.libet enim mihi pleraq; indicare non affectare:&
aſpergere,non diſpergere.

XXIX. Recuſante filiofam. pater poteſt adire hæreditatem
44 uel contra.l.vlt C.de bonis quæ lib antea non ſic.Nam † niſi
filius ab extraneo inſtitutus adiuiſſet, hæreditas fiebat cadu-
ca,nihilq; patri acquirebatur: neque per ſe ſolus filius adire
poterat,niſi præcedente iuſſu patris.l.ſi quis mihi bona.§.iuſ
ſum.de acq.hæred.l.ſeruo inuito.ad s.c.Trebel In emancipa-
to antea,& hodie idem, ut ſcilicet ſi ſibi delatam hæreditatẽ
non adeat,patri nihil prorſus quæratur,ut perſpicue liquet ex
verbis eiuſdem.l.vlt.& ibi Cy Bal.Saly Fulg.Pau Corn.

45 XXX.Patris delictum nocet filiofam in feu.Tit. † ſi vaſallus
feudo priuetur. vbi Baldus reddit rationem; quia pater & fi-
lius ſunt una perſona: & viuo patre filius videtur dominus.l.
in ſuis.de lib & poſth Ergo cum emãcipatio ſegreget filium
a patre emancipante, non magis repelletur a feudo emanci-
patus quam alij agnati patris,ut ibi per Alua.Card Alex.Affli
ctum,ubi inquirunt,an idem ſit in feudo auito,φ filius poſſet
habere citra perſonam patris, & hæreditatem.l. 3. de interd.
Iac.de Arena,Alb Rap.Rom.Iaſon in l.pro hærede §.ſi quid
tamen. de acq.hæred.

XXXI Pater ſi in pupillo in poteſtate tutorem dare poteſt,
ita φ omnino a iudice confirmabitur, niſi euidenter liqueat
perſonam tutoris ſuſpectam eſſe. §. permiſſum.ʃ.de tut. l.utiſ
litatem.de confirm.tut.Emancipato uel naturali non æque.l.
46 s.l.naturali. de confir tut.§.vlt.infra de tutelis. Quid † ſi ma-
ter uelit eſſe tutrix filij ſui pupilli,an excludet tutorem datum
a patre? De hoc in auth.matri.C.quando mul.tut.off.per Cy-
num.Bal.Ang Saly.& alios.

47 XXXII. Si filius † in poteſtate honorem, uel magiſtratum
adipiſcatur,confeſtim obligat patrem, qui expreſſe non con-
tradixerit.l.2.ad municip.l.ſpurij. §. pater de dec.l. ſponte.de
mun.& hon. in emancipato non ita.l.1.C. de filiisfam lib. x.
& ibi per Lucam & Plateam. Differentiæ ratio eſſe poteſt. &
quia emancipatus de ſuo habet,unde ſumptum faciat.& quia
iam non amplius eſt in familia patris, quæ res minuit uiren-
lum,& beneuolentiam patris.Hinc uidemus,φ patres ſunt ꝑ
cliuiores ad impendendum in militiam,equos,arma, libros,
nuptias filiorum filiarumq; penes ſe degentium,quam ſi e fa-
milia exierint.l.ſi filia.§.idem ſcribit,ubi gl & Florianus. fam.
ercil.Gl.in l.3.§.vl.de mun.& honorib.Bar.in l.1.§.nec caſtrẽ
ſe. de coll.bon.

XXXIII.Vt numerum ætatis ſalutaris impleamus,ob poten
48 tiam ſui hæredis,quam noſtrates appellant ſuitatem,† ſeptem
deducuntur.I ſtatim mortuo patre filius fit hæres,etiam ſi igno
ret,uel infans,furioſusq; ſit.§. ſui autem. ʃ. de hæred quæ ab
inteſt.cum etiam uiuo patre cenſeatur dominus. l. in ſuis. de
lib.& poſthu.§.ſed ſui.ʃ.de hæred.qual.& diff.ex quibus texti
bus innoteſcit etymologia huius vſitatiſſimi vocabuli,quod
49 nemo non quotidie audit (Filiusfamiliæ) Quippe † filiusfa.
dicitur filius familiæ.i. hæreditatis.Inde Tit.ff & C.fam.ercil.
Quam familiam.i.hæreditatem ſtatim amittebat filius,quum
erat emancipatus.§ emancipatos.ʃ.de exhib lib Ex quo etiã
nunc tu intelliges cur emancipatio ſit minima capitis demi-
nutio.

50 nutio.§.minima.inſ.de cap.dem.Ob id nempe † qa filius emã
cipatus non amplius retinebat familiam, ideſt ſpem non ha-
bebat ſuccedendi patri, neque pater ei, niſi contracta fiducia
emãcipaſſet.§.vlt.inſ.de leg.ag.ſuc.II.Cum ſit quaſi dominus
etiam viuo patre, ipſo iure rumpit teſtamentum, niſi ſe repe-
riat inſtitutum, aut iuſte exhæredatum ea vna bodie 14 can-
ſarum, inſ.de exhæred.lib.in prin Gl. vlt.inſ.de inoffi.teſt.III.
Cum in ſuo hærede non ſit neceſſaria aditio. §. extraneis. inf.
51 de her.qual.& diff confeſtim † transmittet hæreditatem.l.vn.
C.de his qui ante ap.tab.Regulariter contra, quia hæreditas
non adita non tranſmittitur.§.in nouiſſimo.C.de cad.toll.ẽt
ſi eſſet hæreditas matris, uel fratris.l.a.C.ad s.c.Orfic.Vnde ſe
quitur vnum mirabile, ꝙ ſi puncto, vel minutulo vnius horę
filius ſuperuiueret patri, hæreditas vaderet ad propinquos fi-
lij, non ad propinquos, vel agnatos patris.l.qui duos. de rebus
dubijs.vbi late Barto.poſt Dyn.& Iac.de Are. IIII. Poteſt ei a
patre pupillariter ſubſtitui, inſ.de pup.ſubſt.in prin.& exiſten-
tia ſuuatis confirmabit tabulas pupillares, ideſt ſubſtitutus pu
pillariter admitteretur perinde atq; ſi filius adiuiſſet, & intra
pubertatem deceſſiſſet.l.ſi filius qui patri, & ibi late Bar.Alex.
poſt Gl.& Dynum, de vulg.& pup.l.pater tam.de priuil.credi
torum.V.Non tantum hæreditas patris, verum etiam alia le-
gitima iura ſtatim transfluunt ad filium, puta hæreditates, &
tutelæ agnatorum.l.tutelas.de cap.dem.l.ſi mariuus.fam.erc.
VI. Non poteſt inſtitui hæres ſuus a patre niſi ſub conditio-
ne, quæ in ipſius poteſtate ſit.l.ſuus quoq;.de hæred. inſtit.l.
vlt.de condi. inſtit vbi ſubtiliora deprehendes quam ſint ato-
52 mi, & puncta mathematicorum Hodie tamen tam † emanci
patus, quam ſuus eſt inſtituendus in ſua legitima, ſine aliquo
onere, vel conditione.l.quoniam prioribus, l. ſcimus. §. cum
autem C.de inoff.teſt.VII. Adeo debita eſt filio patris hære-
ditas, ut quantumuis repudiatam a ſe, poſſit filius denuo nan-
ciſci, ſeu repetere vſque ad 32.annum ætatis ſuæ; Quod alias
non liceret, ſi eſſet emancipatus, vel ſi extranei eſſet hæredi-
tas.l.vlti.C.de repud.hæred.l 3.C.de iuris & facti ignor. Plura
alia ſi videre cupis de ſuitate, recurre ad particulares tractat⁹
huiuſce rei, Io.Raynaudi. Io. Pyrrhi, Ang. de Periglis Peruſi.
Ciuium Romanorum. Ideſt omnium, qui ſunt de Romano
Imp.nam alij ut ſeruos tenent filios, velut Sclaui, alij vt pror-
ſus abſolutos, velut Francigenæ. Accurſius. Ex cuius Gloſſe
53 mate duo efficiuntur. Vnum †, quod nõ tantum ſunt ciues Ro
mani illi qui ſunt nobiles, & natalibus fulgent; verum etiam
plebeii, ſordidaſq; artes & ſedentarias exercentes. § plebiſci-
tum.ſup.de iu.na. Alterum, quod Francigenæ, ſeu Galli non
prorſus ſubſunt Rom. Imperio. Modica, ut cæterarum rerũ,
extitere vrbis Romæ primordia. Nam Romulo, eius condito
ri duntaxat affuere tria millia peditum, & trecenti equites, ſe
lecti ex præſtantioribus trium tribuum, Ramnenſium, Tatiẽ
ſium, Lucerum.auctores ſunt Dionyſ.Halicarnaſſeus, M.Var
ro, Plutarchus, Aſconius, Seruius in V. Aeneidos. Tam pa-
ruus numerus poſt mortem Romuli repertus fuit xlvj. mille
peditum, & mille equitum: cum prudenter Romulus, non ſe
cutus in hoc exemplum Lacedæmoniorum, atq; Athenien-
ſium, qui deuictos populos, & ignobiles a ſenatu, & honorib.
repulerunt, in ciuitatem, curiamq; cunctos adlegerit, & regni
quodammodo participes fecerit, vt præter ſupradictos, & Ci
ceronem pro L.Cornelio Balbo docet hiſtoria Cor.Tac.lib.
xj.Deinde ſub Seruio Tullio VI.Romanorum Rege, diſtribu
to populo in quinq; claſſes, (Nam ſexta claſſis erat proleta-
riorum, & capitecenſorum, cuius uix mentio reperitur,) cen
ſa ſunt capita lxxx.millia ciuium Romanorum, ut Liuius ſcri
bit, & luſtro ſeptimo poſt exactos Reges capita decem, ſupra
centum millia, præter mulieres, & pueros, & ſeruos, & opifi-
ces, quorum numerus fuit triplo maior, auctore eodem Ha.
lycarn.lib.ix. Quantum vero numerus ſuccreuerit in dies ma
gis, vel duo potiſſima ſunt argumenta. Vnum, ꝙ tres illæ tri-
56 bus, ſeu partes ad xxxv.peruenerunt † quibus aliæ x.trib.poſt
ſociale bellum ſm Appianum ſunt additę ad recipiendos no
uos ciues per legem Iuliam factos: Alterum, ꝙ ſub Claudio
Imperatore V.Cæſarum, ut pſpicue ponit Tacitus loco præ
citato, cenſa ſunt capita ciuium Romanorum lxix.centena, &
exlvij millia, quę faciunt prope ſeptem milliones, nam decies
centena millia faciunt vnum millionem. Cum autem interie
ctu annorum plus minus lxxx.a Claudio ad Antoninum Piũ
57 † eiuſdem Antonini conſtitutione cunctis Romani orbis ho
minibus tributa fuerit ciuitas Romana.l.in orbe Romano, de
ſtatu ho. vix calculus iniri poſſet. Verũenimuero ut plenior,
certiorq; indago iurium, atq; antiquitatis habeatur, ſunt di-
ſtinguenda quatuor tempora, Romulus, Sociale bellum, An-
toninus Pius, Iuſtinianus.
Primo eſt Romulus, qui, ut dixi, parua manu condidit V.R.
omnium gentium, & vrbium ſemper dominam, & Reginã,
ciuitatis iure non tantum Patritijs impartito; uerum etiam
aduenis, & libertinis, ut de libertinis innuit Iuſtinianus no-
ſter.§.vlt.ſup.de libertinis.eo ſolo diſcrimine adhibito, ad in-
ſtar Athenienſium, ut ſoli Patritij, quos prius centum elegit
ſacra publica, & honores obirent; atq; eorundem Patriciorũ
polleri, & Gentiles non exercerent cauponiam, neq; alia vi-
lia opificia. Ita intelligo auctoritatem Halicarnaſſei li.ix. dicẽ
58 tis, Ciui † Romano non licuiſſe cauponari, neq; artes ſordi-
das exercere. Fateor. Arcebantur mechanici, & artifices a ſa-
cris, & Magiſtratibus, quibus nec præ paupertate, atq; ingenij
ruditate vacare potuiſſent: nihilominus non arcebantur quo
ad ſuffragia, quoad matrimonia, quoad teſtamenta, & cætera
priuilegia ciuium Romanorum, de quibus Alciatus lib. Pa-
rergon.1.cap.xiiij.& nos infra plenius tangemus. Immo ex ve
59 teri lege ante Seruium Tullum † tria erant in manu populi,
ita ꝙ optimates minorem partem habebant, cum eſſent pau
ciores numero, Magiſtratuum datio; Legum ſanctio; Belli,
pacisq; indictio. Ita ex Polybio, Liuio, Aſconio, & alijs ꝓbant
Nicolaus Gruclius, de comitijs Romanorum: Carolus Sigo
nius, de antiquo iure ciuium Romanorũ. Onuphrius Panui-
nius, Frater Eremita, Auguſtinianus in commentarijs Reipu.
Rom. quod ſic verum erat, ut ibidem didici, ſi Romæ domi-
cilium, aut ſaltẽ in ſuburbijs, agroue Romano habuiſſet. Tan
tummodo enim poſt liberatam ab obſidione Gallorum Vr-
bem a M. Furio Camillo Dictatore, anno circiter ccclxx. ha-
bitantes in oppidis, & municipijs facti ſunt digni honore, &
ſuffragio ciuium Romanorum, ſi Romæ ubi opus erat præ-
ſto affuiſſent. Ideo autem a primordio, credo, neceſſariũ fuit
Romæ, uel ſaltem in agro Romano domicilium, quod non
erat fidendum exterorum fide atq; æmulatione, in regno prę
60 cipue nouo, & anguſto; ut pote † cuius fines non extendebã-
tur ultra 18.milliarium a porta Romæ, ſecundũ Sex.Rufum,
vel xx. milliarium ſecundum D.Auguſtinum.l.3 de Ciu.Dei.
Item illud didici primos illos Romanos, quod & vſq; ad ter-
tiũ, ſeu extremũ bellũ Punicũ inualuit, exemplo, ac frugalita
61 te Coruncanorum, Catonum, Cincinnatorum, † artem ruſti
cam perinde fuiſſe in honore, ac militiam, Rempublicamq;.
Secundo eſt Sociale bellum, quod & Marſicum, ſeu Italicũ
frequenter appellatur a Strabone, alijsq; Hiſtoriographis.
62 † Poſt poſtremum bellum Punicum anno vrbis DCV.confe
ctum quadriennio, ueriſſima fuit vox Scipionis Naſicæ, qui
dictus eſt Scipio Africanus Minor contrarium ſuadente Ca
tone, futurum, ut non habente P.Romano externum hoſtem,
& ęmulum ſuis ipſa viribus, oduſque internecinis Roma rue
63 ret. Euerſa † incendio Carthagine, Gracchorum ſeditiones
ſunt ſubortæ Subinde bellum Sociale, qđ promiſſa a L. Dru-
ſo Trib.Pl.ciuitas Italis, & Latinis nõ præſtaretur. Aſſumptis
in Ciuitatem Latinis, parteq; Italorum rogatione legis Iulię
Syllæ, Mariiq; contentiones foris, & intus omnia turbauere.
Ex his ſeminib. pullulauit coniuratio Catilinæ. Deinceps bel-
lum Pharſalicum inter Cæſarem, & Pompeium, quod fuit ex
tremæ aleæ iactus. Et Cæſare occiſo lx.amplius coniuratorũ
formidoloſitate Philippenſe bellum cum Bruto & Caſſio. Si
culum cum Sexto Pompeio, Pompeii Magni filio; Actiacũ
cum M.Antonio, & Cleopatra. Adeo ꝙ poſt euerſionẽ Car-
thaginis ſpatio centum annorum vſq; ad dictaturam Cęſaris
omnia torrentis inſtar ſunt ꝓcipitata: poſt cuius mortẽ quot
rurſus occidiones, quot diſſidia, quot proſcriptiones ſecutæ
94 fuerint † teſtatur triumuiratus Auguſti cũ Lepido, & M.An-
tonio. Quo tamen tempore, quaſi mortalium animi deberẽt
reſipiſcere, & æquam diſcere viuendi rectitudinem, inter tot
65 inquietudines, ſeculiq; præuaricationes † D.N.IESVS CHRI
STVS voluit aſſumere carnẽ humanã anno ab V.C. DCC-
LIII, ab Auguſti Impe.XLII. Atqui lex Iulia, de qua memini,
lata fuit a L.Iulio Cæſare Coſ. Anno DCLXIII. (Alij dicunt
vno anno ante, uel uno poſt) quam primum Tuſcis, Vm-
bris, Gallis Ciſpadanis ciuitas tributa fuit, adiectis x. tribubus
ad priores xxxv.ſi uerum dicit Appianus, in quas cõfecto bel
lo Marſico reliqui Italici ciuitate donati, & tandem Lucani,
Samnitesq; conuicerentur. Cicero, Plutar. Liuius, Appian. Eu
tropius, Oroſius, Florus, Diaconus.
Tertio eſt Antonius Pius, Decimusſextus Cæſarum, ſucceſ-
ſor adoptione Adriani: qui anno circiter cxl. a CHRISTO
nato, omnes Romano Imperio obtemperantes fecit ciues
Romanos. l.in orbe. de ſtatu hom. ubi Modeſtinus dicit ex
verſione Antonii Auguſtini, ꝙ Epiſtola Antonini Pij, quę cõ
muni Aſiæ ſcripta eſt, vniuerſo terrarum orbi conuenit. Et ſe
cundum Saluii Iuliani ſcripturam, omnes ciuitates ſequũtur
conſuetudinem Romæ, quæ caput eſt orbis terrarum.l. 1. C.
de uet.iu.enucl.§.vlt.infra, de ſatiſdat.§.pen.authen.vt liberti
de cętero, col 6.
Quarto eſt Iuſtinianus annis eccc.poſt Antoninum, Chri-
ſtianus, Pius, Catholicus. Quod facit, vt vocemus hodie ciues
67 Romanos, † illos, qui uere ſunt Chriſtiani: non ſciſmatici, nõ
hæretici,

hæretici, neque CHRISTI fidem, aut dogmata nullo pacto
abnegantes. Ita Alciatus in l. poteſtatis, & l. hoſtes. de uerbo.
ſign. cujus expoſitioni aſſentitur nuperrime Georgius Viuiẽ
nus, Antuerpianus, hic. & Lancelottus Conradus Laudenſis
in ſuo opere, inſcripto, Templum omnium iudicum lib. 1 ca.
3. de Imperatore. §. 1. & lib. 1 cap. 2. de rege §. 3. vbi tractat, an
Reges Galliæ, Hiſpaniæ ſubditi ſint Imperatori, de quo per
Gl. & Canoniſtas in c. & ſi neceſſe. de don. inter virũ & vxor.
In c. per venerabilem. qui filii ſint leg. Guliel. a Monteferat. de
ſucceſſ. Regum Franciæ, primo dubio. Corſetus Siculus de
poteſtate regia, quæſtio. 22. Igneus in diſputatione ſingulari,
an Rex Franciæ recognoſcat Impe. Sed cum Galliarum Rex
nominetur Chriſtianiſſimus; cui epitheto non eſt abſimile,
Catholicus, quo denominatur Hiſpaniarũ Rex: dicemus eos
legib. Cæſareis obſtrictos, quamuis patria poteſtas in regno
Galliæ vel non habet locum, aut certe modicum, Tiraqu. in
tractatu retractuum, parte. 1. § 1 Gloſſa 9 nume. 61. Non hic
eſt conſiſtendum: ſed ad pleniorem Hiſtoriarum, iuriumq;
indaginem, quamuis parum, aut nihil hoc trimeſtri, interru-
ptoq; labore præſtare valeam. dicam quod nunc ſuccurrit.
69 Omnes † homines, ſeu populi, Aut ſunt exteri, Aut ſunt ci-
ues Romani. Rurſus exteri, qui & Barbari dicerent, Aut ſunt
liberi, Aut hoſtes, Aut fœderati, Aut ſtipendiarij, ſeu prouin-
ciales, Aut italici, Aut latini, Aut peregrini. Liberi ſunt vel q
nihil vnquam rei, negotiiue cum Romanis habuerunt; vel q
prælio, aut ſaltem formidine deuicti in amicitiã, ſocietatemq;
P. Romani coierunt, quales fuiſſe Lycios, Rhodios memorãt
Cicero, & Tranquillus. Hoſtes ſunt qui nobis, aut quibus nos
bellum rite indiximus. l. hoſtes. de captiuis. l. hoſtes. de uerb.
70 ſign. Fœderati † ſunt qui certo fœdere, certiſq; conditionib.
ſe ſubijciunt Imperio Romano ſaltem ut ipſius Maieſtatem
comiter aſſeruent, ac reuereantur. l. poſtliminij l. non dubito.
71 de captiuis. Prouinciales † ſunt qui a P. Romano deuicti, &
ſubiugati nihil proprium retinent, cum omnia eorum in præ
dam eant: ſed legibus magiſtratibusq; Romanorum vtuntur
cum tributi præſtatione. l. vlt. C. ſine cenſu uel reliq. l. 3. C. de
epiſ. & cl. Cicero in 4. Verrina. Italici ſunt, qui in ſuis bonis, le
gibuſque relicti, immunes a tributo, ſaltem prædiorum præ-
ſtantur. l. 1. de cenſibus. Latini prope ſimiles ſunt ciuibus Ro-
manis, ut pote eorum finitimi, & conterranei, ut in Plinij Pa-
negyrico ad Traianum. Peregrinus olim dicebatur, ſecundũ
Varronem, qui ſuis legib. vteretur, quaſi ad libitum viueret:
poſtea, qui in ſua ciuitate non eſt, nullibiq; quodammodo do
micilium habet: q, inquit Valla, barbare uocatur Forẽſis, ſeu
extraneus, qui ſi per. x. annos alicubi domicilũ habeat, ciuis
illius loci fit. l. a C. de Incolis, lib. x. Ciues Romani ſunt, qui to
tius iuris Ciuilis participationem habent ab exordio Romæ
vſq; ad poſtrema tempora, multo cæteris omnibus potiores.
Verum priuſquam declarẽtur iſta potiora iura, deſcribamus,
Quid ſit vrbs Roma, Quid peregrinitas, Quid Latium, Quid
72 Italia, Quid prouincia. Roma † eſt quantum muri, ſeu Pomæ
rium claudit: aut quantum extenduntur continentia ædifi-
cia, l. 2 l. vt Alphenus. de uerb. ſig. Hoc Pomærium prima Ro
muli extructione Palatini montis radicib. terminabatur Po-
ſtea pluries fuit extenſum: dum illud ſciamus nemini permiſ-
ſum pomærium extendere, niſi ei, qui ſolum Barbaricum ſub
73 iugando Romanum Imperium ampliauiſſet. † Et primus qui
dem ampliauit Seruius Tullus, poſt L. Sylla dictator debella-
ta Mariana factione, mox Auguſtus, quamuis idem prius de
Iulio Cæſare tradant Dion, & Gellius: Aliquanto poſt Clau-
dius, Traianus, Aurelianus Imppp. Ad extremum Conſtanti-
nus, pientiſſimus Imp & ut ait D Aug. victorioſiſſimus, tran
ſlata Imperij ſede in Orientem, Byzantij vrbem a ſe inſtaura-
tam atq; exornatam Conſtantinopolim tranſnominando. Se
neca, Tacitus, Gellius, Dion, Vopiſcus, Eutropius, Zoſimus.
Peregrinitas nullis locorum finibus circumſcribitur, ſed quo
quo verſus vagatur, atque excurrit. l. ſed & ſi quis. ſi quis cau-
tionibus. l. relegatorum. de interd. & releg. Et tam hoc poteſt
cõtingere propter delictum. l. quidam. de pœnis. l. ſed & ſi hac
§. ſi per pœnam. de in ius vocan. quam ſine delicto. l. 1. l. nec a-
pud C de hæred. inſtit. cum Romæ Prætor peregrinus ius di-
74 ceret. l. 2. §. deinde cum placuiſſet. de orig. iur. Latium † olim
extendebatur a flumine Tyberis vſq; ad Circeios: poſtea vſq;
ad amnem Lirim. Italia prius concludebatur intra Arnum, &
Rubiconem: quod præter Polybium demonſtrat vox Cæſaris
exercitum educentis trans Rubiconem prope Rauennã con
tra Pompeium, Tranſacto ponticulo iacta eſt alea. Deinde
75 † Auguſtus Cæſaris ſucceſſor, in triumuiratus ordinationib.
Italiæ fines duo de triginta colonijs a ſe deductis, produxit ad
alpes, in xi. Regiones diuidendo, Plin. lib. 3. Tres quarum re-
gionum erant Latium, Gallia Ciſpadana, Gallia Tranſpada-
na: quam idem Plinius appellat Italiam Tranſpadanam. Quã-
uis vtraq; Gallia poſteriore tempore tribus nominibus fue-
rit vocitata, Gallia Citerior, Togata, Tranſpadana: ad diſcri-
76 men vlterioris Galliæ, † quæ & Comata, & Tranſalpina Gallia
dicitur, & ad diſcrimen Narbonenſis Galliæ ſeu Brachatæ.
Cæſar, Liuius, Strabo. Mela, Ptolomæus. Prouincia, ſicuti Ety
mus indicat, dicta eſt, q procul victa, & debellata ſit, nec ad
vnum tantum locum, uel mundi partem reſtringitur Nam vt
Gallia Tranſpadana, & Ciſpadana erãt prouinciæ, hodie quo
que Marchia Anconitana, Taruiſina, Lombardia poſſunt ap
77 pellari prouinciæ. Iure pontificio † prouincia definitur, quæ
ad minus x. ciuitates continet, ita ut Rex fieri poſſit c. ſcitote.
vi. q. iij. Hæc de Roma, latio, Italia quoad uerbi ſignificationẽ.
Cæterum quoad iuris ſenſum, & myſterium, Roma eſt quic-
quid prouinciarum, populorum, regionum pareat Romano
Imperio. l. in orbe Romano. de ſtatu ho. In orbe Romano q
ſunt, ideſt cuncti homines de mundo, qui parẽt Romano Im
perio, ſunt ciues Romani. Sic orbis Chriſtianus dicẽt ea pars
orbis ſeu mundi, quæ ſequitur Chriſtianiſmum, ſeu Chriſtia-
nitatem. Orbis Hiſpanus, quicquid de orbe eſt ſub Hiſpania-
rum Rege Orbis Venetus, quicquid locorum eſt ſub ditione
Venetorum Ita Io. Lodouic. Viues Hiſpanus antiquitatis, &
vocabulorum ſcientiſſimus lib quinto de ciuita. Dei D. Au-
78 guſtini cap 25. Simili modo Latium, † & Italia, ſed ius Latij,
& ius Italicum eſt quæcunq; Ciuitas, Colonia in Italia, vel ex
tra Italiam habet immunitates, priuilegia, prærogatiuas prius
indultas iis, qui in Latio, atq; in Italia habitabant, veluti Phæ-
nice, Berytos, Palmyra in Aegypto prope Paleſtinam, Traia-
napolis, Vienna, Lugdunum, Carthago, quibus ius Italicum
fuit tributum. l. 1. l. vlt. de cenſib Plinius lib. 3. in Hiſpania Cite
riore ponit oppida ciuium Rom. 13. Latinorum 18. ſtipendia
ria 132. In Hiſpania vlteriore ponit oppida latina 29. ſtipẽdia
ria 120. Ad quod facit textus. C. de latina lib. toll in prin. Re-
ſtat ut explicemus, in quo Itali ſeu Italicenſes prouincialibus,
79 latini italis, ciues Romani latinis eſſent potiores. Erant † enim
gradus quidam, & veluti interſtitia perueniendi ad optimũ
ius ciuium Romanorum, vt præter cæteros paucis uerbis, ſed
ſententioſis fidẽ facit Cornelius Tacitus lib. 11 referens Clau
dij Imp. orationem de participanda Gallis Tranſalpinis hono
rum, & magiſtratuum adeptione. Sic autem inquit.
Omnia P. C. quæ nunc vetuſtiſſima creduntur, noua fuere,
Plebei magiſtratus poſt Patricios Latini poſt plebeios. Cæte
rarum Italiæ gentium poſt Latinos] Ac prius ordiamur ab
Italicis in comparatione Prouincialium
80 I. Prouincialia † prædia non erant in dominio aliorum quã
ciuitatis, vel Principis, qui in bello viciſſet. Italica erant lin a-
gris. de acq. rerum dom. Glo. in l. 3. de ope. no. nunt. Inde illa
frequens locutio, Res mancipi, res nec mancipi, Vlpianus ca.
19. inſtitut. l. vnica. C de vſucap. transf. Quod ſic declaro, Pro
uinciæ, ut inquit Feſtus, dictæ ſunt regiones, quas lõge ab Ita-
lia prouicerunt, ideſt ante vicerunt Romani, bona. perſonaſ
que in captiuitatem redigendo. Cæteræ quidem res in præda
erant, mobiles, & ſe mouentes, ex regula commune, quicquid
in bello capitur, præda eſt. l. ſi quid in bello. de captiuis, diſtri-
butione facienda per Principem, ſeu Ducem exercitus, ſecũ-
dum merita, & virtutem ſingulorum militum l. pen. C. de do
nat. At prædia, ideſt agri, vel domus non erant in præda mili-
tum, ſed in publicum redigebantur, vt eſſent in ſolius Princi-
pis, ciuitatiſue mãcipio, ac dominio. l. ſi captiuus. de captiuis
d. l. in agris de acqui. rerum dom l. vniuerſas. C. ne rei domi-
nicæ, vel templorum. Cum vero Italia, præſertim qua Roma
vergit, ſemper vicerit vel victa interexerit, non mirum ſi Itali
ca manſerũt in dominio huius, & illius. l. ex hoc iure. de iuſt.
& iure. Vnde dicit Alciatus in l. cenſere. de verb. ſig. quod nũ-
quam Italis Cæſares imperitarunt iure ſuo. Et Italis hodie aſ-
ſimilantur Germaniæ ciuitates, quas Francas appellant.
II. Si quando Princeps prouinciale prædium cuipiam colen
dum fruendum dediſſet, tributum ſeu ſtipendium exigebãt
a poſſeſſoribus. l. 3. C. de epiſ. & cler. Inde ſtipendiaria, & uecti
galia prædia. § per traditionem. inſ. de rerum diu. & ff ſi ager
vectigalis. Italica prædia non ita. Abſit inquit gl. in l. vlt. C. ſi-
81 ne cenſu vel reliq. vt dicamus † Italiam prouinciarum domi-
nam, & reginam eſſe ſub tributo l. 1. l. vlt. de cenſibus. vbi ap-
paret, iuncto tit. C. de annonis & trib lib. 10. q tributum du-
plex eſt, alterum rerum: alterum capitis, ſeu perſonarum.
A tributo capitis nemo erat immunis, cũ & infimi, ac tenuiſ-
ſimi quique iampridem ex Seruij Tulij inſtituto deferren-
82 tur in cenſum, ſi vel modicum haberent in bonis † & capite
cenſi vocarentur: cæteri, qui nihil haberent, proletarii. Dio-
ny. Liuius, Cicero, Boethius. Sed nec Italici vnquam fuerunt
immunes a vectigalibus rerum mercalium, quas regionatim
tranſuehunt lucri, & mercimonii cauſa: niſi ſint res vtenſiles,
& victui diurno, culturæq; agrorum neceſſariæ. l. vniuerſi. l.
83 omnium C. de vectig & comm. Aſconius in 4. Verrina. † tria
refert penſitationum genera, Canonem, Oblationem, Indi-
ctionem.

ctionem. Quæ ſic explicat Budæus in prioribus annot. vt ſit
canon uectigal ordinarium, quod nemo poteſt ſubterfuge-
re. l. 1. C de indict. lib. x. Oblatio, quod à minutarijs uendita-
toribus, ac propolis pro vino puta heminatim diuẽdito die-
tim exigitur. Indictio ſit collatio magnæ ſummæ, vel rei, quæ
multò antè indicitur, & denuntiatur, vt ad poſtulatum Prin-
cipis totum vna vice repræſentetur. Inde Prouincialibus ſin-
gulis tribus luſtris indicebatur aurum, argentum, æs, præter
frumentarias, aliarumq; ſpecierum præſtationes, dicto tit.
C. de indict. & C. de canone largitionalium titulorum. & C
de collatione aeris lib. x & Auth. de collatoribus. & C. de na-
uicularijs, lib. aj. vbi fit mentio luſtralis auri. Quo more Nota
rij in inſtrumentis de annis quindecim ſignant tempora per
indictiones, Auth. vt præpon. no. Imp. Gl. in c. inter dilectos.
de fide inſt.
84 III. Cum † Princeps dominus ſit, poterit prædium, modico
honoris cauſa dato, poſſeſſori auferre, & militibus in præ-
mium aſſignare. l. item ſi verberatum, de rei ven. l. Lucius. de
euictio. vbi Imperator prædium transrhenanum in Germa-
nia poſſeſſori abſtulit, & Veteranis in præmium aſſignauit.
Quorsùm ſpectat illa diſceptatio Friderichi Aenobarbi ab-
hinc annis cccc. relatus per Accurlium in l. benè à Zenone.
85 C. de quadr. preſc. Animũ † induxerat Fridericus, malè anima
tus cõtrà eccleſiam, antequàm reſipiſceret, ſeq; Venetijs Ale
xand. III. S. Pont. ſubmitteret, ſpoliare quoſdam Feudatarios
rebus ſuis. In comitiis Rõcaliæ propoſuit, nũquid liceret Im
peratori Martinus reſpondit licere. Bulgarus, Martini æmu-
lus, contrarium reſpondit. Vterq; diuerſis reſpectibus bene,
tametſi vox illa prouerbialiter circunferatur, Bulgarus dixit
86 æquum, Martinus habuit equum † Martinus dixit verum in
illis locis, quorum Fridericus dominus erat, & gratioſè in
quoſdam contulit, per præd. l. Lucius. de euict. & l. bene à Ze-
none. quæ mirificè ſuffragatur Martino: Et vnde argumentũ
87 deducitur † valuiſſe donationem Conſtantini in Papam Silue
ſtrum, ſi ea donauit, quæ nunquam in domiciliũ alterius trã
ſiſſent. c. Conſtantinus. xcvj. Diſt. l. vlt. vbi Plat. C. de loc. præ-
diorum ciu. lib. xj. c fundamenta de elect. in 6. Bulgarius rectè
reſpondit in prædijs Italici iuris, hoc eſt quorum dominium
fuerat in poſſeſſoribus ſolidatum: nam dominia ſunt iuriſgẽ
tium. §. ius autem gentium. ſupra, de iure natur. Princeps
autem poteſt auferre ea tantum quæ ſunt iurisgentium. Glo.
Cynus, Ang. Saly. in l. 2. C. de precibus Imp. oſt in l. vlt. C. ſi cõ
trà ius vel vtil. pu. Ab hoc veteri Romanorum more auferẽ-
88 di prędia manu capta, & alteri concedendi † proceſſerunt v-
ſus, & conſuetudines feudorum, Tit. de his q feu. dare poſſ.
vbi dicitur, ꝙ antiquiſſimo tempore feudum ſic erat in po-
teſtate dominorum connexum, vt quando vellent, poſſent
auferre: primuſq; Corradus Cæſar Romam proficiſcẽs fideli-
bus, ideſt feudatarijs permiſit feudum tranſmittere ad nepo
tes ex filio, & ad fratrem legitimum. Antiquiſsimo tempore,
interpretantur Feudiſtæ plęriq; quando Longobardi in Ita-
lia regnauerũt, cap. 1. de cõtrou. inter dom. & vaſ. Holoãder
verò autumat feuda nominari iura militiarum, in auth. Iuſti
niani. Nec diſſentit Viglius inſ. de mil. teſt. in rub. Amplius
Zaſius in Epitome feudorum originem trahit ad initia Vr
bis. R. ſi quidem nobiles, & optimates tàm maſculi, quàm fę
minę recipiebant tenuiores in fidem, & cliẽtelam, vt docent
Halicarn. & Gellius. l. ſi verò de his qui deinde. Quod & Ipſũ
propè aſtruit Budæus in l. Herennius. de euict. & l. non dubi-
89 to. de captiuis. aſſerens † in clientela, & patrocinio Procerũ
Romanorum fuiſſe non tantum ſingulares homines, & fami
lias, verum etiam Oppida, Colonias, Municipia. Sic Pompei
Magni magnæ in Hiſpania fuere cliẽtelæ, auctore Cæſare, &
Appiano. Bononia fuit in cliẽtela M. Antonij triumuiri, Sue
tonius in Aug Vincẽtia, Patria mea, fuit in cliẽtela Dec. Bru-
ti, Cicero in Epiſtolis Cùm verò in vnius Cęſaris, & ſubindo
Auguſti & Tyberij poteſtatem omnia recidiſſent, iam Pro-
uinciarum Præſides, ideſt Procoſſ. Prætores, Legati nomine
Cæſaris non ſuo, ad tempus, nõ continenter Prouincialibus
imperitabant, vt patet paſsim ff. & C. de off. proconſ. de off. pꝛ-
ſidis. de off Præf. prætorio Afr. de off. Rectoris Prouinciæ &
alijs multis titulis Quod tandiù manſit, quamdiù Romani
Imperij Maieſtas pleraſq; mundi partes complexa eſt. Cete-
90 rùm † Hunnis, Gotthis, Vuandalis, Longobardis Italiam va-
ſtantibus, Iubar illud patentiſſimum Romani Imperij in ato-
mos, & miculas prope abijt: Quo factum eſt, vt Reguli, Exar-
chi, Satrapæ vi, minis, pretio, adulatione ſe intruſerint, atque
diplomata, inueſtituraſq; locorum ab Impp. elicuerit. Vnde
91 † nunc mihi venit in mentem acutum dicterium Piratæ ca-
ptiui Alexan. Magno ità reſpondentis: Quia exiguo Myopa-
rone vtor, latro vocor (una fuſta diceremus lingua uernacu
la:) Quia tu magna claſſe, Imperator. Ex tertio Ciceronis de
Rep. Nec abluit (quamuis non ſint miſcẽda ſacra profanis)

quod Hierony. Donatus Alexan. Borgiæ Papę VI. Iocoſe
interroganti ex improuiſo reſpondit. Oſtendat mihi ueſtra
Sanctitas inſtrumentum patrimonij S. Petri; & a tergo ſcri-
ptam inueniet conceſſionem factã Venetis maris Adriatici.
92 IIII. Prædia † Prouincialia nõ poterant alienari, quia nemo
dat quod non habet. §. per traditionem inſ. de rerum diuiſ. l.
traditio. de acq. re. dom. Italica poterant, quia quilibet de ſuo
poteſt facere, quod vult. l. in re mandata. C. mand. Glo. C. de
vſucap. transf. in fine.
V. Ob eandem rationem Prædia Prouincialia non poterãt
vſucapi, d. tit. de vſucap. transfor. inſ. de vſucap. in princ. Quia
vſucapio eſt ſpecies alienationis ex latere patientis vſucapi.
l. alienationis. de uerbo. ſig. & adiectio dominij ex latere vſu-
capientis. l. 3. de vſucap. Quam adiectionem ſeu acquiſitio-
nem non poteſt facere priuatus in præiudicium Principis. l.
vſucapione de vſucap. l. vlt. C. de fundis Limitrophis. lib. 11. l.
cum ſponſus. §. in uectigalibus. de Publiciana. cui. §. ſignatur
textus contrarius in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. de dam. in
fecto. Vbi Gl. Iac. de Ar. Bar. Ang. Romanus, Paulus, vterque
Imola plures aſſerunt ſolutiones. Solutio uera deſumitur ex.
l. 1. ſi ager uectigalis. l. in agris. de acq. rerum dom. iuncta au-
ctoritate Higini de limitibus agrorum. Aut ager a Principe,
ſeu a Ciuitate fuit cuipiam iuſto pretio in perpetuum venũ-
datus, & erit vſucapibilis, alienabiliſq; ſimul, d. § ſi de uectiga
lib. l. hi quibus. C. de fundis patrim. lib. 11. Aut ager modico
fuit diſtractus, & ad fruitionem temporariam, & erit in vſu-
93 capibilis: enim † nec prædiũ priuati domini, uel locatoris poſ-
ſit quantolibet tempore a conductore, hæredeue ipſius præ
ſcribi. l. male agitur. C. de præſ. 30. uel 40. an.
94 VI. Lex † Iulia de fundo dotali ſolũmodò prohibebat alie-
nationem in prædio Italico: de prædio Prouinciali nihil lo-
quebatur. §. & cum lex. C. de rei vx. act. inſ. quibus al. licet. in
prin. Vnde hoc? Ob id puto, quia ex regula, & ratione com-
munis, prædia Prouincialia erant inalienabilia: Quapropter
fuiſſet ſuperfluum legem Iuliam de eis loqui, cum nihil fru-
ſtrà fieri debeat. l. j. ad municip Et vbi eſt regula, & ratio cõ-
munis, ceſſat ratio particularis, & extra ordinaria. §. affinita-
tis. tit. ſeq l. j. de publiciana. l. quædam. de edendo. l. 3. de op.
no. nunt. Accedit quod prædia Italica, vt potè patrimonium
auitum, gentilitiumq; ornamentum, non debebant temere e
familia exire per vnius mulieris momentarium appetitum. l.
lex quæ tutores. C. de admin. tut. l. j. ſi quid in frau. patroni. l. ſi
in emptionem. de minor. l libertus qui ſoluendo. de bo. lib.
95 VII. Super † Italico cõtractu prodita erat annalis exceptio,
ideſt creditor niſi experiebatur ſeu agebat intra annum vti-
lem cadebat a iure ſuo, ſuper contractu Prouinciali actio per
petua erat. l. j. C. de annali excep. ſuper Ital. contr. Cur diuer-
ſum? An non hoc caſu melior videtur conditio Prouincia-
lium quàm Italicorum? Reſp. Ideò actio italici contractus
citius finiebatur, quia vt proximè dicam, italici ſuis legibus,
& magiſtratibus vtebantur. Merito cunctari non debebant.
Non ſic in Prouincialibus, quia utebantur magiſtratibus, le-
gibuſque Romanorum, & plerunq; procul ab urbe aberant.
Merito, quaſi non ſui eſſent arbitrij, excuſabantur, ſi nõ tam
cito agebant. l. pure. § fi. de doli mali & metus excep.
VIII. Romæ tres liberi: in Italia quatuor: In Prouinciis ad
minus quinque liberi excuſant a tutela, uel cura. inſ. de excuſ.
tut. in prin. l. 1. C. qui numero lib. ſe excuſ. Cæterum ſcitu di-
96 gnum † eſt quid in alijs muneribus patrimonialibus, uel per-
ſonalibus, de quibus in l. ult. de muneribus & honorib. Et an
tres liberi, uel quatuor, uel quinq; ſemper excuſent. In. l. 2 &
3. C. de his qui nu. liberorum, lib. x. fit mentio quinque libero
rum. in l. ſi quis decurio. 2. C. de decur. eo. lib. x. fit mentio 15.
liberorum. in l. ſemp. §. demonſtratur. de iure immun fit mẽ
tio 16 liberorum. Illud multoties auditur, numerum 12 libe-
rorum, maxime maſculorum tribuere immunitatem, præ-
miaq; non parua, more Græcorum, & Romanorum, qui e
contra cœlibes, ſoboleq; carentes inſectabantur, ut C. de in
fi. pœn cœlib.
97 IX. Prouinciales † accipiebant leges, & magiſtratus a Ro-
manis, qui eos ſubegerant. Hoc enim eſt, In prouinciæ formã
redigere, ideſt domeſticas adimere leges, & eo mittere Præ-
torem Roma Cicero in 4. Verrina, Tranq; in Cæſare. Italici
vtcunque a ciuium Romanorum conſortio, & priuilegijs re-
pellerentur, remanebãt ſui arbitrij, ſuique iuris quoad bona,
quoad leges, quoad iudices: ſæpeq; vltro acceriebãtur ad bel
ligerandum pro Rep. atq; Imperio Polyb. App. Vegetius.
Hæc de prouincialibus: cæterum Latini in paucis exupe-
rant Italicos: & vix vnum reperitur in iure Ciuili. Sed nec
Hiſtoriographi neoterici, qui parum guſtant legum latices,
niſi in uerbis, cantiunculiſq; circunforaneorum, nobis præbi
bunt cyathos plenos.
98 Vlpianus † noſter in Inſtitut. (ſi illud opuſculum eſt Vlpia-
ni, quod

ni.quod ego vix credo) duo præcipua ponit in Latinis, vnū
c.3.ꝙ Latinus ducēs vxorem cum teſtatione liberorum,libe
ris procreatis fit ciuis Romanus. Alterum c.11.ꝙ Latinus in
manus habet teſtamenti factionem iure Quiritum,Cice.pro
Cæcinna.duo alia videntur poni ab Antiquariis,vnum ꝙ ſor
titione Latinus ius ſuffragij habebat,qualiſcunque Magiſtra-
tus eum Romam accerſiſſet,modo in vnam 35.Tribuū fuiſ-
ſet adnotatus,Cicero,Pro. Balbo.aliud ꝙ virilum fiebat ciuis
Romanus,puta ſi annum magiſtratum geſſiſſet,vel ſi Romā
domicilium tranſtuliſſet commorandi animo,Liuius, Dion,
Appianus.Sed hæc clarius apparebunt, ſi qualia forent priui-
legia Ciuium Romanorū methodice referamus.Quam ſane
rem commodius intelligeremus, ſi extaret Breuiarium Au-
guſti de Rom.Imperio: atq; Veſpaſiani inſtrumentum ab V.
C de fœdere,de ciuitate,de pace & bello,de priuilegijs, deq;
cæteris omnib.Rempu.Rom.tangentibus.

99 I.Ciuis † Romanus iniuſſu Populi Romani non necabatur,
nec virgis cædebatur, nec vinciebatur, lege Porcia & Sem-
pronia.Quod ego non oſcitãter explico,inf.de obl.circa ety-
mologiam huius verbi,oblig.ac præter leges Porciam, & Sē-
proniam perpendo Auguſtum in lege Iulia de vi publica ius
iſtud populo conſeruauiſſe.l.lege Iulia.ad l.Iul. de vi pub. In-
de D.Paulus Apoſt.actorum 16.obiectat magiſtratui, ꝙ Ci-
ues Romanos indemnatos virgis cecidiſſet,atq; in carcerem
coniecisset. Et Plin. Secundus, quamuis impiiſſime loque-
tur, Chriſtianos, qui ſe dicebant ciues Romanos Romam
mittendos cenſuit ad Traianum.

II.Eſt teſtamenti factio iure Quiritum, quæ nec actiue,nec
paſſiue competebat alij ꝗ ciui Romano.l.1.l. nec apud. C. de
hæred.inſtit.vbi Peregrinus non poteſt inſtitui. Peregrinum
ibi intelligo non deportatum aut alia media,vel maxima ca-
pitis deminutione affectum:nam quis dubitat, ꝙ ille neutro
modo habet teſtamenti factionem.l.quidam.de pœnis?Intel
ligo de alienigena,dato in obſidatum,vel peregre, & in tran
ſitu Romæ commorante.l.diuus.& l.ſeq. de captiuis. Cicero
pro Archia.Cæterum ſi eſſet Latinus Iunianus, vt ſup.ex Vl-
piano non eſſet inteſtabilis.Facit ad hoc caput textus,quem
video in l.qui a latronibus.de teſtam.

100 III.Eſt agnatio,Familia,Gentilitas. Hæc † enim tria prope
idem ſapiunt l.pronuntiatio.de uerb.ſign.§.vlt. inf. de leg.ag.
tut.Gl.in l.peto.§.fi.de leg.2.niſi ꝙ Gentilitas eſt antiquiorū,
ac ſplendidiorum Natalīū origo abſq; ſpurietatis,ſeruitutiſq;
mixtura,atq; colluuione:vt ex Cicerone in Topicis, & Boe-
tio liquet,& Budæo in l.2 de orig.iuris,l.ſtemmata.de gradi-
bus l. 2.de proba.Hinc nobiles Ciues Romani, atq; ab inge-
nuis oriundi nomen,prænomen, cognomē ad libitum ſume
bant,& mutabant.Quod ſeruis,& exteris,& libertinis æq; nō
licebat l.vn.C.de mut. nom. l. ad recognoſcendos.C. de ing.
man Necnon in funere,in natalib.in triumphis,in nuptijs,in
magiſtratib.præferebant,& propalam habebant luctumma
iorum imagines,ſtēmataq; claritudinis.Polyb.Varro,& Plin.
ꝙ & nobis innuit Cōſtantinus in l.lex quæ tut.C.de adm.tut.

102 IIII.Eſt adoptio.Eſt.n.adoptio actus legitimus † in qua ad
inſtar teſti adhibebantur interdum æs,& libra,quod propriū
erat ciuium Romanorum,Gl.inf.de adop.in prin.inf. de teſt.
Tranq in Aug.c.64. vbi ponit ꝙ Auguſtus adoptauit per aſ-
ſem,& libram Caium,& Lucium nepotes emptos a patre A-
grippa.Et c.65.tertium nepotē Agrippam, ſimulq; priuignū
Tyberium adoptauit ī foro lege curiata.In foro intellige po-
puli auctoritate,& ſuffragijs.l. 2.C. de adop. Quod idē Trāq.
in Tyberio,& in Galba appellat pro concione. Appian.appel
lat comitijs curiatis.

V.Eſt abalienatio per nexum, Cicero pro Cæcinna. Nexu
fiebat alienatio in reb.mancipi,adhibita ſolennitate æris & li
bræ non tantum in contractib. verum etiam in teſtamento,
& adoptione,vt dictum eſt.Quinimmo nexu vtebantur Ro-
mani in ſingulis reb.& perſonis etiam,ſaltem litis eā, vt Var-
ro,Gellius, & Feſtus docent. Forte & in ſponſalib. quando p
coemptionem mulier tranſibat in manum mariti, Cicero &
Boeth.in Topicis.Seruius ſuper carmine Vergiliano.Teq; ſi
bi generum Tethis emat omnib. vndis. Cælius Rhodiginus
lib.7.Eſt quoq; in iure noſtro nexus,ſeu nexi appellatio,ut C.
de vſu.transfor & C.de diſt.pig.

103 VI.Eſt † ius ferendæ Togæ.Quod prius tributum fuit Gal-
lis Ciſpadanis,& Tranſpadanis,unde Gallia Togata,l.ſed ſi ac
cepto. vbi Gl. hoc non ignorauit. de iure fiſci. Quemadmo-
dum enim pallium erat geſtamen Græcorum.ita Toga poſt
ætatem prætextatam,ideſt poſt annos 17.erat ciuium Roma
norum. Hanc autem togam non magis, quam gentilitatem,
ne Peregrinus quidem quantumuis Romę commorans vſur
pare poterat,ut ex Suetonio Claudij 15.& 25. Vtebantur ita
que Romani veſtitu proprio,qui ſecundum ordinum ætatū-
que diſcrimen erat bulla aurea,prætexta,toga, calceus luna-
tus, laticlauus, paludamentum, ut accurate collegit Bay-
fius.Item nominibus proprijs licenter aſſumptis,& immuta-
tis,citra cuiuſpiam fraudem C.de mut.no. Nec non ſermone
proprio,ideſt lingua latina,quo iouentus melius aſſueſceret,
quoue aduenæ, ſocijque fierent Romani nominis imitantio
res,præſertim in decretis,ac ſententijs, quæ in Senatu recita-
bantur, aut publice edicebantur, quamuis poſtea ſub Arca-
dio Imp.aliquatenus deſitum fuerit.l.decreta.de re ind.l.iudi
ces.C.de ſenten.

VII.Eſt ius militandi.vide quid interſit.Nemo niſi ciuis Ro
104 ma. poterat militare in legione Romana. Et nemo † qui
legibus non eſſet ſolutus ad magiſtratum Romanum aſpira-
bat niſi 10.annis de ſuo militaſſet, Polybus.Plutarchus in C.
Gracch. Ex quo liquet primum honorum ingreſſum fuiſſe
in anno ætatis 27.qua ætate Gracchi quæſturam ſumpſere.
Iure quoque noſtro non tantum arcentur a militia ſerui, &
libertini.l.qui ſtatus.l.ab omni.de re mil.l.pen.C.qui militare
non poſſ.lib.12.uerum etiam ingenui plebeij & negotiatores
C.negot.ne militent,lib.12. qui iidem ſunt cum proletarijs,
& capitecenſis extremæ claſſis ciuibus.Latini tamen & itali-
ci milites dabant non quidem in legione,ſed in auxilijs,ut ſæ
pe legitur in Polybio,Liuio,Vegetio.Serui quoque & liber-
tini plebeijque in magna trepidatione,& anguſtijs adlegebā-
105 tur † ſed ſane ſoli ciues Romani ad ærarium Principis pertī
nebant & beneficiarij milites fieri conſueuerunt,quos recen
tior ætas feudatarios nominare incæpit.

VIII. Eſt manumiſſio,ſeu datio iuſtæ libertatis,præcipue cē
106 ſu,vindicta, teſtamento. † Et quidem vindicta dabatur li-
bertas a Prætore,ſolenni ritu verborum,magiſtratus,& licto
ris.l.manumiſſio.de man.vind.Quod omnino obliterauit Iu
ſtin.C. de nudo iure Quir. toll. tam in iure dominij quàm in
modo manumittendi,& ętate manumiſſi,manumiſſęue,pro
ut ab incunabulis V.Romæ obſeruabatur,antiquata lege Iu-
nia Norbana ſub Tyberio Imp.& alijs Senatuſcōſ.triplicem
libertinorum ſtatum iniurioſe introducentibus.§.vlt.ſup.de
liber.§.vlt.infra.de ſuc.lib.C.de lat.lib.toll.Cum & pater,ma
terue filium,filiamue,& amicus concubinam manumittere
queat,l.ſi quis rogatus,& l.ſeq. de fideic. lib. l. ſi rogatus. l. ſi
minor.de manu.vind.l.ſi quis ingenuam.de cap.dim. ne quis
inuitus manumittat,quod olim interdum contigebat in ſpe-
ctaculis populi acclamatione.l.ſi priuatus.qui & a quibus, vt
quemadmodum ſeruos dominus ad depugnandum cum be
ſtijs inuitos cogebat,ita inuitus alacriter pugnātes manumit-
teret.l.circumcidere.ad legem Cor.de ſicar.

107 IX.. Eſt connubium, ſeu iuſtum matrimonium † Quod
nec cum Latinis, nec cum Peregrinis inter ſe, vel cum ciue
Romano pmittebatur,niſi Princeps fuiſſet auctoratus prius,
vel poſt, Vlpian. in Inſtitu. & Liuius ſæpe. Nam & Veſpaſia-
nus Imp.Domiciliam Latinæ conditionis non prius habuit
iuſtam vxorem, quam recuperatorio iudicio ingenuam, &
ciuem Romanam pronuntiatam, auctore Tranqu.Et Arta-
banus Perſarum Rex,vt refert Herod.reſpondit literis Anto
nini Caracalli poſcentis filiam in vxorem, Romano non con
uenire barbarum matrimonium.

108 X. Eſt patria poteſtas, appendix iuſti matrimonii. † Quæ
& ipſa ambos parentes requirit vt ſint ciues Romani,niſi for
te iuſtus error,& opinatio parentes excuſet,puta,inquit Vlp.
c.7.ſi quiſpiam deſponſaret bona fide Latinā, vel Peregrinā,
& poſtea liberis ſublatis, pereunte filio, uel patre, Princeps
ſtatū confirmaret.l.qui ꝫ.C.de inceſt.nup l.diuus. de ri. nup.
Plin.Secũus lib.Epiſt.x.Sed quid eſt,ꝙ Theod.iunior, & Iuſti.
C.de iu. liberorū.& inf.de S.C.Tertull.indulgēt patrib.& ma
trib.ius liberorum?An vt eis emancipatis ſuccedāt,ut ibi per
Gloſsā?An uero ut ꝓ iuſte natis hēant licet iniuſte nati ſint?
An potius ut idem ſit in vno,quod eſſet in trib.uel plurib Sa
ne ait Iuſtin.10 Auth.vt lib decętero. Primus Antoninus fe-
cit ciues Rom.Theod. poſt Cōſtantinum tribuit ius libero-
rum.Nos primi Libertinos ingenuitate donamus.

109 XI.Eſt ius ſuffragii,Curiatī,Tributī,Centuriatī, † ꝗbus Co-
mitia Tributa a Curiatis aliq nō ſeparēt,quib. non cōſentiūt
110 Gruchius,& Panuinius.Centuriata † comitia prius a Seruio
Tullo ſunt īſtituta,diſtributo populo rōne cēſus,ī ſex claſſes,
ꝗ faciebāt cēturias 196. aut vnā plus.Vñ cū in prima claſſe eſ-
ſent Cēturiæ 98.quarū 80.erant equitū,18.erant peditū, eue
niebat,ut centuriæ primæ claſſis omnia vincerēt,uel,ſi ad cē-
turias ſecundæ claſſis deſcenderetur,raro certe deſcendeba-
tūr ad tertiam,quartā, quintā, & vltimam claſſem,ꝗuis capi
tecenſi,& Proletarij,qui erant in vltima claſſe, multo eſſent
numeroſiores. At in curiatis comitiis omnes curiæ, ſeu tri-
bus,quæ erant 35.indiſcriminatim ſuffragium ferebāt.Quod
& poſt Seruium Tulliū inualuit,licet crebrius cēturiata pera-
gerentur.Et quidem ſuffragia viritim,& vocaliter pandeban-
111 tur vſq; poſt annum DC. ab V.C. Poſtea ad tabellas ventum

eſt a Diribitorib.datas:quas ſuffragatores in ciſtam,ſeu vrnā
conijcerent,vt paſſim Cicero docet, & Liuius, & Florus, &
Aſconius. Quod tutius, & minus inuidioſum viſum eſt Ve-
netis in pleriſq; Romanorum imitatorib. Hęc comitia vigue
112 runt vſq; ad Tyberium,† quo imperante, vt inquit Tacitus
lib. 1. Comitia a campo ad patres ſunt translata:vt pote, cum
lege Regia omne Imperium in Principem tranſfuſum fuerit
§.ſed & quod Princip. ſup.de iure nat.l. 2.de orig.iuris.l. 1. de
conſt. Prin. Sunt ergo quatuor gradus. I. Regnante Romulo
vſq; ad Seruium Tullum erant duntaxat Curiata comitia, in
113 † quibus ſinguli plebeij,& populares cum eſſent numero plu
res,facile omnia vincebant. Dabant magiſtratus,Leges, Fęde
ra,Pacem,Bellum ſciſcebant;Iudicia capitis audiebant. Teſta
mentis,Adoptionibus,manumiſſionibus,Sponſalibus intere
rant.l.de quibus.de legibus.l.1.de off.quæſt.l. Barbarius.de off.
præt. l. 2. C. de adopt. l. 1, C.de his qui in eccl.man. inſ. de te-
ſtamen.in prin. II. Seruius Tullus in pauciores, eoſdemq; po-
tentiores auctoritatem contulit:quia, vt dixi,centuriæ primę
claſſis,cum alias numero, & cenſu ſuperarent, totum facie-
bant,non quia aliæ centuriæ lege aliqua vetarentur, ſed quia
raro comitia curiata habebantur,& quando centuriata con-
uocabantur,maior pars centuriarum,quæ ſane continebã-
114 tur in prima claſſe,ſufficiebant. Perſpice † Romuli, & Seruij
Tulli ſagacitatem.Romulus Plebeijs eandem,quam primori
bus dedit poteſtatem comitiorum. Seruius identidem, niſi
quod, vt acutiuſcule ſubodorari poſſumus, tenuiores, ideſt
poſtremarum claſſium ciues raro aut nūquam vocabantur:
quæ calliditas,& plebis delinimentum ſine dubio Imperium
Romanum ad tantum culmen ſuſtulit, vt poſt Aſſyriorum
Regnum, cuius Roma, ceu altera Babylon fuit ſuccedanea,
nullus maior,aut ſimilis potentatus vnquam extiterit. Aliter
115 atque Lacedæmonij,& Athenienſes fecerint:† qui,cum ple-
bem non tantum ab honoribus, & magiſtratibus arcerent,
verum etiam ab omni ſuffragio, regimineque, vt memoriæ
prodiderunt Ariſtot. Pollux, & Plutar parum a plebe dele-
cti,tandemque derelicti Imperium amiſerunt. Neque id no-
xium, aut Tyrannicum plebi videbatur, quia in honoribus
debent præferri nobiliores, & aliquid plus habere. l. honor.
116 de mun.& hon. vbi † in honoribus deferendis origo nataliū
conſideratur, ſimul quia tenuiores non poſſunt ſumptibus
reſiſtere, coacti ſæpenumero victum quæritare. l. reſcripto.
de mun.& hon. III. Cum numerus ſuffragantium cēturiatim,
vel curiatim nimis creuiſſet,Senatuſconſulta fieri cępta ſunt.
§ Senatuſcōſ. ſup.de iure nat. IIII. Princeps,ſeu Imperator ſo
lus omnem prærogatiuam ad ſe traxit.l.1.ad l. Iul. de ambitu.
Item Iulius Paulus,lib Senten.V. ait quod ſicut olim in iudi-
cio capitis erat prouocatio ad populum, ita nunc ad Princi-
pem. Prius Cæſar, & Auguſtus comitia non omnino ſuſtule-
runt.l.lege.ad l.Iul.de vi pub. Tyberius ſuſtulit, relicta imagi-
ne Senatuſconſulti. Comitia demum & Senatuſcoſ. concide
117 runt † exorto bello ciuili inter Othonem,& Vitellium ac Ve
ſpaſianum,quem annum ſupremum Reipub. vocat Tacitus,
quamuis Veſpaſianus,Traianus,Hadrianus,Antoninus, Mar
cus, Alex. temperati Cæſares fuerint. Et Valentinianus pru-
dens,catholicuſq; in l.vnica.C. de Senatuſcoſſ. præcipiat Se-
natuſconſulta firmitatem habere.

XII. Eſt habere ius honorum, quod omnium ſupremum
erat Nam qui fiebat ciuis Romanus cum iure ſuffragij, & ho
118 norum,is cætera omnia habebat. Sed non e contra † qui ali-
qua ex ſupra memoratis habebat,continuo ſuffragij,aut ho-
norum prærogatiuam habebat.vt liquet ex Aſconio,& Gel-
lio,hoc prope modo. Ciues Romani aut erāt ciues nudo no-
mine, aut cum iure ſuffragij, aut pleno iure. Nudo nomine
119 conſtituebantur trifariam,Diplomate,Expunctione, Muni-
cipio Diplomate, quando ſpecialiter Princeps cuipiam ciui-
tatem Romanam donauiſſet, virtutis ergo, & maximi bene-
ficij loco. Nam, vt inquit Tacitus, id præmium virtuti daba-
tur. Et Octauius Auguſtus, teſte Tranquillo in eius vita, Gal
lo Tributario immunitatem dare maluit quam ciuitatem, di
cens ſatius eſſe fiſco aliquid detrahi, quam ciuitatis vulgari
honorem Expunctione, quando Cenſores aliquem in Cæri-
tum tabulas referebant, hoc eſt, expungebant ab albo, ſeu a
iure ſuffragij,ita vt ſolummodo ciuis remaneret quo ad æris,
ſeu cenſus ſolutionem. Nequid mirum,cum Cenſores,quibus
aſſimilantur Irenarchæ tempore poſteriore, quo tēpore etiā
Cæſares morum præfecturam ſibi aſſumerent.l.vlt.§. irenar-
chæ.de mun.& hon.etiam Senatores Senatu pellerent,atque
Equitib.equum publicum adimerent. Aſcon.in diuin. Muni
cipio quando populus aliquis in partem ciuitatis recipiebatᷣ,
non vt Romæ habitatum veniret, ſed vt domui ſuæ proprijs
120 legib & morib. vteretur. Municipes † enī,vt ait Gellius,ſunt
muneris tantum honorarij cum populo Rom. participes,nul
lis alijs neceſſitatib aſtricti, cum nunquam populus Rom.co
rum fundus.l. Author, & dominus factus eſſet. Quod ſenſit
Vlpianus noſter in l.1. ad municip. & plene explicat Alciatus
in l.municipes.de ver.ſig & eſt tit C. de municip. & orig. lib.
x. Quamuis hac in re,vt alias ſæpe, eū figulus figulo inuideat,
maxime inter homines diuerſorum climatū,Coras.non pror
ſus aſſentiat Alciato,Miſcel.3.cap 6 Ciues Romani eum iure
ſuffragij regulariter erāt omnes cuiuſuis ordinis,hoc eſt tam
plebeij,& libertini,q̄ Equites,& Senatores. Quod phātaſmaᵗ
ticę,ac nubiloſe noſtri explicant Antiquarij Reperio ego in
iure noſtro ꝙ quinq; ſunt modi, quib. qs fit ciuis Romanus,
Natiuitas,ſiue origo. Manumiſſio. Allectio,ſiue dignitas. A-
doptio. Princeps.l.ciues. C.de incolis.lib.x.l.ſed ſi accepto. de
iure fiſci l.non epiſtolis,& l.non nudis. C. de probat. Natiui-
tas facit ciuem Romanum illum, qui naſcitur ex matre inge-
nua,ſeu libertina,licet nō in matrimonio, ſupra de ingenuis.
Ergo ſpurius & natus ex matre libertina erit ciuis Romanus
121 iure ciuili,† quamuis florente Rep. ille tantum videretur ci-
uis Romanus,qui naſceretur ex parentibus ingenuis in ſche-
mate matrimonij,ut paſſim in Liuio deprehenditur. Et quon
dam memini cum diſertiſſimo Robortello Foroiulienſi ſer-
monem,diſputationemq; incidiſſe, nunquid natus ex quoli-
bet coitu, etiam inceſtuoſo, vel adulterino cenſeretur ciuis
Rom. Et certe naſcebatur, cenſebaturq; tempore Cæſarum,
& Iuriſcoſſ. quorum leges habemus,cum non minus ſpurio-
rum q̄ vxoralium natalis dies adnotaretur,inq; actis publicis
conſcriberetur.l.1.C. ſi minor ſe maiorem dix.l.etiam.l.Impe
ratores.de probat. Manumiſſio dat ciuitatem,ſi dominus, ſi-
ue manumiſſor,ſit ciuis Romanus:& quidem olim pleno iu-
re.C.de nudo iure Quir.toll.vt ſ.diximus. Allectio, ſi quis eū
gradum adipiſcatur, quem non niſi ciuis Romanus admini-
ſtrare poteſt,ut no. i d.l.ciues.ſed & Latinus magiſtratum an
nuum gerēs,ciuitatem Romanam ind.piſcebatur. Adoptio,
ſi a ciue Romano quis iure,& ſolenniter in familiam adſciſce
122 retur † Princeps viritim,vel vniuerſim dabat ciuitatem. Viri
tim ſi cuipiam nominatim pro ſe tantum,vel pro ſe & liberis
conceſſiſſet,quod non tantum exteris, & peregrinis, verum
etiam ciuib. Romanis caſu, vel exilio expulſis concedebatur,
denuo admiſſis in ciuitatem, vt de Cicerone cōſtat,cui aqua
& igni fuit interdictum,& de Hoſtilio Mancino, quem Nu-
mantini hoſtes pop Rom.recipere noluerunt,l vlt.de legatio
„ nib. Tranq. In Caligula c. 38. (Negabat iure ciuitatem Rom.
„ vſurpare eos,quorum maiores ſibi,poſteriſq; eam impetraſ-
„ ſent,niſi filij eſſent. Neq; enim intelligi debere poſteros vltra
„ hunc gradum. Prolataq; Diuorum Iulij,& Auguſti diploma-
„ ta,vt vetera,& obſoleta deflebat.) Vniuerſim veluti per legē
123 Iuliam anno DCLXIII qua † ciuitas cunctis Latinis,atq; Ita
lis participata fuit. Item Cn. Pompeius Strabo, Magni Pom-
peij Pater, Galliæ Tranſpadanæ (ea nunc dicitur Marchia Tar
uiſina,& Lombardia) ius ciuitatis dedit. Item Auguſtus vr-
bium quaſdā fęderatas latinitate,vel ciuitate donauit, Dion,
App Tranq. Et idem de Traiano, Adriano, Alex. prodiderūt
Capitolinus,& Spartianus. Sed & in deductione Coloniarū,
& municipiorū cunctis ciuitas participabatᷣ,niſi ꝙ aliquanto
124 melior erat conditio Coloniarū q̄ municipiorū † Coloniæ
enī erant ciuiū Romanorū ſæpe ex vrbe, uel agro Romano
oriūdorū,q aliorſum tranſmittebantᷣ, ut Romæ habitacula
leuarentᷣ,atq; vt paſſim ſemē,ſtirpsq; Romanorū multas re-
giones,ꝓpagaret,quales extitere Bononia, Forū Iulij,Cremo
na,Mutina,Parma,Placētina. Municipia aliunde accerſebantᷣ
ſuiſq; legib. magis viuebāt q̄ Coloniæ,Gellius lib. 16 Budęus
in l.eius ff.ad municip. Pleno iure erant ciues Romani,q ꝑter
125 ius ſuffragij,magiſtratuū regimen hēbāt. Cumq; † eſſent tres
ordines,Senatorius,Equeſter,Plebeius. Plebeij in iure ſuffra
gij ꝯſiſtebāt,relicta magiſtratuū functione Equitib. ac Sena-
126 torib l.honores.de decur. In † Plebeiorū numero cōputabā
tur nō libertini tm̄,verū ēt ſpurij,atq; ingenui,aliunde q̄ cēſu
ſuo,virtuteq; viuētes.l.1.de colluſ.deteg.l.eos.de decu.l.cius.
1. ad munici.l.vn.C. ad l. Viſcelliā. Senatorū ordo oēs cōple-
127 ctebatᷣ ab Imperatore vſq; ad illuſtres.l vlt.de ſenatoribus. Ex
quo textu, iuncto alio textu in l.1.C.vbi ſen. uel clariſſimi col
ligo titulū,& nomē illuſtris excelluiſſe titulū Clariſſimi, cum
forte nullus priuatus mereretᷣ nomē illuſtris.l.ꝑcipimus.C de
appell. Quo circa valeāt hi, q crebra iactatione aduerſus hu-
miles ferocientes,atq; Imperatoriā Geneſim, illuſtriaq; ſtem-
mata ore,inceſſu,anulliſq; ꝓſeferētes : deſpicabiliores ſunt,
128 qm̄ ad originē,virtutemq; veniᷣt,q̄ pridē Cæſarū lixæ,bubul-
ci,mediaſtini;cū & notarij,& medici,& trapezitæ forent a ge
nere ſeruili,libertinorumue,atq; inter viles,plebeioſq; nume
rarentur.l.patronus.de ope.lib.l.vlt.C.com.de leg.l.ſi cohor-
talis. C. de cohorta. lib. 12. Equeſter ordo medius erat inter
plebem, & Senatores. l. vnica. C. de equeſtri dig. lib. 12 Cu-
ius inſigne erat aureus annulus, velut Laruſclauus, & Cal-
ceus lunatus geſtamen erat Senatorum, ac Patritiorum, vt
poſt

poſt Balſium de re veſtiaria, docet Budæus in l. vlt. de ſenato-
ribus. & in l. diuus. de iure fiſci. Loco huius annuli hodie eſt
calcar aureum. Vnde Equites noſtri temporis Franc. Philel-
phus mauult appellare Equites auratos quam milites. Laurẽ-
tius Valla vocat Decuriones, per textum in l. 1. C. de iure an.
annulorum. Tiraq. de nobil. cap. 8. & cap. 37. Vtraque nomen
clatura ſeu appellatio eſt valde latinitati proxima, quamuis
non ignorem Decuriones recentiore tempore fuiſſe dunta-
xat in municipijs, & colonijs, vt idem ibi eſſent Decuriones,
quod erant Senatores Romæ. l. 1. de albo ſcribendo. l. pupil-
lus. de verbo. ſign. At Equites magis ſemper fuerunt Romæ
129 quam alibi. Quorum † æquitum maxima ſub Cæſaribus fuit
au[illegible]oritas: quippe cum deuicto M. Antonio, & Cleopatra,
Au[illegible]uſtus Præfectũ in Aegyptum miſerit tanquam Regem,
Co[illegible]elium Gallum equitem Romanum, vt indicant Tranq.
& [illegible]citus. Ex quo apparet, quod equites illi Romani tam
prima Romuli, Regumque inſtitutione, quàm Cæſarum di-
gnatione munia militaria per honorifice obibãt, cum ad mi-
n[illegible] haberent in cenſu Seſtertia cccc. quæ ſumma erat dimi-
di[illegible] m[illegible]nus cenſu Senatorio, & cõtinet fere x millia noſtro-
rum aureorum, ſeu coronatorum. Ad barbam, vt dici ſolet,
noſtratium equitum, qui pedeſtri geſtationi, ne Podagrici
fiant aſſuefacti, ſoli viuunt, comedunt, & ecu Antiſophiſtæ
peregrinantur, vnius dieculæ impenſam pro itineris aſſecla
[illegible] el ſtabulario formidoloſe ſoluentes, abſq; metu pe
n[illegible] incurrendi in edictum Impp. Adriani, & M. Philoſo
p[illegible], ne quis æquo per ciuitatem iret, ut referunt Capitol. &
Spartianus. Inſtar Romanorum equitum hodie, & multis
abh[illegible]c annis ſunt equites cochleati Diui Michaelis in Fran-
cia: Et equites Rhodienſes, ſeu Melitenſes, & cohors Chryſo
131 m[illegible]os, ſeu aurei velleris in Burgundia: Cuius † Velleris inſi-
gni [illegible]ulo, la impreſa, cum figura Phryxi, & Helles utitur his
dieb. [illegible]ATAVII Academia noſtra ANIMOSORVM. Hęc
a me trad[illegible] ta diuiſio Omnes homines aut ſunt exteri. Aut ſũt
ciues Romani. Rurſus exteri, Aut liberi, Aut hoſtes, Aut Pro
uinciales, Aut Italicenſes, Aut Latini, Aut ciues Romani, in
eccleſia Dei non obſeruaretur. Sed omnes homines, aut ſunt
132 fideles, aut ſunt infideles, cap. duo ſunt xii. quæſt. 1. † Fideles
ſunt appellandi omnes qui ſoli Deo, Trino, & Vni incuncta-
biliter adhærent qui ſub CHRISTI vexillo feruide dimicãt,
qui ſeſe in ſinum Sanctæ Romanæ Catholicæ, & Apoſtolicæ
Eccleſiæ ſinceriter conferunt, eiusque Paſtori, æternæ vitæ
clauigero, non obturantes aures more aſpidis, humiliter obe
diunt. cap. omnes 22 diſt. in. qui denique, vt effatur D. Hiero-
nymus in cap. omnibus 24 queſtio. 1. ita ſunt in domo Dei, vt
etiam ipſi ſint eadem domus Dei, quæ dicitur ędificata ſuper
petram, quæ vnica columba appellatur: quæ ſponſa pulchra
ſine Ruga. & macula, & hortus cõcluſus: fons ſignatus, & pu-
teus a[illegible]uæ, & Paradiſus cum fructu pomorum. Ergo
om[illegible]tici, & Schiſmatici, nedum Iudæi, Turcæ, Sarace
ni [illegible]fi[illegible]eles, Chriſtianæque ciuitatis, ac domus exortes,
quia [illegible] facies habeant diuerſas, caudas tamen inuicem ha-
bent c[illegible]ligatas. cap. excommunicamus. de hæreticis. Atque
133 errant maximopere qui contendunt † vnquam Iudæos fuiſ-
ſe ciues Romanos, per Textum in l. iudæi. C. de iud. Immo nõ
ſunt per al[illegible]um textum eiuſdem tituli. C. de iudæ. l. nemo iu-
dæorum vbi Theodoſius Impp. vetat Iudæis ritu ſuo ueteri
pl[illegible]res ducere vxores. Si id vetat Theod. ergo ante Theodo-
ſi[illegible]m licebat iudæis, quod certe nullo vnquam iure ciuili li-
cuit ciuibus Romanis plures ducere vxores. §. affinitatis. titu.
ſeq. l. eum qui. C. ad. l. Iul. de adult. l. 2. C. de inc. nupt. l. 1. de his
q[illegible] not. infam. Hinc quoque conuincitur error Alciati libro
134 diſpunct. 3. cap. 8. aſſerentis † eos qui in iure noſtro appellan-
tur iudæi ab Vlpiano fuiſſe Chriſtianos. l. generaliter. §. eos.
de decurionibus. Quomodo hoc Alciate? Primo Alexander
Seuerus, qui eundem Vlpianum appellat parentem, & ami-
cum ſuum. Lex diui C. loc. l. ſecundum. C. de contr. ſtipu. vt
auctor eſt Lampridius, CHRISTI, & Abrahæ imaginem
in larario habuit, eique templum erigere voluit multaque di
uiſim ſanxit in iudæis a Chriſtianis. Pręterea Tertullianus an
nis ducẽtis ante Theo. in Apologetico, quem Alciatus com-
memorat, grauiter carpit luxuriam, atque incontinentiam
Romanorum: dicens quod Chriſtianus ſuæ tantum vxori ad
dictus eſt. Adhæc Modeſtinus contemporaneus Vlpiani in l.
circumcidere. ad l. Corn. de ſicar. refert reſcripto Diui Pij Iu
dæis tantum permitti circumcidere filios ſuos. Quæ circun
ciſio quis dubitat, quòd nũquam fuit inter Chriſtianos poſt
CHRISTI aduentum? Apparet igitur, quòd ante Vlpia-
num & poſt nonnulli Chriſtianorum fuerunt Romani. Ex
135 Iudæis † nemo vnquam ciuis Romanus fuit niſi Princeps iu-
re ſingulari adlegiſſet.

SVMMARIVM.

1 *Vxorum quatuor genera.*
2 *Iniuſta vxor quid differat à vulgari, & putatiua.*
3 *Budæi & Alciati expoſitio reiicitur.*
4 *Abnepos, Trinepos, & deinceps an ſint in poteſtate.*
5 *Mater in bonis, & perſona filij nihil iuris habet.*

Qui igitur ex te, & vxore tua naſcitur, in tua poteſtate eſt
Item qui ex filio tuo, & vxore eius naſcitur, ideſt ne-
pos tuus, & neptis, æque in tua ſunt poteſtate, &
pronepos, & proneptis, & deinceps cæteri.
Qui autem ex filia tua naſcuntur, in
poteſtate tua non ſunt, ſed
in patris eorum.

Ex vxore tua. Aliud ſi ex concubina, vel inceſto coitu. Ac-
cur. Niſi forte, inquit Faber, vterque, vel alteruter impedimẽ
tum ignoraret. l. qui contra. C. de inc. nup. cap. ex tenore. cap.
1 vlt. per Innocen. qui filij ſint leg. Vlpianus † in l. ſi vxor. ad l.
Iul. de adul. ſi recte perpendo, ponit quatuor genera uxorum
iuſta vxor, iniuſta vxor, vulgaris vxor, putatiua vxor. Cice-
ro in Topicis ponit duas vxorum formas. Vnam earum, quæ
in manum familiamque viri inſtar filiæ tranſeunt. Alteram
earum, quæ non tranſeunt niſi poſt annum. Prima forma ſe-
cundum Gellium libro 18 facit matremfam.
Altera forma facit matronam. Quapropter poſſumus coa
prando, & conferendo dicere, quod iuſta vxor & materfam.
ſint idem. Iniuſta vxor, & matrona pariter ſint idem. Verun-
tamen non dum acquieſco. Iuſta vxor ſine dubio illa eſt, quã
2 ſolennes, iuſtæque nuptiæ faciunt. Iniuſta † vxor, & vulgaris
quæ ſit, valde ambigo, cum videam diſſidium grauiſſimorũ
auctorum Gloſſa, & Bartolus in d. l. ſi vxor. interpretantur
iniuſtam vxorem. i. putatiuam, cum falſo maritus putaret eſſe
matrimonium. l. 1. §. vlt. pro dote. Sed plane putatiua vxor per
Vlpianum ibi, in §. ſed ſi ea. ſeparatur ab iniuſta Budæus inter
pretatur iniuſta vxorem. i. pallacam, de qua in l. Maurius. de
verbo. ſign. Tiraquellus vero de legibus Connub. Gloſſa ſex-
ta, num. 24. interpretatur iniuſtam vxorem, eam, quæ quidẽ
vxor eſt, & animo vxoris ducta eſt: ſed quia minus ſolenniter
ducta, non meretur nomen plenæ, iuſtæque vxoris. Oſaſcus
deci 77. Supradicta Gloſſa interpretatur vulgarem vxorem,
vulgo proſtitutam, & meretricem, quæ poſtea deſponſetur.
3 † Budęus plebeiam, & ignobilem. Alciatus libro Parergõ. II.
cap. 40 cui conſentit Catellianus Cotta in memorabilib. vul-
garem pro aduentitia, & peregrina accipit, quæ non ſit ciuis
Romana. Ego in iniuſta vxore ſto cum Tiraquello. In vulga-
ri ſto cum Budæo, pro quo pondero locum Suetonij in Vi-
tellio cap 2. Putatiua vxor quæ ſit, facile intelligitur, cum ſcili
cet ſponſaliorum ſolennitates adſunt, veruntamen iuris eſt
impedimentum propter affinitatem, conſanguinitatem, vel
quidpiam ſimile, vt dicam inf. ſeq.
In poteſtate. Nota, quod natus ex me, & vxore mea eſt in
mea poteſtate. Ad quod Gloſſa opponit de l. ſic eueniet. ad l.
Iul. de adul. Sol. hic quãdo ille qui habet vxorem eſt ſui iuris.
4 Et deinceps cæteri. Innuitur, quod † abnepos, trinepos, qua
drinepos (ſi vti poſſum hoc vocabulo) & quilibet vlterior
poſſit eſſe in poteſtate. Contra de l. non facile. de gradibus.
Vbi vltra ſextum gradum iura cognatorum non conſiſtunt.
Sol. ibi poſt mortem. At nepos hic, pronepos, & deinceps in-
telligitur qui viuo auo, vel proauo, vel deinceps natus ſit. l.
Item prætor. de ſuis & legitimis.
Non ſunt. Filius non eſt in poteſtate matris, neque aui
materni, quia qui naſcuntur patris non matris familiam
ſequuntur. Accurſius. Ergo reſpectu matris filius non dici-
tur filiusfamilias, ſed ſimpliciter filius. Quocirca ſequitur,
quòd nullus fere ſupradictorum 33. effectuum patriæ pote-
ſtatis locum habeat in matre reſpectu filij, vel contra. Hinc
eſt, quod olim mater filio ab inteſtato, & contra, nõ ſuccedebat,
5 vt infra de s. c. Tertull. Item † mater non habet ius in bonis,
neq; in perſona filij, cum nihil matri per filium acquiratur et
quoad vſumfructum. l. qui aliena. §. quanquam. de neg. geſtis.
Bal. in auth. matri & auiæ. C. quando mulier tut. officio fun-
gi poteſt. l. cum oportet. C. de bonis quæ liberis. Item filius,
cum non ſit ſuus hæres matri, non rumpit ipſo iure teſtamẽ
tum matris, nec matris tranſmittit hæreditatem non aditam.
§. vlt. inſ. de exhær. lib. l. 2. C. ad s. c. Orfic. Item ciuiliter mater,
& filius inuicem obligantur præterquam in Macedoniano,
& Velleiano. l. ſi paternam. C. ad s. c. Velleianum.

TRACTATVS

SVITATIS, CLARISSIMI DOCTO. D. Angeli de Periglis Peruſini, quem inſeruit in repetitione. l. in ſuis. ff. de liber. & poſthu. dum Patauij ad concurrentiam D. Pau. de Caſt. legeret, Anno domini. M. cccc. xxxj.

Præfatio cum diuiſionibus.

Ad iſtam ſubtilem & difficilem atq; vtilẽ ſuitatis materiã declarandam per x. principales quæſtiones, ne illotis quodammodo manibus altiora, & ſubtiliora attingamus, arg. l. 1. in princ. ff. de orig. iur. veniamus. Et quia omnis, quæ a ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet a diffinitione pficiſci, ut intelligatur quid ſit illud, de quo diſputatur, ut libro primo de Offic. js ait Cicero, qui in cauſis ordinandis primum locum tenuit, poſt Seruium Sulpitium, dicit tex. in l. 2. §. Seruius aũt Sulpitius. ff. de orig. iur. Hinc eſt, q in diffinitionibus maxime Cicero in legibus allegatur, in l. Fulcinius. §. quid ſit latitare ff. in quib. cauſis in poſſe. ea. & per gl. in l. cauſas vel lites, C. de tranſact.

Ideo primo videndum erit, quid ſit ſuitas.

Secundo quo iure ſit introducta.

Tertio, quot ſint eius ſpecies.

Quarto, qui ſint aut appellentur ſui hæredes.

Quinto, vnde ſuitas originem ſumpſit aut cauſata fuit.

Sexto, cum in ſuis inductum ſit beneficium abſtinendi, quid ſit illud, videndum erit.

Septimo, an tantum de iure pretorio vel etiam de iure ciuili beneficium abſtinendi inductum aut inuentum fuerit.

Octauo, quid circa ſuos hæredes beneficium abſtinendi inducat faciat vel operetur.

Nono, qui, & quot ſint ſuitatis effectus.

Vltimo, quot, & quib. modis ſuitas tollatur aut impediatur.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio quid ſit, quidue continere debeat.*
2 *Suitatis diffinitio, & declaratio.*
3 *Suitatis iura, quo gradu quis habere cenſeatur.*
Suitas, quo iure introducta ſit.
4 *Suitatis ſpecies, quot ſint. 14.*
5 *Sui hæredes. qui ſint, aut appellari poſſint.*
6 *Filiorum quinque ſpecies numerantur.*
7 *Sui filij. & non in poteſtate, qui dicantur.*
8 *Suitas vnde cauſata fuerit, aut originem traxerit. 11.*
Perſona patris & filij cur vna & eadem eſſe cenſeantur.
9 *Emancipati manumiſſis æquiparantur.*
10 *Sui, an dicendi, qui primum ſuccedendi locum non tenent.*
Sui, cur ſic nuncupati.
11 *Nepos inſtitutus cũ exhæredatione filij ſuccedit ano ut ſuus, et neceſſarius.*
12 *Adoptati, an poſſint dici ſui.*
Concepti in vita, & nati poſt mortem, an dicantur ſui, et neceſſarij.
13 *Edictum de filijs in poteſtate, an includat poſthumos.*
14 *Dignitas ſacerdotalis liberat filium a patria poteſtate. Et quid de epiſcopali*
15 *Decedens cum filio ſacerdote, an dicatur ſine filio in poteſtate decedere vt det locum ſtatuto de decedentib abſq; filijs in poteſtate.*
16 *Beneficium abſtinendi, quid ſit, quoue iure introductum, 17. 22.*
17 *Abſtinere hodie filij de iure ciuili an poſſint.*
Edictum ſucceſſorum inter agnatos habet duo extrema, & quæ.
18 *Edicti ſucceſſorij materiam, qualiter Bar. intellexerit.*
19 *Legum correctio maxime per quandam conſequentiam, & argumentatiue cauenda.*
Suorum eſt immiſcere, non adire.
20 *Intellectus l. ſi §. & hoc quidem. C. de iure deliberandi. Et multarum aliarum ll. 21.*
22 *Abſtinendi beneficium, quid circa ſuos introduxerit.*

Prima quæſtio.

1 Circa primum aũt aduertendũ, † cum diffinitio ſit earum rerum quæ ſunt eius rei, quam diffinire volumus, breuis ac circũſcripta quædam explicatio, ut inquit Cicero 1. de Oratore, & debet eſſe talis ſm eundem, eodem de Oratore. lib. 2. vt nis eius rei, quam diffinimus, ſic exprimat, ut neq; abſit qcq̃ neq; ſuperſit. Continere. n. debet diffinitio genus, & dffas, vt per Bar. in l. 1. in prin. ff. de acq. poſ. & facit q idẽ dicit in l. 1. ff. de teſt. & facit l. 1. §. dolũ. ff. de dolo. licet oĩs diffinitio in iure periculoſa eſſe dicatur, vt eſt tex. in l. oĩs diffinitio. ff. de reg. iu. Suitas tñ ita diffiniri, aut deſcribi põt, † vt
2 ſit ius quoddã intellectuale, & directum pp patriam ptãtẽ, & quandam domeſticitatem dñij bonorum aſcendentiũ cõtinuationem ad ſucceſſores proximos poſt mortem immediate inducens. licet. n. non ſoleat ab effectib. conſiderari, vt dixit Bar. in d. l. j. in pri. ff. de acq. poſ. tñ cum iſte terminus ſuitas, magiſtraliter inductus videatur, vt ipſam ſuitatem demõſtret, non vr̃ poſſe niſi penes effectus conſiderari, ut in hac. l. fecit iuriſcon. Dixi. n. q eſt ius, per text. in l. poſthumorum. ff. de iniuſto rup. te. dum dicit, iura ſui & Inſt. de here quæ ab inteſta § 1. ibi, iura ſuorum. & Inſt. de exhæreda. lib. § poſthumorum. Dixi intellectuale, quia potius oculis intellectus percipitur, ut in ſimili hr̃ in l. ſi Titio, & mihi, in prin ff. de le. 2 q̃ oculis corporis, ut l. 1. ff de his quę teſt. de. & facit l. edicto, de edicto diui Adria. tol. & l. de his. ff. de tranſa. & per hoc diffinitio continet genus. Nam ſeruitus ius militare, & ſilia, dicuntur iura intellectualia, vt patet in ti. de ſeruitutib. Dixi, directum, quia non vtile, neque flexibile, aut ſubalternabile de vno ad
3 alium, † quia iura ſuitatis non habet niſi qui primum locum tpe mortis tenuit, aut tpe quo inteſtatus deceſſit. d. l. poſthumorum. d. § poſth. l. ſi quis poſthumos §. ſi filius. ff. eo. & l. ſi quis filio exhẽdato, in princ ff. de iniuſ. rup. teſt. & latius. ĩ in 9. q prin. illo articulo, an in ſuitate locus ſit edicto ſucceſſorio & per hoc continet dñam inter alia iura intellectualia. dixi pp patriam poteſtatem, & quandam domeſticitatem. per tex nostrum, & Inſti. de hæredum quali. & differentia. § ſui. & latius ĩ. dicetur.

Secunda quæſtio.

Secundo principaliter quæritur, quo iure ſuitas introducta ſit. Et breuiter rñdetur q a l. 12. ta introducta fuit, vt eſt tex Inſti. de hær. quæ ab inteſtato, in § 1. & per oñs a iure ciuili, vt dicit tex. in l. cum ratio, in prin. ff. de bonis damna.

Tertia quæſtio.

4 Tertio principaliter q̃ritur, quot ſint ſuitatis ſpecies. circa quod aduertẽdum, † q ſi ſuitatem tm̃ de iure ciuili conſiderare volumus, vna eſt, per quam quis efficitur hr̃s, velit nolit, & ſic cum neceſſitate cõiuncta erat, vt Inſti. de hær. quali. & diffe § ſui. ſed ſi eam conſiderare volumus de iure ciuili, & prætorio, poſt introductum beneficium abſtinendi, tunc dico imitando tres caſus conſideratos a Bar. in l. ſi filius, qui pñ. ff. de vulg. & pup. & ẽt imitando Bal. in l. cum antiquiorib. C. de iure deliberan. tres eſſe ſuitatis ſpecies. Prima. n. eſt ſuitas pleniſſima, qñ ſuus ſe immiſcuit, vt de condi. & dem. l. conditionib. pupillus, & notaĩ in l. oĩum. C. de teſta. Seda ſemiplena ſuitas eſt, qñ ſuus ſe abſtinuit. l. filius qui ſe patri. ff. de acq hær. cum ſi. Tertia eſt plena, qñ ſuus ſe non immiſcuit neq; abſtinuit. l. 3. C. de iu. delib. cum ſi. Quæ tres ſpecies latius & magis particulariter in 8. & 9. q. prin declarabuntur, videlicet an dictę tres ſpecies, vel aliqua ipſarum ſteriles ſint, aut aliquos effectus ſuitatis pariant.

Quarta quæſtio.

5 Quarto principaliter quæritur, qui ſint, aut appellari poſſint ſui hr̃des. † Ad q aduertendum q cũ tres diuerſæ ſpecies, aut qualitates hr̃dum reperiantur, vt per tex Inſt. de hær. quali. & dña, in prin. & per totum. cum quidã voluntarie tm̃ ſint, vt noſtræ ptãti nullo modo ſubiecti. de quibus ſatis ff. de hære. inſtituen. tractatur. quidam neceſſarii tm̃ vt ſerui, de quibus ẽt in l. a. eo. ti. & latius. C de neceſſarijs ſeruis, per totum. Quidam, & tertio, ſunt ſui, & neceſſarij, vt filij nepotes & deinde alij deſcendentes per lineam maſculinam tenẽtes primũ locum ſucceſſionis tpe mortis, vt d. §. ſui. & Inſti. de hær. quæ ab inteſt § 1. & de iſtis vltimis loquit. l. in ſuis, de lib. & poſt. ff ideo de iſtis latius tractandum eſt, vt plene intelligamus in quibus filijs, & deſcendentibus locum habeat, d. l. Sunt. n. filiorum ſpẽs quinq;, vt enumerat gl. Inſti. de ado-
6 ptio. in prin. † Quidam. n. naturales tm̃, vt ex concubina nati, vt Inſtitutio. de nup. §. fi. auc. licet. C. de nãli. lib. Quidam neq; lẽtimi, neq; naturales, vt ex dãnato coitu nati, vt in Auct. quib. mod. natu. effi. ſui. §. fi. Quidã, & tertio, lẽtimi tm̃, vt adoptiui vel arrogati, vt in tit. de adop. Quidã lẽtimi & naturales, vt ex legitimo matrimonio nati, vt Inſt de patria pote. in prin. Quidam legitimati, vt co. Auc. §. 1. Primi autem videlicet naturales tantum qui in poteſtate parentum non ſunt, vt Inſt. de patria pote. in prin. & l. item in ptãte. & l. nã & ciuiũ. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iu. Item qa ↄ pr̃is teſtm̃ venire non pñt. l. 1. in prin. ff. de ↄtab. ſui aut neceſſarij minime dñtur vt clare patet in l. 2. § ſuos ff. de ſuis, & legi. Multo igit minus ſcdi, videlicet nati ex damnato coitu per prædicta, de quibus duobus conſtat, d. l. in ſuis. loqui non poſſe. Tertij autem videlicet legitimi tantum. Aduertendum, quod cum arrogati, qui tempore

arrogationis

arrogationis in nullius erant poteſtate,tranſeant in arrogan-
tis poteſtatem,vt Inſt.de adop.in princ.merito ſui appellant,
vt patet per gl in l.3 § fi ff.de hær inſtituen.nec in eis iure no
uo quicquam immutatum eſt. ideo etiam in iſtis intelligere
poteſt d l.in ſuis. Adoptiui autem qui tempore adoptionis
erant in poteſtate patris naturalis,vt inſti de adoptio.§. impe
rio & ff.de adoptio.l.2.& ſiue iure antiquo tranſiſſent in ado
ptantis poteſtatem,vt ſup.dictis iuribus habetur, & per con-
ſequēs eo tempore ſui appellati potuiſſent vt appellat tex. in
d l.j.§.ſuos.ff.de ſuis & leg.hodie tamen cum mutatum ſit, vt
naturales patris poteſtatem non exeant, nec intrent in pote-
ſtatem patris adoptantis,quando adoptans extraneus erat.
Secus autem ſi eſſet auus paternus vel maternus, Inſt de ado
ptio.§.ſed hodie.& C.eo.tit.l.cum adoptiuus.ſui minime ap-
pellantur. Nec contra partis teſtamentum venire poſſunt, vt
d.l.cum in adoptiuis.§.ſed ne articulum,niſi patre adoptante
ab inteſtato decedente,quia tunc etiam vt ſuus ipſi ſuccedit.
dicit tex.in d.l.cum in adoptiuis.§. ſed ſiquidem.in fi Sed an
dicto caſu proprie dicantur ſui ita,quod in eis poſſit intelli-
gi lex noſtra & ſuitas in eis effectus ſuos operetur. Vel an dici
poſſit quod ex quo non ſunt in poteſtate ſit quarta ſpecies
hæredum addenda ad tex.inſti.de hæred. qua. & differentia.
quæ appellari poſſit ſpecies hæredum ſuorum. & non neceſ-
ſariorum.infra 5.proxi.q.princ.patebit. Quarti autem ſunt le
gitimi,& naturales, qui tenētes primum locum ſucceſſionis
tempore mortis eius in cuius poteſtate ſunt,de cuius hæredi
tate agitur ſui & neceſſarij appellatur,Inſti.de hæred.quali &
differentia.§.ſui.Inſt.de hære.quæ ab inteſta.§ fi. & l. item in
poteſtate.& l.nam & ciuium.ff.de ſtatu ho.Et in iſtis indubie
procedit d.l.ſuis.licet aliter de neceſſariis mentionem non fa
ciat.quæ tamen neceſſitudo ſatis comprehenditur, cum fiat
mentio de ſuitate a qua cauſatur.vt infra proxime patebit. Il
li vero qui primum locum ſucceſſionis tempore mortis eius
de cuius hæreditate agitur non tenent, & ſi in poteſtate eſſe
dicantur,vt d.l nam & ciuium.& inſt.de pat.pot.§ pen.ſui ta-
men non ſunt.vt d.§ ſui.& d.l. poſthu. Sed an propter patriā
poteſtatē neceſſarij appellari poſſint,vt ſi ab auo hæredes in-
ſtituantur de neceſſitate hæres ſint,vt ſunt ſerui propter do-
minicam poteſtatem.ita q etiam dari poſſit alia ſpecies hæ-
redum vltra poſitas in d.tit.inſti.de hęredum qua & differen.
7 nouiter in v.proxi.q.princ.videbimus.†Et cum quidam ſimi
liter filij eſſe dicantur,qui cum ſui tantum ſint,& non in po-
teſtate,ſecundum Bal.in l.qui ſe patris.circa princip.C. vnde
liberi.& per eundem in l.ſi filius hær.C.eo. vt ſunt filij cōce-
pti in vita patris, & nati poſt patris mortem qui in poteſtate
patris non ſunt neque fuerunt ſecundum eum.l.fi ff.de colla.
bo.& l.fi § j ff.de aſſignan.lib cum antiqui reſeruauerint om
nia iura libero ventri.l.antiqui.ff ſi pars hær.pe.& l.qui in vte
ro.ff.de ſtatu ho.& l.Titius.cum ſeq.l.de ſuis & legi. ideo ſui
appellantur,ſecundum eum. Sed an neceſſarij appellari poſ-
ſint.infra ea.5.proxi.q princ.videbimus. Quinti autem & vl-
timi,vt legitima i ſiue per curiam ſiue per principem ſui di-
cantur,vt in Aue.quib.mod effi.ſui.§ j.verſ.quibus cōnume
rari.& in rubro,& nigro in d.auc.quæ tamen legitimatio , an
in legitimorum præiudicio trahatur, vide Bart.in l.Gallus.§.
& quid ſi tantum.ff.de libe & poſthu.

Quinta Quæſtio.

Quinto principaliter videndum eſt,vn-
de ſuitas ipſa cau-
8 ſata fuerit,aut originem traxerit.† Pro cuius declaratione ad
principia huius materiæ recurrere neceſſe eſt.Moribus enim
& approbata conſuetudine inductum eſt,vt Romani ciues.i.
ſubditos Romano imperio filios ſuſceptos ex iuſtis nuptiis I
eorum habeant poteſtatem.l.patre furioſo.l.ita in poteſtate.
.l.nam & ciuium ff de his,qui ſunt ſui,vel alie.iu inſti. de pat.
pot.in princ Quę prima poteſtas octo effectus operatur,quę
enumerat gl.Inſt.de pat.pot.§.ius autem. Quare factum eſt,
vt diuino quodam vinculo pater & filius ligati aut iuncti di-
cantur,vt per tex.in l. cum in adoptiuis. ver. quis patiatur iu-
ra C.de adop.Iō vna & eadem cenſerut eſſe pſona patris,& fi
li.j.l fi.C.de impu.& aliis ſubſt.& facit gl.in l.2.C qui ætate, &
profeſſione a munere ſe excuſant.lib. x. Intantum q in d.l in
ſuis,dr ſui dñi,quodāmodo in vita patris eſſe dñr,& poſt mor
tem patris tale dñium in eos continuatur. cauſatam igit ſuita
tem dicere poſſumus ab his omnib.ſimul conſiderans, vide-
licet a pat pote.perſonarum identitate. & q dñi in vita patris
quodammodo dñt , & poſt mortem dñium continuatur. ex
quibus domeſticitas q̄dam,& maxima inter eos ↄ̄cta eſt. Ad
q tca.Inſt.de hær.qual.& differentia.§.ſed ſi quidē, vt ea his.
Et ſui etiam neceſſarij appellati ſunt,vt ibidem dicit text.in §.
in neceſſariis , non ergo vt in ſeruis dictum eſt pat.pot.ſolam

cauſaſſe neceſſitatē :'ſed etiam iunctis prædictis & maxime ↄ-
tinuatione dñij,quam multum iura conſiderāt , dum de ſuis
loquuntur,licet principale eſſe videatur ipſa pat.pote.tñ non
eſt ſola, vt probatur primo per tea ff de teſta.l. Cornelia.in fi.
dum dicit,ſuus dici non poteſt qui in poteſtate morientis nō
9 fuit.†Secundo,quia per emancipationem ius patriæ poteſta-
tis tollitur,vt Inſt qui.mo.ius pat pot.ſolui.§.præterea.& op-
time facit tex. in l.iubemus.circa fi.C.de emancip.lib. dum æ-
quiparat emancipatos manumiſſis.& tamen nedum neceſſi-
tas p emancipationem, ſed immo ſuitas ipſa & totum ius ſuc
cedendi tollitur.Inſt.de hær.quæ ab inteſt.§.emancipati.& l.
j.§.filius aut ff.de ſuis & legi.Immo tex.in d.§.emancipati.di-
cit q immo non ſunt ſui,qiña in poteſtate parentis eſſe deſie
runt pater ergo primo q pat pot.non fuit cā ſolius neceſſita-
tis,ſed etiam ſuitatis.Et ſecundo patebit, q pat.pote.ſola non
fuit cā ſuitatis,nec etiam neceſſitatis , ſed aliis concurrentib.
Nam videmus q non tenentes locum primum ſuccedēdi ēt
ſunt in poteſtate,vt Inſt de pat.pot.§.ius.& d l. nam & ciuiū.
& d.l.poſthumorum.& tamen ſui proprie nō ſunt,vt d §.ſui.
& l.j.§.filius.& ſeq & § ſciendū.ff.de ſuis & leg & d.l.poſth.er
go pat.pot.ſola non fuit ēt cā,aut origo ſuitatis.& intellige q
exiſtentes in poteſtate non tenentes primū locū ſuccedendi
10 non ſunt ſui proprie.†argo tamen modo ſui appellantur,in l.
ſuus quoque in princ.ff.de hær.inſt & facit gl.in l ſed ſi ſub ↄ-
ditione.§ depoſ.es,eo.tit. Et hinc eſt, q iura ſuos,& neceſſa-
rios hæredes appellant tanq̄ intelligere videantur q ſtatim ēt
appellari dicantur neceſſarij, tanquam ſuitas non ſit ſine ne-
ceſſitate,& econtra in ſuis hæredibus, vt patet in text.in d.l.j,
§.ſuus autem.& §.ſciendum. ibi filios ſuos tantum appellat.
Et econtra prædictos filios neceſſarios tantum quandoque
lex appellat, vt eſt tex.in l.neceſſarijs.ff.de acqui.hære. vbi etiā
eſt glo.quæ ad prædicta bene facit.Ideo tex.in d.§.ſui.Inſt.de
hær.qua.& differentia.tantum tres ſpecies hæredum fecit,vt
prædixi & non conſiderauit quartam ſpeciem videlicet ſuo-
rum tantum, vt filiorum vel neceſſariorum tantum,vt nepo-
tum,vt conſideraſſe videtur Bal.in d.l.qui ſe patris.C. vnde li
beri.& in l.ſi filius hæres.ff.eo.vt etiam latius infra patebit.
Ad prædicta etiam bene facit text.& vi.in d § ſed ſi quidē
Inſti.de hæredum qualita.& differen.dum expreſſe dicit ſuos
ideo appellari,quia domeſtici hæredes ſunt,& quia quodam
modo viuo patre hæredes exiſtimantur , & ſic tanquam ſui-
tas dicta'domeſticitate,& dominij continuatione cauſata ſit.
tamē dum ſubdit tex.ibi q etiam neceſſarij dicuntur. reddit
rōnē,quia velint nolint ſunt hæredes. nō autē dicit qa ſunt in
11 ptāte.†Ita q patet ex eiſdem cauſis ſimul neceſſitatem & ſui
tatem in deſcendentibus,ortum habuiſſe,licet ſuitas effectus
fauorabiles ſuis pariat,vt tranſmiſſionem hæreditatis non a-
gnitæ,vt l.apud hoſtes.C.de ſuis,& legi. & neceſſitas effectus
ſuos pariat in fauorem patris,cuius intereſt habere hæredē ,
vt l.Iulianus.ff.de acquiren.hære & inſti de vulga.& pupilla.
§.is igitur.Ex quibus clare reſpondetur ad id, quod ſupra ter
tio loco indeciſum dimiſi,videlicet quod exiſtentes in ſuita-
te ſi primum locum non tenent ſuccedendi tempore mortis
non poſſunt neque ſui neque neceſſarij hæredes appellari ēt
ſi nepos, quem filius præcedebat ab auo inſtitutus fuiſſet.Se-
cus tamen eſſet ſi filius eſſet exhæredatus,& nepos inſtitutus
quia cum filius exhæredatus pro mortuo habeatur l.j.§.ſi pa
ter.de coniungen.cum emancipa.libe.dictus nepos, vt ſuus,
& neceſſarius auo ſuccedet,vt eſt tex.no. in l.qui in aliena §.
interdū.ff de acq hær.Et rō eſſe pōt,qa dictus nepos eſt in po
teſtate,& filius,q eū p̄cedebat pp exhæredationē ſummotus
eſt de medio,q̄ exhęredatio pp ſuitatē nepotis inſtituti poſt
mortē teſtatoris ſine medio fuit ↄfirmata.ſecus aūt ſi filius eſ
ſet exhr̄datus nepos p̄teritus extraneus aut ēt alius ſuus inſti
tutus,quia tūc nepos p̄teritus non diceret ſuus , neq; rūperet
teſtm̄ poſtq̄ non hēt aui voluntatē,vt vltra Doc. dictū eſt in
12 l.ſi q s poſth §.ſi q s filiū.ff.de lib & poſtb.†Ea p̄dictis ēt deter
minari pñt ea,q̄ s.,pai.q.p̄ciſa relicta sūt,videlicet primo ado
ptati ab extraneo cū non trāſeant in ptātē adoptātis, nec in eos
ↄtinuet dñium non pñt ſimplr,& abſolute ſui appellari. Nec
ob tex.d.l.cū in adoptiuis.§.ſed ſi q dē. qa ibi eſt ſpeciale for-
te pp illud,q diſpoſitū fuerat de iure antiquo,quo p adoptio
nē adoptati pdebāt naturalis pr̄is ptātē,& intrabāt poteſtatē
pr̄is adoptantis,& iō illo iure erāt ſui,vt s.dictum eſt. Iō tanq̄
aliquid hodie remanſerit de iure nouo,'dici poſſunt in dicto
caſu ſui tm̄ pp aliquas reliqas,quas hr̄e dicant. Sicut in ſimili
dixit gl.no.in emancipato. Inſti.de tutelis.in §.fi Et ſimili mo
do ex prædictis determinari poteſt ſm dubium, q ſupra pro
xima q.deciſum non fuit,vt ↄcepti in vita & nati poſt mortē
dicant ſui & neceſſarij,ſi vēter primū locū tenebat tpe mor
tis.Nec ob.l.fi.ff.de coll bo.& l.fi.§ j.ff.de aſſigna lib. qa verū
ē,vt ibi dicit tex q anteq̄ naſcant,nō ſunt in pat.pot.vt Inſti.
q.mo.ius pat.pot.ſol §.illud aūt.Sed tm̄ poſt natiuitatē, & rō

eſſe poteſt, goia non eſſet fauor ventris, ideo quo ad illud pro
nato non hr̃, ut l. qui in vtero. de ſta. ho. ff. Sed poſtq̃ naſcitur,
hr̃ perinde ac ſi in poteſtate natus eſſet. l. quod dr̃. ff. de libe.
13 & poſthu. † Ideo ſecum fit collatio, vt d. l. fi. & ideo edictum
ꝙ de filijs in poteſtate loquitur, etiam poſthumos compræ-
hendit, & ita vult tex. in d. l. fi. §. 1. ff. de aſſi. lib. & ideo ſi ſunt
præteriti, teſtm̃ rumpunt, vt d. l. quod dr̃ & l. commodiſſime.
ſup. eo. & l. 2. §. ex his. ff. de iniuſto rup. teſta. quod ſane intelli-
ge de nepotibus conceptis in uita aui & natis poſtea: alias ſi
poſt mortem aut conciperentur, neq; ſui, neq; in pr̃ãte aui di-
ci poſſent, quia auo non agnaſcuntur, vt eſt tex. in l. Titius. ff.
de ſuis, & legi. l. ſi quis filio exhæredato. in princ. ff. de iniuſto
rup. teſta. Ex quibus etiam apparet reſponſum ad tertium, vt
exiſtens in poteſtate ſi primum locum non teneat ab inteſta-
to, etiam ſi inſtituatur, neceſſarius dici non poteſt, licet ſit in
poteſtate teſtantis, quia hæc neceſſitas non eſt cauſata a ſola
patria poteſtate. Nec prædictis obſtat tex. in Auctẽ conſtitu-
tio, quę de dignitatib. liberat filium a patria poteſtate in prin.
colla. 6. vbi hr̃ quod filiusf. propter dignitatem exit patris po-
teſtatem, & tñ iura legitimorum non perdit, ut eſt tex. in §.
illud. eod. tit. Pro quo etiam optime facit, quia dignitas ſacer-
14 doralis ordinis † liberat filiumfa. a patria poteſtate, ſm̃ Hoſt.
in c. videntes. de æta. & quali. Facit etiam quod de ep̃ali digni
tate dicit tex. in auct. ſed dignitas. C. de epiſc. & cle. & tñ iura
ſuitatis non perdunt. l. Deo nobis. C. de epiſ. & cleri. Nam di-
co, ꝙ quidam eſt modus, quo filius in totũ & ſimpliciter exit
patriam pr̃ãtem, vt per emãcipationem, tunc ſuitas perditur,
vt in §. emancipati. Inſti. de hære. quali. & dif. Quidam eſt mo
dus quo filius exit patriam pr̃ãtem ad ſui præcipuum & ſingu
lare priuilegium in honorẽ dignitatis adeptæ, & tunc eatenus
liberatur a patria pr̃ãte, quatenus damnum patria pr̃ãs eſſet al
latura: nam quatenus commodum poſſet afferre, vt patet in
tex. d. §. illud, in prin. & in fi. ideo nimirum ſi in prædictis ſui-
tas operatur effectus concernentes commodũ dictorum fi-
liorum, quia in prædictis caſib. non dr̃ eſſe ſuitas ſine patris
pr̃ãte. Et pro hoc ẽt adduco, quod dixit Cy. in l. nepotes. ff. de
15 his, qui ſunt ſui. † Quod ſtante conſuetudine ꝙ aliquo dece-
dente ſine filio in ſua pr̃ãte bona ſua pertineãt ad regnum ter
ræ. Nam ſi aliquis decedit cũ filio ſacerdote, uel in alia digni-
tate conſtituto, non dr̃ ſine filio in ſua pr̃ãte decedere, ꝙ ẽt ſe
quitur Bal. in l. apud hoſtes. C. de ſuis & leg. & in d. l. Deo no-
bis. Sed forte hoc caſu non poſſet dici neceſſarius, poſtq̃ ſolũ
dr̃ eſſe in patria pr̃ãte quo ad eius commoda, ita ꝙ ẽt hoc ca-
ſu ante introductum beneficium abſtinendi potuiſſet talis fi-
lius ab hr̃ditate dicti patris abſtinere. ex quib. conclude ꝙ de
iure ciuili non ſit dare proprie ſuum hr̃dem, qui nõ ſit in pr̃ã-
te & neceſſarius, niſi rõne adeptę dignitatis, quod eſt ꝯ Bald.
in repe. d. l. in ſuis. & in l. qui ſe patris. C. vnde liberi.

Sexta quæſtio.

16 Sexto † principaliter quæritur, quid ſit beneficium ab-
ſtinendi, & ſic vr̃ poſſe diffiniri aut deſcribi, vide-
licet, ꝙ ſit ius quo ſui & neceſſarij liberum arbitriũ in adeun-
da hæreditate uel abſtinenda habent. quã diffinitionem opti
me probare vr̃ tex in hac materia optimus in l. nam nec emã-
cipatus. ff. de leg. 1. Et ꝙ ſit ius, probat tex. in l. iam dubitari. ff.
de hære. inſti. & ideo aliter in prædictorum verborum decla-
ratione non inſiſto, præſertim cum inferioribus proximis
quæſtionibus declaranda veniant.

Septima quæſtio.

Septimo principaliter quæritur, an iure prætorio tm̃
vel ẽt iure ciuili introductum ſit beneficiũ
abſtinendi. Circa qd̃ aduertendũ, ꝙ & ſi a principio bñficiũ
abſtinendi ſuis conceſſum fuerit a prætore ex quadã æquita-
te, ne creditorib. patris velint uolũt eſſent obligati. Inſt. de hę-
re. quali. & differ. §. ſed & his permittit prætor. & in l. in neceſ-
ſarijs. ff. de acqui. hære. vbi de proconſule. 1. prætore mentio-
nem facit tex. ad quod ẽt l. ſi filius, qui patri. ff. de vul. & pupil-
17 la. dum tex. dicit, in ſuis. n. exiſtimo prætorẽ facturũ, &c. † Tñ
Bal. dum Papiæ legit, dixit ꝙ ẽt de iure ciuili hodie filij abſtine
re pñt. Ad quod ꝓbandum. pro ſingulari allegat caſum in l. fi.
§. & hoc quidẽ ibi dum dicit, ex pręſentis legis auctoritate C.
de iure delib. quẽ ꝓ multũ ſingulari & notabili notat ipſe in l.
1. C. de his qui ante aper. tab. & in l. ſi paterna. C. de reuoc. his,
quæ in frau. cre. Scd̃o ad idẽ allegat l. 1. C. ſi vt ſe ab hr̃dita. ab-
ſti. ubi conſtitutio Principis, & ſic ius ciuile, ut l. ius ciuile. ff.
de iuſti. & iure. permittit ſuo abſtinere, ergo eſt de iure ciuili.
Tertio allegat. § placebat. Inſti. de legi agno. ſuc. ubi per Impe
ratorẽ pmittitur edictũ ſucceſſoriũ inter agnatos & ſui ſunt
agnati, vt Inſt. eo. in prin. Qđ edictum ſucceſſorium hẽt duo
extrema. Primum, vt exiſtentes in primo loco poſſint abſtine
re. Scd̃m, ꝙ ſequentes poſſint adire uel immiſcere. cum ergo
de iure ciuili per d. tex. edictum ſucceſſorium permittatur, ſe
quitur ꝙ ẽt de iure ciuili bñficium abſtinendi permiſſum di-
catur. Quarto ad idem optime probari vr̃ per tex. l. defunctis
C. de legi hære. ubi Imperator, vt ex ſup. ſcripto illius l. appa-
ret, quia ſunt l. Imperatoris, dicit, ꝙ ſuis extantib. & abſtinen-
tib. frater iure conſanguinitatis ſuccedere põt. ergo vtrunq;
extremum Imperator ibi permittit, videlicet abſtenſionem
primorum & ſucceſſionẽ ſequentiũ & hanc opi. ſecutus eſt
Bal. in l. 1. de his, qui ante aper. ta. & in d. l. ſi pater. & l. qui ſe pa-
tris & in ca. 1. an filius uel agnatus, in vſib. feu. dicens ꝙ forte
ibi de hoc eſt tex. dum dicit, filium non poſſe abſtinere ab hæ
reditate paterna & repudiare feudum, ſed vtrunq; bene põt
repudiare. Eãdẽ opinionẽ ſecutus eſt do. Bar. de Sal. in l. apud
hoſtes. C. de ſuis & legi & in repetitione. l. ſi filius q patri, de
vul. & pup. Et vltra prædicta de hoc dicit eſſe caſum in l. 1. cir
ca prin. ff. de colla. do. dum mentionem facit ibi textus de cõ
ſtitutione diui Pij, quæ iuris ciuilis ſunt. d. l. ius ciuile. ff. de iu-
ſti. & iure. Et multum intereſt, cum beneficia prætoria ſint
annalia. l. 1. §. largius. ff de ſucceſ. edicto. l. emancipata. C.
qui admitti. l. in honorarijs. §. ſed cũ reſciſſa, de actionibus &
obli. Si autẽ eſſet de iure ciuili, eſſet perpetuum, vt Inſt. de pee
pe. & tpa act. in prin. & l. licet. C de iure delib. quod dicit eſſe
vtile, & notabile. Contrariũ tñ de iure verius puto. Videmus
enĩ tex. dum de dicto beneficio abſtinendi mentionem facit
de prætore illud permittente loqui, vt in d. §. ſed & his pmit-
tit prætor. & in d. l. in neceſſarijs. & in d. l. ſi filius qui patri. &
in d. l. nam nec emancipati & in l. paterfa. de priuile. credit. Et
ſimiliter gl. oẽs ita intellexerunt. Et ẽt qñ voluerint, ꝙ ſequẽ-
tes poſſent ſuccedere de iure ciuili, intelligũt primis abſtinẽ-
tib. de iure præto. & ita intellexit glo. fi. in l. qui ſe patris, in fi.
18 dum allegat dictum. §. ſed his permittit prætor. † & ita ẽt in-
telligit Bar. materiam ſucceſſorij edicti ibi, & in l. 1. §. fin. ff. de
ſuis & legi. & ita ẽt intelligit gl. in l. 1. § quib. ff. de ſucceſſorio
edicto. Nec aliter vr̃ bene poſſe intelligi: nã ſequerentur mul
ta inconuenientia & abſurda, ꝯ l. nam abſurdum, de bo. lib. &
l. exiſtimo. de uer. ob. Primo. n. ſequeretur ꝙ nõ confirmarẽ-
tur tabulæ pupillares filio inſtituto hodie abſtinente, quia ſi
iure ciuili abſtinere poſſet, penes ipſum nõ remaneret nudũ
nomen hæredis, cum ius ciuile, qd̃ ſuitatem & patriam pr̃ãtẽ
introduxit, d. l. nam & ciuium ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iu-
ris, poſſet illam tollere, & ẽt nudũ nomen hæredis, cum in ſi-
mili ita faciat, in auc. hoc amplius C. de fideic. ubi ẽt adeuntẽ,
non implentem voluntatẽ teſtantis. ĩ. annum, in totum facit
deſinere eſſe hæredem, qd̃ prætor facere non poſſet. Inſti. de
bonorum poſſ. §. quos aũt. & ſic eſſet correcta hodie l. filius,
qui ſe patri, & l. Iul. ff. de acqui hæred. quæ uolunt ꝙ ſola exi-
ſtentia ſuitatis confirmet tabulas pupillares, ut ĩ. latius pate-
bit in 9. q. principali. Nec ſimiliter daretur confirmatio teſta-
menti, quod ſimiliter eſt falſum. ut ĩ. in d. 9. q. patebit. Nec ſi-
militer daretur tranſmiſſio hr̃ditatis non agnitæ ad quoſcun
que, per l. apud hoſtes. C de ſuis & legi. & l. ex militari. §. fi. ff.
de re mili. de quo ſimiliter in d. 9. q. Et ſimili mõ omnes nota
biles effectus ſuitatis eſſent ſublati, & per conſequẽs, ll. loquẽ
tes de dictis effectibus eſſent correctæ, quod quantum fieri
poteſt, vitandũ eſt, vt iura vulgaria uolũt. l. pręcipimus, cũ ſi.
19 C. de ap. † Et maxime ꝑ quādã ꝯñam, & tacite uel argumẽta
tiue l. correctio eſt euitanda, per gl. ſing. in c. cupientes. §. qd̃
ſi per io. de elec in 6. igitur non eſt dicendum, beneficium ab
ſtinendi introductum eſſe de iure ciuili, ſed tm̃ pretorio. Nec
ob. tex. quem pro tam ſingulari allegat Bal. in d. §. & hæc q-
dem immo nullo modo facere videtur. Primo, quia dici po-
teſt ꝙ in ſuis non loquitur, quia dicit adire. ſuorum enim eſt
immiſcere, non adire, ut Inſtitu. de hęred. quali. & differentia.
§. extraneis. & facit ꝙ not. in l. is qui putat. ff. de acqui. hæred.
Scd̃o, quia & ſi ille tex. dicat licet adire hæreditatem, & ſine
damno ab ea diſcedere ex præſentia l. auctoritate. Aduerten-
dum eſt, quia lex illa nõ ſequitur de abſtenſione uel repudia-
tione, ſed diſceſſione ab hæreditate, quia ſi hæres adiuit & in-
uentarium ab illa. l. inductum confecit, poteſt ſine damno di
ſcedere, non per viam abſtenſionis uel repudiationis, quia de
illa non loquitur illa lex, ſed quia ſi hæreditas nõ ſit ſoluendo
creditoribus, tantum ſatisfacere tenetur de bonis hæredita-
tarijs, & nihil de ſuo refundere, ideo diſcedit ſine damno ab
20 hæreditate † & iſta eſt propria illius tex. intentio recte intuẽ-
ti, ergo non facit ad propoſitum. Nec ſimiliter ob. ſecundum
videlicet d. l. 1. ſi vt ſe ab hæredi. abſti. Nam licet dicat, ſi vos
hæreditati paternæ non immiſcuiſtis, illud dicit referendo fa
ctum, non ꝙ dictam poteſtatem ſibi dare videatur. & ita ibi
intelligi vr̃ a Iac. Bu. Aliud. n. eſt referre, aliud diſponere, ſm̃
gl. in l. Gallus. §. idem credendũ ff. de lib. & poſthu. præterea ſi
Imperator voluiſſet tale, & tam magnum beneficium intro-
ducere,

ducere, & tot ll. corrigere, pro certo non ita obſcure & ſimpliciter illud dixiſſet. pp quod etiã ſatis dici poteſt eſſe reſponſum ad dictum. § placebat. Et maxime, q̃a ibi Imperator tñ de nouo introducit ſucceſſionem ſequentium in gradu, nec de primis repudiantibus aut abſtinentibus diſponit. Circa ergo ſm extremum edicti ſucceſſorij ius diſponit, videlicet circa admiſſionem, non autem circa primum extremum, videlicet circa repudiationem vel abſtentionẽ. ſciuiſſet.n. circa abſtenſionẽ expreſſe & clare diſponere, ſi tot ll. & effectus voluiſſet corrigere, argumento l. vnicæ. §. ſin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. imo & recte intuenti d. § placebat, non loquitur in ſuis, ſed in alijs agnatis, ut latius patebit. ĩ. in nona qõ. principali, in ſecundo effectu ſuitatis, dum tractabimus

21 an edictum ſucceſſorium locum habeat in ſuis. † Et per prædicta etiam patet reſponſum ad quartum, videlicet ad dictã l. defunctis vbi ſimiliter Imperator non diſponit de abſtẽſione, licet ſucceſſores poſtea uocet, & ita dictam l. ubiq; allegãdo Bar. intelligit, licet Bal. in eius intellectu vbique variauerit. Nam ibi eam intelligit ꝙ abſtineat de iure ciuili, propter ſubſtitutum vulgarem vel cohæredem extraneum, quod eſt penitus diuinare ad dict. l. Sed in l. qui ſe patris, intelligit ꝙ loquatur dicta l. defunctis, de æquitate iuris ciuilis, non de rigore, quod ſimiliter eſt diuinare. Sed in d. l. 1. C. de his qui ante aper. tab. tenet dictam l. defunctis, loqui etiam de abſtenſione introducta de iure, quod non ꝓcedit per prædicta. Propter quæ etiam reſponſum apparet ad d. c. 1. an filius uel agna. quia licet mentionem faciat, quod filius poſſit abſtinere repudiando feudum, tñ non dicit ꝙ illud faciat auctoritate illius l. Et ſi pur pertinaciter dicere velles, quod illud diſponat, qñ in hæreditate eſſet feudum, tamen ad alios caſus non eſt trahendum. nec etiam obſtat l. 1. in princ. de colla do. allegata per do. Bar. de Sal. quæ l. tantum vult, quod vbi collatio dotis inducta erat a prætore, ſi petebat bonorum poſſeſſionem per illam l. dicitur, quod etiam ab Imperatore inducta eſt ſi modo filia ſe bonis paternis immiſceat, nec ſi filia abſtineret aliquid dicit illa l. nec a ɜrio ſenſu illud dicendum eſt, poſtq̃ reſultaret abſurdum & correctio multarum ll. l. 2. C. de condi. inſer. Et ſi tamen velles arg. a ɜrio ſenſu ex illa l. ſumere, tñ non probaret ꝙ Imperator dederit licentiam abſtinendi, ſed potius ille contrarius ſenſus referri deberet ad prætorem introducentem beneficium abſtinendi. Nec obſtat etiam text. in Auc. conſtitutio, quę de dignitatibus. §. illud. col. 6 quia ibi tantum quo ad commoda ſua propter adeptam dignitatem dicitur exuiſſe patriam poteſtatem, ut ſup. in 5 q. principali

22 dictum eſt. † Relinquitur ergo quod poſtq̃ multa iura expreſſe dicunt, prætorem introduxiſſe beneficium abſtinendi, & poſtq̃ multa iura correcta eſſent & effectus ſuitatis ſublati, ſi diceremus quod de iure ciuili beneficium abſtinendi eſſet introductum, leges ſimpliciter loquentes de beneficio abſtinẽdi, & non exprimentes a prætore vel ab Imperatore introductum fuerit, intelligere debemus ꝙ loquãtur de beneficio abſtinendi a prætore introducto, & ibi intelligere debemus. l. ſi paterna. C. de reuocan. his quæ in frau. cre. l. ei qui ſe non immiſcuit. de acq. hęre. l. 1. §. ſunt qui in poteſtate. ff. ſi quis omiſ. cau. teſt. l. cum quaſi. §. ſed & ſi quis. de fideicommiſ. liber. l. ſciendum ff. de manu. teſt Ex quibus omnib ſecundo concludo, beneficium abſtinendi in ſuis introductum & inuentum eſſe de iure pretorio non ciuili, & erit perpetuum, & non annale, ɜ Bal. Bar. de Sali. & qd non ſit annale, ſed perpetuum, vt voluit Bar. de Sali. per §. largius. & l. emancipata & § ſed cum reſciſſa. probatur, quia dicta iura loquuntur, quando in beneficio prætoris ille cui conceſſum eſt, habet aliquid agere vel agnoſcere bonorum poſſeſſionem, vel intẽtare aliq̃ actionẽ. Sed qñ prętor introduxit bñficium abſtinendi, reduxit ſuum ad inſtar emancipati abſq; alio hoĩs facto. l. ei qui. ff. de acqui. hæred. & l. nam nec emancipatum. de leg. 1. ut latius patebit ĩ. proxima 8. q. & etiam in 9. in tertia ſpecie ſuitatis, in articulo, an ſequatur, filius, ergo hæres, ita qd prętor per dictum beneficium abſtinendi non ſubuenit ſuis per viam actionis, ſed magis per viam cuiuſdam exceptionis, & ideo tale beneficiũ non eſt annale. pro quo facit, quod in ſimili dicitur in l. pure. § fi. ff de excep. & in l. licet. C. eo. ti. vbi habetur, ꝙ annalia ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum.

Octaua quæſtio.

23 Octauo † principaliter quæritur, quid circa ſuos beneficium abſtinendi introduxerit aut fecerit, & tunc tex. varijs & diuerſis & quodammodo cõtrarijs modis loqui videntur. Et primo tex. Inſti. de hære. qua. & dña. §. ſed his permittit prætor, dicit ꝙ volentibus abſtinere ſe ab hæreditate, vt potius parentis bona, quam ipſius creditoris poſſideant; non tñ exprimit, an debeant dictam voluntatem ponere in eſſe, eodem modo loquitur tex. in l. in neceſſarijs, dũ dicit, proconſul abſtinendi poteſtatem facit, ut quamuis creditoribus hęreditarijs iure ciuili teneanĩ, tñ in eos actio non datur, ſi velint relinquere hẽditatem. Tertio ad idẽ facit text. in l. pater filio. ff. de priuil. credi. uer. rñdi. dum dicit, ꝙ prætor filio, qui paterna hæreditate ſe abſtinuit, præſtat, ne bonis patris eius uenditis in eum actio detur. Quarto ad idem tex. in l. 1. C. ſi vt ſe ab hæredi. abſti. dum dicit, poſtq̃ ſe abſtinuit, creditoribus non teneĩ. Quinto facit tex in l. 1. §. ſunt qui in poteſtate, dum ad literam dicit, qui ſunt in poteſtate, ſtatim hæredes ſunt ex teſtamento vel ab inteſtato, nec quicquam facit quod ſe abſtinere poſſint. Aliter loqui videtur tex. in l. nã nec emancipatus. de leg. 1. dum dicit, quod poſtquam talis abſtinendi poteſtas cõceſſa eſt, perinde ſit ac ſi liberum arbitriũ in adeunda hæreditate habuiſſet, ita ꝙ in dubio non videtur hæres adeo eſſe, vt ius in eius perſona cauſarum dicatur. Ad quod etiam bene facit tex. in l. ei qui ſe non immiſcuit. ff. de acqui. hære Alio etiam & diuerſo modo loqui videtur tex. in l. cum quaſi. §. ſed & ſi quis. ff. de fideicom. lib. dum dicit, ꝙ non eſt ſine hęrede, qui ſuum hæredem habet, licet abſtinente ſe. Ad idem tex. in l. ſciendum. ff de manu. te. dum dicit, ſciẽdum eſt neceſſario hærede exiſtente quamuis ſe abſtineat, tñ libertates competere. Magis etiam rem iſtam dubiam reddit tex. in l. ſi filius qui patri. ff. de vulg. & pu. quæ vult, ꝙ filius poſſit paternam repudiare, & pupillarem acceptare, quæ confirmata eſt ſuitate filij abſtinentis, ita ꝙ dictus filius abſtinens reſpectu paternę, non dicetur hæres, & reſpectu confirmationis pupillaris dicetur hæres. Ad ꝙ bene facit l. quæſitum. & l. filius qui ſe paterna & l. Iul ff. de acquir. hære. Quod mirum vr̃ eſſe, cum tex. in l. pro hærede. §. Papinianus. ĩ. de acquir. hære. dicat, cum ſe filius abſtinet, debebit conſequi iure prætorio, ꝙ emancipatus conſequitur, qui hæreditatem repudiauit. tamen hic §. Papi. poteſt intelligi quoad hoc, an poſſit a libertis patris quicquam petere, ꝙ ſibi & filio nominatim dandum erat. vel loquitur tantum inſpecto iure prætorio, non iu-

24 re ciuili introducente ſuitatem. † Pro concordia tamen dictarum ll. imitando theoricam Bar. in d. l. ſi filius qui patri, conſidera tres caſus, aut tres ſuitatis ſpẽs. Prima, ſi filius ſe paternæ hæreditati immiſcuit, quo caſu prætori beneficium nihil operatur, per d. l. ſi filius qui patri, dum dicit, ſponte ſuſceptis, ꝗa prætor dicto caſu non loquatur, facit l. neceſſarijs. & l. cum bonis. ff de acq hære. & l. 1. C. ſi ut ſe ab hære abſti. Dr̃.n. tunc hęres re & nomine, & reuocari regl'r non põt, ut eſt tex. in l. ſi ius hæres. C. de repu. hære. iõ de iſto caſu aliter tractandũ nõ eſt, cum nõ ſolum ſit hr̃s uirtute ſuitatis, ſed ẽt immiſſionis. nec tunc per prætorem aliter ſubuenitur, niſi rõne ætatis & læſionis, ut d. l. in neceſſarijs. Scda ſpecies eſt, qñ exp̃ſſe ſe abſtinuit, & tunc dr̃ hr̃s noĩe, & non re. tex. eſt in l. ſi ea modica. §. ſi filius. ff. de bonis liber. Sed tunc ẽt iſto caſu aduertendũ & ſubdiſtinguendum eſt, quia qñq; iſte abſtinẽs dr̃ hęres nomine ſimplici & oĩno ſterili, ut qñ ſequens in gradu poſt abſtenſionem adiuit. l. 2. §. ſed & ſi ſint. ff. ad Tertul. facit l. ꝙ ſi minor. §. Scæuola. ſup. de minor & l. qui ſe patris. C. vñ liberi. & l. defunctis. C. de legi. hr̃di. Qñq; iſte abſtinens dr̃ hæres nomine ſimplici, ſed non oĩno ſterili, qñ ſequens in gradu poſt abſtẽſionẽ non adiuit vel agnouit, quia tũc & abſtinens poteſt pęnitere. l. fi. C. de repu. hære. facit. l. pro hærede. §. Papi. de acq. hære & tunc quid operetur ſuitas hoc caſu. & dicẽdum eſt, ꝙ non opereĩ aliquos effectus in incõmodũ filij abſtinentis, & ideo creditorib hæreditarijs non tenetur, & loquatur. l. 1. C ſi vt ſe ab hæred. abſti. ſed an tunc confirmentur tabulæ pupillares & dationes tutorum, ſtatim patebit. ĩ. proxima 9 q. vbi patebit intellectus l. filius, qui ſe paterna. l. Iuli. & l. quæſitum. Tertia & vltima ſpecies eſt, quando ſe non immiſcuit, & tunc cum tex. in d. l. nam nec emancipatus, & d. l. ei qui ſe non immiſcuit, uelint ꝙ propter prætoris bñficium filijs in poteſtate ſit liberum arbitriũ, quaſi redacti ſint ad inſtar extraneorũ qui creditorib. hæreditarijs non tenentur, niſi facta aditione. l. apud Iul. §. fi. quib. ex cauſis in poſſ. eatur. Certum eſt, ꝙ quãtum ad hoc dicti filij interim obligati non dicuntur. Et ideo dixit gl. ꝙ in præiudicium filiorum paternorum non ſequiĩ, filius, ergo hæres. l. ſi cum dotem. §. tranſgredia. ſol. matr. Sed quia tex. in l. 1. §. ſed qui in poteſtate. dicit, ꝙ qui ſunt in poteſtate ſtatim hæredes ſunt ex teſtõ uel ab inteſtato, nec quicq; facit ꝙ ſe abſtinere poſſunt, quia nõ propterea intelligitur ꝙ creditoribus hæreditarijs teneantur, ſed loquitur quantum ad ea, quæ tendũt ad commoda filij. & quæ ſint illa, ad 9. quæſtionem principalem veniendum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Suitatis effectus, & operationes, qui & quot ſint.*
2 *Suitatis ſemiplenæ effectus.*

2 *Abſtinendi beneficium, cur ſic a Doctoribus dictum.*
3 *Filius impubes exhæredari, an poſſit.*
4 *Beneficium l. 1. C. de his, qui ante aper. tab. quale ſit.*
5 *Hæreditas pro adita habito, an confirmet tabulas pupillares.*
6 *Subſtitutio pupillaris facta impuberi exhæredato, an confirmetur ſuitate ſi lij inſtituti & ſubſtituti abſtinentis etiam ad commodum extranei ſubſtituti. 7. 9.*
8 *Suitas eliſa abſtenſione, nunquid tabulas confirmet pupillares, atq; vniuerſale fideicommiſſum. Et quid de exhæredatione.*
9 *Suitas operatur circa commoda filij abſtinentis.*
Subſtitutio pupillaris in teſtamento, quod non poteſt ratione confirmata ex hæredationis ſubſtentari, an valeat.
10 *Suitatis exiſtentia impuberis abſtinentis, cuius intereſt habere hæredem ex teſtamento, an confirmet ſubſtitutionem pupillarem fratre exhæredato et ſibi pupillariter ſubſtituto.*
11 *Repudiare, eſt proprie extraneorum.*
12 *Tabulæ pupillares, nunquid cenſeantur confirmatę impuberi pro parte inſtituto ſe immiſcenti, aut abſtinenti. & quando.*
13 *Suitatis exiſtentia, nunquid per dationem cohæredis extranei tollatur.*
14 *Suitatis exiſtentia, an operetur ad commodum filij abſtinentis, matre in medio exiſtente. 16. 17.*
Verbum videtur, an denotet fictionem.
15 *Fictio in iure vnde orta. Et contra æquitatem, an fingat.*
Voluntas facti datur intelligi.
16 *Hęreditas an dicatur adita per ſolam ſuitatem.*
18 *Copula, &, iuncta cum dictione, ſi, eſt inductiua diuerſitatis in facto a præcedentibus, & identitatis in iure.*
19 *Dictiones, maxime. & pręſertim, quid operentur & denotent 40.*
Suitas in ſuis non procedit ex fictione, ſed magis ſecundum veritatem.
20 *Suitatis ſemiplena effectus, qualis.*
21 *Aditionis coactio ex Trebelliano etiam in repudiante, an habeat locum.*
22 *Fideicommiſſarius vniuerſalis extraneus duo habet remedia aduerſum filium inſtitutum & abſtinentem.*
Legata particularia ſuitate filij abſtinentis, an confirmentur.
23 *Legata pia, an debeantur, nulla facta penitus aditione.*
Legario ſubſtituto filij exhæredati, quando poſſit.
24 *Intellectus abſonus argumentum o contrario ſenſu non conficit.*
25 *Fideicommiſſum vniuerſale ſola ſuitatis exiſtentia filij grauati abſtinentis, vel ſe non immiſcentis, confirmatur.*
26 *Aditionis coactio per Trebellia. quo iure, & cur inducta.*
Teſtator, an poſſit facere ut leges non habeant locum in ſuo teſtamento & quando.
27 *Suitatis exiſtentia, an confirmet tutoris dationem abſque immixtione vel aditione.*
Beneficium abſtinendi o prætore, cur inductum.
28 *Tutoris officium eſt onus per conſequentiam inductum in pupilli fauorem.*
29 *Edictum ſucceſſorium in ſuis de iure ciuili, an habeat locum. 33. an vero de iure prætorio 33 38.*
30 *Codex fuit poſt Inſtitutiones compilatus.*
31 *Beneficium reſtitutionis in integrum cuius iuris ſit.*
32 *Fideicommiſſarius poſt reſtitutionem ſibi o grauato factam, qualis hęres, & quo iure dicatur.*
34 *Ius antiquum non eſt aliud, niſi ius duodecim tabularum.*
35 *Errores & difficultates in codicibus, uitio ſcriptorum proueniunt.*
36 *Impubes inſtitutus abſtinens, quod beneficium habeat aduerſus extraneum ſubſtitutum, qui adiuit.*
37 *Hæreditas nunquid minus debita nepoti ex filio quam matri uel fratri.*
Princeps uel ſenatus ſi mandat poteſtati, ut talem cauſam deberet delegare, ſi o tali delegato appellaretur, deberet ad poteſtatem delegantem appellare.
39 *Nepos, an admittatur filio abſtinente, ſed quo iure.*
41 *Nepos in poteſtate ſuccedens auo ab inteſtato filio abſtinente, an tranſmittat hæreditatem non agnitam.*
Edicto ſucceſſorio, an fiat locus inter cognatos de gradu in gradum.
42 *Auferens quod dedit, an ludibrio dediſſe dicatur.*
43 *Edictum ſucceſſorium, qualiter faciat ſuccedere, quos vocat. 56.*
Gradus in materia ſucceſſorii edicti, qui appellentur & prius ueniant.
44 *Succeſſorium edictum, an ſe extendat ad ſucceſſores de iure ciuili, & ex teſtamento. 45.*
Loquendi uſus communis de propria ſignificatione eſſe dicitur.
46 *Reſtitutiones in integrum aduerſus aditionem uel immixtionem duæ diuerſæ ſunt conceſſo a iure, & quę ſint.*
Reſtitutio in integrum quę proprie dicenda, & o quibus conceſſa.
47 *Succeſſorium edictum ab inteſtato locum non habet, neque in ſuis, neque in agnatis.*
48 *Edicto ſucceſſorio, an ſit locus in querela inofficioſi teſtamenti. 50. & quando. 54 56.*
49 *Querela inofficioſi, an competat exhęredatis. & quando competat.*
51 *Nepos filij exhęredati poteſt intentare querelam ex iure tranſmiſſo.*
52 *Pręteritio matris, habetur pro exhæredatione.*
53 *Pręteritio emancipati, nunquid pro exhęredatione habeatur.*
55 *Opinio Doctorum fundata ſuper textibus, præualet cęteris.*
57 *Exhęredatio ſine cauſa, quibus fieri poſſit.*
58 *Excluſus approbatione parificatur cum excluſo tempore.*
59 *Succeſſorium edictum, an habeat locum in iure agendi ad ſupplementum legitimæ uel in querela inofficioſa donationis.*
Querela præſupponit teſtamentum.
61 *Bono. poſ. contra tab. quibus competat. 62.*
62 *Fieri per indirectum, quando quid permittatur, cum directo fieri nequeat.*
63 *Iudex o quo, quando poſſit cognoſcere de deſertione appellationis.*
64 *Suitas, quando filius ſe non immiſcuit, ſed in ſuſpenſo ſtetit, quid operetur.*
Aditio an ſit duplex, ſicut legati acquiſitio.
65 *Conueniri interim, an poſſit obligatus pure, etiam ſi ſolutio in conditionis euentum ſperetur.*
66 *Intellectus, l. ſi pecuniam ff. ſi certum peta.*
67 *Obligatus ad factum conueniri poteſt, licet habeat poteſtatem ſoluendi intereſſe.*
Notorietas licet excuſet ab onere probandi, non tamen proponendi.
68 *Beneficium abſtinendi, an aliquid operetur abſq; aliquo filij facto.*
Et quid prætor in illo fecerit 69.
69 *Exceptio, vt filius non teneatur creditoribus paternis propter beneficium abſtinendi, an poſſit opponi officio iudicis.*
70 *Filius ex ſuitatis plenæ exiſtentia poſt ſpatium triginta annorum poteſt ſe immiſcere.*
71 *Iuri adeundi in extraneo, an præſcribatur.*
Filius ſub conditione caſuali inſtitui an & quando poſſit.
72 *Titulus pro hærede, in ſuis non cadit.*
73 *Hæreditas non agnita, an tranſmittatur ad quoſcunque hæredes, etiam extraneos virtute ſuitatis. 74 79. etiamſi mater, vel nepos ſint in medio 82*
75 *Hæreditas ſuo & ignoranti quæritur, qui tranſmittit ius dicendi nullum.*
76 *Filius in poteſtate illico de iure ciuili ſuus hęres exiſtit tam ex teſtamento, quam ab inteſtato.*
77 *Deliberandi ius per ſuos infra annum decedentes tranſmittitur.*
Agnitio idem eſt, quod aditio.
78 *Dictio deuolutus, eſt generaliſſima.*
Hæreditas delata, quæ proprie dicenda.
79 *Filius tacens, an tranſmittat efficaciter in extraneos, ſi nepos eſt in medio*
80 *Tranſmiſſio ad extraneos an impediatur per ſuperexiſtentiam matris, de cuius hęreditate tranſmittenda tractatur.*
81 *Portio quam filius habeat virtute ſtatuti excludentis filiam dotatam, an ad quoſcunq; hęredes tranſmittatur ratione ſuitatis.*
83 *Suitas, an operetur tranſmiſſionem, vbi ſuus iam abſtinuit. Et quid in filio hæredis abſtinentis.*

Nona quæſtio.

1 Nono † principaliter quæritur, qui & quot ſint ſuitatis effectus, aut operationes. Pro cuius declaratione aduertendum, quod ſi ſuitatem conſiderare volumus tantum de iure ciuili, quo coniuncta eſt cum neceſſitate, ut Inſt. de hære. qua. & differentia. § ſui. & hoc modo, cum ſui a ſeruis inſtitutis hæredibus non differant, niſi quia ſerui tantum ex teſtamento, filij ab inteſtato ſuccedunt, vt Inſti. de hæredũ qua. & differentia. § neceſſarij. tũc de ſuitate aut eius effectib. aliter nõ tractandũ, poſtq̃ ẽt neceſſarius eſt. igitur de effectib. ſuitatis tunc tractandum eſt, videlicet poſt introductum beneficium abſtinendi, & ſic inſpecto iure ciuili & prætorio, diſcurrẽdo dictas tres ſpecies ſuitatis enumeratas. ſ. 8. proxima q. & etiam ſ. in 3. q. principali. Et ideo capiendo primam ſpeciem plenę ſuitatis, videlicet qñ ſe immiſcuit. Et tũc, quia omnes effectus indiſtincte ſequuntur, nec circa hunc beneficiũ abſtinendi aliquid operatur, vt ſ. proxima. 8. q. dictum eſt. igitur de ea aliter non eſt tractandum De ſecunda autem ſpecie videlicet ſemiplenę ſuitatis, quod eſt qñ ſe abſtinuit, tractandum eſt. Circa q̃ aduertendum eſt, quia & ſi creditoribus non teneatur, tamen quia nomen hæredis tollere non potuit, vt inſti. de bo. poſ. §. quos autem. nec etiam bñficium abſtinendi introduxit quoad ea, quæ in filij fauorem & commodum ſequebantur Sed tñ introduxit quo ad ea, quæ poterant in incommodum filij reſultare, ut quod velit nolit eſſe hæres, & paternis creditoribus teneretur, ut eſt tex. in d. l. ſi filius, qui patri.
2 ibi, etenim ius dicentis. † Ideo beneficium a Doctoribus noſtris appellatum eſt, pro quo bene facit text. in l. pater filio. ff. de priuile. credi. ideo hoc tñ de fauorabilibus effectib. ſuitatis filio abſtinente tractandum eſt. Si modo præmittas filium tali beneficio abſtinendi gaudere non poſſe, ſi quid de hæreditate ipſe amouit, vel per alium amouendum curauit, quia tunc abſtinere non poſſet. Delinquentibus. n. prætor non ſubuenit. l. ſi ſeruum. §. prætor ait. alias eſt. l. prætor ait. ff. de acquiren. hæred. ſi ergo filius non auocans vel amoueri quicquam non faciens ſe abſtinuit, certum eſt quod talem hæreditatem non tranſmittit, tex. eſt in l. cum hæreditate ff. de acquir. hære. tamen quia eſſe diceretur contra ſuam voluntatem, & per conſequens in ſui damnum, vt no. Inſti. de act. § pręterea ſi quis. tñ etiam, quia repugnat tex. in l. 1. ibi, memorataſque perſonas. C. de his qui ante aper. tab. & l. 2. §. ſed ſi ſint. ff. ad Tertullia. & ſic quantum ad ea, quæ ipſam hæreditatem reſpiciunt.

reſpiciunt, aut eius tranſmiſſionem, ſequuta abſtẽſione ꝑto-
ris beneficio enetuatæ ſunt vires ſuitatis. Sed quãtũ ad alia ex
trinſecus veniẽtia ad cõmodũ filij abſtinentis, qui adhuc dici
põt hęres, vt l.j.§.ſunt qui in poteſtate.l.j.ff.ſi quis omiſſa cau
ſa teſta dico ꝙ ẽt plures effectus operatur circa confirmatio-
nem tabularũ pupillarum. Circa quã quatuor caſus conſide
rari pñt. Primus, quando filius impubes eſt exhæredatus, qui
exhæredari poterat hoc iure,l.ſi qs in ſuo.C.de inoff.teſta.&
alius filius erat inſtitutus, & exhẽdato extraneus pupillariter
ſubſtitutus. Secundus caſus,qñ eidem exhæredato idem fi-
lius inſtitutus, eſt pupillariter ſubſtitutus. Tertius, qñ ipſe
impubes ĩſolidũ eſt inſtitutus,& ſibi alius frater exhęredatus
vel alius extraneus eſt pupillariter ſubſtitutus. Quartus, qñ
impubes eſt ꝑ parte ĩſtitutus & cohęres ſuus vel extraneus eſt
3 ſibi pupillariter ſubſtitutus.† Nã primo caſu, quando filius im
pubes eſt exhẽdatus,alius filius inſtitutus,& exhęredato extra
neus pupillariter ſubſtitutus,ꝙ fieri põt.l.j.§ i ff.de vulg & pu
pil.& inſti.eo.§.nõ ſolũ.& l cum quidam.C.de leg.Si filius in-
ſtitutus abſtinet, tunc nõ cõfirmanẽ tabulæ pupillares ſuitate
dicti filij abſtinentis, poſtq̃ non tendit ad commodum ipſius
filij abſtinẽtis,ſecundũ Bar.qui ita intelligit & limitat ibi.l.ſi fi
lius qui patri.de vul.& pup. Solum ergo cõmodum ipſius filij
abſtinẽtis cõſideratur,vt talis ſuitas aliqd operari poſſit. & iõ
dici poteſt in l.ita tñ.§ ſi pater ad Treb.vbi operatur confir-
mationem fideicõmiſſi vniuerſalis, ꝙ etiam eſt cõmodũ ipſi
filij abſtinẽtis propter deductionem Treb. vel quia omni mo
do cogi põt,vt infra latius videbimus.Non ergo ſecundum eũ
in iſtis effectibus ſuitatis conſiderantur fauores aliorum q̃ il-
lios,de cuius hẽditate tractatur.& ideo licet dici poſſet hoc ca
ſu quod talis cõfirmatio ſubſtitutionis pupillaris cedat ad cõ
modũ impuberis exhæredati,cui facta eſt,cuius intereſt habe
re hæredẽ ex teſtamẽto,vt inſti.de vul.& pup.in prin. ibi,nam
moribus &c.& l.Iul.in prin.ver. impugnat enim.ff de acq.hæ.
tñ ſuitas alterius fratris hoc non operatur ſecundum eũ ibi.
4 †cuius cõtrariũ eſſe dicit in bñficio.l.j.C. de his,qui ante ape-
tab.vbi ẽt fauores aliorum, ad quos tranſmittitur, non ſolum
illius trãſmittentis conſiderantur,vt eſt tex.in d.l.j in fi. Et rõ
eſſe poteſt,quia illud tale beneficiũ nõ eſt introductum ſolũ
propter ipſum tranſmittentem,ſed propter oẽs deſcendentes
ad quos tranſmittitur. Quæ tñ ſane intellige,niſi dictus filius
inſtitutus abſtinuiſſet a teſtamento, vt hẽat ab inteſtato, qa
tunc cõfirmarẽtur dictæ tabulæ pupillares per edictũ, ſi quis
omiſſa cã teſtamenti, ſicut cõfirmantur cętera in dicto teſta-
mento cõtenta per illud edictũ. & ita dico eſſe caſum in l.ij §.
adeo.ver.plane.ff.de vul.& pup.Contra Bart.aũt in hoc tenet
do.Raph.Cu.in d.l.ſi filius q patri,pluribꝰ rõnibus. Et primo,
qa ſicut aditio in effectu deducta eſt ad irritũ per cõtratabu-
las,licet nõ tendat ad cõmodum ſui confirmat tabulas pupil-
lares. l.ex duobus.§ fi.ff.de vulg. & pupil. ita ẽt in caſu iſto di
cendũ eſt. Secũdo,quia aditio reuocata per reſtitutionem in
integrũ,cõfirmat tabulas pupillares,vt etiam voluit Bar.in d.
l.ſi filius qui patri, ergo eodẽ modo in ſuitate de iure ciuili re
manente,non obſtante abſtenſione,dicendũ eſt.Tertio,quia
hic fauor filij abſtinẽtis,quẽ confirmat Bar. in confirmatione
tabularum pupillarum,non videtur conſiderandus. Nam qñ
ipſe filius abſtinens eſt ſubſtitutus,cõfirmantur ſecundũ eſt,
ſecundum quem eſt caſus in d.l.filius qui ſe paterna, & tñ nõ
eſt fauor dicti filij ſubſtituti,q poterat impuberi ab inteſtato
ſuccedere.& magis ſua intererat ab inteſtato ſuccedere & le
gata nõ ſoluere,q̃ ſuccedere ex ſubſtitutione:quia poſtq̃ ſub-
ſtitutio ſuitate cõfirmata eſt,nõ poterit dictus filius ſubſtitu
tus ex ſubſtitutione repudiare & ab inteſtato adire, ꝑpter edi
ctum ſi quis omiſ. cã teſta. & maximo iure.ff. quo frater ma-
trem excludebat. Inſti.ad Tertul.§.ꝑferuntur.& ſi diceres,for
te habebat alios fratres,iõ ſua intereſt.iſtud non conſideratur
in iure, ut propter hoc valeat & ſecundũ hoc dicendum eſt,
quod & ſi ſuitas ſit ſublata per beneficium abſtinẽdi, quantũ
ad ea,q̃ filio poſſunt eſſe nociua, vt dictum eſt ſupra in viij.q.
prin.intelligi dẽt de nociuis,videlicet vt filius creditoribus pa
ternis nõ teneaẽ, & de iſto nocumento loquuntur iura loquẽ
tia de beneficio abſtinendi,nõ aũt de iſto damno,quod ſequi
poſſet propter ſubſtiturũ extraneum. & maximè conſiderato
cõmodo ipſius impuberis, vt hæredẽ ex teſtõ habeat, licet ẽt
frater,dũ de fratris hæreditate tractat,nõ dicatur de lucro cer
5 tare.l.fi.C. de codic.l.j.C. de impo.lucra.deſcr.lib.x.† Quartò
& vltimo ad idẽ facit,quia vbi non eſt adita hæreditas, non va
lent tabulæ pupillares,tñ ſecus eſt, vbi habetur pro adita.l.ij.§.
adeo.& §.interdũ.de vulg.& pup.dũmodo remaneat aliquod
retinaculum.d.l.duobus.§.ſi pro quo etiam facit l.ita tñ §.ſi
pr.ff.ad Treb.vbi nõ fit differẽtia,an ſit fauor filij vel ne. Quæ
opi.ſatis de iure videẽ poſſe ſuſtentari, nõ obſtante l.j.in fi.ff.
vt in poſſ.leg.quia iõ legata particularia non cõfirmantur re
gulariter, niſi fauore libertatis.l.cũ quaſi.§. ſed & ſi quis.ff. de
fideicõ.lib qa nõ videtur conueniẽs,ex quo ſuus ſe abſtinuit,
ꝙ alius ſuccedens ab inteſtato legatis particularibus grauetur ꝑ
pter ſuitatẽ filij abſtinentis,quæ ratio non cadet in confirma-
tiõe tabularũ pupillariũ & fideicõmiſſi vniuerſalis. quia alius
ſuccedens ab inteſtato propter illa non grauatur, & etiã eſt cõ
modũ teſtatoris ut hæredem ex teſtamento habeat. Qualiter
tamẽ exhæredatio impuberis hoc caſu cõfirmetur, infra pro-
ximo ſecundo caſu patebit.

6 Secundus caſus †eſt, quãdo filius ĩſtitutus pu
pillariter, ſubſtitutus eſt filio
impuberi exhæredato, qui in pupillari ætate deceſſit, & inſti-
tutus ſe abſtinuit hæreditate paterna, & vult tãtum ea pupil-
lari ſuccedere tanquam ſubſtitutio pupillaris cõfirmata dica
tur exiſtentia ſuitatis ipſius filij abſtinẽtis, qui ſubſtitutus eſt
pupillariter, & de ſuo commodo tractat, vt eſt caſus in l.filius
qui ſe paterna. ff de acqui.hæredi.& ideo l.quæſitum.eo.ti.de
bet intelligi in extraneo inſtituto & ſubſtituto, vt dicitur in
d l. filius qui ſe paterna. Sed contra hoc fortiter inſtat Bar in
d.l.ſi filius qui patri,dicens dictam ſubſtitutionem nõ valere,
quia ſi pater vnum filium inſtituit,alterum exhęredauit,ſi in-
ſtitutus abſtinet, exhæredatus nõ habet neceſſe intẽtare quæ
relam, immo dicta abſtentio reducit rem ad cauſam inteſta-
ti. & ideo exiſtentia ſui hæredis non confirmat dictam exhæ-
redationem.igitur non poteſt valere teſtamentum,in quo ta
lis ſubſtitutio pupillaris facta eſt,merito non poterit ea pupil-
lari adire. Quod ſecũdo etiam vltra eum ſic roborari poteſt.
Certum eſt quod exhæredatio non valet, niſi aditione con-
firmetur l. filium.§.ſed cum exhęredatio. ff. de contratab.l.ſi
patronus.§ ex teſtamento.de bo. libe.cum ergo inſtitutus ſe
abſtinuit verè, nõ poteſt dici confirmata exhæredatio, neq;
fictè aut præſumptiuè pp ſuitatem, quæ licet operetur ad cõ
modum filij abſtinentis,tñ non debet,neq; poteſt operari ad
incõmodum aut iniuriam filij exhæredati,vt talis exhæreda-
tio valeat,argu.l.impuberi filio.ſupra de admini. tuto. igitur
talis pupillaris ſubſtitutio valere non poteſt,non ſolum quia
hæreditas non eſt adita, ſed etiam quia dictus filius exhære-
datus, cuius exhæredatio non eſt aditione confirmata, habe
tur pro præterito, & filio præterito nõ poteſt pupillariter ſub
ſtitui.l.ij.§ j.ff.de vulg.& pup.& expreſsè tenet gl.in l. j.§.i.eo.
tit.Ita quod pater tunc nullum heredem habere dicitur,poſt
quam talis exhæredatio aditione non confirmata tanquã prę
teritio teſtamẽtum nullum reddit. Tertio ad idem:nam & ſi
dici poſſit teſtamentum illud, in quo impubes fuit exhæreda
tus valuiſſe tamen poſtquam ſequuta abſtentione rumpitur
tanquam exhæredatus fuerit præteritus,poſtquam eius exhę
7 redatio non fuit confirmata, ſed dici non poteſt ſubſtitutio-
nem pupillarem valere per tex.in l.x circa prin.ver ſed ſi eos.
ff. de vul. & pup. vbi etiam ſi patris teſtamentum ex poſtfa-
cto agnitione nepotis ꝑteriti,& ſic per l.Velleia.rumpitur,di-
ci non poteſt ſubſtitutionem pupillarem in dicto teſtamen-
to factam valere. Ad ꝙ etiam optimè facit tex. in l.ſed ſi plu-
res.§.ex aſſe.ff.de vulg. & pup.dum dicit, non ſufficere ad ſe-
cundarum tabularum vim teſtamentum ſic eſſe factum, vt
ex eo adiri poſſit hæreditas,tamẽ de intellectu dicti §.ex aſſe,
videbimus.infra tertio proximo caſu prin.Nec prędictis ob-
ſtaret.l.filius q ſe paterna,quia intelligi poſſet, vt ibi dicit glo.
ꝙ alius fuerat ibi cohæres inſtitutus, cuius aditione & exhæ-
redatio & ſubſtitutio fuerat confirmata verum quia hæc eſt
maxima diuinatio ad illũ tex.vbi de aditione alterius cohęre
dis nullo modo apparet. Hinc eſt,quod puto cõmuniorem opi.
veriorẽ eſſe, videlicet vt dicta pupillaris ſubſtitutio facta im
puberi, exhæredato confirmetur ſuitate dicti filij inſtituti &
ſubſtituti abſtinentis, licet contrarium teneat Bal.in d.l.ſi fi-
lius qui patri.vt ſupra proximè dictum eſt,quia in hoc Bal.va
riauit,cum contrarium tenuerit in l.fi.ff.de condi.inſtitu. Et
maximè hæc communis opi.procederet, quando exhæreda-
tio facta eſſet fauore ipſius impuberis,argu.l multi non notę
cauſa.ff.de libe.& poſthu.iuncta l.ita tñ.§. ſi pater.ff.ad Treb.
Et tenendo hanc communiorem opi. ſequitur vnum nota-
8 bile & nouum, † vt ſuitas etiam eliſa abſtenſione confirmet
tabulas pupillares, & etiam fideicommiſſum vniuerſale,ſed
non exhæredationem ab eodem teſtatore factã,quod ſic eui
dentius demonſtratur.nam & ſi quando teſtamentum ẽ nul
lum,vel annullatur ex poſt facto, non poſſit dici ſubſtitutio-
nẽ talem valere,vt omnia arg.ſupra in cõtrarium adducta cõ
cludunt. Reſponderi tamen poteſt, illud procedere, quando
alio medio dicta ſubſtitutio cõfirmari nõ poteſt,& ita loquũ
tur iura contraria:ſecus ſi alio modo confirmari poſſet,vt in
hoc ſecũdo caſu propter ſuitatem filij abſtinentis ſubſtituti.
Stant.n. iſta ſimul, qđ pater decedat inteſtatus, q eius hære-
ditas nõ adiẽ,neq; ꝑ adita habetur quo ad exhæredationẽ,&
tñ habetur pro adita quo ad ſubſtitutionem pupillarem, ad
quod facit l j.in fi. ff.vt in poſ.leg. vbi talis ſuitas non operaẽ
circa

circa validitatem legatorum particularium, immo inteſtatus
dicitur pater quo ad illa decedere, & tamen operaē circa ſub-
ſtitutionem pupillarem, vt d. l. pater filio, de priuileg. credi.
& l. Iul. ff. de acquiren. hæredi. Ita ergo in propoſito, licet ſui-
tas circa exhæredationem non operetur, & pater inteſtatus
propter hoc dicatur decedere, tamē quia circa tabulas pu.
operari poteſt, circa illas operabitur, & hoc modo procedit l.
filius qui ſe paterna. Pro quo optimè facit tex. in l. ex duobus.
§. ſi. cum l. ſequenti. ff. de vulga. & pup. vbi teſtamentum con-
tratabulatur etiam per pupillum inſtitutū beneficio filij ema
cipati præteriti, tamen ſubſtitutio pupillaris valet. Poſtquā
ergo ſuitas iſta operari poteſt circa cōmoda filij abſtinentis,
vt d. l. filius, qui patri, & per conſequens circa ipſam ſubſtitu-
tionem pupillarem de dicto filio abſtinente factam. quod ēt
9 cedit ad commodum impuberis exhæredati, vt Inſti. de vul-
ga. & pup. §. primo. † Non eſt curandum de inualiditate aliorū
contentorum in teſtamento, quæ non poſſunt iuuari hoc ſpe
ciali remedio ſuitatis, quæ ſolum operatur circa illa, quæ ten-
dunt ad commodum filij abſtinentis, maximè concurrente
commodo filij impuberis: nam quo ad ipſam ſuſtitutionem
pupillarem non dicitur penitus hæreditas patris non adita,
quanquam filius inſtitutus ſe abſtinuerit beneficio a prętore
inducto, qui nō potuit in totum ipſam ſuitatem euellere, ne-
que nomen hæredis quo pupillaris ſubſtitutio cōfirmatur, li
cet alia in teſtamento diſpoſita non confirmētur, & hoc vult
tex. in d. l. filius qui ſe paterna, non diuinando illam, quæ tamē
ſane intelligo, niſi pater filium pupillariter ſubſtituiſſet ſub cō
ditione, ſi ſuam hæreditatem adiret. nam tūc ſuitas nihil poſ-
ſet operari, niſi teſtatoris voluntatem impleret, per tex. l. filio
quem pater. cum ſeq. ff. de vulg. & pupil. & facit d. l. ita tamen.
§. ſi ſuſpectam. verſi. idem ſi pupillo. ff. ad Treb. Ex quibus cō
clude tertio, exiſtentiam ſuitatis operari confirmationem ta
bularum pupillarium filij impuberis exhæredati etiam ad cō
modum extranei ſubſtituti, quod eſt cōtra Bar. licet non ope
retur confirmationem exhæredationis dicti impuberis cōtra
Bal. Ex quo ſequitur correlarium. Qđ valet ſubſtitutio pupil-
laris facta in teſtamento, quod non poteſt ratione confirma-
tæ exhæredationis ſuſtentari, contra eundem Bald.

Tertius caſus, quando impubes eſt inſolidum inſtitu
tus & extraneus, vel alius frater exhæredatus,
eſt ſibi pupillariter ſubſtitutus. Nam ſi impubes inſtitutus ab
ſtinet, poteſt ſubſtitutus pupillaris tantum ex pupillari ſucce-
10 dere, † quia talis pupillaris ſubſtitutio confirmata eſt propter
ſuitatem ipſius impuberis abſtinentis, cuius intereſt habere
hæredem ex teſtamento, Inſti. de vulg. & pup. in princ. verſic.
nam moribus. & de hoc eſt caſus in l. pater filio. ff. de priuile.
credit. & l. Iulianus. ff. de acq. hæred. Nec prædictis ob. l. apud
Iul. §. idem Iul. ad Trebel. primo, quia ibi cohæredē habebat.
Secundo, quia vt plenius dicetur infra in vlt. q. princ. in vlt. ar
ti. dum quæritur, an datio cohæredis extranei tollat exiſten-
tiam ſuitatis, non dicitur in d. §. idem Iul. ꝙ illæ tabulæ pupil-
lares non ſint confirmatæ exiſtentia ſuitatis filij, licet dicat
quod cohæres cogitur adire. Habet enim vtrunq; remediū,
vt in ſimili voluit glo. in l. ita tamen. §. ſi pater. ff. ad Treb. Nec
ſimiliter ob. tex. in l. ſed ſi plures. §. filio impuberi. verſi. idēq;
eſt. ff. de vulg. & pup. quia ibi ideo non poteſt ex pupillari tan-
tum adire, non quia non ſit confirmata, immo quia vnita cū
hæreditate patris propter immixtionē filij. licet enim de im-
mixtione filij, verſi. ille, mentionem non faciat: tamen ſatis ex
præcedentibus & ſequētibus verbis datur intelligi. l. ſi ſeruus
plurium. §. fin. & l. licet Imperator. de leg. j. dicit enim primò
hic tex. quod ſi filius ex aſſe fuit inſtitutus, & patri hęres exti-
tit, non poteſt pupillarem tantum hæreditatem habere, quia
non poteſt eam ſeparare. Et ſubdit, idemque ſi pater inſtituit
filium ex parte, &c. vt videlicet hæreditas non poſſit ſeparari.
Et poſtea ſubdit in §. ſi ex aſſe, dum vult loqui quando nō po
teſt ea pupillari adire, quia non confirmata aditione, vel ſui-
tate illud expreſſit. & ideo non eſt dicendum, quod in verſi.
idemque, non poſſit adire pupillarem ſolam, quia non confir
mata, ſed quia vnita cum hæreditate patris, & hoc modo. d. §.
intelligit Bart. in l. ita tamen. §. qui ſuſpectam. ff. ad Treb. licet
glo. magna ibi, maxime in fi. aliter intelligat, & licet do. Raph.
Cuma. in d. l. ſi filius qui patri. de vulg. & pup. intelligat, ꝙ ideo
nō pōt adire pupillarē, quia iudiciū patris non acceptauit. l.
quæſitū, ff. de acq. hæ. Nec ēt ob dum tex. in §. ſi ex aſſe. dicit, nec
ſufficit ad ſecundarū tabularū vim. ſic eſſe factum teſtm̄, vt ex
eo adiri poſſit hr̄ditas, quia ibi inſtitutus & ſubſtitutus erat
11 extraneus filio īpuberi exhr̄dato. qđ patet, † qa dicit repudia
uerit, qđ eſt ꝓprie extraneorū, vt Inſti. de hær. quali. & dīa §.
extranei. & dum ibi dicit patris hr̄ditatem, loquitur reſpectu
filij exhæredati, quod etiam demonſtratur, quia dum in §. ꝑ-
cedenti loquutus eſt de filio inſtituto, illud expreſſit. Nec etiā
ob. d. l. ſi filius qui patri, quia loquitur in ſuo, qui poteſt abſti-

nere beneficio prætoris, quia introductum eſt in filij fauorē
ideo non debet in eius odium redundare. l. quod fauore, de
legi. Nec vltimo ob. l. ita tamen. §. ſi ſuſpectam. ver. ſin vero.
ad Treb. vbi videtur quod pupillaris non confirmetur niſi a-
ditione, & ideo venit in reſtitutione fideicommiſſi, quia di-
co quod ibi de ſuitate non poteſt tractari, cum neceſſe ſit in-
telligere quod ibi impubes fuit exhęredatus, quod patet, quia
ibi dicit tex. ꝙ ſubſtitutus fuerat ſolus ſubſtitutus, ergo impu
bes fuerat exhæredatus, qui ſi fuiſſet præteritus, non teneret
ſubſtitutio l. s. §. t. ff. de vulg. & pupil.

Quartus & vltimus caſus eſt, quando impubes fuit pro parte in
ſtitutus, & tunc ſubdiſtinguendi ſunt tres caſus.

Primus, ſi impubes ſe immiſcuit.

Secundus, ſi abſtinuit.

Tertius, ſi ſe non immiſcuit neq; abſtinuit, ſed ſic deceſſit.
Primo caſu, quando ſe immiſcuit, & tūc ſiue cohæres vel ſub
ſtitutus fuerit extraneus, ſiue ſuus, cōfirmatæ ſunt tabulæ pu
12 pillares † Sed an tunc paternam poſſit a pupillari ſeparare per
beneficium reſtitutionis in integrum tranſmiſſum, per l. non
ſolum ſupra de in integ. reſti. min. & certè Bar. in l quidā elo-
gio. C. de iure delib. & l. fi. C. de acqui. hære. tenet ꝙ nō qđ nō
eſt ſine dubio, cū gl. fi. circa prin. ibi, ſi autē non abſtinuit, in
d. l. quidam elogio, teneat contrarium, vt latius infra dicetur.
Secundo caſu, quando ſe abſtinuit & tunc aut habuit cohæ-
redem ſuum, aut extraneum. ſi ſuum, & tunc ſi ipſe cohæres
ſe immiſcuit, certum eſt tabulas pupillares eſſe confirmatas.
l. s. §. adeo, de vul. & pup. Si abſtinuit. & tūc ſi ipſe idem erat
pupillariter ſubſtitutus, & tunc ſimiliter ſunt confirmatæ ſe-
cundum verum & communem intellectum, quem etiam ſe-
quitur Bar. in d. l. ſi filius, qui patri, de vul. & pup. Si verò ex-
traneus fuit ſubſtitutus, & tunc idem, quia ſaltem exiſtentia
ipſius impuberis ſunt confirmatæ, licet abſtinuerit, & cohęre
dem ſuum habuerit, qui non ſuſtulit ſuitatem, ſecundum cō-
munem opi. & hoc probatur per l. Iul. de acqui. hæred. & l. pa
ter filio. de priuileg. cred. iuncta d. l. ſi filius qui patri. Si vero
talis pupillus abſtinens habuit cohæredē extraneum, & tunc
ſi cohæres adibit, certum eſt, quod confirmatæ ſunt tabulæ
pupillares, vt d. §. adeo. Si repudiauit & tunc ſi alius quam ip-
ſe cohæres fuit ſubſtitutus, confirmatæ dicuntur ſuitate im-
puberis dictæ tabulæ pupillares, & poterit ſubſtitutus pupilli
hæreditatem habere, cū datio etiam cohæredis extranei non
tollat exiſtentiam ſuitatis quo ad confirmationem tabularū
pupillarium, vt plene dicetr̄ in vltimo art. vlt. q. prin. licet Bar.
teneat contrarium in d. l. ſi filius qui patri. & l. 3. C. de iure de
libe. & in l. apud Iul. §. idem Iul. ad Trebell. & in pluribus alijs
locis. & idem hac ratione dicendum eſt, ſi ipſe idē cohæres
extraneus qui repudiauit, fuiſſet pupillariter ſubſtitutus, non
obſtante, quòd non acceptauerit iudicium & hæreditatem
patris, non obſtante d. l. quæſitum. de acqui. hære. quia loqui-
tur quando extraneus fuit inſolidum a patre inſtitutus. & eo.
modo loquitur l. ita tamen. § qui ſuſpectam, ad Trebell. licet
contrarium teneat Bar. in d. l. fi. de acqui. hære. & d. l quidam
elogio. ea ratione † quia datio cohæredis extranei tollit exi-
ſtentiā ſuitatis, quam in d. x. & vltima q. in fi. improbabo. Nec
ob. d. l. quæſitum. & d. §. qui ſuſpectam. quia intelligitur vt ꝓ-
dixi, quando extraneus fuit inſolidum inſtitutus, & per conſe
quens neceſſe eſt intelligere, quod impubes fuerat exhęre-
datus, & ideo non poterat ex teſtamento eſſe ſuus. l. qui in a-
liena. §. interdum. ff. de acqui. hære. ſi enim fuiſſet præteritus,
non potuiſſet ſibi pupillariter ſubſtitui. l. s. §. t. ff. de vul. & pu.
& l. cum quidam. C. de leg. Tertio caſu, quādo pupillus ſe nō
immiſcuit vel abſtinuit, & tunc ſiue extraneus, ſiue ſuus ſit
inſtitutus, vel ſubſtitutus, certum eſt quod confirmatę ſunt
tabulæ pupillares ſola ſuitate dicti impuberis, etiam ſi cohæ-
res abſtinuiſſet. Sed tunc maior oriri poſſit dubitatio, videli-
cet an dictus ſubſtitutus pupillaris poſſet paternam repudia-
re, & acceptare pupillarem. Nam licet ex perſona ſua poſſit pa
ternam repudiare, tamen non videtur ꝙ illam repudiare poſ
ſit ex perſona pupilli, qui ſe non immiſcuit, neque abſtinuit
licet enim cum beneficio abſtinendi pupillus portionem ſuā
nō agnitam tranſmiſerit. l. ſi quis filium. §. j. ff. de acqui. hære.
tamen ſi illo beneficio vult vti hæres impuberis, non poterit
habere pupillarem, & eam ſeparare a paterna, quia tunc ſui-
tas dicti impuberis, magis debilitata videtur abſtenſione hę
redis ipſius impuberis, quam abſtenſione impuberis. & ideo
non eſſet ſufficiens ad confirmandum tabulas pupillares. &
hoc videtur velle glo. in d. l. quidam elogio, circa prin. glo. fi.
dum dicit, ſin aūt non abſtinuit, licet Bar. ibi, & in d. l. fi. aliter
intelligat. ad quod etiam facit tex. in l. ſed ſi plures. §. filio. in
prin. ff. de vulg. & pup. ſecundū lectu. D. Raph. Cu. ibi, in con
ueniens. n. videtur quod impubes non ſit hæres patris facto
ſubſtituti pup. & dictus ſubſtitutus poſſit habere pupillarem

confirma-

confirmatam ſuitate ipſius impuberis, quam ſuitatē ipſe ſub-
ſtitutus debilitauit abſtenſione. Et idem eſt, quando ſubſtitu
tus petijſſet in integrum reſtitutionem, vt dictum eſt ſupra in
primo caſu dicti quarti caſus, licet Bar. contrarium teneat in
d l. fi. & in d. l. quidam elogio & forte non bene per prædicta,
& maximè per d. glo. fin. in verſi. ſi autem. vbi ponitur caſus
noſter, quando ſe non immiſcuit, neque abſtinuit. quia glo. ſu
pra poſuerat alios duos præcedentes caſus, videlicet quando
tantum ſe immiſcuit, vel quando tantum ſe abſtinuit.

Quæ omnia in prædictis iiij. caſibus dicta proce-
dunt, quando mater non eſt in me-
14 dio † ſi autem eſſet in medio, videtur primo dicendum ꝙ ta-
lis exiſtentia ſuitatis non operetur ēt ad cōmodum filij abſti-
nentis quod v. medijs deducitur; & primo, quia finalis ratio
quare exiſtentia ſuitatis confirmat tabulas pup. eſſe vr̄, q̄a fra
ter impuberis abſtinēs ab hr̄ditate pr̄is ēt ſi ſubſtitutus pupil-
lariter nō eſſet, poſſet hr̄ditatē fratris impuberis ſibi vendica
re, vt eſt tex. in d. l. ſi filius q patri, de vul. & pup. ibi, p̄ſertim cū
remotis. ſed cū hodie fratris hr̄ditas matre exiſtēte in medio
ad fratrē nō p̄tineat, immo p matrē excludit̄ ſi nō eſt vtrinq;
cōiunctus, alias ſuccedit in virilem, vt in auc. defunctus. C. ad
Tertul. ergo ceſſat dicta ratio finalis. ergo ceſſare debet l. di-
ſpoſitio l. quod dictum, de pac. & c. ceſſante, de app. Et quod
prædicta fuerit finalis ratio, tenet glo. fi. in fi. in d. l. filius qui ſe
paterna, de acqui. hæred. Secundò, quia ꝙ filiusfa. ſit imme-
diate patri hæres propter ſuitatem, procedit ex quadam fictio
ne, vt patet hic in tex. qui loquitur per verbum videtur, quod
fictionem denotat. l. j. § deieciſſe, de vi & vi ar. & per dictio-
nem, quodammodo, quæ ſimiliter fictionem denotat. l. ſi me
15 in vacuam. de acquir. poſſ. † Fictio autē introducta eſt ex qua
dam æquitate. l poſtliminij ius. in princ. ff. de capt. ideo fictio
contra æquitatem non fingit. l. ſciendum. ff. quibus ex cauſis
ma. Sed contra ęquitatem eſſet, ꝙ mater excludatur a luctuo
ſa filij hæreditate, quæ quodammodo ad mitigandum dolorē
filij mortui matri defertur. l. fi. C. de iuſti. & ſubſti. ergo nō eſt
dicendum quod ratione dictæ tacitæ cōfirmationis & ſic ſui-
tatis tabulæ pupillares cōfirmentur ad ipſius matris ſuperexi
ſtentis excluſionem. Tertio ad idem facit, quia certum eſt ꝙ
ſuitas ſequuta abſtenſione quando confirmat tabulas pupil-
lares, non dicitur illas confirmare expreſſè, ſed tacitè, quia cū
factis detur voluntas intelligi. l. reprehendenda. C. de inſtit. &
ſubſti. filius abſtinendo non videtur quicquam a patre diſpo-
ſitum in teſtamento velle confirmare, ſicut quando emanci-
patus repudiat. l. pro hærede. § Papi. ff. de acqui. hæred. Si qua
ergo confirmatio ea ſuitate ſequitur, dicitur tacitè ſequi ex
iuris diſpoſitione, ſed ea quæ tacite veniunt in ſubſtitutione
pupillari ad matris excluſionem non militant, neque contra
eam admittuntur. l. fin. C. de inſtit. & ſubſti. & l precibus. C. de
impub. Igitur dicendum videtur, dictam tacitam confirma-
tionem non admitti contra matrem. Quarto, ſicut ad hoc vt
mater a Tertulliano excludatur propter ſuperexiſtentiam fi-
liorum filij, requiritur quod dicti filij filiorum ſe non abſti-
neant, ſed tem. hæreditatem patris habeant, quia ſi abſtine-
rent nudum nomen hæredis quod penes ipſos remanet pro-
pter ſuitatem, matrem non excludit. l. ij. §. ſi ſint. ff. ad Tertul.
46 † Ita dicendum videtur hoc caſu, vt ſola ſuitas filij abſtinentis
in matris præiudicium non operetur. Leges ergo, quæ volunt
matrem per ſubſtitutum pupillarem excludi, vt l. Pap. §. ſed
nec impube. ff de inoff. teſta & l. Lucius ff. de vulg. & pupil. &
c. ſi pater de teſt locum habent, quando vere patris hęreditas
adita eſt, non quando ſequuta eſt abſtenſio filij inſtituti. Pro
quo quinto & vltimo facit tex. in l. ij. § adeo. & l. ſed ſi plures.
§. ex aſſe. ff. de vulg. & pup. vbi dicit, ad hoc vt tabulæ pupilla-
res valeant, debet eſſe hæreditas adita, quæ per ſolam ſuita-
tem adita non dicitur, maximè ſequuta abſtenſione. quod p-
batur, quia non tranſmittitur. l. 1. §. memoratas. C de his, qui
ante aper. tab & l. cum hæreditate. ff. de acquir. hære & l. ij §.
ſed ſi ſint. ff. ad Tertul. Neque tex. in d. ll. permittunt quaſi adi
tionem, quæ etiam dari non videtur ſequuta abſtenſione, cū
prætoris beneficium filijs dederit liberum arbitrium abſti-
nendi & immiſcendi. l. nec emancipatus. de legat. j. & l. qui ſe
non immiſcuit, de acqui. hæred. cum ſimi. Sequuta igitur ab-
ſtenſione non videtur quouis modo dici poſſe hæreditatem
aditam eſſe, cum id ꝙ in extraneis inducit repudiatio, in ſuis
inducit abſtenſio. d. l. pro hærede. §. Papi. de acqui. hæred. Sed
ſequuta repudiatione certum eſt: tabulas pupillares non va-
lere. ergo idem in abſtenſione, & maximè ad matris excluſio
nem. igitur §. ſed nec impuberis. & l. Lucius. & c. ſi pater. de
teſt. lib. vj. loquuntur, quando verè patris hæreditas aditur, &
per conſequens iure communi tabulæ pupillares confirman
tur, quæ confirmatio iure communi facta potentior eſt illa,
quæ fieret iure ſpeciali. l. eius militis. §. militia miſſus. ff. de te-
ſtamen. milit.

Quibus tamen in contrarium adductis nō ob
ſtantibus, contrariam partem
17 de iure veriorem puto. † Et primo per text. l. pater filio. ff.
de priuil cred. vbi non loquitur de ſubſtituto, qui hæredita-
tem pupilli ab inteſtato habere poſſet, ſed ſimpliciter & gene
raliter a quolibet hærede, & tamen vult quod exiſtentia ſui-
tatis ipſius filij abſtinentis, cui talis ſubſtitutio facta eſt, confir
met tabulas pupillares, ſecundum communem lec. gl ibi, quā
omnes Docto. ſequuntur. & tex. ibi ſolam hanc rationem aſ-
ſignat, quia pater filio. qui a paterna hæreditate ſe abſtinet, p̄-
ſtat ne bonis patris eius vēditis in eum actio detur, quod idē
in hærede filio ſubſtituto ſeruandum eſt. Conſiderat ergo id,
quod beneficium prætoris, & per conſequēs ſuitas circa ſuos
operatur, vt inducta in ſui odium remoueantur. nō ergo ea,
quę fauores concernunt, & ſic nihil attenditur, an ad ſubſtitu
tum peruentura ſit hæreditas pupilli vel ne. & ideo non de-
bet eſſe dr̄ia, an mater ſit in medio vel ne. Quod ſecūdo opti
mè etiam probat tex. in d l Iulianus. ff. de acqui hære. vbi ſimi
liter in prin. non apparet de qualitate ſubſtituti, immo ſimpli-
citer dicit, aliquis hęres extitit, quaſi non curetur quis ſit il-
le, & tamen ſecundum communem lectu. ibi, pupillaris ſubſti
tutio confirmatur exiſtentia ſuitatis ad commodum ipſius fi
lij abſtinentis. hanc maximè rationem conſiderando, quia ſe
cus dicendo, vt ibi primo voluit Iul. impugnaretur voluntas
pupilli, quia metu onerum paternorum ſi non poſſet abſtine
re, ſubſtitutus pupillaris veriſimiliter nollet pupillo ſuccede-
re, ita quod pupillus inteſtatus decederet, quod eſſet pupilli
incommodum, & iſtud eſt quod iura conſiderant, & ideo nō
curandum, ſi mater ſit in medio. Quod fortius & ſubtilius per
eandem l. & tertio, ſic deducitur. Nam in tex. d l. Iul. ver. alio-
qui, inquit, & ſi frater fuerit omiſſa cau a teſtamenti ab inte-
ſtato poſſidebit hæreditatem & intellige ſi frater fuerit, ſcili-
cet ſubſtitutus fratri, & c. idem finaliter concludit, vt ſucce-
dat, ſi ſit frater teſtatoris, & multomagis, ſi eſt frater ipſius im-
puberis filius eiuſdem teſtatoris, qui dicto impuberi erit etiā
neceſſarius, per l. ſed ſi plures §. quos poſſum. de vulg. & pup.
18 † Aduerte ergo ad illas dictiones, alioquin, inquit, & ſi; quę
copula, &, iuncta cum dictione, ſi, inducit a præcedentibus
diuerſitatem in facto, & identitatem in iure. l. ſed & ſi lege, in
prin. ff. de pe. here. & per gl in l. patris & filij. ff. de vulg & pup.
nullam ergo aliam diuerſitatem conſiderare poſſumus, niſi
quod ſupra alius quā frater, q ab inteſtato potuiſſet hæredita
tem pupilli habere, fuit ſubſtitutus, quod ſatis demonſtrat il-
lud verbum, amplius. & ideo ex illa l. optime recte intuēti cō-
cluditur, quod ſiue ſubſtitutus ſit extraneus, ſiue ſit talis qui
poterat ab inteſtato impuberi ſuccedere ſubſtituto, cōfirma
tur exiſtentia ſuitatis, etiam ad commodum filij abſtinentis
non obſtante matri ſuperexiſtentia, poſtquam commodū
dicitur eſſe filij impuberis, vt hæredem ex teſtamēto habeat,
vt habere dicitur per ſubſtitutum pupillarem per l. patris &
filij ff. de vul. & pup. Qua ratione attenta, dicēdum eſt talem
confirmationem fieri non ſolum exiſtentia ſuitatis impube-
ris abſtinentis, vt loquitur d l. Iulianus & d. l. ſi pater. ſed etiā
ſuitate filij inſtituti & ſubſtituti abſtinentis, qui ſubſtitus erat
impuberi exhęredato. & pro hac parte facit & quarto tex. in
d l ſi filius qui patri. ſupra primo loco pro contraria parte al-
legatus, dum dicit quod præſertim remotis tabulis ſecundis
legitimam haberet fratris hæreditatem, quia poſtquam dicit
in eadem. l. ius dicentis propoſitum eſt liberos oneribus hæ-
reditarijs non ſponte ſuſceptis liberare, non inuitos ab hære-
ditate remouere, ſtatim ſubdit, præſertim & c. que dictio, præ
ſertim, nil aliud videtur operari, niſi id quod operatur dictio,
maxime. l fin. ff. de his, quæ in teſta. delentur. † Cum igitur di-
ctio, maxime, denotet idētitatem in caſu contrario non ex-
preſſo l. illud. ff. ad. l. Aquil. l. 3. §. maxime. de colla bono. & no
tatur in l. & ſi maxime, de ſeruitu. leg. ſequitur quod etiam ſi
ſubſtitutus ab inteſtato non potuiſſet patris hæreditatem ha
bere, ſimili modo admitteret. Nec dicendū ē, ꝙ dicta dictio,
p̄ſertim, abundet vt in ſimili dixit gl. de dictione maxime, in
d. l. fi. & in l. 1. C. de reſcinden. vend & in l fi §. cum autem C.
de manu. teſta & l. 2. §. fi. ff. ſi quis omiſ. cauſa teſt. cum in caſu
tacito ſit eadem ratio per d. l. pater & l. Iulianus. non eſt dicen
dum quod dicta dictio præſertim, abundet, immo eſt ſumme
neceſſaria. Et per hoc non ſolum apparet reſponſum ad pri-
mum principale fundamentum pro cōtraria parte adductū,
& per conſequens ad id quod dicit glo. in l. filius qui ſe pater-
na. de vulg & pupilla. immo magis pro parte iſta affirmatiua
apparet adductum eſſe nec etiā ob. ſecundum de fictione, &
per conſequens de æquitate & c. Nam & ſi tex. noſter dicat
nulla videtur eſſe hæreditas propter ſuitatem. Vel dicat, non
videtur hæreditatem percipere, ſed adminiſtrationem, & ſic
hic duobus modis de verbo videtur, facit mentionem, tamē
dum filios ſuos appellat, neque in hac l. neq; in alijs loquitur

per

per verbum quod fictionem denotet, ſed propriè & vere dicendo. cum ergo ſuitas in ſuis non procedat ex fictione, ſed magis ſecundum veritatem, licet quidam effectus qui ex ea ſequuntur, vt quod non dicantur proprie hæreditatem percipere, videantur ex quadam fictione procedere: tamen nõ ſequitur quod cõfirmatio tabularum pupillarium etiam ad cõmodum filij abſtinentis proprie non fiat: nam tex. in d. l. filius qui patri, dum vult quod ex ſubſtitutione filius abſtinens poſſit ſuccedere, non loquitur per aliquod verbum quod fictionem denotet. Nec ſimiliter. l. pater filio. nec l. filius qui ſe paterna immo rectè intuenti patet talem confirmationem proprie fieri. Nam, & ſi ex æquitate per prætorem ſublata ſit neceſſitas, & datum ſit filio liberum arbitriũ de bonis paternis obligetur, & iſta fuit æquitas, quæ mouit prætorem, vt patet in d. l. ſi filius qui patri. & in d. l. in neceſſarijs. de acqu. hære. ergo propriè & verè quoad alia commoda filij ſuitatis remanſit. Ad tertium autem reſpondetur. nam ideo tacita pupillaris non admittitur contra matrem, quia clarè non conſtabat de voluntate ſubſtituentis, & ita loquitur d. l. fi. C. de inſtit. & ſubſtit. ſed in caſu noſtro clare conſtat, ideo non obſtat. Minusq; ob. quartum de leg ij. §. ſi ſint. ff. ad Tertul. quia non obſtante ſuitate filij abſtinentis, hæreditas a qua filius ſe abſtinuit, dicitur vacare, ideo mater vt proximior admittitur, tamen illa ſuitas ſufficit ad cõfirmãdum tabulas pupillares ad commodum filij impuberis. Non obſt quintum & vltimum, quia illa iura loquuntur de aditione & repudiatione, quæ nõ congruit ſuis, ſed extraneis, Inſti. de hære. quali. & differentia. §. extraneis. Ex quibus conclude, exiſtentiam ſuitatis operari confirmationẽ tabularũ pupillarũ, matre pupilli exiſtente in medio, vltra Bart. & antiquiores, & contra quoſdam Moder.

20 Secundus effectus ſecundæ ſpeciei, videlicet ſemiplenæ † ſuitatis, quæ eſt quando filius ſe abſtinuit eſt, quia dicta ſuitas confirmat fideicõmiſſum vniuerſale etiam extraneo relictum a filio abſtinente. pro quo allegatur caſus ſing. in l. ita tamen. §. ſi autem. ff. ad Treb. immo Bal. in l. ſi paterna. C. de reuo. his quæ in fraud. cred. dixit eſſe mirabile, ꝙ ſuitas operetur, quando filio non nocet & alteri prodeſt, quia mirum eſt vt ad cõmodum extranei ſuitas operetur, per d. ſupra per d. l. filius qui patri. ratio tamen cõmuniter per gl. & Doct. ibi aſſignatur, quia ex quo dictus filius cogi poterat adire & reſtituere, ſicut alius extraneus, vt eſt tex. in l. recuſare. §. meminiſſe. ff. ad Treb. non eſt inconueniens, vt talis ſuitas cõfirmationem dicti fideicom. vniuerſalis operetur. Ex quo ſequitur, ꝙ filius reſtituendo transfert pluſquam habeat, ſicut in ſimili fit in l. fi. C. de iure dot. & l. cum is ff. de fideiuſſ. licet regulariter ſecus ſit in l. traditio. ff. de acqui. re. do. item ſequitur ꝙ talis filius reſtituet hæreditatem, & tamẽ nõ dicitur factus hæres immixtione, & propter talem reſtitutionem non dicetur ſe immiſcere, quia non dicitur fieri eo animo, vt ſe immiſceat, vt eſt glo in d. §. ſi pater. vbi tamen text. non loquitur, ꝙ filius ſe abſtinuerit, licet tamen ſuſpectã hæreditatem dixerit, nõ tamen dicit ꝙ ſe abſtinuerit, & tunc remedio Trebelliani ſuccurritur, vt ſe immiſceat, vt patet in l. quia poterat, ad Treb. & in l. ita tamen. § qui ſuſpectam, eo. ti. Et ideo tex. in d. §. ſi pater. non dicit. ꝙ filius cogatur adire, ſecundum tantum reſtituere tanquam aditio alia non requiratur ad confirmationem dicti fideicom. vniuerſalis propter filij ſuitatem. Idem tamen puto, quando filius expreſsè ſe abſti-

21 nuiſſet, † quia etiam in repudiante habet locũ coactio ex Trebelliano, per tex. in l. non inſtam. C ad Treb. facit. l. patronus. §. alio. ff. eo. ti. Si ergo cogi poterat remedio Trebelliani ſi abſtinuiſſet, & ſic militat ſupradicta ratio, videlicet quia coactione confirmari poterat, ſequitur ꝙ idem dicendum ſit, ſi filius ſe abſtinuiſſet. ſiue ergo ſe abſtinuerit expreſsè, ſiue nõ abſtinuerit, ſed ſuſpectam dixit, licet poſtea reſtituat fideicõmiſſum tanquam ſuitate confirmatum, non tamen illud facit animo adeundi, vel abſtinendi, ideo nullum commodum ex hæreditate ſentire debebit, neq; damnum ac ſi coactus reſtituiſſet, per d. l. qui poterat. & d. §. qui ſuſpectam. & hoc modo intelligit glo. ibi, d. §. ſi pater. Et ideo ſi filius propter ſuſpectionem hæreditatis ſe abſtinuit, poterit fideicõmiſſarios ipſum cogere tantum reſtituere tanquam aditio ſeu immixtio non ſit neceſſaria propter ſuitatem. nõ obſt tex. l. recuſare, in prin. quia licet dicat in princ. de remedio Senatuſconſulti Trebelliani quo hæres cogitur adire & reſtituere, quod poſtea text. in filio in poteſtate dicitur habere locum in ver. ſed & ad filium. quia non propterea dicit, ꝙ in eo habeat locum, vt cogatur immiſcere & reſtituere, immò ſimpliciter loquitur, & ideo ratione ſuitatis non erit neceſſe cogere immiſcere, ſed tantum reſtituere, per tex. in d. §. ſi pater, & etiam quia dicta ſuitas ad talem confirmationem eſt ſufficiens, quia in alio nõ tollitur, neque debilitatur per beneficium abſtinendi, niſi vt filius inuitus non teneatur creditoribus paternis, vt d. l. neceſſarijs. de acqui. hęred. cum ſi. Clarius tamen, ſi filius compellatur immiſcere & reſtituere, quia tunc nõ erit neceſſe probare filiationem & legitimitatem filij, a qua ſuitas cauſatur, vt di-

22 ctum eſt ſupra in v. qõ. principali. † Duo ergo remedia habet dictus fideicommiſſarius vniuerſalis. aut cogere filium immiſcere & reſtituere, aut ſimpliciter reſtituere, vt in d. §. ſi pater. & propterea cum legatarij particulares non poſſint cogere ex Trebel. hæredem adire, vt l. ſi quis omiſſa ff. ſi quis omiſ. cau. teſta. & l. mulier. § fi. ad Trebel. & l. non eſt cogendus, eo. ti. & l. nam ꝙ. §. fi. & l. cogi. eod ti. ſequitur, ꝙ ſuitate filij abſtinentis legata particularia non confirmãtur, vt eſt tex. in l. j in fi. ff. vt in poſſ. lega. quia ſi ſuitate prædicta confirmatur fideicommiſſum vniuerſale, quia filius cogi poterat, ergo non cõfirmantur particularia legata, propter quæ filius cogi non poterat. Quod tamẽ fallit in legato libertatis, quod dicta ſuitate confirmantur. l. cum quaſi §. ſed & ſi quis. ff. de fideicom. lib.

23 & l. ſciendum. ff. de manu. teſt. † Et enim legata pia legato libertatis æquiparentur ſecundum Bar. in l. proxime. in fi ff. de his, quæ in teſt. dele. Idem in legatis pijs dicendum eſt, etiam ſecundum Ang & non mirum, quia alias diſputari ſolet, an legata pia debeantur nulla facta penitus aditione, per l. in teſtamento. & l. Antonius. ff. de fideicom. libe. de quo tamen in l. eam quam. C de fideicom. & l. j. C. de ſacroſan. eccl. Quæ vera ſunt in legatis factis in teſtamẽto patris. Sed legata facta in tabulis pupillaribus bene deberẽtur ſubſtituto adeunte, vt eſt tex. in d. l. ſi filius qui patri, in fi. ff. de vulg & pup. quia illa non dicuntur confirmari ſolum & immediate propter ſuitatem, ſed etiam per aditionem ſubſtituti pupillaris. Et intellige, qđ hic inſtitutus in teſtamẽto patris ſui pupillariter ſubſtitutus filio exhæredato, alias dicta legata non deberentur. l. cum quidam. C. de lega. Ex quo no. ꝙ etiam a ſubſtituto filij exhæredati legari poteſt, quando inſtitutus eſt in patris teſtamento, licet repudiet, ꝙ idem tenet hic Ang. non obſtante l. in ratione. §. quod vulgo. infra ad leg. Fal. dum tex. dicit, hæres extire-

24 rit, quia ibi facti contingentiam denotat. † Nec arg. a contrario ſenſu ibi aſſumi poteſt. quia reſultaret abſonus intellectus, contra l. ij. C de condi. inſer. Et aduertendum quod in tantũ ſupradictum rationem cõſiderauit Ang. in d. l. ſi filius qui patri. & in d. § ſi pater. videlicet quod ideo fideicom vniuerſale confirmetur exiſtentia ſuitatis, quia filius cogi poterat, quod voluit. primo limitando prædicta, quod vbi dicta ratio ceſſaret, videlicet quod filius cogi non poſſet, vt puta quia mortuus mora in reſtituendo non contracta, vt ceſſet diſpoſitio. l. non iuſtam. C. ad Trebel. tunc fideicommiſſum vniuerſale confirmaretur ſola exiſtentia ſuitatis dicti filij Quod ſecundo modo limitando dicit, idem eſſe ſi forte teſtator expreſſe diſpoſuiſſet, quod filius cogi non poſſet, quia ceſſante dicta ratione l. ceſſat eius diſpoſitio. l. adigere. §. quamuis, de iure patro. l quod dictum eſt ſupra de pact. c. cum ceſſante, de appel. & ſic dictis duobus modis. Ang. limitat d. § ſi pater. ſed certe prima eius limitatio nõ procedit, quod ſic deducitur. eo ipſo quod filius inſtitutus grauatus de reſtituendo dixit hæreditatem ſuſpectam, & non voluit ſe immiſcere, vel abſtinuit, cogi poterit immiſcere, & reſtituere, per d. l. recuſare. §. meminiſſe. hæc ergo potentia cogendi filium & ſi ad actum deducta non fuit, poſtquam ſemel deduci potuit, facit ſi ſit in poteſtate fideicom. an velit dictum filium cogere adire & reſtituere, vt faciliores probationes habeat, vt dicit gl. in d. §. ſi pater, vel ſtare contentus, quod fideicom. ſit confirmatum ſuitate dicti filij. Ita quòd ſtat in electione dicti fideicõmiſſarij, vt vult glo. in d. §. ſi pater. ſi igitur dictus fideicommiſſarius vult eligere illam partem, quod fideicommiſſum ſit ſuitate confirmatum poterit, licet dictus filius mortuus ſit nulla mora facta, vel dolo cõmiſſa. Ita ꝙ dictus fideicommiſſarius ſicut potuiſſet dictum filium compellere ad reſtituendum dictum fideicommiſſum eius ſuitate confirmatum, eodem modo poterit cõpellere hæredes ipſius filij, & hæredes nõ haberet, ipſo iure reſtitutum intelligeretur. per ea quæ habentur in l. ſancimus. §. fi. C. ad Treb.

25 Ex quibus † ſequitur. v. concluſio. Quod fideicommiſſum vniuerſale confirmatur ſola exiſtentia ſuitatis filij grauati, dicentis hęreditatẽ ſuſpectam, & ſe non immiſcentis, vel abſtinentis, & ſi nullum mora facta vel dolo cõmiſſo ante reſtitutionẽ mortuus ſit. ꝙ eſt cõtra Ang. Et totũ hoc operatur illud nomẽ hæredis, ꝙ penes dictum filium remanſit, propter ſuitatem, licet ſe non immiſcuerit Arg l. ex duobus §. fi. cum ſeq. ff. de vulg. & pup. Et licet talis confirmatio fideicommiſſi non cedat ad commodum ipſius filij ſuſpectam patris hæreditatem dicentis, tamẽ ſufficit ꝙ non cedat ad incommodum, ad hoc vt exiſtentia ſuitatis operet. Nam vt ſæpius ſupra dictum eſt, beneficium abſtinendi a prætore introductum, facit ne filius inuitus creditoribus paternis teneatur. l. in neceſſarijs. ff. de acquir. hęr.

cum

cum ſi. circa ſecundam Ang.limitationem an talis diſpoſitio
teſtatoris mandãtis filium inſtitutum rogatum de reſtituẽdo
non poſſe cogi adire. dicendum primo videtur, quod valeat
per l.ij C.vt in poſſ.lega.dum dicit quod tati.dationes,quæ in-
ductæ ſunt gratia tuendi voluntates teſtatorum, poſſunt re-
mitti teſtatorum voluntate Sed in contrarium,quod talis di
ſpoſitio non valeat facit, quia ſequeretur quod repoſitũ eſſet
in voluntate dicti filij,an dictũ fideicõmiſſum valeat. & ideo
tanquam captatoria talis diſpoſitio nõ teneret l captatorias.
C de teſt.mil.l.nonnunquam infra de condi.& demõ. Sed ad
hoc ponderi poſſet, ꝙ expreſſe non dicitur eſſe remiſſum
i poteſtate filij,ſed velare,quo caſu tanquam captatoria non
poteſt dici non valere.d l nonnunquam. & l.ſi quis Sempro-
nium & l. illa inſtitutio,de hæred.inſtit. Aliud tamẽ obſtare
videtur dictæ limitationi,ſecundum Imo. & aliquos moder-
26 niores in d.§.ſi pater.† quia coactio per Trebellianum intro-
ducta eſt iure publico ob cõſeruandas voluntates teſtatorũ.
l.vel negare.ff.quẽad teſta.ape.iuncta l quia poterat, ad Tre-
bel.ſed nemo facere poteſt quod leges in ſuo teſtamento lo-
cum non habeant.l.nemo poteſt.de leg.j.Igitur dicta diſpoſi
tio n valet Et ſecundum hoc ſequitur ꝙ l.nemo poteſt,nõ
ſolum ocum habeat,vt teſtator nõ poſſit facere ꝙ ll.inducen
tes ſolemnitatem teſtamenti, vt teſtium, vel introducen-
tes ſtantiam teſtamenti,vt ꝙ in eo inſtituatur hæres,vt l.
proxime, & his quæ in teſta.delentur,non habeant locum in
ſuo teſtamento,ſed etiam non poteſt facere,vt aliæ ll.inductæ
vt teſtatores teſtati decedant ſimiliter locum non habeãt in
ſuo teſtamẽto,ita ꝙ d l.nemo poteſt.loquitur quo ad omnes
ll.quæ ſolẽnitatem aliquam, vel obſeruãtiam de iure publico
introductam inducerent. & propterea non ob d.l.ij.C. vt in
poſſ leg.quia illæ cautiones non ſunt introductæ propter pu-
blicam vtilitatem,vt ibi dicit Bal.immo legatarij & fideicom
miſſarij non præſtita d.ſatiſdatione agere poſſent, quod non
eſſet in caſu noſtro. Et hinc etiam eſt,quod olim falcidia pro-
hiberi non poterat.l.ꝙ de bonis.§ j ff.ad l.fal.quia ius publicũ
reſpiciebat,videlicet vt teſtatores hæredes haberent ex teſta-
mento,vt Inſti. ad l Falc.in princ. & per Bar.in d.l.nemo põt.
Et ita dicendum eſt in caſu noſtro,contra Ang.non ob.ꝙ ho
die falcidia poſſit prohiberi,vt in auct.ſed cum teſtator, & in
corpore vnde ſumitur. & ideo eſt,quia vbi falcidia prohibita
eſt,licet non adeatur hæreditas ex teſtamento , legata tamen
valent,& ſic res non deducitur in totum ad cauſam inteſtati,
ſecundum Bart.in d.l.nemo poteſt. & in l.j in princ.ff ſi quis
omiſ.cauſa teſt. ꝙ an procedat,latius dictum eſt in mea repe-
titione d.l.nemo poteſt.

27 **Tertius** †effectus eſt , vt exiſtentia ſuitatis confirmet
dationem tutoris,quæ datio tutoris in teſta-
mento,& ſi aliter non valeat,niſi ex teſtũ hæreditas adeatur.
l.ſi nemo.de teſt.tu.tamen ex quo eſt ſuitas,qua mediante nõ
dicitur teſtator hærede carere abſq; alia immixtione, vel adi
tione,confirmata diceretur tutoris datio,& ita tenet Dy.& Bar.
in d nemo,& Cy.in l.ij.C.eo.ti & Bar.etiam in d l.ſi filius qui
patri.de vulg.& pup. Quod tamen ſane intelligendum eſt, ſe-
cundum communem opi.quando tractamus de ſuitate illius
filij,cui tutor datus eſt. Nam ſi filio impuberi exhæredato da
tus eſſet tutor,& alius filius eſſet inſtitutus,ſola exiſtentia ſui-
tatis dicti filij inſtituti non confirmaretur datio dicti tutoris,
quia nõ dicitur cedere in commodum & vtilitatem ipſius fi-
lij inſtituti,niſi conſideres, vt ſupra proximo ſecundo effectu
dictum eſt,quod beneficium abſtinendi a prætore ſolum in-
troductum fuit , ne filius inuitis creditoribus paternis tene-
retur.l.neceſſarijs,de acqui.hære.cum ſi.quo ad omnia igitur
alia adhuc filius dicitur hæres remanere , & ideo dicta datio
confirmaretur exiſtẽtia dicti filij inſtituti, cui tutor datus nõ
fuerat.Multo ergo magis confirmaretur exiſtẽtia ſuitatis im-
puberis inſtituti etiam abſtinẽtis, cui ipſe tutor datus fuiſſet.
cuius impuberis intereſt habere tutorem, qui dictum impu-
berem tueri poſſit.l.j.in prin.ff.de tut.nec obſtat prædictis, ꝙ
priuilegium ipſius pupilli nõ debeat trahi in alterius dãnum,
vt in l.impuberi filio.ff.de adminiſtr.tuto.& l.cum filius.ff.de
teſta.mili.ꝙ traheretur,ſi datio tutoris confirmaretur,† cum
28 tutoris officium dicatur eſſe onus,vt l.tria onera.ff.de excu.
tuto.Ideo fortè gl.dixit in d.l.ſi nemo,ꝙ hoc caſu dandus eſt
alius tutor.vel cum auctoritate iudicis hæreditas adeatur , &
vocabitur dictus alius tutor Attilianus,videlicet datus in de-
fectum alterius tutoris,qui nondũ adminiſtrauit. de quo mẽ-
tionem facit Bal.in caſu iſto in d.l.ſi filius qui patri , circa finẽ.
& patet Inſti.de Atti.tuto. in princ. Quæ tamen cautela,non
eſt bona, quando filius impubes vellet ſe abſtinere,immo tũc
dicendum eſt quod non obſt. tali abſtenſione , adhuc ſuitas
firma manet,quod operatur confirmationem dationis tuto-
ris,quæ tutoris datio principaliter introducta eſt in fauorem
ipſius pupil licet in conſequẽtiam dicatur onus tutoris,cum

periculum ad tutorem pertineat.l quidam decedens. i fi. ff.
de admini.tuto. Sed quando vnus actus poteſt eſſe fauorabi-
lis & odioſus, inſpicitur principalis intentio,per ea quæ habẽ
tur in l.qui exceptionẽ.ff.de condictione inde.cum ergo prin
cipalis intentio in datione tutoris ſit fauor pupilli, licet ſecun
dario ſit onus tutoris,iſtud ſecundarium non attenditur, & ſic
non ob d l.impuberi filio.& d.l.cum filius.quia, vt dicit Ioan.
de Imo.in d l filius qui patri.d.l impuberi & d.l ſi filius qui pa
tri,loquuntur de alio præiudicio,ſuper quo teſtator prouide
re non poterat , ſed hic teſtator poterat prouidere in dando
tutorem.l.j.ff.de teſtamẽ.tute. Ex quibus omnibus effectibus
ſuitatis filio etiam abſtinente ſatis patet , ſuum non obſtante
abſtenſione facta de iure prætorio hæredem remanere & ap-
29 pellari poſſe . † Sed cum duo in ſolidum vnius non poſſint
eſſe hæredes,vt eſt tex.in l ꝙ contra.§.vni duo.ff.de reg.iuris.
& facit.l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculum.ff commo. Patet
quod in ſuis de iure ciuili non habebat locum edictum ſuc-
ceſſorium,vt eſt tex in l.j §.ſciendum.ff.de ſuis & legi facit l q
ſe patris.C.vnde liberi Et ideo gl.in fi in d.l.qui ſe patris, licet
teneat per § placebat Inſti.de agna.ſucceſſio. quod etiam de
iure ciuili poſt introductum beneficium abſtinendi a præto-
re locum habet in ſuis edictum ſucceſſorium. Quod idem te
net glo.in rub.C de ſucceſſo.edic.ita quod dictus §. ſciendũ.
& d.l qui ſe patris,eſſent correctæ. Tamen Iac.de Are.Pe.Cy.
Mat.Si.& cõiter vltramontani, & Docto.Bononienſes,ante
Bar.vt refert Cy. in d rub.de ſucceſſ.edi. & in d.l.filius qui ſe
patri,dictas glo.reprehendebant ſupradicta ratione, quia plu
res non poterant eſſe hæredes vnius inſolidum,& etiam quia
non eſt dicendũ,quod per §.placebat, corrigatur.l. qui ſe pa-
30 tris. † cum Codex fuerit poſt inſtitutiones compilatus, vt in
procemio.ff in princ ergo non eſt dicendũ,quod ll.C.pp iura
poſita in Inſtitutionib.corrigantur. nec obſt d.§ placebat,ſe-
cundũ eos,vt refert Cy. vbi ſupra. q̃a loquitur in alijs agnatis
quam in ſuis.& ita.d.§ intelligere videtur glo.in d.rub.C. de
ſucceſ.edic. Quod etiam ſuaderi poteſt alia ratione , quia cũ
de iure ciuili ſui ſint neceſſarij, ſi ius ciuile permitteret ſequẽ
tes etiam eſſe hæredes,contradiceret ſibiipſi , & eſſet quædã
repugnantia contra l vbi repugnantia.de regu.iur.& ideo di-
cunt ipſi per d.l.qui ſe patris,edictum ſucceſſionum in ſuis lo
cum tantum habere de iure prætorio non ciuili. Nec tunc ſupra
dicta ratio obſtaret quia ſi duo nõ poſſint eſſe hæredes vnius
inſolidum eodem iure,poſſunt tamen eſſe diuerſo iure, vt vi
demus in vſufructuario & domino & ideo ſuus tenens pri-
mum locum ſuccedendi remanebit hæres de iure ciuili, licet
ſe abſtinuerit. ſed ſequens, qui de iure prætorio admittitur,
dicetur hæres,vel bonorum poſſeſſor de iure prætorio Sed cer-
te hac ratione etiam conſiderata & attenta Bar in d.l. qui ſe
patris.& in d l j § ſi de ſuis & legi & in l.ex contractu.ff. de re
iud. ſaluat & ſequitur primam opi. gl. videlicet vt de iure ci-
uili ſequentes poſt primos ſuos abſtinentes admittantur,& p
conſequens inter ſuos habet locum edictum ſucceſſoriũ nõ
31 obſtantibus ſupra in contrarium adductis,† quia videmus qđ
ille qui factus eſt hæres aditione , ſi per beneficium reſtitutio
nis in integrum, quod eſt a prætore inductum . l.j. in prin. ff.
de min integ. reſti aduerſus aditionem reſtituitur , non deſinit
eſſe hæres de iure ciuili.l & ſi ſine.§ ſed quod Papinianus . ff.
de mino.& tamen ſequentes admittuntur de iure ciuili, vt l.
j.§.ſi quis adita & l ij.§.ſi bo poſ ff.ad Tertul.Nec ob.rea.l.2.
§.interdum ff.de vulg & pup.vbi ſi minor inſtitutus per reſti
tutionem in integrum repudiauit prætor admittit ſubſtitu-
tum vulgarem, ita quod non videtur quòd ſuccedat de iure
ciuili ,ſed vocetur a prætore. Sed reſpõdet ibi Bar quod licet
prætor poſſit eum vocare.tamen non ſequitur quòd nõ poſ-
ſit etiam ſubſtitutus vocari de iure ciuili. Vel ſecundo reſpon
deri poteſt ſequendo primum intellectum glo. ibi videlicet
quod ibi repudiauerat & reſtituitur vt adeat,& ſecundũ hoc
nullo modo obſtaret. & ideo concludit etiam ibi Bar. & in l.
j.in prin.de vulg & pup. quod inſtitutis adeũtibus & poſtea
per reſtitutionem in integrum repudiantibus ſubſtitutus vul
garis admitti poteſt etiam de iure ciuili. Et tunc ſequetur ꝙ
inſtituti reſtituti erũt hæredes directo ſubſtituti vulgares de
iure ciuili admiſſi erunt hæredes vtiliter,ſicut videmus in in
32 ſtituto grauato de reſtituendo,† qui poſt reſtitutionem dicitũ
hæres directo , & fideicõmiſſarius hæres vtiliter etiam de iu-
re ciuili,vt patet in l. r.&. l. reſtituta. cũ ſi . ff.ad Treb. & pro-
pter hæc non obſtant contraria ſupra pro alia parte adducta,
videlicet d.§.vni duo & §.ſi duobus vehiculũ.& minus ſecũ
dum eum ob.quod dicebatũ,quod § placebat. nõ poterat cor
rigere ll.C.quia cũ.l.C. nõ ſit de 50. deciſionibus nouiter tẽ
pore.C.factis,licet ſit in C poſita,tamen edita fuit d.l q ſe pa-
tris,ante iura noua Inſtitutionum,& ſic potuit corrigi per iu
ra Inſtitutionum,vt glo. vult in d. l.qui ſe patris. vel non loq-
tur in filio & nepote,ſed in alijs caſibus Et pro hac opi. Bar.
alleg.

alleg. caſum in l.defunctis.C.de leg.hęre. Bal. autem in repe.
huius.l.circa hunc articulum multum perfunctorie locutus
eſt.& tenere uidetur quod ſucceſſorium edictu nō habeat lo
cum in ſuis,ſed in alijs,qui vocantur de iure ciuili ,quod ipſe
idem Bal.tenuit in d.l.qui ſe patris,licet non ſe fundet in d . l.
defunctis.immo etiam intelligitur , vt loquatur de æquitate
iuris ciuilis,licet alio modo tam intelligitur ibi,& in l.j.C.de
his,qui ante aper.ta.vt dictum eſt ſupra in vj.principali quæſi
to.tamen concludit quod edictum ſucceſſorium locum ha-
beat in ſuis per x.argumenta,videbis per te,tenendo etiam ꝙ
beneficium abſtinendi fuit introductum de iure ciuili,quod
ſupra in vj.prin quæſito clarè improbatum fuit.Subdens etiā
ꝙ . §. placebat.loquitur in omnibus agnatis,ergo in ſuis. ne
que eſt dicendum quod concedatur agnatis tranſuerſalibus
& denegetur liberis,quia iſta non eſſe iuſtitia,ſed ſtultitia,ſe-
cundum eum.Quod idem tenuit Bart.de Sali.in rep. d. l. qui
ſe patris.Do.Chriſtophorus de Caſtel. in rep. l. filio præteri-
to.eo.tit.j.tenet contra glo. & Bar. ſequendo cōmunem opi.
33 Doct.ante Bar.† quod edictum ſucceſſorium locum non ha-
beat in ſuis in te,& maxime mouetur per l.j.§.ſciendum.ff.de
ſuis & leg cum ibi dicatur quod in ſuis ceſſat edictum ſucceſ
ſorium,licet tempore illius.l.filius haberet beneficium abſti-
nēdi, nec ſecundum eum reperitur hoc aliqua.l. correctum .
non obſtantibus in contrarium allegatis,maxime per Barto.
Reſpondet primo ad d.l.defunctis.quia verum eſt quod filiis
defunctis & abſentibus frater defuncti iure conſanguinitatis
ſuccedere poteſt,videlicet iure prætorio. Sed hæc reſponſio
non ſolum diuinat illum tex.immo eſt contra eius intētionē.
Nam prætor non admittit iure cōſanguinitatis, ſed magis ex
quadam æquitate.l.j.de leg præſtan.Reſpōdet etiam ad §.pla
cebat,quia verum eſt quod in agnatis de perſona ad perſonā
hodie habet locum edictum ſucceſſorium , quando agnatus
excluſus a ſucceſſione nō remanet hæres,alias ſecus ,& ſicut
vult quod in agnatis ſuis locum non habeat edictum ſucceſ-
ſorium,contra glo.& Bar.An autē dictus.§.placebat,loquat
de perſona ad perſonam,vel de gradu in gradum,vel de capi-
te in caput,infra patebit Reſpōdet etiam tertio ad d.§. ſi quis
adita . dum tex. dicit ibi ius,ſcilicet prætoris . ſed iſta expoſi-
34 tio eſt contra illum tex. qui dicit ius antiquum. †quod nō eſt
aliud niſi ius xij.tabu.vt ibi dicit glo.& patet ex præcedēti. §.
ſedd Rapha. Fulan d.l.qui ſe patris. primo pro opi gl.& Bar.
alleg vltra eum in argu.tex.l.2.§.ſed ſi ſint.ff.ad Tert.vbi libri
ſiti obſtant matri.vt non ſuccedat per Tertulianum filio qui
liberos ſuos habebat . & ſubdit tex. dummodo hæreditatem
dicti liberi tui habeant Nam ſi abſtineret nudum nomen hæ
redis,quod propter ſuitatem apud eos remanſit,non exclude
ret matrem. patet ergo quod filius abſtinens remanet hęres
matris, & tamen mater patris ſuccedit per Tertulia. Senatuſ-
cōſult. qđ eſt de iure ciuili. l.ius ciuile.ff. de iuſti. & iu.dicit ta
men ipſe,quod magis ſibi placet opi.contraria, videlicet vt e-
dictum ſucceſſorium in ſuis locum nō habeat de iure ciuili ,
ſed de iure præto. & pro hoc dicit eſſe caſum in d. l. qui ſe pa-
tris,vbi tantum de iure prætorio ſequentes admittuntur,nec
dici poteſt ſecundum eum quod ſit correcta , nam non per l.
defunctis C.de leg.hære. quia & ſi poſterior ſit in vol. tamen
non uidetur iunior,& minus per.§.placebat quia ille.§. loqui
tur in tranſuerſalibus,vbi loquitur ille tit.de legi.agna.ſuc.qa
loquitur,quando nullos ſuus extat, vt patet in prin.d.ti.a.qa
d. §. placebat , loquitur de eo qui ſpernere poterat hæredita-
tē , aut mori antequam adiret quod non cadit in ſuis. inſti.de
hęredum qua.& differentia.§.ſui.Tertio modo reſpondet,&
ad hoc dicit,eſſe multum aduertendū : quia de iure ciuili, &
ſic l.xij. tabu. tantum agnati primi gradus vocabantur ab in-
teſtato , vt §. placebat . & l.pronuntiatio.§.j.ff.de verb. ſigni.
nec de ſequētibus in gradu agnatorum.l.xij.tabu. ſe impedie-
bat,prætor autem videns hoc eſſe iniquum.voluit vt dicti a-
gnati ſequentes in gradu repudiantibus primis admitteren-
tur per vnde cognati , & ſic cum cognatis eodem ordine &
gradu . vñ ꝓximiores cognati in gradu ꝓferebant agnatis in
gradu inferiori,ꝙ aūt vidēs Imperator,nec putās iuri eſſe cōſo
nū,vt cognatus ꝓcedēs in gradu agnatū excludat, licet īferio
ris gradus,induxit ꝙ in agnatis eſſet locus edicto ſucceſſorio
de iure ciuili,ne opus eſſet quod veniret de iure pręrorio per
vnde cogna.& hoc ideo fecit in agnatis & non in ſuis,reſpō-
dendo rationi Bal. ſupra poſitæ ,quia prætor in agnatis non
plene aut in totum iuſte prouidit,ſed in ſuis iuſte prouidit &
plenè aut perfecte. Nam filio abſtinente vocauit nepotem ꝑ
vnde liberi,& nepote abſtinēte vocauit pronepotem eo. mo
do.Nec eos cum agnatis alijs admiſit,aut cum cognatis voca
uit,& ideo non fuit neceſſe ꝙ Imperator per ſuas conſtitutio
nes in ſuis ſucceſſorium edictum introducendo prouideret,
ſicut in agnatis. Adducit ſimiliter de filio emancipato voca-
to a prætore, de quo aliter de iure ciuili vſque ad tempus Iu-
ſtiniani non fuit prouiſum, & tamen prouidit ius ciuile de fi-
lio reſpectu hæreditatis matris. quia in dicto caſu per præto-
35 rem non plenè fuerat prouiſum. † Et ſubdit in hoc exemplū
ita obſcurum,& confuſum, vt puro errore ſcriptoris, ꝙ non
poteſt intelligi,ſed hæc vltima ratio bona non videtur , nam
non prouidiſſet hodie Imperator in ſucceſſione emancipato
rum,vt in auct. de hæredi. quæ ab inteſta §.nulla. ſi fuiſſet in
emancipans ſatis prouiſum per prætorem, nō tamen dico ꝙ
§.placebat,loquebatur in ſuis Nec ſecundum eum ob.§.ſi qs
adita,quia per illud ſenatuſconſultum dicitur,vt patet in l.j.§.
ſi nemo filiorum.ff.ad Tertul. quod quandiu filius voluerit
ad ſe legitimam hęreditatem pertinere,ius antiquum locum
non habeat, videlicet vt agnati excludātur. Requirit ergo di-
ctum Senatuſconſultum Tertulianum voluntatem perma-
nentem & perſeuerantem. Ea ergo deficiente.ſequentes vo-
cantur de iure ciuili per illud Senatuſconſultum. Neque hoc
reperitur in ſuis , vt ſequentes in gradu aliquo modo de iure
ciuili vocentur,licet primi ſe abſtineant.nec etiam ob.ꝙ ſi fi-
lius qui hæreditatem adiuit reſtitutus etiam remanet hæres
nomine,ſicut ſuus ab initio abſtinēs, & ſic nō videtur ꝙ alius
poſtea poſſit eſſe ſuus de iure ciuili , quia ſecundum eum eo
ipſo ꝙ ſequens per Senatuſconſul. admittitur, ipſo iure, ille
præcedens deſinit eſſe hæres etiam nudo nomi ne,quia Sena-
tuſconſul.potuit illud facere, ꝙ facere non poterat prætor vt
l. & ſi ſinc.§.ſed ꝙ Papi.ff.de mino.Et ratio eſt,quia ſequens
ibi non vocabatur de iure ciuili. Et eodem modo reſpondet
ad d. l.ij.§.& ſi ſint.quæ reſponſio videtur eſſe contra tex.d.§.
ſed ſi ſint.vbi filius ſuus abſtinuit , deinde admittitur mat per
Senatuſconſultum,non obſtante ꝙ penes filium remanſerit
nudum nomen hæredis,ꝙ tamen matri non obſtat,vt ibi. Et
ideo nō eſt dicendum,ꝙ ex diſpoſitione Senatuſconſulti ipſo
iure primus deſinat eſſe hæres. Reſpondet etiam Fulg.ad ex
contractu,de re iud.quia ibi ſecundum eum ſubſtitutus vul-
garis admittitur de iure prætorio,quia ſicut inſtitutus ꝗ adi-
uit beneficio prætoris reſtitutus repudiauit , ita ſubſtitutus
beneficio prætoris admittitur,argu.l. quod ſi minor.§ reſtitu
no.ff.de mino. Pro quo vltra eum facit tex.in l ij.§.interdum.
ver.ergo.ff de vulga & pup. Et per prædicta ſatis bene reſpon
ſum videtur ad d.l.ex contractu . licet ibi nō appareat an iure
ciuili,vel prætorio . & etiam licèt tex.in d.verſi. ergo. non di-
cat ſubſtitutū tantum de iure prætorio admitti , vt dixit Bar.
reſpondendo ad illum tex. Præterea ibi loquitur in eo,qui iā
adiuerat ita , quod re & nomine factus fuerat hæres propter
aditionem Igitur non ita facile ſubſtitutus de iure ciuili videa
batur poſſe admitti,ſicut quando ſuus nulla facta immixtio-
36 ne ſe abſtinuiſſet prætoris beneficio,† quia ſaltem re nunquā
dici potuit hæres, licèt ex iuris ciuilis diſpoſitione dicat ſuus
neceſſarius.Inſti.de hære.qua & diff.§ ſui. Tamen poſtquam
ſe non immiſcuit hæreditati,immo ſe abſtinuit,minus reſpe-
ctu hæreditatis dicitur habuiſſe quam extraneus, qui adiuit,
& poſtea ætatis beneficio reſtitutus eſt. & ideo non obſtaret
etiam opi.Bar.quod tunc ſequens de iure prætorio tantū ad-
mittatur,per d.l.ſed ſi ſine.§.ſed cum Papi.ff.de mino. Nec ſe
cundum eum ob.d.l.defunctis. in qua Bar ſacit magnum fu
damētum.Nam inducit ius nouum.vel refert aliud ius ,ꝙ fuit
inductum eo quia ꝙ fratres conſanguinei ex auctoritate iu-
ris ciuilis,vel Senatuſcon. Tertuliani præferebantur mat. In-
ſti.ad Tertul.§ præferuntur. Quod verum eſt,quando defun-
ctus filium ſuum non habebat Nam ſi habuiſſet & abſtinuiſ-
ſet,& propterea nomine hæres remanſiſſet frater conſangui
neus non vocabatur iure xij tab.l.j.de ſuis & leg & d.§.place-
bat.nec per vnde legit. Ideo quod frater neceſſe habebat ve-
nire per vnde cogna.quo caſu mater ſibi præferebatur,al leg.
l.mater.C.ad Tertul.ſed melius facit.l.ſi quis. vel ſi qua,eo.ti.
Ex qua clarè colligitur,matrem cognatis præferri. Quod cū
eſſet inconueniens, inducta fuit d.l. defunctis vt dicti fratres
admitterentur de iure ciuili iure cōſanguinitatis , ne a matre
excluderentur,cum hoc caſu plenè non eſſet prouiſum per Se-
natuſcon.Tertul. qui poſt ſuos non vocabat fratres , ſed ma-
trem.d.§. ſed ſi ſint in poteſtate . Neq; etiam plenè prouiſum
erat per prætorem,qui eos vocabat per vnde cognati,vt d §.
placebat.ita ꝙ a matre hoc caſu fratres excludebantur . Non
ergo eſt dicendum,vt dicit Bart. ꝙ per d.l.defunctis.nepotes
per ſucceſſorium edictum admittantur.quibus nepotibus de
iure prætorio eſſet ſuccurſum , cum ipſi & pronepotes & cæ-
teri vocabantur per vnde liberi.Sed certè ſatis a longe trahi
videtur hic intellectus ad l.defunctis.& ſine diuinatione non
procedit,cum in d.l.nulla.de matre mentio habeatur.Nam ſi
nouum remedium Imperator introducere voluiſſet, ne ma-
ter fratrem excluderet,non eſt credendum ꝙ ita ſimpliciter
locutus fuiſſet,nullam mentionem de matre faciendo , præ-
ſertim cum multa iura,per d.l.defunctis ſecundum eius intel
lectum corrigerentur,quod in dubio non eſt præſumēdum .

Præterea

Præterea ſecundum dictum intellectum ſequeretur, ꝙ nepos
virtute ſucceſſorij edicti non poſſet ſuccedere de iure ciuili,
37 ſed mater & fratres ſic.† & certum eſt, ꝙ minus eſt debita ma
tri vel fratri hæreditas quam nepoti ex filio. l. ſcripto. in fi. ff.
vnde lib. & tamen dicti nepotes ſecundum eius opi. non poſ-
ſent perpetuo ad dictam hæreditatem venire, ſed tantũ intra
annum, cum prætoris beneficia annalia ſint. l. j. §. largius. ff de
ſucce edi. l. emancipata. C. qui admitti. Item nepotes teneren
tur prætorem adire. l. fi. C. qui admitti. quod facere non tene-
retur mater, vel frater, qui de iure ciuili venire poſſunt, per l. li
cet. C. de iure delibe. quod eſſet abſurdum. Reſpondet etiam
vltimò Fulgoſius ad id, quod dixit Bar. de reſtitutione ex Tre
belliano, vbi inſtitutus rogatus de reſtituendo facta reſtitu-
tione habebit directas & fideicommiſſarius vtiles, quia ſm
Fulgoſium illę vtiles non ſunt de iure ciuili, vt vult Bar. ſed de
iure prætorio, per tex. Inſti. de fideicom. hære §. poſt qđ. Nec
dicendum eſt, ꝙ ideo ſunt vtiles ciuiles, eo quia Senatuſconſ-
ſultum præcipit dari vtiles, quia illud Senatuſconſ. vult quod
dentur a prætore, arg eius, quod dicitur de bono. poſ quæ ex
legibus & Senatuſconſ datur, Inſtitu. de bo. pol. §. 7. & l. 1. ff. vt
ex legi & Senatuſconſ. bo. poſſ. de. Sicut etiam videmus, dicit
ip e, ꝙ dominium Venetiarum, aut Princeps mandaret po-
teſtati aduæ, vt talem cauſam deberet delegare, ſi a tali dele-
gato appellaretur, deberet ad poteſtatem delegantem appel-
lare. l. Imperatoris, de ap. Nec tamen ille dicitur delegatus a do-
minio. & ita dicendum eſt in actione, quam prætor dat vir-
tute Senatuſconſulti Trebelliani. Sed certè hoc non videtur
procedere, quia tex. Inſti. de fideicom. lib §. reſtituta. ver. & in
Neronis dicit, quod Senatuſconſ. Trebelliano cautum eſt, vt
omnis actio quæ iure ciuili hæredi & in hæredem dabatur, de-
tur fideicommiſſario, vt contra fideicom. nec ibi mandat per
prætorem fieri, immo Senatuſconſultum fecit, & per conſe-
quens ius ciuile. l. ius ciuile. de iuſti. & iure. Ad idem tex. in l. j.
in princ ff ad Trebel. Non ob. §. poſt quod. nam licet dicat ꝙ
poſt ſenatuſconſultum prætor vtiles actiones dedit, non pro-
pterea ſequitur quod per Senatuſcon. datæ nõ fuerint, immo
præſupponere videtur per ſenatuſcon. datas fuiſſe, dum dicit,
poſt quod Senatuſcon &c. Ideo tamen fortè ibi de prætore
mentionem fecit, quia cum etiam bonorum poſ. cogatur per
Trebellianum reſtituere. l. j. §. bonorum. ff. ad Treb. iſto caſu
expedit, quod prætor vtiles daret de iure prætorio. Sed quan
do hæres adiẽs de iure ciuili reſtituit, vtiles transferuntur de
iure ciuili, vt vult Bar. Idem tamen do. Rapha. Fulg in eadem.
38 l. qui ſe patris. Prædictis non obſtantibus, † dicit quod de iure
nouiſſimo in ſuis locum habuit edictum ſucceſſorium, non
tamen eo modo, quo dicit Bar. videlicet ꝙ ſequentes habeãt
vtiles, immo habebunt directas, & hoc per tex. in auc. de hę.
quæ ab inteſt § j. & §. conſequens. vbi imperator Iuſtinianus
permittit deſcendentes ſuccedere, quos poteſt facere hære-
des de iure ciuili, & feciſſe videtur poſtquàm permiſit eos ſuc
cedere, ita ꝙ de iure ciuili edictum ſucceſſorium locum ha-
bebit in ſuis, ꝙ multis alijs verbis ad hunc finem tendentibus
ibi declarare nititur. Sed dicat quicquid vult, ille text. nullo
modo facit. Nam ſi rectè inſpiciatur, nunquam loquitur ꝙ fi-
lio abſtinente nepos admittatur, prout quærimus in hoc arti-
culo, ſed ſemper loquitur de illis admittendis, quorum pater
non viuebat, quos admittit aut cum patruis, aut cum paren-
tibus, ſublata differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis
& ſexus, ita ꝙ licet de dicto text. faciat magnum feſtum, ta-
men inter parum & nihil facere videtur. Nec ſecundum eun-
dem pro Bartol. facit text. in l. ſi ex modica. §. ſi filius. ff. de
bo. li. quia licet patronus ab inteſtato ad ſucceſſionem liber-
ti vocetur, per l. 12. tab. Iuſti. de legi. patro ſucceſ. per totum.
tamen quando libertus decedit teſtatus, vocatur per præto
rem Inſtitu. de ſucceſ. lib. poſt princip. & facit tex. Inſtitu. de
bon. poſſeſ. § 6.

Licet ergo in hac difficultate multi multa dixerint, vt
ex ſupraſcriptis apparet, tamen omnes & glo. &
39 Doct. in hanc vnã conuenerunt ſententiã, † vt filio abſtinen-
te nepos admittatur. ſed differentia eſt, an iure prætorio vel
ciuili & ꝙ iure prætorio admittatur, allegatur d. l. qui ſe pa-
tris. & d. l. 1. §. ſciendum. ff. de ſuis & legi. Et etiam allegatur ra
tio, quia duo eodem iure non poſſunt eſſe hæredes eiuſdem
inſolidum, ita ꝙ ſi prædictis duabus legibus & rationi reſpon
deretur, nullus negare poſſet, in ſuis locum eſſe edicto ſucceſ
ſorio de iure ciuili. Et ideo aduertendum ꝙ d. l. qui ſe patris,
non videtur obſtare quia vt obſtare videatur, neceſſe eſt in-
telligere in filio & nepote in poteſtate. Nã ſi filius non ſe abſti
nuiſſet ab hæreditate paterna, in d. l. qui ſe patris, fruſtra ibi
tractaretur, an nepos auo ex perſona ſua ſuccederet, poſtquã
non vult ibi eſſe hęres patris, qa dictus pater idemq; filius qui
ſe non abſtinuiſſet virtute ſuitatis tranſmiſiſſet hęreditatem
non agnitã ad quoſcunque. l. ex militari. §. ſi ff. de teſta. mili. l.
apud hoſtes. C. de ſuis & leg. etiam ſi nepos eſſet in medio, vt
plenè videbimus, infra in hac q. dum tractabimus de effectib.
ſuitatis poſt mortem filij. Et licet eam tranſmittat cum bene-
ficio abſtinendi, vt l. ſi quis filium. § j. ff. de acqui. hæred. tamen
poſtquàm dictus nepos in d. l. qui ſe patris, non vult eſſe hæ-
res patris, non poterit dictus nepos ex perſona dicti patris ab-
ſtinere. Et ideo tenendo ꝙ in d. l. qui ſe patris, per ſe non abſti
nuit, nullo modo d. l. facit ad edictum ſucceſſorium. Si autẽ
intelligeres, ꝙ ibi pater idemq; filius ſe abſtinuiſſet; primo iſta
eſt diuinatio ad illum tex. ſecundo videtur eſſe contra inten-
tionem iuris. Nam ſi ibi pater abſtinuiſſet, ſi ille nepos fuiſſet
hæres patris non potuiſſet habere aui hæreditatẽ ex perſona
patris, cuius ↄtrium ſatis innuit a contrario ſenſu illa lex. Nec
obſt. ſi quis diceret ꝙ nepos potuiſſet habere, quia potuiſſet
abſtentionem filij reuocare, per l. fi. C. de repu. hære. quia tale
beneficium ipſi abſtinendi conceditur nõ ſucceſſori, vt patet
in tex. d. l. fi. ibi dum dicit ei, & ita intelligit d. l. fi. Ang in repe.
l. ventre. ff. de acq. hære. Ita ꝙ intelligendo d. l. qui ſe patris, in
filio in poteſtate, non videtur ꝙ per eam dici poſſit ꝙ nepos
admittatur, neq; de iure ciuili, neq; de iure prætorio, per prę-
dicta. & ideo neceſſario intelligenda videtur in filio emanci-
40 pato, non obſtante dictione maxime, ibi poſita in tex. † quia
ſæpe dicta dictio abundare ſolet, vt patet in l. 1. C. de reſcin. vẽ.
l fi. §. cum autem. de ma. teſt. l. 2. §. fi. & l. ſi quis pecuniam. ff. ſi
quis omiſ. cau. teſt. Igitur intelligendo d. l. qui ſe patris, in filio
emancipato, vt neceſſario intelligenda videtur, nullo modo
induci poteſt, an edictum ſucceſſorium locũ habeat in ſuis.
Nec obſt. d. l. j. §. ſciendum, quia rectè intuenti loquitur, vt ſe-
quentes non efficiantur per edictum ſucceſſoriũ ſui. i. non re
ponantur in ſuitate. non tamen prohibet, ꝙ hæreditatem ha-
bere non poſſit, quod patet dum dicit, ſuos hæredes exiſtere.
& dum vult, ꝙ nemo præcedat tempore deſtituti teſtamẽti.
quod tempus in deſcendentibus in poteſtate cõſideratur ad
finem an dicantur eſſe ſui, vt patet in l. ſi quis poſthumos. §. ſi
quis filium ff. de libe. & poſth. l. poſthumorũ. l ſi quis filio ex-
hęredato. in prin. ff de iniu. rup. te. Non ergo excludit. § ſcien
dũ, ꝙ in hæreditate non fit locus edicto ſucceſſorio in ſuita-
te. nec mirũ, quia tale ius ſuitatis eſt ita nobile ꝙ ſubalternari
non poteſt, & ita directum ꝙ non poteſt effici vtile, verba
fuerunt Bal. ſupra ſæpius allegata, maximè in diffinitione ſui-
tatis Nec etiam ob prædicta ratio, ꝙ nõ poſſunt eſſe duo eo-
dem iure hæredes eiuſdẽ, per l. ꝙ contra. §. vni de o de reg iu.
Quia primo reſpondetur, vt dicit Bal. quia non ſunt hæredes
eodẽ reſpectu & iure, quia primus eſt hæres directo de iure
ciuili, qui abſtinuit & ſequens vtiliter etiam de iure ciuili: ꝙ
non ſolum demonſtratur exemplis Bar. videlicet in Trebellia
no & in §. ſi quis adita ſed et in l. cum filio. de lega j. vbi apud
filium hæredem inſtitutum ab extraneo ſunt directo, & apud
patrem vtiles de iure ciuili. Item inadcturnam ſi iure præto-
rio prouiſum eſſet, quod nepos tantum per edictum ſucceſ-
ſorium admittatur, & non de iure ciuili, per l. 1. § quibus. ff.
de ſucceſ. edic. tamen poſtq̃ in agnatis tranſuerſalibus proui-
ſum eſt, vt p edictũ ſucceſſoriũ veniant de iure ciuili, per d §.
placebat & per d. l. defunctis. quæ licet expreſſe in agnatis de-
ſcendentibus in poteſtate non loquatur, poſtq̃ ſimpliciter lo
quuntur, in illis etiam dicta iura intelligi debet, alias reſulta-
ret maximum inconueniens & abſurdũ contra l. nam abſur-
dum, de bo. lib. l. exiſtimo. de verb. oblig. quia nepos filijs abſti
nentibus tantũ admitteretur de iure prætorio, ita ꝙ tunc ne-
poti facultas admittendi non duraret, niſi anno. l. j. §. largius.
de ſucceſſ. edi. l. emancipata. C. qui admitti. & etiã non poſſet
nepos adire ſolo animo, ſed neceſſe haberet adire prætorem
viuũ. l fi. C. qui admitti. Frater autem & cæteri tranſuerſales
agnati, ſi admitti poſſent per edictũ ſucceſſoriũ de iure ciuili
admitterentur perpetuo. l. licet. C. de iure deli. & ſolo animo
acquireret. l. pro hærede. in prin. & l. gerit. ff. de acq. hęr. quod
vr̃ eſſe maximũ inconueniens, cum magis dicatur debita ipſi
nepoti deſcendenti hæreditas aſcendentium, q̃ aſcendentib.
vel tranſuerſalibus. l. ſcripto. ff. vnde liberi. & d §. largius.

41 Ex quibus omnibus concludo, † in ſuis habere lo-
cum edictum ſucceſſorium de iure ci-
uili in hæreditate primis abſtinentibus, ſed non in ſuitate, ꝙ
eſt contra & vltra Doc. communiter. Item etiã quod nepos
in poteſtate ſuccedẽs ab inteſtato auo, filio abſtinente, hęre-
ditatem non cognitam non tranſmittit, licet iure ciuili ad-
tatur, nec anno a ſucceſſione aui excluditur.

Sed prędictis ſatis obſtare videtur l. fi. ff. de ſucceſ. edi. vbi ſi
prior cognatus bonorum poſſeſ. accepit, & poſtea reſtitutus
eſt, inferior non admittitur, ſed fiſco dicta bona tanquam va
cantia deferuntur. Cui tamen. l. ob. l. j. §. ſi adita. & l. 2 § ſi bo-
norũ. ff. ad Ter. cum alijs allegatis in d. l. fi. quibus probatur, ꝙ
primo reſtituto aduerſus aditionem vel immixtionem ſe-
quens admittitur, neq; fiſco defertur. Ideo glo. ibi legit d. l. fin.
tribus

tribus modis. Primo, ꝙ ibi loquit̃ de rigore, in ꝯtrarijs de æquitate, ſed iſta tanquàm diuinatiua non inſiſtit. Sed ſecũdo modo ſoluit, ſm Pla. ꝙ ideo in d.l.fi. non admittitur inferior cognatus, quia non per caput vnde cognati, a quo excluſus eſt per acceptationem primi. Nec per caput vnde vir & vxor, ꝗa ſibi nullo modo competit, ideo neceſſe eſt quod vltimo fiſco deferatur. Ita in effectu voluit Pla. quod; edicto ſucceſſorio non ſit locus inter cognatos de gradu in gradũ, quod tamen an procedat, ſtatim ſubijciam. Eadẽ tamen glo. tertio modo ſoluit quod d.l.fi. loquatur de ſuccedentibus tantum de iure prætorio, ut in cognatis l.j. in princi. ff. vnde cog. Ideo ſequentes non admittit prætor, ne a primis tollere videat, quod dedit, ita ꝙ ludibrio dediſſe videatur. Secus ergo eſſet, ſi ſequentes de iure ciuili ſuccederent. & ita loquitur. §. ſi quis adita. & §. ſi quis bonorũ. & hanc ſolutionẽ ſequutus eſt Bar. licet hãc gl. non alleget in l. ex contractu. de re iudi. & in rub. de ſucceſ. edic. Quæ tamen ſolutio procedere non videtur: nam poſtꝗ̃ Bar. in d. rub. voluit, ꝙ inter cognatos locus ſit edicto ſucceſſorio de gradu in gradum, quando primus abſtineret vel repudiaret, per l.j. §. quibus. de ſucceſſ. edic. nihil obſtare videtur ꝙ ſi primus cognatus, qui bo. poſſ. accepit, nõ erat hæres niſi effectu, cum tantum de iure prætorio ſuccederet, vt d.l.j. in prin. vnde cog. & prætor non poteſt facere quẽ hæredẽ, vt d. §. quos autem ſi ſequuta eſt in integrum reſtitutio, quæ ſimiliter a prætore inducta eſt l.j. ff. de in integr. reſti. quæ tollit illum eſſe hæredem in effectu l. & ſi tñc. §. ſed ꝙ Papinia. ſupra de minori. nihil amodo apud primũ dicitur remanſiſſe nomine aut effectu, quod ſequentem agnatũ in grado habeat impedire, poſtquàm de gradu in gradum locũ habet edictũ ſuc-

42 ceſſorium, ita ꝙ non ob. ꝙ dicit d. glo. † quod prætor nõ vult auferre primo ꝙ ſibi dedit, quod auferret admittẽdo ſequentem, ne ludibrio feciſſe dicatur. Nã ex quo primus impetrando reſtitutionem in integ. in d.l.fi. vt intelligunt ibi gl. & Bar. ita quod ipſo volente reſtituitur, non dicitur ludibrio id, ꝙ datum eſt ablatũ admittendo ſequentem, poſtꝗ̃ ipſe voluit ſe abſtinere. Præterea iſta ſunt diuerſa, videlicet reſtitutio in integrum conceſſa primo a prętore viuo, & admiſſio ſequentis per ſucceſſorium edictum prætoris mortui, & ideo non debet dici ludibrio. quare patet quod dicta tertia ſolutio glo. & Bar. non procedat. Quare glo. 4. & vltimo loco, in d.l.fi. dicit quod ideo inferiores non admittuntur, quia repudiauerant, &c. & licet hanc ſequantur ibi Dy. & Ang. tamen merã diuinationem continet, cũ nullo modo de repudiatione inferiorum in d.l.fi. mentio habeatur. Ideo Ioan. de Imo. in d.l. ex contractu. de re iudi. ſimpliciter dicit illam l.fi. debere intelligi, vt ideo ſequens cognatus in gradu non poſſit venire, quia edictũ ſucceſſorium nedum de iure prætorio, ſed ẽt de iure ciuili non habeat de gradu in gradum, ſed de capite in caput, vt patet ſecundum eum, ex his quæ habentur in d. §. placebat. Inſti. de legi. agna. ſucceſ. & ita reſponderetur ad l. ex contractu, quia ibi non fit de gradu in gradũ, ſed de capite teſtati ad caput inteſtati, vel de capite inſtitutorũ ad caput ſubſtitutorũ, quibus caſibus non eſt prohibitum ſucceſſoriũ edictũ, ideo intelligitur eſſe conceſſum, facit l. necnon. § ſed quod eis. ff. quibus ex cauſis maio. & ita reſponderi poſſet ad d. §. ſi quis adita. & ad §. ſi quis bonorum. vbi non fit de gradu in gradum, quia de filijs ad matrem.

Sed pro declaratione dictæ ſolutionis, & veri intellectus d.l.fi. & ad intelligentiam fundamentorum ſucceſſorij edicti, tria principaliter ſunt præmittenda.

43 † Primò, ꝙ dicitur de capite in caput. i. de capite vnde liberi, ꝙ comprehendit filios nepotes, &c. vt l.j. vnde liberi. in caput agnatorũ, qui ſunt fratres ex latere patris. Inſtitu. de agna. ſucceſ. §. j & in caput cognatorũ, qui ſunt coniuncti ex linea fœminina tñ, Inſt. de ſucceſ. cogna. § hos aũt. & in caput vnde vir & vx. & iſta vocãtur capita edicti ſucceſſorij, vt per gl. in rub. C. de ſucceſſ. edic. vbi per Azo. Cy. & Bar. licet tex. in l.j. in prin. ſi tabulæ te. nullę extã. appellet gradus, tamẽ magiſtraliter inductũ eſt vt capita appellantur: gradus enim in materia ſucceſſorij edicti appellantur in exiſtentibus in eodẽ capite vt liberorũ, quo capite liberorũ primus gradus erit filiorũ, ſecundus nepotum, tertius pronepotum &c. vt dicit dicta gl. ad quod tex. in d.l.j. ff. de gradi. Quandoque enim de perſona ad perſonã fit edictum ſucceſſoriũ, ꝙ eſt quando filius emancipatus repudiauit per vnde liberi, & põt venire de iure prætorio per vnde cogn. ſi nemo liberorum vel cognatorũ cum præcedebat, & ſic mutando perſonam liberorum in perſonã cognatorum, vt eſt tex. in d.l j. §. quibus. de ſucceſſ. edic.

44 † Secundo præmitte, † ꝙ ſucceſſorium edictum eſt, quando tractamus de ſuccedentibus de iure prętorio, vt dicit glo. in dicta rub. & bene, quia a prætore fuit inuentũ propter eos, quos ad hæreditatem vocat l.j. in prin. infra, de ſucceſſ. edi. & ideo, quando ſequentes aut in capita aut per gradus ſuccedũt de iure ciuili, non poteſt propriè dici quod per edictum ſucceſſoriũ veniat, vt dicit Bar. in d. rub. tamen ẽt in ſuccedentibus de iure ciuili, quando de ſimili materia tractatur vt melius demonſtretur, & declaretur per hæc verba ſucceſſorij loquimur, & dicit Bart. in d. rubr. Et imò etiã in cõmuni vſu hoc deductum eſt, quod putarem quod ſi ſtatutũ loqueretur de ſucceſſ. edicto, vel aliquid in eo diſponeret, vt ꝙ ſuccedentes per edictum ſucceſſorium ſoluant tantum nomine gabellæ, vel ꝙ intra certum tempus venire poſſint, comprehenderet non ſolum venientes de iure prætorio, ſed etiã de iure ciuili: quia licet verba ſtatuti propriè ſint intelligenda, vt iura vulgata volunt, tamen & cõis vſus loquendi de propria ſignificatione eſſe dr̃, arg. l. cum de lanionis. §. aſinam. de fun. inſtru. & l. liberorum. §. ꝙ tamen Caſſius, de leg. 3.

45 † Tertiò præmittendum, † ꝙ in ſucceſſione ex teſtamento, & ſm teſtm̃, non eſt locus edicto ſucceſſorio, niſi ſm voluntatem defuncti, & ſecundum ſubſtitutiones per eum factas, de quibus in l.j & 2. & l. centurio. & l. Lucius. & l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. ſed quando tractamus de ſucceſſorio edicto contra teſtamentum, vt in querela vel contra tab. vel in iure dicendi nullum. Bal. & Bart. hoc tractant in hac l. & in l. pater filium. de inoffi. teſta. & infra videbimus. In ſucceſſione autẽ ab inteſt. & tunc inter ſuccedentes de iure ciuili quidã ſuccedebãt per l. 12. ta. vt agnati, & ſui, in iſtis non erat locus edicto ſucceſſorio olim, hodie autem ſic. de quo tamen ſupra proxima concluſione dictum eſt: ſed quando ſuccedebãt per alias partes iuris ciuilis, vt per Senatoſc. ꝙ eſt de iu. ciuili. l. ius aũt ciuile. de iuſti. & iu. & tunc locus erat edicto ſucceſſorio. l.j §. ſi nemo. ad Ter. ſi verò loquimur in ſuccedentib. de iure prætorio, & in hoc aduertendum eſt, ꝗa de iſtis loquitur d.l.fi. de ſucceſ. edic. de cuius intellectu dubitatur. Bar. tamen in d. rub. C. de ſucceſ. edic. in dictis ſuccedentibus de iure prætorio dicit, quod aut primus erat excluſus repudiatione vel morte, & habet locũ edictum ſucceſſorium tã de capite in caput, ꝗ̃ de gradu in gradum, ad ꝙ alleg. l.j. § quibus. de ſucceſ. edi. cui tñ contradicit Io. de Imo. in d.l. ex contractu, tenendo ꝙ ſucceſſoriũ edictum neq; de iure ciuili, neq; prætorio locum habet de gradu in gradum ẽt inter cognatos, qđ vr̃ falſum. Primo, quia contrarium expreſsè tenet gl. in d. rubr. C. de ſucceſ. edi. Secũdò per tex. in d. §. placebat. Tertiò ẽt per illum tex. aliter inducendo vltra Doc. Nam ibi Imperator dicit, ꝙ per prętorẽ in cognatis apertum erat edictũ. & ita aperit in agnatis ibi Imperator, aſſignando rationẽ, ꝙ incongruum videbat̃ ꝙ deficiente primo gradu agnatorum, ſequentes admittantur ad onus tutelæ, & non ad cõmodum ſucceſſionis. Sed certũ eſt ꝙ ſequentes ẽt in gradu agnatorum admittebantur ad onus tutelæ. l. 3. § non tñ. de legi. tu. ergo ſequẽtes in gradu admittuntur ad cõmodum hæreditatis, maxime cum onus tutelæ deferat̃ ſm ordinẽ ſucceſſionis. l. ſciant. C. de legi. hęr. & Inſti. de legi. patro. tu in prin. Si ergo ibi Imperator ita aperuit ſucceſſorium edictũ agnatis, vt de gradu in gradũ veniant, ꝙ per prædicta non vr̃ poſſe negari, & dicit ſe hoc feciſſe, quia cognatis per prętorẽ apertũ erat, ergo ſequitur ꝙ eodẽ mõ quo cognatis per prætorẽ apertum erat, & ſic de iure prætorio de gradu in gradum apertum eſt ſucceſſorium edictũ cognatis, & ſimiliter de iure ciuili agnatis. & per hoc patet ꝙ quinta ſo. Io. de Imo. ad dictam l.fi. ſimiliter non procedit.

46 † Ideo pro vera ſolutione & nouo intellectu, ad d.l.fi. aduerte, ꝙ in d.l.fi. duplex reperitur litera. quidam enim libri habent ibi in tex. ob auxiliũ ætatis quidã, & iſta communior, vt vidiſtis, ob auxilium pietatis. Pro cuius ſecundæ literæ, & per conſequens nouæ lecturæ intelligentia aduerte, ꝙ duæ ſunt conceſſæ a iure diuerſæ in integrum reſtitutiones aduerſus aditionem vel immixtionẽ: vna a prætore propter minorem ætatẽ vel calliditatẽ, vel dolum, vel alias cauſas, de quibus in l.j. ff. de in integ. reſt. generali. & iſta propriè appellat̃ in integ. reſtitutio, de qua loquitur tex. Inſt. de hær. qua. & diffe. §. extraneis. in fi. & facit l. 3. §. ſcio. ff. de min. & l. minor 25. an. ſubuenitur, eo. ti. Alia eſt in integrum reſtitutio conceſſa ab Imperatoribus, videlicet diuo Adria. & diuo Gordiano, & iſta propriè appellatur venia, quæ ex ſpeciali beneficio cuidã, conceſſa fuit per Adrianum & deinde militibus per Gordianum, quando ipſis adeuntib. inconſulte ſuperuenit grande ęs alienum, vt expreſsè dicit tex. Inſti. eo. ti. § ſciendum. de qua etiã mentionẽ facit tex. in l. quæ neptis. ff. de acq. hæ. Et hæc venia magis ex quodam priuilegio ſpeciali & pietate propter inopinatum caſum cõcedebatur, quam alia de cauſa, vt vult tex. in in d. §. ſciẽdum. ꝗ̃ magis cõſeruabat adeuntẽ indemnẽ ab oneribus hæreditarijs, quã faceret ipſum deſinere eſſe hæredem, quod patet, quia eius loco hodie conceſſum eſt remedium inuentarij, vt l.fi. C. de iure delib. vt dicit tex. in d. §. ſciendum. Ideo ſi quis hæres taliter eſt reſtitutus, magis dr̃ actum quod bona ſint vacantia, quam ꝙ repoſitus dicat̃ in priſtinum ſtatum.

rum. Ideo nedum ſequentes in gradu excluduntur, immo omnes alij aliorum capitum, & dicta bona tanquam vacantia fiſco deferuntur, qui non dicitur hæres, ſed bo. poſ l. j. §. an bona. & §. diuus, de iure fiſ & l. fi. in princ. de bonis eorum. De iſta ergo recte intuenti loquitur d. l. fin. de ſucceſſ. edic. quod patet primo, quia non facit mentionem de reſtitutione: ſecundo, quia dicit ob auxilium pietatis, quod proprie oriebatur ex dicta venia propter inopinatum caſum ſuperuenientis æris alieni. Aliæ autem reſtitutiones in integrum dantur ex naturali æquitate, non ex pietate, vt eſt tex. in l. prima, in princip. ff de mino.

Tertio, quia ſi de ea reſtitutione prætoria loqueretur, ſaltem vxor filium excluderet l. j. ff vnde vir & vxor.

Quarto, quia tex. hic dicit abſtinendi, quod abſtinere proprie non conuenit cognatis, & ſic extraneis, ſed ſuis. Inſtit. de hære. quali. & diffère. §. extranei. videtur ergo magis loqui de quadam abſtentione a bonis & præſeruatione ab oneribus, quam denotare velit repudiationem hæreditatis.

Quinto, quia ſi d. l. fina. loqueretur de reſtitutione prætoris, bona non eſſent vacantia, neque fiſco deferrentur, ſed ſequentes admitterentur, vt dicto. §. ſi quis adita. & dicto. §. ſi quis bonorum.

47 Ex quibus conclude, † ſucceſſorium edictum ab inteſtato locum non habere, neq; in ſuis, neq; in agnatis vel cognatis, primo adeunte vel immiſcente vel bonorum poſſeſſionem accipiente Principis beneficio reſtituto. quod eſt nouum ad intellectum d. l. fi. de ſucceſ. edicto.

Verum quia magna & gloſſarum & Docto. reperitur con-
48 trouerſia, † an in querela inofficioſi teſtamenti ſit locus edicto ſucceſſorio, quod etiam ſatis dependere videtur ab effectibus eliſæ ſuitatis. Et quia multum intereſt, an ſequens admittatur in querela virtute edicti ſucceſſorij, quo caſu de meritis & de demeritis ipſius ſequentis agitabitur. l. 3. §. ſi eman cipatus filius. ff. de contratab. vel an veniat ex iure tranſmiſſo vel iure ſucceſſionis eius, qui præcedebat & fuerat exhæredatus, quo caſu de meritis & de demeritis ipſius exhæredati tractabitur. l. ſi quis filium. C. de inof. teſta. Ideo, vt clarius huius articuli veritas appareat, ad partes arguam, & primo ad partẽ negatiuam, vt ſucceſſorium edictum in querela locum non habeat.

Primo, quia querela competit exhæredatis. l. non potuit, in princip. ff. de contratab. Sed ſequens, qui vult per ſucceſſoriũ edictum admitti ad querelam non eſt, vel non eſſe præſupponitur exhæredatus, ergo ſibi non competit.

Secundo fortius, nam ille poteſt contra teſtamentum venire, qui primum locum ſuitatis tempore mortis tenuit. l. ſi quis poſthumos. § ſi quis filium. ff. de lib. & poſt. l. poſthumorum. l. ſi quis filio exhæredato infra titu. j. Inſti. de hæred. qua. §. ſciendum. Sed ſequens nõ tenebat primum locum, ergo videtur quod nedum querela, immo nec etiã alio iure qđ poſſit contra dictum teſtamentum venire.

Tertio, quia lege cautum eſt, vt ſi quis ſolenniter vult teſtari, inter cætera filium inſtituere, aut exhæredare debet. l. inter cætera. l. Gallus. §. in omnibus. ff de libe. & poſthu. Nec de ſequentibus mẽtionem fecit, niſi in eo caſu quo teſtator voleт ſibi prouidere, ꝙ filio moriente in vita patris nepos non rumpat teſtamentum, vt eſt tex. in d. l. poſthumorum. verſ. uc ergo. & ſic velit vti conſilio Velleі. d. l. Gallus. §. nũc de lege. ergo alijs caſibus, videlicet filio exhæredato, & poſt mortem patris ſuperſtite, nepos non erat inſtituendus vel exhæredandus ideo de eius præteritione non videbatur curandum.

Quarto per tex. in d. l. ſi quis filium. C. de inoffic. teſt. dum dicit, quod nepos ante illam l. & alij ſequentes poſt filium exhæredatum omni remedio deſtituti erant, ergo illis non cõpetebat querela. Nec per illam l. dici poteſt ꝙ virtute ſucceſſorij edicti competebat querela, ſed tantum virtute ſucceſſionis & tranſmiſſionis.

Quinto, nam certum eſt ꝙ prætèrito aut competit ius dicendi nullum. l. j. ff. de iniu. rup. teſta. aut contratabulas. l. j. in princ. ff de contratab. ergo ſi ſequens fuit præteritus, non poteſt dici quod competebat querela, præſertim cum ſit ſubſidiaria, Inſt de inof. teſt. tam autem.

Sexto, quia ſi filio exhæredato nepos vt ſuus & neceſſarius ſuccedit, ipſum patrem exhæredatum facit hæredem. l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acquir. hære. ergo ſi prætèritur poſtq̃ in ſuitate ſe repetit, non videtur poſſe dici quod ad querelam ſubſidiariam admittatur, ſed ad ius dicendi nullum.

49 Septimo hodie videtur clarum, † quia tunc demum querela competit, quando in exhæredatione adiecta eſt cauſa legitima, vt in Auc. vt cum de ap. cog. §. aliud quoq; capitulum. quod locum habet non ſolum in exhæredatione expreſſa, ſed etiam in tacita, vt in præteritione matris, quæ habetur pro exhæredatione. Inſti. de exhære. li. §. mater. & in d. §. aliud quoque capitulum. & gl. in Auc. de hæredi. & fal. §. exhæredatos. Cum igitur nulla exhæredatio tacita vel expreſſa cum cauſa facta præſupponatur de ſequente, ergo non videtur quod q̃rela poſſit competere.

Octauo arguitur ab abſurdo, vt licet. l. nam abſurdum, inf. de bo. lib. l. exiſtimo. ff. de ver. obl. Fingamus enim filium exhæredatum, cui factum fuerat legatum, quod dictus filius acceptauit. Si nepos prætèritus per ſucceſſorium, & ſic ex perſona ſua poterit querelare, ipſe ſolus ſuccedat cum ſibi non alter viam aperiat. l. nam & ſi ſub conditione. §. fin. ff de iniuſto rup. reſt. Maxime, quia dictus filius ſuo facto agnoſcendo legatum, a querela eſt excluſus. l. ſi pars. §. j. ff. de inoffi. teſt. Licet ergo per nepotem teſtamentum reſcindatur, dictus tamẽ filius non admitteretur. l. qui repudiantis, eo. titu. immo ſi dicto filio dictum legatum fuiſſet ſolutum, poſſet repeti per ꝯdictionem indebiti. l. ſecunda. ff. de condic. indebi. quod eſſet abſurdum.

Nono & vltimo, quia poſtquam exiſtens in primo gradu ſuitatis eſt exhæredatus, habetur pro mortuo. l. j. §. ſi pater de coniũg. cum eman. lib. ergo nepoti ſequenti præterito competit ius dicẽdi nullum, cum tenere dicatur primum locum in ſuitate. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ergo non poterit querelam intentare.

50 Pro parte autem affirmatiua videntur tex. ſq bus non videtur poſſe reſpõderi. primo in l. pater filium. de inoff. teſt. ſecundo in l. ſi is qui, in princip. eo. tit. tertio in l. ſi non mortis. §. fi. eo. titu quarto in l. 3. §. ſi emancipatus filius, in fi ff de contratab. Quare non mirum ſi gloſſæ & Doctor. non modo variauerint, immo in euidenti contrarietate adducti ſunt. Tres enim diuerſæ, immo contrariæ Gloſſa. reperiuntur opiniones. Dicit enim primo glo. in d. l. poſthumorum. quod aut loquimur, an habeat locum inter ſuccedentes diuerſo gradu, vt de filio in nepotẽ, & locum non habet, & procedunt argumenta ſupra ſacta ꝑ parte negatiua. Aut inter ſuccedentes eodem gradu, ſed diuerſo capite, vt quod filio exhæredato a querela excluſo pater admittatur, & tunc dicendum eſt quod ſic & ita intelligunt d. l. pater filium. Sed huic obſt. text in d. § ſi emancipatus filius, qui loquitur in nepote filij exhæredati, qui querelare poteſt ex perſona ſua, vt patet ibi in tex. dum dicit, quod is qui de inofficioſo cogniturus eſt merita nepotis recognoſcet. Nam & ſi ille. §. in prin. loquatur de nepote nato ex filio mortuo in vita aui, tamen in fi. non videtur loqui de eodem, ſed nepote nato ex filio exhæredato ſuperuiuente poſt auũ, ſecundum ſecundam lec. illius. §. quam Bal. refert in repetitione d. l. pater filium. Præterea dictæ diſtinctioni & ſolutioni ob. generalitas text. dictæ. l. ſi is qui. & l. ſi non mortis § finali, in quibus non apparet, an de exiſtentibus in eodem gradu vel diuerſis loquatur. Obſtat etiam, quia non valet maior fauor adhiberi parentibus in ſucceſſione filiorum, quam nepotibus in ſucceſſione auorum. l. ſcripto. ff. vnde libe.

Obſtat vltimo, vt dicit hic Bald. in repetitione. l. in ſuis ff. de libe. & poſthum. quia diſtinctio paritatis gradus magis videtur eſſe facti quam iuris.

Secundo modo gloſ in dicta. l. ſi quis poſthumos § ſi quis filium. ff. eod. & in dicta. l. ſi quis filium C. de inofficio. teſtamen. dicunt quod aut ſequentes in gradu volunt venire ex perſona exhæredati, & poſſunt hodie, vt d. l. ſi quis filium. C. de inoffi teſtamen. Aut ex perſonis ipſorum, & non poſſunt: quod nil aliud videtur eſſe niſi diceret, quod in querela non habeat locum edictum ſucceſſorium, & hanc communiter Vltramontani ſecuti ſunt, quos refert Cy. in d. l. ſi quis filium. & Bald. in repetitio. huius. l. aſſignantes aliquas ex rationibus ſupra pro parte negatiua adductis. Nec ſecundum eum obſtat dicta. l. ſi is qui. & l. non mortis. quia ſimpliciter loquuntur & reduci poſſunt ad dictam diſtinctionem, vt hic refert Bald. licet idem Bald in dicta. l. ſi quis filium. referat quod reſpondebant ad d. l. ſi is qui. quod ibi loquitur in nepote exhæredato, quod omnino diuinat illum tex.

51 † Nec etiam prima reſponſio bona, quod ſic probatur. volunt enim dictæ glo. quod neque olim, neque hodie locum habeat edictum ſucceſſoriũ in querela. Sed text in d. l. ſi quis filium. C. de inofficio. teſtamen. dicit quod hodie ex prouiſione Imperatoris nepos filij exhęredati poteſt intentare querelam ex iure tranſmiſſo, cum omni remedio olim eſſet inſtitutus, ergo d. l. ſi is qui. & d. l. ſi non mortis, quæ ſunt de iure ſſorum, non poſſunt ad dictam diſtinctionem reduci, nõ per ſucceſſorium edictum, quod ſecundum eos locum non habet: non per tranſmiſſionem, quæ tantum iure C. introducta eſt. Pręterea d. l. ſi is qui in prin. deſtruit dictam opi. glo. quia dicit ꝙ ſequens admittitur, ſi pręcedens nolit, aut non poſſit, ꝙ gl intelligit repudiatione vel tẽpore, ergo non poteſt dici ꝙ iure ſucceſſionis aut trãſmiſſionis ſequẽs admittatur iure ſuc-

ceſſionis, vel tranſmiſſionis, cùm nemo det ꝙ nõ hẽt, vt in re
gula iuris, nemo plus iuris Tertio modo gloſ. in d. l. pater filiũ
ſupra de inoffi. teſt. tenet, edictum ſucceſſorium habere locũ
in querela per tex. illius l. & per l. ſi is qui. & per d. l. ſi non mor
tis. quam ſequutus eſt Dy. in c. non debet aliquis. de regu. iu.
per tex. in d. l. 3. §. ſi emancipatus filius. licet duas lectu. patiat.
d. §. vt prædixi. Eandem etiam ſequutus eſt Cyn. in d. l. ſi quis
filium. eandem Barto hic, & in d. l. pater filium. & in l. 3. C. de
inoffi. teſt. Quam etiam in effectu ſequutus eſt Bald. vbique,
& in hac. l. & in d. l. pater filium. & in d. l. ſi quis filium. licet ali
quas addat reſponſiones, vt infra in reſponſionibus ad con-
traria patebit. Et ſimiliter hic Ange. & vbique eandem ſequi
tur. Solum tamen Bar hic, & in l. 3. ff. de coniung. cum eman.
li. vni rationi in contrarium allegatę reſpondet, dicens quod
licet nepos non fuerit expreſſe exhæredatus: tamen poſtquã
non tenet primum locum ſuitatis, eius præteritio non reddit
teſtamentum nullum, ſed pro exhæredatione babetur, p tex.
huius l. per quem probatur, ꝙ tantum præteritio illius, qui te
net primum locum in ſuitate, reddit teſtamentum nullũ, nõ
52 alterius. †Hinc eſt ꝙ præteritio matris habetur pro exhæreda
tione, vt inſti. de exhæ. lib. §. mater. Nec reſponſioni Bart. ob.
ꝙ filius fuit exhæredatus, qui pro mortuo habetur, d. l. 1. §. ſi
pater, ff. de coniung. cum eman lib. ergo videtur ꝙ nepos poſ
ſit dicere teſtamentum nullum. l. Gallus. §. & quid ſi tantum.
vt dictum eſt ſupra in octauo ar. pro parte negatiua, quia iſ-
det Bar. in l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acquir. hær. ꝙ habe
tur pro mortuo quoad quid, non ſimpliciter, vel ſecundum
cum ibi exhæredatus habetur pro mortuo, poſtquam adita
eſt hæreditas non ante. l. ſi ſeruus communis Meuij. § fi. ff de
ſtip. ſer. & bene facit. l. ſi patronus § ex teſtamento. de bo. lib.
l. filium. § ſed cum exhæredatio. ff. de contratab. ideo non po-
teſt dici, ꝙ pro mortuo habeatur viuo patre, neque ſtatim eo
momento quo pater mortuus eſt. ideo etiam poſt mortem
patris nepos filij exhæredati non dicitur tenere primum locũ
in ſuitate, ideo non poteſt dicere teſtamentum nullum, ſicut
poteſt in d. §. & quid ſi tantum. vbi viuo patre filius erat mor
tuus, tamẽ quia contra officiũ pietatis eſt, quia licet filius fuiſ
ſet ingratus, nepos tamen excludi non debebat. hinc eſt ꝙ q̃-
relam habet dictus nepos. & hanc ſequitur Bal. in d. l pater fi-
lium. & poteſt dici reſponſum ad 8. arg. tamen ſupradicta ra-
tio Bar & ſi a prædicto contrario ſuſtenretur Bal. non placet
neque hic, neque in d. l. pater filium. neq; in d. l. ſi quis filium.
53 †Nam in emancipatum non continuatur, & tamen eius præ-
teritio non habetur pro exhæredatione, & in d. l. pater filium
nititur hoc probare per d. § ſi emancipatus. l. 3. de contratab.
qui & ſi in prin. velit quod nepoti emancipato præterito cõ-
petat contratab filio mortuo in vita aui, tamen in fine magis
facit contra, dum vult quod querela competat, poſtquam di-
cit tex. ibi, is qui de inofficioſo cogniturus eſt. Præterea ar-
guere de emancipato, cui nullo modo de iure iſto hæreditas
debebatur de iure ciuili ab inteſtato propter emancipationẽ
ad filium reſpectu matris vel ad nepotem reſpectu aui, non
eſt bonum argumentum, infra dicetur in vltima principali q.
in articulo illo, quare exhæredatio inducta eſt. Et ideo his
non obſtantibus ratio Barto. poteſt eſſe bona, licet ipſe Bald.
aſſignet aliam, quia ideo nepos habet querelam, quia non po-
terat dicere nullum, ex quo non tenebat primum locum in
ſuitate, vt d. l. poſthumorum, cum ſimil. Nec etiam habebat
contratab quæ datur tenenti primum locum. l. j. §. j. de contra
tab. ideo ſuccurrebatur ſibi querela, quæ eſt ſubſidiaria. Inſti.
de inoffi. teſta. §. tam autem. quæ ratio non videtur procede-
re, quia ſequeretur ꝙ in bonorum poſſeſ. contrata. non eſſet
locus edicto ſucceſſorio, ſi filius & nepos emancipati eſſent
præteriti, cuius contrarium tenuit gloſ. in l. illud. § j. & l ſi ex
duobus. § j. de contratab quæ ratio parum obſtaret Bald qui
hic in repetitione ſua firmat, quod in bonor. poſſ. contratab.
non habet locum edictum ſucceſſorium ad inſtar iuris dicẽ-
di nullum. Et ſic illud non competit non tenenti primum lo
cum, d. l. ſi quis poſthumos. §. ſi quis filium. ita ſibi non com-
petit contratab. pro quo facit d. l. 3. §. ſi emancipatus filius. in
54 fi. † Præterea glo. in l illud. §. j dum dicit, edictum ſucceſſoriũ
non habere locum in bonorum poſſeſ. contratab. alleg d l. ſi
is qui. ſupra de inoffi teſta. quæ loquitur in querela, ideo pro
opin. d gl. non facit Domi. Bartho. de Sali. in d l. ſi quis filium.
late pertractans hunc articulum, fuit in quarta & noua opin.
dicens quod tunc demum in querela locus eſt edicto ſucceſ
ſorio, quando vterque fuit exhæredatus vel pro exhæredato
habitus, vt quia eſſet de linea materna, & ſic intelligit dictã. l.
ſi is qui. quod tamen omnino eſt diuinare. Sed vbi primus eſ
ſet exhæredatus ſequens præteritus, nunquam eſſet locus ſuc
ceſſorio edicto in querela, ſed bene poterat venire per contra
tabu. ſequens præteritus excluſo primo a querela ſi erat talis
præteritus, quod ſi obtinuiſſet primum locum haberet con-
tratabu. vt eſt pater. l. prima, ſi quis a parente fue. manu. & ita
intelligit dictã. l pater filium. dum dicit, ad querelam vocatur
id eſt ad contratabu. Et ſic ſimiliter intelligit. l 3. §. ſi emanci-
patus in fin. ff. de contratab. Et ideo ſecundum eum, ſequen-
ti non competeret contratabu. vt quia erat filius & nepos in
poteſtate. Nam ſi filius prædictus eſt exhæredatus, & nepos
præteritus, non poterit nepos intentare ius dicendi nullum,
quia non tenet primum locum nec per conſequens contra-
tabu ex quo pater eum in ſuitate præcedit. dicta. l. poſthumo
rum. Nec ſimiliter querelam, quia non eſt exhæredatus, ſed
ſi filius & nepos eſſent emancipati, & talis filius emancipatus
eſſet exhæredatus & a querela excluſus, pręteritus nepos ve
niret per contrab. poſtquam non excluditur per ſuitatem pa-
tris, & ſic intelligit d. §. ſi emancipatus. Et idem, ſi talis filius
emancipatus eſſet exhæredatus, quia nepos emancipatus po
terit contratabu. intentare, & ſecundum hoc melioris condi
tionis eſſet nepos emancipatus præteritus, quando ſimiliter
filius erat emancipatus & exhæredatus, quam quando filius
in poteſtate eſſet exhæredatus. & nepos in poteſtate fuiſſet
præteritus, quod eſſet abſurdum. non enim debuit prætor ma
gis ſubuenire dicto nepoti emancipato, quam ius ciuile ſub-
ueniat nepoti exiſtenti in poteſtate: tenet enim propter dictũ
abſurdum, tum etiam quia dicta ſua opinio omnimodam di
uinationem continet ad dictã. l. ſi is qui. tum etiam quia ex-
ponere text. dictæ. l. pater filium, dum dicit, querelam id eſt
contratabu. non tranſit ſine violatione literæ, maxime at-
tenta natura tituli, in quo ſituata eſt dicta. l. pater filium vide-
licet titulo de inofficioſo teſtamen argumen. l. Imperatores.
de iudicum addic. hæc ſua quarta opinio ſequenda non eſt,
immo a communi Doctorum opinione non eſt recedendũ,
55 †cum fundata ſit ſuper textibus dictarum ll. & maxime dictæ
l. ſi is qui. Cui propter ſui generalitatem nullo modo poteſt ſi
ne diuinatione reſponderi, & ideo hæc pars affirmatiua alia
probatione non indiget, ſolum ergo ad contraria ſupraſacta
reſpondendum eſt.

Non obſt. primum, quia etiam præteritis competit quere-
la, vt eſt tex. in l. tertia, cum ſequentib. ff. de inofficioſo teſta-
men. quando talis præteritio pro exhæredatione babetur, vt
in materia, vt ibi intelligunt gloſ. Sed iſta præteritio ſequenti-
tis æquiparatur præteritioni maternæ, ſecundum rationem
Barto. ſupra ſaluatam a contrario Bald. de emancipato, Ideo
competere poteſt querela. Vel ſecundo dicas, ſecundum Bal.
in dicta. l. pater filium. quod etiam præterito, cui alio reme-
dio non eſt ſuccurſum, competit querela, quæ competebat
inſtituto in minori portione quam eſſet legitima. l. omnimo
do. C. de inofficioſo teſtamen. l. Papinianus. §. quarta ff. eod.
Et ideo de ſubſtantia querelæ non eſt exhæredatio, ſed inof-
ficioſitas. & ideo datur præterito a matre, ſecundum eum.
Nec obſtat dicta l. non putauit. quæ licet dicat quod ex-
hæredato non datur contratabulas, non tamen dicit quod
præterito quandoque non competat querela. Non obſtat
ſecundum, nam verum eſt, quod non tenentes primum lo-
cum tempore mortis aui non poſſunt venire contra eius te-
ſtamentum, dicendo illud nullum ex defectu præteritionis il-
lorum non tenentium primum locum, poſtquam tenens pri-
mum locum fuit exhæredatus. Nam ſi volunt venire, & di-
cere inofficioſum poſtquam exiſtentes in primo gradu fue-
runt exhæredati, qui pro mortuis habentur adita hæredita-
te, vt ſupra latius dictum eſt. Si dictus teſtator volebat cau-
te negotiari, & de inofficioſitate non redargui, debebat de il-
lis ſequentibus mentionem facere. Nam ſolennitas requi-
ſita, vt filius debeat inter certa inſtitui vel exhęredari, & de
nepotibus & ſequentibus nihil dicitur, intelligi debet ad fi-
nem, vt teſtamentum dici non poſſit nullum per nepotem,
& ſequentes. Non autem excluditur, quod non poſſit dici
inofficioſum per illos, & ita intelligitur dict. §. ſi quis filium
& dicta lex, poſthumorum. & conſilium Galli & Vellei, &
l. ſi quis filio exhæredato. in princi. dum dicit nepotem etiam
de neceſſitate non debere exhæredari, qñ filius eũ præcedit,
quia intelligitur, quod dicta pręteritio nepotis nõ reddet te-
ſtamentũ nullum, ſm materiam tituli, de inuſto teſta. in quo
dicta l. ſi quis filio exhæredato, ſituata eſt, argum. dictę. l. Im-
peratores. nec quicquam dicit de l. ſi quis filio exhæredato. ꝙ
non competat querela, & per hoc patet reſponſum ad ſecun-
dum & tertium arg. ſupra pro parte negatiua adductum.
56 †Nec obſtat quartum: nam dicta l. ſi quis filium, vt hic di-
cit Angel. dum tex. ibi dicit, quod omne adiutorium nepo-
tem filij exhęredati dereliquit, intelligitur, vt ibi dicit text.
quando filius exhæredatus nulla præparata querela deceſſit,
& ſic quando nepos volebat venire ex perſona patris ſui, non
quando ex perſona ſua virtute ſucceſſorij edicti, vt ſunt ter-
mini noſtri. Non obſtat quintum, quia ius dicendi nullum
competit tenentibus primum locum, quibus ſuccurritur
ſubſidiario

ſubſidiario remedio querelæ, vt dictum eſt ſupra proxime re
ſpondendo ad ſm & tertium ar. Nec ſimiliter ob. ſext de l. q
in aliena. §. interdum. quia ille. § ſecundum q omnes Docto.
intelligunt, loquitur in nepote filij exhæredati ſuccedente ſe
cundum voluntatem aui, quæ facit ſecundum Ang. ibi, vt di-
ctu nepos dicatur ſuus, propter quam ſuitatem filius ibi præ
[illegible] habetur p mortuo ſtatim, ita q immediate dominiũ
bonorum aui continuatum eſt in ipſum nepotem, q non eſ
ſet, quando nepos filij exhæredati non haberet aui voluntatẽ
immo venire vellet ꝯ teſtamentum aui, quia tunc ſuus dici
[illegible] poſſet, neque tanquam præteritus poſſet teſtamentum
n[illegible]m dicere. q no. ad intellectum d. §. Nec ſimiliter ob. ſe-
ptimum, q inſolutum dimiſit Bal. in d. l. ſi quis filium. quia ſe
cundum eundem in dicta repetitione. l. pater filium. dicendũ
eſt, q cauſa in exhæredatione requiritur, quando præteritio
illi[illegible] redderet teſtamentum non ſolenne, non in alijs. & ita vi
de[illegible]r intelligere. §. aliud quoque cap. ſed hoc non procedit,
quia [illegible]ræteritio matris habetur pro exhæredatione. vt in d. §.
mater & propterea non reddit teſtamentum non ſolenne, &
tamen hodie in ea requiritur cauſa, vt in d. §. aliud quoque ca
pitulum. & ideo dic q d. §. aliud quoque cap. loquitur in præ-
t[illegible]one exiſtentium in primo gradu, licet de liberis ſimpli-
ci[illegible]quatur, & hoc idem ſentit D. Raph. Cuma. in d. §. ſi qs
fi[illegible]um dum dicit q hodie dabitur querela exhæredato ſine
cauſa, & per hoc limitari poteſt d. §. aliud quoque cap. q hoc
caſu contra nepotem poterit probari per hæredem cauſa a
57 teſtatore non inſerta † Sed D. Bened. de Plum. in repeti. auct.
ex [illegible] tenet q § aliud quoque cap. dum vult q cauſa inſe-
ratur [illegible] exhære[illegible]atione, habeat locum in illis, quorum præte
ritio reddebat teſtamentum nullum, vt in eo. auct. § ſi autẽ
h[illegible]ruata non fuerint. Sed non tenẽtes primum locum
licet prætereantur, non reddunt teſtamentum nullum, vt d. l.
po[illegible]umorum. & l. ſi quis filio exhæredato. ergo de eis nõ lo-
quitur d. § dum v[illegible]t, q cauſa exprimatur. Quod etiam euidẽ-
tius demonſtratur: nam tex. in d. §. ſi autem hæc obſeru. non
fue. dicit q ſi prædicta non ſint obſeruata, videlicet quia cau-
ſa non ſit in[illegible]erta quantum ad inſtitutionem euacuatur teſta-
mentum. Sed ſi fi[illegible]us eſt inſtitutus, licet nepos ex eo non ſit
cum cauſa exhæredatus, teſtamentum non euacuatur, ergo
in tenentibus ſm locum d. ſolennitas videlicet adiectio cau-
ſæ non requiritur. Nec ob. octauum ar. ſecundum Bal in d. l.
pater filium. & hoc, quia intelligi & limitari debet hæc opin.
vt edictum ſucceſſorium locum habeat in querela, niſi filius
approbauerit expreſſe, vel legatum acceptauerit, ar. l. filio præ
t[illegible]to. ff. de in[illegible]u. rup. facit. l. poſt legatum. ff de his, qui. vt indi.
& etiam ne videatur contra ſe viam alijs aperire, ar. l. amiciſſi
mos. ff. de excu. tu. Sed contra hoc dictum Bal videtur tex. in
d. l. [illegible] is qui, in princ. vbi ſiue nolit primos, ſiue nõ poſſit que-
relam intentare, ſuccedentes admittuntur. Siue ergo intelli-
gas q noli[illegible], quia querela repudiauit, vt ibi dicit glo. per l. qui
repu[illegible]a[illegible]. co. tit. [illegible]atis dicitur approbaſſe teſtamentum q ſo
la [illegible]ſtenſione abſque eo q expreſſe approbet, dicitur appro-
bare, vt dicit tex. in d. l. filio præterito. Siue intelligas, quod no
lit legatum acceptando, quo caſu dicitur approbare, vt dicit
glo. in d. l. ſi is qui. in ſi. & l. ſi vt proponis §. j. eo. tit. & tamen,
[illegible] e d. l. ſi [illegible] qui, ſequentes admittuntur. Siue in-
[illegible] oſſit, quia tempore excluſus, vt ibi dicit gl.
58 [illegible] ter[illegible] Bald † cum paria ſint, excludi approbatione,
[illegible] 2 § expe[illegible]andi ff. de bon poſ. ſecundum tabu.
[illegible] tet, q in d. l. ſi is qui. iuncto princ. cum ſi. & ma-
x[illegible]um dicit nolit, videtur caſus contra Bal Non ob. l. ami
[illegible] ia non eſt exhæredatus, qui alijs aperiat viam, ſed
patris [illegible]o heiolitas non ſolum commiſſa reſpectu filij exhæ-
[illegible] ſ[illegible]d etiam aliorum, qui pro exhæredatis habentur, vt
[illegible] eſt ſupra, reſpondendo ad ſecundum & tertium arg.
Et hoc [illegible]odem modo tenendo partem affirmatiuam, vt edi-
ctum ſuc[illegible]ſſorium locum habeat in querela, reſpondere poſ
ſumus ad vl[illegible]mum arg. q non ſit abſurdum, cum ipſe ſolus fi-
lius [illegible]hæredatus non ſit ille qui viam ſequentib. qui pro ex-
hæredatis habentur aperiat. Et maxime, quia quando appro-
baſſent in cauſa conſequendi legatum non dicuntur ſimpli-
ci[illegible]pprobare, immo limitata cauſa limitatum parere dẽt
[illegible] arg. [illegible] non omnis. ſi certum pet. & bene facit l. ſi pars.
§ [illegible] d. [illegible] de inoffi. teſt. vbi acceptans legatum, q tenetur alte-
ri reſtituere, non excluditur a querela, & bene facit. l. nihil. §.
ſed cum filius. eo. tit. vbi acceptans legatum q poſtea in codi
cillis apparet reuocatum nõ excluditur a querela & ideo for-
te al[illegible] ſequentes & in querela obtinentes & per conſequẽs re
ducentes rem ad cauſam inteſtati facient ad vtilitatem tenẽ-
tium primum locum, licet fuerint exhæredati, non obſtante
eorum repudiatione limitata propter repudiationem legati,
ex quo legatum poteſt reuocari, per l. 2. C de condi inde. Nec
mirum, q vnus per querelam rumpat teſtamentum, & alius
ſuccedat, vt patet in l. poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. de inoffic.
teſt. licet Bar. & Bal. in d. l pater filium, velint q ſequens rũpẽs,
aut reſcindens teſtamentum per ſucceſſorium edictum pri-
mo excluſo ſententia, repudiatione, pacto vel tempore rum-
pat ad ſui vtilitatem, quia limitari per prædicta debet, niſi ap-
probatio fiat ex certa cauſa, quia poſtea per talem reſciſſionẽ
etiam a ſequenti factam non priuatur primus exhæredatus,
qui legatum acceptauit, & ita limitari poteſt per Bal. & Bart.
quicquid dictum eſt ibi, licet ipſi etiam ibi referant antiquos
tenentes talem reſciſſionem fieri ad vtilitatem excluſorũ, de
quo Ianus ibi per eos. Nec prædictis ob. d. l. filio præterito pri
mo, quia loquitur in iure dicendi nullum, in quo non eſt lo-
cus edicto ſucceſſorio, vt infra ſtatim patebit. Secundo, quia
ibi non dicitur quod talis approbatio ſequentibus, qui per e-
dictum ſucceſſorium poſſent admitti, præiudicet. Nono & vl
timo ar. ſatis eſt reſponſum ſupra per dicta per Bart. in d. l. qui
59 In aliena. § interdum. † Satis tamẽ in hac materia mihi placet
conſideratio. D. Raph. Fulg. In d. l. pater filium. circa fi. videli-
cet, vt tunc edicto ſucceſſorio ſit locus in querela, quãdo eſt
filio delata, ſecus ſi delata nõ fuiſſet, vt qa exhæredatus mor-
tuus eſſet deliberante hærede ſcripto adire, quo caſu querela
ſcripta non eſt nata. l. Papinianus § iuriſdictioni. ff de inoffic.
teſta. quia tunc non eſt locus edicto ſucceſſorio. ad q bene fa
cit. l. 2. ff. de bo. li. & ita ipſe intelligit. l. ſi quis filium. C. de inof.
teſta. & vere hoc caſu loquitur. Nec ſecundum eum eſt bona
reſponſio ad illum tex. quæ communiter datur, q ibi ideo di
catur deſtitutus omni auxilio, videlicet ex perſona patris, qa
etiam loquitur de auxilio ex perſona propria, poſtquam etiã
loquitur de l. Velleia, quæ nepotem admittit ex perſona pro-
pria. Sit ergo iſta concluſio huius articuli, vt in querela ſit lo-
cus edicto ſucceſſorio, quando eſt delata etiam exhæredato
approbante vel legatum acceptante, quod eſt contra Bal.
60 An autem edictum ſucceſſorium † locum habeat in iure a-
gendi ad ſupplementum legitimæ, vel in querela inofficioſæ
donationis, vide Bar. & Bal. in d. l. pater filium, ſupra de inoffi.
teſt. enim de hoc non dependeat, vel attingat ſuitatis materiã,
ſicut attingit articulus ille. An in iure dicẽdi nullum ſit locus
edicto ſucceſſorio, cum propriè ſui præteriti dicant nullũ te-
ſtamentum & non alij, vt probatur ex ratione huius l. ſecun-
dum Bart. & facit l. j. & l. filio præterito. & d. l. poſthumorum.
& l. poſthumos. & l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium. ff. de libe. &
poſth. Ideo licet glo. aliter hunc articulum non tãgant, tamẽ
aduertendum eſt, quia ex ſupra proxime ſcriptis dici poteſt,
locum non habere, quia volens venire per ſucceſſorium edi-
ctum, veniat propter defectum cauſatum in perſona princi-
palis, qui defectus excluſo dicto principali ad ipſum ſequentẽ
extẽditur, vt ſupra proximo articulo dictum eſt de inofficio-
ſitate. Sed cum hoc non cadat in præteritione, quia licet pri-
mus ſit præteritus, & propter præteritionis iniuriam poſſit di
cere teſtamentum nullum, tamen hæc nullitans iniuria non
extenditur ad ſequentem, cuius præteritio non curatur, vt d.
l. poſthumorum. cum ſi. ſupra proxi. alleg. ergo in iure dicen-
di nullum non videtur q ſit locus edicto ſucceſſorio, cũ præ
teritio exiſtentis in ſecundo gradu non curetur, qui etiã poſt
quam inofficioſitas non fuit cauſata in exiſtẽte in primo gra-
du, qui non fuit exhæredatus, ſed præteritus, non põt ſequẽs
querelare, quia tunc aliud remedium vellet intentare ꝗ illud
q primo competeret, ita q non diceretur per ſucceſſoriũ edi
ctum venire, immo etiam hoc caſu ſequens non poſſet que-
relam intẽtare, quia querela præſupponit teſtm̃ non eſſe nul-
lum, ſed reſcindendum. l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff.
de inoffi teſta. Sed qñ filius eſt præteritus, teſtm̃ eſt ipſo iure
nullum. l. inter cætera. l. Gallus § in omnib. ergo non eſt dicẽ-
dum, q per nepotem vel ſequẽtẽ poſſit reſcindi, cum ea quæ
nulla ſunt, non poſſint annullari vel reſcindi. l. & ſi ſub condi
tione. §. rumpẽdo. ff. de iniu. rup. te. Nec dici põt q iſte nepos
ſequens in gradu dicatur approbare, vt reprobet, vt in ſi. dixit
Bar. in l filio præterito. ff. de iniu ru. te. per l. 3. § falſus. ff. rẽ rat.
ha. Primo, quia illud dictum communiter reprobatur, vt ibi
plene hr̃. Secundo, quia non pertinet ad ſequentem in gradu
approbare teſtm̃ nullum ex cauſa præteritionis filij exiſtentis
in primo gradu. ſed hoc pertinet ad ipſum primum præteri-
tum, vt d. l. filio præterito. & l poſthumus. in princi. & §. idem
61 & circa. ff de iniu. rup. teſt. † Et eadem ratione dicendum eſt,
quod huic ſequenti non competat contra tab. quæ competit
illis caſibus, quibus competit ius dicendi nullum. l. j ff. de con
tratab. & facit l. æquiſſimum. eo. tit. & ita hic concludit Bald.
in ſua repe. vt in iure dicendi nullum cauſatum ex præteritio
ne, vel ex non rite facta exhæredatione, quæ pro præteritio-
ne habetur. l. ſi ita ſcriptum. § fi. ff de lib. & poſth. non habeat
locum ſucceſſorium edictum. Nec ob. l. Gallus. §. & quid ſi
tantum. quia ibi exiſtens in primo gradu erat mortuus in vi-
ta teſtantis, & ideo ſecundus non dĩ venire p ſucceſſoriũ edi-

ctum, quia primus nunquam habuit ius ꝙ poſſet deuolui in
ſequentem, ex quo ille primus mortuus eſt ante teſtatorem,
quo tempore non licebat de viuentis hæreditate tractare. ſed
ſi nullitas allegaretur ex alia cauſa, quia in teſtō non fuerat de
bitus numerus teſtium, tunc ſm Bal. bene eſſet locus edicto
ſucceſſorio, quia hoc caſu non cōſideratur intereſſe alicuius
in particulari, & ideo quilibet poterit dicere nullum. ſed quā-
do eſt nullum ratione prætentionis filij, quo caſu intereſſe ip
ſius filij præteriti conſideratur & nō alterius, ideo ſequentes
in gradu ex eorum perſona per ſucceſſorium edictum veni-
re non poſſunt: bene tamen hæredes ipſius præteriti virtute
tranſmiſſionis ſi nō eſſet excluſus eo quia approbaſſet teſtm
expreſſe, vt l. filio præterito. ff. de iniu. rup. te. vel tacite per ac-
ceptationem legati, ar. d. l. ſi is qui. §. ſi ff. de inoſ. teſt. bene ve-
nire poſſunt, & ita intelligi. l. 2 & 3. C. eod & idem concludit
in ꝯtra. vt locum non habeat edictum ſucceſſorium per præ-
dicta, licet ꝯtrium dixerit gl. in l. illud. §. 1. de ꝯtra. ſed allegat d. l.
ſi is qui. quæ loquitur in querela & all l. 1 §. vocantur. de ꝯtab. q̄
dicit ꝙ ad bonorum poſſeſſionem ꝯtab. vocantur eo iure. &
eo ordine, quo vocantur ad ſucceſſionem de iure ciuili & ex
ponit glo. vt qui repelluntur de iure ciuili a ſucceſſione, repel
luntur a ꝯtab. de iure prætorio ſed certum eſt ꝙ exiſtentibus
primis de iure ciuili, repelluntur ſecundi a ſucceſſione, vt l. ſi
quis poſthumos §. ſi quis filium. cum ſi. ff. de lib. & poſth. er-
go non probat id, ad ꝙ gl. alleg. ſed magis facit ꝯ. Et maxime,
quia ibi loquitur in venientibus ad ſucceſſionem de iure ciui
li, qui proprie non dicuntur per ſucceſſorium edictum veni-
re, ꝙ introductum fuit a prætore. l. 1. ff. de ſucceſſ. edic. & ſupra
etiam dictum eſt in præcedenti articulo, an ſucceſſoriū edi-
ctum habeat locum in ſuis Nec ob. d. l. 3. §. ſi emancipatus. de
ꝯtra quia in principio loquitur de nepote præterito mortuo
filio in vita aui, qui nepos tempore mortis aui erat ſuus, ſcdm
vnam lec. ſecundum quam nullo modo ob. ſed ſcdm ſecūdā,
inquantum in fine loquitur de nepote præterito patre viuen
62 te tempore mortis aui. †Aduerte, ꝙ ibi non dicit ꝙ dicto ne
poti competat ꝯtab. immo competit querela: quia dicit text.
qui de inofficioſo cognoſcit. & ſecundum iſtam neceſſe eſt
intelligere ꝙ filius ibi fuit exhæredatus, ꝙ ſatis deprehēdi po
tum. vbi glo. dicit, quod licet emancipatus hodie ab inteſta-
to ſuccedere poſſit, tamen cum de teſtamento tractatur, nul-
lo modo ſublata reperitur differentia emancipationis & pa-
triæ poteſtatis, cum d. § nullam. tantum ab inteſtato loquat.
Concordat & 2. glo. in auct. ex cauſa. C. eo. dum vult ꝙ eman
cipatus præteritus etiam hodie non poſſit dicere nullum.
Quod idem & tertio voluit glo. in l. ſi filius. ff. de mino. Cō-
cordat & 4 glo. in l. emancipati. C. de coll. dum dicit quod d.
§. nullam. tantum loquitur ab inteſtato, & ideo non vult q̄d
hodie ceſſet differentia emancipationis & patriæ poteſtatis,
quantum ad collationem bonorum. Idem tenuit Azo, vt tā-
tum ab inteſtato ſit ſublata differentia emancipationis & pa-
triæ poteſtatis, in ſumma, in tit. C. de lib. præte. & Roffr. in tit.
de bono. poſſ. contratab.
4 † In contrarium autem ſunt omnes glo. quæ volunt tit. de
coniungendis cum emancipato liberis, hodie locum non ha
bere, poſtquam ſublata fuit differentia emancipationis & pa
triæ poteſtatis, vt voluit primo glo. in l. j. de coniung. cū emā.
libe. ſecundo in l. ſi proponas. ff. de inoffi. teſta. tertio, in auc.
in ſucceſſione. C. de ſuis & leg. quarto in l. fi. ff. de lib. & poſth.
ſed Bar. in hoc articulo. 3. §. & quid ſi tātum. & in plurib. alijs
locis pro multum notabili, allegauit tex. in l. meminimus. §. j.
C. de legi. hæred. vt etiam de iure ciuili. & C. tam ex teſtamen
to, quam ab inteſtato ſublata ſit differentia emancipationis,
& patriæ poteſtatis, per text. ibi dum dicit, ad ſimilitudinem
ſuorum &c. Et propterea dicit ſe de facto determinaſſe q. vt
ſi pater filium emancipatum inſtituat, nepotem autem in po
teſtate retentum prætereat, illud teſtamentum non poterit
per dictum nepotem dici nullum, aut aliter impugnari, poſt-
quam emancipatus ad ſimilitudinem ſuorum ſuccedit. Et
ideo quantum ad ſucceſſionem nō perdit ius, propter quod
in ſucceſſione præfertur, ergo tunc nepos non admittitur.
Ad idem facit tex. in d. §. nullam. dum dicit non eſſe differen-
tiam inter emancipatum & in poteſtate, quantum ad ſucce-
dendum: ſiue ergo intelligas ex teſtamento, ſiue ab inteſtato
dictam differentiam eſſe ſublatam, idem eſt. Nam poſtquam
querela aut ius dicendi nullum datur, tunc exhæredato, vel
præterito fit iniuria, quia ſibi non datur ſua legitima. l. Papin.
§. quoniam. ff. de inoffi. teſta. ergo cum hodie nepos nihil ha-
bere debeat ab inteſtato ſecundum omnes, per talem præte-
ritionem nulla fit ſibi iniuria. igitur non poteſt contra teſta-
mentum venire, ſicut in ſimili videmus, quod quādo vnum
beneficium datur contemplatione alterius, ſi tollitur vnum,
tollitur etiam alterum. l. filium. §. matri. ff. de alimen. lega. Cū
ergo beneficium dicendi nullum detur illi, qui ſuccedit ab in
teſtato, ergo ſi dictus nepos propter filium emancipatum ab
inteſtato non ſuccedebat, non habet beneficiū dicendi nul-
5 lum. † Pro quo etiam bene facit, quia poſtquam iura hodie
volunt filium emancipatum ab inteſtato ſuccedere, & quan-
do quis decedit inteſtatus videtur tacite illis relinquere, qui
ab inteſtato ſuccedere debent. l. conficiuntur. ff. de iure cod.
ergo ſi facit teſtamentum, & illos venientes ab inteſtato ex-
preſſe inſtituat, & alios petat, non eſt in aliquo inculpandus,
neque dictus præteritus ab inteſtato ſuccedentibus dicitur ali-

quam iniuriam feciſſe. Igitur nimirum ſi non poſſunt contra
dictum teſtamentum venire Solum ergo filius emancipatus
hodie præteritus vel exhæredatus poteſt contra teſtamentū
venire, nō nepos ex eo. tamen in mō veniendi ꝯtra teſtamen
tum inueniabit remedia prætoris. & ita Bar. videtur intellige-
re glo. contrarias, videlicet in d. l. ſi emancipati. & in d. auc. ex
cauſa. quia in modo rumpendi non dicitur hodie aliquid im
mutatum, vt latius videtur in §. & quid ſi tantum. l. Gallus ni
ſi quia hodie etiam emancipatus præteritus ſine cauſa red-
deret teſtamentum nullum propter generalitatē §. aliud quo
que cap in Auct. vt cum de ap. cogn. dum dicit, ꝙ non licet fi
lios præterire, nec cæteros ſine cā, vt primo loquatur de ſuis,
ſecundo de emancipatis, & ita tenet glo. in Auc. de hæred. &
fal. § exhær. & Azo in ſum C. eo. tit. §. eſt autē effectus & Dyn.
in d. §. & quid ſi tantum. in magna diſtinctione. & Cy. in d. au
then. ex cauſa, & Bar in l. Gallus. § in omnibus. & Bald. hic, &
in § & quid ſi tantum. & in auc. in ſucceſſione. C. de leg. hær.
Nec tamen. d. § per prædicta clare determinatum habemus,
6 † an emancipati hodie dicantur ſui, vel habeant iura ſuitatis.
Et ideo aduertendum, ꝙ vt ſit ſublata differentia emancipa-
tionis & patriæ poteſtatis, tria iura principaliter allegantur,
videlicet tex. in d. §. nullam. in Auct. de hære. ab inteſt. & eod.
tit. §. 1. Qui tex. ſecundum opin. glo. ſupra alleg. loquuntur ab
inteſtato, non ex teſtamento Nec tamen ab inteſtato, vt ſuos
admittit, imo dixit Bar. in d. §. & quid ſi tantum. & in l. j. de cō
iung. cum eman. li. tex. in d. auc. non loquitur, ꝙ dicti emanci
pati cum alijs ſuis contendant, ita ꝙ nullo modo expreſſe ex
text. in dicta auct. deprehendi poteſt, quod emancipati ad-
mittantur vt ſui.
Secundo alleg tex. in d l. meminimus. §. j. qui ſimiliter hoc
non probat ſecundum Bal. in d. §. & quid ſi tantum. quia tan-
tum loquitur in ſucceſſione ab inteſt. Pro quo facit ſubiecta
materia tituli, ar. l. Imperatores. de in diem adiic. Sed iſta nō
videtur tuta reſponſio, poſtquam tex. in d §. j. l. meminimus,
facit mentionem de modo, quo emancipati admittebantur
de iure prætorio, quo iure admittebantur tam ex teſtamento
quam ab inteſtato, quam etiam contra teſtamentum. l. j. ff. de
bo. poſ. Ideo aliter reſponderi poteſt ad d. l. meminimus. quia
ibi Imperator refert, qualiter emancipati de iure prętorio ad
mittebantur ad ſimilitudinem ſuorum ad ſucceſſionem pa-
rentum. Et poſtea ſtatuit quod admittātur ad ſucceſſionem
tranſuerſalium, nec videtur aliquid ſtatuere in ſucceſſione
parentum.
Vel tertio & vltimo dicas, ꝙ ibi tex. dicit, ad ſimilitudinem
ſuorum, ergo non ſequitur, ꝙ ſint ſui, quia ꝙ eſt ſimile, non
eſt idem. l. ꝙ Nerua. ff. depo. Vel dic, ſecundum D. Mathiā
Matheſillanum in ſuo trac. de ſucceſ. ab inteſt. in 2. col. ꝙ tex.
in d. l. meminimus. facit ſimilitudinem quo ad effectum. ſ. vt
ita ſuccedere poſſit de iure ciuili perpetuo, & adire hæredita-
tem nudo animo abſque bo. poſ. coram iudice filij emancipa
ti, ſicut filij in poteſtate, ſed iam non facit ſimilitudinē in qua
litate. ſ. vt ita vocentur emancipati, ſicut ſui. pro quo facit ꝙ
no glo. non poteſt. de pręb. lib. vj.
7 † Item facit, ꝙ dicitur in euangelio: Eſtote perfecti, ſicut pa
ter veſter qui eſt perfectus. nam hæc dictio, ſicut, nō denotat
omnimodā ſimilitudinem, vt de ſum. Tri. c. damnamus. Bald.
tamen iſtum paſſum indeciſum dimiſit, in l. ventre. de acqui.
hæred. ſed Bar. aliquid dixit in §. & quid ſi tantum. & in auc. ſi
qua mulier. de ſacroſan. eccl. & iſte paſſus eſt ita dubius, quod
egeret deciſione imperiali.
Tertio allegatur tex. per glo. Inſti. de exhæred. lib. §. noſtra.
qui recte intuenti potius facit contra. Nec ibi deprahēdi po
teſt ſublatā eſſe dictam differētiam. Aequiparat enim ibi ma-
ſculos & fęminas natas vel poſthumas emancipatas vel in po
teſtate, quantum ad ipſarum inſtitutionem vel exhæredatio-
nem, vel irritationem teſtamenti. & ſtatim ſubdit ꝙ emanci-
patæ rumpant eo modo, quo rumpebant emācipati: ſed emā
cipati rumpebant iātum de iure prætorio, ergo eodē iure emā-
cipati rumpent: ita ꝙ non probatur ex aliqua dictarum. ll. ꝙ
emancipati hodie dicantur ſui. Et facit ratio, quia cum non
ſint reducti in poteſtatem emancipantis, non eſt poſſibile, ꝙ
habeant iura ſuitatis, cuius ſuitatis primum extremum eſt pa
tria poteſtas, vt dictum eſt ſupra in q. princ. ex quibus conclu-
de, emancipatum etiam hodie neque ex teſtamento neque
ab inteſtato iura ſuitatis habere.
8 Ex qua ſequitur correlatiuum, † ꝙ filius emancipatus ex
teſtamento vel ab inteſtato patri ſuccedens etiam hodie hæ
reditatem non agnitam virtute ſuitatis non tranſmittit, licet
Bar. de hoc videatur dubitaſſe in l. ventre. ff. de acqui hær. vbi
tamen Ang. tenet ꝯ Bar. & in repetitione. l. qui ſe patris. C. vn
de libe. vbi vult ꝙ emancipatus non tranſmittat hęreditatem
non agnitam ad extraneos hæredes, licet habeat beneficium
l. vnicæ. C. de his, qui ante apert. tab. Inferri etiam poteſt ex p̄-
dictis

dictis, ꝙ licet hodie requiratur expreſſio cauſæ in præteritio-
ne filij emancipati, ſicut in p̄teritione mr̄na, p. §. aliud quoq;
cap. Ideo ſi dicta cauſa non apponatur, & per conſequens for
nia non ſeruatur, teſtamentum redditur nullum, tamē in mo
do rumpendi ſi eſt præteritus, differt a filio in poteſtate, qui
habebit neceſſe recurrere ad beneficium prætoris, & ꝯtabu
lare, & ſi erit exhæredatus ante intentatam querelam, debe-
bit agnoſcere bonorum poſſeſſionem gratia litis agnoſcen-
dæ, vt l. Papi. §. i. ff. de inof. teſt. & per gl. in l. a. C. eo. tit. Et ideo
licet dicta differentia emancipationis & patriæ poteſtatis ſit
ſublata quo ad ſuccedendum & rumpendum, tamen non eſt
ſublata quo ad rumpendi modum. & ideo ex teſtamento nō
dicitur ſublatus titulus, de coniūg. cum emāc. lib. ſed ab inte-
ſtato ſic, vt tenet Bar. in l. j. ff. de coniun. cum eman. li. Et dubi-
9 tari etiam poſſet, † an hodie emancipatus poſſit inſtitui ſub
conditione caſuali, licet ſub illa non poſſit inſtitui ſuus. Cogi
ta, & tactum eſt in l. ſuus quoque. in princ. ff. de hære. inſtit. &
alias plures differentias, etiam hodie remanentes inter eman
cipatum & ſuum, vide per Angel. in repetitio. l. ſi emancipati.
C de collatio.

Verum quia ſupra in quarto caſu vidimus exhæreda-
tionem aditione confirmatam ſuitatem tol-
lere, nunc ſatis vtile & expediens eſt videre, quare exhæreda-
tio introducta fuit: ex quo facile apparebit, quare p̄teritio fi
lij ipſo iure teſtamētum nullum reddit. Ad quæ l. in ſuis. ff. de
lib. & poſth. maximum præſtat ar. vt patet ex dictis Bar. in re-
pe. l. pater filium. ff. de inof. teſt. & in l. 3. C. eo. tit. Dicens ꝙ cū
hic tex. dicat, ꝙ ſuo non dicitur hæreditas de nouo obuenire
quia dominium bonorum paternorum continuatur in ſuō,
non poteſt ipſe pater inſtituendo alium hæredem dictum do
minium in dictum alium hæredem transferre, niſi primo di-
ctum filium, in quem de iure dictum dominium continuat̄,
priuet exhæredando. Et hoc eſt, qđ ſm eum vult dicere hic
ver. ex cauſa. & tunc bene iſta l. in ſuis. facit ad tit. de lib. præte.
vel exhæredatis, poſtquam præteritionis & exhæredationis
rationem aſſignat. Ex quo ſecundum eundem patet, quare
præteritio matris habetur pro exhæredatione, Inſt. de exhæ.
li. §. mater. quia cum bonorum maternorum in filium nō cō-
tinuetur dominium, cum non ſit ſuus, non eſt neceſſe ꝙ ma-
ter filium exhæredet. i. extra hæreditatem ponat, licet præter-
eundo dicatur facere ꝯ officium pietatis, ideo datur querela
ſecundum eum. Et cum hac ratione tranſit Bal. in hac. l. Sed
poſtea, dum Bal. legit l. pater filium. de inoffic. teſt. hanc ratio
nem expreſſe probauit tribus medijs.

10 † Et primo per tex. l. 3. §. ſi eman. de contrata. vbi emancipa
tus præteritus, in quem non continuatur dominium, quia nō
erat in poteſtate, & per conſequens non erat ſuus, Inſt. de hæ-
re. qua. & diffe §. emancipati. & tamen emancipatus præteri-
tus non habetur pro exhæredato, ſed ſibi ſuccurritur a prętο
re per contra. Et hanc etiam rationem Bald. aſſignat contra
Bar. in l. ſi quis poſt. §. ſi quis filium. ff. de libe. & poſth.

Secundam rationem idem Bal. ꝯ dictum Bar. aſſignat in d.
l. pater filium. quia ſi iam natus præteritus moriatur in vita te
ſtantis, non poteſt dici ꝙ in eum cōnouetur dominium bo-
norum patris viuentis, quia hæc l. quæ de continuatione do
minij loquitur, poſt mortem patris loquitur, & tamen dictus
filius præteritus non habetur pro exhæredato, immo eius p̄-
teritio reddit teſtamentum nullum. l. ſi filius qui in poteſtate.
ff de libe. & poſthu.

Tertio in d. l. pater filium. mouetur idem Bal. ad idem dicē
dum, quia ſi filius exhæredatus vel inſtitutus moriatur in vi-
ta teſtantis, nepos præteritus rumpit ipſo iure teſtamentum.
l. Gallus. §. & quid ſi tantum. l. poſthumorum. ff. de iniu. rup.
teſt. ergo non habetur pro exhæredato. Nec ſecundum eum
in d. l. pater filium. dictum eſt, ꝙ inſpiciatur tempus mortis,
11 † quia exhæredatio eſt de ordine teſtamenti. & de his quæ re-
ſpiciunt ordinem teſtamenti l. inter cætera. ff de li. & poſth. &
in d. l. Gallus. §. in omnibus. & ideo inſpici debet tempus teſta
menti. Et ideo, ſi tunc temporis haberetur pro exhæredato,
quia ita teſtator videretur voluiſſe, ſemper ita præſumeretur
voluiſſe, nec vnquam voluntatem ſuam mutaſſe. l. cum taci-
tum. & l. quinquaginta. ff. de proba.

Quarto & vltimo ad idem dicendum mouetur ꝯ Barto in
l. apud hoſtes. C. de ſuis & legi. quia ſequeretur ꝙ filius inſti-
tutus in re certa (intelligo dato ſibi cohærede) in vniuerſo rū-
pet teſtamentum, ex quo continuatur reſpectu aliorum bo-
norum in eum dominium, & tamen hoc eſt falſum, etiam
ſi illa res valeret minus legitima portione. l. ſcimus. §. repletio
nem. C. de inof teſt. Et ideo ſecundum eum ratio eſt, quare p̄-
12 teritus rumpit teſtamentum, † quia cum hæreditas patris ſit
debita filio. l. fi. C. de codici. l. 1. C. de imponen. lucra. deſc. lex ci
uilis ſequuta hac ratione quodammodo naturali introduxit
formam, vt filius debeat inter cætera inſtitui vel exhæredari.

d. l. inter cætera. & d. §. in omnibus, quæ ſi omittitur reddit te
ſtamentum ipſo iure nullum. Nec ſecundum eum ob. ꝙ dici
tur de matre, quia ideo præterito a matre competit querela,
quia eſt ſubſidiaria. Inſt. de inof. te §. iam autem. & talis filius
eſt omni remedio deſtitutus, quia & ſi per Senatuſcon. Orfi.
vocetur filius ad hæreditatem matris, tamen non prouidit fi
lio præterito de remedio rumpendi teſtamentum. & ideo cū
ſibi non competat ius dicendi nullum, cum non ſit ſuus, nec
ſibi ſubueniatur per contra tab. l. illud. §. fœminarum ff. de ꝯ-
tab. ideo neceſſe fuit ſubuenire in ſubſidium remedio quere
læ. Et ſimiliter dictam rationem Bar. improbauit Ang. primo
per caſum. l. ſi C. eo. vbi in fęmina continebatur dominium,
13 & tamen nō dicebat nullum. † Item quia ſequeretur, ꝙ filius
non poſſet inſtitui ſub conditione poteſtatiua, cuius contra-
rium habetur in l. ſuus quoque. C. de hær. inſti. Prætereа dici
etiam poſſet, cum poſthumo debeatur legitima, quia nō eſt
in poteſtate. l. fi. ff. de coll. bo. tamen eius præteritio non habe
tur pro exhæredatione, immo eius natiuitate rumpitur teſta-
mentum, vt ff. de li. & poſth. l. ꝙ dicitur. Io. de Imo. nititur de-
fendere rationem Bar. a prædictis contrarijs. Non enim obſ.
ſecundum eum, ꝙ dicitur de emancipato, quia ſi conſidere-
mus l. xij. tab. abſq; dubio nō infringit, cum illo iure eſſet om-
nino incognitus, vt in §. emancipatus. Inſti. de hæt. quæ ab in
teſt. ſi ius prætorium, ꝙ vocat emancipatum, cum in vocatio
ne quam facit ſibi de remedio ꝯtabulandi prouideat, ſicut iure
prouiſum eſt a iure ciuili per ius dicendi nullum, prout fuit ę-
quum, poſtquam emancipatus filius erat. l. j. ff de contrata. nō
fuit opus ꝙ querela daretur. Et ideo ſi prætor emancipatum
vocaſſet ad ſucceſſionem, & non introduxiſſet remedium ꝯ-
tab ſi præteriretur, ſine dubio emancipato prętento daretur
querela in ſubſidium, ſicut datur filio a matre prætetito, vt ſ.
dictum eſt. Sed certe ſecundum hoc magis procederet ratio
14 Bal. quam Bar. & ideo dicit ipſe forte in emācipato. † ratio eſt
propter reliquias patrię poteſtatis, vt in ſimili dixit glo. Inſti.
de tute. §. fi. quę ratio ceſſat in matre, quæ nūquam habuit in
poteſtate. Et ſimiliter reſpondet ad l. fi. C. eo quam alleg. An-
gel. quia illa l. prouidebat, ſecundum mediam iuris prudentiā
quæ non conſiderabat continuationem dominij. Nec ſimili
ter ob. ꝙ dicitur de filio inſtituto ſub conditione poteſtatiua
vel in re certa, quia abſq; eo ꝙ a reſiduo exhæredetur, teſtū
non redditur nullum, quia ex quadam æquitate videtur taci-
te facta exhæredatio a reſiduo, ne pater priuari dicatur pote-
ſtate ad libitum de bonis ſuis diſponendi filio nō præterito.
Non tamen reſpondet ad tertium arg. de filio præterito vel
exhæredato decedente in vita teſtantis, quo caſu nepos dicit
nullum: neque ad aliud arg. ꝙ dicitur de poſthumo, & idem
vt dicit Raph. Cu. ratio Bar. non eſt tuta · quia ſi tuta & vera
eſſet, ſequeretur ꝙ tantum poſt mortem filius præteritus de-
beret annullare teſtamentum patris non in vita. Item a cohæ
rede deberet exhæredari. Item exhæredatus a primo gradu,
& pręteritus a ſecundo vitiat. l. ſi a primo ff. de libe. & poſth.
& tamen non videtur eſſe ſuus propter exhęredationē a pri-
15 mo. † Preterea vltra eum emancipatus etiam iure iſto poterat
exhęredari. l. non putauit. §. ſi emancipatus. de contratabu. in
quem emancipatum non caderet exhęredatio, ſi ratio Bar. eſ
ſet vera, ſicut non cadit in extraneum, vt d. § ſi emancipatus.
& l. quidam cum filium. de ver. oblig. & ideo, vt dicit hic Do.
Raph. ratio Bar. quæ ex iſto tex. elicitur, eſt rō inductiua, non
omnino pręciſa & finalis, ex qua forma introducta eſt genera
liter, vt in d. §. in omnibus. & l. inter cætera. & Inſt. de exhęre.
libe. in princ. Qua forma non ſeruata nulla redditur diſpoſi-
tio ratione formę. Et ideo voluerunt iura vt nominatim fie-
ret exhæredatio, vt liberi certo iure excludantur, de cōtrata.
l. ſub conditione. Poſſet enim contingere patrem ignoraſſe,
& hoc forte poſt l. xij. tab. fuit inductum ad tollendam diffi-
cultatem præſumptionum, ſicut hodie in nouatione dicitur
in l. fi. ff. de nouatio. & iſta forte fuit intentio Bar. vt rō, quam
ipſe aſſignat ex iſto tex. ſit inductiua, non autem præciſa & ſo
la. Ideo dictum videt̄, ꝙ ratio quare exhęredatio requiritur
in ſuo eſt, vt forma a iure introducta ſeruetur. Et ratio intro-
ductiua dictæ formæ fuit continuatio dominij. Ex quo ſequi-
tur ratio, quare pręteritio filij reddit teſtamentum nullum, ꝓ
pter formam non ſeruatam. In matre autem hæc forma non
fuit inducta, quia ceſſabat ratio inductiua. & ideo pręterito
a matre ſuccurritur remedio ſubſidiario, ꝙ eſt querela. Ex q-
bus conclude, quod non propter ſolam dominij continuatio
nem pręteritio filij in poteſtate reddit teſtamentum nullum
contra expreſſa verba Bar.

16 Nunc autem videndum ſupereſt, † an per datio-
nem ſubſtituti vulgaris tollat̄ exi-
ſtentia ſuitatis. in quo notabili, famoſo, ac ſubtili articulo ma
iores noſtri varij & ꝯrij fuiſſe reperiuntur. Quidam enim (vt
ex infra dicendis apparebit) volunt ſuitatem ſublatam eſſe, q-
dam

dam autem ſola neceſſitate, quidam & tertio neque neceſſitatem, neque ſuitatem tolli. Ideo vt clarius veritas pateat ad partes arguendum eſſe exiſtimaui.

Et primo affirmatiuam, vt ſuitas tollatur. quam partē poſt Dy. ſequitur Bar.

Primo per tex. in l. ſi filius hæres. ff. de lib. & poſth. dum dicit, nepote tam patri quam auo ſuum hæredem futurum.

Secundo per gl. in l. Papi. §. 4. ff. de inof teſta. quæ relata ad tex. ſentit expreſſe, ꝙ ſicut ad confirmationem requiritur neceſſario aditio emancipati, ita & eius, qui eſt in poteſtate, ſi ſibi fuit datus ſubſtitutus vulgaris, quaſi per eius dationem ſit ſublatus effectus ſuitatis.

Tertio, quia per dationem ſubſtituti vulgaris pater facit de neceſſario voluntarium. l. Iul. ff. ſi quis omiſ. cau. teſt. & l. j. §. ſi proponatur. eo. tit. quam partem affirmatiuam duobus argumentis firmat Bar. in d. l. ſi filius hęres. & in d. l. Iul. & in l. filius qui patri. de vulg. & pup. declarando vt per dationem ſubſtituti vulgaris videatur facere filium de neceſſario voluntariū, cum in qualibet vulgari virtualiter ſit caput voluntatis & impotentiæ. l. cum proponas. C. de hære. inſti. immo per eam vē filius inuitatus ſub conditione ſi volet, vt eſt tex. in l. j. §. ſi proponatur. ff. ſi quis omiſ. cau. teſt. ergo impeditur exiſtentia ſuitatis Quod etiam ſic magis declaratur: per talem enim conditionem poteſtatiuā filius, ſine hæres neceſſarius efficitur voluntarius, vt l. iam dubitari, & l. Cornelius. ff. de hær. inſtit. & l. hæc verba. de condi. inſti. Et maxime hoc dictum eſt in patre vulgariter ſubſtituente filio, qui non intelligitur ſecundum eius deſiderium dum dixit, ſi filius hæres non erit, intellexiſ-
17 ſe. i. ſi filius hæres eſſe non poſſit, quia moriatur, quia † hic caſus mortis filij odioſus ſatis eſt patri, vt ipſe Bar. exprimit in d. l. Iul. Pro quo vltra eum facit tex. in l. Lucius ff. de hære. inſti. Aut, ꝙ abominor, prius moreretur, & tex. in l. cohæredi. § fin. ff. de vul. & pup ergo voluntarius factus eſt. Et ideo ſi de eius voluntate non apparet, impleta non dicitur conditio, & per conſequens non eſt hæres. & ideo non tranſmittit. quam etiā concluſionem firmat Bar. in l. j. in princ. in 4. princ. q. & in 5. effectu vulgaris ſubſtitutionis. ff. de vulg. & pup. Quam tamen concluſionem idem Bart primo limitat in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. vt locum non habeat, qn̄ ſubſtitutio vulgaris ſit ſecundū conſilium Galli, quia tunc non compræhendit caput voluntatis, ſed ſolum fit in caſu, quo filius viuo patre moriatur, ergo non tollit exiſtentiam ſuitatis.

Secundo lim. vt locū habeat, quādo fit expreſſe, ſecus ſi tacite, vt in vulgari tacita comprehenſa in expreſſa pupillari, per d. l. Cornelius. & l. iam dubitari. de hær. inſti. quæ volunt ꝙ filius inſtitutus ſub iſta conditione, ſi voluerit, non dicat̄ ſuus. Secus ſi ſub iſta, Capitolium aſcenderit. l. conditionibus pupillus. ff. de cond. & demon. & ita limitat ipſe in d. l. ſi filius qui patri. & in d. l. j. in princ. in v. q princ. de vulg. & pup & d l. conditiones pupillus Bal. autem in hoc arti. variauit: nā in l. apud hoſtes. C. de ſuis & legi. ſimpliciter tenet, ꝙ impedit tranſmiſſionem, ne ſemper ſit in ſuſpenſo, licet non impediat ius deliberandi. Limitauit tamen ipſe & ter no in l. non iuſtā ad Trebel. niſi ſit ſubſtitutus vulgariter pupillariter & per fideicō ꝙ dicit eſſe notabile, & facit tex. in l. recuſare, §. ſi Titius. ad Trebel. & in l. quia autem. in princ. ff ſi quis omiſ. cau. teſta.

Quarto limitat, quando ſubſtitutio vires habet ex teſtamē-
18 to. † Secus ſi ab inteſtato, quia nunquam cauſa inteſtati tollit exiſtentiam ſuitatis. ſed certe idem Bald. in repetitione d. l. ſi ſuus & l. cum proponas. C. de hær. inſti. licet multa dixerit circa hoc, ſequitur tamen prædictam concluſionem. Bar. cū ſuis limitationibus, vt vulgaris expreſſa tollat ſuitatem, ſecus ſi tacita vt in pupillari comprehenſa, vel tantum in vnum caſum, & ſecundum conſilium Galli concepta. Et vltra prædicta ꝑ hac parte allegat, quia poſtq̄ filius ſubſtitutum vulgarem habet, neque ex teſtamento, neque ab inteſtato, non agnitā trāſmittere poteſt. non ex teſtamento, quia ſubſtitutus impedit, non ab inteſtato, quia donec pōt eſſe locus ſucceſſioni ex teſtamentu, ceſſat ſucceſſio ab inteſtato. l. antequam. C. cōmunia de ſuc. Quinto, quia ſuus ante omnem immixtionem ſeu acquiſitionem iuris vel hominis, cum inter mortem & aditionem filij propter ſubſtitutum vulgarem eſt dare medium, ſicut in extraneo. & ibi allegat. l. ſi filius qui patri. de vul. & pu. & l. Iul. de acq hær. ad probandum ꝙ tacita vulgaris in pupillari compræhenſa non tollat ſuitatem. Et vnum verbum nota dignum circa prædicta, dicit Bald. in l. quoniam in priorib
19 C. de inof. teſt. † ꝙ ſi datio ſubſtituti vulgaris tollit exiſtentiā ſuitatis, & impedit trāſmiſſionem, dicta ſubſtitutio continet grauamen, & ideo ſaltem vſque ad legitimam hodie reijceretur per d l. quoniam. ꝙ eſt multum not. Ang. veroſimiliter variaſſe videtur: Nam in l. Cornelius. de hære. inſti. ſimpliciter ſequitur concluſionem Bart. vt per dationem ſubſtituti vulgaris tollatur exiſtentia ſuitatis. Sed ſexto pro hac parte videtur caſus expreſſus in l. qui fundum § qui filium. vet. ſed hoc ita: ff. ad l. Fal. dum vult ꝙ ſubſtitutus vulgaris admittatur ad hæreditatem patris, & ad legata omnia teneatur, ſi antequam filius patri hęres extitiſſet, deceſſiſſet, igitur filius nō tranſmittit. Et etiam pro hac parte facit tex. in l. debitor. in ſi. princ. ff. ad Treb. dum dicit, ꝙ legando hæredi ſi non adijſſet in ipſius voluntate posuit aditionem, ergo multo fortius ſubſtituēdo vulgariter, & dicēdo, ſi hæres nō eſſet. Sed D. Benedictus de Plumbino, in repe. l. ſi fratris. C. de iure delib. addneit pro hac parte, & 7. quia ſubſtitutio vulgaris intelligitur facta filio ſi noluerit, vel non potuerit, vt d. l. cum proponas. C. de hęre. inſti. & no. glo. in l. Iul. ff. ſi quis omiſ. cau. teſt. Ex quo ſequit̄, ꝙ ipſe filius intelligitur ſub ꝯria condi. inſtitutus, videlicet ſi ipſe voluerit vel potuerit l. quibus diebus. §. quidam Titio ff. de condi. & demon. & de adimen. leg. l. ſi legatum. in princip. Sed per hanc conditionem ſi voluerit, tollitur ſuitas. d. l. Cornelius. & l. iam dubitari. ff. de hær. inſti. ergo &c. Ad ꝙ facit. l. pater Seuerinam. in princ. ff. de cond. & dem. vbi in illa conditione, ſi non nupſerit, intelligitur, ſi voluiſſet nubere.

20 Octauo, † quia in vltimis voluntatibus paria ſunt, aliquid ſub conditione diſponi, aut aliquid ſub conditione reſolui, & notabiliter dixit gloſ. in l. 2. ff. de in diem addic. & l. obligationum fere. §. conditio. ff de act. & oblig. & propterea inſtituto quando datus eſt ſubſtitutus vulgaris, dicitur eſſe conditionalis. i. ſi voluerit, ergo tollitur ſuitas, vt d. l. Cornelius. & l. iam dubitari. Nono probatur per tex. in l. ſi patronus teſtamento. §. ſi patri filius. ff. de bonis libertorum. vbi ſi filius inſtitutus habet ſubſtitutum, dicitur ꝙ ex voluntate patris poteſt eſſe hæres, & ſic ſimiliter voluntate patris poteſt abſtinere, cum loquatur per verbum poteſt, quod facultatem, non neceſſitatem importat. l. ſępe de offic. præſi. Decimo probatur, ſumpto argumen. a ſimili, quod in iure procedit. l. non poſſunt. de leg. Nam ſicut inſtitutis, ita legatariis poteſt fieri ſubſtitutio. l. vt heredibus. ff. de lega. ij. Sed ſi Titio legetur fundus, & ante Titius decedat quam accipiat legatū legetur Sempronio, ſi Titius non accipiat legatum & moriatur, Sempronius habere dicitur. videtur ergo Titio legatum factum, ſi voluerit: quæ ſi non ponatur in eſſe, non tranſmittitur. l. ſi ita relictum. §. illi, ſi volet. ff. de leg. j. Ita dicendum videtur in caſu
21 iſto, quando fit ſubſtitutio, ſi hæres nō erit. Vndecimo † probatur per l. ſi legata relicta. C. de leg. iuncta. l. poſt aditam. C. de impub. vbi inſtitutio ſiue legatario ſiue inſtituto facta, expirat adita hereditate, ergo ea non adita a contrario ſenſu dicendū eſt quod non expiret. Duodecimo probatur per text. l. cum ſeruus. ff. de condi. inſti. & l. auia. ff de condi. & de. vbi ſeruus, qui aliàs eſt neceſſarius hæres, ſi liber pure a domino eſt relictus, & ſub conditione hæres inſtitutus, & ſi non erit hęres ei eſt relictum legatum, dicitur quod illa cōditio intelligitur repetita in legato, & ideo erit voluntarius, vt ibi latius per Bart. Decimotertio probatur per l. qui ſoluendo non eſt primo loco, & l. qui ſoluendo non eſt ſeruum ff. de hære. inſtit. ubi ſeruus, qui aliàs eſt neceſſarius excludit̄, ſi ei det̄ ſubſtitutus. ergo &c. Decimoquarto, quia ſicut per exhæredationem ſuitatis tollitur, & impeditur, vt hic in ſi. ita videtur per ipſam ſubſtitutionem vulgarem, cum pater ſubſtituendo videtur filium non adeuntem tacite exhæredare. Nec eſt eo caſu expreſſe exhæredatio neceſſaria. l. ſi poſth. §. 1. ff. de lib. & poſt. l. ſuus quoque. § puto. ff. de hære. inſti. Decimoquinto probatur per tex. l. precibus. C. de impube. ver. nam non eſt incerti iuris. vbi mater tunc demum excludit ſubſtitutū vulgarem, ſi patri filius hæres extitit. Ergo a contrario ſenſu, vbi hęres non extitit, quod eſt quando non agnouit, ſubſtitutus admittitur, quod arg. a contrario ſenſu procedit. l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſt Decimoſexto & ultimo ꝑ hac parte, dum publice Paduæ repetebam, allegabatur mihi tex. in c. ſciſcitatus. in ſi. de reſcrip. ubi delegatus cogitur cognoſcere & intereſſe, niſi in reſcripto ſit expreſſum, ſi non omnes interfuerint, vel ſimul adeſſe nequiuerint, aut noluerint, quia alij poterunt cogi, & qui non vult aut non poteſt, non compellitur. Ita quod dicta verba conditionalia faciunt eum voluntarium, qui ante non erat.

22 Pro contraria autem parte, † vt datio ſubſtituti vulgaris etiam expreſſa non tollat exiſtentiam ſuitatis, quam hic tenet Bald.

Primo probatur ſecundum eum, præmittendo tamen pro eius declaratione tres fore hæredū ſpecies. Inſti. de hæ. qua. & differentia. in prin. Et inter alias ſunt ſui & neceſſarij. i. filij, in quibus ſuitas introducta eſt eorum fauore, vt tranſmittāt: neceſſitas autem in fauorem patris ut hæredem habeat, quæ neceſſitas beneficio prætoris ſublata eſt, vt Inſti. eod. tit. §. ſed eis permittit prætor, & quandoque dicta neceſſitas fauore patris introducta eius uolūtate tollitur mediante diſpoſitione iuris ci. & tunc nihil ſe impedit prætor, ut eſt quando habet

ſubſti-

ſubſtitutum vulgarem, quia tunc tolleretur ſola neceſſitas, non ſuitas, & erit quarta ſpecies hæredum ſecundum eum, qui uocabuntur ſui & non neceſſarii, de quibus etiam mentionem facit ipſe Bald. in repetitione d. l. in ſuis, & in l. qui ſe patris. C. vnde libe. Secundo hoc idem probatur ſecundum eum, per tex. in l. ſi quis filium. §. j. ff. de acqui. hære. inquantum ille §. continuatur & iungitur cum terminis principii illius. l. ubi datus erat ſubſtitutus vulgaris, & hoc mô illû tex. alleg Richar. Malum quem refert Bar. in l. j. in iiij. col. in iiij. q. principali. de vulg. & pu. Tertio probatur per l. ut hæredibus. ff. de le. ij. ubi ſubſtitutus vulgaris non impedit tranſmiſſionê legati, in quo facta eſt, licet legatum non fuerit expreſſe acceptatû: immo

23 tranſmittitur ius repudiandi uel acceptandi illud † Quod tamen ipſe Bal. intelligit, niſi verba illius ſubſtitutionis fuiſſent expreſſè adiecta ad impediendum tranſmiſſionem, & ita ipſe hic intelligit l. quidam ita. ff. ad Tre. vbi impeditur trâſmiſſio fideicommiſſi vniuerſalis per dationem ſubſtituti vulgaris, licet aliter illam l. idem Bal. intellexit, dum eam pro contraria parte allegauit, quam contrariam ipſe ibi ſequitur. Quarto, quia iſta verba, ſi hæres non erit, intelliguntur, ſi non erit hæres ipſe, nec alius per eum d. l. cum proponas. C. de hær. inſtit. & l. ſi pater. ff. de lib. & poſt. & ita hic refert tenuiſſe Bar. Sed non dicit vbi, & reuera Bar. necubi hoc dixit, niſi vt ſ. dictum eſt in contraria parte, & niſi quod in l. j in iiij. q. principali. ver. item dubitatur. ff. de vul. & pup. dixit quod ſubſtitutus uulgaris non tollit tranſmiſſionem iuris deliberandi. Quinto, quia dominium commutabile ſufficit ad tranſmiſſionem l. fi. §. fi. C. de cura fu. in gl. ſuper verbo, acquirendis. Sed filius habet iſtud commutabile propter ſubſtitutum uulgarem, ergo trâſmittit. Sexto, quia ſicut datio cohæredis extranei, q̃ eſt tacita ſubſtitutio. l. ſi Titio & Meuio. §. Iulia. de leg. ij. non impedit tranſmiſſionem. l. ſi fratris. C. de iure deli. & iſta tacita venit ex mente teſtantis, non ex interpretatione. l. precib. C. de impu. ergo idem in expreſſa ſubſtitutione vulgari, ꝙ tamen limitat duobus modis.

Primo, ꝙ neceſſitas tollatur, niſi perimerentur legata, ar. l. Iul. ff ſi quis omiſ. cau. teſt. niſi ſibi ipſi eſſet ſubſtitutus. l. fi. §. j. ff. de vulg. & pu. quia tunc ex ſecundo ſaltem capite erit neceſſarius, ar. l. conditionibus pupillus. ff. de condi. & dem. & h. d. eſſe nouum in l. j. ff ſi quis omiſ. cau. teſt. Hanc eandem partê vt tollatur neceſſitas, & non ſuitas, ſecutus eſt Ange. in l. ſi filius hæres. ff. de lib. & poſth. licet alias variauerit, vt prædixi.

Et vltra prædictas proximas rônes mouetur, & vij. per tex. l. Lucius. de vul. & pu. vbi auûculus filius, cui cohęres ſubſtitutus eſt, ſuam hæreditatem ad matrem tranſmittit.

24 Octauo, † quia ſi impediretur tranſmiſſio nedum in patris, ſed in damnum filij reſultaret, qui forte ratione illius hæreditatis ſi tranſmitteretur, hæredê habere poſſet, quem alias forte non haberet. l. Iul. de acqui. hær. Igitur inconueniens eſſet, ꝙ ſolus pater poſſet filio præiudicare, & tollere ſuitatis beneficium, quantum ad effectum tranſmiſſionis.

Nono, quia poſſet ſequi abſurdum, ſi filius, cui datus eſt ſubſtitutus vulgaris ignoraret, & confidens de ſuitate ſe non immiſceret, ſi propter ſubſtitutum non tranſmitteretur, videretur abſurdum.

Decimo, quia ſi filius ſub côditione poteſtatiua inſtitutus (quæ non poteſt impleri vltimo vitæ ſpiritu) ſtatim ꝙ eſt certum ꝙ non poteſt impleri, hæreditatem tranſmittit. d. l. filius hæres. & l. ſi filius a patre. in princ. ff. de lib. & poſthu. quanto fortius per dationem ſubſtituti vulgaris, quæ tacite continet in ſe conditionem poteſtatiuam, ſi voluerit, non debet tranſmiſſio impediri.

Vndecimo, quia ſi per expreſſam conditionem, ſi volet, nô tollitur, niſi ſola neceſſitas, ꝙ probatur, quia ſi adit, ſuus remanet. l. iam dubitari. C. de hær. inſt. quanto fortius tolli non debet per dationem ſubſtituti vulgaris, quæ non eſt ita expreſſa neque potens.

Duodecimo & vlt. idem Ang adduxit tex. in l. vnica. C. de his, qui ante aper. tab. vbi Imperator iuſtificando illius l. nouiſſimam prouiſionem, dicit, ꝙ æquum eſt potius tranſmitti in perſonas inſtituto coniunctas, quam ad alios deuenire, qđ relatiuum, alios, exponit ibi Ang i. ſubſtitutos, quam etiâ expoſitionem fecit Richar. Malum. vt refert Bart. in l. j. in 4 col. & 4. q. princi. ff. de vul. & pup. Et ſecundum hoc eſt ibi caſus,

25 † ꝙ per dationem ſubſtituti vulgaris non tollitur ſuitas, quo ad effectum tranſmiſſionis, & quantum ad effectus inducta in fauorem filij, ſed tantum tollerut ipſa neceſſitas fauore patris inducta, vt idem Ang clarius firmauit in d. l. Papia. §. quarta. quam tamen conclu. nouiſſime & ſecundum eundem, in l. qui in aliena § interdum. de acq hær. lim. vt datio ſubſtituti vulgaris non tollat exiſtentiam ſuitatis, niſi ſuitas data ſit voluntate teſtâtis, vt in terminis d. § interdum. vbi exhæredatus eſt filius inſtitutus nepos, qui eſt ſuus propter exhæredationê a teſtatore factam, & ſecundum eius voluntatem: nam ꝯ voluntatem teſtantis nepos etiam filij exhæredati non poſſet, vt ſuus venire. l. ſi quis poſthumos. §. ſi quis filium. ff. de lib. & poſthu. & l. poſthumorum. ff. de iniu. rup. teſ. Et ideo, ſi dicto nepoti inſtituto, cuius pater erat exhæredatus, fuiſſet datus ſubſtitutus vulgaris, tolleretur ſuitas ipſius nepotis per iſtam dationem ſubſtituti vulgaris factam ab eo teſtatore, ex cuius diſpoſitione factus eſt ſuus. Hanc eandem opi. multum not. firmauit Do. Chriſtopho. de Caſtellione in repe. l. ſi filius hæres. ff de libe & poſthum.

Et primo pro declaratione præmittit, ꝙ non ſit propria loquutio, ꝙ per dationem ſubſtituti vulgaris tollatur exiſtentia ſuitatis, etiam loquendo opi. Bar. Nam ſequeretur, ꝙ ſi ſublata eſſet, nepos ſubſtitutus diceretur tunc tenere primum locum in ſuitate. l. poſthumorum. ff. de iniu. rup. teſ. Et cum ſub

26 côditione reperiat ſe inſtitutum poſtquâ eſt ſubſtitutus, † quia ſubſtitutio dicitur conditionalis inſtitutio. l. cohæredi. §. cohæres. ff. de vul. & pup. l. in ratione. §. ſi filio. ff. ad l. Fal. & eſt ꝯditio caſualis, quo ad nepotem ſubſtitutum, quia eſt ſubſtitutus, ſi filius hæres non erit. & cum non ſit dictus nepos in defectum dictæ conditionis exhæredatus, rumperet ipſo iure teſtamentum, poſtquam primum locum in ſuitate tenet. l. ſi pater. C. de inſti. & ſubſti. & l. ſuus quoque ff. de hær. inſt & ideo per dationem ſubſtituti vulgaris dicitur ſuitas magis ſuſpenſa quam ſublata, quia antequam filius moriatur, vel ſaltem ſe abſtineat, ſublata dici non poteſt. Item inquârum Bar. primo dictam concluſionem limitat, vt ſuitas non intelligatur ſublata, quando ſubſtitutio facta eſſet, ſecundum côſilium Galli, dicendo, nepotem ſubſtituo ſi filius me viuo moriatur, quia caput voluntatis comprehendit tacite. dicit ipſe non eſt verum. Nam aliud voluntatis, videlicet ſi repudiaret nullo modo comprehenditur, quia nepos naſciturus ſubſtitutus non admitteretur niſi tantum in caſu, in quo filius deſinit eſſe in poteſtate viuo auo, ideo alium caſum non comprehendit, quia Gallus & Sceuola tantum in illo caſu prouidit, vt patet

27 in l. Gallus. & in §. & quid ſi tantum. Et iſta eſt † ratio, quare ſubſtitutio facta de nepote naſcituro ſecundum conſiliû Galli non tollit ſuitatem, quia non caput voluntatis, non autem quia illud caput voluntatis tacite comprehêdit, vt dicit Bar. Et ideo dicit ipſe, cum nepos iam natus poſſit inſtitui, licet ſecundum conſilium Vellei, inſtitui debeat ne rumpat, vt d. l. Gallus §. nunc de lege. tamen ſimpliciter inſtitutus indiſtincte admittitur, ſiue filius deſinat eſſe in poteſtate in vita patris, ſiue poſt mortem non ſit hæres, vt hic. Nec ob. ꝙ dixit gl. in d. l. Gallus. §. quidam recte. vbi dicit idem eſſe in inſtitutione nepotis naſcituri & iam nati, quia eſt idem quo ad quid, videlicet vt ordine ſucceſſiuo admittatur. i. poſt filium, ſed nô ſimpliciter eſt idem, quia nepos naſciturus tantum admittitur, ſi filius in vita patris deſinat eſſe hæres, & natus indiſtincte admittitur, qualitercunque filius non ſit hæres, ſiue in vita, ſiue poſt mortem. Et ſic primo voluit limitationem etiam Bar. infringere, vt non ſit ratio, quare ſubſtitutio facta ſecundum ꝯſilium Galli, non tollit ſuitatem, quia alium caſum côprehendit tacite, ſed quia alium nullo modo comprehendit. Nam et ſi alium tacite comprehenderet, idem hoc caſu operaretur tacitum, ꝙ expreſſum, ſm eundem Bar. in l. 2. in princi. in 5. q. principali. ver. item quęro. ff. de vul. & pu. licet eius ſecundam limitationem de vulgari comprehenſa in pup. ſequatur per l. ſi filius qui patri. de vulg. & pup. & per l. ſi pater. de priu. cred.

28 & l. Iul. ff. de acq. hær. In quibus patet, † ꝙ ſuitas operatur confirmationem tabularum pup. licet in illis vulgaris comprehêdatur. Et ratio eſt, quia illa vulgaris limitatur ſecundum naturam pupillaris expreſſę, in qua comprehenditur, ſequitur ergo concluſionem Bal. & Ang. contra Bart. & vltra illos aliam rationem adducit, & eſt xiij. ſecundum prædictum ordinem. Nam cum ſuitas ſit introducta in fauorem filij, & neceſſitas î fauorem patris, licet per patrem poſſit vtraque expreſſe tolli. l. iam dubitari. & l. Cornelius. ff. de hære. inſti. tamen in dubio pater dando ſubſtitutum vulgarem non videtur tollere illud, ꝙ inductum erat in alterius beneficium, & alteri præiudicare, ar. l. 2. § merito. & §. ſi quis a Principe. ff ne quid in loco publi. & ideo ſola neceſſitas tollitur, qua ſublata & ſequuta ipſius filij ex patris licentia abſtenſione non erit hæres, neque nomine, neq; effectu, quia nunc habet beneficium abſtinendi a iure ciuili. Et ideo tunc nepos ſubſtitutus erit hæres & ſuus. Præterea cum pater ſcit filium habere beneficium abſtinendi, ne caſus eueniat ꝙ remaneat inteſtatus, in caſum iſtû videtur voluiſſe ſubſtituere, tribuendo etiam ex propria voluntate beneficiû abſtinendi etiam vltra illud, qđ prætor conceſſit. Et ideo ſequuta abſtenſione poſtquam tantummodo ſublata eſt neceſſitas pp patris voluntatem & ſuitas pp ipſius filij abſtenſionem cum patris voluntate, ſequens in poteſtate ſubſtitutus vulgariter ſuus erit. Sed D. Raph. Cu. tenet, per da

tionem

tionem ſubſtituti vulgaris non impediri, neque ſuitatem.
Primo, quia pater dando ſubſtitutum vulgarem, videtur co-
gitaſſe caſum, quo filius poterat abſtinere prætoris beneficio
ita quod nullam aliam poteſtatem dediſſe videtur.
19 Secundo, † quia conditio, ſi hæres non erit, non diſponit. l.
ex facto etiam agitatum. ff. de hære. inſtit. facit. l. fideicom. §. ſi
ſic. ff. de leg. 3. Et propterea non videtur data licentia. facit. l. ſi
ſolus. in princ. ff. de acquir. hær.
Tertio per l. ſuus quoque. § pe. ver. ſed & ſi filio ff. de hære.
inſt. Nam filio inſtituto ſub cõditione, ſi dederit Titio x. cui
eſt datus ſubſtitutus vulgaris, talis ſubſtitutus nõ admittitur
in vita filij, ſed tantum filio mortuo, quod non eſt aliud, niſi quia
quidam tertius poſſet etiam dum filius eſt in art. mortis, d. x.
Titio dare, & dictam cõditionem implere, vt d. l. ſuus quoq;.
& tamen ſubſtitutus excluderetur, & tamen tunc temporis
dum ſuus eſt in actu moriendi, non dicitur habere volunta-
tem, & poteſt eſſe taliter occupatus agonia mortis, quod nõ poſ-
ſet ſe immiſcere, vt eſt gl. in l. fi. ff. quando dies leg. ce. ergo ſui
ta[...]ne operatur non obſtante dicto ſubſtituto, quæ ſi ſubla-
ta eſſet per dationem dicti ſubſtituti, dictus filius tũc tempo-
ris non diceretur factus hæres, neque ſubſtitutus excluſus in
d. art. vel extremitate mortis filij, & tamen ſubſtitutus exclu-
ſus dicitur, vt in d. ver. ſed & ſi filio. Et idem vult tex. in l. fi. §.
ci ca in fi. & verſi. altera vero ſpecies. ff. de cõdi. inſt. Nec ob.
ſi quis diceret, illud procedere, quia ſuus implendo conditio-
nem videtur adire. l. iam dubitari ff. de hære. inſti. l. ſi pupillus.
ff. de condi. & dem. Primo, quia iſtud non eſt verum, nec in
hoc eſt differẽtia inter filium & extraneum, cum eodem mõ
quæratur hæreditas extraneis per aditionem, quo quæritur
ſuis per immixtionem l. cum bonis. ff. de acquir. hær. & ita te-
net glo. & Bar. in l. Antiſtius, eo. tit. Præterea illud haberet lo-
cum, quando ipſe filius impleret conditionem, quia tunc di-
ci poſſet feciſſe animo immiſcendi, non quãdo tertius imple-
ret pro filio. Et maxime, quando impleret tempore, quo ipſe
30 filius eſt in art. mortis, † quo tempore non præſumitur habe-
re voluntatem quærendi, vt per gl. in d. l. fi. quando dies le. ce.
Dictum tamen tex. l. fi. in fi. de cõd. inſt prædicto modo & ad
eundem finem inducit ibi Bal. Cui tamen inductioni reſpon-
det ibi Io. de Imo. in commento illius. l. fi. Dicens quod non ideo
ibi expectatur mors inſtituti, quia alius dare poſſet in vltimo
vitæ momento, & ſic quæreretur filio virtute ſuitatis. Sed idẽ
expectatur, quia non licet ſubſtituto de viribus ſuæ ſubſtitu-
tionis tractare, donec non purificetur illa extranea conditio,
ſi x. Titio dederit. Nam ſubſtitutio facta inſtituto ſub condi-
tione ſi x. dederit, dicitur ſub duplici conditione facta. prima,
ſi inſtitutus x. dederit; ſecunda, ſi inſtitutus hæres eſſe nolue-
rit Non licet ergo aliquo modo tractare de ſecunda condõ-
ne antequam ſimus certi de prima. Et ideo licet non poſſit
eſſe hæres, quia in puncto mortis eſt conſtitutus, tamen non
licet de hoc tractare, donec non ſumus certi de purificatione
primæ cõdõnis. Nec huic reſponſioni obſtaret, ſi quis diceret
[...] illa prima condõ non debet expectari, poſtquam ſu-
mus certi quod hæreditas inſtituto quæri non poſſet, ſi eſſet ſu-
blata ſuitas, ita quod fruſtra expectaretur conditio, cuius euẽtus
n[...] operaretur l. ſeruus communis, de hær. inſti. quia reſpõ-
d[...] quod non ſumus certi, quod nihil poſſit operari, cum adhue
[...] licet ſit in puncto mortis, poſſet conualeſcere, cũ
n[...] certius morte, & nihil incertius hora mortis. l. dies incer-
[...] ff. de cond. & dem. Sed certe ſi iſta rõ eſſet vera, ſequeret
quod e[...]m quando eſſet inſtitutus ſub conditione, quæ nõ poſ-
[...] in vltimo vitæ ſpiritu, nunquam ſubſtitutus poſſet
d[...] hære[...] in vita filij, cum ſemper poſſemus dicere, quod poſſet
conua[...]ere. tamen contrarium determinatur per d. l. fi. ver.
n[...]m ſ[...]perior, de condi. inſti. & l. ſuus quoque. de hære. inſtit.
Ideo [...] a inductio facta per Bal. & Cu. non obſt. reſponſio-
ne Imo. videtur ſubtilis & bona.
31 [...] ſm eundem, † quia neceſſitas & ſuitas in filiis eſt
ead[...]m [...] eodem fonte proceſſerunt, vt in hac l. vt in ſecun-
do pr[...] articulo declaratum eſt. ergo non poteſt de per
ſe tol[...]. facit l. ſi ita ſcriptum. §. regula. ff. de lib. & poſth. Et ideo
concludit, quod & ſi colorata videatur ratio Bal. vt ſola neceſſi-
tas [...]atur, & non ſuitas, tamen per prædicta non videtur ve-
ra [...] de iure verius videtur, vt neque ſuitas, neque neceſſi-
tas tollatur. ſed quod ſola neceſſitas, vt voluerunt Bald. Ange. &
Chriſtopho. non tollatur.
Vltra prædicta adduco, & quinto, quia ſi prædicta vera eſ-
ſent, Imperator fuiſſet dim[...]utus, Inſt. de hær. qual. & diffe. §.
ſui. vel tres tantum ſpecies hæredum conſiderauit, & non cõ-
ſiderauit quartam, quæ reperiretur, ſi dicta opi. Bal. & ſequa-
cium eſſet vera, videlicet hæredum ſuorum & non neceſſa-
riorum. Sed quod neque neceſſitas, neque ſuitas tollatur.
Sexto & vltimo ſic deducitur. Certum eſt enim, ſubſtitu-
tiones vulgares inductas & inuentas eſſe, ne teſtamenta cadu-
ca fiant, vt eſt tex. cum gl. C. de cad. tol. in princ. ver. ſed & ip-
ſis teſtator. Conſiderat enim teſtator, dum ſubſtituit vulgari-
ter filio, qui poterat ante teſtatorem mori, & poterat ſe abſti-
nere de iure prætorio, commoditatem ſuam, vt inteſtatus nõ
decedat, tanquam contra eius voluntatem eſſe videatur, ſi dictus
filius inſtitutus nõ eſſet hæres, vt patet in l. quamuis. C. de im-
pub dum dicit, quod ab omnino, facit etiam tex. in l. Lucius. de li-
be. & poſth. vnde ſi ſubſtituendo vulgariter diceretur dictam
abſtẽtionem permittere, ſequeretur quod in dubio permitteret
illud quod eſſet contra eius voluntatem, quod præſumendum non
eſt, ſicut non videtur quis prohibere id, quod eſt ſecundum vo-
tum ſui animi. l. mulier. §. cum proponeretur, ad Trebel. Ergo
32 nec lex, † quæ ſemper veſtigia voluntatis teſtantis ſequitur. l.
ſi C. de neceſſariis ſeruis. l. in conditionibus primum locum.
l. pater Seuerinam. § conditionum verba. ff. de cond. & dem.
& maxime, ne contra voluntatem teſtantium actus eorũ ope-
rentur l. non omnis, ſi cer pe. igitur cum ad iſtum finem, vide-
licet dandi licentiam abſtinendi, non fiat vulgaris ſubſtitutio
ergo per eam dicta licentia data non videtur, & per cõſequẽs neq;
neceſſitas, neq; ſuitas ex voluntate teſtantis ſublata dici non
poteſt. Pro quo facit optime gl. notabilis Inſtit. de vul. & pup.
in princ. in verbo, nouiſſimo. dum dicit, quod datio ſubſtitu-
ti vulgaris non tollit ſerui neceſſitatem, quod idem ſentit gl.
in l. ſi non lex Falcentia §. ſi ff. de hær inſti. & text. in l. poteſt
quis. ff. de vulg. & pup. cum dicit, in ſubſidium ſecũdum Bal.
ibi, & tex. iuncta gl. in l. inde Neratius. §. i. ad l Aquil. & etiam
facit, quod idem in datione cohæredis dicit tex. in l. ex parte.
ff de acq hær Nec prædictis ob. l. cum ſeruus. eo. tit. vt inf. di-
cetur. Nec etiam ob tex. l. debitor. in fi. ff. ad Treb dum dicit,
quod per legatum hæredi ſcripto per hæc verba, ſi hæres nõ
erit, tacite videtur data licentia repudiandi, quia ibi non de-
dit legatum cauſa prouidendi, ne ipſe decedat inteſtatus, vt
fecit dando ſubſtitutum vulgarem, ideo magis ibi quam hic
videtur data tacite licentia. Nec ſimiliter ob l. Cornelius. & l.
iam dubitari. ff de hær. inſt. quæ videntur eſſe maximum fun-
damẽtum alterius partis, quia ibi expreſſe diſpoſitum eſt per
teſtatorem in voluntate hæredis. Nec ſimiliter ob tex. in d. §.
ſi proponatur, quia ibi de ipſo inſtituto facta erat ſubſtitutio
ſibi ipſi. Nec ſimiliter ob. d. l. Iulianus. In fi quia ibi ad tollendã
fraudis præſumptionem dicitur data licentia patri, qui filiæ
ſuæ eſt ſubſtitutus. Et pro prædicta opin. quod non tollatur,
nec ſuitas, nec neceſſitas.
33 Septimo & vltimo probatur, † quia ſicut vulgaris ſubſtitu-
tio non impedit tranſmiſſionem iuris deliberandi, neq; tranſ-
miſſionem fiendam perti. de his qui ante aper. tab. tanquam iſtud
ius tranſmiſſionis ſit potentius quauis ſubſtitutione, vt dicit
gl in l. ſed ſi pro dote § ſi. & ibi etiam per Bar ff. de leg. præſtã.
Quod idem tenuit ipſe Bar. ſequendo Richar. Malum. in l. i in
4 q. princ de vul. & pu & videtur tex. vltra ipſos in l. vn. C. a. §.
in nouiſſimo. vel l. hæreditatem, iuncto. §. cum autem in ſupe-
riore parte. C. de cadu. tol quanto fortius non videtur etiam
impedire tranſmiſſionem fiendam reſpectu ſuitatis, cum nõ
minus ius ſuitatis in filium eradicatum videtur in hac. l. quã
ius deliberandi per beneficium. l. i C. de his, qui ante aper. tab.
Ex quibus concludo, quod per dationem ſubſtituti vulgaris ſim-
pliciter factam, videlicet per verba, ſi hæres non erit, non tol-
litur exiſtentia ſuitatis, neq; ex voluntate teſtantis neceſſitas.
Ex qua ſequitur, quod non obſtante dicta ſubſtitutione vulgari,
ſuus inſtitutus tranſmittat dictam hæreditatem non agnitã,
contra Dy. & Bar. Item ſequitur, quod etiam ſi nepos eſſet ſimpli-
citer ſubſtitutus etiam filio inſtituto abſtinente nõ ſuccede-
ret vt ſuus, nec tranſmitteret vigore ſuitatis dictam hæredi-
tatem non agnitam quod eſt vltra Doct.
Nec prædictæ concluſioni ob. quod primo loco per Bar. alleg.
videlicet tex. in d. l. ſi filius hæres, quia ibi ſubſtitutio non im-
pedit tranſmiſſionem, ſed ventris pendentia ſm veram lectu.
34 ibi confirmatam. Secundo, quia licet ibi tex † dicat nepotem
patri & auo ſuum hæredem futurum, non tamen dicit ex per-
ſona ſua. Et ideo etiam ſi hæres eſſet auo ex perſona patris, ad
huc dici poſſet ſuus, nõ quia in eo ſit ſuitas poſtquam filium
eum præceſſit vt d. l. poſthumorum. cum ſim. ſed quia hæres
hæredis teſtatoris eſt hæres. l. fi. C. de hær. inſti. & talis eſt qua-
lis eſt ille per quem hæres efficitur. l. qui in aliena §. interdum.
de acq. hær. facit. l. i. de caſtren pecu. & quod dicit Bar. in l. 3. ff. de
peti. hær. vltra gl An hæredes ab inteſtato eius qui fuit hæres Ti-
tii ex teſtamento dicantur hæredes Titij ex teſtamento vel ab inte-
ſtato. & dicitur quod dicuntur hæredes Titij ex teſtamento re-
ſpiciendo cauſam remotam. Nec etiam ob. prædictæ conclu-
ſioni. l. fi. in fi. ff. de cond. inſti. quia ibi non eſt datio ſubſtituti,
quæ tollat ſuitatem, ſed eſt expreſſa conditio poteſtatiua ſub
qua filius fuit ſubſtitutus: Non ob. ſecundum arg. Bar. videli-
cet gl. in d. § i. Primo, quia ille tex a contrario ſenſu probat cõ-
trum in ſuo ſi. ibi. d. gl. illud non detraheret ſecundum quod eam

intelligit

intelligit Bar. imo ibi vr̃ eſſe quaſi caſus vt ſuitas nõ tollatur.
Sc̃do præſuppoſita veritate, d. gl. ẽt facit ꝓ hac parte ꝯ Bar. Nã
illa gl. intelligit ꝙ filius inſtitutus abſtinuit, iõ ſubſtitutus ad-
mittiẽ, ut probatur tn̄ eadem gl. ver. ſi vero non adit. Non er-
go ibi ſubſtitutus adiuit, qa ſublata fuit ſuitas filij, ſed qa filius
ſe abſtinuit. Si ergo ſe non abſtinuiſſet, clare vr̃ illa gl. velle ꝙ
ſubſtitutus non admitteretur, & per ꝯñs ſuitas non eſſet ſub
Quandoq; & primo proferuntur hæc verba in materia, in qua agitur de ſuitate per reſpectum domeſticitatis, ſeu fami-
16 liæ. † & dicuntur ſui, quicunq; ſubmiſſi homines, ſiue vaſalli, ſiue ſeruitores, ſerui, liberti, & aliæ perſonæ domeſticæ de his loquuntur tex. l. diuus. § cum autem. ibi, vel à ſuis, vel in propria villa &c. ff. de offic. præſi. & l. plenum §. præter habitationem, in fi. ff. de vſu & habi. & l. 1. circa princi. ff. de eo per quem fac. eſt, & l. fi. C. de ſerui. & aqua ibi, per ſe, vel ſuos &c. & ſic poſſet intelligi l. mutus § manente. ff. de iure do. ibi vt ſe & ſuos alat &c. vt intelligaſ ibi de familia, ad quam concordat l. ſi conuenerit, §. fina. ff. de pac. do. & l. ſi quis pro vxore § fina. de dona inter virum & vxorem: ſic loquit extra de ſenten. excommu. c. quicunque. lib. 6 prout ibi Ioan. And. in in ſua gl. ſuper verbo, ſuorum, expouit ſecundo modo, ideſt, familiarium. & de hoc loquitur l. cum precario quis rogauerit ff. de preca. vt ibi verbum, ſuis, intelligatur, ideſt, domeſticis quia ideo illud ibi fruſtrà adiiciebatur, cum ſubintelligeretur, vt recipiens precario poſſet vti cum familia: cum precarium non detur ad certum vſum, vt ibi no. & dixi ſupra præcedenti quæſt. princi. ſic loquitur etiam. ff. de penu lega. l. qui penum. § ſed quod diximus. & l. aut qui aliter, §. hæc verba. ff. quod vi, aut clam.

17 †Quandoq; & ſecundo proferſ verbum, ſuos, in materia, in qua agitur de ſuitate & extraneitate reſpectu diuerſitatis patriarum & nationis gentium: & tunc ſui dicunſ, qui ſunt de patria eadem, vel villa, & qui ſunt de alia, extranei dicunt ſic loquiſ l. 5. in ſi. & l. non dubito. & l. in bello. § manumittendo ff. de ca. ibi, niſi per hoc animo ad ſuos veniſſent &c.

Quandoque & tertio profertur huiuſmodi uerbum, ſuos, in materia, in qua agitur per reſpectum patriæ poteſtatis, vel identitatis perſonarum: & tunc ſolum continenſ pater & illi, qui in eius poteſtate ſunt, qui propriè ſui adinuicem dicuntur, & eadem perſona reputantur, & vox vnius, vox eſt alterius, vt l. fi. C. de impub. & aliis ſubſtitu. & § ſed ſui Inſtitu. de hæred. qua. & diffe. l. in ſuis. ff. de liber. & poſthu. & de iſta ſuitate loquuntur tex. C. de rei vxo. act. l. vnica §. extraneum &
18 l. fin. § ſimili quoque modo in princip. C. de iure do. † vbi extranei dicuntur omnes, præter patrem & perſonas in eius poteſtate igitur illi pater & liberi in poteſtate ſunt ſui: quoniam ſuitas & extraneitas ponuntur vt contraria, & ad poſitionem vnius remouetur aliud. vt l. 1. in principio. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.

Quandoque & quarto proferſ verbum, ſuos, vel ſimile in materia, in qua agi de agnatione aliquorum ſub eodem genere. & comprehenduntur omnes aſcendentes, deſcendentes, & collaterales abſque limitatione graduum, qui ſunt eius generis & cognitionis, qui ſui dicuntur, ideſt, de eadem domo, quo verbo vtunſ quandoque iura, vt l. pronunciatio § com muni iure ibi, ex eadē domo & gente proditi ſunt &c. & ibi [illegible] ff. de verb. ſig. & l. cum vnus, circa principium ibi, do [illegible] qui &c. ff. de ali. le. & ibi no. per gl. ſuper verbo, [illegible] m. tex. vi [illegible] et clatus. C. [illegible] qua prædi l. vna, [illegible] o videlicet. [illegible] unque domo &c. & l. iuriſconſultus circa princ. ibi, proximiores ex agnatis ſui dicuntur &c. ff. de gradibus. conco. [illegible] de legi. agna. ſuc. §. item ſi quis ex cæteris.

19 Quandoque & quinto proferſ verbum, ſuos, in materia, qua agitur per reſpectum debiti inter perſonas naturales, & comprehenduntur aſcendentes & deſcendentes duntaxat, in [illegible] perſonis dicit lex, quod tam neceſſariis ſibi, coniunctiſq; perſonis ſub liberalitatis appellatione debitum naturæ perſoluit [illegible] §. j. C. de impo. lucra. deſcrip. lib. 10 & in glo. notabili ſuper verbo, extraneos, talibus omnibus perſonis debet ſuccedi à natura: quia non minus parentibus, quam liberis debetur hæreditas. l. nam & ſi parentibus. ff. de inof. teſta. l. fin. l. pen. C. de codi. authen. in ſucceſſione. in fi. C. de legi. hæredi. quamuis ſimul exiſtentibus defuncto aſcēdentibus & deſcendentibus, deſcendentes vincant; & ſui propriè appellenſ, vt d. auth. in ſucceſſione, & in corpore vnde ſumiſ; quia duæ rōnes [illegible] cunt vnam, ſ. votum parentum, & naturalis erga filios charitas, quę ſunt pro liberis: pietas verò ſolum pro parentibus, vt d. l. nā & ſi parentib. Et de hac ſuitate loquiſ d. l. j. de impo. lucra. deſcrip. vbi extraneos vocat oēs præter aſcendentes & deſcendentes. igiſ aſcendentes & deſcendentes ſunt ſui, de hoc & loquitur l. cum acutiſſimi. in fi. C. de fideic. vbi talium perſonarum ſucceſſione appellat proprias, cęteras vero alienas. ita etiam ſumiſ in l. vna. § in nouiſſimo. C. de cadu. tollen. ver. exceptis. ibi, exceptis ſuis, videlicet liberorū perſonis &c.

20 †Quandoq; & ſexto adiiciſ hoc verbum, ſuos, vel ſimile reſpectu attinentiæ & coniunctionis rōne ſanguinis: & tunc appellatione ſuorum, comprehenduntur generaliter aſcendentes: deſcendentes, & collaterales. de hoc loquiſ l. hæreditas. t. reſponſo, cum ſua prima parua gl. C. de pac. conuen. & l. fi. in prin. de iu. do. ſic loquitur etiam tex. C. de agri. & cenſi. l. cum ſcimus § fi. lib. 11. ibi per ſuos, vel patres, vel fratres, vel cognatos &c. exponendo ibi primum, vel, pro. 1. vt ibi exponit Od. ſic loquitur in c. filii in fi. extra de hęre. lib. 6. & l. quicunq; in prin. C. de omni agro deſerto. lib. 10. & iſto modo poſſet intelligi d. l. mutus §. manente. ff. de iu. do. cum ſuis concord. ſupra alleg. Sic etiam loquūtur iura omnia, quæ dicunt admitti ad accuſationem proſequendo ſuam, vel ſuorum iniuriam, vt l. de crimine. & l. neganda. C. de accu. & l. ſi fęmina. ad Turpil. Et hęc limitanda ſunt, & dicuntur ſui vſq; ad 7. gradum. glo. eſt multum ſolennis & notabilis ad hoc in d. l. ſi fœmina. ad Turpil. hoc etiam ſentit Azo in ſumma. C. qui accu. non poſ.

21 †Quandoq; & 7. poteſt etiam verbum, ſuum, vel, ſuos, ſumi reſpectu ſucceſſionis in ius defuncti, & tūc qualitercunq; iure hæreditario ab inteſtato, vel ex teſtamento ſuccedat quis, ſiue deſcendens, ſiue aſcendens, ſiue agnatus, ſiue cognatus, ſiue etiam quantumcunq; extraneus, dici debet ſuus: & hoc reſpectu ſuorum appellatione continetur. na voluit gl. no. in l. ſi poſt diem. in prin. glo. j. ſuper verbo, ſuum. ff. quando dies le. ced. & hoc caſu dicitur pro tanto ſuus, qui ſuccedit in ius ſuum, ſ. defuncti, iuxta l. nihil aliud ff. de ver. ſig. non quod ſit ſuus ſimpliciter, ſed referendo ad hanc qualitatem, qua eſt hæres. ſic dicitur hæres ſuus quicunque ſucceſſor quo ad obligatio. vt l. ſtipulatio iſta. circa prin. ibi, ne hæres ſuus &c. & § ſed & ſi quis. §. ſi quis ita. ea. l. ff. de verb. obli. & l. 2. §. ſi in facto. & §. ſequ. & l. Iulia. in prin. & l. ſi ſic ſtipulatus ſim. & l. inter ſtipulantem. § j. eo. ti. cum multis ſi.

22 †Sed pro declaratione præmiſſorum quæro, quando hæc adiectio, & ſuis &c. profertur, an intelligatur de ſuis diſponentis, vel de ſuis illius, ad quem confertur diſpoſitio: attende, quod aut diſpoſitio profertur in tertia perſona, aut in prima, iuxta conſuetudinem notariorum. Primo caſu, verbi g. dicit notarius, quod Pet. Gul. ſanus mente &c. legauit tali & ſuis &c vel inſtituit talem & ſuos &c. certè tunc intelligitur de ſuis ipſius teſtatoris, quod intelligo, niſi eſſet tanta interpoſitio verborum, quod repugnaret. Secundo caſu, quando profertur in prima perſona, vt ego lego, vel inſtituo talem, & ſuos: tunc intelligitur de ſuis legatarii, vel hæredis, & non teſtatoris; quia repugnaret naturæ recti ſermonis, vt l. Plautius. ff. de au. & arg. leg. pro iſtis faciunt duæ leges ff. de au. & arg. leg. l. cum in teſtamento. cum gl. j. interlineari ibi, ſui, ſ. teſtatoris. & ad Treb. l. ex facto. in prin. cum gl. ſua. quæ dicit ſ. rogantis & in qualibet dictarum legum hoc no. Bal. mirabiliter & benè. Et omnia prædicta intelligo procedere in caſu dubio: vbi alias de mente diſponentis non apparet, ſicut dixi ſupra in prin. iuxta l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. & de verb. obli. l. continuus. §. ita cū ſi. Et ita credo de iure dicendū, ſubmittendo correctioni melius dicentis, ſiue meliori iudicio ſpeculantis.

FINIS.

TRACTATVS

SINGVLARIS D. IOANNIS PIRRHI Anglebermæi Aurelien. de Suitate & hæreditate per fictionem tranſmittenda, eloquentiſſimi Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Filio in dominio bonorum patris operatur tranſmiſſionem ſine aditione in filio.*
Filius olim poſſidebat per fictionem.
2 *Dictio, quodammodo, eſt impropr ietatis nota.*
3 *Patruus numquid præferendus nepoti ex primogenito in regno.*
4 *Hæreditas fraterna numquid ſine aditione tranſmittatur.*
5 *Subſtitutio pupillaris in teſtamento minus ſolenni, an fieri poſſit, & valeat.*
Subtilitas plerunque in perniciem vertitur.
6 *Arrogatus an dicatur ſuus hæres, & quartam non petitam neque aditam tranſmittat.*
Arrogato quarta debetur titulo ſingulari.
7 *Hæreditas non adita, delata ex legis diſpoſitione, tranſmittitur: ſecus, ſi teſtatoris diſpoſitione.*
8 *Maritus dotem lucratam vel acquiſitam ex ſtatuto, mortua vxore in matrimonio non petitam neque acceptatam, an tranſmittat.*

*Legitima an peti poſſit viuente patre, & quid ſi pater ingrediatur mo-
naſterium.*
9 *Legitima cur non debeatur niſi patre mortuo.*
10 *Teſtamentum per mortem eiuſdem non impletur.*
11 *Filius mortuo patre, an ſtatim teneatur creditoribus.*
*Prælatus debita prædeceſſoris, pro eccleſia neceſſitate contracta, an tenea-
tur ſoluere.*
12 *Obligatus purè, an poſſit interim conueniri, vbi obligatio ſperatur nouari
in euentum conditionis.*
Hæreditas an poſſit adiri ex teſtamento, quod ſperatur rumpi.
13 *Suitas an operetur tranſmiſſionem hæreditatis paternæ impuberi delatæ
ſine aditione.*
14 *Intellectus l. qui duos impuberes ff de reb. dub.*
Lex de hæreditate non adita loquens, quibus verbis vtatur.
15 *Emancipati vtrum hæreditatem non aditam tranſmittant iure ſuitatis.*
16 *Hæreditas etiam non adita, an deferatur ad quoſcunque conſanguineorum
iure ſanguinis.*
17 *Tenere contra communem, eſt indecens.*
Gloſſa recitans opiniones, vltimam videtur approbare.
18 *Bartolus, Angelus, & Pau. de Caſt. rectiſſime omnium atque ſinceriſſimè
intellexerunt iura.*
19 *Conſtitutio ex lege de tranſmittenda hæreditate, an habeat locum in Trebel
lianica, & Falcidia. Et quid de querela.*

Fingitur, mortuo patre, dominium bonorum
1 eius in vita fuiſſe apud filium: † Ita vt non opus ſit noua adi-
tione, & ſuitatis iure (quo fingitur eadem perſona cum pa-
tre) hæreditas non adita tranſmittitur, contra l. quoniam. §.
fina. C. de iure deliberan. l. vnica. §. in nouiſſimo. C de cadu.
tollen. iure ſuitatis fingitur adita, & tranſmittitur ad quoſ-
cunque. facit tex. ſingula. in l. ſecunda, §. filium ff pro hærede,
vbi dicebat Seruius, filium non poſſe rem donatam ſibi a pa-
tre vſucapere titulo pro hærede, quia mutaret poſſeſſionem
naturalem, quæ erat penes filium viuo patre. Et quamuis fi-
lius ſecundum illa tempora nec ciuiliter, nec naturaliter poſ-
ſidebat, l. poſſeſſio. §. primo, ff de acquiren. poſſeſſ. tamen ibi
dicitur poſſediſſe per fictionem ſecundum Iacob. de Aret. &
Barto. in dicto §. filium qui citat l. in ſuis ff. de libe. & poſthu.
2 per verbum, quodammodo, ibi poſitum, † quod eſt impro-
prietatis nota, & verbum, exiſtimantur, & ver. quaſi domi-
ni. Paulus autem iureconſul. ſcribit eos mortuo patre non
percipere velut hæreditatem, ſed magis bonorum ſuorum
adminiſtrationem liberam cõſecutos, vt continuetur in eos
dominium potius, quàm hæreditas noua delata videaẽ. tex.
in l ſi filius qui patri. ff. de vulga concor §. ſui. Inſtitu. de hære-
dum qual. & differen. leg. qui ſunt in poteſtate ff. ſi quis omiſ.
cauſa teſtamen. l. in ſuis. ff. de ſuis & legiti. hæredi. l. ſi quis fi-
lium C. de inofficio. teſtamen. l fina. ff. de bo. damna. l. ſcripto
hærede. ff. vnde libe. §. cum autem. Inſtitu. de hæredi. quæ ab
inteſta l. 1. § ſciendum. ff. de ſuis & legi. hæredi. Per hoc dam-
natur opinio eorũ, qui dicunt patruum præferri nepoti ex pri
3 mogenito in regno, † quod eſt iniquum, propter repræſen-
tationem reſultantem ex ipſa fictione, qua fingitur filius ea-
dem perſona cum patre. Remitto ad glo. pragma. in proœ.
in verſicu. primogenitum, quæ ponit remiſſiones. iſta tamen
magis communis eſt ratione repræſentationis. faciunt in iſta
materia iura infinita, vt tex in l. apud hoſtes. C. de ſuis & legi.
libe. l. Lucius. ff. de iure fiſci. l. qui in aliena. §. interdum filij ſi-
ne aditione. ff. de acquiren. hæredi. l. pro hærede, §. primo. ff.
pro hærede. l. pater qui caſtrenſe l. hæreditate, §. filiusfamil.
ff. de caſtren. pecu. l. prima. §. denique. ff. ad Trebellian. opti-
mus tex. ſecundum Barto. in l. qui duos impuberes. §. cum in
bello. ff. de rebus dub. tex. recenter ad hoc ponderatus in l.
eum qui nouiſſimus. ff. ad Trebell. tex. communis in l. ex mi-
litari. ff. de milita. teſtamen. vbi Barto. iuncta l. idem eſt §. ſed
ſi veteranus. eodem titulo.
4 Secundò principaliter quæro circa hanc materiam, † quid
iuris in alia hæreditate quàm paterna, puta in fraterna, nun-
quid tranſmittatur? dico quod ſic, nec ſolum ab inteſtato,
ſed etiam ex teſtamento. Nanq; ſi pater fecerit teſtamentum,
& habens plures filios, pupillum inſtituat, alium ei ſubſtituat
pupillariter, ipſe ſubſtitutus hæreditatem fraternam non adi-
ta tranſmittit ad quoſcunque, quamuis regulariter fraterna
non tranſmittatur ſine aditione, d. l. quoniam ſororem, & d.
§. in nouiſſimo. & latè per Alexand. in conſilio 114. in tertio
volumi. Et hoc, quia ex teſtamento paterno delata eſt, cen-
ſetur eſſe paterna. Nam dicit tex. quos poſſum mihi hæredes
facere neceſſarios, poſſum & filio. l. ſed & ſi plures. §. quos
poſſum. ff. de vulg & ita tenent communiter Bart. Saly. & alij
in l. emancipata. C. qui admitti. Saly. in l. teſta. C. eodem titu.
hinc dicit Ange. in dicto §. quos poſſunt, quod iſte frater ſi
habebat beneficium abſtinendi a paterna, ita etiam a frater-
na propter hanc fictionem poſitam in dicta l. patris & filii.
adduco tex. de nouo ponderatum & ſingu. in l. ſi pupillus pa-
terna. §. cæterum. ff. de acquiren hæredita. ſi frater a patre fra-
tri impuberi ſubſtitutus ſit, ſine dubio (inquit tex.) neceſſa-
rius ei heres exiſtat.
5 † Addo vnum ſingu. quod per hanc theoricam Barto. in l.
moribus. ff. de vulga. in 3. colum. verſicu. ſed quæro, quid ſi
teſtamentum, tenet, quod ſubſtitutio pupillaris in teſtamen-
to minus ſolenni valet, ſi modo vnus ex liberis fuerit ſubſti-
tutus: ſi enim pater poteſt facere hæredes neceſſarios filio,
& ſic facere ea quæ concernunt ipſam ſucceſſionem, rati[illegible]e
cuius ſic ſubſtitutio pupillaris dicitur teſtamentum filij for-
tius poteſt ſubſtituere in teſtamento minus ſolẽni, cum hoc
concernat ſimpliciter ordinationem, ratione cuius d[illegible]ur
teſtamentum patris, vt not. dicta l patris. hanc rationem po-
nunt pro dicto Bart. confirmando Rapha. Fulgoſ. & Alexan.
& Modern. in d. l. moribus. in 6 quæſtio. præter Franci. Aret.
ſubtiliter, vt ſolet, argumenta d l. 3. §. fina. ff. de leg præſtan.
Sed dicendum eſt, quod ibi edictum de leg præſtan. quod
concernit legata liberis & parentibus, habet locum, [illegible] ſit fa-
ctum extraneo legatum. Ideo, quia ibi erat rogatus reſt[illegible]tuere
liberis, & ſic non refert, an immediatè, aũ mediante legatario
liberi commodum habeant ex diſpoſitione teſtatoris, ſecus
in eo caſu, quo extraneus totum conſequebatur, nõ rogatus
reſtituere. Ideo tenemus opinionem Bar ſecluſa omn[illegible] bti-
litate, quæ plerunq; uertitur in perniciem. l. in cauſæ ff de [illegible]i
no. à cuius opinione, inquit Pau. de Caſt in conſulendo & iu
dicando non eſt recedendum. reliqua prolixius diſputantur
per Doc. in d. l. 2. ff. de vulg. ſubſti.
6 Tertiò quæro, † quid de ſuitate arrogationis, qua di[illegible]r
ſuus hæres arrogatus. §. 3 Inſtit quibus modis teſtamen. in[illegible]r.
ibi, rumpitur quaſi agnatione ſui hæredis, ubi no. uerbum,
quaſi, pro fictione. dico ergo, quod arrogatus quartam nõ pe-
titam, neq; aditam tranſmittit. l. ſi arrogator ibi, & præterea
quartam ff. de adop. l. 1. §. ſi impuberi ff de collatio. bono. p[illegible]
quod Ang. in l. cum antiquioribus. C de iure delib. reprehen
dit glo. in ver. veluti. dicentem contrarium Nam quarta, in
quit, inhæret oſſibus arrogati, & tranſmittitur Iſtud autem
procedere per fictionem probat Bald. in d. l. ſi arrogator. poſt
glo. tamen, quam reperi in l. cum a matre. C. de rei vend. quia
arrogatus non poteſt dici uerè ſuus, cum ſibi quarta d[illegible]beatur iure & ti. ſingulari. Probo, quia dicitur quarta bonorum,
non autem quarta hæreditatis. l Papinianus. § ſi quis impube
7 ris. & § quarta. ff. de inof. teſta. † hic reſultat alia theorica Bar.
ꝙ hæreditas non adita non tranſmittitur, quando ex [illegible]
tione teſtatoris delata eſt; ſecus, quãdo ex diſpoſitione [illegible]
ſicut in ſuis hæredibus, & in hoc iure ſingulari, quando [illegible]
dem iura ſingularia facilius tranſmittunẽ, no. d §. nou[illegible]
Ex quo inferunt, quod maritus dotem lucratam, vel acq[illegible]
tam ex ſtatuto, mortua vxore, in matrimonio non petit [illegible]
neq; acceptatam tranſmittit: quippe cum deferatur ex [illegible]
ſitione legis titu. ſingu. Idipſum Bal. tenet in d l. ſi arroga[illegible]
Sal Pau. & Alex. in d. l. cum antiquioribus. reprobata g[illegible]
poſita, in ver. fuiſſe, de quo articulo latius ad Doct. in d. l. [illegible]
rogator. quia ſuffi[illegible]unt mihi deciſiones cõmunes, non [illegible]
tendo tamen ꝙ per hoc etiam Sal. in auth. bona dam[illegible]
C. de bon. proſcrip. in vlt. col. conſuluit, ꝙ bona reſerua[illegible]
parentibus directis tranſmittantur, non etiam adita, n[illegible]
feſſa, citat multa iura ſingularia, & præcipuè bonum [illegible]
edicto § hæredes. ff. de iure fiſci.
8 Quart[illegible] quæro de vno ſubtili, † cum legitima d[illegible]ca[illegible]
bita filio, & tranſmittat actionem perſonalem, ve[illegible] co[illegible]
nem ex l. pro hæreditariis. C. de hæredi. actio. Ba[illegible] re[illegible]
tur in d. l. [illegible] arrogator. Doct. in d. l. emãcipata. Sal[illegible] in [illegible]
C. de inoffi. teſtamen. nunquid dicatur & [illegible] de[illegible]ta,
petere tempore [illegible]itæ paternæ. dico quod non: quia [illegible]
debita non verè, & [illegible]pe non de præſenti glo no. in c[illegible]
tius, in verſic. legitima, circa medium. de teſtamen. [illegible]
Barto. in authen. [illegible]i qua mulier. C. de ſacroſanct eccl quo[illegible]
tre ingrediente religionem, non poteſt filius peto[illegible] legi[illegible]
a monaſterio in uita ipſius. Iſtud videtur, pace [illegible] a
tex. in c eum ſcimus. de regula dum dic[illegible] liberum [illegible] & mo
naſterium dimittere, & bona paterna, quæ ei debenẽ [illegible],
& ibi glo cum qua tenent ferè omnes antiqui, qui h[illegible] p[illegible]
indubitato contra Barto. quod filius poſſit petere legi[illegible]im[illegible]
uente patre monaſterium ingreſſo. Panor. tamen vid[illegible] ꝙ
d auth. ſi qua mulier. facit expreſsè in contrarium, & [illegible]
9 ita tenet ſimul, per l. 1. §. ſi impuberi. ff de colla. bono. † bi[illegible]e
gitima non debetur, niſi patre mortuo. videns etiam, quod [illegible]
ctum, decretalis eſt in principio pro vna parte, in fine pro [illegible]a,
neſcit quid dicere in tanta uarietate, niſi quod in puncto iu
ris opinio Bar. ſit verior, [illegible]amẽ de æquitate canonica ſort[illegible]è
aliud eſſet, ſicut etiam dicit Bal. tãdem Pan. remittit ſe ad in-
tegram

tegram epiſtolam.quam ait neceſſe videre, vt appareat an pater ibi erat viuus,an mortuus. Et ita vadit modo in dextram, modo in ſiniſtram:idem facit in d.c.Rayn.vbi promittit ſe,dicturum, ſed vltra alios reperio, ꝙ ipſemet reducitur ad deciſionem in c.in præſentia,de proba,in 15.col.in verſi. ſed quia ſupra viſum eſt, ꝙ ingrediens, vbi dicit deciſiuè, opinionem Bar.placere ſibi,quo ad hęredes & legatarios, ꝙ teneantur expectare mortem naturalem, & non fictam teſtatoris.

Pro quo adduco glo. no.in l.j.ff. de teſtá. vbi latè Imo. qui
10 dicit, ꝙ † teſtamentum impletur per mortem naturalem, nō ciuilè. Quantum verò ad legitimam, quæ debetur ſuis hæredibus iure naturæ,procedit opinio Canoniſtarum,per d.cap. cum ſcimus, vbi dicit eſſe textum expreſſum, non diuinando,nec violando literam, in qua ponitur caſus de filio, non de extraneo hærede.ipſe ibi ita citat paleſtram diſputationis, & multa alia fundamenta, & ego valde lætatus ſum, cum reperiſſem illud dictum, quod puto valde ſingulare. Remitto tamen pro nunc ad Doctọ. in locis allegatis, & propterea ad Bart. Bal. Paul.de Caſt. Ioan.de Imo.latè in l j.ff.de teſta.Bald. in l.cum pater § hæreditatem.ff.de lega 2.Cyn. Bal. Saly.in l. Deo nobis.C.de epiſco.& cle Bart.in l.Statius Florus.§.Cornelio.ff.de iure fiſci: vbi eſt tex.quod filius poteſt præmori & præcedere patrem.

Quinto quæro per ſuperiorem, & per dictum Pao.ſi filius: ergo hæres,de quo meminit glo.in l.neceſſarijs. ff.de acquir. hæred.de magna illa difficultate, in quam veteres gloſſatores
11 inciderunt, † nunquid filius ſtatim, mortuo patre, teneatur effectualiter creditoribus, & ſtatim ſit fundata intentio creditorum contra eum, niſi probet ſe abſtinuiſſe hæreditate? Primo ſunt quidam tenētes affirmatiuam per d.§.ſui, cum ſi. infinitis, quorum opinio reprobatur per gl.in d.l.neceſſarijs, vt ibidem diſtinguitur,& per glo.in cap.j.extra de ſolu.an fecerit inuentarium,necne:quamuis ille tex.in d.cap.j.videatur facere pro affirmatiua indiſtinctè,dum dicit,ſicut filius debita patris ſoluere tenetur, ita Prælatus debita prædeceſſoris pro eccleſiæ neceſſitate contracta.Bart.autem ſumpta theorica Cy. & Dyn. & Petri, quibus præcipuè armatur, concordādo eas opiniones notabiliter hoc modo, ꝙ opinio eorum, qui dicunt, filium eſſe hæredem nomine & effectu, vera eſt per d.§.ſui. Et ideo creditoribus tenetur,niſi vellet abſtinere: vnde neceſſe eſt filij voluntatem declarari, ſicut aliàs in l.ſi ita legatum.verſicu.illi ſi volet.ff.de lega.1.melior tex. in d.§. ſui.ibi, ſi volet ex teſtamento, & ab inteſtato. l.1 a.tabula.defert ei hæreditatem, ſed datum eſt ei beneficium abſtinendi iure prætorio. Sed quò ad aliud, ſcilicet vt fundata ſit intentio creditorum,& poſſit condemnari, ſi nihil productum ſit: per quod de eius voluntate apparet, in hoc non procedit eorum opinio per tex. in l.j.C. ſi minor hæredi.ſe abſtinuerit.ibi, ſi paternæ hęreditati non immiſcuiſti, ob eam rem teſtificatio non eſt neceſſaria.

12 † Pro iſta parte adduco probabilius,& ſubtilius fundamentum,quemadmodum is, qui purè obligatus eſt, obligatio tamen ſperatur nouari in euentum alicuius conditionis,nō poteſt interim conueniri.l.pecuniā.ff ſi cer.pet.l.in perſonam.§. fi. de pac.l.Iulianus §.fi.ff.de cond indeb.vbi etiam interim ſ[illegible]um repeti poteſt.l.non enim. l.ſi debitor. ff de iure dot. l quod Seruius. ff de condictio. ob cauſam. ita hic filius licet [illegible] obligatus, tamen ſperatur tolli obligatio, ſi abſtinuerit, cum habeat tempus ad deliberandum, interim conueniri nō pot[illegible]t: facit in ſimili,quod non poteſt adiri hæreditas ex teſtamento, quùd ſperatur rumpi. l.uentre. ff. de acquirenda h[illegible]itate. vbi Docto. adde hic, quæ pulchrè dicit Franciſcus Aretinus, in l.qui ſe.ff.de acquiren. hæredita. & eo modo procedit opinio gl. quæ dicit,quod eſt hęres nomine, ſed non quantum ad commodum & incommodum. Fallit ſecundum Bart.in illis commodis, quæ non proueniunt ex ipſa hæreditate,ſed iure ſpeciali, vt quod confirmentur tabulę pu[illegible]ares, mercis dationes,& de tranſmiſſione, vt nota.in d. l.ſi [illegible]us qui patri.

Sexto quæro de tranſmiſſione hæreditatis paternæ impu-
13 beri delatæ, † & pono caſum. Titius habens duos impuberes inſtituit eos, & dicit, quod ſi ambo impuberes decederent, Mænius ſubſtituatur,alter eorum mortuus eſt,hæreditate paterna non adita,an veniet ſubſtitutus ſtatim. Certè non, ſed immędiatè veniet alius impubes ſuperſtes fratri, iure tranſmiſſionis ſibi factæ ex potentia ſuitatis;quia tunc dicitur ſuperesſe perſona, quæ ex præſumpta mente teſtatoris habet excludere ſubſtitutum.tex.eſt ſecundum Doct.in l.qui duos impuberes.in princ.ff.de reb.dub.& ita intelligunt illum tex. Auge.& Imo.ambo in prædictis locis, & in l Pantonius. ff de acqu.hæredi.& Pau.de Caſt.in d.l.qui duos.licet teneat contrarium in l.ſi infanti.C.de iure delibe.& dicat non curare de intellectu Ange. qui ſit de capite ſuo. Bartol. autem neſcio quomodo intellexit illum textum contra directum ſenſum literæ; & glo. diuinando, quod ibi ſubſtitutus petierat reſtitutionem in integrum de hæreditate non adita, quod ius tranſmittitur, quod ego non poſſum conſentire: quia text. non meminit de reſtitutione, nec poteſt ita induci. Dicit enim ſic, priore mortuo, frater hæres erit; huic verò poſteriori ſubſtitutus, in ea tamen etiam ante deſuncti filij habebit hæreditatem.

14 Credo † ad euitandum diuerſitatem illam Docto. quod poſſit tradi nouus intellectus & melior, quod ibi hæreditas patris erat adita per filios;nam textus dicit, cuius hæreditas defertur, nam ſicut dicebam in princip.huius materiæ, quotieſcunque lex loquitur de non adita hæreditate ſuis deferenda,loquitur per uerbum,bonorum, & per uerbum acquiſita. non autem per uerbum, hæreditas & delata. Ita loquitur Barto.in l.prima,§ ſciendum. ff.de ſuis & legi. hæredi. per illum textum, & quāuis iſte intellectus poſſet ſuſtineri, nolo tñ recedere a communi, & dico,quod illa lex non loquitur de hæreditate patris tranſmittēda,ſed fratris, & in alio caſu,

Septimo quærit Barto. & relinquit cogitandum in dicta l.
15 ventre, in penul. col. † nunquid hodie emancipati tranſmittant,cum hodie ſuccedant ad ſimilitudinem ſuorum,ſublata differentia ſuitatis,& emancipationis.l. meminimus. C de legi.hæredi.§.nullam vero.in Auth.de hære.ab inteſt.ve.dico, quod per nouum ius Doctores non extendunt hanc regulā procedere in emancipatis,per doctrinam glo.no.in l.ſi emancipati.C.de collatio quæ dicit, quod illum nouum habet locum, quo ad ſuccedendum,ut ab inteſtato emancipati ſuccedant, non quo ad alia,vt quo ad conferendū & impugnandū teſta.§.j.§.emancipati.§.noſtra. Inſtitu.de exhærede. liber.& quantum ad acquiſitionem.l.j.C.de inoffi. dona. tamen poſſet defendi contrarium.

Octauò quæro, nunquid procedat noſtra regula non ſolū
16 iure ſuitatis,uerum & iure ſanguinis, † ut ad quoſcunque hæreditas conſanguineorum deferatur, etiam non adita. dico breuiter, quòd ſic, per tex. in l.unica. C.de his qui ante aper. tabu.teſtamen. Nam quilibet deſcendens etiam non ſuus, hæreditatem aſcendentis non aditam, ad quoſcunque deſcendentes tranſmittit. intellige tamen ad quoſcunque deſcendentes, non alios tranſuerſales, vel extraneos. ideo ſcribentes dicunt,iſtas duas tranſmiſſionis ſpecies habere ſe tanquam excedentia & exceſſa. Nam illa tantum procedit in hęreditate patris,habentis filium in poteſtate:iſta autem in hęreditate cuiuſcunque aſcendentis etiā lineæ maternæ.Quod autem iure ſuitatis fiat tranſmiſſio ad quoſcunque, fuit opinio Azonis & Iacob. Balduini, antiquorum gloſſatorum originaliter: quia ita tenuerunt in quæſtione de facto Bononiæ eorum tempore contingente, ſicut refert Angelus in dicta l.ſi infanti. Et quidam magnus aduocatus Nicolaus Foriosus eam tenuit. Contrarium vero defendebat Dominus Vgolinus aduocatus aduerſæ partis. Odofredus diſcipulus Iacobi Balduini tenebat, quod ad deſcendentes tranſmittatur ex æquitate prætoria, per d.l.unicam. C. de his qui ante aper.tabu. teſta. communis opinio Azonis, quod tranſmittatur ad omnes contra glo.quę communiter ſecundum omnes videntur eſſe contrariæ: ut glo.in l.ventre. l ſi infanti.& l. ſi fratris. alleg. & opinionem glo. ſecuti ſunt plerique antiquorum,ut Saly.in d.l.apud hoſtes. & Fulgo. in d l. ſi infanti, dicit in ciuitate Mediolanen. fuiſſe iudicatum, & in ciuitate ſua per omnes.

17 † Et breuiter opinio Azonis & Barto. eſt melior & magis communis, contra quam durum eſt calcitrare, ut dicit Ludo.& ideo tenendo iſtam opinionem, Reſpondebo ad potiſſimas & principales rationes Salyc. Fulgoſ.& aliorum, qui tenuerunt contrarium.

Primò adducunt tex.in l.ſecunda, §.ſi quis ex liberis. ff. ad Tertul. vbi uidetur,quòd hæreditas filij non adita non tranſmittitur, & ita ponderat glo.illum tex.in princi.ſini.poſtea tamen glo.ponit unam ſolutionem & alium intellectum,quam uidetur mihi approbare, cum ſit ultima opinio,quam refert; & iſte eſt uerus intellectus & magis amicus literæ, quem tenet Barto. Ange. & omnes, quod ille text. neceſſe habeat intelligi, quod filius ille, qui erat emancipatus, & non ſuus, patri non tranſmittat; quia non habet iura ſuitatis, & fundamentum tranſmiſſionis patet, quod ſit melior lect.quia tex. dicit, ſi non ſuus patri agnoſcitur, matri non nocet, nec tranſmittit ad auiam maternam hæreditatem auitam, & expone patri, ideſt,quo parenti. Alij dicunt, quod loquitur de hæreditate paterna,quam non tranſmitttit; quia non eſt ſuus, & in poteſtate patris,ſed in poteſtate aui; quia ex filio emancipato natus, ante emancipationem tamen conceptus erat. Iaſon poſuit quendam nouum intellectum, quòd ille tex.loquitur de iure Digeſtorum, quod iure non tranſmittebatur

ſed non benè dicit, ſalua pace & petita venia tanti viri dum enim dicit in d.l.ſi infanti, in 1.col. ꝙ tex. in d.l.a §.ſi quis ex liberis, allegatus per Alex. & alios ad hoc, vt hæreditas deſcendentis non tranſmittatur ad aſcendentes, dicit, ꝙ loquitur de iure Digeſtorum, & ꝙ antequam eſſet facta lex, C. non tranſmittebatur hæreditas deſcendentis.

18 †Dico ꝙ illud eſt falſum per tex. in l. Lucius. ff. de iure fiſci, ſecundum intellectum Bar & Ang in l qui in aliena § interdum. ff. de acq. hære. ibi, partem ſuam, & ſic aſcendentes ſine aditione faciunt hæredem, & per multas leges per eos allegatas: vnde concludo, meliorem eſſe intellectum Bart. & Ang. quòd ibi fuit filius conceptus viuẽte ano, & ſic non erat ſuus, nimirum ſi non tranſmittit. ſic inhæreo lecturæ Barto. Ange. & Pau. de Caſt qui rectiſſimè omnium atque ſinceriſſimè intellexerunt iura.

Secundo reſpond. ad tex. quem allegant d. l. ſi infanti. in ver. omnes hæreditates, quia intelligantur omnes excepta paterna, quia ille tex loquitur de paterna, ponens regulam in contrarium de omnibus alijs reliqua fundamenta ſunt leuia quibus omiſſis, concludo ꝙ iure ſanguinis ad deſcendentes fit tranſmiſſio, non ad extraneos, neque tranſuerſales.

19 Quarto inſuper & nonò, † nunquid illud, quod prædixi de conditione ex leg. omnimodo. pro ſupplemento tranſmittenda, habeat locum etiam in Trebellianica & Falc. dico breuiter, ꝙ ſic. vtrunque probatur in l. quanquam. ff. ad leg. Falc. quę loquitur non modo de Falcidia, ſed Trebellianica, ſecundum glo. Bart. Ang. & communiter ſcriben. idem de querela inofficioſi non præparata, per d. l. ſcimus. idem ſeẽ ſidum Bal. in querela de inoffi. donatio. vt no. in l. e penul. colum C. de inoffi. dona. plura de hac re non dico, quæ ab alijs ſatis ſuperque ſunt diſceptata.

F I N I S.

T R A C T A T V S
DE INVENTARIO,
D. ANGELI DE VBALDIS, DE PERVSIO.

SVMMARIVM.

1 *Hæres de iure antiquo vltra vires hæreditarias ad legata non tenebatur, hodie ſecus, & nu ſeq.*
3 *Falcidia, inuentario non confecto, non detrahitur, & inf nu. 6.*
4 *Tempus quod ad inuentarij confectionem datur, minoribus ſicut maioribus currit, licet reſtitui poſſint.*
5 *L. fi. § vlterius. C. de iu delib. & l. in teſtamento. C. ad l. Fal. an ſit correcta.*
7 *Quarta iure naturæ debita, an per non confectionem inuentarij perdatur.*
8 *Defalcatio, quæ ob æs alienum per legem ipſo iure fit potentior eſt, quam illa, quæ per legitimam fit.*
9 *Inuentarium in quo loco confici debeat.*
10 *Inuentarium an conficiatur per hæredem perſonaliter, vel per nuncium, vel procuratorem.*
11 *Inuentarium hæredis an in præſentia iudicis de neceſſitate fieri debeat.*
12 *Inuentarium tutoris in præſentia iudicis fit.*
13 *Solennitas à iure ciuili inducta tolli poteſt, non autem ea, quæ iure gentium neceſſaria eſt.*
14 *Inuentarium coram duobus teſtibus, vel tribus, quando creditores nõ ſunt nec legatarij, valet.*
15 *Inuentarij confectionis tempus quando currere incipiat item Inuentarium per hæredem, & non per eum, qui hæres nõ eſt confici debet.*
16 *Fideicommiſſario ante reſtitutam hæreditatem re, vel verbo tempus inuentarij faciendi non currit.*
17 *Inuentarium ſi inchoatum non ſit intra tempus ſtatutum, perfectum tamen ſit ante tempus debitum, an ſatisfactum ſit.*
18 *Inuentarium non tenet, ſi manu hæredis cruce ſignatum non ſit.*
19 *Inuentarium fieri debet de bonis, tempore mortis defuncti in hæreditate inuentis.*
20 *Verbum, res, omnia comprehendit.*
21 *Proteſtatio quæ fieri debet in inuentarij confectione.*
22 *In inuentario an ſint ponendę acceſſiones, fructus & partus, ob quos hæreditas nondum incrementum recepit.*
23 *Fructus & partus hæreditatem augent.*
24 *Inuentarij confectionis tẽpora poſtquã currere incaperunt, cõtinua ſunt.*
25 *Inuentarium per tutorem confici debet, quando datus eſt.*
Inuentarij confectionis tempus quantum duret.

1 Nota initio regulam negatiuam, † quod iure antiquo hæres non tenebatur vltra vires hæredi. ad legata, quæ regula probatur per l j. §. hæc ſtipulatio in fi. in gl non enim, ff. ſi cui plus quam per l. Fal. & l. in ratione. § ꝙ vulgo ff ad l. Falc. & l. j §. ſi is qui quadringenta. ff ad Treb. & hoc tenet etiam gl. in auth. ſed cum teſtator. C. eo. in ver. excedant. Non ob. l. in quantitate, in princi. ff ad l Falc. dum dicit, ad ſolida legata hæredem teneri, quod expone. i. non deducta Falci. prout ibi intellexit gl. non autem quod de ſuo hæres aliquid præſtare teneatur, ſaluo, niſi hæreditatẽ agnouerit hæres poſtq̃ fuerit hæreditas diminuta, & diminutionem non ignorauit, vt ibi dr, ſm Dy.

2 Hodie vero † per iui Authenticorum noniter eſt inductũ, vt hæres ad integra legata cogatur, ſi inuentarium non fecit. vt in § ſi vero non fecerit, in Auth. de hęred & Falc & illa eſt vbiq; communis opi. & bona, vt patet hic. Sed Ray. dixit per illum §. non induci, vt hæres teneatur ad ſolida legata complenda de ſuo, ſed ſolum quod propter inuentarium non confectum priuatur Fal. Tu teneas opi. communem, quæ probatur expreſſè ex illo §.

3 † Et hoc commune in omnib. teſtamentis Cęſareæ Maie. & militum, & in omnibus ſuccedentibus cuicunq; ſiue ſint clerici, ſiue laici, ſiue milites, ſiue pagani. ſ. vt inuentario non confecto, non detrahatur Falcid. & quicunq; ſuccedat, fiſcus, vel priuatus, miles, vel paganus, aut ſacerdos non obediens illi legi, tenet ad legata in ſolidum. §. fi. in Auth. de hær. & Falc. & ibi gl. hoc confirmat, & idem tenet Azo in ſumma illius ti.

4 † Et tempus, quod datur ad inuentarij cõfectionem, hodie currit minoribus vt maioribus, licet poſſint reſtitui. l. auxiliũ. ff. de mi. Et ſm hoc correctæ ſunt. l. 1. §. an bona, & l. poſſunt. ff. de iure fiſ. dicentes, fiſcum non teneri ex bonis priuatis ad eum deuolutis, vltra vires eius.

5 † Similiter eſt correctus. §. vlt. C. de iu. delib. dum dicit, & militem non grauari, vt teneatur in ſolidum creditorib. propter inuentarium non confectum, ſimiliter vř correcta. l. in teſtamento. C. ad l Fal. quæ dicit, in teſtamento militis, & per conſequens clerici, qui eſt miles cęleſtis militiæ, ceſſare Falc. quia hoc eſt verum, niſi inuentarium ſit confectum. Hoc eſt tamen mihi multũ graue quia ſm hoc de relictis ad pias cauſas videtur Falcid detrahenda, quod eſt contra communem mundi obſeruantiam ideo fortè ex hoc Bar. dubitauit, & nihil decidit in d. auth ſed cum teſtator. niſi dicas, ꝙ ille §. fina.

6 † voluit hoc ſtatutum eſſe generale in oĩbus teſtamentis, & in oĩbus hæredibus quantumcunq; priuilegiatis, vt fiat inuẽtarium, vt ſic habeat locum beneficium Fal. & ſic eo nõ confecto, ſunt intelligendæ propter l. j ff ſi ager vectigal. & l. j. §. ſi plures ff. de exercito. & l. eum qui vectig ff de verb. ſign.

7 † Videndum eſt etiam. an propter inuentarium non confectum perdatur quarta debita iure naturæ vel quæ debet patrono vel patri arrogatori ex Conſtitutione diui Pij, vel alia quęcunq; quarta debita ex quacunq; iuris cenſura, quę multæ ſunt, & dic, quod non, quia de talibus quartis non loquit̃ ius nouum. C. & Auth. de quarta debita iure naturæ, determinatur in d. §. ſancimus, & § ſi quis autem, in fi. hoc autem intellige in debita iure naturæ, quam hæres vult detrahere contra fideicommiſſarium vniuerſalem, vel ẽt contra legatarios particulares, cum legata conſiſtunt in corporibus hæreditarijs: ſed ſi conſiſtunt in pecunia in genere relicta, bene priuatur dicta legitima conſiderato, ꝙ tam ſuus quam extraneus grauatur onere confectionis, & inquantum non conficiat, tenetur legata & fideicõmiſſa de ſuo complere. Si ergo tenetur de ſuo, & vltra vires hæreditarias: ergo defalcat hæreditariã, vt legitimã, capiat, ſed legata cõplet, licet trãſcendant menſuram ſubſtantiæ, d. auth. ſed cũ teſtator. Nec placet opinio quorundã tenẽtium indiſtinctè, ꝙ non perdat legitimã: eo quia nullum grauamen recipit, & ſic quatenus eſt vltra, legatum, eſt nullum, ut l. quoniam in prioribus. C. de inof teſt.

8 † quia potentior eſt defalcatio, quæ fit ipſo iure per legẽ propter æs alienum, quam illa quæ fit propter legitimam, vt l. in imponenda. C. ad l. Falc. & l. licet, eo titu. & tamen inuentario non confecto, hæres, cui aliquid debebatur in pecunia, non deducit, immo & vltra illud, & vltra ea quæ alijs creditorib. debentur, de ſuo complet legata, non ſufficiente defuncti ſubſtantia, vt dictis iuribus, iuncto §. in computatione.

9 † De tertio dic, ꝙ inuentarium debet confici in illo loco & vbi res hæreditariæ ſitæ ſunt, aut maior pars earum, & ſi in illis locis hæres perſonaliter exiſtit, ſanum eſt cõſilium, vt per ſeipſum cõficiat inuentarium, ſi perſonaliter intereſſe poteſt, & hoc propter neceſſitatem ſubſcriptionis, & quia ſignum crucis debet ſcribere ſua manu.

10 † Imò forte nõ põt adhiberi procurator vel nuncius, ſi ipſe põt perſonaliter intereſſe: ſi aũt nõ põt, ſufficit, ꝙ mittat procuratorẽ inſtructum. d. l fi. §. ſi autẽ a locis, vbi tex hoc dicit.

11 De quarto † videtur dicendum prima fronte pręſentiam iudicis nullo modo neceſſariã: confectio enim inuentarij eſt actus hæredis & extraiudicialis. & hoc patet in d. l. fi. in nullo

enim

enim textu ſit mētio de præſentia iudicis, ſed ſolum hæredis, & teſtium, & tabellarij, & legatariorum, & creditorum, qui vellent eſſe præſentes, non igitur debemus aliam ſolennitatē inquirere, quam lex deſiderauit. Contra poteſt dici probabiliter, vt omnis in tali confectione ceſſet ſuſpicio, & pro hoc videtur caſus in l. nonnulli. § cum autem, C. de epiſco. & cle. & l. de creatione. C. de epiſc. aud. ſi enim epiſcopus, qui tenet locum hæredis, coram iudice tenetur inuentarium facere: multo fortius hæres verus, & qui tanta dignitate non pollet.

12 † Simile videmus in inuentario tutoris, quia deſideratur præſentia iudicis. l. tutor qui repertorium. ff. de admini. tut. & ita ſeruatur communiter.

13 De quinto † dic, ꝙ dicta ſolennitas poteſt ſtatuto vel conſuetudine tolli, quatenus inuenta eſt mero iure ciuili: non autem illa, quæ iure gentiū eſt neceſſaria, ſcilicet vt in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum, & hoc tenet Speculat. d. §. fin. verſi. quid ſi hæres fecit, in fi.

14 De ſexto † dic, ꝙ vbi nulli ſunt creditores, vel legatarij: vel etiam ſi ſunt, & dicunt ſe nolle inuentario intereſſe, ibi ſemper ſufficiunt duo teſtes; quia, vt dixi, alij teſtes tres requiruntur ſolum in locum creditorū & legatariorum abſentium, non tñ ita cōtumaciter, vt ꝓdixi, vt patet ex d. tex. in cor. poreſt

15 Reſtat nunc videre, † quando incipiat tempus confectionis inuentarij. Io. And. dixit, ꝙ inſtituto incipiat currere immediatè poſt hæreditatem delatam, & cum ſciuit ſibi delatā, & eodem modo currit fideicōmiſſario immediatè poſt diē fideicommiſſi cedentem, niſi per ſubſtitutū eidem fideicommiſſario ingeratur difficultas confectionis inuentarij, & hoc tenet In d. § fi. ver. quid ſi hæres non fecit, in prima addit. Tu dic, ꝙ hæredi non currit, niſi poſt hæreditatem aditam: nam inuentarium debet confici per hæredem, nō per eum, qui hæres non eſt; ergo non ante currit tēpus, ꝙ ſit hęres, l. 1 § quod autem, ff quando dies lega. ced. & l. ſtatuliberos, §. ſi quis hæredi, ff. de ſtatulibe. niſi dolo adire differat in perniciem legatariorum, vel creditorum. & hoc tenet gl. in d. l. fi §. ſi autem dubius, & fuit ſententia Cy. & Bart.

16 Idem † dic in fideicommiſſario, vt ante reſtitutam hæreditatem re, vel verbo, ſibi tempus non currat: quia ante fideicommiſſarius non eſt, licet fideicommiſſarius ſcriptus ſit. l. reſtituta, in prin. ff. ad Trebel.

17 Et † ſi dictum inuentarium non eſt inchoatum intra dies triginta, prout debuit inchoari, perfectum tamen eſt intra tempus debitum, an ſatisfactum ſit legatarijs? Vber. de Bob. dicit quod non, conſiderato, quod forma ſeruata non eſt, per d. l fi. §. ſi verò poſtquàm. idem tenuit Mart. Sil p d § & per §. & ſi præfatam, & § ſi vero non fecerit, pro quibus facit l. cum hi. §. ſi prætor, & § ſeq. ff. de tranſa. & l. magis puto, §. ſi is. ff. de reb. eo & l. quemadmodum. ff. de agr. & cenſ. lib. 11. & l. minor. ff. de præd. mino. Idem tenuit Ioan. Andr. in dicto §. fina. multi autem tenuerunt contrarium: quia inſpicitur effectus. & hoc ſecutus fuit Cy. & Bar. mouentur; quia leuis eſt omiſſio, ergo & c. l. 1. in fi. ff de ventr. inſpi. & c. cupientes, de electio. in ſexto. Primam opinionem ſemper tenui, per dictū §. ſi uero non fecerit.

18 † Et eadem ratione dico ſequendo Ioan. ꝙ ſignum crucis, quantumcunq; ſit leuis ſolennitas, ſi non fuerit ſcriptum manu hæredis propria, ſcientis vel non ſcientis literas, cum quilibet dictum ſignum facere ſciat, inuentarium non tenebit; quoniam lex deſiderat formā traditam ſeruari. & hoc tenuit Old. & Holt. conſuluit ꝙ fieret, in c. Raynaldus, de teſtam. per d. §. & ſi præfatam, ibi, ſolidauerit &c. Odofre. & Vgo tenuerunt contrarium, per d. l. 1. §. penul. de ven. inſpi & argu. l præſcriptio. C. ſi contra ius, vel vtili. publ. Prima via tutior eſt, & ideo eam ſerua, quia de conſuetudine ſeruatur, quæ eſt optima legum interpres.

19 Vltimo † ſcias, ꝙ inuentarium debet fieri de bonis tempore mortis defuncti in hæreditate inuentis, & glo. dicit, de mobilibus & immobilibus, in d. l fin § j. & tu adde & nominibus debitorum & creditorum, & etiam ſi ſibi hæredi aliquid debeatur, vel ipſe debeat, ne confundantur actiones in eius præiudicium vel fauorem.

20 † Nam illud nomen, rei, eſt generale, omnia comprehendens, vt l. 1. in fi. ff. ſi cer. pet. iuncto. §. in computatione, in d. l. fi. vbi loquitur de eo, quod ipſe debet, vel ſibi debetur. & ſi dictus hæres per errorem aliqua poſuit inuentario non ponenda, vel ſine dolo non poſuit, ſubueniendum eſt ſibi ex clauſula generali l. 2. in fi. ex qui. cau. ma. & l. euns falſa, C. de iu. & fac. ign. Et hoc tenuit Specu. in d. §. fin. verſi. quid ſi hæres. Argu. tamen contra l. fin. C. arb. tu. æquiparando hęredem tutori, qui poſuit bona propria, ſecus ſi aliena, quæ hæreditaria putauit: nam tunc quilibet eſt excuſandus.

21 † Vt tamen omnium ſaluetur opinio, inoleuit hodie mos, ꝙ hæres & tutor in prin. inuentarij proteſtētur, quod ſi quæ poſuerint non ponenda, vel omiſerint apponenda, pro non appoſitis, & non appoſita pro appoſitis cenſenda, preſtētur: & hæc proteſtatio multum releuat ad ſuorum iurium obſeruantiam, & hoc niſi probetur dolus, aut machinatio eorum, vt l. ſi debitor. § 1. ff qui. mo. pig. ſol. per glo. in l. communi diuidundo. C. com. diui. & maximè, ſi verba hęredis, vel tutoris ſunt dubitatiua, quia dixit, ꝙ credebat ſe inueniſſe &c. Adijciuntur etiam in dicta proteſtatione, ad cautelam alia verba, quod ſi quid vltra in hæreditate poſtea inueniret, ꝙ illud ponet, cum primum ad notitiam ſuam peruenerit, & ſunt bona; licèt non neceſſaria.

22 Et ſi † hæreditas mortuo teſtatore recipit incrementum, ante hæreditatem agnitam propter fructus, partus & acceſſiones ciuiles, an illa in inuētario ſint ponenda? tex. videtur quod non, in d. l. fina. § 1. cum de tempore mortis loquitur & hoc credo verum quo ad legatarios eo caſu; quo fructus & partus & dictæ acceſſiones non debent hæredi, in l. Falci. imputari, quo ad creditores, vel ſibi debent in Falcid. imputari, credo ſecus.

23 † Nam hæreditatem augent l quod de bonis. §. fructus. ff. ad legem Falc. iuncto d. § 1 verſi. cum igitur nullo confecto inuentario, quod exponit Raynerius, ſcilicet, quod ſibi proſit. Sit ergo cautus aduocatus agentis contra hæredem, qui obijcit de inuentario non confecto, aut cōficiendo, dum aſſerit ſupereſſe de tempore, vt replicet, ꝙ nec cōficere poteſt, nec eum iuuat cum effectu, eo quia ante ipſum inchoatum, velut certus de hæreditarijs iuribus agnouit, vel ſe immiſcuit; & pro hærede geſſit purè & ſimpliciter, nulla proteſtatione præmiſſa, quod velit conficere inuentarium, & ad hoc probandum articuletur, quod d. hæres fecit tales & tales actus inducentes in dubio aditionem, de quibus habes in l geri. ff. de acq. her. unde cum ex illis actibus intelligatur in dubio ſe pro hærede geſſiſſe, & ſimiliter ſi heri iſtos feciſſet, non poſſet hodie conficere inuentarium, ꝙ no.

24 Vltimo † ſcias, ꝙ tempora confectionis inuentarij ſunt cōtinua, poſtquam inceperunt currere: hoc enim eſt commune omnium præſcriptionum regulariter, l 9 ff. de diuerſ. & temp. præſcrip. potiſſimè autem erunt hæc tempora inuentarij continua: quia quolibet tempore poteſt inuentarium expediri, etiam die feriato, cum non expediatur in forma iudicij, ſicut dicitur in inuentario tutoris, qui dari poteſt quolibet loco & tempore. & ſic conficere inuentarium, vt l. qui habet. §. quolibet tempore ff de tut. & quantum duret tempus ad inuentarij confectionem, vide in d. §. ſin autem dubius.

F I N I S.

T R A C T A T V S
C E L E B R I S,

DE CONFECTIONE INVENTARII,
D. Franciſci Porcellini ingenioſiſſimi Doct. Militis, & Comitis Apoſtolici.

S V M M A R I V M.

1 *Inuentarium quid ſit, & cur inuentum. Et quæ ſint perſonæ, quæ ad illius confectionem teneantur. Et de requiſitis ad illud.*

2 *Inuentarij beneficium an proſit adeuntis certo de lucroſa hæreditate & poſtmodum conficienti.*

3 *Hæres quādo poſſit dare hæreditatem in ſolutum creditoribus etiā inuitis.*

4 *Inuentariorum quinque ſunt genera.*

Tutor & curator an debeant facere inuentarium, & ante confectionem ad quid teneantur.

5 *Tutores omnes an teneantur de inuentario conficiendo 13.*

6 *Inuentariū quādo cōficiendū & in perſona quorū. Et quid in eo ponēdū 7.*

Tutor non delinquit patriæ ſequendo conſuetudinem.

7 *Inuentariū nouum an conficiendū per tutorē in acquiſitis pupillo de nouo.*

8 *Confeſſio tutoris in inuentario an noceat illi. Et quid ſi extra illud, vel inuentarium.*

Inuentarium quando fidem faciat contra tertium.

Tutor quando admittendus ad probandum aduerſus inuentarium.

9 *Cautela pro tutoribus inuentarium conficientibus.*

10 *Tutoris inuentarium non conficientis pœna. Et quid ſi falſo ſuppreſſit nonnullas res.*

11 *Inuentarij conficiendi practica 12.*

13 *Tutores inuentarium non conficientes quibus de cauſis excuſentur.*

14 *Inuentarij confectio an poſſit per teſtatorem remitti & quando, & in quibus. Et an per ſtatutum aut conſuetudinem tolli poſſit.*

15 *Teſtator hæredi confectionem inuentarij remittere an poſſit. Rationis reddendæ remiſſio per teſtatorem quatenus procedat.*

16 *Inuentarij copia aduerſario petenti an in totum danda.*
17 *Practica dandi copiam inuentarij.*
18 *Inuentarium quando dicatur perfectum.*
19 *Hoſpitalarij qualiter de bonis pauperum inuentarium faciant, & ad quid teneantur.*
20 *Prælati an teneantur inuentarium facere de rebus in eccleſijs inuentis.*

Quia materia inuentaria eſt quotidiana, ideo omnia pienè tangere conſtitui, quam materiam ſeu tractatum per ſeptem quæſtiones principales expedire conſtitui.

Et primò, quid ſit inuentarium, & quare fuit inuentum.

Secundò, de perſonis, quæ debent inuentarium facere.

Tertiò, de rebus, quæ in inuentario poni debent.

Quartò, de tempore, quo debet fieri inuentarium.

Quintò, de loco quo debet fieri.

Sextò, de modo conficiendi, & practica, quæ ſeruatur ſeu ſeruari debet.

Septimò, de effectu inuentarij. Et circa quamlibet q. quæram de aliquibus quæſtionibus incidenter. Et ſic habebimus in hoc opuſculo theoricam & practicam inuentarij.

1 †Primò & principaliter quæro, quid eſt inuentarium? dic, quod inuentarium eſt illud, in quo reperta & inuenta in hæreditate deſcribuntur. Iſtam diffinitionem ſentit glo. in l. tutor qui. in glo. 1. ff. de admini tu. Quæro deindè, quare fuit inuenta confectio inuentarij? dic quod fuit, ut fidelius impleatur voluntas defunctorum. Authen. de hæredi. & Falc. §. fina. & l. fi. C. de iure delibe. quia tunc non poterit hæres furari, & ſic non fraudabit legatarios & creditores. §. ſancimus. in Authen. de hæredi. & Falci.

Secundò principaliter quæro de perſonis, & ſic circa perſonas eſt ſciendum, quod quantum ad propoſitum attinet, triplex eſt genus perſonarum. Aliquæ ſunt perſonæ, quæ non dubitant de hæreditate adeunda, ſiue ſit delata ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, & iſtæ tenentur omnibus creditoribus. l. fi. §. cum igitur. C. de iure delib.

2 †Ex quibus poſſet dubitari in practica, quid ſi in inſtrumento aditionis continetur, quod talis ſciens hæreditatem ſibi delatam, & eam eſſe potius lucroſam quàm damnoſam, eam adiuit cum beneficio inuentarij, & inuẽtarium poſtea faciat: an ſibi proderit? Quidam dicunt, quod non: quia tunc debet prodeſſe, quando dubius de viribus hæreditatis adiuit, & dicit Ang. in l. j. § hæc ſtipulatio. ff. ſi cui plus quàm per l. Falcid. quod debet proteſtari, ſiue prædicere, ſe confecturum inuentarium. Si autem ſimpliciter adiret, & poſtea inuentarium conficeret, de quo non feciſſet mentionem, non proficeret. Et primum videtur ſentire Specu. in titu. de inſtru. edi. §. fina. verſi. ad hoc autem, vt ſcias, quod immo proſit, apparet: quia licèt dicatur, quod quando eſt certus, non indiget inuentario: non tamen tollit beneficium eius, ſponte vult ipſum conficere, & proderit: quia ſi hæreditas eſt locuples, ſicut putat, habebit beneficium interim quod conficit, vt non conueniatur. d. l. § fin. donec. C. de iure delibe & poſtquàm confecit, 3 † ſi non reperiatur pecunia in hæreditate, & non reperiantur emptores, poteſt eam dare in ſolutum inuitis creditoribus. d. l. fi. §. & ſi præfatã, ſecundum Bal. Si autem hæreditas non eſt locuples, prodeſt, vt non teneatur vltra vires hęreditatis. Cy. tamen videtur tenere, quod proſit, dum exponit in d. l. fi. j. C. ibi, nullo indiget inuentario, ſcilicet, vt ſibi proſit. Similiter non placet dictum Angeli, ꝙ ſit neceſſaria proteſtatio: quia illa l. fina. §. ſi autem dubius. datur licentia, ꝙ adeat, etiam non petito tempore ad deliberandum, dummodò poſtea conficiat inuentarium. Et ita tenet Saly. ibi, & dicit Paulum de Caſt. ita conſuluiſſe.

Item dicunt aliqui ꝙ ſi hæres, qui adit, dicit hæreditatem damnoſam, & vellet adire cum beneficio inuentarij, quod nil proficit: quia ſibi imputet, poſtquàm erat certus de viribus. ſed iſtud eſt falſum per prædicta, & per tex. in d. l. fin. ibi, & ſi oneroſam quis inueniat, in prin. Aliæ ſunt perſonæ, quæ omnino repudiant, & iſtæ non egent inuentario; quia non tenentur. Aliquæ ſunt dubiæ de viribus hæredi. & iſtæ egent inuentario, & debent conficere. d. l. fina. § ſi autem dubius.

4 † Iſtarum autem perſonarum quinque ſunt genera, & ſic quinque ſunt genera inuentariorum: quia aliqua ſunt inuentaria tutorum vel curatorum, alia ſunt inuentaria orphanotrophi: tertiò ſunt inuentaria prælatorum: quarto inuentaria hæredis: quinto inuentaria fiſci.

Primum eſt inuentarium tutoris & curatoris, circa quem tutorem & curatorem quæro, an tutor debeat facere inuentarium. dic quod ſic. l. tutores. C. de adminiſtra. tuto. & l. fi. C. arb. tut. l. 3. §. tutores. de ſuſpe. tut. & l. tutor qui repertorium. ff. de adminiſtra. tuto. & C. de cur. fur. l. fina. C. de epiſco. audi. l. de creationib. Secundo quæro, quid debet facere ante confectum inuentarium? dic, quod debet iurare vtilia facere, & inutilia prætermittere, cum obligatione omnium ſuorum bonorum, vt nota. in l. legitimos. in princ. in glo. ff. de admi. tuto. & Authen. vt hi qui obl. ſe hab. perhi. §. fina. ff. l. fina. §. & ſi quidem. C. de cura. fur. l. item quod ſatiſdet, vbi eſt ſatiſdandum: quia non omnes ſatiſdant. Item quod expreſsè promittat, quod defenſiones ſuſcipiet ſine vlla denun. l. fi. § fina. de admini. tuto. & ſi eſt mulier, quod renunciet Velleiano, & ſecundis nuptijs, & omni ſuo auxilio, vt in Auth. matri & auię. C. quando mul. off. fun. poteſt. Item quod adminiſtratio ei decernatur, d. l. legitimos.

5 † Tertiò quæro, an omnes tutores debeant facere inuentarium? Dic, quod omnes tenentur, & legitimi, & datiui, & teſtamentarij. l. tutores, & ibi glo. & Doc. C. de admi. tu. Idem ſi eſt honorarius, quia eſt particeps tutelæ, ff. de admi. tut. l. 3. §. nec putet. & ita gl. in d. l. tutores. nec eſt opus, qđ aliqui vocentur ad iſtam confec. inuentarij. ſicut requiritur in confec. hæredis. d. l. tutores, per Doc. in glo. in ver. inſtrumentorum.

6 † Quartò quæro, quando debent facere inuentarium. Dic, quod eo ipſo, quod eſt factus tutor, vel curator debet facere, ideſt, quam citius poteſt fieri. de hoc C. de admini tuto. d. l. tutores. vbi plenè de iſta facit, quod habetur in l. tutor qui. in prin. ff. de admi. tu. & ibi per Bar. ver. quæro, quando debet fieri. Non autem tutor de bonis pupilli ĩ agere, vel adminiſtrare debet, niſi prius facto inuẽtario, alioquin poteſt vt ſuſpectus remoueri, & efficitur infamis. l. veteris. § illo. & ibi glo. C. arbi. tu. Et no. quod dicit, niſi facto inuentario, quod verbum rem perfectã ſignificat. l. 1. in fi. ff. quod quiſque iur. nec ſufficeret eſſe cęptum. hoc tenet Specu. in tit. de tu. §. generaliter. ver facit autem. & verſi. ſequ. & ita dicit Bar. in d. l. tutor qui. verſi. venio ad quartam. & dicit, quod intelligit, cum ab ipſo tutore eſt habitum pro perfecto. l. contractus. C. de fide inſtr. niſi confectio inuentarij ſit remiſſa, vel non ſit de cõſuetudine regionis, quod non fiat inuentarium: quia non delinquit ſequendo conſuetudinem ff. de admi. tuto. l. ſi ſine hærede. §. Lucius, & l. tutor qui. & ff. de pign. act. l. fi. Et quod dicit, non poteſt tangere, intellige, niſi fiat gratia conficiendi inuentarij: quia bene poterit illa de cauſa. ff. de du. re. l. duos. §. fi. ff. de teſta. l. hæredes palam. §. fi. & facit. ff de iure deli. l. Ariſ. & l. aut prætor Et hoc niſi ſint talia, quæ differri non poſſint: quia illa poteſt explere, arg. C. de tu. & cu. da. ab his. qui ſatiſ. non de. l. fi. puta, vinum & oleum effunderetur. l. tutor qui. in princi. ff. de admi. tu. vel circa perſonam pupilli aliquid exigeretur.

7 †Secundò requiritur in tutore, quod fiat in præſentia publicarum perſonarum, ideſt, tabulariorum, vt exponit gl. 3. in d. l. tutores. licet autem dicat in plurali, tabulariorum, tamen ſufficit vnus notarius, & ita ſeruat practica & ibi tenet gl. & Bar. in d. l. tutor qui. in 1. col. verſ. quæro qualiter.

Item tertio requiritur, quod ſolenniter fiat, ponendo omnia bona & inſtrumenta, & ſic mobilia & immobilia, & nomina debitorum: alias poſſet tutori opponi, quod incautè feciſſet, & ſic haberetur pro infecto. l. 2. C. de autho. tuto. l. 1. de his quæ in teſta. delen. & extra de iure patro. c. quod autem. Poteſt autem facere vna vice, vel pluribus, vel etiam plurimis vicibus, ſm quod inuenit res. l. fi. §. tali. C. de curat. furio aliàs poſſet opponi ipſi inuentario, quod non continet omnes res pupilli. l. fi. C. ad ſil. vel quod non continet res ſibi venientes. C. de cu. fu. l. fi. vltra medium. Item quod non continet tenorem inſtrumentorum pupillarium. ff. de admi. tu. l. chirographis. & l. de creationibus. C. de epiſ. aud.

Quid autem ſi completo inuentario, res aliquæ dentur pupillo, vel ex ſucceſſione, vel inter viuos: an debeat nouum facere inuentarium? Odof. tenet quod ſic, argum. l. fin §. tali. C. de cur. fur. Vbertus de Bobin tenet contrarium: quia ſufficit illud ſemel feciſſe. ff de contrahen. emp. l. in modicis. & ſufficit hoc ponere in rationibus ſuis, quas facit de expen. & recep. & ita intelligitur d. §. tali. ſicut dicimus in fratribus de nouo receptis. ſed in hoc dicit Specu. in tit. de inſtrumen. edi §. fina. verſi eu. ſed nunquid inuentario confecto quod non eſt neceſſe fieri inuentarium, ſed debet fieri inſtrumentum publicum vt d. §. tali. in fructibus autem eſt verum, quod ſufficit ponere in rationibus.

8 † Sed quæro: pone, quod tutor, extra ius, vel extra inuentarium confitetur eſſe in bonis pupilli plus, quàm ſit, an ſibi præiudicet? Dic quod non: ſecus, ſi in inuentario confitetur. l. veter. C. arbit. tut. Et hoc, quantum ad præiudicium tuto. vel curato. non autem quantum ad præiudicium pupilli, fides eſt habenda contra ſe. l. de ætate. § primo, de interrog. act. ita tenet Specu. in titu. de inſtrum. edi. §. fi. verſi. & no. in 1. colum.

Nunquid autem tale inuentarium faciet fidem contra tertium? Videtur quod ſic. ff. de adminiſtra. tuto. l. chirographis, ſed illud procedit, quando totus tenor inſtrumenti ponitur

in in-

in inuentario: tunc enim ſtatur inuentario, & probat contra tertium.

Quintò quæro, pone, q tutor velit probare contra inuentarium, an audietur? Et videtur q ſic l. cum precibus. §. ſi quis C. de proba. Sed dico, q fauore minoris & propter authoritatem inuentarij non audiatur, niſi velit oſtendere errorem. d. l. antiquæ. § porro. ff. ad Velleian.

9 † Sextò quæro, quid ſi poſuit multa inſtrumenta debitorū in inuentario, quæ tamen nullius ſunt valoris; quia poſtea cōſtat de ſolu. an imputetur tutori? Videtur q ſic, per d. l. veteris. Cautela ergo eſt, quod tutor dicat, pono inſtrumēta talia &c. & neſcio an ſint inania, nec ne.

Septimò quæro, quid ſi in confectione inuentarij aliquas res ſuppreſſit? dic, q tenetur ad eas duplicatas. C. de iure delibe. l. fi. §. illo. maxime ſi hoc ſcienter fecit: ſed nunquid puniatur in alio, qui non facit inuentarium? dic q ſic, quia remouetur ut ſuſpectus ab officio, & poterit extraordinaria pœna puniri. l. 1. §. ſolet. ff. de offi. præfect. vrb. & ita tenet Bal. & Bar. in l. in eos ff. de tute. & eſt caſus in l. 3. § Scæuola. alleg. in d. l. in eos. Item poteſt in vinculis poni & carcerari, ſi ſtat in pertinacia ſua non faciendi, per gl. in d. l. veteris. §. illo proculdubio ſi fuerit dignitate conſtitutus. ita tenet Bar. in l. tutor qui repertorium. ff. de ſuſpect. tut.

10 † Octauò ad practicam quæro. Tutor non poſuit omnes res in inuentario, an repellatur ab agendo? videtur q ſic, per l. cū furioſi. § penul. C. de cur. fu. quia non dicitur inuentarium factum, & ita expreſſe determinat Specu. in tit. de inſtru. edi. §. fin. ver. ſed ſi omnia. niſi illud, quod omiſit, eſſet quid leue, & quaſi pro nihilo. l. res bona fide. ff. de contrahen. emp. l. 1. C ſi contra ius uel vtilit. publi. & l. 1. ff. de uent. in ſpi. Bar. contra, q immo non repellatur, niſi prius remoueatur vt ſuſpectus.

Nonò quæro, qua actione tenetur tutor? dic, q aut geſſit, & tenetur directa: aut nō geſſit, & tenetur vtili, ut ff. rem pup. ſal. fore. l. non quaſi. §. 1. & 2. Sed an eo ipſo q fecit inuentariū videatur ad hoc geſſiſſe? Videtur q non. l. fi. §. illo. C. de iure delib. In contrarium facit ff. de admi. tu. l. tres tut. in medio.

11 † Decimò quæro, quomodo formetur inuentarium per tutorem? de hoc dicit Spec. in tit. de inſtru. edi. §. fin. uerſi. huius autem inuentarij forma. Poteſt ergo formari practica iſtius inuentarij tribus modis. Vno modo, loquendo in tertia perſona, hoc modo. In Chriſti nomine, amen. Talis tutor conſtitutus & decreto iudicis confirmatus Seio pupillo filio & hæredi quondam talis, vt patet in inſtrum. ſuper decreto eiuſdem tutelæ ſcripto manu talis notarij, ſciens ſe teneri ad confectionem inuentarij ſecundum iuris ordinem, præſens inuentariū mox poſtquam conſtitutus & confirmatus fuit tutor, de rebus creditis & debitis, atque nominibus debitorum, & hæreditariorum quondam D. talis & ipſius pupilli, inceptum ſub anno Domini 1523. indict. tali, die tali. In hunc modum præmiſſo venerabili ſigno crucis, fecit & in primis dixit in hæreditate prædicta inueniſſe duas capſas, duas uegetes, tot ſtaria bladorum & ſic de ſingulis ponendo primo mobiles, deinde immobiles cum confinibus; tertio, credita & debita, licet ſecundum Bar. non ſit neceſſe poni, quæ ipſe pupillus alijs debet, ut infra dicam, communis tamen practica & ſententia ponit, & vos ponatis. & proteſtatus fuit ipſe tutor, q quæcunque de cætero de dictis bonis ad eius notitiam peruenerint, omnia illa manifeſtabit, & huic inuentario per meam manum factum feci ſubſcribi. Poteſt ſecundo modo cōfici, vt ipſe tutor in prima perſona loquatur hoc modo. Cum ob doli culpam euitandam, omniſque fraudis ſuſpicionem tollendam, & ne bona pupillorum lapſu temporis depereant, tutores de bonis eorum inuentarium conficere teneantur, ideo in Dei nomine amen, Ego Franciſcus de Porcellinis, vtriuſque iuris doctor, & miles & comes, tutor &c. vt ſupra, & poſtea dici debet Rogo te talem notarium, vt pro me ignaro literarum, te ſubſcribas, & ſignum tuum apponas, actum anno &c. Et dictæ formæ probantur in l. fi. §. ſin autem dubius. C. de iure delibe. & C de bo. proſcrip. l. ſi quis inter & l. tutores. C. de admi. tu.

Poteſt & tertio modo ſic confici, præſentibus tali iudice, talibus legatarijs, & me tali notario, ac teſtibus infraſcriptis, quoniam imponitur neceſſitas tutoribus & curatoribus, de re-
12 bus minoris publice inuentarium conficere, † ideo ego Franciſcus tutor talis pupilli, inuentarium ſcribo, & præmiſſo a me venerabili ſigno, quæ de bonis pupilli inueni, in eo pono inueni ibi tale inſtrumentum & tale, item equos &c. Et ego idem tutor prædictus prædicta omnia ſcribi præcepi, ego talis iudex præſens fui, & meam authoritatem interpoſui. Nos Pet. & Ioan teſtes rogati interfuimus. Ego Betinus notarius ea ſcripſi & publicaui & ad maiorem cautelam adhibeatur alius notarius qui ſe ſubſcribat. Ego Petr. not. huic inuentario & prædictorum bonorum deſcriptioni dicti tutoris interfui, & me ſubſcripſi. Bar. in d. l. tutor qui. ver. qualiter debent iſtæ res reprobat poſitionem Specu. dum tutor aſſerit inueniſſe res in bonis pupilli, quod non debet facere, per no. per glo. d. l. tutor & l. tutores. Sed ſaluando dictum Spec. dicatur, quod non in omnibus poſitionibus Spec. dicit inueniſſe, non autem loquitur aſſertiue, & eadem forma, mutatis tamen nominibus, facere debet inuentarium curator adulti de omnibus ſuis rebus, idem in inuentario muti, vel ſurdi, vel ſimiliū perſonarum. & datus uentri & datus bonis abſentis uel indefenſi. qualiter autem fiat inuentarium per curatorem datum bonis, vide in Spec. in tit. de primo & ſecundo decreto § nūc dicimus. verſic ſed ſi nullus.

13 † Circa iſtos tutores quæro, an indiſtincte debeant ſemper facere inuentarium. dic q ſic, niſi in duobus caſib. quando ſ. cauſa neceſſaria eos excuſaret, uel cauſa iuſtiſſima, ut l. tutor qui. de adm. tu. Eſt autem cauſa neceſſaria in perſona tutoris, quæ morbo impeditur, vel de morbo dubitans l. quæſitum. de re iud. Poteſt etiam eſſe ex parte rei, quia non reperitur adhibita diligens inquiſitio. facit ff. de acquir. poſſ. l. 3. § Neratius. ff. de acq. her. l. cum hæres, & ita tenet Bar in d. l. tut uer. quæro quæ ſit illa cauſa neceſſaria. Cauſa autē iuſtiſſima eſt, ſi teſtator remiſit confectionem inuentarij. l. fi. in fin. C. arbit. tut. Itē ſi conſuetudo eſſet, vt tutores non facerent inuentarium, arg. l. de quibus. ff. de legi. & C. quæ ſit lon. conſuetud. per to. Item ſi iudex remittat ex cauſa inuentarium, quod poteſt facere, ſecundum Bartol. ex cauſa, ſicut eſt, quandocunque non expedit pupillo habere tutorem, vel quantitatem ſui patrimonij manifeſtari. ff. ad Tertullian. l. 2. §. tractari libere poteſt, & C. de ali. pupil. præſtand. l. vltima. & C. quando & quib. quar. pars. l. lib.

14 † Quæro pro expeditione iſtius articuli, an confectio inuentarij poſſit per teſtatorem remitti. Et videtur quod non, per l. nemo poteſt. de leg. 1. Et propter illam legem dicit Dyn. quod iſta quæſt. fuit diſputata, & diſputans tenuit iſtam partem, quòd non poſſit, ſed fuit illa determinatio l. fi C. ar. tut. & glo. tenet, quod immo poſſit. in l. tutores. in uerſi. publicarum. in fi. C. de admi. tut. & ibi Ang. & hoc vltra tex. expreſſius in l. fina. §. illo proculdubio. uer. ſi teſtator, qui uerſi non eſt alibi in iure C. arbit. tu. Hoc tenet Specu. in titu. de tutore. §. fin. verſic hoc autem notandum eſt. & tenet Bald. in d. l. nemo poteſt. & Bar. in d. l. in confirmando. ff de confir. tu. Et hoc procedit, inquantum iudici apparet, quia licet teſtator remiſerit, ſi tamen iudici videtur, q debeat fieri inuentariū, compellet tutorem ad ipſum faciendum, hoc tenet Marti. Siili. arg. d. l. in confirmando. & l. vtilem. de confir. tut. & docto. referunt & ſequuntur in l. fi. & Bar. in d. l. in confirmando. & d. l. tutor qui. Et pro hac opinione poteſt aſſignari ratio, quia propter vtilitatem pupilli poteſt recedi a voluntate defuncti, vt in ſimili habetur in in l. 1. ff. ubi pu. edu. de. in hoc tamen aſtic. poſſet ſic diſtingui, aut loquimur de diſpoſitionibus reſpicientibus fauorem, & iſtas poteſt remittere. l. 2. C. ut in poſſ. lega. aut fauorem hæredis, quæ ſublatæ pariunt materiam delinquendi, & has non poteſt remittere, eod. tit. l. pe. quædam ſunt ſolennitates iur. & iſtas etiam non poteſt remittere. d. l. nemo poteſt. de lega. 1.

Si autem quæritur, an tolli poſſit ſtatuto vel conſuetudine. dic q ſic, in quantum eſt inuenta a iure ciuili, non autem illa, quæ eſt inuenta de iure gentium, vt in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum.

Sed nunquid iſtud, q teſtator poſſit prohibere, habeat locum in omni tutela. Quidam dicunt quod ſolum in teſtamētario. tu autem dicas, idem in quolibet tutore, quia hoc non eſt introductum fauore tutoris, ſed pupilli. de quo per Bal. in d. l. fina. C. arb. tu. & l. nemo poteſt. de leg. 1.

Sed ad practicam poſſet dubitari, pone, quod tutor tenetur facere inuentarium, nedum de iure, ſed etiam ex forma ſtatutorum, an ille uerſi niſi teſtator &c. d. l. fina. C. ar. tu. tunc habeat locum, ſcilicet, q poſſet prohibere. dic quod ſic, ſi teſtator loquitur per modum prohibitionis, puta, quia dicit prohibeo, vel nolo tutorem inuentarium facere: ſecus, ſi per modum relaxationis in fauorem ſolius tuto. puta, ſi dicat, ſum contentus, non faciat inuentarium, ſi non vult. Et eſt ratio, ne detur tutori materia fraudandi ſecundum Mar. Sil. dicit tamē Dyn. quod idem eſt utrobique, non enim augetur effectui, licet ius commune ſit redactum in formam ſtatuti, ut in ca. 1. de conſti. in 6. nec ob. de dolo præſumendo, quia non præſumitur dolus propter fidem a teſtatore approbatam.

15 † Quæro etiam vlterius an illud, quod dicitur de prohibitione inuentarij, habeat locum in inuentario hæredis. dicatis quod non, ſecundum Iaſ. in d. l. fi. quia eſt introductum fauore creditorum & legatariorum. & idem tenet Bal. in d. l. fi. facit, quod no. C. vt in poſſ. leg. l. ſcire. & l. 2.

Sed nunquid ſi teſtator nedum remittit confectionem, ſed & redditionem rationis, & ille, cui eſt remiſſa ob culpam,

aliquid

aliquid commiſit, an teneatur. dic quod non. Si autem commiſit dolum, bene teneretur: quia videtur remiſſa ſola culpa.
16 l. ſi ſeruitus vendi. de le. primo. † Poſſet etiam dubitari, tutor agit, petitur copia inuentarij an teneatur exhibere. Videtur q ſic: aliàs illi aduerſario non eſt cautum, quod agat cum legitima perſona, quod eſſe debet, ſicut ſi ageret cum principa li. l. 2. §. recte defendi. qui ex cau. in poſſeſ. ea. In contrarium. quod non debeat edi, facit: quia facultates pupilli non debēt alijs manifeſtari. l. ſi de ali pu. p̄ſt. & l. 2. C. quando & quibus quarta pars. lib. 10 ſed dicatur, quod copia debet fieri per primam rationem: ſed non omnes res poſitæ in inuentario, ponentur in copia, ſed ſolum dabitur parti illud, quod ei ſufficit, vt poſſit probare, tutorem habere legitimam perſonam ſtandi in iudicio: fiet ergo copia hoc modo, vt practica ha-
17 beatur † Hæc eſt copia inuentarij confecti per talem tutorē, cuius tenor talis eſt, & ſcribitur vſq; ad res: & poſtea dicit, in primis enim, & ponet illas res, quæ pertinent ad partem aduerſam, & non debet ponere aliam partem, argu. l. argentarius. §. edi. ff. de eden. Et hoc, tenendo illam opin. quod inuentarium nō vitietur ex eo, quod aliquid ſit omiſſum, & poſtea ponet in fi copiæ, Lectum & publicatum &c.

Sed quid, ſi aduerſarius petit copiam totius inuentarij, quia intēdit tutorem accuſare de ſuſpecto, ex eo quod omnes res non poſuit, an audietur? Videtur quod ſic, ſicut quando petit edi cum die & conſule: quia vult redarguere de falſo circa diem & conſulem l. prima. §. editiones. & quod ibi not. ff. de eden. dicit tamen Bar. quod immo contrarium eſt verius. Nā ibi quis petit copiam vt accuſans proſequatur ſui iniuriam: quia contra eum eſt productum inſtrumen: Hic vero petit copiam totius: ut accuſet de ſuſpecto ad vtilitatem pupilli, non ſuam, & iſta reconuentio de crimine, quando quis ſuam iniuriam non proſequitur, non permittitur. l. negada. C. qui accu. non poſ. & l. is qui. reus. ff. de pub. iudic. Et maxime, quando ille conuentus ſit ſuſpectus, quod non faciat animo differendi litem l. quatuor. C de fal.

18 † Quæro vlterius, quando dicitur perfectum inuentarium tutoris. Dic, quando bona reperta in bonis pupilli ſint deſcripta, & per nos publicata Non obſt. quod tutor proteſtatur ſe hæc reperiſſe, & alia non eſſe, & ſi qua reperiet, quod poni faciet. quia quantum ad tutorem res eſt perfecta. facit l. contractus. C. de fid. inſtru non obſtante etiam, quod pluribus modis fieri poteſt. l. fi. § tali, C. de cura.

19 † Aliud genus inuentarij eſt orphanotrophorum, ideſt hoſpitaliorum, Iſti enim, vt dicit Specul in d. §. fi. ſunt quaſi tutores pupillorum, ſeu curatores adultorum, ideo & ipſi faciunt quaſi inuentarium de bonis illorum, ut C. de epiſcop. & cleric. l. orphanotrophos. & Auth. de eccl. tit. § fin. colla. 9. & ff. de interdict. & relega. l. ſi quis. & l. ſeq. prout ſeruatur in curatore bonis dando. ff de cur. bon dan l prima.

Sed quantum ad iſtos, quæro in practica, an præſtent ſatiſdationem, rem ra ha Dicatis, quod non, nec aliam. ſ. nec de iudicio ſiſti, nec ſub hypotheca rerum ſuarum, dicta l. orphanotrophos, quæ loquitur generaliter, niſi dubitetū, an ſint orphanotrophi, quia tunc præſtent caut. rem ra. ha. ff. rem ra. ha. l. tutor. & ff. de adminiſt. tuto l quod vulgo.

20 † Tertium eſt inuentarium prælatorum, qui tenentur facere inuentarium de rebus inuentis in eccleſia quam habent, vt 17. diſt. de Syracuſano. 12. quæſtio. prima manifeſta. Et fiet forma qua tutor, quia iſti æquiparantur tutoribus, & econtra. Authenti. de eccle. titu. §. fin & in tertia q. 2. quia. & not. quinta quæſt. tertia, quia epiſcopus.

S V M M A R I V M.

1 *Inuentarij confectio requirit octo neceſſaria, & quæ ſint per ordinem.*
2 *Inuentarium an poſſit incipi & perfici diuerſis temporibus.*
3 *Inuentarium per quos ſcribendum Et qui in illius confectione citandi, & quomodo*
4 *Citationis in inuentario requiſita practica 5. 7.*
Inuentarium hæredis valet, quo ad citatos non quo ad alios.
5 *Hæres an teneatur & debeat ſubſcribere manu propria inuentarium.*
6 *Subſcriptio inuentarij an & qualiter fieri poſſit per procuratorem.*
Signi † appoſitio in inuentario an requiſita. Et quid ſi omittatur. Et de ſolennitate illius.
7 *Teſtes in confectione inuentarij qui adhibendi, & an hæredem cognoſcere debeant. 8.*
9 *Inuentarium coram iudice an faciendum.*
Inuentarium eſt actus hæredis extraiudicialis.
10 *Solemnitatem aliam non debemus quærere, quam lex non poſuit.*
Notarius idem ſemper adhibendus in inuentario.
11 *Forma verborum, quæ ſeruari debet in confectione & exterſione inuentarij.*
12 *Hæres volens detrahere aliquid per errorem de inuentario, qualiter ſe gerere habeat. Et quid ſi addere velit.*
13 *Executor vltimarum voluntatum, an teneatur ad inuentarium faciendum.*
14 *Pater bonorum filij uſufructuarius, an teneatur ad confectionem inuentarij.*
15 *Actor an teneatur de inuentario faciendo. Et quid de tutore in locum abſentis dato. Item coadiutore.*
16 *Tutor datus ad adeundam hæreditatem, an teneatur facere inuentarium.*
Et quid de curatore ad lites, aut ad omnia creditis. 17.
18 *Subſtitutus an teneatur facere inuentarium, ubi pupillus inſtitutus fecit.*
Et ſi fecit an retineat Falcidiam.
Et quæ bona debeat ponere in inuentario. 19 20.
21 *Inuentarium per ſubſtitutum, conditione pendente factum, an valeat.*
Inuentarium a tutore factum, an proſit pupillo ut uideatur hæreditatem adire cum beneficio inuentarij.
22 *Beneficium inuentarij an tranſeat in fideicommiſſarium, non facta ceſſione ab hærede fideicommiſſario.*
23 *Hæres rogatus de reſtituendo, qui ſponte adiuit, an teneatur facere inuentarium.*
24 *Fideicommiſſarius uniuerſalis, hærede inuentarium non faciente, an poſſit illud facere: & ſi non faciat, teneatur creditoribus.*
25 *Inuentarium ad quid inductum.*
26 *Fiſcus an teneatur de inuentarij confectione. Et quid de ſucceſſore iure fiſci.*
27 *Inuentarium an teneantur facere perſonæ poſitæ ad cuſtodiam rei eccleſiæ. Et quid de monaſterio in bonis ingreſſi.*

De inuentario hæredis. Cap. 2.

1 Quartum eſt inuentarium † hæredis, hæres enim debet facere inuentarium, ſi vult habere commoditates, de quibus infra. ſiue ſit hæres ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, ſiue in totum, ſiue in partem. C. de iu deli. l. fi. § 1. ibi, ſiue ex parte, ſiue ex aſſe.

Et deducendo ad practicam inuentarium hæredis, dico q octo requiruntur regulariter, licet aliqui addant nonum. Primū ergo requiſitum eſt, quod inuentarium inchoetur infra 30. dies, ex quo ſciuit ſibi delatam, vel aditam hæreditatem, ſecundum diuerſas opinion. ſupra relatas.

Secundū eſt, quod compleatur infra 60 dies, ſi bona ſunt præſentia, uel infra annum, vt ſupra dixi (Additio. Vide Spec. in titu de inſtru. edi. §. fi. col. 8. Et quando illi 30. dies currere incipiant, vide Iaſ in l ſcimus, col fi. de iure delib. Et licet hæres non inchoauerit infra 30. dies, dummodo inchoet & perficiat infra 60. ſufficit ſecundum Barto & Iaſ. in l. fi. C. de iure deliber. Et an iudex ea cauſa poſſit hoc tempus prorogare, uel abbreuiare, vide eundem Iaſ. in d. l col 2 de iure delibe. C. vbi videbis totā huius c. materiam ad longum & totius fere tra-
2 ctatus.) Sed † quid ſi infra tempus a l ſtatutum, citatis legatarijs & creditoribus, per notar. deſcribi fecit hæres certas res, & in illa ſcriptura ſunt appoſita iſta uerba. Incepiū fuit hoc inuentarium per dictum heredem, ut ſupra, nec ſunt appoſita iſta verba Conſumatum &c. illa tamen ſcriptura eſt redacta in formam publicā, an amplius gaudeat beneficio dilationis? Videtur quod non, quia eſt finita cauſa dilationis. ff ad Treb. l. a filia. § alumnus. & dicit Ang. quod tempore ſuo fuit iudicatum Bon. Sed aduertendum, quod illa ſententia fuit male facta, quia, ut dixi, inuentarium poteſt fieri diuerſis temporibus, vnde cum hæres non habuerit illud pro perfecto & oblato, ſed ſolum pro incohato, vt patet ex verbis inuentarij declarantis mentem eius. l. ſi ſeruus plurium. § fin. de leg. 1. & l. Labeo §. iubeo. de ſupel. leg. non eſt dicendum, inuentariū eſſe conſumatum l. contractus C. de fi inſtru.

Tertio requiritur, quod conficiat manu publici notarij l fi. §. ſin autem. ibi, ſub præſentia tabulariorum, & ſic non ſufficit ſcriptura priuata, etiam ſi poſſet probari per teſtes.

3 † Ex quibus infertur, ſi hæres inuenit ſcripturam manu defuncti, in qua fecit inuentarium de bonis omnibus, & rebus ſuis, quod hoc non ſufficit hæredi etiam ſecundum Bal. ſi dicat illa ſcriptura, hoc feci ad vtilitatem & notitiam hæredis mei, & hoc tenet Bal. in d. §. ſin autem dubius, ſecundum Nicol. de Mat. dicens, q inuentarium debet originem aſſumere in perſona hæredis, non defuncti.

Quarto requiritur, q ſint præſentes creditores & legatarij, & illi quorum intereſt, vel ſaltem fiat citatio, & ſi certi ſunt & cogniti, nominatim citandi ſunt, ſi ſunt præſentes. Si autem eſſent abſentes, poſſent citari per curatorem, ibi, aut quoſdā pro eis, coniuncta gl. Nullo autem curatore exiſtente, ſufficit citare conſanguineos & affines, qui pro eis velint intereſſe. Si autem ſunt incerti, ſufficit generale proclama. l. hoc autē. §. 1. quibus ex cau. in poſſ. ea.

4 † Poteſt etiam alio modo facilius fieri citatio per edictum in albo pontificum, & practica iſtius edicti eſt quia hodie ponuntur ſchedulæ de papyro ſuper portas palatij: & iſta via eſt

ſatis

ſatis tuta, qa omnibus innoteſcit, & hoc, ſtante ſtylo iſto in
regione. Si autem alius eſſet ſtylus, illum ſerua. Et quod dictũ
eſt, ꝙ creditores ſunt citandi, intelliguntur, ſi ſunt præſentes: ſi
autem ſunt abſentes, non ſunt citandi, quia § hinc nobis, & §.
ſcimus, loquuntur de præſentibus tantum. Et ſatis eſt, quod
fuerunt citati ad domum. d. §. ſcimus. in gloſ. in uerbo, menſes.
Et ſufficit, quod loco eorum ſint tres teſtes, vt infra dicã,
vnde ſi aliqui fuerunt citati, aliqui non, proderit hæredi con
tra citatos, contra non citatos, non, ſecundum Bar. ſub dubio
forte in authenti. ſed cum teſtator C. ad l. falcid. de quo per
Bal. in auth. ſi omnes. C. ſi vt ſe ab hæred. abſti. Ang. tenet cõtra
Bar. quia in d. §. ſcimus. dicit, vocandos omnes legatarios
& fideicom. Si autem creditores & legatarij nõ ſint præſentes,
tamen ad ſupplendam illam præſentiam, vltra illos tres teſtes
requiſitos requiruntur alij tres, de quibus in d. auth. ſed
cum teſtator.

5 † Debet autem deducendo ad practicam continere citatio
vel proclamã, vt illo die & loco debeat intereſſe ad videndũ
tale confici inuentarium hæredita. quondam talis, & contra
eum, quia alias, eorum abſentia non obſtante, procederetur
ad inuentarij confectionẽ. Et hæc forma probatur in d. auth.
ſi omnes. & l. ſi eo tempore. C. de remiſ. pig. coniuncto rubro
& nigro. C. commina. vel epiſto. Fit enim talis comminatio
inſtum cuiuſdam peremptorij, vt no. in l. ceſſat. C. quomodo
& quando iudex.

Quinto requiritur ſubſcriptio hæredis, vel ſi neſcit ſcribere
adhibeatur ſecundus notar. qui ſe ſubſcribat pro eo: continebit
autem illa ſubſcriptio, ꝙ omnes iſtas res inuenit in hæreditate,
& dolum non fecit, nec faciet, quum omnes res ſint in
hæreditate, vt dicto. §. ſi autem. & tenet Spec. in dicto. §. fin.
verſicu. item exigitur, quod hæres. in vlti. colum.

Sed quæro in practica, quid ſi non fecit ſcribi per ſecũdum
notar. ſed per ſuum procur? Bal. videtur tenere, ꝙ ſufficit, qa
inuentarium poteſt facere per procura. & vt in ſi. dicti. §. ſi autem
dubius. ergo poteſt per procurat. ſubſcribere.

6 † Sed poſſet dici contra Bal quod ita loquitur, quando res
non ſunt præſentes, ſed abſentes, & ſic quando procurat. conficit
inuentarium, quia tunc poteſt ſe ſubſcribere, quando autem
procur. non facit, ſed quis per ſeipſum facit, videtur, ꝙ tabellio
debeat ſe ſubſcribere, ſi ille ſcribere neſcit.

Sexto requiritur appoſitio ſigni, quæ debet in principio fieri.
Sed quid ſi eius appoſitio fuerit omiſſa, an vitietur inuentarium?
videtur ꝙ non, quia eſt leuis ſolennitas, quia eius omiſſio
non tendit in præiudicium, de quo in l. prima, circa ſi. ff. de
ven. inſpi. & ita tenet Bar. & Pau. in d. §. ſi autẽ dubius & Spe.
in d. §. ſi. per illam l. 1. Et ita tenet communis opin. ſed tamen
videtur, ꝙ illa l. dicat cõtrarium eius quod tenet illa communis
opin. quia dicit, quando omittitur leuis ſolennitas parcitũ
ruſticitati, vel niſi ſit conſuetudo regionis. Si ergo nõ eſt ruſticitas,
ſed ſint aliæ perſonæ, vel non ſit conſuetudo, non valeret.

7 † Ideo in dubio cõſulo quod apponatur, poſtquam lex
illam ſolennitatem exigit. l. vt nihil ex ſolennibus. ff. de regul.
iur. l. diuus. ff. de teſti. tit. generali.

Septimo requiritur, ꝙ adſint tres teſtes ſecundum gloſſ. Ad

8 † roborandum autem inuentarium factum, requirũtur duo.

Octauo requiritur, ꝙ teſtes cognoſcant hæredem, in quo d.
gl. diſtinguit in d. §. ſi autem dubius. in uerſ. cognoſcant. aut
probatio fit per inſtrumentum, & non requiritur, quod cognoſcant,
aut fit per teſtes & tunc requiritur, ꝙ cognoſcant.
Sed in hoc videtur poſſe dici, licet Bar. & Bal. ſtent cum diſt.
gl. quod non ſit vera, & ꝙ immo etiam quando fit in ſcriptis
teſtes debeant cognoſcere, per tex. in auth. de fi. inſtru. §. ſi
quis igitur vult caute deponere. & licet loquatur in priuata,
tamen idem in publica, per §. ſed ſi inſtrumenta. in auth. de fide
inſtru. alioquin de facili fraus cõmitteretur, quando vnus
ex familiaribus aſſumptis veſtibus domini facere poſſet vnã
confeſſionem certæ quantitatis, quia teſtes non cognoſcerẽt
de quo cogites. Et iſtam fraudem vidi adhiberi, quia cũ vnus
magnus ciuis eſſet debitor vnius Hebræi in magna quantitate,
fecit vnum ſibi familiarem veſtiri veſtibus vnius Hebræi,
& vocatis teſtibus incognitis, fecit illum ſic veſtitum confiteri
receptiſſe dictam quantitatem a dicto ciue. Ange. tamen dicit
in d. §. ſi autem dubius, ꝙ licet quando fit probatio per
inſtrumentum, teſtes non debeant realiter agnoſcere, fallit ſecundum
eum in inuentarii cõfectione. d. §. ſi autem dubius.
& in contractu literarum confecto ab impedito, vt in d. auth.
de fide inſtru. §. oportet, ſecundum Cyn. & Iaco. Butr. de quo
artic. in l. ſi non ſpeciali. C. de teſta. & in Specu. de teſt. §. 1. in
addi. quæ incip. ꝙ voluerit actor. & in tit. de cu. exhib. in magna
gl. addit poſt medium.

9 † Martinus de Fano addit nonum
requiſitum in inuentario, ſ. ꝙ fiat coram iudice per l. de crea
tionibus. C. de epiſ. aud. ſed ibi loquitur in inuentario tutoris
vel curator. Et aliqui dicunt, quod ideo requiritur ut ceſſet
omnis ſuſpicio. & adducunt tex in l. nulli. §. cum autem. C. de
epiſ. & cle. Si enim epiſcopus qui tenet locum hæredis, tenetur
facere inuentarium coram iudice, ergo & hæres, qui non
eſt in tanta dignitate. Et dicit Ang. quod ita communiter ſeruatur.
Aliqui dicunt, non requiri iudicis præſentiam, quia nõ
conficitur uno die, vel vno inſtanti, ſed poteſt durare per tres
menſes, vnde laborioſum eſſet ſemper iudicem adire. ad qđ
etiam facit, quia inuentarium eſt actus hæredis extraiudicialis.
& hoc patet ex illa l. fin. C. de iu. delibe. & ex corpore auth.
10 de hære. & fal. † vbi non fit mentio de præſentia iudicis, ſed
ſolum teſtium, tabellionũ, creditorum & legatariorum, nec
debemus aliam ſolennitatem quærere, quam lex non poſuit,
ſed ſententiam Mar. videtur tenere gl. in l. tutores. C. de adm.
tuto. & in l. tutor qui. ff. de admi. tut. Sed in hoc eſt diſtinguẽdum,
aut quæritur quantum ad tutorem obligan. & ſufficit
fieri extra iudicium; aut quæritur, an faciat fidem contra debitores
deſcriptos in inuentario. & quantum ad eos, debet fieri
coram iudice. d. l. chirographis. & ita tenet Bar. in d. l. tutor
qui, verſic. quæro, vtrum debeat fieri. debet tamẽ idem No.
ſemper adhiberi, & in fine teſtis erit. ergo forma, quod fiat ci
11 tatio, vt dixi, & facta relatione citationis, hæres coram† dicto
iudice & loco & tempore, debet adire tabulariũ, & cogere,
vt inuentarium conficiat, præſentibus tribus teſtibus, adhibitis
ad inſtrumenti ſubſtantiam, aſſerentibus ſe cognouiſſe defunctum,
& cognoſcere hæredem, & loco creditorum abſentium
tribus alijs teſtibus eiuſdem ciuitatis, bonæ opinionis,
ſubſtantiam poſſidentib. iurantib. ſe vidiſſe omnia in inuentario
deſcripta, & ſe nullius malignitatis conſcios fore, & ipſis
ſic præſentibus hæres ſua manu ante omnia debet facere ſignum
crucis, & ipſo ſigno præmiſſo, ipſe tabularius adhibitus
in præſentia prædictorum ſcribat de hæredis mãdato omnes
res hæreditarias mobiles & immobiles, deinde hæres ſe ſubſcribat.
Si autem ſcribere neſciat, adhibeat tabularium alium
qui ſubſcriptionem faciat, poſtea dicat, Actum & perfectum
fuit per talem hæredem, præſentibus talibus &c.

12 † Si autem perfecto dicto inuentario, aliquid ad hæredis notitiam
perueniat, plus fore in hæreditate, quam ſcriptum ſit:
tunc manu eiuſdem notarij vel alterius, & duobus teſtibus tãtum,
nullo vocato, addere poterit, quoniam talis actus nullũ
commodum creditoribus, aut legatarijs poteſt auferre. Non
obſt. § ſcimus. & §. ſi autem dubius, quia loquuntur cum
conficitur inuentarium, non autem cum aliquid additur eo
conſumato.

Sed quid, ſi hæres vult aliquid detrahere, quaſi per errorem
poſitum? dic quod hæc non poſſet, niſi vocatis his, quorum
intereſt.

13 † Sed circa iſtum articulum perſonarum quæro, an executor
vltimæ voluntatis teneatur facere inuentarium de bonis,
quæ habet diſtribuere? videtur quod ſic, ſicut hoſpitalarii, &
ſicut epiſcopus, qui eſt legitimus teſtãrum executor. l. nulli.
§. 2. C. de epiſcopis & cler. & l. ſi quis pro redemptione C. de
dona. & C. de bo. proſcri. l. ſi quis. 12. q. 1. charitatem. Et hoc
tenent quidam, ſi eſt datus executor vniuerſitatis bonorum
ſicut in tutore & curatore dicitur. l. tutores. C. de adm. tu. ſecus
autẽ, ſi ſit datus ad certam rem, argu. C. de in lit. dan. tu. l.
ad prorogationem. ſicut contingit in curato. bonis dato ad
certam rem, vel ſpeciem ff. de bo. author. iudi. poſſi. l. fin. ff. de
uen. in poſſ. mit. l. 1. §. item ſi periculum. & authen. vt cum de
appel. cog. §. ſi vnum. col. 8 & quod non teneatur, Ioan. And.
in addi. Specu. in tit. de inſtru. edit. §. nunc aliqua. uerſic. adde.
arg. tamen eſt contra C. de in lit. dando tu. l. fin. & ff. rem pup.
ſal. fore. & l. ſi ad ſpecies. & d. l. nulli. t. reſpon. ibi, ſiue teſtamento
hæres.

14 † Quæro vlterius, quid de patre, an debeat facere inuentarium
de bonis filij aduentitijs, in quibus ipſe vſumfructum
habet, ut C. de bo. quæ libe. l. cum oportet. & videtur quod
ſic, ſicut cura. datus bonis, uel ventri, ut ff. de bo. author. iudi.
poſſ. l. fin. & de uen. in poſ. mit. l. 1. circa fin. In contrarium facit,
quia eius adminiſtratio eſt impunita, unde fruſtra fieret. ſed
dicatis, quod immo facit inuentarium, & quod dicitur, eſſe
impunitam, eſt verum quantum ad adminiſtrationem, non
quantum ad alienationem vel obligationem. C. de bon. quæ
lib. l. cum non ſolum. §. ſed patri. verſi. non autem licentia. nã
ut dixi, orphanotrophus facit, licet non teneatur reddere rationem,
& fortius tenetur pater facere, ubi non habet vſumfructum,
& ita videtur tenere Spec. in ti. de inſtr. edi. §. ſi. uerſ.
quod de patre.

15 † Quæro deinde, quid in actore, an faciat inuentarium? dic
ꝙ non, quia non gerit nomine ſuo, ſed tutoris & eius periculo
conſtituitur. l. decreto. in princ. ff. de admi. tut. & ff. de tut. l.
ſolent. Ideo non eſt neceſſe quod conficiat, & ſufficit a tutore
eſſe confectum: tutor enim per eum gerit. ff. de admi. tut. l.
ita autem §. geſſiſſe.

Sed

Sed dubitari poſſet, quotidie videmus dari tutores in locū abſentis,vel coadiutores.an iſti faciant? Videtur ꝙ ſic: & idē in omni alio, qui gerit periculo alterius, & habet authoritatē, ut videtur ſentire tex. in d. l. tutor qui repertorium, propter generalitatem illius legis,atq; id ibi tenet Bar. uer. quid in actore. vbi dicit,ꝙ tutor honorarius, vel datus cauſa notitiæ debet facere inuentarium,& ita tenet gl.quia poteſt ei ſolui,& quia habet communionem in tutela.

16 † Inſuper quæritur: tutor datur ad adeundam hæreditatem vel ſimilem,an debeat facere inuentarium? Iac. de Are. dicit, ꝙ non.ff.de tu.& cu.da ab his,l.impuberem.& l.fin.de tut.& cu.qui ſat.non de.l.vlti.& idem approbat Bar.in d.l.tutor qui repertorium.uerſic. quæro, vtrum tutor. Et ad hoc poteſtis adducere bonam rationem:quia inuentarium debet fieri de corporibus,quæ inueniuntur in bonis pupilli: ſed ante hæredi.aditam nullum tale reperitur ibi &c. dicit tamen Bart. ibi, quod tutius eſt, quod fiat, & in eo ponatur ius adeundi hæredit.illam,& ita videntur ſentire Dy. & Cyn.in l.tutor. C.de adminiſt.tut.

17 † Quæritur etiam, aliquis eſt curator datus ad lites, an debeat facere inuentarium? Tenet Bar.in d.l.tutor qui repertorium.verſi.quæro,an curator.& hoc tenet Spec.in ti.de acto.vni.verſ.plures autem.ibi,& cura.ad lites: licet aliqui teneant contra,per l.ſi ad ſpeciem ff rem pup.ſal.fore.

Quid autem dicemus in curatore dato ad omnia credita exigenda? Dic.quod iſte forte faciet inuentarium: Ita per verbū forte,loquitur Spec.in titu.de actore vniuer. ver. ſed quid de dato.Hinc ſumpta occaſione dubitatur, quid de dato ad prædia ſola.dic,quod tenetur facere per Spec.in d.uerſi. quid de dato,per l.tutores.C.de admi.tuto.

18 † Alia etiam ſupereſt dubitatio.pupillus adiuit hæredit.& fecit inuentarium,& ſubſtitutio ei facta habuit locum, an ſubſtitutus debeat aliud inuentarium facere, an uero ſufficiat ꝑ pupillum? Dic,quod tenetur aliud facere, alias tenetur ad ſolida legata. Ratio eſt:quia fit inuentarium, ut hæres non ſubtrahat bona, de quibus debet ſoluere legatarijs, & in corpore,de hęre.& falc.§.ſcimus.ſi pupillus facit inuentarium,tenetur ſoluere de bonis patris,& non de ſuis:quia ſua non poſuit in inuentario:ſed ſubſtitutus non fecit inuentarium,ergo ſoluere tenetur etiam de bonis pupilli,ſi bona teſtatoris non ſufficiant.cum itaq; poſſet ſubtrahere de bonis pupilli,quæ non fuerunt in inuentario poſita per pupillum, merito debet nouum facere inuentarium. & ita tenet Bar. in l. in ratione. §. quod uulgo. uer.venio ad q.ff.ad l falc.

19 † Septimo quæro, quid ſi pupillus non fecit inuentarium, ſubſtitutus autem fecit: an retineat integrā falc. Bar.in dicto §.quod vulgo.dicit, quod ſi pupillus non fecit inuentarium, poterit petere reſtitutionem. authen.de hære & falc.§.pupillus. Eodem modo ſubſtitutus ex perſona pupilli poterit petere reſtitutionem,ut inuentarium faciat.l.non ſolum. ff. de in integ.reſtit. Si autem omitteret ex perſona pupilli,& faceret ex perſona ſua: tunc legata relicta pupillo integra deberent: quia non eſt factum inuentarium:ex perſona tamen ſua,quia fecit inuentarium,detrahat falci. Et illud,quod ſoluit prius legatarius pupilli, non nocet legatarijs, quibus debet ſoluere: quia propter delictum ſuum contingit & per mortem teſtatoris.ff.ad l.fal.l.in ratione,in prin.& l.qua ratione.§. interdū.

20 † Octauo quæro:quando ſubſtitutus facit inuētarium,quæ bona debet ponere:an illa, quæ erant tempore mortis teſtatoris,vel mortis pupilli? Et videtur? quod inſpiciatur tempus mortis teſtatoris,per §.quod vulgo. ſed dicatis, quod quantum ad legatarios pupilli ſufficeret:ſed non quantum ad creditoris:dicatis ergo,quod omnia bona debet ponere,& ſi aliquid omitteret, quod nō poneret,priuatur tutor Falcidia.authen.de hære.& Falc §.ſcimus.licet aliud eſſet de iure. C. l.fi. §.1.illo.tit.de iure delibe.

Nono quæro: vnus inſtitutus in primo gradu fecit inuentarium,poſtea abſtinuit & repudiauit: an ſufficiat illud inuentarium in legatarijs? Videtur quod ſic: quia quicquid interim fecit, habetur ratum.l.interdum.ff de in integ reſt.Bar.in hoc dicit,quod illa,quæ facta ſunt, ſunt rata:hoc eſt verum circa hæreditatem,non circa ſe,ſed circa perſonam ſuam.

21 † Decimo quæro, vnus eſt ſubſtitutus alicui ſub conditione,iſte pendente condit.petit bonorum poſſ. ſecundum tab. & fecit inuentarium·an ſufficiat,ſi poſtea exiſtet conditio? Videtur quod ſic, tunc enim illa bonorum poſſeſſio vertitur in legitimam acceptationem exiſtente conditione.l.1.§. ſi poſt condi.ff.de bo.poſ.ſecundum tab.

Vndecimo quæro. Tutor fecit inuentarium pro pupillo uel cura datus bonis,ſecundum quod tenetur ex forma.l.1.ff.de cu.bon dan. an proſit pupillo,vt videatur hæres cum beneficio inuentarij? Dicit Barto. quod non, quia alia ſolennia requiruntur in confectione inuentarij hæredis, quam tutor. Ita dicit Bar.in l.in ratione.§.quod vulgo.uerſi.quæro, tutor fecit.ff.ad l.Falcid.

22 † Duodecimo quæro: Hęres fecit inuentarium,& poſtea reſtituit fideicommiſſario uniuerſali hæreditatem, an ſufficiat iſtud inuentarium? Dicatis quod non,quia iſtud beneficium habet hæres ex ſua prouiſione,& non inuenit in hæreditate: ideo non tranſit in fideicommiſſarium ex reſtitutione facta per Treb.quia illa ſola tranſeunt,quæ habuerunt originem in perſona defuncti.l.ſi hæres pecuniam.ff.ad Trebel.l. hæres a a debitore. in prin. ff. de fideicom. ſed facta ceſſione prodeſt propter creditores. Ita tenet Barto.in dicta. l. in ratione. §. ꝙ vulgo.& Specu.in titu.de inſtru.edi.§.fin.uer. quod ſi hæres. Ang.in l.1.§ hæc ſtipulatio.ff.co. ſi cui plus quam per l. Falci. & Lam.de Rampo.ut refert Iaco.in auth. de hære. & Falci §. hinc nobis. Bald.tamen in dicto.§.& ſi præfatam. & in l. filiū. C.famil.erciſ.tenet contra,quod immo non ſit neceſſaria ceſſio,quia ius inuentarij eſt quoddam ius excipiendi,ne teneatur vltra vires hæreditarias: ſed in iure excipiendi non requiritur ceſſio.l.reſcriptum.§.fi.ff.de pac.ubi per procuratorem procuratoris acquiritur exceptio domino ſine ceſſione.l.poſſeſſio quoque.§. & ſi poſſeſſio. de acquir. poſ. & hoc dictum videtur approbare Pau.de Caſt.

23 † Sed nunquid iſte hæres rogatus de reſtituendo debet facere inuentarium. Dicatis, aut poteſt detrahere quartam, quia adiuit ſponte,& tenetur facere: ſi autem non poteſt,ꝗa coactus adiuit,& tunc non tenetur facere, quia nullo grauamine debet teneri.l.nam quod.§.qui compulſus.ad Trebel.l. ita tamen.§.ſi percep. Et licet debeat facere inuentarium ratione dictæ quartæ,quam debet recipere, tamen debet facere de tota hæredit.non autem de illa ſola parte, quæ ad eum pertinet,conſiderato quod tota poteſt apud eum remanere, fideicōmiſſario non petente,uel præcedente hoc tenet Ol & Ioan.And.in § fi.verſic.nunc videamus.in addi. quæ incipit, ſed ultra quæro.

24 † Decimotertio quæro,hæres inſtitutus non fecit inuentarium,an vniuerſalis fideicommiſſarius poſſit facere? Aliqui Doct.dicunt ꝙ ſic,quia habetur loco hęredis.l.ſi filius.ad Mace.& no.glo.in l.cum filio. in fi. de leg.1.& dicit Ange.quod non eſt alibi.hoc dicit Iaco.de Bel.in Auth.de hære. & Falci. §.ſcimus,& §.hinc nobis.& Spec.tangit in titu.de inſtru.edi. §.fin. verſicu. quid ſi hæres.eſt enim hæres in effectu.ff.quod cum eo.l.ſi filius.Hoc autem dicit, quod ſi hæreditatis reſtitutio fit incontinenti, tunc fideicommiſſarius non poteſt: quia hęres poterat: ſi vero hæreditas non eſt reſtitu.incontinenti, ſed poſt tempus faciendi inuentarium,tunc ex perſona ſua poſſet facere fideicommiſſarius per rationem dictam

25 per Doct.& per aliam,† quia inuentarium eſt inuentum, ne hæres habeat neceſſe petere tempus ad deliberandum. §.ſcimus.§. ſin autem dubium C.de iu. deli. ergo fideicommiſſarius non tenetur vltra vires: quia fecit inuentarium. ipſe tamen hęres bene tenetur, quia non fecit, ita dicit Bar.in d.§. quod vulgo,circa fin. Sed quid ſi fideicommiſſarius non fecit: nec etiam hæres non feciſſet: an teneantur legatariis inſolidum. Dic quod ſic, licet olim non tenerentur, ſicut nec hæres.l 1.§ ſi is qui.ff. ad Trebel. Sed an teneantur creditoribus inſolidum? Videtur quod non, quia pœna contra non cōficientem inuentarium loquitur ſolum de hærede, vnde nō extenditur ad fideicommiſſarium, quia veniret ad correctionem iuris antiqui, & euitatur legum correctio ex identitate rationis.l.præcipimus.in fi. C. de appel. Vęl eſt dicendum,ꝙ fideicommiſſarius eſt hæres,ergo tenetur ad onera.Non ob. quod ex identitate rationis non fit correctio: quia hic non eſt extenſio ad illum caſum, ſed compræhenſio in vim no-

26 minis. † Decimoquartò quæro:aliqua bona deuenerunt ad fiſcum, an teneatur facere inuentarium? Dic quod non,idem, ſi ad alios peruenerūt iura fiſci: quia fiſcus tenetur vltra vires hæreditatis,de quo eſt bona theorica Bar.in l.3. §. an bo-

27 na & in l. nō poſſunt. ff.de iure fiſci.† Decimoquinto quæro, aliquæ perſonæ sūt poſitæ ad cuſtodiam rei eccleſiæ,vel monaſterii an debeant facere inuentarium? Dic quod ſic,de quo in c.generali,extra de elect.lib.6. & ibi per Archid. Decimoſexto quæro: aliqui ſuccedunt non iure hæreditario, vt ſunt illi, quibus adiiciuntur gratia libertatum, vel ſi monaſterii ſi, occupet bona ingreſſi per ingreſſum: an iſti teneantur ad inuentarium? Dic quod non, & non tenentur creditoribus & legatariis inſolidum de ſuo patrimonio. vnde monaſterium non tenebitur pro legat.factis ante ingreſſum,& hoc fuit de mente Bal. in l.a. C.ad l.Iul.de ui.& no.in authen. ſi qua mulier.C.de ſacroſan. eccleſi.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium quas res continere debeat. Et quid de pupilli debito.*

2 *Creditū pupilli, quod per ſcripturā non conſtat,an inſcribēdū in inuētario.*

Inſtru-

3 *Inſtrumenta, quibus nomina debitorum continentur, an extenſiue in inuentario ponenda.*
4 *Proteſtatio qualis per conficientem inuentarium facienda, ut reuocet, quæ per errorem inſeruit.*
5 *Commodatum defuncto, an ponendum in inuentario.*
6 *Inuentarium conficiens, & quaſdam res omittens, qualiter teneatur, vbi cautela ſuper hoc.*
7 *Falcidia an priuandus hæres, qui quaſdam res in inuentario omiſit.*
8 *Serui hæreditatis in controuerſia ſuper omiſſione rerum hæreditatis in inuentario, an torquendi.*
Domeſtici, quando admittantur in teſtes.
9 *Tutori an ſufficiat in inuentario, quod dicat ſe credere rem eſſe pupilli.*
10 *Inuentarium de rebus abſentibus quanto tempore conficiendum.*
11 *Tempus conficiendi inuentarium a die adita hæreditatis currit.*
12 *Inuentarium per appoſitionem ſigni crucis, an dicendum inchoatum.*
13 *Inuentarium non inceptum infra 30. dies, ſed perfectum infra tempus debitum, an teneat.*
14 *Tutor in negligentia confectionis inuentarij, & adminiſtrans, an remouendus.*
15 *Minor an reſtituatur de tempore in conficiendo inuentario, & teneatur vltra vires hæreditatis.*
Inuentarium vbi conficiendum, & quando per procuratorem conficiendum
16 *Forma Inuentarij hæredis in practica, & modus extendendi. Et quis ordo in illo ſeruandus. 27:*

Quæſtio. 3. 4. 5. & 6. Cap 3.

1 Quæro tertio principaliter de reb. q̃ debent poni in inuentario. † Et breuiter viſum eſt, debere poni omnes res, ſiue mobiles, ſiue immobiles, ſiue corporales, ſiue incorporales, l. fi. § ſinautem dubius. C. de iure delib. ibi, ſunt his rebus &c. probatur in l. tutores. prædicta declarando, ſigna rerum & confines, arg. l. ſi rem. ff. de rei vendi. & l. in actione ff de fur.

Et ad prædictam inferendo, quæro de tali q. pupillus debet centum vni, an iſtud debet poni in inuentario per tutorem? Dicatis quod non per d. l. tutores. quæ vult, quod ponantur res pupilli: illud autem ius non eſt res pupilli, ſed creditoris ſui. hoc probatur in l. fina. C. de ali. pu præſtan. ſi tamen vult, poteſt. ita tenet Bartol. in dic. le. tutor, qui. in prima col.

2 † Deinde quæro: pone, quòd pupillo debentur centum, de quibus in bonis ſuis non reperitur inſtrumẽtum, uel ſcriptũ, an debeat poni in innentario? Dic quod non, quod probatur quia inuentarium dicitur, eo quod in eo res, reperta in pupilli bonis, deſcribitur, ſed inueniri dicitur proprie illud quod manibus apprahendi poteſt. inſti. de rerum diuiſ. §. item lapilli. C. de fideiuſ. l. ſi Bariatoram. & no. in l. licet. C. de acquiren. poſ. ſed talia debita non inueniuntur, nec manibus tangi poſſunt, ergo non poſſunt ſcribi in inuentario. poſt quam autem illa debita erunt exacta, poterunt poni in inuẽtario, ſicut res de nouo inuentæ. l. fin. C. de cu. fu. & ita tenet Barto. in l. tutor qui, præalleg.

3 † Sed nunquid Inſtrumenta, quæ continent nomina debitorum, debent poni in inuentario extenſe? Et videtur quod ſic. l. chirographis. ff. de admi. tu. Et ita videtur tenere Spec. in ti. de inſtru. edit. §. dicto, ubi dicit, q̃ contra inuentarium opponitur, quod inſtrumenta non ſunt ſcripta extenſe: ſed dic, quod aut quis vult, quod inſtrumenta probent contra debitorem, & debent ſcribi extenſe. d. le. chirographis. Et inuentarium debet ſcribi coram iudice, præſentibus debitoribus, vel legitime citatis ad hoc, alias inuẽtarium non faceret fidẽ, auth. ſi quis in aliquo. C. de edent. Aut quæritur quantum ad tutorem volentem agere & ſufficit, quod ſententia inſtrumenti ponatur in inuentario, licet non tenor extenſus, & ita determinat Bar. in d. l. tutor qui. ver. quæro, an inſtrumenta.

4 † Sed quæro, quid ſi hæres fecit ſcribi aliquas res, quas credebat eſſe hæreditarias; & comperto errore, vult reuocare, vel remouere eas, vel non vult teneri amplius ꝑpter iſtas res, quaſi hæres locupletior uideretur, an ſuccurratur ei? Dic q̃ ſic beneficio reſtitutionis ex generali clauſula. l. 1. in fi. ff ex. quib. cau. ma. ar. l. fin. C. de iur. & fac. igno. In contrarium tamen facit. C. de nou nu pe. authen. contra qui propriam, & l. fi. C. arbi. tu. & hanc partem tenet Specu. in tit. de inſtr. edi. §. fi. ver. & nota, quod ſi tutor, & ſic in princ. & in fi. eiuſdem §. ver. quid ſi hæres. In hoc aliqui diſtinguunt, aut iſte hæres, vel tutor appoſuit bona ſua propria, & non excuſatur, aut aliena, quæ veriſimiliter ignorabat, & tunc excuſatur. ſed pro tollenda dubitatione dic, q̃ debet poni proteſtatio in prin. vel in fi. inuentarij, q̃ ſi aliqua poſuerit non ponenda, uel omiſit ponenda, habeantur pro non appoſitis, uel appoſitis: & iſta proteſtatio ſufficit, niſi fuerit in dolo. l. ſi debitor. C. quib. mod. pign. uel hypo. ſol. in gl. in l. cum in diuidendo. ff. communi diuid.

5 † Inſuper quæro, quid ſi defunctus habebat aliquas res in commodatum ab aliquo, & hæres ſciebat, an debeat poni in inuentario? Doct. tenent quod ſic, quia etiam illæ veniunt in pet. hæred. l. non tantum. in princip. ff de pet. hæred.

Item ad practicam quotidianam quæro, pone, quod poſuit aliquas res in innẽtario. licet non omnes, an vitietur inuentarij confectio, & non proſit in aliquo, ſicut ſi non feciſſet? Bal. diſtinguit, an bona fide omiſit: quia ignorabat, & nil ſibi nocet, ſed poterit eas addere etiam poſt tempus datum ad conſuma. arg. l. hæredes palam. §. ſed & ſi notam. ff. de teſt. nam quod bona fide fit, pœnam non meretur. l. quamuis. de cond. & demon. l. ſi ſeruus. §. prætor, & quod ibi not. ff de acquiren. 6 hære. † Cautela ergo eſt, quod in conſuma. inuentarij proteſtetur, quod plures res non reperiuntur. Si autem alias reperiri contingat, eas ponere: ſi autem malitioſe, Bal. tenet, quod vitietur & non proſit inuentarium. Et idem tenet Bar. & Ang. ſed hoc non videtur uerum, cum pace tantorum virorum. immo dic, quod hæres tenetur ad duplum, per tex. l. fi. §. illo videlicet. C. de iure delib. non autem tenet confectio, & ita tenet Spec. in tit. de inſtru. edi. §. fi. uer. quid ſi aliquæ res. in 1. colum. illius. § Et iſtud tenet Odoff. quem Rapha. refert & ſequitur in d. l. fi. §. licentia de iure delib. & tenet Cy. & Paul. de Caſt. dicit in le. fin §. ſinautem dubius, quod ita conſulendo determinauit, quod teneatur in duplum.

7 Quid ergo dicemus, ſi vnus hæres debet habere falcidiam, & in innentario non poſuit omnes res, an perdet falcidiam in rebus non poſitis tãtum, an vero in omnibus? Et gl. in l. Pau. ff. ad l. Falc. videtur tenere, q̃ in illa re tantum. hodie autem priuatur in totum in omnibus rebus ipſa Falcidia, ut tenet Iaco. de Bel. in d. §. ſcimus & idem tenet Bar. in d. l. Paulus. licet Cyn. teneat quod in illa re tantum, de quo in præcedenti q. Sed in hoc articu. diſtinguenda ſunt iura. Primo ius antiquum. & de illo iure perdebat Falcidiam ſolum in re ſubtracta. ſ. beneficio. ff. ad l. Fal. l. Paulus reſpondit. ff ad Treb Secundum fuit ius conſtitutionis, de quo in d. § licentia & patietur duplum. Nouiſſimum & tertium fuit ius aut. in auth. de hære. & Fal. §. hinc nobis. uer. ſancimus itaq;. Et illo iure priuatur tota Falcidia, de quo in auth. ſed cum teſtator C. ad l. Fald.

8 † Sed pone, quod creditores & legatarij hæreditatis dicant aliquas res fuiſſe in hære. & hæres neget, quomodo probabunt? Dic, quod poſſunt petere, quod ſerui hæreditarij torqueantur, & quod iuret hæres, & ſic no. quod domeſtici admittuntur ad proba. in illis caſibus, in quibus non poteſt facilis haberi probatio, auth. de mona §. cogitan & l. 1. C de natural. lib. l. conſenſu § verum C. de repu & ſic domeſticum teſtimonium non eſt domeſticum, non petente eo, cui eſt domeſticum, ſed aduerſario. l. 2. C. de teſta. l. peu ff. de teſti.

9 † Deinde quæro, quid ſi tutor dicit, quod credit illas res eſſe pupilli, & ad eum pertinere: an ſufficiat? Dicit Bar quod putat q̃ ſic, quia inuentarium ſit de eo quod inuenitur. ſi ergo tutor dicit clare, ad quem ſpectat inuentarium, ſ. inueniſſe rem &c. ſufficit. & dicit Bar. non puto, q̃ tutor habeat neceſſe aſſerere de domino rei. ita dicit in l. tu. qui uer. quid ſi tutor dicit.

10 Quarto principaliter quæro circa tempus, ſ. infra † quantum tempus debet confici inuẽtarium. Et gl. in iſto §. ſ. in § ſcien. de hær. qua. & diff. dicit, infra tres mẽſes, ſi res ſunt præſentes: ſi uero abſentes, infra annum, alleg. tex. ad hoc facientem in l fi. C. de iu. delib. §. ſinautem dubius. & hoc tenet Spec. in tit. de inſtru edi. §. fin. uerſ. in huiuſmodi autem.

Sed quæro, quando incipit currere tempus inuentarij ipſi hæredi? Dic, q̃ poſtquam adiuit hæredit. Ita tenet gl. in l. fi. §. ſinautem dubius. in verſic. delatam, & in §. ſin uero poſtquã, 11 & Ang in l. 1. § ſtipulatio ff. ſi cui plus quam per l. Falcid. † quia inuentarium debet confici per hæredem & hæres non eſt ante aditam hær ff. de ſta. lib. l. ſtatuliberos. §. ſi quis hæreditatem Specu. tamen in uerſic. huiuſmodi. in fi. videtur ſentire, poſtquam ſcit hæreditatem ſibi delatam: uel poſtquam ſcit teſtamentum eſſe apertum. & idem tenet Io And. ibi in addi. 1. & videtur idem tenere glo ſ. q̃ incipiatur tempus ſcien. in auth. ſed cum teſtator. C. ad l. Falci. in glo ſtaturum. quam ſequitur Richar Mal. per tex. dict. §. ſinautem dubius. ſed Bart. concordat, ut ſententia Richar. & illius glo. ſit uera, ſi ipſe uocatus moram fecit in adeunda, ſi autem nullam fecit moram, non cedit tempus, niſi adita hæreditate, per l. 3. §. ſi quis hæredem. ff. de ſta. lib. quæ non ſtringit, quia dicit, quando aliquid eſt iniunctum hæredi, & ſic, poſtquam eſt hæres. ſed ultra Bartolum poſſumus dicere, vtranque ſententiam veram eſſe, & ad eundem effectum tendere. nam gl. in d. § ſinautem. dicit, quod ab hære. adita: glo. autem in d. auth. dicit, quod a tẽpore ſcientiæ delatæ habetur, ſed tempus adeundæ, & tẽpus ſcientiæ delatæ, eſt idem, nam ex quo ſcit. ſ. delatam, debet adire. ſi ergo nullum ſit impedimentum, adeundo ex tempore delatæ eſt in mora, & ſuccedit tempus inuẽtarij. ubi autem

eſſet

eſſet in carcere, vel alio impedimento, non eſſet æquum, cedere tempus inuentarij: ſed contra tenetur in glo. d. §. ſi autem. & reſpondetur ad gl. auth. ſupplendo, dum dicit, delatæ, & aditæ: de hoc tamen per Bar. in l. ſtatuliberos. §. ſi quis hæredem. præall. Sed infra quantum tempus debeat incipere ipſum inuẽtariũ? Dic quod infra. 30. dies, d. §. ſi autem dubius.

12 † Sed vlterius quæro, an dicere poſſimus inchoatum ex ſola impoſitione? Baldus dicit quod non, niſi appoſita ſint aliquę res hære. & hoc vult Bar. in l. fi. §. ſi autem dubius. ibi, ſuper his rebus &c.

Sed ad practicam quæro, quid ſi nõ eſt inchoatum infra 30. dies, ſed poſt, fuit tamen completum infra tres menſes a die, qua debuit inchoari, an hoc ſufficiat.

13 † Videtur ꝙ non, quia fruſtra poneretur in d. §. ſi autem dubius, tempus ad inchoandum, quod eſſe non debet, argu. l. 3. §. ſi quid non fruſtra ff. de iureiur. & hoc tenuit Io. And. in addi. Spe. de inſtru. edi. §. fin. circa fi. & tenuit Ang. in d. l. fi. §. ſi vero poſtquam. ibi, ſecundum formam &c. Et per tex. in corpore, qui dicit, ſecundum hanc figuram, & gl. in auth. ſed cũ teſtator. C. ad l. fal. in verbo, ſtatutũ. hoc tenuit Vber. de Bobio: q̃ non fuit ſeruata forma, adducens d. l. fi. §. ſi uero poſtq̃. idem tenet Marti. Sili. per. §. ſi uero non fecerit. Bar. tamen & Bal. pluribus arg. tenent contrarium, per tex. in d. §. ſi autẽ. in ver. inuentarij conſummationem, ubi conſiderat conſummationem, nos autem inchoationem: & licet ibi loquatur de termino, quando res erãt abſentes. eadem videtur ratio, quã do res erant præſentes per §. donec, in d. l. fi. vbi illa tempora ponuntur ad paria. Item per §. ſi vero poſtquam ibi, ad inuẽtarij conſummationem. vbi conſiderat totum tempus, non autem partem temporis. Et hanc partem tenet Raph. Ful. Pau. de Caſt. & credo eam æquiorem. Satis eſt enim, cõfectum eſſe: & omiſſio inchoationis non habet vitiare, tanquam ſit leuis ſolennitas: & hanc videtur tenere gl. §. ſi autem in inuentario, in d. l. fi. (Additio. Vide Iaſ. in l. fi. §. ſi uero poſt quam, & l. ſcimus. § licentia. C. de iure delib.

14 † Quæro deinde, quid ſi neglexit facere inuẽtarium per plura tempora, tamẽ poſtea fecit, an poſſit agere? Videtur quod non: immo videtur, ꝙ debeat remoueri ut ſuſpectus. l. 3. §. tutores, qui repertorium. ff. de ſuſp. tu. l. vlt. C. arb. tu. & videtur tenere Spec. in tit. de inſtru. edi. § dicto. circa prin. § ubi dicit, ꝙ poterit obijci, quod non fuit factum mox cum potuit. Bar. tamen in l. tutor qui repertorium. col. 2 uerſic. quæro, quando debeat. ff. de admi. & peric. tut. tenet contra, ꝙ immo non repelletur: nam dictæ ll. dicunt, quod debeat remoueri ut ſuſpectus, ergo interim ꝙ non remouetur, eſt tutor. Præterea non facere inuentarium, eſt dolus. d. l. tutor qui repertorium. ſed contra tutorem qui non geſſit, ad eum remouendum ut ſuſpectum, non poteſt obijci dolus præſumptus. l. hæc enim. §. qui nihil ff. de ſuſpec. tu. Sed in hoc paſſu ſic eſt diſtinguendum. Aut tutor nihil adminiſtrat, & tardius uenit ad conficiendum inſtrũm, uel ad gerendum: & ei non poteſt obijci ab aliquo: ſi autem adminiſtrat. ante confectum inuentarium, & non poteſt obijci inuentario, quia tutor eſt & facere debebat, ſed poteſt remoueri ut ſuſpectus: de hoc per Bar. i d. l. tutor. vbi ſup.

15 † Deinde quæro, an tempus conficiendi inuentarij currat minorib. Dic ꝙ ſic, ſed reſtituuntur, de hoc eſt bona glo quæ non eſt alibi ſecundum Ang. in l. auxilium. ff. de mi.

Quinto, principaliter quæro de loco, vbi debet confici inuentarium? Et dic, ꝙ ubi ſunt res hæreditariæ, vel maior pars earum, tenet Spec. in d. § fin. uerſicu. item exigitur, quod in illis locis in vlti. col. & tenet Ang. in l. 1. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi cui plus quam per l. Falc. fit ergo per hæredem, ſi eſt præſens: & dicit Ang. quod forte tunc non ſufficit facere per procuratorem. ſi autem eſt abſens, debet ire ad locũ, ubi ſunt res, uel mittere procuratorem per Spec. in d. verſicu. item exigitur, & no. in l. fi. § ſi autem a locis. C. de iure delib.

16 † Sexto principaliter quęro de forma inuentarij hęredis. Dicatis, quod fiet iſto modo: Cum Franciſcus de Porcellinis in teſtamento patris ſui hæres fuerit inſtitutus, ſentiens hæredi. ad ſe delatam, uolens non inconſulte, ſed cum beneficio Inuentarij ipſi hæreditati ſe immiſcere, ne vltra uires hæreditarias teneatur, & ut beneficium ex hoc inuentario de iure debitum ſibi integre reſeruetur, legatarijs inſuper, fideicõmiſſarijs & creditoribus hæreditarijs conuocatis & præſentibus, inuentarium de bonis ipſius hæreditatis, quæ in ea inuenit, facere procurauit. Et primo quidẽ venerabili ligno crucis eius manu poſito, aſſeruit ſe inueniſſe in d. hæredita. vnam veſtem talis coloris, nuum. ff. uetus coopertum de corio albo colore. Item unam domum poſitam in tali contrata cum ta-

17 libus cohęrentijs: † ponendo prius res mobiles, deinde immobiles, tertio credita & debita, iura & actiones, aſſerens ſe res prædictas in dicta hæredita. inueniſſe, nec dolo facere, nec feciſſe, quin res ſingulæ in inuentario ponantur, & ſi inuentarium eſt ſcriptum manu notarij, debet hæres ſe ſubſcribere: ſi autem ſua manu, non eſt neceſſe, quod ſe ſubſcribat. quib. omnibus poſitis, dicatur ſic. Inceptum, lectum & completũ fuit hoc inuentarium in tali loco, ſub anno tali, præſentibus talibus.

Vel poteſt confici in prima perſona hoc modo. Quoniam inuentarij confectio hæredi beneficium confert, ne ultra vires hæreditarias teneatur, ideo ego Franciſ. Porcelli. V. I. D. miles & comes, filius quondam clariſſimi artium & legum Docto. Nicolai de Porcelli. &c. pone, ut ſupra in inuentario tutor.

18 Alij autem ſic incipiũt, quia facto ſigno † per manum eius, qui inuentarium facit fieri, ſi eſt hæres inſtitutus, ſic dicit Ego Franciſcus nomine patris hæres inſtitutus a tali patre, vel patruo, vel ſciens, uel credens me inſtitutum a tali. Si uero eſt ab inteſtato, dicat ſic. Ego Franciſcus ſuccedens ab inteſtato uel credens me ab inteſtato ſuccedere, uel tali dẽre, hoc inuentarium de reb. & poſſeſſionibus ſuis per tabellionem fieri & ſcribi procuraui. Et ſit cautus hæres, ut prædictum inuẽtarium totum manu eiuſdem notarij ſcribi faciat, & coram eiſdem teſtib. quoniam a princip. vſq; ad finem, debent [illegible] teſtes eſſe præſentes, & ſic commodius eſt, ut inuentarium fiat uno contextu: quia teſtes non poterunt faciliter haberi diuerſis temporibus & horis, ſed (vt dixi) poteſt fieri diuerſo tempore.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres quam vtilitatem capiat ex inuentarij confectione.*
Falcidia detrahitur beneficio inuentarij.
2 *Creditoribus primis hæres beneficio inuentarij ſoluere an poſſit, nihil* [illegible] *uando alijs.*
3 *Solui per hæredem aliud pro alio, inuitis creditoribus, quando poſſit.*
4 *Euictio quando habeat locum ſuper rebus venditis ab hærede pro ſatisfaciendo creditoribus.*
5 *Futuro hæres an debeat ſoluere primo venientibus creditoribus.*
Caſus fortuiti periculum an pertineat ad hæredem, qui fecit inuentarium.
6 *Expenſæ quales deducendæ, facto inuentario, antequam creditoribus ſoluatur. Et quando ſtetur iuramento hæredis ſuper expenſis.*
Inuentarium facit, ut actiones quæ competebant hæredi contra defunctum per aditionem hæreditatis non confundantur.
7 *Inuentarium conſeruat hæredem in eo ſtatu, in quo erat ante aditionem.*
8 *Prælatus cauſam ſuæ electionis defendit expenſis beneficij.*
Expenſæ neceſſariæ per hæredem deducendæ, quæ ſint.
9 *Exceptio intra tempus inuentarij, an impediat proceſſum.*
10 *Hæres an poſſit agere, pendente termino ad conficiendum inuentarium.*
Et an poſſit reconueniri
11 *Inuentarium non confectum per hæredem, quod præiudicium afferat.*
12 *Hæres non conficiens inuentarium, an teneatur ad ſolida legata.*
13 *Fiſcus an teneatur facere inuentarium.*
14 *Miles an teneatur facere inuentarium.*
Et quid de milite doctore legum.

Queſtio. 7. Cap. 4.

Septimo principaliter quæro de effectu inuentarij. E[illegible] uertendum, quod iſta quæſtio habet duas partes. prima pars eſt de effectu & vtilitate hæredis facientis inuentarium. Secunda pars eſt, quantum ad præiudicium hæredis non facientis. Et quantum ad primam partem ſciendum eſt, ꝙ iſta confectio inuentarij plures affert commoditates.

1 † Prima eſt, quia hæres conuenitur a creditoribus hæreditarijs. olim enim poterat inſolidum conueniri & in bonis proprijs. l. ſi te bonis. C. de in. li. l. quæ dotis. ff. ſol ma. hodie ſecus per l. ſcimus. C. de iure delibe. & hoc beneficio poteſt vti hæres etiam in executione ſententię. & hoc tenuit Mar. Sol. publice diſputan.

Secundus effectus eſt: quia poteſt detrahere falcid. & hoc etiam habebat olim, ſed ſi petijſſet tempus ad deliberandum, perdebat, ſi non conficiebat inuentarium. l fi. §. ſi quis autem C. de iure deli. hodie etiam ſi non petijt tempu[illegible] & ſi non confecit, nedum detrahit, immo tenetur legatarijs, vt infra dicam.

2 † Tertius effectus eſt, quia poteſt hęres ſatisfacere integraliter primis creditoribus, vel legatarijs venientibus, & poſito quod ei remaneat, & ſint alij creditores, uel legatarij, non poſſunt ei imputare, quare ita ſoluit illis totum, non reſeruãdo alijs partem ſuam, uel quare non recepit ab eis ſatiſdationem de reſtituendo illud, quod accipiebat, ultra quod debebant recipere, ſi apparerent alij debentes habere, olim bene poterat imputari, quare non recepit talem ſatiſdationem.

l. dolo.

l.dolo.ff.ad l.falci.quaſi dolo videatur ibi verſatus, vt in toto ti.ſi cui plus quam per l.Falc.vult etiam gl.in d.l.fi.§.& ſi præfatam.C.de iure deli.quæ incipit,ſi putauit,ꝙ ſi hæres ſciebat alios ſubeſſe,poteſt ei imputari;ſed ſi neſciebat,nõ poteſt hodie imputari,licet olim poſſet.

3 † Quartus effectus ſeu vtilitas eſt,quod ſi ſunt creditores hęreditarij,uel legatarij,& non ſit pecunia,ex qua eis poſſit ſatis fieri,poſſunt compelli ad accipiendum in ſolutum res hæreditarias, & ſic poteſt ſolui aliud pro alio inuitis creditoribus ꝯ. l.2.§.1.ff.ſi cer.per.ſecus,ſi eſſet pecunia in hæredi.l. ſi pecunia.de leg.2.nec poterunt dicere,vendas res hæreditarias,& da pro rebus pecunias.l.non dubium.§. fi. de leg. 3. etiam ſi reperiret emptores,ſi tamen fieri non poſſit ſine incommodo hæredis:puta qa oportet fideiubere de euictione, de quo in addi.Spec.in ti.de inſtru.edi.§.fi.in addi.quę incipit,de Trebe nica.immo ſi non vult, non cogitur in ſolutũ dare, ſed. poteſt dimittere,quod bona recipiantur per creditores : hoc vult Mart.Sil.per l.fi.§. & ſi præfatam,& per §. licentia. C. de iure deli.& tenet hoc Oldr.per §.ſi uero hæredes.ea.l.& facit ff. de legat.2.l.imperator.§.1.& de legat.2.l.filiusfamil.§.apud Marcellum.

4 † Quintus effectus ſeu vtilitas eſt,quia ſi hæres uendit res ꝓ ſatisfaciendo primis venientibus,non poſſunt alij ſuperuenientes moleſtare emptores & eſt ratio: quia ſi poſſent moleſtare emptores,ipſi emptores haberent regreſſum contra hæredẽ vendentem , & ſic conſequeretur incommodum & vexationem ipſe hæres.

In hoc tamen aduertendum ad practicam : quia aut hæres vendidit ut hæres,& pro ſatisfaciendo creditoribus & legatarijs,& non tenetur de euictione , & imputent ſibi emptores, quare ita emerunt, & tamen ſorte poterunt emptores moleſtari;quia ceſſat ratio uexationis hæredis: aut ſimpliciter vendit non tanquam hæres,& tenetur de euictione, & ſic loquitur tex.in d.le.fin. §. ſi uero hæredes. & dum dicit , emptores non debere moleſtari,debet intelligi,quando ſimpliciter vẽdit,& tunc hæres poteſt comparere ad defendendum emptores ꝓ ſuo intereſſe,& ita dicit Bar.in d.§.& ſi præfatam. quod refert & ſequitur Pau.de Caſt. & ſic Archi. in c. non ſane 14.
5 q.3.tenet,† quod hæres vſurarij,qui cauit de reſtituendis vſuris,licet fecerit inuentarium,non debet ſoluere primis uenientib.niſi recepta cautione de reſtituendo,quia ſcit,vel ſcire debet alios ſubeſſe,& ſic eſſet in dolo,in quo ad illos non haberet beneficium.§.& ſi præfatam.& idem, ſi teſtator reſtituiſſet certam quantitatem pro incertis ablatis.

Sexta vtilitas eſt,quam ponit Bar.in l. in diem. §. diligenter. ff. ad l.falcid.quia ſi facit inuentarium,& hæreditas ſit tempore mortis ſoluendo,deinde bona hæreditaria perirent,damnum non eſſet hæredis:alias,ſecus.Quod dictum Bartoli limitat Pau.verum,ſi ante aditam hæreditatem perirent:quia nõdum erat obligatus legatarijs inſolidum;ſecus,ſi poſt , quia ꝑ aditionem incipit ipſis inſolidum obligari,ex quo uires hæreditatis patiebantur.ideo non liberatur interitu rerum,ſi legata conſiſtebant in quantitate.l.interdum,ſi cer. peta. ſecus, ſi nullis rebus peremptis : quia debitor ſpeciei per eius interitum liberatur, ſi non erat in mora. le. ſi ex legati cauſa. de verbo.oblig.

6 † A[illegible]am.& 7.vtilitatem addo.ſcilicet quod hæres qui ſolen[illegible] cit inuentarium deducit ex hæreditate impenſam factam in funus,& circa teſtamentum & inuentarium, & in aliam quamcunque cauſam hæreditariam neceſſariam. dict. le.fin §.in computatione.C.de iure deli.& ſiquidem eſt expẽſa m[illegible]a,debet probari per teſtes productos:ſi autem eſt parua,ſtatur eius ſacramento.ita intelligitur gl. quæ loquitur alternatiue in dic. le. fin.§.in computatione. C. de iure delibe. facit ad hoc l.ſi quis pro redemptione.C.de dona.ſicut enim dicunt Doc.in executoribus vltimarum uoluntatum in l id quod pauperibus.C. de epiſcop. & cleric. & in le.non omnes § a barbaris.ff.de re mili. & ita dicit Raph. Fulgo. in dic. §.in computatione , ſe conſuluiſſe.

Item addo & aliam vtilitatem,& ſic 8.quia actiones,quę cõpetebant hæredi contra defunctum, tanquam non confuſæ, in effectu manent cum certo ære alieno,ſaluis tempore priuilegijs,ut habetur in dict.§.in computa.Poterit ergo illas actiones intentare propter beneficium inuentarij, licet regulariter ſine inuentario per aditionem hæreditatis confundantur actiones l.debitori.C.de pact. [illegible] Stichum.§. aditio. de ſol. C.de nego.geſt.le.ſi ab eo.& eſt ratio in iſtis duobus priuile-
7 gijs,† quia poſtquam fecit inuentarium , debet conſeruari in eo ſtatu,quo eſſet,ſi hæreditatem non adiſſet: ſed ſi non adiuiſſet,tales expenſas non feciſſet, ergo debet ante omnia eas deducere,ſed debitum a defuncto,ideo ante alios non deducit;quia etiam ſi non adiuiſſet,non deduxiſſet ante alios, immo prior in tempore,eſt potior in iure.

Et pro intelligenda practica,quæro,aliquis fecit inuentariũ, dicens ſe hæredem: alius ſe prætendebat hæredem , uel unus dicebat ſe creditorem hæreditatis ; iſte fecit expẽſ.an poterit deducere?Videtur quod non,quia litera in d.l.fi.§. in computatione.dicit,quod deducit expenſas hæreditatis, non autem dicit de impenſis factis in ſui fauorem.In contrarium facit, quia immo videmus in prælato electo ad certum beneficium , qui cauſam ſuæ electionis defendit expenſis reddituum beneficij.

8 † Nam eam defenſionem poteſt facere ſuis ſumptibus , ut no.in c.præterito.extra de elect.in 6.dicit tamen Ange. quod poteſt dici,ꝙ ſi obtinuit in cauſa , ſatiſdatur impenſa hæreditaria,ſicut & illa,quæ fit pro inſinua.teſtamenti.non enim fit, niſi ut hæres obtineat,qua non facta, non obtineret .

Sed vlterius ad practicam quæro,dicit tex.in d.§.in computatione,quod deducit expenſ.neceſſariam factam in quacunque cauſa hæreditaria, quæ ſunt iſtæ cauſæ hæreditariæ ? Dicas,quod ueniunt ſumptus facti in tabellionibus , in nuncijs, ſeu apparitoribus,in aduocatis dictantibus inuentarium , in gabellis,quæq; pro uendit. ſoluuntur ex conſue. in proxenetis & alijs mediatoribus venditionum , & ſi qui alij ſint ſimiles,ita dicit Ang.in d.§.in computatione.in fi.2.no. ad quod facit,ff.ad l.falc.l quantitas autem patrimonij.

9 † Item nonam addo vtilitatem , quia ſi hæres incipit facere inuentarium,d.l.fi.§ licentiam. C. de iure delib. unde colligi poteſt,quod iſta exceptio intra tempus inuentarij impedit ꝓceſſum,& non eſt diu morandum,quia eſt dilatoria.l. pen.& vlt.C de exce fallit,quando conuenitur,non ut hæres, ſed ut ſimplex poſſeſſor, forte reali iudicio,quod intẽtari poſſet contra quemlibet poſſeſſorem,etiam non hæredem.l. Neſennius §.fundo.ff.de re iudi.Item fallit,ſi uexatur pro lega.ad pias cãs quæ non requirunt dilationem , ut legata alimentorum facta pauperib.ne interim fame moriantur , uel per reſtitutionem ablatorum & vſurarum,quibus non reſtitutis anima teſtatoris pęna affligeretur. idem ſi quid fuit relictum pro funere faciendo & hoc tenet Ray.Mar.Sil.& Bal.in d.§. donec.

Item fallit,ſi intra tempus inquietat ut hæres : quia illa dila. pendente, poterit reconueniri a pulſatis ab eo,arg.l.2.§. legatis.ff.de iudi.C.de ſen.auth.& conſequenter.niſi alios conueniret neceſſitate compulſus : eo quia dilatio eſt allatura periculum,vt quia debitores hæreditarij cum pecunia fugiãt,aut domus vicinę imminere ruinam ſ.domus hęreditarias,ut petatur caueri de damno inſec.d.§ legatis.& d.§ ſed ſi agant.

10 Sed quæro, † licet intra illud tempus regulariter non poterit conueniri,an ſaltem poterit agere? Videtur quod non,per no.in l.3 ff.quod quiſque iur.dicatis contra,quod immo poterit agere.non ob.illa l.3.quia iſtud priuilegium , quod non conueniatur,non habet ex impetratione,ſed a iure.ſed dubitatio eſt,ſi agit,an poterit reconueniri?Dicatis quod ſic,l.2.§. ſed ſi agnat. ff.de iudic.

11 † Secunda pars prin.iſtius ſeptimæ q.eſt de effectu & præiudicio propter inuentarium non confectum;& effectus eſt:ꝙ iſte hæres tenetur creditoribus inſolidum etiam vltra vires hære.ſi ergo ſunt creditores uſque ad centum, & in hæreditate nõ ſint niſi 60.tenetur ad cẽtum,ut d.l.fi.§.ſi uero poſtquam.C de iure delib.

Sed an iſtud ſit uerum in omni foro,ꝙ hæres tenetur vltra vires hæreditatis?Dic ſecundum lo.An.ꝙ iſtud habet locum in foro contentioſo & iudiciali , in foro autem conſcientiæ non tenetur vltra vires propter non confectionem inuentarij,ut in c.quanquam.de vſur.lib.6.in nouella:& idem firmat Spec.de inſtru.edi.§.edita.quod dictum limitat Ang.in l. 1. §. hæc ſtipulatio ff. ſi cui plus quam per l. Fal. ꝙ hoc eſt uerum in omni hærede,qui nullum commodum ex hæreditate ſentire debet;& in executore,qui loco hæredis habetur. idem dicit Ang.in hærede,qui poteſt commodum reportare , ſi defunctus ultra vires ſui patrimonij grauari non poterat. & eſt in marito & alijs,a quibus non poteſt exigi ultra quam facere poſſint,ut dicit Ioan.And.in hærede vſurarij,qui non tenetur vltra uires patrimonij:quia nec vſurarius tenetur, ut in c. peccatum.de reg iur.in 6.In alijs uero caſibus dicit Ang.credo hæredem teneri etiam in foro conſcientiæ;quia ipſum teneri inſolidum,eſt inuentum in pœnam non conficientis inuentarium,de quo in d.l.fi.

12 † Item tenetur hæres ad ſolida legata,ut in Auth.de hære.& Fal §.ſi uero non fecerit. & ſic perdit Falcidiam,quam poſſet habere de iure,facto inuẽtario.dicitur enim legem ſpernere. d.§ ſi uero,uel poſtquam: ergo non debet eius auxilio uti.ff. de mino.l.auxilium.in fi.& de execu.rei iudi.l.2.& C. de epiſc. audi. l. 3.

Sed quęro ad practicam:dictum eſt,quod tenetur inſolidũ: an ſit ſemper uerum?Dic quod non: ſed fallit æquitate canonica in terris eccleſiæ,in quibus hæres non conficiens inuentarium

tarium non tenetur vltra vires hæreditatis, ut no. Oſt. in ſumma, in tit. de teſt. hoc etiam tenet Ioan. An. in vſuris, expreſſe in c. quamquam. de vſu. in 6. & ita refert & ſequitur Angel. in d. l. fi. §. ſi vero vel poſtquam. C. de iure delib.

13 † Vlterius dubitatur, quid dicimus in fiſco, & etiam in non conficiente inuentarium? Bar. dubitauit, & nõ determinauit, & dimiſit inſolutum. Ang. dicit, quod quantum ad Falcidiã, neuter gaudebit beneficio ipſius Falcidię. caſus eſt, ſecundũ eum, in §. pupillus. in Auth. de hære. & Falc.

Si autem patrimonium non eſt ſoluendo, nullus eget reſtit. aduerſus adi. quia habetur pro non facta ff. de iure fiſci. l. non poſſunt. & l. 1. §. an bona, coniuncta gl. co. tit. & in eccleſia, dicit ipſe, eſt caſus in Auth. ſicut alienatio. C. de ſacro. ſan. eccl. Illi enim, qui non ſunt veri hæredes, ſed ſucceſſores vniuerſales, puta Abbas, qui recipit monachum, itẽ pater arrogator, item fiſcus occupans bona ex delicto, non conueniuntur in ſolidum, ſed tantum vſq; ad vires patrimonij. iſtud eſt no. Innoc. in c. in præſentia. de proba. in vlti. gl. magna. & eum ſequitur Ang. in d. § ſi vero vel poſtquam.

14 † Quid dicemus in milite non conficiente inuentariũ? Dic, q̃ non tenetur vltra vires hæredit. d. l. fin. §. nouiſſi. C. de iure deli. & hoc, quia non imputatur, ſi neſcit ll. vt ibi, hodie autem eſt correctum, in Auth. de hæred & Falcid §. ſi uero duplex. ſed iſta eſt ratio, quæ per omnes alleg.

Quid dicemus in milite doctore legum: quia aliquos vidi legum Docto. milites, an excuſabuntur? Videtur quod non excuſentur: quia iura, quæ excuſant milites, dicunt, quod non debent ſcire ll. ſed arma: ſi autem ſciunt, non videntur excuſandi, cogitetur.

SVMMARIVM.

1 *Legitima debita iure naturæ, an perdatur per non confectionem inuentarij. 27 29. 30 45.*
Argumentum à maiori, an validum in iure.
2 *Legitima an prius detrahenda, quàm æs alienum.*
3 *Legitima cur inuenta, & an grauamen illi poſſit imponi, & detrahi non poſſit ſine onere 14 28.*
4 *Falcidia quare inuenta, & an detrahatur ex rebus hæreditarijs, quæ fuerint teſtatoris tempore mortis 5.*
6 *Iacturam pati plus eſt, quàm lucrum non facere.*
7 *Inuentarium eſt de iure nouo & nouiſſimo.*
8 *Immiſcere eſt propriè ſuorum. 41.*
9 *Argumentum de tempore ad perſonas uel res, tenet.*
Falcidia hodie à teſtatore prohiberi poteſt.
10 *Fame filium perire, non eſt veriſimile patrem.*
11 *Falcidia per non confectionem inuentarij an perdatur.*
Et an filio in legitimam imputanda.
Et an eius appellatione ueniat quarta.
12 *Furti ſuſpicio non cadit in filium.*
13 *Falcidia venit ex lucro, legitima ex debito.*
14 *Legem ex rationis maioritate licet extendere.*
Argumentum de ſimilibus ad ſimilia procedit.
15 *Legitima in quo differat a Falcidia.*
16 *Eccleſiaſtica perſona per non confectionem inuentarij an perdat quartam.*
Argumentum ab authoritate, eſt optimum.
17 *Actio hæredis, qui iuramentum non fecit, an confundatur per aditionem.*
18 *Obligatus quis ſibiipſi eſſe non poteſt.*
19 *Regnum, corona & dignitas, ſunt res inuiſibiles.*
20 *Ius canonicum diſtinguitur per ius ciuile, item & diuinum.*
Cautio de reſtituendis uſuris non eſt de ſubſtantia teſtamenti.
21 *Teſtamentum per inhabilitatem inualidum, ſuperueniente ualiditate an roboretur.*
22 *Filius beneficium ſibi conceſſum facto ſuo poteſt perdere.*
23 *Ignorantia iuris quando ſit innocua.*
25 *Creditor ſuccedens debitori, et non conficiens inuentarium, an perdat quod ſibi debetur.*
Filius, viuente patre, an poſſit agere aliqua actione pro legitima.
26 *Actus unus varios effectus operari non debet.*
31 *Commodum non meretur, qui onus reſpuit.*
32 *Deceptis, non autem decipientibus, lex prouidet.*
33 *Prohibitio quando non fit à lege, debet remanere in ſuo eſſe.*
34 *Extenſio in odioſis & pœnalibus reprobatur.*
35 *Lex vna aliam diſtinguit*
36 *Leges legibus ſunt concordandæ.*
37 *Inductum in fauorem non debet in odium redundare.*
38 *Delictum maius eſt in faciendo, quàm in omittendo.*
39 *Incendiarius qualiter teneatur creditoribus, quibus incendia ſunt facta.*
Præpoſitio iuxta, quid denotet.
40 *Legitima per legem tolli an poſſit.*
Quarta debita iure naturæ an potentior, quàm quarta iure inſtitutionis debita.
41 *Lex noua veniens ad correctionem iuris ueteris, quomodo intelligenda.*
43 *Mutio recta non fit ex ſeparatis.*
44 *Verba conuenire debent legi.*

Caput quintum.

1 Quæro deinde, quid dicemus † in filio non conficiente inuentarium, an perdat quartam debitam iure naturę? Et quia iſta queſt. eſt diſputabilis & ſubtilis, & eam alias publice diſputaui, ut cæteris ſcholaſt. eam diſputare uolentibus auxilium præſtem, diffuſe eam adducere diſpoſui. Et in iſto dubio, primo adducam argumen. pro parte affirmatiua, deinde p parte negatiua, tertio deciſionem, quam ſentiam. Et primo pro parte affirmatiua, ſcilicet quod pdatur quarta debita iure naturæ, probatur arguendo a maiori, quod argum. eſt ualidum in iure, authen multo magis. C. de ſacroſanct. eccl. ſed certũ eſt, quod detractio æris alieni eſt potentior, quam detractio legitimæ: quia æs alienum pręcedit legitimam, ut prius detra-

2 hatur de hæred. † quam ipſa legitima. l. Papin § quarta autẽ. ff. de inof. teſta. l. irritum. & l in imponenda. C ad l fal & inſti. ad l. falcid. § cum autem. Sed ſi filius non conficit inuentar. pdit æs alienum, quod ſibi debetur. d. l. in imponẽda ergo multo fortius perdit legitimam, cum eius detractio non ſit ita efficax, ut dixi.

Reſpon. quod alia ratio eſt in debito iure naturæ, quia obſeruantia inuentarij, nõ eſt primordialis & finalis cauſa quartæ debitæ iure naturæ: ita eo ceſſante, non ceſſat ipſa quarta. l. 1. § ſexum ff. de poſtul. l adigere. § quamuis, de iu. pat hæc namque quarta fuit inuenta in filij auxilium, ne fame periret, ut in authen. ut cum de app cog. § aliud. & de ea dẽt detrahi oĩs conditio, modus & grauamen l. quoniam in prioribus C. de inoff. teſtam. ſed ſi debet conficere inuentar. haberet illud conditi. ſeu modum, ut dicemus. Ideo in hac quarta ſpeciale, qđ

3 in alijs non ſeruatur. † Et quod hoc ſit uerum, ſic probatur: quia cum filius ſit in bonis patris quaſi dominus, l. in ſuis. ff. de lib & poſthum. & §. ſui, inſti de hære. quali & diff. ſi pater nollet eum filium habere hæredem: tamen in ſignum præeminentiæ reſpectu extraneorum conceſſa eſt filio legitima, ne careat omni commodo hæredita. Et in hac legitima non poteſt filius ſentire grauamen. d. l quoniam. niſi ad commodum ipſius filij. l. ſi fundum per fideicom. §. fi. cum l. ſeq de le. 1 & l. ſi arrogator. ff de adop. Et ſi dicatur, non ueriſimile, q̃ ſi deliquit in non conficiendo inuentarium, permittat ſe fame mori: quia tunc non poteſt dici doli capax, in quo non eſt neceſſarium aliquod auxilium l. 1. C. ſi aduer deli. & l. 2 & 3. C. ſi mi. ſe ma. dixe. dic, quod immo eſt ueriſimile, & maior

4 ſuſpicio, † quod delinquens fame pereat, quam alius, nam nõ præſumitur feciſſe tam gratia deliquendi, quam prouidendi ſibi l. 1. & 2 C. de parri q̃ fil. diſt. iõ creditur non conficere inuentar. ut poſſit aliquid retinere, eo q̃a ſcit uno mõ ſe lucrari.

Vel reſpon. quod illa l. in imponenda, non loquitur de quarta debita iure naturæ, ſed de quarta falcidiæ, & de illa non eſt mirum, ſi ſit diminutio propter æs alienum. facit inſti ad l. fal. § cum ratio. Nam ideo de ære alieno non deducitur quarta, vt ex d. ll. patet, quia quarta uenit, ut hæres non grauetur ex adi hæredita. uacua. fuit enim inuenta falcidia, quia non eſt æquum, vt adeat hæres hæredit. & præſtet legata, nil retinendo. inſti. de fideicommiſſ. hæred. per to. l. 1. ff. ad l. falcid. cum multis ll. ſequ. de debitis autem cum defuncto non detrahet, quia non erat habiturus aliquo modo, oportebat enim omnibus ſatisfacere, & nil retinebat; ideo ſi ipſe hæres fuiſſet creditor, poſſet retinere, & non imputari in quartam. l in quartam. ff. ad l. falcid. & l. Neſennius. eod. titu. Licet enim dicantur confuſæ actiones. l. debitori tuo. C. de pact. l. Stichum & Pamphilum. §. addi. de ſolu. cum illud ſibi præcipuum capit ſpecialiter. l. ſi debitori creditor. ff de fideiu & l. ſi ei §. ſi is. ff. de euict. facit l 1. §. ſi debitori. ff. ad l falci. Ad §. ergo quarta, reſpondetur, q̃ loquitur in quarta, quæ debetur iure inſtitu.

5 † Non autem in quarta debita iure naturæ. Præterea licet de quarta deducatur æs alienum, non tamen minuitur. nam illa quarta dicitur, quæ cadit ex rebus hæreditarijs, quæ fuerunt teſtatoris tempore mortis. l. in quarta. & l Neſennius. ff. ad l. falci. facit dictum gl in ca Raynutius. & cap Rayn. ext. de teſt. ſed debita non erant deducta, cum ad ſoluendum ſit obligatus: ergo ſic in propoſito, licet deducatur æs alienum, tamen de bonis proprius teſtatoris detrahi debet quarta debita iure naturæ, & hoc quando ſunt. Si autem defunctus erogaſſet credita, certe ſuccurrendum eſt hoc caſu, ut quartam eius quam habuiſſet ab inteſtato, accipiat. l. parentibus. C. de inoffic. teſtam.

Item probatur, quod non conficiens inuenta. tenetur ſatisfacere creditoribus, & legatarijs ultra vires hære & ſic de ſuo proprio patrimonio. l. fi. §. ſi vero poſtquam. C. de iu. del. authen.

then. de hær.& falc.§.ſi vero non fecerit. Si ergo de ſuo tene-
tur, ergo fortius tenetur in legitima, & ſic eam nõ detrahet:
licet enim ſit debita filio, non tamen eſt ita debita. uel non di
citur ita propria, ſicut patrimonium ſuum. Si ergo filius pu-
6 nitur in ſuo patrimonio, quod plus eſt: † ergo fortius in ipſa
legitima, quod minus eſt. maior eſt enim iactura, & damnum
pati, quam lucrum non facere, l.ſi. C.de codicil. argumen. l.
nemo poteſt ff.de leg 1 in ſi.
Reſpondeo, vt ſupra proxime dixi. Vel poteſt dici, quod te-
netur vltra vires hæredit. tamen retinet ſuam legitimam, quę
habet hoc ſpeciale. Nam tantum minus eſt in legato, quan-
tum capit ſua legitima, ut ſi in lega. ſunt centum, & legitima
continet quinquaginta præſtabit tãtum 70. etiam de ſuo pro
prio, ſi in hæreditate nil eſt amplius. Vel poteſt dici aliter, ꝙ
illa lex loquitur in hęrede extraneo, qui voluit iuris ordinem
ſeruare in conficiendo inuentario. Ego autem loquor in fi-
lio ſuo, cui hæreditas eſt quæſita ipſo iure mortuo patre, &
ſic non perdit debitum bonorum ſubſidium. authen. de hæ-
red. & falci. §.ſi quis Vel diceremus, quod illud, quod vna uia
conceditur, ſcilicet ipſam debitam iure naturæ retinere, alia
denegaretur, quæ eſſe non debet. ff.de tu & cu da ab his. l.ſci
re oportet. §.1.& C.de iu.delibe. l. ſi §. ſi poſt. in glo. in litem,
7 & hoc ſatis conſtat. † Nam inuentarium eſt de iure nouo. d.l.
ſi. Item de nouiſſimo authẽ de hæred.& falcid §. hinc nobis.
ſed de iure ciuili non eſt neceſſaria aditio in filio. l.3. C.de iu.
delib l.apud hoſtes, C.de ſuis & legi.l.in ſuis.ff. de libe. & poſt
hum. ergo nec confectio inuentarij.
Et ſi quæritur, quare extraneus hæres tenetur vltra vires, &
filius non Reſpondeo: quia hæres extraneus admittitur ad lu
crum, & filius ad debitum. l ſi. C.de cod. Et ꝙ eodem modo
poteſt rñderi ad § ſi vero. & ad § hinc nobis. de hær. & falc. ꝙ
ibi loquatur in extraneis Et ꝙ ita loquatur in extraneis, pro-
bo primo: quia dicit, teſtatorem poſſe prohibere falcidiam,
ſed teſtator non poteſt prohibere debitum iure naturę, ergo
non loquitur in filio. Item probatur quia dicit, ſi quædam ſo
luta ſunt per ignorantiam iuris, non repetit: ſed iſta non con-
ueniunt filijs: quia poſſunt repetere. l.ſi patronus. de do. & ſic
videtur, quod loquatur tantum in extraneis, cum uerba non
conueniant, niſi extraneis & ab iſta ſent. non eſt recedendũ:
quia communis opi. eam ſeruat in iudicando, licet in diſpu-
tando aliud dicatur Poſſet tamen replicari, quod immo d.l.
8 ſi loquatur in ſuo duplici reſpectu. † Nam in §. ſin autem du-
bius. & in § ſi uero vel poſtquam. ponitur ibi per tex. verbũ,
immiſcere, quod eſt proprium ſuorum hæredum. nam extra-
nei non immiſcent, l.cum in bonis. ff de acqui hæred. inſtitu.
de hære. quali. & diffe. §. extraneis. & §. ſeq. vſque ad fin. Item
alio reſpectu, poſito quod non eſſet verbum, Immiſcere: ſed
ſolum verbum, adire, cum illud eſt verbum, generale. Nam il
le qui adijt, Immiſcet, licet non econtra. l.vna. §.in nouiſſimo
C.de cad.toll. Itẽ filius poteſt adire, ſi vult, ſicut poteſt ſe im-
miſcere l.defunctus. C de leg. hære. Sed ad illam replicationẽ
poſſet reſponderi, & primo dum loquitur de immixtione.
Reſpondeo, quod bene habet intentionem ad ſuum hære-
dem. ſcilicet quo ad hoc, vt teneatur creditoribus hæredita-
rijs non conficiendo inuent. ſed quod perdat legitimam, non
dicitur. Et ſi dicatur, ſi tenetur inſolidum quomodo detra-
hit quartam? Reſpondeo. duobus modis: vno modo, ſecun-
dum Bal. qui ita ſentit in d. l. fina. nam de leg. debitis deduci-
tur quarta. Et ſic quarta legata, & credita diminuetur ratione
quartę totum autem illud, quod ſuperuenit, erogabitur quar
tæ Et ſi plus erit neceſſarium, exoluet: tamen quartam retine
bit Pono enim, quod hæreditas valet centum quinquagin-
ta, & legata ſunt trecenta: de legatis deducentur centum tan
tum, & ſic reſtabunt ducenta: vnde filius non damnabitur, ni
ſi in quinquaginta tantum Et dicit notabiliter Iaco. But. ꝙ il-
lud, quod deducitur ratione quartæ, non videtur legatum. l.
ſcimus. C de inoffic. teſta. Vel poteſt reſponderi, dum dicit, le
gata eſſe ſoluenda inſolidum, quod debet intelligi, inſolidum
9 idest, donec eſt in hæreditate, quod ita probatur. † Nam valet
argu. de tempore ad perſonas, ſeu res. l. qui plures, de vulg. &
pup. ſed quandocunq; verba denotantia perfectionem tem-
poris ponuntur in aliquo actu, debent declarari ſecundum
tempus, in quo actus valet, in quo verba proferuntur, puta ſi
dixero, Volo tecum contrahere ſocietatem in perpetuum: in
telligitur, donec vixero. l. 1 ff pro ſocio. ſic dicam in caſu no-
ſtro, in rebus & perſonis: nec intelligantur inſolidum legata
præſtari, prout eſt in hæreditate. Et ſi diceretur quod non in-
duxit illa lex addendo inſolidum, pro quadam pœna illi, qui
non confecit inuentarium.
Reſpondeo, operatur quo ad retractionẽ falcidiæ. nam non
retinebat falcidiam. Et ſic quo ad illud erit grauatus de debi-
to iure naturę: nihil enim eſt inferendum tanquam ex ſepara
tis arg l. Papin. exuli. ff. de minor. nam talis eſt contra volunta
tem defuncti, vnde de iure ff orum nõ poterat prohibere. l. ꝙ
de bonis §. ſi ad l.falc. hodie autem ſic, authen. ſed eum teſta
tor. C.ad l.falcid. ſed debitum iure naturæ eſt potius ſecundũ
10 mentem teſtatoris, quam præter; quia eſt veriſimile; † quod
voluerit, quod filius non pereat fame, propter quod illa eſt
inducta a l. authen. de trien. & ſemiſ. §. conſideremus. ideo
non eſt veriſimile, quod voluerit, quod filius perdat propter
non confectionem inuentarij, quæ confectio non fuit vnquã
de mente defuncti; imo potius præter mentem. Et ſic poteſt
intelligi ille tex. ſicut alias videmus, quod verbum ſignificans
infirmitatem, reſtringit in tempore, ut C.de ſacroſan. eccle. l.
fin. vnde eſt inconueniens, ſi verbum denotans implementũ,
intelligatur, quantum in re, non vltra Vel poteſt dici, quod li
cet teneatur vltra vires, exactio tamen non fit niſi pro modo
eius patrimonij, quæ apud eum hæredem eſt, ut l.1.§. ſi is qui
ff.ad Trebell. Vel ſecundum antiquos põt dici, cauetur inſoli
dum, ſprout patiuntur facultates. ita exponitur in ſimili tex.
in ca. quanquam. in princ. de vſu. in 6. ibi, prout facultates &c.
Et licet in tex. dicat ibi plenariè, quaſi ſentiat, quod etiam ſi
facultates non ſufficiant creditoribus, tamen intelligitur ple
narie ſatisfactum, ſi reſpectu quantitatis hæredis eſt ſatisfa-
ctum. Et ſi dicatur, imo inſolidũ, ſignificat etiam vltra illud
quod peruenit ad hæredem. l.vna. C.ne ex delic. defunct. ſed
dic, quod illud non facit virtus illius verbi, inſolidum: ſed
operatur contra lit. facit inſtitu. de pœna temere litig. §. pęna
les. & l. omnes actiones. de reg. iur. hic autem non dicit de li-
11 tis conteſta. ergo &c. † Item probatur: filius non confi-
ciens inuentarium ſolenniter perdit Falcidiam, quam capit
iure Inſtitu. d § ſi verò non fecerit. ſed iſta Falcidia imputatur
ſibi in legitimam, vt not in l.quanquam. C ad l.Fal. ergo con-
ſequẽter amittit legitimam, ar. l. Papi. §. meminiſſe. ff. de inof
fi. teſta & eſt ſimile, quod dicitur in patrono. l.ſi patronus. ff.
de bo. libe. Reſpondeo, ꝙ tunc imputatur, quando filius eſt
factus ex ea locupletior, quando eam recipit: ſed ꝙ aliter im-
putetur, negatur, quia tũc diceremus in legitima imponi gra-
uamen, quod eſſe non debet, ne quod vna via cõceditur, alia
prohibeatur. Item probatur, quod appellatione Falcidię cõ-
tinetur quarta debita iure naturæ, auth. vnde ſi parens. C. de
inoffi. teſta. ſed non conficiens inuentarium perdit Fal d l.ſi.
§.& ſi præfatam, & in d.§. ſi verò non fecerit. ergo etiam per
dit quartam debitam iure naturæ Reſpondeo, vt ſupra in pri
mo mortuo: quia immo inter illas eſt differentia.
12 † Item probatur, quia vbi eſt eadem ratio, ibi debet eſſe
idem ius. l.illud ad l Aquil. l.a Titio. de verbo. oblig Sed quæ-
ro, quare perdatur Falcidia: quia eſt ſuſpicio furti, quia ori-
tur, quando non fit inuentarium. quæ ratio etiam habet lo-
cum in debita iure naturæ, ergo &c Reſpondeo, quòd im-
mò non eſt eadem ratio. nam iſta ſuſpicio furti non cadit in
filio Immò ſi aliquis ſubtrahit, potius eſt præſumptio, vt fa
ciat cauſa ſe alimentandi, ne fame pereat, quam animo fu-
randi faciat, facit, quod nota. in l.1.& 2.C. de pa: qui ſi. diſt.
13 † Item eſt diuerſa ratio: quia Falcidia veniat ex lucro, le
gitima ex debito iure naturæ. Et quod quarta falcidiæ ueniat
ex lucro, patet ex l. fina. de iure deliberandi. & Authen. de
hæredi. & Falcidia. §.ſi vero non fecerit, ibi, quod eſt lucrũ
ſed debita iure naturæ fuit inducta non ſolum à lege, ſed etiã
æquitate, de qua in l.cum ratio. ff. de bo. dam & l.ſcripto.
ff. vnde lib. ſcilicet, ne filius fame pereat, immo magis fauc
tur ei, qui tractat de damno vitando, quàm ei, qui tractat
de lucro captando. l.fina §. ſin verò C.de iure delib l. de die.
ff. qui ſatiſd cog. l. Arrianus. ff de actio & obli. Et ſi replicetur
licet non ſit par ratio in totum, ſi tamen eſt contraria, poteſt
de vno ad reliquum argui; ſecundum tex. glo. & Bart. in l.ſi
quis filium. §. 1. ff. de colla. bon. Reſpondeo, quod ibi erat ma
14 ior ratio; & ideo illud idem ius, de quo ibi ſtatuebatur. † Nã
ex maioritate rationis bene licet legem extẽdere. authẽ. mul
to magis, de ſacroſanc. eccl. faciũt nota. in authen. quas actio
nes. cod. tit. Sed in caſu noſtro non eſt maior ratio, immò mi
nor, vt dixi. Præterea ipſa ratio, quia qui præſumitur furari,
non reſpicit ipſam Falcidiam, ſed ipſa Falcidia eſt ſublata per
viam pœnæ, vt dicit §. ſi verò non fecerit, vnde illa ratio ſe
habet dirigere ad illud, quod teneatur omnibus, quare &c. Si
ergo iſta ratio non dirigitur ad Falcidiam, ergo multo minus
ad quartam debitam iure naturæ. Item probatur, Non eſt poſ
ſibile legiſlatorem omnes caſus comprehendere, ſed opti-
mum eſt arg. de ſimilibus ad ſimilia. l. non poſſunt. ff. de legi.
ſed reperitur, quod filius perdit Falcidiam propter non confe
ctionem inuentarij, de debita autem iure naturæ, nil eſt di-
ctum, vnde licet non ſit omnimoda ſimilitudo, tamen eſt ali
qua, quia ambæ vocantur quartæ, ideò arguitur tanquam de
ſimili ad ſimile. Sed reſpondeo, quod iſta non ſunt ſimilia,
niſi quo ad hoc ſolum nomen quartæ, ſed hæc ſimilitudo nõ
ſufficit, cum ſint diuerſæ, tam quo ad modum conſtituen-

15 di, quam conſtituti. † Nam legitima iure naturæ non venit contra voluntatem teſtatoris, ſed potius ex eius voluntate: auth. de trien. & ſe. in prin. Falcidia autem venit contra voluntatem teſtatoris, qui omnia fideliter legauit, credens per hæredem debere exequi. l. 1. ff. ad l. Falc. Inſti. ad l. falc. quod licuit iure veteri, hodie id reſtrictum eſt ad dodrantem. ſed eſt magna differentia inter inducta ſolum iure ciuili, & inducta de iure ciuili & naturali. & ſic nõ ſunt ſimilia, etiam quo ad modum conſtituendi. Item eſt differentia quo ad modum conſtituti: quia ſi eſſet hæreditas creditoribus grauata, debita iure naturæ detrahitur: natura illam minuit, vt in §. ſi noſtra inſtitu de ſucceſ. lib. ſalcidia autem detrahitur, cum æs alienum deducitur. l. Papinia §. quarta. ff. de inof. teſtam. Et ſic eſt differentia: ideo non arguitur de vna ad aliam.

16 † Item probatur, perſona eccleſiaſtica, vel conſtituta in dignitate quacunque, ſi non conficit inuentarium, perdit quartam. authen. de hæred. & falcid. in gl. quia vere dixi: ergo a fortiori filius: quia ſi perſona priuilegiata perdit, ergo a fortiori iſte priuatus.

Reſpondeo, quod illud procedit in falcidia, de qua non eſt quæſt. mea. Vel dico, quod iſtæ perſonæ non priuilegiantur, ſicut in caſu meo. Et hoc reſpectu Barto. non fuit hanc auſus quæſtio, decidere in Authen. ſed cum teſtator. C. ad l. falci. licet Ang. eam decidat in l. fi. §. penul. C. de iur. delib.

Item probatur ſumpto argu. ab authoritate, quod eſt optimum in iure l. ſeptimo menſe ff. de ſta. ho. l. ſi patet. ff. de ſol. l. vtrum. ff. de reb. dub. ſed in hac ſententia eſt Olieri. in ſumma, de teſta. uer. quid ſi non fecerit. cum uerſicu. ſequen. Hãc tenet Ioannes And. in c. quanquam extra de vſur. in 6. hoc tenet gl. Ber. in c. Raynutius in fi. de teſtam. hanc tenet Bal. in l. fi. § fi. C. de iur. delib.

Sed reſpondeo, quod poteſt teneri contradiſputando, per rationes de quibus dicetur.

17 † Item probatur, ſi ſemel hæres habuit quartam iure naturæ, non debet amplius habere. l. cum quæritur, C. de inoffi. teſtam. ſed non conficiens inuentarium, præſumitur habuiſſe quartam: quia hæreditas præſumitur locuples. authen. de hære. & fal. §. ſancimus. ergo per non confectionem perdit.

Reſpondeo, quod illud procedit, quantum ad quartam iure inſtitu. non quantum ad quartam debitam iure naturæ.

Item probatur, quia non conficiendo inuentarium; hæredis actio per aditionem remanet confuſa, & nulla ex ea remanet exactio, neque deducto. l. fi § ſi uero & ipſe. C. de iure deliber. ergo nec in debita iure naturæ, quæ ut æs alienum debitum cenſetur. Reſpondeo, quod licet per aditionem hæredi, confundatur actio, l. debitori. C. de pact. hoc tamen procedit quantum ad agendũ, & quantũ ad ſubſtantiã obligatio-

18 nis. † quia non põt eſſe ſibiipſi obligatus, nec poteſt contra ſe agere. l. frater a fratre. C. de cond. inde. in fi. primæ gl. magnæ. l. irritã. C. ad l. fal. & l. in imponẽda. Et poſito ꝙ hic corrigatur hodie, quantum ad legata & fideicõmiſſa. particularia: quia poſſunt excedere vires hæreditarias: attamẽ in fideicommiſſo uniuerſali non corrigitur, nec in debita iure naturæ.

Item probatur in c. licet. de voto, vbi filius propter delictũ Inobedientiæ priuatur hæredita. videtur in iſto caſu.

19 † Reſpondeo, quod ibi loquitur de regno, quod eſt indiuiſibile; quia corona non poteſt diuidi. Item quia dignitas non diuiditur, ne minuatur authoritas dignitatis, vt in cap. primo de feud. Marchię. col. 10 & etiam ſuadet vtilitas ſubditorum: quia expedit multitudinem regi ab vno. l. ſecunda. §. nouiſſime. de orig. iur. Et quod regnum ſit indiuiſibile, notat Cy. in l. ſi viua matre. C. de bo. mat.

Item probatur in cap. ſi hæredes. extra de teſt. & 1 1. quæſtio. 3. c. Silueſter. vbi ratione inobedientiæ priuatur filius. Reſpondeo ſecũdum alios, quod ibi eſt ſpeciale in relicto ad pias cauſas, ſed dicũt aliqui hoc eſſe falſum, quia legitima eſt potentior, quam quicunq; legatarius ad pias cauſas, nec poteſt eſſe in mora filius reſpectu legitimæ. Nam videtur eſſe legatum, quod a iure naturæ detrahitur. C. de inofficio. teſtamen. l. quoniam in prioribus.

20 Reſpondeo ergo ſic, † quod illa clauſula debet intelligi, ſalua legitima, & ſic ius canonicum diſtinguitur per ius ciuile, per quod etiam diſtinguitur ius diuinum. ut no. in l. 1. ff. de cõſti. prin. & iſtã ſol. Bal. ſenſit in Auth. hoc amplius. C. de fideic.

Item iu probatur ſimili. nam cautio de redden. vſur. eſt de ſubſtantia teſtĩ vſurarij: alias teſtm̃ non tenet, ſi fuerit omiſſa per defunctum, vel hæredem: vt in c. quanquam. de vſu. lib. 6. Et tamen licet teſtm̃ non valeat hæres tenetur reſtituere totum debitum vſurarium: ergo ſic dicam in caſu iſto. nam cõfectio inuẽt. eſt caput aditionis. l. ſcimus. C. de iu. delib. ergo ſi fuit omiſſa, tenetur inſolidum vltra vires hęre. ut inſolidum creditorib. ſatisfaciat, ergo in legitima grauabitur. Rñdet, ꝙ arg. non eſt bonum. nam obſtaret, ſi præſtatio cautionis eſſet de neceſſitate teſtamenti, ꝙ non eſt, quia ſi eſſet de ſolennitate, requireretur eodem contextu fieri. l. antiquitas C. de teſt. vnde & ante & poſt teſtamentum poteſt practicari. d. c. quanquam. Vnde quia fuit præſtita cautio de vſura, reſtitutio recõualeſcebat. nec ob. l. ſi filius. ff. de teſt. cum ibi nouum teſtamentum, quod ab initio non valuit, ex ſuperueniente habili-

21 tate non reconualeſcit, quia † illud eſt, quando teſtamentum eſt iuratum propter defectum teſtatoris, qui erat inhabilis tẽpore teſtamenti, quod inſpicitur. l. ſi alienum. §. in extraneis. ff. de hær. inſt. & inſt. de hær. qual. & differ. § in extraneis. hic autem teſta. non efficax propter incapacitatem teſtatoris, vel hæredum: ſed ſolum eſt in ſuſpenſo, donec præſtetur cautio. & ita intellexit Nic. de Mai. c. quanquam. pręalleg. & ita tenet Bar. in effectu, licet per multa verba in l. filio p̃terito. de iniuſ. teſta. Vel poteſt dici, ꝙ illud c. facit potius pro hac parte, dum dicit, quod non ſepelitur, qui iſto modo teſtatus eſt donec ſatisfecerit, prout patiuntur facultates, plenariè, quaſi ſentiat, quod dicatur plenariè ſati fieri, ſi quo ad modum facultatũ ſatisfecit. Item probatur in c. Raynaldus in fi. extra de teſta.

Reſpondeo, quod ibi loquitur de quarta iure inſt. vel fal. nõ autem iure naturæ, vt in glo.

Item probatur, quando datur aliquid in beneficio filij, poteſt tunc illud ex ſuo facto perdere, vel diminutum præcipere l. ſi quando. § & generaliter. C. de inoff. teſta. ergo omittendo inuentarium, facto ſuo perdit legitimam.

22 † Reſpondeo, quod iſte § & generaliter, loquitur de facto, cui ille filius expreſſe acquieuit, ſcilicet parti ſibi relictæ, licet eſſet minus quam legitima: hic autem non acquieuit voluntati teſtatoris, & legis, ſed facto teſtatoris tantum vnde debet habere integram legitimam. Item probatur, ſpernentes legẽ debent puniri, nec gaudent leg. auxilio l. iuxta. ff. de mino. ſe. fi § ſi uero poſtquam. C. de iure deliberan. ſed non conficiẽs inuentarium ſpernit legem, quæ præcipit inuentar. fieri debere, ergo debet priuari legis beneficio.

Rñdeo, ꝙ illud procederet, quando habet legitimam ab illa eadem l. quæ vult inuentar. fieri; ſed confectio inuentarij non eſt primordialis cauſa ipſius legitimæ; ergo non perdit ipſam legitimam, quæ ſuccedit loco alimentorum: & ſic eſt beneficium naturale, & a natura inductum, authen. de hære. & falc.

23 † Item probatur, quia ignorantia nocet ignorãti. l. Ius ignorantia. C. qui admit. ad bon. poſſ. l. 2. C. de iur. & fac. igno. l. 1. in prin. l. iuris ignorantia. & l. regula ff. de iu. & fac. ignor. ſi ergo filius ignorat ll. præcipientes inuentar. fieri, debet puniri. vt l. 1. ff. de concuſſ.

Rñdeo, ꝙ iuris ignorantia non nocet, quando tractatur de damno vitando l. iuris ignoran. de reg. iu. & l. error. eo. tit.

Item probatur, quia qui non facit id, quod facere debet, eſt puniendus, & dr̃ eſſe in fraude. l. quid ſit fugitiuus. §. Celſus & § idem ait ff. de ædil. edi. l. omne delictum. ff. de reſta. mil. l. pupilli debitor. ff. de ſolu. l. in fraudem ff. de his quæ in fraud. cred. ſed filius non faciens inuentar. non facit, quod debet, ergo perdit legitimam.

24 † Rñdeo & fateor, ꝙ non faciens quod debet, punitur, non tamen perdit legitimam, quæ eſt priuilegiata, vt de ea detrahatur omne onus, & omne grauamen. l. quoniam in priorib. C. de inoffi. teſta. Item probatur, quia filius ex delicto ſuo p̃dit legitimam. l. Papin. § meminiſſe. ff. de inoff. teſta. & eodem modo patronus reſpectu liberti. l. libertus ex minor. ff. de bo. lib. ergo filius non faciens inuentar. tanquam delinquens debet puniri, & priuari legitima. Reſpondeo, quod ibi loquitur in alio delicto, quam confectionis inuentarij. loquitur enim, quando filius recuſat teſtamentum patris.

Item probatur in d. l. fi. § ſi vero poſtquam. C. de iu. deli. vbi filius non vtitur beneficio. l. fal. §. ſi non fecit inuentar. ergo perdit legitimam. Rñdeo, ꝙ ibi loquitur in falcidia, & quod ibi loquitur in fal. expreſſe dicit tex. ibi: vñ non debet trahi ad legitimam debitam iure naturæ tanquam ius corrigens. l. cũ quidam. de li. & poſth. & in c. odia. de reg. iur. in 6. Item probatur inſt. de hære. quali. & differ. §. extraneis. & §. teſtamenti factionem. & l. eum qui bonis. ff. de acq. hære. cum immiſcere ſit ſuorum, vt d. iurib. Reſpondeo, ꝙ licet illud verbum, immiſcuerit, pertineat ad ſuos, tamen non facit talis defectus non confectionis, deficere legitimæ detract. ut in Auth. de hęred. & falcidia in uer. lucrari & auth. hoc amplius. C. de fideicom. & eſt tex. in Auth. de hęre. & falcid. §. ſi quis. ver. non implens.

25 † Item probatur, ſi creditor ſuccedens debitori, & non cõficiens inuentar. non detrahit, quod ſibi debetur. l. in imponẽda. & ibi no. C. ad l. falci. & eſt tex. a contrario ſenſu in l. fi. §. in comparatione. C. de iur. delib. ergo a fortiori filius non detrahit legitimam, quæ non eſt ita debita.

Reſpondeo, quod non eſt eadem ratio in filio, quæ eſt in creditore ratio enim, quare confunditur debitum eſt, ne quis ſit obligatur ſibiipſi. l. frater a fratre. ff. de condi. indebi. l. ſi quis

pro

pro co.§.1.& l.hæres a debitore. §. primo ff.de fideiuſ. ſed in filio ſecus eſt:quia patre viuente et non debetur legitima,neque contra patrem agere poteſt aliqua actione ciuili,vel prætoria,ſicut creditor.l.prima.§.ſed an impubere.ff. de coll. bo. & no.per gl. in authen.ſi qua mulier.C.de ſacroſan. Cum ergo poſt mortem patris debeatur legitima, ex tūc incipit filio
26 competere ius vuius, † & idem actus non debet operari diuerſos effectus,ſcilicet quod debeatur,& ſtatim quod debetur,confundatur per l.Paulus.& l.quod dicimus. ff. de ſolu. & l.quoties.ff de uerbo.obligatio.maxime cum ipſe filius debeat habere legitimam iure naturæ debitam ſine aliquo onere.l.quoniam in prioribus C.de inoffic.teſtamen.

Item videtur tex.in Auth de hære.& falc §.ſi vero non fecerit,vbi loquitur generaliter:ergo in omni quarta Sed dico, ꝙ ille tex.non obſt.idque probo ſic, quibus non conueniunt verba l.nec ipſa l.conuenit.l.hos accuſare.§.omnibus.de accu.ſed verba non conueniunt filio,cum legiſlator dicat,ꝙ teſtator poteſt prohibere falcidiam, non autem poteſt prohibere debitam iure naturæ. Authen.hoc amplius.C.de fideic. ergo &c.Item probatur in l.ita tamē.§.ſi patronus.ff.ad Trebellia.vbi ſi patronus eſt inſtitutus in quarta iure patronatus debita,ſi nō adijt,perdit ipſam quartam. idem ergo dicemus in filio,quia in filio,& patrono eſt eadem ratio.

Reſpondeo, ꝙ iſti caſus ſunt diuerſi. Nam patronus perdit quartam iure patronatus:quia non adiuit ſponte, cum nō reperitur tex.qui velit,ꝙ filius per non confectionem inuentarij perdat legitimam.

Pro parte autem negatiua, quod non perdatur quarta debita iure naturæ,probatur primo per argum.a maiori, quod validum eſt in iure,auth.multo magis.de ſacroſanct. eccleſ.& l. quanto magis.de iureiu.Sed certum eſt,quod filius non obediens voluntati teſtatoris aliquid ſibi præcipiētis,& non obediens præcepto legis, & præcepto iudicis,non perdit detractionem quartæ iure naturæ ſed priuatur hæred.& retinet debitum bonorum ſubſidium.authent.hoc amplius.C.de fideicommiſ.& in Authen.de hær.& falcid. §.primum itaque. ergo multo minus debet perdere,ſi eſt inobediens legi tantum ſcilicet præcipienti,quod inuentar.facit.

Rñdeo,ꝙ auth.hoc amplius,loquitur de nō obediente præcepto teſtatoris,& iudicis,ut patet ex litera.ibi,monitus a iudice. Dubium autem noſtrum loquitur de non obediente præcepto legis.Ratio enim, quare fuit inuenta confectio inuentarij,fuit,vt in prin.dixi,ut fideliter impleat voluntatem teſtatoris,Authen.de hære.& fal.§.ſi.cum iuribus in prin. allegatis. facta ergo confectione,non præſumitur furari.Merito habebit legitimam ſuam, & ſic quartam debitam iure naturæ,
27 quam non præſumitur habuiſſe:† Fuit enim quarta illa ne filij fame pereant,Authen.de trien.& ſem. §.conſideremus. in prin & l.fi. de li.agno.Cum itaq; non ſecit inuentarium,præſumitur ſubtraxiſſe,& ſic habere tantum,quod ſame nō moriatur:ideo non debet habere quartam.

28 Secundo ad idem arguitur ſic † legitima debetur pure filio, & ſine aliquo onere; quia filius non tenetur grauamen ſuper legitima impoſitum adimplere.l.quoniam in prioribus.C.de inoffi teſtamen. ergo onus conficiendi inuentarium non extenditur quantum ad priuationem legitimæ.

Rñdeo,ꝙ illa iura,quæ volunt,ꝙ non imponatur onus, vel grauamen,procedunt & loquuntur in onere imponēdo per hominem:quia debet eſſe ſine onere.ſecus autem,ſi onus imponitur a lege,ſicut eſt in confectione inuentarij. Vel poteſt dici,ꝙ confectio inuentarij non eſt onus, ſed prouiſio: qa in tota hæreditate remanet tutus ēt quantum ad propria bona.

Item probatur:certum eſt enim,ꝙ iura,quæ dicunt, ꝙ non conficiens inuentarium,perdat quartam,loquuntur de quarta iure inſtitutionis,ut l.fi.§.& ſi præfatam.& §.ſi vero non fecerit.& non loquuntur de quarta debita iure naturæ,ergo ad eam non debemus extenſionem facere,argumen.l.cum prætor.de iudi.& l.maritus.C.de proc.quia caſus non expreſſus, ſed omiſſus,habetur pro omiſſo.l.commodiſſime. de libe.& poſthum.& l.ſi cum dotem. in prin.ſolu.mat.

29 † Reſpondeo, ꝙ imo loquuntur etiam in debita iure naturæ,cum in ea ſit eadem ratio,quæ eſt in quarta debita iure inſtit.propter inobedientiam: ita eſt inobedientia in vno caſu, ſicut in alio.Regula ergo l.commodiſſime.habet locum, ne caſus omiſſus habeat eandem rationem quam caſus expreſſus.l.ſi ita ſcriptum.de libe.& poſthum.l.prima.C.de indi.vidui.tol.facit,quod no.in l.adigere.§.quamuis, de iure patro. & l. illud, ad l. Aquil. Item poteſt dici, quod imo reperitur tex. in Authen.de hæred.& fal.§.ſi vero non fecerit.& l. fina. §.ſi vero poſtquam.C. de iure delibe. vbi tenetur vltra vires hæreditarias, & de ſuo proprio, ergo & quantum ad iſtam quartam.& quod loquatur in filio,& ſic in debita iure naturæ,vult litera ibi,dum dicit de immixtione,& aditione.

Item probatur author.quæ eſt optima ll. argumentatio.l.ſeptimo menſe de ſtatu hom.ſed in iſta parte eſt glo in ver lucrum.hoc tenet glo.in d.l.fi.§.ſin autem temerario. in gl hoc ſacramento.in fi.hoc tenet glo. auth.hoc amplius. C.de fideicom. in gloſ. in uerbo,naturale.& hanc etiam ſententiam tenet Bar.in d.auth:ſed cum teſtator.per tex.in Authen.de hæred.& falc. Vltimo hoc tenet Bal.in d.auth.ſed cum teſtator. & in l.fi.C. de iu. delib.

Reſpondeo,quod etiam pro alia parte ſunt authoritates nō
30 minores. † Item probatur propter non præſtitam ſatiſd. de vſuris reſtituendis:licet teſtamentum ſit inefficax, tamen hæres non tenetur creditoribus hæreditarijs,niſi prout facultates ſuppetunt,& dicitur plenarie tunc illis ſatisfactum.c.quāquam,de vſu.in 6.in prin.ergo idem in caſu iſto, arguendo in ſimili.ſi ergo vltra vires patrimonij ibi de ſuo non tenetur. ergo quartam debitam iure naturæ retinebit antequàm debitum l. Stichum aut Pamphilum. §.aditio.ff. de ſolu C. de pact.l.debitori.cum ſimilib.Reſpondeo, quod non eſt bonū argumentum de vno ad aliud:quia ſunt diuerſa.l.Papinianus exuli.ff.de min.nam ſi cautio illa eſſet neceſſaria,deberet fieri vno contextu,l.antiquitas.C. de teſt.l. vniuerſa. C. de precib.impe.offe.ſed poteſt & ante & poſt adhiberi: & ſic nō eſt neceſſaria quantum ad ſubſtantiam. Præterea hæres ratione vſurarum non tenetur tanquam ex delicto, ſed quatenus ad eum peruenit.l. vna.C.ne ex delic.defun.ſed ex defectu inuentarij tenetur inſolidum l.fi.§.ſi vero Præterea illud c. in fi.facit contra,dum dicit,quod ſi non ſeruetur ſolennitas, de qua ibi reſpectu ſatiſdationis ſeu cautionis, quantum ad reddendum,ergo totum inſolidum eſt.

Item probatur in Authen de hæred.& falc.§. non autem dicimus,vbi patronus non implens priuatur hæreditate,ſed nō legitima: ergo idem dicam in filio:quia de talibus licitum eſt arguere.l.1.ff ſi quis a par fu.ma.

Sed reſpondeo,ꝙ duplex eſt inobedientia: una eſt de nō ſeruando voluntatem teſtatoris,puta non ſoluendo legata, vel alia,quæ teſtator præcipit, ſicut eſt Falcidia & hæreditas: & in iſtis hæres priuatur illo commodo tantum,quod fuiſſet habiturus,ſi ſeruaſſet illam voluntatem: ſed aliud commodum, quod fuiſſet habiturus non propter illud etiam ab inteſtato eſt habiturus, vt eſt debita iure naturæ, illa non priuatur, &
31 iuſtum eſt.† nam qui non vult ſentire onus, non debet ſentire commodum.l.ſi legatarius.C.de leg.l.ab eo.& ibi no.C.de fideicomm.Inſti.de fideicom.hære.per totum.in leg. non eſt ſic:quia omnino erat habiturus, vnde non ita inſpicitur arg. l.ſi ſeruo fideic.ff.de hære.inſti.& l.ſi filius qui patri, de vulg. & pupl: & ita loquitur ille §.non autem.cum quo concordat authen.hoc amplius.C. de fideicom. qui in filio proprio loquitur Alia eſt inobedientia,puta in non parendo voluntati legis ad bene ſeruandum volun. defun. & ad euitandas fraudes omnem modum inuenit:ſic eſt in cōfec inuentarij. nam præſumit & reddit ſe certam lex,quod hæres ſi ſolenniter cōficit inuent.quod quaſi impoſſibile eſſet,quod hæreditati derogetur ſaltem in magno damno vel negocio, & per conſequens creditores & legatarios defraudaret,vt in Authen. de hæredi. & Falcid.§.ſane.& l.fi.§.ſi vero plus quando.& §.ſeq. C.de iu. delib.Et ideo ſi hæres ſit circa hoc inobediens, tanquam delinquens priuatur omni commodo, quod beneficio legis eſſet habiturus: & hoc erit commodum quartæ debitæ iure naturæ.Nam eo ipſo.quod quis deliquit non faciendo inuentarium, præſumitur velle lucrari & prædari, vt d. §. ſancimus.& ſic non eſt periculum,quod in ſimilibus ſe dimittat mori fame, & ſic ceſſat ratio d.§.conſideremus.Auth. de
32 trien.& ſem.† Lex enim deceptis, non decipientibus prouidet.l.j.C ſi aduer.delic.& l.2.& 3.C.ſi mi. ſe ma.dixe.& hoc argu.cum ratione facit pro parte negatiua,quod non priuetur. vel reſpōdeo,quod ille §.excipimus.non ob.quia illud,quod ibi dicitur,non debet referri ad ſecundam partem conſti. ſed ad §.ſi quis autem non implens.ex quo ſumitur authent.hoc amplius.C.de fideicom.& hoc probatur; quia in prima parte conſti.illius exceperat filium a patrono.In ſecunda vero parte,ſcilicet in § non autem excipimus,nullam fecit mentionē cum in d.§.non autem excipiat de patrono,videtur etiam excipere de filio,de quo fuerat locutus in prima parte illius conſti.cum ipſi filio legitima magis debita ſit,quam patrono.
33 † Item probatur, quia quando aliquid non prohibetur a lege,debet manere in ſuo eſſe.l.necnō.§.ſed quod eis.ff.ex qui.cau.ma.l.ſancimus.C.de teſta.ſed nō reperitur hæredem adeo teneri creditorib.ut non poſſit detrahere debitam iure naturæ propter non confectionem inuentarij:ergo dicendū eſt quod poſſit detrahere. Reſpondeo, quod imo in iſta quæſt. prohibita eſt debita iure naturæ,ex ſimilitudine rationis, vel identitate, licet non expreſſe ut ſupra dixi in præcedenti arg. Præterea lex.in l.fi.loquitur in pluribus locis generaliter,ſci-

licet, quod non conficiens inuentarium, nõ ſentiat commo.
legis de inuentario deliberantis, vt in § ſi uero poſtquam. ibi
nec legis noſtræ beneficio perfruantur & in § cum enim. ibi,
vel noſtram facit, quia in § ſi quis autem temerario. ſpeciali-
ter ponit de falcidia, quaſi ſentiat, quod in præcedentibus ge-
neraliter locutus eſt de omni beneficio, quod ex hæreditate
percipitur omni ratione, maxime ratione confecti inuẽtarij:
nunc autem ſpecialiter de falcidia vult declarare: ſi enim ſu-
pra de falcidia voluit declarare, & poſtea iterũ ſubdat de falci
dia, valde verboſus fuiſſet imperator, quod tamen non eſt di
cendum, ſi poteſt ſaluari, arg. l. a. C. commu de leg.
34 † Item probatur, quod cum caſus odioſus eſt ſpecialiter a le
ge ſtatutus, tunc non eſt trahendus ad alios caſus. l. quod vo-
ro contra. ff. de legi. ſed quod propter inuentarium non con-
fectum filius priuetur falcidia, l. fi. §. ſi vero poſtquam, eſt qd
odioſum, ergo non debet trahi ad alium caſum, ſcilicet ad le
gitimam, arg. l. commodiſſime. ff. de libe. & poſthu. & l. in pœ
nis. ff. de regu. iur. facit ad hoc dictum gl. in l. 2. C. de pat. qui
fi. diſt. vbi dicitur, quod non fit extenſio in materia pęnali vel
odioſa ad alium caſum, etiam habentem ſimilem rationem,
facit etiam quod no. in Authen. quas. actiones. C. de ſacroſ.
eccl. Reſpondeo, quod immo, quãdo eſt eadem ratio, vel ma
ior, vel ſimilis, fit extenſio ad alium caſum l. illud, ad l. Aquil.
l. ſi quis filium. § primo, de collat. bon & eſt pro hoc gl. no. in
l. illud. circa fi. C. de epiſcop. & cleric. quæ dicit, quod licet di-
cat tex. ſimiliter, tamen ex identitate rationis, trahitur illa di-
ſpoſitio ad alios. & ſic pro iſta parte etiam eſt glo. ſed in pro-
poſito, quod dicitur de legitima debet trahi ad Falcidiam ex
ſimilitudine rationis. Præterea poſſum dicere, ꝙ non eſt ex-
tenſio. ſed de hoc tex. in d. l. fi. ibi, ſi vero adierit, vel immiſcue
rit quod immiſcere eſt filiorum, vt dixi.
35 † Item probatur: quia lex loquens generaliter circa vnum ca
ſum, in eius materia non debet diſtingui amplius in caſum di
uerſum l. de precio. ff. de publi. l. imperator. de poſtu. Sed l. fin.
§ ſi vero non fecerit loquitur generaliter circa falcidiam, er-
go non debet diſtingui, reducendo ad legitimam.
Reſpondeo, quod imo vna lex per aliam diſtinguitur. d. l im
perator. & l. quintum ff. de teſti. ſimiliter Inſti. de vulg. & pup.
§. ſi inſtitutus. ibi, ſine diſtinctione, & tamen diſtinguitur. al-
leg legem ſimilem. l. non alleg. in fi de iudi. Præterea tale arg.
poteſt facere in contrarium nam ſi generaliter loquitur, non
debet reſtringi ad falcidiam. d. l. de precio. Et licet fecerit ſpe-
cialem mentionem de falcidia, hoc fecit gratia exempli, quæ
exempla non reſtringunt regulam, argumento l. damni infe-
cti. la. 1. ff. de dam. infec.
36 † Item probatur; quia leges ſunt legibus concordandæ. l. 1.
C. de inoffic. do. ſed ſi dicimus, quod per l. fi §. ſi vero non fe-
cerit filius non conficiens inuentarium, non detrahit in eius
odium legitimam: ſequitur correctio multarum legum, quæ
dicunt, quod filius debet habere legitimam pure, niſi fuerit
in aliquibus caſibus ingratitudinis, de quibus in Authent. de
hæred. & falc. § exhęredatos. & Authen. vt cum de ap. cog. §.
aliud quoq; capitulum. confectio autem inuentarij nõ eſt in
illis caſibus, ergo non debet perdere legitimam.
Reſpondeo ad §. aliud. quod pater non poteſt priuare filiũ
ex alijs cauſis. ſed quod lex non poſſit filium ex alijs cauſis pri
uare, non dicitur ibi Et licet lex priuet in vno caſu, non intel-
ligitur ſe arctare in alio caſu, argu. l. ſi quis in princ. teſtamen
ti. de leg. 3. facit, quod no. in l. digna uox. C. de legi. & l. hac cõ-
ſultiſſima §. ex imperfecto C. de teſt. & l. ex imperfecto. de le.
3. inſti. quib. mod. teſt. infir. §. fi. Præterea pater non poteſt pri
uare legitima: quia eam non induxit, imo eſt quaſi contra vo
luntatem eius. l. ſi arrogator ff. de adop. Ideo nõ poteſt ipſum
grauare in illa niſi in filij commodum. l. ſi fundum per fideic.
§. fi. cum l. ſeq. de leg. i. ſed lex eam induxit. d. l. ſi arrogator. ibi
non iudicio teſtatoris, ſed principali legis prouidentia. cum
ergo lex eam filio dederit, merito, ſi legi non obedit, priuatur
37 illa. † Item probatur: quia inductum in fauorem alicuius, nõ
debet in eius odium redundare. l. quod fauore. C. de legi. ſed
inuentarij confectio eſt inuenta in fauorem teſtatoris, ut eius
diſpoſitio magis aperte & ſine ſuſpicione & fraude ſeruetur,
vt in §. fi. in Auth. de hære. & falcid. ergo non debet redunda
re in eius odium: redundaret enim, ſi filius non haberet legiti
mam: quia quodammodo fieret iniuria patri, qui credebat fi
lium debere habere ſuã hæreditatem, vel ſaltem legitimam,
& ſic in effectu ſine hſde reperiretur. honor enim fuiſſet ei,
ſi habuiſſet hæredem realem. Auth. vt cum de appel. cog. §.
cęterum Rñdeo, qñ in conſequentiam cauſatur illud, quod
eſt introductum fauore alicuius, retorqueri poteſt in eius odiũ.
hoc vult litera in d. l. qđ fauore. dum dicit, in quibuſdam ca-
ſib. ergo qñq; contrarium ſtatuitur. Et hoc oſtendo in iſto
caſu. nam licet beneficiu͂ ſit inuentum in fauorem teſtato-
ris, nunquam reuertitur in odium eius principaliter, ſed per
quandam conſequentiam: hoc eſt ſi filius non fecit inuenta-
rium, quia tenetur creditoribus hæreditarijs. & ſic nil poteſt
detrahere, cum debeat de ſuo expendere. d. l fi. cum ſi.
38 † Item probatur; quia omnibus cõſtat, graue delictum eſſe,
incendere domus & alia, & eſſe incendiarium. Præterea non
conficere inuentarium, eſt delictum in omittendo, & non in
faciendo, vt plene per gl. in l. dinus. ff. ad Sil & l 1 §. vſqueadeo,
ff. de iniur. Sed certum eſt, ꝙ incendiarij hæredes non tenen-
tur creditoribus, quibus incendia facta ſunt, niſi prout facul-
tates ſuppetunt, & ſic poſſunt legitimam detrahere, vt in ca.
ea literis. extra, de rap circa fi. ibi, iuxta facultates. Nota verbũ
iuxta, quod poſitum in aliqua oratione notat propinquitatẽ,
non aũt plenitudinem & perfectionem eſſentię: unde ſi dico,
mea domus eſt iuxta tuam: iſtud denotat propinquitatẽ tuę,
non autem, vt tua ſit, vt l. qui ędes. de incen. rui. nau. Sic in ꝓ-
poſito dicetur iuxta facultates ſatisfieri creditoribus: licet in
totum facultates non diſtribuantur creditoribus, ſed aliquid
retineatur aliqua ratione. Si enim omnia darentur, non dice
retur iuxta facultates &c. vt in c. quanquam. circa princip. de
39 vſu. in 6. † Sed reſpondeo, quod videtur ibi in hærede incen-
diarij, non autem in ipſo incendiario Item ad dictionem, iux
ta, dico, quod non ſemper ſignificat illud, quod ponitur in d.
l. qui ædes. Nam qñq; ſignificat idem, quod ſecundum, quaſi
velit dicere Papa in illo c. ꝙ ſecundum ꝙ facultates reperirẽ-
tur, ſoluent hęredes: ergo qũocunq; ſint facultates, debet cre
ditoribus ſolui. ergo, non retinebit ſibi quartam. & quod ex-
ponatur, iuxta, i. ſecũdum, videtur tex. in l. 1. C de epiſ. & cle.
iuncta gl. 2. quæ dicit, ꝙ propter illa verba, iuxta cautionem.
facit expreſſam mentionem de l. placet. C. de ſacroſan. eccle.
vbi illud idem principaliter fuit diſpoſitum. ſi ergo exponit.
i. ſecundum, ergo denotat quandam perfectionem.
Item probatur. nam debitã filio iure naturæ, debentur filio
a natura. inſti. de iure naturali. §. ſed naturalia. ergo filius pɋ
non confectionem inuentarij non perdit eam, cum naturalia
ſint immutabilia, vt d. §. ſed naturalia.
40 † Rñdeo, ꝙ imo ipſa legitima per l. tollitur, vt in Auth. ut cũ
de ap. cog. § aliud quoq; capitulum & ad hoc facit ꝙ not. in
l. ſi arrogator. de adop l. Papinianus § ſi impuberi ff. de inoff.
teſta. Quod autẽ dicitur, ꝙ naturalia iura ſunt immutabilia,
verum fateor de iure naturali primæuo, ſcilicet quo maſcu-
linus ſexus tam in animalibus rationalibus quã brutis appetit
fœmininum. Item animalia diligunt filios: ſed ius naturale ſe-
cundarium, ideſt, ius Gentium, ſicut in caſu iſto, bene poteſt
mutari de quo plene tango in quæſt. per me publice diſputa-
ta, quæ incip. Defuncto Caio. in 2. dubio princ.
Item probatur: Certum eſt, ꝙ quarta debita iure naturæ, eſt
potentior, quam quarta debita iure inſt. l. ſancimus. C. de in-
offi. teſta. & auth ſed cum teſtator. C. ad leg. falci. ſed falcidia
iure inſtitutionis reſecat legata, ergo idem iuris in falcidia iu-
re naturæ, & fortius. Reſpondeo, ꝙ reſecat legata ipſo iure,
ſcilicet facto inuentario, & tunc etiam filius habebit debitã
iure, ſed quando per hæredem eſt commiſſum delictum, vel
quaſi, non faciendo inuentarium ſm̃ pręceptum legis, lex pri
uat eum, vt d. l. fi. C. de iure, delib. ſiue ſit filius, ſiue extraneus.
41 † Item probatur. lex noua veniens ad correctionem iur. ve-
teris, intelligitur eo caſu, quo lex interpretata. auth. de cõſan.
& vte. ſra. § fi. auth. de filijs an dota. inſti. na. §. ſi autẽ. Sed cla-
rum eſt, ꝙ iure Cod. ſi hr̃s non conficiebat inuentarium, non
retinebat falci. l. fi §. vult, ꝙ etiam teneatur ad legata, & fidei-
cõmiſſa integra, ẽt ſi ſubſtantiæ defuncti menſurã excedant,
vt in § ſi vero non fecerit ergo eo caſu intelligitur lex inter-
pretata. ſ. de falcidia iure inſtit. non aũt fiet extenſio ad debitã
iure naturæ. Rñdeo, ꝙ illa l. loquitur tã in debita iure naturę,
quam in debita iure inſt. vt d. l. fi. § ſi vero poſtq̃ adiuit uel im
42 miſcuit. † noto verbum immiſcere, ꝙ eſt ſuorũ. inſti. de hær.
qual. & diffe. §. teſtamẽti factionem. l. eum qui bonis. de acq.
hære. ergo loquitur de filio. cũ itaq; lex dicat, eũ perdere fal-
cidiam, intelligo ẽt iure naturę: vt eiſdem caſib. loquatur lex
interpretans. quibus lex interpretata, & ſic poteſt dici, ꝙ lex
noua & expreſſe & clare loquatur, vt d. l. fi.
Item probatur ex continuatione §. ſi quis aũt non implens,
ad §. ſi uero nõ fecerit. nam in §. ſi quis autem. vult legiſlator,
ꝙ debita iure naturæ ſeruẽtur illæſa; ergo idem intelligemus
in §. ſi vero non fecerit, ubi dicit, ſi hæres omiſerit confectio
nem inuentarij, perdit falcidiã, & tenetur præſentare legata &
fideicommiſſa integra, intelligi poteſt, vt legitima ſeruetur il
læſa, & ad hoc facit: quia dicta in præcedentibus intelligun-
tur repetita in ſequentibus, vt §. hoc autem capite. & § cæte-
rum. inſtitu. ad l. Aquil. l. Titia §. idem reſpondit. & l. triticũ.
43 de verb. oblig. † Reſpondeo, quod ex ſeparatis recte non fit il
latio l. Papinianus exuli ff. de mino. nam in prima parte illius
conſtit. auth. de hæred. & falcid filius hæres inſtitutus, ſi non
paret voluntati teſtato. non priuatur debita iure naturæ, de-
inde

inde legiſlator in ſecunda parte tranſit ad nouum tractatum de confectione inuentarij,& dicit generaliter, quod ſi hæres vult vti beneficio l. Falcidiæ debet conficere inuentarium,& ſubdit,quod ſi non fecerit,præſumitur doloſe verſatus,& ſubtraxiſſe res hæreditarias, contra quam præſumptionem non admittitur probatio in contrarium l.tutor qui repertorium. ff.de admi tut. Item probatur,filius hæres inſtitutus, non cõficiens inuentarium,ſi debet admitti iure naturæ, debet admitti ex authen.de hæred & Falcid.§.ſi vero non fecerit ſed
44 per illum § filius non priuatur. ergo &c.† Et quod non priuetur, probatur ſic,quibus non conueniunt verba legis,nec ipſa lex conuenit.l.hos accuſare.§ omnibus ff. de accu. ſed illa verba non conueniunt, cum legiſlator dicat, quod teſtator poſſit prohibere Falcidiam,ut in § ſi vero expreſſim & l.ſi debitore. ff.ad l. Falc.ſed debita iure naturæ non poteſt lege prohiberi.authen hoc amplius.C.de fideicom ergo illa authen. de hæred.& Falc dum loquitur de inuentario, non loquitur de debita iure naturæ. Reſpondeo, quod legiſlator in Auth. de hære.& fal § hinc nobis. qui eſt prin. ſecundæ partis iſtius conſtitut.loquitur generaliter,& indiſtincte,quod non conficiens ſecundum nouam formam,de qua ibi,non vtetur beneficio l.falc.Deinde cum dicitur in §. ſi uero non fecerit, ꝙ ſoluet legata & fideic.etiam ſi ſubſtantiam defuncti excedãt loquitur generaliter tam in filio,quam de extraneo, ergo filius pdit legitimam Nec ob.§.ſi uero expreſſim, quia fateor, quod teſtator non poteſt prohibere ipſam debitam ſine cauſa.authen.vt cum de app. cog.§. aliud quoque. ſed lex priuat. Præterea iſta priuatio ponitur in d.l. fin. in verb. ſe immiſceuerit
45 &c In hoc articulo varias comperio ſententias.† Primo,ꝙ priuetur quarta debita iure naturæ,tenet gl.in c. Raynaldus. circa finem,extra de teſta.& in ca.literis. extra de reſcrip. ibi, plene iuxta facultates,hoc tenet Bal.in l.fi.§ fi.C. de iure deli. & idem ſentit Oſtien.in ſumma,de teſta uer.quid ſi non fecerit,cum verſi. ſeq.& ſequitur & tenet Ioan. And. in ca. quanquam. de vſur.lib.6. hanc ſententiam tenet Pau.de Ca.& mouetur aliquibus motiuis,quibus mouebatur Rapha.in diſputando quia certum eſt,quod ſi hæres non fecerit inuentariũ, non fecit quod fuit a teſtatore iniunctum,& non deducit. ꝙ ſibi debetur a defuncto:quanto igitur minus deducet debitũ bonorum ſubſidium?quia ſi non deducit illud, quod eſt verum & naturaliter debitum, multo minus deducit debitum fictum In contrarium autem,quod non priuatur, tenet gl.in l ſi §.pen.C.de iure delib. in authen hoc amplius C.de fideicom.authen.ſed cum teſtator C.ad l.falc.& in Aut. de hære. & falc.§.ſi vero non fecerit. idem tenet Oſt. quo ad forum cõſcientiæ.in dic.tit.de teſtam.in ſumma,uerſicu.quid ſi non fecit.licet aliud teneat de rigore. Et idem tenet Io And.de iudicio animæ in d.c.quanquam de vſur. libro ſexto idem tenet Cy & Bar.in d.Auth.ſed cum teſtator.C.ad leg falci & hanc ſententiam ſequitur Raph.In d.auth ſed cum teſtator.& ita tenet communis opi.cum qua pro nunc tranſeo,& non ob.§. hinc nobis.in auth.de hære.& falci.quia dici poteſt, ꝙ loquitur in extraneis,non autem in ſuis.& probatur,quia dicit,teſtatorem poſſe prohibere:ſed teſtator non poteſt prohibere debitam iure naturæ,ergo non loquitur in filio.

Præterea dicit, ſi quædam ſoluta ſunt per ignorantiam iuris,non repetit ſed iſta non conueniunt filiis,quia poteſt repetere filius.l. ſi patronis.de minor. Et ſic videtur, quod tantum loquatur in extraneis.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica nunquid poſſit per hæredem,inuentarium non conficientem, detrahi.*
2 *Hæres ultra vires hæreditarias quando teneatur.*
3 *Fideicommiſſario an teneatur hæres res particulares reſtituere.*
4 *Argumentum a pari,ualidum.*
Inobediens priuandus eſt lucro,quod obediens habuiſſet.nu.6.
5 *Lex mitior eſt homine.*
7 *Argumentum ab identitate rationis,validum eſt in iure.*
Quære,qui non conficit inuentarium,falcidia priuatur
Malignatio an & quando præſumenda.
Trebellianica,appellatione Falcidiæ,an veniat.
9 *Argumentum a diuerſitate nominis,an procedat.*
10 *Lex generaliter loquens,videtur ſe ad ſpecialia poſtea poſita reſtringere.*
11 *Felix,quem faciunt aliena pericula cautum.*
12 *Præſumptio malignandi non cadit in Trebellianica.*
Fideicommiſſorum appellatione quid veniat.
Correctio ad caſum tantum correctum porrigitur.
13 *Hæres de reſtituendo grauatus,tenetur reddere rationem.*
14 *Rationes reddi poſſunt,etiam infecto inuentario.*
Ratio quid ſit.
15 *Delinquendi materia & occaſio auferenda.*
16 *Trebellianica in teſtamento militis locum habet,non autem falcidia.*
Miles in peculio quaſi caſtrenſi cur teſtari poſſit.
17 *Militum uoluntatem non ſolemnitatem,lex conſiderat.*
18 *Falcidiæ ius amplius quam Trebellianicæ.*
19 *Trebellianica fauorabilior eſt quam falcidia.*
20 *Hæredi inuentarium non conficienti quæ pœna impoſita.*
21 *Ius conquerendi de non facto inuentario,uel male facto eſt legatario ſingulari conceſſum.*
Falcidia cur inuenta.
22 *Argumentum ab abſurdo eſt ualidum.*
Fideicommiſſarius uniuerſalis an obtineat locum hæredis.
23 *Argumentum a ſufficienti partium enumeratione,concludit.*
24 *Trebellianica nunquid poſſit per teſtatorem prohiberi,quemadmodum falcidia.*
25 *Expreſſum ſatis eſt,quod ex conſenſu & mente uerborum uenit.*
26 *Falcidia cur amittatur,non facto inuentario*
27 *Trebellianica an perdatur per eam confectionem inuentarii.nu.28.29.*
30 *Fideicommiſſum uniuerſale an poſſit excedere uires hæreditatis.*

Caput ſextum.

Solet eſſe & alia aſſidua & quotidiana quæſtio, ſeu
1 dubitatio, † nunquid hæres nõ conficiẽs inuentarium poſſit detrahere Trebellianicam, ſicut non poteſt detrahere quartam iure inſtit. & quod non poſſit detrahere,& ſic quod ea priuetur,probo per argumen. a maiori: nam legiſlator eſt magis ſolitus fauere ei,qui damnum ſuſtinet,quam ei,qui lucrum captat.l fi.C.de codicil.& l.fi.§.licẽtia.C.de iure delib.ſed certum eſt, ꝙ hæredi non facienti in-
2 uentarium non ſubuenitur in damno:† quia tenetur vltra vires hæreditarias,& ſic de ſuo proprio patrimonio, & ſic hæres uerſatur in damno.auth de hæred.& falcid. § ſi vero non fecerit,& d l fi § & ſi præfatam. & in hoc ei lex nullo modo ſubuenit,ergo multo minus ſubueniẽt in lucro in quarta Trebellianica quam lucratus fuiſſet,ſi inuentarium feciſſet: qui enim non fecit Inuẽtarium,præſumitur malignaſſe, & res hæreditarias ſubtraxiſſe.

Reſpondeo,quod illæ leges loquuntur in hæredibus,qui reſtituunt per viam legatorum, vel fideicommiſſorum particularium:in eis enim eſt præſumptio,quod velint retinere maiorem partem hæreditatis, quam debeant, vt in §. ſancimus. authen.de hæredi.& falc Quæſtio autem & dubitatio loquitur de fideicomm. vniuerſali, quod omnia debet reſtituere non eſt præſumptio contra eum qui debet reſtituere, excepta quarta: nec eſt obligatus, niſi pro quarta, illi autem alij ſunt inſolidum obligati. cum ergo iſti vltimi rogati, vel non ſunt in totum obligati, ad quid eſt neceſſaria inuentarij confectio? cum fideicom. omnia debeant reſtitui,non eſt curan-
3 dum de ordine inuentarij.† Sufficit enim quod omnem hæreditatẽ illi reſtituat: nec eſt neceſſe illi particulares res reſtituere.inſtitu.de fideicom.hæredi.§.reſtituta eſt enim ueriſimile, quod, iſte, qui debet totã hæreditatẽ reſtituere, uellet hæreditatem eſſe ampliſſimam:quia quanto maior eſt,tanto maior eſt ipſa quarta,quam debet habere l in quartam ff. ad leg falcid. & l. filium quem habentem . C.famil.erciſcun Et ad hoc facit: quia fideicõmiſſum eſt ſimplex & indeterminatum quo ad teſtatoris diſpoſitionẽ:licet a iure efficaciter certum,quia partes tres continet.& ideo non grauatur in bonis proprijs per fideicomm.vniuerſale: quia eius,quod eſt in hæreditate, debet hæres reſtituere, ſecundum voluntatem defuncti,ſolummodo tres partes,ſi non amplius:quia eſſet contra defuncti voluntatem,ſecus eſt in ſingu.relictis,quæ certa ſunt quantitate vel ſpecie,& hoc ſentiunt omnes gl in Auth. de hære. & Falci. §.hinc nobis vſque ad fi.quæ expon. Falcidiæ, ideſt iure inſtitutionis.

4 † Secundo probatur per arg à pari: nam certum eſt quod voluntas teſtatoris & lex,parificant auth.de nup.§ diſponat. & l.1.§ cum enim. C. communia de legat Sed ego habeo, ꝙ hæres inobediens teſtatori, legitime de bonis ſuis diſponẽti, cum lucro,quod facere potuiſſet,ſi obediens fuiſſet,priuãdus eſt,Auth de hæred.& Falc § & hæc quidem,& § hiſibi ergo & legi, inuentarium confici præcipienti,inobediẽs eſt priuandus lucro quartæ Trebellianicæ,argu.l.ab Anaſtaſio.C.man. & l.ſi libertus ff de iu.patro. Reſpondeo,quod illud quod eſt conſtitutum in Falcidia,vt hæres ea priuetur, loco pœnæ eſt inductum:ſed pœna eſt reſtringenda,& non amplianda ad caſum ſimilem ut in c.odia de regu.iur.in 6 faciunt not in authenti. quas actiones. C de ſacroſanct eccle. & in l tam is.§.
5 primo. ff.de donatio. can. mor. † Vel dici poteſt, quod in dubijs mitius agitur cum lege, quam cum homine. le. Celſus.de albi vnde dicitur,quod ſi iudex, vel arbiter cõdemnat aliquem ad dandum certum quid ſub pœna certa die, ſi illa

die non dederit, incidit in pœnam: ſi autem condemnatur ſimpliciter, tunc ineſt dies a lege quæ habet dilationem, quæ datur iudicatis. & ſic lex minor eſt, quam homo. d.l. Celſus & l. ſciendum. §. fi. & l. ſi cum dies. ff de arbi facit gl. in l. quicũq; in gl. 2. ff. de ſer. fug. facit etiam l. ſi dubitari. ff de iudi l. intan-
6 tum. ff de ſolu. l promiſſor Stichi. de conſti. pecu. † Sed tunc quæro, quare hęres, qui eſt inobediens teſtatori, iudici & legi priuatur ſolum hæreditario commodo, & de bonis proprijs non tenetur, hæres autem, qui non fecit inuentarium, & ſic eſt inobediens legi tantum, tenetur etiam vltra vires hæreditarias & de bonis proprijs? vt in Authen. de hæred. & falc. §. ſi quis autem. §. ſi uero nulla & § ſi uero inobediens.

Rñdeo; quia in primo caſu lex præcipit, nec pollicetur præmium obediens: in ſecundo vero caſu lex præcipit, & præmium dat obedienti, i. inuentarium facienti, & ideo hoc caſu magis fuit puniendus, arg l presbyter. §. ſi uero poſtquam. & § ſinautem hoc. u et l. cum enim. Vel poteſt dici, ꝙ ratio eſt; quia licet primo caſu fuerit inobediens teſtatori, non tamen fuit inobediens legi. & ideo ꝙ ad inuentarium cõficiendum, tenebitur etiam vltra uires hæreditatis, cum eius odio fuerit introductum, vt in authen. de hæred. & falc. §. neceſſitatem. ſecus autem, ſi inuentarium fecit. Alij dicunt ad §. ſi quis autem. & ad §. ſi uero nulla quod de proprio hæres non tenetũ, vel quia bona hæreditaria non ſufficiunt, uel quia fecit inuentarium, alias melior eſſe conditio delinquentis, quod eſſe nõ debet. l. non ſolum. ff de noxa.

7 Item probatur argum ab identitate rationis, quod argumẽtum ualidum eſt in iure: l. actio. cum ſimil. ff. de uerb. obl Nã ratio, quare hæres non conficiens inuentarium de legatis & fideicom. ſpecialibus perdit falcidiam, eſt: quia lex præſumit ipſum malignaſſe, & ipſum ſubtraxiſſe: & ſic in eius pœnam priuat ipſum falcidia. authen. de hæred & falc. §. ſancimus. & §. ſi uero non fecerit, ibi, malignitatis. ſed eadem ratio eſt in fideicom. vniuerſali, ergo idem ius eſſe debet, ſcilicet, ꝙ debet priuari quarta Trebellianica, quaſi malignaſſe præſumatũ, & res ſubtraxiſſe & per iſtam rationem tenet Cynus, quod dicta quarta perditur: quam etiam ſequitur Sali. in d. auth. ſed cum teſtator. Reſpondeo, vt dixi in præcedenti opinione, qđ enim non mutatur, quare ſtare prohibetur? l. ſancimus. C de teſta & dic, ut infra in reſponſione octaui motiui. Non enim
8 præſumitur malignatio. l merito ff. pro ſocio. † niſi a lege inducatur, ſicut eſt in ſalcidia, non in Trebellianica. Item ſicut appellatione falcidiæ continetur Trebellianica. l. cum filio de leg 2. l. cohæredi. § cum filio ff. de vulga. & pupil. l. filium. C. famil. erciſc. & lex dicit, quod non conficiens inuentarium, pdit falcidiam. d § ſi uero. & §. & ſi præfatam & ſicut loquitur generaliter, utendo uerbo falcidiæ: ergo generaliter eſt intelligenda, ſcilicet quod compræhendat etiam Trebellianicam, arg l. de precio. ff de pub & l. 1. § & generaliter ff. de lega. præſtan. unde poteſt dici, quod eſt ſimilitudo quantum ad generale nomen: quia quælibet vocatur quarta, ſed quantum ad ſpeciale nomen bene eſt differentia, ſicut uidemus in ſimili: iuſiurandum habet ſpeciem tranſactionis. l. iuſiurandum. la. 2. ff. de iureiuran. Hoc intelligo de trãſactione in genere ſumpta, in ſpecie autem non: ſic dicimus in adoptione, inſtitu. de adopt. in prin. Reſpondeo, ut dixi in 1. motiuo: ſunt enim diuerſa, ut ibi dixi. Item emanauerunt a diuerſis compilatorib. arg. l. nullo. C de ferijs. l. damnato. C de hær. inſtit. l. ſi idem. C. de codi. Videmus enim communem ſententiam in l. 1. ff. de leg. 1. inſti. de leg. in prin. & §. 1. & l. 2. C. communia de leg ꝙ legata indiſtinctè non æquiparantur fideicom. vniuerſalibus: ergo effectus legatorum ex qualitate fideicomm. cum ergo ſint diuerſa, merito non ualet arg. de uno ad aliud.

9 † Et quod iſta ſint diuerſa, multipliciter probatur. Primo argu. a nomine, in quo eſt diuerſitas, & ſic in hoc differunt. l. ſi idem C. de codi. Item quia falcidia detrahitur de relictis ſingularibus, ut ff. & C. ad l. falci. Trebellianica autem de uniuerſitate, vt in toto tit. ff. & C. ad Treb & inſti. ad l. falc. Item hæres grauatus fideicom. compellitur adire hæreditatem, nõ autem propter relicta ſingularia, ut ff. ad Treb. l. mulier. §. fin. Itẽ Falcidia eſt inducta a Falcidio, ut in authẽ. ff. ad Treb l. 1. circa prin. & nunquam reperitur, quod per nominationem vnius, facta fuit nouatio alterius: ſed vtraque per ſe ſtat, & ſuo modo diſponitur. Item in Trebellianica aliter diſponitur, quando detrahitur contra voluntatem defuncti: & aliter, quando ſecundum voluntatem C fami. erciſc. l. filium quem habentem. in Falcidia autem talis differentia non reperiretur. Item onera hæreditaria aliter diſponuntur propter Falcidiam, & aliter propter Trebellianicam, ut C. de hære inſti. l. quoties. ff. ad Trebel. l. 1. & a. l reſtituta quinimo hæres reſtituta hæred. remanet hæres pro quarta parte: & fideicommiſſarius habetur hæres p tribus partibus, auth. de hæredit. & Falcid. § ordinatum. ff. ad Trebellia. l. 1. circa princip. & l. ſi hæres. hæres autem, ſolutis legatis, remanet hæres in totum.
10 † Vel reſpondeo, ꝙ licet aliqua lex loquatur generaliter, ſi tamen poſtea ponit aliqua ſpecialia, videtur ſe limitare & reſtringere ad illa ſpecialiter. d. l ſin. §. cui dulcia ff de vi. tri. & oleo leg. l. ſi ſeruus ſeruum. § nunquid lex. ff. ad l. Aquil Licet ergo ibi loquatur generaliter in prin poſtea tamen facit mẽtionem de Falcidia, & ſic videtur ſe reſtringere ad illam ſpeciem. Nomen n Falcidiæ & Trebellianicæ eſt cõe, prout accipitur in genere: ſecus autem prout accipitur in ſpecie, ſicut dicimus ĩ adoptione; & ſi uoluiſſet legiſlator ĩtelligi de Trebellianica, facilius potuiſſet exponere, ſicut dixit de falcidia. §. ſi uero non fecerit de hæred. & falci. cum ergo non dixit, merito de ea non intellexit. l ſi quis ſeruum §. nõ dixit. de acquiren. hær. l. 1. §. ſinautem deficientis. C. de cad. tol. & facit ad prædicta, quia generalitas poteſt qualificari & determinari ad unam ſpeciem. l. 1 de ſacroſan. ecc. l ut gradatim. § ſed ſi lege. de mu. & ho. facit gl. inſt. de uer. ob. §. ſed hæc ſolennia.
11 † Item arg. ubi maius eſt periculum, ibi cautius eſt agẽdum. l. addictos C. de epiſ. audi. l. 1. § ſed & ſi quis. ff. de ædil. ſed certum eſt, ꝙ maius periculum eſt in fideicõ. vniuerſali, quam in ſingulari, quia hæres poterit magis diſponere & damnificare ſubtrahendo res de hær. quam de reſtituendo, quando eſt grauatus, ergo cautius eſt prouidendum, ſcilicet ꝙ hæres tenetur facere inuentarium ſuper omnibus rebus, quas defunctus tempore mortis habebat, & ſi non fecit, præſumitur malignaſſe, & res hæreditarias ſubtraxiſſe, & ſic perdit Trebellianicam, ut eam non poſſit detrahere, ſicut non poſſet falcidiã.

Reſpondeo, ꝙ licet videatur maius periculum, tamen cum hæc ampliatio ſit odioſa, debet reſtringi, & non ampliari ſi enim hoc voluiſſet Imperator, ſicut dixit de falcidia, ita dixiſſet de Trebellianica. ſi enim certo caſu detractio fieret vigore teſtamenti in falcidia, tũc haberet locum etiam Trebellianica: ſecus autem, quando habet locum vt pœna, & hoc ſentit Bar. in l. Marcellus. verſi. quæro, an per non confectionem
12 inuentarij. ff ad Treb. † Vel poteſt dici, ꝙ non ſit maius periculum: quia (vt dixi) non cadit iſta præſumptio malignandi in Trebellianica, quæ cadit in falcidia. Et ſic poteſt dici, ꝙ imo ſit magis periculum in falcidia.

Item probatur, ꝙ appellatione fideicommiſſorum continẽtur tam particularia, quam uniuerſalia l. 1. uerſic. recte, & l. C. communia de lega. & text. dicit in d. §. ſi uero non fecerit. quod hæres non conficiens inuentarium, complebit fideicommiſſa ergo tam vniuerſalia, quam particularia, & e contra: cum appellatione fideicommiſſi vniuerſalia contineantur, & ſic complebit taliter, ꝙ nil detrahit. ſed totum, quod teſtator eis [illegible] tradet abſque detractione Reſpondeo, ꝙ quantum ad iſtum caſum, non continetur Trebellianica [illegible], vt dicit Bar. in auth. ſed cum teſtator, non pertinet ad nos extendere legẽ corrigentem: cum correctio tantum ad caſum correctũ porrigatur, ut ibi per eum Et quod in §. ſi uero nõ fecerit, loquatur de legato, & ſic de fideicom. particulari, non vniuerſali, patet ex litera ibi, non retinebit falcidiam Item ibi legatorũ datio. Præterea eſt magis differentia in acquiſitione legatorum particulariũ & fideic. vniuerſaliũ, vt l. reſtituta. & l. facta. ff. ad Treb. ergo nõ eſt paritas, nec vř bene argũ de uno ad aliud.

Item probatur in l cum tale. §. 1. uerſic. quid ergo. de condi.
13 & demonſt. † quia hæres de reſtituẽdo grauatus tenetur reddere rationem: ergo tenetur facere inuentarium, cum inuentarium ſit caput rationum, & non aliter poſſit bene reddi ratio, niſi ſit confectum inuentarium, quo fuerunt deſcriptæ res hæreditariæ: & ſi tenetur cum effectu, ita ꝙ ſi non facit, priuatur Trebellianica. Reſpondeo, ꝙ hæres particulariter non habet conficere inuentarium: quia de hæreditate ſua poteſt præſtare legata, & alia facere, vt illa ordinatè & ſine deceptione poſſit ſoluere, & non plus apud eum remaneat, quã fuerit ex iudicio teſtatoris: ſed in fideicommiſſario hærede eſt ſic: quia habet omnia reſtituere quæ accepit. ideo cum nõ ſit curandum de ordine, non etiam curatur de inuentario & ad iura, quæ dicunt, ꝙ fideicommiſſarius tenetur ad inuentarium, dico ꝙ eſt verum, quando rogatur de reſtituenda hæreditate, & debet etiam præſtare certa legata: & ſic ordo erit.
14 † Vel dic, non ſequitur, debet reddere rationes, ergo debet facere Inuentarium, & quod dicitur, ꝙ inuentarium eſt caput rationis, negatur. nam bene eſt verum, quod cum inuentario melius poſſunt reddi rationes, ſed non ſequitur, ꝙ non bene poſſunt reddi ſine illo, nam ſi ſcripſiſſet recepta & data, & ſic poſſit reddere rationes ſufficit. Eſt ergo inuentarium caput rationum, ſed non neceſſarium caput, quod ſatis probatur ex diffinitione rationis Ratio enim non eſt aliud, niſi vltro citroq; dandi, accipiendi, credẽdi, obligandi, ſoluendi ſuę cauſæ negociatio. l. ſi quis ex argentarijs. §. rationem. de eden. Et ad has reddendas non eſt neceſſarium inuentarium.
15 † Item probatur: materia & occaſio delinquendi eſt auferenda. l.

da.l.conuenire.ff. de pac.do.l.2 in fine.C.de Indic.vid.tollen. & tenet gl.in l.1.ff.de eo q cer.loco.l.1. §. ſi conuenerit.ff depoſ.l.iurigentium.§.ſi paciſcar ff.de pac. ſed certum eſt, q ſi hæredi de reſtituendo grauato, non imponitur neceſſitas cõficiendi inuentarium, præſtaretur ei materia delinquendi, qa res hæreditarias ſubtrahit, q facere non debet, ergo debet cõficere inuentarium, alias perdit Trebellianicã, ſicut perdit Falcidiam. Reſpondeo, q hoc arg procedit in Falcidia, non aũt in Trebellianica, nam iura habuerunt iſtam ſuſpitionem i eo qui præſtat legata, ideo fecerunt iſtam prouiſionem, ſed iſtã ſuſpitionem non habuerunt in grauato reſtituere totum. iõ non idem in Trebellianica. Item in legato particulari detrahẽdo diminuitur legatum, ſecus in fideicom. quia licet diminuatur hæreditas, quæ eſt diuiſibilis in 12. vncias, & ſic non diminuitur de iure hæreditatis, ſed de corporibus exiſtentib. in iure. Item probatur, certum eſt, q vbi nõ habet locum detractio Falcidiæ, nec Trebellianicæ l. 1. § denique, & l. Marcellus §. q autem. ad Trebel. ſed inuentario non confecto, nõ habet locum detractio Falcidiæ. d. §. ſi vero non fecerit. & auth. ſed cum teſtator. C. ad l. Falc & l. fi. § & ſi præfatam. a contrario ſenſu. C. de iu. delib. ergo nec detractio Trebel.

Sed hoc arg. poteſt procedere, quando non detrahitur fauore teſtamenti, ſicut in d. l. Marcellus. ſecus, quando ratione delicti, vt per Bar. in d. l. Marcellus. & d. aut. ſed cum teſtator. licet diſputando tenuerim contra Bart.

16 †Præterea illud argu. non eſt generale: nam in teſtamento militis habet locum Trebellianica, & non Falcidia. l. 1. §. in filij. ff. ad Trebellia.

Sed tunc quæro, quomodo dabitur ratio diuerſitatis in §. in filij ex vna parte, qui vult, q in teſtamento militis detrahatũ Trebellianica, & ex alia parte, in § deniq. & §. q autem. in l. Marcellus. Poteſt dici, q in §. in filij. ideo detrahitur Trebell. quia teſtamentum fuit factum de iure communi, non de iure militari. Et dubium in iſto § erat, quia licet eſſet miles, erat tamen filiusfa. ideo videbatur, q non poſſet teſtari. inſti. quibus non eſt permiſſ. fa. teſta. in princ cum ſi. tamen quia habet peculium caſtren. in quo eſt quaſi paterfa. l. a. ff. ad Maced. põt teſtari. inſti. de teſta. mili. §. fi. Item poteſt ex eo, q miles dummodo non ſit impubes. l. fi. C. de teſt. mili. vbi poteſt iure militari. & ſic videtur, q poſſit iure communi facit, q not. in l. ſi quando. in princ. C. de inoffi teſta. Cæterum d. § denique, & d. §. q autem, ad Treb debent intelligi, quando teſtamẽtum eſt factum iure militari, & contra regulas iuris: quia ſicut eſt exemptum ab omni ſolennitate, ita exemptum ab omni grauamine. lex enim voluit, q milites potius ſcirent arma, quam
17 leges. l. fi. in princ de iure delibe. Et hæc probantur. †nam lex in militibus ſolum conſiderat eorum voluntatem & intẽtionem, non autem ſolẽnitatem. l. 2. & 3. ff. de teſt mil. Patet, quare ibi non detrahitur Trebel. ſicut nec Fal. in teſtamento militis, facto iure militari: ſed tũc poſſet dubitari, ergo ſequitur q Falc. in teſtamento militis, facto iure communi. poterit detrahi. pro quo facit, quia eadem ratio eſt, quæ eſt in Trebel. & hoc videtur verum, & tenet glo. in l. in teſtamento. C. ad l. Falcid. & videtur caſus in l. ad veterani & l. ſi poſt miſſionem. ff. ad l. Falci. vnde cum miles teſtatur iure communi, omnia requiruntur in teſtamento illo, quæ in teſtamento pagani. ſecus, ſi iure militari.

Item probatur, certum eſt, q fideicom. ſingulari lex prouidet de confectione inuentarij. d. §. ſi vero non fecerit. cui iam prouiderat de tranſlatione dominij a tempore mortis teſtatoris. l. a Titio. ff. de iur. & l. ſi tibi homo. § cum ſeruus, de leg. 1. & l. 1. § in nouiſſimo C. de cad. toll. ergo fortius prouidere debet in fideicom. vniuerſali, vt hæres de reſtituendo grauatus inuentarium conficere teneatur, cui fide. com. de tranſlatione dominij non prouiderat a morte teſtatoris, ſed a tempore reſtitutionis factæ. l. reſtituta. in princ. & l facta in princ. ad Trebel quæ prouiſio non eſt ita pinguis: atque ideo ſi nõ fecit, priuatur Trebellia.

Reſpondeo, q hoc arg. concludit in contrarium: nam ſi videbatur maior ratio in Trebel. quam in Falcid. & per legiſlatores non ſit prouiſum, dicemus eos voluiſſe, non perdi eã
18 propter non confectionem inuentarij. †nam qui poteſt prohibere, & non prohibet, permittere videtur. l. quid ergo. §. ſi quis alieno. de his qui no infa. & l. 3 ff. de noxa.

Item probatur a maioritate rationis nam plenius eſt ius Falcidiæ, quam Trebel. Patet, nam in Falcidia non veniũt niſi ea tantum, quæ hæres accepit iure hæreditario, in Trebellianica vero veniunt quæcunq; quomodocunq; ex diſpoſitione defuncti ad hæredem peruenientia, & eſt ratio, quia in Falc. hæres magis grauatur, quia omnia onera ſuſtinet, in Trebellianica vero pro quarta parte tantum, vt in tex. & glo. in l. fi. & §. ſi vero non fecerit. ff. ad l. Falc. facit l. 1. § ſi ff. ad S.C. Treb. Si ergo hæres non conficiens inuentarium priuatur Falc. d. l. fi. & §. ſi vero non fecerit, in qua eſt plenius ius, multo fortius debet priuari Trebellianica, in qua non habet ita plenum ius.

19 Reſpondeo, q iſtud arg potius eſt in contrarium: †quia immo fauorabilior eſt Trebel. quam Falci. nam in Falcid hæres magis grauatur, quam in Trebel. vt ſupra dixi, ergo non licet arguere de vno grauamine ad non grauamen: odia enim ſunt reſtringenda, & fauores ampliandi, vt in c. odia. de reg. iur. in 6. l. ſi de interpretatione. ff. de pœn. Item poteſt reſponderi, q licet Falcidia vno reſpectu ſit fauorabilior, quam Trebel. alio tamen reſpectu Trebel. eſt fauorabilior. & ſic ſe habent tanq̃ excedentia & exceſſa, in quibus non cadit vnica diſpoſitio.

Item probatur in Auth. de hære. & Falc. § illo adiecto. vbi tex. dicit, quod quando hæres vult facere inuentarium, debet vocare legatarios & fideicommiſſarios. ergo ſequitur, quod hæres fideicommiſſarius tenetur facere inuentarium, alioquin priuatur quarta.

Reſpondeo, q ille tex. loquitur de legatariis & fideic. particularibus, vt in tex. ibi, & his omnibus obſeruatur. dicetur enĩ q ſi fecit inuentarium, percipiet Falcidiæ commodum, ſi autem non fecerit, priuabitur Falcid. vt in §. ſi vero non fecerit. hic autem quæritur, de fideicom. vniuerſali, & ſic cum ſint diuerſa, non arguitur de vno ad aliud.

Item probatur in c Rayn. in fi. a contrario ſenſu, extra de teſta. quod licet. Dic, quod ibi loquitur in Falcidia.

Pro parte autem negatiua, q non priuetur, probatur: quia
20 pęnę ſunt molliendæ & reſtringendæ. l. ſi de interpretatione, & l ſi præſes ff. de pœ. ſed hæredi non conficienti Inuentariũ imponitur pœna reſpectu creditorum, legatariorum & fidei commiſſariorum ſingularium, quia priuabitur Falcidia, & tenebitur vltra vires hæreditatis, etiam creditoribus, ex eo qa præſumitur res ſubtraxiſſe. auth. de hære. & Fal. §. ſi vero non fecerit & l. fi. §. & ſi præfatam. C. de iure delib. ergo non debet extendi reſpectu vniuerſitatis.

Reſpondeo. quod immo eſt eadem ratio in vno caſu, quæ in alio, arg. l. illud. ff. ad l Aquil & videtur tex. in d. § ſi vero nõ fecerit. vbi facit mentionem de legato & fideic ad hoc etiam facit tex. in d. l. fi. §. hinc nobis. vbi dicitur de fideicom. & ſic de vniuerſali, nam fideicommiſſarius particularis potius eſt legatarius, quam fideicommiſſarius. facit etiam, quia quando aliquod verbum põt ad duo referri. dẽt referri ad id, in q magis ꝓprie cadit l. quamuis. ff. de reb. dub. Nec ob q debeat intelligi de particulari, quia ſemper loquitur de Falcidia, quia dico, quod inquantum concernit perſonam fideicommiſſariorum, exponitur Falcidia. i. Trebellian. ſicut facit glo. in l ſi vt allegas C. ad l. Falcid faciunt not. in l. filium quem habentem C. fam erciſcun.

21 †Item probatur, ius conquerendi de non conficiente inuẽtarium, vel fraudulenter conficiente, eſt permiſſum legatario ſingulari, de vniuerſali autem nõ reperitur, ergo hic caſus hẽ pro omiſſo. l. ſi vero § de viro. ſol. ma. & l. commodiſſime. de liber. & poſthum.

Reſpondeo negando, quia immo eſt permiſſa, & ita imponitur pęna pro fideicõ. ſicut pro legato d §. ſi vero nõ fecerit.

Item videtur, quod quarta iure inſtitutionis & quarta Trebellianica ſunt inter ſe diuerſæ, quia differunt tam in nomine quam in effectu, ergo diuerſimode de eis diſponi debet. l. ſi idem. C. de co dic. ſi ergo vnus perdit vnam, non ſequitur, quod debeat perdere aliam.

Reſpondeo, quod hoc arg. non ſtringit, quia licet quãtum ad aliqua ſit diuerſitas, quantum tñ ad iſtam pęnam non eſt diuerſitas, vt patet in auth. de hær. & Falc in § ſi vero & l. fi. §. ſi vero vel poſtquam C. de iure deli. & ſi inſpicimus ſuam primam cauſam, ſunt eædem, non diuerſæ. fuit enim inuenta Falcidia, vt teſtator haberet intentionem ſuam in his, quæ legantur, & hæres haberet intentionem ſuam in aliquo lucro, & propter ipſum adiret, ſicut eſt & in Trebel. propter fideicommiſſa vniuerſalia. Idem ergo ius debet eſſe in eadem. l. 1. §. textum. de poſtul. a contrario ſenſu illius. §. facit l. illud ff. ad l. Aquil. & l adigere. § quamuis. de iure pat. nec debemus inſpicere alias qualitates. l. pediculis. §. Labeo. de au. & arg. lega. quia ſi illæ inſpicerentur, vtique reperirentur duo eſſe ſimilia.

22 Item probatur argum. ab abſurdo, quod licet. l. nam abſurdum. ff de ope lib & ſic demonſtro. Certum eſt, quod fideicommiſſarius vniuerſalis obtinet locum hæredis l. ſi filiusfamil. §. 1 ff quod cum eo. & inſtitut de fideicommiſ. hæredi. §. reſtituta. & obtinet tres partes hæreditatis, & ille, qui eſt grauatus de reſtituẽdo, obtinet quartam partem: & ſic ſunt quodammodo hæredes, & non reperitur, quod hæres propter hęredem facere teneatur inuentarium, ergo eſſet abſurdum, quod per fideicommiſſarium vniuerſalem facere teneatur, cum loco hęredis habeatur.

Reſpondeo, q licet loco hęredis habeatũ quantũ ad aliqua, non tñ q̃tum ad euitandam iſtam pęnam. Item ꝓbatur, non

dubitatur, quod ſi legislator voluiſſet hæredem perdere Trebell. illud expreſſiſſet, arg. l. 1. § ſin autem ad deficientis. C. de cad. tol. ſed quia iſta non fuit intentio ſua, merito non expreſſit, imo de ſola falcidia reperitur.

Reſpondeo, quod imo ſatis expreſſit de Trebellianica, poſtquam expreſſit de falcidia, cuius appellatione cõtinetur Trebell. Præterea dico, quod ſatis expreſſit in Authen. de hæred. & falc. §. ſi uero non fecerit. vbi idem dicit in fideicommiſſario, quod in legatario.

23 Item † probatur arg. a ſufficienti partium enumeratione. inſti. de actio. §. actionum. l. admonendi. ff. de iureiurando. Caſus autem, qui ponuntur in d. l. ita tamen §. qui ſuſpectam. ff. ad Trebellia. & l. quia poterat. cum ſimi. & eod. tit. l. 1. §. idem Neratius. & inter alios non eſt iſte caſus, ſcilicet quod eam perdat propter non confectionem inuentarij, ergo eſt exceptus: ad quod facit l. præcipimus. C. de appell. faciunt nota in l. ſancimus. C. de teſtamen.

Reſpondeo, quod licet aliqui caſus ponantur, non tamen ponuntur omnes: nam non ponitur iſte, qui tamen ponitur in dic. §. ſi uero non fecerit.

Item probatur. Iuſſus & diſpoſitio teſtatoris, & lex, parificantur. Authen. de nup. §. diſponat. ſed teſtator non poteſt prohibere Trebel. l. ſi vt allegas. C. ad l. falc. ubi eſt caſus ſm glo. exponentem falcid. ideſt, Trebel. propter uerbum, reſtituere, in tex. poſitum. quod eſt aptum ad fideicõmiſſum. l. 1. ff. ad Trebel. & l. reſtituta eodem tit. inſtitu. de fideicom. hæred. per totum. & hoc voluit gloſ. 2. in auth. ſed cum teſtator. C. ad le. falcid. & ſentit Imper. Inſti. de fideicommi. hære. §. ſed quia ergo nec lex poterit, igitur per non cõfectionem inuentarij nõ poterit priuari.

24 † Sed reſpõderi poteſt, quod imo teſtator poteſt prohibere Trebellian. ſicut falcid. nam eadem eſt ratio prohibitionis in vtraq;, ergo idem ius. l. a Titio. de uerb. ob. l. illud, ad le. Aquil. Item ſimiles ſunt in effectu, ut ſupra dixi, & cauſa: quia vtraque contra voluntatem defuncti detrahitur. l. ſi ut allegas. C. ad le. falci. Authen. de hæred. & falc. § hinc nobis. Item ambæ ſunt ll. introductæ, ne ſcilicet inane nomen hęredis aſſumant. l. 1. circa princ. ff. ad l. falcid. inſti. de fideic. per totum. & maxime in §. reſtituta & §. ſed quia. Inſtitut. ad l. falci. Item quia fauor eſt, quod prohibeat, nam fauor eſt, quod heres ſeruet uoluntatem defuncti, non detrahendo falcidiam, & odium eſſet quod ſeruaretur, ſed fauores ſunt ampliandi, vt in capi. odia. de regu. iur. & ſic patet, quod ſicut teſtator poteſt prohibere falcid. ita etiam poteſt prohibere Treb. & hoc tenet Pet. Cy. Iac. de Rauen. & Odof. in d. auth. ſed cum teſtator. idem tenet gl. inſti. de fideic. hæredit. § ſed quia. in glo. in uer. liceat. & authen. de hæred. & fal. § ſi vero expreſſim in gl. in uerſic. ſubſtitutus. Ad illud, quod dicitur de l. ſi ut allegas. reſpondeo, ꝙ ibi loquitur de falc. & imperator refert ius antiquum & veterem deciſionem, ſm quam ſicut fal. teſtator non poterat prohibere, ita nec Trebellianicam: & eſt bonum argu. ſed hodie poteſt prohibere fal. d. § ſi uero expreſſim de hæred. & fal. C. ad l. falc. auth. ſed cum teſtator. ibi, & Trebel. aliter § ſed quia inſti. de fideicommiſ. hæred. Nam videmus ſæpe, ꝙ imperatores in ll. ſuis nouis referunt ius antiquum, ſicut eſt in materia beneficii abſtinendi, quod fuit inductum ꝓ filio de iure prætorio. l. neceſſarijs. de acqui. hære. inſti. de hæred. quali. & differ. § ſed his & tamen eſt ſine aliqua expreſſione iuris antiqui.

25 † Ad illud, quod dicitur, ꝙ non reperitur ſpecialiter &c. per l. præcipimus. in fi. Reſpondeo, ꝙ ſufficit quod reperiatur in genere ratione uerborum, in ſpecie vero ratione ſenſus & effectus. Nam illud, quod ex conſenſu & mente uerborum uenit eſt ſatis expreſſum. arg. c. intelligentia. & c. præterea. de uer. ſignific. & eſt caſus in l. Gallus, in §. & quid ſi tantum, de lib. & poſthu. faciunt nota. in l. non aliter. & in l. ille, aut ille. §. cum in uerbis de lega. 3. & eſt caſus in l. e. nominis & rei. §. uerbũ. ff. de uerb. ſignifica.

Item ad illud, quod ex identitate rationis non inducitur legum correctio. Reſpondeo, poſito ꝙ illud ſit verum, quod tamen eſt dubium, vt d. nota. tamen in caſu iſto non inducitur legum correctio imo ll. loquentes de Trebel. remanẽt in ſuo ſtatu in caſib. neceſſarijs, poſito etiam ꝙ tales caſus nũquam eueniant, lex non dicitur correcta. l. in filijs de decu. li. x. facit l. Arriani. C. de hære. vnde leges de Trebellianica loquentes, habebunt locum ubi teſtator non prohibuit.

26 Item probatur. Nam ratio, † quare fal. non facto inuentario perditur, eſt, quia ad hoc, vt poſſit detrahere, neceſſe eſt, qđ res ſeparatim appareant, ex quib. poſſit detrahi falc. quia alias ſi non appareret, quomodo detraheret. Sed iſta ratio non habet locum in Treb. quæ omnino detrahitur ex hæreditate, quæ ſolummodo eſt, quæcunque ſint res in hæreditate, reſtituta, & iſta fuit ratio Cy. poſita in auth. ſed cum teſtãt. C. ad l.

5 fal. ergo &c. argum. l. quod dictum. ff. de pac. l. 1. §. ſeruum. ff. de poſthu. ergo Trebel. habet, licet non conficiat inuentarium.

Rñdeo, ꝙ illa non eſt ratio propria, ſed ratio eſt, quia qñ hæres non conficit inuentarium, præſumitur feciſſe gratia derogandi hęreditatem & malignãdi. Item vt poſſit interim gaudere ſine periculo, & poſtea reſtituere, ꝙ uult, vt in §. ſcimus in Auth. de hære & falc. ſed hoc ita cadit in hærede ſimplici, ſicut in fideic. Et ſi diceretur, ꝙ in hærede ſimplici magis cadit ſuſpicio: quia debet partẽ ſuam retinere, & reſpectu illius partis multa poteſt retinere, quod nõ cadit in hærede vniuerſali, q nil retinet. Rñ ꝙ imo eodem modo poteſt malignare.

Item probatur, appellatione falcidiæ non continetur Treb. vt ſupra dictum eſt, licet ergo vna perdatur, alia nõ perditur. Rñdeo, ꝙ immo inter eas eſt ſimilitudo: quia fuit inter eas eadem ratio, vt ſupra dictum eſt: quia cum hæredes ſentientes ſe nihil habere, nollent adire, fuit in vtraq; conſtituta detractio, ne quis decederet ſine hæredibus.

27 In hoc artic. varias comperio opi. † Et primo, ꝙ Trebellianica non perdatur, tenet gl. in d. auth. ſed cum teſtator & d. l. ſi vt allegas. & gl. inſtit. de fideic. hære. § ne tamen. & omnes gl. interlineares a §. nunc nobis. vſq; ad §. hinc nobis. & Iacob. de Belu. in diſpu. ſua, in §. hinc nobis. prædicto, in duodecima quæſt. idẽ Odof. in d. l. fi. & mouetur: quia, ſicut hæres reſpectu cohæredis non tenetur facere inuentarium, ſic nec reſpectu fideicommiſſarij, qui loco hæredis habetur. l. ſi filius. ff. ꝙ cum eo. contrarium, l. quod immo perdatur, tenet glo. in §. ſi vero expreſſim, in Authen. de hær. & falc. & in d. auth. ſed cũ teſtator. nam perdit falc. quę eſt ergo Treb. ff. ad l. fal. l. in quantam. idem tenet Alber. Galeoti per tex. in cor. de hęre. & falc. §. quod ſi præfatam. ubi debet complere legata & fideicom. idem tenet Iac. de Are per auth. de hære. & falc. §. ſi uero, vbi loquitur generaliter de fideicom. & mouetur eo am per l. cũ tale. § 1. de condit. & demonſt. hoc tenet Pet. & Bal. hoc etiã tenet Saly. in auth. ſed cum teſtator. in uerſi. item ab ext. quæ-

28 ro. ubi dicit, ꝙ ratio quare perdit fal. eſt, † quia lex præſumit eum tãtum habere quod ſufficit ad quartam, & hæc ratio cadit in Trebel. Et hanc ſñiam mul. dicunt eſſe cõem. Ang. & Bar. ſunt primæ ſñiæ, ꝙ imo poſſit detrahere ea ſola ratione quia lex nouiſſima corrigens ius uetus, non producitur ad alium caſum non compręhenſum, ut in auth. quas actio. alleg. ſed iura loquuntur de fal. non Treb. ergo non obſ. iura ꝑ Cy. alleg. ut ſupra reſponſum eſt, & eandem ſententiam tenet D. concurrens meus, D. Pau. de Caſt.

Ex quib. omnib. concludo, ꝙ hæres non conficiens inuentarium, non perdat Treb. & ita tenet expreſſe Iac. de Bel. vt ſup. dixi, & in Auth. de hære. & falc. §. ſi uero non fecerit. & Ro. in libel. in tit. de ſenatuſc. Treb. §. ſed circa iſtum. hanc ſñiam tenet Iac. But. & Bar. in auth. ſed cum teſtator. C. ad l. fal. & in l. Marcellus. in prin. ff. ad Treb. hoc tenet gl. Ber. in c. Raynaldus, in verbo, legitimã de teſta. & hæc ſententia mihi placet, & ſic eã confirmo: q. a non facto inuentario remanemus in diſpoſitione iuris ueteris, quo non conſiderabatur confectio inuentarij, licet tenerentur creditorib. hæreditarijs in ſolidũ vltra uires hæreditatis ff. ſol. ma. l. quæ dotis & l. ſi te bonis. C. de iu. deli. Et aduerſus eos non poterit deducere id, in quo tenebatur defunctus, cum de ſuo proprio teneretur eis ſatiſfacere, ut in ſimili dr̃ ibi, l. d. auth. ſed cũ teſtator. tamen aduerſus fideicommiſſarios, quib. non tenebatur ultra vires, põt de-

29 ducere Trebellianicam. † Et hoc teneo qñ prohibitio quartæ ſit ex delicto vel quaſi, puta ex non confectione inuentarij ſi autẽ prohibitio eſſet ex teſtõ, tunc bene procederet cõparatio, arg. l. Marcellus § quod aũt. ff. ad Treb. Et moueor ea potiſſimum ratione: q. a nõ reperitur tex. de ipſa Treb. q. a tex. loquuntur in fideicommiſſarijs particularib. non uniuerſalibus. Non obſt. ratio, quam tenentes partem contrariã fortiſſimam reputãt. qui teneretur vltra vires hæreditatis, ergo perdit quartam: quia dico, ꝙ iſta rõ nihil facit; quia iſta ſtant ſimul, ꝙ iſti non conficientes detrahant quartã, & tñ teneatur vltra vires hr̃ditatis. pone in hęreditate eſſe centum, & creditores eſſe in centum & x. ſi non fecit inuẽtarium, tenetur in centũ & decem. tñ per hoc nõ ſequitur, ꝙ nõ detrahit Treb. quia præſtabit creditorib. 75 tanq̃ de bonis hære. 35. autẽ tanquã de bonis proprijs, detrahit ergo quartã: & licet eam ſoluat, ſoluit tanq̃ de bonis proprijs: ſi autẽ ſoluere (alias detrahere) non poſſet, ſolueret centũ de bonis hæred. & x. de bonis proprijs. nam & poteſt deducere debitum a defuncto, ſed nõ per aditionem hæreditatis, cum ſit extinctũ, quantum ad effectũ agendi & ſubſtantiã obligationis, q. a non poſſet eſſe obligatus ſibimet. l. frater. de condi. indeb. in fi. 1. gl. magnæ, tñ quantum ad effectum retinendi nõ eſt extinctum. l. irritum, & l. in imponenda. C. ad l. falc. Et ſi aditio fiebat coacte etiam tale debitum naturaliter tantum non extinguebatur. l. debi-

30 tor. ff. ad Treb. † Et poſito ꝙ hoc corrigatur, quãtum ad legata & fideicommiſſa particularia, quia illa poſſunt excedere

viręs

vires hæreditatis. d.§.ſi vero non fecerit, & per glo. in d.l.ſi. C.de iure delib. Attamen in fideic. vniuerſali non corrigitur hodie quia non poteſt excedere vires hęreditatis, cum non fiat niſi de hęreditate, vel de quarta ipſius: quod ſecus eſt in particulari, in quo veniunt aliquando res alienæ. Et eſt etiam ratio: quia in legato particulari detrahendo diminuit legatū, ſecus in fideic. quia licet diminuatur hæreditas, non tamen remanet, quæ eſt diuiſibilis in 12. vncias, ſicut ſi magis eſſet, non enim diminuit de iure, ſed de corporibus exiſtentibus, in iure, cum hæreditas ſit ius l. hæreditas. de petitio. hæredi. Et in hoc opuſculo ſtat intentio cum laude Dei omnipotentis & curiæ cœleſtis.

FINIS.

TRACTATVS DOMINI IOANNIS CORASII Iuriſconſulti, de Inuentario.

SVMMARIVM.

1 Repertorium multiplex eſt.
2 Tutor tenetur inuentarium facere.
3 Tutori an remitti poſſit confectio inuentarij.
4 Dolus futurus non remittitur.
5 Orphanotrophi inuentarium.
6 Hoſpitalium adminiſtrator tenetur facere inuentarium.
7 Orphanotrophi qui.
8 Orphanotrophium.
9 Noſocomium.
10 Xenodochium.
11 Prochotrophium.
12 Gerontocomium.
13 Brephotrophion.
14 Aſceterion.
15 Prælati eccleſiæ an faciant inuentarium.
16 Inuentarium hæredis.
17 Creditores hæreditarij citandi.
18 Amici & cognati quandoq; requirendi.
19 Inuentarium an fiat per procuratorem.
20 Inuentarium pupillo an proſit.
21 Subſtitutus ſi omiſſum inuentarium faciat.
22 Habere quis dicatur.
23 Fructus an deſcribendi in inuentario.
24 Subſtitutus pupillaris, quæ bona ponat in inuentario.
25 Hæredis inuentarium an transeat in fideicommiſſarium.
26 Exceptio ab hærede quæſita, an in fideic. transferatur.
27 Emptor hæreditatis an tutus ſit contra creditores.

Sumpta occaſione ex § quod volgo. l. in ratione ff. ad l. Falcid. hinc inuentarij tractatum Barbatias & alij faciunt; qui tamen alio ordine (mea quidem ſententia) eſt explicandus.

1 Itaque † ſciendum, inuentarium (quod Iuriſconſulti malunt voce magis Latina Repertorium appellare, l. tutor qui ff. de admin. tu. l. 3 § tutores. ff. de ſuſpect. tuto.) multiplex eſſe.

2 Tenetur † nanq; tutor, curatorue inuentarium facere, quo res omnes & inſtrumenta deſcribat, l. de creationibus. C. de epiſc. audi. l. tutores. C. de admini. tu. ſiue (inquit illic Accurſ.) legitimus ſit, ſiue datiuus, ſiue teſtamentarius quod niſi fecerit, dolo malo feciſſe videtur, atq; ita ſuſpectus eſt, nihilq; adminiſtrat, niſi quod nec dilationem modicam expectare poteſt, pupillo in id, quod intereſt, tenetur. Vinculis quoq; publicis iubetur contineri, niſi in aliqua dignitate poſitus ſit. d. l. tutor qui, & d. § tutores. eidem quoq; infamiæ nota perpetuò inuſta l. fi. §. C. arbi. tut.

3 Sed † an tutori confectio inuentarij remitti à teſtante poſſit, vetus eſt quæſtio. à domino Bart. & alijs diſputata in l. nemo poteſt de leg. 1. quo loco tandem concludunt, hoc teſtatorem poſſe, per d. l. fi. §. fin. C. arbi. tut. Expedit nanq; aliquando pupillo, adulto ve, ne conficiatur inuentarium, puta, ne patrimonij ſecreta pandantur, l. fi. C. de alim. pup. præſtan. l. 2 C. quan. & quibus quarta pars deb. quare, cum teſtator vetuit, hoc in pupilli gratiam prohibuiſſe exiſtimandus eſt. Plane remiſiſſe teſtatorem confectionem inuentarij tutori, non ſatis putamus, cum hoc in tutoris gratiam factum videretur, qui hac via bona patrimonij patre pupillum fraudare poſſet: ſed vetuiſſe teſtatorem cum pleriſq; exigimus, vt ne tutor inuentarium facere teneatur: tunc enim in gratiam pupilli, ne facultates eius pandantur, factum videtur, quod aperte Impera. in d. l. fi. tradit. Niſi (inquit) teſtatores, qui ſubſtantiam tranſmittunt, ſpecialiter inuentarium conſcribi vetuerint: quicquid Iaſon & Riparius & ſubtilibus rationibus in contrarium cogentur, in d. l. nemo poteſt.

Nonnunquam etiam cum teſtator inuentarium conſcribi vetat, a voluntate patris recedit prætor, cogitque tutorem repertorium conficere: ſi, puta, nulla cauſa ſuperuenerit, vt quia morum ante celata vel ignorata emerſerit improbitas, aut poſt confectum teſtamentum inimicitiæ cum patre exarſerint. l. in confirmando. ff. de confirm. tu. l. 3 ff. vbi pup. educ. debe. Vtilitatem ſiquidem pupillorum, vt Tryphoninus ait, Prætor ſequitur, non ſcripturam teſtamenti, vel codicillorum, l. pen. ff. de confir. tuto.

Dixerit quiſpiam, qui fieri poteſt, vt confectionem inuentarij teſtator prohibere poſſit: cum eum in dolo eſſe iura præſumant, qui repertorium non conſcribit. d. l. tutor qui dolus

4 † autem remitti non poſſit. l. ſi vnus. §. illud ff. de pact. ne ad delinquendum homines inuitentur, l. conuenire. ff. de pact. dota. Hoc Iaſon tractat, atque ita, vt ſe extricare non poſſit. Ego breuiter dico eum, qui ſecutus teſtantis voluntatem inuentarium non conſcribit, in dolo non præſumi. & leges, quę dolum in tutore repertorium non cōſcribente præſumunt, vt d. l. tutor. de eo loquuntur, qui a lege iuſſus eſt, non etiam a teſtante conſcribere prohibitus, cui in vtilitatem pupilli, ne ſui patrimonij ſecreta pandantur, intelligitur facta à patre prohibitio.

5 Eſt † & alia ſpecies inuentarij, quod conficere tenentur orphanotrophi, hoc eſt, hoſpitalium adminiſtratores. ij etenim cum ſint pupillorum quaſi adminiſtratores, adultorum vero quaſi curatores, res orphanorum, præſentibus publicis perſonis, cuſtodiendas & adminiſtrandas accipere debent. §. fin. de eccle. tit. colla. 9. l. orphanotrophos. C. de epiſc. & cler. quo

6 textu adiutus Bartolus (vt illic refert) reſpondit † adminiſtratorem hoſpitalis nec in iudicio, nec extra poſſe aliquid hoſpitalis nomine gerere, niſi prius facto inuentario, & decreta ſibi adminiſtratione per ſuperiorem, ſubijciens ſe vidiſſe pronunciari contra quendam hoſpitalarium agentem, eo quod non docebat de inuentario.

Sed an huiuſmodi adminiſtratores rationum adminiſtrationis reddere teneantur, quod negare videtur tex. in d. l. orphanotrophos, in fi. Vt minimè (inquit) ratiociniis tutelarib. ſeu curationibus obnoxij ſint. Graue n. atq; iniquum eſt, callidis quorundā, ſi ita contigerit, machinationibus eos vexari qui propter Dei timorem, parentibus atq; ſubſtantijs deſtitutos minores, ſuſtentare ac velut paterna affectione educare feſtinant. Similis tex. in d. § fi. Non ſubiacent (inquit Imperator) tutelaribus, aut curatoriis rationibus

Sed eos tex mirum in modum violant & reſtringunt Pet. & Bart. & alij, vt non teneantur inferiori, id eſt, pupillis & orphanis, quorum curam gerēt exemplo patris, quem paterna reuerentia excuſat à reddenda ratione adminiſtrationis l. fi. §. fin autem. verſic paterna. C. de bon. quæ libe. ſed ſuperiori, hoc eſt epiſcopo, adminiſtratores huiuſmodi pro creditis ſibi gubernationibus rationem reddunt, § œconomos, in Auth. de ſanctiſſimis epiſcopis, colla 9.

Quinimmo & pontificia lege cautum, vt ſingulis annis de adminiſtratione ſua reddere rationem teneantur. cle. quia contingit. § vt autem de relig. domib. idq; in adminiſtratoribus hoſpitalium verum non nego. ſed de ijs d. l. orphanotrophos, non loquitur: atq; ideo male intelligi, parumq; opportune ab eis illic de hoſpitalium adminiſtratoribus tractatum fieri, vt interim imprudentiſſimus omnium Paul. Caſt. conuincatur, qui eam legem dicit meliorem, quæ iuris corpore claudatur in materia hoſpitalium.

7 † Siquidem (vt Lau. Val lib. 4 elegant. tradit ὀρφανὸς Græca dictio ſit, non ſanè à veteribus vſitata, qua, qui caret patre, præſidioq; paterno & qui ſummopere illius opem deſiderat, cum ſine eo male habeat, ſignificatur. τρέφειν vero (vt a Græce ſcribentibus accepimus) nutrire ſignificat. Orphanotrophos itaque non adminiſtratores hoſpitalium (vt inſcite Accur. Bart. Bald & omnes docent) ſed eos ipſe putauerim, qui nutritores ſint orphanorum.

8 Nam † & orphanotrophium locus eſt, vbi pupilli, priuati patre, auxilioque paterno, aluntur. Hos autem orphanorum nutritores, cum ſua ſponte officium tam pium præſtent, iniquum eſſet & impium, tutelaribus ratiociniis obſtringere. Qua ratione contra Doctores exiſtimo, neque orphanis ipſis, neque epiſcopo rationem reddituros, quod euidenter ea l. orphanotrophos. & d. §. fina. de eccleſ. titu. à ſcriptoribus perperam intellecta docent.

Quibus negocium non facit d. §. œconomos, qui non de nutritionibus orphanorum, ſed de creditis hoſpitalium adminiſtrationibus, quæ cum à ſuperiore commiſſæ ſint, de ijs ſuperiori

periori quoque ratio reddenda eſt. d. clemen. quia contingit.
loquitur. Sed cum textus ille de Neſocomijs, Xenodochijs &
9 Prochotrophijs verba faciat, admonendus eſt lector † Neſo-
comium locum eſſe, vbi curantur morboſi (valetudinarium
10 multi Latinè appellant) Xenodochium † vbi hoſpites exci-
11 piuntur: vnde vulgo hoſpitale dicitur. Procotrophium † vbi
nutriuntur, pauperes. Reperitur quoque Gerontocomion,
12 † qui locus eſt, vbi ſenes curantur. Eſt † & Brephotrophium
13 locus vbi infantes aluntur.
14 Aſceterium, † aut, vt alij corruptè tamen, legunt, aſſiſte-
rium, locus in quo moniales aluntur: quæ omnia vocabu-
la Græca ſunt explicata ab Alciato libro 1. prætermiſſorum.
Verum de iis ſatis.
15 Sed † an fiet inuentarium à prælatis eccleſiarum, vt ratio-
nem reddere ſuperiori teneantur, ſicut hoſpitalarij? Bald. in
l. orphanotrophos. dicit nulla lege cautum eſſe, vt prælati ec-
cleſiarum docere de inuentario, aut reddere rationẽ tenean-
tur: verum alij omnes ſecus putauerunt, reddendã (inquam)
eſſe adminiſtrationis rationem: cum prælati bona ſint pro
adminiſtratione, ſicut bona mariti & tutoris, tacitè obligata.
l. ſi quis preſbyter. in fi. C. de epiſc. & cler. glo. in c. ex literis. de
pigno & in c. ſimiliter. 16. quæſtio. 1. Qua ratione dicunt Ca
noniſtę, in beneficio diuitem pauperi præferri, cum diuitijs
ſubleuetur eccleſia: &, ſi malè adminiſtrat, ex facultatibus ſa-
tisfieri poſſit eccleſiæ. glo. cap. conſtitutus. de appel. atq; ideo
conficiendum eſſe inuentarium. c. de Syracuſanæ. 28. diſtin.
ne ſi prælato contingat inopinatus tranſitus, res eccleſiæ mi-
nui, aut perire poſſit: neve res propriæ epiſcopi importunita-
tem patiantur pro rebus eccleſiæ. cap. manifeſta. 12. quæſt. 1.
Quanquam & in hac redditione rationis hoc ſit ſpeciale, vt
proprio & ſoli prælati ſtetur iuramento, glo. in cap. qualiter
& quando 2. de accuſatio. quo textu freti, Felinus & alij, ibi
docent, ſpeciale quoque eſſe in prælato, vt non quemadmo-
dum tutor indiſtinctè, etiam non ſuſpectus, teneatur red de-
ce rationem, ſed eo tantum caſu, quo eſt ſuſpectus de bono-
rum eccleſiæ dilapidatione, exemplo eius diſpenſatoris, de
quo apud Lucam, c. 16. qui cum ad Dominum delatus eſſet,
vt qui diſſiparet bona ipſius, vocauit illum Dominus, & ait il
li: Qui audio de te? Redde rationem diſpenſationis tuę: non
enim poteris poſthac diſpenſare.
16 Eſt † & aliud inuentarium, quod fit ab hærede, qui de viri-
bus hæreditariis dubius eſt. Is quippe, ſi cauere ſibi vult, ne
vltra facultatum quantitatem teneatur, inuentarium confi-
cit. l. ſi §. j. C. de iure deliberan. § hinc nobis & § ſi vero non
fecerit. de hære. & Falci. colla. 1. quod vt rectè confectum di-
catur, plura neceſſaria ſunt.
Primo, vt hæres, ex quo ſibi delatam ſcit hæreditatem, in-
tra 30. dies inuentarium inchoet, perficiat autem intra ſexa-
ginta, & ſic in ſumma dantur tres menſes d. l. fina. § 1. & ſi in-
choatum eſt, modo intra tres menſes conſumatũ, ſufficit, cum
hęc ſit leuis ſolennitas, cuius omiſſio, cum modici ſit, aut nul
lius præiudicij, actum non vitiat l. fin. §. fina. ff. de vent. inſpic.
Qua ratione Bar. in l. a §. prius ff. de vulga. docuit, vt non no-
ceat omiſiſſe ſignum crucis in inuentario. Primi itaq; menſis
dilatio admonitoria erit, non peremptoria, in Bal in d. l. fin.
§ cum igitur. C de iure deliber. Abſentibus vero hæredibus
anni terminum leges dederunt, a morte teſtantis numeran-
dum. l. ſi § ſi vero dubius. C. de iure delibe.
Requiritur præterea, vt inuẽtarium, ſcribatur per manum
publicam, puta, per tabellionem. d. l. fin §. t. quo loco, colum.
penu. Bald. cui alij ſubſcribunt, mirabiliter docet, quod ſi de-
functus paucis ante diebus quam moreretur, omnium re-
rum ſuarum inuentarium fecerit, manuque propria ſcripſe-
rit: non tamen prodeſt hæredi, quin vltra inuentarium face-
re teneatur, cum inuentarium non à defuncto, ſed ab hære-
de incipiat: cuius contrarium prima fronte uideretur, tum
quod viuens teſtator videretur hæredi futuro prouidere. l.
cum quo. h. t. tum etiam quod inſinuatio teſtamenti facta
per defunctum proſit hæredi, vt non aliam facere teneatur. l.
omnium. C. de teſtamen.
17 Tertiò neceſſarium eſt, vt † creditores hæreditarij vel lega-
tarij interſint, vel ſaltem citati ſint ad uidendum fieri inuen-
tarium, cum d. l. fi. § 1. deſideret non modo tabulariorum, ſed
cęterorum pręſentiam, qui ad huiuſmodi confectionem ne-
ceſſarij ſunt, expreſſiſſimus tex. in §. ſancimus. & in §. ſi vero
abſunt. Citari autem debent ad certum diem ab hærede &
locum, nominatimque admoneri debent, quod opus factu-
rus ſit hæres, neque tam arctari, vt intra diem occurrere ad
prohibendum non poſſint. l. aut qui aliter. §. j. ff quod vi aut
clam. quos, ſi certi ſint, ſpecialiter vocari oportet. l. de vno-
quoq; ff. de re iudi. cæterum, ſi incerti, generali programmate
ſufficeret. l. ſi eo tempore. C. de remiſ. pig. niſi qui poſſent bre-
ui certificari, Anch. & Gemin. in c. ſi. de elect. in 6.

18 Porrò his abſentibus † requirendi quoq; cognati, vel affi-
nes, & ſi qui fortè alij ſunt, quos veriſimile eſt propter neceſ-
ſitudinem vel charitatem, abſentum defenſionem nõ omiſ-
ſuros. l. hæc autem §. 1. qui. ex cau. in poſ. ea. Deniq; aut procu
ratori, aut ad domum denunciandum erit. l. aut qui aliter j in
fi. §. ff. quod vi, aut clam. l. vt perfectius. C de anna. excep. Cũ
enim perſonæ copia haberi non poteſt, ad domum citare ſuf-
ficit. l. 4 §. prætor ff de dam. infe. l. ſcire oportet. §. qui autem.
ff de excuſ. tu. c. cauſam quæ. vbi plenè glo. de dolo & contu.
Quod ſi non compareant, tres teſtes fide digni, poſſidentes
ſubſtantiam, & optimæ opinionis, adhibebuntur, qui abſen-
tium creditorum præſentiam ſuppleant, quorumq; teſtimo-
nio adiutus notarius, inuentarium perficiet. §. ſi vero abſunt.
de hæredi & Falcid colla. 1.
Quartò neceſſaria eſt hæredis ſubſcriptio, qua ſignificet,
ſe omnes res, neq; minus in inuentario ſcripſiſſe, & quod ſi ali-
quã res ad eum perueniat, eã addere velit inuẽtario. Quod ſi
neſciat ſcribere hæres, eius nomine Tabellio ſubſcribet. Hęc
omnia habentur in d §. j. l. ſi. Amplius putãt illic Odoſ & Bal.
& poſſe hęre. ſubſcribere per procuratorem, quia ex quo per
procuratorem inuẽtarium facere poteſt. d §. j. in fi & omnia,
ſine quibus inuentarium non valeret. l. a. ff. de iuriſd. om iud.
l. ad rem mobilem. & l ad legatum. ff de procu.
19 Quod Caſtrenſis & alij improbant. † neque enim licet or-
dinare hæredi inuentarium per procuratorem, pręterquam
cum res hæreditariæ longiſſimis ſpatijs diſtant. d § primo, in
fi. quo caſu cum procurator inuentarium conficit, procura-
tor quoque ſubſcribit. Cæterum cum hæres præſens eſt, pro
forma conſtitutum videtur, vt per ſe, vel per adhibitum no-
tarium ſubſcribat, dic. § j. vnde per procuratorem non ſuffi-
ciet, cum forma non ſeruata actus corruat. l. cum hi. §. ſi præ-
tor. ff. de tranſactio.
Quintò, vt hæredem teſtes, qui adhibentur, agnoſcant, ne
ceſſarium eſt d. §. 1. ibi, teſtibus videlicet aſſumendis, qui hæ-
redem cognoſcant. Reliquas ſolennitates legito apud Do-
ctores. in d. l. fin. §. 1 paucas autem mihi percurrere placuit,
quod hodie ſubtilitates iſtæ in inuentarijs non conſideren-
tur, ſed locorum mores & conſuetudines ſpectentur. Bal con
ſilio 261. volu 1. & in d. l fina. in princ. Nos, quæ Barto. hic in
l. in ratione §. vulgo. ad l. Falcid. & cæteri, de more certis re-
gulis concludamus.
Prima itaq; erit, factum per pupillum inuentarium ſubſti-
tuto pupilli non prodeſt: itaq; aliud faciat, niſi vltra vires hę-
reditatis teneri velit, Barto. hic. Durat quippe ratio (inquit)
quare inuentarium confici debeat, ne inquam, in poteſtate
ſit hęredis, fraudare defuncti voluntatem ſubtrahendo res hę
reditatis. §. ſancimus. de hære. & Falc. col. 1.
20 Si † quidem ſola teſtantis bona pupillus in ſuo inuentario
deſcripſerit ad ſubſtitutũ autem præterea bona pupilli per-
uenerint, quorum ratione ſi in ſolutione legatorum teſtan-
tis bona non ſufficerent, ſubſtitutus teneretur, qui pupilli bo
na cum ſubtrahere poſſet, nouum debet conficere inuenta-
rium. Quod ita accipiendum eſt. quatenus tanquam nouus
hæres pupilli, ad legata forte vel fideicommiſſa ſecundis ta-
bulis relicta, vel a pupilli creditoribus conuenitur. Nam cum
id ſit pupilli teſtamentum, deque noua hæreditate tractetur
l. qui duos. ff. de vulga l. pater filiam. § fina. ad l. Falcid. requiri
tur nouum inuentarium perinde, ac ſi pupillus maior factus,
ſibi feciſſet teſtamentum. Bald. in l. filium quem habentem.
col. fi. C. fami. ercisc. Cæterum quatenus ex facto teſtantis, pa
ternæq; hæreditatis occaſione conuenitur, nouum inuenta
rium neceſſarium non eſt, ſed prodeſt ſubſtituto, quod à pu
pillo conſcriptum reperitur, uſque eum, vti hæredem tranſ-
mittitur. Bal. l. fi. §. cum igitur. col. 4 C de iu. delibe. Nam quæ
beneficia in rem ſunt, ea, ſi in perſonam concepta ſunt, ad hæ
redes tranſmittuntur. l hęredem. l in omnibus. ff. de regu. iu.
Proinde ſubſtitutus pupillaris, ſi non facit aliud inuentarium,
ad legata à ſe relicta inſolidum tenetur: ſed ad relicta ab inſti-
tuto pupillo vſq; ad vires patrimonij teſtatoris duntaxat, Bal.
in l. 1. col. fi C. de bon. auth. iud. poſſid.
21 Altera regula: Si † ſubſtitutus fecerit inuentarium, quod
omiſerat facere pupillus, legata à pupillo relicta ſolida præ-
ſtare tenetur: à ſe vero relicta, detracta falcidia, quod Bart. &
alij cenſuerunt. recteque interpretantur, niſi feciſſet ſubſtitu-
tus ex perſona pupilli inuentarium, vt poteſt: nam cum pu-
pillos, qui inuentarium non fecerunt, lex reſtituat, nihilque
eis præiudicare velit, §. pupillus, in Auth. de hær. & Falci. coll.
1 ſucceſſor quoq; in integrum reſtitui poterit, l. non ſolum.
ff de mino. ſubijcit tamen Bar. quod ſi ſubſtitutus negligens
omiſerit ex pupilli perſona, in integrum reſtitutionis bene-
ficio inuentarium conficere, quanquam ex perſona confece
rit, quod pupilli legatarijs integre præſtabit, legatarijs ſecun
darum tabularum non nocebit. nam & eis legata, etiam ſi ui-
res ex-

res excedant hæreditarias, detracta tamen Falcidia, cum inuentarium confecerit, ſoluetur. Vnde, ſi qui centum in bonis debebat, ab inſtituto pupillo centum, à ſubſtituto totidem legauerit, ſi pupillus non conficit inuentarium, quamquam ſubſtitutus, non tamen ex pupilli perſona confecerit, centum tamen à pupillo relicta ſolida ſoluet, præſtabit quoq; (dictu mirum) alia centum à ſe relicta, de his ſolis detracta Falcidia. Cum enim ex pupilli perſona inuentarium non ſcripſerit, vt facere poterat, conqueri non debet, ſi etiam inuentarium conficiens, vltra patrimonij vires oneretur, cum id facto ſuo ex delicto, idq; poſt mortem contigerit, l in ratione, in prin. ad l. Falcid ff.

Tertia regula, inuẽtarium debet confici de rebus, quas habebat defunctus tempore mortis, l ſcimus. §.1. C de iu. delib.

22 Habere † autem eum is dicatur etiam, qui dominus non eſt, ſed qui de facto detinet, & habere rem apud nos depoſitam dicere ſolemus, l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoq;, in fi de ver. obli ff l. habere duobus. ff de ver. ſig. (nam & vt Com. Fronto lib. de differentijs verborum. Habere, inquit, poteſt etiam fur nequam: poſſidet nemo, niſi qui aut relictæ, aut emptæ, aut donatæ rei dominus eſt) in inuentario res omnes, in hæreditate repertæ deſcribendæ erunt, etiam quæ apud defunctum depoſitæ, vel commodatæ ſunt, cum hæ in hæreditate ſemper manſerint. l. ſi de co. §. forte vbi Ange. Ro. Imo Caſt. & Alex. no. ff de acq. poſ. & periculum earum rerum ad hæredem pertineat. l. & non tantum. ff. de pet. hære.

23 Sed † an fructus & aliæ acceſſiones, quæ poſt mortem defuncti ex hæreditate iacente ſuſceptæ ſunt in inuentario deſcribi debeant? Quod frequentiſſimè Doctores negarunt: quoniam ſi augeatur hæreditas, de augmento inuentarium faciendum non eſt, cum augmentum poſt mortem contingens defunctus nullo tempore habuerit, & ea tantum deſcribi debeant, quæ defunctus mortis tempore habuit, d l. ſi. vbi hoc Ang. Alexan. & Iaſ. docuerunt, ſatiſque putant, ſi hoc ponat hæres in libro rationum, quem de receptis & expenſis prudens paterfamilias facit, vt in tutore docet Specu. titu. de inſtru. edit. §. ſin. col. 3. vt non teneatur confecto inuentario, aliud de fructibus, ciuilibuſque & naturalibus acceſſionibus conficere, ſed ſufficiat hæc in libro rationum ſcribere. Mihi verò placet hoc in libro a communi ſententia recedere, vt collecti fructus ante aditam hæreditatem in inuentario deſcribendi ſint, cum (vt diximus in l. precibus. C. de impub. & alijs ſubſt.) tam ſubſtitutis directo, quàm per fideicõmiſſum debeantur, l. ita tamen. §. ſi ſeruus. in fi. ff. ad Trebel. Accur in l in fideicommiſſi, §. j. ff. de vſu. quibus grauiter præiudicari poſſet, ſi non deſcriberentur in inuentario, ſed libro rationum hæredis ſtandum eſſet. Præterea hi fructus hæreditas ſunt. l quod ſeruus. ff. de leg. 2 & pars rei intelliguntur. l fructus pendentes. ff. de rei vend. Accur. in l. diuortio § interdum. ff ſolu. mat. Deniq; cum de his fructibus, qui in hæreditate tempore mortis reperiuntur, faciendum eſt inuentarium, & de ijs, qui ante aditam hæreditatem ſunt collecti, cum de illis æque ac de perceptis in vita teſtantis iudicemus. Accur. in l fideicommiſſar. um ff. ad Treb. Nec me mouet aduerſantium ratio, quod ea defunctus non habuerit: ſi quidem legis interpretatione, qua hæreditas iacens defuncti perſonam repræſentat, l hæreditas. ff. de acquiren. rerum dominio. l. cum hæreditas, C. depoſiti. defunctus eos quoque fructus habuiſſe intelligitur. Non etiam me impellit ſimile ex ſententia Specu. qui in diuerſiſſimo caſu loquitur, vt in quo non pugnent rationes præſcriptæ, ſed aliæ ſeparatæ: nam loquitur in tutore, qui cum quot menſibus fermè fructus percipiat, inuentarium de his non facit: quoniam de bonis inuentarium ſemel feciſſe ſufficit grauaretur quippe nimia multitudine inuentariorum, grauaretur prætereà pupillus, cum expenſis pupilli tutores inuentaria faciant.

24 Quarta regula † ſubſtitutus pupillaris debet ponere omnia bona in inuentario, quæ in hæreditate pupilli mortis tempore repetiuntur: neque eo caſu mortis teſtatoris tempus ſpectamus. Idque (inquit Barto) adeo verum eſt, vt ſi vnam tantum rem omittat ponere in inuentario, perdatur Falcidia in totum, hoc eſt, in omnibus rebus, quod & in l. Paulus. h. t. ad l. Falcid. referens, ait ita quæſtione Tuderti ex facto ſe reſpondiſſe. Nam, vt idem Bart. in §. hinc nobis. de hæredi. & Falcid. docuit, tria iura conſideranda ſunt: Digeſtorum, quo hæres ſolius rei, quam ſubripuit, Falcidiam amittit, d. l. Paulus. quæ cum ab Indigno auferatur, ſi fiſco applicatur, l. reſcriptum, ff. de ijs, quibus vt indig. Item filius perdebat ius abſtinendi, l. ſi ſeruum. §. prætor ait. ff. de acquiren. hæredi. Ius Codicis, quo hæres duplum reſtituit, l. ſi. ver. ille autem. C. de iure delibe. & Authenticorum, quo in totum Falcidiam perdit. d. §. hinc nobis. Accu. in d. § ſancimus, de hære. & Fal quare ſi rem vnam omittat ſcribere in inuentario, in omnibus rebus Falcid. perdit. Quæ traditio etſi communis eſt, habet tamen dubitationem, cum Impera. in dicto. §. ſancimus. verſ. illo adiecto ſolo, legibus antiquis circa inuentarium ſe nihil addere, præter vnum, tradat. Illud autem eſt de præſentia & conuocatione creditorum & legatariorum: at ita aliud, & quidem notabili expreſſione dignum, adderet, cum eo iura Digeſtorum & Codicis corrigentur, ſtatuendo vt per vnius rei ſubtractionẽ in omnibus rebus beneficium inuentarij amittat: qua ſola ſublata ratione Iacobus de Rauen. & Cyn. in authen. ſed cum teſtator. dicunt contrarium. Angelus vero ſæpè ex facto interrogatus, conciliando opiniones reſpondebat, quantum ad Falcidiæ detractionem dolo celantem hæredem vnã rem, tam in illa, quàm in alia, Falcidiæ beneficium perdit. nam ſic lucrum duntaxat amittit: quod præter Ang. rationem habet. Ex quo enim illius rei hæreditariæ ſubtractio vel inducebat, vel augebat Falcidiam, quo ad omnes, conueniens eſt, vt reſpectu omnium puniatur, a nemine Falcidiam detrahendo. l. 3. §. hæc pœna. & § ſi is, pro quo. ff. quod quiſque iu. quantum vero ad damnum euitandum, ne teneatur vltra vires hæreditarias, beneficium inuentarij non amittit. Non. n. par eadẽq; ratio videtur, amittere bona, & lucra non capere. l. fina. C. de codicil. Quæ diſtinctio (inquit Caſtren. in d. l. Paulus,) placet: quia æqua eſt, mihique non diſplicet, modo intellexerimus hoc caſu hæredem vltra facultates patrimonij nõ teneri, præterquàm in ſimplo eius dupli, ſecus in hærede rem aliquam celante, vel ſubripiente ſtatuendum eſt. d. l. ſi. §. illo. C. de iure delib. quo loco ita Sal. refert ſe conſuluiſſe, eiuſq; reſpõſo omnes Bononien. Docto. ſubſcripſiſſe: cum autem. §. illo. expreſſim correctum non reperiamus, cur ſtare prohibetur? l. præcipimus. C. de appella.

Quinta regula, Factum inuentarium per minorem inſtitutum, qui beneficio ætatis reſtitutus eſt, vt abſtineat, ſubſtituto vulgari prodeſt: cum rata ea omnia ſint, quæ ab eo bona fide geſta ſunt, l. in integrum ff de mino. l. quoties. ff. de acqu. hære. Amplius putat Bal. in l ſi § cum igitur. colum. 5 quod ſi velit ſubſtitutus aliud inuentarium facere, non poſſit: cum in eum vel in ipſum omnia iudicij acta tranſeant. l ea contractu ff. de re iudi Et hæc eſt veritas, quanquam Bart. hic dubitet, & Ioan. Imo. ore inuerecondo contrarium doceat, fretus tum quod poſt reſtitutionem perinde ſit, ac ſi nunquam fuiſſet adita hæreditas. l. quod ſi minor § reſtituto. ff. de mino. tum etiam quod geſta ab inſtituto circa hæreditatem, vt Bar. dicebat, & eius adminiſtrationem reſpicientia, firma remaneant, non etiam quæ ſe, hoc eſt, perſonam inſtituti & eius fauorem concernunt. Sed hæc diligenter expenſa, parum urgent: ſi quidem Inſtitutus ipſe reſtitutus, vt repudiet, perinde ſit, atq; ſi nunquam adiiſſet: at quæ ab eo geſta ſunt circa hæreditatem vt iam probatum eſt, conſeruantur. Inuentarium autem perſonæ beneficium non eſt, ſed obligationi & hæreditati cohærens, Bal. in l. filium. col. ſi. C. fam. erc. & euidenter probatur. Nam ſi perſonale eſſet, non tranſmitteretur ad hæredes. l vni. C. de priui. do. atque ideo cedi non poſſet l ex pluribus, ff. de adminiſtra. tuto hoc autem & tranſmitti ad hæredem & cedi poſſe, conſtat vel maxime ex ijs, quæ Bart. & alij in dicto §. quod vulgo, l. in ratione. ad leg. Falcid. in pluribus locis docent, in ea maxime quæſtione. An factum per hæredem inuentarium, tranſeat in fideicommiſſarium uniuerſalem; in quem audentius Ioan. de Imo. & plerique tradunt tranſire ſine ceſſione, per l. reſcriptum §. fina. ff. de pact. non itaque perſonale eſt.

25 Sexta regula, factum per hæredem inuentarium, non trãſit in fideicommiſſarium vniuerſalem, niſi cedatur. Spec. in tit. de inſtru. edi. § fin. colum. 10. Bart. hic Nam quæ hæres habet ex ſua prouiſione, non tranſeunt in fideicommiſſarium, facta reſtitutione per Trebel. ſed eſt opus noua ceſſione, l. ſi hæres pecuniam ff ad Trebel. l hæres a debitore. in princip ff de fideiuſ. Faciat ergo ſibi cedi (inquit Bar.) fideicõmiſſarius hoc ius, & effugiet ne vltra patrimonij facultatem, teneatur ſalcidiamque detrahet, alioqui non detracturus, l. lex. Falcidia. §. nunquàm ad l. Falcid.

26 Quæ † ſententia plerique diſplicet, Ioanni Imolæ potiſſimum, qui præceptorem ſuum Ioan. de Cantalo ſequutus, putat inuentarij beneficium in fideicommiſſarium, etiam ſine ceſſione tranſire. Quanquam enim (inquit) cum agitur de actione quæſita per hæredem, transferenda in fideicommiſſarium, requiratur ceſſio, d. l. hæres pecuniam & l. hæres à debitore. tamen quando agitur exceptione per hæredem quæſita, ea ſine vlla ceſſione in fideicommiſſarium tranſit, l. ſicut, § j. ff. quibus mod. pig. vel hypot. ſol. quemadmodum in procuratore dicimus, vt per eum quæſita actio, domino cedi debeat, & in exceptione nulla ſit opus ceſſione, l. reſcriptum. §. ſi. & l. ſeq. ff. de pact. inuentarij autem beneficium hæredi tacitam exceptionem parit, ne, ſcilicet integra legata ſoluere teneatur.

neatur.neve hæres detrahat Falcidiam. Qnare qno caſu inuentarij beneficinm effectum actionis haberet,puta,quia res legata apud legatanum eſſet, aduerſus quem tunc hæredem agere oporteret: ceſſio,vt Alex.hic declatat, eſſet neceſſaria. Accurſ.in l.ſi poteſt.ff.de conſtituta pecu. Solus Ioan. Faber (de quo hic nullus verbum facit)in §.extraneis. col.2.de hęr. qual.& diffe. in Inſti.de hac ceſſione dubitat: Siquidem non videtur(inquit)quod tale ius per ceſſionem transferri poſſit, cum ſit quoddam ius priuilegiatum cõtra ius commune,per quod hęres, ne vltra vires conueniatur, haber exceptionem, contra creditores,quibus iure communi inſolidum tenebatur: quam ob rem ius ei, vt hæredi, conceſſione non videtur transferri poſſe per ceſſionem,l.ex pluribus. ff de admini.tu. l.ſi patroni. in princip. & l.quirta inſtitutus. §.ſi legatns. ff. ad Trebe Et quoniam nulli beneficio inuentarij vtuntur præter hæredem,& illos, quibns hæres res hæreditaria vendidit pro legatis,ſeu creditoribus ſoluendis,d.l.fi.§.etſi præfatam C.de Iu.delib.Vnde ſi hæres facto inuentario, ſponte venderet vel darer hęreditatem, cederetque ius acquiſitum ex beneficio inuetarij, ſequeretur quod emptor vel donatarius eſſent tuti aduerſus prioros creditores,ſi vel legatarijs, vel poſterioribus creditoribus ſoluiſſent: quod nulla ratio patitur, neque lex. quæ eſt contra ius cõmune, ad hæc eſt extendenda.Hæc ille. Quæ tamen non me mouent.Quod enim ad iura per eum citata attinet, ea in beneficiis perſonæ adeo cohærentibus, vtneq; ad hæredem tranſeant,loquuntur:nimirum, ſi ceſſione non transferantur,l ſi ſtipulatus fuerim.ff.de verbo.oblig.l.ſi mulier. §.ex aſſe.ff.de iu.do.Nam in d.l.ex pluribus(vt ſpeciatim ſingula tollamus) condemnato vno ex tutoribus inſolidum,ſi ei actiones pupillus aduerſus contutores ceſſerit,iuxta l.1.§ nunc tractemus. ff. de tutel. & rat. diſtrahen. non tamen habiturum eũ priuilegium, quod nec hæredi pupilli datur,cum non cauſę,ſed perſonę ſuccurratur,quale eſt priuilegium,vt cęteris creditoribus in actione perſonali pręferatur. Cum enim pupilli perſona hunc fauorem meruerit, eius ſucceſſores hoc priuilegium non habebunt.l.dabinius § fi.ff. de priui.cred.etiam ſui hęredes. l.pen.§ ſi puellę. ff. de ritu nup. Idem quoq; in d.l ſi patroni.in qua ideo obligatio literarum non tranſit in fideicõmiſſarium,quia extraneus erat,in quem non transfertur iudicium operarum, l.ſi operarum.ff de ope. libe. Sic & in d.l.qui ita.§.ſi legatus.de exceptione cohærente perſonæ,tractabatur de priuilegio legatis legationis tempore conceſſo. ne iudicium accipere cogantur, l.2.§.legatis. ff.de iud.ne officio occupetur,l.ſi legatus. ff.ad Trebel quod ideo in fideicommiſſario non tranſit: at ſupra nos probauimus, inuentarii beneficium in rem eſſe,atq;ideo ad hęredem & fideicommiſſarium tranſire.

7 Et † quod abſurdum putat Fab.emptorem hæreditatis eſſe tutum aduerſus creditores, apud me bonum non eſt, vt qui ſciam vulgo traditum eſſe, emptorem hæreditatis non cogi creditoribus hæreditarijs reſpondere, ſed venditorem conueniendum, l.2 §.ſi venditor.ff.de hæredi. vel act.vendi. l.2. C.eo tit. quod in donatario obtinet, l hæreditatem. ff.de donat. Quod ſi dixeris emptorem ſponte ſuſcipientem iudicium ſibi præiudicare, l.2.C.de pact. hunc autem emptorem fingit Fab. iudicium accepiſſe cum poſterioribus creditoribus, vel legatarijs, Reſpondeo, beneficium inuentarij emptorem non excuſare, niſi ijs caſibus, quibus eo nomine hæres non excuſaretur.

F I N I

T R A C T A T V S
VTILISSIMVS, DE INVENTARII CONFECTIONE.

Auctore Clariſs. atque celeberrimo I.C. Rolando à Valle Patritio Caſalenſi, & Senatus Montisferrati præſide meritiſſimo.

Illumina Deus oculos ſerui tui in viam veritatis, & iuſtitiæ.

S V M M A R I V M.

1 *Inuentarium res ſcrupuloſa eſt, & in eius confectione ſæpe induſtrioſi falluntur.*
2 *Inuentarij materia frequens eſt,perutilis,ac quotidiana,horatimq; in palatijs verſatur.*
3 *Bonum opus ædificari non poteſt vbi CHRISTVS non eſt fundamentum.*
4 *Inuocatio nominis Domini in omni opere tria operatur, bonum principium,melius medium, & optimum finem.*
5 *Feſtum Aſſumptionis Virginis eſt maius, quàm feſtum Natiuitatis.*

Et ſi materia confectionis Inuentarij, teſte Bal.in conſi. 145 in princip. volum.4. ſit res adeo ſcrupuloſa
1 † vt ſæpe induſtrioſi in ipſius confectione decipiantur; tamẽ
2 cum ipſa ſit frequens † perutilis, atq; quotidiana, horatimq;
in palatijs verſetur, ad communem omnium vtilitatem tractatum præſentem inuentarij in lucem edere decreui,iuxta tex.in l.legaui,de lib.leg.ibi,& plenius rogorq;. Verum quia,
3 vbi Chriſtus † non eſt, fundamentum bonum aliquod fieri non poteſt.cap.cum Paulus. 1.q.1. Ideo diuino eius nomine inuocato, iuxta tex.in l.2.C.de offic. præfec. Aphr. & in c.in nomine Domini, de teſti. & ſecundum præceptum Platonis
4 in Timeo,quod † quidem in omni opere tria operatur,videlicet bonum principium,melius medium, & optimum finẽ, vt in Auth.quo.opor.Ep in princ.& per Nicon.in rub de no. oper.nunt.nume 640 ac etiam glorioſiſſimæ Virginis Mariæ eius matris,cuius feſtum hodie eſt ſuæ Aſſumptionis, quod toto corde & animo celebrare debemus,cum † ſit valde magnum, vt nobis oſtendit gl.in ver.Aſſumptionis,in c.alma §. pen.de ſent.excom.in 6.vbi inquit, maiorem eſſe eius feſtiuitatem quàm ſit feſtum ſuæ natiuitatis. Ad ipſius tractatus principium me conuerto.

P R I M A   P A R S.

S V M M A R I V M.

1 *Inuentarium eſt ſcriptura, in qua res inuentæ in hæreditate deſcribuntur.*
2 *Inuentarium,qui facere tenentur,diligenter omnia inueſtigare debent.*
3 *Inuentare eſt rem perquirere, & tenere, ne quid ex facultatibus pereat.*
4 *Inuentarium alio modo dicitur repertorium.*
5 *Inuentarium dicitur caput rationis reddendæ.*
6 *Inuentarium facere tenentur rudes,& ſimplices adminiſtratores.*

1 Inuentarium eſt illa ſcriptura † in qua res inuentæ in hęreditate conſcribuntur.glo.in verbo inuentarium, in §.ſi vero abſunt.in Authen.de hæred.& Falc.per tex.in l.tutor qui repertorium,in primo reip ff de admini.tu.vbi etiam Barto.col.2. ve ſic.a concludo,poſt gl.inquit quod inuentarium dicitur, quia reperta & inuenta in bonis pupilli deſcribuntur. Abb. in c Ray.num.13.de teſta vbi etiam Barba.in ſua repe.col.41. verſic.no.ibi Vital in tract claul.in verbo, Nil nouati inuent. confect pend.col 26 in pri ca. charitatem, 12.q.2. Albe. in dictionario ſuo,in verbo inuentarium,in primo.Saly.in l.tutores,col.3.in 7.quæſt. in fi.C.de adminiſt. tuto. Cepol.in l ſi fugitiui, nu.72.C.de ſer.fugit.Paris de Put in tract de ſeu reinteg. charta 48 nume.17.Luc.de Pen.in l.1.col.3 C.de cano.
2 frumen.vrb.Ro lib.11.vbi dicit ꝙ qui tenentur † ad inuentaria conficienda,tenentur omnia bona inueſtigare.l.ſi quis intra,circa fi.C. de bon.proſcrip quia ſignificatio huius verbi
3 inuentare † eſt rem perquirere & tenere,ne quid ex facultatibus pereat,§.ſi vnum ex prædictis, in Auth.vt cum de appell. cogn.Porcel.in tract.de inuentario,in princ.Nam alio modo
4 dicitur † repertorium,d.l. tutor qui repertorium. glo.in ver. inuentaria,in clem.quia contingit,in §.illi,de relig. do.Abb. in d.c.Ray.num.13 & Barb.vbi ſuprà, Specu.in tit.de actore ab vniuerſ.verſ.quid enim.vbi ait, quod inuentarium dicitur repertorium, quia res in eo repertæ deſcribũtur: & ideo ſubdit quod ex hac conſideratione libellum dudum à ſe editũ ad reperiendas materias repertorium nuncupauit, prout in
5 eius proœmio recitatur, & dicitur caput † rationis reddendæ, vt per Barto. & Caſt.ac Imo.in l cum tale, §.primo, ff.de condi.& demonſt.vbi Bald.tradit, hæredem, qui aſtringitur ad reddendam rationem fideicommiſſario vniuerſali rerum hæreditariarum teneri ad confectionem inuentarii,quod eſt caput rationis reddendæ Bald.in l.fi.§.cum igitur,col.5.verſ. Item quæritur.C de iure delib.Curt Sen.in conſi.29.col.fin. & in conſi.66.col 8.circa fi.& in tract.de ſequeſt,num.57.Iaſ. in l Marcellus,num 61.ad Trebel.idem in conſil.49 num.23. volum.1.Nam per ipſum fit facilior redditio rationis, l.1 §.officio.ff.de tute.& ratio. diſtrah. Ang.in conſ 144 c.fina. quem ſequitur Boer. in deciſ.61.vbi concludit, quod inuentarium
6 dicitur caput omnium rationum,quod rudes † & ſimplices adminiſtratores etiam facere tenentur.l.nulli.C.de epiſco. & cle. Corn.in conſi. 303 colum penul.in fi.verſicu.deueniendum eſt modo.vol.1.& Rum.in conſi.25.nume.11.volum.1. Dec.in conſ.110.nu.7.& ſeq.conſ.178.in princ.& 464.in prin.

Aymo,

Aymo, in conſi. 159. nu. 6. in d. conſi. meo 49. nu. 1. ita vt nec
etiam filius adminiſtrans viuente patre excuſetur, quia eo
mortuo tenetur rationem reddere fratribus, teſte Ant. Pinel.
poſt alios in l. 1. in 2. par. nu. 39. C de bon. mater.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium dicitur ab inueniendo.*
2 *Inuenire eſt cum inquiſitione.*
3 *Inuenire eſt in id venire, quod quæritur.*

1 Secundò quæro, vnde † dicatur inuentarium? Reſponde ab inueniendo l.
fi. C. de bon. vacan. lib. 10. l. fi. C. arbit. tute. Bal. in l. fina § cum
igitur, col. 3. verſic. quæro ego nunquid C. de iure delib & in
conſi. 383. colum. 2. volum. 1. Boer. in deci 61. colum. 3. in fi.
Luc. de Pen. in l. 1. colum 3. verſicu. Item inuentarium. C. de
2 cano. frumen. vrb Ro. lib. 11. quod † inuenire eſt cum inqui-
3 ſitione, vnde inuenire † eſt in id venire, quod quæritur, ſe-
cundum Iſido. ethymo. 10.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium cognitum non erat de iure Digeſtorum, ſed inuentum de iure ciuili per Iuſtinianum.*
2 *Confectio inuentarij tutoris fuit cognita de iure Digeſtorum.*

1 Tertiò quæro, an inuentarium † eſſet cognitum de iure Digeſtorum, quo
iure hæres tenebatur creditoribus vltra vires hæreditatis.
Reſponde quod non, ſed quod beneficium ipſius fuit inuen-
tum de iure ciuili, per Iuſtinianum, vt declarat Iaſ. poſt alios
in l. fi. in prin. C. de iure delib & ibi Alex. in § & ſi præfatam,
in princ. vbi etiam Corn num. 2. & Saly. ibi in §. ſi vero, & ipſe
Craue. in conſi. 174 nu. 7. Pau. de Caſt. in conſi. 210. col 1. in fi.
ſecundum antiquam impreſſionem, vbi dicit, quod etſi con-
fectio inuentarij tutoris iure veteri Digeſtorũ fuerit inuen-
ta. l. tutor qui repertorium. in princip ff. de adminiſt. tut. non
2 tamen confectio † inuentarij, quia illa inuenta per Iuſtinia-
num, vt in d. l. fi. in conſi. 92. colum. 2. & 211. colum. 1. Porcel.
in tract. de Inuenta. c. 5. num. 7. vbi tradit, inuentarium eſſe de
iure nouo. d. l. fi. Item & de nouiſſimo. §. hinc nobis. in Auth.
de hære & Falc. Alex. in l. in rõne. §. quod vulgo. col. 10. verſ & di
cit. ad l. Falc. Barb. in c. Ray. col. 51. verſ. 6. limi. & 166. in fi. ver.
3. dicit. de teſta. Pet. de Anch. in conſ. 411. col. 2. Are. in conſ.
348. col. pen. verſ. a hoc demonſtratur.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium ſecundum aliquos eſt triplex, ſed ſecundum magis communem quintuplex.*

Quartò quæro quotuplex ſit inuentarium? Nepos de Monte Alb in tract.
de excep. in rub. contra tutores, & curatores, num. 6. dicit tri-
1 plex † eſſe inuentarium, ſ. tutoris & curatoris, hæredis, & fi-
ſci. ſed Specu. in tit. de inſtr. edi. § fina dicit, quod eſt quintu-
plex, ſcilicet tutoris & curatoris, orphanotrophi, Prælati, &
hæredis Bal. ibi in addi. colum. pen. in fi. verſ. quinque ſunt, &
Porcel. vbi ſuprà, in prin. num. 4. Vital. in tract. clauſ. in verbo
Nil nouari inuent. confec. pend. colum. 25. verſi. vlt. vbi ponit
alias ſpecies inuentariorum.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium fuit repertum, ne hæres ſurripiat bona hæreditaria.*
2 *Item & ad commodum hæredis, ne teneatur vltra vires hæreditarias.*
3 *Inuentarium etiam repertum eſt, ne is qui dubitat de viribus hæreditariis petat terminum ad deliberandum.*

Quintò quæro, Quare repertum fuit inuentarium. & dicas, quod triplici ex
1 cauſa, quarum prima eſt ne † hæres ſurripiat bona hæredita-
ria, l. fi. § ſin autem. C. de iu. delibe. §. ſancimus, in Authen. de
hæred. & Falc. Bal. in conſi. 265. in princ. volu. 4. vbi ſic inquit,
inuentarium hæredis multa requirit, quæ omnia legiſlator
introduxit, ac hæredes in ſubtrahendis vel in ſupprimendis
rebus hæreditarijs, præſertim mobilius, (quarum facilis eſt oc
cultatio) poſſent aliquam malignitatem committere. d. §. ſan
cimus. Barb. in reper. cap. Rayn. col. 46. verſ. decimo facit. & in
col. 51. in fi. verſi. Item quia. de teſta. & in rub. C. qui admitti,
nu. 162. Siguo. de Homod. in conſi. 110. col. fin. verſic. præte-
rea non ſequitur. Boer. in deciſ. 61. colum. 4 in princip. qui al-
legat etiam Bal. in conſi. 323. vol. 4. Porcel. in tract. de Inuen.
in princ. verſic. quæro deinde. Grat. in reſponſo 88. nu. 16. vol.
2. d. Octaui. Oſas. in deci. 137. nu. 22. Pau. de Caſt. in conſi 210.
ſecundum antiquam impreſſionem Alex. in conſi. 70. in prin.
2 volu. 4. Secunda, repertum † ad commodum etiam hæredis,
ne teneatur vltra vires hæreditarias, & ſic ne ſentiat damnũ.
tex. eſt in l. fi. § etſi præfatam. C de iure delibe dum dicitur, &
ſi præfatam obſeruationem inuentarij faciendi ſolidauerint
hæreditatem ſine periculo habeant, iuncta glo. in verſic. peri-
culo. & ibi, & nihil ex ſua ſubſtantia penitus hæredes amit-
tant, ne dum lucrum facere ſperant, in damnum incidant. &
in §. licentia, ibi, vt vndiq; veritate exquiſita, neque lucrum,
neq; damnum aliquod hæres ſentiat ex huiuſmodi hæredita-
te, Paris. in conſi. 33. col. penul. vol. 3. & vt latius infra dicetur.
3 Tertia vero eſt, ne † is qui dubitat de viribus hæreditariis, pe
tat terminum ad deliberandum. l. fi § j. C. de iu delib. Barb. in
d. rub C. qui admitti. num. 162. verſic. quarto facit. Porcel. in
dicto ſuo tract. in c. 3. num. 25. Barto. in l. j. §. ait prætor, verſic.
& ex hoc. ff de iure deliberan. & in l. in ratione. §. quod vulgo.
col. 3. ff. ad l. Falcid.

SECVNDA PARS.

Inuentarium qui facere teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Hæres tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, ſiue ſuccedat in totum, ſiue partem, ſi non vult teneri creditoribus, & legatariis vltra vires hæreditarias inuentarium facere tenetur.*

Primò igitur quæro, an hæres teneatur conficere inuenta-
1 rium & reſpondendo dicas quod ſic † ſi non vult teneri credi
toribus, & legatarijs vltra vires hæreditarias. l. fin. §. ſi quis au
tem temerario, vbi Doct. C. de iure deliberan. glo. vbi etiam
Angel. io §. ſi vero non fecerit, in Authen. de hæredita &
Falc Pau. de Caſt. in conſ. 164. colum. 2. ſecundum antiquam
impreſſionem. Alc. in conſi j. num. 17. & in conſi. 195. in prin.
& in conſi. 393. in princip Cotta in memo. ſuo, incip. inuen-
tarij confectio, in princip. Ferdinan. Vaſq. in tract. de ſucceſſ.
crea. § j. num. 26. uerſ. ab iſta autem Crot. in conſ. 107. num. 7.
Ioan de Amicis, in conſi. 3. num. 21. in conſ. 70. nume. 2. Cur.
Sen. in l. ſi paſcenda, num. 12. C. de pact. Imo. in l. 1. § hæc ſti-
pulatio. colum. 2. verſicu. 2. nota. ff. ſi pluſquam per l. Falci. &
ratio eſt, quia inuentarium conſeruat hæredem indemnem
ſecundum Doct. vbi ſupra, quod equidem procedit nedum
in hærede ex teſtamento, ſed etiam ab inteſtato, ſiue ſuccedat
in totum, ſiue in partem. l. fi. §. j. ibi, ſiue ex aſſe, ſiue ex parte.
C. de iure delib. Specu in tit. de inſtru. edi. §. j. verſic. nunc di
camus. Alber. in d. l. fi § ſin autem dubius, colum. 2. uerſicu.
quid ſi plures ſunt, ubi etiam Corn. num 22. Ang. in d. §. hæc
ſtipulatio. colum. 3. verſic. & conclude, ubi etiam Imo. col. 2.
uerſ. circa primum quæſitum. Cyn. in auth ſed cum teſtator.
in 8. quæſt. C. ad l Falc. Ioan. Bertach. in tract. de epiſ. in 4 par.
num. 35. Afflic. in deciſ. 44. num. 33.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium facere debet vnuſquiſq; hæredum, niſi omnes conſentiant vni conficienti nomine omnium.*

Secundò quæro, quid ſi plures ſint hæredes, an vnuſquiſque facere de-
beat inuentarium ſuum? Concludendum eſt, vnumquemq;
1 † teneri, niſi omnes conſentiant vni conficienti nomine om-
nium. ita Cy. in l. fi. in princip. col. 2. uerſicu. 3. quæritur. C. de
iure deliberan. argu. tex. in l. ſi quis ex argentarijs. ff. de eden.
l. ſtipulatio. §. quæſitum, de dam. infec. & l. 4. § creditoribus.
de fideicomm. libe. ubi etiam Alexan. colum. fin. verſ. quærit
etiam Cy. ubi refert ita etiam tenere Ray. ibi, Alber. de Roſa.
in d. l. fi. in §. ſin autem dubius, col. 2. verſic. quia ſi plures. ubi
etiam Sal. col. fi. uerſ. quæro ab extra, & Io. And. in addi. Spec.
in tit. de inſtru. edi. in §. fi. in addi. quæ incipit, ſic dicitur. Gul.
Maine. in l. quo tutela, nu. 57. de reg. iuris.

SVMMARIVM.

1 *Princeps hæres inuentarium facere tenetur.*
2 *Hominis appellatione venit Rex.*

1 Tertiò quæritur, an Princeps † hæres teneatur facere inuentarium? &
non conterendo tempus, no. per Iaſ. in l. fi. in prin. in 2. col. C.
de iure

de iure delib. vbi inquit quod ſi Princeps eſt inſtitutus hæres vel ſit proximior agnatus, non confecto inuentario tenetur vltra vires hæreditarias, per tex. in § penul. in verſ. etiam Imperiali culmine, in Authē. de hære. & Falcid. quia tunc venit tanquam priuatus, alias ſecus: quem tex. ad hoc allegat Bart. in authen. ſed cum teſtator, circa fi. C. ad l. Falcid. prob. etiam ex ſcriptis per Ange. in l. 1. in § hæc ſtipulatio, col. 1. ff. ſi plus quàm per l. Falci. vbi inquit, quod quicunque ſuccedat, fiſcus vel priuatus, miles, aut paganus uel ſacerdos non obediens legi, de qua in §. ſi vero non ſecerit, de hære. & Falc. ad legata tenetur in ſolidum. Imo etiam ibi, colum. 1. tex. eſt etiam in §. fina. & ibi glo. in verbo Imperiali, de hæred. & Falci. Barba. expreſſe, in cap. Raynal. colum. 53. de teſta Corn. in d. l. fina. in princip. num. 28. Vital. in tract. claui. in verbo, Nil nouari inuent. confec. pend. colum. 22 in ver. & idem eſt. Vlterius dicitur quod etiam ſi non eſſet expreſſum illud verbum Imperiali, quod iſtud etiam probatur alio modo per d. tex. ibi, communem namque in omnibus hominibus hanc legem impo-
2 nimus: ergo & principibus. cum appellatione † hominis, veniant & Reges, c. penul. de confir. vti. vel inuti. quem tex. dicit Barb. in reper. cap Rayn. colum. 152. de teſtamen. ſuperioribus diebus ſe ad hoc ponderaſſe, & in tantum hoc eſt verū, quod ſibi non datur reſtitutio in integrum, quoniam ipſe legem condidit, & omnia iura in ſcrinio ſui pectoris habet. l. omnium C. de teſta. ita Vital. ubi ſupra. Alc. conſ. 195. & Soc. Iun. in conſ 42. volum. 3.

SVMMARIVM.

1 *Miles inuentarium conficere tenetur.*
2 *Hominis appellatione venit Fiſcus, Epiſcopus, Saracenus, Iudeus, & Miles.*
3 *Milites hodie ſunt adæquati Paganis.*

Quartò quæro, quid in milite? prima facie videretur dicendum, ipſum non teneri per tex. in l fina §. fina. C. de iure delibe. qui vult, militem non conficientem inuentarium habere priuilegium contra illam legem, & hoc etiam tenet ibi glo. in d. l. fina. in princip. Vaſqu. in tracta. de ſucceſſ. progreſſ. §. 20. nume. 55.
1 in oppoſitum tamen eſt veritas, quod ipſe † tenetur ſicut alii tenentur, per tex. in §. fina. in Authen. de hæred. & Falcid. vbi dicitur, hanc legem generalem omnibus hominibus impoſuimus. quo caſu uidetur impoſita militibus, quia homines
2 ſunt. Nam appellatione hominis, † venit fiſcus. glo. in l. eos. C. de vſu. Bal. in l. j. ff. de rer. diuiſ. Item Epiſcopus. glo. in cap. j. de maio. & obed. nec non Saracenus, cap. quic. 50 diſtin. ac Iudæus, cap. ſi ſolus, 8. diſtinct. Cum ergo illa lex generaliter imponatur omnibus hominib. ergo & militi, & ita in terminis, per dictum tex. voluit Ang. in l. 1. §. hæc ſtipulatio, colu. 1. ubi etiam Imo. colum. 1. ff. ſi plus quam per legem Falcid. Item probatur expreſſe in d. §. fina. ibi, ſiue militari, vbi etiam glo. in verbo militari, & in verbo Imperiali. Bal. in d. l. fin. in princ. colum 1. in princip. in verſi. modò. C. de iure deliberan. quia
3 hodie milites † ſunt adæquati paganis. Idem vult ibi Caſt. in princip. colum 2. in princip. Ange. in § extraneus, colum. fina. uerſ. not. Inſtitu. de hæred. quali. & differen. Iaſ & alij in d. l fi. §. fina. C. de iure deliberan. Barb. in repet. cap. Raynal. colum. 5. in princip. de teſtamen. Vital. in tract. clauſ. in uerbo, Nil nouari inuenta. confect. pend. colum. 22 uerſ. & idem, per tex. in d l. fina. qui tex. loquitur in milite utriuſque militiæ, tam cœleſtis quàm terreſtris. Porcel. in trac. de inuent. in cap. 4 num. 16. Vaſqu. in 1. parte, tract. de ſucceſſ. crea §. 16 nume 17. & eo magis hoc dicendum uenit ſi eſt miles, & Doctor, ut per Porcel. vbi ſupra, & licet hoc relinquet cogitandum, tamen prius hoc uolui in terminis Corn. in d. l. fi. in 2. not. in fi. C de iure delibe. & num. 28.

SVMMARIVM.

1 *Minor inuentarium confitere tenetur.*
2 *Minori competit reſtitutio in integrum aduerſus omiſſionem inuentarii, dummodo probet hæreditatem damnoſam.*

Quintò quæro, nunquid minor teneatur inuentarium conficere? Bal. in l. fina. in princip. in 2. colum verſ. quæro. C. de iure deliberan.
1 determinat, † quod ſic, ubi etiam Iaſ. col. 2. ver. quid autem. Alexan. in conſ. 124 colum. 3. uolum 4 Ange. in l. 1. § hæc ſtipulatio, colum. 1 ff ſi plus quam per legem Fal. Porcel. in trac. de confect. inuen. c. 3. num 15. Ioan. Fab. in §. extraneis. col 2. uerſ. ſed an hoc tempus. Inſtitu. de hære. quali & differ. & iſta eſt communis Doctorum ſententia. Verum eſt, quod ad-
2 uerſus talem omiſſionem ei conceditur reſtitutio † in integrum, §. pupillus, in Authen. de hæredi. & Falcid. glo. in l auxilium, quam reputat ibi ſingularem Ang. ff. de mino. & in d §. hæc autem ſtipulatio, colum. 1. Bar. in l. etiam, colum. fina. ff. de mino. & in conſ. 154. in 2. colum. Bal. in l. ait prætor, in princip. ff. de mino in l. fina. ubi etiam Caſt. C. in quibus cau. in integ. reſtit. Alexan. in citato conſ. 124 colum 3 Iaſ. in l. properandum. § fin. in 2. not. C de iud. Imo. in cap fina. de in integr. reſtitu. Barb in conſ 64. colum 4. uol 2. Guid. Pa. in conſ. 161. & in q. 141 cum ſequen. Cy. in d l. fina. in prin. in fi. & Alexan. ibi, in §. fina. colum penul. ubi etiam Corn. nume 28 C. de iu. deliberan. Porcel. in tracta. de confect. inuent. cap 3 num. 15. Adden. in Capel. Toloſa. 55. in fi Bero. in conſ 37. num. 7 vol. 2. & 61. num. 83. volum. 1. Pau. de Caſt. in conſ. 218. ſecundum antiquam impreſſionem, vbi dicit quod minores non excuſantur ipſo iure, immo ipſo iure pœnas incurrunt, licet competat eis reſtitutio in integrum Balb. in tract. de præſcrip. in 6. par. prin. nume. 40. Vital. in tract. clau. in uerbo, Nil nouari inuen. confect pend. colum. 21. in fi. uerſ licet minor tamen. Soc. Iun. in conſ. 7. nume. 16 volum 4 & in conſil. 112. nume. 12. in fi. uolum 2 Barb. in repet. c. Rayn. colum. 152. in prin. de teſta. & in conſi 55. uolum. 3. Ang. in § extraneis, colum. fina. uerſ. ultimo nota, de hæred. qualit & diff. Corn. vbi ſupra, Aret. in conſi. 148 in fi. Bero. in conſ 68. nume. 8. cum ſequen. volu. Sed nunquid vt obtineri poſſit dicta reſtitutio, requiratur vt probetur quod hæreditas ſit damnoſa. Guid. Pa. in decil. 141. 142. & 571. colum. 5 tenet quod ſic, quem ſequitur Mynſing. in cēt 4. obſeruat. 16. Alexan in conſi 21. colum. 2. volum. 1. & Bero. in conſi. 80. num. 63. volum j Plane. Marc. in q 249. per totam, in 1. par. ubi inquit curiam Delphinalem præfixiſſe tempus pupillo ſeu eius tutori, ut obuietur fraudibus ad faciendum citari creditores & legatarios dicturos cauſam cur in integrum reſtitui non debeat aduerſus lapſum temporis beneficij inuentarij. Port. in conſ. 169. num. 5. & Natta, in conſil. 214. nume. 9 ubi late de hoc.

SVMMARIVM.

1 *Minori Doctori, non datur reſtitutio in integrum aduerſus omiſſam inuentarii confectionem.*
2 *Turpe eſt Sulpitio ignorare ea, in quibus quotidie verſatur.*
3 *Peritiores qui conſulere non potuit, licet audiatur allegando ignorantiam iuris, etiam in lucris captandis. ſecus tamen in Iuriſperito.*
4 *Verbum fortè, prolatum à Iuriſperito, operatur ut dicatur de iure reſpondiſſe.*

1 Sextò quæro, quid autem ſi minor † ſit Doctor, an ſibi dari debeat reſtitutio in integrum aduerſus omiſſam inuentarij confectionem? Determina quod non, cum non poſſit iuris ignorantiam allegare, quia poteſt dici, Profeſſio & deſiderium tuum inter ſe diſcrepant, iuxta glo. in l. profeſſio. C. de mune. & hono. lib. 10. ubi Ioan. de Plat. inquit, Vltimo nota hanc gl ſingularem quod Doctor minor viginti quinque annis non poteſt petere reſtitutionem in integrum aduerſus ea, quæ omiſit allegare, uel probare in cauſa ſua, licet alteri daret reſtitutio in integrum, l. minor viginti quinque annis omiſſam. ff. de mino. poteſt. n. Doctori allegari, Deſiderium, & promiſſio tua inter ſe non cōueniunt, cum debeat eſſe peritus, & inſtructus in arte cauſidica propter quam peritiam, & induſtriam ſibi denegatur reſtitutio. l. 1. C. qui & aduer. quos, & ſubdit Ange. vidiſſe Citnotum petentem hanc reſtitutionem, & expulſum fuiſſe; Idem voluerunt Bart. in l. ſed & reprobari, in princip. ff de excuſat.
2 tuto. Bald. in proœ. ff. vbi etiam Albe qui citat turpe † eſſe Sulpitium ignorare ea in quib. quotidie verſatur. l. 2. § Sulpitius. ff de orig. Iur. Barb. in conſi. 67 col. 7. volum j Alexan. in l. ciuitas. colum. 5. in fi ff. ſi cer. pet. Cur. in l. ſi ex falſis, num. 27. C. de tranſ. Ang. in l. 1. §. poeriniam. ff de poſtu. Franc Marc. in q. Delph. 814. num. 4. & 638. nume. 8. Port in conſi. 70 nume 22. Galiano. in l Centurio, nu. 33. de vulg. & pup. pro cuius confirmatione facit quod ait Rimi. in l. iuris ignorantia. C qui
3 aduer. vbi ait quod licet ille qui non potuit conſulere † peritiores audiatur allegando iuris ignorantiam etiam in lucris captandis, ſecus tamen eſt in Iuriſperito, per tex. in d. §. Sulpitius, & in terminis noſtris ita decidit Vital. in tracta. claus. in uerbo, Nil nouari inuen. confect. pend. col. 22. uerſ. & eodem modo:
4 & licet loquatur per verbum forſan † iſtud nihil eſt, quia ut dicit Ang. in l in ſubſtitutione ff. de vulga. & pupi. ſi Doctor conſulendo reſpondet per verbum fortè, nihilominus reſpondet de iure, l. quid tamen. § ſi arbit. ff. de arbit. glo. in uerbo forſan. in cap. ſuper literis, de reſcrip. Barba. in repet. cap. Raynaldus, colum. 46. in principio, in uerſicu. etſi dicatur de teſtamen. [illegible]

SVM

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenti guarentigię executio ceſſare debens pendente reſtitutione in integrum ad conficiendum inuentarium.*

Septimò quæro, nunquid pendente reſtitutione in integrum, de qua
1 ſupra, inſtrumenti † guarantigię executio ceſſare debeat? teneo ꝙ ſic, vt concludit Franc. Marc. in deciſ. 245. in 1. par.

SVMMARIVM.

1 *Mulier inuentarium conficere tenetur.*
2 *Mulieri non ſubuenitur, niſi in caſibus a iure expreſſis.*
3 *Inducta ad rigorem iuris conſeruandum, ita obligant mulieres, ſicut maſculos.*
4 *Mulieri non ſuccurritur, vt teſtes producere poſſit poſt dedicita teſtificata.*

Octauò quæritur, an mulier, quę ex ignorantia iuris nō fecit inuentarium, vel ſi fecit minus ſolenniter, teneatur vltra vires hæreditarias? Bal. in l. fi. in prin. in 2. q. C. de iure delibe. primo argui ꝙ excuſatur, quia in ea non præſumitur dolus propter eius ſimplicitatem. l. vbi, in princ. ff. de eden. præſertim ſi non potuit conſulere peritiores, vel errauit ſequuta conſilium erroneum conſultoris, & non ex propria culpa. l. in bonorum.
1 ff. de bon. poſſ. tamen poſtea decidit † contrarium, quia lege cautum non reperitur, quod excuſetur; ergo rigori ſtandum,
2 quia mulieri † non ſubuenitur niſi in caſibus, à iure expreſſis argu. l. fin. de iur. & fac. igno. Idem tenuit Iaſ. ibi, in princ. in 2.
3 colum. verſicu. quid autem, quia inducta † ad rigorem iuris conſeruandum, ita obligant mulieres ſicut maſculos. l. iuris ignorantia. C. qui admitti, vbi in terminis; ita tenet Alex. col. pennl. in fi & Dec. num. 14. rurſus Alex. in conſ. 119. num. 50. vol. 6. & in conſ. 165. col. 2. in fi. vol. eo. Bar. in conſ. 154 col. 2. Iaſ. in conſ. 28. col. 1. vol. 3. Aleia. in conſ. 139. nu. 7. in 3. tomo Vaſq. in 1. tomo, §. 16. num. 7. Barba in repe. c. Raynal. colum. 152. de teſtam. Natta, in conſ. 575. num. 22. Corn. in d. l. fi. §. fi. colum. fi. Vital. in trac. clau. in verſ. Nil nouari inuent. confec. pen. col. 22. verſ. in mulieribus Ripa in trac. de peſte, in rub. de remed præſerua. nu. 240. & Benicas. in § omnium, num 377. Inſtit. de act. & ideo ex ſupradicta ratione dicunt ſcriben. in l. 1. § nuntiatio, vbi Alexand. colum. penult. ff de no. oper.
4 nunt. quod non ſuccurritur † mulieri, vt poſſit producere teſtes poſt didicita teſtificata.

SVMMARIVM.

1 *Mulier, quæ uentris nomine mittitur in poſſeſſionem bonorum mariti. Inuentarium facere debet.*

Nonò quęro, quid de muliere quæ vētris nomine mittitur in poſſeſſionē bono-
1 rum mariti? dic † ꝙ ea inuentarium facere debet, l. 1. §. pen. ff. de vent. in poſ. mit. Picus, in l. poſt contractum, nume. 96. ff. de dona. vbi inquit, eam teneri ad inuentarij confectionem, argu. l. penu. C. de vſufruc. & in l. pennl in princip. ff. vſufru. quemadmo. caue quia non eſt domina, ſed alimentaria. Ideo nimirum, ſi tenetur, Idem tennit ibi Hannib. nume. 332. verſ. etſi iſtud Specu. in titu. de actore ab vniuerſitate, colum. fin. verſ. quid dato ad prædia, poſt Vbert. de Bubio, ibi per eum citatum. Plot. in l. ſi quando, nume. 194. C. unde vi. ubi loquitur de curatore vētris prægnantis. Vital. in trac. clau. in ver. Nil nouari inuen. confec. 14. verſ. Item aliud. Alb. de Roſa. in l. de creationibus. C. de epiſc. aud. col. 2.

SVMMARIVM.

1 *Ruſticus inuentarium conficere tenetur.*
2 *Ruſticus non ſuccurritur, niſi in caſibus in iure expreſſis.*
3 *Ruſticus non excuſatur in his, quæ tendunt ad rigorem iuris conſeruandū.*
4 *Ruſticus non admittitur ad probandum poſt dudicita teſtificata: fallit ut in nu ſequen.*
5 *Ruſtico licet non ſuccurratur in caſu l. 1. C de iu & fac. igu. tamen ope exceptionis ei ſuccurritur ex clauſula generali, ſi non potuit conſulere peritiores.*
6 *Iuris ignorantia, etſi non excuſet mulierem, quæ infra tempus bonorum poſſeſſionem non agnouit, tamen intelligitur, quando peritiores conſulere potuit, alias ſibi ſuccurritur.*
7 *Ruſticus exiſtens in remotis partibus, qui non potuit conſulere peritiores, ex clauſula ſi qua mihi iuſta cauſa regula reſtituitur in integrum aduerſus omiſſam inuentarii confectionem, alias ſecus.*

1 Decimò quæro, an ruſticus † teneatur conficere Inuentarium? Bal. in l. fi. in prin. in 4. quæſt. C. de iure delibe. primo arguit, ꝙ non, quia in eo non pręſumitur dolus propter eius ſimplicitatem. l. vbi, in prin. de eden. præſertim, ſi non potuit conſulere peritiorem, vel errauit ſequutus conſilium erroneum conſultoris, & non ex propria culpa. l. in bonorum. ff. de bon. poſſeſ. tamen poſtea concludit contrarium, quia lege cautum non reperitur, ꝙ excuſetur. ergo rigori ſtandum eſt, & ſic ſibi non ſubuenitur, ſicut nec militi. l. fi. C. de iur. & fac. igno. Idem tenet ibi Iaſ. in 2. colum. verſ. quid autem, & Corn. in §. fi. col. fi. Alexan. in conſ. 119. num. 50. vol. 6. & in conſ. 165. colum. 2. in fi vol. eo in l. iuris ignorantia, colum. pen. verſ. & in ſimili. vbi etiam Dec. num. 14. C. qui admit. l. 1. §. nuntiatio, colum. pen. in fi. ff. de oper. no nunt. & in l. ſi quis id quod, colum. 3. verſ. Item nota, quod ruſticus, de iuriſd. om. iud. dum allegat Bal. in d. l fi. C. de iure delibe. Nam nemini dubium eſt, quod ru-
2 ſticis † non ſuccurritur, niſi in caſibus in iure expreſſis, l. fi. C. de iur. & fac. igno. ſicut nec mulieri. d. l. iuris ignorantia. Item
3 videmus, quod in his † quæ tendunt ad rigorem iuris conſeruandum, ruſticus non excuſatur, vt concludit Bald. in dicta l. iuris ignorantia Hinc dixit Bald. in d l. 1. §. nuntiatio, colum.
4 fi. quod ruſticus † non admittitur ad probandum poſt didicita teſtificata. & ratio eſt, quia non reſtituitur aduerſus dolum præſumptum, ſed in caſu noſtro eſt præſumptio doli contra hęredem non conficientem inuentarium, ergo ruſticus ligabitur. Vita. in tracta. clauſ. in verbo, Nil nouari inuen. confect. pend. colum 22 Aduerte tamen, quod ſi non potuit conſulere peritiores, quod poterit reſtitui in integrum ex clauſula generali, ſi qua mihi Iuſta cauſa. igitur, quod probatur ex infraſcriptis. Et primo ex his quæ ſcribit Saly. in l. 1. colum 4. verſ. quæro quarto, cum glo. C. de iur. & fac. igno.
5 vbi inquit, quod licèt ruſticis † non ſuccurratur in caſu dictę l. ſicut militi, tamen ope exceptionis poterit reſtitui ex clauſula generali, ſi non potuit cōſulere peritiores, quod inquit, non iniquum; quod dictum tanquàm ſingulare ſequitur Iaſ. in dicta l. iuris ignorantia, colum. 2. Alex. in d. l. 1. §. nunciatio, colum. fi. in princip.

Secundo probatur, per text. in d. l. Iuris Ignorantia, & ibi
6 Doct. vbi licet iuris ignorantia † non excuſet mulierem, quæ intra tempus bonorum poſſeſſionem non agnouit, tamē intelligitur quando potuit conſulere peritiores, alias ſecus.

Tertio ex nota. per Doct. in dicto §. nuntiatio, vbi concludūt, quod licet ruſtico non ſuccurratur, vt probationes producat poſt publicationem etiā ſi nō potuit cōſulere peritiores. ꝙ illud eſt verum ipſo iure, ſed per reſtitutionem in integrum ex clauſula generali bene poſſet reſtitui.

Quartò in terminis noſtris, ita decidit Alexand. in dicto §. nuntiatio, colum. fin. in princip. vbi inquit poſt Saly. & Fran. de Rampo in l. 1. C. de iur. & fac. igno quod ſi ruſticus habuit iuſtam cauſam ignorantiæ, vt quia ſecundum eos nō potuerit ruſticus conſulere peritiores, tunc ſubuenit ruſtico per reſtitutionem in integrum ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, de qua in l. 1. ad fi. & in l. ſed ſi per prætorem, §. hoc autem, ex quibus cauſis maior. Sed ſine reſtitut. in integrum non ſuccurretur, etiam ſi non potuit conſulere peritiores, & quod ita intelligere oportet verba Bal. in dicta l. fin. in princip. in quarta quæſti. C. de iure deliberan. quia aliàs verba ſua contradicerent verbis Salyce. & Franc. de Ramp. in dicta l. 1. Idem dixit Barba. in repetl. cap. Raynaldus, colum. 50. in fine, de teſtamen. & in colum. 152. in fi. a limitationis. Et quod dictum eſt de conſilio peritorum, intelligas
7 quando ruſticus † non potuit conſulere peritiores, quia exiſtens in remotis partibus, vbi cum difficultate poterat eos conſulere, ut per Docto. in d. l. iuris ignorātia, & in terminis noſtris per Barba. in ſupradicto loco, colum. 152. uerſicu. uideretur mihi, ſecus ſi ruſticus maneret in ciuitate, uel in loco inſigni, vbi veriſimiliter copia peritorum haberetur, quia tunc ei non eſſet concedenda reſtitutio in integrum, vt per Decium, latè in dicta l. iuris ignorantia. Tiraquell. in tracta. de retract. §. quarto, glo. 7. numero 20. ubi etiam inquit, ei incumbere onus probandi, qui dicit peritiores potuiſſe conſulere, quod etiam ſeruit ad quæſtionem præcedentem.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium fiſcus facere non tenetur, ſed contra, num. 5. & declara, vt in num. 7.*
2 *Fiſcus cedendo hæreditati liberatur, ut non teneatur ultra uires hæreditarias inuentario non confecto.*
3 *Fiſcus pro bonis confiſcatis uel uacantibus non conuenitur tanquàm hæres, ſed tanquàm poſſeſſor.*

4 *Obligatio ubi principaliter deſcendit ex bonis, & non ex perſona defuncti, ibi non requiritur inuentarium.*
5 *Hominis appellatione venit fiſcus.*
6 *Speciale aliquid non præſumitur in fiſco prius quàm in aliis, niſi in caſibus in iure expreſſis.*
7 *Fiſcus non eſt propriè hæres, ſed quidam anormalus ſucceſſor quando ſuccedit ex damnatione.*
8 *Fiſcus non ſuccedit in inſtantia iudicii.*
9 *Fiſcus ex damnatione ſuccedens non ſuccedit in nouatione poteſtatiua, ſecus ſi ſuccedit tanquàm quilibet inſtitutus quia cenſetur iure priuati hæredis, nec tunc dicitur hæres anormalus, ſed ordinarius.*
10 *Eccleſia quando acquirit non tanquàm hæres per ingreſſum alicuius, non tenetur ultra vires hęreditarias inuentario non confecto.*
11 *Fiſcus reſtituitur in integrum aduerſus confectionem inuentarij omiſſam.*

Vndecimò quæro, an inuentarium fiſcus facere teneatur? Duæ
reperiuntur opiniones, quarum prima eſt Bar. in l. prima, §.
an bona. ff. de iure fiſci per dictum tex. vbi tenet quod non.
Bal in l. fina. in princi. in 4. quæſt. ubi etiam Pau. de Caſt. C. de
iure deliber. vbi dicit, quod fiſcus ſiue capiat bona tanquàm
vacantia, quia alium hæredem non habeat, quo caſu ultimo
loco fiſcus eſt hæres. glo. in l. ex facto. §. ex facto ff. ad Trebel.
ſiue ex delicto alicuius, non tenetur vltra vires hæreditarias
inuentario non confecto. Cy. in l. 3. C. ad l. Iul. de vi publ. Bal.
in l. 3. C. ad leg. Falcid. vbi dicit, quod non tenetur conficere
2 inuentarium, & † quod cedendo hæreditati liberatur, vt non
3 teneatur vltra vires hæreditarias. Et ratio eſt, † quia fiſcus
non conuenitur pro bonis confiſcatis vel vacantibus tanquàm
hæres, ſed tanquàm poſſeſſor. Ancha. in conſilio 294.
colum. 2. & in conſ. 322. colum. 1. Ripa, in l. ex facto, § ex facto,
nume. 6. ff. ad Trebell. Abb. in conſ. 34. colum. 2. volum. 1. Bal.
in l. 1. C. de hæredi. vend. in authen. ſi qua mulier, colum. 4. in
fi. verſ. 3. principaliter quæro. C. de ſacroſanc. eccle. vbi dicit,
4 quod † vbi obligatio deſcendit principaliter ex bonis, & non
ex perſona defuncti, ibi non requiritur inuentarium Ange.
in dicta l. fin. §. et ſi præfatam. Boſ. in tracta. crim. in titu. de publica.
bonu. nume. 32. & in titu. de fiſco, nume 64. Porcel. in
tract. de confectione inuen. cap. 2. nume. 26. Bal in l. ſi infanti,
colum. ſecunda, C. de iure deliberan. verſicu. Item ſequitur,
† & hanc eſſe † communem opinionem firmat Iaſ. in dicta l.
fina. in principio, colum. ſecunda, & Clar. in prat. crim. in §.
fina. quæſtione 78. verſicu. vnum ſcias, vbi dicit hanc eſſe
communem, quod in omnem caſum quando fiſcus ſuccedit
alicui, ſiue tanquàm in bonis vacantibus, ſiue ex confiſcatione,
nunquam tenetur vltra vires hæreditarias, etiam ſi
non confecerit inuentarium.

Altera vero eſt, quod ſic, vt primo probatur per tex. in §.
penul. in Authen. de hæredi. & Falc. dum dicit, quod illa conſtitutio
de non conficientibus inuentarium, vt teneatur inſolidum,
locum habet in omni perſona, & ſubdit communem,
nanque in omnibus hominibus, &c.

5 Appellatione † enim hominis comprehenditur fiſcus, glo.
in verbo vſurarum, iuncto tex. verbo hæres, in l. eos. C. de
vſur. Barba. in repet. cap. Raynaldus, colum. 50. verſic. allego
etiam tex. de teſta & in colum. 152. verſi. vlt. appellatione hominis,
in c. 1. colum 3. in fi. de ſolutio.

6 Quæ ſententia confirmatur, quia † nunquam præſumitur
aliquid ſpeciale in fiſco prius quàm in alijs, niſi in caſibus in
iure expreſſis. glo. in l. Litem veniunt §. Imperator. ff. de petit.
hæredi. ſed iſte caſus non eſt expreſſus, ergo tenetur inuentarium
facere, ſi non vult in ſolidum teneri. Idem tenet Ang.
in §. ſi vnum, in Auth. vt cum de appel cognoſ. col. 8.

Quid dicendum in hoc paſſu? Pro concordia & conciliatione
harum opinionum, poteſt dici ſequendo communem
ſcholam Doctorum quod prima opinio ſibi locum arrogat
quando fiſcus accipit bona nõ tanquam hæres, ſed tanquàm
bona vacantia, vt quia venientes ab inteſtato, vel ex teſtamento
repudiauerant, quo caſu ad eum non tanquàm ad hæredem
veniunt. l. 1. C. de bon. vacan. lib. 10. & idem ſi capiat
bona ex delicto, quia tunc non tenetur vltra vires hæreditarias.
Clar. in pract. crimi. quæſt. 78. verſ. vnum ſcias, vbi atte-
† ſtatur hanc eſſe † communem, ſecus quando fiſcus capit bona
tanquam hæres, quia tunc cum tanquam hæres inſtituta
accipiat, tenetur vltra vires hęreditarias Inuentario non confecto,
& tunc procedat vltima opinio. ita tenent Rom. Imo.
& Alexand. in rubrica, ff. de acquiren. hæredi. Ange. in l. 1. §.
hæc ſtipulatio, colum 2. in principio, & ibi Imo. colum. 1. ff. ſi
pluſquam per legem Falcid. Barba. in cap. j. colum 6. verſicu.
& in quantum glo. de teſtamen. in cap. primo, colum. penult.
in princip. de ſolut. Luc. in tract. de priuile. fiſci, in verſicu. 2.
caſus. Vaſq. in primo tomo, in §. 16 nume. 11. ubi dicit quod
hæc concordia optimè colligitur ex verbis Barto. in rubr. de
acquiren. hæredita. dum dicit, quod ille qui ſuccedit in vniuerſum
tanquam hæres, tenetur vltra vires hæreditarias, ſed
quando quis capit tanquam bona vacantia. nõ dicitur in hęreditate
ſuccedere. l. 4. §. eadem conſtitutio. ff. de fideicomm.
libert. cum glo. ibi poſita, & ideo non tenetur vltra vires d. l.
1. §. an bona. Item & ex dictis per Bald. in l. fina. in principio,
in quarta quæſt. de iure deliberan. dum inquit, quod quando
fiſcus ſuccedit in bonis vacantibus uel ex delicto alicuius,
non tenetur facere inuentarium. & ratio eſt, quia non eſt
propriè hæres, ſed uindictæ cauſa ſuccedit, l. non ſolum § fi.
ff. de noua. Pau de Caſt. ibi, in princip. colum. 2. quia non eſt
hæres, ſed ſucceſſor vniuerſalis, & cum hac diſtinctione etiã
pertranſeunt Ripa. in l. ex facto, § ex facto, num 7. ad Trebell.
& Boſ. in ſuo tract. in titu. de bon. vacan. nume. 10. in fine, vbi
† dicit hanc eſſe † communem, Anan. in cap. j. nume. 8. in fi. de
teſtamen. Cui ſententiæ accedunt quæ ſcribit ſingulariter
Bal. in cap. in præſentia, col. 5. verſic. modo capio ſecundam,
7 vbi dicit, † quod fiſcus non eſt propriè hæres. ſed quidam
anormalus ſucceſſor. l. ſi conſtante, §. fina. ff. ſolu. matrimo.
8 cum ibi not. † vbi fiſcus non ſuccedit in inſtantia iudicij, quod
9 alibi non reperitur. l. quotiens, in fi. ff. de noua. † ubi fiſcus ex
damnatione ſuccedens, non ſuccedit in nouatione poteſtatiua,
quod etiam non eſt alibi, & etiam no. eodem titu. in l.
nouatio. & hoc quando fiſcus ſuccedit tanquam fiſcus, ſed ſi
ſuccedit tanquam quilibet inſtitutus, certum eſt, quod fiſcus
poteſt inſtitui hæres. l. non dubium. C. de teſtamen. tunc ſuccedit
in inſtantia & nouatione, quia cenſetur iure priuati
hæredis. l. tam & l. edictum. ff. de iudi. nec tunc dicitur anormalus
hæres, ſed ordinarius. bene facit quod voluit Bald. in l.
iubemus, in 5. colum. C. ad Trebell. vbi dicit, quod quando
10 † eccleſia acquirit non tanquam hæres, puta propter ingreſſum
alicuius, non tenetur vltra vires hæreditarias inuentario
non confecto, ſecus ſi tanquam hæres acquirit, & Bald.
ſequitur Alexand. in rubri. ff. de acquiren. hæredi. de cuius dicti
veritate in ſequenti quæſtio. late diſputabitur. Ial. in d. l. fi.
in princip. colum. ſecunda, vbi etiam Corn. num. 28. Vital in
tracta. clauſ. in verbo, Nil nouari innen. confectio. penden.
11 col 22 dicitur tamen † quod poterit petere reſtitutionem in
integrum aduerſus omiſſionem inuentarij, teſte Imo. in §.
hæc ſtipulatio, col 1.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia hæres inſtituta inuentarium facere non tenetur, ſed contra, nu. 4. ſecundum communem.*
2 *Fiſcus non tenetur ultra vires hæreditarias inuentario non confecto, ſed deducto, ut nu. 5.*
3 *Iura ciuilia non poſſunt obligare eccleſiam & pia loca, ut ultra uires hæreditarias teneantur, contra ut in num. 6.*
4 *Pium eſt ut uoluntates hominum exequantur.*
5 *Eccleſia poteſt infamari ſi non facit inuentarium.*
6 *Monaſterium ſuccedit monacho non iure hæreditario; non tenetur facere inuentarium.*
7 *Succedens per mutationem ſtatus alicuius non dicitur hæres.*
8 *Hæres uidetur contrahere cum creditoribus, & legatariis.*
9 *Viuens non habet hæredem.*
10 *Eccleſia ſuccedens iure hæreditario reſtituitur in integrum, aduerſus confectionem inuentarii omiſſam.*

1 Duodecimò quęritur, † an eccleſia teneatur facere
inuentarium? Articulus iſte quotidianus eſt, & quia inter
ſcribentes variæ ſunt opiniones, igitur de veritate ipſarum
accurate eſt videndum.

Et primò in aciem ſe offert prima opinio negatiua, quam
primo loco tenuit Barto. in l. 1. colum. 9 in fi. verſicu. quarto
quæro. C. de ſacroſan. eccle. qui mouetur ex rationibus infra-
2 ſcriptis, nam † fiſcus non tenetur vltra vires hæreditarias inuentario
non confecto, l. 1. § an bona. l. non poſſunt, ff. de iure
fiſci, ergo nec eccleſia.

3 Secundo, quia † iura ciuilia nõ poſſunt obligare eccleſiam
& pia loca vltra vires hæreditarias, cum talis obligatio non
ſit de iure naturali.

Tertiò, quia ratio quæ militat in hærede extraneo vt teneatur
vltra vires hæreditarias, ſi non confecit inuentarium,
& quæ eſt, quia præſumitur ſubripuiſſe bona. § ſancimus, in
Auth. de he. & Fal. ceſſat in eccleſia & alijs pijs locis.

Vltimò hoc videtur expreſſum in auth. ſicut alienatio. C.
de ſacroſan. ecc. quam partem ibi ſequitur And. Beſſ. nu. 138.
vbi inquit hãc partem tenẽdam in dubio tanquam magis fauorabilem
eccleſiæ. Idem voluit Bal. in l. fi. in prin. col. 4. verſ.
5. quæro. ff. de iu. deli. vbi dicit, quod ſi hæreditas eſt dãnoſa, poteſt

eccleſiæ

eccleſiæ & pauperes dimittere hæreditatem abſque reſtitu-
tione in integrum, per tex. in auth. ſicut. C. de ſacroſanc. eccl.
quod inquit notandum, cuius ſententiam ibi etiam amplecti
tur Pau. de Caſtro in fi. 1. Bal. in dicta authent. ſicut. dicens, ꝙ
ſi eccleſia acceptat hæreditatem damnoſam ſine beneficio le
gis & inuentarij, quod nihilominus non tenetur vltra vires
hæreditarias, quia ſi hoc eſſet quod teneretur vltra vires hæ
reditarias, aditio non valeret ipſo iure per ipſam legem, & ta-
men veritas eſt, quod aditio tenet. Idem tenet ibi Pau. de Ca
ſtro Ange. in dicta. l. fi. §. ſin autem dubius & in §. ſi vero qui-
dam, in authent. de alie. & emphy. quia confectio inuentarij
non aſtringit eccleſiam, Abb in cap. j de teſtam. & in repet. c.
cum eſſet, eo. titu. Bn*r. in c in literis, de rapto. & in c. Raynal-
dus, de teſta. Bal. in l. iubemus, columna quarta, ad Trebel. vbi
ſi eccleſia ſuccedit monacho non tenetur conficere inuenta
rium. ſequitur Roma. rub. de acquir. hæred. Bart. in authen. ſi
qua mulier col 3. in fi. verſic. quæro quando bona C. de ſacro
ſanc. eccleſ.

Sed præmiſſis non obſtantibus contraria ſententia eſt de
iure verior, quod quando eccleſia acquirit tanquam heres,
tenetur vltra vires hæreditarias inuentario non confecto. gl.
in cap. primo, de teſta & in c. primo, de ſolutio. text. eſt etiam
in §. fi. authent. de hæred. & Falcid. vbi text. ille dicit illam le-
gem eſſe communem in omni perſona priuata, militari, ſacer
dotali, Imperiali aut alterius cuiuſlibet, quæ dictio copulat
maiora expreſſis. glo in clem. j. de re iud. in clemen. ne Roma
ni, de elect. & ſic importat collegia, eccleſias, capitula & ſimi
lia. ita Barba. in cap. primo. colum. fi. de teſt Bal. in l. iubemus,
columna fi. verſi. Item videtur, ad Treb. Alex. in rubrica, de
acquit. hæred Sali. in authent. ſed cum teſtator. C. ad l. Falcid.
vbi dicit, authen. ipſam locum habere in eccleſia hærede in-
ſtituta Roma. in rubrica, de acqui. hæred. Imo. in c. primo, de
teſta. & in cap. 1. de ſolutio. Alex. in l. fi. § fi. col. penult. in prin
cip. C. de iure deliber. Ioan. And. & Card. in c. primo, de teſta.
Barto & Ang. in § fin in authen. de hæred. & Falci. & in l. pri-
ma. § hæc ſtipulatio, ſi cui pluſquam per l. Falcid. Fulgo. in di
cta authen. ſicut. ubi damnat opinionem Bald. ibi & in l. fi. C.
de iure deliber. Barba. in cap primo, de teſta columna penul-
tima. verſi. & ideo. in cap. primo, de ſolutio. & in c. Raynaldus
columna 47. verſ. verum. dum ſe remittit ad dicta per eum in
capitulo primo, de teſta & in columna 149. verſ. ſeptimo fa-
cit Archi. in cap. Epiſcopus, qui filios. 12. q. 2. Vital. in tractatu
† c..il. in verb. Nil nouari inuent. conſec. penden. columna
vigeſimaſecunda, in princip. & hanc eſſe † communem opi-
nionem inquit Iaſ. in l. fi §. fin. col fi. in princi C. de iure delib.
vbi dicit communem eſſe concluſionem, quod idem ſit in
eccleſiaſtica perſona, quod in milite, vt ſi inuentarium non
fecerit, teneatur creditoribus in ſolidum. & hanc ſimiliter re-
ceptam Doctorum eſſe ſententiam dicunt Adden. ad Abba.
in dicto c. 1. de teſta.

Non obſtant modo quæ in contrarium adducta, & allega-
tã fuerunt. & primo argumentum de fiſco; quia reſpondetur
quod in contrarium eſt communis opinio Doctorum, quan
do fiſcus efficitur hæres, ſecus quando hæreditas ei defertur
non iure hæreditario, ſed tanquam de bonis vacantibus, quæ
differunt ab hæreditate, ut declarant Barto. & cæteri in rubri
ca ff. de acqui. hæred. Alex. in dicto. §. fi. col. penult. Barb. in di
cto c. col. 6. verſ ad iſtam rationem. de teſta. Didac. in c. 1. nu-
me. 14. verſ. his vero, de teſta. ſed nos loquimur quando eccle
ſia eſt inſtituta hæres, quo caſu ita tenetur eccleſia conficere
inuentarium ſicut fiſcus, vt late demonſtratum fuit ſupra in
quæſtione nona.

Similiter non obſtat, quod iura ciuilia non poſſunt obliga
re eccleſiam, quia reſpondetur, ꝙ iſta prouiſio confectionis
inuentarij eſt etiam approbata de iure canonico, ut in c. Ray
naldus, de teſtamen. gloſ. in capitulo primo, de teſtamen. & in
capitulo primo, de ſolu. Barba. in repet. capitu. Raynaldus, co
lumna 155. de teſta. ubi late diſputat hunc articulum, & in co
lumna 159. verſ. octano, facit & in c. 1. colum. 6. ver. 2. mone-
tur de teſt. & col. fi. ubi inquit, ꝙ iſta non eſt bona ratio, quia
lex Imperialis loquens de inuentario cum emanauerit pro-
pter bonum publicum, & ſubditorum viuentium, & morien
tium, vt in dicto. §. fi. de hær. & Falc. potuit ligare eccleſiam,
4 & maxime, quia fundatur ſub honeſtate & pietate, † quia piũ
eſt, ut voluntates deficientium ſortiantur effectum, ut in §. ſi
vero expreſſim, de hær. & Falc. & eccleſia ſit cultrix honeſta-
tis, & iuſtitiæ, vt in ca. 1. §. ſed diuerſum, de alie. feu. facit tex.
in c. ſint manifeſtę, in verſ. nec iniurijs infamentur 55. q. j. vbi
5 † eccleſia poſſet infamari ſi non fieret inuentarium. Hoſtien.
in ſumma, de teſt. § ad quid. verſi. quid ſi non ſufficit. Vaſq. in
prima parte ſui tract. de ſucceſſ. crea. in §. 1. nume. 27. vbi in-
7 quit † communem eſſe opinionem, ꝙ etiam in foro conten-
tioſo canonico hæres vltra vires hæreditarias tenetur non
confecto inuentario per auctoritates ibi per eum citatas.

Non obſtat tertia ratio, ꝙ eccleſia non præſumitur ſubtra
here, quia reſpõdetur ꝙ licet ceſſet in eccleſia hæc ratio, quę
eſt corpus fictum repræſentatum, tamen prout repræſenta-
tur per ſubreptorem illa ſiniſtra ratio non ceſſat, ita Barba. in
dicto capitulo primo, de teſta. columna ſexta, verſiculo, ter-
tio mouetur.

Vlterius reſpondetur, ꝙ attenta iſta ratione idem eſſet di-
cendum in pupillo non doli capace, vt in eo ceſſaret pręſum
ptio ſubtractionis, & tamen tenetur, vt ſupra dictum fuit, ita
Alex in dicto. §. fi. colum penul. vbi inquit, ſatis eſſe quod ad-
miniſtratores poſſint ſubtrahere. Item alijs duobus modis re
ſpondetur ibi per Alex. quæ reſponſiones videri poſſunt.

Non obſtat tex. in authen. ſicut, quia reſpondet Roma. in
rubrica de acquit. hæred. quod text. ibi loquitur in fundo ſte-
rili, non autem in hæreditate damnoſa, & ſic ex diuerſis non
fit illatio. l. fina. ff. de calumnia. ſequitur Barba. in dicto. cap. pri
mo, de teſta. columna ſexta, verſ. 4. quarto dicit eſſe caſum, &
in col. 7 in fin. verſ. ad dictam authen. Imo. in dicto capitulo
primo, & in ca. primo, de ſolutio. Alexan in dicto. §. fi colum-
na penultima, vbi inquit, quod tex. ille loquitur de tranſlatio
ne rei particularis ſterilis in eccleſiam, non autem quando iu
re vniuerſali hæreditario vocabatur eccleſia, quo caſu ei po-
teſt imputari qui cõtempſerit beneficium. d. l. fi. §. ſi quis poſt
quam. quæ ratio ceſſat in contrario.

Vltimo non obſtant auctoritates ſuprà allegatæ, quia re-
ſpondetur, quod contra doctores aſſerentes eccleſiam non
teneri vltra vires hæreditarias non confecto inuentario
quando eſt hæres inſtituta, eſt communis ſchola doctorum,
vt ſupra oſtenſum fuit.

6 Nec habet obſtare † quod quando eccleſia ſuccedit mo-
nacho non tenetur facere inuentarium per deciſiones ſu-
pra relatas, vt per Bald. in dicta. l. iubemus, & notata per
Roma. in rubrica, de acquiren. hæred. & alios ubi ſupra, quia
7 reſpondetur, quod ratio eſt, † quia ille qui ſuccedit per mu-
tationem ſtatus alicuius, non dicitur hęres. text. eſt ſingula-
ris in l. quotiens. ff. de noua. ita Bald. in cap. in præſentia, de
proba. quia iſto caſu non uidetur eccleſia quaſi contrahere
cum creditoribus cum non ſit hæres ſimpliciter, ſed anor-
malus, per nota. inſtit. de eo cui bona. adij cau liber. conſeru.
8 ſequitur Barb. in d. c. 1. col. penul. verſi. reſtat. de teſta. ſecus †
quando inſtituitur hæres, quia tunc videtur cõtrahere cum
creditoribus, & legatarijs. gl. in l qui cum alio. quia defunctus
ipſe per hæredem contrahere videtur, quia præbet cauſam
aditionibus. Idem vult Vaſq. vbi ſupra, in § 16. numer. 13. vbi
9 ait, † quod quando monaſterium ſuccedit monacho ideo
non tenetur vltra vires hæreditarias: quia monaſterium ſuc-
cedit monacho non iure hæreditario ſed iure cuiuſdam ac-
quiſitionis naturalis, ſicut dicimus de bonis eius, quem arro
gauimus, per nota. per Bart. in authen. ſi qua mulier, col. pen.
quem ſequitur Abb. in c. in præſentia, col. pen. de proba quã
uis contrarium tenuerit gl. in d. auth. & in d. c. in præſentia,
† ſed primum † communiter tenetur, & inquit hoc apertè li-
quere, quia adhuc ipſe monachus poteſt conueniri, & cauſa
poteſt agitari cum monacho. authen. cauſa quæ fit cum mo
nacho. C. de Epiſcop. & cleric. & ſic non habet hæredem. l. 1.
§. pro hærede, l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir. hęred. Vnum ta-
10 men omittendum eſſe non duxi, † quod eccleſiæ hæredi in
ſtitutæ, quæ nõ confecit inuentarium ſuccurri poteſt per viã
reſtitutionis in integrum aduerſus confectionem ipſius inuẽ
tarij, ut per Sali. in auth. ſed cùm teſtator. C. ad l. falcid. cum
æquiparetur pupillo, qui aduerſus ipſam omiſſionem reſtitui
tur, ut in §. pupillus, in auth. de hæred. & falc. Ang. in §. fi. in
auth. eo. & in l. 1. §. hæc ſtipulatio, ſi cui plus quã per. l. falcid.
Ricar. de Sali. in l. 1. C. de ſacroſan eccle. Iaſ. in l. fi. in § fi. C. de
iure deliber. Tiraquel. in tracta. de priuil. pię cauſæ, priuil. 88.
Guid. Papæ, in deciſ. 571. columna ſecunda, in fine, & Vital.
vbi ſuprà.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus tempore adepta dignitatis inuentarium facere debet de rebus, quas ipſe ex patrimonio, alioue titulo acquiſiuit.*

1 Decimotertio quæro, † an Epiſcopus tẽpore adeptæ
dignitatis inuentarium conficere debeat rerum, quas ipſe
ex patrimonio alioue titulo acquiſiuit? Dicas ꝙ ſic, ut per
Franc. Pau. in tracta. de uiſita 9. quæſtio. 2. part. num. 11. ubi

dicit,quod compelli poteſt ad illud faciendum, vt ſcribit Pe-
lag. in ca.de Syracuſanæ vigeſimaoctaua diſtinctione ſub vm
bra patrimonii audeat vſurpare bona eccleſiæ aut prælaturæ
ſuo tempore acquiſita. Didac.in cap.primo, numero nono,
de teſtam.vbi inquit,quod ſi inuentarium non confecerit,
fraudis præſumptio contra eum non ceſſat.

S V M M A R I V M.

1 *Canonici mortuo Priore vel Epiſcopo inuentarium conficere tenentur.*

2 *Economus de rebus eccleſiæ mortuo Epiſcopo ad inuentarii confectionem tenetur.*

1 Decimoquarto, quid dicemus † de Canoni-
cis mortuo Priore vel epiſco
po? Et reſponde,claram eſſe iuris concluſionem,quod etiam
ipſi ad confectionem inuentarij tenentur ſecundum Cyn.in
l ſi quis intra C de bon.proſcrip.vbi extendit caſum dictæ l.
ad inuentarium,quod debent facere Canonici mortuo Epi-
ſcopo,quem ſequitur Natta in conſil.574.numero ſecundo,
2 ſicut etiam debet facere † Economus de rebus eccleſiæ mor
tuo Epiſcopo.cap.ſicubi.12 quæſtio. quinta Iacob. a Camb.
in tract de execu.vlt.volunt.in §.repetitis.nume.nono,Frāc.
Pauin.in tract.de off.& poteſt.cap.ſede vacan.in octaua quæ-
ſtione, ſecunda parte princip. numero decimotertio Franc.
Mar.in deciſ.1227.nume 2.vbi etiam ponit quemadmodum
debet fieri inuentarium.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus inuentarium facere tenetur de rebus eccleſiæ ſuæ.*

1 Decimoquinto, nunquid † Epiſcopus inuen
tarium conficere teneatur de
rebus quas tempore ſuæ creationis in eccleſia, ad quam eligi
tur inuenit? Conclude quod ſic tex.eſt in ca. de Syracuſanę.
in verſi.qua de te, vbi Card Alex.vigeſimaoctaua diſtinctio-
ne,& in cap.manifeſta,iuncta glo.prima,12.quæſt. Specul. in
tit de inſtru.edit.§.ſi.verſi.prælatus quoque. Bertach. in trac.
de Epiſco.in quarta parte, quæſtione duodecima,in princip.
Bero.in conſilio 116.numero decimoquarto, volumine pri-
mo Natta,in conſilio 574.numero ſecundo Franc. Pauin. in
tract.de off & poteſt.cap.ſede vacan.in octaua quæſtione,ſe
cunda parte, princip numero decimotertio Franc. Marc. in
deciſ.1227.numero ſecundo Aret. in conſilio trigeſimopri-
mo,columna penultima,Ancbar.& Imo.in capit.cum in of-
ficiis,de teſtam.

S V M M A R I V M.

1 Quadrageſimotertio, quid de † actore conſtituto a tutore,an ad confectionem inuentarij teneatur? Dic quod nõ, quia non gerit nomine ſuo,ſed per tutorem conſtituitur, & eius periculo.l.decetero.in princ.ff.de admi.tuto.l.ſolent.ff.de tutel.ideo ſufficit quod a tutore ſit confectum,quia tutor per eum gerit.l.ita autem.§ geſſiſſe.ff.de admini.tuto.ita Barto.in l tutor qui repertorium,col.1.verſ.quæro quid de actore.ff.eod.titu.vbi Alex ibi in addit.ad Barto.& in l actor.ff. rem rat ha. Ancha.in cle.2 de ſtat.monach.Porcel in trac. de inuent.c.2. numero 15. Hinc videmus quod actor tutoris debet in iudicio producere actoriam,& tutelam,alias non debet audiri.l. liberto.§.quamquam.ff.de nego.geſt.Ioan. Bertach. in tract, de Epiſc.in 4.par.nu.39.

S V M M A R I V M.

1 *Curator datus bonis inuentarium conficere tenetur.*

1 Quadrageſimoquarto curator † datus bonis inuentarium conficere debet,vt per Barto. in l. tutor qui repertorium, in princip ff.de admin.tuto.per l fina.C.de curat.furio. & l.de creationibus C.de epiſc.audien Salic.in l.tutores, in princip. C.de admi.tuto. Iterum Bart in l.1.§ fina. per illum text ff.de vent. in poſ. mit.& in l.1.in verſi.quæro an curator, poſt glo. ibi,quam dicit ſignandam ff.de curat.bon.dan Specul. in titu.de inſtru.edit.§.nunc vero aliqua,verſic.ſed an tenetur. & in tit.de tutore.§.generaliter,col 1 Bart.in l.ſi ff.de auth iud. poſ.Bald.in aut.ſed cum teſtator,in fi princ.C.ad l Falci. Porcel.in trac.de inuent cap.3.num.19 Ioan Bertach. in trac.de Epiſc.in 4 par.nu.38. vbi inquit poſt Bald. quod contra eum poteſt obiici exceptio inuentarij non confecti. Natta in conſilio 574.col.1. Bero.in conſilio 171.nu 39.volumine ſecundo Moder.in conſuet. Paris.§.1.glo.6 nume. decimotertio Plot. in repet.l.ſi quando.nume.194 C.vnde vi.vbi contra eum iuratur in litem ſi non confecit inuentarium Fran Pauin.in tracta.de off.& poteſt.ſed. vacan.in 8.q.2.par princip nu.13.Vital.in tract.clauſ.in verbo Nil nouati inueni.confec.pend colum.3v.verſi.Item aliud Bal.in conſ.171.col.fi.vol.2.vbi dicit,
† hanc eſſe † communem opinionem & ita practicari. Bald in conſil.146.col 2.verſ.ſed poſito,vol.2.

S V M M A R I V M.

1 *Curator ad litem inuentarium conficere tenetur,ſed cõtra nu.5. declaratur tamen ut ſeq numeris.*
2 *Exequutor inuentarium facere debet de perceptis.*
3 *Inuentarium ſicut fit quando multa occupantur bona , ita quando eſt una res vel duæ.*
4 *Idem iuris eſt de toto quoad totum,quod de parte ad partem*
5 *Inſtrumenta minoris poni debent in inuentario.*
6 *Curatori ad litem non poteſt ſolui.*
7 *Inuentarium eſt de inuentis.*
8 *Inuentarij effectus eſt repellere tutorem vel curatorem ab adminiſtratione priuſquam inuentarium conficiat.*
9 *Appellatione pendente ſuper munere tutelæ,licet poſſit dari tutor pupillo ad adeundam hæreditatem,talis tamen tutor inuentarium facere non tenetur,cum nihil habeat adminiſtrare.*

1 Quadrageſimoquintò. Quid † de curatore ad litẽ, an ad confectionem inuentarij teneatur. prima eſt opinio, quod ſic,per generalitatem tex. in l.de creationibus.C.de Epiſ.aud. & in l.tutores.C.de admi.tuto.quæ nullum excipiunt per tex.
2 in l.nulli.§ ſin autem.C.de epiſ & cler.vbi † de perceptis executor debet facere inuẽtarium. a.ita in terminis voluit Bal. in d.l.nulli,col pen.in princ verſi ſed quid de curatore, vbi dicit poſt Iacob But.eum de iure teneri ad confectionem inuẽtarij ſi ad eum aliquid peruenit.Sequitur Franc.Pauin.in tracta.de off.& poteſt cap.ſede vacan in 8.q.2.par.nu.13. Bart.l.ſi vacantia, in verſ.not.quod ſicut.C. de bon.vacan.lib.10.vbi
3 ait,† quod ſicut inuentarium fit quando occupantur multa bona,ita eodem modo quando eſt vna res vel duæ, vt in ver. quæ forma,& ſic eſſe argumen. quod curator datus ad vnam litem debet facere inuentarium , vt ibi in vna re,ſiue in vna actione Odoſt.in dicta.l.de creationibus,& in l.tutores.C.de
4 admi tuto.† quia idem iuris eſt de toto quoad totum , quod de parte quoad partem.l.quæ de tota.ff. de rei vendica. Item
5 † ſi inſtrumenta minoris debent poni in inuentario , ergo & illud ius in eo poni debet,ad quod datus eſt curator.

Altera vero eſt,quod nõ,vt voluit gloſ in l. de creationi-
6 bus,in ver.conſcriptio,in fi.C.de Epiſc audien.† cum non poſſit ei ſolui ad inſtar procuratoris ad litem.arg.l. hoc iure.ff de
7 ſolut vbi etiam dicunt Bartol.& Salic.† quia inuentariũ eſt de inuent ſed hic nihil inuenit vltra demãdata, ergo &c.
8 Item † effectus inuentarij eſt repellere tutorem vel curatorẽ ab adminiſtratione priuſquam inuentarium conficiat.l.tutor qui repertorium ff de admin tuto. ſed curator ad litem non ante reperit adminiſtrandum, quam obtinuerit in cauſa , & ſolutio ſit ei facta,& tunc eam reddit vel ſoluit ſuo principali vel adminiſtratori,ſi hoc tamen ſe non diffiteri quin libellũ de expenſis factis in lite & de receptis facere teneatur. arg.l.ſi quando C de bon vacan lib.10 Quam etiam partem ibi amplexi ſunt Iacob.de Arc Pet Cy & Alber.vbi etiam tenet idẽ voluiſſe Guid de Suza.in l.e.ad protegendum , per illum text.
† C de in lit.dan ac Oldra.& † communiter alios , & quod ſæpe ita obtinuit. Iterum Albe in l.tutores,in princ.C de admi. tuto.dum ſe remittit ad ea quæ dixit in dicta.l.de creationib. Ang.in §.1 col fi.inſti de curato,in §.penul.col.25.verſ.& nota,de except.cum eius officium non conſiſtat in adminiſtratione.d.l.ad protegendum.in § ad certum. Inſt.qui tuto.teſt. da. poſ. Bar.in l.ſi hæreditas,in fi princ.ff.de teſta.tute.in l.tutor qui repertorium , columna prima. ff. de adm,tuto. & in l. & ſi ad ſpecies. ff.rem pup,ſalu.ſo.vbi ait, quod ſicut curator ad litem non poteſt ſolutionem recipere , ita nec inuentariũ facere,quod fit poſt quam recipit.l.nulli.§.ſin autẽ.C. de epiſ. & cler.& in l.1 col.1.verſi quæro an curator.ff.de curat.bon. dan.Spec.in titu.de actore ab vniuerſitate,col 2. in fi.in verſ. puberes.vbi tradit eum non teneri ad confectionem inuentarij,cum eius officium non conſiſtat in adminiſtratione,& quod ſibi ſolui non poteſt.dicta.l.hoc iure. quid enim in eo poneret,& de quo ipſum faceret,& quid ſcriberet ſe inueniſſe & receptiſſe? quaſi dicat, ſi nihil recepit , de nihilo habet facere inuentarium:& ibi Ioan.And.in addit.incip.inuentarium.vbi etiam refert ita tenuiſſe Accurſ.Mart.de F. Corn. in conſilio 81.litera c.columna 4 Bertach.in trac.de Epiſc.in 4 parte nume.38.Moder.in conſuet.Paris.glo 6.§.6 nu 13.Salic.in l.tutores,in princi C.de admi.tuto. Auf er.in add.deciſ.Tholoſa.
† 246 & hanc eſſe † crebriorem Docto.ſententiam,& quæ ſeruatur in practica,aſſerit Bald. in conſilio 172. in fine,volumine ſecundo.

Quid dicendum?de iure videtur quod ſedere diſtinctionis huiuſmodi ſententiæ,& opiniones poſſint concordari,videlicet ut prima locum habere poſſit quando aliquid ad manus talis curatoris peruenisset , vt dicit Albert.de Roſa in dicta.l. de creationibus,inquiens hoc eſſe tolerabile. & vt etiam tenent alij ſupra citati , & Ioan.de Plat.in l ſi quando , in primo notab.in fi & in l ſi vacantia,col ſi eo tit.Item & quod ſecundum locum ſibi vendicet,vbi aliquid non peruenit ad manus ſuas.pro qua etiam ſententia facit id quod dicit Imo.in l.cum
9 ab vna §.tutor.ff.de appell.vbi dicit † quod licet pendente appellatiõe ſuper munere tutelæ poſſit dari tutor pupillo ad adeundam hæreditatem,tamen talis tutor non tenetur inuẽtarium facere,cum nihil habeat adminiſtrare.

S V M M A R I V M.

1 *Curator ad vnam rem tantum datus inuentarium facere non tenetur.*

1 Quadrageſimoſexto quid dicimus † de curatore dato ad rem certam ? Reſponde,eum non teneri ad confectionem inuentarij, vt concludit Spec.in titu.de actore ab uniuerſitate. verſ.puberes.quia eius officium non conſiſtit in adminiſtratione.l.ad protegendum.C.de in lit.dan. curat.uel tuto. & quod ſibi non poteſt ſolui.l hoc iure ff.de ſolutio. & ibi Ioã Andr. rurſus in tit.de inſtru.edit.§.nunc vero aliqua,verſi ſed an tenetur.Ange.in § ad certum, uerſ.& talis tutor, Inſtit. qui dat.tut teſtam.poſ Bar.in l.1.vet quæro an curator datus.ff. de curat.bon.dan.Bertach.in tracta.de Epiſ in 4 par.nu.38.& ideo inquit Bal in conſ.146 col 2.verſ.ſed poſito,vol.2.quod curator datus ad auctorizandum diuiſioni faciendæ non tenetur inuentarium facere;quia ex quo non habet adminiſtrationẽ nec detentionem bonorum , nec ſe intromittit niſi de actu uerbi,ideo ad illius confectionem non tenetur l.ad protegendum.C.de in lit.dan.ſequuntur Modern.in conſuet.Pariſien. §.6.glo.6.nume.12.

S V M M A R I V M.

1 *Curator datus hæreditati iacenti, inuentarium conficere tenetur,*

1 Quadrageſimoſeptimo, qd † de curatore dato hæreditati iacenti? Reſponde quod inuentarium conficere tene-

re tenetur. Bal. in l. 1. colum. fi. C. ſi ut ſe ab hære. abſti ubi inuentarium bonorum dicti curatoris debet cōfici apud acta, & inuentarium quod fit apud acta, dicitur inſinuatum, quia redigitur in actis. cum qua ſententia tranſit etiam Bertachi. in tractatu de Epiſc. in 4 parte, num. 38. Plot, in l. ſi quando. nu me 194. C. vnde ui.

S V M M A R I V M.

1 *Curator datus ad prædia ſola adminiſtranda, inuentarium conficere tenetur.*

1 Quadrageſimooctauo Idem dicendū videtur † de curatore dato ad prædia ſola adminiſtranda, ſecundum Specul. in titu. de actore ab vniuerſitate, col. fi. vet l. quid de dato. arg. l. tutores. C. de admi. tuto.

S V M M A R I V M.

1 *Curator inuentarium facere non tenetur, quando non expedit fieri propter exiguum patrimonium.*

1 Quadrageſimonono. Quid erit dicendū, † quando non expedit curatori facere inuentarium propter exiguum patrimonium? Conſtanter dicas quod inuentarium facere nō tenetur, quod probatur ex dictis per Barto. in l. mediterraneæ, C. de anno. & tribu. lib. 10. ubi inquit, non eſſe faciendum id in quo plus expenditur, quam quod de commodo percipitur, tutorique non eſſe imputandū ſi non exigit debitum, in quo oportebat eum plus expendere quam perciperet, & ideo loquit ibi Alex. in addit. quod inuentarium fieri non debet eo caſu quo plus expenderetur in eius confectione, quam eſſet vtilitas quod & confirmatur per Ioā. de Plat. vbi ait, quod licet tutor debeat inuentarium facere ante, quod non poſſit adminiſtrare niſi tempore peritura, per l. tutor qui repertorium. ff. de admi. tuto. tamen hoc eſt verum, niſi plus expenderetur quam valerent io eo deſcripta & ſic non eſſet vtilitas pupilli, quia etiam voluntati teſtatoris præferenda eſt. l. utilitatem ff. de confir. tuto. Caccialup. in l. cunctos populus. nu. 75. C. de ſum. Trin. & fide cath. Boer. in deciſ. 124. nu. 16. Tiraq. in tract. iud. in reb. exig ſeren. verſ. 45. quod dictum commēdat Panor. in c. de appella. Bertach. in tract. de Epiſ. in quarta parte, nume 44. Menoch. in tract. de arbi. iud lib 2. caſu 72. numero octauo Franc. Panin. in tract. de off. & poteſt. cap. ſede vacan. In 8. q. 2. par. princip. numero decimoſexto, pro qua parte benefacit tex. in l. 4. §. ſi quis egenis, & in § tractatur. ff. ad Tertul. vbi non punitur mulier non petens tutorem filijs impuberibus, qui habent patrimonium puſillū & fere nullius valoris.

S V M M A R I V M.

1 *Inuentarium conficere non tenetur, qui ſuccedit in bonis uacantibus.*

1 Quinquageſimo, Nunquid † ſuccedens in bonis vacantibus inuentarium facere teneatur? dicas quod non, vt per Doct. † communiter poſt Bar. in rub. de acquiren. hære. & per Bal. in l. ſi in tanti, col. 2. verſiculo, quinto contra. C. de iure delib. quia nō eſt proprie hæres, nec tenetur ultra uires bonorum, licet inuentarium non confecerit. Barb. in cap. 1. columna tertia, de ſolutio. Corne. in l ſi. in princ. nu 28. C. de iure delibe. Vital. in in tract. clauſ. in verbo Nil nouari inuent. confec. pend. col. 23. in prioc. in verſ. Item non obligat.

S V M M A R I V M.

1 *Patronus inuentarium facere non tenetur.*

1 Quinquageſimoprimo patronus † de hæreditate liberti inuentarium facere non tenetur, ſecundum Dy. in l. quæ dotis. ff. ſoluto matri. Bal, in ſing. ſuo, in verbo, inuentarium ſi non faciat.

S V M M A R I V M.

1 *Inuentarium facere non tenetur, qui ex pacto capit hæreditatem.*

1 Quinquageſimoſecundo quæritur † an inuētarium facere teneatur, qui ex pacto capit hæreditatem? hāc quæſtionem ponit in terminis Vaſq. in tracta. de ſucceſ. progreſ. §. 20. nu. 2. ad quem me remitto.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres defuncti qui ceſſit bonis, tenetur inuentarium conficere.*

1 Quinquageſimotertio an † hæres defuncti debitoris qui ceſſit bonis teneatur conficere inuentarium, ne teneatur in totum. Bal. in l. fi. C. qui bon. ced. poſ. tenet quod non, eo quia illud beneficium tranſit in hæredem cum ſua cauſa, ſuiſque vitiis, nec in plus tenetur hæres creditoribus quam defunctus, & beneficia acquiſita per defunctum tranſeunt in hæredes quomodocunque agendo vel excipiendo competant, per l. non ſolum ff. de in integ. reſtit & ut no. in l. quæ dotis ff. ſoluto matrimonio & cum Bal trāſit Vital. in tract. clauſul. in verbo Nil nouari inuent. confec. pend. columna 23. ver. tertius caſus eſt. Contrarium tenet Barba. in repet. c. Raynaldus, columna 52. verſ. octauo limita, de teſta. quia licet iſtud beneficium tranſeat in hæredem, non propter hoc tollitur præſumptio iuris, quod hæres ſurripuerit bona hæreditaria, vt in §. ſi vero non fecerit, in auth. de hæred. & Falcid. Præſumendum eſt enim quod fuerit lucratus. l. cura. §. deficientiū. ff. de mune. & bono. tum etiam quia legem cōtempſit loquētem de inuentario, vt in l. fi. §. ſin autem. C. de iure delib. & ideo licet non teneatur ex perſona, tenetur tamen ex perſona ſua ex quo legem contempſit, & idem repetit in col. 154 verſiculo, ſexto limita. hanc partem prius tenuit Salic. in l. 1. in fi. C. qui bon. ced. poſ. per eaſdem rationes quas allegat Barba. ibi, qui finxit ſe illum non vidiſſe, dicens cogitandum quia hæc eſt fortis ratio. Alex. in d. l. fi. §. etſi præfatam, vbi etiam Iaſ. col. 3. verſi. ſecundo limita.

TERTIA PARS.

Quæ requirantur in Confectione Inuentarij.

An ſignum crucis ſit de ſubſtantia inuentarij, adeo vt ſi in capite ipſius confectionis hæres manu ſua non aſcripſerit ſignum prædictum, inuentarium vitietur? Prima facie dicendum videretur, quod ſic; quia iſta ſolemnitas nō eſt modica, quia introducta in honorem Dei. l. Titia. ff. de au. & argen. lega. item ſignum Crucis facit Deum eſſe teſtem. §. quantum, in authen. quib mod. nat. effi. legit. Plus, qui facit ſignum Crucis aſpiciēdo hoc terribile ſignum in mente cauet, ne committat fraudem vel dolum, ſicut interdum Euangelium ante oculos poſitum, facit quod videtur iuratum ſacro ſanctis ſcripturis, Facit quoque: nam licet regula ſit quod omiſſio leuis ſolemnitatis non vitiat. l. 1. ff. de vent. inſp. tamen fallit, niſi cōditionaliter ſit facta mentio alicuius leuis ſolemnitatis, puta ſi fiat ſic & ſic; nam tunc ſi vna ex illis leuibus ſolemnitatibus omittatur, vitiatur actus. ita ſingulariter Bald. in auth, matri & auiæ. C. quan. mul. tut. off. fun poteſt. per tex. in l. prætor, in prin. ff de colla. bono. ſed text. in dicto. §. etſi præfatā, loquitur conditionaliter, dum dicit, etſi præfatam obſeruationē ſolidam erint, id eſt inſolidum omnia capitula obſeruauerint, tunc habeant beneficium inuentarij & non aliter. Præterea hanc partem tenet Ray. in l. fi. in princ C. de iure delibe. per text. in dicto. §. etſi præfatam, iuncta gloſ. 1. & per § ſancimus, in verſ. modum, in auth. de hæred. & Falcid. Fulg. in dicta. l. fi. in princip. quia omiſſio leuis ſolemnitatis vitiat niſi per ruſticitatē vel conſuetudinem regionis omittatur. quod dicitur probari ſecundum eum in l. 1. §. fi. ff. de vent. inſp. Angel. in l. 1. §. hæc ſtipulatio, vbi etiā Imol. ff. ſi pluſquam per l. Falcid. Abb. in conſil. 73. col 2. vol. 2. Salic in d. l. fi. § 1. Guid. Pap. in tract. de inuenta. nu. 7. & hanc ſentētiam etiam tenuiſſe Franc. de Ramp. in d. l. fi. refert Imo. in l. 2. §. ſi prius, col. 1. ff. de vulg. & pupil. Item Specul. qui habuit experientiam totius practicæ vtriuſque iuris, & qui bene nouit ſcripta antiquorum, poſuit ſignum Crucis in inſtrumento inuentarij, vt in tit. de inſtru. edit. §. fi. ad fi. Idem voluit Barba. io repet. c. Raynaldus, colū. 16. verſi. 2. hæres, de teſtam.

Sed his non obſtantibus altera pars eſt verior, æquior, & † magis communis, à qua in iudicando, & in conſulendo nō eſt recedendum: nam primò hāc partem tenuerunt Cy. Bart. Bald. Ang. Paul. de Caſtro, Alber. de Roſa. & Alex. in dicta. l. fin. in princ. quoniam huiuſmodi ſolemnitas eſt modici præiudicij, quæ non habet vitiare inuentarium. arg. l. 1. in fi. ff. de vent. inſp. Bart. idem tenet & in l. cum hi. §. ſi prætor, in fin. ff. de tranſac. ubi dicit, quod ſi ſignum Crucis omittatur in inuentario, quod nō vitiat neque mutat ſubſtātiam, quia eſt le

uis

nis ſolemnitatis. vbi etiam Iaſ. col. 2. in prin. Bar. & Imo. Alex. & Are. in l. 2. §. ſi prius. ff. de vulg. & pupil. Alex. Iaſ. & Herma. Det. num. 9. in rub. ff. de no. oper. nunt. Bal. in §. quibus, in prima conſtit. C. Ang. in §. ſi vero non implens. in authen. de hære. & Falci Angel. a Gambel. in trac. de teſta. glo. 12. col. 1. verſicu. & aduertendum eſt, vbi ait ita tenendum. Dec. in conſ. 633. col. 3. verſ. 1. in c. 1. in princi. de teſtib. & in cap. 1. nu. 6. de fide inſtru. dum allegat Bart. & Docto. communiter in l. fi. C. de iure delib. Iaſ. in conſil. 26. col. 1. verſi. pro eadem parte. volu. 1. Fel. in c. cum dilecta, col. 7. ver. tertium ſignum, de reſcri. dum ſe remittit ad dicta per Barto. & Alex. in dicto. §. ſi prius. Brun. in tract. de reb. ſeu diſpo. dub. in §. ſequitur videre. nume. 10. Bald. in conſ. 383. col. 2. vol. 1. vbi dicit quod ideo præmittitur ſignum Crucis in inuentario, ne illotis manibus ad ipſum procedatur. l. 1. ff. de orig. iur. & quod hæc opinio ſapit naturalem æquitatem, quia pœnæ quæ ſurgunt, ſi omittitur ſolemnitas, tamen ſi ſeruatur veritas, non ſapiunt bonam nec rectam conſcientiam, vt no. in c. quamquam, de vſur. in 6. & ſubdit quod ſignum Crucis non eſt proprie initium inuentarij, quia per illud non proceditur ad aliquod ſubſtantiale inuentarij, & ꝙ errare videntur Aduocati qui dicunt quod talis pro princi. inuentarij fecit ſignum Crucis, quia ponunt hæredem in magno periculo iterum in conſil. 145. in princi. volumine 4. vbi tradit, quod ſignum inuentario eſt res ceremonialis, quia inuocatio Dei in princip. inuentarij, & ſignum crucis, paria ſunt argu. l. Titia. ff. de au. & arg. lega. Iacob Butrig. in auth. ſed cum teſtator C. ad l. Falci. Vlterius nos videmus qđ practicus Papien. qui fuit excellens practicus in for. libel. quo. pet. hære. ex teſtam. in ver. pure. colum. fi. dum ponit formam conficiendi inuentarium, non ponit ſignum Crucis. & hanc eſſe communem ſcholam Doctorum atteſtatur Ang. in §. extraneis, col. 1. de hære. qual. & differ. dum dicit, omnes ita tenere. Iaſ. in dicta. l. fi. in princ. col. 3. c. fina & in dicto. §. ſi prius, Porcel. in trac. de inuentar. c. 2. verſ. 6. requiritur. dixi in conſilio 73. nu. 9. vol. 2. necnon & Corne. in dicta. l. fi. in princip. nu. 15. vbi inquit, hanc partem tenendam in practica, quia communis eſt. & Vital. in tract. clauſ. in ver. Nil noua. inquit. con ſect. pend. col. 8. in fi. vbi inquit, quod ita communiter tenetur & practicatur vbique, & frequentiorem eſſe hanc ſententiam dixerunt Brun. in tract. de forma. in §. quando aliquid eſſe cenſeatur tract. pro for. col. 13. & 14. verſ. & cum prædicta. Vaſq. in trac. de ſucceſſ. crea. §. 9. nu. 12. a qua in conſulendo, & iudicando non eſt recedendum.

Secundo, quod ſignum Crucis etiam non ſit de ſubſtantia inuentarij probatur; Nam beneficium inuentarij prodeſt Hebræis & Sarracenis Populo Romano ſubiectis. l. nemo Iudæorum. l. iuſſio. C. de iud. Soci. in conſi. 70. col. 1. & tamen iſti propter eorum ſuperſtitionem non faciunt ſignum Crucis. & abſurdum eſſet quod iſti eſſent melioris cōditionis quam Chriſtiani, qui Ieſum Chriſtum filium Dei catholice profitētur. Nam in multis Iudæi ſunt deterioris conditionis, quam ueri Chriſtiani, cum Synagogæ Iudæorum non poſſint allegari ꝑ Chriſtianos, vt cultus eorum approbetur. l. quod Cornelia, de Iudæis. Item & non poſſunt admitti ad ciuiles honores. l. fi. C eo. ergo ſignum Crucis non eſt de ſubſtantia inuentarij, ita Bal. in conſi. 383. col. 2. vol. 1.

Tertio inuentarium (vt dictum fuit ſupra in princi. in 8. q.) dicitur ab inueniendo. l. fina C. de bon. vacan. ſed per ſignum Crucis nihil inuenitur, ergo non eſt de corpore inuentarij. Non obſtant, quæ in oppoſitum adducta fuerunt, quia ad primum fundamentum, ꝙ iſta non eſt modica ſolemnitas, quia introducta in honorem Dei, reſpondetur duobus modis.

Et primo, quod attenta iſta ratione idem eſſet dicendum, quod inuocatio Domini in princ. inſtrumentorum deberet apponi, quia introducta in honorem Dei, & tamen † communis opinio eſt in contrarium, vt per Bal. in l. ſi quis ex argentariis. §. ſi initium, col. 3. ff. de eden. Dec. in c. j. nu. 6. de fide inſtr. quia iſta eſt leuis ſolemnitas, quę non vitiat. & hanc eſſe communem opinionem firmant Ruin. in rub. de no. ope. nuntia. nume. 3. in fi. Franc. Nicon. nu. 124 & Herma. Det. nu. 11. in fine Modet. in tracta. de Iudæis. cap. 10. Vaſq. in tract. de ſucceſ. crea. § 9 nume. 8.

Secundo reſpondetur ſecundum Bald. in conſil. 383. col. 2. vol. 1. quod etiam dato quod dicta ſolemnitas non ſit leuis ꝑpter dictam reuerentiam, tamen quod non eſt grauis, & ideo omiſſa non vitiat. arg. l. 1. in fi ff. de vent. inſp.

Non obſtat ſecundum, quod ſignum Crucis facit Deum eſſe teſtem. quia reſponderi poteſt, quod idem eſſet dicendum de inuocatione Domini: & tamen, vt dictum eſt, illa ſecūdū communem non eſt de ſubſtantia inſtrumenti.

Ad tertium quoque reſpondetur, vt ſupra. Non obſt. tex. in dicto §. etſi præfatam, quia dicitur quod illa verba debent referri ad ea quæ non ſunt leuis ſolemnitatis, cum ſpecialiter ibi tex. non faciat mentionem de ſigno Crucis. ita Imo. in l. 2. §. ſi prius, col. 1. ff. de vulg. & pupi. ubi Alex. & Iaſ. in l. fi. in princip. col. 7. in fi. C. de iure delibe. Brun. in tracta. de forma, in §. quando aliquid cenſeatur trad. pro for. col. 14. c. fi. verſic. etſi. vbi dicit ꝙ etſi lex pluribus ſolemnitatibus numeratis, quas requirat ad actum, quarum aliquæ graues ſint, aliquæ vero leues, generaliter ſubiungat, ꝙ vult obſeruari talis clauſula, nō refertur ad leues.

Non obſtant quoque dicta per Bal. in d. auth. matri & auię, quia illud procedit quando ſpecifice, & per modum conditionis eſſet facta mentio de leui ſolemnitate, ita Alex. in dicta l. fi. in princ. col. fin. in princip. C. de iure delibe. & in dicto. § ſi prius, colu. 2. ver. nec obſtat d. l. prætor, vbi Iaſ. etiam ſequitur Alex. col. fi. in fi. Pariter quoque non obſtant notata per Fulgo. quia reſpondetur, ꝙ imo d. l. j. § fi. ff. de vent. inſp. ſecundū intellectum gl. & Cy. ibi probat, quod in leuibus ſuccurritur omnibus indiſtincte, ſed in non leuibus ruſticitati, ita Alexā. in dicto. §. ſi prius, col. 2. vbi etiam Iaſ. & in dicta l. fi. in princ. col. fi. in princ. Herma. Det. in rub. de no. oper. nunt. numero nono, verſic. 2. vbi bene declarat dictam l. primam, & in ſpecie Fulgo. etiam reprobat Iaſ. in dicta. l. fi. in princip. in verſic. ſeptimo requiritur.

Sed poſito, ſed non conceſſo, quod eſſet de ſubſtantia, in qua parte deberet apponi. dic in quacunque parte, ſecūdum Bal. in conſ. 383. col. fi. in princ. vol. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Inuentarium inchoari debet a die ſcientiæ hæreditatis, ſed cōtra, ſecundum magis communem, vt in nu. 2.*
2 *Hæres quis non dicitur ante hæreditatem aditam.*
3 *Fideicommiſſario ante reſtitutam hæreditatem re vel verbo, non currit tēpus ad conficiendum inuentarium.*
4 *Hæres pendente dilatione inuentarij conficiendi, non poteſt conueniri.*
5 *Lex vna declaratur per aliam.*
6 *Hæredi qui malitioſe differt hæreditatem adire, currit tempus ad conficiendum inuentarium a die ſcientiæ delatæ hæreditatis.*

Quæritur, quo tempore incipit currere tempus confectionis inuentarij? Duæ reperiuntur opiniones, quarum
1 prima eſt † quod a die qua quis ſcit hæreditatem fore ſibi delatam, vt primo probatur per tex. in l. fi. §. ſin autem dubius, in ver. delatam. C. de iure deliberan. ſecundo per gloſ. in auth. ſed cum teſtator, in verbo, ſtatutum. C. ad l. Falc. per quæ iura ita tenet Richar. Malumb. in d. l. fi. quem ſequitur. Io. And. in addit. ad Specul. in titulo de inſtru. edit. §. fi. verſi. huius autē. quod etiam vult & ibi Specu. Odofr. in d. auth. ſed cum teſtator. Abb. in conſi. 73. col. 3. verſi. debet etiam inuentarium, vol. 2. Salic. in d. l. fi. §. ſin autem dubius. & Pract. Pap. for. libel. quo. pet. hæred. ex teſta. in verbo pure, col. fi. Nam, ſi aliter diceretur, ſequerētur duo abſurda, primum nimia dilatio in ipſius inuētarij cōfectione, quæ cauſari poſſet in nō adeūdo hæreditatem. Item quia circumueniri poſſet in pluribus diſpoſitio d. l. fi. circa confectionem inuentarij; quæ ambo euitanda ſunt, ut primum patet. C. de temp. app. l. 2. & in l. 1. C. de dilat. & ſecundum per l. cum hi. §. ſi cum his. ff. de tranſ. Bero. in quęſtio. 62. in fi. Barto. Bene. in tract. de temp. utili. cap. tertio, verſiculo ſeptimo.

Secunda eſt opinio, quod incipiat currere a die aditę & nō delatę hæreditatis, per tex. in dicto. §. ſin autem dubius, in verbo delatam, iuncta glo. ibi in dicto verbo, quæ ſupplet & aditam hæreditatem. nam, ut in ea dicitur, poſt aditam hæreditatem currit hoc tempus. Item & per tex. in dicta. l. fi. in §. ſi vero poſtquam, vbi text. requirit expreſſe, quod ſit adita hæreditas, & ita per dictas glo. & text. hanc partem tenent ibi Bart. Bal. Pau. de Caſtro Ange. Odofrę. & alij in d. l. fi. §. cum igitur. Bart. in l. ſi in diem. ff. de cond. & demon. & in l. 3. §. ſi quis hæredi ff. ſta. lib. glo. in dicta. l. fi. in §. ſin autem a locis, in verbo conſummationem, in fi.

Quid dicendum? Reſpondeas omnino eſſe tenendā hanc vltimam partem, quam etiam tenuit in nē Bal. in dicta authentica, ſed cum teſtator, col. 2. verſ. præterea, ad l. Falcid. ubi inquit, ꝙ inuentarium debet fieri poſt aditam hæreditatem, etſi fieret ante, confectio eſſet præpoſtera & inordinate facta. Ang. in §. extraneis. col. 1. vbi & Ioan. Fabri, col. 2. de hæred. qualit. & differ. Pau. de Caſtro in conſil. 312. col. 2. ſecundum antiquam impreſſionem. Cuma. in conſi. 73. col. 2. verſi. præterea, & in conſi. 128. cui conſil. ſe ſubſcripſit dominus Proſd. de Comitibus, ubi reprobat Ioan. And. vbi ſupra. Ang. in l. 1. §. hæc ſtipulatio, col. 2. verſ. reſtat nunc videre. ff. ſi pluſquam
2 per l. Falcid. quia † inuentarium debet confici per hæredem, non per eum qui hæres non eſt, ergo antequam non ſit hæres, non

res,non currit tempus.l.1.§.quod autem.ff.quo. lega.l.ſtatu li
3 beros.§.ſi quis hæredi.ff.de ſta. lib.ubi etiam dicit, † quod fi-
deicommiſſario non currit tempus ante reſtitutam hæredi-
tatem re vel verbo,quia fideicommiſſarius ante non eſt,licet
fideicommiſſarius ſcriptus.Guid.Pap.in deciſ.571.col.fi.& in
ſuo trac.de inueni.nu.10.Porcel.etiam in tract. ſuo inuent.c.
3.nu.15.Afſl.in c.1.nu.29 an agna.vel fi.l.Bertach.in tracta.de
Epiſc.in 4.par.nu.34.Vital.in tract.clauſ.in verbo Nil nouari
inuent.confec.pen.col.4 in princ.verſiculo,tu autem dicas &
hanc eſſe † communem opinionem inquit Roma.in conſ.84.
& Barba.in repet.c Raynaldus,col.59.in fi. licet ipſe aliter te-
neat,de teſta.immo hanc frequentiori calamo receptam at-
teſtantur Alex.in dicta.l.fi.in prin.col.3.vbi etiam Iaſ.col.fin.
& Iacob.de Sancto Georg.Dec.in conſi 933.col.2.verſiculo
ſecundo quæritur.Gul Bened.in repe.c.Raynutius, in verbo
mortuo itaque teſtatore.nu.398.Soci.Iun.in conſi.19. nume
ro 20.vol.3.Alcia.in conſi 615.in fi. & in conſi 139 nu.4.in 3.
tomo,& in conſilio 32.nu.14 lib 6.in 2.tomo,& ita alias dixi
vt in conſil.73.nu.16.vol.2.Vilalob.in ſuis communibus opi
nionibus,in uerbo,inuentarium nu 95.& vere iſta opinio ra-
tione comprobatur per tex.in dicta l.fin §.donec.nam ſi ante
agnitam hæreditatem cederet dies inuẽtarij proculdubio ꝓ-
4 uiſio dilationis de qua ibi † ne hæres infra dilationem inuen-
tarij conueniatur,eſſet fruſtratoria.quod omnino non eſt di-
cendum,ut per Roma.Dec.& alios in locis ſupra citatis.& eo
magis hæc pars amplectenda eſt,cum ſit tex. ad literam in di
cto §.ſi vero poſtquam,qui cauillandus non eſt.

Non obſtat modo, qui ſit tex. in contrarium in dicto.§.ſi-
nautem dubius,in verbo delatã: quia, vt ſupra abunde dictũ
fuit,ille tex.ſuppleri debet per tex in d. §. ſi vero poſt quã ubi
5 requirit aditionem hæreditatis. Nec eſt inconueniens † quod
vna pars legis per aliam declaretur.l.vtrum.ff.de per hæredi.
not.in l.1.ff.ſi cer.per Soci.in l.1.in primo notab. ff. de rebus
dub. Similiter non obſtat ꝙ ſi expectaremus tempus aditio-
nis poſſet hæres differre ac machinationes,& fraudes cogita-
re, & ſic circumſcriberentur dicta l fi.quæ talibus intendit ob-
uiare,vt in eo.§.ſed quia quidem.

Quia reſpondetur,quod huic fraudi poſſunt occurrere cre
ditores,& legatarij ſi eis videtur faciendo præfigi tempus ad
adeundum,vt per Alb.& alios in d.l.fi.§.ſin autem dubius,co
lum.2.ver ſed poſſet. Intellige tamen ſupradicta procedere,
quando hæres poſſideret,ſecus ſi non poſſideret, ſed petitio
ne hæreditatis ageret, quia ſibi non curreret tempus nec in
pœnas iuris incideret donec finita fuiſſet quæſtio hæreditatis,
qua finita tempus curreret,& non prius,teſte Bal.in l.facultas
defenſionis C.de iure fiſci,lib.10.arg l ſi quis,in graui § fi. &
in l.qui poſthumos.ff.de Syllan.quod dicit eſſe notandum.ſe
quitur.Guliel.Bened.vbi ſupra, Vital.in tract. clauſ. in verbo
Nil nouari inuent.confec.pend.col.5. verſ. ad vnum tamen,
quod inquit notandum.

Hanc quoque communem & receptam Doctorum ſentẽ
6 tiam limita non procedere quãdo † hæres malitioſe differret
adire hæreditatem,quia tunc incipit currere ante aditam hæ
reditatẽ, vt per Bar.in d l.fi.§ 1.Ang in §.hęc ſtipulatio.col.8.
ver reſtat videre ff ſi pluſquam per l.Falcid.Roma.in con.84.
Cuma.in conſi 73.col.2.Pau.de Caſtro in d.l ſi.§.cum igitur,
col.2 ver.iſtam rationem,& Iaſ.in d.l fi in prin.in fi. Bertach.
in tract.de epiſ.in 4 par.nu.35.Gul.Bened.in repe.cap.Raynu
tius,in verbo mortuo itaque teſtatore.nu.398 & ita alias dixi
in conſi.73.nu.34 vol.1.Neuiza.in conſ.9 nu.14 verſi præte-
rea.& Vital.ubi ſupra.

S V M M A R I V M.

1 *Aditio hæreditatis non inducitur per confectionem inuentarii.*

1 Sed an † per confectionem inuentarij hæres dicat adi
re.Cy.in l.fi §.ſi vero poſtquam per illum text.
C.de iure delib.tenet ꝙ videatur adita hæreditas, quæ nõ poſ
ſit repudiari. In contrarium tamen eſt veritas, vt hæres non
dicatur adire,ſi alias non declarauerit ſuam voluntatem. d.l.
fi § ſin autem hoc aliquis,verſ.non recuſauerit. ubi requirit,
ꝙ poſt inuentarium hæres repudiet,vel adeat,vt ibi tenẽt Sa
lic.Alex.& Iaſ.rurſus Salic.ibi in §. ſin autem dubius. Ratio
etenim eſt,quia potuit eſſe quod inuentarium fecerit hæres,
vt magis eſſet certus de viribus hæreditatis,quam animo ad-
eundi & ideo,cum actus iſte non inferat neceſſario aditionẽ,
non probatur ex hoc animus adeundi. quam partem tenent
Ruin.in conſ.113.nu.4.vol 3.Neuiza.in cõſi.9.nu.14.& Frãc.
Marc.in deciſ.29.vbi aſſerit hoc eſſe † de omnium conſenſu.

S V M M A R I V M.

1 *Inuentarium inchoari debet infra triginta dies a die adita hæreditatis.*

1 Inuentarium † quando inchoari debeat? Dic ꝙ
infra triginta dies a die aditæ hæ-
reditatis.l.fi.§.ſin autem dubius.C.de iure delib.ubi Bar.& cę
teri † communiter.Ang.& Fab.in § extraneis. Inſti.de hæred.
qual.& differ. Bal.in conſi.383 col.2.volu.1.& 145.in princi.
vol.4.Prat.Pap.in for.libel.quo.per.hæredi.ex teſta. in verbo
pure.col.fi.in princ.Dec.in conſi.633.col.2.ver.ſecundo quę
ritur.Ang.a Gambel. in trac.de teſta. in glo.112 col.1. Guid.
Pap.in tract.de inuentar.nume.10.Porcel.in tract de inuent.
cap.3.num.15.in fi.

S V M M A R I V M.

1 *Inuentarium non dicitur inchoatum ex appoſitione ſigni Crucis.*
2 *Inuentarium dicitur ab inueniendo.*

1 Nunquid † pro exordio inuentarij ſufficiat ſignũ
Crucis appoſitum in eo ſi requireretur.
Bal.in l fi.in 2 in §.cum igitur,col 3.verſ.quæro ergo.C. de iu
2 re delib determinat quod non,quia † inuentarium dicitur ab
inueniendo,& res per ſignum Crucis non inuenitur,igitur ſi
ne re nullum erit exordium.& hoc eſt quod dicit litera exor
dium ſuper literis,allegat tex.in l.ſi quis intra. C. de bon.pro-
ſcrip.& in l.nulli.C de Epiſ.& cler.Pau.de Caſt. ibi col.1,ver-
ſicu.primum ergo,per.§.dictæ.l.dum dicit, ſuper his rebus,
vbi inquit,ꝙ ex ſolo quod hæres vocaſſet notarium & teſtes
in princ & in charta poſuiſſet ſignum Crucis,non dicitur in-
choatum inuentarium,Cor.etiam ibi in princ.nu.17. Porcel.
in tract.de inuent.c.3.nu.13.Gul.Bene.in c.Raynutius,in ver
bo,mortuo itaque teſtatore,il 3.nu.399. de teſta.

S V M M A R I V M.

3 *Inuentarium inceptum infra menſem a die aditæ hæreditatis debet perfici
infra alios duos menſes.*

3 Infra † quantum tempus debeat perfici inuentarium?
Reſponde,infra ſexaginta dies quando ſunt in eo-
dem loco,& ſic in effectu dantur tres menſes ad inchoandũ,
& perficiendum inuentarium.text. eſt in l.fi § ſin autem du-
bius.ibi,& hoc inuentarium intra alios ſexaginta dies, &c.C.
de iure delib ubi omnes Doctores. Abb. in conſil 73.colu.3.
verſic.debet etiam inuentarium,vol.2.Ang.in § extraneis,co
lumna 1.verſi.2.quod inchoetur.de hære.qual.& differ. & ibi
Ioan.Fab. col.2. verſ.& caue.Bald in conſ.145.in princ. volu.
quarto,& in conſilio 383.col.ſecunda,in fi.volumine primo.
Angel.a Gambel.in tract.de teſta.in gl.112.col.1.Grat.in cõſi
lio 25.nume.16.vol.2.

S V M M A R I V M.

1 *Inuentarium valet ſi non fuit inchoatum intra triginta dies, ſed poſt incę-
ptum & perfectum intra alios ſexaginta dies.*

1 Nunquid † ſi hæres inuentarium non inchoauit in
fra triginta dies tamen incepit & perfe-
cit poſtea intra alios ſexaginta dies,& ſic intra tres menſes,ha
beat beneficiũ l.fi.C.de iure delib.Bart. in l.fi § ſi vero poſtquã.
C.de iure delibet.refert quoſdam dixiſſe ꝙ non, ex eo quod
inuentarium ſecundum formam dictæ. l non fecerit.tamen
ipſe determinat contrarium per text.ibi & dum a nobis tem-
pus ad inuentarij confectionem effluxerit, non enim ſufficit
quod effluxerit tempus datum ad inchoationem, ſed ad per-
fectionem, & inquit Bartol. quod iſta opinio videtur magis
æqua,cum omiſſio modicæ ſolemnitatis nõ ſubſtantialis nõ
vitiet.Idem tenuit ibi Alex. in dicta.l.fi. in princip. ubi etiam
Iaſ.colu.2.Pau. de Caſtro etiam ibi in § cum igitur,vbi dicit
hanc partem † omnes tenere tanquam magis æquam Iaſ.in di
cto. §. ſi uero poſtea quam,in 2. notab. ubi inquit quod leuis
ſolemnitas eſt prius inchoare & poſtea perficere. Abb. in cõ-
ſilio 73.col 2.vol.2.ver.præterea.Porcel.in tract.de inuent.c.
2.col.1.verſi.ſecundus eſt,& in c.3.col.2.in fi.verſ.ſed ad pra-
cticam vbi inquit,hanc partem æquiorem, & quod ſecundũ
hanc partem tanquam magis æquam iudicauit Curia parla-
menti,teſte Guid.Pap.in deciſ.571.uol.1.Bal.in conſi.383.col.
fi.vol.1. Et ratio eſt ſecundum Bal. in conſil.48.vol.5. quia tã
primus menſis,quam alij duo menſes ſunt aſſignati a iure fa-
uore ipſius hæredis. Vnde totum iſtud ſpatium liberum eſſe
debet,& quod non ſit in princ. poteſt fieri in fine temporis,
donec dilatio durat.l.lecta.ff.ſi cer.pet.§.temporales,inſtitu.
de excep.iterum,quia quando plures termini ſtatuuntur cir-
ca idem,mora cõmiſſa in uno termino poteſt purgari in alio.
l.ad petitorium. ff. de iud. auth.qui ſemel.C.quomo.& quan.
iud.dixi

lud.dixi in conſi.73.nu.21.vol.3 Idem tenuit Gul. Benedi.in repet.c.Raynutius,in verbo,mortuo itaque teſtatore, nnmero 399.de teſta.Spec.in tit.de inſtru.edi §.fi. verſ. Item poſtquam,& ibi Ioan.Andr.in add.Vilalob in ſuis communibus opinionibus, in verbo,inuentarium.nu.95. quæ ſententia de quibus ſupra,procedit & locum etiam ſibi vendicat,quando bona omnia vel maior pars ſunt in domicilio hæredis. Guid. Pap in conſ.160 nu.5.& in deciſ.571.in princ. & ita communiter practicari inquit Cor.in d.l.fina.in princ.nu.17.

S V M M A R I V M.

1 *Menſis in terminis l.fi.C.de iu.delib eſt triginta dierum.*

1 Quot †dies habere debent dicti menſes tres? Reſponde, triginta dies,per tex.in d.l.fi §. ſin autem dubius,ibi, omni tamen modo inuētarium ab ipſo conficiatur vt infra triginta dies exordium capiat, & ibi, & hoc inuentarium intra alios ſexaginta dies modis omnibus impleatur, iſi cta glo.in verbo ſexaginta,quæ dicit,ſic ergo tres mēſes ſunt. Odofred. in d.l.fi.in §.ſi cum igitur,col.2.in princip.ibi,vt intra triginta dies,ſcilicet & intra vnum menſem,in verſi.ſed eo caſu.ibi,cur ſi res ſunt in præſentia,habet triginta dies ad inchoandum & ad conſummandum ſexaginta,& ſic tribus mēſibus,habet vnum menſem ad inchoandum, & duos ad perficiendum,& iſtud etiam ſentit Ias. in d l.fi. in princip col.2. verſic.1.ibi,inchoetur intra triginta dies Item & in verſic. ſecundo requiritur.ibi, perficiatur intra ſexaginta dies.Dec in conſi.633.col 2 verſi.2.quæritur ibi. triginta dies. Alexan in l.fina.in princip. columna quinta, in fine,in glo. in verbo ſexaginta.

S V M M A R I V M.

1 *Hæredi datur annus ad conficiendum inuentarium quando tota hæreditas vel maior pars eſt alibi quam in domicilio hæredis.*

Vos ſcitis dictum eſſe, quod quādo to† a hæreditas, vel maior pars eſt in loco domicilij hæredis tenetur hæres inuētarium inchoare & perficere intra tres menſes, ſed quid dice-
1 mus † ſi hæreditas vel maior pars ſit alibi quam in domicilio hæredis? dic quod datur annus ad conficiendum inuentariū tex.eſt in l.fi.§.ſin autem a locis C de iure delib gl.in d l.1.in §.ſi quis autem temerario,in verbo beneficio, Pau.de Caſtro ibi i §.cum igitur, vbi etiam Bal in 1 col.& Sali.quoque ibi,in §.ſin autem dubius vbi etiam Odofred. colum 2. verſic.ſed cum annus.& Alber col.fin.verſ.Item quæro.Porcel. in tract. de inuent.c.3.nume.10.

S V M M A R I V M.

1 *Hæredi abſenti a tota hæreditate vel a maiori parte dantur quatuor menſes ad inchoandum inuentarium,& octo ad perficiendum.*

Si datur annus ad confectionem inuentarij quando res ſunt in abſentia hæredis,quantum igitur temporis dabitur ipſi ad ipſum innentarium incipiendum?glo.in l.fin.§ ſin autem a locis, in verbo conſummationem.C. de iu. delib.reſpondet ſecundū proportionem ſcilicet tertiam partem anni, vt enim ſupra vnum mēſem dedit,ſic hic quatuor de duodecim, & ita tenet Odofred.in dicta l.fi.§.cum igitur,col.2.in textu conſummationem,vbi ait quod quando hæreditas eſt in vno loco,& hęres habet domicilium alibi, inuentarium inchoari vel fieri debet per locum a proportione numeri. Nam ſicut ſi res ſūt in præſentia hæres habet dies triginta ad inchoandum, & ad conſummandum ſexaginta dies,& ſic de tribus menſibus ha-
1 bet unum ad inchoandum,& duos,ad perficiendum,†ita hic quando res ſunt in abſentia,ad inchoandum habet quatuor menſes,& ad perficiendum habebit alios octo. Alber in d.l. fi.in § ſin autem dubius,colum.2. verſ & quod dixi, vbi refert etiam hanc opinionem tenuiſſe Rizar & Marti. Sili. Bald.in conſ.383.col.fi.verſ.præterea hæreditas,vol.1.

S V M M A R I V M.

1 *Inuentarium inchoatum poſt quatuor mēſes, quando res ſunt in abſentia hæredis,& perfectum intra annum,eſt de iure validum.*

1 Quid.n.in caſu præcedētis q̄ſtionis † ſi hęres non inchoauit inuentariū infra quatuor menſes, ſed illud cępit & perfecit intra alios octo menſes,an illud valeat,& teneat? Dic quod ſic,per ea quæ dicta fuerunt ſupra,in q 6 qa iſta eſt leuis omiſſio & nullius effectus. arg.l. primæ,in fi.ff.de vent.in poſſ mit.Item & quia iura reſpiciunt ad effectum tantum.l.ſed ſi poſſeſſori § penul ff de iureiur.& in terminis noſtris expreſſe ita tenuit Sali.in l fin §. ſin autem dubius,col.4. verſi.quæro annus.C. de iure deliber. vbi inquit hoc notandum,quia habito effectu non curamus de modo vel initio q & approbat etiam Odofr.in d.l.fina.§ cum igitur,columna ſecunda,circa finem.

S V M M A R I V M.

1 *Tempus conficiendi inuentarium currit hæredi tempore ſibi dato ad deliberandum.*

1 Quid, quando †hæres petit tempus ad deliberandum, vtrum tempus conceſſum ad conficiendum inuentarium currat durante dicto tēpore dato ad deliberādum,uel poſt tempus deliberationis finitum?glo.in l.fi § ſin autem hoc aliquis, in verbo,ſi quis beneficio,in fi C.de iure deliber.dicit quod currit.& cum ea ibi tranſeunt Pet.Cy Sali.& Fulgo.Bart. vero,cum quo tranſit ibi Alex.tenet quod non currit niſi a die aditæ hæreditatis,vt in d.l. fi.§.ſi vero poſtquam.vnde ſi infra tempus datum ad deliberandum adiuit,infra illud tempus quo adiuit incipit currere:mihi tamen placet concordia Corn.ibi in col penult.in fi. vt dicamus quod ſi terminus eſt petitus ad deliberandum debeat confici inuētarium intra illud tempus datum ad deliberandum,vel ſaltem interim currat tempus ad inuentarij confectionem,per tex.ibi,ſi non cauetur,dum dicit quod neceſſe eſt omnino deliberantem inuentarium cum omni ſubtilitate facere.vnde intra tempus datum ad deliberandum eſt faciendum innentarium, quia qualitas adiecta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi.l.in delictis.§ ſi extraneus,de noxa.ſed quando non eſt petitus terminus ad deliberandum, tempus ad inuentarij confectionem currit a die aditæ hære-
† ditatis ſecundum opinionem glo & †communem. Et ratio diuerſitatis eſt in promptu,quia quando petit tempus ad deliberandum,bona hæreditaria penes ſe ſunt,ut in dicto.§ ſin autem hoc aliquis,in verſicu.quod ſi deliberandum,ſeu ſaltē liciſe poſſunt peruenire, ita quod decet, quod inuentarium interim fiat:quia interim committi poſſet fraus. Item ſi expectaretur aditio & contingeret quod repudiaret, non teneretur unquam conficere inuentarium, cuius cōtrarium innuit tex.ibi in verſic.quod ſi poſt.

S V M M A R I V M.

1 *Inuentarium factum extra tempus limitatum a iure,ſed intra tempus prorogatum a iudice,non valet.*

1 Vnum etiam eſt ſciēdum, †q inuētariū factum extra tempus limitatum a iure,ſed in tempore prorogato a iudice,non valet,quia iudex etiam cauſa cognita, non poteſt illud prorogare nec abbreuiare.tex. eſt in l.fi § donec. C.de iure delib.vbi imponitur ſilentium iudici. Item & quia iudex non poteſt reuocare factum legis ex ſui capitis ęquitate.l.1.§ item cum contra ff.quæ ſent. ſine ap.reſcin. & ita per dictum tex.tenent Nicol.de Matha.Odofred.& Bal.in d.l.fin. §.cum igitur,col.3.in fi.vbi etiam Iaſ.in princ dictæ.l.colu. 2. Nec habet obſtare quod iudex ex cauſa poteſt tēpus abbreuiare,vel prorogare ſecundum Bart.& alios in l.1.ff.de re iud. quia d.l.loquitur in actu per iudicem excipiendo,qualis non eſt confectio inuentarij Barto.in dicta.l.2 col.2.verſic. Item in tempore,ubi etiam Ripa,in nume 23.& Guliel.Benedic.in repet. cap. Raynaldus,in verbo,mortuo itaque teſtatore,il 1. numero 399.

S V M M A R I V M.

1 *Tempus conficiendi inuentarium non currit impedito.*
2 *Impedimentum unde facile reparari poteſt, non excuſat.*
3 *Tempus legale non currit impedito.*
4 *Tempus datum a iure vaſallis ad petendum inueſtituram, data iuſta cauſa impedimenti eos excuſat.*
5 *Impedimentum iuſtum ſecundum magis communem excuſat a mora,pœna periurij,& conuentionali.*
6 *Impedimentum loci non tuti ob inimicitiam, & bellum excuſat a contumacia.*
7 *Impedimentum legitimum excuſat a pœna, etiam ſi promiſſio pœnalis fuerit,iuramento vallata.*

Impedito

1 Impedito † an currat tempus conficiendi inuentarium? Pro reſolutione dicas ꝙ ſi impedi-
2 mentum eſt tale, † quod de facili reparari poteſt, tunc hæres nõ
excuſatur, ſed dicitur eſſe in negligentia perinde ac ſi nõ fuiſ-
ſet impeditus. caſus eſt notabilis in l. quibus diebus, in princi.
ff. de condi. & demonſtr. l. ſed ſi per prætorem §. ait prætor. ff.
ex quib. cau. maio. Purpu. in l. 2. nu. 54. C. de eden. Aut impedi-
mentum eſt iuſtum, & tunc hæredi impedito non currit tem
3 pus. l. ſed cum ipſe, vbi Bal. ff. de excuſa. tuto. vbi † tempus lega
4 le non currit impedito. Hinc videmus † quod tempus etiam
datum a iure vaſallis ad petendum inueſtituram, eis non cur
ſit, data iuſta cauſa impedimenti. Imo. in c. ex parte, col. 11. de
feud. quem ſequitur Bero. in conſi. 68. in fi. vol. 1. Accedit etiã
5 quod notat ipſe Bero. in conſi. 88. nu. 33. vol. 1. vbi † iuſtum im
pedimentum excuſat a pœna periurij & conuentionali, ſecũ-
† dum magis † communem. & ideo dixit text. in clem. Paſtora-
6 lis. §. Piſana, de re iud. quod † impedimentum loci non tuti ob
inimicitiam & bellum excuſat a contumacia. Are. in cõſi. 16.
7 nu. 4. Port. in conſilio 15. num. 13. quod † impedimentum le-
gitimum excuſat a pœna, etiamſi promiſſio pœnalis fuerit iu
ramento vallata, Ruin. in conſi. 15. nume. 2. vol. 4. & in termi-
nis quæſtionis noſtræ ita decidit Neuiza in conſilio nono, nu
mero decimoquarto.

SVMMARIVM.

1 *Hæres, qui omiſit inuentarium conficere intra tempus a lege ſtatutum, re-
ſcripto Principis non poteſt releuari.*
2 *Ius mihi quæſitum, priuilegio principis auferri non poteſt.*
3 *Princeps legem inhoneſtam facere non poteſt.*
4 *Princeps a Deo habet poteſtatem.*
5 *Iuſtitia eſt conſtans, & perpetua voluntas, ius ſuum vnicuique tribuens.*
6 *Reſcripto Principis poteſt prorogari tempus ſtatutum a lege ad conficien-
dum inuentarium.*

1 Item omittendum non eſt, † quod hæres,
qui omiſit inuentarium conficere intra tempus a lege ſtatu-
tum, non poteſt principis reſcripto releuari, ſi illud fuit impe
tratum poſt lapſum temporis, quoniam poſtquam cauſante
negligentia hæredis fuit ius quæſitum creditoribus & legata
rijs. §. ſi vero non fecerit, in auth. de hered. & fal. l. fi. §. ſi vero
2 poſtquam, C. de iure delib. † ius eis quæſitum per Principem
auferri non poteſt, priuilegium alteri concedendo, quia licet
Princeps ius commune condendo poſſit ius meum auferre.
l. non eſt, de legib. non tamen ſi per priuilegium alteri hoc cõ-
cedat, quia non poteſt. l. reſcripta. C. ſi contra ius vel vtil. pub.
3 Nam † ſicut Princeps legem inhoneſtam facere non poteſt.
l. 3. ff. de legibus. ita nec ius meum tollere, maxime ſine cauſa.
4 Nam † cum a Deo princeps habeat poteſtatem, in auth. quo.
opor. Ep. in princ. dans talem iuriſdictionem, nõ cenſetur ſibi
dediſſe, vt ius ſine cauſa auferat, cum hoc ſit contra commu-
5 nem iuſtitiam, † quæ eſt conſtans, & perpetua volũtas, ius ſuũ
6 vnicuique tribuens. l. iuſtitia. ff. de iuſt. & iure. Secus † ſi reſcri-
ptum fuit impetratum a principe durante tempore ſtatuto a
iure, vt prorogetur tempus conficiendi inuentariũ, quia tunc
valeat in præiudicium creditorum & legatariorum, ita in in
diuiduo decidit Guid Pap. in trac. de reſcrip. num. 43. & in tra
cta. de inuent. nu. 12. & in deciſ. 571. col. 1. dum ſe remittit ad
dicta per eum in dicto tract. Pro cuius confirmatione facit
concluſio, quæ habet ꝙ facilius permittitur prorogatio eius,
quod durat quam noua conceſſio eius, quod extinctum eſt.
l. ſed etſi manente. ff. de preca. Iaſ. in l. properandum, in princi.
col. 5. verſic. ego fortius. C. de iud. Vlterius facit, nam etiam
videmus ꝙ inſtantia triennalis, quæ eſt inducta fauore publi
co. l. properandum, in princ. vbi Iaſ. col. 4. in fi. C. de iudi. licet
non poſſit conſenſu partium prorogari, tamen poteſt cõſue-
tudine, vel ſtatuto prorogari. glo. in l. præſcriptum. C. ſi con-
tra ius uel vtil publ. vbi Bal. in 6. col. inquit, raro reperiri alibi.
& Iaſ. ibi col. 2. & in d. l. properandum, in princ. col. 5. ver. ter-
tio limita. ergo multo fortius per Principem debet poſſe pro
rogari tempus ſtatutum ad conficiendum inuentarium, quod
eſt introductum de iure ciuili. l. fi. C. de iure delib. Ang. in tra-
cta. de confect. inuent. nu. 13. Vital. in tract. clauſ. in verbo Nil
nouari inuent. confec. pend. Nam maior eſt poteſtas Princi-
pis quam ſtatuti vel conſuetudinis, vt patet, quia poteſt dero
gare ſtatutis municipalibus, quia dicitur ius poſitiuum. Bal.
in conſi. 187. col. 2. vol. 2. quod etiam locum habet in ſtatuto
iurato. Abb. in c. cõſtitutis, de reſcrip. Gozad. in conſi. 70. col.
2. Item & conſuetudinem tollere, cum ſit in eius poteſtate,
quia dicitur ius ciuile tacitum. l. 3. §. diuus. ff. de ſepulcr. vio. l.
eos. C. de vſur. Bal in auth. nauigia. C. de furt. ꝙ conſuetudo
poteſt caſſari per legem imperatoris. Oldr. in conſi. 177. Hinc
videmus, ꝙ non valet conſuetudo per quam ligantur manus
ſuperioris. Rota in deciſ. 113. in antiquis. Bald. in conſi. 312. in
princ. vol. 3. vbi conſtitutio Principis eſt fortior conſuetudi-
ne. Item & tanta eſt poteſtas Principis circa ius poſitiuum, vt
facta pro infectis habeantur quo ad omnem effectum iuris.
tex. iuncta gl. in clem. 1. de immu. & Abb. in conſi. 74. verſ. his
præmiſſis, vol. 1. Item & etiam tanta, ꝙ rerum naturam mu-
tat. §. fuerat. inſti. de actio. Nam de nihilo aliquid facit. Oldra.
in cõſi. 257 col. 6. & pro iſta ſententia facit in terminis noſtris
deciſ. Iaſ. in conſ. 28. in fi. vol. 3. inquit, ſtatutum Placentinum
potuiſſe tollere tempus conficiendi inuentarij limitatum a
iure, ergo & fortius Princeps per ſupradicta prorogare.

SVMMARIVM.

1 *Tempora conficiendi inuentarium ſunt continua.*

1 Item quæritur, † an tempora confectionis inuentarij ſint continua? Et di-
cas ꝙ ſic, poſtquam currere inceperũt. hoc enim eſt commu
ne omnium præſcriptionum regulariter. l. 1. de diuer. & tem-
poral. præſcrip. Ang. in l. 2. in §. hæc ſtipulatio, col. penul. in fi.
verſ. vlt. ſcias, ſi pluſquam per l. Falcid. vbi inquit, ꝙ potiſſime
currunt tempora inuentarij continua, quia quolibet tempo-
re poteſt inuentarium expediri etiam feriato, cum expediatur
in non forma iudicij. ſicut dicimus in inuentario tutorum,
qui quolibet loco, & tempore inuentariũ conficere poſſunt.
l. qui habet. §. quolibet, de tute. Bal. in conſ. 383. vol. 1. vbi di-
cit, ꝙ quando hæreditas eſt in remotis partibus, inuentarium
debet inchoari infra quatuor menſes, & finiri intra alios octo
continuatiue. ſequitur Porcel in tracta. de inuent. in princip.
nu. 24. & ita teneas, quamuis Soc. Iun. in conſi. 19. nu. 24. cum
duobus ſequentibus volu. 3. videatur aliter tenere, quamuis
male, Baro. in tracta. de temp. vtili & cont. cap. 3. numero 7.
circa medium.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium continere debet locum & tempus.*

1 Continereque † debet inuentarium locum, & tempus. l. fi. in princ. C. de iu
re delib §. fiat inuentarium, in auth. de hæred. & Falcid Igne.
in l. neceſſarios. §. non alias, in prin. no. 168. ff. ad Sylliã. Dec. in
conſ. 73 nu. 13. vol. 1. Corn. in l. fi. in princ. nu. 17. & Catel. Cot
ta in memor. ſuis in verbo inuentarij confectio, circa finem.
Paris de Put. in tracta. de feud. reintegr. folio mihi 133. nume
ro tertio,

SVMMARIVM.

1 *Duo teſtes ſufficiunt ad validitatem inuentarij.*

1 In ipſo † quoque inuentario ſufficit, ꝙ interueniant duo teſtes, qui videant illud ſcribere. Bar. in l fi.
§. cum igitur, col. 2. verſ quo facto. C. de iure delib. & licet gl.
ibi in verſi. cæterorum, dicat trium teſtium, tamẽ Bal. ibi col.
6. in verſ. in glo. puta trium teſtium, dicit, ꝙ gl. ibi debet intel-
ligi cæterorum, id eſt teſtium, & non trium, quia hoc non re-
peritur niſi in vno caſu iuris authenticorum. §. cum ex legata
rijs aliqui abſunt, vt in §. ſi vero abſunt, in auth. de hær. & Fal-
cid. Pau. de Caſt. col. 4 verſ. 7. requiritur, Alex. in 7. col. verſ. in
gl. in verbo cæterorum. Iaſ. col. penult. in princ. Ang. in l. 1. §.
hæc ſtipulatio, col. 8. verſic. de ſexto conclude. ff. ſi pluſquam
per l. Falc. Abb. conſ. 73. col. 2. vol. 2. Porcel. in trac. de inuent.
c. 2. nu. 7. Dec. in conſ. 633. col. pen. verſi. 7 requiritur. Bald. in
auth. ſed cum teſtator, col. pen. verſ. quæro quod tabelliones.
C. ad l. Falci, dum dicit, cum teſtibus legitimi numeri. Aduer-
te tamen, ꝙ non ſufficit ꝙ videant illud ſcribere, ſed etiã opor
tet ꝙ res hæreditariæ offerantur in præſentia ipſorum, vt va-
leant deponere hæredem non conſcium alicuius malignita-
tis, vt per Bar in d. l. fi §. cum autem, & Iaſ. in princ. in 8. requi-
ſito. Pau. de Caſtro in conſilio 203. colum. 1. & Nattam in cõ-
ſilio 214. nume. 14.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes adhibiti inuentario debent cognoſcere hæredem, quod ſecus eſt in
alijs inſtrumentis.*
2 *Quod tamen intellige, niſi teſtes eſſent vicini hæredis.*
3 *Teſtes non debent cognouiſſe defunctum.*
4 *Ius adeundi durat triginta annis.*

Requiritur

1 Requiritur & pariter, q † teſtes cognoſcant hæredē. Bar. in l.fi.in §.cum igitur.col 2.ver.quo facto. C. de iure deliber. Alb.de Roſa.ibi in §.ſi autem dubius,col.3.verſ.Item eſt notandum,vbi etiam Salic.Bal in § cum igitur, col.6.in princip. verſi.vlterius no.Pau.de Caſt.ibi,col.fi.ver.8.& vlt.Alexan.in princip.col.6.in fin.verſ.in glo. in verbo cognoſcant & Iaſ.in col.pen.in princi.verſ.8.requiritur. vbi inquit hoc ſpeciale in inuentario, in aliis autem inſtrumentis quando teſtes adhibentor,non requiritur, q aliter recognoſcant partes. de quo dic,vt ibi per ſcriben. Alciat.in conſi.419.in fi.Pau.de Caſtro in conſ.a15.col.1.ſecūdum antiquam impreſſionem. Porcel. in tract.de inuent.c.2.nu.8.Dec.in conſ.633.in verſ.7.requiri
2 tur. q tamen cum grano ſalis intellige, videlicet † quando dicti teſtes non eſſent vicini hæredis,alias ſecus,vt per Bal.in d. l.fi.in §.cum igitur, col.9. quia tunc vicini præſumuntur cognoſcere hæredem,per notata in l.1.ff.ſi cer.pet.quem ſequitur Iaſ.in d.l.fi. in princip.col.penult.verſi. ſubdit etiam, dici
3 in conſi.73.nu.14.vol.1.non tamen a iure diſponitur, † vt teſtes agnouerint defunctum,vt in d.§.ſi dubius, vbi ſolum dicit,q agnoſcant hæredem. Pau.de Caſtro in dicto conſi. 215. in fi.col.vbi inquit,q aliquis Doctor hoc non dicit.Difficile enim eſſet ſi forte hæres ſtetit per longum tempus antequam ſciret hæreditatem ſibi delatam reperire teſtes qui defunctū
4 cognouiſſent,ſi in fine triginta annorum hæres adiret, † infra quod durat ius adeundi.l.licet,vbi Doctor.C.de iure delib.

S V M M A R I V M.

1 *Creditores & legatarij citari debent in inuentarij confectione.*
2 *Comminatio habet vim cuiuſdam peremptorii.*

1 Citandi † denique erunt ad inſtantiam hæredis creditores,& legatarij exiſtentes in loco ad cōparendum tali die, hora,& loco ad videndum confectionem inuentarij,q talis hæres intendit facere de bonis, rebus, iuribus & actionibus debitorum,& creditorum talis hæreditatis per ſe vel per procuratorem eorum; cum comminatione, q ipſis non venientibus nihilominus hæres procedet ad inuentarij confectionem.Ang.in l.1.§.hæc ſtipulatio, col.3.verſ an
2 te autem.ff.ſi pluſquam per l.Falcid.ſubdens q † huiuſmodi comminatio eſt vtilis,quia habet vim cuiuſdam peremptorij vt ſolet notari in l.tres denuntiationes.C.quo.& quan iud & ideo,q in vocatione debet apponi & dies & locus,ne alias vocatio vti perfunctoria & obſcura,allegetur nulla.l. aut qui aliter §.1.q vi aut clam.Bart.in §.ſi enim,col.1.circa finem verſ. & idem dicas,in auth.de hæred.& Falci.& in l.fi in § cum igitur,col.fi.in princ.C.de iure delib.Bald.col 6. & iſtud probat tex.in §.ſin autem dubius,in verbo cæterorum, iuncta gl.ſuper illo verbo,quam Doc.notant.ſequitur Iaſ.in d.l.fi in prin. col.3.verſi.5.requiritur.Bal.in conſ.265.in princ.vol.3. Abb. in conſi.73.col.2.vol.2.Porcel.in tract.de inuent.c.2 num.4. Ang.in §.extraneis,col.1. Nec habet obſtare, q de citatione creditorum non reperitur tex. qui faciat mentionem: quia reſpondetur,q idem de creditoribus dicit gloſ.in verbo cæterorum,in d.l.fin.§.ſin autem dubius quæ ſecundum Alex.ibi in princip.d.l.col 6 in verbo in eadem,eſt magis † communiter approbata,qui ſubdit idem tenere gl.in §.ſancimus,in verbo fideicommiſſarius,in auth.de hær.& Falcid.nam ſi requiritur citatio legatariorum,qui tractant de lucro,vt in dicto.§. ſancimus.multo magis creditorum, qui tractant de damno. Alc.in conſ.33.nu.7.in 3.tomo.

S V M M A R I V M.

1 *Citatio vnica ſufficit in confectione inuentarii,etiamſi non dicatur,& peremptorie.*

1 In ipſa que † confectione inuentarij ſufficit vnica citatio creditorum,& legatariorum,teſte Bal.in l.fi.§.cum igitur,col.5.verſi.item an ſufficiat.C.de iure delib.cum nō fiat proprie ad lites, ſed ad intereſſendum certo actui quaſi extraiudiciali,arg.no.in cle.1. de hære. Angel.in l.1.§.hæc ſtipulatio,col.5.verſi.& credo q ſufficiat ff.ſi pluſquam per l.Falc. vbi dicit ſe credere q ſufficiat vna requiſitio etiamſi non ponatur verbum,& peremptorie, conſiderato q iudex nullam habet ferre ſententiam, ſed tantummodo coram eo debere explicari actio inuentarij.Iaſ.in d l.fin.in princ.col.3.verſ. Idem adde.Guid.Pap.in conſi 160.in princi. Vital.in trac.clauſ.in verſ.Nil notari inueni.contec. penden. columna decima, in fine, verſiculo, & ſufficit. Paris de Puteo tractatu de feud. reintegra. folio nulli 123. numero quarto.

S V M M A R I V M.

1 *Citatio ad domum ſufficit.*

1 Quæ quidem † citatio ſufficit, q fiat ad domū vt per glo in §.illo adiecto, in verbo agentes,in auth.de hæred.& Falcid. vbi dicit, q mittetur ad domum,vt aut veniat vocatus, aut alium per ſe mittat.argu.l Item ait prætor.§.penult.& fi.quib. ex cau.maio. & l.primæ,in fi C.de aut.præſtan.Porcel.in tract.de inuent.c.2.nu.4. dixi in conſi.73 nu.21.vol.2 Bal in conſ.145.in princi.volu.4. Ang.in § hæc ſtipulatio,col 5 verſ.ſufficiat ergo. ff. ſi pluſquā per l.Falci.Sali.in dicta.l.fi §.ſin autem dubius, col.3. circa finem verſicu. ſed tunc quæro. Bal. in auth. ſed cum teſtator, verſicu.quæro.

S V M M A R I V M.

1 *Citatio debet fieri nominatim,ſi creditores & legatarii ſint certi.*
2 *Item ſi ſint incerti,ſed de facili poſſunt certificari.*
3 *Citatio per proclamata ſufficit,ſi omnino ſint incerti.*

1 Fierique debet † nominatim citatio, ſi ſunt certi creditores,vel legatarij. Abb.in conſi.73.col.2.vol.3.Bal.in d.§.cum igitur,col.4 ver. quæro ergo.vbi etiam Bart.in fi.col.verſ. erit ergo forma Iaſ. col.3.Dec.in conſi.633.col.2.& in conſ.251.col. pe. in fi.Bar. in §.ſi enim,in auth.de hære.& Falci.quam opinionem vti veriorem † & communem, ſequitur Alexand. in dicta.l. fina. in princ.col.penult. Pau.de Caſt.in conſi.205. in fi.ſecundum antiquam impreſſionem.Craue. in conſi.225 col.1.in conſilio 89 in fi.vbi dicit ſequendo Alex. iſtam partem veriorem, & communem Moder.in tract. de inuent.c.2 Bal.in conſilio 145.in princ.vol.4.& in conſi.63. vol.3. Ang.in §.extraneis,columna 1.Natta in conſi.214.nu.15.vbi etiam dicit,q ſicut nominatim citatur ad videndum inchoari inuentarium, pariter debent citari ad videndum illud perfici,per iura ibi per eū
2 citata.Item † ſi ſunt incerti & de facili poſſunt certificari.Dec. in dicto conſi.251.col.fi.in princ.Iaſ col.3 in d.l.fi.in princip. Lofred.in conſi.32 nu 8.verſicu fortius de prædicto.Abb.in conſi.73.col.2.vol.2.Craue.in conſi.225.colu.1.in fi. Secus ſi
3 omnino incerti, † quia ſufficit eos citare per proclama.Bal.in cōſilio 265 col. 1.vol.5.Docto.omnes vbi ſupra.Ang.in l.1.§ ſtipulatio,col.5.ff.ſi pluſquam per l.Falc.Docto. in locis de quibus ſupra.& licet Bar.in cōſi.154.col.2.in princ.aliter teneat, eius ſententia communiter impugnatur. Salic.in dicta.l.fi.§. ſin autem dubius,col.3.in fi.verſ.quæro ad quē locum. Guid. Pap in conſ.160.in princip. vide Marſi.in ſing.259 Maran.in Spec.ſuo aureo,in primo membro 6. par.nu.82. vſq; ad 97. Ripa in l.rem,quę nobis,nu.44.de acquir poſſ & in tit.de fide inſtru.reſpōſo.1.nu.3.Hercul.in trac.quis teneatur probare negatiuam.nu.242.

S V M M A R I V M.

1 *Creditor infans in confectione inuentarii citatur per tutorem.*
2 *Cautus ſis cum litigas cum infante, vt facias omnes actus iudiciales formare in perſonam tutoris.*
3 *Infantes & furioſos prohibet lex ſimpliciter in ius vocari.*
4 *Infans ſi non habet tutorem,ſunt vocandi agnati,& cognati.*

1 Quid † ſi vnus ex creditoribus ſit infans,quomodo citabitur in confectione inuētarij? Reſponde per tutorem ſi habet, per ea quæ notat Io.And.in addit.ad Spec. in tit.de reo.§.1.in addit.incip.Quærit Gofred.vbi inquit,q ſi quis vult conuenire hæredem alterius,prius diligēter debet inquirere ſi eſt infans, & tunc quod non eſt facienda citatio contra ipſum,quod compareat legitime,quia citatio eſt nulla,ſed citare debet tutorem ſuum ſi habet,per l.primam.§ ſufficit.ff.de admin.tuto.Bart.& Caſt.in l.2 ff.de cond.fur. vbi inquit hoc menti tenendum.Affl.in decis.262 col.2. in princip.
2 Bald.in l.donatarium,in fi.C.de acqui.poſ.ubi † dicit quod ſis cautus quando litigas cum infante, vt omnes actus iudiciales facias formare in perſonam tutoris. ſequitur Alex.in addi. ad Barto.in dicta.l.2.ff.de cond.furt. Alex in l.ſi ex legati cauſa,col.penul.verſi ſi autem eſſet infans.ff.de verbo. obli.text.
3 eſt in l.ff.de in ius vocan.vbi † ſimpliciter prohibet infantes, & furioſos in ius vocari.& ibi Ang.& Iaſ.Tiraquel. in tracta. de retract.§.1.in glo.de retract.lignagier.numero 20.& 51.Si
4 vero † non habet tutorem,debent citari agnati, & cognati, iuxta no.per Bal.in c.1.de milite Vaſ.qui cont. eſt. Affl.vbi ſup. vbi aiunt q ſi infans nō hēt tutorē q citādi ſunt agnati vel cognati ad eū defendēdū.Pau.de Ca.in l.q̄ pupillū.ff.de tu tud.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Pupillus ſufficit, quod ſimpliciter citetur in confectione inuentarii, quia in-
telligitur citatus, vt legitime compareat per ſe vel per procuratorem.*
2 *Pupillus ſolus non debet citari, ſed tutor ſi habet, alias coniuncti, & ami-
ci citari debent vt pupillus reddatur contumax, adeo vt contra eum poſ-
ſit procedi ad primum decretum.*
3 *Tutor pupilli ſi citatus eſt, & non comparet, alii citandi ſunt.*

Sed quid dicendũ, quando nõ eſt infans
1 †ſed pupillus, an ſufficiat ſi citetur ad cõfectionem inuenta-
rij. Barto. in l. prima. §. ſufficit. ff. de adminiſt. tut. videtur dice-
re, quod ſufficiat ſola citatio pupilli, quia intelligitur, vt com-
pareat per ſe vel per procuratorem. l. prima. C. de procurat.
Idem Barto. in l. & habet. §. ſi pupillus, circa fi. ff. de tutel. Iaſ. in
l. prima, columna tertia, verſiculo vltimo nota. ff. de in ius vo
can. vbi poteſt citari, quod legitime compareat. Sed in con-
2 trarium eſt, † communis opinio, quod imo debet citari eius
tutor, vt inquit Pau. de Caſtro in l. 2. ff. de cond. fur. vbi inquit
ſe habuiſſe in practica hũc articulum, & quod procuratores,
& Aduocati videntur tenere contra Barto. vbi ſupra, quia pu
pillus ſine tutore non habet legitimam perſonam ſtãdi in iu
dicio. Ideo non debet citari ſimpliciter tex. eſt in §. illo iun-
cta glo. in verſi. ætas in authent. de hæredi. & Falcid. ſimo. in l.
contra pupillum. ff. de re iud. vbi ait, quod de facto fuit deci-
2 ſum †quod debet citari tutor ſi habet, alias debẽt citari ami-
ci & coniuncti, vt pupillus reddatur contumax, & ſic poſſit
procedi contra eum ad primum decretum, per tex. in l. hęc au
tem § primo ex quib. cau. in poſſ ea. Idem concludit Maran.
in tract. iud. in quarta parte, in decimaſexta diſtinctione, nu-
3 mero vigeſimoquinto, vbi, quando pupillus habet tutorem,
debet iudicium agitari cum tutore, etſi non habet, debent ci
tari coniuncti, vt conſtituatur in contumacia, alias citatio ſo
lus pupilli non valet. dicto §. primo ſubdens poſt alios ibi p
3 eum citatos † communiter ita teneri reprobata opinione Bar
to. in dicto §. ſufficit. & ita in terminis inuentarij concludit
Crauet. in conſilio 225. columna ſecunda, vbi etiam plus vult
columna tertia, circa fin. quod ſi ſunt plures tutores, quod nõ
ſufficiat citatio vnius ſi non comparet, ſed requiratur quod
omnes citentur, per glo. in l. 2. C. ſi ex plurib. tuto.

S V M M A R I V M.

1 *Citatio ſola adulti ſufficit, quia intelligitur citatus, vt legitime compareat
cum curatore.*

1 Scias tamen, †quod in adulto ſufficit citatio ſua vt voluit Pau de Caſtro in l ſecun-
da. ff. de cond. furt. vbi concludit, quod ſufficit ſimpliciter, quod
ipſe citetur, tamen quod debet comparere cum ſuo curato-
re; alias ſi actor vellet, poterit illum repellere Bal. in dicta. l. fi.
in princip. C. ſi prop publ penſita. vbi quando citatur adultus
ſufficit eum citare, ut legitime compareat. in l. prima. C. qui
p[illegible] to. in l non eo minus, in fi. C. de procurato. Barto. in l. j.
§ [illegible]fficit. ff. de adminiſt. tutn. Dec. in conſilio 549. ubi idem
dicit. ſubdens, quod legitime comparere dicitur quando cõ-
pareat cum curatore, & quod ſi ſine eo compareat, iudicium
eſt nullum Rurſus in conſilio 509 columna finali, vbi etiam
a[illegible] quod citatio ſimpliciter facta, intelligitur, vt legitime cõ-
pareat, ut per glo. in l. ſi minor. ff. de bon auth. iud. poſ. Iterum
in [c]onſilio 449 columna ſecunda, in fi. Alexan. in l. ſi ex legati
c[illegible] ff. de uerborum obligatio. Card in clem. religioſus, quę-
ſtione quinta, de procur. ſi tamen habet curatorem certum
ille poterit citari gloſ. in uerbo ætas in authentica, de hære-
ditate, & Falcid.

S V M M A R I V M.

1 *Creditores vel legatarii ſi abſunt, loco eorum dicunt adhiberi alii tres teſtes
bonæ opinionis, & famæ.*
2 *Locupletes ſubſtantiamque idoneam poſſidentes in loco inuentarii debent
eſſe teſtes.*
3 *Subſtantia idonea, quæ dicatur.*
4 *Teſtes, qui requiruntur in confectione inuentarii loco creditorum vel lega-
tariorum abſentium, nullo modo ei adeſſe debent, ſi nulli ſint creditores,
vel legatarii.*
5 *Citatio legatariorum, vel creditorum non requiritur in confectione inuen-
tarii, ubi nulli ſunt legatarij vel creditores.*
6 *Creditores vel legatarii, quando dicunt nolle interuenire in inuentarij con-
fectione, ſufficiunt duo teſtes.*

1 Quid faciendum ſi † creditores, vel legatarij eſſent abſentes?
Dic, quod vltra alios teſtes de quibus ſupra tres alij teſtes ad-
hiberi debent, qui ſint bonæ opinionis, & famæ eiuſdem ciui
tatis vel loci, in præſentia quorum deſcribatur inuentarium.
ita Barto. in l fi. §. cum igitur, columna fina. verſicu. Item ad-
hibeantur. tres alij teſtes C de iure delib. vbi etiam Alexand.
ibi in princip dictæ legis, columna ſexta, verſicu. in gloſ. verſi.
cæterorum. & Iaſ. columna tertia, in fi. verſic. octauo requiri-
tur. § ſi vero abſunt, in princip. in auth. de hæred. & Falci. Bal.
in conſilio 265. verſi. Item requiritur, volumine tertio, & in
conſilio 145 in princ volumine quarto, vbi dicit citandos eſ-
ſe creditores, & legatarios, & quod loco abſentium debent
interuenire tres teſtes notos, ſicque duo teſtes, vt probent, &
tres vt eorum præſentia repleatur creditorum, & legatariorũ
abſentia. & ſic ſunt neceſſarij quinque teſtes. Iterum in con-
ſilio ſexageſimotertio, volumine tertio, Dec. in conſilio 633.
col. penult. in fi. verſi. octauo. Angel. in l prima. §. hæc ſtipula-
tio, columna quinta, uerſic. ſufficit ergo. ff. ſi pluſquam per l.
Falcid. Puteol in tract. de inuent. capitulo ſecundo, numero
quarto, Guid. Pap. in conſilio 129. verſicu. ex alio, & in conſi-
lio 160. verſiculo quarto, Barto. in conſ. 154. in fi. Vital. in tra-
cta clauſ. in verbo, Nil nouari inuent. confec. pend. columna
2 nona, verſicu. Idem debent adhiberi. Et ſciendum eſt, † quod
dicti tres teſtes debent eſſe locupletes & ſubſtantiam poſſi-
dentes §. ſi vero abſunt, iuncta glo. in verbo ſubſtantiam an
autem de hæred. & Falcid Barto. in dicto conſ. 154. in fi. et in
§ ſi enim in auth. de hæred. & Falcid. & in d. l. fi. §. cum igitur
verſicu. Item adhibeantur Bald. in dicto conſilio 145. in prin
cip. Pract. Pap. in for. lib. quo. pet. hæred ex teſta. in verbo pu-
re. circa fi. Vital ubi ſupra, dixi in cõſ. ſeptuageſimotertio, nu-
mero vigeſimoquarto, volumine ſecundo, Natta in conſilio
332. num quinto. Quæ quidem ſubſtantia requiritur, quod
ſit idonea pro motu iudicis, ſecundum gl. in dicto verbo ſub
ſtantiam, & ibi Ange. columna prima, quæ pro hoc allegat. l.
1. §. fi. de iure deliberan. & l. decurionibus. C. de Epiſc. audien.
3 † quam tamen ſecundum arbitrium eius exiſtimabit idoneã
iudex ſi habeant tantum quantum id ſuper quo poteſt eſſe
quæſtio, vel ſi ſit par iniuncto oneri. §. Item propter pauperta
tem, inſtit. excuſa. tuto. Quam equidem ſubſtantiam habere
debent in loco confectionis inuentarij, vt tradit Salice. in di-
cta. l. fi §. ſin autem dubius, columna tertia, ver. oppone quar-
to Pract. Pap. ubi ſupra, & in d. conſ. meo 73.
4 Notandum tamen eſt, quod † vbicunque nulli eſſent lega-
tarij, vel creditores tunc ſemper ſufficiunt duo, quia alij tres
requiruntur ſolum in locum creditorum, & legatariorum ab
ſentium, ita Ange. in l. j. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi plus quam per l.
Falcid. in octaua columna, verſi. de ſexto conclude. Vital. ubi
ſupra columna ſeptima, verſi. unde ſi eſſet. pro cuius confir-
matione facit, quod ſcribit Ang. in dicto §. hæc ſtipulatio, co-
5 lumna quinta, in fi in verſ. ſaluo. vbi inquit, quod licet creditores
vel legatarij debent citari, tamen id locum non habet,
ubi nulli ſunt, quia tunc non intereſt eos citari, ergo & idem
in caſu præſenti. Item & quando ipſi dicerent ſe nolle adeſſe
inuentario. § ſi vero abſunt, in auth. de hæred. & falcid. ibi, ut
ſi forte præſentes legatarij omnes, aut quidam conteſtatione
6 ſibi præmiſſa noluerit venire nec adeſſe inuentario † tunc
enim licentia erit hæredi etiam non aduenientibus legatariis
contentum eſſe teſtium præſentia, & facere deſcriptionem,
qui teſtes duo eſſe debent ſecundum glo. ibi in verſi. teſtium
in odium non interuenientium, & ſecundum Docto. ibi An
gel. in dicto § hæc ſtipulatio, columna quarta, verſi. illi enim
tres. ubi inquit, ipſos tres teſtes adhibentur eſſe continuo,
quando aliquis ex legatariis, vel creditoribus abſunt, ſed non
per veram contumaciam, & in col. 8. ver. de ſexto. Iac. de Bel.
in d. §. hinc nobis, col. 2.

S V M M A R I V M.

1 *Notarius rogatus de inuentario non computatur in numero teſtium.*

1 Notarius, qui debet eſſe † rogatus de inuentario,
non computatur in numero trium teſtium, qui adhibentur
loco creditorum, & legatariorum abſentium, ita Alexan. in l.
fina. columna ſexta. C. de iure delibe. Et ratio eſt, quia vbi agi
tur de probando actum per inſtrumentum, tũc non compu-
tatur tabellio in numero teſtium. l. hac conſultiſſima, cum gl.
C. qui teſta. fac. poſ. vbi etiam Docto. Alexan. in conſilio 146.
columna ſecunda, verſicu. nec ad hoc obſtat, volumine ſecũ
do Homod. in conſilio ſexageſimoſexto, columna tertia, cir-
ca fi. verſicu. præterea quando Pau. de Caſtro in conſilio ici.
colum. 2.

columna ſecunda, ſecundum antiquam impreſſionem. Dec. in conſilio decimoſeptimo, columna fina. Paris. in conſilio trigeſimoquarto, numero quarto, volumine ſecũdo, & hanc
† eſſe † communem Doctorum ſententiam dicit Alex. in conſil. 153. circa fi. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Creditores & legatarij abſentes ſi non ſunt in ciuitate, ſed intra iuriſdictionem, ſunt citandi ad domum, uel per procuratorem; ſin autem extra iuriſdictionem, nequaquam.*

1 Nunquid creditores, † vel legatarij abſentes veniant citandi? Bald. in auth. ſed cum teſtator, columna quinta, verſi. quæro nunquid abſentes. C. ad l. Falcid. eſt in hac ſententia, quod non, niſi ad domum ſolitæ habitationis intra eandem prouinciam, & forma citationis erit ea de qua in § hinc nobis, in ver. agentes, in aut. de hær. & Fal. videlicet, vt veniãt vel mittant. argu. l. item ait prætor. §. penultimo, & fin. ex quibus cau. maio. Ang. in l. 1. §. hæc ſtipulatio, columna quinta, verſi. & attende. ff. ſi pluſquam per l. Falcid. inquit, quod ſi creditores, vel legatarij ſunt abſentes a ciuitate, non ſunt requirendi, quoniam de præſentibus tãtum loquitur tex. in dicto. §. hinc nobis, & ibi glo. in verbo agentes Ang. etiam in dicto §. hinc nobis, columna prima, verſi. & quod requiratur, ait ſufficere citare procuratorem, cum dominus in ciuitate non reperiatur, ſed ad inuentarium accedere non poteſt. Sali. vero vltimo loco in l fi. §. ſin autem dubius, columna tertia, in fi. verſicu. ſed tunc quæro. C. de iure delibe. concludit, quod ſi ſunt certi creditores, vel legatarij, debent citari ſpecialiter in perſonam, vel ad domum, abſentes autem ibi non habitantes vel incerti per proclama. Credo has opiniones poſſe ſic concordari, videlicet quod ſi quærimus, an creditores vel legatarij, qui ſunt abſentes a loco inuentarii conficiendi, ſed intra eandem iuriſdictionem debeant citari. & tunc dicendum eſt, quod ſic, & quod iſto caſu procedat ſententia Bal. de qua ſupra, & Ange. in dicto. §. hinc nobis. quam ſententiam amplectitur Alber. de Roſa. in l. fi. §. ſin autem dubius, in fi. C. de iure delib. Lofred. in conſilio 3 a numero octauo, vbi inquit, quod quãdo creditor non eſt in ciuitate, ſed in alio loco, qui tamen ſit ſub eadem iuriſdictione, tunc debet citari, quia non aliter abſens & quod verbum ciuitas, de quo in § ſi vero abſunt, in dicto, auth. de hæredita & Falcid. capitur pro iuriſdictione Iacob. de Beluiſ. in dicto. § hinc nobis. columna quinta, verſic. quæritur 2. Aut vero quærimus de abſentibus extra territorium, & tunc militet opinio Angel in dicto §. hæc ſtipulatio, per tex. in d. §. hinc nobis, qui clarus eſt. dico tamẽ, quod ꝑ cautela poſſet fieri proclama iuxta no. per Sali. vbi ſupra, quæ ita intelligendum fore exiſtimo, & non aliter.

SVMMARIVM.

1 *Creditoribus comparentibus, & contradicentibus confectioni inuẽtarii libellus offerri non debet.*

1 Modo quæritur, nunquid † comparẽtib. creditoribus, & contradicentibus debeat offerri libellus? Reſponde, quod non, ſecundum Bald. in auth. ſed cum teſtator, columna penultima, verſic. quæro nunquid comparentibus. C. ad l Falcid. Et ratio eſt, quia nihil petitur ab eis, vt no. in rubrica, de inter. actio.

SVMMARIVM.

1 *Creditores citati ad confectionem inuentarii, & qui non comparuerunt, ſibi non præiudicant quo ad creditum eorum.*

1 Quid ſi creditores citati † non comparuerũt in confectione inuentarii, an ſibi præiudicauerint, quoad creditum eorum? dic quod non, quia licet in confectione inuentarii, vt ſupra dictum fuit, citandi ſint creditores, tamen iſta citatio non fit ad alium effectum niſi, vt interueniant in ipſa confectione ne decipiantur, & vt videant an aliquid de hæreditate ſurripiatur, ne exinde hæreditas non ſit ſoluendo, ut nota. in §. ſi vero abſunt, in verſiculo, quærentibus forſan, in authenti. de hæredi. & Falcid. ergo concluditur, quod ſi creditores non comparuerint, non tamen illis præiudicaret quo ad ipſorum creditum. Alcia. in conſilio 53. numero ſeptimo, in tertio tomo.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium nocet uocatis, aliis uero non præiudicat.*

1 Quid ſi aliqui ſint citati, † & alij nõ, nunquid inuentarium valebit quoad citatos & ipſis præiudicet?

Prima facie dicendum videretur, quod non, quaſi non ſit ſeruata l. ſina. C. de iure deliberan. & forma tradita in §. hinc nobis, in authen. de hæredi. & Fal.

In ꝯtrium eſt veritas, quia citatio citato ſemper præiudicat, & non citatis non præiudicat, l. prima. §. cum dicuntur. ff ſi pluſquam per l. Falcid. nam quoad citatos omnia ſunt ſolemniter acta. l. ſi deſerta. C. ſi prop. publ. penſita. Bald. in l. fin. in §. cum igitur, columna quarta, verſiculo, ego credo, ubi etiam Caſtr. columna octaua, verſicul. quartum eſt. Iaſon in princip. dictæ l. columna tertia, verſiculo. Item adde C. de iure deliberan. Bal in authen. ſi omnes, columna ſecunda, verſiculo, ex hoc ego infero. C. ſi ut ſe ab hæredita. abſtin. vbi inquit, quod quidam fatuus iudex dixit, quod inuentarium nullo modo valebat, quaſi omiſſa forma ſolemnitatis legalis, quod non eſt verum, quia quoad citatos eſt ſeruata forma & ſolemnitas iuris, unde etiam concludit, quod ſi hæres eſt in integrum reſtitutus aduerſus aditionem hæreditatis aliquibus citatis, & alijs non, quod ea valebit aduerſus citatos, ſed quod abſentibus non præiudicabit. Crauet. in conſilio ducenteſimouigeſimoquinto, numero ſeptimo, Porcel. in tractatu, de inuentar. capitulo ſecundo, numero quarto, Barto. in conſilio centeſimoquinquageſimoquarto, columna quarta, circa finem & in § hinc nobis, col. ſecunda, verſiculo, ibi fiat, in authen. de hæredi. & Falcid. ubi dicit, quod inuentarium valebit quoad citatos, ſicut dicimus in ſententia, quæ ſi fertur partibus non citatis, non valet, & tamen ſi agatur contra duos & vnus citatur in pronunciatione, alter vero non, ſententia valet quoad citatum, licet non quoad alium, ut eſt caſus in l. de unoquoque. ff. de re iudic. l. non idcirco. ff. de iudic & in capitulo, cum ſuper, de ſenten. & re iudi. Bald. in authen ſed cum teſtator, columna ſecunda, in fine. C. ad l Falcid. Vital. in tractatu clauſul. in verbo, Nil nouari inuentar. confectio. penden. columna decima, verſiculo, ego credo.

Non obſtat text. in dicto §. hinc nobis, in verſiculo, conuocare omnes legatarios & fideicommiſſarios, quia reſpondetur, quod etſi ille textus dicat, quod oporter hæredem ſi non uult damnificari, ſed etiam lucrari, conuocare omnes legatarios, & fideicommiſſarios, tamen non dicit, quod ſi fuerint aliqui citati, & aliqui non, quod præiudicet citatis, & ita textũ præallegatum intelligit Bald. in auth. ſed cum teſtator, col. 2. in fi. verſ. tu dic.

SVMMARIVM.

1 *Executores citandi ſunt in confectione inuentarii.*

Quid dicẽdũ de executoribus?

1 † Videtur, quod non, quia ipſi non ſunt legatarij neque creditores. l. ſi quis Titio, de legatis ſecundo. tu vero contrarium teneas, quia gerunt rem legatariorum, præſertim incertorum; vt pauperum. l. nulli. C. de epiſc. & cleric. ergo ſunt citandi. l. ſancimus, in auth. de hæred. & falcid. ita Bal. in conſilio 265. vol. tertio.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes, Prælati uel exiſtentes in Magiſtratu, uocandi ſunt ad confectionem inuentarii.*

1 Nunquid vocandi ſint † ſacerdotes, & Prælati vel exiſtentes in Magiſtratu ad confectionem inuentarii? Angel. in l. prima. §. hæc ſtipulatio, columna ſexta, in principio, verſiculo, ſolum ergo reſtat videre. ff. ſi pluſquam per l. falcid. dicit eſſe caſum, quod ſic, in §. ſancimus, in authentico, de hæredi. & falcid. ſubdens ſe credere, quod etiam poteruſit requiri per iudicem laicum, quia illa requiſitio non fit ad finem, vt litigetur, nec ut requiſiti compellantur venire, ſeu tantummodo, vt veniant ſi nolunt, & ſi eorum putauerint intereſſe, vt in dicto. §. ſancimus, & quod non obſtat cap. ſi diligenti, de foro comp. quia dicta uocatio fit ad eorum commodum, ſi tamen ſuperioris prælati requirendi copia faciliter

ciliter poteſt haberi, tutior via eſt, ꝙ index laicus coram quo inuentarium debet confici, ſcribat illi ſuperiori quod moneat & requirat illum prælatum, vt ſi ſua intereſſe putauerit, compareat coram ſuo iudice ad videndum confectionem inuentarij prædicti. Hæc eſt enim generalis forma atque doctrina vbicunque index vult requirere non ſubiectum vt ſcribat iudici iuriſdictionem habenti ſuper illum nõ ſubiectum in forma prædicta, vt not. in l. omnes. §. ſi vero appatitor. C. de epiſco. & cler. ſi autem de facili non poteſt haberi copia ſuperioris dicti prælati, ſufficiet vocatio prædicta, quia vim habet & obtinet cuiuſdam denunciationis., quæ extra indicium fieri poteſt. Idem reperio tenuiſſe Ange. in §. ſi vero expreſſim, col. 5. in ſi. vbi ponit formam inuentarij, in Auth. de hæredi. & Falcid. in uerſic. quarto fiat citatio, vbi ſic inquit. Quarto fiat citatio de epiſcopo ad hunc modum, die tali talis menſis index ſedens pro tribunali conceſſit hec etiam tali baiulo præſenti & intelligenti notificandi perſonaliter vel ad domum eius epiſcopatus domino Epiſcopo patri pau perum, quomodo domina A. hæres teſtamentaria olim. M. intendit conficere & perficere inuentarium de bonis, rebus, creditis & oneribus hæreditatijs dicti. M. & ideo ſi ſua crediderit intereſſe, compareat per procuratorem legitimum die, hora tali, alias ad inchoationem, factionem, & perfectionem procedetur, eius abſentia non obſtante, Paris de Put. in intract. de feu. reinteg. folio mihi 123. nu. 4.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium ſecundum communem ſufficit, ꝙ ſit ſcriptum manu publici notarij, & non plurium.*

2 *Differentia non eſt quoad validitatem teſtamenti, licet ſecus quoad probationem, an ſit ſcriptum manu publici notarij, an priuati.*

3 *Inuentarium quod ſcribatur manu publici notarij, eſt de forma, adeò quod eius omiſſio redderet inuentarium nullum.*

4 *Et in tantum hoc eſt uerum, quod etiam ſi eſſet ſcriptum manu defuncti coram teſtibus, illud non valeret.*

5 *Inuentarium originem aſſumere debet in perſonam hæredis.*

1 Quia de ſubſtantia † inuentarij requiritur quod ſcribatur manu publici notarij, quæritur an ſub præſentia duorum tabellionum, an vnius tantum ſcribi debeat? tex. in l. ſi. §. ſin autem du bius, in verſicu. ſub præſentia tabellionum. videtur requirere plures notarios, cum loquatur in plurali, per regulam. l. ubi numerus. ff. de teſtibus, tamen glo. ibi tenet ꝙ ſufficiat unus notarius: quia pluralitas reſoluitur in ſingularitatem. quam glo. ibi ſequuntur Odoſ. Bar. Bal. Alber. de Roſa. Pau. de Caſt. Alexan. necnon & Saly. in uerſic. oppono tertio. ubi dicit falſum eſſe, quod pluralitas tabellionum requiratur, quia cum tabellio ſit publica perſona, cui fides adhibenda eſt in inſtrumentorum ſuorum confectione, vnus ſolus ſufficere debet, §. ſi quis igitur, in Auth. de fide inſtru. Spec. in titu. de inſtru. edi. §. ſi. verſ. quid ſi hæres. Bald. in conſ. 145. in prin. volum. 4. Nepos a Monte Alba. in tract. de excep. arti. 17. nu. 2. Ange. in §. extraneis, colum. 1. inſtitu. de hære. qual. & diffe. Guid. Pap. in tract. de inuent. col. ſi. verſ. vlterius quæro, & in deciſ. 160. nu. 4. Porcel. in tract. ſuo etiam de inuen. c. 2. colum. 1. verſ. 3. requiritur. Gubel. Bened. in rep c. Raynutius, in uerſicu. mortuo itaque teſtatore, num. 404 Iaſ. in princ. d. l. colum. 2. verſi.
2 quarto requiritur. vbi inquit, † quod licèt in teſtamento quoad eius validitatem non quoad eius probationem, non ſit differentia an ſit ſcriptum manu publici notarij an priuati
3 hominis, vt in l. publicati. C. de teſtamen. tamen hic † pro forma requiritur quod inuentarium ſcribatur manu publici notarij. Dec. in conſi. 633. verſi. quinto requiritur, Vital. in trac. clauſ. in verſicu. Nil nouati inuent. confec. penden. colum. 7. verſi. notarius. Et in tantum pro forma requiritur quod ſcribatur manu publici notarij, quod inquit Bal. in dicta l. fin. in
4 princip. colum. penult. in princip. † quod etiam ſi defunctus dum uiueret coram teſtibus manu ſua propria ſcripſiſſet omnes res ſuas in inuentario, non ſufficeret hæredi. quem ſequitur ibi Caſtren. reputans pulchrum caſum; dicens quod de facili quiſque contrarium dixiſſet, maximè quando defun ctus per paucos dies ante mortem ſuam inuentarium confeciſſet. quod inquit bene notandum Iaſ. ibi, colum. 3. in princ.
5 nam ſecundum Nico. de Matha. vt refert ibi Bald. † inuentarium originem aſſumere debet in perſonam hæredis, & non defuncti. ſequuntur Dec. in citato conſil. 633. in uerſ. quinto requiritur, in ſi. & Porcel. ubi ſuprà, cap. 2. verſi. ex quibus infertur. dixi in conſi. 73 num. 10. Bal. in auth. ſed cum teſtator, colum. penul. verſi. quæro quot tabelliones. C. ad l. Falci. Gul. Bened. ubi ſupra, num. 403.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarij pars non poteſt ſcribi per vnum notarium, & altera per alium niſi propter rerum abſentiam, vel latè diffuſum patrimonium, vel quando ijdem teſtes, & tabellio adhiberi non poſſunt.*

1 Quid autem ſi inuentarium immineat faciendum ab hærede, nũquid † vna pars inuentarij poſſit ſcribi per unum notarium, & altera per alium? glo. in verbo inuentarium, in ſi. in §. ſi uero abſunt, in Auth. de hæred. & Falcid. tenet quod idem tabellio uſque ad finem adhiberi debet, & illimet teſtes. quam glo. ibi ſequitur Iacob. de Beluiſ. in 5. colum. verſic. quærit quinto argu. §. j. in Auth. de Tabel. & Ang. ibidem, in verſ. ſuper glo. j. Bal. in l. ſi. in §. cum igitur, colum. 5. uerſ. ſed nunquid, per l. primam, de ſportul. niſi propter rerum abſentiam, vel late diffuſum patrimonium. arg. l. propter. C. in qui. cau. tut. dat. Luc. de Pen. in l. j. C. de cano. frumen. Vrb. Romæ. col. penul. in prin. lib. 11. vbi inquit, iſtud quidem procedere quando iidem teſtes & tabellio adhiberi poſſunt, ſecus quando haberi non poſſunt, vt quia iuſtè impeditus fuit tabellio ſecundũ Ang. ubi ſupra, quia tunc poterit expleri per alium, vt no. in l. 1. ff. de off. conſu. & per Inno. in c. quoniam contra, ſuper glo. de proba.

SVMMARIVM.

1 *Notarius rogatus eſſe debet de inuentario.*

2 *Notarius ſecundum communem non præſumitur rogatus.*

1 Item opus eſt † quod notarius ſit rogatus, ut colligitur in d. l. ſi. §. ſin autem du bius, ibi, & iubente ei tabularum. vbi idem etiam tenet Alb. de Roſa. in colum. penul. uerſic. Item opus eſt. & in auth. rogati, in ſi. C. de teſtib. Bald. in d. l. ſi. in §. cum igitur, colum. 5. verſicu. econtra autem, & ibi Alexan. in princ. colum. 6. verſi. & contra intellectum. Vital. in tracta. clauſ. in uerbo, Nil nouan inuent. confec. penden. colum. 7. verſicu. & omnibus ita peractis Nec obſtat, quod glo. in §. nos autem, in Authen. de
2 tabel. dicat, eum præſumi rogatum; † quia in contrarium eſt
† † communis opinio, de qua per Alex. in conſi. 48. volum. 5. in l. ſciendum, col. penul de verb. oblig. Dec. in c. 1. nu. 20. de fide inſtru. dixi in conſ. 44. nume. 36. vol. 1. & Alexan. in conſi. 152. colum. 9. in princ. volu. 2. Pau. de Caſt. in conſi. 205. colum. 1. ſecundum antiquam impreſſionem. Ang. in §. extraneis, col. 1. verſi. tertio requiritur, & col. 3. in prin. §. & hic geſtis. inſtit. de hæred. qual. & differen.

SVMMARIVM.

1 *Notarij plures & quilibet inſolidum poſſunt eſſe rogati de inuentario.*

1 Nunquid † plures notarij & quilibet inſolidum poſſint eſſe rogati de inuentario? Bald. determinat quod ſic in l. ſi. §. cum igitur, col. 5. verſicu econtra autem. C. de iure delib. per tex. in §. ſi uerò abſunt, in glo. in verbo tabularijs, in Auth. de hæred. & Falcid. in tantum ſecundum eum ꝙ poſſunt ſe inuicem tabelliones in teſtes ſubſcribere. arg l. Romanus Apulus. ff. de tut. & cura. dat. ab his. quam glo. ibi ſequitur Iacob. de Beluiſ. in 5. col. verſ. quęritur 3. & Bal. in authen. ſed cum teſtator, colum. 3. in ſi. verſ. quęro pone. C. ad l. Falcid.

SVMMARIVM.

1 *Res mobiles & immobiles reperta in hæreditate defuncti deſcribendæ veniunt in inuentario.*

1 De forma & ſolennitate inuentarij requiritur † qd̃ eo deſcribantur oẽs res mobiles & immobiles repertę in hęreditate. l. ſi. §. ſin autem dubius. C. de iu. delib. ibi, ſuper his rebus quas defunctus mortis tempore habebat. Bal. ibi. in §. cũ igitur, col. 4. verſ. quęro requiritur. & Pau. de Caſt. col. 1. verſ. fiat inuentarium. & Iaſ. ibi, in princ. d. l. col. 2. verſi. 3. requiritur. Abb. in conſi. 73. colum. 4. in prin. vol. 2. Dec. in conſ 633. colum. pen. in verſic. 4. in inuentario. Gulie. Benedic. in repet. c. Raynutius, in verbo, mortuo itaque teſtatore, il 1. nu. 400. de teſta. Natta, in conſi. 574. & 575. dixi in conſi. 73. num. 43. vol 2. Porcel. in trac. de inuen. c. 3. in princi. Ang. in l. 1. §. hæc ſtipulatio, col. penul. verſicu. ultimo ſcias. ff. ſi pluſquam per l. Falcid. Vital. in tract. clau. in verbo, Nil nouari inuen. confec. pend. col. 9. in princip.

SVMMARIVM.

1 *Immobilia deſcribenda ſunt in inuentario,ſaltem cum duobus confinibus*

1 Pariter bona † immobilia deſcribi debent & deſignari ſaltem per duos proximos confines, teſte Abb.in conſ.73 col 4 verſ. & bona immobilia,volu.2.per l.forma.ff de cenſ & nor. per glo. in c.2.de lib. obla.facit tex.ſingu.in l.lia fidei.ff.de iure fiſci. vbi, cum quidam nominaſſet fundum nullis adiectis demonſtrationibus ex quibus colligi poſſet de quo loqueretur,legiſlator ibi, dicit, maiorem fraudem excogitaſſe, quia non tantum legem circumuenire voluit,ſed etiam interpretationem legis,cum diuerſitas rerum obſcurum faciat.Spec.in titu. de inſtru.edi. §.fi.col.pen.in forma inuentarij,ibi,in primis quidem aſſeruit ſe inueniſſe in dicta hæreditate vnam domum poſitam in tali loco,eius confines,& cætera ponendo Porcel.in tract.de inuent.c.3.in prin. & in col.fi.in forma inuentarij. Natta,in conſi.574 num.5.& in conſ.ſequenti, nu.5. dixi in conſ.73.nu.45. cum ſeq. vol. 2. Ang.in l.1 §. hæc ſtipulatio,col.pen. verſ.vlti. ff ſi pluſquam per l.Falc.Vital.in tract.clauſ.in verbo, Nil nouari inuen confec.pend.col.9.in prin. Accedant not.per Bar. in l.tutor qui repertorium,col.2.verſ.quæro qualiter res.ff.de admi.tu.inquit, ꝙ tutor in inuentario debet deſcribere omnes res per ſigna,latera & confinia,ſicut in libello poneretur, vt no.in l.ſi rem.ff de rei vendi. Pract. Pap. in for.libelli rationis reddendę,col.3.verſ.adhuc quæritur.

SVMMARIVM.

1 *Nomina debitorum & creditorum ſunt deſcribenda in inuentario, & etiam ſi ſibi hæredi aliquid debetur,uel ſi hæres ipſe aliquid debeat.*
2 *Verbum rei, cum ſit generale,omnia comprehendit.*

1 Similiter etiam † nomina debitorum & creditorum veniunt per hæredem deſcribenda in inuentario, & etiam ſi ſibi hæredi aliquid debeatur vel debeat,ne confundatur actio in eius præiudicium
2 vel fauorem, nam † iſtud nomen rei,generale eſt,omnia comprehendens.l.j.in fi. ff.ſi eer pet.coniuncta.l fi §.in computatione.C.de iure delibe. vbi loquitur de eo, quod ipſe debet, vel ſibi debetur.lia Ang In l.j.§ hæc ſtipulatio,colum.pen in princ.uerſic.ultimo, ff.ſi pluſquam per l.Falc.quem ſequitur Vital.in trac.clauſ.in uerſic. Nil nouari confec.pend. colum. 9.uerſicu. Tu adde.

SVMMARIVM.

1 *Res depoſita penès teſtatorem uel accommodata ſunt deſcribenda in inuentario.*

1 Ponendæ quoque ſunt in inuentario res alienę, puta † res depoſitatę penès teſtatorem vel accómodatę.Bal.in l.item videndum.§.nunc uideamus,in fi.ff.de pet.hęre.ubi dicit per illum tex fuiſſe conſultum, ꝙ in inuentario debent poni nõ ſolum res propriæ,ſed etiam res detentæ.Ang.in l.ſi de eo.§.ſi fortè. ff.de acqui.poſ. vbi tradit Peruſij fuiſſe conſultum,quod hęc conficiens inuentarium, debet in eo ponere res depoſitas & commoditas teſtatori & in hęreditate ſua repertas. quem ibi ſequuntur Pau.de Caſt.Rom. Alex.& Imo. ubi reputat hoc notandum Bal.in d.l.fi.in princ. col.6.vbi etiam Pau. de Caſt. & Iaſ.col.2.verſic.& an inuentario, ac Corn.nu.19.C.de iure delibe.quia hæres poteſt agere & conueniri petitione hæreditatis ad tales res,per l.non tantum,in priu. ff. de pet. hæred. Dec.in conſi.633.col.pen.verſ.quarto in inuentario. Guliel. Bened. in c.Raynutius, in uerſ. mortuo itaque teſtatore.il 1. nu.400.de teſta. Porcel.in trac de inuent.col.1.in fi ſcripſi in conſ.73.nu.23.vol.2.Ange.à Gambel.in tract.de teſta.gl.112. nu.16 Bal.in notab.ſuis,in verbo,inuentarium quando fit ab hærede. quia licèt tales res non ſint in bonis, tamen ſunt ex bonis.l 2.§.in hac actione.ff.vi bon.rap. Vital in tract.clauſ.in verbo, Nil nouari inuent. confec.penden. colum.15.in prin. Franc.Marc.in deciſ.878.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium hæredis continere debet omnia bona defuncti clarè, & diſtinctè per pondus, numerum, menſuram, qualitatem & quantitatem.*
2 *Declaratio ad l ſi quis intra.C.de bon.proſcrip.*

1 Item requiritur † ꝙ inuentarium contineat omnia bona clarè & diſtinctè per pondus, numerum.menſuram, qualitatem & quantitatem, iuxta tex.in l.ſi quis intra.C.de bon. proſcrip. ubi, in deſcriptione facienda de bonis proſcripti debet apponi pondus,numerus, menſura,qualitas,& quantitas, & gl.ibi,in verbo deſcriptio, dicit notandum eſſe qualiter conficiatur inuentarium, & Ibi Bald.ubi dicit, nota hanc. l.pro inuentarijs conficiendis,ſcilicet ꝙ inuentarium tunc dicitur legitimum quando continet omnia plenè,diſtinctè & clarè,ut colligitur in hac lege,quam ad hoc bene nota. Et inquit etiam ibi Bar. hæc lex docet qualiter res in inuentario ſcribi debent, quam uide & tene menti Vlterius aduertendum eſt,quod Cy.in d. l.extendit eam ad inuentarium cõficiendum per monachos mortuo Priore uel Epiſcopo, & ad inuentarium tutoris, facit quod not Barto.in l fi.C.de magiſtra.conue.ubi inquit,ꝙ In inuen. debent deſcribi res cum circumlocutionibus, quibus poſſunt: quæ non poſſunt intelligi, niſi reſpectu ponderis,menſuræ,numeri,qualitatis & quantitatis? Accedit quod not.Bar.in l.tutor qui repertorium, col.2.verſ.quęro qualiter res.ff.de adminiſt.tuto.vbi dicit,quod omnes res debent ſcribi per ſigna,latera & confinia,ſicut in libello ponerentur, vt dicitur in l.ſi rem.ff.de rei vendi. Pract. Pap.in forma libelli quo agitur ad red.rat.col.3.verſ.adhuc quæritur.tradens,in Inuentario eſſe ponenda omnia Iura corporalia & incorporalia,omneſque res,tam mobiles quàm immobiles per ſigna, latera,& confinia, taliter quod res reddantur certæ, ita quod tutor poſſit pro ipſo inuentario conueniri tempore rationis
2 reddendæ l fina. C. arbit.tute.Nec habet obſtare,quod † d.l. ſi quis intra, loquatur in bonis proſcripti, & in fiſco, quia reſpondetur quod etiam ea locum habet in alijs inuentarijs, ut ſupra dictum fuit, attenta ratione ipſius. l.poſita in verſic.ne quid ſupra,quæ generalis eſt Ratio enim legis vbi iubeſt, magis attendenda eſt quàm legis, d.l.eum pater §.dulciſſimis,de lega. 2. ſed ratio ipſius l.ita militat in alijs, ſicut in fiſco, ergo & eadem iuris diſpoſitio.l. illud.ff ad leg. Aquil. & ideo dixit Gui. Pa.in deciſ. 631.colum.3. ꝙ diſpoſitio d.l.etiam locum habet in pupillo,& ita alias reſpondi,vt in conſ.73. nume.43. cum ſeq.volu.2. & ſententiam hanc demum comprobatam reperi per Nattam, in conſi. 574.& 575. quorum dicta non tranſcribo,eum uideri poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Aeſtimatio bonorum debet poni in inuentario.*
2 *Inuentarium debet taliter fieri quod releuetur adultus ab onere probandi res ſuas & introitus earum.*
3 *Iuratur in litem contra tutores, curatores, hæredes, Prælatos, & adminiſtratores, qui in inuentario non poſuerunt bona cum ſuis æſtimationibus.*
4 *Paria ſunt inuentarium non facere, uel facere, & non omnes res in eo ponere uel obſcure.*
5 *Ratio naturalis pro lege habetur.*
6 *Ratio naturalis eſt optimus clypeus legis.*
7 *Legem quærere vbi rationem naturalem habemus, nihil aliud eſt, quàm infirmitas intellectus.*

1 Omittendum quoque non eſt, † ꝙ in inuentario requiritur ęſtimatio bonorum,vt per Bar.& Bal.in l.1.C.de magiſt.conue.& Saly.ibi,in 1.nota.ubi dicit, ꝙ fieri debet cum rerum ęſtimatione, & ꝙ ſemel vidit vnum ſic factum.ſed de conſuetudine habetur in pluribus locis contrarium, ſed male pro pupillis. Idem Saly. in l.tutores,q.8.C de admi.tut. vbi quælibet res mobilis ſalē debet æſtimari,& eius æſtimationem iuxta ipſam rem deſcribi,ne fraudetur pupillus, & mouetur per tex.in d.l fi.ſubdens ꝙ aliàs vidit inuentarium ita factũ in vna ex ciuitatibus Marchiæ, licet Bononiæ non obſeruetur, ſed ne pupillis. Pau de
2 Caſt in conſ.142.in fi.vol.1.vbi dicit, † ꝙ inuentarium debet fieri vt releuetur adultus ab onere probãdi res ſuas & introitus earum,& ideo debet taliter fieri ꝙ ex eis poſſit tutor conueniri & conuinci deſcribendo res per confinia, & latera, ſicut in libello poneretur, & etiam ponendo æſtimationem rerum,vt dicit Barto.in d.l.fin & hoc ad finem,ut ſi culpa tutoris perdantur, adultus non grauetur in probando,quod ipſe habebat res talis æſtimationis, & ideo ſi non conficitur tam de re quàm de æſtimatione ſtatur iuramento adulti, ut voluit glo. in dicta l.tutor, in uerſicu. propter res, & cauſas amiſſas. Vital. in tracta. clauſ. in uerbo, Nil nouari inuent. confec. penden. colum.16.verſicu. ſed circa hoc aduerte, & 31.numero 14. Plot. in repet.l.ſi quando, numero 239. vbi
3 dicit, † quod contra tutores, curatores, ac hæredes, & omnes prælatos, ac adminiſtratores, qui tenebantur deſcribere in inuentario & ponere bona cum eorum precio,

valore,

4 valore,æſtimatione,& quantitate iuratur in litem, quia † pa-
ria ſunt inuentarium non facere;vel facere, & non omnes res
ponere, vel obſcure ponere, ita quod de earum pretio non
conſtet: quia pro omnibus his iurari in litem poteſt,ſicut ſi
nullum confectum fuiſſet inuentarium. Guli. Mayn. in l.quo
tutela, nume.59 de regu.iu.vbi ſubdit; ſed dicite quo magis
de illis,qui res fraudant vel decipiunt;quoniam Dei manum,
& vindictam non effugient,quam comminatus eſt per Moy-
ſen Exod.22 cap.& dixi in conſil.73.nume.59. volum.2. Sed
5 ponamus,quod nulla ſit lex hoc dicens, non ne ſaltem† natu
ralis ratio, quæ pro lege habetur. l.ſcire oportet, §.ſufficit.ff.
6 de excuſa.tuto.not.in l.cum ratio. ff de bon.dam.& quæ † eſt
optimus clypeus legis, vt per Bal.in l.1.§.in princip.in primo
7 notabili. C.de cad. tol.hoc dictat. nam † quærere legem vbi
habemus rationem naturalem, nihil aliud eſt quam infirmi-
tas intellectus,ſecundum Ariſt.relatum per Cur.Iun.in conſ.
58.num.6.in conſi 138 num.2 & in conſi.174 nume.29.poſt
Ang.ibi per eum citatum.nam ſicut legiſlator voluit conſu-
lere hęredibus ne tenerentur creditoribus vltra vires hære-
ditarias. & vti beneficio legis Falcidiæ aduerſus legatarios,
ita etiam voluit prouidere creditoribus, & legatarijs aduer-
ſus hæredes ne ipſi poſſint malignari & ſubripere res hæredi-
tarias. & ideo introduxit formam conficiendi inuentarium,
ut excludatur dolus, & fraus, & ne per ipſos committi poſ-
ſent, ut in §.ſancimus,in Authen.de hęred. & Falcid.& in l.fi.
C.de iure deliberan. Modò ſic, ſi dicamus ſufficere hęredi-
bus ponere in inuentario res mobiles hæreditarias,ita gene-
raliter abſque ęſtimatione earum,quis dubitat quin poterint
fraudare creditores & legatarios, ſupponendo alias res uilio-
ris pretij,& valoris? ut igitur tollatur hæc machinatio,ſubre-
ptio, fraus, & dolus,dicendum eſt quod æſtimatio earum ſit
neceſſaria, alias quod inuentarium reddatur inefficax, ita
Natta,in conſi.575.num.8.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium bonorum exiſtentium in domicilio hęredis ſan ius eſt vt fiat per ipſum hęredem quàm per procuratorem.*

1 Item an requiratur † φ inuentarium con-
ficiatur per hæredem
perſonaliter vel poſſit fieri per procuratorē, quando res ſunt
in præſentia hæredis.Saly.in d.l.fin.§.ſin autem dubius, colu.
penul. verſicu.quæro dicit tex.tenet φ poſſit fieri per procu-
ratorem; quia hoc non reperitur prohibitum, ergo permiſ-
ſum.l.1.§.vſus.ff de procura.ſubdens idem tenere gl. ibi licèt
quo ad ſubſcriptionem ſecus;quia eam hæres facere tenetur.
ſed Ang.in l.1.§ hæc ſtipulatio,colum.8.verſic.de tertio con
clude.ff.ſi pluſquam per l Falci. inquit, ſanum conſilium eſſe,
vt per ſe ipſum hæres conficiat inuentarium,ſi perſonaliter
intereſſe poteſt, & hoc propter neceſſitatem ſubſcriptionis.
Immo inquit, quod fortè in caſu iſto non poteſt adhiberi
procurator, vel nuntius,ſi ipſe poteſt perſonaliter intereſſe,
quam partem tenuit quoque Porcel. in tracta. de inuent. in
prin.num 9. cum ſeq.nullam penitus faciens mentionem de
Ang.vbi ſupra,ſicque ſalubrius eſt ad tollendum, omnes diffi
cultates,vt per ſe ipſum hæres inuentarium conficiat ſi per-
ſonaliter adeſſe poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium confici poteſt per procuratorem,quando bona ſunt extra domicilium hæredis.*
2 *Inuentarium ſubſcribi poteſt per procuratorem, quando per ipſum confectum fuit inuentarium de bonis alibi ſitis quàm in domicilio hæredis.*
3 *Concedens aliquid, videtur etiam concedere illud,ſine quo id expediri non poteſt.*

1 Sed an † per procuratorem confici poſſit inuentariū,
quando bona ſunt extra domicilium hæredis?
tex.eſt ad literam φ ſic in l.fi.§.ſin autem à locis, ibi, per ſe,
vel inſtructos procuratores.C.de iure delibe.vbi Odof.in §.
cum igitur, colum 2.in fi Alb.de Roſa.in fi.Pau.de Caſt.ibi,
col.2.verſ.5.requiritur ſubſcriptio,poſt Bal.ibi,col.fi.in verſi.
nunquid ergo.Sal ibi,in §.ſin autem dubius, col.pen. verſic.
quęro,dicit tex. Ang.in l.1.§ hęc ſtipulatio,col.8.verſ de ter-
tio conclude. ff.ſi pluſquam per.nu. 40.& in c.2.nu.6. Natta,
in conſ 214 nu.15.Imò plus volunt Doct. φ iſto caſu nedum
2 inuentarium fieri poſſit per procuratorem† ſed etiam per eū
ſubſcribi,vt per Odo.in d.§ cum igitur,col.2.in fi.ver.ſed hoc
ca. quia cum lex conceſſerit φ per eum fiat inuentarium, pa-
3 riter & dictam ſubſcriptionem cōceſſiſſe videtur:† nam cum
aliquid conceditur, id videtur concedi,ſine quo id expedire
non poteſt.l.ad legato.ff de procu.quia dictum approbat Bal.
ibi,col fi & Pau.de Caſt. col.2.in fi.& hanc partem etiam ibi
ſentire videtur Sal.in §.ſin autem dubius, col.pe.verſ.quęro
dicit tex.Procel.in trac. de inuen.c.3 nu.6.

SVMMARIVM.

1 *Hæres conficiens inuentarium,illi debet ſe ſubſcribere.*

1 Requiritur etiam † φ hæres ſe ſubſcribat
inuentario.tex.eſt ad lite
ram in l.n §.ſin autem dubius.C.de iu.delibe.ibi,ſubſcriptio-
nem tamen ſupponere hæredem neceſſe eſt.vbi tex.imponit
neceſſitatem hæredi ſe ſubſcribendi.Et ratio vrgens ponitur
in tex.ibi, ſignificantem.Bal.in l.fi.§.cum igitur, col.5.verſic.
Item quæritur ſubſcriptio hæredis. Pau. de Caſt.ibi, col 2.in
fi.verſ.quinto requiritur. Saly.in § ſin autem dubius, in princ.
Iaſ.in prin d.l col.4.verſ.ſexto requiritur & eius ſubſcriptio,
vt ibi per eum, quæ debet eſſe, quod omnia legaliter fecerit
ſine dolo.Ang.in l.1 §.hæc ſtipulatio,col.3.circa fi.verſ.ſi au-
tem ſcribit.ff.ſi pluſquam per l.Falcid.vbi ait, φ hæres manu
propria ſi ſcribere ſcit & poteſt, ſe ſubſcribat, ſignificando
quantitatem rerum,iurium & actionum illa eſſe prout deſcri
ptum eſt per notarium,& φ circa ipſum inuentarium neque
aliquam rem in eo conuenaim,non vſus eſt aliqua malignita-
te,nec utetur in poſterum Bar.in §.ſi enim,in fi.primæ colu.
in Auth.de hęre.& Falc.Ang. in §.extraneis,colum.1.in fi.de
hęred.qual.& differ.Pau de Caſt. in conſ.205.col.1.ſecūdum
antiquam Impreſſionem.Vital.in trac.clauſ.in uerbo, Nil no
uari inuen.confec.pend.colum 8.uerſi.& pręmiſſo.Porcel.in
trac.de inuen c.2 col.1.verſ.quinto requiritur. Dec.in conſi.
633 col.penul.in fi verſ.6.requiritur.Nepos à Monte Alba.in
tract.de excep.art.17.num.3. Bal in conſ.145.in prin.vol.4.in
conſ.48.vol.5.& in conſil.63 vol.3 Natta, in conſi.214.num.
12.Gui.Pa in conſi 42 in prin.poſt Ang ibi per eum citatum,
vbi tenet talem ſubſcriptionem per hęredem neceſſario eſſe
faciendam ad hoc,vt valeat inuentarium, & in conſi.160.nu.
3.& in conſ 129.nu 1. Et in tantum hoc eſt verum, φ etiam
ſi cum iuramento iſtud dixerit coram iudice, nihil faceret,
quia id atteſtari debet ſua manu illi ſe ſubſcribendo; quia
forma à lege tradita obſeruanda eſt,& ei nihil addi, vel detra-
hi poteſt, ſecundum Bal.in l.quoties, la 1.C.de ſuis & legit.&
omiſſio formę etiam in qualibet minima parte vitiat actum
Buttri.in cap Piſanis, in 7.not. per illum tex.de reſtitu. ſpolia.
ita Natta, ubi ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Hæres ſi neſcit ſcribere, debet vni notario committere, vt ſe ſubſcribat inuentario.*

1 Quid ſi † neſcit ſcribere? debet vni tabellioni hoc
committere. Bar.in l.fi.§.cum igitur,col.2 C.
de iu.delib.vbi Bal.col.5. verſ.Item quæritur. Pau de Caſt.ibi,
col.2.verſ quinto requiritur.Salyc.in §.ſin autem dubius, in
prin.Iaſ.in d.l.fi in prin.col.2 Ang in l.1 §.hęc ſtipulatio, col.
3.circa fi.ver.ſi autem ipſe hęres.ff.ſi pluſquam per l.Fal Ang.
in §.extraneis,col.1.in fi.de hęre.qual. & differ. Pau. de Caſt.
in conſi.205. col.1.ſecundum antiquā impreſſionem.Porce.
in trac.ſuo, de inuen c.3. col.1.verſ.quinto requiritur. Dec.in
conſi.633.col.pe.in fi.dixi,in conſi.73.num.25.vol.2.Nepos à
Monte Alba.in trac.de excep.in art.17.nu.3. Bal.in conſ.145.
in prin.uol.4.& in conſi.48.vol.5.Guid.Pap.in conſ.42. nu.2.
& in conſi.129.num.1.

SVMMARIVM.

1 *Hæres neſciens ſcribere ſi fecit inuentarium ſubſcribi per procuratorem non valet ſubſcriptio.*

1 Quid enim † ſi non adhibuit alium notarium,ſed
inuentarium ſubſcribi fecit per ſuum
procuratorem?Bal.in d.l.fi §.cum igitur,col.fi.tenet,φ poteſt
conficere inuentarium, vt in l.fi. d. §. ergo & ſe ſubſcribere.
† Contrarium tenetur per † omnes,quia lex illa loquitur, quā-
do res non erant præſentes,ſed abſentes, & per procurato-
rem fuit cōfectum,ideo ad ipſum pertinet ſubſcribere, ſecus
quando inuentarium conficitur per ipſum hęredē,quia tunc
non poteſt ſubſcribi per procuratorem, ſed per alium nota-
rium.Pau.de Caſt.in d.l.fi.in §.cum igitur, colu.5.in fi.& ibi,
Saly.in §.ſin autem dubius,in prin.in verſ.quinto. Iaſ.in d.l.fi.
in princ.col.4.verſ.ſexto requiritur. Porcel.in tract.de inuen.
c.2 col.1.verſ.ſed quęro in practica.

SVMMARIVM.

1 *Notarius ſubſcribens ſe inuentario hæredis neſcientis ſcribere, ſi in ſubſcriptione non ponat quantitatem rerum mobilium & immobilium, ſubſcriptio valet.*

2 *Simplex ſubſcriptio refertur ad omnia præcedentia.*

3 *Subſcriptio facta per notarium operatur quod omnia præſumuntur ſolenniter facta.*

1 Si hęres † neſciens ſcribere adhibet quemlibet alium
notarium, qui ſe ſubſcribat nomine hære-
dis, & ille in ſubſcriptione de quantitate rerum mobilium &
immobilium poſitarum in dicto inuentario nullam mentio-
nem facit, utrum talis ſubſcriptio valeat? Reſponde ꝙ ſic,
2 ſecundum Bal. in conſi. 48. circa fi uolu. 5. † quia ſimplex ſub-
ſcriptio refertur ad omnia, ita quod omnia præcedentia ha-
bentur pro expreſſis. l. ſi fideiuſſor § ſi pater. ff. de pign. Item
3 † ex quo per publicum notarium facta eſt ſubſcriptio, præſu-
muntur omnia ſolenniter acta, iuxta notata in l. j de u. ur.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium factum apud acta, non requirit ſubſcriptionem hæredis.*

1 Quid autem † quando Inuentarium eſt factum apud acta, & interuenit decretum iudicis, an requiratur ſubſcriptio partium? Bal dicit quod nõ in conſil 143. col. 2 in princ. volum. 4 per notata in l. cum do nationib. C de dona. Item quia præſumuntur omnia ſolenniter facta, ex quo decretum iudicis fuit interpoſitum, iuxta gl. ordinariam in l. 1. C. de fide inſtru. & iure haſtæ fiſ. lib. 10. bene faciunt quæ dicit Guid. Pap. in tract. de for. inuent. nu. 23. vbi etiam dicit ꝙ ſi fieret inuentarium iudice ſedente pro tribunali, credit quod duo teſtes ſufficiant, & fortè illud valeat abſque ſubſcriptione teſtium, per not. in cap. quoniam contra, de proba. & quod ita vidit ſeruari de ſtilo curiarum patriæ Delphinalis.

SVMMARIVM.

1 *Subſcriptio teſtium non requiritur in confectione inuentarij.*

1 Sed quid dicimus † de ſubſcriptione teſtiũ, an illa requiratur? Reſpõde ꝙ non, vt per Pau. de Caſt. in conſ. 205. colum. j. ſecundum antiquam impreſſionem, quia nullibi cautum reperitur ꝙ ipſa ſit de ſubſtantia. Item non eſt neceſſaria, ex quo notarius rogatus de inuentario atteſtatur ipſos interfuiſſe, cui creditur, etiam ſi de centum teſtibus faceret mentionem, quando contrarium non probatur, quia tot teſtium vices obtinet inſtrumentum, quot ſunt ibi deſcripti, vt plenè not. in l. fina. C. de fideicommiſ. & Barto. in l. hæredes palàm, in principio, ff. de teſtamen. facit tex. in cap. conſuluiſti. 2. quæſtio. non eſt qui dicit quod expreſſe ſancitum non eſt ſuperſtitioſis inuentionibus præſumendum, Grauc. conſi. 6. nume. 87. 194 num. 3. & 280. circa finem.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium ſcribi poteſt diuerſis diebus & menſibus.*

1 Nunquid † diuerſis diebus & menſibus poſſit ſcribi inuentarium, vel requiratur quod fiat vnico contextu, vt eſt glo. in verſ. inuentarium, in Auth. de hæred. & Falc. per tex. in l. fi. §. ſin autem dubius. C. de iure deliberan quam ibi ſequitur Iaco. de Belui. ſub. §. hinc nobis, colum. 5. verſic. quæritur quartò, & Saly. in l. tutores. in 13 q. C. de admi. tu. Ang. in l. 1. §. hæc ſtipulatio. col. 4. verſi. & ideo commodius. ff. ſi pluſquam per l. Falcid. vbi dicit quod licet commodius ſit, vt inuentarium expediatur vnico contextu, enim iidem teſtes & tabellio diuerſis horis & temporibus fortè non poterunt faciliter congregari, tamen ꝙ ille vnus contextus non eſt de neceſſitate inuentarij, per glo. in d. §. ſi verò abſunt. Bal. in notab. ſuis, in uerbo inuentarium. Vital. in trac. clauſ. in verbo, Nil nouari in uen. confec. pend. col. 26 verſ. 3. Natta, in conſi. 214. nu. 14. Porcel. in tract. de inuen. c. 2. nu. 2.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium confici poteſt in pluribus chartis.*

1 Inuentarium † an poſſit confici in pluribus chartis? Concludas ꝙ ſic, vt per Odo. in l fi. § cum igitur, in fi. C. de iure delibe. nam & in libro rationum antiquitus deſcribebantur contractus, vnde argentarius tales libros edere cogebatur. Item lex dicit ꝙ in pluribus codicibus vnum teſtamentum poteſt ſcribi l. locum, in princ. ff. de tab. exhib vel poteſt dici ſi ex tali iunctura emergeret dubietas, non poteſt confici in plurib. chartis, alioquin ſic, niſi literæ ſuperioris chartæ ſint coniunctę in alia coniuncta, ſubdens ꝙ ita obſeruat conſuetudo. Bal. ibi col. fina. verſ. ſed ſi non, vbi dat conſilium in tali caſu ad remouendum dubitationem, ꝙ in prima charta fieret mentio de ſecunda per hunc modum, & quia in hac charta res omnes comprehendi non poterant, ideo ad eam alia eſt coniuncta, per talem modum in qua dictum inuentarium completur, ſicut & cum teſtis non habet annulum ad ſigillandum, ſigillat cum alieno. vt in § poſſunt inſti. de teſta & Bal ſequitur Vital. in trac. clauſ. in verbo, Nil nouari inuen. confec. penden. colum. 24. verſi. & ſi non poſſent.

SVMMARIVM.

1 *Res hæreditariæ quando ſunt in diuerſis locis, tot erunt inuentaria, quot ſunt loca ubi ſunt ipſæ res hæreditariæ.*

1 Quid enim quando † res hęreditarię ſunt in diuerſis locis, uel territoriis, an erunt tot inſtrumenta, quot ſunt ciuitates uel territoria ſiue loca, vbi ſunt res hæreditarię? Odo. in l. fi §. ſin autem dubius. C de iu. delibe col fi. concludit ꝙ hęres faciat vnam magnam chartam, quam portet ſecum in omnib ciuitatibus uel ſingulis locis ubi extant res hæreditariæ, & non faciet plura inſtrumenta uel plura inuentaria, arg. l. cum plures fundi. ff. de cuſt, quem ſequitur Gui. Pa. in trac de for. inuen. nu. 24. ubi ſubdit ꝙ alias practicando ad euitandam iſtam difficultatem & multas alias conſueuit conſulere ꝙ fiat inuẽtariũ iudicialiter in forma, uidelicet ꝙ fiat unico contextu, vbi declarantur aliqua bona cum proteſtatione ꝙ poſſint addi alia bona in ipſo inuẽtario, quoties ad notitiam hæredis peruenerit, & ſic non fiet niſi unum inſtrumentum inuentarij. Bal. in d l. fin. §. cum igitur, col. fi. uerſi. ſed ſi res.

SVMMARIVM.

1 *Fructus percepti per hæredem poſt mortem defuncti, ante tamen aditam hæreditatem, non ſunt deſcribendi in inuentario, ſed in libro rationum.*

1 An ſi hæreditas † mortuo teſtatore recipit incrementum ante aditam hæreditatem propter fructus, partus, vel acceſſiones ciuiles, an illa in inuentario ponenda ſint? Ange in l. 1. § hęc ſtipulatio, colum penul. verſic. & ſi hæreditas. ff. ſi pluſquam per l Falci. videtur tenere, ꝙ ſic quoad creditores, & etiam quoad legatarios, quando tales acceſſiones veniunt computandę in Falcidiam; quia augent hæreditatem per l. ꝙ de bonis § fructus, ff. ad l. Falc. ſequitur Corn. in l. fi in prin. nu. 20. C. de iure deli. Vital. in trac. clauſ. in verbo, Nil nouari inuen. confec. pend. col. 7. verſic. Ang tamen. Porcel. in tract. de inuen. in princip. nu. 97. Tu teneas ꝙ huiuſmodi non ſunt ponenda in inuentario, ſed ſatis eſſe ꝙ illa deſcribantur in libro rationum, ut probat tex. in l. fi. § ſin autem dubius. C. de iure delibe. ibi, ſuper his reb. quas defunctus mortis tempore habebat, quam partem tenuit Specu. in tit. de inſtrum. edi § fi. verſi. ſed nunquid in inuentario. & Bal. ibi in addi. in fi. in verſ. ſi tutor non potuit. vbi de his debet fieri codex rationum, & eſt ſimile in fideiuſſore dando per l. mulier. C. de iure dot. Ang in d. l fi §. ſin autem dubius, vbi reputat hoc ſingulariter notandum, quem ibi ſequuntur Alexan. in 3. col in verſ. nota in textu, vbi mortis tempore, & Iaſ. col. 2. in fi. vbi reprobant Ange. in d. §. hæc ſtipulatio. cum quibus etiam conuenit Guil Bened in repet. cap. Raynutius, in verbo, mortuo itaque teſtatore, il 1. num. 401. de teſtamen.

SVMMARIVM.

1 *Legatum debet poni in inuentario, etiam poſt mortem legatarij, ſi illud eſt tranſmiſſibile ad hæredem.*

1 Sed nunquid † in inuentario debeat poni legatum etiam poſt mortẽ legatarij? diſtingue ſecundum Bal. in l. j. in fi. C. ut actio ab hære & contra hær. incip. Aut legatum eſt tranſmiſſibile ad hęredem, & tunc debet poni in inuentario, quia tunc incipit ab hærede ex perſona defuncti. Aut aliquid legatur quod non eſt tranſmiſſibile, vt viuſfructus, & illud poni non debet in inuentario rerum defuncti ab hærede conficiendo, cum incipiat ab hærede ex

perſona

perſona ſua,& non ſit de bonis defuncti, per l.ſtipulatio iſta. §.ſi quis.ff.de verborum obligatio. quam ſententiam ſequitur Paris. in conſilio 56. colum. penult.circa finem,verſicu. & quod tale,volum.3.

SVMMARIVM.

1 *Decretum iudicis non requiritur in confectione inuentarij.*

1 Quid dicimus † de decreto iudicis, an ſit de ſolennitate ſubſtantiali inuentarij: Bal.in l.fina.§.cum igitur, colum 4 in princ.verſi.iudex tamen.C de iure deliberan.dicit non eſſe neceſſarium decretum iudicis,& in auth. ſed cum teſtator,colum.3.verſ quæro nunquid,in fine,per rationes ibi per eum allegatas in l.1.col 3. in princip.verſi.quæro an poſſit C qui bo.ced poſſ.in notab. ſuis, in verſ.inuentarium confici debet,in conſ.383.in fi vol. 1.& in conſ.265.col fi volum 3. Vital in tract.clauſ.in verſic. Nil nouari inuent. confec.pend. col.6.in fi quamuis contrarium,licèt malè,teneat Ang.in §.extraneis,col.1,in fi.inſtitu. de hæred.qual.& differ.

SVMMARIVM.

1 *Præſentia iudicis requiritur in confectione inuentarij, & num.3.ſed contra, num.5.*

2 *Curator inuentarium conficere tenetur coram iudice.*

3 *Epiſcopus, qui tenet locum hæredis, inuentarium coram iudice conficere debet.*

4 *Inuentarium confici poteſt in quacunque domo honeſta,& maximè in domibus eccleſiarum.*

5 *Inuentarium non conficitur vna die, vel vno inſtanti, ſed eius confectio durare poteſt per menſem.*

6 *Inuentarium hæredis poteſt ſcribi per alium notarium, quàm per notarium actorum.*

7 *Inuentarium ſi deberet confici in iudicio, illud fieri deberet per notarium actorum.*

8 *Præſentia iudicis neceſſaria eſt in inuentario quantum ad hoc, vt illud fidem faciat contra debitores nominatos in eo.*

9 *Inuentarium vt probet contra debitores, illud ſcribi debet totum per extenſum.*

10 *Præſentia iudicis non eſt neceſſaria in inuentario quantum ad obligandum hæredem.*

11 *Inuentarium ad cautelam confici debet in præſentia iudicis.*

1 Præſentia iudicis † an de ſubſtantia requiratur in confectione inuentarij? Primo aſpectu dicendum videtur,quod ſic, vt uidetur velle glo. in verbo natura, in §.ſancimus, Authenti. de hæredi. & Falcid.

Secundò per tex.in l.de creationibus.C.de epiſco. audien.
2 vbi † curator inuentarium conficere tenetur coram iudice, & idem ſimiliter dicitur in lege tutores, la ſeconda, in glo. C.de adminiſt. tuto.

Tertio in terminis ita concludit Bal.in l.fina.in §.cum igitur,colum 4.in princip.C.de iure delibe. vbi inquit, iudicem neceſſarium fore pro citatione abſentium, vt in l.j.colum. 3. verſicu.quæro an poſſit fieri ceſſio.C. qui bon. ced. poſſ. vbi ait quod hæres qui debet facere inuentarium, illud facere debet coram iudice,vt in § ſi vero abſunt,in Authen.de hæred. & Falci propter citandos in conſ 383.in fi. volu.j. vbi requiritur præſentia iudicis,quia ille adeſſe debet, qui habet citare,& in conſil.265.circa fi. volum.3. Iterum in notab. ſuis in verbo,inuentarium confici debet, licet dicat quod de conſuetudine valet coram tabellione ſolo,argu.l.1. C.de emanc. libe. quod tamen eſt uerum ſecundum eum ſi fit de commiſſione iudicis,alias non, vt l.inſtrumentum.C.de iure fiſci, lib. 10.in d §.ſi vero abſunt.Ange.in l.j.§ hæc ſtipulatio,colum. 8.verſic.de quarto. ff.ſi plus quam per l.Falcid. ubi dicit præſentiam ipſam neceſſariam,vt omnis ceſſet ſuſpicio,vt de hoc videtur eſſe tex.in l.nulli.§.cum autem,de epiſco.& cle. & in d.l.de creationibus.

3 Si enim † epiſcopus, qui tenet locum hæredis, tenetur facere inuentarium coram iudice,ergo multo fortius uerus hæres, qui non pollet tanta dignitate, ſubdens ꝙ ita communiter ſeruatur,& de more non eſſe recedendum.Soc.Iun.conſ. 19 num.14.vol.3.Ang.In §.extraneis,col.5.in fi.inſti.de hære. qual. & differ. in verſicu. & iſtis peractis in præſentia iudicis competentis.Mart.de Fano,vt refert Pau de Caſt. in d.l.fina. cum igitur,colum.3.verſ.Mart.de Fano.C.de iure deliberan. Pract. Pap. for.libel.quo agitur ad redden. ratio. tute.in verbo,in ſuo ultimo teſtamento,col.3. in princ.in verſicu. ſecus eſt,& in for. lib.quo pet.hæred.ex teſta.in verbo purè, col.fi. ibi,In cuius inuentarij forma,Luc.de Pen.in l.1.verſic. prima eſt, & in verſicu.3.forma.C.de can. fru.vrb Rom. lib.11.vbi dicit hanc eſſe communem formam, dixi in conſilio 73. numero 36.volum.2.

Contrariam vero partem tenuit Saly.in l.fina.§.ſin autem dubius.col.3.in fi. uerſi.quæro ad quem locum. C.de iure deliber.quia nec in d.l.nec in §.ſi vero abſunt, vbi ponitur modus & forma inuentarij, nihil dicitur de iudicis præſentia.&
4 ſubdit † quod in quacunque domo honeſta, & max.inter domos eccleſiarum, vt in capitulo conuentus S.Dominici,poteſt inuentarium fieri.Idem tenuit ibi. Pau.de Caſt. colum.4. verſic.Mart.de Fano.vbi inquit, præſentiam iudicis non re-
5 quiri,quia † non conficitur vna die vel vno inſtanti, ſed poteſt durare confectio per mēſem, vnde laborioſum eſſet ſemper iudicem adire,& ideo ſufficere concludit atteſtationem notarij,& idem notarius debet adhiberi, & in fi.adhibentur teſtes.Barto.in conſil.154 colum.3.vbi expreſſe ita tenet, dicens præſentiam ipſius non fore neceſſariam,cum in ea nihil ſit faciendum per iudicem concedendo vel negando hæred. Inquiens vocationem creditorum vel legatariorum fieri nō debere forma iudicij. Bal. in l.defenſionis facultas. C. de iure fiſci, lib. 10. vbi etiam tradit quod licet tutoris inuentarium ordinetur ad ſententiam, id eſt, ad decretum recipiendum adminiſtrationis.l.fi. C.de magis.con.ſecus eſt in inuentario hæredis, vt probatur in d l.defenſionis.quem ſequitur Vital. in tract clauſ in verbo,Nil nouari inuent.confec. pend.col 6. circa medium,verſic.Bal.verò.

6 Et ꝙ non ſit neceſſaria, oſtenditur ſecundum eum, † quia inuētarium hæredis poteſt ſcribi per alium notarium, quàm per illum,qui præeſt actis;ergo non eſt neceſſarium illud fieri vel ſcribi in iudicio;quia ſi ita eſſet, non poſſet illud redigi in ſcriptura, niſi per notarium actorum.in l fraudē § quoties.ff. de iure fiſci,& l.current.ff.de teſtib.Corn. in d.l.fi.in prin.nu. 38.C.de iu.delib.Porcel.in trac.de inuent.c.2.nu.11.pro qua ſententia facit,quod not. Bal.in auth.ſed cum teſtator,col.3.
7 ver. Item inuentariū.C.ad l.Falc.vbi inquit,† ꝙ inuentarium non eſt actus fori, cum extra iudicium partibus præſentibus poſſit fieri,quem ſequitur Porcel in trac.de inuen.c.2.nu.11.

Et ad glo.in d §.ſancimus,in uerbo natura, reſponderi poteſt ſecundum Saly.in d.§.ſin autem dubius, col.3.in fi.ꝙ glo.
† ipſa † communiter reprobatur.

Ad l.vero,de creationibus, reſpondetur etiam ex mente Pau.vbi ſupra, quod ibi tex. loquitur de inuentario tutoris vel curatoris:quia debet adminiſtratio decerni per iudicem confecto inuentario.

Pariter reſpondetur adnotata in l.tutores,ſecundum Saly. in d.§.ſin autem dubius,colum.4 in princ. quod ibi loquitur de inuentario tutoris,quod ad alium finem fit quàm vt ſciantur vires hæreditariæ.

Quid dicendum in hac contrarietate ſcribentium? Dic.ꝙ fœdere diſtinctionis poſſunt iſtæ opiniones conciliari, vide-
8 licet ꝙ ſi quærimus † an præſentia iudicis ſit neceſſaria quantum ad hoc, ut inuentarium faciat fidem contra debitores nominatos in eo ,& tunc ꝙ fieri debeat in præſentia iudicis, vt concludit Barto.in l.tutor qui repertorium,col.2.verſicu.
9 quæro an inſtrumenta.ff de admi.tut. quærit enim ibi Bar.an † inſtrumenta in quibus deſcribuntur nomina debitorum debeant poni per extenſum in inuentario.& concludit quod ſi aliquis vellet quod inuentarium probet contra debitores debet ſcribi totum per extenſum,l. chirographis. ff de admi. tut & debet eſſe confectum coram iudice præſentibus debitoribus,vel legitimè citatis ad hoc, alias inuentarium non faceret fidem.auth.ſi quis in aliquo.C.de eden. & ꝙ citatio debet eſſe clara ꝙ compareat coram iudice ad uidendum fieri confectionem inuentarij,in quo exemplatur tale inſtrumentum debiti.rurſus in d.l.chirographis, in princip.Saly.in l.tutores,in 2 q. C.de admi. tut. & tunc procedat prima opinio.

10 Aut vero quærimus, † an ſit neceſſaria præſentia iudicis quantum ad hæredem obligandum, & ſufficit fieri extra iudicium. Nec obſt. ꝙ requiratur citatio pro citandis creditoribus,& legatarijs, vt volunt ſcriben.in d.l.fi.C.de iure delib. quæ non poteſt fieri ſine commiſſione iudicis.l fi.ubi Bar.C. de exhiben.reis. quia reſpondetur ꝙ etiam illa citatio poteſt committi per iudicem extra confectionem inuentarij, quia poteſt mandari per ipſum creditoribus & legatariis vt compareant tali die,hora & loco,& ſucceſſiuè ad videndum fieri confectionem inuentarij.ita Corn.in d.l fi.in princ.num. 38. quam diſtinctionem facit Porcel.in trac.de inuent. c.2.nu.5. Vital.in trac.clauſ.in ver.Nil nouari inuen.confec.pend. col. 5.in fi cum prin ſequentis. Nec tamen intellige vera niſi conſuetudo contrarium obſeruaret.

11 Tamen † ad maiorem cautelam, vt tollantur lites, melius eſt ꝙ fiat coram iudice,vt tradit Corn.ubi ſupra.

S V M M A R I V M.

1 *Inuentarium confectum tempore feriato ualet.*

1 Aduerte tamen † quod quocunque tempore etiam feriato poteſt expediri & fieri inuentarium, vt per Ange.in l.1.§. hæc ſtipulatio, colum. fina ff ſi pluſquam per l.Falcid.vbi dicit, quod quolibet tempore etſi feriato poteſt fieri, cum non expediatur in forma iudicij,ſicut dicimus in inuentario tutoris,qui dari poteſt quolibet loco.& quolibet tempore poteſt conficere inuentarium.l.qui habet.§.quolibet loco, ff.de tute. Bertach. in tract.de epiſc.in 4.par.nu.34.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres, qui per errorem aliqua poſuit non apponenda in inuentario, errorem illum propria auctoritate corrigere non poteſt, ſed coram iudice uocatis creditoribus, & legatarijs corrigere.*

1 Si hæres † poſuit per errorem aliqua in inuentario non ponenda, vtrum poſſit corrigere errorem ſuum? Reſponde ſecundum Bal.in authen. ſed cum teſtator,colum.fina.C.ad leg.Falcid. quod ſic coram iudice citatis creditoribus, & legatarijs & non propria auctoritate. ar, l.cum falſa.C.de iur.& fac igno. & l.quæ quiſque.ff. de acqui. hæredi.rurſus in l.1.§.item ſolent.ff.de offi.præfec.vrb. Ang, in l.j.§.hæc ſtipulatio, colum.6.in princip. ff.ſi pluſquam per l.Falcid, verſicu. ſed ſi hæres. vbi dicit quod non poterit detrahere hæres niſi vocatis his quorum intereſt, ſicut nec tabellio non poteſt ſuum inſtrumentum corrigere niſi parte vocata.l.ſi librarius,vbi Bar. de regu.iu. Idem uoluit ibi Imo. colum 4.verſ. Item diligenter pondera. Porcell.in tracta.de inuentario,c.3.num.13.

S V M M A R I V M.

1 *Conſuetudo cuiuſq; loci ſeruanda eſt in confectione inuentarii.*
2 *Conſuetudo cum ſit facti,probari debet.*
3 *Conſuetudo conficiendi inuentaria alio modo quam à iure communi diſponitur, non probatur per multa inuentaria concepta in eadem forma, niſi etiam probetur quod illis data fuerit fides in iudicio tanquam legitime confecta.*

Quæ autem dicta ſunt ſupra circa ſolennitates requiſitas à iure cō-
1 mum in confectione inuentarij, † intelligas locum habere niſi adſit conſuetudo in contrarium, ſecundum quam tanta ſolennitas non requiratur,quia illa attendi debet.ita Roland. in ſumma ſua artis notariæ,ſub rub. illa, inuentarium ab hærede confectum. vbi dicit, quod vt plurimum de conſuetudine dictæ ſolennitates non ſeruantur, & tamē inuentarium ſuis viribus præponitur. quem ſequitur Bal.in l.fina. in fine princip.C.de iure deliberan.vbi etiam Iaſ.colum. pen.verſic. ſed licet prædicta. Pau.de Caſtro in §.cum igitur, colum. 1, quia raro non poſſet reperiri Inuentarium quin poſſit impugnari. quod inquit notandum ad ſuſtentationem inuentarij. Specu in titu.de inſtru.edi.§.fina.verſicu.quid ſi de conſuetudine.Guid.Pap.in conſil.42.num.3.& in tract. de inuen. num.9.Ange.in l.1.§.hæc ſtipulatio,colum.8.verſic.de quinto. ff. ſi pluſquam per l.Falcid. vbi ſtatuto vel conſuetudine tolli poteſt ſolennitas inuentarij, quatenus inuenta eſt a mero iure ciuili, non autem illa quæ iure gentium eſt neceſſaria, vt in ore duorum vel trium ſtet omne verbum Vital.in tract.clauſ.in verbo, Nil nouari inuent. confec. pend. col.4. in fine,cum princip. ſequentis.Bal. in authen. ſed cum teſtator,colum.3.in princip.verſic.alii dicunt. C.ad l.Falcid. vbi tradit, quod ille qui cadit à ſyllaba in inuentario cadit à toto, niſi alia ſit conſuetudo loci in confectione inuentarij; quia quod ſecundum conſuetudinem fit, iure fieri videtur, cum ipſa conſuetudo ex iuris auctoritate ſumat vigorem. §. ex non ſcripto.Inſtitu.de iure natu.gen. & ciuili.Bal.in conſi. 63.volum.3.vbi dicit quod in multis locis non ſeruantur legum laquei innodantes hæredes per imprudentiam circumuentos.Abb.in conſilio 73.colum.2.volum. 2. Dec.in conſil. 633.colum fina.in princ. Saxon.in conſuetud. Turon. mihi uerſicu.43.colum.2.in fi.

2 Verum eſt † quod non ſufficit allegare ipſam conſuetudinem,ſed etiam ea probari debet, vt per Bal in propria materia in dicta l fina.§.cum igitur, colum.6. verſic. ſed audi nouam quæſtionem, in fi. C. de iure deliberan. quem ſequitur Guid Pap.in conſil.42.nume.3. Et ratio eſt, quia licet ius ſit certum, & ideo non probandum, quia eſt in vſu, & conſuetudine, tamen conſuetudo quæ eſt ius non ſcriptum,& non certa, debet per partem probari in iudicio. Cyn.in l.2 C.quæ ſit longa conſuetu.Item dixit Abb in conſi.73.colum.2.in fi.
3 volum 2. † quod ad probandam huiuſmodi conſuetudinem non ſufficeret producere multa inuentaria ſub eadem forma confecta, niſi etiam probetur, quod illis data fuerit fides in iudicio tanquam legitimè confecta, vel quod palam fuerit facta, venerit in notitiam populi, nam cum conſuetudo inducatur ex tacito conſenſu populi.l.de quibus. ff. de.ll. oportet quod probentur actus per quos eliciatur tacitus conſenſus populi ad conſuetudinem inducendam dixi in conſilio 73. nume.42. volum.2. Id etiam voluit Natta,in conſilio 574.in fi & in conſil.332.colum.penult.ubi etiam ait, quod ſi reperiatur aliquando in inuentariis hæredum quod fuerint adhibiti tres teſtes loco abſentium creditorum, & aliquando nō fuerint adhibiti,quod non poſſet tūc fieri ſuper præfata conſuetudine fundamentum; quia vbi conſuetudo non eſt vniformis ſed varia,tunc ſeruandum eſt ius commune. l.nemo. §.temporalis, de regu.iur.l.quæſitum, §.ſi quis eodem. ff.de fun. inſtruc. vbi ex vſu difformi teſtatoris non poteſt colligi eius intentio.Dec.in conſi.8.col.3.conſi.11.col.7.& 215.col. 2.Craue. in conſi.96.num.5.

S V M M A R I V M.

1 *Cautus eſſe debet hæres poſt perfectionem Inuentarii ut proteſtetur quod ſi quid de bonis hæreditariis ad eum peruenerit, quod addere intendit.*
2 *Additio inuentario fieri poteſt poſt tempus complendi inuentarium.*
3 *Proteſtatio multum releuat hæredem pro ſuorum iurium conſeruatione.*

1 Cautus eſſe † debet hæres poſt ſubſcriptionem & perfectionē inuētarij vt proteſtetur quod ſi adhuc ad eum aliqua bona de hæreditarijs peruenerint in inuentario addere intendit, & ideo ſi poſtea aliquas res inuenerit,eas addere debet.ita Bald.in l.fin.§.cum igitur, col.3. in fi C.de iure deliberan.arg.l.ſi §.tali.C.de cura.furio.
2 ſubdens † ſufficere etiam ſi tempus complendi inuentarium decurſum eſſet, quia talis additio trahitur retro ad tempus prædictæ proteſtationis.arg. l.aſſe.ff.de hæred. inſtit.inquiens quoque quod eſto quod huiuſmodi proteſtatio facta non eſſet, adhuc tamen addendæ eſſent,vt per hoc oſtendat hæres ſe malum animum non habere celandi res ipſas,& ſic non patiatur pœnam dupli de qua in d.l.§.illo. Vital.in tract. clauſ. in verbo,Nil nouari inuent.confec.pend.col.14.in fi.Ang.in l.1.§.hæc ſtipulatio,colum.penu. in verbo,adijciuntur etiam in dicta proteſtatione.ff ſi pluſquam per l.Fal.vbi etiam Imo. col fi.& inquit Pau.de Caſt.in d.§.cum igitur, quod ita de facto ſeruatur,quem ſequitur Dec.in conſi.633.num.11.Iaſ.in
3 d.l.fi.in princ.colum 2.verſicu.& ſi perfecto inuentario.C.de iure delibe. Nam † huiuſmodi proteſtatio multum releuat, ſecundum Ang.ubi ſupra, hæredem ad ſuorum iurium conſeruationem, niſi probetur dolus aut machinatio eorum, l.ſi debitor,§. primo, ff quibus modis pign. vel hypo. ſolu.& maximè, ſi verba hæredis ſunt dubitatiua, quia dicit quod credebat ſe inueniſſe Grat.in reſponſo 55. nume. 2.10. & 18. volumine ſecundo.

S V M M A R I V M.

1 *Solennitas inuentarii non requiritur in ipſius additione.*
2 *Additio inuentarii fieri poteſt manu eiuſdem notarii, qui illud confecit, alterius coram duobus teſtibus tantum nullo uocato.*

1 An in tali additione † ſit neceſſaria tota ſolennitas inuētarij? dic quod non,cum ipſa additio ſit pars primi inuentarij. Ita Bal.in l.fin.§.cum igitur, col.3.in princ. C.de iure delibe.poſt Nicol.de Matha. argu. l.hæredes palam. §.ſed ſi notam. ff. de teſtam.quem ſequitur Vital.in tract.clauſ.in rub. Nil nouari inuent.confec.pend.col.15.in princ.in verſic. nec puto.Ang. in l.j.§.hæc ſtipulatio, in 6.colum.in prin.ff.ſi pluſquam per l.
2 Falci.vbi inquit huiuſmodi † additionē fieri poſſe manu eiuſdem notarij,vel alterius coram duobus teſtibus tātum nullo vocato,quia talis additio nemini poteſt damnum afferre,ſed commodum tantum,ideo nimirum ſi alterius præſentia non requiritur.Nec obſtat §.ſancimus.de hæred. & Falc. & l fi.§. ſin autem dubius.C.de iure delibe. quia dicta iura locum habent cum inuentarium conficitur, nō quando conſummato aliquid additur,& cum Ang.ibi pertranſit Imo.col.4.in prin. verſic.item diligenter.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Beneficium inuentarii in totum non perdit, qui non ſeruat proteſtationem de qua ſupra, ſed tantum illud amittit circa rem non poſitam in inuentario.*
2 *Factum quod eſt legitime, ex ſuperuenienti caſu non uitiatur.*

1 Sed quid † ſi non ſeruat proteſtationem, quia non ponit in inuentario quæ poſtea deuenerunt ad notitiam, an perdat beneficii inuentarium? Conclu-
2 de cum Bal. in authen. ſed cum teſtator, col. fin. C. ad l. Falc. quod non perdit beneficium niſi circa illam rem, quia † quod legitimè factum eſt, ex ſuperuenienti caſu non vitiatur, argum. l. quid ergo, in princip. ff. de his qui not. infa. Iterum in l. fi. §. cum igitur, colum. 4. in t. verſic. nunquid ergo. C. de iure deliberan. quia ſemel inuentarium tranſiuit in ſuum effectum ipſo iure. argu. l. filina qui. ff. de inter. act. & quod not. in l. mulier, de iure dot. ſequitur Vital. in tract. clau. in 15. colu. verſ. & ſi non ſeruat.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium tutoris fieri debet cum decreto iudicis, quod ſecus eſt in inuentario hæredis.*
2 *Tutoris inuentarium fieri non poteſt ſine citatione abſentium, inuentarium vero hæredis nequaquam.*
3 *Inuentarium tutoris debet fieri mox, ideſt, quam primum.*
4 *Verbum quamprimum, proprie ſumptum, nullum recipit internallum, ſecus impropriè.*
5 *Inuentarium hæredis debet fieri infra tres menſes a die aditæ hæreditatis.*
6 *Tutoris inuentarium fit ſub nomine proprio, repertorium verò hæredis ſub nomine alieno.*
7 *Probatio in contrarium admittitur contra inuentarium hæredis, quod ſecus eſt in inuent. tutoris.*
8 *Tutori poteſt remitti confectio inuentarii per teſtatorem, quod ſecus eſt in inuentario hæredis, quia illud remitti non poteſt in præiudicium creditorum.*

Poſtquam viſum eſt ſuprà, quod hæres & tutor debent facere inuentarium, reſtat videndum quæ ſit differentia inter inuentarium tutoris & hæredis. Dic quod talia inuentaria differunt in cauſa, forma & in finali effectu. ita Bal. in l. fi. §. cum igitur, colum 6. verſicu. ex qua patet. C. de iure deliber. quem ſequitur Vital. in tract. clauſ. in verbo, Nil nouari, inuen. con-
1 fect. pend. colum. 19. in fi. quod patet primo, † quia inuentarium tutoris debet fieri cum decreto iudicis. Bal. in l. 1. colu. penul. in princip. verſicu. quæro an poſſit. C. qui bon. ced. poſ. per l. ueteris. C. arbit. tute. in l. cum tutor, colum. 2. in princip. C. in quibus cau. in inreg. reſt. eſt neceſſ. in l. fi. C. de magiſtra. conue. vbi inquit, poſt glo. quam ibi dicit ordinariam quod poſt inuentarium debet adiici iudicis decretum, & ideo cum eſſet factum quoddam inuentarium, & notarius in fine non appoſuiſſet uerbum de interpoſitione decreti, dictum fuit quod inuentarium non valebat, ſubdens ſe credere quod etiam ſi in princip. fuiſſet oppoſitum, idem operaretur ac ſi in fine, & in auth. ſed cum teſtator, col penul ad l. Falc. ſecus inuentarium hæredis, ut per Bal. in d. auth. ſed cum teſtator, per glo. ſingu. in l. penul. §. cum autem. C. ad Trebel. in l. final. §. cum igitur, colum. 4. in princi. C. de iure delibe. & ut latius ſupra dictum fuit.
2 Item † inuentarium tutoris fieri poteſt ſine citatione abſentium, niſi quando ex inuentario quis uellet eos conuenire. Bal. in dicta. l. fi. §. cum igitur, col. 5. verſi. in inuentario tutoris. Et ratio eſt ſecundum eum, quia eis non præiudicat in aliquo. l. chirographis. ff. de admi. tuto. nec non & ſine citatione creditorum glo. Bar. Bal. & Sali. in l. tutores. C. de adm. tuto. in 7. q. & 14. Vital in tract. clauſ. in uerbo, Nil nouari inuēt. confect. pend. col 31 verſi. ſed ad oppoſitum, & col. ſequenti verſ. vndecimò quæro, quod ſecus eſt in inuentario hæredis de cuius ſubſtantia requiritur citatio abſentium & creditorum l. fi. C. de iure delib. ubi Bal. in §. cum igitur, col. 5. verſ. ex prædictis, quia eorum intereſt confectioni intereſſe ne aliquid in eorum præiudicium occultetur, cum in eorum præiudicium fiat. ar. l. fi. C. arb. tu. & in § ad hoc in auth. ut ſpons. larg. Vital. vbi ſuprà in q. 11. in materia tutoris.
3 Plus, † inuentarium tutoris debet fieri mox, ideſt quam primum poteſt. glo. in l. tutores. C. de adm. tuto. ubi Bart. & alii communiter, niſi ex iuſtiſſima cauſa differat. Bar. in l. tutor qui repertorium, colu. 1. ff. eo. tit. verſ. quæro quando debeat, & hoc propter timorem ſubtractionis. Rui. in conſi. 19. n. 11. volu 5. Vital. in tract. claui. in verbo Nil nouari Inuen. confec. pend. col. 29. verſi. 7. quæro. Luc. de Pen. in l. 1. col. 1. C. de
4 cano. frum. urb. Rom. lib. 11. ubi inquit, † quòd illud uerbum quamprimum, propriè ſumptum, nullum recipit interuallum. l. a. §. frumentariæ. ff. de adm. rer. pert. ad ciuit. ſecus impropriè. l. tarum. ff. de ſolu. quod aliàs eſt in inuent. hæredis,
5 † quod confici debet tres menſes a die aditæ hæreditatis, glo. in uer. delatā. iuncto tex. in l. fi. §. ſin autē dubius. C. de iu. deli. ubi Bar. Odof. Bal. Aug. & alii & ut latius ſupra explanatum fuit.
6 Differt etiā in alio, † quia inuentarium tutoris fit ſub nomine proprio, alterum uerò hæredis ſub nomine alieno. Bal. in l. filium quem habentem. col. fi. C. fam. ercis. Vital. vbi ſuprà col. 2. in fi. verſic. Item non poteſt teſtator.
7 Adeſt & alia differentia, † quia contra inuentarium hæredis admittitur probatio in contrarium, dicta. l. fi. §. licentia, ubi ita † omnes uno ore concludunt, ſed contra inuentarium tutoris non. l. fi. C. arb. tute. Vital. in dicto uerſi. Nil nouari inuent. confec. pend. col. 15. in fi. uerſic. & illud differt.
8 Additur & alia, † quia tutori poteſt remitti confectio inuentarii per teſtatorem. l. fin. C. arbitr. tute. Bal. in l. fi. §. cum igitur, col 6 verſi. item non poteſt. C. de iure delib. glo. in l. tutores C. de adminiſtr. tuto. Bar. & communiter alii in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. Bar. in l. tutor qui repertorium, in prin. poſt medium, de admi. tut. Valq. in trac. de ſucceſ. crea. nu. 67. vbi
† aſſerit hanc † communem. Gozad. in conſ. 18. nu. 24. Paris. in conſ. 21. nume. 53 uol. 2 quomodo autem poſſit remittere, & ſub quibus verbis, & quando poſſit ſubuenii, vide Io. Dilectū in trac. de arte teſtan. tit. 7. cau. 3. per totum. quod ſecus eſt in hærede, quia ei non poteſt remitti confectio in præiudicium creditorum. Bal. ibi ſupra, & Doct. communiter in d. l. nemo poteſt, & vt infra dicetur.
Similiter videmus quod in inuentario tutoris inſeruntur tenores inſtrumentorum. l. chirographis. ff. de admini. tu. l. tutores. in verſ. inſtrumentorum C. de admi. tu. Bar. in l. tutor qui repertorium, in prin. col. 2 ff. eo. tit. Bal. in l. ſi quis poſt hac. C. de bon. proſcri. Sal. in d. l. tutores. in 7 q. vbi bene declarat Vital. vbi ſup. in 9 q. & Iaſ. in conſ. 215. col 2. ſecus in inuētario hæredis, ibi non inſeruntur tenores inſtrumentorum, ſed ſolum deſignantur. Vital. ubi ſupra, verſi. item differunt.

QVARTA PARS.

Quæ vtilitates tribuantur hæredi legitimè conficienti inuentarium.

SVMMARIVM.

1 *Hæres confecto inuentario non tenetur vltra vires hæreditarias creditoribus, legatariis, vel fideicommiſſariis.*
2 *Hæres adita hæreditate, confectoque inuentario nullum penitus damnum conſequi debet, perinde ac ſi non adiuiſſet.*
3 *Hæres conficiens inuentarium liberatur ab omnibus vexationibus.*

1 Prima enim eſt utilitas † quia creditoribus, legatariis vel fideicommiſſariis, non tenetur hæres confecto inuētario vltra vires hæreditarias. l. fi. §. et ſi præfatam, vbi omnes. C. de iu. delib. licet olim ſecus eſſet quoad creditores, l. ſi te bonis C. de iu. delib. l. quæ dotis. ff. ſolu. matr. & in l. quia poterat, ad Treb. Aret. in conſ. 148. col. 3 verſ. a hoc demonſtratur. Nam beneficium inuentarii reddit ipſum tutum & ſecurum ab omnibus damnis, quæ potuiſſet incurrere ex adit. ſimpliciter facta, vt eſt lex aperta in d. l. fi. § & ſi præfatā,
2 vbi † homines cum beneficio inuētarii adeuntes illud faciūt ſine periculo, ita quod nihil penitus debent amittere ex ſubſtantia, nam ponderanda eſt illa dictio nihil, quæ eſt vniuerſalis negatiua. l. ſi is qui ducenta. §. virum, in verſic nihil ff. de reb. dub. & alia dictio penitus, quæ idem importat, quod dictio omnino. l. j. C. de gladia. lib. 11. Rui. in conſ. 49. nu 9. vol j cōſ. 31. nu 8. vol 3. & in conſ. 117 nu 19 vol. eo. quæ iuncta cum negatiua nihil, idem importat quod nullo modo. glo. in verſ. omnimodo, in l. naue. ff. loca. Alb. de Roſa. in Dict. ſuo, verſ. penitus, vbi & dicit, illud verbum importare idem quod pleno iure. Alex. in conſ. 13. num. 19 uolu. 2 Item & totaliter, vt per Rui in conſ. 119. nu. 10. vol. 3 Gra. in conſ. 65. nu. 23. vol. 2. ubi ſignificat omni cauſa & indiſtincte, & quod nullum etiam minimum damnum pati debeat, vltra dictum tex. in §. & ſi præfatam, voluit etiam ibi tex. in §. licētiam, ibi, damnum aliquod. quæ dictio habēs negatiuā præcedentem operat, vt nō poſſit dānum partiri & diuidi, & ideo dēt eſſe illæſus a quocunque damno minimo, vt per Albe ubi ſup. & in ver. aliquod, & per tex. iūcta gl. in uer. aut earū parte, in cle. j. de foro cōpe. ubi dictio aliquod, comprehendit etiam minimum Dec. in l. cum quid. in prin. ff ſi cer. pe. Crauc. in con. 294 nu. 4. & in tract. de antiq. temp par 4. § j. nu. 554. Alcia. in conſil. 294. nu. 4 Natta, in conſi. 525. nu. 7. Paris. in conſi 33. col. penul. uol. 3. Ruin. in

conſil.60.num 13.volum.3. Grat.in conſi.9. num.68.in 3.reſponſo,& 112.nu.20. Bal.in l.quæ dotis, in fi.ff ſolu.matrimo. Ang.à Gambel.in tracta.de teſtamen.glo.112. colum.2 verſ. quæro quas vtilitates. Socy.Iun.in conſ.134.nume.3.volu.1. in conſi.42.nume.3.volum.3.& in conſ.108. num.42.volu.2. Caſſan.in conſ.23.nume.28. Bero.in conſ.129.num.5.volu.2. vbi ait,quod hæres adita hereditate confectoque inuentario nullum penitus damnum conſequi debet perinde ac ſi non adiuiſſet,neque hæres fuiſſet. Prac.Pap.in for.lib.quo.pet.here.ex teſta.in verbo purè,colum.fin. Port.in conſilio 6.num. 15.&40 nume.51. Porcel.in tracta.de inuen.cap.4.in princip. Alcia in conſi.32 Crot.in conſil.107.nume.7. Vaſq.in tracta. ſucceſſ crea.§.1. nume.26.& in §.6.num 45. Duen.in reg.277. num.7.Paris.in conſi.69 nume.160. volum.3.& in conſil 63. colum.fina.volum.j.Ange.in conſi. 31.in princip.vbi tradit, quod non tenetur niſi quatenus vires hereditariæ patiuntur,
3 adeò & in tantum † quod nec in perſonam, nec in aliquibus bonis ſuis poteſt vexari, quoniam vexantibus ſemper dicere poteſt vt eat ſuper bonis hæreditarijs, adeo quod nec bona hæreditaria vendere cogitur,& de pretio ſatiſfacere, vbi potuiſſet ex venditione damnum pati Bald. in dicta l.fina. §. & ſi præfatam, colum. fina. verſicu. ſed an cum hæres. Iaſ. ibi, colum.1.vbi poſt Bald.ibi per eum citatum dicit quod inuentarium nedum excuſat hæredem ab obligationibus inuentarij,ſed etiam a vexationibus facti.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres qui petit tempus ad deliberandum ſi poſtea conficit inuentarium, licet detrahat Falcidiam,creditoribus tamen tenetur inſolidum.*

1 Sed quid dicimus † de hærede, qui petijt tempus ad deliberandum, an priuetur commodo inuentarij? Reſponde quod in effectu ſic. ex quo negligit auxilium l.fina. §. & hæc quidem, & §.ſin autem hoc aliquis.C de iure deliberan. quod ſane verum arbitrandum eſt,quantum ad hoc,vt ſolidum creditoribus teneatur,& ſi inuentarium confecerit; ſed quo ad detractionem Falcidiæ illam detrahit, alias ſecus ſi inuentarium non fecerit. Si verò a princip, fecerit inuentarium nullo petito termino ad deliberandum, tunc gaudet per omnia beneficio dictæ l fina.Ita Doct.in iuribus ſupra citatis,quod & voluit Franc. Marc.in deciſ.28. in 1.par.deciſ. Delph.& in deciſ. 488.in 2.par Ratio enim diuerſitatis eſt, ſecundum Doct.ubi ſupra, quia primo caſu, quando hæres petit tempus ad deliberandum, lex ſuſpicatur quod illud petitum fuerit, non ut deliberaret, ſed ut expilaret & ſubtraheret res hæreditarias; ideo licèt inuentarium fecerit, tenetur inſolidum creditoribus cum contemnat dictæ l.fina. beneficium, ſecus quando adit hæreditatem ſimpliciter cum inuent. non petendo terminum ad deliberandum; quia tunc omnino gaudet beneficio dictæ l.fin. Si autem petijt tempus ad deliberandum, & poſtea adiuit ſine beneficio inuentarij inſolidum, immo etiam perdit Falcidiam, vt per Barto. & communiter alios in dicto. §. ſin autem hoc aliquis, & Franc. Marc. in deciſ. ſupra citatis.

S V M M A R I V M.

1 *Inuentarium prodeſt etiam in legatis ad pias cauſas.*
2 *Inuentarium non conficiens non tenetur creditoribus vel legatariis in foro conſcientia.*
3 *Hæres ſine beneficio inuentarij de iure antiquo non tenebatur ad legata vltra uires hæreditarias*
4 *Inuentarium non erat cognitum de iure antiquo.*

1 Inuentarij confectio † prodeſt etiam in legatis ad pias cauſas, vt hæres non teneatur vltra vires hæreditarias, quoniam l fi.§.etſi præfatam. C.de iure deliberan generalis eſt,& generaliter loquitur, ergo &c.l.j.§. generaliter. ff.de lega. præſtan. nam aliud eſt hæredem non ſentire lucrum de talibus legatis, vt in authen.ſimiliter. C.ad l.Falcid. quod ideo permittitur, quia ſufficere debet meritum apud Deum §.ſi uero, in authen.de hæredi.& Falcid. Aliud eſt quod non ſentiat damnum,& teneatur ſoluere de ſuo,ſi bona non ſufficiunt,quod minimè admittendum eſt propter talia legata.argu. not. in l. Papinianus,§.2.in glo.s.ff.de inoff,teſta.
2 Nam etiam † ille qui non cōfecit inuentarium nō tenetur in foro conſcientiæ creditoribus vel legatarijs vltra vires hæreditarias,quia lex diuina nō aſſumit hæreditatem eo modo, quo lex humana,vt no in rub.ff de acq. hær.& vt infra dicet, ſed omnis fauor, quem lex humana dat talibus legatis procedit reſpectu & contemplatione legis diuinæ, igitur fortius ille qui confecit inuentarium teneri non debet vltra vires hæ-
3 reditarias pro talibus legatis. Præterea † etiam de iure veteri non tenebantur hæredes ad legata vltra vires hæreditarias,
4 poſito quod inuentarium non cōfeciſſet, † quia iure illo inuentum non erat, nec etiam iure C. & Iuſtiniani patiebatur aliud damnum nō conficiens, niſi quia perdebat Falcidiam, d.l.fi.§.ſi vero poſtquam. ſed hodie per §.ſi vero,in Auth.de hære.& Fal.ſtatutum eſſe, ꝙ teneatur inſolidum ad legata in pęnam contemnentis legis cōſilium. ſed ille qui facit inuentarium,non contempſit pęnam, ergo nec pęnam pati debet arg.l.ſancimus.C.de pęn.ita Caſt.in conſ. 311.in prin. ſecundum antiquam impreſſionem.

S V M M A R I V M.

1 *Inuentarium non ſolum excuſat hæredem ab obligationibus hæreditarijs defuncti,ſed etiam à mixtis, tam hæredis, quàm defuncti.*

1 Inuentarij † beneficium operatur non ſolum contra creditores defuncti, ſed etiam contra eos qui coniunctim dici poſſunt creditores tam hæredis, quàm defuncti.glo.eſt ſing.in l.quæ dotis.ff.ſolu.mat.vbi Bal. in fi.quod dictum eſt ſingulare,ſecundum Imo.ibi, vbi etiā Pau.de Caſt.Rom.& Alex.col.8.verſ.in prin.in glo. in verbo cæterorum.Rom.in rub.de acq.hære.dicens ꝙ heres gaudet beneficio inuentarij nedum quoad obligationes merè hæreditarias,ſed etiam quoad mixtas reſultantes ex propria prouiſione ipſius heredis iūcta aditione hæreditatis. Pet.de Anch. in c.Ray de teſta.Alex in d §.etſi præfatam,in fi.vbi etiam Iaſ. col.2.in verſ.adde ſeptimam vtilitatem.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres conficiens inuentarium conſequitur beneficium Falc. aduerſus legatarios & fideicommiſſarios. quod ampliа procedere etiam in teſtamento militis,ut nu. 3.*
2 *Limita tamen concluſionem ipſam non procedere, quando legata eſſent facta ad pias cauſas.*

1 Tertia eſt vtilitas, † ꝙ hæres confecto inuentario poteſt detrahere Falcidiam de legatis,& fideicommiſſis.l.fi §.etſi præfatam, C.de iu.delib gl.in §.hinc nobis,in verbo, Falcidiæ in Auth. de hære.& Falc.& in §.illo, in fi.vbi etiam glo. in verbo præſidium, co.11, Alexan.in l.in ratione.§ diligenter,col fi.ff.ad l. Falc. Iac.Aconſia.in conſ.12.in prin. quia Falcidia reſecat legata vltra debitum modum facta.l.j.ff.ad l.Falc.Vital.in tract. clauſ.in ver. Nil nouari inuen.confec. pend col.10.in fi Soc. Iun.in conſ.134.col.j.vol.j Capra in concluſione 110.in prin.
2 ubi,nu.4 limitat † hanc ſententiam † ſecūdum communem,
† locum non habere quando legatum fuiſſet factum ad pias cauſas, vel in redemptionem captiuorum.
3 Quod † amplia procedere etiam in teſtamēto militis,quia licèt de iure antiquo & C. in teſtamento militis locum non haberet Falcidia.l in teſtamento.la 2.C.de milit. teſta.l.in teſtamento. C.ad l.Fal.Pau. de Caſt.in l.precibus, col.pen.C.de impub.& aliis ſubſt. Alex.in l.1.§.in filij,ad Treb.tamen hodie Falcidia locum habet confecto inuen.alias non, vt in §.fin.in Auth. de here. & Falc. Saly.in d.l.in teſtamento.C.ad l.Falci. quia hodie quantum ad hoc miles redigitur iure communi, vt heres faciens inuentarium detrahat Falcidiam, alias non.
† ſubdens hanc eſſe † communem.Bening.in l.in quartam,nu. 215.ad l Fal.vbi iura ſupradicta correcta dicuntur per §.pen. in glo.in uerſ.militari,in Auth.de hæred.& Falcid. Idem dixit Imo.in d.l.1.§.hoc autem,col.2.ad Treb.vbi ſi heres facit inuentarium, poteſt detrahere Falcidiam ex cuiuſcunq; teſtamento,non attento priuilegio perſonæ, vt per glo.vbi ſupra, Iaſ.in l. in teſtamento,il 2.C.de teſtam.mil. vbi inquit, in fi.in verſ.ſed circa hoc,ꝙ hodie per iura auth. ſunt correcta iura, de quibus ſupra,vt ibi per eum. quamuis contrarium tenuerit Ang.in l.2.§.hæc ſtipulatio,col.2 per gl.in ver.militari, in §.quia vero,in Auth. de here.& Falc.vbi expreſsè glo.inquit, ꝙ ſi miles inſtituit heredem, poterit detrahere Falcidiam ſi fecerit inuentarium. vnde corrigitur.l.in teſtamento,C.de teſta mil.& in l.in teſtamento C.ad l.Fal. Idem ibi tenet Iac.de Beluiſ.& Ang.Bar.in l.1.§.in filij.ff.ad Treb.ubi dicit idem tenuiſſe Dy.& Franc.Accur.Ang.a Gambel.in tract.de teſtam. glo.80.num.11.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres qui in confectione inuentarij paſſus eſt moram, Falcidiam detrahere non poteſt.*

1 Quid dicendum † de hærede, qui purgauit moram in confectione inuentarij, an falcidiam detrahere poſſit? tex. eſt quod non. in l. 3. §. item ſi ita. ff. ad l. Fal. ibi, neq; in falcidiam imputari, vbi per illum inquit Ang. notandum eſſe ſingulariter, ꝙ licet quãdoque admittetur purgatio moræ ut euitetur commiſſio pœnæ, tamen illa purgatio nũquam operatur effectum detractionis falcidiæ, quæ antea detrahi poterat. Idem ibi notat Alex. & in terminis noſtris ita decidit Bertach. in reper. ſuo, in verſ. hæres inuentarium. nu. 18. & verſic. 37. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Hæres conficiens inuentarium ſi ſoluit ſcienter legatum integrum alicui abſque detractione falcidiæ, hodie ſibi præiudicat in cæteris legatis, quod ſecus erat de iure digeſtorum, & C.*
2 *Limitatur tamen hæc ſententia non procedere, quando hæres non eo animo fuit, & id modo aliquo probari poſſit.*
3 *Item & quando non nouerat ſubſtantię ſeu hæreditatis menſuram.*
4 *Hæredi conficiendi inuentarium, & qui ſoluit legatum integraliter per errorem, datur repetitio ratione falcidiæ detrahendæ.*
5 *Error in dubio præſumitur.*
6 *Legata plura ſi vni debeantur, & illi hæres cum beneficio vnum integre ſoluerit, poterit hæres dum alia ſoluet, Falcidiam retinere reſpectu dicti primi integre ſoluti.*

1 Stante igitur præmiſſa vtilitate, de qua ſupra dubitatio exoriri videtur, an † ſi hęres legatum integrum alicui ſoluerit, ſibi præiudicauerit nedum contra illum cui ſoluit, ſed etiam contra alios legatarios? Et omittendo ea quæ faciunt ad pompam, ſed concluſiue loquẽdo, dico quod etſi de iure Digeſtorum & C. ſi hæres ſciẽter ſoluiſſet integrum legatũ ſine detractione Falcidiæ, quoad alios legatarios ſibi non præiudicaſſet, vt in l. quod de bonis. §. a ff. ad l. falcid. & in l. in imponenda C. eod. tit. ubi vtro bique per ſcribentes, tamen quod hodie & ſic de iure authẽticorum ſecus eſt, quia ſi hæres ſcienter ſoluit legatum integrum, ſibi præiudicat in cęteris legatis, auth. ſed cum teſtator C. ad l. fal. & in corpore vnde ſumitur, quia lex ipſa noua præſumit quod quemadmodum ipſe noluit falcidiam detrahere ex illo legato, ita etiam noluerit detrahere ex aliis, ſed eredit quod voluerit pie voluntatem teſtatoris adimplere, ut p Cyn. ibi in 5 q circa finem, & Soci Iun. in conſi. 19 colum 2. volu.
2 Quæ tamen ſententia † limitatur locum non habere, quando non eo animo fuit hæres, & id aliquo modo probari poſſit, vt per gl. in d. auth. ſed cum teſtator, in uerbo emergat. quam
† ibi ſequuntur † communiter ſcribentes.
3 Item & ſecundo, † quando non nouerit hřs ſubſtantiæ ſeu hæreditatis menſuram, quia ſibi non præiudicat ſoluendo aliquod legatum integrum; quoniam, cum ſoluerit credens ſibi ſupereſſe ſalcidiam, iniquum eſſet quod ſibi in aliquo præiudicaret, vt ibi communiter per ſcriben. & So. Iun. ubi ſupra
4 col. a Et iſtud adeo verũ eſt, † quod etiam reſpectu legati integraliter ſoluti per errorem datur repetitio ratione falcidiæ detrahendæ l. error C. ad l. falcid quæ lex in aliquo non muta
5 tur Rolandin. in tract teſta. in rubr 28. nu. 16. † qui in dubio
† præſumitur ſecundum doctrinam Bar. † communiter approbatam in dicta auth. ſed cum teſtator, teſte Soci. Iunio. vbi ſupra nu. 12.
6 Item dicitur † quod etiam ſi vni plura legata debeantur, & vnum illi integre ſit ſolutum, poterit hæres dum alia poſtea ſoluet, retinere falcidiam reſpectu primi legati integri ſoluti. tex. eſt in l. ſi ex pluribus, ubi Bartol & alij. ff. ad l. falcid. Paul. de Caſt in dicta authen. ſed cum teſtator, in fi. & Socin. Iuni. vbi ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Hæres ſi in inventario aliquas res poſuit & alias doloſe omiſit, falcidiam in totum perdit.*
2 *Hæres ſi doloſe omittit ponere aliquas res in inuentario, illud non vitiatur in totum, ſed tenebitur in duplum legatariis & creditoribus.*
3 *Hæres ſi bona fide omiſit res aliquas ponere in inuentario excuſatur.*
4 *Pœnam non meretur, quod fit bona fide.*
5 *Hæres data etiam culpa leuiſſima, excuſatur, ſi in inuentario omiſit rem aliquam deſcribere.*
6 *Cautela eſt ut hæres in conſummatione inuentarij, proteſtetur quod plures res & plura iura non inuenit, & ſi contigat reperiri, in eo addet.*
7 *Proteſtatio repellit exceptionem doli.*

Quid ſi hæres poſuit in inuentario aliquas res, ſed non omnes, an illud vitietur in totum? Quæſtio iſta redditur dubia propter varias ſcribentium ſententias: nam primo Bar. in l. Paulus. ff ad l. falc. vult ꝙ ſi celauit aliquam rem, perdit beneficium inuentarij in om-
nibus, & ideo dixit ꝙ cum eſſet queſtio Tuderti, vbi quidam fecerat inuentarium, & dicebat ſe hęredem cum beneficio inuentarij, quidam dixit quod non poſuit quaſdam res in inuentario, & ipſe reſpondit quod non erant tempore mortis, fuit probatum quod extabant tempore mortis; ipſe conſuluit ꝙ poſtquam ipſe cęlauit & ſic ſubtraxerat, quod perdit beneficium inuentarij in omnibus, vt in § ſi vero non fecerit, in fi. in Auth. de hæred. & falcid. Idem tenuit Bald. in l. fi. §. cum igitur, colum. 4. verſic. quæro requiritur. C. de iure delibe. arg dictæ l. §. ſi vero poſtquam, in fi & ex his quæ no. in §. ſi vero nõ fecerit, in Auth. de hæred. & fal. rurſus in Auth. ſed cum teſtator, col. 3. in fi. verſic quæro ſi hæres, & in conſi. 219. circa fi. volum. 1. Abb. in conſi. 73. colum. 4. verſic. tamen, vol. 2 Port. Imol. in conſi 50. nu. 7. Grat. in reſponſo. 35. col. 2. vol. 2. Vital. in tract clauſ. in uerbo, Nil nouari inuẽt. confec. pend. col. 10.
1 Alij † vero teneut ꝙ perdat totam falcidiam, ut per Bar. in d. l. fina. §. licentiam, ubi dicit quod de iure Digeſtorum contra amouentem ſtatuebatur pœna falcidiæ tantum perdendæ, vt in l. beneficio, & in l Paulus. ff ad l falc. etſi erat ſuus hæres perdebat ius abſtinendi l. ſi ſeruum. §. admonuiſſe. ff. de acq.
2 hær. de iure † uero Codicis duplum refundebat. de iure verò authẽticorum per ſubtractionem vnius rei perdit falcidiam in totum, ut in d. §. ſancimus, ibi glo. & Iaco. de Beluis. in Authen. de hæred. & falcid. licet Cyn. in dicta authen. ſed cum teſtator, C. ad l. falcid. videatur repræhendere illam glo Idem Bart. in l. in ratione, la 1 §. quod vulgo, col 3. ad l falc. in uerſi. & ideo dico, & in l. beneficio, eo. tit. & in § hinc nobis, col. 2. in Auth. de hæred. & Falc. Fulgoſ. in conſi. 24 in princi. & in l. reſcriptum. ff. de his quibus ut indign. Sal. in d. ẽta l. fin. §. illo, colum. 1. Ang a Gambel in tract. de teſta. glo. 11 a colum. fin. dicens ita ſeruari in practica Roma in conſi 276. col. fin. Io. de Plat in l. ſi vacantia, col fin. C. de bon. vacan. lib. 10. & hanc
† eſſe † magis communem, inquit Alex. in dicto. §. licentia, colum. fi. Ang. vero in d l Paulus, videtur concordare has opiniones, dicens ꝙ ſi quærimus quoad beneficium detractionis falcidiæ, procedit glo. in dicto. §. ſancimus, quia non debet hæres illo beneficio inuentarij gaudere, ex quo illo eſt abuſus, ut no gl in dicto § ſancimus. Aut quærimus quoad hoc, vt non teneatur vltra vires hæreditarias, & iſto caſu non tenetur; quia per hoc non tribuitur beneficium ſed reditur ad ius antiquum. l. 1. § ſi hæres, ad Treb & ſubdit Angel. hęc notanda, quia pluries habuit de facto, & ſimiliter tu habebis, quod eſt de pane acquirendo. Imola uerò dicit quod & ſi totum lucrum perdatur, ut in dicto. §. ſancimus, tamẽ quod de ſuo non tenebitur non ſolum legatariis, vt voluit Ang. nec etiam creditoribus, niſi ad duplum rei ſubtractæ, vt in l. fi. §. illo. C. de iure delib. qui in hoc non eſt correctus per dictum §. ſancimus. Quid dicendum in tanta perplexitate Doctorũ? Reſponde, tenendam eſſe opinionem Imo. quam ſequitur Ang. in §. extraneis, col. 3 uerſi. quid autem ſi hæres, inſtit. de hæred. qual & differ. quod inquit notandum, quia credit illud verum. quam partem etiam amplectuntur Odofr. Raph. Fulgo. & Albet. in dicta l. fi §. licentiam. Caſtren. ibi in § cum igitur, colum 2 verſi. ſed pone, vbi tradit quod habuit hũc caſum de facto, & dixit per §. in illo, dictæ legis, vbi ponitur hæres cedens rem hæreditariam circa eandem rem ut teneatur in duplum, non tamen pro hoc irritatur beneficium inuentarij uel eius beneficium uel effectus. cum qua opinio. etiã pertranſit Sali. ibi in dicto. §. illo. dicens quod alias fuit magna quæſtio Bononiæ, quæ fuit ſibi commiſſa conſulenda, & ꝙ conſuluit, hęredem nõ teneri ultra uires hæreditarias, niſi in ſimplo huius dupli, & quod Aduocati utriuſque partis ita fuerunt confeſſi, inter quos, erant plures valentes. Io de Plat. ubi ſupra, quam partem etiam ſequuntur Cy. Alex & Iaſ. in §. li-
† centia, ubi Iaſ. aſſerit hanc eſſe † communem licet, Bal. ibi teneat contrarium & malè Alexan. in dicta l. Paulus. Guiliel. Benedic. in repet. cap. Raynutius, in uerſ. mortuo itaque teſtatore, ii 1. num. 402. teſtam Roma. in conſi. 276. col fi. Porcel. in tract. de inuent. c. 3. colum. 2 in princ. Ang a Gambel. in trac. de teſta. glo. 112. col. fi. Port. Imol. in conſ. 50. nu. 7. ubi aſſerit hãnc eſſe receptiſſimam Doctorum ſententiam. Vilalob. in ſuis communibus opinionibus, in verbo hæres. nu. 8.

Non obſtat §. ſi uerò non fecerit, quia reſpondetur, ꝙ ibi tex. loquitur quando nullum fuit confectum inuentarium, ſecus ſi fecit, & ſeruauit formam, licèt omiſerit vnam rẽ, quia tunc habet locum d. §. illo. pro quo etiam facit tex. in dicta. l. fi. §. etſi præfatam, ubi imperator vult quod ſi non ſeruet illã diſpoſitionem factam ſuper confectione inuẽtarii, teneatur in ſolidum creditoribus; & tamẽ in dicto. §. illo, ſubdit quod ſi omittat aliquam rem, tenetur ſolum in duplo illius rei. ita Imo. & Alex. in dicta. l. Paulus, & Ang. in dicto. §. extraneis, col. 2. Sali. in dicto. §. illo. Alex. in dicta l. fi. §. licentia, in fi.
3 Port. Imol. in conſi. 50. nu. 19. Quam tũ concluſionem † limita locum

ta locum non habere ſi hæres omiſit bona fide responere
in inuentario, vt quia ignorabat; quoniam tunc excuſatur,
4 † nam quod bona fide fit, pœnam non meretur. l. quamuis.
ff. de condi.& demon Bald.in l. fi. § cum igitur,colum 4.uer.
quarto requiritur.C. de iure delib.l. ſi ſeruum. § prætor. ff. de,
acquiren.hæred. Paulus de Caſtro ibi colum. 2 verſic. ſed po-
ne. Dec.in conſi.633.colum.penult.verſicu.quarto in inuen-
tario. Grat.in conſ.25.colum.2.volum 2. Vital.vbi ſupra.Imo
plus voluit Bald. in authen. ſed cum teſtator,colum.2.in fin.
C.ad l.falci.quod ſi interuenit etiam culpa,quod ea non no-
5 cet niſi catenus quatenus,nec etiam putat † quod noceat cul
pa leuiſſima,& multo minus iuſtus error.l.mulier § ſi hæres,
6 ad Trebel.Et ideo † cautela eſt ſecundum Pau.de Caſtro vbi
ſupra quod in conſummatione inuentarii hæres proteſte-
tur quod plures res & plura iura non inuenit, etſi contingat
alias res uel iura reperiri,addet ſubdens ita de facto ſeruari,ſe
quitur Iaſ.ibi in princ.dictæ l.colum.2,Bal. in d.§. cum igitur
colum. 4. in fi. verſicu. Item pone quod hæres,ubi inquit, ꝙ
ſi hæres bona fide fecit inuētarium, ſed poſt ſubſcriptionem
aliquam rem inuenit,ſi in prima ſubſcriptione proteſtatus eſt
quod ſi adhuc aliquid peruenerit ad eum de bonis hæredita
ris iterum addere intendit in ipſo inuentario,ſi aliquas res po
ſtea inuenerit,eas iterum addere debet,l.fin.§.tali.C.de cura.
furio. quia ſatis erit etiamſi eſſet tranſcurſum tempus com-
plendi inuentarium,quia talis additio retrotrahitur ad tem-
pus prædictæ proteſtationis.argumento.l.aſſe.ff. de hæred. in-
7 ſtit. Nam vtilis eſt huiuſmodi † proteſtatio ſecundum Bald.
in authen. ſed cum teſtator, colum.fin.in princi.C.ad l.falci.
quoniam repellit doli exceptionem. l. 1. cum ibi nota. C. uti
poſſi.& in l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.Dec.in conſi.633 co
lum.penult. verſic. quarto in inuentario Grat.in conſi.25.in
prin.& in colum.2.volum. 2. Angel. in l. 1. § hæc ſtipulatio,
colum.penul.verſic. ut tamen omnium. ff. ſi pluſquam per l.
falc.vbi dicit,quod hodie inoleuit mos,quod fiat huiuſmo-
di proteſtatio per hæredem & tutorem,quia illa multum re-
leuat ad ſuorum iurium conſeruationem, niſi probetur do-
lus aut machinatio eorum.l.ſi debitor.§. 1. ff. quibus modis
pign.vel hypo.ſoluitur.per gloſſ.in l. communi diuidundo.ff.
comm.diuid.Angel.a Gambel.in trac.de teſta.in gl.112.in fi.
Porcel.in tract.de inuent.cap.3.col.2.in princ Pariſ.in conſi.
12.nume.28.volum.2.Vital.vbi ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Hæres pendente confectione inuentarii non poteſt à creditoribus uel legatariis conueniri,nec in aliquo uexari.*
2 *Statuto ſi caueatur,quod inſtrumenta publica mitti debeant executioni, pendente confectione inuentarii non poterunt mitti,contra hæredem.*
3 *Executio ſententiæ latę contra defunctum non poteſt fieri contra hæredem pendente dilatione confectionis inuentarii.*
4 *Rei uendicatione agi poteſt contra hæredem ad aliquam rē pendente confectione inuentarii,quando hæres conueniretur non ut hæres.*
5 *Quod declara locum non habere reſpectu legatorum.*
6 *Hæres pendente dicto termino conueniri poteſt pro reſtitutione vſurarum per defunctum extortarum.*
7 *Item pro relictis pro anima.*

1 Quarta eſt vtilitas,† quod durante tempore con-
fectionis inuentarij non poteſt hæres
vocari ad iudicium,nec in aliquo uexari a creditoribus vel le
gatariis.l.fin. §.donec.ubi Sal.Alex.Iaſ.& alii.C.de iure delib.
Ang.in l.1.§.hæc ſtipulatio,colum 7..in princip.uerſi.penden-
te autem dilatione.ff.ſi pluſquam per l.fal.ubi etiam Imo col.
4.uerſic.3. diligenter.Ang.a Gambel.in tract. de teſta. in glo.
112.nu 9.uerſicu.durante.Iaſ.in §.fuerat,nu.61.inſti.de actio.
Dec.in conſi.633.colum.2.uerſic.& iſta concluſio. Porc. in
trac.de inuent.cap.4.num.9.Boer.in dec.10.nu.9. & deciſ.53.
in prin.Duen.in reg.267.in princ.Vital.in trac.clauſ.in uerbo
Nil nouari inuent. confec.pend.colum.11.in 1.uerſic.quinto.
Guid.Pap.quæſt.571.& Capel.Toloſ.322.& ideo uidemus ꝙ
exceptio inuentarij impedit litis conteſtationem,adeo ut hæ
res non teneatur reſpondere libello ſi excipit, quod eſt infra
tempus conficiendi inuētarium, ut per Bar.in dict. §. donec.
vbi etiam Salic.Bald.& Paulus de Caſtro,ubi inquit, hoc lo-
cum habere dum conficit inuentarium, quia eo caſu etiam
vſque ad vires hæreditatis nō poteſt moleſtari hæres,ſed poſt
quam eſt confectum bene poteſt moleſtari vſque ad uires hę
reditarias,& ſic non impediretur litis conteſtatio,ſed deberet
poſtea opponi ad merita cauſæ.Idem uolunt ibi Ange. Iaſ.&
Corne.col.2.Competit enim ſecundum Bal. ibi quem ſequi-
tur Corne. colum.2 dum inuentarium eſt in fieri duplex dila
toria ſcilicet iudicii,& ſolutionis, ſed poſtquam eſt factum,
omnis dilatio expirat, vt patet ex aduerbio donec, & incipit
competere exceptio peremptoria quatenus hæreditas eſt ſol
uendo.Vital.vbi ſupra,colum.1.in fi. Porcel.in trac.de inuen.
c.4 num.9.quia iſta exceptio eſt dilatoria.l.penul. & fin. C.de
excep.Capel. Toloſ.257.Guid.Pap.in deciſ.170.Boer.in deciſ.
53 colum.1.Bald.in §.etſi præfatam,colum.3.uerſi.3.circa ve
2 xationē.& ideo dicunt Doct.in dicto.§.donec, † ꝙ ſi ſtatutū
extaret,ꝙ inſtrumenta publica poſſint peti executioni man-
dari,interim non poteſt contra hæredem peti.& Pau. de Ca-
3 ſtro ibi quod † pendente dicto termino confectionis inuen-
tarij non poteſt contra hæredem fieri executio ſententiæ la-
tæ contra defunctum. Tiraq.in tract.de priuil.piæ cau priuil.
24.Duen.in reg.277.in uerſi. primo fallit. Viui. in ſuis com.
† opin.in uer.exceptio.vbi fatetur hanc eſſe † communem.
Quæ ſententia patitur plures limitationes, quarum prima eſt
4 quando † hæres conueniretur non ut hæres.ſed tā quam qui
libet poſſeſſor rei vēdicatione ad aliquam rem repertam in
hæreditate,quia tunc cogeretur reſpondere infra illud tem-
pus.ita Odofr.Gul.de Cunco,Nico.de Matha.Bal.Sal.Ange.
Alber.de Roſa.Pau.de Caſtro,Alex.Rapha.& Corne. in d.§.
donec.qui dicit etiam ita tenere Benedi.de Plumb.argu.l. de
eo.§.fi.ff ad exhib.& l.Neſennius.§. fundum,ſecūdum unam
lecturam.ff.de re iud.Ange.& Imo.in dicto.§.hæc ſtipulatio.
† Porcel.in tract.de inuent.c. 4.num.9. & hanc eſſe † commu-
nem opinionem dicit Viu.in loco præallegato. nu. 4. Caſſan.
in conſuet. Burgund. rubr. 8. §. 13. quam tamen intellige ue-
5 ram eſſe,† niſi reſpectu legatorum,quia ſuper legatis interim
eſt impoſitum ſilentium quacunque actione petantur, ſecū-
dum Bal.in dicto.§.donec,in fi. Duen.in reg. 267. in vlt.limi-
tatione.Nec habet obſtare quod Cyn.& Alber.de Roſa.ibi
teneant contrarium per generalitatem ipſius.§. quia dicitur,
ꝙ ille tex.procedit reſpectu creditorum hæreditariorum, nō
autem eorum,qui non ſunt creditores,& conueniunt hære-
dem non ut hæredem,ſed ut ſimplicem poſſeſſorem. Simili-
ter non obſtat ꝙ tex. ipſe loquitur de hypothecaria quæ eſt
actio in rem,& datur contra quęmlibet poſſidentem.l eos,q
potio.in pign.hab.l.ſi fundus, de pigno. & tamen agenti ob-
ſtat ſibi dilatio,de qua in dicto.§.donec.quia reſpondetur, ꝙ
licet obſtet creditori hæreditario, ſecus tamen creditori nō
hæreditario habenti hypothecatam rem hæreditariam,ſecū-
dum Benedic.de Plumb. Corne.& alios ſupra citatos,a quo-
rum ſententia etiam non recedit Vital.ubi ſupra.
6 Secunda eſt,ut locum non habeat † in hærede conuento ad
reſtituendum uſuras per defunctum extortas, quia tunc po-
terit conueniri pendente dicto termino confectionis inuen-
tarii,quoniam anima defuncti dum retardatur huiuſmodi re
ſtitutio,cruciatur in alio ſeculo,cui cruciatui non poſſet re-
parari per reſtitutionem,quę poſtea fieret.ita Rica.Malumb.
Rayn.Cyn.Albet.de Roſa.Bal.Ang.Saly.Fulgo.Paulus de Ca
ſtro & Alex.in dicto.§.donec.Ang.in d. §.hæc ſtipulatio, vbi
etiam Imo.col 4.in fi.verſi. Item ſecundo. inquiens pridie in
practica vidiſſe hoc dictum allegari.Vital.in trac.claul.in uer
bo Nil nouari inuenta conf.pend.col 8 Corne in dicto.§.do-
nec.ubi inquit hoc menti tenendum, quia ſupra dicta ratio
etiam militat in omnibus,ad quæ defunctus ex conſcientia
tenebatur,ut quia purum debitum interpellatus non reddi-
dit,iuxta notata per Docto.in c.fi.de præſcript.Porcel in tra-
cta.de inuent c.4 num.9.Duen.ubi ſupra in 1.limi.Caſſane.in
loco citato, & Viu. nume. 2. pro qua confirmatione facit ꝙ
voluit Bal.in repet.l.1.col.18.uerſic.ſuper 9.quæſt.C.de ſacro
ſan.eccle.vbi inquit,quod ſi relictum ad pias cauſas eſt tale,
quod dilatio afferret periculum animæ teſtatoris,ut eſt quā-
do eſſet pro reſtitutione vſurarum,vel non reciperet dilatio
nem, tunc nulla requiritur adiuo. quem ſequitur ibi Iaſ col.
penul.uerſic.ſecundo limita.
7 Tertia eſt,ſecundum Bald.in dicto.§.donec,† in relictis pro
anima,quia non recipiunt moram reſtitutionis, ſecūdum Ri
card.Malumb.Cy.& Alex.ibi Bal. in l.eam quam,col.4. C. de
fideicom.Porcel.ubi ſupra.Ang & Imo.in dicto.§. hæc ſtipu
latio,col.4.Roland in tract.teſtamentorum,in rub.38.nu.19.
vbi inquit,ꝙ relictum ad pias cauſas dicitur omne id propter
quod anima teſtatoris ſubleuatur,uel anima cuiuſcunque ca
tholici,vel animatum corpus incarcerati etiam pro maleſi-
cio.§.ſi vnum de prædictis,ibi,,dum dicitur, ipſorum quoqꝫ
animæ ex hac cauſa piiſſime ſubleuentur,in Authen.ut cum
de appel.cognoſ.& in l.1.ibi, quæ proprijs actibus ſunt depu-
tata.C.com.de le.Bald.in authen.ſimiliter.C.ad l. fal. plura ēt
exempla ibi ponit dictus Roland. quæ non tranſcribe,cum vi
deri poſſint. Tiraq. ubi ſupra, Duen. in dicta reg.267.nu 4 &
in reg.397.nu.7.in fi.Vital.in tract. clauſ. in uerbo,Nil nouari
inuent.confec.pend.colum.2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Hæres pendente confectione inuentarii alios conuenire non poteſt, ſed con*
tra numero 3.
2 *Dies aliquis ſi eſt feriatus quoad te ut non poſſis conueniri, ita etiam fe-*
riatus eſſe debet contra te ut alios conuenire non debeas.
3 *Declaratio ad tit. quod quiſque iur.*
4 *Gratia conceſſa alicui à lege, non debet in eius odium retorqueri.*
5 *Aequalitas ſeruari debet in vno, & eodem iudicio vnius, & eiuſdem*
cauſæ.

Quia ſuprà concluſum fuit, quod hæres penden-
te confectione inuentarij regulariter
1 non poteſt conueniri, † an ipſe alios conuenire poſſit? Bat. in
l. fi. C. de fruct. & lit. expen. colum. fi. videtur dicere quod di-
cta lex eſt in argumentum, quod non tamen ſe remittit ad ea
quæ ſcripſit in l. fi. C. de iure delibe. ſecundo facit quod not.
2 Bat. in l. die ſabbati. C. de Iudæis. ubi per illum tex. dicit † quod
ſi aliquis dies eſt feriatus quoad te ut non poſſis conueniri,
debet etiam eſſe feriatus contra te, ut tu non debeas alios cō
uenire. Tu teneas contrarium, ſecundum Bart. in dicta l. fina.
3 § donec. vbi dicit quod † licet videatur facere in contrarium
titulus, quod quiſque iuris &c. tamen veritas eſt quod hæres
poteſt alios conuenire non obſtante dicto titulo; quia ille lo
cum habet quando alicui conceditur priuilegium ad ſui po-
ſtulationem. ſed priuilegium conceſſum hæredi per diſpoſi-
4 tionem dicti §. non eſt huiuſmodi, quia † lex ſibi cōceſſit per
gratiam, ergo non debet in eius odium retorqueri, ita Paul.
de Caſtro ibi in fi. Item & quia hoc priuilegium non eſt ini-
quum, ſecundum Ang. ibi. Ang. & Imo. in l. 1. § hęc ſtipulatio.
ff. ad l. falcid. Ange. in l. fin. C. de fruct. & lit. expen. Idem dixe-
runt Alex. & Corne. in d. § donec. Vital. in tract. clauſ. in ver-
bo Nil nouari inuent. confec. pend. colum. 2. in princ. Porcel.
in tract. de inuent. c. 4. nume. 10. Boer. in decis. 53. colum. 2. in
prin. Duen. in reg. 267. nu 2. vbi declarat Vital. vbi ſupra col. 2.
Alex. in l. 3. in princ. colum. 2. ff. quod quiſque iur. ubi etiam
4 Iaſ. in prin. & hanc eſſe † communem Doctorum ſententiam
inquit Alex. in conſi. 62. col. fin. in princ. vol. 7.
Non obſtat tex. in l. fi. C. de fruc. &c. quia ad illum reſpon-
5 det Alex. in dicto. § donec, quod in dicta. l. probatur † quod
in vno & eodem iudicio unius, & eiuſdem cauſę debet ſerua
ri æqualitas, at illud quod eſt conceſſum actori a lege intelli-
gatur conceſſum reo, nō negatur in dicto §. donec, ſed ſi quę
ritur, an in alia cauſa quam ip ca in qua hæres vtitur priuile-
gio poſſit alius uti eodem priuilegio contra hæredem, iſtud
bene negatur.
Similiter non obſtat tex. in cap. die Sabbati, quia reſponde-
tur, quod illud eſt propter naturam feriatum, quia feriæ con
ceduntur tempori, & non perſonæ, ita Bald. in l. quod fauore,
col. 2. verſi. quarto, C. de legib.

SVMMARIVM.

1 *Hæres ſi pendente dilatione inuentarii alios voluntariè inquietat, poterit*
& ipſe reconueniri: ſecus ſi ex neceſſitate compellatur.

1 Quid † ſi hæres inquietaret alios pendente dicta dila-
tione, an & ipſe reconueniri poterit vt pulſatus
ab eo? dic quod ſic, ut per Ang. in d. § hæc ſtipulatio, colum.
7. & Imo. colum. 5. in princ. Fulgo. in l. fi. §. ſi uero poſtquam
C. de iure delib. vbi etiam Alex. in §. donec, circa fi. & Corne.
col. 1. in fi. Caſſane. in conſuet. Burgund. fo. 11 108. verſi. 5. limi
ta Vital vbi ſupra, col. 3. arg. l. 2. §. ſi agant, de iud. ubi qui in ali
quo loco non poteſt inuitus conueniri, ſi ipſe agat, conueni-
retur. & l. ſeruus quoque, §. ait prætor, & §. fi. ff. de procur. Quod
tamen ſane intellige quando hæres voluntarie alios conueni
ret, ut per Alex. ubi ſupra poſt alios ibi per eum citatos, ſecus
ſi compulſus neceſſitate alios conueniret, quia dilatio eſſet
periculum allatura, ut quia debitores hæreditarij cum pecu-
nia fugiunt, aut domus vicina minatur ruinam ſuper domos
hæreditarias, unde petit cautionem damni infecti, ut per Ang.
vbi ſupra. qui dicit quod ita uidit pluties de facto practicari
& iudicari. quem ſequitur ibi Imo. col. 5. ac Vital. in loco de
quo ſupra, col. 3. & Corne. in dicto §. donec, col. 1. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium inuentarii locum non habet in hærede, qui ſimpliciter adit hæ-*
reditatem locupletem, ſed contra nu. 4.
2 *Exceptio omnis nititur æquitate.*
3 *Exceptionem alteri dari cum alterius iactura æquum non eſt.*
4 *Inuentarii confectio hæredi non prodeſt, niſi ante aditam hæreditatem pro-*
teſtetur velle eam adire cum beneficio inuentarii, ſed contra numero
ſequen.
5 *Recedendum non eſt a verbis legis.*
6 *Priuilegio in dubio quis renuntiare non uidetur.*
7 *Pœna alicui non infligitur niſi in caſu à iure expreſſo.*
8 *Hæreditas adita ſpe certiſſima lucri, non indiget lucro.*

1 Beneficium † inuentarij an locum habeat in hæ-
rede, qui ſimpliciter adit hæredita-
tem locupletem, adeo vt ſi agatur contra eum per creditores
poſſit excipi, quod eſt in tēpore confectionis inuentarij? Pri-
2 mo uidetur dicendum quod non, quia † omnis exceptio ni-
3 titur æquitate. l. qui æquitate. ff. de except. doli. ſed † alteri da
ri exceptionem cum alterius iactura, æquum non eſt, ergo per
doli replicationem exceptio doli eliditur, ita Ricar. Malumb.
vt refert Cy. in l. fi. in princ. C. de iure delib. quem ſequitur ex
ponendo tex. dum dicit, nullo indiget inuentario, ſcilicet quod
ſibi proſit. Specu. in titu. de inſtru edit. §. fi. verſi. ad hoc autē,
cum tribus ſequentibus, vbi inquit quod ille qui ſpe certiſſi-
ma adit ſimpliciter, tenetur in ſolidum creditoribus & nullū
commodum habet ex cōfectione inuētarii, niſi fortaſſe quo-
ad falcidiam, per tex. in dicta l. fi. in princ. iuncto. §. ſin autem
aliquis. Angel. uero in l. 1. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi pluſquam per
4 l. falci. circa fin. tenet † quod nunquam prodeſt hæredi confe
ctio inuentarii niſi primo ante aditam hæreditatem hæres pro-
teſtetur quod intendit ipſam hæreditatem adire cum benefi
cio inuentarii, alias tanquam certus de viribus hæreditatis vi
detur hæreditatem agnouiſſe, adeo quod confectio inuenta-
rii poſtea facta ſibi non prodeſſet, allegat dictā l. fi. in §. cum
igitur. in verbo, nullo indiget inuentario, & ſubdit quod cau
tus eſſe debet Aduocatus agentis contra hæredem, qui obij-
cit de inuentario confecto aut de conficiendo, dum aſſerit
ſupereſſe de tempore, vt replicet quod nec conficere poteſt
nec iam confectum eum iuuat eo quod ante ipſum inchoa-
tum uelut certus de uiribus hæreditatis ipſam agnouit, vel ei
dem ſe immiſcuit & pro hærede ſe geſſit pure & ſimpliciter
nulla facta proteſtatione quod vellet conficere inuentariū,
& ad hoc probandum articuletur quod dictus hæres fecit ta
les, & tales actus inducentes in dubio aditionem & immixtio
nem, de quibus in l. gerit. ff. de acqui. hæred. unde cum ex iſtis
actibus intelligatur in dubio ſe pro hærede egiſſe ſimpliciter,
etiam ſi heri iſtos feciſſet, hodie non poſſet conficere inuen-
tarium, quod inquit menti tenendum, quia lucraberis mul-
tam pecuniam.
Contrarium vero tenent Ricard. Cyn. & Bal. in d. l. fi. §. cum
igitur, in prin. quia etiam locuplete exiſtente hæreditate ex-
pedit habere beneficium inuētarii, quæ beneficia multa ſunt
vt in dicta l. in § etſi præfatam, & in § in cōputatione, & ideo
ſubdit quod etiā quod locupletiſſima ſit hæreditas poteſt hæ
res beneficium inuentarii prætendere, argu. l. quia poterat ff.
ad Trebel. & cum Bal. tranſit Vital. in tract. clau in uerbo Nil
nouari inuent. confec pend. colum. 25. in prin. Idem ibi tenet
in dicto. § cum igitur, in prin. Paul. de Caſtro, quia licet dica-
tur quod quando eſt certus non indiget Inuentario, non ta-
men ſibi tollit beneficium inuentarii ſi ſponte uult conficere
& proderit ſibi, quia ſi hæreditas eſt locuples, ſicut ipſe putat,
habebit beneficium interim quod conuenJatur, ut in dicta l.
§ donec, & etiam poſtquam confecit, ut ſi non reperiatur pe-
cunia in hæreditate, & res non reperiant emptores, poſſit da
re eos in ſolutum inuitis creditoribus, ut non moleſtetur ad
inueniendum pecuniam, & etiam alia, de quib. in § etſi præ-
fatam, ſecundum Bal. Hoc quoque uoluit ibi Alex. in dicta l.
in prin. in 2. colum. Nec obſtat deciſio Ang. in dicto. § hęc ſti
pulatio, quia contra eam primo tenuit Sali in dicta. l. fi §. ſin
autem dubius, col. 5. in prin. uer. iuxta hoc quæro, quia licet
proteſtatio ſit utilis, non tamen neceſſaria. Item quia non cō
ſtat, quod ſpe certiſſima fecerit. Item quia etſi conſtet, non
excluditur propterea quominus facere poſſit. Vltimo ibi lo-
quitur quando re uera ita eſt quod hæreditas eſt locuples.
Idem ſecundo loco tenuit Io. de Imo. in dicto. §. hæc ſtipula
tio, ubi dicit contrarium fore verius per tex. in dicta. l. fin. §. 1.
vbi dicitur quod ſi eſt certus hæreditatem eſſe lucroſam, illā
poteſt adire ſine inuentario: ſi autem certus eſt illam eſſe dā-
noſam, poteſt repudiare, nec egeret inuētario. ſi autē eſt du-
bius quod litera dicit quòd adeat omnino Inchoet tamen
inuentarium infra triginta dies, & ſic ponderanda eſt illa lite
ra, quæ ſimpliciter dat poteſtatem adeūdi in cauſa dubii, nec
requirit aliquam proteſtationem, ſed ſolum arctat adeūtem
ad inchoandum inuentariū infra triginta dies, ergo illud ſuffi
cit, ut poſſit gaudere beneficio inuentarii, ex quo verba l. ſic
5 ſe habent † a quibus non eſt recedendum. l. non aliter, de le-
ga. 3. eo quia † in dubio non videtur illi priuilegio renuntiari.
6 arg. l. 3. de mili. teſta. & quia † ex non confectione inuentarij
quis

quis incidit in pœnam, quæ alicui non debet infligi niſi in ca-
ſu expreſſo a iure, & in dubio debemus illam potius exclude
re. c. in pœnis, de reg. iur. in 6. Tertio hanc etiam tenuit Paul.
de Caſtro, in dicto. §. cum igitur, in princ. quia text. in dicto. §.
ſin autem dubius, dat licentiam, ꝙ adeat etiam non petito tẽ
pore ad deliberandum dummodo poſtea inuentarium confi
ciat, ſubdens ꝙ habuit hunc caſum de facto, & ita conſuluit,
& verum dicit ut patet in conſi. ſuo 212. ſecũdum antiquam
impreſſionem. Quarto hanc opinionem amplexus eſt Alex.
in d. l. ſi. in prin col. 2. in fi. ubi inquit opinionem contra Ang.
eſſe veram, quam reperit tenuiſſe Io Andr in addit. ad Spec.
in rub. de teſta. poſt Iac. de Are. & addit pro hoc facere, quia
potuit eſſe, ꝙ quando adiuit hæreditatem non erat bene cer
tus ꝙ ſubeſſet æs alienum, & poſtea infra tempus conficien-
di inuentarium ſuperuenit ſibi notitia alieni æris; Vnde non
debet excludi a facultate conficiendi inuẽtarium dato, quod
nihil proteſtatus fuerit: quia cum ſciret adhuc ſupereſſe tẽ-
pus ad inchoandum & conficiendum inuentarium, ca ſu quo
eo uti vellet, ſciebat ius ſuum ſaluum ſibi eſſe, & ideo nõ fuit
neceſſaria proteſtatio. l. ſicut §. non videtur, ꝗb. mod. pig. uel
hypo. ſol. ſubdens quoque ita uoluiſſe Bal. in conſi. incip. In
Chriſti nomine proponitur ꝙ Ioannes, & Io. de Imo. in con
ſi. incip. Ioannes ꝯ Bulgarinum, & hanc partem ſimiliter am-
plectitur Porcel. in tract. de inuent. in prin. nu 2. atq; Corn. in
d. l. ſi. in prin. col. 1. & 2. & Barba in repet. c Raynaldus, col. 57.
in fi. de teſt. vbi poſtquam multa dixit contra Sal. & alios, tan
dem concludit non eſſe neceſſariam huiuſmodi proteſtatio
nem, ſed potius ad cautelam. limitat tamen huiuſmodi ſen
3 tentia locum non habere † quotieſcunq; ſpe certiſſima lucri
appareret hẽdem adiuiſſe hæreditatem, quia tunc approbat
ſententiam R. car. & Cy. per tex. in d. l. ſi. in prin. in uerbo indi
ger, qui ſic exponendus eſt ſm eos, ſubdens id eſſe de mente
Bal. in conſi. ibi per eum citato.

SVMMARIVM.

*1 Hæres non poteſt ſe iuuare dilatione temporis ad conficiendum inuenta-
rium, quando euidenter conſtat hæreditatem fore locupletem.*

1 **Si autem** † conſtaret euidenter hæreditatem eſſe lo
cupletem, ſcias hęredem non poſſe ſe iuua
re beneficio dilationis a lege conceſſæ ad conficiendum in-
uentarium, & ſic tunc non haberet locum diſpoſitio dicti §.
donec, ut per Alex. poſt Bal. ibi per eum citatum in d. §. in fi.
quoniam hæres tunc non indiget inuentario ob ſpem certiſ-
ſimam lucri, vt per eundem Alex. in d. l. ſi. in prin. col. 3. ad ꝗd
opus eſt hac dilatione? certe ad nihilum.

SVMMARIVM.

*2 Executio ſententiæ lata contra defunctum, non poteſt fieri contra hęredẽ
pendente tempore ad conficiendum inuentarium.*

1 **Sciendum** quoque eſt † ꝙ pendente tpe confectio
nis inuentarij, executio ſententiæ latę
ꝯ defunctum, non poteſt fieri contra hæredem, ita Sal in d.
l. ſi. § donec, vbi hoc colligit in uer. inquietare. Idem ibi vo-
luerunt Pau. de Caſt Iaſ & Cor. ubi dicit, ꝙ quotidie ita pra-
cticatur. Vital in trac clauſ. in uerbo Nil nouari inuent. conſ.
pend. col. 2. in prin. Aufr. in addit. ad Capel. Toloſ. 257. in fi.

SVMMARIVM.

*1 Præſcriptio cœpta per defunctum contra creditores durante tempore confe
ctionis inuentarii non currit, ſed illo finito reincipit.*
*2 Lex ubi ſuſpendit per aliquod tempus exercitium actionis, illud ipſo iure
ſubducitur de medio in præſcriptione.*

1 **Sed** dubitatio oritur, † an præſcriptio cœpta per defun-
ctum contra creditores durante tempore cõfectio-
nis inuentarii deſinat currere, & illo finito reincipiat? dic ꝙ
deſinit currere durante dicto tempore, licet illo tranſacto re
incipiat; ita Iaco. But. Bal. Caſtren. ubi etiam Alex. col. 2. in fi.
ac Corn. in d. § donec. col. pen. in fin. quia iuris ambiguũ non
2 eſt, † ꝙ ubi lex ſuſpendit per aliquod tempus exercitiũ actio-
nis, illud tempus ipſo iure ſubducitur de medio in præſcri-
ptione. Balb. in trac. de præſcri. in 2. par. 6. par. prin. nu. 10.

SVMMARIVM.

*1 Hæres confecto inuentario poteſt adducere expenſas factas in funere de-
functi priuſquam ſoluatur creditoribus, & legatariis. quod declara ut un-
de ſequen.*
*2 Quod etiam ampliatur procedere in expenſa facta in ultima infirmitate de
functi.*

1 **Alia** & quinta eſt vtilitas, † ꝙ hæres confecto inuenta-
rio poteſt deducere expenſas factas in funere de-
functi priuſquam ſoluatur creditoribus, & legatariis. l. ſi. §. in
computatione. C. de iure delib. ubi Docto. Roma. in conſil.
267 in 7. dubio. Duen. in regula 267. nu 3 Ang. in l. 1 § hæc ſti-
pulatio, col 7. verſi. uel quid eſſet. ubi etiam Imo. col. 4 in fi.
ff. ad l. Fal. Vital. ubi ſupra col. 2 verſi. falli. Porcel. in loco ſupra
citato, nu. 9. Alcia in conſi. 139 in prin. in 3. tomo. Iaſ. in dicto
2 § in computatione, in prin ubi hoc etiam † ampliat in expen
ſa facta in infirmitate defuncti, quæ eſt ita priuilegiata ſicut
expenſa funeris, per l. in reſtituenda. C. de pet. hære. quem ad
hoc notat ibi Bal. l. legatum. C. de religio. & ſump. fune. quod
tamen intelligas procedere de expenſa facta in infirmitate ul
tima ipſius defuncti, & non de aliis expenſis factis in aliis in-
firmitatibus, vt videtur probari in dicta l. in reſtituenda. vbi
dicit tex. ꝙ in reſtituenda hæreditate compenſatio eius indu
citur, quod te in mortui infirmitatem, & ſumptũ funeris bo-
na fide ex proprio patrimonio erogaſſe ꝓbaueris, & ſic pon-
deranda ſunt verba legis ibi, in mortui infirmitatem. Nam ſi
legiſlator uoluiſſet id locum habere in expenſis omnium in-
firmitatum, vtiq; id ſciuiſſet dicere, ſicut loquutus eſt de expẽ
ſis in infirmitate mortui, & ſic ſingulariter. quod & ſentit Iaſ.
in d. §. in computatione. dum in primo notabili inquit, idem
eſt in expenſa facta in infirmitate defuncti de qua declaratio
ne dixi in conſi. 14. circa fi. uol. 1. Natta in conſi. 448. num. 14.
Aduertendum tamen eſt ꝙ iſtud ſane procedit quando ex-
penſæ ſunt iuſtæ & neceſſariæ. l. at ſi quis. § æquum. ff. de re-
lig. & ſumpt. fune. Port. in conſi. 83. num. 10. ubi etiam allegat
no. in l. 1. ff. ad l. Falc.

SVMMARIVM.

*1 Hæres poteſt deducere de hæreditate expenſas factas circa recollectionem
& inſinuationem teſtamenti, quod declara ut in ſeq.*
*2 Hæres cum inuentario ſi in uendendis rebus hæreditariis aliquid ſoluit pro
xenetis uel ſimilibus, ante omnia repetit.*
*3 Expenſa magna debet probari per teſtes, pro parua uero ſtatur iuramento
hæredis.*
*4 Legatarii ſi hæreditas non eſt ſoluenda, non tenentur contribuere in dictis
expenſis, niſi petant ab hærede copiam ipſius, alias ſecus.*

1 **Item** iſtud etiam procedit † in expẽſis factis circa recol-
lectionem vel inſinuationem teſtamenti, & in aliã
quamcunq; cauſam neceſſariam hæreditatis. tex. in dicto §.
in computatione, ubi notant omnes, quia hæres illas detra-
2 here debet ſicut æs alienum & ideo dicunt ibi Bar & alii † ꝙ
ſi hæres in vendendis reb. hæreditariis aliquid ſoluit proxene
tis vel ſimilibus, ante omnia repetit. quod & vult Bar. in l. vbi
pure, ubi etiam cæteri. ff. ad Treb Bal in conſi 73 col 1. in fin.
vol. 3 ubi tradit ꝙ ſi hæres pro ſatisfaciendo legatariis vendat
aliquam rem, & pro ea uendenda faciat aliquas expenſas pu-
ta in ſubhaſtatione rei, uel puta quia ſoluit gabellam, tales ex
penſas deducit tanquam æs alienum. Porcel. in trac. de inuẽ.
c. 4. nu 6. uerſi. aliam & ſeptimam vtilitatem. Ripa, in l. ubi pu-
re. §. ſi ff ad Treb. nu. 5. Sitaccha, in trac. de proxene. par 4 fo.
3 44. verſi. nec diſſimile. Et ſi † expenſa eſt magna, debet proba
ri per teſtes: ſi autem parua, ſtabitur ſacramẽto ipſius ſm Bar.
& alios in dicto §. in computatione, quia non debet hæres de
omni parua expenſa ſemper facere inſtrumenta. Barb in con
ſi 62. col. 2 volum. 2. Ang in §. non ſolum, col 2. Inſtit. de uer-
bo. oblig Porcel. ubi ſupra. Tiraq. in tract. de iud. in reb. exig.
feren. charta 2. in fi. uer. & in hærede. Duen. in reg. 297 nu. 10.
Item intellige iſtud etiã procedere quãdo tales expenſæ ſunt
rationabiles, quas quilibet pater familias veriſimiliter feciſſet
alias non probantur nedum per ſolum iuramentum, imo ſi
probarentur per teſtes uel inſtrumenta, non deberentur, ſm
Barto. in l. quæ ſub conditione, per illum tex. ff. de condit. &
demon. quem ſequuntur Pau. de Caſtro, & Iaſ. in dicto. § in
computatione, col 2. Ad quam quidem expenſam contribue
re non debent legatarii, ſi hæreditas eſt ſoluendo, niſi petant
ab hærede copiam inſtrumenti recollecti a notario ſua impẽ
ſa, quia tunc tenerentur aliquid cõtribuere arbitrio iudicis.
ita Bal. in dicto §. in computatione, col. 2. in prin. arg. l. alienã.
§. fi. ff. de nego. geſt. & in l. § 1. ibi & expenſis C. de bon. autho.
iud. poſ. ſecus ſi hæreditas non eſt ſoluendo ſm Bald. ibi, vbi
ſubdit idem dicendum in ſimilibus expenſis quæ pro com-
muni vtilitate fiunt, quam decit ibi. ſequũtur Alex. col. 2. uer
ſic & ideo ſi quæritur, & Iaſ. col. 1 in uer. ſecundo poteſt, vbi
inquit omnes per illum tex. ita tenere. Bal. in l. 2. col. 3. circa fi
nem, uer. iuxta hoc quæritur, pone ꝙ ſic. C. de eden. Abb. in
conſi. 107. in 1. volum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Beneficium inuentarii intelligitur reſeruatum in his tantum, quæ inuentarium concernunt, & non in aliis.*
2 *Hæres faciens expenſas pro ſe & non pro hæreditate, non deducuntur de ea.*
3 *Hæredi ſi non mota fuit quæſtio per alium ſuper hæreditate, non deducit expenſas de hæreditate, quod tamen declara ut infra.*
4 *Hæres contendens cum alio prætendente ſe hæredem, expenſas factas in lite deducere poterit de hæreditate ſi obtinuit, declara ut infra.*
5 *Prælatus electus poteſt defendere electionem ſuam expenſis prælaturæ.*

Quid de expenſis factis in litigando cum creditoribus, & legatarijs, an veniant detrahendæ de hæreditate tanquam neceſſariæ? prima facie dicendum videtur quod nõ, quia ſecundum
1 Bal. in conſi. 76. in fi. volum. 3. † beneficium inuentarij intelligitur reſeruatum in his tantum, quæ inuentarium concernunt, & in eo poni poſſunt, non autem in alijs.
2 Secundo † quotieſcunque hæres facit expenſas pro ſe & non pro hæreditate, ſibi imputatur, ita Bal. in l. fi. §. in computatione, in 3. no. C. de iu. deliber. vbi loquendo in terminis
3 noſtris inquit, † quod ſi contenditur de hæreditate cum hærede, expenſa quæ fit in lite, non minuet legata. & idem ſi contendatur cum legatario, per l. fi. C. de pet. hæred. argum. l. & ſi lege §. quod autem ff. eo. titu. & quod not in l. fi. C. de eroga. mili. anno. lib. 12 quod inquit menti tenendum Pau. de Caſt. ibi col. 2 verſi. Item intellige.
Sed his non obſtantibus contrarium dicendum eſſe videtur, vt probatur ex nota. per Angel. in d. §. in computatio-
4 ne, in prin. vbi dicit, † quod ſi hæres obtinuit, ſatis dicitur expenſa hæreditaria, ſicut eſt illa, quæ fit in inſinuatione teſtamenti. nam ea non fit niſi vt hęreditatem obtineat, quam nõ obtineret fide teſtamenti perempta. lege ſecunda & l. conſulta. C. de teſta. & quod poteſt ſe defendere expenſis hæredi-
5 tatis, ſicut † prælatus electus poteſt defendere electionẽ ſuã expenſis prælaturæ; quia ſatis dicitur negotium prælaturę uel hæreditatis, quod habeat prælatum uel hæredem, qui eas defendat. c. vt prætentæ, de electio. cum ibi nota. quod dictum menti tenendum ait Pau. de Caſtro, vbi ſupra. nam vt etiam tradit ibi Alex. col. 2. in 3. notabili, per tex. in l. iam tamen. §. in hac ſtipulatione, il 2. ff. iudicatum ſolui. videtur enim eſſe expenſa hæreditatis, quæ fit in curando ut hæreditas illum habeat in dominum, quem voluit defunctus expreſſe in teſtamento vel tacite ab inteſtato l. conficiuntur, & l. ſi quis cum nullum. ff. de iure codicil. Iaſ. ibi. ubi poſtquam retulit opinionem Bal. inquit: ſed dic melius quod ſi hæreditas non eſſet ſoluendo, quod iſtam expenſam ante omnia deduceret, ſicut deducit expenſam, quam fecit in confectione inuentarij, & tamen eius vtilitas principaliter ſpectat hæredi, ſicut prælatus quando litigat de beneficio licet principaliter litigat ſua cauſa, tamen expenſas facit de redditibus beneficij, ut in dicto c. ut prætentæ quod & voluit Angel. in conſ. 245. in 3. dubio & Porcel. in tract. de inuent. c. 4. nu. 7. uerſi. & pro intelligentia.
Et ad allegata in contrarium reſpondetur, & primo ad dictũ Bal. in dicto conſi. quod imo dictæ expenſę concernunt inuẽtarium & poſſunt poni ſi non in eo, ſaltem in additione quẽadmodum & aliæ expenſę, quæ fiunt poſt publicationem ipſius inuentarij, ut ſunt expenſę, quæ fiunt in notarijs rogatis abſolutionibus factis hæredi per creditores hæreditarios, in proxeneticis & gabellis, quę occurrunt circa venditiones rerum hæreditariarũ pro ſatiſfaciendo creditoribus & legatarijs, de quibus per Doctor. in d. §. in computatione. quia ante omnia reperit ut ibi. Accedit quod notat Rom. in conſi. 276. in 7. dubio, dicens quod ſi hæres prætetquam in impenſa funeris, & id quod impendit in confectione inuentarij atq; publicatione teſtamenti, in alijs rebus hæreditarijs fecerit expẽſas tendentes ad perpetuam vtilitatem, poteſt illas detrahere l. mulier. §. ſed & ipſe. ff. ad Trebel.
Non obſtat etiam dictum Bal. in d. §. in computatione. quia
† reſpondetur quod † communiter reprobatur, vt per Aemilia. in conſi. 15. col. 2. in duobus locis, & quia Ang. in d. §. in computatione, videtur velle quod ad deductionem ipſarum expẽſarum requiratur quod hæres obtinuerit ſentẽtiam pro ſe. aduertendum eſt quod eius dictum non ita ruditer intelligendum eſt, ſed in caſu exemplificato quando hæres vexabatur ab æque prætendente ſe hæredem; quia ſi ſuccubuit, non deducet expenſas de hæreditate factas pro parte ſua tanquam non factas in cãm hæreditariam, ſed propriam ipſius ſuccumbentis, qui ſic litigando hæreditatem obtinere volebat, quæ ad eundem non pertinebat, ſed expenſas ipſas detrahere poterit hæres, qui reportauit ſententiam, dummodo legitimẽ conficiat inuentarium, ſecus quando vexabatur a contendẽte ſe creditorem hæreditarium & qui habebat iuſtã cauſam litigandi, quia tunc licet non obtineat ſententiam pro ſe, poterit tamen deducere expenſas, quas bona fide fecit, ſecus quũ temere & malitioſe litigauit, ut per Fran. de Rampo. & Bald. in dicto conſi. 79 quæ conſil. ſimul iuncta ſunt, quoniam inuentarium non excuſat a calumnia nec a culpa, ſed tantum quando quis vtiliter & in cauſis neceſſarijs expẽdit, unde Aemil. vbi ſupra, in hac materia ſic diſtinguit. Aut hæres litigando cum prætendente ſe hæredem ſuccubuit, & tunc non deducet expenſas; quia non dicitur negotium hæreditarium exercuiſſe, ſed ſuum, & tunc habet locum dictum Bal. in dicto §. in computatione. Aut vincet, & deducet iuxta ſententiam Ang. & ſequacium. Quando vero litigauit, ſi autem ſuccumbit non, quia inſtructus accedere debebat ad iudicium iuxta notata per Bal. in l. qui in alterius, de reg. iur. Aut ſe defendit, & tunc ſi vicit, nemini dubium eſt quod expenſas detrahere poteſt: ſi vero ſuccubuit, aut habuit iuſtam cauſam litigandi, & ſimiliter detrahet: aut nullam iuſtam cauſam litigandi habuit, quia clare, & manifeſte conſtabat de iure agentis, & iſto caſu tanquam temerarius litigator non deducet, ſed ſuis ſumptibus litem patietur, ut per Franc. de Rampo. & Bald. vbi ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Damnum contingens hæredi in reb. hæreditarijs ſine culpa ſua poſt inuentarium confectum non ſpectat ad eum.*

Sexta eſt utilitas, quia de iure Digeſtorum ſi tempore mortis teſtatoris hæreditas erat ſoluendo, ſed poſtea caſu fortuito, puta p mortem ſeruorum uel animalium hæreditariorum efficiatur nõ ſoluendo, tale periculum pertinebat ad hæredem. l. in ratio-
1 ne, in prin & §. diligenter. ff ad l. falcid. † Hodie tamen facto inuentario periculum mortis uel alterius caſus fortuiti non ſpectat ad hæredem, ut per Bar. & Iaſ. in l. fin. in §. & ſi præfatam. C. de iure delib. Bar. in dicta l. in ratione, in prin. & latius in dicto §. diligenter, ubi Alex. Ang. a Gambel. in tract. de teſta. in gl. 112 nume. 10. Et ratio eſt, quia hæres poteſt de rebus hæreditarijs ſatiſfacere, dicta l. fin. etſi perierint ſine culpa, liberatur, quia non debet remanere in damno Porcel. in trac. de inuent. in 4. cap. num. 5 uerſic ſexta utilitas Saxon. in con-
† ſuet. Turon. colum. 3. fo. 43 & hanc † communem opinionẽ inquit Ripa, in l. ſi is qui quadringenta, colum. fina. ff. ad Trebel. quod dictum putat eſſe uerum Pau. de Caſtro, ibi in dic. §. etſi præfatam, colum 2. ſi ante aditam hæreditatem perierunt, quia nondum erat obligatus legatarijs inſolidum, ſecus ſi poſt, quia per aditionem incępit eis inſolidum obligari, ex quo vires hæreditatis patiebantur, ideo non liberantur interitu rerum ſi legata conſiſtebant in quantitate. l. incẽdium. C. ſi cert. peta. ſecus eſt in alijs rebus peremptis conſiſtentib. in ſpecie, quia debitor ſpeciei per eius interitum liberatur ſi non fuit in mora. l. ſi ex legati cauſa ff. de verbo. oblig. quem ſequitur Porcel. ubi ſupra. Quę tamen limitatio ſeu reſtrictio improbatur per Alex. in dicto §. diligenter, circa finem. vbi inquit illam non eſſe ueram per primam rationem ibi traditã per Bar. quia non debet pati damnum hæres, nec de ſua ſubſtantia penitus aliquid perdere, etiam quoad creditores, ut in d. § & ſi præfatam. & multo magis idem eſſe debet quoad legatarios tractantes de lucro, per dictam l. fi. §. licentia. & ſic obligatio ex tempore aditæ hæreditatis non fuit contracta ſimpliciter inſolidum, ſed cum modificatione, ſcilicet q non patiantur damnum in ſua ſubſtantia. Verum verior uidetur opinio Pau. de Caſtro, quia tempore aditionis cõtracta fuit obligatio pro ualore bonorum tunc extantium, ut in dicto §. etſi præfatam, ibi, vt in tantum creditoribus, & legatarijs teneantur, quantum ualent res ad eos deuolutæ, quæ obligatio tolli non debet propter caſum ſuperuenientem; quia res perierunt periculo eius, cuius ſunt. l. incendium. C ſi cert. petat. ex qua ratione tollitur reſponſio Alex. dicentis quod contracta fuit obligatio a prin. ſub hac conditione, ne hæres ſentiat damnum: quia id verum eſt ultra quam ad eum peruenit, ſed quatenus ad eum peruenit, obligatur etiam quod poſtea caſu intereant. ita Ripa, vbi ſupra, quod ſuadetur ſecundum eũ naturali ratione. quia ſi poſt aditam augeatur hæreditas fœtu pecorum, alluuione, partu ancillarum, inſtitutione ſeruorum, hæres qui fecit inuentarium ſentit commodum augmẽti, & pro eo non tenetur. dicto § & ſi præfatam, ergo debet ſuſtinere periculum diminutionis. l. ſecundum naturam, de regu. iur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Statuto uel conſuetudine ſi caueatur, quod debitor ad petitionem creditoris poſſit carcerari, hæres defuncti, qui confecit inuentarium, non poterit carcerari, limita ut infra.*

2 *Statutum diſponens quod executio inſtrumenti ita fiat contra hæredem, ſicut contra defunctum, locum non habet in hærede, confecto inuentario.*

1 Septima eſt utilitas † quod ſtante ſtatuto uel conſuetudine quod
debitor ad petitionem creditoris poſſit carcerari, hæres de-
functi, qui confecit inuentarium, carcerari non poterit; ita
Bal.in l fi §.etſi præfatam,colum. 2.arg.illius.§. C. de iure de-
liber. ubi etiam Salic. in §. ſi uero ipſe. Imo. in l.poſtulante.
in fi. principij.ff. ad Trebe. ubi inquit ita de facto ſe dixiſſe in
quadam quæſtione,in ciuitate Bononiæ in qua eſt ſtatutum
quod pro executione literæ cambij debitor poſſit carcerari,
quem ſequitur ibi Alex colum.3.uerſic 3.adde,& col.penul.
uerſi.Item inquantum.Imo.in l.3.in §.prætor,col.1. io fi. uer.
vnde ſi dicat.ff.de dam. infec.Ange.in conſi.31.in prin.Ang.
a Gambel.in tract.de teſta.glo.112.nume.11. Socin.io conſi.
† 231.colum.pen.uerſicu. ſed quid plura & hanc eſſe † receptã
Doctorum ſententiam inquit Vaſq in tract.de ſucceſ.crea.§.
6 nu 45.quia ſi aliter diceremus,ſequeretur quod hæres qui
confecit inuentarium, & tutus eſt in eo quod eſt ultra vires
hæreditarias, & ab omni moleſtia, & vexatione immunis
ab eis non redderetur, quinimmo maximam moleſtiam ue-
xationemq; pateretur, contra beneficium, & indulgentiam
dictæ l.fi.C.de iure delib.ſubdens quod io vſu forenſi ſæpiſſi-
me reſpondere ſolemus, hæredes debitoris fiſcalis facto in-
uentario vinculis continendos non eſſe interea dum debitũ
perſoluitur,& liquidantur vires hæreditatis & ideo ea his de-
terminat Bar.in dicta l.fi.§ in computatione,colum. 2. uerſi.
venio ad vltimam,per gl.ibi,quod ſi ſtatutum diſponat quod
nemo ueniat contra inſtrumentum factũ a ſe,nec hæres eius
ei teſtator obligauit fundum eius alicui quem poſtea hæredẽ
inſtituit,qui hæreditatem adiuit & inuentarium fecit, quod
hæres beneficio inuentarij talem fundum uendicare poterit.
2 dicens quod † ſi ſtatutum diſponit quod executio inſtrumẽ
ti fiat contra hæredem ſicut contra defunctum, intelligitur
vbi hæres inuentarium non confecit. ſubdens uerba forma-
lia,tene menti rogo te,nec prodeſt mihi exclamare quin te-
† neas menti, & cum Bar.pertranſeunt ibi † communiter ſcri-
bentes,& Sali.in dicto §.ſi vero,& ipſe in fi. Ant. de Canar.in
trac.de executi.inſtru.quæſt.28.Dec.in l.debitori.nume.18.C.
de pac.Caſſane.in conſi.22.nume.18. in fi. Quam tamen ſen-
tentiam de qua ſupra,limita procedere quando hæres eſt de-
bitor & ex mora defuncti conueniretur, ſecus ſi ex mora ip-
ſius hæredis;quia poterit carcerari cum inuentarium non pro-
ſit hæredi contra factum proprium,niſi duntaxat contra adi-
tionem hæreditatis per nota.in l.quæ dotis, ſolu.matr.cuius
ſententiam amplectitur Alex.in l.poſtulante,col.penul. verſi.
Item in quantum.ff.ad Trebel.& in dicto §. etſi præfatã. col.
fi.uerſi.quærit hic,dum remittit ſe ad Bald.vbi ſupra,quæ ta-
men mora hæredis præſumitur ſecundum Bald.ubi ſupra,ſi
non comparuit,& allegauit quod bona erant ſoluendo,& de
inuentario confecto,ut io l. 2.ff.ſi quis iud.non obtemp. quã
exceptionem proponere debuit.l.ex diuerſo.§.fi.ff ſolu.mat.
quod cum non fecerit,contumax reputatur,& legitima red-
ditur captura quoad ſui initium. Inquit tamen ibi Bald. quod ſi
producatur inuentarium per hæredem,& appareat quod hæ
reditas non ſit ſoluendo,debet relaxari.l.1. §.hæc uerba.ff.ne
vis fiat. Vaſq .vbi ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Hæres cum beneficio inuentarij ſatisfacere poteſt integraliter creditorib. vel legatarijs primo uenientibus, quamuis poſterioribus.*

1 Octaua eſt utilitas † quod hæres poteſt ſatisfacere creditoribus & legatarijs primo uenien-
tib. poſito quod ei nihil remaneat, & ſi ſunt alij creditores,
uel legatarij antiquiores non poſſunt ei imputare, quare illis
ſoluerit non reſeruando aliis partem ſuam,vel quare non re-
cepit ſatiſdationem de reſtituendo illud quod accipiebat vl-
tra quod debebant recipere,ſi apparerent alij creditores.tex.
eſt in l.fi.§.etſi præfatam. C. de iure delib. ubi communiter per
ſcribentes.Angel.a Gambel.in tract.de teſta.glo.112.nume.8.
Porcel.in trac.de inuen.c.4.nu.2.Pau.de Caſtro,in conſi.211.
circa finem,ſecundum antiquam impreſſionem.Io.Doc.Bru
gen.in pract.rer.ciuil c.18.nume.5.Guid.Pap.in tracta. de in-
uen.nume 16 Quod ſane locum habere intelligas,quãdo ſol
uit bona fide,quia ignorabat alios creditores potiores, ſecus
ſi ſciuiſſet,quia diceretur eſſe in dolo,ſi cautiones non exigit.
l.dolo.ff.ad l.falc.ita Bar.in dicta l.fi.§.etſi præfatam, col 2 in
prin.uerſic.oppono tertio dicitur hic.vbi etiam Cyn. & Salic.
in prin.Pau.de Caſtro,col.2.in 3.vtilitate,io fi ac Alex.in prin
cip.& Corn.col.2.

SVMMARIVM.

1 *Abſentes non ſunt citandi, quando hæres cum beneficio inuentarij ſoluit creditorib primo uenientib.*

1 Quæro † an abſentes creditores ſint citandi quando hæres cum beneficio inuentarij ſoluit primo
venientibus? Determina quod non,ſecundum Bal.in l. fin.§.
etſi præfatam,colum.3.uerſic.ſed an cum hæres.C.de iure de
lib.quem ibi ſequitur Corn col.2.in 3.vtilitate.& hoc ne hæ-
res in uexatione maiori ponatur ſupponendo ſe litigiis plu-
rimorum.

SVMMARIVM.

1 *Creditores hæreditarij uel legatarij, ſi pecunia non eſt in hæreditate compelli poſſunt per hæredem,qui confecit inuentarium ad accipiendum res hæreditarias inſolutum.*

2 *Aliud pro alio confecto inuentario ſolui poteſt.*

1 Alia & nona eſt utilitas,† quod creditores hæreditarij vel legatarij poſſunt compelli per hæredem,qui cõ
fecit inuentarium ſi non ſit pecunia in hæreditate ad accipiẽ-
dum res hæreditarias in ſolutum,ut communiter per Docto.
in l.fi.§.etſi præfatam.per illum tex.C.de iure delib.Bar.in l.in
2 ratione.§.ſi diligenter ff.ad l.falc & † ſic eis aliud pro alio ſol
ui poteſt contra notata in l.2.ff.ſi cer.pe.ſecus ſi eſſet pecunia
in hæreditate.l.ſi pecunia. ff. de lega.2. nec poterunt dicere,
vendas res hæreditarias & da nobis pro rebus pecunias, etiã
ſi reperiret emptores,quando tamen illi nollẽt emere niſi hæ
res ſe obliget de euictione.imo ſi non vult,non cogitur inſo
lutum dare,ſed permittere quod bona recipiantur per credi
tores,ut per Bal.in dicto.§.etſi præfatam,colum.2.uer.quæro
hic,conſulens hæredi ut effugiat omne periculum, quod di-
cat creditoribus,uendite uos & ego conſentiam, proteſtado
quod nolo teneri de euictione,allegat.l.quamuis.ff de pig.actio.
Ang.conſi.31.in prin.Moderni inter conſi. vlt.volunt. conſil.
45.nume.6.& in conſi.84 num.10.Alcia.in conſi. 30. lib.3.in
in 1.tomo.quod dictum ampliat procedere etiamſi creditũ
eſſet ex cauſa dotis,Ang a Gambel.in dicto trac. de teſta.glo.
112.num.8. Porcel.io dicto trac de inuent.c 4.nu.3. Ang. in l.
1.in §.hæc ſtipulatio,col.6.ff.ſi pluſquam per l.falc.Iaſ. in l. 2.
§.mutui datio.col.fi.in 2.ver.12.fallit.ff.ſi cer.peta.Alcia.con
ſi.193.ou.2.

SVMMARIVM.

1 *Hæres cum inuentario cogi poteſt ad ſoluendum in pecunia creditoribus, ſi ſibi hoc non noceat.*

2 *Beneficium inuentarij eſt inuentum ne hæres patiatur damnum, non autẽ in iniuriam creditorum.*

1 Quæro an ſit dare caſum,in quo † hæres cũ beneficio inuentarij poſſit cogi ad ſoluendum in pecu-
nia creditoribus?Et rñde quod ſic, iuxta diſtinctionem Iaco. de
Are.& Cy.in l.fi. in §. etſi præfatam,col.2. uer. vltimo quæ-
ro.C.de iure delibe. ubi dicunt quod ſi hæreditas eſt ſoluendo,
tunc hæres debet ſatisfacere in pecunia.l.ſi hæredes.§.fi.ff.fa
2 mil.erciſ.l ſi pecunia,de legat. 2.quia † beneficium inuentarij
inuentum eſt ne hæres patiatur damnum,non autem in iniu
riam creditorum.l.nec auus.ff de eman.libe.ſi autem non eſt
ſoluendo,tunc ſi emptor inueniat ſine aliquo onere euictio-
nis debet vendere vt ibi,nam quod mihi prodeſt,& alteri nõ
nocet,de facili concedendum eſt.l.in creditore.ff.de euict.ſi
autem cum obligatione euictionis,& tunc non tenetur ven-
dere,quia non debet damnum pati, quam ſententiam quoq;
ibi tenent Bal.col.2.uerſi.quæro hic vtrum hæres.Paulus de
Caſt.col.2.in 4.vtilitate, & Cor. col.2. in 4.etiam vtilitate, Io.
And.in addit.ad Spec.in rub.de inſtru.edi.nu.15.

SVMMARIVM.

1 *Hæres confecto inuentario nulla præmiſſa ſubhaſtatione uendere poteſt de bonis hæreditariis pro ſolut creditorum & legatariorum.*

1 At quæritur † an pro præmiſſa ſolutione fienda ſi vendantur bona hæreditaria; requiratur

rarue ſubhaſtatio uelalia ſolemnitas? Conclude quod non
vt in ſpecie determinat Bal.in dicta l. fin. §. etſi præfatam,in
primo no C. de iure delib.quem ſequitur Guid.Pap.in tract.
de for.inuent.num.16.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres cum beneficio inuentarii poteſt aſſignare creditoribus etſi inuitis tot nomina debitorum hæreditariorum abſq; eo quod ipſe teneatur ille exigere.*
2 *Rerum appellatione continentur & nomina debitorum.*
3 *Intereſt noſtra litibus & ſumptibus non uexari nec a propriis negotiis reuocari.*
4 *Inuentarium excuſat a uexationibus facti.*

1 Hæres † confecto inuentario poteſt aſſignare credito
ribus inuitis tot nomina debitorum hæredita-
riorum abſque eo quod ille exigere teneatur.ita Iaſ. in dicta
l.fi § etſi præfatam,col.1.per illum tex.C.de iure delib.ibi,uel
2 ex ipſis rebus † quarum appellatione continentur & nomina
debitorum l.1.ubi omnes.ff de ſta. hom. Bar. in l. Quintus §.
argento. ff. de au.& argen.lega.ubi inquit, hoc dictum forte
nouum & in ſpecie a nemine tactum. Pro cuius confirmatio
ne facit quod dicit Bal.ibi colum.2.ver.quæro hic vtrum.vbi
dicit quod hæredi conſulitur ne cogatur vendere res hæredi
tarias pro ſatisfactione creditorum,ꝙ dicat eis, uēdite uos,&
ego conſentiam vt euitet vexationem euictionis quę contra
eum poſſet ſequi.ſi ergo ita in illo caſu, igitur idem dicendū
in iſto,vt poſſit dicta nomina aſſignare creditoribus ne uexe
3 tur litibus & expenſis.† Intereſt enim noſtra litibus, & ſum-
ptibus non uexari.l.minoribus.ff.de mino.& a propriis nego-
tiis non reuocari.l.ſi quando.C.de teſtib.Bald.in dicto § etſi
4 præfatam, col.3 ver.& nota ubi etiam Iaſ col.1.tradit † inuē-
tarium excuſare hæredem a uexationibus facti.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres cum inuentario ſi uendit res hæreditarias pro ſatisfaciendo primis creditoribus,non poſſunt emptores ab aliis moleſtari,ſecus ſi vendidit tanquam proprias.*
Quod declara ut infra.

1 Quid ſi † hæres cum inuentario vendidit res hæredi
tarias pro ſatisfaciendo primis creditoribus
venientibus,an poterunt emptores ab alijs creditoribus mo-
leſtari? Reſponde quod non l.fi.§.etſi præfatam, ubi commu-
niter Doc.C.de iure delib.Gui.Pap. in trac.de for inuen. nu.
16.Ratio eſt,quia ſi hoc facere poſſunt emptores haberent re
greſſum contra hæredem vendentem, & ſic incommodum
conſequeretur hæres & vexationem cōtra diſpoſitionem di
cti §.etſi præfatam. Quod ſane intelligas procedere,quando
hæres ipſas vendit pro ſatisfaciendis debitis & legatis,ut in di
cta l fi.in §.ſi uero creditores,ſecus ſi vendidit ſimpliciter tan
quā proprias,quia tunc poſſent emptores moleſtari, ita Bar.
in dicto §.etſi præfatam,col.2.in prin.in uer. ad cuius declara
tionem,quem ibi ſequuntur Iaſ.col 1.& Caſtren.in § licentiā
in fi.vbi inquit quod emptor cautus eſſe debet,vt faciat appo
ni iſta verba in inſtrumento emptionis, ꝙ talis hæres ut hæ-
res cum beneficio inuentarij pro ſatisfaciendo creditoribus
hæreditariis & legatarijs vendidit ſibi talem rem hęreditariā,
quia talia verba faciunt eum ſecurum,alias ſi non eſſent ap-
poſita iſta uerba,poſſet conueniri hypothecaria a creditorib.
qui haberent illa bona obligata,& tunc creditores poſterio-
res,quibus eſſet ſolutum precium, no poſſent conueniri con
dictione ex lege, & ſatis dicitur probari hæredem ꝓpter hæc
vendidiſſe quando reperitur ſatisfactum creditori,teſte Bart.
ibi in fin.ubi etiam Iaſ.colum.1.uerſi.quinta vtilitas,in fi. Sal.
in dicto § ſi uero creditores,& Porcel.ubi ſupra, Ripa, in l.ſi
ventri.§.fi. num.13.ff.de priuil.cred Iſtud etiam haberet locū
ſcias reſpectu creditorum,ſecus ſi alius vellet euincere domi
niū,quia hoc lege illa non prohibetur,ita Bar.in dicto. §.etſi
præfatam,col.2.ver.Item illud.quia factum hæredis non facit
præiudicare ei,qui eſt dominus.

S V M M A R I V M.

1 *Creditores non poſſunt agere contra emptores rerum hæreditariarum, ſi hæres recepit pretium,& illud conſumpſit,niſi in ſubſidium.*
2 *Poſſidentis melior eſt conditio, quando vterque certat de damno vitando.*
3 *Emere eſt voluntatis.*
4 *Damnum quod quis ſua culpa ſentit,ſibi imputare debet.*
5 *Cautela eſt pro emptoribus ementibus res hæreditarias ab hęrede,qui confecit inuentarium pro ſatisfaciendo creditorib.& legatariis,ut pecuniam peruenire faciat ad creditores vel legatarios.*

1 Quid † ſi hæres pecuniam redactam ex uendi-
tione rei hæreditariæ non ſol-
uerit ſecundis creditoribus,nec poſterioribus, imo eam con
ſumpſit & factus eſt non ſoluendo, nunquid creditorib prio
ribus dabitur regreſſus contra emptores? Odoſ.in l. fin. § etſi
præfatam,colum.pen.uerſi.ſed quid ſi.C.de iure delib primo
arguit quod non, per literam ipſius §. quæ emptores reddit
tutos & ſaluos dum dicit,nec aduerſus emptores, &c. Item,
quia tantum eis abeſt ſcilicet pretium, quantum eis adeſt ſci
2 licet res empta.item † ipſi de damno certant vt & ipſi credi-
tores,& in pari cauſa melior eſt cōditio poſſidentis.Item reis
eſt fauendum.l. Arianus.ff.de actio.& obliga. Contrarium ta-
men determinat quod non detur actio creditoribus hæredi
tarijs niſi in ſubſidium.arg.l.plane,la. 2.de leg.1.& l. fin. §.1.ff.
de eo per quem factum eſt. Alber.de Roſa ibi col.2.in princ.
uer.quid ſi hæres & Bal.col fi.uer.in tex.ibi pro ſeq.
Qualiter ergo conſulitur emptoribus? Reſponde quod non
3 habebunt regreſſum de euictione contra hæredem † ſed eis
imputandum eſt quare emerunt, quia emere eſt voluntatis.
4 Item † imputent ſibi quare in dubio de euictione cū fideiuſ-
ſore ſibi caueri non fecerint,per regulam,damnum quod qs
ſentit.ff.de reg.iu. nec poſſunt repetere pretium quamuis ad
creditores hæreditarios perueniſſet; quia repetitio nulla eſt
ab eo qui ſuum recipit,l.repetitio.ff.de cond.indeb. Præterea
eis licuit vigilare ad conſequendum ſibi debitum. l. pupillus.
ff.quæ in fraud.cred.ita Odofre.vbi ſupra, dicens ſententiam
iſtam poſſe probari per literam dicti. §. dum dicit, eum ſatis
antiquioribus creditoribus prouiſum eſt,ergo cum iſto caſu
non ſit prouiſum quando pecunia non fuit ſoluta ſecundis
creditoribus per argumentum a contrario ſenſu,quod eſt for
tiſſimum.l 1.ff.de off. eius cui mand.eſt iuriſd.& per mentem
Iuſtiniani,poſtquam cum creditoribus poſterioribus non eſt
actum, videt̄ cōceſſus regreſſus cōtra pignorum poſſeſſores,
& ſic cōtra emptores rerum hæreditariarum debitore prius
5 excuſſo per §.neque, in Authen. de fideiuſ.† Cautela tamen
datur emptoribus ſi volunt eſſe ſecuri,vt procurent pecuniā
redactam ex uenditione peruenire ad manus creditorum &
legatariorum.ita Bal.ubi ſupra,& Corn. in col.3. uerſi. ad hoc
tamen.

S V M M A R I V M.

1 *Creditores moleſtiam inferre non poſſunt legatariis, quib. per hæredem cū beneficio inuentarij primo loco ſatisfactum eſt de rebus legatis,ſi hæreditas eſt ſoluendo,ſecus ſi non ſoluendo.*
2 *Creditores debent agere contra hæredem, quando hæreditas eſt ſoluendo.*
3 *Creditores habentes hypothecam in rebus legatis, non poſſunt agere contra legatarios niſi prius diſcuſſo hærede.*

1 Quid dicendum † quando hæres confecto
inuentario primo tradidit
res legatas legatarijs,an creditores poſſint ipſos inquietare, di
centes eos tanquam potiores in dictis rebus præferendos eſ-
ſe? pro deciſione dicas quod ſic, quando hæreditas non eſt
ſoluendo,ut eſt gl.in l. fi.§.licentia iuncta.glo.in uer. accom-
modare.C.de iure delib.quia longe melius eſt legatarium nō
lucrari,quam creditorem damno affici.l.etſi quis.§. ſed ſi adi
ta.ff de relig.& ſumpt.fune.neque par ratio videtur amittere
debita,& lucrum non capere l fi.C.de codicil.ſecus ſi ſoluen
do per.l.fi.C.de hęred.vel actio.vend & per glo.in d.uerſi ac-
commodare.quam ibi ſequuntur Bar.in 2 col.in uerſic. Item
oppono dicitur hic Pau.de Caſtro,col.2.in princip.uerſic.in
2 glo.ibi ſed ibi, vbi dicit † ꝙ quando hæreditas eſt ſoluendo
non poſſunt legatarii moleſtari a creditoribus, ſed debēt age
re contra hæredem nec hæres poterit ſe excuſare ſub pręteх
tu inuentarii poſtquam hæreditas eſt ſoluendo,quominus ſa
tisfaciat; quia non remanebit in damno,nec aliquid ſoluet
de ſuo.Salic.ibi in fin.& Alex.in 3.colum.uerſi. in ea ibi, ubi
dicit optimam eſſe ſolutionem glo.per quam bene probatur
id quod no.Cy.in l.3.C.qui pot.in pign.hab.& nota. per Bar.
in l.is cui.§.poſtquam.ff.ut in poſ. lega. videlicet quod quan-
do hæreditas eſt ſoluendo,dato quod hæres fecerit inuenta-
rium,creditores non poſſunt legatarios moleſtare, quib. pri-
mo ſolutum eſt,ſed debent agere contra hæredem,quia tūc
legata non dicitur indebite ſoluta.quod inquit Bartol. men-
ti tenendum. quam diſtinctionem etiam tenuit Iaſ. ibi in
§.etſi præfatam,colum.2.in fi.glo. in dicta l.fina.C.de hæred.
actio.ubi Cy.& Sal.Coraſ. in l. filium quem habentem, in fi.
C.fam.erciſ.Picus in l.in quartam.nu.261.ad l.falci.Iaſ. in l. nō
eſt

eſt nouum. ff. de cond. indeb. Idem dicit Pau. de Caſtro, ſi legata conſiſtebant in pecunia, & hęres tradidit in ſolutum creditoribus res forte meliores, quia non poterunt creditores non prætendētes res illas ſibi obligatas dicere, potius debuiſſent nobis in ſolutum tradi quam aliis. quod dictum declarat
3 Caſtren. vbi ſupra, ſibi locum vendicare † niſi creditorib. eſſet res hypothecata, quæ fuit tradita legatariis, quia non potuit teſtator legando aliis creditorib. auferre ius hypothecæ. ſubdit tamen legatarios poſſe offerre debitum creditoribus, & retinere rem legatam. l. Paulus. §. ſi ff. quib. mod pign. uel hypo. ſoluitur. & poſtea ab hærede recuperare per actionem negotiorum geſtorum. l. ſoluendo. ff. de neg. geſt. inquit tamen Alex. ubi ſupra, aduertendum eſſe, quod ſi hæreditas eſt ſoluendo, quod legatarii poterunt repellere creditores, qui primo debent agere contra hæredem actione perſonali, & non facta excuſſione contra eum non poſſunt agere hypothecaria contra tertios poſſeſſores, ut no. in auth. hoc ſi debitor. C. de pigno.

S V M M A R I V M.

1 *Creditoribus hęreditariis ſuccurritur contra legatarios, quibus primo ſolutum eſt per hæredem cum beneficio inuentarii condictione indebiti uel hypothecaria, quando hæreditas non eſt ſoluendo.*
2 *Aes alienum abſorbet legata.*
3 *Soluenti indebitum, competit condictio indebiti.*
4 *Condictio indebiti interdum datur alteri quam ſoluenti, quando ad illum pertinet & negotium, & ſoluenti non intereſt repetere.*
5 *Hypothecaria eſt actio in rem, quę ſequitur poſſeſſorem.*

1 Sed qua † actione ſuccurritur creditoribus contra legatarios, quando hæreditas non eſt ſoluendo? Dic per condictionem indebiti, per tex. in l. fin. §. licentia.
C. de iure delib. ubi Salic. Bar. ibi in dicta. l. in §. etſi præfatam,
colum. 2. uerſi. Item oppono dicitur hic, & in uerſi. ſequenti,
2 ubi etiam Bal. col. 2. verſi. 2. quæro. † quia æs alienum abſor-
3 bet legata. l. ſi vniuerſæ. C. de lega. Nec obſtat †, ꝙ condictio
ipſa datur ei, qui ſoluit indebitum, toto tit. ff. de cond. indeb.
ſed creditores non ſoluerunt, ſed hæres, ergo &c. quia reſpon
4 det Caſtren. in dicto §. licentia, in prin. ꝙ † interdum illa datur alteri quam ſoluenti quando ad alterum pertinet negotium, & ſoluenti non intereſt repetere, ut hic per l. primam ſecundam, & l. non eſt nouum. ff. de cond. indeb. gl. in dicto §. licentia, in uerbo indebiti condictione. Bar. & Sali. ubi ſupra Item & per hypothecariam ſi habet, ut in dicto §. licentia, & communiter ibi per Docto.
Sed difficultas oritur quando una habebit locum & nō alia. Cy. in dicto §. etſi præfatam, col. 2. uerſi. modo quæritur poſt Pet. dicit hypothecariā tunc locum habere quando res eſt
5 data legatariis, quia † illa eſt in rem, quæ ſequitur poſſeſſorē. arg. l. ſi fundus. §. in uendicatione. ff. de pigno. Condictionem vero indebiti quando non fuit data res, ſed uendita, & pretiū illis ſolutum. l. non eſt nouum. ff. de pigno actio. Idem tenuit Bar. ibi col. 2. uerſic. quæro quando competat. ubi idem dicit quando res ſoluta legatariis non extabat, ſed erat conſumpta vt quia in eorum vtilitatem conuerterant. Alber. de Roſa. ibi col. 2 in 1. uerſi. quæro quando. Paul. de Caſtro, & Sali. in dicto §. licentia. & ratio eſt, quia legata ſunt indebita quādo hæreditas non eſt ſoluendo. l. 1. §. 1. ff. ad Treb.

S V M M A R I V M.

1 *Creditoribus datur hypothecaria contra poſteriores, quibus res obligata data fuit in ſolutum uel condictio ex lege, quando pretium rei uendita datum fuit inſolutum poſteriorib & hæreditas non eſt ſoluendo.*

1 Creditoribus † tamen prioribus conſulitur per l. contra poſteriores, quib. res hypothecata data eſt inſolutum, ut agāt hypothecaria, uel quando pretium rei uenditæ datum eſt in ſolutum, ut agant condictione ex lege, & non cōdictione indebiti, quia non indebitum, ſed debitum receperunt poſteriores creditores. ita Cy. & Bar. in dicto §. etſi præfatam, col. 2. uerſi. uenio ad uerſi. ſi uero hæredes. & in uerſic. quæro dicitur hic. ubi etiam Alber. de Roſa. col. 2. in prin. uerſi. ſed quādo. Sal. in §. ſi uero creditores. & Pau. de Caſtro, in dicto §. licentia, in prin. verſi. quando autem. ubi inquit ꝙ quando diſtributio facta fuit inter poſteriorea creditores, non poteſt competere cōdictio indebiti, quoniam illis erant debita quæ ſoluta fuerunt, licet alii eſſent potiores eis, ſed ſubuenitur ex beneficio condictionis ex illa lege in ſubſidium, poſtquam non habent regreſſum contra hæredem, & erant potiores, ita quod eis ueniebat primo ſoluendum.

Quid ſi creditores non habebant hypothecam? Reſponde ſi erant potiores actione perſonali, quia habebant priuilegiū inter chirographarios creditores, quod eſt in pluribus caſib. de quibus in tit. de priuil. cred. & diſtributio facta fuerit inter illos, qui non habebant priuilegium, tunc ſuperuenientibus, & priuilegium habentibus ſuccurritur contra illos non per hypothecam, ſed per condictionem dictę l. fi. in § ſi uero. Ita Pau. de Caſtro, in dicto §. licentia, colum. 1. uerſi. circa ſecundum caſum, per l. ex facto § ſi ff. de pecul. & l. ſecundam. ff quod cum eo. ſubdens idem eſſe ſi non habebant priuilegium prioritatis in actione perſonali, nec etiam hypothecam expreſſam, condictionem tamen habebant prætoriam, quia prius miſſi in poſſeſſionem ex primo decreto, quia debent præferri. l. qui autem. §. ſciendum. ff. quæ in frau. cred.

S V M M A R I V M.

1 *Creditores poſſunt regreſſum habere contra emptores bonorum rerum hæreditariarum uenditarum per hæredem cum beneficio inuentarii pro minori iuſto pretio.*

1 Quid † ſi minori iuſto pretio emerīt, an emptores ſint tuti ne poſſint moleſtari a creditoribus? Breuiter dicas ꝙ non, teſte Alber. de Roſa. in dicta l. fi. §. etſi præfatam, col. 1. per l. tertiam. C. de iure fiſci. lib. 10 & l. primam, & ſecundam, C. ſi prop. publ. penſita. & Corn. ibi in 4. util. ibi dum dicitur, ſi poteris uendere iuſto pretio.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres ſi ſoluit uni ex creditoribus, & alteri non, qui erat eiuſdem temporis, ille poterit agere contra eum cui ſatisfactum eſt, ut conſequatur partem ſuam ſi fuit diligens in petendo ut alter.*

1 Sed quid † ſi creditores ſint pares, an ſi per hæredē ſit ſatisfactum vni, & non alteri, poſſit habere regreſſum contra eum cui ſatisfactum eſt? Odofred. in l. fi. in §. etſi præfatam, in fi. C. de iure delib. determinat ꝙ poterit aduocari pro parte, ut fiat communicatio, per l. ſi non expedierit. §. quid ergo. ff. de bon. auct. iud. poſ. ibi, aut com-
† municandum, &c. tu tamen conclude cum † communi opinione, quæ habet ꝙ opinio de qua ſupra procedit & locū habet ſi uterque inſtabat ut ſibi ſatisfieret, & ſic uterque erat diligēs. dicto §. quid ergo. ſecus ſi ille cui ſatis factum eſt, fuit diligens, & alius non, per l. pupillus ff. de his quæ in fraud. cred. ita Bal. in §. & ſi præfatam, in fi. ubi etiam Pau. de Caſtro, in §. licentia, col. 1. uerſi Item ſi non habebant, & Alex. in dicto §. etſi præfatam, colum. 3. in fi. ubi aſſerit hanc eſſe magis communem opinionem.

S V M M A R I V M.

1 *Legatario uni primo uenienti ſi eſt ſatisfactum per hæredem confecto inuentario, alius regreſſum habere poterit contra primum pro rata.*

1 Quid autem † ſi vni legatario primo uenienti ſatisfactum eſt per hæredem confecto inuentario, an alius legatarius habeat regreſſum pro rata contra primum? Pau. de Caſtro, in l. fi. in § licentia. C. de iure delib. dicit primo dicendum eſſe quod non, quia ceſſat ratio de qua in dicto §. enim omnes prætendant cauſam lucratiuam, & ſic in pari cauſa potior uidetur conditio poſſidentis & rerum. l. ſi ſeruum §. ſequitur. ff. de uerb. obli. Contrarium poſtea determinat, dicens quod ſi bona erant ſufficientia ad ſoluendum omnibus legatariis, quia fuerunt legata quatuorcentum, & in hæreditate non erant niſi tercentum, debebit fieri diminutio cuilibet legatario pro parte eius quod ſibi relictum erat, & quod ſi quibuſdam ſoluta eſt tota ſubſtantia, & integra legata, & nihil remanſit penes hæredem quatenus eſt ſolutum ultra quam illas tangeret, indebite fuit ſolutum, quia illud debebatur aliis. qua de cauſa illis ſubuenitur per cōdictionem indebiti, ut in l. 2. §. primo ff de cond. indeb. ibi dū dicit, uel diminutionem. ſequitur Alex. in dicta l. fi. § etſi præfatam, colum. fina in princip. uerſic. quid autem. inquiens, ꝙ licet olim dicta condictio indebiti competeret hæredi, ut in dicta l. 2. §. 1. & ſic erat neceſſe quod hæres cederet dictam cōdictionem alteri legatario cui nihil erat ſolutum, per l. quod debetur. ff. de pecul. hodie vero inductum eſt per dictum §. etſi præfatam, quod recta uia abſque ceſſione poteſt intentari condictio indebiti. Idem uoluit Caſtren in dicta l. 2. §. 1. in fin. ubi inquit ſingulariter eſſe menti tenendum dictum tex. quod ſi in teſtamento ſunt facta legata, & etiam in codicillis, & bona

& bona non ſufficiant ad ſoluendum omnib. hæres autem
ignorans codicillos ſoluit integraliter legata in teſtamento
relicta, ſi ueniunt poſtea legatarii codicillorum, & nihil ſuper
eſt, quod ei ſolui poſſit, quod agi poteſt contra primos, vt
concurrant cum ſecundis. quem etiam ibi ſequitur Alexan.
Paulus de Caſtro, in conſi. 211. in fi. ſecundum antiquam
impreſſionem.

SVMMARIVM.

1 *Hæres qui confecto inuentario emit rem ab antiquiore creditore, non poteſt conueniri hypothecaria à poſterioribus.*
2 *Creditor antiquior excludit poſteriores.*

1 An hæres confecto † inuentario ſi emit rem a creditore anteriore, poſſit conueniri hypothecaria a poſterioribus? Conclude vt per Bal. Sali. & Alexan. in l. ſi paterna. C. de repud.
2 hæredi ꝙ non, † quia ius, quod ſibi ante acquiſiuit emendo ab
anteriore creditore, qui cæteros excludebat. l. 1. C. ſi antiquior credi. conſeruatur per aditionem factam cum beneficio inuentarij, iuxta. l. fin. §. in computatione. C. de iure delibe. Item & tuebitur hæres ex eo quod pretium rei conuerrit in ſatisfactionem prioris creditoris, ut per Salic. ubi ſupra per dictam. l. fi. §. ſi uero creditores.

SVMMARIVM.

1 *Hæres vſurarij, qui cauit de uſuris reſtituendis, confecto inuentario primis creditoribus uenientibus ſoluere poteſt, dummodo ſine dolo id faciat.*

1 An hęres vſurarij, qui cauit de reſtituendis vſuris, confecto inuentario poſſit ſoluere primis creditoribus venientibus? Prima facie uideretur dicendum ꝙ
4 non, vt not. Archidiac. in capi. non ſine. 14. quæſtione ſexta.
5 vbi inquit, quod ipſis ſolui non debet niſi præſtita cautione
de reſtituendo; quia ſcit vel ſcire poteſt alios ſubeſſe, vnde eſſet in dolo quoad alios, & ſic non haberet beneficium de quo in l. fin C. de iure deliberan. ubi idem dicit ſi teſtator reliquiſſet certam quantitatem pro incertis & ablatis, & mouetur ex nota. in capitulo, quamquam. de vſur. in ſexto. cuius ſententiam amplectuntur Pau. de Caſtro, in l. fi. §. etſi præſatam, col 2. uerſi. vltimo ſeras. C. de iure delib. & Porcel. in tracta. de inuent. capi 4 nu. 5.

Sed contraria ſententia eſt de iure uerior, quã tenent Lap. & Dominic in dicto c quamquam, moti per text. in dicta. l. fi. & ex ſcriptis per Hoſtien. in ſumma de teſta. §. ad quid ſi non ſufficit. ubi dicit, quod ſi ſimul ueniunt creditores damnũ paſſi & legatarii, primo dẽt ſolui creditorib ſecundo alijs
6 ſecundum ordinem: ſed ſi ſeparatim, liberaretur hæres ſoluendo per ordinem cuilibet uenienti, dummodo in eo non ſit dolus, ibique idem tenet Fran. mentionem faciens de Archidiacono ubi ſupra, referens idem tenuiſſe Ang. in diſputatione incipiente, Miles Aſtenſis. quam partem uti etiam veriorem amplectitur Alex. in d. §. etſi præſatam, colum. 3. in princ. uerſicu. hoc tamen.

SVMMARIVM.

1 *Executor datus per teſtatorem ad emendationem damnorum per eum datorum non poteſt ſoluere primo uenientibus ſine cautione.*

1 Quid in executore dato † per teſtatorem ad emendationem damnorum per eum datorum, an poſſit ſoluere primo uenientibus? Iacob. de Aret. ut refert Ioan. And.
7 in addit. ad Specu. in titu. de inſtru. edit. in §. nunc vero aliqua. in glo. in uerbo obtinuit, & quem ſequitur, inquit quod fatuus eſſet executor, ſi ſolueret primo uenienti ſimpliciter vel ſine cautione, & eo fortius quando a teſtatore taxata fuerat certa ſumma pro emendatione & ſolutione debitorum, quia debet recipere cautionem de reſtituendo pro rata, ſi hæreditas primo caſu uel ſumma taxata, ſecundo caſu non ſufficiat ad omnia, ſicut ſit quando dubitatur an falcidia locum habeat iuxta. l. primam, circa principium ff. ſi pluſquam per l. falcid. Diſcreti enim fideicommiſſarii vocari faciunt omnes dicentes ſibi deberi & illos deſcribi faciunt expreſſis quantitatibus, qua debentur, poſtea calculant talia credita cum hæreditate vel quantitate taxata, cum qua ſententia etiam pertranſit Alexan. in l. fin. §. etſi præfatam, colum. 3. uerſicu. quid in executore. C. de iure delibe. poſt Caſtren. ibi per eum citatum.

SVMMARIVM.

1 *Actiones regulariter confunduntur, quando creditor eſt hæres debitoris, fallit tamen ut hic.*
2 *Inuentarium conſtituit hæredem in eo gradu, & ſtatu, ac ſi hæreditatem non adiiſſet, quoad damnum euitandum.*
3 *Inuentarii confectio facit cenſeri hæreditatem iacentem.*
4 *Impoſſibile quod eſt naturaliter, non poteſt effici poſſibile authoritate legis.*
5 *Obligari nemo poteſt ſibi ipſi.*
6 *Hæres, qui hæreditatem adiuit cum beneficio inuentarii, poteſt debitum ſuum a cæteris bonis hæreditariis ſeparare.*
7 *Hæres poteſt ſibi ipſi ſoluere.*

1 Decima eſt utilitas, quia † omnes actiones q̃ competebant hæredi contra defunctum tanquam non confuſæ poterunt per eum inuentari ex beneficio inuentarij. l. fin. §. in computatione. C. de iure delibe. licet regulariter ſecus, quoniam quando creditor eſt hæres debitoris confunditur obligatio & actio. l. debitori, ubi not. omnes. C. de pac.
2 Et ratio eſt ſecundum Docto. ibi, † quia inuentarium conſtituit hæredem in eo gradu & ſtatu ac ſi hæreditatem non adiuiſſet quoad damnum vitandum; ita Docto. ibi, & ideo di
3 xit Bal. ibi colum. 2 uerſicu. uenio ad oppoſitiones, † quod confectio inuentarii facit cenſeri hæreditatem iacentem, vnde ſicut hæreditas iacens tenetur hæredi. l. ut debitum. C de hæred. actio. ita etiam hæreditas adita cum inuentario tenetur hæredi, quem ſequitur Iaſ. ibi colum. 1. & Purpur. nume. 31 cum ſequen. Caſſane. in conſi. 22 colum. 2 uerſic. Item ex doctrina. Duen. in reg. 18. in uerſicu. ſecundo fallit. Iaſ. in conſi. 28 colum. 2 volum 3. Porcel. in tracta. de inuentar. cap. 4.
4 numero 7. Nec habet obſtare † quod id quod eſt naturaliter impoſſibile non poteſt effici poſſibile auctoritate legis
5 uel ſenatus. l. 1. & 2 ff. de vſu ea. re. † ſed impoſſibile eſt quod quis ſit obligatus ſibi ipſi. l. Vrianus. ff. de fideiuſſ. glo. in l. frater a fratre. ff. de condi. indeb. ergo hæres non poteſt eſſe obligatus ſibi ipſi, licet confecerit inuentarium. quia reſpondet Bald. in dicta l. debitori, in 1. colum quod hæres non eſt obligatus ſibi ipſi, ſed hæreditas eſt obligata hæredi, nam licet hæreditas non dicatur poſt aditam hæreditatem & perinde ac ſi hæreditas eſſet iacens, & licet eius conditio reſpectu eius quod ſibi debebatur a defuncto ſit par cum alijs creditoribus, ut per Docto. in dicto § in computatione, tamen reſpectu debiti ſui ac uirtute dicti beneficij inuentarij poterit implorare officium iudicis citatis creditoribus, & legatariis, ut ſibi aſſignetur res pro eo, quod ſibi debetur, & ſic ſeparetur a cæteris bonis, ita Bal. in dicta. l debitori, colum. 2 uerſicu.
6 3. eſt notandum. C. de pact. ubi ſic formaliter dicit. Pone † ꝙ hæres adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarij, & vult ſeparare debitum ſuum a cęteris bonis hæreditarijs, nũquid poſſit? dico quod ſic, & implorabit officium iudicis ſuper ſeparatione bonorum citatis creditoribus & legatarijs quorum intereſt, & hoc operatur uirtus Inuentarii, ut in l. fin. §. etſi præfatam C. de iure delib. hoc enim petitur iure creditoris, non iure hæreditatis, & ideo fundat ſe per edictum de ſeparatione bonorum, quod inquit notandum quem ibi ſequitur Alexan. colum. 2. dicens quod alias ita fecit obſeruare Paulus de Caſtro, in l. quoniam in prioribus, in fine. C. de inoffi. teſta. Ruin. in conſi. 57. in fin. volum. 2. Iaſ. in conſi. 28. colum. 2. volum. 3 Pariſ. in conſi. 69 colum. penult. in fin. volum. 2. Paulus de Caſtro, in conſil. 211. circa finem, ſecundum antiquam impreſſionem Idem etiam tenuit Cur. Sen. in dicta l. debitori. numero 12. & Dec numero 17. Bald. in dicto §. in computatione, colum. 2. uerſicu. uenio ad oppoſitio
7 nes. Hinc ſequitur, ſecundum eum † quod hæres poteſt ſibi ipſi ſoluere eligendo rem in qua uult ſibi eſſe ſolutum pro debito, arg. l. creditoris. ff. de diſtract. pigno. l Marcellus. §. res. quæ ff. ad Trebel. Item quod ſi hæres de debito non habet inſtrumentum ſed teſtes, poteſt petere dari curatorem hæreditati ſi iaceret, quo curatore dato & aliis citandis poterit cum effectu petere teſtes recipi ad æternam rei memoriam, & ſic actio quædam inter hæredem & hæreditatem proponitur eſſe in facti exercitio, licet alibi proponitur ſolummodo ipſo iure. lege, ſici cui. §. ſi is, ubi actio quædam inter hæredem & hæreditatem proponitur. Caſſane. in conſi. 22 colum. 4. ex quibus confunditur opinio Cyn. Barto. Sali. & Rapha. in d. l. debitori, & Petri ac Cyn. in l. In imponenda C. ad l. fal. volentium quod imo confecto inuẽtario

extinguatur actio & obligatio ſubſtantialiter, nc idem apud eundem ſit debitor & creditor, & actio & paſſio cadant in eodem ſubiecto, quia iſtud eſt impoſſibile, & ideo confunditur, quia relatiua contraria requirunt duo extrema. l. Vranius, in princip. de fideiuſſo. licet quoad effectum remaneat ſaluum ius debitum hæredi, vt in computatione hæreditatis debitorum & creditorum habeatur ratio debiti hæredis, ſicut & aliorum prout loquitur tex. in l. fin. § ſi uero. de iure delibe. quia intelligitur durare quantum ad effectum & computationem æris alieni, non quantum ad actionem, quia actio fuit extincta, quia in contrarium tenet glo. in dicta lege, debitori, & in l. in imponenda. C. ad l. falcid. quam ſequitur Bald. & Paulus de Caſtro, Alexand. Anto. de Alexand. & Mod. ibi in dicta lege, debitori. Bald. in l. ſi vxor. C. de bon. aucto. iud. poſ. & in l. in irritum. C. ad l Fal-
† cidi. quæ ſententia uidetur magis † communis, ſecundum Curt. Sen. ibi numero vndecimo, quia quando hæres conficit inuentarium repræſentat duas perſonas, ſuam videlicet, & defuncti teſtatoris; & ideo reſpectu perſonæ defuncti nō dicitur ſibi ipſi debere, ſed hæreditatem ſibi debere, pro quo allegat text. in d. § in computatione. quod ex alio etiam comprobatur; nam beneficium inuentarii iſtud inducit ne hæres in aliquo damno conſtituatur, dicta l. fin. §. etſi præfatam. & ideo ſua actio fingitur non extincta confecto inuentario, vt vult Barto. in §. in computatione, uerſicu. quæro quid ſi defunctus, & ſic quoad omnes effectus in quibus hæres poſſit aliqualiter damnificari prodeſt beneficium inuentarii. quam ſententiam tenent Iaſ. in dicto §. in computatione, colum ſecunda, verſicu. redeo ad primam. Angel. in conſil 209. colum. ſecunda, verſicu. illud tamen quod dixi. Caſſan. in conſi. 22. nu. 14.

SVMMARIVM.

1 *Hæres confecto inuentario de eo quod capit cauſa conditionis implendæ, non tenetur ſatisfacere creditorib ſi illud datum fuit non ut hæredi, ſed vt extraneo.*

2 *Hæreditarium non dicitur id, quod ſoluitur hæredi uti extraneo gratia conditionis implendæ.*

1 An hæres de eo quod capit † cauſa conditionis implendæ confecto inuentario teneatur creditoribus ſatisfacere? Imo in l. ſeruum filij § ſi idem. ff de lega. 1. indiſtincte uelle videtur quod de eo quod datur hæredi vti extraneo, ſatisfacere debeat creditoribus hæreditarijs, cum beneficium inuentarii fuerit introductum ne hæres dānum patiatur, non ut lucretur. l. ſi de iure delib.

Sed ueritas eſt in contrarium quod imo ſi hæres non ut hæres ſed tanquam extraneus aliquid capit cauſa conditionis implendæ, non tenetur de eo creditoribus ſatisfacere argu. l. ita tamen. §. qui ſuſpectam. ff. ad Trebel. ſecus ſi illud acciperet ut hæres, ita Angel. ibi in d. §. ſi idem, vbi inquit hoc menti tenendum. Paulus de Caſtro, ibi colum. prima. Alexan. etiam colum prima, & Iaſ. colum. ſecunda. Iterum Alexan. in d. §. qui ſuſpectam, col. 1. dum ſe remittit ad ſcripta in d. §. ſi idem, quam deciſionem inquit notabilem Alex. in l. fi. §. etſi præfatam, col. fi. C. de iu. delibe.

Quibus ſtantibus non obſtant nota. per Imo. quia reſpondet Alexan. ibi in d. §. ſi idem. colum 1. dicens quod imo de eo non tenetur ſatiſfacere creditoribus, ſed tantum de hæte-
2 ditaria ſubſtantia, † quoniam id quod ſoluitur gratia conditionis implendæ hæredi uti extraneo, non dicitur quid hæreditarium, ut probat text. in l. qui hære. §. 1. de condi. & demonſt. iuncto d. § qui ſuſpectam. Nam hæres coactus adire a fideicommiſſario perdit omnia quæ conſequutus eſt tanquam hæres, ut in allegato. §. qui ſuſpectam, & tamen dicitur in dicta l. qui hæredi. §. 1. quod non perdit id quod ſibi datum eſt cauſa conditionis implendæ quando illud capit tāquam extraneus, quia teſtator legauit Sempronio ſi daret decem Titio, non autem dixit hæredi, ut intellexit illum tex. Io. de Imo. in d. §. qui ſuſpectam, & Alex. ibi.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor ſuccedens reo principali ſi facit inuentarium, illud prodeſt reſpectu creditorum, ſed contra numero ſequen. & numero 6. ſecundum communem.*

2 *Beneficium ciuile quod facit obligationem inutilem, non facit fideiuſſoris obligationem durare.*

3 *Fideiuſſor quotiens ſuccedit reo non efficaciter obligato, non confunditur actio.*

4 *Diligentia obeſſe non debet.*

5 *Reus non dicitur efficaciter obligatus quando ſoluere non poteſt, quia inanis eſt actio.*

6 *Beneficium vni conceſſum, non debet ad alterius iniuriam extendi.*

1 Quæritur & quoque, an † fideiuſſor ſuccedens debitori qui eius hæreditatem adiuit cum beneficio inuentarij, ſi poſtea hæreditas non appareat ſoluendo, cenſeatur liberatus? Cyn. in l. fin §. in computatione. C. de iure delibe. format hanc quæſtionem, & arguit primo quod ſic, quia certum eſt quod obligatio fideiuſſoris confunditur l. generaliter. ff. de fideiuſſo. l. ſi duo. §. fin. ff. de ſolutio. & ſic ex illa non poteſt conueniri. Item nec ex obligatione principalis rei; quia non eſt ſoluendo hæreditas, & ultra uires hæreditarias non tenetur propter beneficium inuentarij; vt in di-
a cto §. in computatione. item † quia beneficium ciuile quod facit obligationem inutilem, non facit obligationem fideiuſſoris durare. l. Stichum. §. quod vulgo, ſecundum unum intellectum ff. de ſolutio ergo beneficium inuentarij quod facit ne hæres teneatur ultra uires hæreditarias, non debet facere obligationem fideiuſſoris durare. Contrarium tamen
3 determinat Cyn. quod ſit liberatus, quia † quoties reo ſuccedit fideiuſſor non obligato efficaciter, non confunditur actio l. hæres. §. quod ſi. ff. de fideiuſſ. ſed quod reus non ſit efficaciter obligatus, patet, ex quo non poteſt ſoluere, quia inanis eſt actio. l. nam is. ff de dolo, ergo &c.

Item quia quantum ad obligationem fideiuſſoriam non
4 nocet confectio inuentarij creditori, † quia diligentia ſua ei obeſſe non poteſt. l. debitor. ff. de ſepara. Idem tenet ibi Alber. de Roſa. in princip & in l. ſi duo. numero 4. ff de ſolutio.
5 ubi dicit † quod beneficium inuentarij prodeſt quoad obligationes hæreditarias, non quoad ſuam, alias creditor qui habuit fideiuſſorem, forte alias non contracturus cum reo, circumuentus reperiretur ex inuentarij beneficio, quod eſſe non debet, dicta l. debitor, de ſepara. ubi idem vult Bart. poſt Dyn. ibi per eum relatum, quia hoc cederet ad incommodum creditoris, cum qua ſententia etiam ibi pertranſit Alber. de Roſa Barto in l. generaliter. ff. de fideiuſ. ubi ait, quod licet dicatur quod actio ſit perempta confuſione, tamen ꝙ ſecundum Dyn dicitur confuſa in quantum poteſt cōſequi ex bonis debitoris, alias non, per l. hæres a debitore. §. ſi hic ſeruus. C de fideiuſ & hoc ne beneficium fideiuſſoris in alterius præiudicium vertatur. l. nec auus. C. de emancip. libe. Idem tenent ibi Alber. de Roſa. Paul. de Caſtro, Alex. in addit. ad Barto. & Angel. ubi inquit hoc menti tenendum. Barto. in l. Stichum. §. quod vulgo, in fi. vbi dicit obligationem fideiuſſoriam non extingui propter beneficium inuentarij, quia per hoc fieret conditio creditoris deterior, quod eſſe
6 non debet. Item † quia beneficium vni conceſſum, non debet ad alterius iniuriam, extendi, quam partem etiam ibi ſequuntur Alber. de Roſa. col. 2. uer. & ſecundum hoc. Pau. de Caſtro, colum. 1. Imo. colum. fi. & Alex. ibi in addit. ad Ange. in dicta l. in § econtrario, in glo. in verſicu. contemplatione. Sal. in l. debitori, colum. 2 uerſicu. ex his determinauit. C. de pac. ubi etiam Caſtren. colum. 2. uerſicu. ſed ſi iſta ratio Alexan. colum. 2 verſicu. in ea, ibi Iaſ. colum. fi. in 3. limitat. Cur. Sen. numero 13. Dec. numero 21. in fin. & Curt. Iun. numero 16. Alber. in l. hæres. §. ſeruo tuo. ff. de fideiuſ. Angel. a Gambel. in tract. de teſta. glo. 512. nu. 19. Bal. in l. ſi vxor. C. de bon. aucto. iud. poſſid. Pariſ. in conſi. 151. col. 2. uol. 1. Itaque cum
† iſta ſit † communis, ab ea nullatenus eſt recedendum.

SVMMARIVM.

1 *Statuto ſi caueatur quod quis non poſſit venire contra inſtrumentum a ſe factum, nec eius hæres cum beneficio inuentarij, non poterit uenire contra, ſed communis eſt in contrarium, ut infra nu. 4.*

2 *Interpretatio debet fieri in ſtatutis ut uerba aliquid operentur. declara, ut in nu. 16.*

3 *Statutum generaliter loquens. generaliter debet intelligi.*

4 *Quod ampliatur locum habere in materia odioſa, & pœnali.*

5 *Verba ſtatuti debent interpretari ſecundum ius commune, quantum ſit poſſibile, etiam uerba impropriando.*

6 *Et maxime quando quis damnum pateretur.*

7 *Statutum diſponens quod victus uictori debeat in expenſis condemnari; debet intelligi, niſi uictus iuſtam cauſam habuerit litigandi.*

8 *Statutum intelligi debet ne a ſapientibus reprehendatur.*

9 *Verba ſtatuti ita interpretanda ſunt ne contineant iniquitatem uel abſurditatem, in tantum quod a uerbis ipſius receditur, & a propria ſignificatione.*

Statutum

10 *Statutum ſine ratione dicitur monſtrum.*
11 *Lex carens ratione eſt uelut corpus ſine anima.*
12 *Verba ſtatuti Iudaice non ſunt intelligenda*
13 *Diſpoſitum illud habetur quod veriſimiliter fuiſſet ſtatutum, ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati.*
14 *Statutum non trahitur ad illicitum.*
15 *Executio inſtrumentorum non poteſt fieri contra hæredem, qui inuentarium confecit.*
16 *Statutum redditur potius ſuperfluum, nihilq; addere debet iuri communi, vbi quis per illum indebite grauaretur.*
17 *Verba illa, in omnibus & per omnia, reſtringuntur ſecundum ius commune, ne quis indebite damnum patiatur.*
18 *Statutum dicitur aliquid operari cum ex eo oriatur condictio ex ſtatuto.*
19 *Statutum generaliter loquens debet reduci ad interpretationem iuris communis, ut minus ipſi iuri communi derogetur.*
20 *Statutum diſponens quod proximiores admittantur ad ſucceſſionem, debet reduci ad intellectum iuris communis, & ſic quod frater vtrinq; coniunctus præferatur fratri conſanguineo tantum.*
21 *Verba ſtatuti ubi generalia ſunt, ſi tamen ceſſet ratio, declarantur & reſtringuntur ne quis indebite damnum patiatur.*
22 *Statutum excludens exceptionem etſi generaliter loquatur, tamen intelligitur niſi quis uelit incontinenti probare.*

1 Quæritur etiam an ſtante † ſtatuto quod qs
non poſſit uenire contra inſtrumentum a ſe factum, nec e-
ius hæres, ſi defunctus fundum filij uendidit, quem po-
ſtea hæredem inſtituit, & qui adiuit hæreditatem cum
inuentario, poſſit fundum a patre venditum ab emptore
uendicare?
2 Prima facie dicendum videtur quod non, quia † in ſtatutis
fieri debet interpretatio vt verba aliquid operentur. l. ſi quan
do. ff. de lega. 1. Alexan. in conſi. 24. numero 14. volum. 2. So-
cin Iun. in conſi. 9. numero 5. volum. 1. Dec. in conſi. 272. nu
mero 8. Pariſ. in conſi. 59. numero 26. volum. 3. in conſil. 66.
numero 10. volum 2. Dec. in conſi. 502. numero 6. ſed ſi dice
remus quod huiuſmodi ſtatutum non habeat locum confe-
cto inuentario, ſequeretur quod nihil operaretur, cum etiã
ita a iure communi diſponatur, ne hæres ſentiat iacturam. l.
fin. §. etſi præfatam. C. de iure delibe. ergo &c. ne ergo redda-
tur ſuperfluum, quod eſſe non debet, Pariſ. in conſil. 49. nu-
mero 53. vol. 1. dicendum venit quod dictum ſtatutum etiã
habeat locum in hærede, qui adiuit hæreditatem cum bene
ficio inuentarii, Dec. in conſi. 466. nu. 55.
3 Secundo facit † nam ſtatutum generaliter loquens, genera-
liter debet intelligi. l. 1. §. & generaliter. ff. de lega. præſtan. Go-
4 zad. in conſil. 19. numero 17. ubi etiam dicit † hoc habere lo-
cum in materia odioſa & pœnali, glo. in capitu. contra Chri-
ſtianos, de hæret. in 6. Dec. in conſil. 451. nu. 5. ergo & de hæ-
rede qui confecit inuentarium; quia alias generaliter non in-
telligeretur.
Tertio in terminis ita dixit Cyn. in l. fi. §. in computatione.
C. de iure delib. & ibi Rayn. ubi mouetur; quia hæres ſciens ta
le ſtatutum, adeundo hæreditatem defuncti videtur ſe obli-
gaſſe dicto ſtatuto volenti quod hæres non poſſit uenire cõ-
tra factum defuncti arg. l. ſi duo. ff. de acq. hæred.
Quibus tamen non obſtantibus ſententia contraria eſt de
† iure verior, & † communi omnium recepta quod imo hæres
confecto inuentario quando hæreditas non eſt ſoluendo,
poteſt uenire contra factum defuncti & vendicare rem ſuam
† a patre uenditam, & moueor primo per † communem con-
5 cluſionem quæ habet, quod † uerba ſtatuti debent interpre-
tari ſecundum ius commune, quantum ſit poſſibile, ita qui
dem vt ea de cauſa liceat etiam uerba impropriare. text. eſt
ubi notant omnes in cap. cum dilectus, de conſuetud. Alex.
in conſi. 154. numero 7. uolum. 7. Cur. Sen. conſil. 78. colum.
6. Socin. iun. in conſil. 12. numero 12. uolum. 1. & plenius in
conſi. 20. numero 9 volum. eo. Dec. in conſi. 451. nu. 5. Craue.
in conſi. 179. numero 6. & Ceph. in conſi. 210. numero 18. uo
6 lum. 2. & † eo maxime quando quis indebite damnum pate-
retur. Alexan. in conſi. 50. numero 12. uolum. 1. 32. numero 7.
volum. 7. & conſi. 5. numero 5. uolum. 6. ac in conſi. 2. nume
ro 3. volum. 4. Curt. Iuni. in conſi. 143. colum. 1. cum igitur
hæc ſit approbata Docto. ſententia, dicendum uidetur ut mi
nus recedatur a iuris communis diſpoſitione, & ne indebite
hæres grauetur, quod huiuſmodi ſtatutum debeat intelligi
non confecto inuentario, ſecus ſi confecto, cum tunc non re
cedatur a iuris communis diſpoſitione. & ideo ex hac ratio-
ne inquit Bal. in l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. quod ſi
7 ſtatutum diſponit † quod victus victori debeat in expenſis
condemnari, debet intelligi niſi uictus iuſtam cauſam litigã-
di habuerit. rurſus in l. eos §. cautione. colum. 2. in princip. C.
de appel. per glo. in l. tripli. Inſtitu. de actio. Alexan. in l. prope
randum. § ſiue autem alterutra. colum. 2. C. de iud. & in l. fi. §.
in computatione, ubi etiam Iaſ. colum. penul. in fin. C. de iure
delib. Cur. Iun. in conſi. 143 colum. 1. in fi. & Bero. in conſil.
150. nu. 28. vol. 1. Dec. in conſi. 444 nu. 15.
8 Secundo facit, † nam ſtatutum intelligi debet ne a ſapien-
tibus repræhendatur. Bal. in conſi. 85. uolum. 3. per l. Statius
Ariſto. ff. de lega. præſtan. Socin. in conſi. 63. colum. 5. volu.
1. Socin. Iun. in conſ. 1. numero 128. volum. 3. & in conſi. 122.
numero 24. volum. eo. Ceph. in conſi. 76. numero 89. 146. nu
mero 28 & in conſi. 13. nume. 12. ſed ambigui iuris non eſt,
quod ſi ſtatuẽtes ita intellexiſſent quod merito digni eſſent
repræhenſione, cum rationi non conueniat quod quis inde-
bite ſuo priuetur, prout eſt in caſu iſto, ſi tale ſtatutum exten
deretur ad hæredem, qui adiuit hæreditatem cum benefi-
cio inuentarij, & ſic vſus fuit diligentia, quæ ei obeſſe non
debet.
9 Tertio ſtatuti † uerba ita interpretanda ſunt ne contineant
iniquitatem vel abſurditatem, in tantum quod hac de cauſa
a uerbis ipſius recedendum eſt, & a propria ſignificatione
Barto. in l. omnes populi. in 3. quæſt. 6 quæſtionis princip. uer
ſicu. Iuxta præmiſſa. ff. de iuſt. & iure. Alexan. in conſi. 85. co-
lum. 3. volum. 4. Socin. Iun. in conſi. 9. numero 7. volum. 1.
Dec. in conſi. 19. colum. 4. Sed cui dubium quod ſi dictum
ſtatutum haberet locum in hærede, qui inuentarium confe
cit, contineret iniquitatem uel abſurditatem, quia hæres co-
geretur ſine ratione eſſe in damno & amittere ſuum, quod
equidem ab omni iure exorbitat, ut in l. fin. §. etſi præfatam.
C. de iure delib. ubi omnes notant.
10 Quarto † ſtatutum ſine ratione dicitur monſtrum, quia eſ-
ſet contra eius proprium & ſubſtantiam. §. erit autem lex,
quarta diſtinct. Curt. Iuni. in conſil. 150. numero 5. ſed dice-
re quod dictum ſtatutum etiam ſibi locum uendicet in hæ-
rede, qui adiuit cum inuentario eſt contra omnem ratio-
nem, quia cum lucrum non conſequatur hæres a defuncto
nec etiam conueniens eſt quod cauſa ipſius patiatur dam-
num, ut notant communiter ſcriben. in dicta l fin. C. de iu-
re delibe. Vt igitur ceſſet hoc monſtrum, dicendum venit
quod ſtatutum prædictum locum non habeat in caſu præ-
11 ſenti: † lex enim carens ratione eſt velut corpus ſine anima.
l. cum ratio, de bon. damn. Socin. Iun. in conſi. 1. numero
130. volum. 1.
12 Quinto ſi hoc diceretur, ſequeretur quod † verba ipſius
ſtatuti iudaice intelligerentur, quod vtique non eſt dicen-
dum, gloſ. in l. damni. §. ſi quis qui ædes, in uerbo aliquiſ.
ff. de dam. infec. l. ſi. cui. ff de ſeruit. Bal. in l. quicunque.
colum. penult. C. de ſer. fugit. Alexan. in conſi. 148. in fin. vo-
lum. 6. & in conſi. 139. numero 5. volum. 7. Ceph. in conſi.
247. numero 48. volum.
13 Sexto † in ſtatutis conſiderandum eſt, quod illa non ve-
niunt de quibus ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati ita veriſi-
militer reſpondiſſent: gl. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. quæ
quidem ſecundum Doctor. ibi habet locum etiam in ſtatu-
tis. Iaſ. in conſi. 171. colum. 2. volum. 4. ſed aliquis ſenſatus
non eſſet ſi diceret quod ſi conditores huius ſtatuti fuiſſent
interrogati an eorum intentio eſſet extendere verba ipſius
ſtatuti ad hæredem adeuntem cum beneficio inuentarij, qđ
14 reſpondiſſent quod non, tanquam † quod hoc contineret il-
licitum, ad quod non trahitur ſtatutum generaliter loquens.
Ruin. in conſ. 22. nu. 7. volum. 3.
Vltimo in terminis noſtris ita dixerunt gloſſ. Iacob. de Bel-
uiſ. Franc. Tigr. Bald. Barto. Angel. & Sali. Fulgo. Alex. Iaſ. &
Come. in d. l. fin. § in computatione. Ancha. & Imo. in cap. 1.
de teſta. Bald. in l. cum a matre. C. de rei uend. & ideo inquit
15 ibi Barto. practicari † quod executio inſtrumentorum non
poteſt fieri contra hæredem, qui inuentarium confecit, ſub-
dens verba formalia. Tene menti rogo, nec prodeſt mihi ex-
clamare, quia teneas menti.
Supereſt modo vt diluantur, quæ in contrarium adducta
fuerunt. Non obſtat igitur primum argumentum, quia
reſpondetur illud non procedere quotiens indebite quis gra
16 uaretur, quia tunc † ſtatutum potius debet eſſe ſuper-
fluum & nihil addere debet iuri communi; ita Iaſo. in l.
iuſtitia. colum. fina. verſicu. 3. & fortius. ff. de iuſt. & iu-
re. Dec. in conſ. 445. numero 50. & in conſ. 356. colum.
2. verſ. non obſtat, vbi allegant etiam Angel. in conſil. 6.
17 in fin. dicentem, quod illa † verba, in omnibus & per om-
nia, reſtringuntur ſecundum ius commune, ne quis indebi-
te damnum patiatur. Iterum Dec. in conſ. 37. in fin. col. 74.
colum. fi. 356. col. 2. Ruin. in conſ. 59. nu. 19. uol. 3. & in conſ.

88.nu.7 vol 4 Alex.in conſi.119.nu.9 uolu.7. Cepha.in conſ. 247.nu.47.& 256.nu 19 ſed in terminis noſtris nulli dubium quod indebite damnum hæres pateretur, vt ſupra dictum eſt, ergo &c.

18 Secundo reſpondetur quod imo † ſtatutum in caſu de quo agitur, dicitur aliquid operari, cum ſaltem ex eo oriatur contradictio ex ſtatuto Bartol.in l.3.§.ſi rem, de leg. 3. Bartol. & alij in l.1.ff.ad l.falcid.Iaſ.in dic. l. iuſtitia, colum. 2. uerſicu. 3 & fortius Dec in capi. cauſam, quæ. numero 7. de reſcrip. Alex. in l.ſi cum dotem, in princip. colum. fi.ff. ſolu. matri. Bero. in conſi.150.nu.26.vol.1.Ceph.in conſi.104.nu.23. Soc. Iun. in conſi.131.nu.38.vol.1.

Nonobſtat ſecundum argumentum, quia reſpondetur,
19 quod etiam † ſtatutum generaliter loquens debet reduci ad interpretationes iuris communis, ut minus derogetur ipſi iuri communi, argum.l ſi quando.C.de inoff.teſtam. l. 2. C. de nova.pro qua opinione facit quod ſcribit Ancha. in capit. 1.
20 numero 14. quæſtio, princip.de conſtit.ubi dicit, quod † ſtante ſtatuto quod proximiores admittantur ad ſucceſſionem, ſtatutum debet reduci ad intelligentiam iuris communis, & ideo infert quod frater utrinque coniunctus debet præferri fratri conſanguineo tantum, quem ſequitur Dec. in conſil. 444 numero 15.& in conſi.484 colum. 2.Socin. Iuni. in con
21 ſi 1, numero 131. volum.1 ubi inquit, quod † ubi verba ſtatuti generalia ſunt, ſi tamen ceſſet ratio, declarantur & reſtringũtur ne quis indebite damnum patiatur.l.adigere.§. quamuis, de iure patro quem tex.allegat Bar. ponens hanc doctrinam in l.omnes populi, in 2.quæſt 6.quæſtionis princ.de iuſt.
22 & iure. Hinc videmus quod † ſtatutum excludens exceptionem, etſi loquatur generaliter, tamen intelligitur niſi quis incontinenti uelit probare. Abb.in cap. ſciſcitata, in gloſ. 1. de in integr reſtitu. Dec.in cap.an ſit colum 2.verſicu. quod facit. de appel. Dec in conſi.424. numero 8. Ceph. in conſil. 4. numero 18. volum. Item ſtatutum generaliter loquens non debet trahi ad illicitum, ut per Rmn.in dicto conſi.22 numero 7.volum.3.

Vltimo non obſtat quod Cy.& Rai.teneant oppoſitum, quia omnis ſchola ſcribentium eſt cõtra eos, adeo quod cum peſſime loquantur, in dictis eorum nullum penitus fundamentum fieri debet.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium pupilli ſecundum Bart.non prodeſt ſubſtituto pupillari, ſed declara ut in nu ſeq.*

2 *Beneficium inuentarii cum ſit in rem ſcriptum, tranſmittitur ad hæredes.*

1 Inuentarium pupilli utrum † proſit ſubſtituto pupillari? Bartol. in l. in ratione, la 1. §. quod vulgo, colum.3.in princip.verſicu. venio ad quæſtionem ff.ad l falcid. tenet quod non, quia diuerſæ ſunt hæreditates, cum quo concordat Porcel.in tract.de inuentar. capit. 2.numero 18. Alexand.in l. Centurio, colum. 12. uerſicu. & ex hoc patet, vbi etiam Angel.ibi, ff. de vulgar.& pupilla. quod ait notandum. Idem Bartol. in authen. ſed cum teſtator, in fin. C. ad l. falcid. dum ſe remittit ad dicta per eum in dicto §. in ratione. Tu autem teneas quod imo prodeſt quatenus conuenitur ex facto &c. reſpectu patris & paternæ hæreditatis, quia
2 † beneficium inuentarii tranſmittitur per hæredem in ſuos ſucceſſores, cum ſit in rem ſcriptum, nec poſſit aſſignari aliqua ratio, cur non tranſmittatur, ergo &c.argu. l. hæredem, de regu.iur.ſed quatenus conuenitur tanquam nouus hæres pupilli ad legata vel fideicommiſſa relicta in ſecundis tabulis uel a creditoribus pupilli non paternis, ſed requiritur nouum inuentarium ac ſi pupillus maior factus ſibi feciſſet teſtamentum, de noua hæreditate enim tractatur, & de nouis bonis.l.ſed ſi plures.§.ad ſubſtitutos. ff. de vulga. & pupilla. ita Bald.in l.fin.§ cum igitur, colum. 5. uerſicu. Item nunquid inuentarium.C.de iure delib.rurſus in l. filium quem habentem.colum. fina. uerſicu. ſed iuxta hoc quæro. C. famil. ercif.& in l.1.C.de bon. aucto. iud. poſ. quem ſequitur Alex. in dicta l.in ratione.§.quod vulgo, colum.10. circa fin. verſicu. quæro hic Bar.Sali.in dicta.l.1. Vital.in tracta.clauſ.in verbo Nil nouari inuent.confect.pend.col.19.in princip.verſicu. item ſecundum.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium confectum ab inſtituto qui aduerſus immiſſionem fuit reſtitutus, non prodeſt ſubſtituto vulgari, ſed contra nu.3.*

2 *Reſtitutio aduerſus aditionem hæreditatis operatur ac ſi adita non fuiſſet.*

3 *Subſtitutus vulgaris confecto inuentario per hæredem, qui reſtitutus fuit aduerſus aditionem hæreditatis, aliud inuentarium facere non poteſt, cum tranſeant in eum acta iudicij.*

4 *Beneficium inuentarii dicitur beneficium cohærens obligationi, & non perſonæ.*

5 *Beneficium inuentarii tranſmittitur ad hæredem uel ceſſionarium.*

1 Vlterius quæro, inſtitutus in † primo gradu fecit inuentarium, poſtea aduerſus aditionem vel immiſſionem fuit reſtitutus, an illud inuentarium proficiat ſubſtituto vulgari? Bartol.in l.in ratione, la 1.§ quod vulgo, colum.3. verſicu. vlterius quæro ff ad l.falcid.relinquit hoc ſub
2 dubio, ſed Ioan.de Imo. ibi tenet quod non proſit † quia per reſtitutionem habetur perinde ac ſi non adiuiſſet, & in conſequentiam ac ſi non feciſſet inuentarium, per l. quod ſi minor. §.reſtitutio.ff.de mino. Nec obſtat lex, in integrum. ff. de mino. vbi remanent ſalua interim geſta, quia illud verum quoad ea quæ concernunt adminiſtrationem ipſius hæreditatis, non fauorem inſtituti. Sed contrarium concludit Bald. in l. fin.§ cum igitur. colu 5. in fi. in verſicu. quæro nunquid. C.
3 de iure delib. † quod imo proſit, quinimmo ſi vellet aliud inuentarium facere, non uidetur quod poſſit, cum tranſeant in ipſum acta iudicij l.ex contractu. ff. de re iud. dummodo tamen ſint facta bona fide.l.ſi minor. ff. de acquiren. hæredita. & ſententiam Bal. ut veriorem & æquiorem ſequitur Ale-
4 xand.in dicto §.quod vulgo, colum. u, in princip. quia † illud beneficium inuentarii dicitur beneficium, cohærens obligationi, & non perſonæ, vt inquit Bald. in l.filium quem habentem, colum. penult.verſicu. adhuc quærit. C. famil. ercif. & probatur ſecundum eum, quia ſi eſſet beneficium cohærens perſonæ non tranſmitteretur ad hæredes nec in ceſſionariũ.
5 l.1.C.de priuil.dot.l.ex plurib.ff.de admi tuto † & tamen tranſit etiam ſine ceſſione, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium ſubſtituti debet continere omnia bona quę erant tempore mortis teſtatoris, & pupilli.*

1 Subſtitutus quando facit † inuentarium quæ bona in eo ponere debet, vel quæ erant tempore mortis teſtatoris vel pupilli? Conclude cum Barto. in l. in ratione, la 1. §. quod vulgo, colum. 3. verſicu. quando ſubſtitutus. ff. ad l.falcid. quod omnia bona debet ponere, quia ſi vnum relinqueret quod non poneret, priuaretur tota falcidia ſecundum quoſdam, ut in §.ſancimus, in Authen. de hæredib. & falcid. licet aliud de iure C.l fin. § illo. C. de iure delib. & inquit ibi Bartol. quod licet per illum tex. videretur dicendum quod tempus mortis teſtatoris inſpicitur, quod credit verum eſſe, quoad quantum ad legatarios pupilli ſufficeret, ſed non quantum ad creditores pupilli, & cum Bar. tranſit Porcel. in tract. de inuent.c.2.nu.20.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium factum ab inſtituto ſub conditione, qui ea pendente petiit bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, ſufficit exiſtente conditione.*

Inſtitutus ſub conditione, ſi ea
1 pendente † petit bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, & facit inuentarium, an ſibi ſufficiat ſi poſtea exiat conditio? Reſponde quod ſic, ſecundum Bartol. in l. in ratione, la 1.§. quod vulgo, colum.3. verſicu. quæro aliquis inſtitutus. ff. ad l. falcid. quia illa bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas, quam petit, conuertitur in legitimam acceptat. exiſtente conditione. l. 2. §. ſi ſub conditione ff. de bono. poſ. ſecun. tab. Porcel. in tracta. de inuentar. capitu. 2. numero 21.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium confectum per hæredem non prodeſt fideicommiſſario, cui fuit reſtituta hæreditas ſine ceſſione, ſed contra in nu. ſequenti & declara ut in nu.3.& 4.*

Ceſſio

2 *Ceſſio licet requiratur quando tractatur de actione quæſita & facto hæredis, ſecus tamen quando de exceptione quærenda.*
3 *Ius excipiendi tranſit etiam in non ceſſum.*
4 *Hæres tenetur fideicommiſſarium loco ſui ſubrogare.*

1 Quid ſi hæres confecit † inuentarium qui exinde reſtituit hæreditatem fideicommiſſario, an ſibi proſit Inuentarium. Iſtam quęſtionem ponit Barto. in l. in ratione §. quod vulgo, columna tertia, verſiculo quæro hæres facit inuentarium. ff. ad l. Falcidiam, & ibi tenet, quod non, niſi ſibi cedatur, vt in lege ſi hæres pecuniam. ff. ad Trebellianicam lege a debitore, in princip. de fidcicomm. Specul. in titulo, de inſtrumen. edit. §. fina. verſicu. quid ſi hæres rogatus. vbi etiam Ioan. Andr. in addit. Iacob. de Beluiſ. in §. hinc nobis, in 12. quæſtione in auth. de hæred. & Falcid. vbi refert ita etiam tenere Lamber. de Rampo. Cyn. & Ricard. vt refert Bal. in authen. ſed cum teſtator, columna ſecunda, verſ. quæro vtrum, C. ad l. Falcid. Angel. in l. 1. §. hęc ſtipulatione, columna tertia, verſiculo etſi dominus hæres. ff. ſi plusquam per l. Falci. Io. Fabel in §. extraneis, inſtit. de hæred. & qual. & differ.

Sed contrarium tenet Io. de Imo. in dicto §. quod vulgo, vbi ſequitur dominum ſuum Io. de Canitulo dicẽtem quod
2 etiam ſine ceſſione tranſit; quia † licet quando tractatur de actione quæſita ex facto hæredis requiratur ceſſio, vt in dicta l. ſi hæres, tamen ſecus eſt, quando tractatur de exceptione quærenda l. reſcriptum. §. ſi. cum l. ſequenti, de pact. & per tex. in ſpecifica materia, in l. ſicut. §. primo cum ibi nota. per Barto. ff. quibus modis pign. uel hypo. ſoluitur, quam ſententiam quoque tenet Bald. in dicta auth. ſed cum teſtator, columna ſecunda, in verſiculo quæro vtrum, vbi dicit, quod
3 non requiritur ceſſio; † quia ius excipiendi tranſit etiam in non ceſſum. l. etiam de iureiur. uerſus in l. fi. §. cum igitur columna quinta, de iure deliberan. in verſic. nec prodeſt inuentarium, vbi inquit, quod iura tacite intelligitur cedere hæres
4 in conſequentia reſtitutionis, † nam hæres tenetur fideicommiſſarium loco ſui ſubrogare l. qui quadringenta. ff. ad Treb. ſicut ſi venderet alicui hæreditatem, quia videtur omne ius ſuum transferre, præſertim ius excipiendi, argum l. ſi tibi. § ſi cum poſſeſſor. ff. de pact. Nec obſtat dicta lex ſi hæres, quia aliud eſt inuentarium facere, quod eſt cõſequutiuum aditionis, aliud ſeparari, quod eſt omnino ſeparatum, licet ergo beneficium inuentarij ſit ipſius hæreditatis, tamen actiones, quæ tranſeunt ex Treb. iam modificatæ per inuentarium nõ poſſunt transferri, niſi uti ſunt cum ſua cauſa. l. apud Celſum. § ſi cum libera ff. de exceptio. doli. Iterum in l. filium quem habentem, columna penultima, verſiculo adhuc quæritur. C. famil. erciſcun. Ioan de Imo. in dicta l. prima, §. hæc ſtipulatio, columna tertia, uerſ. Item adde Roma. in authen. ſimiliter. C. ad l. Falcid. & in l. ſi is. §. qui quadringenta. ff. ad Trebel. Alex. in dicto §. quod vulgo, columna vndecima, verſiculo, ſeptimo quæro, vbi inquit huiuſmodi ſententiam ſibi placere quoad effectum exceptionis. ſecus quo ad effectum actionis, vt puta ſi res legata erat apud legatarium tempore teſtamenti, & ſic oportebat pro Falcidia agere, quia tunc procedit opinio Bartol. Porcel. in tract. de inuenta. capitulo ſecundo. numero vigeſimoſecundo Vital. in trac. clauſul. in verbo, Nil nouari inuent. confec. penden. columna vigeſimaprima,
† verſic. & dicit idem Bald. & hanc eſſe magis † communem dicit Alex. in l. Centurio, columna duodecima, verſ. & ex hoc ff. de vulg. & pupil. ubi dicit Barto. qui tenuit contrarium male loquutum fuiſſe.

S V M M A R I V M.

1 *Inuentarium tutoris non prodeſt pupillo hæredi.*
2 *Inuentarium tutoris differt ab inuentario hæredis in forma, cauſa & effectu, & nu. 4. & 5.*
3 *Tutor antequam conficiat inuentarium tutelare, non poteſt bona pupilli adminiſtrare.*
4 *Inuentarium tutoris fit ſub nomine proprio, inuentarium uero hæredis ſub nomine alieno.*
5 *Inuentarium tutoris habens omnia requiſita in confectione inuentarii hæredis prodeſt pupillo hæredi, ſi ei non eſt nociuum, alias ſecus.*

1 Inuentarium † tutoris confectum a tutore pupilli, cui delata eſt hæreditas ſi in eo deſcripta ſint bona hæreditatis an proſit pupillo, adeo quod habeatur pro inuentario hęredis? Bar. in l. in ratione, la 1. §. quod vulgo, col. 3. verſi. quæro tutor. ff. ad l. Falc. tenet quod non; quia alia ſolemnitas requiritur in confectione inuentarii ab hærede, quàm illa quę requiritur in confectione inuentarii a tutore, quæ ſolemnitas inuentarii ab hærede ponitur in l. fi. C. de iure delib. coniuncta auth. ſed cum teſtator. C. ad l. falc. & ideo ratione dictę differentiæ hæredi non prodeſt inuentarium tutoris, cum non habeat illas ſolemnitates. Idem voluerunt ibi Nicol. de Neap. & Alex. in col. 11. verſ. circa ſexta quæſtionem. Bal. in l. fi. §. cum igitur col. 6. verſi. ex quo patet. C. de iure delib. quem ſequitur Vital. in trac. clauſ. in verbo nil nouari inuent. confec. pend. col. 19. in fin. verſ. ex quo patet, vbi ait quod inuentarium hæredis multum diſcrepat ab inuentario tutoris, quod fit ex ſe ipſo pro conſequenda adminiſtratione tutelæ, ſed an pro-
ſit pupillo vt ſic cedat pro duplici inuentario tutoris & hære-
2 dis eſt dicendum quod non, quia † talia inuentaria differunt in cauſa, in forma & in effectu. Porcel. in tract. de inuen. c. 2. num. 21. verſi. vndecimo quæro. Idem tenuit Bald. in l. filium quem habentem, col. fi. vbi plus voluit quod etiam ſi inuentarium tutoris haberet ſolemnitates quæ requiruntur in inuentario hęredis, non ſufficeret pro inuentario hęredis;
3 † quia antequam tutor confecerit inuentarium tutelare, non poteſt adminiſtrare bona pupilli. l. tutor qui reperto-
4 rium. ff. de admi. tuto. & quia † inuentarium tutoris fit ſub nomine proprio & alterum hæredis ſub nomine alieno, ergo eſt impoſſibile quod iſtud ſit vnum ſubdens ita conſuluiſ-
5 ſe. Sed tu teneas contrarium, quod imo † ſi inuentarium tutoris eſt factum cum omnibus ſolemnitatibus, quæ requiruntur in inuentario hæredis, videlicet quod ſi tutor fecerit citare creditores, & legatarios & alia fecerit, quæ de ſubſtantia requiruntur in dicto inuentario hæredis, illud proderit hæredi, vt voluerunt Barto. & Alexand. in dicto §. quod vulgo, Porcel. vbi ſuprà, & Bald. Nicel. in dicto. §. cum igitur. Quam tamen ſententiam tempera procedere vbi euidenter conſtaret quod dicta confectio non eſſet nociua hæredi, aliàs ſecus, vt declarat Alexan. in dicto §. quod vulgo, col. 11. dicto verſiculo, circa ſextam quęſtionem.

S V M M A R I V M.

1 *Inuentarium ceſſionarii prodeſt hæredi, ſed contra nu. ſeq.*
2 *Beneficium inuentarii conficiendi conceditur. hæredi ut hæredi, & ideo non eſt ceſſibile.*
3 *Beneficium conficiendi inuentarium eſt perſonale, & ideo non ceſſibile, cũ eius perſonam non egrediatur.*
4 *Beneficium inuentarii conficiendi non eſt ceſſibile uiuo hærede.*
5 *Ius eligendi uel eius poteſtas in alternatiuis non tranſit ceſſionarium uiuo creditore.*
6 *Hæres ſi decedit antequam factum fuerit inuentarium tempus illud conficiendi tranſit in hæredem.*

1 Inuentarium † ceſſionarii an proſit hæredi? Prima facie videretur dicendum q. ſic argu. l. in ratione, il 2 §. quod vulgò. ff. ad l fal. vbi inuentarium ſubſtituti vel fideicommiſſarii prodeſt hæredi.
2 Sed contrarium eſt verius, quoniam † beneficium conficiendi inuentarium eſt conceſſum hæredi vt hęredi, & illud habet ex ſui prouiſione; ideo non eſt ceſſibile niſi primò ſit factum tranſmiſſibile, cum illud conſequatur ex perſona ſua, & non inuenitur in ſua hæreditate, & illa quæ habet hæres ex ſua prouiſione, non tranſeunt in fideicommiſſarium neque emptorem, ſed opus eſt noua ceſſione. l. ſi hæres pecuniarij. ff. ad Treb. l. hæres a debitore. ff. de fideiuſſ. Spec. in tit. de inſtru. edit. §. verſi. quid ſi hæres. Bar. in dicto §. quod vulgo, in 7. quæſtione.
3 Vlterius hoc priuilegium, † quod conceditur hæredi ſuper confectione inuentarii datur, vt hæredi, & ſic eſt mere perſonale, & ideo non ceſſibile, cum perſonam eius non egrediatur. l. ex pluribus, vbi Bartol. ff. de adminiſtratio. tuto. Iaſon in l. quominus. numero 203. de flum. nam in electione hæredis eſt an velit conficere inuentarium vel non, & illi ſoli conceditur cum modis, & conditionibus de quibus in l.
4 fina. C. de iure deliber. in princip & in §. etſi præfatam † nam hoc ius conficiendi inuentarium non eſt ceſſibile viuo hære-
5 de ſicut. Ius eligendi, vel eius poteſtas † in alternatiuis non tranſit in ceſſionarium viuo creditore, quia talis poteſtas principalis eſt, vt not. in l. ſi ſit legatum. §. ſi quis ita, de legat. primo, & Iaſon vbi ſupra. ſed ſi factum fuiſſe inuentarium, & poſtea vendita vel ceſſa hæreditas cum beneficio inuentarij admittitur, quod iſtud ius quæſitum hæredi eſt ceſſibile, ſed ante confectum inuentarium non viuo hærede; quia ipſe ſolus eſt qui poſſit illud conficere, cum vt dictum fuit, illud concedatur hæredi, vt hæredi, & ex perſona hæredis.
6 Dicitur tamen † quod ſi hæres ante decederet quam factum fuerit inuentarium, quod tempus coficiendi inuentarium tranſit in hæredem hæredis ſicut ius eligendi, & deinde efficeretur ceſſibile, quia iam factum tranſmiſſibile, & ideo

ceſſibile.ita Bartol.in d. l. ſi ſic legatum.§. ſi quis ita.Calca.in conſ. 18. col.fina.ubi ait,quod poteſtas eligendi non tranit in ceſſionarium uiuo creditore,ſed eo mortuo tranſit ad hæredem, qui præſumitur ſcire uoluntatem defuncti.l.ſi quis a filio.§.ſi quis plures.de lega.1. & ſic poſtquam tranſiuit in hæredem cępit eſſe illa poteſtas ceſſibilis, ideo tranſit in ceſſionarium,ut ibi.

SVMMARIVM.

1 *Nouum inuentarium conficere non debet hæres,cui aucta eſt portio alterius cohæredis repudiata,ſi ipſe fecit inuentarium,in quo deſcripſit omnes res exiſtentes in hæreditate.*

1 Pone, duo † ſunt hæredes, vnus adiuit hæreditatē, & fecit inuentarium, in quo deſcripſit omnes res pro parte dimidia pro indiuiſo ; poſtea per cohæredem fuit repudiata pars ſua,quæ accreuit adeunti, an ſit neceſſe, quod de nouo fiat inuentarium pro portione aucta? hanc quæſtionem decidit Bal.in l.filium quem habentem,columna fina.C.de famil.erciſcun.vbi dicit,quod ſi ex primo inuentario appareat veritas omnium rerum in hæreditate exiſtentium, ſic ipſo iure augetur inuentarium,ſicut enim non eſt neceſſaria noua aditio hæreditatis,ita non videtur neceſſarium nouum inuentarium,cuius dies incipit cedere ab adita hæreditate,ut in l.fin.§.ſin autem dubius, coniuncta l.quidam eulogio. C. de iure deliberan. quod eſt æquum, cum ex hoc appareat ceſſare fraudem præſumptam in occultatione rerum.

SVMMARIVM.

1 *Hæres cum beneficio inuentarij non poteſt contrauenire alienationi feudi mere hæreditarij factæ per vaſallum.*
2 *Feudum mere hæreditarium dicitur,quando eſt conceſſum alicui pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, & ſic quando tranſit ad hæredes etiam extraneos.*
3 *Feudum conceſſum pro ſe,& hæredibus quibuſcunque nedum includit tria genera hæredum de quibus inſtit.de hæred.qualit.& differ.ſed etiam legatarium.*
4 *Legatarius in re legata dicitur quodammodo hæres*
5 *Feudum quando eſt conceſſum pro ſe,& hæredibus quibuſcunque, veniunt etiam extranei,licet inſtituti cum filijs vel in re certa.*
6 *Feudi alienationi contrauenire non poteſt hæres cum cautela inuentarij , ſi feudum eſt conceſſum alicui pro ſe hæredibus & quibus dederit.*
7 *Paria ſunt quod feudum alicui concedatur pro ſe & hæredibus quibuſcunque,vel pro ſe & quibus dederit.*
8 *Feudi alienationi non poteſt quis contrauenire hæres cum beneficio inuentarii,quando eſt conceſſum cum clauſula, & quibus iura tua concedere volueris.*
9 *Vel ſi dictum ſit, aut habituris cauſam ab eo.*
10 *De feudo conceſſo cum clauſulis ſupradictis idem iudicandum eſt , vt de re mere hæreditaria.*
11 *Feudum conceſſum pro ſe,& hæredibus quibuſcunque,uel cum clauſula,& quibus dederit , vel & quibus iura tua concedere uolueris , uel habituris cauſam ab eo,poteſt uendi.*
12 *Feudum mere hæreditarium poteſt alienari ſine conſenſu domini.*
13 *Feudum mere hæreditarium uenit in reſtitutione fideicommiſſi.*
14 *Feudum mere hæreditarium uenit in publicatione bonorum.*
15 *Feudi alienationi contrauenire poteſt hæres cum beneficio inuentarii,quādo feudum eſt ex pacto & prouidentia.*
16 *Feudum conceſſum pro ſe & filiis,uel liberis , & quod tranſit ad liberos , etiam quod non ſint hæredes,dicitur ex pacto & prouidentia.*
17 *Feudum conceſſum pro ſe,& hæredibus maſculis, ſecundum communem dicitur ex pacto,& prouidentia.*
18 *Feudum conceſſum pro ſe & legitimis hæredibus,dicitur ex pacto & prouidentia.*
19 *Feudum ſuſceptum pro ſe,& ſuis hæredibus ex ſuo corpore legitime deſcendentibus,eſt ex pacto,& prouidentia.*
20 *Pater in feudo quod ad eum peruenit ex pacto , & prouidentia , non poteſt filiis ſuis hæredibus cum beneficio inuentarii præiudicare niſi quatenus uires hæreditatis ſe extendunt.*
21 *Hæres cum beneficio inuentarii poteſt cōtrauenire alienationi facta de feudo ſimpliciter hæreditario,ſed contra ut infra.*
22 *Feudum hæreditarium ſecundum communem dicitur conceſſum pro ſe & hæredibus.*
23 *Feudum ſimpliciter pro ſe conceſſum,hæreditarium dicitur.*
24 *Item & quando pro ſe & ſuis.*
25 *Agnati non admittuntur in feudo hæreditario,niſi ſint hæredes.*
26 *Beneficium inuentarii conſeruat hæredi omnia iura. perinde ac ſi hæreditatem non adiuiſſet.*
27 *Inuentarii confectio facit cenſeri hæreditatem iacentem.*
28 *Hæres in re hæreditaria non plus poteſt quā defunctus potuiſſet ſi uiueret.*
29 *Hæres qui adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarii, tenetur ſatis facere creditoribus hæreditariis de commoditatibus feudi hæreditarii.*

1 Nunquid † hæres, qui cum cautela inuētarij adiuit hæreditatem vaſalli poſſit contrauenire alienationi per eum factæ? Dubitatio iſta ardua eſt,in qua vt perfecta veritas habeatur,puto ſic diſtinguendum eſſe, quod ſi quærimus an poſſit contrauenire alienationi feudi mere hæredita
2 rij,quod non , vt quando † feudum eſſet conceſſum pro ſe
& hæredibus quibuſcunque,& quod tranſit ad quoſcunque
hæredes extraneos per doctrinam Bal.in l.a.q 35.de rer.diuiſ.
& in c.Imperialem,in princip.de prohi.feu. alie.per Fedeſ.ubi
3 dicit, † ſub tali conceſſione nedum includuntur tria genera
hæredum,de quibus inſtit.de hæred.quali.& differ. ſed etiam
4 † & legatarius,qui in re legata dicitur quodammodo hæres.
l.id tempus.§.1.de vſucap. Paris.in conſil.2.nu.19 vol.1.Bero.
in conſi.67.nu 57.vol.1. Rui.in conſi.16.nu.5.uol 1.ubi ait,ꝙ
5 † quando feudum conceditur alicui pro ſe & hæredibus quibuſcunque, ueniunt & extranei,licet inſtituti cum filiis , uel
in re certa,& in conſi.8.nu.6.uol.5.Crot.in conſi.136 nu.51.
† quæ quidem ſententia † communiter ab omnibus approbatur,ut per Curt.Iunio.in conſi.1.col.2.in princip quia per dictum uerbum quibuſcunq;,alteratur natura ipſius feudi iuxta tex.notabilem in cap.1.de feu.non hab.prop.nat feu. & in
in conſ.4.colum.fi.Rub.Alexan.in l.Gallus.§. quidam recte,
nu.198.ff.de liber.& poſthu.Socin.in conſi.10.colum.1.inter
conſilia Bru. Ripa in l.ex facto.§. ſi quis ita , ad Trebel.& in l.
quæſitum §.ſi quis.ff.de priuile crędi.Socin. Iuni. in conſilio
103.nu.28.uol.2.dixi in conſil. 3.nume.65.uolum.1 & 42.nume.13. nolum. eo. & quam neriorem dixerunt Paris. in conſilio 71.nume 42. uolum.3 8.col.3.uolu.j.Soc.Inn. in conſil.
72.num.22.uolum.1.conſi.112.colum 3.uol.eo.& in conſilio
42.col.1 uol.3 Cur.Iun.in conſilio 183.col.fi Clarus in § feudum,quæſtio.49. quam & ego ſequutus ſum in conſil. 96.nume.36.uol 1.& 79 nu.29.uol.2.
6 Vel & ſecundo,quando † acquiſitum fuiſſet pro ſe,& hęredibus,& quibus dederit,iuxta dictum cap. primum,de feu.
non hab.propr nat.feu.Curt.in dicto conſi.1.colum. 2. & in
† conſi 4 col 2.ubi inquit hanc eſſe † communem, & in conſilio 108.col 5.Bero in conſi 181.nume.4.uolu.2. ſcripſi in alle
7 gato conſ.42.nume.10.& 79.nume.20 uol.2 † nam a pari procedunt,quod feudum ſit conceſſum pro ſe & hæredibus quibuſcunque,uel pro ſe & quibus dederit.Curt.Iun.in conſi 4.
col.2.Paris.in conſil.3.col.3.in fi.uolum.1. Rub. Alexan in l.
Gallus.§.quidam recte.nume.200.de lib. & poſthu. Afſl c.in
c.1.§.donare,qual feud.por.olim alien.Bero.in conſi.130 nume.31.uolum.2.dixi in conſiliis ſupracitatis 542.& 79.nume
8 ro 20.ac etiam in aliis locis. Item & 3.ſi † conceſſum ſit tibi,
& quibus iura tua concedere uolueris.Paris.in conſi. 23. numero 41. uolum.1.Gozad.in conſi.4.nu.8.Campeg. in conſil.
11.colum.2.inter conſilia Brun.Iacob. de ſancto Georg.in
inueſtitu.ſua,in uerſi Ita etiam,quod ipſi.Curt.Iun. in tracta.
feud.in 5.par.uer.quinto quæro. uel cum clauſula uel quibus
relinquere uelit.Bald.in conſilio 207.uolum.ſecundo, Ruin.
9 in conſilio 107,columna tertia, uolumine tertio. Aut † ſi in
conceſſione ſit dictum , aut habiturus cauſam ab eo. Campeg.ubi ſupra , Curt.Iuni. in dicto conſilio primo , columna
ſecunda,Ruin.in conſilio trigeſimonono, numero quarto,
uolumine primo,Crauet.in conſilio 84.numero undecimo,
& nonageſimoſecundo,columna fina. Brun.conſilio trigeſimonono, columna ſecunda,& Bero. in conſilio ſexageſimoquinto,numero ſeptuageſimoquinto,uolumine primo , ubi
10 dicunt quod † iſta uerba æquipollent uerbis , & quibus dederis , & quod non poteſt hæres ſtante confectione inuentarij contrauenire alienationi factæ de feudo,cum de illo iudi
11 cetur ut de re mere hæreditaria,quod patet, nam † dicta feuda poſſunt uendi,donari,& de iis teſtari ac diſponi prout dicitur per omnes in capitulo primo , de feu. hab. propr. natu.
12 feu. Gozad. in conſilio nono , columna prima etiam † ſine
conſenſu domini,ut late dixi in conſilio quadrageſimoſecūdo , numero decimoſexto, uolumine primo , ubi etiam de
13 monſtraui hanc eſſe receptam Docto.ſententiam. Item † &
quia dicta feuda ueniūt in reſtitutione fideicommiſſi , ut per
Iaſon.in Vſibus feud.columna decimaſeptima,uerſiculo tertio limita,quem ſequitur Socin. Iuni. in conſilio ſeptuageſimoſecundo , numero uigeſimoſecundo , uolumine primo,
Crotta,in conſilio 135. numero quinquageſimoprimo , dixi
in conſilio nonageſimoſexto , numero trigeſimoſeptimo ,
uolumine primo , & in conſilio ſeptuageſimonono , nu 24.
uolum 2 ubi multas alias auctoritates adduxi, quas non itali
ſcribo, quod alias nō ueniret niſi fideicommiſſarius eſſet de

compre-

comprehenſis in inueſtitura Dyn. & Barto. in l. ſi patroni. ad
Trebel. vbi etiam & cæteri communiter, Ruin. in conſil. 108.
24 nume. 18. vol. 2 & in conſil. 37. nume. 12. vol. 1. Accedit † quo-
que quod venit in publicatione vel confiſcatione bonorum,
vt per Boſ. in trac. crim. in titu. de bono. publi. num. 19 cũ ſeq.
quia de tali feudo iudicatur vt de qualibet alia re hæreditaria,
& in numero 54. Socin. Iun. in conſil. 115. numero 14. uolum.
3. Curt. Iun. in conſi. 4. colum. penult. quod aliás non veniret,
vt per Cepol. in conſi. 58. inter ciuilia io 2. dubio Socin. Iun.
in conſi 49. nume. 1. volum. 3. Ruin. in conſil. 23. num. 30. vol.
5. Rom Imol. & Alex in l. ſi finita. §. ſi de vectigalib. de dam.
infe. Rui. in d. cõſ. 23 nu. 33. vol. 5. Soc. in cõſ. 266. nu 32 vol. 2.
quẽ ſequit̃ Goza ĩ cõſ 84 col. 1. Hinc ẽt videmus, ꝙ in tali feu
do ſuccedens tenetur etiam de ipſo creditoribus ſui præde-
ceſſoris ſatisfacere, non obſtante ipſa confectione inuenta-
rij, vt conſtat ex ſcriptis per Soc. in conſi. 42. numero. 2. uolu.
3 ubi inquit, feudum ipſum eſſe ponendum in inuentario ſi-
cut & aliæ res hæreditariæ debent poni, & in terminis noſtris
ita conſuluit Bero. in conſi 68 numero 76. volum 1. & Soci.
Iun. in conſi. 112. col. 2. in fi. uerſi. aliter puto, uol. 2.

Vlterius ſi iſtud etiam locum habet in feudo hæreditario
ſuſcepto ſimpliciter pro ſe uel pro ſe & hæredibus, ut infra
dicam, multo fortius in iſto caſu propter uerba alienantia
naturam feudi. arg. authen. multo magis C. de ſacroſan. eccl.
15 Si autem quærimus † quid in feudo ex pacto, & prouidẽtia,
quod eſt vnum de modis infra ſcriptis videlicet primo quan
16 do reperitur conceſſum pro ſe & filijs vel liberis, & quod trã
ſit ad liberos, vt liberos etiam, quòd non ſint hæredes. Socy.
Iun. in conſi. 42. col. 1. vol. 3 112 colu. 2. circa fi. vol. 2 214. nu.
20. vol. eo. & in conſi. 72 nu. 24. vol. 1. Alexan. in conſi 14 19.
& 28. vol. 5. Rui. in conſi. 88. nu. 28 vol. 1 & in conſi. 176. n 2.
dubio vol. eo. oẽs feudiſtæ in proœ. feudor. & Clarus. in §. feu
dum, in 9. q. ubi aſſerit, hanc † communem. Vel & ſecundò, †
17 quando in inueſtitura dicitur, pro ſe, & hæredibus maſculis,
vt latè tenui in conſi 67. num. 21 vol. 1. vbi allegaui hanc eſſe
† communem, quorum comprobatione etiã nũc addo mul-
tos alios idem tenentes, videlicet Alcia. in conſi. 179. Boſ. in
trac. crim. in ti. de Principe. nu. 306. in fi. Nattam aliás collegã
meum in conſi 128 col. 1. 117. col. 1. & in conſi 13. Soc. Iun. in
conſi. 81. nu 9. volũ. 2 & in conſi. 73. num 27. vol 1. Sal in l. 2.
col. 1 C. de libe. Alex Rube. in conſi. 84. in fi. Afflic. in præclud.
feud. 183 Rui. in conſi, 188. num. 10. verſ ad hoc, vol. 3 Bero. in
conſi 65 num. 14 & 67. num. 59. & 70 num. 37. vol. 1 & 95. nu.
2. volum. 2. ac communem Bello. in conſi. 33 col 2 in princ.
Bero. in conſi. 68 num. 67. vol 1 & in conſi 71 vol 2 & magis
communem Aries Pinel in l. 1 nu. 88. verſ ego autem C. de
bo. mater. Dominus Octa Oſaſ. in deciſ pedemon. ibi num. 1.
18 Vel & 3. ſi dictum, † ſit in conceſſione feudali, pro ſe & legi-
timis hæredibus. Soc. Iun in conſi. 112. num 8. vol. 2. vbi dicit
quod ſi feudum eſt ſuſceptum pro ſe, & legitimis hæredibus,
non dicitur hæreditarium, ſed ex pacto & prouidentia, & qđ
perinde eſt ac ſi eſſet dictum pro ſe & liberis, & ꝙ verbũ hæ-
redibus, exponitur liberis, dixi in citato conſi 67 num 19 quã
quidem ſententiam etiam tenuerunt Alcia. in conſi 179 Be-
ro. in conſi. 68. num 74 cum ſeq. vol. 1 inquit quod in materia
feudali non videtur aliqua differentia inter hæc duo videlicet
hæres maſculus, & hæres legitimus & in conſi 70 nu 37 vol.
19 eo. Vel & quartò † quando dictum fuiſſet, pro ſe & ſuis hæredi
bus ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, vt etiam ſcripſi
in dicto conſi. 67 quod & voluerunt Natta in conſi. 128. col.
2. & 130 num. 4 Soc. Iun. in conſil. 72. num 27. vol 2 dico cla-
riſsimi iuris eſſe quod defunctus in dicto feudo non poteſt a-
gnatis præiudicare, qui eius hæreditatem adiuerunt cum be-
neficio inuentarij, vt per Alexand. in conſi. 13 num. 8. vol 5.
conſi. 23 num 11. circa finem, vol. eo. Rui. in conſi. 38 nu. 15.
& 18. vol. 1. Dec. in conſi. 185. col. pen. in princ. Rub. Alexand.
in conſi. 164. col 4. circa fi Bald. & alii in l. qui ſe patris. C. vn-
de lib. Bero. in citato conſi. 68, num 49. & 76 in fi. ac in conſi.
20 70. num. 24. vol. 1. vbi dicit notiſsimi iuris eſſe, † quod pater in
feudo quod ad eum peruenit ex prouidentia & legis diſpoſitio-
ne non poteſt filiis ſuis et eius hæredibus cum beneficio in-
uentarij præiudicare niſi quatenus ſe vires hæreditatis exten-
dunt, ſubdens verbum notandum in practica quod ita † cõ-
muniter volunt doctores. Zaſ. in trac. feud. in parte 8. num. 60.
Alcia. in conſi. 16. in primo tomo, in prin. vbi omnes fatentur
deciſionem Bal. veram, & ideo inquit Soc. Iun. in conſi. 42. co
lum. 1 vol 3. quod † cum iſtud feudum nõ habeatur iure hæ
reditario, non eſt dubium quod de eo vel de eius commodi
tate ſuccedens non tenetur creditoribus defuncti, cum hu-
iuſmodi feudum ſit omnino ſeparatum ab hæreditate, & ſi
hæres tali caſu conficiat inuentarium de bonis hæreditarijs
ei proderit vt vltra vires hæreditarias non teneatur, Alex. in
conſil. 9. col. 2. vol. 6. Rui. in conſi. 176. num. 15. vol. 1.

22 Si verò quærimus quid dicẽdum quãdo † feudum alienatũ
eſt hæreditarium, vt quia conceſſum pro ſe & hæredibus, vt
per Iſer. in c. 1. § hoc quoque. col. 2. de ſucceſ. feu. in c. 1. an
agna. vel. fil Cur. ſen. in conſil. 90. col 8 & Curt. Iun. in conſil
10. col. 2 vol. 3. vbi atteſtatur hanc eſſe † communem Alcia. in
conſi. 160. num 9. & 179. colum. 1. docto. communiter in præ
lud feud Paris. in conſi. 1. col 1. vol. 1. 1 col. 4. 16. col. 2. vol. eo.
Rui. in conſi. 63. nu. 15. vol. 3. & in conſil. 2. col. 2. vol. 4. dixi in
conſi. 2. num. 39 vol. 1. conſi. 67. num 9. & 79 num 39 vol. eo.
& in pluribus aliis locis. Ioan. Baptiſta Ferrer. in conſi. 119. col.
2. in prin. Alcia. in conſi. 17. in 1. tomo magis communem Grat.
in conſi. 40. nu. 42. vol. 1.
23 Vel quando † conceſſum eſt ſimpliciter pro ſe Bald. in c. 1
col 4. an agna. vel. fil. Alex. in conſi. 26. colum. 4. vol. 5. Alcia.
in conſi. 160 num 9 179. & 180. in princ. Iaſ. in l. apud Iulianũ
§ ſi quis alicui. ff. de leg. 2. vbi atteſtatur hanc eſſe † commu-
nem. Cuma in conſi. 166. Afflic. in c. 1. nu. 55. de alien. feud pa
ter. Sapia. col. fi. nu. 92. C. de edic. diui Ad. tol. Neuiza. in cõ.
ſil 10. nu. 15. dixi in citato conſi. 97. num 38. & 67 num. 23. vol.
2. Grat in conſi. 4 nu 41. vol. 1. videtur voluiſſe in dubio pro-
uidere hæredibus ſuis. c. 1. de duob. fratr. a cap. inueſt. l. ſi pa
ctum ff. de probat Zaſ. in trac. feud. in 8, par. num. 63. Alcia. in
conſil. 16. colum. 1. in 1. tomo, & in conſi. 17. eo. tomo. Ceph.
in conſ. 152 num. 55. Rub. Alexand. in conſi. 84. col. 2 Io. Bap.
Ferret. vbi ſupra. num 6. quia quãdo vaſſallus recipit rẽ ſim-
pliciter in feudum non facta mentione de filijs & liberis.
24 Item & quando † pro ſe & ſuis, vt per Alex. in conſi. 26. colũ.
3. volu 5. vbi dictum verbum ſuis, exponitur, idest pro hære-
dibus Rub Alex. in conſi 84 colum. 2. Alcia. in conſi. 160 nu.
6 & Card. Simo. in cõſi. 36 nu. 39 nuou. 25. inter conſilia Mõ
tis ferrati. Imo. in conſi. 21 Alcia. in citato conſ. 17. nu 3 &
25 † in quo non admittuntur niſi q ſunt hæredes. c. 1. vbi glo. an
agna vel fil. Alex. in conſ 26. col. pen. verſic non obſtat. vol 5.
Dec. in conſ. 185. col. 3. verſ nõ obſtant. Crauet. in conſ 191. nu.
7 Soc. Iun in conſ. 112 num. 10 vol. 2. Alcia in cõſ 160. & 179.
in prin. & Grat. in allegato conſ 4 nu. 42. & tunc prioꝛa facit
dicendum videtur quod ſtante beneficio inuẽtarij hæres poſ
ſit venire contra alienationem feudi factam per defunctum,
vt conſtat ex dictis per Bal. in l. qui ſe patris, col. 6. verſ. Item
quæritur. C. vnde lib. vbi ait quod ſi uaſſallus repudiauit feu
dum antiquum & filius hæreditatem renuntiantis adiuit fa-
ctum patris ei præiudicat l. cum a matre. C de rei vend. niſi ſo
lemniter fecerit inuentarium; quia tunc nõ debet nocere adi
tio hæreditatis. l. fi. §. in computatione. C. de iure delibe. quia
confecto inuentario feudum dicitur eſſe in hæreditate pater
na ſeparabiliter, Alex. in conſ 26. colum 3 vol. 5. Dec. in conſ.
185. col 4. in prin Paris. in conſ. 10. col. 1. in fi. vol. 1. 33 colum.
fi. vol. 3. & 65. nu 47. vol. eo. Dec. in conſ. 445. num 55. & 468.
colum. fi beneficium † enim inuentarij conſeruat hæredi om
nia iura perinde ac ſi hæreditatem non adiuiſſet. glo. & doct.
in dicto §. in computatione. Cozad. in conſ 46. col. 3. in prin.
& 94 num. 10. Iaſ. in conſ. 56 colum. 2 & 6 in fi. volu 4. quia
28 † confectio inuentarii facit cenſeri hæreditatem iacentem,
teſte Bal. in d. § in computatione, in prima oppo. & in l. de-
bitori. C. de pac. Iacob. de ſancto Georgio in inueſtitura ſua
feud. in verbo, & cum pacto de non alienando, colu. 10. verſ.
aduerte. Rui. in conſ. 1 num 16. volum. 1. 38. num 21. vol. eod.
Rub Alex in conſ 74 num. 8 Mart. de Lau. in c. 1. §. Titius.
col. 5. in prin. verſ. nã ſi filius, ſi de feudo fue. cõtro. inter do. &
agna. Præpoſ. in c. 1. colum 7 verſ. Item addas, an agna vel. fi.
Grammat. in deciſ. 93. num. 10 Hippol. Riminal in addit. ad
conſilium in Riminal. 306. Affl. in c. 1. num. 36 de naſſal. qui
cõtra conſtitut. Lotha. quam ſententiam vti † communiter
approbatam ſequuntur Curt. Iun. in trac. feud in 3 par. ver.
3. igitur eſt regula, in fi Clar. in §. feudũ, quæſtione 24. Zaſ.
in tract. de feud. in tit. de ſucceſ. feud in 9. par num. 28. & eam
vti magis communem amplexus eſt Soc. Iun. in cõſi. 112. nu.
12. in fi. vol. 2 pro qua ſententia facit quod voluit Alex. in cõ
ſil. 124 col 3 vol 4 vbi dicit, quod licet in feudo hæreditario
non admittatur qui non ſit hæres, tamen dicit quod poſſint
hæredes venire contra factum defuncti ſi ſunt hæredes cum
beneficio inuentarij, & feudum ſit antiquum ac ex pacto &
prouidentia, ergo ſentit contrarium ſi feudum eſſet hæredi-
tarium. Riminal. in conſi. 305. num. 19. Goſtied. in conſil. 46.
num. 7 verſi. & tamen. & in conſi 160. Bero. in conſil. 158 co.
lum. 2. vol. 1. & hanc communem & receptam eſſe docto. ſen
tentiam faſſi ſunt Grat. in conſi. 4 nu. 50. vol 1. Didac in lib. 2.
var. reſol. c 18 uerſic. 8. infertur. Affl in c. 1. §. hoc quoq; num.
74 de ſucceſ. feud. Beneuen. in dicto c. Imperialẽ. § præterea
ducatus. col. 14. de prohi. feu. alie. per Feder. & frequentiori
calamo receptã ait Grat. in cõſil 9. num 18. vol. 1 & in conſil.
4. nu. 56. volu. eo. Aerius Pinel. in l. 1. numero. 93 C. de bon.
mater. Ioſeph Cum. in prælud feud. nume. 65. 197. & 303. &

in c. ſi aliquem. in uerbo maſculis. nu. 55. de ſucceſ. feud. Zaſ. in tract. feud. in 8. par. nu. 68. cum ſeq. Paris de Puteo in tract. de feud. reintegra. in q. incip. an feudatarius, in fi. Pot. Imo. lib. 3. commu. opi. concl. 8.

Non obſtant modo adducta in contrarium, & in primis deciſio Bal. in dicta l. qui ſe patris, quia reſpondetur, ſententiam ipſius procedere in feudo ex pacto & prouidentia, & non in hæreditario, ut expreſſe tradit Alex. ſibi repugnans in conſil. 19. uerſ. nec obſtat ſi contra. uol. 5. ubi ait, Bal. in dicta l. qui ſe patris, male dicere quod feudum fuit receptum pro ſe & hæredibus, ſed quod illud locum habet in feudo ex pacto & prouidentia, quia eo caſu fatetur quod cum filius non ſit habiturus feudum ut hæres ſeu hæreditario iure, ſi adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarii poteſt uenire contra factum defuncti patris & conſequi feudum antiquum; quia per aditionem factam a filio adeunte hæreditatem aſcendentis, nõ fuit feudum effectum vnum corpus inſeparabile cum bonis adeuntis; quia ille, qui adiuit non eſt conſequutus feudum vt hæres, & ſic non habet locum ratio poſita in l. ſed ſi plures. §. filio. ff. de vulg. & pupil. ſecus ſi feudum eſt receptum pro ſe, & hæredibus, quia tunc militat ratio dicti §. filio. Iterum in conſi. 23 nu. 8. uerſi. poſſet fortaſſe, & in conſi. 12. nu. 12. uol. eo. Dec. in citato conſi. 208. col 2. & 395. col. fi. Cur. Iun. in allegato conſi. 138. col. 3. & 155. col. 2. Iul. Ferret. Arius Pinel. in locis ſupra citatis. & hanc partem ueriorem eſſet dixit Aleia. in conſi. 16 circa fi. tomo 1. ubi dicit, quod non audet firmare contrariam partem, & in conſi. 160. nu. 15. ubi inquit, dictum Bal. ita intelligi ab omnib. modernis excepto Decio in prædicto conſi. 185. qui reprobatur. ſubdens ꝙ ſic ſuadet ratio ꝗ Bal. adducit in allegando no. in d. §. in computatione. ubi cõfectu inuentario non periclitatur hæres de ſuo. Dicitur autẽ ſuum quod aliunde habet quã titulo hæreditario, & ſic feudum ſtipulatum filio remanet illi ſaluum. & ita per dictum §. in computatione, tanquam loquentem in his quæ filius petere poterat alio iure quam hæreditario firmat Ioſeph Cum. in prælud. feud. nu. 306. uerſi. non obſtat 4. Zaſ. in trac. feud. in 8. par. nu 68. & Bero. in allegato conſi. 168. Nec mirũ ſi in feudo hæreditario inuentarium non proſit, quia qualitas hæreditaria taliter ſubſtantiatur in feudum ut amplius ſine ſubiecti corruptione abeſſe non poteſt. Ita Came. in dicto c. Imperialem. § præterea ducatus, col. 4. uerſi. 4 ſpecies erit. quem ſequitur Cum. ubi ſupra nu. 303.

Similiter non obſtat quod contraria ſententia ſit communis, quia dicitur quod etſi aliqui ita affirment, tamen rei ueritas eſt quod in oppoſitum eſt crebrior Doct. ſententia, ut cõſtat ex auctoritatib. ſupra citatis.

29 Pariter non obſtat † quod hæres qui adiuit hæreditatem cũ beneficio inuentarii non tenetur de commoditatibus feudi hæreditarij ſatisfacere creditoribus hæreditariis; quia reſpondetur, ſententiam ſupra relatam ueram non fore, ut uoluerũt Iſer. in c. 1 col. 2 an agna. uel fil. quem ſequuntur Alex. in conſi. 19 col. 2. & 4. Cur. Iun. in conſi. 1. col 4 uer. confirmo. Ruin. in conſi. 17. col. 2. vol. 1. & in conſi. 176. col. pen. vol. eo. Pract. Pap. in for. libel quo. ag. ad reuo. feud. in uerbo, nec ſuperſtitibus, col. 2. Campeg. in conſi. 2. col. 4. in fi. inter conſilia Bruni.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficium inuentarij non prodeſt hæredi, qui immediate non conuenitur pro debito hæreditario, ſed ex cauſa quæ fuit nouata per compromiſſum ſequuto laudo.*

2 *Hæres ſicut quando conuenitur ex obligatione, & promiſſione quam fecit poſt aditionem hæreditatis, non gaudet beneficio inuentarii, ita nec illius omiſſio ei prodeſt, aut nocet.*

3 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*

4 *Hæres cum beneficio inuentarii ſi contrauenit tranſactioni pœnali facta per defunctum, non gaudet beneficio inuentarii.*

1 Beneficium † inuentarii an proſit hæredi, qui nõ conuenitur immediate pro debito hæreditario, ſed ex debito de quo factum fuit cõpromiſſum ab hærede, & exinde ſequutum laudum, pro quo demum hæres conuenitur? Quæſtionem iſtam determina ſecundũ Ang. in conſi. 30. col. penul. ubi decidit, quod non, quia tunc hæres non conuenitur immediate ex cauſa hæreditaria ſed ex cauſa, quæ nouata fuit per compromiſſum ſequuto laudo, per tex. in l. cum hæreditas. ff ad Trebel. quam deciſionem ſequitur Dec. in conſi. 300. colum. 2. in fi. cum princip. ſequentis, & in conſi. 496. numero 12. Aret. in conſi. 148. colum. penulti.

2 uerſic. pro iſta deciſione. ubi inquit † quod ſicut hæres quando cõuenitur ex obligatione, & promiſſione, quam facit poſt aditionem non gaudet beneficio inuentarii, quia proprie, & immediatè dicitur obligatio noua, & propinqua, per dictam l. cum hæreditas. ita nec omiſſio inuentarij quoad eum pro-

3 deſt aut nocet, † quia contrariorum eadem eſt regula. l. 2. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. Bolog. in conſ. 59. colum. 2. pro qua ſententia etiam facit quod voluit Corne. in conſil. 31. litera. e. volum. 3. ubi concludit, quod licet beneficium inuentarii prouideat ne hæres inſolutum teneatur ultra vires hæreditarias ad onera hæreditaria per l. fi. §. etſi præfatam. C. de iure delib. & ſic prouidet hæredi circa actiones paſſiuas deſcendentes a defuncto, non autem ſubuenit aduerſus actiones quibus tenetur ex facto ſuo, ut quando quis conuenitur ex promiſſione ſua. & ideo conſuluit ibi Corne. quod ſi hæres cum beneficio inuentarii obligauit ſe ac omnia bona ſua præſentia, & futura inſolidum de ſoluendo certam quantitatem & voluit poſſe conueniri realiter Peruſii, Aſſiſii, & Florentiæ, quod non poteſt ſe iuuare beneficio ipſius inuentarij ne teneatur vltra uires hæreditarias ad onera hæreditaria; quia illud non ſubuenit hæredi circa actiones quibus tenetur ex facto ſuo, & ſic ex promiſſione ſua, & petitur executio inſtrumenti confeſſionati celebrati per ipſum hæredem, non autem per defunctum, & ut latius ibi per eum. hoc idem uelle videtur Barb. in repet. cap. Raynaldus. colum. 184. uerſic. Nec

4 obſtat cum dicebat, de teſta. ubi dicit † quod ſi hæres cum bñficio inuentarii cõtrauenit tranſactioni pœnali defuncti, non gaudet cautela inuẽtarii; quia illa prodeſt ultra uires hæreditarias quoad creditores hæreditarios, ſed nõ quoad creditores proprios ipſius hæredis, ut in caſu ſuo. ubi hæres fecit illum creditorem quoad pœnam opera ſua, & facto ſuo, & ſic culpa propria incidit in illam pœnam, per l. fi. §. fi. ff. quæ in fraud. cred. quod & repetit in colum. fin. in princip. in uerſicu. nec obſtat cum dicebat. Boer. in deciſ. 53. in fi. Anch. in q. 69 numero 9.

S V M M A R I V M.

1 *Filius hæres patris an poſſit vendicare ab emptore fundum ipſius, quem pater ante mortem ſuam alienauit.*

2 *Creditor præfertur filio in legitima.*

3 *Legitimam conſequi debet filius ſine onere legatorum, ſed non ſine onere æris alieni.*

4 *Filius qui in nihilo ſucceſſit patri poteſt rem ſuam venditam a patre ab emptore uendicare.*

5 *Filius qui ſucceſſit patri titulo inſtitutionis in re certa, uidelicet in legitima uel in alia re ſibi iure legati relicta, poterit rem ſuam venditam a patre in totum ab emptore uendicare.*

6 *Hæres in re certa loco legatarii habetur.*

7 *Regula ex qua perſona, de reg. iur. locum habet quando quis lucrum ſentit iure hæreditariæ ſucceſſionis, non autem particularis legati.*

8 *Legatum non cenſetur factum animo compenſandi niſi expreſſe id dicatur.*

9 *Filius, cui ſola legitima eſt relicta, non habet conficere inuentarium.*

10 *Filius quando ſucceſſit patri vniuerſaliter in tota hæreditate uel quota, qui rem filii uendidit, & voluit teneri de euictione emptori ex pacto, ſi rem ſuam venditam uult uendicare, non poterit repelli exceptione ab emptore.*

11 *Filius hæres uniuerſalis patris qui rem ipſius uendidit cum promiſſione de euictione, ſi confecit inuentarium, non poterit rem ſuam a patre venditam ab emptore uendicare.*

12 *Pater ſi fundum filii alienauit cum promiſſione euictionis, & ipſe eius ſit hæres, ſi fecit inuentarium pro parte in qua eſt hæres repellitur exceptione ſi fundum ab emptore uendicare tentauerit, ſi uero nihil habet, repelli non poterit.*

1 Quid † ſi pater vendidit fundũ filii ſui, eundemque fecit hæredem vniuerſalem, qui hæreditatem paternam adiuit cum beneficio inuentarii, nunquid ab emptore filius poterit vendicare fundum ſuum a patre vẽditum? glo. in l. fin. §. in computatione. C. de iure delib. diſtinguit. Aut hæreditas eſt ſoluendo, & tunc, aut filius fecit inuentarium aut non. primo caſu, aut habet debitum ſubſidium tantum, & tunc poterit fundum ſuum uendicare, quia illud habere debet ſine onere. Aut habet vltra bonorum ſubſidium, & tunc vendicans repellitur exceptione catenus quatenus habet ultra debitum bonorum ſubſidium facta computatione reſpectu quantitatis, & nõ reſpectu quotæ. Aut nõ fecit, & tunc ſi habet tm̃ bonorũ debitũ ſubſidium, & inſolidum repellitur ut ibi per gl. ſecundum unã lecturã, & ſecundum aliã in nihilũ repellitur. Si uero hẽt vltra debitũ bonorum ſubſidium, tunc patitur exceptionem reſpectu quotæ pro qua eſt hæres ſi parum valeret vltra legitimam. Secundo vero caſu quando hæreditas non eſt ſoluendo, non eſt tractandum nec de debito bonorum ſubſidio, quia illud intelligitur

glitur, deducto ære alieno.l. Papinianus. § 4 ff.de inoffi. teſta.
iſta glo.in ea parte in qua dicit, ꝙ ſi hæres facit inuentarium
repellitur quatenus in hæreditate habet vltra legitimam; ſed
ſi nihil habet vltra debitum bonorum ſubſidium non repel-
litur; quia illa debet habere ſine onere reprobatur; quia con-
trarium tenet glo.in l.cum à mater. C de rei vendi.quæ vult,
ꝙ etiam quatenus filius habet pro legitima, repellitur, quia ſi
2 filius euincere emptori ipſe emptor eſſet † creditor hæredita-
tis qui præfertur in legitima debita filio. l. Papinianus. §.4 ff.
de inoffi.teſtamen.in conſi.31.in princip.volum.4. Bart.in l.
ex facto, la grande.ff de hære inſtitut.& ſic obeſſet filio exce-
ptio de qua in l. vendicantem ff de euictio quem de euictio-
ne tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. Vnde nõ
3 obſtat, ꝙ legitimam filius conſequi debeat ſine onere, † quia
hoc verum eſſe intelligitur ſine onere legatorum, ſed non ſi-
ne onere æris alieni, quod eſt potentius quam ſit legitima, vt
in d.§.quarta. Ita Bal in l.cum à matre, colum. penul.verſicu.
non obſtat quod tu dicis.& Caſtren. colum.fi.circa fi. Natta,
† in conſi.214. num.4. & contra glo in hoc caſu eſt † commu-
nis ſchola doctorum, vt ait Nicol. Arelat.in l.generaliter, nu.
128.verſicu, eſt ergo communis concluſio. C.de ſecund.nup.
4 In iſta materia ſic diſtinguendum eſſe arbitror. † Aut filius
in nihilo ſucceſſit patri, iſto caſu clariſſimi iuris eſt, quod fi-
lius poterit rem ſuam per patrem venditam vendicare, quo-
niam iſto caſu contra eum non obſtat regula, quem de eui-
ctione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, de qua
in l.vendicatem. ff de euictio.nec exceptio. l.ex qua perſona
de regu.iur. quod ex qua perſona quis ſentit lucrum, eius fa-
ctum improbare non debet. Ita Pau de Caſtro, in dicto §.in
computatione, colum 4. verſicu. primus eſt, & Iaſ.in colum.
penul. Natta vbi ſupra.
5 Secundus caſus eſt, † quando ſucceſſit titulo reſtitutionis
patri non vniuerſaliter ſed in re certa, puta in legitima, vel ſi-
bi iure legati relicta, & iſto caſu † quia legatarij loco habetur.
6 l.quotiens.C.de hære.inſti.non tenetur de euictione, & po-
7 terit totam rem venditam vendicare. Nec † etiam ei poterit
obſtare regula l.ex qua perſona, quia illa locum habet quan-
do quis ſentit lucrum iure hæreditariæ ſucceſſionis, non in-
re particularis legati, alias ſemper legatum cenſeretur relictũ
8 animo compenſandi, † quod iura non præſumunt, niſi ex-
preſſe dictum fuiſſet.l creditorum ff. de leg.2.ita Bart. in d.§.
in computatione, colum.3.Pau.de Caſt. Alexan. & alij, Bal.in
l.cum à matre, colum.2.verſicu.tertio quæro C.de rei vend.
vbi dicit quod ſi filius eſt inſtitutus in quota bonorum, quia
dixit pater, inſtituo te in tertia parte tibi debita iure naturæ,
uel in re certa pro ſua legitima, ꝙ iſto caſu non tenetur ex
contractu paterno, ſed illi contrauenire poteſt vendicando
rem ſuam per patrem alteri venditam, quia æs alienum non
ſequitur fundum.l.1.§.ſi hęres.ff.ad Trebel.& quod iſto caſu
ſecundum eum obſtabit ſibi exceptio, quoniam non deſcen-
dit vt in filium obligatio ex contractu paterno, cum legitima
dicatur, deducto ære alieno l.Papinianus §.quarta.ff.de inoſ.
teſtamen. & ideo concludit ibi Bal. quod cum æs alienum
non obligat filium hęredem in ſola legitima, quod eſt notan
9 dum, quod † filius cui relicta eſt ſola legitima, non habet con
ficere inuentarium, quia æs alienum non ſequitur legitimã.
Idem ibi voluit Pau.de Caſt.colum fin.in verſicu Item quę-
rit glo. vbi concludit quod ſicut quando filius eſt inſtitutus
in re certa pro ſua legitima, non cogitur filius ſuſcipere actio-
nes creditorum ex perſona parentis. d.l.quotiens, ita nec ex
eorum perſona poſſet repelli per exceptionem ſi venit con-
tra factum parentis. Item et ſi fuit inſtitutus in tertia parte bo
norum pro ſua legitima, quia intelligitur deducto ęre alie-
no.l ſi quis ſeruum §.fi.de lega 2. Vnde ſicut actiones credi-
torum non darentur contra eum, ſed hæredem vniuerſalem,
ita nec exceptio poteſt ſibi opponi ex perſona parentis. Iaſ.
ibi, col.pen.verſ.ſecundus caſus. Nico. Arelaten.in l.genera-
liter C.de ſecun.nup.num.125.
10 Tertius caſus eſt, quando † filius ſucceſſit vniuerſaliter in
tota hęreditate, vel in quota ipſius hæreditatis, tamen em-
ptor non habebat regreſſum de euictione ex pacto inito in-
ter emptorem & venditorem, iuxta.l.emptor. §.ibidem. de
actio.empt. & iſto caſu filio vendicanti rem ſuam venditam
non poteſt opponi exceptio, quem de euictione, &c. propter
dictum pactum, ita videntur ſentire Iacob. de Belui. Barto.
Ange. Pau.de Caſtro, in dicta l.fina.§.in computatione.C.de
† iure deliberan. quam † communem aſſerit Nicol. Arelaten.
dicta l.generaliter, num.125.verſic. ſaluari tamen poteſt, vbi
inquit, quod non eſſet ſani capitis recedere ab hac ſenten-
tia propter fantaſiam ſolius Iaſ. contrarium atteſtantis in d.
§.in computatione.
11 Quartus & vltimus caſus eſt, quando † filius ſucceſſit iure
vniuerſali, & emptor habet regreſſum contra venditores de
euictione, & iſto caſu debet diſtingui. Aut non confecit in-
uentarium, & iſtc etiam ſi nihil eſſet in hæreditate vel in por-
tione in qua eſt inſtitutus, repelletur a vendicando. Bal in l.
cum à matre, colum.penul.circa fi.verſ. ſed reuoco hoc in du
12 bium.C.de rei vendicatio. quia lex ſimpliciter dicit, † quod
ſi non facit inuentarium, officit ei contractus paternus, quod
inquit verum, quia ex contractu patris deſcendit in eum ex-
ceptio, & quia lex fingit hæreditatem locupletem, vbi non fit
inuentarium. Docto.communiter in d.§.in computatione.
Barto.in l.cum vir.colum.fina.de vſucap.& Ruin.in conſ.42.
num.3.volum.5. Si autem confecit inuentarium & hęres ali
quid habet de hæreditate deductis debitis vel legitima tantũ
eatenus repellitur exceptione, ſed ſi nihil habet, non repelli-
tur & iſto caſu bene loquitur glo.ſecundum Docto.commu
niter in dictis locis, Natta vbi ſupra. Port.in conſi.40.colum.
fina.circa fi. Bero.in conſil.129.num.5.volu.5. & latiſſime de
hac materia vide per Arelaten.in d.l.generaliter, nume. 120.
cum pluribus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Venditor obligatus pro euictione ad duplum ſi deceſſit emptore hærede re-*
licto, qui hæreditatem adiuit cum beneficio inuentarii ratione euictionis
ſequutæ, non poterit emptor duplum computare contra creditores, ſed
ſimplum. diſtingue tamen ut infra, nu.4. & 5.
2 *Declaratio ad l.cum emptor ff.ad l Fal.*
3 *Tempore Digeſtorum nihil erat cautum de inuentario.*
4 *Paria ſunt damnum pati, vel lucrum iam radicatum amittere.*
5 *Error iuris ſicut non nocet quando tractatur de damno uitando, ita nec*
quando tractatur de lucro iam radicato perdendo.

1 Pone, Titius † vendidit mihi rem, demum
res ipſa cum promiſſione dupli
de euictione fuit euicta, poſt ea deceſſit dictus Titius me hæ-
rede inſtituto, cuius hæreditatem adiui cum beneficio inuẽ-
tarij, nunquid computabitur duplum contra creditores? Pri-
mo videtur dicendum, ꝙ non, quia niſi ſimplum.arg.l.cum
emptor.ff.ad l Falc. Contrarium tamen determinat Cyn.in l.
fi.§.in computatione, colum.1.C de iure deliberan.reſpon-
2 dens † ad tex.in d.l.cum emptor.quod loquitur quando non
fuit factum inuentarium, quod & voluit glo.magna in d.§.in
computatione, in princip. Barto.& Alber. de Roſa.colum.1.
verſicu. Item quæro, vbi dicit verum eſſe quod dicta l.cum
emptor, loquitur quando non fuerat factum inuentarium
3 † cum tempore ipſius legis non eſſet aliquid cautum de in-
uentario. Vnde in inuentario non facto locum habet illa lex.
Nico.de Neapo.in d l.cum emptor, ut citat ibi Alex.in princ.
Barto.autem in d l.cum emptor, dicit quod ſiue fecerit inuen
tarium ſiue non, non poteſt detrahere niſi ſimplum, quia ſi-
ue fuerit emptor, ſiue venditor hæres, non committitur ſti-
pulatio ad duplum pro re euicta.l ſi ei, in princip. & §.primo,
de euict.& quod ſecundum diſtinctionem dictæ l.ipſa lex de-
bet intelligi; cum ergo non committatur ſtipulatio, non po-
teſt duplum detrahere.
Pro veritate huius articuli diſtingue ſecundum Ange.in
d.l.cum emptor, in princip. quod aut euictio fuit ſequuta in
uita teſtatoris vel poſt eius mortem, ſed ante aditam hæredi-
tatem, & tunc cum perfectè eſſet acquiſita emptori actio ad
duplum, confectio inuentarij ſuperueniens non aufert hære
di ius ſibi quæſitum, ſed illud ſibi conſeruat, vt in d.§.in com
putatione. Aut fuit ſequuta euictio poſt aditam hęreditatẽ,
& tunc procedat opinio Barto quod non conſequatur niſi
ſimplum odio pœnæ Inquiens dicta l.cum emptor, loquitur
quando poſt aditam hæreditatem ſequuta fuit euictio. quam
diſtinctionem in effectu etiam tenet Bal.in dicto §.in compu
tatione, colum.2.verſicu.2.oppono. quem ſequitur ibi Fran.
Tigr.& Pau. de Caſt.in d.l.cum emptor quia quando euictio
ſequuta eſt ante aditam hæreditatem, ſi non conſeruaretur
per confectionem inuentarij, hæres diceretur pati damnum,
4 † quod conſiſtit in perdendo id quod acquiſitum eſt.l.2.§.
meritò.ff.ne quid in loco publico. Quod ampliat etiam pro-
cedere ſi illud acquiſitum erat ex cauſa lucratiua, vt not.glo.
l.1.§.ſi quis autem, in verſicu.in integrum reſtitutione.ff.ne-
quid in loco publico.gl.j.in l.ſi cum dotem. §.eo autem tem-
pore.ff.ſolu.matrimo. dum reſpondet ad l huiuſmodi.§.Sti
chum.de lega.1. Vnde † ſicut error iuris non nocet quando
tractatur de damno vitando, ita nec quando tractatur de
perdendo lucro iam radicato. glo. in l.quę fideicommiſſum.
de lega.2.vbi autem euincitur res poſt aditam hæreditatem,
tunc non infertur damnum det aditionem hæreditati; cum
beneficio inuentarij ſed impeditur lucrum acquirendum, cũ
qua diſtinctione etiam tranſeunt in dic.§.in computatione,
Angel.Salic.Fulgo.& Paulus de Caſtro, nec non & Alexan.
in

in d.l.cum emptor, col. 1.vbi dicit quod etſi attendantur rationes aſſignatæ per Barto.iunctis prædictis non militant niſi quando euictio ſequuta fuit poſt aditam hęreditatem prout videtur loqui tex. ipſe,qui ſic videtur conſtruendus, euicto homine cum quo emptor venditori hæres extitit, & ſic pro hoc ceſſant omnes obiectiones allegatæ in contrarium, vbi pro hoc etiam dicit benefacere tex.in l.habet e licere,in fi.de euic.ibi,alioquin ſemel commiſſa ſtipulatio reſolui non poteſt. Idem Alexan.in §.in computatione,colum.3.verſ.in eadem.ibi.l.cum emptor.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres defuncti cum beneficio inuentarii qui ei tenebatur, an debeat à ſe exigere duplum uel ſimplum.*

1 Quid econtra † vbi hæres cum beneficio inuentarii tenebatur defuncto & ſic debet a ſe exigere,an exiget duplum vel ſimplum? Iacob. de Are.vt refert Cy in l.fi.§.in computatione,colum. 1.verſi. quæro.C.de iure delibe. tenet quod ſimplum tantum, quia hoc eſt introductum in fauorem hæredis, ergo non debet in eius læſionem redundare.l quod fauore. ff.de.ll. Idem ibi tenet Albe.de Roſa.colum 1.verſi. quid econtra, Pau.de Caſt. colum. 3. verſ. quid autem econuerſo, diſtinguit vt dictum fuit in præcedenti. Aut actio erat orta defuncto contra hæredem vel hæreditati iacenti,& tunc debet à ſe exigere duplum quia non debet eſſe melioris conditionis quam ſi non eſſet hæres. Aut non erat orta ante ſed poſt aditam hæreditatem, & tunc non oritur contra ſe ad duplum, ſed ad ſimplum tantum,ſicut econuerſo,quam diſtinctionem ibi ſequitur Alex. in 4.col.in prin.pro qua opinione ſecundum eum facit, nam ſucceſſio non habet vim ſolutionis, quoad lucrum hęredis. l.hæres à debitore.§.ſi cum ibi no.per Bar. ff de fideiuſſ. & ſic ſi antequam adiret hæres erat debitor, non debet ad lucrum ſuum illa ſucceſſio habere vim ſolutionis.

S V M M A R I V M.

1 *Inuentarium hæredis extranei,cuius res per defunctum fuit uendita, impedit quominus hęres poſſit rem ipſam ab emptore vendicare. immo repellitur quantum importat quarta habita uigore inſtitutionis, declara tamen ut infra.*

1 Quid in caſu,in quo † teſtator inſtituit hæredē extraneum, cuius rem alienauerat,& ipſe adiuit hęreditatem cum beneficio inuentarij, an ſolutis legatis & fideicommiſſis retenta ſibi Falcidia vel Trebellianica, poſſit rem venditam vendicare? glo.in l.fina §.in computatione.C.de iure deliberan.tenet q͏̄ ſi adiuit cum beneficio inuentarij repellitur,quantum importat dicta quarta vel vltra ſi habet, quia illa poteſt dari cū onere non vendicandi rem alienatam.l. Lucius.§.maritus,ad Trebel.l.ſi debitor. ff.ad l.Falcid. licèt ſit argumentum contra in l.cum pater §.Titio, de lega.2.quod non ſoluit, ſecus ſi ſine inuentario adiuit, quia tunc in totum repellitur, & glo. ſententiam ſequuntur ibi Cy & Bal. Barto.vero tranſit cum glo. ſcilicet quando adiuit & fecit inuentarium & habebat regreſſum emptor de euictione, ſecus ſi non habebat regreſſum, de euictione & hæres tantum haberet quartam iure inſtitutionis.quia tunc patietur exceptionem etiam in illa parte,ita demum ſi teſtator hoc dixit, & ita dicit intelligendas leges allegatas in glo in eo vero quod habet vltra quartam partem non eſt dubium quod exceptionē patietur,& cum Bar.tranſit Franc de Tigr.& Ang.ibi.Pau.de Caſt. dicit & optimè, quod ſi emptor habet regreſſum de euictione, non eſt dubitādum quod hæres poterit repelli per exceptionem, quem de euictione tenet actio,eundem agentem repellit exceptio, per l. vendicantem ff.de pigno.Si uero non habet regreſſum & ſimiliter per regulam.l.ex qua perſona.ff.de regu.iu.& quod in hoc Bar. non bene loquitur dum modificat & reſtringit glo. cum cuius opinione pertranſit Alexan. colum. 6 in princip. & Iaſ.colum 2.verſ.breuiter quicquid teneat Bar. tene quod indiſtinctè iſte extraneus repelletur quatenus conſequitur aliquid lucri ex inſtitutione. Nec obſtat l. ſi debitor, allegata in glo.quia procedit quando teſtator expreſſiſſet iſtud onus in inſtitutione extranei, vt quia dum eum inſtituit, expreſſit quod eum inſtituebat cum hoc ne fundum venditum vendicaret. Tu verò complectendo omnes partes dicas, aut hæres extraneus, qui fecit inuentarium, eſt hæres inſolidum, & tunc catenus patietur exceptionem quatenus habet de hæreditate quaſi hæres, & non in plus propter beneficium inuentarij, quia non debet ea hæreditate lucrum vel damnum ſentire niſi ſua intereſſit habere fundum;tunc enim patitur exceptionem ſed tenebitur de euictione, ſi verò eſt hæres pro parte pro partibus cohærendum nullam patietur exceptionem,ſed pro ſua ſic quatenus habet hæreditate & non plus per dictum beneficium inuentarii, ſi vero non fecit inuentarium,tunc ſi eſt hæres inſolidum patitur exceptionem inſolidum,ſi pro parte,ſi pro parte tantum? ita Alber. de Roſa.ibi, col 3.verſ.ſecunda quæſtio eſt.

S V M M A R I V M.

1 *Intentionem fundatam dicitur habere hæres, qui allegat plura bona non fuiſſe in hæreditate quam deſcripta in inuentario, ita ut transferatur onus probandi in contrarium creditoribus legatariis uel fideicommiſſariis.*

2 *Negatiua quomodo probatur.*

3 *Præſumitur in dubio pro inuentario.*

1 Hæres cum inuentario † allegans plura bona non eſſe in hæreditate habet intentionem fundatam, adeo quod creditoribus, vel legatarijs aſſerentibus contrarium incumbit onus probandi. Docto. communiter in l fi. §.licentiam.C.de iure delib. quoniam non pręſumitur ſecundum Bal.ibi omiſſum,nec vltra poſitum aliquid in ſolenni ſcriptura. Iaſ.in conſil 34.colum. 1.volum 1.Alexand.in rub.ff.de no.oper nunt. colum.antepen in princip. Ruin.in conſi.67.num.14 volum. 5.Roma.in conſi.376.in fi.Ripa in l.conſtante.num.18.ff.ſol. mat.Craue.in conſi.225.colum. penult.& ideo dicit glo. in l. cum lege.ff.de probat quam ſequitur in d §.licentia, quod ſi
2 ego volo probare hæreditatem non ſufficere ad debita, † q͏̄ iſta mera negatiua probatur hoc modo,vt hæres dicat tantū eſt in hæreditate,qui vult dicere plus eſſe,probet,quam deci-
† ſionem ibi multi ſequuntur vt ibi per Iaſ.& quam glo. † communem Iaſ in d conſil. 34.colum.1 Cur.Senio. in conſi.17. colum.9 verſic.ſed contra præmiſſam Curt.Iun.in conſ.150. colum 5.Ruin in conſi 67.num.14.vol.5 & Craue.in conſil. 225 colum.penult.in fi.Port.in conſil.50.nume.7. Hercul.in tract.quis tenea.proba.nega nume.256. & 95. Rimin.conſil. 356.num.23.Guid.Pap.in tracta. præſump.nu 105 Port. Imo. in lib 1 com.opi.regula 23 .colum.fina.Et ſi nonnulli ſint qui velint glo ipſam cum referatur ad d §.licentiam,debere intel
3 ligi quando de bonis erat confectum inuentarium,† pro quo præſumitur etſic quando cum aſſerente concurrebat præſumptio, aliàs ſecus,ita Iaſ.in d.§ Ruin.in conſil 49 nume 4. volum.5.Crot.in rub de no.ope. nunt.num.52. Natta,in conſil.238.colum 4.Ripa.in l ſi conſtante,num.18 ff.ſolu.matrimo.vbi inquit, quod iſta præſumptio iuris regulariter transfert onus probandi in contrarium l.fin.C.de reuo.don. Nam præſumptio eſt pro hęrede quod omnia bona deſcripſerit in inuentario, alias præſumeretur deliquiſſe . quod non eſt dicendum.l.merito. ff. pro ſocio. ſubdens quod licet Alexand. in rubrica.ff.de no.ope.nunt.hanc declarationem impugnare videatur, quia hæres potuit per ignorantiam aliquid omiſiſſe ponere in inuentario,& aliter non declaret;tamen quod credi quod voluerit dicere quod hæc negatiua probatur per ſcripturam,quia actus de quo agitur ſolet authentice deſcribi, & ſic dicetur negatiua coarctata ſcripturæ, merito probabitur per ſcripturam, vt eſt tex.vbi Moder.in l.Titię textores, de lega.1.alias ſi negatiua non probaretur per inſpectionem inuentarii , quia alias non poſſet probari hanc negatiuam q͏̄ in hæreditate non ſint alia bona, quia huiuſmodi negatiua eſſet vaga & improbabilis l.actor.C de proba.Crot.ibi, num 8. vbi late de cuius glo. veritate pro nunc vlterius verba non facio, cum ſatis ſit in terminis noſtris dictam ſententiam fore communem, à quam iudicando & conſulendo non eſt recedendum,

S V M M A R I V M.

1 *Probatio fieri poterit per teſtes de domo plura fuiſſe bona in hæreditate, quàm per hæredem,deſcripta in inuentario.*

2 *Secreta patrimonii ubi ſunt probanda admittuntur inhabiles ad teſtificandum .*

3 *Serui admittuntur probandum ſecreta domus confratres & uxores.*

4 *Suppellectilia domus probantur per familiares.*

5 *Electiones poſſunt probari per illos de colloquio.*

6 *Serui non admittuntur ad probandum ſecreta domus , niſi cum tormentis*

1 Modò videndum venit caſu quo † creditores vel legatarij vel ēt probare plura bona fuiſſe in hęreditate,q͏̄ deſcripta in inuentario,per quos teſtes poterit fieri hæc probatio. Et dic quod

non

non ſolum per extraneos, ſed etiam per teſtes de domo hæredis, per tex. in l. fi. § licentiam. C. de iure deliberan. vbi notant omnes. Et ratio eſt, quia ita bene per alios probari non poteſt. argu. l. conſenſu. §. ſi ſeruus C. de repud. e. veniens, il a. de
2 teſtib. & ideo inquit ibi Pau. de Caſt. quod † quando agitur de probando ſecreta patrimonij ſunt duo ſpecialia, quorum
3 primum eſt, † ꝙ admittuntur ſerui, qui regulariter ſunt inhabiles ad teſtificandum: alterum ꝙ actor aſſumit probationes de domo rei, quod ſecus eſt regulariter. l. nimis graue. C. de teſtib. & etiam familiares perpetui vel temporales & confratres, ſecundum Bal. ibi per tex. in § cogitandum, in Auth. de monach. Bal. in auth. ſed cum teſtator, colum. penul. verſicu. quæro poſt decretum, ad l. Falc. vbi concludit quod nedum per domeſticos, ſed etiam per vxorem defuncti. quem ſequitur. Vital. in tracta. clauſ. in verbo, Nil nouari inuen. confec. pend. colum. 24 in fi. Iacob. de Belui. in pract. Iud. in titu. de probatione negatiua, num. 11. pro qua opinione facit quod voluit Bart. in l. lex quæ tutores. C. de admi. tut. vbi maſſaritiæ
4 & ſupellectilia, quis vel quæ habet quis in domo, poſſunt probari per domeſticos, hoc eſt per ſuos familiares. Accedit quod notat idem Bart. in l. in tantum. §. vniuerſitatis. ff. de in ius vocan. vbi inquit, ꝙ quæ nõ poſſunt probari niſi per illos
5 de collegio, vt † electiones quæ fiunt in ſecreto, quod qui eſt de collegio, eſt idoneus teſtis.

Aduertendum tamen eſt, quod † ſeruis non crederetur
6 ſine tormentis, vt in d. §. licentiam. vbi Caſt. & per Bal. in d. auth. ſed cum teſtator, vbi ſecundum eum etiam requiritur, ꝙ perſeuerent in eorum dictis & vacillent per l. edictum. ff. de quæſtio. Porcel. in tract. de inuen. c. 3 nu. 8.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum purgationis defertur hæredi cum inuentario, vbi creditores legatarij vel fideicommiſſarij aſſerunt plura bona fuiſſe in hæreditate, quam in inuentario deſcripta, quando aliter probari non poſſunt.*
2 *Iuramentum purgationis eſt de propria conſcientia.*
3 *Actore non probante reus, etiamſi nihil præſtiterit, abſoluendus eſt*
4 *Infamatus de crimine, quod plene probari nõ poteſt, compellitur ſe purgare per iuramentum.*
5 *Suſpicio quando eſt contra aliquem, & non ſunt vrgentes coniecturæ, debet ſtari eius iuramento ad purgationem ſuam.*
6 *Iuramentum purgationis datur ſi ſit ſuſpicio, ut bona fugitiui ſint depoſitata in domo alicuius.*
7 *Iuramentum purgationis defertur ei, qui dicit non emiſſe ab ignoto.*
8 *Emphyteuta, qui dicit vendidiſſe rem pro certo pretio, cogitur domino iurare an illam vendiderit maiori vel minori pretio.*
9 *Nauta vel tabernarius, in cuius naui vel taberna res peregrini fuerunt captæ, compellitur ſubire iuramentum purgationis.*
10 *Hoſpes licet de generali præſumptione teneatur de amiſſione rei etiamſi locus in quo erat, fractus ſit, tamen ſi eſt bonæ famæ poteſt ſe purgare per iuramentum.*

1 Quid ſi creditoribus, † legatarijs, vel fideicommiſſarijs deficiant probationes, an poterit cogi hæres ad præſtandum iuramentum purgationis? Conclude quod ſic, vt in d.
† § [li]centiam, vbi tex quem ibi ſequuntur † communiter ſcri-
2 ben. quod † iuramentum ſecundum glo. ibi & Caſtren. eſt de propria conſcientia & eſt ſpecialis caſus, cum regulariter ſe-
3 cundum Alexan. & alios non requiratur, † quia actore non prob ante reus, etiamſi nihil præſtiterit, abſoluendus eſt. l. qui accuſare. C. de eden. cum ſimilibus, nec mirum, quia etiam multi alij ſunt caſus in quibus defertur iuramentum purgationis quando aliter veritas haberi non poteſt, vt in toto tit.
4 de purga. cano. vbi ſi † aliquis eſt infamatus de crimine quod non poteſt plene probari, compellitur ſe purgare per iuramentum Maran. in tract. de ord. indi. in 6. par. in nono actu. nume 18 Ioan. de Silua, in trac. de iurein. in 1. par. nume 4 & Mar. Blanch. in trac. de iudi. nume. 284. Iaſ. in l 3 in princip. colum 4. verſicu. aduerte tamen. ff. de iureiur. Pau de Caſt. in
5 l præſenti, in fi. C. de his qui ad eccle. confug. vbi dicit, † quod quando contra aliquẽ eſt ſuſpicio, & non ſunt vrgentes coniecturæ debet ſtari eius iuramento ad eius purgationem. Itẽ
6 † datur etiam dictum iuramentum, ſi ſit ſuſpicio vt bona alicuius fugitiui ſit depoſitata vel commodata alicui, vt ille cõpellatur iurare ſi ſint in domo ſua, dicta l. præſenti. §. ſic vbi,
7 plus † purgat ſe per iuramentum, qui dicit ſi rem emiſſe ab ignoto. l. ciuile C. de fur. Iacob. de Bellouiſ. prac. in ſua iudiciali, in titu de proba nega. nume. 16. cum ſequentibus,
8 vbi etiam inquit poſſe dici, quod emphyteuta, qui dicit vendidiſſe rem aliquam pro certo pretio habet iurare domino, an maiori vel minori pretio vendiderit. Accedit quoque quod not. Specu. in titu. de fur. col. 3. verſ. quid ſi peregrinus. dicens quod ſi peregrinus qui vadit vel redijt ultra mare intrat nauim vel tabernam, nec oſtendit res quas habet, quod tunc ſi perduntur, non ſtatur eius dicto vel iuramento ſed be-
9 ne poteſt cogi † nauta vel tabernarius iurare ꝙ res illas non ſubtraxerit, nec ſubtrahi fecerit, & erit ſacramentum per ꝙ quis purgatur cum de mala eius conſcientia quæritur ab eo, per tex. in l. fina. C de bon. auth. iudi. poſſ. hinc dixit Bal. in l. 1.
10 C. de loca. † quod hoſpes tenetur de amiſſione rei, etiam quod locus ſit fractus, in quo erant, & hoc de generali præſumptione, quæ eſt cõtra hoſpites, qui ſunt rapaces ex mente Nico. de Matarel. ſi tamen erunt bonæ famæ tunc debent ſe purgare per ſuum iuramentum, quos Specu. & Bal. ſequuntur. Marc. Blaue. vbi ſupra, nu. 65.

SEQVITVR QVINTA & ultima Pars.

Quæ incommoda ſentiant hæredes omiſſa inuentarij confectione, & quæ non.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non conficiens inuentarium, ſecundum communem tenetur omnibus creditoribus, legatarijs, & fideicommiſſarijs vltra vires hæreditarias.*
2 *Item & ſoluere legitimam filio ſi uult.*

1 Hæres non conficiens † inuentarium, ſecundum communem tenetur omnibus creditoribus, legatariis, & fideicommiſſariis vltra vires hæreditarias. §. ſi uero non fecerit, in Authen. de hæredi. & Falcid. Et ratio eſt, quia lex præſumit quod hæres occultauerit res hæreditarias. § hinc nobis. in eodem titu. de hæred. & Falcid. Doc. in l fina §. etſi præfatam. C. de iure deliberan Cuma. in conſil. 30. colum. 2. & in conſ. 73. colum 2. Afflic. in deciſ. 44. nume. 33. Bal. in l. filium quem habentem, colum. 12 in princ. verſic & quæro. C. fami. erciſcun. vnde fingitur ſoluere de hæreditate, & non de proprio matrimonio, ſecundum Bartol. in l. in ratione. § quod
† uulgo. ff. ad l. Falcid. & hanc eſſe † communem inquiunt Alexan. in l. in ratione, la 1. §. quod vulgo, colum 9. verſicu. in ea glo. ibi. §. ſi uero non fecerit. ff. ad l. Falcid. Abb. in conſil. 73 colum. 4 in fi. volum. 2 Franc. Porcel in trac de inuen c. 4. nume. 11. Ange. a Gambel. in glo. 112 colum. 2. verſicu. ſed ſi
2 quis. Item † & tenetur ſoluere legitimam filio ſi hæreditas ſit adeo legatis exauſta ꝙ ex alijs rebus hæreditariis integra legitima haberi non poſſit, & hoc volente ipſo filio, ſecus ſi vellet agere contra legatarios corporum hæreditariorum vbi hæreditas non eſt ſoluendo; quia eſt in eius electione agere contra hæredem vel legatarios. Ita Picus in l. in quartam. nu 263. vbi etiam Ripa. nu. 213 ff. ad l. Falc.

SVMMARIVM.

1 *Hæres omiſſa confectione inuentarij perdit Falcidiam.*

1 Hæres non conficiens † inuentariũ perdit Falcidiam. §. ſi vero, in Authen. de hæred & Falcid. Bal. in authen ſed cum teſtator, in princip per illum tex C. ad l Falcid Docto in l fi. § etſi præfatam. C de iure deliberan. Bart. & alii in l. in ratione, la prima, §. quod vulgo ff. ad l. Falcid. Barba in cap Raynaldus, colum. 41. in fi. de teſtamen Cuma. in conſil. 141. colum. 2 Fulgo. in conſil. 96. colum. 1. verſicu. Falcidiam Porcel. in trac. de inuent cap 5. numero 11. Ange. a Gambel in glo. 112. nume. 14. Roland. in trac de teſtamen. in rubrica 28. numero 13 Ange. in § extraneis, colum. 2. verſicu. quæro, an non conficiens, de hæredi. qual. differ. Paul. de Caſtro in dicta l. fina. §. ſin autem hoc, in fine, Corne. in conſil. 166. litera. i. volum 3. Fabia. in authen nouiſſima, nume. 159. C. de inoffic. teſtam. Ruin. in conſil. 57. in princip. volum 2. Alciat. in conſil. 139. nume. 4 in tertio tomo. Bero. in conſil. 93. numero 10. in fine, & 14. volum. 2. & in conſil. 110 in fi. colum. volum. eo. Gra. in conſil. 150. nume. 5. volum. 2.

SVMMARIVM.

1 *Filius non conficiens inuentarium, perdit legitimam, & nu. 6. ſed contra num. 10. & ſequen.*
2 *Lex generaliter loquens indiſtincte intelligi debet, declara, ut in nu. 19.*
3 *Falcidia ſicut non detrahitur per non confectionem inuentarii, eadem ratione non eſt permiſſa detractio legitimæ.*
4 *Falcidiæ appellatione largo modo venit legitima.*

5 *Extenſio in pœnalibus eſt licita ex identitate rationis expreſſę in lege ad caſum, qui ſublata ſignificatione uocabuli cōprehendi poteſt ſub expreſſo.*
6 *Legitima non detrahitur de relictis ad pias cauſas ſicut nec Falcidia, ſed contra vt infra.*
7 *Hæres non conficiens inuentarium non deducit uerum debitum, ergo nec legitimam deducere debet, quę non eſt uerè ſed quaſi debita.*
8 *Aes alienum minuit legitimam.*
9 *Omne ęs alienum quod poſſit conſiderari ſiue petitione, ſiue exceptione ſiue compenſatione eſt potentius legitima.*
10 *Legitima dicitur debita iure naturæ ſeu debitum naturale.*
11 *Legitima repoſita eſt in locum alimentorum.*
12 *Naturalia ſunt immutabilia.*
13 *Legitima eſt magis debita filio in bonis patris quàm patrono, in bonis liberti.*
14 *Libertus ubi eſt minor centenario nihil patrono debetur, ſecus filio in bonis patris.*
15 *Legitima debetur patrono de iure ciuili tantum, filio autem iure ciuili & naturæ.*
16 *Patronus ex amiſſione inuentarii non perdit legitimam.*
17 *Legitima dicitur æs alienum.*
18 *Legitima prius eſt extrahenda de bonis defuncti quàm legata.*
19 *Filius in legitima dicitur creditor.*
20 *Legitima eſt potentior quocunq; legato ad pias cauſas.*
21 *Legitimæ fauor eſt maior quàm piæ cauſæ.*
22 *Onus omne legatorum & fideicommiſſi reiicitur de legitima.*
23 *Legata valida integrè præſtat hæres non confecto inuentario, ſed non illa quæ in totum uel pro parte ab initio fuerunt nulla.*
24 *Aes alienum tollitur confuſione quoad legata uel fideicommiſſa etiam confecto inuentario.*
25 *Legatum uel fideicommiſſum non minuitur propter ęs alienum, cum illud confuſione tollatur nedum ipſo iure, ſed etiam cum effectu etiam non confecto inuentario.*
26 *Legitima minuit legata in quota & ſubſtantia.*
27 *Legitima deducitur de legatis conſiſtentibus in corporibus inuentario non confecto, ſecus legatis in quantitate conſiſtentibus.*
28 *Fructus percepti iudicio teſtatoris compenſantur cum eo, quod debetur hæredi non autem cum legitima etiam uolente teſtatore.*

1 Dubitatio oritur, † an filius omiſſo inuentario perdat legitimam?
Prima facie dicendum videtur, quod ſic, quia in §. ſi verò nō
fecerit, in Authen. de hęredi. & Falcid. indiſtinctè dicitur,
quod hęres qui non facit inuentarium, debet de iure ſoluere
2 legatariis; ergo † indiſtinctè debet intelligi, & ſic tam de filiis
quibus debetur legitima quam de aliis, argu. l. 1. §. generaliter.
de lega præſtan.
3 Secundo accedit, nam † ea ratione qua falcidia non detrahitur
quando non conficitur inuentarium, quia præſumitur
ſubtractio, & occultatio bonorum. §. ſancimus, in authen. de
hæred & Falcid. eadem ratione detractio legitimę non debet
4 eſſe permiſſa, & præſertim, † quia appellatione falcidiæ largo
modo venit legitima, authen. vnde ſi parens, cum ibi no-
5 tatis. C. de inoffic. teſtamen. Vnde † extenſio etiam in pœnalibus
eſt licita ex identitate rationis expreſſæ in lege ad caſum
qui ſublata ſignificatione vocabuli comprehendi poteſt
ſub expreſſione. glo. in Clem. 1. de elect. & in Authen. ut
iij qui oblig. in princ.
6 Tertiò † legitima non detrahitur de relictis ad pias cauſas
ſicut nec Falcidia, auth. ſed cum teſtator. C. ad l. falc.
7 Quartò † hæres non conficiens inuentarium non deducit
verum debitum, immo quod ſibi debetur amittit, & vltra vires
hæreditarias de ſuo tenetur. d. §. ſi verò non fecerit. l. fin.
§. in computatione. C. de iure delibe. ergo multo magis debet
perdere legitimam, quæ non eſt verè, ſed quaſi debita. vt
not. in l. 3. C. de iur. & facti igno. & in l. ſi quis legatum. ff. de
8 falſ. & † quæ per æs alienum minuitur. l. Papinianus. §. 4. ff. de
inoffi. teſtamen. l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſol. matrim. Bar.
in l. 1. C. de bon. autho. iud. poſſid. Pau. de Caſtro in conſi. 92.
ſecundum antiquam impreſſionem optimè Bal. in l. ſi ſucceſ-
9 ſione. C. de reuo. his quę in frau. patr. vbi dixit, ꝙ † omne æs
alienum quod poſſit cōſiderari ſiue petitione, ſiue exceptione,
ſiue compenſatione, eſt potentius legitima.
Quinto ita voluerunt Oldr. in conſ. 134. Sali. in l. ff. §. ſi quis
autem temerario. C. de iure deliberan. & in authen. ſed cum
teſtator. C. ad l. Falcid. & ibi Rapha. qui refert eandem ſententiam
tenuiſſe Ricard. Malumb. & Nicol. de Neapo. Imo.
in l. 1. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi pluſquam per l. Falcid. Ioan. de
Amicis, in conſi. 3. num. 21.
Verum præmiſſis non obſtantibus contraria ſententia eſt
de iure verior & frequentiori calamo doctorum recepta,
10 vt probatur ex infra dicendis, & primo, quoniam † legitima
dicitur debita iure naturæ ſiue debitum naturale. auth. hoc
amplius. C. de fideicom. & dicitur debita iure naturæ ſecundum
Berenga. in l. in quartam, nume. 25. verſicu. quinto, ff. ad
l. Falcid. quia repoſita in locum alimentorum. l. quiſquis. § ad
filias. C. ad l. Iul. maieſt. quæ ſingulis diebus præſtanda ſunt
liberis a parentibus ex iuris naturalis diſpoſitione. §. 1. inſtitu.
de iure nat. gen. & ciu. l. cum ratio. ff. de bo. dam. Bal in ſing.
ſuo, incip. inuentarium non conficiens. vbi etiam dicit, quod
11 † legitima datur, vt ſuccedat loco alimentorum per tex in d.
l. cum ratio, ibi, ne ſumma egeſtate &c. Picus in d. l. in quartam,
nume 172. vbi dicit omnes ita tenere, licet omnino naturam
& conditionem eorum legitima nacta non ſit ſecūdum
12 dictum Berenga. ſed † naturalia ſunt immutabilia, §. penul.
Inſtitut. de iure nat. gen. & ciuili, ergo nimirum ſi non confecto
inuentario legitima non amittatur, & iſto argumento
in effectu utitur glo. in verbo auferri, in §. ſi quis non impleus,
de hæred & Falcid.
13 Secundò facit, † nam legitima eſt magis debita filio quàm
14 patrono in bonis liberti, quod patet, quia vbi † libertus eſt
minor centenario, nihil patrono debetur. l. ſi libertus minorem.
ff. de iure patro. & tamen hoc caſu debetur legitima filio
in bonis patris Rub. in l. Titia §. imperator, nu. 18. de leg.
15 2. Item quia † legitima patrono debetur de iure ciui. tantum,
quæ autem filio de iure ciuili & iure naturę. Iaſ. d. l. fin. §. etſi
præfatam, colum. 1 C. de iure deliberan. nam illa magis debilis
eſt & facilitet perditur quàm legitima filij. l. ſi quis legatū.
16 §. fi. ff. de falſ. ſed † per confectionem inuentarij patronus non
perdit legitimam. §. pen. in Anth. de hęre. & Falc ergo minus
illam amittere debet filius. Iaſ. vbi ſupra, & Corn. in conſ. 180.
col. 3. in princ. uolu. 4.
17 Tertio † legitima dicitur æs alienum. l. Papinianus, §. quarta,
& in § quoniam autem quarta ff. de inoffic teſtamen Bal.
in l 2. C. de libe. præter. Bal. in l. quamquam C. ad l. Falcid. pro-
18 batur in l fina §. etſi præfatam. C. de iure deliberan. ubi † prius
legitima eſt extrahenda, quam legata præſtentur, cum loco
æris alieni habeantur, quia legatum non eſt legitima, Bal. in l. ſi
pater C de inſtitu. & ſubſtitu. Alexand. in conſi. 83. volum. 4.
Curt. Sen. in conſil. 38. colum. 2. ſi ergo dicitur æs alienum,
ſequitur quod ſicut quando inuentarium non conficitur primo
detrahitur æs alienum, vt in d § etſi prȩfatam, ita & de-
19 bet detrahi legitima contra legatarios, † in qua filius dicitur
creditor l. 3. C. de iur. & fac igno. ubi Duct. quam ſingularem
dicit Pau de Caſt. in l. iuris ignorantia. C. qui admit. glo. in l.
ſi dum ff. de acquiren. hære. Curt. Sen in conſ. 13. col. fi. Vnde,
cum ſimus in caſu in quo legatarij tractāt de lucro. l. cum hæreditatem.
ff. man. & filius de damno, d. l. 3. C. de iu. & fac ign.
vtique dicendum uenit filium ob non confectionem Inuentarij
non amittere legitimam.
Quartò iſta opinio probatur expreſſe per glo. in Authen.
de hære. & Fal. in §. ſi uero non fecerit, in glo. in uerbo, lucrari,
vbi inquit, quod ſi non priuatur legitima quando non obedit
teſtatori leganti & legi præcipienti, vt in §. bis igitur, eod.
titu. multo minus non debet puniri quando ſoli legi non obedit:
præualere enim debent iura potiora & plura. l. fina. C. de
edi. diui. Adri. tol. Idem tenuit glo. in verbo, ſacramento, in fi.
in d. l. fin. §. ſin autem C. de iure deliberan & in auth. ſed cum
teſtator, in verſicu. excedant C. ad l. Falc. glo. In verbo, naturale,
in authen. hoc amplius. C. de fideicom. rurſus glo. in ver.
auferri, In §. ſi quis autem non implens, in Anthen. de hære.
& Falc. vbi dicit, quod non perdit, quia hæc natura debetur,
vnde immutabile eſt. §. penult. inſtitu. de iure nat. gen. & ciui.
Item hanc partem tenent Cyn. in authen. ſed cum teſtator in
7 quæſtio ubi Albe. de Roſa. colum. penult & Bart. in colum.
fina. & ſubdit ibi Barto. ad quid proderit hæc deductio cum
teneatur ſoluere legatarijs inſolidum, & ſic de ſuo proprio
ſoluere, ſi bona hæreditaria non ſufficerent. reſpondet, quod
in hoc releuabitur hæres quia legata minuet quatenus ſibi
debētur pro legitima, & ad reſiduum facta dicta diminutione
tenetur inſolidum etiam de ſuo proprio ſoluere & ſic minus
ſolueret quam ſi legitimam perdidiſſet, quia ea ſoluentur integraliter.
Ange. in §. extraneis, colum. fina de hære. quali &
differ. Bal. in l. 1. C de bon. aucto. iudi. poſſid. ubi dicit, quod
primo detrahet de omnibus bonis legitimam, puta de duodecim
quatuor, & poſt ea tenebitur ad octo. & licet in hæreditate
nō ſint illa octo, tenebitur inſolidum ad ipſa octo, et ſi
carcerabitur, ponetur in carcere pro octo & non pro duodecim.
Hanc quoque ſententiam tenent Bal. in l. cum a matre,
colum. 2. in fi. verſ. filius. C. de rei vend. & in l. filium quem habentem,
colum. penul. in princip. vbi refert ita etiam tenere
Ray. & Guid. de Suza ac omnes. Alciat. in conſil. 62. nume. 3.
In tertio tomo. Bal. in ſing. ſuo, incip. inuentarium non conficiens.
Ancha. in c. Ray. in 5. charta, de teſta. Ang. in auth. hoc
amplius C. de fideicom. & in l. 1. §. hæc ſtipulatio, col. 7. verſ.
ſubſequente. ff. ſi pluſquam per l. Falci. Spec. in titu. de inſtru.
edi. §. fi. verſ. quid. Dec. in conſ. 48. nu. 17. poſt Gui. Pap. ibi per
cum

eum citatum in q.55 Fab.in auth.nouiſſima nume 159.C.de
inoffic.teſtamen. Alexan.in conſ.5.in princip.volum.6.& in
conſ.70. in princ. volum 4. Barba.in c.Raynaldus,colum.48.
circa finem,de teſtamen. Soc.Iun.in conſ.7 nume 18 volu.4.
Ferd. Loaz.in l.filiusfamilias §.diui.num.27.de lega.1 Goza.
in conſ.43.num.13 & 67.& in fi. Pau.de Caſt. in conſ.12.col.
1.in fi. Mantua,in conſ.147.nume.27. & hanc eſſe † communem opinionem firmat Iaſ. in dicto §.ſin autem hoc aliquis,
& Corne ibi. Idem Corne. in conſ.85. in litera.t.volum.3 &
in conſ.168.colum.2.volum.3. dicens non eſſe tutum in deciſiuis recedere ab hac communi. Alexan. in conſ 67. in princ.
volum 4. vbi inquit indubitanter credere quod ſi quis iudicaret contrarium,poneret ſe in periculo,per nota per Bart.in
l.fin.C.de pœn.iud.qui malè iudi.& in conſ.165.colum.x vol.
5.ubi ſubdit ab ea in iudicando non eſſe recedendum Fulg.
in conſ 96.in 1.vbi ait,quod non eſt quiſque qui huic ſententiæ contradicat licet, Ricard dubitauerit & aliqui glo.Calca.
in conſ.36.Ioan. Duran.in tract.de arte teſtan.titu.11.cautela 8 communem. Cuma.in conſ.125.colum.fina.& in conſi.
45.dicit,quod hæc opinio fulcita authoritate glo.eſt ſeruanda,licet altera ſit de iure uerior. Roland.in tract.de teſtamen.rub.
28.nume.15.Porcel.in tract.de inuent c 6. in fi.colum. Vaſq.
in tract de crea ſucceſ.§.8.num.15. Villalob. in ſuis communibus concluſionibus,in verbo,inuentarium,num.94. Ruin.
in conſ.57.colum.2.volum 2. Suarez.in l.quoniam in prioribus,nume.12.C de inoffi.teſtamen. Pau.de Caſt.in conſil.81.
nume.5.inter conſilia diuerſorum ad cant.vlti. volunt. Bero.
in conſ 93.nume.10. vol.2.vbi inquit, omnes doctores ita tenere.Ruin.in conſ.135.num.9 volum.3. & hanc frequentiorem Doctorum ſententiam eſſe dicit Alex. in d. §. ſin autem
hoc aliquis,in fi & Bero.in conſ.108.nu.5.uol.2. Et ad allegata in contrarium reſpondetur & dicitur,quod licet d.§.ſi uero,loquatur indiſtinctè, tamen debet diſtingui, cum per aliam l.
vel rationem diſtinguatur.l.quæſitum. ff.de reſtib. l.adigere.
§.quamuis,de oper.liber.ita reſpondet Cyn.in d auth. ſed
cum teſtator.in 7. quæſt.

Ad ſecundum reſpondetur quod ratio ſubtractionis & occukationis ceſſat contra filium reſpectu legitimæ,eo quia eſt
quaſi debita & iure naturæ.d.l.3. C.de iur.& fac.igno.& ideo
pœna quæ conſiſtit in amiſſione Falcidiæ & ſic lucri non debet extendi ad amiſſionem legitimæ, quia tunc filius dicitur
pati damnum.l.fi.C.de iure codicil. Hinc eſt,quod quamuis
de legatis ad pias cauſas non detrahatur Falcidia,auth.ſimiliter.C.ad l.Falci nec Trebellianica de fideicommiſſo vniuerſali ſecundum Bart.& alios † communiter,in l.Marcellus,§.
quod autem ff.ad Trebel.tamen deducitur legitima, vt not.
in l.ſi quis ad declinandum.C.de epiſ & cler.ita Rui.in conſ.
57.num.10.volum.2 140 num.13.uolum 5 & 59 num 7.vol.
3.Bal.in conſ.327.in 4.volum.85.in prima par. Bero.in conſ.
93.nume.10.volum.2.Pau.de Caſt in conſ 81. nume.10. inter
conſilia diuerſ.ad can.ulti.volunt.Bart.Bal & Doct.in l.Papinianus.§.ſi imperator ff de inoffi. teſtamen. Bal.in auth.hoc
20 amplius C.de fideic ubi † legitima eſt potentior quocunque
legato ad pias cauſas;quia non dicitur legatum quod de iure
21 non debetur,Fab.in auth.nouiſſima,nu.174.† Maior enim eſt
fauor legitimæ quam piæ cauſæ.c fi.17.q 4.

Non obſtat quod verum debitum non deducatur inuentario
non confecto, qua ratione utitur Pau.de Caſtro in conſ.92.
22 col.2 quia reſpondetur,quod † de legitima ipſo iure onus legatorum & fideicommiſſi reiicitur ab initio. l. quoniam in
prioribus.C.de inoffi.teſtamen. Alexan in conſ 103. numero
2.volum 2.vbi nullum patitur grauamen,in conſ.175.num.2.
volum.6 ergo onus legatorum quatenus legitimam minuit
ab initio non valet ideo non confecto inuentario adhuc legi
23 tima remanet ſalua, quia † legata valida præſtat hæres integrè ſi non confecit inuentarium, ſed non illa quæ in totum
vel pro parte ab initio fuerunt nulla. At ipſo iure onus legatorum vel fideicommiſſi non deducitur ab initio de ære alie
24 no;immo † ipſo iure æs alienum tollitur confuſione, quamuis olim non haberetur pro confuſo, & etiam hodie inuentario confecto quoad legata uel fideicommiſſa.l.in imponenda.l.irritum C.ad l Falc.l.ſi § in computatione.C.de iure de-
25 libe.& propterea † quia à prin. legatum vel fideicommiſſum
non minuitur per æs alienum, ſed illud eſt potius ſublatum,
prouiſum eſt, quod non deducatur ſi inuentarium non conficiatur,ſed remanet confuſum nedum ipſo iure, ſed etiam cum
effectu, & ſic iſto caſu in odium hæredis negligentis conficere inuentarium,legatum ab initio validum,in totum conſeruatur,non autem augetur vel de nouo validatur legatum a
prin.in totum,vel pro parte inualidum,ſicut de nouo validaretur ſi omiſſo inuentario legitima amitteretur. Ita Ruin.in
citato conſ.57 num 6 cum ſequenti,volum.2.vbi reſponſionem iſtam inquit,ſenſiſſe quoſdam quos refert Ange.in l.1 §.
hæc ſtipulatio. ff.ſi pluſquam per l.Falci.& quamuis eam non
approbet Ang. quia ſecundum eum potentior eſt defalcatio
quæ fit per æs alienum quàm per legitimam dicta l.in imponenda,tamen ad hoc ex præmiſſis ſatis eſt reſponſum; quia æs
alienum aditione fuit ipſo iure ſublatum confuſione, et ſic
26 non eſt verum, quod ipſo iure minuat legata in ſubſtantia uel in
quota,ſed in effectu tantum minuit, hoc eſt in ualore & extimatione,quia tantò minus extimantur, ſed integra remanet
in ſubſtantia,ita quod tota res in legato dicitur ac ſi debitũ non
ſubeſſet ſicut dicto modo æs alienum dicitur patrimonium,
vel hæreditatem minuere & peculium, vt not.in l.Mutius.ff.
pro ſoc.& declarat Pau.de Caſtro in conſilio 65. legitima vero legata minuit in quota & ſubſtantia, ita quod tanto minus dicitur eſſe in legato ad ſimilitudinem falcidiæ quæ ſic legata reſecat.l.Plautius.l.linea margaritarum, ad l.Falc.ſecundũ
Bal.in l.omnimodo, in fine princip. C de inoffic.teſtamen.
ad quod fortè etiam animaduertẽs Ange. in d.l.j.§ hæc ſtipu
27 latio, dixit † quod de legatis conſiſtentibus in corporibus
ſicut de fideicommiſſo vniuerſali legitima deducatur inuentario etiam non confecto, ſecus autem de legatis in quantitate conſiſtentibus Et ratio ſecundum Rui.colligitur ex prędictis quamuis non dicat,quia corpora minuũtur per legitimam in ſubſtantia,ſicut per falcidiam,ſed non quantitas legata;quia nõ detrahit filius legitimam niſi de ſubſtantia bonorum teſtatoris, ſed genus nõ eſt in ſubſtantia bonorum eius,
licet ex venditione rerum hæreditariarum poſſit percipi, vt
probatur in l.ſcimus,in §. repletionem.C.de inoffi.teſtamen.
iuncta.l.cum pater,in princip.de leg.2. & l.deducta §. nũmis,
ad Trebel.quæ defalcatio in ſubſtãtia nõ fit per æs alienum,
quia reſpicit vniuerſum patrimonium, l.fideicommiſſum, §.
tractatum,de iud.& nõ fundum & res ſingulares.l.fin.§ fi.de
contrahen.empt.l.1.§ ſi hæres,ad Trebel.& ideo nimirum ſi
legitima in hoc eſt alterius conditionis, & alterius effectus.
28 nam & hoc alias contigit quoniam † fructus percepti iudicio teſtatoris compenſantur cum eo quod debetur hęredi.
l.quod de bonis,§.quod auus ad l.Falc.& tamen nõ compenſantur cum legitima,nec in ea etiam imputantur uolente teſtatore,dicto § repletionem.quod eſt mirabile & extraneum
ſecundum Caſtr.in dicto § quod auus.quia ſi imputantur in
verum debitum,facilius deberent imputari in legitimam. d.
l.Papinianus,§ 4.& quamuis aliter nõ reſpõdeat, tamẽ Alex.
dicit quod illud eſt in legitima; quia de ipſa deducitur ipſo iure
omne grauamen vt illam habeat ſtatim, & purè filius in proprietate plena. d.l.quoniam in prioribus,& in dicto §.repletionem. Ideo etiam ſi teſtator fructus voluit imputari in legitimam, tamen non imputabuntur; quia filius ſimpliciter
adeundo non videtur agnouiſſe onus rejectum à lege ipſo iure.l.ſi quando § & generaliter,cum ibi no.C.de inoffi teſta.
quæ ratio ceſſat ſecundum eum in alio debito; quia lex ipſo
iure de illo grauamen non deducit, quæ reſponſio caſui noſtro etiam conuenit; ita formaliter Rui.vbi ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Quaſtio an hæres ob non confectionem inuẽtarij perdat Trebellianicam.eſt dubia,cum de facili perſcrutari non poſſit, quæ nam ſit doctorum recepta ſententia: adeò quod indigeret deciſione Cæſarea.*
2 *Lex antiqua,ubi pariſicat duos caſus,lex ſuperueniens aliquid diſponens in uno ex illis cenſetur etiam diſponere in alio.*
3 *Statutum in falcidia cenſetur etiam ſtatutum in Trebellianica.*
4 *Falcidia appellatione ſecundum communem venit & Trebellianica.*
5 *Falcidia an amittatur propter non confectionem inuentarij.*
6 *Falcidia fortiori iure debetur quam Trebellianica.*
7 *Ius fortius ſi tollitur,multo magis debilius.*
8 *Falcidia fauorabilior eſt quam Trebellianica.*
9 *Falcidia appellatione uenit Trebellianica impropriè.*
10 *Extenſio non eſt licita in correctorijs.*
11 *Extenſio non dicitur fieri in correctorijs,vbi ratio eſt expreſſa in lege, ſed comprehenſio.*
12 *Extenſio non dicitur ubi eſt eadem ratio, ſed proprius intellectus ſtatuti*
13 *Homo ſicut aſſumit formam ex anima,ita lex propria ratione.*
14 *Extenſio fit in correctorijs ad caſum, qui larga ſignificatione nocabuli inſpecta, poteſt comprehendi ſub caſu expreſſo,ubi ratio eſt ſcripta in lege.*
15 *Extenſio fit in correctorijs & pœnalibus ubi agitur de fauore.*
16 *Hæres grauatus reſtituere hæreditatem tenetur fideicommiſſario uniuerſali reddere rationem de bonis hæreditarijs.*
17 *Inuentarium eſt caput rationis reddendæ,cum per illud facilior fiat rationis redditio.*
18 *Hæres non conficiens inuentarium, ſecundum communem, & magis receptam Doctorum ſententiam, perdit Trebellianicam. ſed contra ut infra.*
19 *Lege cautum non reperitur quod hæres grauatus reſtituere hæreditatem ſi non confecit inuentarium priuetur Trebellianica.*

20 Era-

20 *Erubeſcimus cum ſine lege loquimur.*
21 *Pœna priuationis nunquam irrogata cenſetur, niſi lex ipſam in ſpecie exprimat.*
22 *Lex ubi pœnam priuationis non apponit, nec nos apponere debemus.*
23 *Falcidia ſecundum legem antiquam non habebat locum in teſtamento militis, ſecus in Trebellianica.*
24 *Falcidia & Trebellianica in multis caſibus inter ſe differunt.*
25 *Extenſio non fit in materia correctoria & pœnali, dato etiam quod ratio eſſet ſcripta in lege.*
26 *Hæres in foro conſcientiæ ob non confectum inuentarium vltra vires hæreditarias non tenetur.*
27 *Lex quando eſt fundata in præſumptione in foro animæ non obligat, ſi veritas ſit in contrarium.*
28 *Forus conſcientiæ ad terminos iuris naturalis, & gentium reducitur.*
29 *Conſcientia non ligat, quos natura non obligat.*
30 *Lex procedens per præſumptiones non extenditur, etiam in caſibus in quibus alias extenderetur.*
31 *Trebellianica dicitur æs alienum.*
32 *Appellatione Falcidiæ uenit Trebellianica impropriè.*
33 *Improprietates ſunt excidendæ & non protrahendæ.*
34 *Hæres grauatus reſtituere poſt eius mortem inuentarium conficere non tenetur ſecundum ſolennitatem de qua in l. fi. C. de iu. delib. ſed ſufficit quod per eum fiat deſcriptio.*
35 *Ioan. And. appellatur ſpeculum iuris, fons & tuba Iuris Canonici, & ualentiſſimus Doctor mundi.*
36 *Bart. dicitur pater iuris & illuminator Iuris ciuilis.*
37 *Bart. uidit cœlos apertos, & ſpiritum domini ſuper eum manentem.*

Quia in præcedenti queſtione diſcuſſum fuit, an ob non confe
ctionem inuētarij hæres perdat legitimam? Modò eſt viden-
1 dum† an propter ipſius omiſſionem perdat Trebellianicam?
Iſta quæſtio eſt dubia, vt inquiūt Bal. in cōſ. 99. colum. 1. vol.
4. quia nō habemus tex. expreſsè permittētem Trebellianicā
nō confecto inuētario nec expreſsè prohibētem. Fulg. in cō-
ſilio 96. colum. 1. Corn in cōſilio 168. In 3. dubio, in princip.
volum. 3. & in conſi. 303. in quinto dubio, volum. 1. quoniam
iura apertè non loquuntur, & rationes vrgētes, & auctorita-
tes permaximę ſunt hinc inde adeo, vt ait ibi Cor. & Craue.
in conſilio 17. in princip. in ipſa Doctores non ſolum alij alijs,
immo ſibi ipſis cōtrarij fuerunt. In tātum ꝙ ſecūdum Caſſa.
in deciſ. ſuis in deciſ. 3 in fine, In titu. de teſtamen. ea deciſio-
ne Cæſarea indigeret, cum de facili perſcrutari non poſſit,
quæ nam magis ſit recepta Doctorum ſententia, vt dixi in
conſilio 27. in princip. volum. 1. Vt igitur bene diſcutiatur
præſens articulus & veritas ipſius habeatur, primo arguen-
dum videtur, ꝙ omiſſa confectione inuentarij hæres perdat
ipſam Trebellianicam.
2 Primo † vbicūque per l. antiquam parificantur duo caſus,
lex ſuperueniēs aliquid diſponens in vno ex illis, cēſetur etiā
diſponere in alio. glo. in l. ſi quis ſeruo perſuaſerit. C. de fur.
vbi licet illa loquatur in ſeruo vigore legis antiquæ extendi-
tur ad filium, licet ſtatutum illius legis ſit odioſum. Alexan.
in conſi. 171. colum. 1. volum. 7. Iaſ. in authen. quas actiones,
C. de ſacroſan. eccle. Zucard. in l. fina numero 352. poſt Iaſ. ibi
per eum citatum, C. de edic. diui Adr. tol. Aret in l. ſi quis mi
hi bona, §. iuſſum, de acquiren. hære. vbi illa glo. etiam proce-
dit in materia correctoria, Iaſ. in l. poſthumo, colum. quarta,
in fine, C. de contratabu. ſed per leges antiquas æquiparatur
Falcidia, & Trebellianica. l. Marcellus, §. quod autem. ff. ad
Trebel. ſed lex noua in dicto §. ſancimus, vult quod hæres
non conficiens inuentarium perdat Falcidiam, ergo & Tre-
bellianicam amittere debet.
3 Secundo † quia qđ ſtatutum eſt in Falcidia, idem ſtatutū eſ
ſe cenſetur in Trebellianica; quia ſimiles ſunt in effectu, glo.
in verbo, ſubſtitutis, in §. ſi vero expreſſim, in Auth. de hęre.
& Falci. Bal. in l cum tale, §. Titius, ff. de condi & demon. ubi
dicit ꝙ ſicut hæres propter non cōfectum inuentarium per-
dit Falcidiam, ita & Trebellianicam; quia ita eſt in una ſicut
in alia, §. pen. inſtitu. de fideicomm. hære. Roma. in conſ. 141.
† ſecundum † communem opinionem † appellatione Falcidię
† 4 venit & Trebellianica, glo. in authen. unde ſi parens. C. de
inoffi. teſtamen. l. cum filio, ff. de lega. 1. & hanc eſſe commu-
nem tradunt Imo. in l. Marcellus. §. quod autem. ff. ad Trebel.
Cor. in conſ. 303. litera c. la ſeconda, vol. 1. & D. Octa. Oſaſ.
5 in deciſ. ſua Pedemon. 147. nume 11. † ſed Falcidia amittitur
propter non confectionem inuentarij, vt in §. ſancimus, in au
then. de hære. & Falc. authen. ſed cum teſtator, §. his ceſſanti-
bus. C. ad l. Falc. Soci Iun. in conſ. 19. nume. 2. volum. 3. Bero.
in conſi. 93. nume. 14 volum. 2. 110. in fine, volum. eo. Doct.
communiter in l. fi. §. & ſi præfatam. C. de iure delibet. Barto.
in conſilio 234. colum. 2. ergo multo fortius Trebellianica,
6 † quia fortiori iure debetur Falcidia quam Trebellianica:
nam Falcidia debetur quaſi non licuerit legare dodrantem,
l. 1. in princi. ff. ad l. Falc. quod in Trebellianica non inuenitur,
7 ſi enim † fortius ius tollitur, ergo multo magis debilius. Bal.
in citato conſi. 99. colum. 2. Cor. in conſi. ſupra allegato 303.
8 litera b. la 2. fauorabilior † etenim eſt Falcidia quam Trebel-
lianica. l. in quartam, ff. ad l. Falc. cum in Falcidia non veniant
niſi tantum ea quæ hæres acquirit iure hæreditario, in Tre-
bellianica vero ueniunt quæcunque prouenientia quomo-
docunque ex diſpoſitione defuncti. Et ratio eſt, quia in Falci
dia magis grauatur hæres, cum omnia onera ſuſtineat, in Tre
bellianica vero pro quarta parte tantum. l. 1. ff. ad Trebel. & d.
9 l. in quartam. Nec habet obſtare ſi dicatur, † quod licet Tre
bellianica veniat appellatione Falcidiæ, id eſt impropriè, vt
per glo & Doct. in authen. unde ſi parens. C. de inoffic. teſta.
10 & † in correctorijs non eſt licita extenſio, vt per ſcrib. in auth.
quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. quoniam reſpondetur, ꝙ
hic non agitur de extenſione, ſed de comprehenſione, vt pa
11 tet, quia vbi † in correctorijs eſt expreſſa ratio in lege, vt in
caſu de quo agitur, §. ſancimus, in Authen. de hære & Falcid.
videlicet præſumptio, ſubtractionis, tunc non dicitur fieri
extenſio, ſed comprehenſio. l. his ſolis. C. de reuocan. donat.
Bal. in d. auth. quas actiones, colum. 2. & in l. cum vero, col. 1.
12 ff. de ll. ubi inquit, † ꝙ vbi eſt eadē ratio, non dicitur extēſio,
ſed proprius intellectus ſtatuti. per l. nominis, & rei, §. verbū
ex legibus, ff. de verbo. ſignific. dixi in conſilio 27. numero 6.
volum. 1. quibus ſcriptis addo Fortu. Garz. in l. iuriſgentium,
nume. 70. ff. de pac. ubi dicit, ꝙ quando eſt eadem ratio, non
dicitur extenſio, ſed includitur caſus eiuſdem rationis. quod
13 probat: quia prout † ex ipſa anima homo aſſumit formam,
ita lex ab ipſa propria ratione. l. cum mulier. ff. ſolu. matrimo.
ſed id quod eſt ex anima mea, in meipſo eſt, non exterius.
Crot. in l. ſecunda, num. 47 in fine, cum ſequen. ſolu. matrim.
Dec. in l. qui ſe patris. C. unde lib. glo. in cap. primo, in ver. Ita-
liæ. de tempo. ord. Iaſ. in l. penul. ff. de in ius uocan. & in l. à Ti-
tio. ff. de verbo. obliga.
14 Tertiò reſpondetur, † ꝙ vbi ratio eſt ſcripta in lege, tunc
in correctorijs fit extenſio ad caſum, qui larga ſignificatione
vocabuli inſpecta poteſt comprehendi ſub caſu expreſſo. gl.
in verbo, eligatur, in Clem j. de elect. Alexan. in conſil. 7. col.
pen. uolu. 7. Rui. in conſi. 205. in princip. uolu. 2. ſcripſi in cita-
to conſi. 27. nume 8. Alexan. in l. peregre. §. quibus. ff. de acq.
poſſ. Vinc. ab Ocha. in rubri. ff. ſolu. matrimo. nume. 35. glo.
† † communiter approbata, in Authen. vt hi, qui oblig. proh.
hab. res mino. in uer. ad curationem, Zucard. in l. fina. nume.
352. C de edic diui Adri. tol. Igneus, in l. 1. num. 29. C. qui ad-
mitti. ſed ratio expreſſa in dicta l. corrigente, & de qua in d. §.
ſancimus, ita habet locum In Trebellianica ſicut in Falcidia,
cum largo ſumpto uocabulo (vt dictum eſt) continetur in
ea, ita in terminis huius quæſtionis dixit Cor. in citato con-
ſilio 303. colum. 6. volum. 1.
Similiter non obſtat ſi dicatur, quod licet præmiſſa poſ-
ſint ſibi locum vendicare, tamen non procedunt vbi ſumus
in correctorijs & pœnalibus, quia tunc non fit extenſio, dato
etiam quod ratio ſit ſcripta in lege, vt eſt glo. in clem licet hi,
qui. in verſic. eiſdem, de æta. & qual. quam reputat ſingularē
15 Roma. in conſi. 129. quia reſpondetur, † quod dicta conclu-
ſio non militat quando fit extenſio ad caſum ſimilem & fa-
uorabilem, vt eſt glo. in l. ſciant cuncti, & in c. fi. de elect. in 6.
Ripa in l. ſi conſtante, num. 72. ff. ſolu. matrimo. latè Crot. in l.
2. num. 53. & ſequenti, ſolu. matrimo. glo. in l. omnes. C. de ſe-
rijs. Bolog. in l. 4. §. Cato. nume. 67. de uerbo. obliga. vbi dicit
† hanc concluſionem veriſſimam ab † omnibus approbatam.
ſed hic vertitur fauor animæ, vt uitetur peccatum, cum in-
uentarij cōfectio introducta ſit vt tollatur occaſio malignan
di ſurripiendi & occultandi. d. §. ſancimus. ergo latiſſima de-
bet fieri interpretatio de caſu ad caſum; ita in terminis dixit
Oſas d. ſua deci. Pedemon. 147 nu 21.
16 Quarto facit, nam † hæres grauatus reſtituere hæreditatē
tenetur fideicommiſſarijs vniuerſalibus reddere rationem
de bonis hæreditarijs. l. cum tale. §. Titius, ff. de cōd. & demō.
vbi Iacob. de Are. Bal. Raph. Imo. & alij. Bal. in l. filium quem
habentem, in fi. C. fami. erciſcun ergo ad inuentarij confe-
17 ctionem tenetur, † quod eſt caput rationis reddendæ, cum
per illud facilior ſiat rationis redditio. l. 1. §. officio. ff. de tute.
& rat. diſtrah. Cur. Sen. in conſilio 29. colum. fi. & 66. colum.
3. in fi. verſ. & ideo. Patiſ. in conſi. 79. num. 17. volum. 2. Ange.
in §. extraneis. inſtit. de hære. qual. & differ. & in §. fi. de fideic.
hæred. Oldra. in conſi. 134. Caſſa. in deciſ. 3. in titu. de teſtam.
18 nu. 4. ergo † ſi non facit inuentarium debet perdere Trebel.
Barto. in conſi. 234. Oldra. ubi ſupra, Bal. in dicto §. Titius, &
Ange. vbi ſupra.
Quintò accedit, nam ratio quare hæres non conficiens
inuentarium perdat Falcidiam, eſt quia ita præſumit, quòd
de

de bonis hæreditarijs ſubtraxerit quantum capit Falcidia, §. ſancimus, §. ſi vero, in Auth. de hære. & Falc. quæ quidem ratio ita videtur militare in Trebellianica, ergo ſicut hæres omiſſo inuentario perdit falcidiam de legatis particularibus, ita ex paritate rationis amittere debet Trebellianicam de fideicommiſſo vniuerſali. Salyc. in authen. ſed cum teſtator. C. ad l. Falci. Ange. in dicto §. extraneis, vbi dicit quod huic rationi non poteſt reſponderi. Cotu. in conſ. citato 303. Old. in allegato conſi. 134.

Sextò allegatur tex. in § ſancimus, in ver. illo addito. de hære. & Falci. vbi lex iubet citandos eſſe legatarios & fideicommiſſarios in confectione inuentarij ſi non vult damnificari, ſed lucrari. cum igitur tex ipſe loquatur de fideicõmiſſarijs intelligendus eſt nedum de particularibus, ſed etiam de vniuerſalibus; quia eorum magis intereſt, ergo ſi non eſt factum inuentarium, hæres nõ lucratur Trebellianicam, ita Bal. in authen ſed cum teſtator. colum. 2. verſ. ſed contra iſtud. C. ad l. Falc. vbi inquit illum tex. nõ fuiſſe a Doctoribus põderatum, qui tamen hãc quæſtionem decidit iterum. in cõſ. 99. colum. 2. volu. 4. dum apertè vult ꝙ hæres qui metuit lucrari, debet facere inuentarium vocatis omnibus fideicommiſſarijs. ſi ergo nõ facit, vel facit, ſed nõ vocat, accedit ſibi lucri amiſſio, i. perditio quartæ, & dicit ibi Bal ꝙ ille tex. loquitur de omni lucro omnis quartę excepta legitima, ſubdens quoque quod ſiue conſideres illum text. ſiue rationem ſcriptam in ea, inuenies omne lucrum perdi & ſic Trebellianicam, & quod iſta eſt mera veritas de iure. Idem per illum tex. dixerũt Fulg. in conſ 96. colum. 1. Ange. in dicto §. extraneis, ubi inquit illum tex. magis loqui de fideicommiſſarijs vniuerſalibus quã de particularibus. Matheſ. in l. filium quem habentem, num. 112. C. fam. ercif. Cor. in citato conſ. 303. litera y. vol. j.

Vltimò hanc partem tenuerunt Cy Gul. Ray. Pet. Ricard. Malumb. Alber. Bal. Saly. & Fulg. in dicta auth. ſed cum teſtator. Albe. Galeo. in Marga. ſua, in rub. de quarta Treb. verſic. quærit ſi nõ fecerit. Iaco. de Are. Bal. Cuma. & Imo. in l. cum rale. §. Titius, de condi. & demonſt Aug. in §. extraneis. inſtit. de hære. qual & differ. colum. fina. vbi dicit, ꝙ dum aduocaret, iudicatum fuit pro iſta parte Ferrariæ, Flor. & Salyc. in l. Marcellus, §. j ad Treb. Crot. in cap Raynutius, colum. penul. verſ fallit, de teſtamen. Bart. in conſ. 5. dup. in conſ. 234. Bal. in conſ 99. colum. 2. volum. 4. Cuma. in cõſ. 142. colum. 2. Fulgo. in conſ. 26. colum. 2. 37. colum. 3. 96. colum. 1. & in conſil. 41. colum. fi. ubi inquit, ita ſæpe cum clariſſimis præceptoribus oſtendiſſe Pau. de Caſt. in cõſ. 487. colum. j. volum. j 36 volu. 2 188 & 445 volu. eo. Corn. in cõſ. 22. colum. penul. volum. 2. Barba. in cõſ. 46. colum. penul. volum 3. ubi refert bis ita conſuluiſſe. Cap. Toloſ. 404. Gui. Pa quæſt. 53 Matheſ. quæſt. 57. Cur. Iun. in conſ. 120. colum. 5. vbi aſſerit hanc partem veriorem. Fran. Tigri In conſ. Incip. Bonauentura, quem citat Iaſ. in d. l. Marcellus, colum. antepe. in fi Rui. in conſ. 115. nume. 26.
† volum. 3. & 159. colum. 2. volu. eo. & hanc eſſe † communem Doct. ſententiam inquiunt Cur Iun. in cõſ. 54. col 4. Matheſ. in l. filium quem habentem, nume. 112 C. fam. ercifc. Dec. in cõſ. 236. colum. 4 Corne. in conſ. 303 colum 4. volu. 1. Immo frequentiori calamo aiunt Soci. in dicta l. Marcellus, vbi dicit etiam illam ſequendam eſſe in cõſulendo & iudicando. Cor. in conſ. 108. colum. 3. uolum. 3. Corſet. in tract. de poteſt. reg. quæſt. 73 Dec. in conſ. 480. colum. fi. & 495. colum. fi. Beltran. in conſ 23. colum. 6 in prin. volum. 1. 108. colum. fi. volu. eo. & in conſ. 75. colum. 2. volum. 2. Pariſ. in conſ. 16. nu. 65. volu. 2. 18. colum penul. 26. num. 39. 64. nume. 28. 93. nume. 55. uol. eo. in conſ. 126. num. 37. volum. 1. conſ. 1. num. 88. volu. 3. 27. num 18 53. nume. 54. & 52. num. 14. vol. eo. quas auctoritates alias allegaui pro iſta pat. in conſ. meo 27. num. 13. volum. 1. & quæ recitatæ fuerunt per D. Octa. Oſas. in deciſ. ſua 147. nu. 8. quibus etiam addit Roſr. in authen. ſimiliter. C. ad l. Fal. relatum per Bene. Lauden. in addit. ad Barto. conſ. 2. Goſr. Dy. & Iacob de Beluiſ. in §. ſi uero abſunt, de hære. & Falc. Specu. citatum per Bart. in dictis conſilijs ſupra relatis. Bene. Capram, in regu. & concluſ. ſuis in concluſione 110. nume. 19. Anto. de Roſel. in ſubſcriptione ad conſilium Pau. de Caſt. 445. Iaſ. in l. fin. §. fi. in prin. C. de iure deliberan. Grat. in reſponſo. 17. nu. 18 volu. 1. 12. num. 18. & 160. colum. 1. volum. 2 Roma. in auth. ſimiliter. C. ad l. Fal & in conſ. 276. colum. fina. Aicia. in conſ. 264. Picum in l. in quartam, ad l. Falc. relatum per Gratum in dicto conſ. 160. Bero. in c. Raynutius, num. 154. de teſtamen. Moder. Pariſ. in addit. ad Alexan. conſ. 67 in 4. volum. Socin. Iun. in conſ 132. num. 3. volum. 1. Cagno. in l. Papinianus, §. meminiſſe, num. 18 ff. de inoffi teſtamen. Bello. in conſ. 67. nu. 4. Iacob. Concen. lib 3. quæſt. 11. Didac. in d. ca. Raynutius, §. 8. num. 10. Viuium in ſuis commu opi. in verbo, hæres extraneus, nume. 4. Villalob. in libro commu. opi. in verbo, hæres nume. 12. & in uerbo, inuentarium, num. 93. Leonar. Patau. in conſ. 87. nume. 12. inter conſilia vlti. volunt. Vaſq. lib. 1 de teſta. pot. §. 8. nu. 14 vbi dicit vtranque partem communem. Scipio Trigo. in addit. ad Corne. in dicta authen. ſed cum teſtator, num. 29. vbi dicit hanc partem etiam tenuiſſe. Rimin. Claud. Purpu Cagno. & Mant rub 9. 43. nume. 9 & ego vltra eum nouiter addo Aicia. in conſ 497. Bernar. Batio. in conſil. 87. num. 22. Alexan. de Neuo aſſerentem, hanc communem in conſ. 28 & 76 Phanu. in tract de in litem iur. nu. 25. Aemil. in conſ. 14 col 2. & 127. nu. 7. Berin. in l. in quartam, nu. 237. ad l. fal. Clarum in §. teſtamentum, q 66.

Quibus tamen non obſtantibus, ſententia contraria eſt de iure verior & frequentiori calamo recepta, vt ex infra dicen-
19 dis clariſſimè apparebit. Et primò pro hac parte facit: † nam nulla lege cauetur quod hæres grauatus reſtituere hæreditatem ſi non conficit inuentarium priuari debeat Trebellianica, vt aiunt Barto. in l Marcellus, in fi principij, in authen. ſed cum teſtator. C. ad l. Falc. Bal. in conſ. 354. volum. 5. Natta, in conſ. 220. colum 2. cum igitur a lege hoc diſpoſitum eſſe nõ reperiatur, ſequitur quod mutatum nõ eſt, ſtare nõ prohibe-
20 tur. † Nam erubeſcimus cum ſine lege loquimur l. illam C. de colla § conſideremus, in Auth. de trien. & ſemiſ. c. illam, in uerbo, cum nuſquam cautum reperiatur in iure, ne ſede vacan. Tiraq. in tract. de pœnis temp. cauſa 51. numero 86. & 87 & ideo inquit Ang. in d. l illam. quem ibi ſequitur Iaſ. in 2. colu. ꝙ iſtud notabile inſtituit aduocatos in modo allegandi, nam ſi aduocatus dicat debere fieri de iure, alter aduocatus debet reſpondere, doce, quia hoc nulla lege cauetur. l. ſi ſeruum, §. non dixit pretor. ff de acq. hęr. c. is qui. de ſen. excom. l. diſſentientis C. de repud.

21 Secundò pœna † priuationis nunquam irrogata cenſetur, niſi ipſam in ſpecie exprimat. Clem. 2. de vita & honeſt. cleri. Alexan. in conſ 92 num. 17 volum 6. & in conſ. 212 nume. 5. volum. eo. Tiraq. in l. ſi unquam. C. de reuocan. dona. Crauc. de antiq tempo. quarta par. §. 1. nume 148 & 152. Barba. in c. 1. in glo. 2. de teſta. vbi dicit quod pœna priuationis beneficij inuentarij nõ eſt modo aliquo imponenda, ex quo non reperitur in iure ſcripta. Pariſ. in conſ 97. nu. 88. vol. j. Dec. in conſ. 90 colum. 2. & 581. colum 4. Soc. Iun. in cõſ. 16 num 31. uol. 2. Bero. in cõſ. 115. nume. 45. volum. 1. Port. in cõſ. 149 in princ. ſi enim lege ſic ſuadente pęna priuationis alicui nõ eſt imponenda, niſi ſic expreſſe in lege ſcriptum eſſe reperiatur, cõcluſio reſultare uidetur, quod cum conſti. legali expreſſe diſpoſitum nõ ſit quod hæres omiſſo inuentario beneficio Trebellianicæ priuetur, quod commodum ipſius amittere non debeat, & in ſimili facit quod tradit Garto. in authen. ex teſtamento, nume 47. cum ſequen. C. de ſecun nup. vbi inquit, ꝙ ex quo iure cautum non reperitur quod mater inhoneſte viuens priuetur in totum ſucceſſione filij, quod hoc dicere nõ
22 debemus; † quia ubi lex pęnam priuationis non apponit, nec nos illam apponere debemus. Bald. in conſ. 15 circa fi. uolu. j. nam priuare hæredem Trebellianica ob nõ cõfectionem inuentarij eſt pœna, voluerunt Iaſ. in conſ. 84 colum 3. in prin. volum. j. Bero. in conſ. 138. num. 9. volu. 2. vbi inquit, quod id quod fuit ſtatutum in hærede non conficiente inuentarium reſpectu falcidiæ & ſic reſpectu legatorum & fideicommiſſariorum particularium in l. fina C. de iure deliberan & in §. ſancimus, & in §. ſi uero, de hæred. & Falcid. non debet trahi ad Trebellianicam, & ſic ad fideicommiſſa uniuerſalia, quia priuare hęredem falcidia ob non confectum inuentarium, dicitur pœna, quæ pœna non debet extendi ad Trebellianicam, cap. odia, de regu. iu. in 6.

Tertiò benefacere uidetur tex. in cap. Raynaldus, de teſta. dum loquitur de legitima, & Trebellianica a filio deducendis, promittens illas ſimpliciter abſque inuentarij conſideratione poſſe deduci. & dum deinde infra loquitur de Falci. deducenda, dicens eum deduci ſi hęres inuentarium cõfecerit, ſumitur cõcluſio ꝙ licet per non cõfectionem inuẽtarij beneficium falcidiæ amittatur, non tamen Trebellianicæ; quia ſi de ea ſenſiſſet, vtique de illa etiam diſpoſuiſſet, ſicut de falcidia, argu l. primæ § ſin autem deficientis. C. de cadu. tollen. quod cum factum nõ fuerit, haberi debet pro omiſſo l. commodiſſimè ff. de libe. & poſthum. ita per dictum tex & in cap. Raynutius, eodem titu. quę iura indiſtinctè permittunt deductionem Trebellianicę nulla habita mentione de inuentario tenuit Bero. in conſil 97. nume. 47 uerſic. quinimo, uolum. 2. vbi ait hoc de iure eſſe veriſſimum, quod & prius dixit Cor. in conſi. 180. nu. 8. volu. 4.

Quartò & vltimò hanc partem ſequuti ſunt Roſr. in libellis ſuis in titu. de ſenatuſcon. Trebel. circa primum. Iacob. de Beluiſ. in §. hinc nobis, in 3. q. de hære. & Fal. Oldr. in l. fi. C. de iure delibe. & in conſ. 242. col. 3. Io. And. in addit. ad Specu. in titu. de inſtru. edit. §. dicto, verſicu. nunc dicamus de inuentario, in glo. incip. fecerit de Trebellianica dubitatur. Ray. in auth.

auth.ſed cum teſtator,Iacob.de Arc. Fran. de Thom.in l.j.ff.
de lega.i.vt refert Gui.Pap.in deciſ.53.Rizard. in l.fi.§.ſin au-
tem dubius.C.de iure delibe.Dy.vt refert Bal.in conſ.99.col.
j.volum.4 quia qui in vno grauatur , in alio releuari debet.l.
eum qui. ff.de iureiuran.ſed hæres vniuerſaliter grauatus co-
giſ adire,& in hoc grauatur,ergo ſi ſponte adijt, releuatur vt
detrahat Trebellianicam. addit. ad Guid. Pap.ſub litera a.in
deciſ.53.Ioan. Puteus,vt citat Ang.a Gamb.in tract. de teſta.
glo.89.vbi ipſe ſequitur hanc partem. Ange. Fran de Ramp.
& Iacob de Beluiſ in auth.ſed cum teſtator, Ange.in § ſi ve-
ro expreſſim.in Auth.de hære. & Fal. Prat.Pap.in forma,lib.
quom.per.hære.in glo in verbo,pure,in fi.Signo.in cōſ 240.
nume.7.in fine , Modet in tract.de inuent.cap 6 Ang.in l.j.§.
hæc ſtipulatio. ff ſi pluſquam per l.Fal colum.7. verſ. de a &
in dicta l.Marcellus,§. quod autem.in fi.Imo. in dicto §.hæc
ſtipulatio,Fulg.in l.fina.§.licentiam. C.de iure deliberan. Ri-
card Malumb.quem citat Cy. in auth. ſed cum teſtator Gul.
Bene.in repet.cap.Raynutius,§.ninetuo, il primo, num.402.
de teſta. Iacob.de Beluiſ.in ſua diſputatione relata per Bal.in
conſ.99.colum.j.voln.4.Sali.in dicta l Marcellus,glo.in auth.
ſed cum teſtator,teſte Ange.in dicto §.extraneis.Rom.in l.fi-
lium quem habentem.C.fam.er.vt refert ibi Matheſ. nume.
12 Pet.de Ancha.relatus per Alexan.in conſ.66.volum.4 &
per Ana.in conſ.61.Rolan.in tract.de teſtamen.rub.28.Iaco.
Butrig.in authen ſed cum teſtatur. Beltr. in cōſ 232. nume.6.
in prima parte,tertio volu.209 nume.10.in ſecunda parte,ter
tio volu.27.nume.19.in par 3 volu.240 numero 3. volum.6.
106.numero 3.volum 3 Ioan Bapt.in addit ad ſingu.53.Ma-
theſ.Bened.de Land ad Bar.in cōſ.2 Bart.in dicta authen.ſed
cum teſtator vbi tradit hoc eſſe perpetuo menti tenendum,
& ita vidiſſe de facto ſeruari in dicta l.Marcellus , §.i. vbi ait
hanc partem multum æquam, & in cōſ 2.Bal.in dicta l filium
quem habentem,colum.11.verſi. Iteo quæro.in not. ſuis, in
uerbo,inuentarium nō ſufficiens, & in cōſ.354.ver. 2.volu.5.
& in cōſ 229.volum 3.Pau.ſibi inconſtans in l.cum tale,§.Ti
tius,ff.de cond.demonſtr.dicta l.Marcellus, & in l.cohæredi,
§ cum filiæ,ff.de vulga & pupil ſatuum eſſe ab opinione Bar.
diſcedere io iudicando. Bertach.in verbo,inuentarium qua-
liter,nume.5.& in verſ. hæres inuentarium,nume.39.Cald.in
conſ 99.Bene.de Plumb.in conſ.62 nume. 18.inter conſ.ulti-
marum voluntatum eui conſ ſe ſubſcripſerunt Fulgo. Chri-
ſtophor.Caſtel.& Paulus Arſonius, Auſer.in addit.ad Capel.
Toloſ.314 Rimin.in conſ.231.vbi etiam Butigel.ibi in conſ.
154.nume.34.Ioan.Caſtel. Epiſcopus Vicen.in conſil. 229 in
2.art.inter conſ. Bal.vol 3.vbi dixit hanc opinionem veram.
Rui.in cōſ.132 nume.16.volu.2.37.num 10.volu eo Cuma,
in conſ.125.in fi Port.in conſil.92.colum.16.verſ. ex quibus.
† Mant.in cōſ.258.in fi.in 2.Guid.Pap.in l.r .nume.4. de lega.1.
Iterum Mant.in conſ 127.num.28.voln.2.& hanc eſſe † com-
munem dixerunt Capra,in conſ.7.in fine,& in conſ.142. col.
fi.circa fi.Corne.ſibi ipſi aduerſarius in conſ.180.in 8. dubio,
volo 4.ubi ait hanc opinionem iuuari melioribus auctorita-
tibus,& quod in practica eſt tutior , & communis,Craue.in
conſ.17.colum.2.& in colum.2.& in cōſil.219.nume.6.dum
ſe remittit ad dicta per eum in dicto conſi.17.Iaſ.in rub.ff.ad
Treb.col.2.in prima lect.& in ſecunda,in fi. in l.Marcellus,§.
j.in fine,eodem titu.vbi tenet in iudicando,& conſulēdo nō
eſſe recedendum a ſententia Barto. in conſ. 114. in 2.quæſito
volum.4.ubi etiam refert D.Stephanum Sfrondratum ita cō
ſuluiſſe,& Ana.in conſ.62, ubi etiam Bolog. io addit.ubi tra-
dit tutū nō eſſe recedere in practica ab iſta opinione. Iterum
Bolog.in conſi.29.colum 2.Pau.de Caſtro in conſilio 177.in
3.quæſito in 2.uolum.198.ubi etiam ſimiliter dicit nō eſſe tu
tum in cōſulendo , & iudicando recedere ab hac communi,
& in conſ. 268.in 3.q. vbi inquit,quod hāc ſententiam tenue-
runt celebriores,& plures Doctores. Alexan.in addit.ad Bar.
in dicta auth.ſed cum teſtator.vbi dicit hāc eſſe communem
omnium ſententiam. Rui.ſibi repugnans in conſi.57. nume.
10.volum.2.Seyſel.in dicta l. Marcellus , in fine prin. Patiſ.in
conſi.43.nume.72.volum.3. Caſſa.in deciſ.3. in titu.de teſta.
vbi citat hanc partem magis piam & ſecuriorem , & Rotam
ita tenuiſſe.Calca.in conſi.37.in fi.Natta,in conſil.220. col.2.
Zuiza.opinione ſua 19. Bero.io conſi 79.num.47. volum.2,
Picus in l.Titia,§.Titia.cum nuberet. quæſtio. 51. de lega.2.
Campeg.io conſi.157.inter conſil. vlti.uolunt. Coraſ.in dicta
l.filium quem habentem.Cagno.in l.Papinianus,§.meminiſ-
ſe,ff.de inoffi.teſtam. vbi inquit,ita vidiſſe ſeruari per totum
mundum,& ab ea non eſſe recedendum in conſulendo,& iu
dicando.Myn.ſingu.in ſuo libro ſingu.obſerua.Impera cut.
obſeruatione bo ubi ait,quod cum in conciſtorio Imperiali
hæc quæſtio incidiſſet,fuit iudicatum pro hac parte.Soc.Iun.
in conſi.88 nume.7.volum.4.Immo magis communem Bal.
in conſi 403.colum. 2.uolu.2. Alexan.in l.Marcellus , colum.
fi.ad Trebel.in conſilio 29.colum.3.in princi.uolum.5. Iaſ.in
conſilio 84.colum.3.in 1.volu.4.Ruin.in conſilio 135.nume.
9 uolum.3.Socin.Iun.in conſi.137.numero 9.uolum.1.& in
conſilio 7.num.19.uolum.4.88.uolum eod. Natta,in conſil.
323.colum 1.Bero.in conſilio 93.nume.77.volu.2.& 138.col.
1.& in conſilio 108.numero 4 uolum. eod. Iacob.de Sancto
Georg in l.fi. in §.licentiam.C.de iure delibe. quem ſequitur
Anto.Gomez in commentariis ſuis, tomo primo,cap.5. nu.
13.Lauren kirch.in ſuis commu.opin.in verbo, Trebelliani-
ca,la 2.dixi & ego in conſi 27.volu.primo, plus dicitur,quod
ſententia ipſa communiter obſeruatur teſte Barto.in d.auth.
ſed cum teſtator. Bal.in dicto conſi.99. colum 2 uolum.4 &
303.in fine,uolum.2.ubi dicit,quod conſuetudine magis ob-
ſeruatur. & minime mutanda eſſe quæ de conſuetudine ob-
ſeruantur.Corn.in conſillo 180.in 8.quæſt.in fine, uolum.4.
Iaſ.in conſilio 114.colum.penult.in fine , volum.4. Natta, in
conſilio 220.ad fi. Suc.Iun.in conſi.137.numero 9 uolum. 1.
88.numero 7.uolum.quarto, & in conſilio 7.numero nono,
vol.eo.Pau.de Caſtro in conſilio 398.in prima colum. uolu.
2.ubi inquit,quod cum Bart. dicat quod ita obſeruatur non
eſt ab ipſius ſententia recedendū: nemo enim eſt qui neſciat,
quanta ſit auctoritas Bart. & eſt multum æqua ut per Bart.in
dicta l.Marcellus,Bero.in conſil. 93.numero 77. circa finem,
Soc.Iun.in conſilio 7.numero 19. volum.4. & multum in in-
dicit ſecurior,& magis pia, vt per Caſſa. in deciſ. 3.in titu.de
teſta.in fi. Pau de Caſt.in citato conſ.398.col.j. & ita alias iu-
dicatum fuiſſe Mantuæ audiui a nonnullis aduocatis & pro-
curatoribus illius ciuitatis.

Non obſtat primum argumentum, quia reſpōdetur quod
illa regula procedit in materia exorbitanti , & ita procedunt
gl. allegatę reſte. Iaſ.in dicta authen quas actiones,colum.5.
C.de ſacroſan eccle.& in l.ſi conſtante,colum. 5.ff.ſolu. mat.
non autem in materia correctoria, vt expreſſe dicit, glo.in §.
fi.in ver.impleuerit. quam ad huc ibi expreſſe no. Ang.inſtit.
quib.alie.licet vel non,glo.in verbo , prælatum, In clem.1.de
elect.ſed in terminis de quibus tractamus , ſumus in materia
correctoria,in qua non eſt licita extenſio, ut probatur io l.fi.
iuncta auth.quas actiones. C.de ſacroſan.eccle.nam in dicta
l.fina.ciuitas & eccleſia æquiparātur , & tamē diſpoſitio au-
th.quas actiones, corrigens in eccleſia. & ſic in vno ex ęqui-
paratis non corrigit in ciuitate ſecundum opinionem glo.&
Docto.ibi , & ita in indiuiduo in materia noſtra hoc voluit
Bartn.in conſilio 2. Alexan in conſilio 29.colum. 2.uolum.5.
& in l. Marcellus,in fine,ff ad Trebel. in l.ſi conſtante,ff.ſolu.
matrimo & in l.Centurio,colum.3. de uulga. & pupil. Iaſ in
conſilio 84.colum.3. volum.1. & ita alias dixi , ut in conſilio
27.numero 16.uolu.primo.nam in materia correctoria non
fit extenſio, niſi ſit omnino eadē ratio gl.in c.conſtitutio,de
elec.in 6.ubi Gem.& alii. probatur io l.tutor,vbi Bar.de ſuſp.
tuto.uiſta.in rubrica ſoluto matrimonio,numero 32.Pari.in
conſ.37.num.1 iu.uolu.3.

Secundò reſpondetur,quod etiam dato quod in correcto
riis locum habeat prædicta regula,tamē illa procedere poſſet
quādo in omnibus,& per omnia per l.antiquam in illa mate-
ria patificētur illi duo caſus,ſi lex corrigēs in vno debeat cor-
rigere in alio , vt per Matheſ.in tract. extenſ.6. colum. quem
ſequitur Iaſ.in dicta authent.quas actionex, columna quinta,
uerſicu.ego aliter reſpondeo,& colum.7. verſi.ſecundo prin
cipaliter limita, & in authen.nouiſſima,colum. 12.verſ. tamē
quid.C.de inoffi.teſta.ſed in caſu pręſenti Falcidia & Trebel-
lianica in omnibus & per omnia non parificantur,ergo argu
mentum ſubſiſtere nō poteſt.quod autem hoc ſit verum,pa-
23 tet,quoniam † ſecūdum legem antiquam in teſtamento mi
litis nō habet locum ſalcidia,& tamen in eo loco habet Tre-
bellianica,l.1 §.in filii ad Trebel.no.Porcel.in tract.de inuen.
24 in 6.c.numero 16 Ex his igitur ſequitur, † quod cum io om-
nibus & per omnia nō detur patificatio. l.antiqua inter Fal-
cidiam & Trebellianicam, quod lex noua corrigens in uno
caſu ex æquiperatis,nō videtur corrigere in alio. Caſſa.in de-
ciſ.3.in tit.de teſtamen.nu.7. nam multi ſunt caſus in quibus
differunt inter ſe Falcidia, & Trebellianica,ut per Caſſa.in di
cta deciſ.3.nume.7.de teſtamen. Bologo.in conſi.29.& Iaſ.in
rub.ad Trebel.colum.2.

25 Tertiò aduertendum eſt,†quod quando ſumus in materia
correctoria & pęnali non militat dicta regula , dato etiam q
ratio eſſet ſcripta in lege,gl.eſt no.in clem.vt hi qui,de æta.&
qual.quam reputat ſingularem Roma. in cōſi.129. Iaſ.in di-
cta auth.quas actiones,col.7.verſ.intellige tamen.Alex.in l.ſi
conſtante,ff ſolu.matrimo.vbi etiam Crot. nume.53.& 55.in
fine, Are.in c.per tuas. de proba.per l.ſi uxor.ad l.Iul.de adul.
Natta,in repeti.c.quamuis,de pact.in 6.Ruin.in conſil. 3.nu.
13.volum.5.Rom.in conſ.150 col.fi.verſ.3.quia licet verum,
Crane in conſi.6 nume.10.Caſſa.in tit.de teſta. deciſ.3. nu. 8,
& in

& in terminis noſtris hoc voluerunt Bolog. in addit. ad Ana.
in conſilio 61. in ſecundo dubio. Seyſel. in l. Marcellus, in fine
Alexan. in conſilio vigeſimonono, in quinto volumine, co-
lumna ſecunda, & Rui. in conſilio 112. numero decimoocta-
no, volumine ſecundo. vbi dicit, quod licet hæres ratione pſ-
ſumptionis ſubtractionis ſi non confecit inuẽtarium perdat
Falcidiam, talis præſumptio non debet extendi ad Trebellia-
nicam, quia lex quæ priuat hæredem Falcidia per non confe-
ctionem inuentarij eſt pœnalis & correctoria ſimul, quo ca-
ſu non fit extenſio vbi fieri poſſet, quando eſſet pœnalis tan-
tum vel correctoria ſolum, ſecundum But. in capit. primo, in
prima fall. de conſuet. Cror. in conſilio centeſimoduodeci-
mo, numero decimoquarto. Nat. in conſilio ducenteſimo-
vigeſimo, columna ſecunda.

Nec obſtat quod dicit dominus Oſas. in dicta ſua deciſio-
ne 147. quod immodica extenſio admittitur, quia inuenta-
rij confectio introducta eſt vt tollatur occaſio malignandi,
ſurripiendi & occultandi, vt in dicto. §. ſancimus, in quo ver-
titur fauor animæ: quo caſu vbi agitur de fauore animæ, & vt
euitetur peccatum, fit latiſſima interpretatio, etiam in pęna-
libus & correctoriis, glo. in cap. ſciant cuncti, & in cap. fin. de
elect. quia reſpondetur quod iſta reſponſio non valet feſtu-
cam, quia attenta iſta ratione ſequeretur quod cum in foro
conſcientiæ agatur de fauore animę quod hęres teneretur vl
26 tra vires hæreditarias ratione dictæ præſumptionis † & tamẽ
† hoc eſt falſum, ſecundum † communem, quoniam quando
27 † lex eſt fundata in pręſumptione in foro conſcientiæ nõ obli
gat ſi veritas ſit in contrarium. Inno. in c. plerique, de iure im-
28 mu. Io. And. & Abb in c. is qui de ſponſa. Forus † enim con-
ſcientiæ ad terminos iuris naturalis & gentium reducitur.
29 Abb. in cap. 1. in fi. de reſtit. in integr. & conſcientia non ligat,
quos natura non obligat, vt per Bald. in l. 1. in fi. C. de vectig.
† & com. & iſta eſt † communis opinio vt ſupra dixi, quæſt. an
in foro conſcientiæ.
30 Item dicitur † quod lex procedens per præſumptiones, nõ
extenditur etiam in caſibus, in quibus extenderetur. Abb. in c.
fi. de ſponſa. in dicto conſil. 112. nu. 18. & Natta in conſil. 220.
colum. 2 circa fi.

Non obſtat, quod non agitur de pœna, quia etſi hæres pri-
uetur Trebellianica, priuatur lucro quod alias eſſet perceptu
rus, lucri autem priuatio non eſt pœna. l. Titio centum. ff. de
cond. & demonſtr. aliud eſt enim damnum pati, alud verò
lucra non capere l. fi. C. de codicil. vt inquit Roma. in ſimili
de falcidia in auth. ſimiliter, col. 55. verſiculo, Item nõ obſtat.
31 C. ad l. Fal. quia reſpondetur primo, quod † trebellianica dici-
tur æs alienum. Bal in l. quãquã C. ad l. Falc. Natt. in cõſi. 528.
nu. 34. 2. Secundo reſpondetur, ꝙ ſicut priuare hæredem Fal
cidia dicitur pœna vt in dicto. §. ſancimus. Bero. in conſ. 238.
num. 9 vol. 2. ita & Treb Iaſ. in conſil 84. colu. 3. vol. 1. notant
ſcribentes in l. Marcellus, ad Trebel. Caſſado. in tit. de teſta.
deciſ. 3. numero ſeptimo, in verſiculo, neque enim debe-
mus. Paul. de Caſtro in conſilio centeſimoſexageſimoſecun
do. Alex. in conſilio vigeſimonono, numero quinto, volumi
ne quinto.
32 Secundo non obſtat † quod appellatione falcidię venit tre
bellianica, quia reſpondetur ꝙ impropriè, vt dicit glo. in di-
cta authentica, vnde ſi parens. Caſſad. vbi ſuprà nu. 6. in fi. Bo-
33 logn. in conſ. 29. colum. 3. quæ † improprietates ſunt exciden
dæ & non protrahendæ c. præterea, de verb. ſign. de hoc eſt
tex. vnicus, & ſingularis in §. ſin autem hæres, in Authen. de
eccle. titulis, in verſ. omni falcidia vacante. Barb. in l. cum acu
tiſſimi numero trigeſimoquinto, de fideicomiſſ. Baue. in l.
cum filio. numero nono de leg. 1. Picus in l. in quartam. nu-
me. ſeptuageſimoſexto. ff. ad l. Falc. Soc. Iun. in lege, cũ filio.
nume. 17. de leg. 1. vnde, cum impropriè veniat, dicendum
videtur quod in materia correctoria & pœnali vbi verba de
bent ſtrictiſſimè capi appellatione falcidiæ non veniat tre-
bellianica. Caſſad. vbi ſuprà. num. 7. Vlterius, vt dictum fuit
non poſſumus dicere quod appellatione falcidiæ veniat in
terminis noſtris trebellianica, cum non ſint omnino ſimilia
ſaltem in caſu æquiparato, ſed diſſimilia, cum ſint plures diſ
ferentiæ inter falcidiam & trebellianica vt dictum fuit.
34 Tertio non obſtat † quod hæres grauatus de reſtituendo,
tenetur fideicommiſſario vniuerſali reddere rationẽ de bo-
nis hæreditariis & per conſequens ad inuentarij confectio-
nem, quod eſt caput reddendæ rationis, quoniam dicitur ip-
ſum non teneri ad confectionem inuentarij ſecundum for-
mam poſitam in l. fi. C de iure delib. & in authen. de hæred. &
falc. ſed ſufficit deſcriptio ſine tanta ſolemnitate, vt per Paul.
de Caſtro in l. cum tale. §. 1. col. 2. de cond. & demonſtr. vbi di
cit ita conſuluiſſe, quia in inuentario quod non fit ad com-
modum hæredis & de quo non loquitur dicta l. fi. non ſunt
neceſſariæ ſolemnitates illius legis, ſed ſatis eſt quod fiat vt
tutor tenetur. Idem repetit in verſi. ſed ſecundum quod dixi.
vbi ait quod cum ibi non loquatur de illo inuẽtario de quo
in dicta l. fi. non videtur quod hæres patiatur illam pœnam,
de qua in authen. de hæred. & falc. quia dum imponit pœnã
in falcidia, loquitur in inuentario de quo in ipſa l. fi. qđ ſubdit
menti tenẽdum. quam deciſ. ſequitur Alexan. in l. in ratione.
la. 1. §. quod vulgò, col. 10. verſic. & dicit Paul. de Caſtro. ff. ad
l. Fal. quia tempore. ff quo loquitur dicta l. cùm tale. §. 1. non-
dum erat inuenta ſolemnitas inuentarij de qua loquitur di-
cta l. fi. & tex. in authen. ſed cùm teſtator, & de tali inuẽtario
loquitur finalis concluſio tradita per Bartol. in l. Marcel-
lus, ff. ad Trebel. vt ibi latius per eum. Paris. in conſil. 43. num.
78. cum ſequenti volum. 3. vbi mouetur hac ratione, nam
ceſſante ratione, ne fideicõmiſſarij fraudẽtur, de qua per Bal.
& alios in d. l. cum tale §. 1. debet etiam ceſſare ratio priuatio
nis & pœnæ. c. cum ceſſante. de appel. l. adigere. §. quamuis. ff.
de iure patro. ſed ſi fiat ſimplex deſcriptio bonorum ſine ſo-
lemnitate requiſita in confectione inuẽtarij de qua in dicta
l. fi. illa ſufficere debet ad quartę deductionem, cum per eam
ſit ſatisfactum legi, prouiſum fideicõmiſſario, ac ceſſet fraus,
& ratio bonorum appareat. rurſus in conſilio vigeſimoquin
to, numero quinquageſimoſecundo, volumine eo. & in con
ſilio quadrageſimoquinto, numero xj. volumine tertio, vbi
etiam Caſtren. ſequitur Com. in conſilio tricenteſimotertio
columna fin. in prin. volumine primo. vbi etiam ad hoc al-
legat. l. facultas. C. de iure fiſci. lib. 10. vbi aliàs dicitur quod fit
deſcriptio & non inuentarium ſolemne, & in conſil. 180. in 8.
q vol 4. Soci. Iun in conſil. 132. num 5. vol. 1. Rui. in conſilio
179 num. 25. vol. 3 hanc quoq; ſententiam amplectitur Guid.
Pap. in dec. 351. vbi determinat hæredem rogatum teneri fa
cere deſcriptionem de bonis ſubiectis reſtitutioni fideicom
miſſi ad requiſitionem fideicõmiſſarij quæ deſcriptio nihil
aliud eſt quàm quædam inuentarizatio. l. ſi quis ita, iuncta
glo. in verſi. deſcriptio. C. de bonis damna. quia mediante tali
deſcriptione aufertur hæredi via malignandi, qui alias ceſſã-
te tali deſcriptione poſſet de facili res hæreditarias diſſipare
aut furari in pręiudicium ſubſtituti, vt dicit ad litteram text.
in d. l. ſi quis intra, ibi, ne quid rei priuatæ commodis per gra-
tiam atque colluſionem furto ſubtrahatur, ſubdens ſatis eſ-
ſe, ſi talis deſcriptio fiat per notarium in pręſentia hæredis, &
ſubſtituti vocatis duobus vel tribus ex cognatis vel amicis
eorundem, qui talem deſcriptionem tenebunt ſecretam, quę
deſcriptio ſit facta licèt fidem non faciat reſpectu creditorũ,
& legatariorum, tamen faciet fidem reſpectu hæredis & ſub-
ſtituti, ſubiungẽs quoque ꝙ fieri debet ſumptibus ſubſtituti
cum ad eius vtilitatem fiat, arg. l. fi. §. in computatione. C. de
iure deliberandi.

Similiter non obſtat tex. in §. ſancimus, quia reſpõdetur, ꝙ
diſpoſita per legiſlatorem in illo §. locum habent in legatis
& fideicommiſſis vniuerſalibus. Ana. in conſ 61. col. 1. vbi di
cit ꝙ licèt ille text. mentionem facit de legatariis non expri-
mendo de vniuerſalibus, ꝙ illud verbum legatarijs, poteſt ve
rificari in particulari, & non debet illud verbum vniuerſale
ſubaudiri. c. cupientes. § quod ſi per viginti. quod conſilium
reperitur poſitum in quarto volumine conſiliorum Alex.
in conſi. 67. quod & tenet ibi Bologn. in addit. ad Ana. colu.
dum ait quòd tex. in §. ſi vero. faciens mentionem de fideicõ
miſſo loquitur de particulari, & non vniuerſali. Idem repetit
in conſil. 29. colum. 2 verſ. nec obſtat etiam textus. Caſſad. in
deciſ. 3. num 7. circa finem, Alex. in conſil. 29. num. 5. verſ. nõ
obſtat dictus. §. ſancimus, Alexan. & Iaſ. in dicta l. Marcellus.
Bero. in conſi. 79. num 47. in fi verſicu. cæterum, & numero
48. vol. 2 & in conſi. 138. nu. 10. vol. eo. vbi dicit ꝙ dictus. §. sã
cimus, loquitur in fideicommiſſo particulari, de quo detrahi
tur Falcidia, & non Trebellianica. Natta, in conſilio 220.
columna ſecunda, & ſi aliter diceretur, deſtrueretur illa theori-
ca de qua ſuprà, quòd hæres rogatus reſtituere hæreditatem
per fideicommiſſum non tenetur conficere Inuentarium,
ſecundum formam, & ſolemnitatem de qua in l. fina. C. de
iure deliberan. & in dicto §. ſancimus, ſed ſufficit, quòd per
eũ fiat deſcriptio ſecũdum Paulũ & alios ſupra relatos, quod
vtique dicendum non venit. vt igitur ea forma maneat, pro-
ut iuri conſonum eſt, neceſſario fateri oportet, quòd dictus
§. ſancimus, & alia iura de quibus in dicta authentica, de hæ-
redi. & Falcidia, loquatur de fideicommiſſo particulari, &
non vniuerſali.

Vlterius dicitur quòd non obſtat quòd ſint citandi lega-
tarij & fideicommiſſarij, quia dicitur quòd licèt ſint citan-
di, quia intereſt, non ſequitur propterea quòd ſi non fecit
inuentarium, perdatur Trebellianica, nam citandi ſunt
etiam creditores, & tamen propterea non agitur de perden-
da trebellianica. Ita Corneus in conſilio centeſimooctua-
geſimo. littera u. volumine quarto, vbi inquit, nil fa-

cere,ꝙ tantum exclamat Bal.in auth.ſed cum teſtator. Idem dixit Bero. in dicto conſ. 97. ubi ait ꝙ dum ille text. mandat pro forma,& ſolemnitate confectionis inuentarij legatarios vel fideicõmiſſarios et vniuerſales eſſe citandos, & vocãdos ſicut creditores quoque hæreditarij ſunt vocandi,hoc diſpoſuit vt omnes quorum intereſt præſentes forent,vt cognoſcere & videre poſſent an aliqua fraus ab hærede committeretur in deſcribendo res hæreditarias in inuentario, nõ autem ad effectum vt reſpectu legatorum vel fideicommiſſorum particularium hæres falcidiam perderet,& reſpectu vniuerſalium Trebellianicam,quia tex.hoc non dicit,ſed ſolum ꝙ ſi illa forma ſeruata non fuerit,ut quia creditores, legatarij & fideicommiſſarij citati non fuerint , tunc ipſe hæres falcidiam non retineat,& legatarijs , fideicommiſſarijs ac hæreditarijs creditorib. ultra vires hæreditarias ſatiſfacere teneatur,perinde acſi inuentarium factum non fuiſſet.Bolog.conſ 29.col. 3.uerſi.nec obſtat ratio Bal Imo.in l. 1. § hæc ſtipulatio. ff. ſi pluſquam per l.falc quem ſequitur Iaſ.in l. Marcellus,in 1.col. pen. uerſ.ſed reſponde,ff.ad Trebel.vbi dicit quod licet text. in d §.ſancimus,velit fideicommiſſarium vniuerſalem eſſe citandum,per hæredem in confectione inuentarij,non per hoc ſequitur,ergo ſi eum non citat , uel non faciat inuentarium, debet perdere Trebellianicam , cum etiam citari debeat creditor uel legatarius ad pias cauſas , aduerſus quos hæres non detrahit Trebellianicam,quia pœna ibi impoſita non extenditur ad ipſam Trebellianicam.

Præterea dicitur,quod dum ille tex.dicit quod implebit legatarios vel fideicommiſſarios, debet intelligi etiamſi complendo datio fideicommiſſariorũ , & legatariorũ vires hæreditatis excederet,ut clare illa litera dicit, quæ uerba non poſſunt niſi legatis,& fideicommiſſis particularibus conuenire , non autem vniuerſalibus Nam per dationem fideicommiſſariorum vniuerſalium licet Trebellianica ab hærede non retineatur,non poſſet ipſe hæres vltra vires hæreditarias dici grauari,cum hæres per fideicommiſſum vniuerſale grauatus et nullo confecto inuentario, & in caſu in quo aliſque aliquo commodo teneretur reſtituere ſolum id quod eſt hæreditarium,& quatenus ſunt uires hæreditatis reſtituere teneatur. l.quia poterat.l ita tamen §.qui ſuſpectam,ad Treb.ita Bero. ubi ſupra nu 58.& ſequenti.

Præterea pro iſta opinione facit,nam in dicto.§.ſancimus, & in §. ſequenti,Imperator pluries repetijt de falcidia , & de Trebellianica nullam facit mentionem per quam geminationem uerborum ad toties replicata arguitur maior,& præciſa declaratio in quidditate ſermonis.l cum ſcimus C.de agrico. & cenſi. lib 11.& ideo ſi uoluiſſet etiam loqui de Trebellianica,vtique dixiſſet c.ad audientiam,de decim.Cum ergo verbum de hoc non fecerit,vtique ſequitur ꝙ nec nos hoc dicere debemus. argumen. l.illam C.de colla ſed quod remanere debemus in diſpoſitione iuris communis, ſecundum quod non reperitur iure cautum quod propter omiſſionem inuentarij hæres priuatur Trebellianica,ut inquit Bal.cõſ.99.uol.4.

Non obſtat ratio præſumptionis ſubtractionis,&c.quia reſpondetur quod non videtur eſſe tãta ratio malignitatis, ſubreptionis, & occultationis quanta in falcidia , ut patet ; nam cum heres grauatus reſtituere per fideicommiſſum ſit certus quod debeat habere quartam in bonis fideicommittentis,vt toto tit.ad Treb. non eſt veriſimile ꝙ debeat uti dicta malignitate,& occultatione,quod ſecus eſt in falcidia; quia cum ipſe non ſit certus de illam habendo,lex magis ſuſpicatur de eo,quod aliquid ſubripere poſſit.& ideo cum nõ militet omnino eadem ratio in Trebellianica ſicut in falcidia,merito nõ debet eſſe eadem iuris diſpoſitio.l. 4. §. toties. ff. de dam. in fec.Alex.in conſ 29 col.3 uerſ.Item quia non videtur, vol.5. Caſſad.in dicta decis 3.nu.7.verſi.ratio videtur.Bolog.in cõſi.29.colum.3.verſi.nec obſtat etiam.Natta in conſi.120.colum.2.in f.Bero.in conſi.63.nu.77.circa fi.volu.2.& in conſi. 138.nu.9.uol.eo.Iaſ.in d.l.Marcellus.col.pen. uerſ. reſponde multum notabiliter,ubi dicit ꝙ Imperator in d.§ ſancimus.dicit quod uult prouidere ex eo , quia hæredes per ſubtractionem rerum hæreditariarum tentabant inducere ſalcidiam, vbi alias falcidiæ locus non eſſet.quæ ratio locum non habet in fideicommiſſo uniuerſalis quia in illo etiã ſine ſubtractione rerum hæreditariarum ſemp, & indiſtincte locus eſt Trebellianicæ.& ſic ꝙ ille tex. qui ibi in ratione expreſſa videbatur pro iſta parte ſtringere, fortiter retorquetur ad oppoſitum,cum ratio illa in expreſſa non videatur locum habere in Trebellianica.

Non obſtant auctoritates ſupra citatæ,quia reſpondetur, ꝙ quãtum ſit ad auctoritates Bar.Bal Pau.de Caſtro,Iaſ. Belt. Bero. & Soci. Iun. fundamentum fieri nõ debet,cum in alijs multis,& pluribus locis,ut eſt videre, conſtat ꝙ aliter tenuerunt, quibus auctoritatib. tanquam plurimis inhærendũ eſt, teſte Bal.in l.precibus,col.12 in fi.C de impub. & alijs ſubſtit. vbi inquit,ꝙ quando gl.uel doctor in tribus vel quatuor locis tenet unum , & in duobus contrarium , illud ſequendum eſt.ſequitur Iaſ in conſi.136.col.6 in fi.vol.4.dixi conſ.60.nume.45.& 67.nu.33.vol. 1. quamuis ad conſilium quod Bart. aſcribitur poſſem dicere,ut ait Cort.in conſi.180.in 8. q. uni. 4.quod non poſſum mihi perſuadere quod illud ſit cõſiliũ Barto.quia contrariatur omnibus alijs ſuis dictis , quod non ſolet eſſe moris ſui. Nec eſt uerum ꝙ Io. Andr & Iacob de Belui. citati per Bar.in dicto loco teneant alteram partem,ut etiam perpendit Corne. ubi ſupra,quia cum hac negatiua ꝙ non amittatur Trebellianica.pertranſeunt , ut ſatis patet in locis iam relatis ꝙ autem Seyſel.Cagnol. Picus,& Rimin. aliter ſenſerint,hoc eſt alienum ab omni veritate, cum Seyſel. dicat hanc partẽ negatiuam communem, nec in libro meo reperio quod Picus in dicta.l.in quartam, tangat hanc quæſtionem.Rimin.uero in conſi.231 tenet oppoſitum,ad quod allegatur ſimiliter ſi videatur. Capra in concluſione ſua 110. non meruit ad hoc allegari. & ſimiliter Ange. Aret.in d.§.ſed quia,Inſtit.de fideicom.hæred.non dicit quod hæres non cõfecto inuentario amittat Trebellianicam , ſed ait:diç , ut per Bar.in l. Marcellus.& ut dixi in § 2.eo.libro,ad l. fal. in quo de hoc nihil dicit.Vnde ex his intrepide concludendum eſſe arbitror in hoc articulo,ꝙ cum hæc pars negatiua ſit multum æqua,ſecurior in iudicijs magis communiter recepta, & conſuetudine approbata,quod tam in conſulendo quam in iudicando omnino ea ſit amplectenda, & maxime cum illam teneant tot luminaria iuris,& præſertim Ioan.Andre & Bartol. vt inquiunt Caſſad.in dicta ſua deciſ.3.de teſta.in fi. & Natta
35 in conſi.120.com † Io. And.fuerit ſpeculum iuris, teſte Ang.
in repetitione.l.ſi certis annis.C.de pro.ſon.,& tuba iuris cannonici,& optimus legiſta.Cald.in c.ueſtra,de cohabi.cler. & mulier.Curt.Ien.in conſi.35 colu. 5. & valentiſſimus doctor mundi ſecundum Roma.in ſing. 601. Quanta etiam fuerit &
36 ſit † auctoritas Bar ſatis patet,cum fuerit pater iuris. Aret. in
in conſi.155.circa fi.& iuris ciuilis illuminator Panor.in cap. non nimis in 9 colum.de immun.eccle.Soci.in conſ.252.col. penult.& alibi dixit D. Catal.de Boncompagnis in conſil ſuo
37 incip.Propoſita conſultatio,† ꝙ vidit Barto.cœlos apertos,
& ſpiritum domini manentem ſuper eum.Iaſ in l ſi ex legati cauſa,in 8.col.de uerb.oblig.ꝙ auctoritas Bart. eſt ſuprema, & quod eius ueſtigia in terris adorat,& de utroque dicit Ioan. Baptiſta de Sancto Seuerino in tract. de modo ſtudendi. colum. 15 quod duorum virorum ingenia proponit,in quorum dictis rarius inuenitur error,videlicet Io. And & Bar ut in illos eligas tanquam principales inter commentatores iuris.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres non conficiens inuentarium non teneatur vltra uires hæreditarias , quando teſtator mandauit omnia debita ſua ſolui de bonis ſuis.,*

2 *Pœna applicanda fiſco ex delicto conſiſtente in faciendo , etſi per teſtatorem fiſco auferri non poſſit,tamen ſecus in pœna conſiſtenti in omittendo,quia remitti poteſt,declara ut in nu ſeq.*

3 *Tranſigi non poteſt ſuper delicto conſiſtente in faciendo , ſecus in omittendo .*

Quid quando teſtator mandauit omnia debita ſua
1 de bonis ſuis ſolui , an † hæres per omiſſionem inuenta-
rij vltra vires hæreditarias teneatur ratione dictorum verborum,ſi conſiderentur uerba Bald.in l 1.C.de his qui pœnæ nom.in lectura antiqua,de quibus per Roni.in rubr. ff.de acquiren. hæredit.utique dicendum eſſet quod non,quia cum pœna conficientis inuentarium a lege ſit introducta ex præſumptione illam teſtator remittere poteſt ; quod dictum refert Corn.in conſi. 39 colum. 3.in fi.uerſic.& hoc uoluit, uol. 4 pro quo dicto facit gloſſ. ſing. ſecundum Dyn. in l. 2 C. ad
2 Syllan quæ uult,† quod licet pœna applicãda fiſco ex delicto
conſiſtente in faciendo ipſi per teſtatorem auferri non poſſit.l.ius publicum ff.de pac.tamen pœna commiſſa ex delicto cõſiſtente in omittendo.bene remitti poteſt.quam gloſſ.dicit Bald. in l.iuriſgentium.§.ſi paciſcar,il primo.ff.de pact.alibi in iure non reperiri,& per quam inquit Iaſ.in l.tranſigere, col 2.uerſ.2.notabiliter limita.C.de tranſac. ꝙ licet regula ſit quod de publicis criminibus non ingerentib.pœnam ſanguinis non ſit licita tranſactio , tamen hoc notabiliter procedit ſi delictum conſiſtit in faciendo,ſecus ſi in omittendo,ut in caſu dictæ.l. 2.vbi licet ſeruus omiſerit defendere dominum
3 in ſultatum,puniriq; poſſit,tamẽ † poteſt tranſigi vel paciſci,
nam grauius eſt delictum quod conſiſtit in faciendo , quam in omittendo.l ſi mora.ff.ſolut.mat. Vital.in trac.clauſ.in verbo,Niſi nouaſſi nu.cõtec.pẽd.col.21 , ver.ſeptimus caſus. Bar.

in

in conſilio 64.col.antepenult in verſi.quinimmo, volum.a.

Sed his non obſtantibus aliam partem amplectendam fore exiſtimo,vt conſtat ex his quæ ſcribit Barba.in c. Raynaldus,col.51.verſ.7.limita,de teſta.vbi expreſſe determinat cõtra Bald.per rationem quæ habet,nam expreſſio eorum quæ tacite inſunt, nihil operatur. l. non recte.ff.de fideiuſſ.ſed qñ teſtator condit teſtamentum & aſcribit legata,videtur velle, quod de bonis ſuis ſoluantur.l.1.C.de ſacroſanc. eccleſ.& tamen iſto caſu non videtur remittere confectionem inuentarij,quam expreſſe remittere non potuiſſet. Verba enim generalia teſtantis ad ſibi impoſſibilia non adaptantur.l.1.§. loquitur.ff.de magiſt. conuen.Item quia eo ipſo quod hæres non conficit inuentarium,quæſitum eſt ius creditoribus & legatarijs.l.fi.§.ſin autem.C.de iure delib.quod ſine eorum factos ipſis auferri non potuit, tum quia per hoc inuitaretur hæres ad delinquendum,quod eſſe non debet.l.cõuenire.ff.de pac. dota.Iterum Barba.ibi in col.152.verſ. quinto limita. Hanc quoque partem tenuerunt Io.de Petr. in auth. præterea. C. vnde vir & vxor.vbi etiam Modern Peruſini,& Fab. de Pep. nu 56.propter præſumptionem reſultantem ex lege quod hęres ſubtraxerit bona.

Non obſtat dictum Bal. in dicta.l prima,quia vt dictum fuit,reprobari videtur, nec Corn.vbi ſupra firmat pedes, ut in fine conſilij.

Pariter non obſtat dictum ſingulare gloſ. in d.l.a. quia reſpondetur,quod eſt diuerſa ratio inter vnum caſum, & aliũ, quia fiſcus tractat de lucro captando,creditores vero de dãno vitando.l.fi.C.de codicil quam reſponſionem inquit mẽti tenendam Barba.in d.c. Raynaldus,col.52.in princ.Verum quia huiuſmodi reſponſio ſolum poteſt adaptari inter fiſcũ, & creditores,& non reſpectu legatariorum, qui etiam dicuntur tractare de lucro.l.hęreditatem.ff.mand.& ſic reſpectu ipſorum poſſet militare diſpoſitio dictæ glo.ideo alio modo reſpondetur,quod illa glo.relata ad tex.loquitur de delicto cõſiſtente in omittendo ex cauſa de præterito,ſecus in delicto, quod conſiſtit in omittendo de futuro,quia primo caſu quis non inuitatur ad delinquendum ex quo factum eſt de præterito,quod ſecus eſt in ſecundo caſu,in quo quis inuitatur ad delinquendum,vt in §.ſi vero non fecerit,in auth.de hæredi. & Falci.ideo nimirum,ſi non valet diſpoſitio.Ita Barba.in dicto c.Raynaldus,col.154.in princ.vbi inquit hoc menti tenẽdum,quia eſt noua ſua conſideratio.

SVMMARIVM.

1 *Hæres priuilegiati ne teneatur ultra quam facere poßit, tenetur ultra uires hæreditarias non confecto inuentario.*

1 Quid de hęrede eius, †qui priuilegium habebat ne teneretur vltra quam facere poſſet,juxta l.ſunt qui in id.ff.de re iudi.an ſi hæres non confecerit inuentarium,teneatur vltra vires hereditarias? Ang.in l.1.§.hæc ſtipulatio.col.a in fi.verſ. Idem dico directe.ff ſi pluſquam per l.Falcid.vbi etiam Imo. col a.tenet quod non, cum quorum dicto tranſit Roma.in rub.ff.de acqui.hæred Porcel.in tract. de inuent. cap 4.col.fi. in princ nec non & Vital.in tract.clauſ.in verbo Nil nouari inuentar.confectio.penden.columna vigeſimaſecunda, ver. vndecimus eſt.

In contrarium tamen tenet Alex.in l.fin.in §. etſi præfatã, col.2.in verſ.& ita etiam in hærede,vbi etiam Iaſ.col.2.in verſicu.adde generaliter.C de iure delib.quia huiuſmodi priuilegium eſt perſonale,& non tranſit ad hæredem.l.ſciendum & l.maritum.ff.de re iud.Barba.in repet.cap. Raynaldus,col. 52. verſi.decimo limita,de teſta quia in eo militat ratio præſumptiua legis,de qua in §.ſi vero non fecerit, in auth. de hæred. & Falcid.quod ſurripuerit bona hæreditaria,& ideo tenetur ex ſuo delicto,quia legem contempſit, vt in dicto.§. ſi vero, & in col.154.verſ.octauo limita.

SVMMARIVM.

1 *Hæres omittens confectionem inuentarij non perdit beneficium l.cum hæred.ff.de acquir.hæred.*

1 Quęro an hæres, qui non †cõfecit inuentarium, perdat beneficium.l.cum hæreditate.ff.de acq.hær. Barto.ibi in d.l.verſ.reſpondet,tenet quod non,quia propter omiſſionem inuentarij hæres nõ grauatur niſi in hoc,quod teneatur inſolidum,& quod non poteſt vti beneficio.l Falcidiæ,ſed ꝙ perdat beneficium illius.l.non reperitur expreſſum,ne in corpore de hæred.& Falcid.§.ſi vero non fecerit, quod dictum tanquam notabile ſequitur ibi Pan.de Caſtro,col.2. ver.tertia & vltima,& Imo.in fi. Angel.a Gamb.in trac.de teſta. gloſa 12.nu.15.in fi.Imo.in l.1.§.hæc ſtipulatio, col penult. in princip.verſicu. Item adde circa ſecundum. ff. ſi pluſquam per l. Falcidiam.

SVMMARIVM.

1 *Is cui adijciuntur bona cauſa libertatis,nõ tenetur ultra uires hæreditarias inuent.non confecto.*

1 Inuentarium ſi non conficit is,cui libertatis cauſa bona adijciuntur,iuxta tit. inſtitu. de eo cui liber. cau.bo. adij. non tenetur vltra vires hæreditarias, quia iura diſponentia de inuentario loquuntur de hærede, ſed iſte eſt anormalus ſucceſſor, vt dicit glo. in verbo ſucceſſor,in §.fi. inſti.eo.tit.Iaſ.in l.1.col.pen.verſ.tertio limita.C.de ſacroſan. eccleſ.vbi inquit ꝙ talis ſucceſſio dicitur noua & miranda, anormala & extraordinaria, eum non ſuccedatur nec ex teſtamento nec ab inteſtato,ſed ea diſpoſitione legis,& ideo inquit ibi poſt Bar.quod quando bona adijciuntur alicui vt ꝯſeruentur legata ad pias cauſas,ſicut in legatis libertatum per titulum ſupra ſcriptum,de eo cui liber.cau.non requiritur additio.Ita Angel in l.1.§.hęc ſtipulatio,col.3.circa principium in verbo ſuccedentes.ff.ſi pluſquam per l.Falc.Corn. in l.fin. nu.27.C.de iure delib.& ibi Alex. in § etſi præfatam, colu.2. Barb.in c.1.col.pen.de teſta.Nam,qui non eſt proprie hæres non tenetur vltra vires bonorum,licet inuentarium non cõfecerit,ut per Bar.in rub.de acqu.hær.vbi ille qui ſuccedit in bonis vacantibus,cum non ſit proprie hæres, ſed magis ſucceſſor bonorum,non tenetur vltra vires hæreditarias,licet inuentarium non confecerit.Bal.in l.ſi infanti, col.2.verſ.5. C. de iure delib. Multa exempla ponit Corn in l.fi. in princ. nume.27.C.eo.ti.de iure delib.Vaſq.in tract.de ſuce § 16.nu.15. vbi dicit poſt Alex. ꝙ vbi bona ad aliquem perueniunt non tanquam hæredem, non tenetur vltra vires hæreditarias inuentario non confecto,ꝙ inquit diligenter notandum.Verũ eſt ꝙ Iaſ.in d.l.fi.§.etſi præfatam,col 2.verſ.3. ſingulariter fallit,dicit eſſe tex.in contrarium in § 1.in verſ.ſi idonee,inſt.de eo cui liber.cau. bo. adij. vbi ille qui petit ſibi bona adijci,debet idonee cauere creditorib ſuper quo dicit eſſe conſiderãdum.ſed ad illum reſponderi poteſt ꝙ quamuis tex.ibi dicit præſtandam fore fideiuſſionem de ſoluendo creditoribus,tamen non dicit ꝙ obligetur vltra hæreditarias non confecto inuentario,& bene, quia talis non dicitur ſuccedere defuncto per repręſentationem, ſed per annihilationem,vt ibi per Iaſ.in d.§.1.nam,vt dictum eſt,illi qui veniunt, vt ſucceſſores & non vt hæredes,non tenentur vltra vires hęreditarias omiſſa inuentarij confectione,vt etiam dixerunt Ang.in l.1.§.hęc ſtipulatio.ff ſi pluſquam per l.Falc.

Vlterius conſiderandum eſt ꝙ ille tex.tantum loquitur de fideiuſſione præſtanda creditorib. & nõ legatarijs, quibus tñ per hæredem non conficientem inuentarium, ſolui debent legata quamuis vires hæreditariæ non patiantur, vt notatur communiter per ſcrib.in d.l.fi.C.de iure delib. Vnde cum nõ ſit diuerſa ratio inter caſum illius.§.1. & caſum noſtrum, nõ meruit ad hoc allegari,nam ea diuerſis non fit bona illatio.l. Papinianus exuli.ff.de mino.

SVMMARIVM.

1 *Hæres creditoris dolo inductus ad adeundum hæreditatem, inuentario nõ confecto tenetur ultra uires hæreditarias.*

2 *Credulus quis eſſe non debet.*

1 Quid dicendum de † hærede q dolo creditoris inductus fuit ad adeundam hæreditatem, an poſſit conueniri vltra vires hæreditarias inuent.non confecto? Bal.in l.fi.ff.de dolo,determinat,ꝙ non,quia ꝓp dolum commiſſum creditor nõ debet audiri,ſequitur Alex.in rub.ff.de acq.hær.in fi.;dum ſe remittit ad Bal.vbi ſup.ſed expreſſe in l.fi.§.etſi ꝑfatam,col.2. C. de iure delib.Vital.in trac.clauſ.in verbo Nil nouari inuent.cõfec.pend.col.21.ver.4.eſt caſus.Contrarium tenet Barb in c. Raynaldus,col.51.ver.6.limita,de teſt.dicens dictũ Bal. non probari in d.l.fi.quia licet tex.dicat ꝙ hæres non teneat vltra vires hęreditarias qñ dolo fuit inductus ad adeundum, non tñ loquitur quando non conficit inuentarium,nam ille tex.procedit de iure Digeſtorum,ſecundum quod non erat inuentum ius inuentarij.

2 Vnde imputari debet ſibi hæres † ſi nimiũ fuit credulus.l.2. ff. de eo per quem fac. erit Item & quia iſto caſu non ceſſat præſumptio legis quod ſurripuerit bona hæ-

reditaria,& etiam quia præſumitur quod voluntarie ſe obli-
gauerit, non conficiendo inuentarium. arg. l. codicillis §.fi.
de lega. a quæ dicit,audi ſtultum teſtatorem, non tamen ſibi
prodeſt ſtultitia ſua. Idem repetit ibi in col. 15 a. in fine,verſi-
culo,quarto limita.

SVMMARIVM.

1 *Homo magnæ ſanctimoniæ hæres alicuius omiſſa inuentarij confectione nõ tenetur vltra uires hæreditarias.ſed contra nu.4.*
2 *Homo magnæ ſanctimoniæ ſi litigat & ſuccumbat ob iniuſtam cauſam nõ præſumitur quod aliquo colore iniuſto litigauerit.*
3 *Iudex licet quis eſſe non poſſit in cauſa ſuorum,tamen fallit ſi eſſet religioſus ordinis Charthuſienſium.*
4 *Legalitas magna perſonarum operatur, vt a communibus regulis recedatur.*
5 *Imperator hæres inſtitutus ſi non conficit inuentarium, tenetur vltra vires hæreditarias.*
6 *Imperator appellatur ſanctiſſimus, religioſus, ſacratiſſimus, Deus in terris.*
7 *Imperator quicquid facit,vt Deus facere videtur.*
8 *Imperator dicitur miniſter Dei.*
9 *Eccleſia hæres inſtituta tenetur vltra vires hæreditarias inuentario non confecto.*
10 *Eccleſia eſt mater fidei & religionis.*
11 *Eccleſia eſt tronus Dei.*
12 *Eccleſia eſt cultrix iuſtitiæ & auctrix.*
13 *Eccleſiæ officium eſt corrigere malefacta in præiudicium animarum.*

1 Homo magnæ ſanctimoniæ, † an te-
neatur vltra vires hæreditarias non confecto inuentario?
Primo aſpectu videtur dicendum quod non,cum in eo vi-
deatur præſumptio ſubreptionis de qua in §.ſancimus, in au-
then.de hæred.& Falci.per tex.in cap.2. de oper.no.nunt.per
quem tex dixit Hoſtien in cap.finem litibus,de dolo & con-
2 tuma quod ſi † homo ſanctimoniæ magnæ litigans ſuccum-
bat propter iniuſtam cauſam, non præſumitur quod aliquo
3 colore inducto litigauerit. Hinc eſt, † quod etiam licet quis
non poſſit eſſe iudex in cauſa ſuorum, vt in ca.poſtremo,ubi
Doct.de appell.Iaſ.in l.qui iuriſdictioni, col.1. de iuriſd.om.
iud.tamen ſi eſſet religioſus ordinis Carthuſienſium admit-
teretur ad iudicandum,vt tradit Spec.in ti. de iuriſd.om.iud.
§.ſupereſt, verſi.quid ſi non eſt conſanguineus, quem ſequi-
tur Iaſ.ibi,& in conſi.12.columna quarta, volumine primo,
4 nam † propter magnam legalitatem perſonarum licitum eſt
recedere a communibus regulis,vt per multa exempla demõ
ſtrat Iaſ.in l.iubemus,col.2.C.de iud.Feli.in c.ſuper his,colu.
fi.de accuſa.Girard.in ſing.82.
His tamen non obſtantibus contrariæ ſententiæ eſt adhæ-
rẽdum ex infraſcriptis,& primo,quia nulli dubium eſt, quod
5 † ſi Imperator eſt hæres inſtitutus,& non conficit inuenta-
rium,tenetur vltra vires hæreditarias,vt per Iaſ.in l.fi.in prin-
cip.colum.2.vbi etiam Corn.nu.28.C.de iure delib.per text.
in §.pen.in verſ.etiam Imperiali culmine,de hæred.& Falcid.
Barba.in c.Raynaldus,colum.53.de teſta.dixi ſupra,& tamen
6 † ipſe eſt ſanctiſſimus.l.3.ff. de nata.reſti.l.cum Syllanianum.
C.de his,quib.vt indig.l.vnũ ex familia.§.fi.de leg.vbi appella
tur religioſiſſimus. item ſacratiſſimus. C.de no. Cod. comp.
in princi.alias Deus in terris.l.Imperiali. C. de nupt.ſi igitur
hoc habet locum in principe ſupremo, qui eſt iuſtior & ſan-
7 ctior,& † qui quicquid facit videtur facere vt Deus, vt in au-
8 then.de hær.& Falcid.& qui † miniſter Dei etiam dicitur.Io.
Igne.in l neceſſarios § non alias,verſi.ſed cum pleriſque,nu.
136 ad Syllan.auth. habita, ibi, & nobis eius miniſtris. C. ne
fil.pro pat.vbi Salic.vbi etiam Bologn.in nu.168. ergo & idẽ
9 in caſu noſtro Idem videmus quod ſi eccleſia eſt hæres inſti-
tuta tenetur vltra vires hæreditarias non confecto inuẽtario,
vt late per docto.in l.fi.§.fi.C.de iure delib.& vt patet ex his,
10 quæ abunde dixi ſupra in quæſtione de eccleſia. & tamẽ † ec-
cleſia eſt mater fidei,& religionis,l.iubemus. §. verum, in fi.
11 C.de ſacroſanc.eccleſ.† Tronus Dei.Spec.in procem.in prin.
12 † Cultrixque iuſtitiæ & auctrix.Bal.in l.ex lege,in 6.quæſtio.
C.de cond ob cau.l.acceptam,in fi.C.de vſur.tex.in c.ſi cliẽ-
13 tulis.§.ſi diuerſum,de alie.feu.†& cuius officium eſt corrige-
re malefacta in præiudicium animarum Clem.fina.§ 9.& vbi
Card.de hæred.cap.nouit,de iud. Vnde ex his dicendum ve-
nit quod ſi huiuſmodi tenentur vltra vires hæreditarias non
confecto inuentario, quod idem dicendum ſit de homine
magnæ ſanctimoniæ.& ita in terminis tenet Barba. in reper-
torio. capituli, Raynaldus, columna quinquageſimatertia,
de teſtamen. Tiraquel. in tracta.de pœnis temper. cauſa 51.
nume.11.& 14.

Non obſtant adducta in contrarium; quia in dictis caſib.
non militat ratio præſumptionis,de qua in dicto §.ſancimus,
vt in caſu de quo agitur.

SVMMARIVM.

1 *Hæres grauatus reſtituere hæreditatem per fideicommiſſum,ſi adiuit hæreditatem ſine beneficio inuentarij, non poteſt deducere aduerſus fideicommiſſarium id quod ſibi debetur a defuncto, ſed contra,ſecundum communem nu.5.& ſeq.*
2 *Creditor ſi ſuccedit debitori confunditur actio.*
3 *Creditor quis eſſe non poteſt ſui ipſius.*
4 *Actio & paſſio in eodem ſubiecto concurrere non poſſunt.*
5 *Creditor ſi ſuccedit debitori nedum confunditur actio,ſed etiam locum non habet retentio.*
6 *Declaratio ad tex.in l.fi.§ in computatione C de iure deliber.*
7 *Hæres de iure Digeſtorum poterat deducere, quod ſibi debebatur aduerſus creditores.*
8 *Bona propria grauata non veniunt in fideicommiſſo uniuerſali.*
9 *Vxor inſtituta & grauata non conficiens inuentarium,poteſt deducere dotem ſuam.*

1 Pone,hæres grauatus † reſtituere hæredi-
tatem per fideicom
miſſum,adiuit hæreditatem ſine beneficio inuentarij,vtrum
poſſit aduerſus fideicommiſſarium deducere id,quod ſibi de-
bebatur a defuncto ex alio contractu?
Primo aſpectu videtur dicendum quod in reſtitutione fi-
deicommiſſi, quam habet facere hæres poſt mortem ſuam
ſubſtituto non poſſit deducere, & retinere illud in quo erat
creditor de bonis hæreditarijs reſtituendis. Quoniam cõclu-
2 ſio eſt clara, quod ſi † creditor ſuccedit debitori,actio con-
funditur.l.debitori.C.de pac.l.Mutianæ, in fi.ff.de condit.&
demonſt.ſcriben.communiter in d.l.debitori, & in l.fin.§.in
3 computatione.C de iure delib Ratioque aperta eſt,quia † q s
4 non poteſt eſſe creditor ſui ipſius,cum † actio & paſſio in eo-
dem ſubiecto concurrere non poſſint.Bal.in l.ſi vxor,in prin-
cip in 2.not.C.de bon.autho.iud.poſſid.Docto in d.l.debito-
ri. Nam non debet eſſe diſtinctio perſonarum inter debito-
rem,& creditorem.l.1.ff.de ſtip.ſeru.cap.fi.de inſti.quod etiã
procedit,dato quod ſucceſſio non ſit remanſura penes hære-
dem,vt quia alteri teneatur reſtituere hæreditatem, vt in ca-
ſu noſtro.Ang.in l.deducta,in princip.ff.ad Trebel. quem ibi
ſequitur Alexan.in princip.in primo notabili,& Imo. in prin-
cip vbi inquit hoc menti tenendum,quia ampliantur omnes
leges dicentes extingui actionem quando creditor debitori
ſuccedit,de quo in dicta l.debitori.vbi idem ibi tenuerũt Iaſ.
colum.1.verſicu.amplia iſtam regulam.Dec.in princip.verſi-
culo,& ampliatur,ac Purpurat.columna tertia, verſiculo,vlti-
mo ampliat.
Nec habet obſtare ſi dicatur, quod licet ſit confuſa actio
5 per ſupradicta,non tamen † quantum ad retentionem, quin
poſſit grauatus deducere quod ſibi debebatur a defuncto. l.
in imponenda.l.irritum.C.ad l.Falcid.quia reſpondetur iſtud
locum non habere niſi quando confectum eſt inuentarium,
vt in terminis voluit Imo.in l.ab omnibus. §. fina.ff. de lega-
tis primo, & in l.debitor, in princip.ff.ad Trebel. per text.in
l.fina. §. in computatione. C. de iure deliberan. Immo plus
videtur dicendum quod vbi potuiſſet deducere, & reſtituiſ-
ſet, nec retinuiſſet per errorem,idem eſſet dicendum per re-
gulam prædictam, vt per aditionem hæreditatis ſit confuſa
actio & extincta, & quæ ſemel expirata amplius non poteſt
reuiuiſcere.l. qui res. §. arcam. ff.de ſolut.Ruin. in conſi 95.
nume.4.vol.2.
Sed præmiſſis non obſtantibus contraria ſententia eſt de
† Iure verior, † & frequentiori calamo recepta, vt in primis
voluit Pau.de Caſtro in l. ita tamen. §.ſi ex Trebellia. ff. ad
Trebel.vbi inquit quod non reperit Doctorem tangentem
hanc quæſtionem, & multi credunt, quod non, per l.fina §.
in computatione.C.de iure deliberan a contrario ſenſu,cum
actio ſit confuſa per aditionem hæreditatis. quia reſpondet
6 quod ipſe pluries conſuluit contrarium,& non obſtare tex.
in §.in computatione, quia text. ille loquitur in caſu in quo
quis vellet deducere contra creditores, vel legatarios ſingu-
lares,quorum credita, & legata poſſunt tranſcendere vires
hæreditarias, quia hæres eis etiam tenetur de ſuo, non ſic ad-
uerſus fideicommiſſarium vniuerſalem, cuius fideicommiſ-
ſum non poteſt tranſcendere vires hæreditatis, quia non fit
niſi de hæreditate, & de eo quod eſt in hæreditate, & non
dicitur eſſe niſi quod ſupereſt deducto ære alieno. Vnde
7 † ſicut de iure Digeſtorum poterat deducere aduerſus fidei-
commiſſum, non tamen aduerſus creditores, quibus inſo-

lidum

liduum tenebatur, ita & hodie cum non confecto inuentario remaneamus in iure veteri reſpectu creditoris, & fideicommiſſarij vniuerſalis, licet reſpectu legatariorū ſecus, quia de iure illo vltra vires non debebatur. l. ſi is qui quadringenta. ff. ad Trebel. hodie ſic non facto inuentario, & ſic idem eſt in eis quod in creditoribus olim. quod inquit menti tenendū, quia milies habebis de facto. & miratur quod Doctores nō tangant. Iterum in l. ab omnibus. §. fin. ff. de lega. 1. vbi etiam ait hoc memoriæ mandandum, quia alias vidit valentes viros errare, dicentes quod per non confectionem inuentarij hæres perdit deductionem eius quod ſibi debetur aduerſus fideicommiſſarium vniuerſalem, per §. in computatione, quod eſt falſum, & quod ita conſuluit, quod conſilium eis placuit, quo viſo mutauerunt ſententiam. Ratio eſt in promptu, nam de iure veteri hæres tenebatur inſolidum creditoribus, & tamen aduerſus fideicommiſſum poterat deducere, quod ſibi debebatur. l. in imponenda. l. irritum. C. ad l. Falcid. rurſus in conſi. 164. columna prima, ſecundum antiquam impreſſio-
8 nem, quoniam † in fideicommiſſario vniuerſali non veniunt bona propria grauati. l. cohæredi. §. cum filiæ. de vulga. & pupil. Item inquit hanc eſſe concluſionem, quod quando creditor ſuccedit debitori tam olim quam hodie confecto inuentario, & non confecto, confunditur actio ipſo iure, quia ſi nō cōfunderetur, eſſet dicere, quod creditor eſſet ſibi obligatus, quod eſſe non poteſt. l. frater a fratre. ff de condi. indeb. cum ibi notat. in fi. 1. glō. magnæ. ſed ſi quæritur an confundantur cum effectu quantum ad hoc vt deducere vel retinere non poſſit, eſt diſtinguendū inter iura vetera, noua & nouiſſima. de iure veteri. ff. aduerſus fideicommiſſarium vniuerſalem, & etiam legatarios deducebat, quia eis non tenebatur vltra vires hæreditarias. aduerſus vero creditores non, quia eis bene tenebatur vltra vires. hodie vero ſi non conficit inuentarium, deducet aduerſus omnes; quia nullus tenetur vltra vires. dicta l. fi. §. etſi præfatam. ſi vero non eſt confectum, tunc aduerſus creditores. Idem hodie quod olim aduerſus legatarios particulares, aliud hodie quam olim, quia hodie tenetur eis vltra vires hæreditarias, olim non. aduerſus vero fideicōmiſſarium vniuerſalem, ſimiliter idem & hodie quod olim, quia ſicut alias non tenebatur vltra vires hęreditarias, ita nec hodie, & ſic poteſt deducere. etſi dicatur, quare aliud in fideicommiſſario vniuerſali quam in ſingularibus, reſpondet rationem eſſe, quia ſingularia relicta poſſunt fieri vltra vires hęreditatis, quia non fiunt de ipſa hæreditate, ſed de alijs rebus. nam, qui habet centum in bonis poteſt legare ducenta, ſed fideicommiſſum vniuerſale non poteſt fieri vltra vires hæreditarias cum fiat de ipſa hæreditate. & ſubdit iſta eſſe clara, quæ palpantur manibus & ſunt ipſa veritas, alibi in conſil. 165. colum. 1. & in conſ. 211. ſecundum antiquam impreſſionem, & in l. debitor, col. 2. ad Treb vbi plus dicit quod ſi non retinuit per errorem, licet non habeat actionem primam, tamen aliter ſibi conſulitur. Iſtud idem voluit Bal. ante Pau. de Caſtro de quo ipſe memor non fuit in l. debitori, ſed prius ante omnes Bar in l. ſi debitor, in fi. ff. ad Trebel. per iura ibi per eum citata. idem tenuit Alex. in d. §. ſi ex Trebelliano, col. ſecūda, circa fi. verſ. quæro. pone. & in l. debitor, col. 7. verſic. vltimo extra glo per tex. in dicto §. ex Trebelliano. & in l. cum hæreditas ex fideicommiſſo. eo. tit. ad treb. in l. Stichum aut Pamphilum. §. 1. cum glo. in verſ. retinet. ff. de ſolu. vbi refert idem tenere Rapha. Cuma. alibi Alex. in conſilio 124. in fi. vol. 7. Capra in conſi. 150. in fi. Soci. in conſ. 44 col. 2. vol. 3. Soc. Iun. in cōſ. 8. nu. 29. cum ſeq. vol. 2 & in conſ. 270. in 1. co. vol. eo. Angel. in conſ 64. in ſecundo dubio. vbi conſuluit, inſtitutū grauatum poſſe deducere cōtra fideicommiſſarium non ſolum debitum ciuile & naturale ſed etiam naturale ſolum, quia iura arctantia hæredem conficere inuentarium in hoc nihil de antiquo immutauerunt, ſed ſolum prouident contra hæredes quando volunt vti lege Falcidia contra legatarios ſingulares. Ioan. Anton. de Trig. in ſing. 1. Paris. in conſi. 35. in 8. dubio, vol. 2. conſi. 31. nu. 53. conſi. 69. col. penul. vol. eo. & in cōſilio 48. col 2. vol. 3. Franc. Marc. in 1. par. deciſ. Delph. deciſ. 331. nu. 16. Rui. in conſ. 67. col. fi. vol. 2. conſi. 112. circa finem in conſi. 114. col fi. conſi. 115. nu. 11. vol. eo. & in conſ. 89. nume. 43. volum. eo. Crot. in l. ſi is qui pro emptore. nu. 176. ff. de vſucap. Roma. in conſi. 276. in 2. dubio. dixi in conſi. 65. volumine ſecundo, hanc quoque ſententiam amplectuntur vltra Bal. in d. l. debitori, Soc. ibi col. fi. in fi. Dec. col. 1. Purpurat. nume. 26. Natta in conſi. 255. nu. 9. & in conſil. 322. columna prima, in fi. & Iacob. Aemil. in conſi. 35. nu. 8. cum pluribus ſequentibus. Alcia. in conſ. 29. nu. 3. in 3. tomo Soci. in conſ. 44. col. fi. vol. 3. & 91. nu. 3. vol. eo. Ant. Gomeſ. in commen. ſuis in tomo. 1. in c. 5. dicitur ſubſt. fideicom. nu. 12. verſi. vnum tamen eſt. Bero. in conſi. 97. col fi. verſ. ſed his omnibus, vol. 2.
† vbi atteſtatur hanc eſſe † communem, & ex his cōſuluit Pau.

9 de Caſtro in citato conſi. 164. quod † vxor quæ debet habere dotes ſi fuit inſtituta a viro, & grauata de reſtituendo hæreditatem, & non confecit inuentarium, ſed adiuit ſine eo, poterit deducere & retinere dotem ſuam reſtituēdo fideicommiſſum. Cuius ſententiam tenuerunt Soc. in dicta l. debitori, in fi. vbi inquit, hoc menti tenendum, quia de pane lucrando, vbi etiam Dec. col. 1. Paris. in conſ. 25. in 8. dubio volu. 2. Iaſ. in conſi. 28. vol. 3. Iun. in conſi. 170. in 2. col. vol 2. Ruin. in conſ. 69. vol. 2. col. pen. Ang. a Gamb. in tract. de teſta. glo. tra. nu. 5 & ego cōſultus ita reſpondi, ut in conſilio 65. vol. 2. Soci. Iun. in conſi. 57. colum. 1. vol. 3. Bero. in conſ. 37. col. 3. in fi. vol. 1. & Natta in conſil. 255. nu. 7. Grat. in conſ. 160. nu. 51. volumine ſecundo, Anton. Trig. in ſingul. ſuo primo, numero quarto.

Nec obſtant adducta in contrarium, quia veritas eſt quod
† licet confundatur actio, non tamen retentio, vt † communiter volunt Docto. in dicta l. debitori, & in §. in computatione, ac in alijs locis, ſupra citatis, ex quibus apparet inſulſe loquutos fuiſſe Imo. & Rui. in locis ſupra citatis, & hanc quoque fore receptam Doctorum ſententiam tradit Bero. in citato conſi. 97. in fi. & Aemil. vbi ſupra, vbi contra Imo. in dicta l. ab omnib. eſt communis opinio; quia dictus §. in computatione, tantum locum habet quoad creditores & legatarios particulares, non autem quoad ipſum hæredem creditorem & fideicommiſſarium vniuerſalem, vt ſupra dictum fuit. Nec eſt verum quod ex aduerſo dictum fuit, quod ſi hæres non deduxiſſet, & ſic reſtituiſſet, ex quo actio ſemel eſt extincta, quæ non poteſt amplius reuiuiſcere, non poſſet agere ad id quod ſibi debebatur per defunctum, quia contrarium eſt verius, quod immo ad illud agere poteſt, vt per Pau. de Caſt. in d. l. debitor, columna ſecunda, verſ. Ideo diſtingue, & per gl. fi. in dicta l. ita tamen. §. ex Trebelliano, vbi datur vtilis ex æquitate, ſecundum Pau. ibi & Aemil. in d. conſ. 35. nu. 9. cum ſeq. vel condictio indebiti ſecundum Rapha. in d. l. debitor, & Aemil. vbi ſupra, nu. 10.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia creditrici defuncti ſatisfacere debet hæres non confecto inuentario, etiam vltra vires hæreditarias.*

2 Si eccleſia eſt creditrix † defuncti, & hęres omiſit inuentarij confectionem, an teneatur vltra vires hæreditarias ſatisfacere eccleſiæ? Videretur primo dicendum quod non, quia ſi pro delicto vero non accipit pœnam, vt in c. fraternitas. 12. quæſt. 2. ergo multo minus capit pro delicto pſumpto & non vero, de quo §. ſancimus, in auth de hæred. & Falcid. Tu tamen teneas contrarium, quia in caſu dicti c. fraternitas, eccleſia recuperat ſuum proprium, ſed pœnam non accipit, ex eo quia tendit ad lucrum, vt voluit Io. And. in c. fi. de elec. in 6. Bal. in l. Martires. C. de ſacroſanc. eccle. ſed in caſu noſtro agitur de damno vitando eccleſiæ, quo caſu magis ſuccurritur tractanti de damno quam de lucro. l. fi. §. etſi præfatam. C. de iure delib. l. fi. C. de codi. l. iuris ignorantia, & l. error. ff. de iur. & fac. igno. ita decidit Barba. in repet. c. Raynaldus, columna 168. verſi. ſed eſſet. de teſta. vbi inquit hanc dubitationem a nemine tactam, & deciſionem ipſam menti tenendam.

SVMMARIVM.

1 *Hæres pro legatis pijs non confecto inuentario, non tenetur vltra vires hæreditarias.*

1 An hęres, qui non confecit † inuentariū teneatur vltra vires hæreditarias pro legatis ad pias cauſas? Barto. in l. cunctos populos, columna nona, verſiculo, tertio quæro. C. de ſum. Trin. & fide Catho. ponit hanc quæſtionē & determinat quod non. Idem ibi etiam tenent Bal. columna 17. verſicu. ſuper tertio. ac Alex. in addit. ad Barto. ibi nec non, & Beſſe. nume. 131. in verſicu. & ſic ex iſtis. Et ratio eſt, quia in huiuſmodi relictis attenditur forum conſcientiæ, ſecundum quod non attenditur præſumptio ſubtractionis, de qua in §. ſi vero non fecerit, in auth. de hæred. & Falc. ſed mera veritas. Alex. in l. fi. in § etſi præfatam, colum. 2. in fi. C. de iure delib. dum remittit ſed ad dicta per Bald. in loco de quo ſupra. Viual. in tractatu clauſul. in verbo, Nil nouari inuenta. confec. penden. columna vigeſimaprima, in fi. verſic. dicimus eſt. & pro hac parte benefacit, quod inquit Bald. in conſilio 265. volumine tertio, vbi inquit, quod licet eccleſia vel pauperes ac ipſorum executores citandi ſint in confectione inuentarij per § ſancimus, in auth. de hæred. & Falc. tamen licet

non fuerint citati,nunquam exigunt niſi vſque ad vires hæ-
reditarias,quæ ſunt in veritate, & non in præſumptione, vt
not.Docto.in ca.quamquam,de vſur.in 6.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres ſecundum communem non confecto inuentario ex delicto defuncti non tenetur vltra vires hæreditarias tam de iure ciuili quam de iure canonico.*
2 *Hæres ex delicto defuncti lite conteſtata tenetur inſolidum.*
3 *Hęres de iure canonico ex delicto defuncti tenetur etiamſi ex eo crimine nihil ad eum peruenerit.*

1 Nunquid † hæres non confecto inuentario ex de
licto defuncti teneatur vltra vires hęre-
ditarias tam de iure canonico quam de iure ciuili? Et con-
cluſiue loquendo dicas quod non; quoniam de iure ciuili
clatum eſt quod ex delicto defuncti hæres non tenetur niſi
pro ea parte quæ ad eum peruenit ante litem conteſtatam.
l.1.§ ſin.cum l. ſequen.ff.de vi, & vi arma.l.fi.§. quęſitum.ff.
2 de precario. vel inſolidum † quotiens lite conteſtata defun-
ctus deceſſerit.l. 1. C.ex delicto defuncti. Beto. in conſ. 98.
3 num.39 vol.1.& licet † de iure canonico aliter ſtatutum ſit,
quod hæres teneatur ex delicto defuncti, etiamſi ex eo cri-
† mine nihil ad eum peruenerit, vt eſt gl. † communiter ap-
probata in c.fi. de ſepult. Vaſq. in lib.3.c.96.nu.26. verſ. ſexta
limitatio.tamen id modificatur locum habere quatenus ſub
ſtantia defuncti patiatur & non vltra, etiam non confecto
inuentario. Abb.in c. in litteris, de rapto. poſt Ioan.And.ibi
per eum citatum.Bal.& Sali.in l.furti.C. de furt. Geminia.&
Franc. in c. quanquam. de vſur. in 6.Bal. in notab.ſuis, in ver
bo inuentarium, il a.in fi.& in verbo hæres de iure canoni-
† co.Franc.Marc. in deciſ 766.& de hoc eſſe de conſenſu tom
nium inquit Are.in rubrica.ff.de acqui. hęre.quem ſequitur
Rui.in conſ.20 col. pen.in fi. vol.4 Ana.in dicto cap.in lite-
ris.nume.7 Petr. Duen.in reg.13.verſi.duodecimo fallit.Ca-
pra in concluſione 67.num.11.Boſ.in tit.de pœnis.nu.34 Ne
guſan.in trac.de pign. in 4. membro 2.par.num. 124. circa fi-
nem. Villalob. in commu.opi. in verbo hæres. nume. 3. Di-
dac.in lib. 3.var. reſol.c.3.num.8.Clar.in prac. crim. in §. fi.
quæſt.51.verſ.ſed vlterius.

S V M M A R I V M.

1 *Actio hypothecaria competens creditori in bonis debitoris cui ſucceſſit inuentario non confecto hæreditatis aditione extinguitur: ſed contra numero nono.*
2 *Inſtitutio facta de creditore, facta cenſetur animo compenſandi cum debito.*
3 *Debitor legans creditori,in dubio legaſſe uidetur animo compenſandi.*
4 *Quod amplia procedere, etiam ſi portio hæreditatis non aſcenderet ad debitum.*
5 *Actione perſonali ſublata,intelligitur etiam ſublata acceſſoria, & ſic hypothecaria.declara ut in nu 16.& nu.ſeq.*
6 *Res ſua non poteſt eſſe ſibi obligata,declara vt infra.*
7 *Contraria non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto.*
8 *Filia inſtituta a patre pro tertia parte non poteſt petere dotes maternas ab inſtituto in alijs duobus partibus.*
9 *Aditione hæreditatis debitoris per creditorem licet ſit confuſa actio, tamen ſublata non dicitur actio hipothecaria competens creditori in bonis debitoris.*
10 *Actio realis non confunditur aditione hæreditatis, dummodo non intentetur contra ſe ipſum.*
11 *Actio hypothecaria eſt realis.*
12 *Vxor grauata licet hæreditatem ſine beneficio inuentarii adeat, tamen nō amittit actionem hypothecariam ſibi competentem pro dotibus ſuis in bonis defuncti.*
13 *Debitor vbi quis eſt ex contractu & ex cauſa, a principio uoluntaria, ſi exercet liberalitatem in creditorem hoc animo compenſandi, feciſſe non cenſetur,ſed donandi,niſi conſtat de uoluntate contraria.*
14 *Teſtator ſi legat alimenta vxori in domo, vltra ea etiam poterit conſequi dotem, quia legatum non uidetur factum animo compenſandi.*
15 *Maritus faciens donationem uxori, illam non uidetur feciſſe animo compenſandi cum dote,ſed donandi gratia.*
16 *Debitor ſi inſtituit creditorem, in dubio illum inſtituiſſe tenetur animo exercendi liberalitatem & non compenſandi.*
17 *Hypothecaria eſt fortior & potentior quam perſonalis.*
18 *Declaratio ad l.cum principalis.ff de reg.iur.*

1 An † actio hypothecaria competens creditori in bo
nis debitoris cui ſucceſſit non confecto
inuentario,extinguatur aditio hæreditatis? Primo dicēdum
2 videtur quod ſic; quoniam † inſtitutio facta de creditore, vi-
3 detur facta animo compenſandi cum debito † ſicuti quando
debitor legat creditori, qui in dubio videtur legaſſe animo
compenſandi.l.compenſandi,vbi doc.C.de hære.inſt.l.huiuſ
4 modi.§.cum pater,de lega.1. quod † etiam ampliatur locum
habere ſi portio hæreditatis non aſcenderet ad debitum, ut
ſentit gl. in l.creditorem, de lega. 2. dum dicit quod fruſtra
quæritur de extimatione,cum qua tranſit ibi Dy. Bar.& Ca-
ſtr. in l.ab vno,eo.titu.
5 Secundo facit, † nam ſublata actione perſonali intelligitur
etiam ſublata acceſſoria & ſic hypothecaria. l. cum princi-
palis.l.nihil. §.1. ff.de reg.iur.l.Vranius.l. fideiuſſor obligari.ff.
de fideiuſ.ca.acceſſorium,de reg.iur.
6 Tertio accedit, † nam res ſua non poteſt eſſe ſibi obligata.
l. neque pignus.ff. de regulis iur.l. ſi rem alienam,la 2.vbi no
tatur. ff. de pign. actio. Et ratio eſt, quia ſicuti quod meum
eſt,amplius meum fieri non poteſt. ideo rem propriam ſibi
dari inutiliter quis ſtipulatur; ita habenti plenum & totalem
ius in aliqua re,ius aliquod ex conſtitutione pignoris acqui-
ri non poteſt, nam actio & paſſio non poſſunt concurrere in
eodem ſubiecto.
Quarto facit generalitas l. debitori.C.de pac.ubi ſi creditor
ſuccedit debitori,confunduntur actiones. Et ratio confuſio
7 nis eſt, quia † contraria non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto.
Item quia actiuum. & paſſiuum non poſſunt fundari in ſolo
actiuo vel in ſolo paſſiuo. Item quia relatiua cōtraria requi
rūt duo extrema.ita Bal.in l.ſi uxor,in prin C.de bon. autho.
8 iud.poſſid. Hinc conſuluit Ang in conſi.207. quod † filia in-
ſtituta a patre pro tertia parte non poteſt petere dotes ma
ternas ab hoſpitali inſtituto in aliis tribus partibus,quia con
fuſæ ſunt actiones pro illa tertia parte pro qua hæreditatem
adiuit,quam partem tenuit Lanc. Dec. in d.l. debitori,& in
quam etiam ibi inclinare uidetur Seyſel.
Verum præmiſſis non obſtantibus contraria ſententia tan-
quam de iure uerior & frequentiori calamo recepta ample-
9 ctenda eſt. nam nemini dubium eſt † quod licet per aditio-
nem hæreditatis debitoris factam per creditorem confuſa
ſit actio,tamen ſublata non dicitur actio hypothecaria, quæ
competebat creditori in bonis debitoris.tex.eſt in l. cū quis.
§.fi. iūcta ratione ibi reddita per gl ff. de ſolutio. nam ibi eſt
caſus ſingularis ſecundum Bar.quod licet debitor ſucceden
do fideiuſſori extinguat obligationē fideiuſſoriam, ita quod
creditor cui pręſtitus fuit fideiuſſor non poſſit agere ex fide-
iuſſione contra debitorem hæredem fideiuſſoris: tamē ob-
ligatio pignoris, & hypothecæ facta per fideiuſſorem credi-
tori non extinguitur,ſed permanet etiam poſtquam debitor
ſucceſſit fideiuſſori. Et ratio eſt ſecundum gl ibi in uerſ.obli
gatum, quia hypothecatia habet ſuas conditiones vt duret
donec debitum ſit ſolutum, uel aliter ſatisfactum. l grege.
§.etiam.ff. de pigno.l.ex ſextante §. Latinus.ff de except.rei
iud. quam approbat ibi Barto. quæ ratio ceſſat in obliga-
tione perſonali, & fideiuſſoria, vt ibi per Bart.& melius per
Paul.de Caſtro.
Secundo facit tex.in l.debitor,in princ.ff.ad treb. iunctis ibi
not.per Bar. & etiam Imol. ubi dicitur quod quotiens actio
tollitur de rigore iuris vt per confuſionem reſultantem ex
ſucceſſione,non tollitur hypothecaria, & ad hoc ſecundum
Imol.ibi ille text.alibi non reperitur.
10 Tertio pro hac parte facit:nam † actio realis non confun-
ditur aditione hæreditatis, dummodo non intentetur con-
11 tra ſe ipſum,ita ſcrib. cōmuniter dic. l. debitori. ſed † actio
hypothecatia eſt realis l.ſi fundus.§.in uēdicatione ff. de pig.
l.pignoris.ff.de pigno Pau.de Caſtro in d.l.cum quis.§ fi.cit
ca fi. Alex.in conſ. 108 nu.4.uol.5. & in l. ſi finita.§ Iulianus,
col.33.ff.de dam.infec.Negus.in trac.de pign.cbar.mihi 141
col 4.in princ.ergo &c.
Vltimo in terminis noſtris, ita uoluerūt Bald. in l.ſi uxor C.
de bon. autho. iud. poſſid.in verſic iſta quæſtio, quem ſe
quitur Sali. in l. fi. § ſi vero, in fi. C. de iure delib. Paul. de
Caſtro in d.l. debitor, ubi etiam Alexan. Soc. in conſi io
44. columna. fi. volum. 3. Alex. & aliī in l.debitori. ff de
pac.Paris. in conſilio.2 .numero 64 columna ſecunda,& in
12 conſilio. 69. numero 40. volum. eo. vbi dicit quod licet †
vxor grauata adeat hæreditatem ſine beneficio inuentarii,
tamen ex hoc non tollitur actio hypothecaria,quę ſibi com
petebat pro dotibus ſuis in bonis defuncti, cum illa eſſet
pro dote reſtituenda & eius incontro ipſi hæredi hypothe-
cata.l.vnica.C.de rei uxo.actio.Rui.in conſilio.17. nume 7.
uolum. 1.Soc.Iun. in conſilio. 57. columna prima, uolum.
tertio. Grat. in conſilio 91.numero 32. cum ſequenti. uo-
lum. primo, in conſilio 63. nume. 13. volum. ſecundo, &
† in conſilio 86. nume. 24. uolum. ſecundo, † communiter
Negus.in trac.de pign.in 1.mēb. in quinta parte nume.49 &
in 2. membro 6.part.nume.6.Gozad.in conſilio.94.num 47.

Et.

Bero.in conſ.139.numero decimoſexto,volumine ſecundo, Neuiza.in conſilio 69. numero decimoquinto, & hanc eſſe communem inquit Coras.in l.frater a fratre.numero vigeſimoquinto,de cond.indeb.& hoc quidem optima ratione introductum fuit ne hæres remaneat in damno,vt dixi in conſilio 65. volumine ſecundo,quod ſane intelligas,locum habere quando creditor non ſuccedit debitori irreuocabiliter,& cum effectu,ut per Rui. Negus.Coras. & alios,de quibus ſupra,Bero.in conſi. 129 nu 16.vol.3.

Non obſtant quæ in contrarium adducta fuerunt,quia ad ipſa reſpondetur. Et deueniendo ad primum,dicitur ab omni veritate alienum eſſe, quod præmiſſa inſtitutio facta cenſetur animo compēſandi,quoniam certiſſimi iuris eſt, quod
13 quotiens quis eſt debitor ex contractu,& ex cauſa a princip. voluntaria,ſi talis exercet liberalitatem in creditorem, non cenſetur hoc feciſſe animo compenſandi, ſed donandi,l.creditorem,de lega.2.l.creditor.C de leg.niſi de voluntate aliud conſtet per teſtes vel ſcripturam.l.hæredes palam.§.ſed ſi notam,iuncta glo & ibi Docto.ff.de teſta.& in l. cum proponeretur,vbi Bar.& alij ff.de lega.ſecundo.rurſus in conſi 12. columna ſecunda.verſic.& primo,volumine ſecundo, & ideo dixit Pau.de Caſtro in conſilio 148. ſecundum antiquam im
14 preſſionem, † quod ſi teſtator legat alimenta vxori in domo, quod vltra alimenta poterit etiam conſequi dotem,quia non videtur factum animo compenſandi.ſequitur Picus in auth. præterea.nu.60 C.unde vir,& vxor facit quod voluit Alexā. in l.cum hæres,in 2.notab.ff.ad Treb.ubi ait,quod portio hæreditatis relicta creditori,non videtur relicta animo compēſandi.& ideo quod quarta portio quæ remanebat apud hæredem,non compenſatur cum dote.alibi dixit Alex. in conſil.
15 ſeptimo, numero decimoſexto,volumine ſexto,quod ſi † maritus fecit donationem vxori,non cenſetur illam compenſaſſe cum dote,ſed feciſſe animo donandi.l.1 §. ſciendum. C de rei vxo.actio.Crauet. in conſil. 149 numero ſecundo,Bartol. & alij in l.ſi cum dotem §.ſi pater. ff ſoluto matrimonio. & in l. huiuſmodi.§ cum pater,de lega.1. Alex. in conſilio decimoſexto, in quinto dubio,volumine ſexto,Soc.in conſi.decimo, in quinta quæſt.volumine primo,& in terminis inſtitutionis eſt tex.in l.ſi cum ab eo.C.de neg.geſt & in d.l.ſi cō
16 penſandi. C. de hæred.inſti.vbi indiſtincte admittitur, † debitorem inſtituentem creditorem, eum in dubio inſtituiſſe animo liberalitatem exercendi, & non compenſandi. Paris. in conſilio 69. numero vigeſimoquinto, cum pluribus ſeq. volumine ſecundo,vbi dicit, vxorem poſſe petere,& inſtitutionem,& dotem,quia hodie ceſſat dictum de alterutro, ut in l.vnica.§.ſecundum.C.de rei vxo.actio ac Bart. & alios cō muniter in dicto § ſi pater Ruin.in conſi 92 numero quinto
† volumine ſecundo,vbi aſſerit hanc eſſe † communem, & in terminis Bal.in d.l.ſi vxor,col.1.circa fi.

Similiter non obſtat ſecundum,quia dicitur, regulam eſſe quod ſublata actione perſonali durat hypothecaria.l.2. C. de luit.pigno quia licet a princip.non poſſit conſtitui hypothecaria ſine principali obligatione.l.Iulianus,in princip.ff. de lega.tertio.l grege.§ cum pignori ff de pigno.tamen, poſtquā ſemel eſt conſtituta,poteſt ſeparari a princip.Bar.in l.fideiuſſor obligari,in princip ff.de fideiuſ. & ideo ex hoc concludit ibi Bart.quod hypothecaria poteſt cedi ſine principali. Rui. in conſi.192.columna ſecunda,in princi.vol.1.Et ratio iſtius
17 regulæ eſt,quia † hypothecaria quę eſt realis l.pignoris ff.de pigno.eſt fortior quam ſit perſonalis ac potentior, vt not.Salic.in l cum notiſſimi § 1.in princi.C.de præſcript.30.annor. non eſt igitur mirum ſi poſt perſonalem ſublatam duret hypothecaria,ita Negus.in trac.de pigno. in ſecundo membro ſexię par.nu.7.& nu 6 in verſ ſecundo amplia. vbi inquit,dictam regulam procedere etſi perſonalis eſſet ſublata confuſione per auctoritates ſupra citatas. Secundo ad hoc reſpōdetur per Neuiza in conſi.69 nu.16.ubi dicit non obſtare il
18 lam regulam,† cum principalis,quia illa procedit niſi confuſio, & extinctio fiat de rigore prout eſt in caſu l. debitori. C. de pac.quia tunc etiam quod ſit extincta principalis,non extinguitur acceſſoria l.Stichum,in fi principij de ſolu.ita Alexan.in l.debitor.ff.ad Treb Riminal.in d.l debitori, qui pro hoc allegat.l 2 C.de luit.pign.vbi uincula pignoris durant,licet actio perſonalis ſit extincta. Nec valet reſponſio Lancel. Decij.ibi,dum dicit quod ideo hoc eſt in d l.2 quia ibi loquitur quando actio principalis eſt ſummota per præſcriptionē, & ſic non ipſo iure,ſed ope exceptionis,ſed in caſu.l. debitori,eſt ſummota ipſo iure per confuſionem, quo caſu non poteſt vti retentione quando remouetur ope exceptionis, quia reſpondetur quod ratio ſua non attenditur,ſed attenditur ratio rigoris,quam oportet æquitate mitigare.

Non obſtat & tertium,quia reſpondetur ſecundum Barto. & alios in l.debitor.ff.ad Trebe.quod illud procedit quoties quis eſſet vere,perfecte & irreuocabiliter dominus rei hypothecatæ.ſecus autem ſi eſſet dominus reuocabiliter aut minus perfecte,ita Alex in dicta l.debitor, in fi. per l.eleganter. in princip.ff.de pign.actio.Bart.in l.ex ſextante. §. Latinus. ff. de excep.rei iud.per l.primam C.ſi ante cred pigno.vendi.in l.ſi finita. §.Iulianus,col penult.ff de dam. infec. vbi allegat legem primam.C.de his qui in prior.cred Bal.in authen.præmiſſa C.de dona.ante nup.in dicta.l.1.C.ſi ante cred. in auth. ſiue a me.C ad Velleia. Soci.in l. qui Romæ, in princ.columna quinta ff.de verbo.oblig.Dec. & Cagnol. in d.l. neque pignus. Soci.& Dec.in l.debitori. C.de pac.Neguſan.in tract de pigno in primo membro 5.par.nu. 51.& 53 uerſic.ſecundus caſus.Neuiza.in conſi.69 nu.17 Io Coras.in l. frater a fratre. nume.26.ff.de cond.indeb & de intellectu dictæ l. neque pignus, vide latiſſime per Neguſan. vbi ſupra, & Neuiza in dicto conſilio 65.

Pariter non obſtat generalitas d.l debitori,quia reſpondetur,dictam.l. ibi limitari per ſcrib. vt locum non habeat vbi datur hypotheca,& in alijs locis ſupra citatis, & ideo male locutus eſt Angel. vbi ſupra, quem ſequitur, vt dictum fuit Lancel.Dec.

SVMMARIVM.

1 *Proprietarius facit fructus ſuos ſi eos percipit antequā vſufructuaria præſtiterit cautionem,& inuentarium confecerit.*
2 *Vſufructuarius facit fructus ſuos ſi ſciente hærede illos percepit.*
3 *Hæres, ſi patitur vſufructuarium vti & frui, videtur ſibi remittere cautionem.*
4 *Vſufructuaria non præſtita cautione & non confecto inuentario facit fructus ſuos, quando cautio ab hærede requiſita non fuit.*
5 *Donās omnia bona ſua reſeruato ſibi vſufructu facit fructus ſuos, nulla præſtita cautione & confecto inuentario.*

An mulier vſufructuaria, quæ nō præſtitit cautionem,nec inuentariū fecit, ſi cępit uti & frui, facit fructus ſuos? in hac quæſtione diſtingue cum Bart.in l. uxori vſusfru
1 ctus.ff.de vſufruc.lega.vbi dicit,† quod ſi proprietarius percipit fructus,eos facit ſuos ante præſtitam cautionem & ſic factum inuentarium,nec eos tenetur reſtituere vſufructuario.
2 † Si uero ab vſufructuario percepti fuerunt fructus hærede, vel proprietario ſciente,& tunc facit fructus ſuos. Pau.de Caſtro in conſil.240.in fin.ſecundum antiquam impreſſionem. Dec.in conſil.607.col.3.verſi.2 maxime.Paris.in conſ 95.nume.64.vol.2.Soci.in conſi.131,in fi col vol.1.Picus.in l. Titia cum teſtamento.§.Titia cum nuberet,q.52 de lega.ſecundo,Ruin.in conſ.87.nu 9.vol.5 & in conſil.43.col 1.vol.2 91. nume 9.vol.eo. Ratio etenim ſecundum Doctores eſt, quia
3 ex quo † hæres patitur vſufructuarium,vti & frui,uidetur ſibi remittere dictam cautionem, quod poteſt remittere ſecundum omnes in l 1.C de vſufr & Picum in dicta quæſt.52 Alcia.in conſil.11.nume 8.in a tomo,& in conſil.66.in princi. in tomo ſecundo.
4 Item dicitur, † quod etiam facit fructus ſuos non præſtita cautione & non confecto inuentario, quando per hæredem non fuit requiſita cautio nec inuentarium, Barto.in l.vſufructu,col fi.verſ Item quæro. C. de vſufr. ubi dicit quod ſi uſufructuarius bona fide vſus fuit vſufructu,q a forte cautio petita non fuit,tali caſu vſufructuarius facit fructus ſuos.idem ibi dixit Bal.col.2.verſ.conclude tres caſus dum inquit q ſi vſufructuarius poſſidet facit fructus ſuos ſi per negligentiam proprietarij non fuit petita cautio,rurſus Bal.in l.1.C.de vſufruc. col.2.verſ.ſed quæro.Pau de Caſtro in l. peto §. fin.per illum tex ff de leg.2.ſequitur Alex.in conſi.95. in princ.vol.4.Dec. in conſ 607.col.2.circa fi.& in conſ.608.in princ.Rui in conſil.87.nu.3.vol.5.Paris.in allegato conſ. 95. num.64 Ruin.in conſ.43.col.1.vol.2.91.nu.9.vol eo.Aemil.in cōſ.118 nu.35. Natta in conſ.477 Port.Imo.lib.3.comm.opi.concl.18 Item
5 † etiam facit fructus ſuos nulla præſtita cautione & confecto inuentario, vel facta deſcriptione quando donauit bona ſua reſeruato ſibi vſufructu, quia licet alias regulariter uſufructuarius non faciat fructus ſuos niſi præſtita ſatiſdatione,iuxta no.in l.1.C.de vſufru.tamen iſtud fallit quando quis donauit omnia bona ſua reſeruato vſufructu,quia cum ex ſua liberalitate conuenitur,cum eo mitius agendum eſt.arg.l.ad res donatas.ff.de ædil.edic. Ita in terminis Soc.in l.omnes, de except.per l.filio ff.vt lega.no.cauea.Ioan. de Plat.in § ſunt præterea,in verſ.ſed ſi quis,inſtit.de dona. Dec. in conſil.165. nume.5.& in auth.ex teſtamento.nu.2.10 fi.C.de col.Idem Dec. & Cagno.in l.diuus Pius,de reg.iur.Corn. in conſ.267 col.3. vol 4 Rub.Alex.in conſil. 54. columna ſecunda, & in fi.Gozad.in conſil.91.columna ſecunda.

SVMMARIVM.

1 *Contra hæredem non conficientem inuentarium iuratur in litem.*
2 *Iuratur in litem contra tutorem, qui non confecit inuentarium.*

1 Nunquid iurari poſsit † in litem contra hæredem nõ cõ
ficientem inuentarium. in hærede tencas quod ſic non obſtã
te quod Cuma in conſ 30 col. penu. videatur dicere contra-
rium, & hoc propter rationem ſubtractionis militantem ad-
uerſus eum, vt probari videtur ex not. per Bar. in l. tutor, qui
repertorium, in princip. ff. de adminiſt tuto. vbi concludit, ꝙ
2 † propter inuentarium non cõfectum a fratre tutore, vel quia
adminiſtrare cœperit ſine licentia iudicis contra eum defertur
iuramentum in litem veritatis quãtum ſuit, & quæ bona fue
rint in bonis paternis & maternis, & in col. penult. vbi inquit
quod nedum iuratur in litem non tantum quando non con
fecit inuentarium vt ibi, ſed etiam ſi illud confecit, & omnes
res non poſuit, vel poſuit, ſed obſcure, ita quod nõ poteſt ap
parere de earum bonitate, quia paria ſunt non eſſe, vel eſſe &
non apparere, & cum Bar. pertranſit Ruin. in conſi. 29 nume.
11. vol. 5 Fulgo. in conſi 196 in princip conſi. 24 columna 2.
Soc. in conſ 46. nu. 3. vol. 1. & quum Bart. ibi loquatur in tuto-
re, idem dicas de hærede, quia de vtroque caſu eſt eadem ra-
tio, ſcilicet timor ſubtractionis, vt in terminis decidit Fulgo.
in conſ. 82 in princip. vbi ſic inquit, quod ex quo hæres non
fecit inuentarium, res hæreditarias occultaſſe & ex hæredita-
te ſubtraxiſſe præſumitur, vt in § hinc nobis, de her. & Falcid.
& doli verſatus adeo vt & contra eum de rerum quantitate
iuretur in litem per eos quibus res ipſæ hæreditariæ reſtituen
dæ ſunt. l. fi. §. penult. C de iure delib & argumentum in ſimi-
li. ff. de admin tuto. l. tutor qui repertorium, in repet. l. ſi quan
do nu. 596. & 604 Phanu. de Phann. in trac. de in lit. iur. in ſe-
cunda parte, nume. 24.

SVMMARIVM.

1 *Hæres, qui inuentarium non confecit ex delicto defuncti non tenetur ultra vires hæreditarias.*

1 Num hæres non confecto † inuenta-
rio ex de-
licto defuncti teneatur vltra facultates hæreditarias? Reſpõ-
de, quod non, niſi quatenus ad eum peruenerit ex bonis de-
functi, licet ad eum nil peruenerit ex delicto, dato quod inuẽ
tarium non fecerit Boſ. in tract. crim in titu. de pœnis, nu 34.
† vbi aſſerit hanc eſſe † communem concluſionem, prout &
facit Rui. in conſ. 20 col. fi. vol 5. Anan. in c. in literis. de rapto.
nu. 7. Didac. lib 3, variar. reſol. c. 3 nu 8. verſ. ſed nihilominus.
Clar. in §. fi. q 51. verſ. vlterius quæro Feder conſ. 21. Io. And.
Dom. & Franc in c. quanquam, de vſu. ſuper gloſ. in verbo mã
dauerint. Henric. in c. fi. de ſepult. Aret in conſi. 148. col fina.
Anan. in c. tua nos. de vſur Capra in libro concluſionum ſua
rum, concluſione. 67. nu. 12. Bal. in l. furti. C. de furt. Abb. in c.
tua nos, de vſur. nu. 11. vbi ſequitur ſententiam Feder. Abb in
c. in literis. nu 3. de rapto. vbi concludit, quod ſiue hæres fe-
cerit inuentarium ſiue non, tenetur ex delicto defuncti vltra
facultates hæreditarias, nam ius canonicum inducens hanc
æquitatem contra rigorem iuris ciuilis, vt hæres teneatur ex
delicto defuncti, noluit obligare hæredem vltra vires hæredi
tarias, quoniam concurreret duplex rigor primo, quia obli-
garetur vltra vires hæreditarias, item & teneretur ex delicto
defuncti, contra nota. in l. 1. C. de dot. promiſ. & pro iſto intel
lectu facit dictus textus, in eo. c. in literis, in eo quod nullam
mentionem facit de inuentario. Mandat enim ibi Papa hære
dem compellendum iuxta vires hæreditarias, quæ lectura ſe
cundum Abb. ibi ſatis notanda eſt & tenenda. But. ibi col. fin.
verſ. quærit glo. & pen. & in c. tua nos, de vſur.

SVMMARIVM.

1 *Hæres vſurarij qui ex delicto defuncti conuenitur, inuentario non confecto tenetur vltra vires hæreditarias, ſed contra numero 5. ſecundum cõem.*
2 *Gloſſa omnes alias auctoritates antecellunt.*
3 *Gloſſa appellatur idolum aduocatorum, a cuius auctoritate in praxi nõ eſt recedendum.*
4 *Adhærere debemus certatio veritatis gloſſarum, & in perpetuo non errabimus.*
5 *Hæres ex delicto defuncti ſecundum ius canonicum tenetur, etſi nihil ad eum peruenerit ex delicto.*

1 Quid in hærede vſurarij, † qui nõ cõ-
fecit inuentarium, an teneatur vltra vires hæreditarias, ex delicto defun-
cti? Prima facie dicendum videretur, quod ſic, per glo. in cle
men. quamquam, in verbo mandauerint, de vſur. vbi ſtatuit
hæres tenetur in quantum ſe extendunt vires defuncti ſi cõ-
fecit inuentarium, ergo ſecus ſentit ſi inuentarium non fecit.
ſecundo per glo. in c. in literis, in verſ. facultates, iuncto tex.
de rapto vbi Papa mandat incendiarium qui accepit pœnitẽ-
tiam ſepeliri in cemiterio & quod hæredes compellantur ad
ſatisfactionem dãnorum iuxta facultates defuncti, vt a pecca
to valeat liberari. gl. ibi in dicto verbo facultates, dicit quod
non tenentur vltra vires defuncti ſi fecerit inuentarium, per
l. fi. §. ſin autem, C. de iure deliber. & ſic ſi non fecit inuenta-
rium aliter ſentire videtur, quod vltra hæreditarias vires te-
neatur. Cum igitur ita ſentire videantur ipſæ glo. videtur di-
2 cendum quod ipſis ſit ſtandum, † cum omnes alias auctorita
tes antecellant. Bar. in l. ex hoc iure, vbi etiam Iaſ. nu. 52. ff. de
inſt. & iure Bald. in conſ. 480. vol 3. vbi reprehendit patronos
cauſarum in teſtium repugnantia plus Bart. quam glo. defe-
3 rentes. Cy. in l. non moriturum. C. de contr. ſtipul. vbi † aduo
catorum idolum glo. appellat, a cuius auctoritate in praxi nõ
eſt recedendum Port. in conſ. 101. nu. 21. Curt. Sen. in conſi.
4 42 col 7 in fi. vbi dicit † adhærendum eſſe certatio veritatis
gloſſarum, & in perpetuum non errabitur, quia in conſulen-
do multum ſequi debemus glo. ordinariam, & multa alia ad
ducens ad hoc propoſitum, & in conſi 63. col. 4 in fi. ac in cõ-
ſilio 45 columna quinta, & 49. colum. 15. in fi. Neuiza. in ſyl-
ua nupt. nume. 25.

Tertio accedit quod dicit Abb. in c. Michael, nume. 4 de
vſur. vbi per glo. fi. ibi, ſed potius ex quaſi contractu. inferi ꝙ
opinionem Feder. vt hæres teneatur ſi non confecit inuenta
rium pro reſtitutione vſurarũ vltra vires hæreditarias, ſicut
dicimus in alijs obligationibus contra defunctum. l. finali. C.
de iure deliberan.

Quarto pro hac parte allegatur deciſio Aret. in rubrica ff.
† de acquir hæred. vbi dicit † communem eſſe opinionem, ꝙ
hæres ex delicto defuncti non tenetur niſi quatenus ad eum
peruenerit ex bonis defuncti ſi non fecit inuentarium præ-
ter vſuram, quia in ipſa opinatur, hæredem qui inuentarium
non confecit, in ſolidum vltra vires defuncti omnino teneri.

His tñ non obſtantibus contrariam ſententiam vt commu-
nem tenendam eſſe arbitror, quoniam contrarium tenuit Fe
der. de Sen. in conſ. 21. col. fi. vbi dicit ipſum non teneri, quia
regulariter obligatio, quæ deſcendit ex delicto nõ afficit hæ-
redẽ vltra id quod ex delicto peruenit. C ne ex delic. defunc.
& ſic facere vel non facere inuentarium nihil facit ad illa cre-
dita, quæ alias non obligant hæredem. Vnde omiſſio inuen-
tarii prodeſt creditoribus eo caſu vbi creditores poterũt age
5 re contra hæredem. Quod † autem teneatur hæres ex deli-
cto defuncti, etiam ſi nihil ad eum peruenerit ex delicto, ſta-
tuitur iure canonum ut in cap. fina de ſepult. non autem, qui
in hac parte grauat hæredem vltra ius ciuile, voluit æquitatẽ
præferre vt non teneatur pro maleficio vel delicto defuncti
vltra vires hæreditarias, cap. in literis, de rapto. cap. ſecundo,
de vſur. in texto. Cuius ſententiam amplexi fuerunt Abb in
cap. tua nos, columna fina. de vſur. vbi etiam Anto. de Butr.
columna fi in fi vbi dicit bene notanda verba Feder. vbi ſu-
pra & in dicto cap. in literis. numero tertio, Abb. in cap. fi. in
fin. de ſepultur. vbi etiam Butr. ſequitur hanc partem. Didac.
in tertio libro variar. reſol. cap. tertio, numero octauo, vbi in-
† quit hanc eſſe † communem Doct. ſententiam, tum quia ꝑ
tex. in cap. quamquam. de vſur. in ſexto, & in c. tua nos, extra
eo. tit. & in cap ex literis, de rapto. dicatur vbi hæc ſatisfactio
inſurgit hæredibus iuxta facultates defunctorum: tum quia
huiſce caſibus hæredes ex delicto defuncti non vſquam ex cõ-
tractu conueniuntur, unde oportet rigorem hunc aliqua æ-
quitate temperari. Gem. in capitu. quamquã columna quin-
ta, de vſur. vbi etiam Ioan. And. Anch & Franc. colum. quin-
ta, verſ. 3. caſu in vſuris, & ita etiam conſuluit Ancha. in con-
ſilio 411. Imol. in c. debitores, columna ſeptima, in princ. verſ.
Item aduerte. vbi etiam But col penult. in fi.

Adductis in contrarium reſpondetur, & primo ad dictas
glo. dicitur, quod illæ non dicunt quod ſi non fecerit inuen-
tarium, quod teneatur de ſuo vltra vires hæreditarias. Imo
Docto. communiter ibi tenent quod ſiue inuentarium fece
rit ſiue non, non tenetur ultra facultates defuncti, quæ ad eum
peruenerunt.

Ad dictum Abba. in cap Michael, reſpondetur, ꝙ Abb. ibi
non firmat pedes, ſed ſe remittit ad dicta per eum, dicto c. tua
nos, vbi tenet expreſſe opinionem Fede. de Senis, prout & fa
cit in alijs locis ſupra citatis. Tertio non obſt. deciſio Are. in
rub. ff. de acq. hær. quia contra eum eſt communis ſchola Do
ctorum, vt conſtat ex ſuperius allegatis, a qua in conſulendo
& iudicando nullatenus eſt recedendum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium ſi hæres non facit, non tenetur vltra vires hæreditarias, quando teſtator legauit aliquid arbitrio hæredis. ſed contra nu ſeq.*

2 *Arbitrium boni viri debet regulari ſecundum diſpoſitionem iuris communis.*

1 Quid ſi teſtator facit † legatum arbitrarium, puta lego Titio alimenta, quod interpretatur ex redditibus patrimonij, vt per Iacob. de Are. in l. Imperator, in verſ. ex acceſſionibus. ff ad Treb. quod eſt notandum ſecundum Bal. in l. voluntatis columna ſecunda. C de fideicom. an propter non factum inuentarium efficiatur validi perſecutorium, adeo vt hæres ad illud teneatur vltra vires hæreditarias. Bal. in l voluntatis, columna 2. verſi. quæro nunquid legatum C. fideicom. videtur decidere quod non, quia alimenta intelliguntur relicta arbitrio iudicis, & illud eſt hic ſolidum, quod eſt arbitrium. vnde verbi gratia. ſi legata ſunt alimenta ruſtico, quæ arbitrio boni uiri aſcendunt ad decem ſecundum vires patrimonii, qđ arbitrium ineſſe videtur ſtatim ac ſi eſſet declaratum, licet nō ſit factum innentarium, quia verborum interpretatio, & qualitas non mutatur, non debetur plus vel minus quam ſi inuētarium eſſet confectum, quia non eſt deductum in legatum. & idem dici ſi teſtator legauit dotem vel aliquid aliud ad arbitrium, quia non augetur legatum vltra mentem teſtatoris propter non factum inuentarium ſicut ſi expreſſe dixiſſet teſtator, nolo præſtare vſque ad vires patrimonij mei, quod inquit menti tenendum, & Bal. ſequuntur Roma. & Aret. in rub. ff de acq hæred. vbi etiam Alex. in fi. duin ſe remittit ad Bald. vbi ſupra. Vital. in tract. clauſ. in verbo, Nil nouari inuent. confec. pend colum 21. in fi. verſi. quintus caſus. Veri-
2 tas eſt in contrarium, † quia arbitrium boni viri debet regulari ſecundum iuris communis diſpoſitionem. arg. l. continuus. §. cum ita ff de verbo. obliga. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio vbi Bart. Alca. in conſi. 5 in 2. volu. & in conſi. 33. num. 7 volu. 1. Paris conſi. 45. num 18 vol. 2. Soc. Iun. in conſ. 49 num 16 vol. 2. Bero in conſ. 61. nume. 18. ſed intra diſponunt quod ſi hæres non fecit inuentarium, quod præſumatur furto ſubtraxiſſe res hæreditarias. Vnde ex quo a lege præſumitur quod bona ſufficientia habuerit pro præſtatione dicti legati, ideo tenetur inſolidum. l ſi C. de iure delib §. ſi vero, in authen. de hær. & fal. iſtam eſſe veritatem dicit Iaſ. in l. fi. §. etſi præfatam. col. 2 verſ. quarto limita. & eum Iaſ. pertranſit Natta in conſ. 387 num 9 quod & tenuit Barba. de quo prædicti patres non fuerunt memores in rep. c. Raynaldus, in col. 22. verſ. nono limita, de teſta & in col. 54 verſ. ſeptimo, limita. quia licet iſto caſu teſtator videatur velle legare ſecundum vires patrimonii ſui propter non confectionem inuentarii videtur, quod vires hæreditariæ ſint maiores & quod hæres præſumatur illas ſubtraxiſſe. Item, & quia per iſtam viam obliquam daretur hæredi via malignandi, & contemnendi legem impune, & ſic ſubripiendi bona, quod dicendum non venit. hanc quoque in effectu tenent Catel. Cotta in memo. incip inuentarii confectio. colum. 2. verſic. 2. cauſa Gabr. Sarai. in annota. ad ſing 157 Mathes. nume. 6 vſque ad nonum. nec obtinet pro defenſione Bald. ſi dicatur quod hoc ſit propter præſumptam mentem teſtatoris, qui hoc cauſa videtur renunciaſſe beneficio ſuo; quia reſpondetur ſecundum dictos Cottam & Gabr. quod hæc ſolutio eſt ſcholaſtica, cum præſumatur teſtator cogitare quod lex diſponit. l. Gallus. § quidam recte ff delib. & poſth. Alex. in conſ. 4. num. 12. volu 4. Ruin in conſ 168. nu. 3. volu. 2. Beroan conſ. 112. num 13. vol. 2. nam teſtator quod non loquitur, velle non præſumitur l. vnica. §. ſinantem. C. de cad. tol. ubi Bal. per illum tex. Dec. in conſ. 205. nu. 5. Item voluntas teſtatoris non ſufficit niſi diſponat. l. quidam cum filium. de hæred. inſtit. Dec. in d. conſ. nu. 5.

SVMMARIVM.

1 *Hæres hæredis qui inuentarium non confecit, non tenetur vltra uires hæreditarias.*

2 *Iuramentum in litem defertur contra hæredem ſi bona deſcripta in inuentario non reperiuntur, quod ſecus eſt in hærede hæredis.*

1 Modo quæritur † an hæres hæredis qui inuētarium facere prætermiſit teneatur legatariis ultra vires hæreditarias? hanc quæſtionem ponit Cuma. in conſ. 30. colu. fi. in princ. dicens quod ſi primus hæres fecit inuentarium, & ſecundus non: quia ſecundus non tenetur ex perſona primi, quod contra eum non habet locum. §. ſi vero non fecerit, in auth. de hær. & falc. & ſic non tenetur ultra uires hæreditarias. quoniam legatarii habebant contra hæredem primum qui inuentarium fecit actionem ſolo deducto ære alieno. & quamuis ſecundus hæres legatariis quaſi creditoribus teneatur in eo ſolum, quod vires facultatum primi defuncti patiebantur, non propterea augebitur legatum. quia inuentarium non fecerit ſecundus, quamuis enim præſumatur hæreditas ſufficiens, quæ ad eum peruenit, non propterea ſequitur quod præſumatur in hæreditate plus fuiſſe quam appareat. ex diuerſo vero vbi primus hæres innentarium non feciſſet, ſed ſecundus, tunc conſtat ſe-
1 cundum non teneri niſi quatenus appareret, ſaltem ex hæreditate primi hæredis ad eum perueniſſe.

Pro confirmatione huius ſententiæ bene facit quod decidit Pau. de Caſtro in conſi. 211. in tertio dubio, ſecundum an-
2 tiquam impreſſionē. vbi dicit, † quod ſi bona mobilia deſcripta in innentario non extent, nec apparere poteſt quantum valuerint, & hæredes dicant non valuiſſe tantum, quod ſufficeret ad ſoluendum legatarijs, ipſis vero aſſerentibus in contrarium, quod videtur deſerendum in litem iur. legatariis propter difficultatem probationis, & dolum hæredum in quo p̄ſumuntur, cum res apud eos ſemel fuerit niſi probent deperditas etiam ſine eorum culpa. l. ſi creditor, in fin. ff. de pigno. actio. ſecus videtur in hæredibus eorū, quia in dolo non ſunt ſi non probentur ad eorum manus perueniſſe, vt patet ex notat. in l. ſi quis ex argētarijs. §. fi. ff. de eden. nam ex dolo defunctorum non debet contra eos hæredes eorum in litem iurari. l. penult. C. de in lit. iur. & ſic ex præmiſſis patet ꝙ longa cōſtitui differentia inter primos hæredes, & ſecundos, & adeo, quod merito dici poteſt in caſu noſtro quod & ſi ipſi ſecundum non confecerint inuentarium, tamen quod non teneātur de ſuo alijs ſupplere.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio inuentarij opponi non poteſt poſt ſententiam, ſed contra nu. ſeq. ſecundum communem.*

2 *Exceptio peremptoria non admittitur poſt ſententiam declara ut in nu. 7.*

3 *Exceptio ne quis conueniatur niſi in quantum facere poteſt, opponi poteſt poſt ſententiam.*

4 *Beneficium collationis bonorum admittitur poſt rem iudicatam.*

5 *Exceptio quæ non impugnat ſententiam ſed ipſam modificat, opponi poteſt poſt ſententiam.*

6 *Exceptio inuentarii opponi non poteſt poſt ſententiam quando iudex ante ſententiam ſtatuiſſet reo terminum opponendum omnes exceptiones dilatorias, peremptorias & anadormalas.*

7 *Item & quando ante ſententiam fuiſſet appoſita & reprobata.*

8 *Exceptio quod maritus non tenetur in plus quam facere poſſit non admittitur poſt iudicatum, ſi exceptio ipſa fuit appoſita ante, & ſuper ea cognitum.*

9 *Exceptio doli concurrit cum qualibet alia exceptione.*

1 Exceptio † inuentarij an poſſit opponi poſt ſententiam. Imo. in l. ex diuerſo. §. ſi in iudicio.
52 *Hæres non faciens inuentarium præſumitur fur, & doloſus.*
53 *Inuentarium conſeruat hæredem ſine damno.*
54 *Inuentarium non prodeſt ultra ius commune.* 90
55 *Inuentarii omiſſio non obeſt ultra ius commune.* 121
56 *Regulæ plures inuentarii ultra illas quinque principales, & potiſſimas.*
58 *Hæres uerbum quomodo accipiatur.*
59 *Legatarius, donatarius fideicommiſſarius & ſimiles an teneantur facere inuentarium.*
60 *Donatio non indiget aditione quia nec defertur iure hæreditario.*
61 *Legatum uniuerſale an contineat onera.*
62 *Fiſcus an teneatur facere inuentarium.*
63 *Delinquentis agnatus an faciat inuentarium.*
64 *Succedens iure ſpeciali, uel priuilegiario, an teneatur facere inuentarium.*
65 *Hæres iure ſtatutario, conſuetudinario, Pontificio, Veneto, uel ſimili, an teneatur facere inuentarium.*
66 *Ius canonicum approbat leges loquentes de inuentario.*
67 *Hæres filiaefamilias teſtantis de dote an teneatur facere inuentarium.*
68 *Quod lex uel contractus dat, homo non adimit.*
69 *Feudum an deferatur iure hæreditario.*
70 *Hæres retinens legitimam, Falcidiam, uel Trebellianicam, an teneatur facere inuentarium.*
71 *Hæres tenetur ultra uires etiam de illis, quæ habet alio iure quam hæreditario.*
72 *Aditio ubi non requiritur, non fit confuſio.*
73 *Quæ deferatur iure extero.*
74 *Author quando ſtuduerit Bononiæ, & de Menochio.*
75 *Hodie hæres tenetur legatarijs ultra uires.*
76 *Filius hæres quando noceat patri.*
77 *Damna poſt mortem non nocent hæredi cum inuentario.*
78 *Hæres quando ſit in mora.*
79 *Hæres an ſtatim præſtare, ſeu ſoluere debeat.*
80 *Hæres an teneatur de leuiſſima culpa.*
81 *Inſtantia litis an tranſeat in hæredem per inuentarium.*
82 *Hæres ſi incipiat litigare an liberetur per inuentarium.*
83 *Omnia commoda extra cauſam hæreditariam, uel ex cauſa hæreditaria de iure communi ſalua ſunt hæredi per inuentarium.*
84 *Damnum quomodo intelligatur in materia inuentarii.*
85 *Incrementa an proſint hæredi per inuentarium.*
86 *Quinque tempora diſtinguuntur circa res, quæ imputantur in Falcidiam, legitimam & Trebellianicam.*
87 *Hæres unus non tenetur pro alio.*
88 *Priuilegia defuncti an tranſeant in hæredem cum inuentario.* 116
89 *Hypotheca in bonis hæredis an confirmetur per aditionem.*
91 *Lex fi. C. de iure delib. ſancit ferme octo in fauorem hæredis.*
92 *Hæreſis prius petentibus impune ſoluit per inuentarium.*
93 *Hæres cum inuentario poteſt unum pro alio ſoluere.*
94 *Hæres per inuentarium retinet omnes impenſas.*
95 *Actiones hæredis cum inuentario non confunduntur.*
96 *Inuentarium transfert onus probandi res fuiſſe plures.*
97 *Iuramentum in litem non patitur hæres cum inuentario.*
98 *Hæres, exceptis octo, ſancitis per Iuſtinianum, non iuuatur per inuentarium.*
99 *Hæres de iure canonico, ueluti Cæſareo tenetur.*
100 *Falcidia an detrahatur de ære alieno, & præcipue de donationibus morte confirmatis.*
101 *Inuentarium non prodeſt hæredi in obligationibus a ſe factis.*
102 *Litis inſtantia an tranſeat in hæredem, uel ſingularem ſucceſſorem.*
103 *Sententiæ executio an tranſeat in hæredem.*
104 *Exceptio an tranſeat in ſingularem ſucceſſorem.*
105 *Bona mortis, non teſtamenti ſpectantur.*
106 *Filius, uel filia non reuocant alienato per patrem.*
107 *Dos & legitima abſorbentur ære alieno.*
108 *Dos an auferatur marito per creditores ſoceri.*
109 *Filius non poteſt deducere legitimam & Falcidiam.*
110 *Inuentarium ſi non prodeſt hæredi ultra ius commune, multo minus legatariis.*
111 *Legitimam an ſecernat filius per inuentarium.*
112 *Datum hæredi cauſa conditionis implendæ, an propter inuentarium non ſoluatur creditoribus.*
113 *Hæres unus non poterit agere per pactionem alterius.*
114 *Spurio hæredi an proſit inuentarium.*
115 *Spurio debentur alimenta de iure Canonico.*
117 *Inuentarium non tranſit in hæredem niſi lex dicat, uel niſi priuilegiatus ſit ſuperſtes.*
118 *Priuilegium inſertum in corpore iuris eſt potentius illo quod non eſt inſertum; Eſt tamen debilius iure communi.*
119 *Renuntians ſuo fauori, uel priuilegio, non perdit ius commune.*
120 *Hæres renuntians inuentario an deducat ius ſuum in reſtitutione.*
122 *Inuentarii omiſſio obeſt hæredi ferme in 15. ſancitis per Iuſtinianum.*
123 *Hæres non renuntians intra tres menſes, an poſtea renuntiet.*
124 *Hæres ſine inuentario tenetur omnibus oneribus.*
125 *Hæres ſine inuentario ſtatim conuenitur.*
126 *Non repudians intra tempus deliberandi cenſetur adire.*
127 *Hæres ſine inuentario patitur iuramentum in litem.*
128 *Hæres exceptis 15. damnis, ſancitis per Iuſtinianum non tenetur ultra.*
129 *Hæres ſine inuentario reponitur in ſtatu priſtino, niſi quatenus ademit Iuſtinianus.*
130 *Obligationes non confunduntur, ſeu ſaltem deducuntur in reſtitutione fideicommiſſaria.*
131 *Obligatio antidoralis an ſalua ſit & tranſeat ad hæredem per inuentarium.*
132 *Cohæres non obligatur cohæredi, quamuis vterque obligetur defuncto.*
133 *Actiones confundi, uel deduci conſideratur quadruplici reſpectu cohæredis, creditorum, legatariorum, fideicommiſſarii uniuerſalis.*
134 *Hæres ſine inuentario non amittit ea, quæ non indigent aditione.*

Hæres

135 *Hæres non tenetur in foro conſcientiæ.*
136 *Veritas & virtus conſiſtit in paucis.*
137 *Regula quinquaginta, quæ ceſſant, vel enervantur per inuentarium.*
138 *Donator omnium bonorum poteſt facere teſtamentum.*
139 *Hæres per inuentarium non cenſetur adire.*
140 *Hæres per inuentarium poteſt venire contra factum defuncti.*
141 *Hæres per inuentarium deſinit hæres eſſe.*
142 *Inuentarium non facit deſinere eſſe hæredem in fauorabilibus.*
143 *Hæreditas veluti inuentorium eſt iuris eiuſdem.*
144 *Hæres per inuentorium non luit in corpore.*
145 *Statutum an poſſit arctare hæredem vltra vires.*
146 *Hæres retinet iure defuncti.*
147 *Hæres in quatuor præcipue foris poteſt conueniri.*
148 *Hæres an poſſit eſſe melioris conditionis.*
149 *Regulæ multæ inuentarii ad eundem finem tendunt.*
150 *Ex viſione, & aſpectu vnius hominis, incurrimus in notionem qui ſint alij homines.*
151 *Verba vim quandam habent, & emphaſim habent ſecundum Platonem, Gellium, Caluum, atque etiam fidem noſtram.*
152 *Hæredis aditio confirmat pleniſſime voluntatem defuncti.*
153 *Hæres per inuent. non tenetur de euictione.*
154 *Aditio facit hæredem dominum.*
155 *Actor ſequitur forum Rei Sed an hæc regula ceſſet per inuentarium.*
156 *Legatarius an poſſit in eodem foro reconueniri ab hærede per inuentariũ.*
157 *Gratificationi an locus ſit per inuentarium.*
158 *Hæres an conueniatur inuitus.*
159 *Tempus non eſt modus tollendæ obligationis. Quæ regula ceſſat per inuentarium.*
160 *Hæres per inuentarium ius ſuum conſequi poteſt, licet ſibi ipſi ius dicere videatur.*
161 *An vitium tranſeat in hæredem cum inuentario.*
162 *Actiones non tranſeunt in hæredem per inuentarium.*
163 *Aditio hæreditatis eſt ſpecies ſolutionis ſeu compenſationis.*
164 *Obligationes ſunt voluntatis, poſtea neceſſitatis. Fallit per inuentarium.*
165 *Hæres poſt aditionem poteſt reſilire per inuentarium.*
166 *Hæres per inuentarium poterit rem legatam alij ſoluere.*
167 *Ius extinctum, amplius non reuiniſcit. Fallit ſi hæres faciat inuentarium.*
168 *Hæreditas per inuentarium non cenſetur locuples, niſi re vera ſit.*
169 *Res ſingulæ an ſint communes reſpectu Falcidiæ legitimæ, Trebellianicæ.*
170 *Hæres in rebus ſingulis habet ſuam portionem quamuis minimam.*
171 *Filius pro ſua legitima, & Trebellianica, an poſſit impetrare ſeparationẽ, ante vel poſt aditionem.*
172 *An filius hæres patris cum inuentario ſint vna & eadem perſona.*
173 *Hæres cum inuentario an liberetur a debito generis, ſeu quantitatis.*
174 *Actio, & paſſio non cadunt in eodem ſubiecto.*
175 *Soluens uni, cæteris ſoluere cogitur.*
176 *Soluens partem, totum ſoluere cogitur.*
177 *Creditor non cogitur mutare debitorem.*
178 *Teſtator de re hæredis, ut de ſua diſponere poteſt.*
179 *An actiones incipiant ab hærede, & contra hæredem cum inuentario.*
180 *An hæres hæredis, teſtatoris ſit hæres per inuentarium.*
181 *Creditor hæredis non eſt potior legatario defuncti.*
182 *Filius hæres patris cum fideicommiſſo, an tranſmittat hæreditatem cum detractione legitimæ, & Trebellianicæ pro re alieno.*
183 *Litis conteſtatio contra hæredem cum inuentario an perpetuet actionem.*
184 *Hæres an poſſit negligere litem per inuentarium & tempus labi ſinere.*
185 *An hæres iuuetur ſi ſcienter adeat hæreditatem damnoſam.*
186 *Hæres cum inuentario an unum pro alio ſoluere ſibi, vel alijs poſſit.*
187 *Qui habet actionem, rem ipſam habere uidetur.*
188 *abeſſe cenſetur id, ad quod ſumus obligati.*
189 *Quilibet præſumitur locuples, & idoneus.*
190 *Vltima uoluntas an ſtet in ſuſpenſo per inuentarium.*
191 *Aditio an recipiat diem, uel conditionem per inuentorium.*
192 *Dominium non continuatur in hæredem per inuentarium.*
193 *Hæres an redarguat mendacium defuncti per inuentarium.*
194 *Legitima & Trebellianica tranſmittitur ad hæredem ſine onere.*
195 *Dos & donatio propter nuptias an imputentur uel conferantur per inuentarium*
196 *Debitor ſoluit de bonis præſentibus, & futuris.*
197 *Regulæ multæ quæ ſapiunt uim inuentarij.*
198 *Lucratur, & acquirit qui ſe liberat ab obligatione.*
199 *Hæres etiam cum inuentario tenetur inſolidum ſtricto iure.*
200 *Hæres ſine inuẽtario an a Principe poſſit impetrare ut teneatur ultra uires.*
201 *Nemo obligatur ſub conditione ſi uoluero ſi potero.*

PRAEFATIO.

Frequenter contingit, quod hæredes ambigui ſunt, vtrum adeant hæreditatem, nec neſcium tamen iure ciuili conſtitutum eſſe, vt hæres ſuccedat in
1 vniuerſum ius; hoc eſt, vt vulgo dr̃, in onere, † & in honore. l. nihil eſt aliud. ff. de ver. ſig. l. hæred. de reg. iur. in ſũ, vt quoq; aduerſus hæredem plenior cauſeat obligatio. l. ſi per imprudentiam. §. pe. ff. de ciuic Non n. minus dr̃ hæreditas illa, quæ nullũ corpus habet, vel quæ iurgia, ablationeſq; expaueſcit, quam quæ locuples, pecunioſa, diuitiarumq; plena eſt. l. hæreditas.
2 ff. de peti. hær. l. hæreditatis appellatio. ff. de ver. ſig. † Hinc fit quod ille cuius bona proſcribuntur, præterquam in grauiorib. quibuſdam criminib. l. ex iudiciorum. ff. de accuſ. Et ille, qui ſi nõ in actu, ſaltem in potentia, vel vt inquiunt Philoſophi, ſi non in concreto, ſaltem in abſtracto habet in bonis Et ille, cuius bona ſunt exhauſta ære alieno, & ille qui vndiq; litib. & iudiciis vexatur, poſſunt facere teſtũ, Bal. quem præ cæteris ſequor, & admiror, in auth. inceſti. C. de inceſ. nup. in auth. ſed cũ teſtator. C. ad l. Falc. Bar. & alij, in rub. ff. de acq. hær. l. per diuerſas. C. mand. l. vlt. C. de litig. Quoniam nec delictum, nec inopia, nec contractus, nec lis huic rei eſt impedimento. l. ſi quæramus. cum ibi traditis. ff. de teſtam. Nec per hoc exonerabitur hæres, ſi temere, & imprudenter adierit hæreditatem. l. more. & ibi Dy. Iac. de Are Bar. Bal. Ang. Caſtilioneus, Comenſis, Paulus, vterq; Imo Roma. Iaſ. ff. de acq hæred l quæ dotis. & ibi pariter Dyn Bar & quam plurimi alij ff. ſol. mat. Quapropter vere dixit Innocen Canoniſtarum pater in c cum P. Ta
3 bellio. de fide inſtr quod † hæreditatis ſucceſſio eſt Monſtrum & Portentum iuris ciuilis, quippe cum vnum repente bonis facultatibuſq; augeat & beatum reddat, alium contra bonis exuat inopinanter, atque redigat ad incitas, rerũq; oĩum indigentiam. Nam veluti defunctus, ſi adhuc viueret, teneretur
4 ſatisfacere vſq; ad minimum obolum, ita & † hæres eius, qualiſcunque ſit ætatis, ſexus, cõditionis. l. poſtulante. ff. ad Treb. Quoniam ætas, vel fragilitas debitoris non infringit ius creditoris, etiamſi contra hæreditatem iacentem inciperet creditum. l. nam & Seruius. §. j. ff. de nego. geſt. l. ſub prætextu. C. de hære act. & obligatio ſolidi perſecutoria, aduerſus hæredem
5 † non corrumpitur minuiturve. l. 2. §. ex his. ff. de ver. obl. l. 2. ff. de prætoriis ſtip. Cum hæres, & defunctus ſint una, & eadẽ perſona, & in omnibus hæres ſuſtineat & repræſentet vicem & perſonam defuncti, licet alias accidentia non migrent de ſubiecto in ſubiectum. l. hæredem. de reg. iur. Anch. conſ 26. l. quis ergo caſus. ff. de peculio. Simulatq; enim hæres adiuit
6 hæreditatem, † ſe ſponte ſua, quaſi contraxerit, obligauit irreuocabiliter. l. 3 §. vlt. & ſeq ff. quibus ex cau. in poſſ. eatur. l. 4. § hæres. ff. de act. & oblig. Quinimmo hæres adeundo, non tantum dicitur contrahere cum creditoribus, & legatariis, uerum cum defuncto, cuius voluntatem, & actum pleniſſime confirmauit ſua aditione, Gl. & Florianus in l. his conſequenter. § 1 ff. fam. erciſ. l ſi patroni. §. qui fideicommiſſariam. ff. ad Trebel. Ang. Aret in tract de teſtam glo. vlt. Et ſic triplicem ſuſcipit hæres obligationem, cum defuncto, cum creditorib.
7 † cum legatariis, quamuis Bart in l. de eo ff. de iudiciis, quem videtur ſequi Decius in l. qui cum alio. de reg iur. & Bolog. in l. nemo poteſt. de leg. 1. dicat hæredem adeundo non obligari creditoribus, cum iampridem eorum obligatio a defuncto
8 traxerit exordium, & firmamentum, legata vero † non niſi ab hærede incipiunt. l. hæreditariarum. ff. de act. & obligat. Quia hærede non adeunte, omnia relicta in teſtamento intercidũt & euaneſcunt. l. ſi nemo ff. de teſta. tute l. eam quam. C. de fi-
* deicom Sed contra Bar. * eſt communis opinio, Iaſ. in d. l. nemo poteſt. Aditio igitur hæredis veteri creditorum obligationi nouam addit actionem, legatariis non niſi nunc præbet ius, & actionem. Nec refert verũ proprios habeat hæres creditores nec ne; Et vtrum bona ſint ſoluendo vel non, quoniam omnibus tenetur inſolidum. l. ſi creditores. ff. de ſepar. l. j. C. de bonis auth. iud. poſſ. Quo circa hæredes hunc ſibi ſcrupulũ iniectum videntes, olim ante Iuſtinianum recuſabant adire hæreditatem, aut per varias ambages tempus ad deliberandum ſibi decerni poſtulabant. Quæ res interdum hæredi, interdũ creditorib & legatariis præiudicium afferebat, l. j ff. de ſucc.
9 ed. Iccirco Iuſtinianus † ſaluberrimũ adhibuit remedium, confectionem. ſ. ſolennis inuentarij Nam ſi hæres ex præſcripto Iuſtiniani ſolenniter faciat inuentarium, nullum omnino damnum pertimeſcet, alioquin, non facto inuentario, non tantũ æris alieni iacturam patietur, ſed etiam legata de ſuo ſoluet hodie. § ſi uero non fecerit. Auth. de hær. & Falc. Quod ſane monſtroſum, & portentificũ vr̃, vt qui parũ, aut nihil inuenit, teneatur de ſuo. Cũ maxime ſit regula, nemo tenetur ad debita alterius. l 3. C. ne vxor pro mar. Et, læſus vltra dimidiam, reſtituit̃, ſeu redintegrat̃ l 2. C. de reſc. vend. Veruntamen ſibi
10 imputet hæres: Nam & alio modo † quod per aditionem poteſt quis obligari, & valebit obligatio irretractabiliter, licet parum aut nihil habeat, vt conſtat de filiofamilias peculiaro, vel non qui ſi non habet in bonis, luit in corpore. l. ſi quis cum filiofamilias & l. ſeq. ff. de pecul. l. pen. C. qui bonis ced. poſſ. cum & obligatio ſit iuris veluti hæreditas, vt pleniſſime præter oẽs hoc anno declaraui Inſt. de obl. in prin. Verum hoc Monſtrũ iuris ciuilis, Chymæramq; portentificam, atq; hydrã repullulantem,

lanſem, Iuſtinianus noſter quaſi nouus Hercules, aut Belle-
rophontes enecat, trucidat, extinguit. Hęc ſolennia duabus
11 continentur † cōſtitutionibus; quæ ſunt lex vltima. C. de iure
delib. Et authenticum de hæred. & Falci. Proinde ad has duas
conſtitutiones, huius monſtri interfectrices, tanquam ad ſa-
cram anchoram eſt confugiendum: & tanquam ad Heſperū,
& Luciferum duo fulgidiſſima ſidera, lumen nobis pręmon-
ſtrantia intuitus eſt dirigendus. Plures.n.leges, & cōſtitutio-
nes anteriores corrigunt, & declarant. Quin authenticum,
tanquam vltimam, derogat in quibuſdam.l. vltimæ, vt poſt
glo. in §. ſi vero nō fecerit. Eiuſdem authentici, declarant ibi-
dem Beluiſ. Bart. Ang. ut inferius apparebit. Si quidem ita na-
tura comparatum eſt, vt quotidie aliquid de nouo emergat:
cum lubricus, & variabilis ſit rerum humanarum curſus, atq;
omnia vltriuſecus, & indeſinenter reuoluantur: Vnde quę de
nouo emergunt, nouo indigent auxilio. l. de ætate. § ex cau-
ſa. ff. de interrog. actio. Et ſecundum temporum varietatem,
12 † ſtatuta quoq; variantur humana: ex circunſtātiis locorum,
perſonarum rerum: quia vnaquęque ciuitas abundat in ſenſu
ſuo. c. non debet. de conſan. & affi. Hinc eſt q valent ſtatuta,
& conſuetudines, quibus ſolennitates inuentarij tolluntur,
vel minuuntur, vt mox apparebit.

Ante omnia ſciendum eſt plures eſſe ſpecies inuentario-
13 rum. Et quidem Spec. de inſtru. edi. §. vltim. ponit † quinq; ſpe-
cies. Vnum eſt inuentarium tutoris, aut curatoris. l. tutor qui
repertorium. ff. de admi. tut. l. tutor. 2. C. eod. aliud orphano-
trophi. l. orphanotrophos. C. de epiſc. & cle. vbi gl. & DD. in-
terpretantur orphanotrophum, hoſpitalium adminiſtrato-
rem. Quæ interpretatio non placet Io. Coraſio, in l. in ratio-
ne. 1. § quod vulgo. ff. ad l. Fal. Aliud eſt pręlati, ſiue is ſit epiſ.
ſiue alius prępoſitus. c. de Siracuſanæ. 28. diſt. quartum fiſci. l.
ſi quis intra. C. de bon. proſcr. l. 3. l. vlt. C. de bonis vacantibus
lib. 10. quintum hæredis ſuper quo noſtra verſabitur indaga-
tio. Quotidie.n. hæc vox circumſonat, talis eſt mortuus, talis
eſt relictus hęres, talis adiuit cum beneficio legis, & inuenta-
14 rij. Sunt & alia genera inuentariorum: † & aliæ perſonæ, quæ
poſſunt, vel debent facere inuētarium. Eſt curator ventri da-
tus. Curator bonorum, vel hęreditatis. Eſt creditor occupās
bona ſui debitoris. Eſt fructuarius oīum bonorum. Eſt pater
adminiſtrator, hęreſue aduentitiorum, aut Caſtrenſium, aut
quaſi Caſtrenſium. Eſt arrogator. Eſt monaſterium occupās
bona ingreſſi. Eſt executor vltimæ voluntatis. Et ſequeſter,
Spe. loco, quo ſupra, & ibi Io. And. in l. vlt. C. de cura. fur. l. 1. §.
pen. ff. de ventre in poſſ. mit. l. 1. ff. de curatore bonis dando. l.
vlt. ff. de bo. auth. iud. poſ. & ibi Alber. Porcel. in ſuo tractatu
de inuētario, cunctis alius, quos adhuc ante me viderim, ple-
niore. Vitalis Cambanus, clauſula, Nil nouari inuentari cōfe-
ctione pendente. Ioan. Iac. à Canib. de execut. vlt. vol. § repe-
titis. Boer. deciſ. 61. Arius Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. & no-
15 uiſſimè D. Rolan. à Val. in ſuo † tractatu de cōfectione inuen
tarij, edito poſt primam editionem huius mei, par. 2. viii per
53. § ſeu quæſtiones tractat, de pluribus perſonis, an teneātur
facere inuētarium. Reſidens in hoc, tenetur reddere rōnem,
ergo & facere inuentarium, gl. in l. his qui. ff. de tuto. & cura.
l. cum tale §. 1. de cond. & dem. l. 1. §. officio, de tut. & ration ib.
diſtrah. verum vt valet hæc argumentatio: ita non ſemper va
let hæc alia, Tenetur reddere rationem, ergo † tenet de ſuo,
16 ſi non faciat inuentarium. Et ideo pleriq; ſupradictorum, &
nominatorum per eum dicūtur potius facere deſcriptionē,
Diarium, Calēdarium, & Codicem, q̄ verum inuentariū mo
re hęredis. Hinc eſt q penes Romanos vnuſquiſq; priuatim
conficiebat tabulas ſeu ephemeridas expenſi, & accepti, quas
poſtea cenſoribus offerebant. Cicero pro Roſcio, pro Milo-
ne, & in Philip. Cornel. Nepos in vita Pomponij Attici. l. 3. §.
pen. ff. ad exhib. l. qui tabulas. l. quidā ff. de fur. Bud. in l. talis. ff.
de iure dot. & in l. in l. cenſoria vbi quoque Alcia. de ver. ſig.

Secundò eſt præmittendum q inuētarium remitti poteſt
17 Lege † Statuto. Cōſuetudine. Pacto. Vltima voluntate. Exa
minemus ſingulos modos. Huc enim pertinet, inuentarium
niſi ſit remiſſum, hæredem ſemper teneri; neque aliquo prę-
textu excuſari: quia iura ſunt nimium clara, & aperta. l. leges
ſacratiſſimæ C. de legibus. Lege remittitur inuentariū. Quip-
pe eſt mera inuentio iuris ciuilis; Fuit enim inductum a Iu-
ſtiniano, totius iuris ciuilis, quod hodie præ manibus habe-
mus, concinnatore. d. l. vlt. §. ſin autem hoc. C. de iure delibe.
Ergò contrario iure ciuili, vel lege, vel ſanctione remitti po-
teſt, maximè cum fiat recurſus ad ius primęuum l. ſi vnus. §.
quod & in ſpecie. ff. de pact. Item reponitur in æquitate iuriſ-
gentium, quæ eſt vt nullus ex alieno negotio, vel debito prę-
grauetur. l. vnica, C. vt nullus ex vicaneis, lib. 11. Craue. in re-
ſponſo pro Genero, nu. 91. & nu. 469. vbi probat refragari iuri
diuino, naturali, & humano, vt hęres teneatur pro defuncto.
18 † Quid igitur ſi hodie Maximilianus Imp. O. M. abrogaret le-
ges Iuſtiniani, loquentes de inuentario, prout Carolus V. Pa-
truus ipſius an. MDXXIX. legem promulgauit in illo arti-
culo cōtrouerſo, vtrum filij fratrum ſuccedant in ſtirpes, vel
in capita, an valeret abrogatio? Quid ſi Principis reſcripto
tollatur inuentarium? Princeps quidem Rom. facilius tollet:
cum & cætera, quæ ſunt iuris ciuilis, veluti actiones, ab eo
tollantur. glo. in l. quoties C. de precibus Imp. off. melior gl.
Cy. Butrig. Bar. Bal. Ang. Saly. Pau. Iaſ. in l. vlt. C. ſi contra ius,
uel util. pub. Quod eſt expeditiſſimum in actionibus legato-
rum, maximè ſi hæres diſtringeretur à legatarijs vltra vires
hæreditarias: Alius Princeps q̄ Romanus non tam facilè re-
ſcriberet cōtra ius tertij: etiam legatarij; cum inferior non tum
par legem ſuperioris, i. Iuſtiniani præcipientis fieri inuenta-
rium. l. ille a quo. §. ſi teſt. ff. ad Treb. Faciunt tradita in l. pe. ff.
de hære. inſti. in §. vlt. maximè per Fabrum, Iuſt. qui. mo. teſt.
infir. ſummi ſane Pontificis reſcriptum non minus proderit
quàm Cæſaris vox, cum & alias derogent canones iuri Cæ-
ſareo etiam in terris Imperij, ut no. in c. per uenerabilem. qui
filij ſint legi. in c. cum eſſes, & c. relatum. de teſta. in c. canonū
ſtatuta. & c. quæ in eccleſiarum. de conſtitu. Et hoc pręcipuè
verum erit, ſi reſcriptum expreſſim, & nominatim tollat ne-
ceſſitatem inuentarij. Quid ſi in reſcripto contineatur quod
procedatur ſola facti ueritate inſpecta? Adhuc uidetur idem,
cum per hāc clauſulam reponamur in ęquitate & ſtatu iuriſ-
gentium reiectis ſcrupuloſitatibus, & ſolennitatibus iuris ci-
uilis. Bal. conſi. 147. lib. 4. Iaſ. conſi. 105. lib. 1. Crauet. in præal-
legato reſponſo pro Genero, nu. 477 & ſeq. aſſerens ita ſerua-
ri in regionibus Pedemontanis ſaltem reſpectu ſolēnitatum
inuentarij. Quid ſi Rex Galliç, Hiſpaniarum, uel alius ſanciat,
ſeu reſcribat? Tiraq. in tract. Le Mort ſaiſit 12. declar. 2. partis.
Viglius in §. extraneis. Inſt. de hære. qual. & diffe. dicunt penes
19 † Francos non ualere inuentarium niſi a Principe impetre-
tur, quapropter eorum lex, & conſuetudo ſeruabitur in ſuis
regionibus: Quod ideo penes eos ſancitum in moreſq; rece-
ptum crediderim; quia ignominioſum, & reprehenſibile opi
nantur, ut quis parentis, uel agnati, uel affinis, quibus fit hæ-
res, nolit agnoſcere onera; & quodammodo honorem, & cō
ſcientiam expurgare. Conſuetudine remittitur inuētarium,
quia ualet argumentum de conſuetudine ad legem: Et con-
ſuetudo eſt altera lex, & natura. l. de quibus. ff. de legib. Immo
uincit, nec uincitur a lege. l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo.
Quod ſi conſuetudine intermittantur quædam ſolennitates
inuentarij, multo magis id ſeruabitur, dummodò non tolla-
tur ſolēnitas iuriſgentium, quæ eſt ut in ore duorū uel trium
ſtet omne uerbum Bart. Bal. & alij in auth. ſed cum teſtator.
C. ad l. Fal. Ang. in l. §. hęc ſtipulatio. ff. ſi cui pluſquam per l.
Fal. Vitalis in Clau. Nil nouat. inuentarij confec. pend. Statu-
20 to remittitur inuentarium, q quia fit recurſus ad ius cōc. † &
quia ualet argumentum de cōſuetudine, ueluti de lege ad ſta
tutum, gl. & dd. in c. ult. de conſuetu. Bart. in l. oēs populi. ff. de
iuſti. & iu. Et ſcio extare ſtatuta in quibuſdam ciuitatibus, &
regionibus ut non ualeat inuētarium: Quippe cum hæredes
obtentu inuētarij non rarò remorent, & ſuppilēt creditores,
alioſq; licet ſciant hæreditatem eſſe lucroſam. Eò namq; im-
pudentiæ, inſtigante Dęmone, habendiq; cupiditate ingenia
hominū adigunt, ut dummodo diteſcant, alioſq; expolient,
diruant, peſſundent; nihil penſi, nihil æquitatis aut uerecūdię
prę oculis habeant. Mauult aliquis alios defatigare ſpe mini-
mi lucri, quàm pedem mouere, ut alios trahat ad uiam, ſalu-
temque, uſq; adeo ſęuit hominū prauitas, atq; inſatiabilitas.
21 † Quapropter huiuſcemodi ſtatuta, diuino afflante numi-
ne, ſancita plerunq; eſſe exiſtimo: maxime ubi iudices, facilli-
me imposturā patiunt. Quibus ubi uulgatiſſimū caſum legis,
aut iuris terminum indideris, illic eos hærere uideas quaſi ad
ſcopulū, vel ad Rotam alligatos: & vbi Bar. Bal. Alex. auctori-
tatem allegaueris, quam limis oculis, ſępeque luſcioſi exhau
ſerint pro oraculo id habēt: & non minus quam Pythagoræi
olim ſectatores peruicaciter iactant, ipſe dixit. Qui profectò
Bar. Bal. Alex. ſi reuiuiſcerent, & de eo caſu interrogarentur,
cōtrarium reſpōderent nō ſine rubore, penſitatis ſedulo cir-
cunſtātiis locorum, perſonarum, temporis. Nā ſi qua alia in
ſcientia, indiuiduorū, circunſtantiarumque cōcretio, & com
22 mixtio difficultatē parit, & tenebras offundit: in iure † pręſer
tim ciuili tot ſunt anguli, tot latebræ, tot receſſus: ut uel ocu
latiſſimus, & ſolertiſſimus quiſque facile impingat, atque a iu
ris, æquitatiſque tramite deflectat. Quod nō ſemel conqueri
libet: Si quidē ex facto ius orit: & ex modica facti diuerſitate,
diuerſa inducit iuris cōſtitutio: neque hoc certa lege, ac rō-
ne ſciri, aut doceri poteſt. Ac veluti in Mari ſi nauis undis
procelliſque frangat, opus eſt ſubitarijs armamentis, & ex tē-
pore cōquiſitis, non iuſtis, & plenè fabre factis ita in hoc mi-
ſerrimo vitæ inſtabili inter tot diſcrimina, caſus, & infortu-
nia, ad extemporaneas leges, pręſentaneaque remedia confe-

ſtim eſt decurrendum: Quoniam non ſemper leges, iuraq; ad
manus ſunt: Et, vt ad manus aſſiduè ſint, nequeunt tã rectè
illi puncto, actuiq; conuenire, natura refragante: quæ ſemper
23 in rebus humanis diſſimile † quidpiam intermiſcet. Eant ſa-
nè, & ſuæ petulantiæ, mendaciitatiſque pœnas luant, qui latiſ-
ſi mum ius ciuile ſe triduo profiteri poſſe iactant. Dixit id Ci
cero. Quidni? Mentiri interdum licet maximè oratoribus: vt
animos captent, moueant, alliciant; vtque verborum, ſenten
tiarumq; facibus, ceu telis quibuſdam amentatis, omne pro-
cul odium, uituperationem, acerbitatemq; propellant. An ſi
Cicero ſanguine, vt aiunt, & ſenſibus frigeſcentibus extra Ro
ſtra interrogatus fuiſſet, ita dixiſſet? Nihil minus. Accedit, q
ea tempeſtate ius ciuile infantiam agebat. Nempè erant par-
24 ua, & anguſta capita: † & quæ pueris ediſcenda traderentur;
nõ quia tũc non fuerint eadẽ facta, negotia, uiciſſitudineſq;:
verum quia leges, & iura nondum fuerũt aptata ſingulis liti-
bus, & quæſtionibus terminãdis. expectabatur enim plerun-
que prætoris authoritas, edictorumq; tranſlatio. mendacio-
res, & impudentiores ſunt illi, qui ius ciuile laborioſum tan-
tum, nõ ingenioſum eſſe aiunt. O vocem impiam, maledicen
tiamq; flagris dignam. Ius ciuile eſt eorum, qui ſunt hebetis
ingenij; quique duntaxat laborem volendi chartas perferre
queunt? Neſcis, inſane, neſcis quam accuratè ſint ſingula per-
ſcrutanda & ediſſerenda. Numera Sidera: & Solis radios; &
arenas Maris; & frondes Arborum uernantium ſi potes; Et
poteris quoq; iuris nodoſa dogmata, contrarietates, cauſas,
differentias rimari, conferre, & ad digitos ſupputare. Ius ciui
25 le, mihi crede, † cõtinet omnia facta, negotia, accidentiaque
humana, quorum numerus eſt immenſus, & incomprebẽſi-
bilis, vt non ignorauit iuriſconſ. in l. omnis definitio. de regu.
iur. dum dixit, q omnis definitio in iure eſt periculoſa, rarum
26 eſt enim ut nõ ſubuerti poſſit. Cur ſic? † Non ob aliud, quia
pleræq; aliæ ſciẽtiæ, & diſciplinæ ſuos habent limites, & mem
bra, ſeu capita finita, vel ſaltem certiora. At ius ciuile verſa-
tur ſuper facto, quod quoti die, oculis videntibus, & ferme
ſingulis horis, ac momentis contingit, & variatur; & factum,
quod nunc contingit, ſi alias cõtigit, vel cõtinget; habet pu-
ſillum ens, punctumque, vt ita dixerim, inſecabile; quod legẽ
extantem omninò effugit, & tranſgreditur. Quapropter non
ſine numine, afflatuque cęleſti poteſt quis eſſe verus, perfe-
ctuſq; iuriſconſ. cum tot minutulas particulas, atq; atomos
27 diſcernere debeat; † quod nec Plato, diuini cognomen inter
mortales meritò adeptus, inficiari auderet; Et deſudaret ma-
ximoperè in noſtra palæſtra dimicans, reminiſcens ſui dicti,
q a ſummis generibus eſt inchoandum; & per gradus ad ſpe
cies infimas, ſeu ſubalternas eſt deſcendendum, ibiq; conſi-
ſtendum: quoniam indiuidua ſtatim ſuboriuntur, quæ nec
ſciri, neq; excogitari omnimodo poſſunt. Neq; id rurſus infi-
28 ciaretur Neratius, † quamuis dixerit in l. 2. ff. de iur. & fac. ign.
ius certum, finitumq; eſſe debere. Quis negat hoc in caſibus
& indiuiduis lege comprehenſis? At in nõ comprehenſis, nõ-
dumq; ſancitis, quomodo poſſibile eſt ſingulatim eos eaque
colligere, & comprehendere? Eſt impoſſibile ſine dubio ſcri-
ptis, ſermoneq; exprimere, atque etiam cogitatione interim
complecti ſingula. Attamen ad inſtar nautæ, de quo nuper;
& medici: qui ad pręſens malum adhibeatur, debemus repen
tinis vti præſidijs, & noſmetipſos ſtatim conſulere, atque ada-
ptare. Abſit vt ingenio, ſenſibuſq; torpens, quiq; in eis tãtum
inſidet & conſeneſcit, quæ vidit, legit, didicit, ualeat in rem
pręſentem venire, & opem ferre. Nec tam vnda velox; Nec
tam ignis ardens, nec tam ventus acutus eſt, quam ille eſſe
debet, qui iuris prudẽtiam profiteri vult; quæ eſt diuinarum
atque humanarum rerum notitia, i. vt interpretatur Budęus
in l. 1. de iuſt. & iu. omnium ſcientiarum, doctrinarumq; libe-
ralium, & demonſtrabilium, & quarumlibet aliarũ enciclius
concẽtuſq; Vę porrò illis, qui fas, & ius venalia habẽt, vel qui
diplomate iudicãdi cohoneſtati, aut potius deboneſtati igno
rantiæ ſuę aculeos in miſeros litigatores nõ ſine Aſtręæ indi-
gnatione contorquent, quæ à nullius vnquam iuſtiore pe-
29 titione diſtrahitur. l. bona fides ff. depoſ. Conſtat namq; † iudi-
cem fallacem, & imperitum litem ſuam facere, neq; impuni-
tum in hoc ſeculo, & alio diſceſſurum. Vbi igitur ſunt legum
cõtemptores, impij, imperiti, ibi ſtatuta omninò fieri ſuade-
rem prohibẽtia, aut moderãtia inuentarium. Vel etiamſi nõ
ſint ſtatuta, ſuaderem Principibus ne prætextu inuentario-
rum ſibiipſis conuicia, & deteſtationes bona fide agentium
accerſerent; improborum autem, & technas ſtruentium uo-
racitatem fouerent. Iuxta hæc de ſtatuto quæritur, dicit ſta-
30 tutum q hæres capiatur, vel teneatur omninò pro debitis
defuncti, an ſi faciat hęres inuẽtarium, & ſoluat ad finem bo
norũ hęreditariorũ, tenebitur de ſuo, & trudetur in carceres?
Et idẽ in ſimilib. quęritur, ſi ſtatutũ dictet inſtrumẽtum rem
iudicatam, arbitramentũ mereri executionẽ, vel valere oĩnò
factum, promiſſionem, ſeu alienationem defuncti. In quibus
ſanè oĩbus crebrius receptum eſt hęredem nõ teneri, nec pe
riclitari ſi faciat inuentarium; niſi ſtatutum ulterius progre-
diatur, per Bald. in l. dotis. C. de iure dot. in l. 1. C. ne filius pro
patre. Alex. in l. 1. nu. 25. de leg. 1. Quæro inſuper, ſtatutum ex-
preſſim prohibet inuẽtarium, an inuẽtarium proderit ſaltem
31 † in bonis exiſtentibus in alio territorio? Pau. de Caſt. in l. ſi
fideicommiſſum. ff. de iud. dicit ſe uidiſſe de facto determina-
tum Florentiæ, ubi extat tale ſtatutum, q ſi maior pars bono-
rum ſit Florentiæ, inuẽtarium nõ proderit; quoniam in obli
gatione, & actione perſonali, qualis eſt illa, quæ prouenit ex
quaſi cõtractu aditionis heres ſortitur forum illius loci, ubi
eſt maior pars bonorum. d. l. ſi fideicommiſſum. Bald. conſil.
219. lib. 1. ſin autem maior pars eſſet alibi, inuentarium pro-
deſſet; quia couſq. non extenditur auctoritas ſtatuentis, Gui.
Per. Cyn. Buttig. Bart. & plurimi alij in l. cunctos populos. C.
de ſum. trin. & fide catho. in l. exigere. ff. de iudi. Landrianus,
32 † ad Specu. de inſtru. edi. §. ult. faciens mentionem de ſtatuto
Papiæ, prout quoq; facit Rolã. in fine ſui tractatus, quãuis de
Lãdriano nihil dicat. Quid ſi ſtatutũ nihil dicat de legatarijs,
an quoad legatarios proderit, vel oberit inuentarium? Quod
magis eſt, Paulus, conſil. 312. lib. 2. Nec mirum, quia veluti in
quæſtione præcedenti, prohibitio non tranſgreditur locum
33 ſeu † territorium, ita non tranſgreditur perſonas nõ expreſ-
ſas: idem eſſet in re vna, vel tempore, quia caſus omiſſus re-
linquitur diſpoſitioni iuris communis. l. ſi cum dotem. ff. ſol.
matri. Adde infra in centeſimo effectu inuẽtarij. Statutum
tamen ciuitatis comprehendit oppida, ſuburbia, & omne
34 † territorium illius ciuitatis. l. 2. l. ædificia, & ibi per glo. & Al-
cia. de verb. ſig. cum idem poſſit ſtatutum intra confinia ſta-
tuentis, quod Imperator in uniuerſo orbe. Bald. in l. vlt. C. de
quad. præ. Quæro hactenus, ſtatutum vult omnes creditores
eſſe æquales in credito, non conſiderata temporis, ſeu priui-
legij prærogatiua, an hæres cum inuentario poterit vni gra-
tificari, & prius ſoluere per §. etſi præfatam? De hoc per eun-
35 dem Pau. conſi. 179. lib. 2. pacto † remittitur inuentarium, cũ
valeat argumentum de pacto ad ſtatutum, & ad legem. gl. ru-
bricæ. C. de decretis decur. lib. 10. l. non impoſſibile. ff. de pac.
Intellige ſecundum terminos habiles, quando creditores &
legatarij paciſcerentur cum hęrede. Quid ſi pars creditorum
vel legatariorum non paciſceretur, an paciſcentium volun-
tas alijs proderit, vel oberit? Prodeſſe quandoque poterit ſi
ſint correi ſtipulandi, vel credendi. Obeſſe nõ poterit niſi om
nes, vel maior pars conſentiat. l. iuriſgentium. §. vlt. cum trib.
36 ll. ſequen. ff. de pactis. Illud conſtat, creditores, vel legatarios
inter paciſcentes ne hæres faciat inuentarium, nihil agere:
cum pactum vnius alteri non obſit. l. ſi vnus, §. ante omnia, ff.
de pact. & ius ſuum, vel priuilegium nemini ſit auferendum.
c. indultum. de regu. in. lib. 6. Veluti nec debitores hęreditarij
quicquam inter ſe paciſcentes proficerent. l. debitorum. C. de
37 pact. ſin autem paciſcatur hæres viuo defuncto, † intempe-
ſtiua videtur hęc pactio. l. vlt. C. de pact. partim quia tempore
pacti bona forte erant opulenta, adeoque nihil periculi me-
tuebat hæres licet non faceret inuentarium: partim quia nõ
niſi poſt mortem fiunt inuẽtaria. §. ſin autem dubius. Vnum
tantum hæredi obijci poteſt, quod præcauere potuit & de-
buit, non autem temere ſe conijcere in obligationem, quam
denuò ſua aditione confirmare videtur ad inſtar donationis
in filium, vel in coniugem collatæ, quæ mortis exitu confir-
matur vtcunque viribus antea deficeret. l. donationes quas
parentes. C. de dona. inter virum & vxorem. Firmius ſibi pro-
ſpicerent creditores ſi pactioni conſenſiſſet defunctus, quaſi
nomine debitoris bona ſua defunctus olim viuens oppigne
raſſet. d. l. vlt. C. de pactis. Nihil enim vetat bona ſua obligare
pro ſuo, vel alterius debito: præſenti, vel futuro. l. res hypo-
thecæ. l. & quæ nondum. ff. de pign. Sed an ſemper verum eſt
q hæres paciſcens non facere inuentarium, teneatur de ſuo
ſi poſtea pacti pęnitens faciat inuentarium? iuris rigor id ſua-
det, maxime ſi poſt mortem defuncti paciſcatur, quaſi tunc
38 exploratas habeat vires † hæreditatis, Bald. in l. 1. C. qui bonis
cedere poſſ. ubi dicit quod obligatio non fit maior, ſed magis
exequibilis. Pondera ſententioſa uerba Baldi. Sentit Baldus
quod ſimulatque hæres adiuit & poſtea facit pactum, cogi-
tur ſtare pacto: & tenetur ultra uires, licet faciat inuenta-
rium: quia & ante pactum tenebatur ex ſua aditione, cum &
poſſit quis renuntiare beneficio, quod habet ne conueniatur
39 † vltra uires. Alexan. conſ. 133. lib. 5. Rui. conſ. 152. lib. 3. Goz.
conſi. 69. Ergo & ante mortem quandoque & poſt mortem,
ante aditionem, uel poſt poteſt hæres renuntiare, uel pacto
remittere beneficium inuentarij: cum quilibet iuri ſuo ad
libitum renuntiare ualeat. l. ſi iudex. ff. de minoribus, quan-
uis in hoc veluti in cęteris, non raro ignorantiæ, & ſexui, &
ætati ignoſceretur. Craue. in reſponſo pro genero, num. 452.
& mul-

& multis ſeq. vbi etiam comperies an renuntiatio reſpectu
vnius rei, vel perſonæ, noceat in alijs Et certe nõ nocet, quia
inuentarium recipit diuiduitatem, l. quoad quædam valet,
quoad alias res, vel perſonas interdum non valet, Bar cõſ. 154.
Bal. conſ. 265. lib. 3. Quod ſi creditores, & legatarij remittant
hæredi confectionem inuentarij, perinde erit quaſi ſecum pe
40 piſſent ne teneretur vltra vires. † Quod pactum indubitanter
valebit. l. primo gradu. ff. quæ in fran. cred. Vltima voluntate
remittitur inuentarium reſpectu legatariorum, & fideicom-
miſſariorum indubitabiliter. Nam cum potuerit eis teſtator
41 non relinquere, potuit etiam † relictum adimere. l. videamus.
§ pen. ff. de in litem iurando. Pau. de Caſt. Alex. Are. & pleriq;
alij in l. nemo poteſt. de leg. 1. licet aliquatenus reſtagetur ibi
Iaſ poſt Franc de Ramp. relatum per Anch. conſil. 365. Quã-
uis ergo hæres non faciat inuentarium, ad nihilum tenebitur
de ſuo, quaſi teſtator commiſerit pudori, & verecundiæ hære-
dis quid, & quantum præſtare velit, Inſt. de fideicom. hære. in
prin. Quod maxime verum eſt reſpectu fideicommiſſarij vni-
uerſalis, quandoquidem & ſi nihil dixerit teſtator, nihiloma
gis hæres teneatur de ſuo, quantumuis non fecerit inuenta-
rium. l. cohæredi §. cum filiæ. ff. de vulg & pup. l. ita tamen §.
ſi ex Trebelliano. vbi Pau. & Alex. ff ad Treb. Bal. Alcia. Soci.
Purpuratus, Alcia. & alij in l. debitori C de pac. Verùm vt nõ
prorſus inutilis ſit remiſſio, dicemus prodeſſe remiſſionem
ad Trebellianicæ deductionem, vt euitetur altercatio, an
propter omiſſionem inuentarij hæres amittat Trebellianicã,
Durantes ti. 5. cau 37. Porrò veluti ad bonum hæredis poteſt
42 † teſtator remittere; ita poteſt ad malum, ſeu damnum, perin
de quaſi hæredem arctauerit ad ſolidi ſolutionem. Et ſi qui-
dem hæres obtemperet, Ideſt adeat, & non conficiat inuen-
tarium, firmus in claris, quod tenebitur legatarijs de ſuo. § ſi
verò non fecerit. Auth. de hære & Falcid. In fideicommiſſa-
rio vniuerſali ſubſiſto ex ijs, quæ prædiximus, niſi quod ali-
quatenus hæres culpandus uidetur, cum ſciret hanc eſſe te-
43 ſtatoris uolũtatem. Reſpectu creditorum † hæreditariorum
non ualet remiſſio vt eis obſit teſtator, hæredi proſit: quia
nec ſi viueret teſtator, idemque debitor, eis officeret. l. 1. 2. C.
debitorem uend pig l. filiusfamilias. §. diui. de leg. 1 Bal in no
ſtra. l. vlt. § cum igitur. C. de iure delib. Alex. conſil. 82. lib. 2.
Quod conſilium videtur repetitum lib. 3. conſi. 40. excellen-
tiſſimus D. meus Mantua in ſuo dialogiſmo, quem edidit an.
elapſo M D L X X I I. Claſſe. 8. c. 11. Nec obſtat q tutori po
44 teſt † remitti confectio inuentarij. l. ult. & ibi Cyn Butrig Bal.
Saly & alij. C. arbit. tutelæ & in l ult. C. de cur furioſi. quia pa
ter obeſſe poteſt pupillo ſuo, ſaltem in bonis; quamuis & in
hoc vbi euidens eſt damnum, perniciesq; pupilli, cogetur tu-
tor per iudicem facere inuentarium, nihil ei opitulante iudi-
cio teſtatoris. l. in confirmando. l. vtilitatem. ff. de confir. tut.
ita Silimanus, quem refert, & ſequitur Bart. in l. nemo poteſt.
de leg. 1. Bar. Bal Imo Pau. in l. cum tale. §. 1. de cond. & dem.
Dec. conſi 418. Pariſ Cardinalis conſil 21 lib. 2. Crauc conſil.
174. Iulius Clarus, vir peruigil in eruendis iuris noſtri theſau-
ris, lib 3 ſenten. § teſtamentum c. 66. Didacus in c. 1 de teſta.
45 Vnum ſcias quoad tutorem, † q hæc remiſſio quãtumcunq;
valeat quoad tutelæ geſtionem, non tamen valebit quoad hę
reditatis aditionem, Bal. in l. filium. C fam. erci. Pau conſi 36.
lib. 2. Inſuper ſcias q quãuis reſpectu legatariorum, & fidei-
commiſſariorum valeat remiſſio; tamen ſi vellet fideicõmiſ-
ſarius facere deſcriptionem bonorum, ne qua fraus ab hære-
46 de committatur, non prohiberetur: quia hoc non obeſt † hę
redi, niſi quatenus ſubtrahere aliquid machinaretur, & aliis
prodeſt: vnde ſequitur quòd citrà ſumptum, aut impenſam
hæredis fiet hęc deſcriptio. l. defenſionis facultas, & ibi And.
de Baru. Bar. & Bal. C. de iure fiſ. lib. 10 Pau. de Caſt. conſ. 366.
lib 1. Honorabilis atque humaniſſimus Dominus meus, no-
ſtri temporis alter Scęuola, D. Ioannes Cęphalus, conſi 296.
Sed an veluti teſtator poteſt remittere confectionem inuen-
47 tarij: ita † hęredi pręcipere poſſit vt faciat inuentarium? Et
idem inquiri poteſt in pacto, ſtatuto, conſuetudine, nunquid
hæres arctari poſſit ad faciendum inuentarium. Et hoc ma-
gis eſt, prout reſpondit idem Pau. conſil. 292 lib. 2. vbi tamen
videtur dicere quod hoc non erit inuentarium ſolenne, & le-
gale: ſed erit inuentarium facti, quod & manu hæredis, vel al-
terius ſcribi poterit ſine legatariorum, aut creditorum cita-
tione, iuxta tradita in d l. defenſionis facultas, C. de iure fiſci
lib. 10. l. vn. C de proh. ſeq. pecuniæ. poſſet tamen attentari, &
cogendum hęredem ſolenne facere inuentarium, ſi vult per-
ſiſtere in hęreditate, maximè ſi bona ſunt ſoluẽdo, & tempus
legitimũ triũ menſiũ, vel unius anni nõ eſt coanguſtatũ, arg.
not. in l. unica. C. de his qui pęnæ no. & inferius tangetur.

Tertiò & vltimo eſt prænoſcendum (& hoc maximopere
adnotandum, atq; imis ſenſibus reponendum) q inuẽtarium
48 non prodeſt, nec obeſt † hæredi extra prædictas duas conſti-
tutiones Iuſtiniani in l. vlt. C. de iu. delib. & in Auth de hære.
& Falc. ita ſenſit Feder. de Sen. in ſua diſputatione. habita Pe-
ruſiæ, quæ ponitur in conſil. 21. vt refert Io. And. & Gemmia.
in c. quamquam. de vſur. lib. 6 Anch in c. poſſeſſor, & c. pecca
tum. in 9. q. de reg. in lib. 6 & conſi 413. Bar. Imo Are in rub.
& plenius in l cum hæreditate. ff de acq hæred. idem Are. in
ſuo eleganti conſi. 147. vbi tenent confectionem inuentarij
ſolum prodeſſe in his, quæ iure nouo per Iuſtinianum ſanci-
ta ſunt in prædictis duabus conſtitutionib. E conuerſo omiſ-
ſio inuentarii non obeſt in iis quæ erant ante Iuſtinianum.
Quibus adſtipulatur Paul. de Caſt. conſil. 77 & in conſil. 186.
lib. 2. dicens q hodie non facto inuentario remanemus in ter
49 minis prioribus reſpectu creditorum, † & fideicommiſſarij
vniuerſalis; cum & hodie velut olim poſſit hæres in reſtitu-
tione fideicommiſſaria deducere ius ſuum. l. debitor. ff. ad S.
C. Treb. quicquid dicat ibi Imo. & ibi Raph. Comen. tenuit,
q non ſolum hæres habet retentionem, ſeu deductionem
aduerſus fideicommiſſarium, ſed etiam ſolui, ſeu reſtitui re
petitionem. Alcia. in l debitori. C de pac. ut ſummatim dicã,
quæcunque iure ciuili anteriore, uel poſteriore; aut iure ca-
nonico, vel theologico ſanciuntur extra prædictas duas con
ſtitutiones, ſalua & illibata remanent hæredi, perinde ac ſi
nunquam Iuſtinianus locutus eſſet de inuentario. Verum ut
hæc clarius eluceſcant (inde enim pendet vera cognitio, &
50 intelligentia † totius huius tractatus.) quinque ſume regulas
multum, diuque animo meo reuolutas.

Prima regula. Succedens alio iure q̃ hæreditario, non te-
netur facere inuentarium; ideſt non tenetur vltra vires, licet
51 non faciat inuentarium. † Butrig. Saly. & alii in. l 2 C. ad l Iu-
liam de vi. Bal & Cor. in noſtra l. vlt. C. de iure delib.

Secunda regula. Hęres non faciens Inuentarium præſumi-
52 tur fur, † ſeu doloſus, §. ſancimus §. ſi verò non fecerit. Auth.
de hære. & Fal Corn. conſi. 39. lib 4.

Tertia regula. Inuentarium conſeruat hæredem ſine dãno
53 d. l. vlt. §. etſi † pręfatam. §. hæc quidem & §. ſin autem hoc.

Quarta regula. Inuentarium non prodeſt hęredi vltrà ea,
quæ ſanxit Iuſtinianus. Seu breuius, & uſitatius. Inuentarium
non prodeſt hæredi vltra ius cõmune, d. l. vlt. § licẽtia danda.
54 † Quæ autem ſint iſta, quæ ſanxit Iuſtinianus, nũc ſubiiciam.

Quinta & vltima regula Omiſſio inuentarij non obeſt hę
55 redi, niſi quatenus ſanxit Iuſtinianus. † Vel breuius Omiſſio
inuentarii non obeſt hæredi vltrà ius commune. Quæ pari-
ter ſanxerit Iuſtinianus in odium, & detrimentum hæredis,
ſtatim liquebit.

Poſſent poni aliæ regulæ, quarum vna ſæpenumero influit
in aliam. Inuentarium eſt loco iuris deliberandi. Inuẽtarium
eſt loco ceſſionis bonorum. Inuentarium ſecernit bona, per-
ſonas, & actiones. Hæres cum inuentario duas ſuſtinet perſo-
56 nas: ſuam, & defuncti. Inuentariũ conſeruat hæredi omnia lu
cra, & commoda iuris cõis. Inuentarium reponit hæredem
in ſtatu priſtino. Inuentariũ facit hæredem cenſeri extraneũ.
Inuentarium facit cenſeri hæreditatem non aditã. Inuenta-
rium non probat eſſe bona, quot in eo ſunt deſcripta, ſeu indu
cit pręſumptionem, q bona non ſint plura. Sed etenim vaga-
ri nõ expedit huc, & illuc: animum adhibe diligenter ad has
quinq; regulas, quia amplum tibi ſuggerẽt lumen ad vniuer-
ſam hanc inuentarij tractationem; ita vt tuto nauigare, & ex-
currere quoquo verſus poſſis, atq; oculis minimè conniuen-
tibus ad optatam metam reſpicere. Audacter dicam (niſi me
ſedula quædam, & tenaciter inhærens meditatio decepit.)
nullus caſus; nullus articulus; nulla quæſtio; nulla dubitatio
circa inuentariũ contingere poteſt legendo, diſputando, con
ſulendo, iudicando, quæ ab his regulis, & originibus nõ de-
ducatur, & deriuetur quod vt clarius eluceſcat, exempla ali-
quot, & illationes ſubtexere non grauabor.

Prima regula. Succedẽs extero iure, non hæreditario, non
57 tenetur facere † inuentarium. Probatur, quia in vtraque con
ſtitutione Iuſtinianus vtitur verbo, Hæres. cuius verbi pro-
prietas eſt, vt quis ſuccedat in vniuerſum ius eorum, quæ ex-
58 tant mortis tempore, † & quæ ſolummodò proueniunt ex
bonis, & prouiſione morientis. l. nihil eſt aliud. ff de verb. ſig.
glo. in l. pro hærede §. Papinianus. quam ibi mirè extolit Iaſ.
poſt vetuſtiores. ff. de acq. hære Infertur q legatarius, nec do
59 natarius inter viuos, † vel cauſa mortis: nec fideicommiſſa-
rius particularis tenetur facere inuentarium; quia nec lega-
tum, nec donatio continet ęs alienum. l. ſi hęreditatem. ff. mã
dati. l. æris alieni. C. de donationib. Item donatio quantumuis
In euentum mortis fuerit collata, non indiget aditione, nec
60 dicitur deferri iure hæreditario. glo. in l. poſt † legatum. § vlt.
& ibi Dynus, & Barto. ff. de his quibus vt indig. Bart. Alexan.
Are. Iaſon, Ripa, in l. 2. ff. de lega. 1. Quid in fideicommiſſa-
rio vniuerſali? Videtur nec ipſum teneri facere inuenta-
rium, cum non ſit verus hæres, licet imaginem obtineat

hæredis.l.ſi filius.ff.quod cum eo. Et ob hanc, credo, ratio-
nem ſubtilis Faber in §.extrancis.Inſt.de hęre.qual.& differ.
dicebat nec cogendum, nec admittendum fideicommiſſa-
rium ad confectionem inuentarij. Hæc tamen Fabri opinio
communiter eſt reprobata, cum ſaltem veritate ſineque in-
ſpecto fideicommiſſarius ſit verus hęres dodrantis, vel to-
tius.§.reſtituta.& ſeq.Inſtitu.de fideicom.hære.Bart.Rapha.
Alex.in l.in ratione.j.§.quod vulgo.ff.ad l.Falci. quid in lega-
61 tario vniuerſitatis? Natura legati repugnat, † vt legatarius te-
neatur de ſuo; cum legatum ſemper ſit vtile, & lucroſum.d.l.
ſi hæreditatem.ff.mand.§.ſi quis vna.Inſti.de fideicom.hęre.
glo.Dyn.Bar.& alij,inter quos ſubtiliſſimus Ruinus,& perſpi
caciſſimus Dominus meus Torniellus,l.j.ff.de leg.j.cum ta-
men legatum vniuerſitatis nõ rarò ſapiat hæredis inſtitutio-
nem,& contineat onera,& honores; ad inſtar fideicommiſ-
ſarij, arctabimus legatarium vniuerſitatis.l.ſi quis ſeruum.§.
vlt.& ibi Barto.ff.de lega.2. Quid in donatario vniuerſitatis?
Quid in fructuario eiuſdem generis? Quid in emptore, vel
ceſſionario hæreditatis? Nec hi quidem ſunt veri hęredes;
Cum tamen obtineant vicem hęredis, maximè penes hære-
dem vel alium nihilo remanente, vix ſe exonerabunt, quomi
nus ſoluant de ſuo, ſi non fecerint inuentarium. Vide in v.&
plenius in 9.membro: Quamuis in his,& multis alijs, vt de-
mus non teneri ad confectionem ſolennis inuentarij, quale
conficit verus hæres, non tamen ſubterfugient quominus ſi-
mile aliud inuentarium, vel deſcriptionem facere poſſint, &
cogantur: Quod ſupra in primo præmiſſo attigimus. Infertur
ad fiſcum, vt nec ipſe teneatur † facere inuentarium, cum ſit
62 ſucceſſor bonorum, non hęreditatis.l.1.§ an bona.& ibi Bar.
ff.de iure fiſ. Veluti nec arrogator. §.vlt.inſt.de acq.per arrog.
Nec monaſteriũ occupans bona ingreſ.auth ingreſſi.C.de ſa
croſan.ecc. Nec pr̃ occupans iure peculij.l.3.ff.de caſt pecul.
quãuis in patre hodie ſecus, Bald.in l.iubemus. C.ad Trebel.
ad ſimilitudinem fiſci trahemus agnatum delinquentis, ſuc-
63 cedentem ea auth.bona damnatorum.C.de bonis † proſcr.
Cor.conſ.278.lib.4 Nam nec ipſe ſuccedit tanquam hæres,
non magis quàm ſuccedens ex quolibet priuilegio, aut indul
to ſpeciali, pręter, vel extra regulas iuris communis, vt notãt
dd.in l.j.C.de ſacroſan. eccle.maximè Imo. Are.in rub.ff.de
acq hęre. Nunquid hęres teſtamenti militaris, immunis erit
ſi non faciat inuentarium? Reſpondetur, Neutique.§.penul.
auth.de hære.& Fal.Alex.Galiula,in l. Centurio.ff de vulg &
64 pup.quod ergo dicitur ſuccedentem iure, vel priuilegio † ſpe
ciali non teneri vltra vires, ſi non faciat inuentarium, proce-
dit quãdo extra iuris regulas ſuccedit, iure ſingulari, intuito
pietatis, vel ęquitatis naturalis: Quapropter nec ſuccedens in
bonis peregrini maximè extra limites Romani Imperij, per
auth.omnes. C.com de ſucceſ.tenebitur facere inuentariũ:
At hęres militis non ſuccedit iure ſingulari extra iuris termi-
nos, licet ipſi militi teſtanti pleræq; ſolennitates ſint remiſſę.
l.1.ff.de mili.teſta. Quid in hęrede ſtatutario, conſuetudina-
rio: ſi fortè ſtatutum, aut cõſuetudo inducat ꝙ filiusfamiliàs,
vel pupillus poſſint facere teſtamentum, ꝙ poteſt eſſe vt per
Iac.de Are.Bar.Imo.Are.in l.3 ff.de teſtamentis? Forte hæres
non tenebitur vltrà vires ſi non faciat inuentarium; cum neu
65 tro iure Cæſareo, nec Pontificio † caueatur; Dico Pontificio,
quia heres teſtamenti coram Parochiano, & duobus vel tri-
bus teſtibus.c.cum eſſes.& c.relatum.de teſtam.non euitabit
pęnas; Quandoquidem ſummus Pontifex in c.Ray & c Ray.
66 eo.tit.expreſſim approbat † iura ciuilia, loquentia de inuen-
tario, vt ibi omnes admittunt, Hoſt.Io.And.Anch.But.Abb.
Barba.Gul Didacus Contra prædicta de filiof.& pupillo facit
tex.in l.ſi non ſpeciali.C.de teſtam. ex quo textu inferunt dd.
valere ſtatutum, & conſuetudinem Venetorum, vt coram
duobus teſtibus fiat teſtamentum; Nam ſequeretur ꝙ hęres
talis teſtamenti in Alma ciuitate Venetiarum non teneretur
facere inuentarium; quod eſt abſurdum. Iſta, quãtum repeto,
& mecum cogito, ab alijs nõ tanguntur. Non expaueſcerem
aſſerere tales hæredes teneri facere inuentarium, quia non ip
ſi, ſed teſtatores vtuntur iure ſingulari: Quod ius ſingulare
inductum circa primordiũ, & confectionem teſtamenti, non
debet operari circa finem & ſucceſſionem ipſam iuxta tradi-
ta in authen.quas actiones. C.de ſacroſan.eccl. Spectanda eſt
itaq; perſona ſucceſſoris, non teſtatoris; vt ſcilicet ſucceſſor
ſemper teneatur facere inuentarium, ſi tanquam hęres ſucce
dat, quantumcunq; teſtator in factione teſtamenti priuile-
gio vſus fuerit: ſin autem non ſuccedat tanꝗ hęres: tunc non
tenebitur facere inuentarium, vt in caſibus ſuprapoſitis, &
67 multis ſequentibus, puta in hærede filiifamiliàs teſtantis de
dote. Nec non in eo, cui bona fauore libertatum addicũtur.
Et in legatario, cui defertur hęreditas per auth. hoc amplius.
C.de fideic. Nam hi non ſunt veri hęredes, ſed anomali, vt no
ſtri vocãt; Bar.& alij quam plurimi in l. poſt dotem.ff.ſol.mat,

Florianus in l.Pomponius Philadelphus.ff.fam.erc.gl.in.§ im
primis.l.inſti.de eo cui liber. cauſa bona ſunt add. Item ſi lex,
ſtatutum, contractus, ius gentium, Diuinum, Theologicum,
aliquid deferat hæredi: illud ei non extorquebitur, licet in bo
nis hæreditarijs ſit commixtum, & licet non faciat inuenta-
rium, quod eſt memorabile, & pro dogmate myſterioq; reti
nendum in materia inuentarij, quia non defertur tanꝗ ex hę-
reditate, & bonis defuncti, ſed iure extero. Hinc dicebat Cy.
68 in auth. quod locum. C.ſi ſec.nup.mul. † Quod lex, vel con-
tractus dat, homo nõ adimit. Huiuſmodi ſunt feuda antiqua,
maximè ex pacto, & prouidentia: emphyteuſis: lucrum dotis
delatum marito per ſtatutum, vel per tit.C.de ſecun; nup.iu-
ra ſepulchrorum: operę libertorum: Quarta ex conſtitutione
diui Pij: Deniq; cætera omnia quæ hæres non habet a defun-
cto, ſed à lege, à natura, à maioribus, à proprio contractu, vel
prouiſione: ſalua, & incolumia ſunt hęredi, licet nõ faciat in-
uentarium.l.3.ff.de interd. & releg.l.2.& ibi gl.Bal.& Saly.&
alij in l.2.C.ſi in frau.patroni.l.Scia.ff.de euic.Bal.in l.hac edi-
ctali.C.de ſecun nup.gl.& Beluiſ.in §.optime.Auth. de nup.
Iſer.& alij Feudiſtæ.in c.1.§ hoc quoq;.de ſucce. feu.gl.in c.j.
69 de feudi cog. quæ notabiliter dicit filium ſuccedentem † pa-
tri non acquirere feudum, ſed acquiſitum capere. celeberri-
mus Oſaſcus deciſ.68.num.30 plurimas auctoritates, & DD.
allegans iuris Pontificij, Cęſarei, Feudalis. Quatenus autem
diximus de omni quarta, excipe Falcidiam & Trebellianicã;
quia Falcidia percipitur tantummodo iure hæreditario, ſeu
inſtitutionis, d.l.in quartam.ff ad l.Falcid. & Trebellianicam
quia eam nemo habet, niſi ut hęres ſuccedat. l.mulier.§.vlti.
ff.ad Trebell.l.cum filiofam. de lega j proinde hęres retinens
Falcidiam, ſeu Trebellianicam tenebitur facere inuẽtarium.
& quidem totius hæreditatis, vt refert Ioan. And.ad Spec de
70 inſtru.edi.§.vlt. tenere Oldradum de hærede retinente Tre-
bellianicam. cæterum hoc de Trebellianica pendet ab illo,
an per omiſſionem inuẽtarij perdatur Trebellianica, de quo
infra refero quatuor opiniones: Et totidem de legitima. Quę
quidem legitima cum ſit quota bonorum, non hæreditarij.
l.Papinianus,§ quarta.ff.de inoffi.teſtamen. & conſequenter
eum ex prædictis deferatur potius iure extero, vel naturæ,
quam hæreditario: non tàm facile amittetur. Quamuis forti-
ter obſtet: quia, ſi filius tenetur de alijs ſuis bonis quę nun-
quam fuerũt in dominio patris, ſatisfacere hodie non ſolum
creditoribus, ſed etiam legatarijs.§ ſi vero non fecerit. Auth.
de hæred.& Falcid. multo magis ſatisfaciet de legitima, quæ
eſt portio bonorum paternorum.l.cum quęritur.C.de inoff.
teſtamen. Verum de hoc infrà præter cæteros omnes in §.in
computatione. Nota tamen hanc argumentationem de legi-
tima, quia etiam facit pro alijs rebus quæ deferuntur hæredi
71 iure extero non hæreditario, vt ſcilicet † hæres teneatur de il
lis ſoluere creditoribus, & legatarijs, ſi non faciat inuentariũ,
& bona hæreditaria non ſint ſoluendo: Quod quidem eſt
indubitatiſſimum, niſi forte excipias Feudum, iura ſepul-
chrorum, & pauca alia, quorum corpora, & proprietatem nõ
potuit defunctus alienare, minuereve: Et vix de commodis,
fructibuſque tenebitur hæres ſatisfacere interdum credito-
ribus hęreditarijs, ſi maxime non faciat inuentarium, Iac.de
Are.Alber.Ang.Comenſis, Pau.Rom. Are.Iaſ.in l.pro hære-
de.§.ſi quid tamen ff.de acq hære. Iſern. & Zaſ.in c.Imperia-
lem.de prohib.al.feudi per Frider. Afflic.deciſ.240. Item hæc
vera vt teneatur hæres ſoluere de ſuo, ſeu de rebus, quas ha-
bet iure extero, in creditoribus hæreditarijs, & legatarijs, ſe-
cus in fideicommiſſario vniuerſali, quia nihil eorundem re-
ſtituit hæres, licet non fecerit inuentarium, partim quia fidei-
commiſſum nunquam includit bona, iuraque hæredis.l.co-
hæredi §.cum filiæ.ff.de vulg.& pup. partim quia hoc nõ ſan
xit Iuſtinianus: Sanxit enim tantum Iuſtinianus ut hæres te-
neatur legatarijs: Ergo iura vetera quæ tantummodo arcta-
bant hæredem in ære alieno, non etiam in fideicommiſſo, re-
manent incorrecta. l.ab omnibus. §.vlt. & ibi Paulus de Ca-
ſtro reprehendens tacitè Imolam, de lega. 2. prout quoque
reprehendit in l.ita tamen.§.ſi ex Trebelliano.ff.ad Trebell.
l.debitor.l.ſi res.l.ſi patroni.l.deducta.in princip l.à filia. eod.
titu. vbi affatim plerique DD.Baldus, Alexander, Socynus
in l.debitori.C.de pactis. Pariſius conſilio 25. libro ſecundo.
Franc. Mar. prima parte deciſ.331.Natta, conſil.255.Aemil.
conſil.35. Alciatus Reſponſo.29. Berous conſilio 97.libro 2.
quamuis Ruinus aliquantulum nutauerit conſilio 99. lib.2.
Scito inſuper, & memori mente conſeruato, quod eadem
obuenientia hæredi iure extero non indigent aditione; Vel
licet adeatur, actiones ad ea non confunduntur, quod eſt
memorabile vt ſecunda hac vice pono in §. in computatio-
72 explicando ibi præter omnes, & breui methodo quę actio-
nes confundantur vel non. Proinde & ſine alia agnitione
transmittuntur ad hęredem quemlibet, Bal.in l.generaliter,

§. in

§.in his.C.de ſecun. nup. Pau. Alex. Iaſ.in l. cum antiquiori-
bus.C.de iure.delibe. Capra conſ.143.reprobat o Ang.conſ.
79.Corneus conſ.127.lib.3.Pyrrhus Aurel.de luitate. 3.q.l.1.
§.ſi impuberi.ff de col.bon.Nicolaus de Neapoli, & Alexan.
in l.ſi vir.ff.ad leg.Falcidiam. Capycius deciſ. 176. Rolandus
de lucro dotis. q.8a Phanu. pariter,de lucro dotis. glo.8.nu.
68.69. Ex quo ſequitur ꝙ maritus hæres vxoris poterit lucrū
dotis delatum à ſtatuto,habere etiamſi non adeat hæredita-
tem; & tranſmittet ad hæredem quantumuis ignoraret vxo-
rem defunctam.l.qui duos.& ibi Bar.ff.de reb. dubijs. Idem
in filio quoad tranſmiſſionem legitimæ, & Trebellianicæ.l.
quamquam. C.ad l.Falcid. l.ſi arrogator. ff.de adoptionibus.
Cæterum an idem quoad legitimæ deductionem, ſeu ſepa-
rationem, ſi non adeat hæreditatem; nondum eſt expeditū.
Romanus quidem in l.vnica.C.quando non pet. partes. hoc
permittit.Contra Romanum eſt communis opinio, vt ſcili-
cet filius non poſſit accepta legitima,reſiduū repudiare.Alex.
in l.quia poterat. ff.ad Trebell. pro Romano fortiter urget,
quia filius eſt creditor legitimæ;ſed creditor quantumuis hę
res relictus poteſt ſuū creditum deducere contra hęreditatē
iacentem, ſibiqꝫ ipſi ſoluere.l.debitor.ff.de neg.geſt.l.vt debi
tū C.de hære.act.l.vlt. C.de cur.furioſi. Ergo & filio idē per-
mitat Niſi dicas,nō eſt creditor,ſed quaſi creditor.gl.in l.3.
C.de iur.& fac.igno. Romani opinio ſuſtineretur ſi filius fa-
ceret inuentarium hęreditatis iacentis petens decerni cura-
torem,citatis illis,quorum intereſt ex cautela Bal.in l.debito-
ri.C.de pac.& in §.in computatione. vt infra ſępe memora-
bimus.Iaſ.conſ.28. lib.3.Pariſ. conſ.69.lib.2. Et facilius ſuſti-
neretur ſi filius, filiave agerent ad ſupplementum, vel ad ali-
menta; quæ non patiuntur dilationem. Corn.conſ.302.lib.3.
Sunt ergo tria circa hæc,quæ iure extrario debentur hęredi;
an amittantur per omiſſionem Inuentarij;an debeantur hęre
di ſine aditione;an tranſmittantur.Erit & quartum,an impu
tētur in legitimam. Alex.in l pater filium & plenius per eun-
dem,& plurimos alios ante,& poſt, præſertim per Picum, &
Ripam in l.in quartam.ff.ad l.Falc.Rayn.Bar. Albet.in l.ſi pa-
troni.in princ.ff.ad Trebel. Item quintum,an conferantur di
uidanturve.l.pen. C.de colla. Bar.in l.1.§.nec caſtrenſe. ff. de
73 colla.bono.& diſpice diligenter,quia aut hæredi † obueniunt
ex perſona ſua,aut ex perſona defuncti. Ex perſona ſua, puta
ſi hæres haberet aliquod priuilegium ante, vel poſt mortem
defuncti, quia miles, quia clericus. l.hæres abſens.ff.de iudi.
ex perſona defuncti,tripliciter,ante mortem; In morte; poſt
mortem. Exempla ante mortē ſunt, ſi à Principe fuiſſet olim
inueſtitus de feudo, vel emphyteuſi.c.1.de ſucceſ feudi.Bar.
Imo. Roma. in l.ſi finita. §.ſi de vectigalib. ff.de dam. infec.ſi
cum defuncto contraxiſſet, obligationem vel actionem con
tra eum acquirendo.|ſi eſſent bona obnoxia fideicommiſſo,
quæ vtique hæredi defunctus conſeruare debebat.l.in impo-
nenda.l.tritium.l.licet.C.ad l.Falcid.Hęc planè omnia præci-
pua erunt hæredis qualecunqꝫ interueniat prædictorū quin-
que,niſi teſtator compenſari pręceperit quandocunque:Vel
niſi interdum iure,neceſſitateque cogente data fuerint: nam
ſaltem imputabuntur,conferenturque.l.ſi debitor. l pater fi-
liam.l.quod de bonis.§.quod auus & §.ſeq.vbi Dy. Ray. Bar.
ff.ad l.Falcid.exempla in morte pauca ſunt. Sunt autem ferè
omnes quartę.d. l.quod de bonis.§ fructus.l.in quantitate.ff.
ad l Falc.l.cum quæritur. C.de Inoff. teſta. l.j.§.ſi impuberi.ff.
de coll.bono.prætérquàm ſi iure extero,vel ſpeciali deferan-
tur.l.ſi arrogator.ff.de adop authen. præterea. C.vnde vir,&
vx.ſuper qua Auth.cum eſſem ſcholaris Bononiæ, MDLXI.
annum agens 23 publicè argumentatus ſum Clariſſimo viro
Nicolao ab Armis, non magis iuris quàm Iuſtitiæ conſulto,
qualis Seru.Sulpitius,ſi credimus Ciceroni,& qualis.C.Aqui
74 lius qui ita iuſtus, & vir bonus fuit, vt natura non diſciplina
conſultus eſſe videretur. Huic(libenter nunc vtar verbis Gul.
Budæi) ſi ſimiles neoterici Iuriſconſulti extitiſſent, immenſa
illa, & numeroſa Commentariorum Iuris volumina, haud
quamquam reliquiſſent,materiam,& fomitem accēdendarū
litium,incendio vix vnquā deflagraturo.Quid diceres hodie
Budęe poſt annos 40.mortis tuæ? Pręſenti an. MDLXXXII.
mortuus eſt Tyberius Decianus Cathedræ Oraculum,Bien-
nio antè mortuus eſt Ioan.Cephalus Conſulentium Home-
rus.Cephalo ſucceſſit Guidus Pancirolus Tyrocinij mei au-
ſpex. Deciano Iac.Menoch. Nomenclator egregius. Exem-
pla poſt mortem ſunt in fructibus,vel incrementis.l.in ratio-
ne 2.ff.ad l.Falc.in obligationibus,vel actionibus,quas hæres
nanciſceretur contemplatione hęreditatis, l.ſi hęres pecu. ff.
ad Trebel.cętera omnia,quæ habet hæres veluti hæreditaria
in puncto mortis,ex bonis,& permiſſione defuncti,nūquam
cedunt lucro hæredis,niſi quatenus lex, & defunctus volunt,
quantumuis mille extarent inuentaria.

Sęcunda regula.Hęres non faciens inuentarium,præſumi-
tur fur,& doloſus.Hanc regulam ſubtilis Aretinus in rub.ff.
de acq.hære. reſtringit ad legatarios: Nam quoad creditores
vtpote de damno certantes: tenetur eis hæres etiam doli ex-
pers de ſuo,ſi non faciat inuentarium. l.quæ dotis.ff.ſol.mat.
75 l.more.ff.de acquiren.hære. hodie per hanc regulam † idem
eſt in legatarijs, vt hæres eis teneatur inſolidum. §.ſi vero nō
fecerit,quicquid dixerit Guido de Suzaria, & Raynerius prę
ceptor Bartoli,vt per eundem Bartol. Zaſium, & Coraſium
in l.in ratione. 2.§.quod vulgo.ff.ad l.Falc.Baldum in l.filium
quem habentem.C.famil.erciſcun.glo.Ang.Imo.in l.1.§ hęc
ſtipulatio.ff.ſi cui pluſquam per l.Falcid. Viglium in §.extra-
neis.Inſti.de hære.qual.& differ. & tenebitur etiam ſi legata-
rius ſit frater vel ſoror,Cepha.conſ.216 Nec ratio forte habe
bitur ne egeat hæres.l.verum.ff.pro ſocio.Infertur quòd hæ-
res petita deliberatione, non poterit tranſacto tempore de-
liberandi, amplius repudiare, §. ſin autem hoc. Item ſi bo-
na contrectauerit etiam citra nomen hæredis, patietur iu-
ramentum in litem. § quod ſi poſt. eiuſdem legis. vbi ita
ponderat ſubtilis Fulgo. Item non potietur beneficio. l.ſe-
cundę,C.de reſcinden. vendi.etiam quoad legatarios: Quia
nec contrahenti ſcienti & doloſo illud beneficium indulge-
tur, vt in 97. effectu. Item nec potietur beneficio ceſſionis
bonorum etiam ex perſona defuncti, qui viuens ceſſiſſet. Sal.
in.l.prima, C.qui bo.ced.poſſ. Matthæus Brunus Ariminen-
ſis, de ceſſ. bonorum. quæſtio. 6. quartæ quæſtio. principa.
Quamuis hoc vltimum de ceſſione defuncti ſimul cum Bal-
do admitterem,ſi ceſſio defuncti ſit proxima morti, & adi-
tioni hæredis. Item ſi hæres interim aliquid lucretur, cen-
ſebitur lucrifeciſſe ex pecunia, & rebus hæreditariis contra
l.ſi defunctus. C. arbi.tut. & l.tertia, ff. ad leg. Falcid. faciunt
tradita per Bald. in authen. ex teſtamento, C. de collatio.
Are.conſilio 31. Econtra decrementa, fatalitateque prom-
ptius hæredi imputabuntur ſi maximè requiſitus moram fe-
cerit,vel contempſerit. l.mora.ff de vſur. Item filius relictus
hæres, non oberit patri in peculio, cum tantum contrahen-
76 do † non delinquendo obeſſe queat. Bald.in authen. ſed cum
teſtator.C.ad l Falc. l.tam ex contractibus. ff.de iudi. Verum
enim verò hæc regula non vſquequaque uera, & ſecura eſt:
nam, vt vides, Aretinus reſtringit ad legata. Auchaianus in
conſi.411. indiſtinctè confutat maximè in foro conſcientiæ.
& ſubtiliſſimè, profundeque loquitur. Tu illum videto, ſi-
mulque excellentiſſimum Mantuam,ſenio,doctrinaqꝫ vene-
rabilem conſil.218.lib.2.

Tertia regula. Inuentarium conſeruat hæredem ſine dam
no. Infertur quòd hæres non tenebitur ad tantillum de ſuo
nec creditoribus, nec legatariis: Immò lucratur Falcidiam;
Et liberatus ab omni moleſtia iuris vel facti. §.etſi pręfatam.
Crotus conſi.107.Alcia.Reſp.32. Portius conſil 6 Infertur
ad primam regulam, vt ſcilicet obuenientia iure extero non
hæreditario penitus conſeruentur,nec aditione confundan-
tur. Nam ſi plerunque conſeruantur ſine inuentario, & ſine
aditione, quo caſu hæres videtur ſpernere legem,& teſtato-
rem; cui dubium quod multò magis conſeruabuntur hære-
di cum inuentario? facta tamen interdum compenſatione
vſque ad concurrentem quantitatem lucri, ſeu bonorum l.
ex qua perſona ff.de reg.iu.l.cum a matre.C.de rei ven.Item
77 damna, † & fatalitates poſt mortem non oberunt hæredi, li-
cet ante Iuſtinianum oberant. § quantitas. Inſtitu.de l.Falci.
l.in ratione 2.ff.eodem vbi Barto.& alij.Nec obſtat quòd in-
uentarium non prodeſt vltrà ius commune, quia illud non
eſt lucrum, ſed potius damni vitatio, vt infra dicetur. Quid
de fatalitatibus,& damnis poſt aditionem,& poſt confectum
inuentarium contingentibus? Nec iſta oberunt hæredi non
exiſtenti in mora,niſi forte debeatur genus, vel quantitas. Ca
ſtrenſis in dicta l.in ratione. & niſi forte Falcidia, quam hæ-
res deducere vellet de bonis ſuperextantibus. Belliſſimè
quæritur quando hæres ſit in mora; Et an teneatur de leuiſ-
78 ſima culpa. Quoad legatarios, hæres non † eſt in mora an-
te aditionem. l.hæredis aditio. ff. quando dies lega cedit.ſed
nec poſt aditionem intra tempus inuentarij.§ donec. Tran-
ſacto hoc tempore, ita demum erit in mora ſi legatarius
petat, atque interpellet congruo loco, & tempore. l.quod
te. ff. ſi certum peta. l. ſi ſolutum. ff. de ſolut. Nec confe-
ſtim hęres quātumuis interpellatus præſtare cogetur, maxi-
79 mè ſi res ſit alibi,quia ibi præſtari debet, vbi eſt, ſine incom-
modo, & impenſa hæredis. l. cum res. de lega primo, l.1. §.
Item ſi ita. & ibi Dynus, Iacob. de Are. Barto. ff.ad l.Falcid.
Ange.Alexan.in l ſi ſic,ff.de lega.1.& in d.l. cum res.§.culpa.
videtur eſſe textus ſecundum Petrum,Ray. Bar. Alex. ꝙ hæ-
res teneatur de leuiſſima culpa,licet Baldus contrarium ibi-
dem ſentiat. † Quoad creditores citius conſtituetur hæres in
mora,& mala fide,cum & hæredem cunctantē adire poſſint
inquietare; vel experiri contra hæreditatem iacentem. l.quā-

diù inſtitutus.ff de acq.hære. l.vt debitum. C.de hære. actio-
nibus.dicam in 87.effectu. Infertur ꝙ hæres vendens, vel ce-
dens,vel reſtituens hęreditatē,confeſtim exonerabitur. Saly.
in l.2. C.de leg. ſi tamen Trebellianicam retineat ſcinduntur
onera ſaltem æris alieni inter eum,& fideicommiſſarium.l.2.
glo. Petrus,Cy.Bart.Bal.C.ad Trebel.l.1.§. ſi. & ſequen.ff.co.
81 titu.Craue. conſ.16.186. Item litem cum defuncto incboatā
poterit hæres deſerere. Alioquin inſtantia & iudicium tran-
ſiret irreparabiliter in hæredem ſine inuentario, auth. Nunc
ſi hæres. C.de liti.l.ſi cum hominem. ff. de fideiuſſ. licèt non
tranſiret in ſingularem ſucceſſorem, veluti nec qualibet
aliud onus,Ange,Pau.vterq; Imo.Rom. Iaſ.in l.ſi conſtante.
§.vlt.ff.ſolu.matrimo.Dixi cum defuncto: Quoniam ſi hęres
ipſe ſponte ſua litem intenderet, non facile exoneraretur
per inuentarium: cum nec ab alia obligatione ſubleuetur
82 † quam ſponte poſt mortem defuncti ſuſcepit l.cum hęredi-
tas.j.& ibi Ange.Com Pau.ff. ad Trebel. Quippe non minus
contrahimur in iudicio quam extra.l.3.§.idem ſcribit.ff.de pe-
culio.Si tamen hęres neceſſariam litem inferret agendo,vel
excipiendo ſuper rebus,& negotijs hæreditarijs: Mox pręter
opinionem probabilemq; cauſam plus nimio vexaretur nō
improbe deſideraret ſe exonerari ſi hæreditatem omnino di
mittere ſit paratus, & cedere actiones non moretur per d §.
etſi præfatam. iuncto. §.& hæc quidem l.quod debetur.ff.de
peculio.l.ſi hęres pecuniam.ff.ad Trebel. Quod ſi in hæredi-
tate perſiſtat renuentibus creditoribus, & legatarijs quos
pergit eludere; & quorum petitionibus reſpondere nō vult,
hoc allegans,ꝙ bona non ſunt ſoluendo, & non vult mole-
ſtiam pati: nō procul à perfidia abeſt. Quapropter aut ſoluat,
aut ſententiam expectet ſine ludificatione,aut à bonis abeat,
quia fraudibus non eſt indulgendum.l. in fundo ff.de rei vin.
Concludas denique quod omnia beneficia, † & commoda
83 iuris communis; quæ haberet hæres extra cauſam hæredita-
riam,vel etiam ex cauſa hæreditaria,dummodo lucrum non
affectant vltrà ius commune, ſalua, & incolumia ſunt per in-
uentarium; quia non tantum dicitur damnum quādo patri-
84 monium & res propriæ † hæredis diminuūtur, verum etiam
quando amittit hæres quod de iure communi habere non
prohibetur l.3.& ibi nota.ff.de damno infecto. l.vlt. C.de al-
luuionibus & paludibus. l.vlti.C. de codicil. quocirca adhuc
Infertur ȝ Com.& Alex.in l.in ratione.j.§.quod vulgo.ff.ad l.
Falci. quod incrementa poſt mortem contingentia proſunt
85 † hæredi, non etiam creditoribus & legatarijs, niſi quatenus
eis proderāt ante Iuſtinianum. Ego hac æſtate diſtinguebam
quinque tempora in tractatulo,quem dictaui meis auditori-
bus de tribus quartis,Falcidia,legitima, Trebellianica,vt ſcia-
mus quæ in eis imputentur. Ante mortem In mortę.Ante adi-
86 tionem. † Poſt moram. Poſt aditionem. Recurre ad tradita,
in l.1.& vlt.C.de vſuris & fru.leg.per Dy. Bart.in l.cum res.§.
cum ſeruus.de leg.1.per Gloſſam, & Florianum in l.3.de vſu-
ris.per Bart. quem aliquantulum carpit Angelus, & vterque
Imo.in l.ita tamen.§.1.ff.ad Trebel.per glo. Iac.de Are. Ray.
Bart.Bal.Nic.de Neap.Ange.Corn.Paulum, Ripam in l.in fi-
deicommiſſarium ff.ad Trebel.& in l.in quartam.ff.ad l.Falc.
& magis in ſpecie, quantum pertinet ad inuentarium per
Ange.& Imo. in § hæc ſtipulatio. & nos aliquid infrà tange-
mus. Hinc ſimiliter infertur, quod hæres duplum detrahet,
vel plus,prout detraheret ſi nunquam fuiſſet hæres ſecundū
glo.& Cyn.in § in computatione. quicquid ibi dixerint Ti-
87 grinus,Bar.& pleriq; † alij. Infertur inter cohęredes vt vnus
non teneatur pro alio, facto inope, Bal.in l.ſiue pro fratre.C.
de neg.geſt.quod an verum ſit iure canonico, tradunt Cano
niſtæ poſt glo.in c.tua nos. de vſur. Infertur quod quæcunq;
beneficia iam agendi quàm excipiendi tranſibunt ad hære-
dem.l.non ſolum.ff.de in integ. reſt. DD.in l.quæ dotis.ff.ſol.
matrim.niſi eſſent priuilegia perſonalia defuncti: quæ veluti
88 † hæres non lucratur,ita quæ proprio iure habet non amittit,
l.hæres abſens.l. de eo.l.ſi is qui Romæ.ff.de iudi, vinceuerſa
delicta, & obligationes pœnales defuncti non tranſibunt in
hæredem l.vnica. C.ex del. def. veluti nec delictum hæredis
abolebitur prætextu ſucceſſionis.Infertur,vt non valeat obli
gatio bonorum hæredis facta per defunctum.glo. Cyn.Saly,
Fulg.in l.aſſiduis.C.qui potio.Imo. Pau.in l.ſi hęredis ſeruus.
de leg.1. vbi Alex. argumentatur in contrarium hoc modo.
Hæres adeundo approbat,& conſentit; At † hypotheca con-
89 trahitur ſolo conſenſu.l.1.ff.de pig act. Et hoc crebrius rece-
ptum eſt, quoquomodo hęres ex poſt facto ſcienter conſen-
tiat quatenus lucrum ſentit;atq; etiam vltra,ſi non faciat in-
uentarium, Afflic. deciſ.111. Maximè ſi ſe conſtituat aut iu-
beat hæredem ſe conſtituere,Bal in l.ſiue autem. §.1.ff.de pu
bliciana Ang.Rom Are.Claudius in l.quamuis. & in l.inter-
dum. ff.de acquiren.poſſ.Tiraq.de iure conſt.poſſ.amplia.31.
& ſequen.& dicam infrà.

Quarta regula Inuentarium non prodeſt hæredi vltrà ius
90 commune. Ius cōmune hic accipe duas Iuſtiniani † conſtitu-
tiones,quāuis conſtitutio Authen.de hære. & Fal.potius lo-
quatur contra hęredem quam pro hærede, niſi ꝙ approbat
omnia quæ in conſtitutione.l.vlt.C.de iu.delib. tribuit hęre-
di Iuſtinianus conficienti inuentarium Fermè antē octo ſan
cit Iuſtinianus in fauorem hæredis, quāuis gloſſemate meo
91 ad eandem legem 18.colligo vtilitates; † Quarum 12.faciunt
pro hęrede;ſed enim quis dubitat ꝙ plura in vnum,& vnum
in plura conuerti poteſt? Heroicum quiddam eſt loquendi
ſtilus,& arbitrium,dummodo veritas non lædatur.

I. Hæres faciens inuentariū nullum prorſus dānum peri-
culumq; habet.§.etſi pręfatam.vbi Alb.Bal.& alij intelligunt
in quolibet minimo damno tam perſonæ quàm rerum: ſiue
ſint res hæredis, ſiue etiam defuncti,dummodo nō lucretur
plus hæres de bonis defuncti,quàm ius commune velit.

II. Poteſt creditoribus, aut legatarijs primo venientibus
92 ſoluere,& gratificari.d.§.etſi præfatā. † Quod antea non erat,
maximè vbi hęres ſciebat alios potiores iure, vel tēpore; ſed
etenim Iuſtinianus plenius hęredi proſpicere voluit,quo ani
moſior adiret hęreditatem,& creditores,legatarioſq; redde-
ret vigilantiores.l.pupillus.ff.quæ in frau.cre.

III. Poteſt hæres vnum pro alio ſoluere, ſiue ſit res hære-
ditaria,ſiue etiam ſit pecunia redacta ex venditione rei hære-
93 ditarię.d.§.etſi præfatam.† Quod pariter exorbitat à iure cōi,
Quo cauetur,vt aliud pro alio inuito creditore ſolui nō poſ-
ſit l.2.§ 1.ff.ſi cert.pet.ſed etiam hoc induxit Iuſtinianus par-
tim vt plenius impleret voluntates morientium, partim vt
confeſtim accederent creditores, & legatarij, nec ab aliis
anticiparentur.

IIII. Impenſas funeris, & alias quaſlibet ante omnia reti-
net & deducit qualitercunque illas fecerit inuitis, aut inſciis
94 creditoribus,legatarijſve §.in † computatione. Antea ſecus
erat niſi probaret manifeſte hęres non potuiſſe aliter fieri.

V. Actiones hæredis contra defunctū non cōfunduntur.
co.§.in computatione.glo.Bal.& alij,in l.debitori.C.de pact.
antea ſecus erat, q̃a aditione, & ſucceſſione iura hæredis cō-
95 fundebantur † perinde ac ſi hęres ſibi ſoluiſſet, cum nequeat
aliquis ſuiipſius eſſe debitor, & creditor. l.Vrannius.ff.de fi-
deiuſſ.l.frater à fratre.ff de cond.ind. dum tamen ſcias confu-
ſionem non in omnib.ęquipollere ſolutioni.DD abunde in
l.quæ dotis.ff.ſol.mar. in l.ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap.
& infra in §.in computatione.

VI. Inuentarium retorquet onus probandi res fuiſſe plu-
res in creditores,legatarioſq; quantūcunq; hęres ſurripuerit,
§.licentia danda.Antea ſecus erat,quia ſaltem reſpectu credi
96 torum bona cenſebantur † opulentiora, & ob id hęres tene-
batur inſolidū. At cum inuentarium tot oculis,& ſolennita-
tibus fiat,ſemper ei creditur; Et qui vult contrariū dicere,de-
bet liquido probare.l.antiquæ. C.ad Velleianum gl.in l.cum
de lege.ff.de proba.Bar.Bal. & alij in l.ſi conſtante.ff.ſol.matr.
Alcia.de pręſum.3.reg.pręſum.20.

VII. Non conuenitur hæres intra tēpus Inuentarij, maxi-
me vbi aditio non pręcederet inuentariū.§.donec.l.vt debi-
tum. C.de hęre.actio.l.ſi ſeruus hęreditarius. ff.de ſtip.ſeru.

VIII. Hæres cum inuentario non patitur iuramentum in
litem licèt moram faciat.§.quod ſi poſt. Ratio eſt, quia in-
uentarium tollit omnem fraudis, & doli ſuſpicionem, pro-
97 pter quam hoc iuramentum † defertur.l.in actionibus.ff.de
in litem iurando.

Hæc octo principaliter,quantum ſedula meditatione per-
cipere potui,induxit de nouo Iuſtinianus in fauorē, & lucrū
hęredis facientis ſolenniter inuentarium.Ergo ſequitur ꝙ in
cęteris omnibus inuentarium nihil proſit.Quia enumeratio
quorundam eſt excluſio cęterorum omnium; & exceptio in
vno,vel in quibuſdā firmat regulā in cōtrarium.l.nam quod
liquide.§.vlti.ff.de pe.leg Manebit itaq; intactum, & corru-
98 ptum quodcunq; † ante Iuſtinianum vel poſt, iure ciuili, ca
nonico,Theologico,Diuino,Gentium,Statutario,conſuetu
dinario fuit introductum; quia inuentarium tantum prodeſt
in ijs,quæ in d.l.vlt.quæ in ius commune in terris, & Impe-
rio Romanorum ſpecialiter fuit inductum. Quamuis & ius
99 canonicum interdum † non aſpernetur inuentarium.c.Ray-
naldus.de teſtamen. vnde infertur, quod ſecundum iuris
vtriuſque cenſuram ſeruantur regulæ inuentarij. Infertur,
quòd quantumuis hæres mille faceret inuentaria, non per
hoc detrahet Falcidiam creditoribus, quia nec detrahebat
110 ante Iuſtinianum; † Quod tenuit gl.in duobus locis,hoc eſt
in §.ſi verò abſunt. & in §.ſi verò non fecerit. Auth.de hære.
& Falcid.ſed an detrahet de donationibus cauſa mortis? pen
det à traditis in l.2.de leg.primo. Similiter nec detrahet falci-
diam de legatis pijs,nec de pretio ſeruorum manumiſſorum,
quia nec ante Iuſtinianum detrahebatur, l. Papinianus, §.
quarta.

quarta.ff.de inofficio teſtamen.l.prima,§ hæc verba.ff.ſi cui
pluſquàm per leg.Falc.§.cum autem. Inſti.de l.Fal.l.ſi quis ad
declinandam.C.de epiſ.& cle.Infertur, ꝙ ſi hæres nouam ſu-
beat obligationem ſuper rebus, & contractibus hæreditarijs
101 per † hoc iuuatur inuentario, quia hoc non cauetur l.Iuſti-
niani.l.cum hæreditas.j.& ibi Ang.Comen.Caſtren.vterque
Imo.ff.ad Treb.Imo.conſ.102 Aret.conſ.147.Dec.conſ.301.
niſi ſibi nominatim excipiat, & reſeruet beneficium inuenta
rij,Corne.conſ.31.lib 3. Multò minus iuuabitur hæres ſuper
contractibus,ac obligationibus, quos, & quas extra hæredi-
tatem,cuius facit inuentarium, nanciſceretur, cum hoc no-
luerit,nec velle potuerit Iuſtinianus ex traditis per Cy.Butr.
& alios in l.vlt.C.ſi contra ius, vel vtil.publ.in l.bene à Zeno
ne.C.de quad.preſcr.Inde quoque deducitur ꝙ inſtantia,ſeu
iudicium inchoatum cum defuncto, tranſibit in hæredem
volentem perſiſtere in hæreditate, auth.nunc ſi hæres.C.de
litig.quāuis non tranſiret in ſingularem ſucceſſorem ſecun-
102 dum legiſtas,veluti nec actio † perſonalis.l.ſi cum hominem.
vbi Bar.ff.de fideiuſſ.& veluti nec executio Inſtrumentorum
Guarentigiæ,vt vocant,nec executio rei iudicatæ. Bal.in l.2.
C.ſi aduerſus cred.Florianus de ſancto Petro in l.in iudicio.
103 ff.fam.erciſ.DD.in l.ſi cōſtante,§.ult.ff.ſolu.matri. Exceptio
tamen tranſit in ſingularem ſucceſſorem, cum nullam deſi-
deret obligationem,qualem deſiderat actio ipſa,& lis,ſeu iu-
104 dicium,Florianus in l.in hoc iudicium ff.fam. erciſc. Infertur
adhuc quod quantumuis bona tempore teſtamenti fuerint
opulentiſſima,vel ecōtra pauciſſima,nihilo ſecius hæres aut
legatarii Falcidiam, legitimā, aut Trebellianicam minuent,
augebuntur.† Ratio eſt quoniam ſpectamus mortis tempus.
105 l.cum quæritur.C.de inoffi.teſta.l.in quantitate.l.quod de bo
nis § quod autē.ff.ad l.Falci. in l fideicommiſſariam. l.ita ta-
men.§.hæres.l.poſtulante.§.j.ff. ad Trebel. Quoniam autem
hoc eſt pulcherrimum & quotidianū, & multa ſunt implici-
ta,propono tale thema. Quidam tempore teſtamēti opulen-
tas poſſidet facultates: ita quod,ſi tunc decederet, ſatisfieret
terque quaterq; creditoribus,& legatariis Rogat filium reſti-
tuere hæreditatem. Aes alienū ſubit multaq; ſparſim diſſipat,
& alienat Agri chaſmate pereūt. Domus Incendio deflagrāt.
Tandem moritur valde inops. Filius, & filia hæredes adeunt
hæreditatem cū inuentario. Plures emergunt dubitationes.
An filius,filiaq; alienata per patrem poſſint reuocare; an, ſi
æs alienum omnia abſumat, talīs legitima, aut dos ſalua eis
ſit;an,ſi aliquid ſuperſit,detracto ære alieno, poſſit filius filia
ve duas detrahere quartas;an ſi vnam tantum detrahat quar
tam,detrahatur de vniuerſo cumulo bonorum. Finge,bona
ſunt mille aurei. Aes alienū ſunt quingenti. Vult hæres quar-
tam(ſiue ſit Falcidia, ſiue legitima,ſiue Trebellianica) detra-
here totorum mille, non etiam quingentorum ſupereſtan-
tium. An legatarij poſſint dicere. Tempore teſtamenti bona
nobis,& tibi ſufficiebāt,ideo quartā pati nolumus. His quæ-
ſtionibus ſic reſpondetur. Quod pater viuens alienauit eſt ir-
106 reuocabile,licet nihil filio, filiæve ſit remanſurū, quia quili-
bet de ſuo poteſt facere quod vult, etiāſi in mare proijceret.
gl.in l cum à matre.C.de rei vēd. glo in l.j.C.de inoffi. dona.
Quod tñ intellige, vt ibi per Doct.& precipue per Bart.in l.2.
ff ſi à par quis fuer.mau. Nec proderit filio, filiæve facere In-
uentarium,quia ius ciuile,& canonicum, ita vbiq; dicit, cui
nec voluit,nec potuit Iuſtinianus derogare: Vnde rñdetur al
teri quæſtioni,ꝙ ſi æs alienum omnia † abſumat,nec dos,nec
107 legitima ſalua manet. l Papinianus, § quarta.ff.de inoff.teſta.
Albe Alex. Are.Iaſ.in l.pro hærede.§.ſi quid tñ.ff.de acq.hær.
Quod verum opinatur Bar.poſt Dyn.in l hæreditarium.ff.de
bo.auth.iud poſſ.nō tantum ſi pater traderet, ſed etiā ſi poſ-
ſeſſionē retineret, creditoribus oīa ſua obligans vel promit-
tens.l.vnica.C.ut actiones ab hære.& contra hære. Sed quæ-
108 ritur,creditores interim nō veniunt. † Filia facit inuētarium,
vel frater eius. Maritū accepit, cui dotē dat: an poſtea credi-
tores marito dotem euincent,fortè ignorāti,& qui non alias
erat ducturus? Pater ſane nō potuiſſet in fraudē creditorū do
tem cōſtituere.l.vlt.ff quæ in fran.cred.Bal.in l.vlt.C.de dotis
prom.quas duas quartas,ego intrepide tenerē nō poſſe dedu
ci,nec retineri, quāuis cōtrarium ſeruetur in filio primi gra-
dus.glo.in §.ſi quis autem non implens.Auth de hære.& Fal.
vbi dicam latè. Hæc tamen ſententia admiſſa in Trebelliani-
ca,maximè ſi pater eam non prohibuerit,ſicque filius fecerit
109 inuentarium: † certo certius conſtat non poſſe filium hære-
dem deducere legitimam,& Falcidiam. gl.in d.§. ſi quis autē
non implens, quia Iuſtinianus non dicit, Imò lex Digeſtorū
negat,textus.ſ.in l.j.§ interdum.ff.ſi cui pluſquam per l.Falci.
Fulg.in l.quāquam.C.ad l.Falc.Alex.in l.in ratione.j.§.quod
vulgo.ff eo.Bolognettus latiſſimè in rub.ff.ad l.Falc.referens
quoſdam tenere,& tres,& quatuor, & interdum plures quar
tas deduci Adde quæ dicā in d.§.ſi quis autem non implens.

Quartæ quæſtioni reſpondetur, ꝙ prius detrahetur æs alie-
num,poſtea de reſiduo detrahetur Falcidia,§.cum autē.Inſt.
de l.Falcid. Nam ſi,vt prædiximus,creditores non patiuntur
Falcidiam prætextu inuentarii. Quo honum eſt dicere lega-
tarios in bonis abſcedentibus dupliciter onerari? In themate
igitur propoſito, quingenti aurei abſcedent, atq; illibati da-
buntur creditoribus, aliorum quingentorū quarta pars per
filium detrahetur. Sed expediet detrahere trientem hodie.l.
legitimam adauctam,authent.nouiſſima.C.de inoffic.teſta.
Vltimæ quæſtioni reſpondetur, ꝙ nequaquam legatarij au-
dientur,cum nullum ius eis quæſitum fuerit viuente teſtato
re, qui & potuit res nominatim legatas, alienare.l.rem lega-
tam ff.de adim legatis.Facit tex.in l.ſi vero.ff.de mil. teſta.&
ibi per Bald.in l.ſi poſt miſſionem.ff.ad l.Falcid.Et ratio eſt in
promptu, quia ſi inuentarium non prodeſt hæredi, cuius fa
uore,& contēplatione principaliter fuit inductū, multò mi-
110 nus † proderit legatarijs vltra ius commune. Infertur adhuc
ꝙ hæres hæreditatem ſemel aditam nō poterat ſcindere, nec
repudiare,quia ius commune refragatur.l.1.2.& ibi Bart.Bal.
Caſtilionus, Alexan.Aret.Iaſ.ff.de acq.hæred.quamuis Ang.
in l.j.§.hæc ſtipulatio. ff.ſi cui pluſquam per l.Falc. aſſerat hæ
redi interdum permittendum hæreditatem relinquere lace-
randam quod Imola ibi carpit, vt inferius dicetur. Sed an le-
gitimam ſecernet filius hæres cum inuentario? ſi quidem ha-
111 beat cohæredem, vel ſubſtitutum adeuntem, ſecernet.l.ſi li-
bertus patrono.§.quid ergo. ff. de bonis libe. ut no. in l.quia
poterat.ff.ad Trebellianum.De hoc nonnihil ſupra referēdo
Romanum. Infertur cum Imola contra Angelum, Paulum,
& Alexandrum in l.ſeruum filij §.ſi idem.ff.de leg. 1.quod da
tum cauſa conditionis implendæ,etiam hodie facto inuenta
112 rio ſoluetur † per hæredem creditoribus,licet non imputetur
in Falcidiam. Infertur quod vnus cohæres alterius cohæredis
portionem ſeu actionem non minuet nec exercebit l.ſi pe-
113 titor. ff.de iudi. quamuis ſuam ipſius non prohibeatur diſpo
nere quomodo vult.l.ſæpe.ff. de re iud.proinde & vnus alte
ro poterit ſuæ portionis facere Inuētarium,quia Iuſtinianus
non prohibet Forte etiam in confectione ſuæ portionis non
prohibebitur res omnes hæreditarias deſcribere Are.in l.cū
hæreditate.ff.de acquiren.hære.l.rem hæreditariam.ff.de eui
ctio. Infertur quod filius ſpurius inſtitutus à patre, matreuè,
114 quamuis faciat inuentarium,nihilo magis fiet habilis, & ſuc-
ceſſibilis,quia ius commune repugnat. auth.licet.C.de natu.
libe. Barto.& alij in l.Gallus.§ quid ſi is,ff de lib. & poſthum.
Idem Barto.in l.vlt.ff.de his quibus vt indig. Quando tamen
de iure canonico filius quantumlibet inceſtuoſus, omnino
alendus eſt.cap.cum haberet.de eo qui duxit in matri.quam
poll.per adult.ſi bona ſint exigua vel ſolutis oneribus, com-
puratiſue vix ſufficiant alimentis, quod ſtatim ex Inſpectio-
115 ne inuentarij liquere poteſt minutatim † omnia, & ſingula
æſtimata continentis,dici poteſt valere inſtitutionem, quaſi
filius iſte ſpurius ſit ſingularis ſucceſſor,ſeu legatarius alimē-
torum: Quam cautelam, vt opinor, nemo alius tradidit; Et
eſt addenda alijs cautelis traditis in dicto § quid ſi is. & per
Ferratium,& per Durantem titulo primo,caut.14 vbi 5.re-
media refert,& per Reuerendiſſimum Palæotum ſanctæ Ro
manæ Eccleſiæ Cardinalem in ſuo elegantiſſimo tractatu de
Nothis, ſpuriiſque filijs cap 43. Et poſſet applicari hæc cau-
tela ad Fratres mendicantes diui Franciſci. Clem. exiui. de
116 verbor.ſignifica. Infertur,quod priuilegium defuncti † non
tranſibit in hæredem,quia hoc non dicit Iuſtinianus. Et quia
regulariter priuilegium non tranſgreditur perſonam niſi ex-
preſſim, & nominatim lex dicat.l.cum patronus.de lega. 2.ex
pluribus ff.de adminiſtra.tut o.l.vnica.C.de priuile.dotis.ob-
ſtat quia inuentarium duas repræſentat perſonas,hæredis,&
defuncti, vt prædiximus. Ea propter hæres tanquam procu
rator defuncti exercebit priuilegium,prout in ſimili conſtat
de procuratore mulieris, dotem exigente.glo.Faber, Ange.
poſt Dynum in § fuerat. Inſtitu.de actionibus. Pores repli-
care iſtud procedere quando ſuperſtes eſt priuilegiatus, be-
neficiumque conſequitur, vt ibi, & per Baldum in l.1. C. de
priuile.dotis. At hic defunctus, nullum commodum ſentit
117 cum † mort omnia ſoluat.§.deinceps. Authent..de nuptiis.
Exemplum pone in defuncto qui non poterat conueniri vl-
tra quam facere poſſet.§.ſunt præterea,Inſtit.de actionibus.
In muliere, vt nunc eſt dictum, pro dotis ſuæ exactione. In
clerico, vel ſcholari,qui habebat priuilegium, vt in ſuo foro
conueniretur.gl.in l.hæres abſens. §.proinde. ff.de iudi.auth.
habita C.ne filius pro patre. Certè hæres horum,vel ſimiliū
non vtetur priuilegio niſi lex hoc dicat,l.ſunt qui.cum legib.
ſequentibus, vbi glo.& DD.ff.de re iudi.l.aſſiduis. C.qui po-
tiores in pig.habeantur, etiam ſi ſit priuilegium inſertum in
corpore iuris,vt in legibus prædictis: Nam ſi non ſit inſertū,
118 ſed ſtatim quandoque concedatur, † quis dubitat quod non

tranſibit in ſucceſſorem? Veluti enim beneficium iuris com-
munis eſt potentius quolibet alio ſpeciali, vt per gl. Cynum,
Butrig. Bart. Bal. Ange. & Saly. & alios in d. l. aſſiduis. Ita priui
legium inſertum, & expreſſum in iure eſt firmius & potẽtius
priuilegio, quod oretenus, & ad nutum interdum concedi-
tur. Bal. in l. vlt. C. de ſenten. paſſ. l. ſed & ſi reſtituatur. ff. de iu-
di. authẽ. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi opo. Hinc eſt, ꝙ
priuilegium nõ excludit, nec adimit beneficium iuris cõmu-
nis c. indultum. de regu. iu. lib. 6. Item renuntians ſuo fauori,
119 vel † priuilegio, nõ perdit beneficium iuris communis l. ge-
neraliter, §. his, & ibi Bal. C. de ſecun. nup. Ex quo mirabiliter
120 deducitur ꝙ licet hæres tacitè, vel expreſſe renunciet † inuen
tario, poterit nihilominus in reſtitutione fideicõmiſſi dedu-
cere ſuum creditum, vel legitimam. Quid ſi defunctus expreſ
ſim, & nominatim cedat, ſeu transferat ſuum priuilegium in
hæredem? Poteſt quidem teſtator facere tranſmiſſibile non
tranſmiſſibile, & econtra; Gal. in l. ſi pater. C. de inſti. & ſubſti.
Dec. cõſ. 593. Repugnat, quia mors omnia ſoluit, & quia per-
ſonalia non ſunt tranſmiſſibilia, nec ceſſibilia; & quia nemo
dat quod nõ habet. Cõcludas deniq; generaliter ꝙ hæres per
inuentarium nihil plus cõſequitur quam dederit Iuſtinianus,
maxime ſi alia iura vel ſanctiones repugnẽt, quia legum cor-
rectio eſt odioſa, & quod nõ mutatur, non prohibetur ſtare,
ſemperque in viridi manet obſeruantia l. præcipimus. C. de ap
pel. l. ſancimus. C. de teſta. l. Arriani. C. de hæreticis.

Quinta & vltima regula. Omiſſio inuentarij nõ nocet hæ-
121 redi vltra ius cõmune. † hoc eſt, Nõ nocet niſi in iis, quę ſan
122 xit Iuſtinianus, vel quæ ab aliis ſancita non † abrogantur per
Iuſtinianum. Sancit autem Iuſtinianus ferme. 15. duodecim
in l. vlt. tria in authentico.

I. Si hęres intra trium menſium ſpatium nõ renunciet, po
123 ſtea nullo modo auditur, §. ſimilique modo. † Antea nõ ſic.
Cæterũ iſte textus eſt valde dubitabilis, an intelligatur quan-
do hęres renuntiat expreſſim hæreditati, uel tacitè per la-
pſum temporis præfixi ad ſuipſius, vel alterius petitionem:
de quo ibi dicam.

II. Omne damnum & periculum habet hęres. §. etſi pręfa
tam. Intellige iuris, & facti. Tenetur ergo de ſuo inſolidũ cre-
124 ditoribus; actiones, & lites † ſubterfugere nequit: Hęreditati
ſemel aditæ quantumuis damnoſæ renuntiare nullatenus po
teſt. Hæc tamen omnia erant ante Iuſtinianum, quamuis di-
ſtrictius hæredi hodie infligantur.

III. Amittit Falcidiam. §. etſi præfatam Antea non ſic niſi
omnia bona exhaurientur ære alieno vt ibi per glo.

IIII. Nõ poteſt creditoribus, aut legatariis primò venien
tibus ſoluere. eod. §. quia regulariter non eſt locus gratifica-
tioni in detrimentum alterius.

V. Non poteſt aliud pro alio ſoluere propter regulam cõ
munem, l. 2. §. j. ff. ſi cer. pet. l. eum a quo. C. de ſolu.

VI. Amittit impenſas, vel ſaltem non retinet niſi liquidiſ-
ſime probet ſe vtiliter expendiſſe, quia in alieno nemo debet
eſſe curioſus. l. doli. ff. de nouatio. & quia hæreditas cenſeba-
tur locuples.

VII. Actiones cõfunduntur, §. in cõputatione. intantum
vt etiam abſtentione ſecuta nequeant reſtaurari. l. in rem. §.
item quæcunque. ff. de rei vend. l. qui res, §. aream. ff. de ſolu.

VIII. Pręſumitur ex qualibet cauſa ꝙ res fuerint plures,
cum ſi feciſſet inuentariũ, ſemper retorqueret onus proban-
di in creditores, & legatarios, §. licentia danda.

IX. Simulatq; adiuit cõuenitur nõ expectato quãtolibet
125 tempore. Quod eſt † regulare in quolibet debitore. l. ita ſti-
pulatus, & ibi ampliſſime tradit Bar. & alij. ff. de verb. oblig.

X. Nõ niſi ſemel petit deliberationem, interdum nouem
menſium, interdum vnius anni, §. ſed quia quidam.

XI. Niſi repudiet intra tẽpua deliberandi, cenſetur adire, l.
nõ poteſt amplius repudiare, §. ſin autem hoc aliquis. Quod
126 antea non erat, quia † hæres deliberans non cogebatur adire
nec repudiare, l. Ariſto. ff. de iure delib.

XII. Patitur iuramentum in litem, tum quia cõtemptor
legis fuit præcipientis fieri inuentarium, tum quia nõ debuit
127 maligne agere, & fraudare † ſolutionem. §. quod ſi poſt. Hęc
duodecim per l. vlt. ſunt alia tria per auth.

XIII. Præſumitur fur, & doloſus qualitercunq; nõ fecerit
inuentarium, § ſancimus. & §. ſi vero non fecerit.

XIIII. Tenetur de ſuo legatarijs d. § ſi vero non fecerit.
Hoc eſt inſigne, & notabile damnum inductum per Iuſtinia
num, vt nõ ſolum hæres teneatur creditoribus, ſed etiam le-
gatarijs merum lucrum aucupantibus: Quod reſtringe ad pri
mum hęredem vt ex Comenſi infra dicam.

XV. Omnes pęnæ nõ cõficientis inuẽtarium generaliter
infligũtur cuilibet hęredi cuiuſcunq; ſit ętatis, ſexus, dignita-
tis, religionis §. pupillis. vſque ad finem. Exceptis his damnis,
128 ſac regulam in cõtrarium, ꝙ ſcilicet hæres nullum damnum
patiatur licet non faciat inuentarium, partim quia pœna &
odia ſunt ſtricti iuris, capit. odia. de regu. iu. in 6. partim, quia
legum correctio eſt odioſa, l. præcipimus. C. de appell. Veluti
igitur cõfectio inuentarij non tribuit lucrum vltra ius cõmu
mune: Ita omiſſio non affert damnum vltra ius commune.
Quod ius commune hic accipietur, vt prædiximus, in ſupra-
dictis duabus Iuſtiniani cõſtitutionibus. Quapropter ſcien-
tiſſime dixit Anch. cõſ. 411. & in c. poſſeſſor. 4. opp. & in c. pec
catum. 9. q. de reg. iu. in 6. poſt Feder. de Sen. quem ipſe refert:
& Io. And. in c. quãquam. de vſu. lib 6. & ibi quoq; Geminia-
nus referens eundem Ancha. & Butrium. Item Pau. de Caſt.
conſ. 322 lib. 1 & conſ. 77. & 186. lib 2. ꝙ hodie non facto in-
uentario reponitur in ſtatu priſtino, quod erat ante Iuſtinia-
129 num, vt ſcilicet in quib. caſibus hæres olim grauabatur, gra-
uetur etiam hodie: in quibus caſibus nõ grauabatur, neque
etiam hodie poſt Iuſtinianum prægrauetur. Simili argumen-
tatione vtitur Alexan. poſt eundem Paulum in l. ita tamẽ. §.
ſi ex Trebelliano. ff. ad Trebel. Et Barto. propemodum, Imo.
Arc. in l. cum hęreditate. ff. de acq. hære. apertius idem Aret.
cõſ. 147. Et ſic extra prædicta 15. damna vel ſi qua alia ex præ-
dictis duab. conſtitutionib. ſolertior indagator eruere, & pro
mere põt hæres nihil prorſus detrimenti ſentiet ẽt in foro ci-
130 uili. Vnde infertur † ꝙ veluti obligationes naturales ſaltem in
effectu nõ cõfundebantur, ſed poſtea in reſtitutione fideicõ-
miſſaria deducebantur. l. debitor. ff. ad Treb. ita hodie. Quod
intellige reſpectu fideicõmiſſarij vniuerſalis. Quid in obliga-
tione antidorali, cuius creditor erat hęres aduerſus defun-
131 ctũ? ſecus puto: Quoniã nec ſi alij † q̃ hęredi eſſet obligatus
defunctus antidoraliter, trãſiret obligatio in hęredem. Iaſ. in
l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iu. Affli. deciſ. 570. l. ſi nõ ſortem. §.
libertus. vbi Zaſius. ff. de cond. ind. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit.
ff. de pet. hære. dicam forte hoc anno in tit. de oblig. colligen-
do effectus antidoralis obligationis. Multò magis deducet
hęres obligationes ſuas ciuiles, & efficaces, quia neq; prorſus
hæ cõfundebantur, neque hodie cõfunduntur. Multò minus
cõfunduntur actiones iure extero prouenientes, cũ nec adi-
tione plerunq; indigeant vt ſupra in 1. regula & ſtatim ſequit.
Quid reſpectu cohæredis, ſi vnus cohæres ſit creditor, vel le-
gatarius alterius? gl. in l. ſi poſt diuiſionem. C. de iur. & fac. ign.
videtur dicere cõfundi, & ob id petite niſi fiat inuentarium,
132 Cy. Bar. & alij reprobant; † & in terminis tradit Pau. de Caſt.
cõſ. 120. lib. 2 quia uterque obligatur alteri inuicẽ, licet uterq;
obligetur implere voluntatem defuncti. gl. in l. his cõſequen-
ter. §. j. ff. fa. erc. l. ſed ſi ſub cõditione, § vlt. & ibi Bal. ff. de hęr.
inſti. Diſtingue ergo quadrupliciter, & ſemper memor eſto.
Reſpectu cohæredis. Reſpectu fideicõmiſſarij vniuerſalis. Re
133 ſpectu † creditorum. Reſpectu legatariorum. quãuis hoc po-
ſtremum de legatis ius ſit dubitabile, veluti an cõfundantur
actiones quoad legitimam Falc. Trebel. l. in imponenda. l. ir-
ritum. C. ad l. Falci. Corn. cõſ. 190. lib. 2. 214. lib 3 dicam in 96.
effectu, & plenius in §. in computatione. ubi videas ſi vis ſcire
ꝙ ego q̃nq; ſententiam muto: Neq; excandeſcerem ſi alij me
erratorum admonerent, & meliora docerent. Infertur ad illa,
quæ deducta ſunt ex prima regula Quod quęcunq; habet hę
res extra cauſam hæreditariã à lege, à natura, à iure gẽtium, à
cõtractu, à iure diuino theologico, canonico, conſuetudina-
rio, ſtatutario; nequaquã amittuntur per nõ cõfectionem in-
uentarij, quaſi in his oĩbus hęres cenſeatur nõ hęres; nam &
134 ſine aditione illa † habuiſſet. Et ſic ſiue hęres ſit cũ inuenta-
rio, vel ſine inuentario; ſiue nolit aut nõ poſſit hęres eſſe, ſem
per ſalua erunt: Vnde eſt expedita illa quęſtio an hęres tenea-
tur in foro cõſcientię; Et certè nõ tenet, prout Anch. ſubtili-
ter, & ſententioſè expẽdit in locis pręcitatis quicquid cẽſuerit
135 Fede. circa quod tñ eſt diſtinguendũ vtrũ obligationes ſint
ex contractu, vel quaſi, aut ex delicto, vel quaſi; & rurſus ex
delicto vtrũ ex delicto publico, vel priuato; de quo per Bart.
in l. j. ff. de priuatis delictis. ſed de hoc plenius in 3. mẽbro prin
cipali. Tu ad exemplum harum illationũ alias cõminiſcere,
pro cõperto habens, ꝙ veritas rerum, & articulorum à modi
cis, & anguſtis primordijs deriuatur, ſi quis ea perſcrutari, &
136 ex proprijs ſedibus educere didicerit: † Non enim vera, exa-
ctaq; intelligentia cõſiſtit in argumentorum, & deciſionum
myriadibus. Cõſiſtit in quibuſdam terminis, & regulis gene
ralibus, certis, indubitatis, & facilè numeroſis; quas nemo in-
ficiari põt, cum ex natura fontibus cõfeſtim ſpõte ſua proue-
niãt: Quippe virtus cõſiſtit in paucis; cui adſtipulatur uox Im
peratoris in l. j. C ſi minor ab hęre. ſe abſti. Fides veritatis non
eget verborũ adminiculis. Enimuerò ſimulatq; harũ regula-
rũ, & terminorum vim, germanamq; originem inueniſti, &
inuentã menti protinus, memoriæq; tanq̃ ſimulacrum infixi
ſti, nunquam aut raro à ſcopo aberras; nunquã factorum, &
caſuum diuerſitates mentem tuam obruunt, quin ſcias vbi
ſit conſiſtendum, & quo tandem perueniendum.

Cum

Cùm prædixerimus ſolidam expeditamque cognitionem
pendere a quibuſdam Regulis, terminisq; primoribus, non
137 incongruum, † neque abs re futurum opinor quaſdam regu
las ſubiungere, & erunt quinquaginta, quarum uis, & efficacia
per Inuentarium tollitur minuiturue.

Primo habemus regulam. Hæres & defunctus ſunt vna, &
eadem perſona, auth. de iureiur. a mor. præſtito. Hæc regula
quandoq; ceſſat per inuentarium, quia hæres cum inuenta-
rio duas ſuſtinet perſonas, ſuam, & defuncti. Baldus quem po
ſteriores omnes ſequũtur, Alexander, Curtius, Socynus, De
cius, Purpur. Claud. & Alciatus in l. debitori. C. de pactis. Qđ
prodeſt ad multa ut ibi dicitur, & nos ſæpe dicemus in hoc
tractatu.

II. Hæres ſuccedit in vniuerſum ius l. nihil eſt aliud. ff. de
ver. ſign. l. hæreditas ff de reg. iuris. Nam licet parum, aut ni-
hil ſit in bonis hæres omnino eſt obligatus, & cogitur ſolue-
re de ſuo. l. Quæ dotis. ff. ſolu. matrimo. Bal. in auth inceſtas.
C. de inc. nuptijs. idem Baldus in auth. Sed cum teſtator. C.
138 ad l. Falcid. vbi dicit quod licet quiſpiam † donauerit omnia
bona ſua, tamen poteſt facere teſtamentum, & hæres ſubiace
bit onerib. non tantum donatarij, ſed etiam aliorum. Quod
videtur mirabile, & inhumanum, quod ſcilicet Donatarius
omne habeat emolumentum ſine onere, hæres uero habeat
onus ſine honore, vel emolumento. Sed ita ius ciuile ſanxit.
Hæc ergo regula ceſſat per inuentarium, cum ſine damno
omnino conſeruetur hæres. Sed nec Donatarius omnium
bonorum ſubterfugiet onera hæreditaria, veluti nec Legata
rius, nec fructuarius, nec Emptor vniuerſitatis. l. 2. C. de hære.
vel act. uend. l. 2. C. de pactis. Recẽtiores maxime Bolognetus
in l 1. de lega. 1. Et infra in multis Effectibus inuentarij.

III. Hæres adeundo cenſetur quaſi contrahere. l. apud Julia-
num §. vlt. ff. Quibus ex cau. in poſſ. eatur. Veluti autem qui
contrahit, vel promittit, non poteſt reſilire, ſed omnino eſt
139 obligatus, quia obligationes ab initio ſunt † voluntatis, po-
ſtea neceſſitatis. l. ſicut. C. de act. & obliga. pari modo adiens
hæreditatem, irreparabiliter eſt obligatus. § hæres. Inſtit. de
oblig. quæ ex quaſi contractu. Hæc regula ceſſat per inuenta-
rium, quia hæres conſeruatur indemnis. Item cenſetur non
adiuiſſe, & reponitur in ſtatu priſtino. §. & ſi præfatam.

IIII. Hæres non poteſt uenire contra factum defuncti Gl. in
l. vlt. ff. de interrog. act. Veluti enim quis non poteſt uenire
contra factum propriũ, & reſilire l poſt mortem. ff de adopt.
Ita nec hæres eius, in cuius locum uenit, & ſedet l. ex qua per
140 ſona. de reg. iuris. † Hæc regula ceſſat per inuentarium, quaſi
hæres cenſeatur extraneus, & non adiuiſſe. Ceſſat inquam
quatenus damnificaretur hæres: non etiam quatenus lucrifa
ceret, quia inuentarium nõ tribuit lucrum ultra ius commu
ne. §. licentia danda. Ergo inquantum percipit hæres de bo-
nis hæreditarijs, in tantum approbat factũ defuncti l. ex qua
perſona, & ibi Decius. Quid ſi filius hæres eſt an in legitima,
Falcidia, Trebellianica, dicetur damnum pati, uel lucrum
facere? Dicam infra in 54. Effectu. ubi quoque tangetur de
feudo, & ſimilibus. & in §. in computatione Nicol. Arelat. in
l. generaliter. C. de ſec. nupt.

V. Semel hæres non poteſt deſinere eſſe hæres l. ait pretor.
§. ſed quod Papinianus. ff. de minorib. Nam factum infectũ
141 fieri non poteſt. l. in bello. §. facta ff. de captiuis. † Hæc regula
fallit, ſeu ceſſat per inuentarium, maxime ſi ante aditionem
vel in puncto aditionis fiat inuentarium. §. ſin uero poſtquã.
ubi non diſtinguitur ſuus hæres ab extraneo. l. neceſſariis. ff.
de acquir. hæred. Quoniam autem inuentarium inductum
142 eſt in fauorem hæredis, non in odium; † faciet ceſſare hanc
regulam in odioſis, & damnoſis, non in fauorabilibus, qua-
lis eſt exiſtentia ſui hæredis, quæ prodeſt filio ad confirma-
tionem Tabularum pupillarium, & ad tranſmiſſionem hære
ditatis Bal. in l. 1. C. ſi minor ab hæred. ſe abſt. Bar. & alij in l. ſi
filius qui patri. ff. de vulg. & pup. Sed cui inuentarium ſaltem
in damnoſis tollit regulam, cum factum infectum fieri non
poſſit d. §. facta, & quod ſemel fuit, quominus fuerit dici non
poſſit? Reſpondetur, Actus quidam aditionis, & confectio-
nis inuentarii infectus fieri non poteſt. Attamen effectus re-
ſultans deletur per inuentarium; & maxime quia hæreditas
143 eſt iuris ciuilis, veluti inuentarium: † Ergo ut clauus clauum
trudit, ita vnum ius ciuile aliud perimet ius ciuile. l. nihil tam
naturale. ff. de reg. iuris Sic alibi videmus quod lex facit deſi-
nere hæredem eſſe hæredem. §. in omnibus. & ibi dicetur no
ſtro Auth. de hæred & falcidia Homo autem etiam teſtator
non poſſet hoc facere. l. nemo poteſt. de leg. 1. Cynus, Butrig.
Bart. Alb. Bal. Angel. Saly. Fulg. Corneus, & alij in auth. hoc
amplius. C. de fideicomm. Aretinus conſi. 143.

VI. Qui non habet in ære, luat in corpore. l. 1. C. qui bonis
ced poſſ. l. 1, in fine. ff. de poenis. Hæc regula ceſſat per inuenta
144 rium, cum ſine damno, & † læſione conſeruetur hæres §. &
ſi præfatam. Quod intellige reſpectu onerũ hereditariorum
ex perſona defuncti, nõ etiam ſi hæres ex perſona ſua ſe ſpon
te obligaret, & poſtea non eſſet ſoluendo: nam in proprijs cõ
tractibus, & obligationibus non ſubleuatur hæres. l. cum hæ
reditarias. 1 ff. ad Trebell. niſi ſibi exciperet ſeu reſeruaret hæ
res beneficium inuentarij, Corneus conſi. 31. lib. 3. Quid ſi ſta
tutum dictaret ut hæres perſonaliter teneatur, ſeu capiatur
pro defuncto? ſi ſtatutum nihil dicat de bonis hæredis, non
per hoc capietur hæres ſi fecerit inuentarium, & ſoluerit ad
finem bonorum hæreditariorum. Gl. & omnes propemodũ
in §. in computatione l. poſtulante. ff. ad Trebell. Si autem
145 ſtatutum expreſſim obliget perſonam, & bona † heredis, tũc
oporteret inſpicere an valeat ſtatutum, tanquam exorbitans
ab æquitate, & a iure. Vide Bald. in l. 1. C. ne filius pro patre.
Alex, & recentiores in l. 1. ff. de leg. 1.

VII. Hæres vtitur iure defuncti l. hæres abſens. vbi gl. ff de iu
dicijs l. qui in ius dominiumue. ff. de reg. iuris. Ergo vbi defun
146 ctus conueniri poterat, ibi † hæres conuenietur maxime ſi
lis cum defuncto ſit inchoata; niſi eſſemus in legatorum pe-
titione quorum obligatio incipit ab hærede, non a defuncto
vt notatur in d. l. hæres abſens. l. de eo. l. ſi is qui Romæ. ff. de
iudicijs & ibi Bar. Ang. Paulus. Hæc regula fallit per inuenta-
rium, quia hæres non repræſentat defunctum, & cenſetur ex
traneus, & non adiuiſſe, ut prædiximus. Cæterum an ceſſet in
exemplo ſupra poſito de foro conuentionis, eſſet ardua inda
gatio, & plurimis indiuiduis implicita. Generaliter, & tran-
ſeunter dicam, quod in quatuor præcipue foris qs poteſt con
147 ueniri Originis, Rei † debitæ ſeu petitæ, Domicilij: contractus.
gl. inſignis, & memorabilis in d. l. hæres abſens. §. proinde. ff.
de iudicijs. Et ibi cõperies ſimul cum traditis per aliam gloſ-
ſam in l. Quod legatur. eodem tit. quod interdum quis in tri
bus, & pluribus foris poteſt conueniri ad electionem, & arbi
trium actoris ſimul, vel diſiunctim. De quo abunde per Ca-
noniſtas, Inno. Hoſt. Io. And. Butr. Abb. in c. vlt de foro cõp.
Butrig. Cynum, Bald. in l. vlt. C. vbi in rem actio. Item quoad
hæredem eſſet diſtinguendum vtrum conueniatur a credito
ribus, uel a legatariis, vel a fideicommiſſario. Et ſi a creditori
bus vtrum lis cœpta ſit cum defuncto, vel non, ut in omnib.
dictis legib. l. 2 ff. de iudic iuncta l. ſed & ſi reſtituatur, & l. ſi fi
deicommiſſum. Adde Ancharanum conſi. 140. Roma. con
ſi. 197. Are. conſi. 134 135. Et infra in 87. Effectu inuentarij.

VIII. Non poteſt eſſe melioris conditionis ſucceſſor quam
148 author. l. in his officijs. ff. de reg iuris. cui æquipollet † alia re
gula. Non poteſt recuſare hæres quod defunctus non recuſa
uiſſet. l. poſtulante. ff. ad Trebell. Si ergo defunctus tenebatur
inſolidum, & hæres tenebitur. Si defunctus poterat conueni-
ri, & vocari in iudicium, vel etiam perſonaliter capi; poterit
& hæres; Et hoc de perſonali captura inferunt Doctores in
149 d. l. poſtulãte. & nos ſupra attigimus. Vides quam multæ † re
gulæ ſimiles ſint, & ad eundem finem tendant: Quod non
eſt mirum, partim quia lex nõ eſt impoſita uerbis, ſed rebus.
l. 2. in fine. C. comm. de legatis. partim quia vnus cõceptus, &
animi meditatio poteſt pluribus modis, ſeu verborum phra-
ſibus enuntiari. l. Labeo. ff. de ſupel. le. licet plura ſint negotia,
& conceptus mentium noſtrarum, quam vocabula. l. 4 ff. de
præſcrip. verbis. Quod eo dico, quia octo, vel nouem regulę,
quas adhuc poſuimus, ſymbolum, & conformitatem quan-
dam habent. ſed etenim ſunt ſeparatim conſtituendæ, quia
vnus caſus, ſeu indiuiduum melius aptabitur ſub vna regula,
quam ſub alia: ne imitemur imperitum Medicum, qui vno
collyrio vult omnibus morbis mederi. Quod sane doceri, &
verbis exprimi non poteſt: Attamen re ipſa ita eſſe apparet
& exemplo naturali quod nobiſcum eſt mirifice comproba-
tur. Inſpice faciem, lineamenta, & totam compagem omniũ
& ſingulorum hominum, tu videbis maximam ſimilitudi-
nem, ita quod nil ſimilius ex cogitari poteſt in vniuerſa mun
di mole nam ex viſione & ſtructura vnius hoĩs, ſtatim incur
150 ris † in notitiam, quibus membris, & nexibus, & articulis ſint
compoſiti omnes homines. Cæteroquin inſpice, & compara
quã tumuis; vt animorum ita corporum motiones, greſſus,
menſuras, qualitates, quantitates, diſſimiles reperies. In hac
tamen diſparitate & diſcordia, unius hominis facies, frons, in
tuitus, inceſſus, quies tibi placebit, & arridebit: Alterius ſta-
tim reformidabis, licet ambo ętate, ingenio, & moribus, atq;
etiam facie ſint valde ſimiles. Pariter in regulis iuris noſtri:
(quod nec inficiarer in aliis ſcientiis, & diſciplinis) duę, tres,
vel etiam octo, decem, & plures regulæ eandem ſapiunt vim,
& naturam prima inſpectione, attamen vbi ad occurſum ve-
nitur, & adaptionem ſingulorum caſuum, & rerum, vna re-
gula cæteris omnibus ſtatim aptior, & accommodatior ap-
parebit, imo vix alia, aut aliæ illi indiuiduo, vel caſui conueni
re poterunt. Cuius rei ſi quis cauſam, & rationem inquirat,
ego nihil aliud ſcirem reſpondere, niſi quia in verbis eſt quę-
dam

151 dam † vis,& emphaſis, nobis prſus incognita, & imperſcrn-
tabilis. Nonne in precibus, & rithmis, ſunt verba mirum in
modum pia, myſtica, ineffabilia,& cor,ſenſuſq; mouentia ad
pietatem, ad fletum, ad religionem? Tolle illa verba,& alia
repone,deficiet ardor ille,impreſſioq; & incitamentum. Nõ
ne idem in rithmis, & carminib profanis? an non orator plus
incitat,& flectit dum in curſu orationis verba geminata,aſpe
ra,grauia,tonantia fulminat & inculcat? ſic eſt profecto. Effe-
ctum videmus,& experimur. rationem reddere, atque inda
gare neſcimus Qua ꝑpter vt dixit diuinus Plato,verba quæ-
dam non ſunt fortuito,neq; ab ingenio hominum conficta,
ſed potius a Natura,& Deo indita. Quippe veluti res omnes
mortalium,& animo motiones ſunt dulces, uel aſperæ, gra-
ues,uel leues;ita etiã verba ſunt acutiora, vel hebetiora;gra-
uia vel dulcia;humilia uel horrida, & hoc conſtantiſſime, &
ſcitiſſime aſſeruit P Nigidius,vir doctiſſimus, ſi Gellio credi
mus.lib.x.c.4.neque diſſimulauit Cęlius Rhodiginus lib.anti
quarum lect.9.c. 14. Et memini me diſſertantem facundiſſi-
mum Robertellum quõdam audiuiſſe. hæ porro duæ regulę
vti priores uel eneruantur,ſeu ceſſant aliquantulum per in-
uentarium,cum ad nihilum de ſuo teneatur, neque vllum di
ſpendium bonorum,aut perſonæ patiatur hæres.

X. Hæres vel potius hæredis aditio pleniſſime confirmat vo
luntatem defuncti.l. ſi patroni. §. qui fideicommiſſariam. ff.
ad Trebel.l.omnium.C.de teſtam. pleniſſime, inquam, quia
152 & reſpectu creditorum, & reſpectu † legatariorũ habet ſuc-
ceſſorem deſiderabilem,qui cunctis ſatisfaciet.l. 1. C. de S. S.
eccl.l.1.ff.de ſucc.ed.hæc regula ceſſat per inuentarium, ſiue
hæres facto inuentario repudiet, ſiue etiam perſiſtat in bo-
nis,ueruntamen nolit plus ſoluere, quam repererit.

XI. Aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt.l.2.§.j.
ff ſi cer.pet.fallit per inuentarium.§. & ſi præfatam. quod in-
telligo ut ibi dicetur,& vide Benint.Ed. de pauper. q. ix. ſpecia
li x.Duen.in reg.iur.159.

XII. Quem de euictione tenet actio, eundem agentem re-
pellit exceptio.l.vindicantem.ff.de euiction.Fallit per inuen-
tarium quatenus lucrum non ſentiat hæres. l. cum a matre,
& ibi gl.& DD.C.de rei vendi.l. ſcia.ff de euict.

XIII. Venditor tenetur de euictione, licet non ſpoponderit
l. non dubitatur. C. de euictionib. fallit ſi hæres vendat rem
153 hæreditariam pro ſolutione legatorum, † aut æris alieni.
§.& ſi præfatam. Nam dummodo pecunia proceſſerit in ne-
ceſſariam onerum hæreditariorum ſolutionem, ſecurus eſt
hæres venditor, nec non emptor ut ibi: Ergo & hypotheca
finitur nec comitatur emptorem, nec pretium rei venditæ
ſuccedit loco hypothecę: forte nec res ex pretio comparata.
gl.Bar.Salv.in l.1.ff de diſt.pign.

XIIII. Hæreditas adita deſinit eſſe hęreditas,& tranſit in do
minium hæredis.vel breuius.hæres adeundo fit dominus.l.r.
154 §.veteres.vbi gl.& pleniſſime Alex.& Iaſ.ff † de acq.poſſeſſ.l.
ſed ſi plures §.filio.ff.de vulg. & pup.fallit per inuentarium ſi
hoc interſit hæredis:quia inuentarium ſecernit bona ne dã-
num patiatur hæres d §. & ſi præfatam Si autem proſit hæ-
redi:dominus erit,& remanebit;quia inuentarium non adi-
mit lucra,& commoda iuris communis: ius autem commu-
ne vult ut hæres idem ſit quod dominus.l. cum hęreditas.C.
depoſiti.§.vlt.Inſt.de hær.qual.

155 XV. † Actor ſequitur forum rei.l.a C de iuriſd.om. iudic.
fallit forte per inuentarium, ſi hæres dicat actori Non ſum
ego reus,quia nolo adiuiſſe. cõueni me in foro defuncti. Hoc
non puto verum:quia eſſet merus cauillus hæredis,ſubterfu-
gientis præter ius commune,argu.l.in fundo.ff.de rei uend.l.
penult.ff.ad exhiben.pone itaque aliud exemplum,ſeu bene
ficium inuentarij.Lis eſt inchoata cõtra defunctum. dicit hæ
res.defunctus non eſt amplius reus,ego ſum reus,cõueni me
in foro meo Sed neque hoc verum eſt, quia inſtantia defun-
cti tranſit in hæredẽ, & quia hæres vtitur iure defuncti ut eſt
prædictum per.l.hæres abſens. ff.de iudicijs, tametſi replicet
hæres, Per inuentarium nõ ſum ſucceſſor vniuerſalis, ſed ſin
gularis,in quem non tranſit inſtantia.DD.in l.1.§.ſi hęres.ff.
ad Trebel.in tertio exemplo,puto proderit inuentarium. Le
156 gatarius vice mutua debitor hæreditarius eſt. † Petit lega-
tum ab hærede in foro hæredis.hæres quaſi in modum recõ
uentionis petit debitum coram eodem iudice. Excipit lega-
tarius,conueni me in foro meo. Non cogetur hæres ſequi fo
rum legatarij licet inuicem non debeatur pecunia,neque ge-
nus,quod patiatur compẽſationem.l.vnica.C. etiam ob chy-
rog.pec.l.vlt.C.de compenſ.ſed obſtat,quia inuentarium nõ
tribuit lucrum vltra ius cõmune. cogita quia eſt perplexitas.

XVI. Gratificationi locus non eſt, niſi in caſibus a iure ex-
157 preſſis.§. veniente.auth.de nup.fallit per inuentarium,† ſi hæ
res gratificari voluerit uni ex legatarijs,vel creditoribus.§.&
ſi præfatam.

XVII. Iudicium redditur in inuitum. l. inter ſtipulantem.§.
158 1.ff.de ver.ob.† Fallit per inuentarium,ſi hæres uelit exoue-
rari ab omni moleſtia iuris,uel facti. d.§.& ſi præfatam.

XVIII. Tempus non eſt modus tollendæ neque inducendę
obligationis.l.obligationũ fere.§.placet.ff. de act. & obl.fallit
159 per inuentarium † quia hæres confeſtim liberatur ab omni
obligatione quaſi nudus miniſter,& diſpẽſator: maxime qñ
ſoluit ad finem bonorum.

XIX. Nemo ſibi ipſi ius dicere,nec ſoluere poteſt.l.extat.ff.
de eo quod metus cauſa fallit per inuentarium ſi hæres pro
160 ſuo credito conſequendo,petat decerni curatorem: uel ci-
tet creditores,† & legatarios ad vidẽdum ſibi aſſignari ſuum
creditum ex cautela Baldi,quem ferme omnes ſequuntur in
§.in computatione.& in l.debitori.C.de pactis.Aret. in §. ex-
traneis.Inſt.de hæred.qual.& diff.vide omnino textum l. de-
bitor.ff.de nego.geſtis.

XX. Vitium defuncti tranſit in hæredem.l. in his officijs. de
reg.iuris.l.an vinum.ff.de diuerſ.& temp.præſ.fallit per inuẽ-
161 tarium quia hæres cẽſetur † non hæres, ſed ſingularis ſucceſ
ſor,ſeu miniſter. Quod prodeſt ad vſucapionẽ, & præſcriptio
nem.c.poſſeſſ.de reg iuris in 6 & infra dicetur.

XXI. Actiones ex contractu, & quaſi contractu trãſeunt in
162 hæredem,& ad hæredem.l † ex contractibus ff.de act.& ob
lig.fallit per inuentarium quia hæres ipſo iure eſt liberatus ſi
mulatque repudiauit hæreditatem, vel ceſſit actione in l. ꝙ
debetur.ff.de peculio.vel ſoluit ad finem bonorum. Nam in
cæteris obligationib.ſemper dicere poterit, Inanis eſt actio,
quam debitoris excludit inopia.l.nam is ff.de dolo.

163 XXII. † Hæreditas eſt ſpecies ſolutionis, quia hæres adeun
do cenſetur ſibi ſoluere,& ſe compenſare.l.ſi adulta.C.de hę
red.act.l.ſi id quod.ff de lib.leg.gl.vltima. Inſt. quibus modis
tollitur ob.fallit per inuentarium,quia actiones non confun-
duntur,ſed ſaluæ manent.§.in computatione.

XXIII. Obligationes ab initio ſunt voluntatis poſtea neceſ-
ſitatis.l.ſicut.C.de act.& obl.fallit per inuentarium,quia hæ-
164 res cenſetur non adiuiſſe, † neque ſe obligauiſſe niſi quate-
nus lucrum ſenſit.

XXIIII. Quod ſemel approbo non improbo.l. Pomponius.
ff.de neg.geſtis cum reſpondet, Quod ſemel placuit amplius di
165 ſplicere non poteſt.c quod † ſemel.de reg.iuris in 6.fallit per
inuentarium,vnde infertur contra Malumbram,Cynum, &
Ang ꝙ etiam poſt aditionem hæres faciens inuentariũ non
læditur ultra vires,& abſtinere qñq; poterit,vt dicetur in §.
ſimiliq; modo.& § & hæc quidem.

XXV. Id quod meũ eſt,mihi inuito auferri non poteſt, ne-
que alij dari.l.id quod noſtrum.de regu.iuris. fallit per §.& ſi
166 præfatam.ſi hæres rem vni legatam,alteri legatario,vel cre-
ditori dederit inſolutum; nam valebit datio, licet in eum a
die mortis dominium tranſlatum fuerit.l.a Titio.ff.de furtis.

XXVI. Ius ſemel extinctum amplius non reuiuiſcit.l.q res.
§ aream ff.de ſol l.in rem.§.item quæcunq;.ff.de rei vend.fal-
167 lit in actionib hæredis contra defunctum,nam licet ſubtilita
te iuris videantur ſopitæ, tamen confeſtim reuiuiſcunt §. in
computatione,vel forte in nihilo ſunt ſopitæ, vt ibi dicetur.

XXVII. Soluendo hæreditas cẽſetur,quæ hæredem inuenit.
l.libertus qui ſoluendo.ff.de bonis lib. fallit per inuentarium
168 quantuncunque hæres ſit † locuples,vel conſanguineus, vel
etiam filius defuncti.l.neceſſarijs.ff.de acquir. hæred.l. s. C.ſi
minor ab hæred.ſe abſtin.

XXVIII. In re communi melior eſt conditio prohibentis,
quam volentis.l.Sabinus.ff.communi diuid.ecce,ſingulæ res
169 ipſo iure reſpectu legitimæ,Falcidiæ,Trebellianicæ † ſunt cõ
munes inter hęredem,& legatarios,fideicommiſſariumque.
l.Plautius.l.lineam margaritarum ff.ad l.Falcid l.2.C.ad l.Fal
170 cid.in tantum vt pro re minima ſuam † portiunculam hẽat
hæres iuris miniſterio.gl.& DD in l qui Romæ §.duo fratres
ff.de verb.ob & in l.ſi familiæ.C.fam. ercisc ſed quamuis hoc
ſit,& duas,vel tres portiones habeat legatarius, fideicommiſ
ſariuſue in ſingulis rebus,tamen hæres alienando poterit eli
gere vnam rem pro legitima & Trebellianica.l.Marcellus.§.
res quæ & ibi gl.Dyn.Bar.Socinus,& alij.ff.ad Trebel. imo tẽ
tat Baldus in l filium quem habentem.C.fam.er.poſt Iacobũ
de Beluiſ.in § quamobtem. auth. de reſtit. collat. 4. quod &
ante alienationem poterit filius hæres citare legatarios, vel
171 † fideicommiſſarium,ut interſit aſſignationi alicuius rei pro
legitima,& forte etiam pro Trebellianica (ſi uerum eſt ꝙ fi-
lius poſſit detrahere duas quartas) de quo infra. Hæc vtique
videntur admittere noſtri Doctores etiam ſine inuentario,
maxime reſpectu fideicommiſſarij vniuerſalis: Cæterum cũ
inuentario facilius admittentur.

XXIX. Pater & filius ſunt vna & eadem perſona.l. vlt. C. de
impub & alijs ſubſtit. Quæ regula.videt procedere uiuo pa-
172 tre,& mortuo † fallit ſi filius ſit hæres cum inuentario; nam

in nihilo periclitatur, neque reſpectu ſui ipſius ſi ſit creditor
patris; neque reſpectu aliorum onerum. l. cum a matre. C.
de rei vend.

XXX Genus perire non poteſt. l. incendium. C. ſi cer. peta.
ſeu, debitor generis non liberatur quantuncunque corpora
173 omnia illius generis in manu ipſius pereant l in ratione. 2 §.
diligenter. ff. ad l. fal. fallit per inuentarium niſi hæres ſit in do
lo, uel culpa, vt ibi per Barto. Paulum, Alexand. & alios, &
ſupra attigi.

XXXI. Actio & paſſio non cadunt in eodem ſubiecto, qa
nemo ſui ipſius creditor, & debitor eſſe poteſt l. Vrannius. ff.
174 de fideiuſſ. l. frater a fratre. ff. de condi. ind. † fallit per inuen-
tarium ſi hæres uelit ſuum creditum cõſequi contra hæredi
tatem iacentem, nam poteſt hoc facere ſecundum Baldum
in §. in computatione, quia inuentariũ ſecernit bona, perſo-
nas, & actiones; quaſi liticula quædam oriatur inter hæredẽ,
& defunctum; cuius defuncti uicem ſuſtinet hæreditas. Ad-
de omnino eundem Bal. in l. ſi vxor. C. de bon. auth. iud. poſ.
l. ſi ei cui. ff. de euic.

XXXII. Qui vni ſoluit, cæteris ſoluere tenetur. §. non autẽ
dabimus. auth. de hæred. & Fal. fallit per inuentarium ſi poſt
175 ſolutionem factam vni non ſit vnde alijs † ſoluatur. d. §. & ſi
præfatam. & ſic non obſtat textus in d. §. non autem excipi-
mus, qui licet loquatur de hærede cum inuentario, ut ibi di-
cemus, tamen procedit vbi bona ſunt ſoluendo.

XXXIII. Incipiens ſoluere agnoſcit totum debitum. l. cũ
fidem. C. de non nume. pecunia. l. item ſi filiusfam. §. ult. ff. ad
176 Maced. fallit per † inuentarium, ſi bona non ſint ſoluendo; nã
tantum ſpectamus, quod hæres non ſit in damno, licet nihil
lucrari debeat.

XXXIIII. Nihil videtur ſoluiſſe qui totum non ſoluit. l. mi
nus. ff. de uer. ſign l. hæredes §. in illa. ff. fam. ercis. fallit per in-
uentarium ſiue uni vt ſupra proxime debeatur, ſiue plurib.

XXXV. Creditor non cogitur mutare debitorem. l. debito
177 rum. C. de pactis. fallit per † inuentarium, nam hæres cuicun
que primo petenti ſoluere poteſt vſque ad finem bonorum,
quo facto ipſo iure eſt liberatus, ſed creditor cui nihil adhuc
ſolutum, agit contra legatarios, atq; etiam contra creditores
interdum, quib. ſolutum eſt. § & ſi præfatam.

XXXVI. Teſtator poteſt de re hæredis, ut de re ſua diſpone
178 re. l. vnum. § ſi rem. de leg 2. † fallit per inuentarium ſi uoura
rundem percipiat hæres.

XXXVII. Actiones ab hærede, & contra hæredem incipe
re poſſunt, l. vnica. C. ut act. ab hære. & contra hæred. fallit p
179 inuentarium, cum nec actiones † iam pridem fundatas coga-
tur hæres inuitus excipere vltra quam fuerit honoratus: uerũ
& iure communi interdum citra inuentarium plenior quam
in defuncto tranſit in hæredem, & ad hæredem obl. le. ſi per
imprudentiam. §. pen. ff. de euict.

XXXVIII. Hæres hæredis teſtatoris eſt hæres l. ult. C. de
180 hæred & Fal. l. ſi quis filium. §. ult. ff. de acq hæred. † hæc regu
la ceſſat ſi primus hæres puta pater meus faciat inuẽtarium,
& ego poſtea ſim hæres patri meo. Nam auitam hæreditatẽ
potero ſpernere, & repudiare, quaſi nũquam fuerit commix-
ta cum bonis patris mei. Quid tamen ſi pater meus fructus
181 multo tempore perceperit, † quædam diſtraxerit, non tamẽ
ſoluerit credita, uel legata; nonne erit indignum ut patris hæ
reditatem ex fructibus, & diſtractione rerũ auitarum factam
locupletiorem ſolam uelim, & auitam repudiẽ? Ita ſane erit.
Quocirca ſi patris mei uoluero hæreditatem, debebo quoq;
eius onera excipere in ſolutione debitorum, vel legatorum
auitorum: cum & alias creditores hæredis non ſint potiores
legatarijs quibus ipſe hæres erat obnoxius. l. 1. C. de bo-
nis auth. iud. poſ. quid econtra ſi omnia bona ſua pater meus
prodegiſſet prius facto inuentario hæreditatis auitæ. i. patris
ſui, qui eſt auus meus: an potero ego hæreditatem patris mei
utpote oneroſam repudiare, vel etiam adire cum inuentario
& auitam ſolã amplecti, & ſeparare? Hæc eſt pulchra, & quo-
tidiana inſpectio, pendens a materia. l. quiſe patris. C. vnde li-
182 beri. Puto autem quantum nunc ſuccurrit, quod auita † hæ-
reditas ad me perueniret cum diminutione ſemiſſis. i. legiti-
mæ, & Trebellianicæ. l. quoniam priorib. C. de inoff. teſtamẽ-
to. l. iubemus. C. ad Treb. ſi uera eſt opinio duarũ quartarum.

XXXIX. Poſt litem conteſtatam hæres tenetur ex omni
cauſa. l. nemo enim ff. de reg iuris. Nam in iudicio quaſi con-
trahitur. l. 3. §. idem ſcribit. ff. de peculio. & ideo litis conteſta
tio perpetuat, & trãſmittit actionem, ut per gl. & DD. in l. vni
183 ca. C. † ex delictis defunctorum. Fallit per inuentarium, cum
hæres in plus non teneatur quam in bonis ſit. imo poſſumus
dicere generaliter, quod inſtantia non tranſit in hæredem &
ſuper actione ex contractu, vbi bona non ſunt ſoluendo. q
eſt memorabile. Quid in inſtantia actionis, & petitionis, id-
eſt ſi defunctus agere cœperit, & forte litem conteſtatus fue
rit? tranſibit quidem ad hẽdem multo magis, cũ prodeſſe, nõ
obeſſe poſſit. l. non ſolet deterior. & l. præallegata, Nemo n. q̃
ſtatim ſequitur, de reg. iuris l. omnes 2. l. ſciendum ff. de act.
& oblig. ſi tamen nolit hæres moleſtias, & ſumptus litis; cedẽ
do actiones, uel iura creditoribus ac legatarijs, liberabitur. l.
quod debetur. ff. de peculio. quid tamen ſi tempus labi ſinat,
& inſtantiam, uel actionem perire? Eſt ſane quid ei imputet.
184 Sed ſi & creditor, legatariuſq; cunctator, & deſes fuerit, † ſuæ
negligentiæ expenſum ferre debebit: cum magis ad ipſum q̃
ad hæredem utilitas, & commodum pertineret. Et ſic hæres
facillime excuſatur per inuentarium, cum non debeat eſſe
in damno, neque de commodo alterius curioſus. l pupillus.
ff quæ in fraud. cred. l. doli. ff. de nouat. l. ſtipulatio iſta. §. alteri.
ff. de uerb. ob. l. alienationis uerbum. ff. de uerb. ſignific.

XL. Nemo mutat conſilium, & propoſitum in alterius de
trimentum. l. nemo poteſt mutare. ff. de reg. iuris. fallit per in-
uentarium, quotieſcunque hæredem pœnitet adiuiſſe: quia
hæreditas ſit damnoſa, cum ab initio putaret eſſe lucroſam.
185 quid ſi ab initio ſciebat eſſe damnoſam? ſciens † quidem cẽ
ſetur velle, & conſentire. l. in diem. ff. de aqua pluuia ar. ſed ni
ſi hoc euidentiſſime probetur, ſemper ignorãtia & error præ
ſumetur, proinde quia ignorans, & errans non conſentit, ne-
que obligabitur. l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. om. iud. l. nihil
conſenſui. in fine. ff. de regu. iuris. Roman. conſi 473. quid ſi
ab initio hæreditas erat lucroſa, & hoc ſciebat hæres, poſtea
emergat æs alienum, vel mortes, & detrimenta contingant?
incidimus in illum articulum, an dãna & interitus poſt mor-
tem, hæredi obſint, de quo alibi.

XLI. Non debet actori licere quod reo non licet. l. non de
bet actori de reg. iuris. nam non debent ad imparia iudicari
actor, & reus. l. ult. C. de fructibus & litium exp. ex qua regu-
186 la infertur q veluti † debitor non poteſt unum pro alio ſol-
uere. gl. in l. 1. ff. de act. empti. ita creditor non debet vnum p
alio petere. §. plus autem. Inſt. de act. empti. hæc regula fallit ſi
hæres faciat inuentarium. Nam unum pro alio ſoluere poteſt
creditori, legatarioue. § & ſi præfatam, ut eſt prædictum. & ta
men creditor, legatariuſue non poſſent vnum pro alio pete-
re, & exigere, ſiue hæres faciat inuentariũ, ſiue non, quia hoc
non reperitur iure cautum. l. illam. C. de collat. an uero hæres
creditor vnum pro alio inſolutum accipere poterit? Non vi
detur, quia repugnat ius commune: & Iuſtinianus non con-
cedit: niſi forte illud, cuius eſt creditor, puta pecunia, non ex-
taret in bonis, auth. hoc niſi. C. de ſolut.
187 XLII. † Qui habet actionem, rem ipſam habere videtur. l.
qui actionem. de reg. iuris. l. id apud. ff. de ver. ſignifi & id cen
ſetur eſſe in bonis, ad quod habemus actionem. l. rem in bo-
188 nis. ff. de acq. rer. dom. l. bonorum. ff. de uer ſig. Veluti e con-
tra, id non cẽſemur habere, ad quod ſumus obligati l. ſi quis
mandato. & ibi gl. ff. de neg. geſtis. licet obſtare videatur. l. ple
runq;. de reg. iuris. fallunt hæc omnia per inuentarium: quia
nec creditor, legatariuſque in plus agit quam ſit in bonis: nec
rurſus hæres in plus cenſetur obligatus quam ſit in bonis, vt
per ſe toties perſpicuum eſt.

XLIII. Quilibet præſumitur locuples & ſoluendo. gl. in l. ſi
vero. §. 1. ff. qui ſatiſd. cog. licet nemo naſcatur diues. Are. cõ
189 ſi. 66. numero 8. fallit † per inuentarium ſi ſingulæ res in eo
redigantur, nec ſufficiant ſolutioni: ſiue defunctus opinabat
ſe bona idonea, & ſufficientia habere, ſiue non, quia ipſius
opinatio non debet præualere: cum præſertim multi ſæpe nu
mero plus credant in bonis habere quam re uera habeant. §.
præualuiſſe. inſt. quibus ex cau. manu. non licet.

XLIIII. Vltima voluntas non ſtat in ſuſpenſo. Nam non
quemadmodum actus contrahentium, ita morientium ſu-
190 ſpendi debent. l. vlt. in fine. ff. communia prædiorum † fallit
per inuentarium ſaltem in duobus, primo quia interim intra
tres menſes, vel annum non conuenitur hæres. §. donec. de-
inde quia ſi nolit hæres perſiſtere in hæreditate, poterit di-
mittere quantumuis aditam interdum. § & hæc quidem. Ce
terum quomodo intelligatur prædicta regula uide Florianũ
ibi, nam omnes non intelligunt.

XLV. Aditio non recipit diem, neque conditionem. i. hæ-
res debet adire pure, & ſimpliciter, ſciturus quod nunquam
191 poſtea repudiabit. † Ratio eſt quia aditio, veluti hæreditas
eſt actus iuris ciuilis. l. actus. de regu. iuris. fallit per inuenta-
rium, quia aditio ſtat in ſuſpenſo, donec hæres deliberet v-
trum uelit, vel nolit.

XLVI. Continuatio dominij tranſit in ſuum hæredem. l.
in ſuis. ff. de libe. & poſth. Proinde nec aditio eſt neceſſaria. l.
192 cum † hæreditas C. depoſiti, & ibi Bal. fallit per inuentarium;
quia ſecernit bona, perſonas, & actiones.

XLVIII. Hæres non redarguit defunctum de mẽdacio.
gl. Bar. Fulg. Paulus in l. rem alienam. ff. de pig. actione. fallit p
193 inuẽtarium, quod ſecernit bona, & perſonas. † Ergo quaſi hę
res

tes ſit ſingularis ſucceſſor, non tenebitur mendacis defuncti factum approbare; maxime ſi defunctus per fraudem, & nequitiam mentitus fuerit, cum & alias in omni caſu, vbi defuncti fraus arguitur, & conuincitur, hæres quantumuis in hæreditate periſtat, poſſit reclamare. l. non dubium. cum ibi traditis per glo. & DD. C. de legibus. Bart. & Alber. in l. cum vir. ff. de vſucap.

XLVIII. Legitima debetur ſine onere. l. quoniam priorib. C. de inoff. teſt. & ob id licet filius rogatus fuerit reſtituere, non ſolum ipſe, ſed etiam hæres eius poteſt detrahere legitimam, non obſtante qualibet prohibitione patris, gl. in l. precibus. & ibi DD. C. de impub. & alijs ſubſt. Baldus, Fulgo. & alij
194 in l. ex trib. C. de inoff. teſt. & idẽ quotidie videmus in † Trebellianica, ut ſcilicet ab ea veluti a legitima reijciatur omne onus, & tranſmittatur ad quemlibet filij hæredem & ſucceſſorem. Anchar. conſi. 152. Paulus conſi. 19. conſi. 77. lib. 2. Romanus conſi. 185. conſi. 206. Siculus conſi. 10 lib. 3. Alexandrinus conſil. 104. quod an de iure procedat inferius tãgetur: ſed admiſſo quod procedat, remedium erit quod teſtator iubeat fieri inuentarium per filium hæredem, quam iuſſionẽ facere poteſt. Paulus conſi 392. & conſi. 471. lib. 2. & expreſſim prohibeat omnem alienationem ſaltem poſt mortem filij. Nam valebit prohibitio ex traditis per Ancharanum cõſ. 365. & per Cæphalum conſi. 153. & nota quia eſt ſingulare, & quotidianum, & exactiſſimam requireret indaginem. adde ỹ. in lxxv. effectu, & ſeq.

XLIX. Dos & donatio propter nuptias imputatur in legitimam, & conferuntur. l. quoniam nouella C. de inoff. teſt. l.
195 illud. C. de collat. fallit ſi filius, † filiaue ſuccedant patri cum inuentario & poſtea nolint hæredes eſſe: nam cohęredes, vel fratres, uel alij, nec creditores, nec legatarij, nec fideicommiſſarij cogere poterunt ad imputationem, collationemq; ut tãto opimior reddatur hæreditas. Ratio eſt, quia inuentarium ſecernit bona, & facit cenſeri hæredem nõ adiuiſſe: vnde ſuccedit regula, Non adiens non confert. l. pen. & vlt. ff. de collat. dotis. Cagnolus, & hoc anno elegantiſſime dominus meus Decianus in l. ſi emancipati. C. de collationib. Item ſuccedẽs iure extero, non hæreditario, non indiget aditione, neque inuentario ſi adeat: ſed multo magis ius ſuum ſeruabit ſi adeat cum inuentario ut ſupra in prima regula principali, quod eſt memorandum.

L. Quod adhuc eſt notandum. debitor debet ſoluere de bonis præſentibus, & futuris. l. ſi creditores. ff. de ſeparat. fallit
196 ſi debitor cuipiam hæres † ſit cum inuentario, & confeſtim in gratiam quorundam repudiet hæreditatem, quia debitor in quærendis poteſt nocere creditori. l. qui autem ff. quæ in fraud. cred. l. pretia. ff. ad l. falci. quod facit contra creditorem filij in uita patris, ut nec in legitima, & Trebellianica regreſſum habeat: quantumuis alias filius debitor vſq; ad oboluſ excutiatur. l. pen. C. qui bon. ced. poſſ. pondera, quia multa ſunt implicita, nec facilis eſt extricatio.

Per contrarium ſunt multæ aliæ regulæ, quarum uis, & ef-
197 fectus infunditur ipſi inuentario, † ſeu in quarum locum ſuccedit inuentarium. Non Entium nullæ ſunt qualitates. l. eius qui in prouincia. ff. ſi cer. pet. nemo dat ꝙ non habet. l. traditio. ff. de acq. rer. dom. qui non honoratur non oneratur. l. ab eo. C. de fideicom. nam ubi onus, ibi honos, & qui ſentit incõmodum debet etiam ſentire commodum. Ergo econtra qui non honoratur, neque ſentit commodum, non debet onerari nec ſentire incommodum. Locupletari nemo debet cum iactura alterius. l. iure naturæ. ff. de regu. iur. ca. locupletari. de reg. iur. lib 6. inanis eſt actio, quam debitoris excludit inopia. l. nam is. ff. de dolo. ex contractu, vel perſona alterius nemo tenetur etiam ſi ſit pater filiuſue, aut vxor maritusue. C. ne filius pro patre. & C. ne uxor pro marito; quia alteri per alterũ non debet iniqua conditio inferri. l. non debet alteri. de regu. iuris. Minus eſt actionem habere quam rem. l. minus. de reg. iuris. cum actio non in plus competat neque ſit efficax, quã ſit in bonis, & naturaliter præſtari poſſit. l. nõ videri. ff. de uer.
198 ſign. qui liberatur ab † obligatione, cenſetur capere & acquirere. l. ſi quis obligatione. ff. de reg. iuris, quia non minus lucratur qui rem ſuo adijcit patrimonio, quam qui ab obligatione liberatur. l. ſpecies. ff. de acceptil. quod mirifice contingit per inuentarium, cum hæres ad nihilum in plus teneatur quam ſit in bonis; ergo licet ſummo iure ſit obligatus inſolidum ut toties dictum eſt, tamen per æquitatẽ inuentarij ſubleuatur & exoneratur. Nihil intereſt non habere actionem, vel eam habere, quæ exceptione elidatur. l. nihil intereſt. de reg. iuris. quæ regula pertinet ad ſubtile dictum Baldi, vt alij referunt & ſequuntur, præcipue Aretinus in l. more. ff. de acq.
199 hæreditate, quod licet † ſtricto iure hæres teneatur inſolidũ, tamen in executione, & exactione ante ſententiam, vel poſt, ſemper poteſt opponere exceptionem, & beneficium inuentarij. Ad quod facit alia regula. debitor deſinit eſſe, cui ſuperuenit exceptio non abhorrens a naturali æquitate. l. Marcellus. de reg. iuris. vbi gloſſa inter cætera ponit exemplum, ſi debitor per reſcriptum Principis impetraret ne intra certum tẽpus conueniretur. l. quoties, & ibi gl. Bal. Ang. Saly. Iaſon. C. de precibus imp. offer. Ex quorum dictis poſſet perbelle in-
200 ferri, & eſt † nouum dictum, & noua quæſtio in materia inuentarij, quod hæres qui non fecit inuentarium poſſet a Principe impetrare ne teneatur vltra uires. Nam ſi actio in tẽpore minuitur, cur non etiam in re ſeu quantitate? cum maxime valeat argumentum de tempore ad rem? Accedit ꝙ teneri ultra vires eſt iuris ciuilis contra æquitatem iuriſgentium Bar. & omnes alij in rub. ff. de acqui. hæred. Ergo Princeps, q habet omnia iura in ſcrinio pectoris. l. omnium. C. de teſtam. poterit per reſcriptum, quaſi per contrarium ius ciuile tollere hanc obligationem, ut notatur in d. l. quoties. & in l. vlt. C. ſi contra ius, uel utilitatem publ. Quod interdum in creditoribus non oneroſis, nec vtentibus iure gentium, & maxime in legatarijs non eſt inficiandum. l. vlt. C. de quadr. præſcrip. Quid ſi non Princeps Romanus, ſed inferior reſcriberet? Statutum utique valeret ne hæres teneatur vltra uires per tradita a Bartolo in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure. quapropter & cuiuslibet Principis valebit reſcriptum ſaltem in ſuo territorio, & ditione. l. ult. ff. de iuriſd. omn. iud. hæres non ſponte contrahit cum legatarijs. l. qui cum alio. de reg. iuris. Ergo ꝑ Inuentariũ ceſſat præſumptio fraudis, & malignitatis, de qua in §. ſancimus, & §. ſi uero non fecerit. Amplius, ut finem faciamus, inuentarium eſt loco aliarum quatuor regularum. Bona intelliguntur, quæ ſuperſunt detracto ære alieno. l. ſub-
201 ſignatum. l. proprie bona. ff. de uerb. ſign. † Nemo obligatur ſub hac conditione, ſi volam. l. ſub hac. ff. de act. & obliga. Nemo ex ſua liberalitate, vel cauſa ſimili conuenitur vltra uires. l. ſunt quidam, & ll. ſeq. ff. de re iudicata. Promittens, cum voluero, cum potuero, cum commodum erit, nõ tenetur inſolidum. Quia illud cenſetur poſſe fieri, quod commode, & honeſte fieri poteſt. l. nepos Proculo. ff. de uer. ſign.

S V M M A R I V M.

1 *Inuentarii tractatio diuiſa in decem capita.*
2 *Inuentarii definitio.*
3 *Inuentarium non ualet etiam ſcriptum per hęredem, uel defunctum.*
4 *Inuentarium ſcriptum a defuncto cur non valeat.*
5 *Patris ſcriptura, & diuiſio inter filios an valeat.*

CAPITVLVM. I.

1 Vniuerſam hanc inuentarij † tractationem diſtribuo in decem claſſes, ſiue capita principalia; ſubindeq; attexam meum gloſſema ad duas Iuſtinia. conſtitutiones.

Primo quæram, quomodo definiatur inuentarium.

Secundo vnde dicatur inuentarium.

Tertio quo iure ſit inuentum.

Quarto qua de cauſa fuerit introductum inuentarium.

Quinto quæ perſonæ faciant inuentarium.

Sexto quæ res inſerantur in inuentario.

Septimo quæ forma, & ſolennitas ſeruetur in inuentario.

Octauo quando incipiat eſſe inuentarium.

Nono qui ſint effectus inuentarii, & hoc opus hic labor erit.

Decimo, & vltimo quando deſinat eſſe inuentarium.

Quoniam autem omnis, quæ de re aliqua ſuſcipitur diſceptatio, debet a definitione proficiſci, quæ veluti in ſpeculo, primo intuitu, ponit præ oculis totius rei ſubſtantiam: ideo videamus de definitione. Eam ſic ponit Vitalis Cambanus clauſula, nil nouari inuentarii confectione pendente. numero 63. ſumptam ex gl. in l. tutor qui repertorium. ff. de adminiſtr. tut. in §. ſi vero abſunt. auth. de hæred. & Falcid. inuentarium eſt quædam ſcriptura, in qua deſcribuntur omnia, quæ in hæreditate, vel bonis alicuius ſunt inuenta. hæc definitio imperfecta eſt, cum inter cætera non contineat quod eſt ſcriptura publica manu vnius ſaltem Tabellionis, ideo ego ſic definirem. inuentarium hæredis, eſt ſcriptura publica, ſub pręſentia legitimarum perſonarũ: in qua res † ſingulæ defuncti,
2 mortis tempore exiſtentes, deſcribuntur. Dixi hæredis, ad differentiam aliorum inuentariorum, quæ non conficiuntur ꝑ hæredem: veluti per fructuarium: per curatorem ventris, ſeu bonorum, per emptorem hæreditatis, & ſimiles. Sed an hæredis appellatio cõueniet bonorum poſſeſſori, & fideicommiſſario vniuerſali? Quod magis eſt. l. ſed & ſi reſtituatur. ff. de iudi. l. 3. ff. de bon. poſſ. Item quia hæres omnino debet interuenire, dum conſcribitur inuentarium, ut infra patebit.

Dixi

Dixi ſcriptura, ad denotandum quod inuentarium omnino deſiderat ſcripturam: regulariter contra tam in cōtractibus, quam in vltimis voluntatibus, vbi ſcriptura non requiritur. & licet aſſidue videamus in reb. & negocijs quibuslibet ſcripturam interponi, illud fit ad maiorem cautionem, vtq; diutius rei memoria conſeruetur, fragilis eſt enim hominū memoria. l. peregre. ff. de acq. poſſ. non autē de neceſſitate. Hinc emanauit vulgare dictum, ſcriptura fit ad probationem non autem ad obligationem. l. Publia. § fin. ff depoſi. l. contrahitur. ff. de pignor. Sed quoniam omnis regula patitur exceptionem, quidam caſus ſpeciales reperiuntur, vbi ſcriptura exigitur, inter quos eſt inuentarium, iuxta glo. in d. l. contrahitur. tradit Alciat. in l. pactum quod bona fide. C. de pact. Dixi publica, ad differentiam ſcripturarum priuatarū, quæ neq; per tabellionem, neque per iudicem fiunt. Ergo vox hæc publica, ſignificat quod inuentarium non poſſet fieri per priuatā ſcripturam, etiam manu hæredis, neque defuncti: Fortius in contrarium vrget, nam teſtamentum in ſcriptis, in cuius celebratione plurimę ſolennitates requiruntur, valet, ſiue ſcriptū ſit a publico tabellione, ſiue ab hærede, aut a teſtatore, aut à quolibet alio, ut notant ampliſſime Doctor. in l. 2. & l. hac cō ſultiſſima. C. de teſtam. Cur ſimiliter non valet inuentarium a quolibet conſcriptum & præſertim a defuncto? Reſpondetur: diuerſitatis ratio illa eſt, quod teſtamentum pendet a mera voluntate, atque liberalitate teſtatoris, ſiue non; Cum eis, maxime ſi habeant hypothecam, nequeat vllo modo præiudicare. l. 1. C. debitorem vend. pigno. Non ſic in inuentario, vbi præſumendum eſt hæredem fraudem commiſſurum, niſi manu publici notarij conſcribatur, authoritate iudicis intercedente. quis eſt enim ille, & laudabimus eum, qui non cęcutiat in proprij compendij perceptione, ſi ſolus ipſi ſibi nunctius ſit? Et quamuis plerique ex noſtratibus in eam ſententiam iuerint, inuentarij formulam, quam præſcripſit Iuſtinianus † ſine iudicem fieri poſſe; cōtraria opinio obtinuit, vt iudex debeat interuenire; Et hæc opinio fuit Martini de Fano, eamque vſus, ſtiluſq; iudiciorum approbauit, Ang. in l. 1. §. hęc ſtipulatio. ff. ſi cui pluſquam per l. Falc. Cagnolus Vercellenſis in l. ſi quis maior, nu. 210 C de tranſac. dixi, ſub præſentia, quia teſtes debent eſſe præſentes in inuentario, licet alias in publica ſcriptura, & monumento non raro fruſtra adhibeantur teſtes. l. in donationib. C. de donat. l. ſed enim Iuſtinianus, quo plenius robur adiungeret, hæredumq; compeſceret malitiā teſtes intereſſe voluit: interim, vt aliqui voluerint, res cunctas oculis teſtium eſſe ſubijciendas, licet alias in contractib. viſio, & conſpectus non uitiet actum, dummodo inuicem ſe exaudiant teſtes & contrahentes. glo. in l. 2. §. idem Labeo 2. & ibi Barto. & Imola ff de aqua plu. arc. de quo nonnihil infra. Dixi legitimarum perſonarum, ad denotandum quod plures debent eſſe præſentes; iudex, & tabellio, quandoq; vnus, quandoque duo. Et teſtes, quandoque duo, quandoque quinque. Et creditores interdum, nec non legatarij, & fideicom. ſi velint. § ſancimus, & § ſeq. auth de hæred. & fal. dixi Singulæ, eo quod ſigillatim res omnes, non ſub inuolucro, & veluti in enigmate in inuentario ſunt inſerendæ. Dixi defuncti, non teſtatoris, quoniam tam ex teſtamento quam contra teſtamentum, & ab inteſtato, inuentarium fieri conſueuit. Itē quoniam mors debet expectari illius, de cuius bonis agitur. vnde ſequitur illud, quod nuper tetigi, nec valere inuentariū a defuncto (dum viueret) conſcriptum. Bald. poſt Nico. de Matar. in d. §. ſin autem dubius. Sed cur ita? Ego opinor illam eſſe rationem; quia quandiu quis uiuit † non dicitur habere hæredem, neq; hæreditatem. l. 2. §. interdum. ff. de vulga. & pupil. ſiue velit ipſe, ſiue alius ſucceſſor, filius, vel extraneus. l. vlt. C. de pactis. Nam & ſi quis uelit omnia ſua in alium transferre aliter quam hæreditario iure transferre debet; per donationem, per arrogationem. l. omnes. §. 1. ff quæ in frau. cred. inſt. de acquiſ. per arroga. Cum ergo inuentarium ad illa ſola bona trahatur, quæ exiſtunt mortis tempore, non inſpecto quod antea eſſent maiora, vel exiguiora. l. pen. §. 1. ff. de caſt. pecu. non eſt mirum ſi viuentis inuentarium non valet. Fallit forte ſi quiſpiam ingrediatur Monaſteriū, ſi maxime vera eſt ſententia quorundam, volentium non expectari mortem naturalem, ſed confeſtim deferri legitimam, uel aliter diſtribui hæreditatem. de quo diſputat gloſſa, Cynus, Butrig. Bart. Bal. Ang. Saly. & alij in auth. ingreſſi. & in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccl. in l. deo nobis. C. de epiſ. & cl. in l. in iſulam. ff. ſol. matr. in l. cum pater. §. hæreditatem de leg. 2. Alexandrinus conſi. 155. quod pendet ab illo articulo an teſtamētum confirmetur morte ciuili veluti naturali. gl. Bar. Imola, Aretinus in l. 1. ff. de teſtamen. admiſſo autem quod mors ciuilis confirmet, non facile infligerentur pœnæ inuētarij, quaſi iſte non videatur uerus hæres. non tamen eſt negandum quod ſi teſtator, maximę pater, rerum ſuarum diſtributionem, vel ratiocinia fecerit, plurimum fidei, & authoritatis præbebit
56 hæc † ſcriptura, quocūque nomine eam appellare malueris, l. quoties. l. ſi cogitatione. C. fam. erc. l. rationes. iuncta auth. quod obtinet. C. de ꝓbatio. Nam & patris diuiſio inter filios valet, licet plus vni quam alij aſſignet Socinus conſ. 127. lib. 3. Decius conſi. 154. Pariſius conſi. 34 lib. 2 quod tamen intelli ge iuxta tradita per Corneum conſil. 228. lib. 4. per Decium conſi. 86 & ex prædictis liquet quod recte ſubiunxi in definitione, illa uerba, mortis tempore. Nunquid ergo res accedentes poſt mortem non deſcribentur? Mantua in conſi. 33. lib. 2. dicit non deſcribēdas, quod intellige ut per Aug. & Imolā in d. §. hæc ſtipulatio. & infra ſubijciam.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarii etymologia.*
2 *Inuentarium, & repertorium, idem ſunt.*
3 *Hæres omittens res aliquas in inuentario, qua pœna & quando puniatur.*
4 *Filius ſubtrahens res aliquas de hæreditate patris, quomodo puniatur.*
5 *Res alterius quàm defuncti inſerta in inuentario an debeantur.*
6 *Iura incorporalia an inſerantur in inuentario, & quomodo.*
7 *Hæreditas eſt nomen iuris, & proinde dicitur hæreditas ſiue ſint corporalia tantum, ſiue incorporalia tantum.*

CAPITVLVM. II.

Secundo videamus vnde dicatur inuenta-
1 rium Reſpondeo, † inuētarij etymologia inde deducitur, quia in eo deſcriptæ res inueniuntur, & quodammodo tanguntur & cernuntur. glo. in l. tutor qui repertorium. ff. de adm. tutorum. ubi Vlpianus inquit Repertorium vulgo inuētarium, appellari ſolet, gloſſa exponit repertorium ideo dici, quia res pupilli, ibi deſcriptæ reperiuntur. Et ſic apparet quod repertorium, & inuen-
2 tarium ſunt ſynonima; quamuis inuentarium hæredis, † de quo nūc agimus, trecentis annis, poſt Vlpianum ab Imperatore Iuſtiniano fuerit introductum. iuxta hanc Etymologiā (Cicero appellat notationē, ſeu veriloquium) plures emergunt dubitationes. Ecce res aliquæ ſunt prætermiſſæ in inuētario, an ualeat inuentarium? Prima fronte videretur non valeat inuentarium: Prima fronte videretur nō valere, quia paria ſunt nō facere, uel facere inutiliter. C. de rei vx. act. in prin. Et nihil cenſetur actum donec aliquid ſupereſt agēdū. l. pen. C. de his quibus ut ind. & hoc quidam tenent. Contrarium, vt infra dicam, verius apparebit, maxime quoad aliorum cō pendium. Cæterum an proſit hæredi, ſic diſtingue. Aut hæres malitioſe non inſeruit res omnes, aut ignoranter. Primo caſu Bald & Ang. in d. l. ult. §. licentia C. de iure deliberan. poſt gloſſam in d. §. ſi uero non fecerit tenent hæredem omne beneficium amittere. Quod & tenuit Raynerius, ut ibi refert Saly & Corneus, dicens aliquos atteſtari hanc eſſe commu-
* nem * opinionem; quæ ex eo fulcitur quod fructuarius res aliquas ſupprimens, priuatur vſufructu. Caſtrenſis, & Iaſon in auth. qui rem. C. de ſacroſan. eccl. Crauetta in conſi. 300.
3 Sed Saly. Caſtrenſis, † Alex. Iaſon, & plerique alii in d. § licentia reprobant. quod vt melius intelligatur, eſt enim quotidianum, & vt dicit Ang. in l. Paulus. ff. ad l. Fal. eſt de pane lucrando; Dic triplex damnum hæredi ex hac malitia inferri poſſe. Vnum quoad Falcidiam: aliud quoad legata integra ſoluenda vltra vires hæreditarias. Tertium quoad omnia debita ſoluenda ſimiliter vltra vires hæreditarias. Primum damnum hæres indubitanter ex ſua malitia patitur. Sed an hæres Falcidiam ſolum amittet in rebus omiſſis? Diſtingue tempora. de iure digeſtorum ſolum amittit in re omiſſa. d. l. Paul. de iure nouiſſimo amittit falcidiam omnium rerum, quamuis extet regula. Pœna non debet egredi delictum. l. reſcriptum. ff. de his quibus vt ind. gloſſa Bar. & Ang. in §. ſancimus. auth. de hæredibus & Falcidia. Secundum damnum hæres nō ſentit, cum ſatis puniatur in hoc quod Falcidiam amittit inſolidum, iuxta Imolam, Caſtrenſem, & Alex in d. l. Paulus. Quo ad tertium damnum ſimiliter concludunt Doctores, ꝙ non quidē hæres teneatur vltra vires hæreditarias; ſed ſoluet duplum eius rei, quam fraudulenter ſuppreſſit. d. §. licentia. verſ. illo, & ibi Odof. Fulg. & pleriq; alij. Inter quos Paulus de Caſtro ponit pulcherrimam deciſionem circa filium, qui dum
4 † ſtaret in pendenti an patris hæreditatem adiret, rem aliquā hæreditariam ſubtraxit. Dicit Paulus de Caſtro, quod creditores de duobus alterum facere poſſunt: aut cogere filium vt omnino ſit hæres, aut illum petere damnari in duplo eius rei, quam fraudulenter ſubtraxit l. ſi ſeruum. §. fi. ff. de acqui. hæred. ubi idem Paulus. Adde quæ infra dico in gloſſematibus ad vtranque conſtitutionem. Vbi idem quæro de Trebellianica, nunquid in totum perdatur. Secundo caſu, quando

do

do ſcilicet ignoranter res aliqua in inuentario fuit omiſſa,cō
cludunt Doctores nullum damnum infligi hæredi imprudē-
ti;Quia quod ignoranter fit,pœnam nō meretur, cum animi
non redarguat malignitatem gloſſa in d. §.fi.& hæc ignoran-
tia in dubio præſumetur,niſi ſit filius.l.octaui.ff.vnde cogna-
5 ti.And.de Iſernia in titu.de ſucc.feudi.vlterius quæro. † Hæ-
res alias res quam hæreditarias ponit in inuentario. Quid iu
ris erit?res iſtæ non proderunt nec creditoribus, nec legata-
rijs,Ang in d.§.hæc ſtipulatio. niſi eſſent propriæ ipſius hære
dis,quod procedere poteſt ſi hæres ſciebat eſſe ſuas,argu.l.cu
jus.ff de reg.iur.Cæterum ſiue ſciat hæres, ſiue non , ſemper
ei proderit proteſtatio.l.ſi debitor. ff quibus mod.pig. uel hy
po.Porcellinus in 3.q.principali,de Confect.inu.quod dictū
eſt de re aliqua fraudulenter non inſerta in inuentario,ut hæ
res damnetur in duplum,procedit niſi hæres propter lubricū
ætatis excuſaretur,& niſi fraus per creditores, uel alios non
probaretur,alioquin tot præſumentur eſſe bona, quot ſunt
deſcripta in inuentario.gl.in l.cum de lege. ff. de probat. Ro-
manus in conſi.221.Alex.conſi 41.lib.5.Curtius Senior con-
ſi.27.Curtius iunior conſi.150.Gozadinus conſi.94.Vlterius
quæro,in hæreditate non reperiuntur niſi iura, & actiones,
6 † an inuentario hæc inſerentur?non videretur, arguendo ab
etymologia inuentarij,ſeu repertorij. contrarium puto,cum
7 † hæreditas ſit nomen iuris, & complectatur tam corporalia
quam incorporalia.l.hæreditas. ff.de peri. hæred. quod nerū
indubitanter,vbi nominum , ſeu actionum extarent ſcriptu-
ræ,ſeu chyrographa:ſed & nomina vocalia, & ad ſolum iuris
intellectum pertinentia putarem inſerenda,quamnis Bart. in
l.tutor qui.ff.de adminiſt. tut. videatur dicere eſſe inſerenda
quando ſunt exacta , & in corpus veluti quoddam redacta.l.
rem in bonis.ff.de acq.re.dom. Paſſiua quoque iura inſeren
da putarem,vt proinde ſciatur,compenſatione hinc inde fa-
cta,quantum in bonis remaneat.l.in quantitate.ff.ad l. falcid.
quamuis ſi non inſerantur, non per hoc ſuſpectum reddatur
inuentarium.Decius conſi. 418. ſed certe inſerere ſatius erit
hæredi, ne creditorib. poſtea,& legatarijs detur auſa infician
di,& dicendi,hæreditas,eſt locuples,& ſoluendo.gloſſa in l.ſi
vero.§.1.ff.qui ſatiſ.cog.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium iure ciuili fuit introductum.*
2 *Conſcientia forum quale ſit.*
3 *Conſcientia dicta eſt quaſi cordis ſcientia.*
4 *Hæres non conficiens inuentarium,an teneatur in foro conſcientiæ.*
5 *Hæres de iure gentium non tenetur vltra uires.*
6 *Contrahentibus an liceat in foro conſcientiæ ſe inuicem decipere.*
7 *An hæres teneatur ex delicto defuncti in foro conſcientiæ.*
8 *Hæres non conficiens inuentarium, an teneatur in foro eccleſiaſtico.*
9 *Ius canonicum loquitur de inuentario.*
10 *Spurio an præſtanda ſint alimenta in foro Cæſaris.*
11 *Summum ius,ſumma iniuria.*
12 *Beneficia,& detrimenta iuris ciuilis trahuntur ad ius canonicum.*
13 *Hæres an teneatur vltra vires in obligationibus legalibus , vel alijs , quæ non deſcendunt ex contractu,vel quaſi,puta per officium iudicis, & denuntiationem.*

CAPITVLVM. III.

1 Tertio videamus quo iure Introductum fue-
rit inuentarium. † Re-
ſpondetur iure ciuili Iuſtinianeo.Siquidem Iuſtinianus pro-
ut omnibus compertum eſt iura omnia ciuilia conſtitutio-
neſque imperatorias ſimul compoſuit atque cōcinnauit, eo
modo quo nunc habemus.Porro ante Iuſtinianum,lege 12.
tabul.quæ ſunt origo , & fons iuris ciuilis ; annis ferme mille
exordium ſumpſere,ut declarant Budæus & Zaſius ſuper. l.
2.ff.de orig.iur.ſed hactenus nullus Iuriſconſ neque Impera-
tor inuentarium hæredis excogitauerat:ipſe vero Iuſtinianus
primus auctor fuit. Ergo nec iuri naturali , nec iuri gentium
accepto ferendum eſt inuētarium.quæ, cum ita ſint , prom-
ptum eſt dicere,quod inuentarium pēdet a iuris rigore,(cir-
cumſcripta æquitate iuriſgentiū) ideo,ut prædiximus,quod
cunque ſancitum eſt,vel permiſſum alio iure quam Iuſtinia-
neo in duabus conſtitutionibus ſaluum manet,ſiue ſit inuē-
tarium,ſiue non. Secundum quod belliſſime conſueuit du-
bitari. Primo an in foro conſcientiæ,hæres nō conficiens in-
uentarium ſubiaceat pœnis iuris ciuilis. Secundo an in foro
eccleſiaſtico ſecundum iuris pontificij præcepta idem ſit quod
8 in foro conſcientiæ.quoad primum dubium,† ſcire oportet,
quod forum conſcientiæ eſt inter te,& confeſſorem , ſiue a-
lium virum probum, & religioſum communicatio, & allo-
quutio,propter conſcientiæ exonerationem; nam conſcien-
3 tia eſt proprij cordis † teſtimonium, ex eo dicta, quaſi cor-
dis ſcientia. Baldus in c uigilanti. de præſcrip. quando vnuſ-
quiſque ſeipſum ſcrutatur, ſeq; ſponte pænitētiæ, & emenda
tioni ſubijcit,cap.in cunctis.& cap.inter.11.q. 3. quam pœni-
tentiam & emendationem vnuſquiſque libenter ſubire de-
bet,maxime ſi ea conſilio, & adhortatione viri probi, & re-
ligioſi ſuadetur,& interdum prout in confeſſione cōtingit,
iubeatur;iuxta ea quæ habentur in Euangelio, & per Cano-
niſtas,in cap.nouit.de iudic.Nam ſi quis vult pie catholiceq;
viuere,debet ſeipſum corrigere, aut , ſi ſcrupulum in mente
gerat,debet conſulere peritiores,eorumque monitis obtem
perare,neque debet apud ſemetipſum ſapiens eſſe,ſuæque in
niti prudentiæ,ex præcepto Hier.quod refertur in cap. ne in-
nitaris.de conſti.Vnde veluti,qui conſcientiam habet onera
tam cum damno alterius,illam debet exonerare:ita,qui con
ſcientiam puram gerit,non debet occaſione alterius onera-
ri,neque damnum ſubire.concluditur ergo, quod hæres nō
cōficiens inuentarium, ſi fraude careat, quod ipſe melius quam
4 alij ſciunt:non ſubiacet pœnis legalibus ſiue † iuris Ciuilis:
& conſequenter non tenetur creditorib.hæreditarijs,& mul
to minus legatarijs vltra facultates hæreditarias,Bar.in l. 1.C.
de ſacroſan.eccle.Alex.Iaſ.& plerique alij in Rub.ff. de aequ.
hæred.quamuis Paulus Caſt.& Fran. Aret.in d.rub.in contra
riam opinionem inclinare videantur : ſed ſine dubio fallon-
tur,quia cum forum conſcientiæ ſit ſeipſius iudicium , quo-
modo hæres debet æſtimare,& iudicare , quod creditorib.
& legatarijs res ſuæ ſint adiudicandæ? Rurſus non ſolum re-
fragaretur propriæ conſcientiæ , atque animi ſui ſynceritati;
ſed etiam æquitati iuris gentium,ſi diceremus hæredem tene
ri de ſuo: quæ enim eſt ratio ,ꝓpter quam hæres teneatur vl-
tra vires hæreditarias?hæc ſane,quia ius ciuile præſumit hæ-
redem fraudare uoluiſſe creditores,& legatarios. Bart. & alij
* * communiter in auth.ſed cum teſtator.C.ad leg.fal. & ideo
diſpoſuit quod hæreditas,ſiue damnoſa,ſiue lucroſa eſſet, ar
ctaret ipſum hæredem;quod contrarium eſt æquitati natura
li,& iuri gentium:vnde Bar.Roma.Alex & alij in præallegata
Rub.de acquir hæred.dicunt quod hæreditas eſt nomen iu-
ris ciuilis.l.nihil eſt aliud.ff.de verbo.ſign.l hæreditas. ff.de re
5 gu iu.† ergo apparet,inquiunt ipſi,quod de iure gentium,hæ
res ad nihilum plus tenetur,quam in hæreditate inuenitur.
Quod ſimiliter procedit in foro conſcientiæ.Alioquin ſi ve-
rum eſſet quod hæres in foro conſcientiæ ultra vires tenere-
tur,magis alios diligeret, quam ſeipſum ; quod eſſe non po-
teſt,quoniam prima charitas incipit a ſe ipſo, glo in l præſes.
C. de ſeruit. Adde omnino Iaſonem in §. ſed iſtæ. Inſtitu. de
action numero 100.& multis ſeqq. vbi plurima congerit in
materia conſcientię:quæ ut inquit Bald.in l.& ſi inutiliter C.
de fideicom.eſt veluti Angelus humanam vitam præſidens.
Multo minus quis dēt locupletari ex præceptis fidei Catho-
licæ:finge Iuſtinianum fuiſſe interrogatum , an in foro Poli,
ſiue conſcientiæ,hæres de ſuo teneretur: Reſpondiſſetne te
neri?nullo modo.quod inperuincibiliter probatur, ex eo quia
Iuſtinianus ſanxit hæredem teneri , quoniam præſumitur
quod voluerit furari aliquid de hæreditate in præiudicium
creditorum,& legatariorum.§.ſancimus,in Auth.de hæred.
& Falcid.ergo ceſſante huiuſcemodi ſuſpicione, & præſum-
ptione aduerſus hæredem,intentio Iuſtiniani erat , ne hæres
teneretur de ſuo;quæ præſumptio dubio ꝓcul ceſſat in quæ-
ſtione propoſita:quādo enim hæres examinat propriam cō-
ſcientiam,iudex quodammodo fit ſuper hæreditate ſibi de-
lata:vnde nullo modo eſt arctandus ſoluere de ſuo.Prędictis
adde Speculatorem in titu.de inſtru.edit.§.dicto. Io. And. in
c.quanquam.de vſuris.lib.6.Ang.in l.1.§ hæc ſtipulatio. ff. ſi
cui pluſquam per l.falcidiam. ubi aliquatenus uidetur diſcre-
pare. Porcellinum in 7.quæſtione principali.Corn.conſi.39.
lib.4 Ruinum conſ.20.lib.4.Didac.c. 5. de teſta. Vaſq.Hiſpa-
num vtcunque diſcrepantem de ſucc. 1. parte.§. x. probatur
hæc aſſertio pulcherrimo ſimili,ecce,iure ciuili licet contra
hentibus ſe inuicem decipere l.in cauſæ 2.§.pen.ff. de mino.
6 Non † tamen licet in foro conſcientiæ,Butr.& Abb.in capit.
quia plerumque.de immu.eccle.Innoc.Butr.Ananias in c. in ci-
uitate de vſuris.Ferrarius in cautela 4.ex quo inferūt Docto-
res quod nemo vir probus, & Chriſtianus authoritate iuris
ciuilis debet alios fraudare: cum vir probus ad tribunal con
ſcientiæ debeat aſſiſtere:de quo etiam per Salycet.in authēt.
ad hæc.C.de vſuris.vnde argumentum ſumere poſſumus,quod
ſi hæres & creditores,& legatarij ſint viri probi,non ſoluent
neque exigent vltra vires.

Cæterum ſubtilis Aretinus in d. rub. hanc præſumptionē
furti ſeu ſubtractionis reſtringit ad legata d. §.ſancimus. & §.
ſi verò non fecerit . Secus quoad credita . Quod conſtanter
defendit Menochius conſi.89.ad finem, diſtinguendo tripli-
citer.Ideo poſt Federicum de Senis, Comenſem, & caſtren-
ſem

ſem conclodit Aretinus,ſaltem reſpectu creditorum hæredi
tariorum hæredem teneri de ſuo etiam in foro conſcientię;
non tantū ſi deſcendat obligatio ex contractu,vel quaſi,quo
caſu hæres omnino ſubintrat in locum defuncti. l.ex contra-
ctibus.ff de act.& oblig.ſed etiam quandoque ex delicto,pu-
ta ex vſuraria prauitate : quod & ante tenuiſſe videtur glo.in
c.in literis.De raptoribus.Sed hoc a pleriſque penitus confu
tatur & præcipue ab Ancharano conſi.411.& in c.poſſeſſo.4.
oppoſ.& in c.peccatum.9.quæſtione.de reg.iu. in 6.quem ſi-
mul cum Butrio refert Geminianus & Francus in cap.quam-
quam.de vſuris,in 6.partim , quia inuentarium non prodeſt,
nec obeſt (ſiue adeatur hæreditas , ſiue non) niſi in his, quæ
ſpecialiter ſanxit Iuſtinianus in dictis duabus conſtitutioni-
bus.Quod argumentum eſt inconcuſſum , & tanquam baſis
ſolidiſſima in vniuerſa hac inuentarij tractatione,partim q̄a
ad Tribunal cōſcientię adſiſtit Deus ipſe, qui eſt ipſa veritas,
quæ neque fallitur neque fallit c.a nobis 2.de ſenten. excom.
Et hoc indubitanter verum , vbi nihil ex delicto defuncti ad
7 hæredem perueniſſet. l.ſicut l. de reg. iur. † & maximè ſi nec
alia bona extarent , ex quibus hæres conſcientiam defuncti
exoneraret.Quid ergo ſi alia eſſent bona, quę lucrum hære-
di eſſent allatura ? Vtique iure ciuili hęres quantumuis locu-
pletiſſimam nanciſcatur hæreditatem citra delictum, non te
netur pro eo,in quo defunctus deliquiſſet, quia obligatio,&
actio morte delinquentis expirat.l.vnica.C ex deli.defun.prę
terquam in conditione furtiua,quæ tranſit in hęredem furis
propter coercendam nimiam frequentiam,& aſſuetudinem
furandi.l.ſi pro fure.§.fi.& ibi Bar. & Paul.ff.de cond.fur.cor
neus conſi.314.lib j.Decius in l.pupillum.de reg.iur.attamen
de iure canonico,quatenus eſt in bonis,& in lucro,debet hæ
res exonerare animam,& conſcientiam defuncti,maximè in
reſtitutione vſurarum,vel ſi quod damnum pecuniarium in-
tuliſſet defunctus in bona , vel perſonam alterius,c. vlt. & ibi
gl.But.Imola,abbas , de ſepulturis. Innocentius, Hoſt.Ioan.
And.But.Abbas in c.tua nos. de vſuris. in cap. in literis. præ-
ſertim per Ioannem de Anania poſt Butrium , & Abbatem ,
de raptoribus. Bar.in l.prima ff.de priuatis delictis . Secunda
8 ſuccedit dubitatio,an hæres † qui non conficit inuentarium
ſubiaceat pœnis iuris ciuilis in foro Eccleſiaſtico. Plerique In
terpretes tam canoniſtę quàm legiſtæ tenent hæredē perin-
de obligari in foro Eccleſiaſtico,atque in Cæſareo,ſiue Secu
lari:ex eo quia veluti lex Cæſarea non dedignatur ſequi Sa-
cros Canones, ita lex Pontificia nō abhorret a iure ciuili. c.j.
de noui operis nuntiat. Proinde cum ius Canonicum non lo
quatur de inuentario , credibile eſt q hunc caſum hæredis
omittentis inuentarium reliquerit diſpoſitioni iuris ciuilis ,
iuxta vulgare illud.Caſus omiſſus in lege poſteriore relinqui
tur diſpoſitioni iuris anterioris. l. ſi extraneus. ff. de condic.
9 cau.da. Sed hoc falſum eſt,quia immo ius canonicum loqui
tur de inuentario,cap. Raynaldus.in fine,& ibi But.Imo. Ab-
bas,Gulielmus Benedictus,& Didacus.de teſtam. Accedit q
in foro eccleſiaſtico ſeruatur ordo iudiciarius paulo minus,
quàm in foro Cæſareo: Nam vtrobique iudex debet formā
ſeruare,& vndique argumenta probationesq; eruere,quibus
controuerſiæ dirimantur vt per Innocentium, & cæteros in
c.afferte,de pręſum.c.2 de lib.obl.c. quoniam. vt lite non cō
teſtata, cum etiam inſtantia vltra triennium duret de iure ca
nonico.c.venerabilis.de iudic.gl.& omnes in l. properādum.
C.eodem & vt ſummatim colligam, vterque iudex debet ſe
cundum leges iudicare.cap j cum ibi not. de offi.ordin.Ergo
quemadmodum in foro Cæſaris hæres non faciens inuenta
rium condemnatur,ita & in foro eccleſiaſtico . Eadem enim
præſumptio q hæres aliquid ſubtraxerit , vtroque modo in-
teruenit;iccirco idem ius eſt ſtatuendum.l.vlt.C.de conſtit.
pecun.Sunt etiam aliæ rationes,quæ adduci poſſent pro hac
receptiſſima opinione,quas vide per D.Cardi.Zabar.Butriū,
Abbatem,& alios in c.j.de ſolutio.& in cap.tua nos,de vſur.&
in c.j. vbi præcipue Barbat.de teſta.Ang.Alex.& Iaſ.in rub.ff.
de acquiren hæred.Bal ſingulariter in l.vlt.in prin.verſ.ſexto
C.de iu. de lib. Nonnulli tamen ita diſtinxerunt , aut ſumus
in terris eccleſiæ,& hæres non tenetur:Aut alibi,& hæres te-
netur.cuius diſtinctionis vis & efficacia duobus ſimilibus cō
10 probari videtur. Vnum eſt,† q pater filio ſuo Spurio cogitur
præſtare alimenta in terris eccleſiæ , non autem alijs in locis.
Ita conſuluit ſubtilis Aretinus in ſuo conſilio 48.aliud ſimile
eſt,q ius teſtandi coram Parochiano & duobus vel tribus te
ſtibus,nō autem adhibitis ſeptem teſtibus prout exigit ius ci-
uile,competit duntaxat in terris eccleſiæ, in quibus ſummus
Pontifex habet iuriſdictionem tēporalem: ſecus in terris Im-
perij,prout notatur,ſecundum opinionem quorundam , re-
latam per gl.in c.cum.eſſes,de teſtam. Sed quicquid ſit , tu te-
neas indiſtincte primā opinionem,quam etiam Ferettus no-
ſter Vincentinus legēdo,& cōſulendo tenuit,q hæres ex cē-
ſura vtrioſque fori ſubiaceat pęnis legalib. ſi inuentarium nō
conficiat:& duo ſimilia nihil faciunt ad rhombum , ut utar
verbis glo.noſtræ. Præterea opinio Aretini reprobatur a Ri-
pa,& Alc.in rub.ff de verbo.obli.ſimiliter opinio illorū quos
refert glo.in d.c.cum eſſes.reprobatur per eandem glo.ibi,&
per alios Docto.magis communiter . Quoniam † vero ſum-
11 mum ius , ſumma iniuria plerumque eſt , & ſub authorita-
te,& inuolucris iuris ciuilis pernicioſe quandoque erratur. l.
ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de ver.obl.ideo conclusionem prædi
ctam quod hæres in vtroque foro teneatur de ſuo,cum mo-
deramine intellige,quando hæres eſſet in culpa uera uel præ
ſumpta,& eius conditio ætas moreſque ita ſuaderent : quod
ſub certa lege redigi non poteſt.Item intellige in caſib. quos
expreſſim ſanxit Iuſtinianus in prædictis duabus conſtitutio-
nibus,& quos ius Canonicum non refutauit. Vnde dicit ſci-
tiſſime Ancharanus in d.c.peccatum.9.quęſtione,de reg.iur.
in 6.ſubdens quod eſt nouum,& notabile dictum:quod in q-
buſcunque caſibus ius ciuile non onerat defunctum neque
hæredem vltra vires,vt l.ſunt qui,& ſeqq.ff. de re iudicata,in
eiſdem non onerabitur defunctus neque hæres de iure cano
12 nico.ſenſus eſt.† Omnia beneficia iuris ciuilis , quæ non ſunt
adempta per Iuſtinianum,extendūtur ad ius,& forum cano-
nicum:Pariter detrimenta,& damna inflicta hæredi per Iuſti
nianum,infligētur de iure canonico,& nihil plus,niſi ius Ca-
nonicum vlterius proceſſerit. Exemplum in c.vlt.de ſepult.in
c.in literis.de raptorib.de quo per Boſſium in trac.crimi. ſub
tit.de pœnis,num.34.per Oſaſcum diſtinguentem Deciſ.152.
Didacum Var.Reſol.lib.3.c.3. ſed an tunc hæres teneatur in-
ſolidum ſi non faciat inuentarium?admiſſa ſententia Federi-
ci,quam videtur ſequi Io.And.in c.quanquam. de vſuris in 6.
quod ſcilicet excepta vſura, teneat̄ inſolidū in foro conſcien
tiæ,multo magis tenebitur in foro iudiciali,ſeu contentioſo.
veruntamen conſtantiſſime contrarium defenderem ; quia
neutro iure nec ciuili,nec canonico , hoc cautum reperitur,
vt per Ancharanū in d.conſi.411.& in d.c.poſſeſſor. & c.pec-
catum,& per Geminianum in d.c quanquam.Beroum,conſ.
98.lib.1.Franc. Mar.deciſ.766 quicquid dixerit Bernardus in
ſua gloſſa ad dictum c.in literis.de raptoribus Io.And.in d.c.
quamquam.Hoſtienſis in ſumma de teſtam.§.penul.qui qua
tuor Reuerendi Patres,inquit Anchar.ſi rem in facto conſul
tandam habuiſſent,maturę conſiderando, ſententiam muta-
uiſſent.Quid in debitis,ſeu obligationib legalibus?puta pater
tenetur alere filium,etiam ſpurium de iure canonico: dotem
filiæ conſtituere,gemmas, iocalia, uel ſimilia: an ſi hæc uiuēs
non fecit,hæres facere cogeretur?Et ſi cogitur,an cogetur vl-
tra vires,ſi non fecerit inuentarium in utroq; foro , Cæſareo,
13 & Pontificio?† Deniq; hoc inquiri poſſet in omni caſu , quo
non per actionem,ſed per officium iudicis,aut per nuntiatio
nem Euangelicam,aut per manum regiam defunctus, vel hæ
res conueniri poteſt,ut in l.2.ff.de orig.iuris.in c.nouit. de iu-
dicijs.Bar.in extrauaganti,ad reprimendum.in l.1. ff de iuriſ.
om.iudicum.in l.obligamur,§.l.ff. de act. & ob,in l.ſi quis a li
beris.ff.de lib.agnoſ.in l.ſi filia § idem ſcribit.l.ex parte. §. fi-
lius.ff.fam.ercif.Bar.in l.1.§.nec Caſtrenſe.ff.de collatione bo
norum.Paulus de Caſtro,qui loquitur præciſe in terminis in
uentarij conſi.322. lib.1.Aret.in conſi. 123.124.147.Cur.Se-
nior conſi.27.R ui.conſi.74 lib.2.131.lib.4.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium cur fuerit introductum , & ibi quinque rationes adducuntur.*
2 *Iuſtitia fundamentum eſt,ut vnicuique quod ſuum eſt tribuatur.*
3 *Res ſuas quilibet poteſt alienā vel inter uiuos,uel per ultimam uoluntatem,filios habeat,ſiue non.*
4 *Legata relinquuntur propter benemerita.*
5 *Legata merum afferunt lucrum.*
6 *Ratio uera in iure noſtro uix reperitur.*
7 *Inuentarium fuit introductum fauore hæredis.*

CAPITVLVM. IIII.

1 Quarto principaliter videamus cur† fue
rit introductum in
uentarium;parum eſſet enim legem condere, niſi cauſa ſub-
eſſet cur conderetur.de quo per Siculum in rub.C.qui admit
ti.Boerium deciſ.61.Pinellum in l.1.C.de bon. mater. Et no-
uiſſime Roland. refert tres opiniones.Ego vt ſingulos requi-
ram angulos: dico poſſe conſiderari quinque rationes quib.
Iuſtinianus introduxerit inuentarium. Prima ratio eſt fauor
publicus,quoniam intereſt reipublicę ultima elogia ſortiri ef-
fectum. l. vel negare.ff.quemadmod.teſtam. aperian. pariter
intereſt reipub. ut res, ſua vnicuique conſeruetur. §. vlt.in-
ſtit.

2 ſtit. de his qui ſui vel alien. iur. ſunt. Quippe iuris † iuſtitięque
fundamentum eſt, vnicuique quod ſuum eſt, tribuatur, vt li-
quet ex definitione iuſtitiæ l. iuſtitia. ff. de iuſtitia & iure. Secū
da redditur ratio, ꝙ inuentarium fuerit introductum fauore
teſtatorum, & vltima condentium elogia: lex enim mirum in
modum fauet teſtatoribus, vt cum ſciant ſe morituros, ſaltē
hoc habeant ſolatium, deligendi eos hęredes & ſucceſſores,
quos prædilexerint. l. 1. C. de ſacroſ. eccleſi. Hinc eſt, ꝙ quem-
admodum quis viuens rerum ſuarum pleniſſimam habet ad-
miniſtrationem, vel in hunc, vel in illum res ſuas transferen-
3 do: ita & in vltima voluntate, ſiue filios habeat, ſiue non: † Nā
ſi habet filios; legitimam, quæ eſt modo ſemis, modo triens
relinquere eis neceſſe habet; reſiduum in quemlibet alium
conferre poteſt. l. parentibus. C. de inoffic. teſtam §. vlt. inſtit.
de hæred. inſt. § primū itaque. vbi rex. ſingulariſſimus. Auth.
de hæred. & fal. Crauetta conſi. 256. & Cephalus poſt multos
quos refert conſi. 280 Accedit ꝙ relinquens in vltima volun
tate, benigni animi ſpecimen præfert: Quid enim laudabilius,
quàm ſuum dilargiri, & liberalitatem exercere, præſertim in
benemerentes amicos & conſanguineos. l. ſed & ſi lege. §. cō
4 ſuluit. ff. de pet. her. hinc extat vulgare illud, legata † propter
benemerita legatariorum cenſentur relicta. l. nec adiecit. ff.
pro ſoc. Atqui legata & fideicommiſſa, & cætera emolumē
ta vltimarum voluntatum certius, & expeditius ſecundum
morientis conſilium præſtantur, quando hæres res omnes
redigit in inuētarium. Tertia ratio eſt fauor legatariorum, &
fideicommiſſariorum: cum enim ex defuncti elogio liberali-
tatem meruerint; ab hærede minimè fraudandi ſunt, neque
remorandi: cuius rei euidens eſt argumentum, ꝙ legata & fi-
5 deicommiſſa particularia † merum afferunt lucrum, omni
onere remanente penes hæredem. l. ſi hæreditatem ff mand.
quod lucrum facilius conſequentur legatarij, & fideicommiſ
ſarij, ſi facultates hæreditariæ deſcribantur in inuentario.
Quarta ratio reddi poteſt, vt fauore creditorum hæreditario
rum inuentarium fuerit introductum: Enimuero creditores
ad vnguem ſuum conſequi debent a quocunque debitoris
ſucceſſores & forte ſi ſciuiſſent, ſe non fore compenſandos,
non contraxiſſent §. vlt. Inſt. quibus mo. re contra ob. quippè
graue eſt fidem fallere atque illos decipere, qui libenter con-
traxerunt, atque in alios pecuniam ſuam vel aliud tranſtule-
runt. l. 1. ff. de conſti. pecu. quod cōſiderans Iuſtinianus, illis
conſuluit per beneficium inuentarij: in quo ſtatim reperient
res ſibi obnoxias, & habebunt quē conueniant l. 1. ff. de ſucc.
edicto. Hę quatuor rationes ſunt quidem alicuius ponderis,
ſed non arbitror illis motum fuiſſe Iuſtinianum: & ſane in iu-
re noſtro ita reperitur, veluti & in aliis pleriſque ſcientijs, vt
6 vix † vera ratio reddi poſſit: ore proprio dicente iurecōſ. Nō
omnium ratio reddi poteſt. l. nō omniū. ff. de legi. Et ſæpenu-
mero conſueuit dici, ſufficit pro ratione voluntas. l. quia po-
terat ff. ad ſen. conſ. Trebel ſed vtcunque ſit, quintā & vltimā
ſubiicio rationem, quā vetuſtiſſimā eſſe opinor, vt inuentariū
7 † fuerit introductū fauore & cōtemplatione hæredis. Primo
probat in ſæpius allegata l. vlt C. de iure delibe. In cuius prin-
cipio refert Iuſtinianus, ꝙ non ſolum milites vel alios ſpecia
li priuilegio ſubnixos, vult beneficio inuētarij iuuare, ſed om
nes hæredes. Subinde in §. & ſi præfatam. dicit ꝙ quilibet hæ
res ſeruans formam inuentarij, ab omni damno rerum ſuarū
liberabitur. Denique percurras totam illam legē, nihil aliud
agere Imperatorem videbis, quàm vt hæredi proſpiciat. Præ-
terea poteſt hæres facere, poteſt etiam non facere inuenta-
rium: quod non eſſet ſi aliorum reſpectu fuiſſet introductum
inuentarium, iuxta tradita in l. 1. C. de vſufru. Et per hoc con-
uincuntur quatuor priores rationes: & tertia, quartaq; ratio
ex eo quoque conuincitur, ꝙ non poſſet hæres facere inuen
tarium, creditoribus, & legatarijs abſentibus; & tamē poteſt.
§. ſi vero abſunt. auth. de hæred. & falc. Pręterea quid intereſt
creditorum inuentarium ab hærede fieri: Immo plerunque
damnum patiuntur: Cum, ſi hæres non feciſſet, conuenirent
eum inſolidum vltra vires hæreditarias, vel per ſpontaneam
ſolutionem, vel per bonorum miſſionem: ſed & illum corpo
raliter plecterent, cum hæres, & defunctus eiuſdem ſint con
ditionis. l. hæredem. ff de reg. iur. nec debet hæres in ſua per-
ſona recuſare, quod defunctus recuſare non potuiſſet. l. poſtu
lāte, in prin. ff. ad Trebell ex quo textu Bar. & ibi Ang. & Alc.
inferunt ꝙ ſi ſtatutum dictet, quempiam pro debito detine-
ri in carceres detrudi poterit niſi fecerit inuentarium. Nō eſt
ergo ambigendum, ꝙ inuentarium cōtemplatione hæredis
fuit introductum, licet & creditoribus, & alijs interdum pro
deſſe poſſit, & licet non debeat hæres iniurioſe alios tracta-
re, dummodo ſuum ſeruet, Iac. de Are. & Cyn. in §. & ſi præfā
tam. l. impuberi. ff. de adm. tu. & per hoc Tiraq. le mort ſaiſit.
12. decl 2 par. reprobat quoſdam tenentes hæredem cum in-
uentario non eſſe proprie hæredem.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres non cogitur præciſe facere inuentarium.*
2 *Fideicommiſſarius vniuerſalis vtrum cogat hæredem facere inuentarium.*
3 *Hæres non tenetur reſtituere fideicommiſſario, niſi quod extat tempore reſtitutionis.*
4 *Fideicommiſſarius vniuerſalis nihil conſequitur de bonis hæredis.*
5 *Legatarius non cogit hæredem facere inuentarium.*
6 *Hæres deducit fideicommiſſario uniuerſali ſuum creditum.*
7 *Filius non faciens inuentarium an retineat legitimam, & Trebellianicam.*
8 *Fideicommiſſarius uniuerſalis ſaltem deſcribet bona etiam inuito hærede, qui non fecit inuentarium.*
9 *Hæredem non teneri ultra uires, poteſt intelligi quoad creditores, & quoad legatarios.*
10 *Fiſcus non tenetur ultra uires.*
11 *Imperator utitur iure communi ſiue inſtituat, ſiue inſtituatur hæres.*
12 *Eccleſia ſi non faciat inuentarium an teneatur ultra uires.*
13 *Executor teſtamentarius non tenetur facere inuentarium.*
14 *Pater hæres filij in caſtrenſi peculio, uel quaſi, an faciat inuentarium.*
15 *Arrogator ſuccedens arrogato: an faciat inuentarium.*
16 *Pater pro filio ad nihilum tenetur de ſuo.*
17 *Aditio cum bonorum facta eſt, ille non tenetur ultra uires.*
18 *Hæres illius qui non tenetur ultra uires, nec ipſe tenetur, licet non faciat inuentarium.*
19 *Creditores interdum non debent debitores omnibus bonis ſpoliare.*
20 *Debitor quilibet, & eius hæres tenetur uſque ad minimum obolum.*
21 *Vſurarius non tenetur ultra uires.*
22 *Maritus uxori creditrici, & econtra, non tenetur ultra uires.*
23 *Socius non tenetur ſocio ultra uires.*
24 *Pater filio & econtra non tenetur ultra uires.*
25 *Miles debitor non tenetur ultra uires.*
26 *Donator non tenetur donatario ultra uires.*
27 *Filius exhæredatus, uel ſe abſtinens, non tenetur ultra uires.*
28 *Cedens bonis non tenetur ultra uires.*
29 *Hæres uſurarii non tenetur ultra uires.*
30 *Hæres ſocii debitoris an teneatur ultra uires.*
31 *Militis hæres an teneatur ultra uires.*
32 *Donatoris hæres an teneatur ultra uires.*
33 *Hæres cedentis bonis an teneatur ultra uires.*
34 *Hæres non tenetur fideicommiſſario ultra uires.*
35 *Fideicommiſſarius an teneatur creditoribus, & legatariis, & pro qua parte ſi hæres non fecerit inuentarium antequam reſtitueret.*
36 *Hæres probatæ fidei, & conditionis an teneatur ultra uires.*
37 *Miles hæres an teneatur ultra uires.*
38 *Hæres pauperis, & ignobilis, an teneatur ultra uires.*
39 *Hæres in terris eccleſiæ an teneatur ultra uires.*
40 *Hæres non tenetur ultra uires ſi creditores, uel alij fateantur nihil plus fuiſſe in bonis.*
41 *Fideicommiſſarius uniuerſalis, an teneatur facere inuentarium.*
32 *Pater an teneatur nomine filij hæredis facere inuentarium.*
43 *Tutor an teneatur nomine pupilli hæredis facere inuentarium.*
44 *Pupillus tenetur ultra uires, ſi non faciat inuentarium, quamuis in integrum reſtituatur.*
45 *Vnus ex pluribus cohæredibus an teneatur pro alio ſi non fecerit inuentarium.*
46 *Subſtitutus ueluti bonorum poſſeſſor tenetur facere inuentarium.*
47 *An quilibet ſucceſſor uniuerſitatis teneatur ultra uires.*
48 *Hæres furis an teneatur ultra uires.*
49 *In obligatione antidorali hæres non tenetur.*
50 *Hæres in quinque caſibus non tenetur ultra uires.*
51 *Hęres quadrupliciter non ſuccedit ut uerus hæres.*
52 *Vnuſquiſque poteſt facere inuentarium, licet non teneatur ultra uires.*
53 *Iudæus inuentarium facere poteſt.*
54 *Iudæi utuntur iure communi ſi lex Moſaica non repugnet.*
55 *Iudæus non poteſt facere teſtamentum niſi lingua Hebraica.*
56 *Creditor an inuito hærede facere poſſit inuentarium. & num. 53.*
57 *Creditoribus quo pacto conſulatur aduerſus hæredem moroſum, uel non facientem inuentarium.*
58 *Hæres hæredis an inuentarium explere poſſit.*
59 *Inuentarium prodeſt cuilibet hæredi, & hæredi hæredis.*
60 *Inuentarium hæredis an proſit fideicommiſſario.*
61 *Ius excipiendi tranſit ſine ceſſione, non ſic iure agendi.*
62 *Inuentarium hæredis an proſit ſubſtituto vulgariter, & pupillariter.*
63 *Subſtitutus pupillariter tenetur facere inuentarium.*
64 *Subſtitutus iure militari debet facere inuentarium.*
65 *Tutoris inuentarium an proſit pupillo.*
66 *Inuentarium hæredis an proſit creditoribus, & legatarijs.*
67 *Fideicommiſſarius non habet bona conſumpta, licet per hæredem redacta & deſcripta ſint, in inuentario.*
98 *Procuratoris inuentarium an proſit hæredi.*
69 *Adiri an hæreditas poſſit per procuratorem.*
70 *Fabri ceruicoſa opinio circa inuentarium hæredis reſpectu fideicommiſſarij.*

CAPI-

CAPITVLVM. V.

Quinto principaliter videndum eſt, quę perſonæ faciant in
uentarium. Quem articulum tripartite conſidero. quæ per-
ſonæ debeant facere quæ perſonæ poſſint facere. quibus per
ſonis proſit inuētarium. Quoad primum pone regulam. qui-
libet hæres cuiuſcunque ſit ætatis, conditionis, ſexus, debet
facere inuētarium. Nihilominus, quia latet anguis in herba:
quædam præfari uolo dum dico quod hæres debet, vel ne-
ceſſe habet facere inuentarium, non eſt intelligendum quod
1 † præciſe cogatur facere, ut probatur in d l vlt. § pen. C. de iu
re delib & ſuperius dictum fuit, intellige de quadam neceſſi
tate Impulſiua, quæ hæredem omnino impellat ad faciendū
inuentarium, ſi vult damnum euitare, prout in ſimili inquiūt
Bat. & alij in l. Gallus, in prin ff. de libe & poſthum ꝙ ſi parēs
vult recte teſtari, neceſſe habet poſthumos inſtituere, ſecun-
dum cōſilium Galli: alioquin poſthumus præteritus rumpet
teſtamentum: non tamen cogitur parens ita facere: quoniā
nemo cogitur facere teſtamentum: ſed quando eligit viam
teſtandi, ſeruare debet formulam Galli, ne teſtamentum red
datur eluſoriū. Ita hic, hæres non cogitur, nec adire, nec ſace
re inuentarium: ſed ſi caute vult adire, debet omnino facere
inuentarium. inſuper quod hæres non cogatur præciſè face
re inuentarium (quamuis ſi indemnis vult eſſe, neceſſe hēat)
facit ratio vltima ſuperius adducta, quod fauore hæredis nō
aliarum perſonarum Iuſtinianus inuentarium introduxerit.
Huic tamen aſſertioni, quod hęres præciſe non cogatur face
re inuentarium, ex diametro: refragatur vna determinatio,
firmata a pluribus ex noſtratibus interpretibus. Quam, quia
mirabilis eſt, & quotidie contingit, ſubijcere decreui. Aſſe-
runt Iac. de Are. Bar Bal. Imola, & Pau. Caſtren. in l cum tale.
§. 1. ff. de condi. & demon Oldr. conſi. 124 Curtius Senior cō
ſil. 29. & nonnullos alios refert Cagnolus Vercel. in l. 1. C. de
pactis, quod hæres rogatus reſtituere hæreditatem in aliquē
2 euentum, cogi poteſt a fideicommiſſario † vniuerſali confi-
cere inuentarium, arguendo hoc modo. Indubitati iuris eſt
quod hæres tenetur reddere rationē de adminiſtratione re-
rum hæreditariarum ipſi fideicōmiſſario. d. l cum tale. §. 1. er
go & facere inuentarium quid enim aliud petitur fieri in in
uentario, niſi ut hæres recte adminiſtret? quæ determinatio
ſi vera eſt, dicere poſſemus quod & ad inſtantiam legatario-
rum, & fideicommiſſariorum particularium hæres cogere-
tur conficere inuētarium. quod probari alio argumento vi-
detur. Nam hæres legatarijs, & fideicommiſſario cauere de-
bet de ſatisfaciendo quando tempus veniet, ut in titulo Di-
geſtorum, vt legatorum, ſeu fideicommiſſorum nomine ca-
ueatur. Bal. Saly. & alij in l. cum Arcadiorum. C. ut in poſ.
legato. Sane contremiſcit ſpiritus meus in hoc conflictu. Ae-
quitas valde fauet huic determinationi cōtra hęredem, cre-
doque ita paſſim, aut ſaltem in pleriſq; locis ſeruari Rigor iu
ris in contrarium me tranſducit. Alex. quoque pater verita-
tis in l. in ratione. 1. §. quod vulgo. nume. 14 ff. ad leg. falc. eau
dem opinionem impugnare videtur quia non reperitur iure
cautum, quod hæres fideicommiſſario teneatur cōficere in-
uentarium, quamuis in tutore reperiatur. Nec valet (inquit
ipſe) argumentatio. Hæres tenetur reddere rationē, ergo &
inuentarium conficere, q̄uis hæc argumentatio valeat in tu-
tore. l. tutor qui, & ibi notatur ff de adminiſtra. tuto. nam di-
uerſa ratio eſt in hærede, quam ſit in tutore, cum actio ex te-
ſtamento, quam habet fideicommiſſarius, ſit ſtricti iuris. At
actio tutelæ, quæ dirigitur contra tutorem, eſt bonæ fidei, &
conſequenter ex prædictis Alex. videtur approbare deciſio-
nem Raphael. Com ibi, quod hæres non conficiens inuenta
rium, nullum damnum patitur occaſione fideicommiſſi vni
uerſalis, nam ſatis eſt, quod hæres reſtituat illam quantitatē
3 quæ remanſit, nec fideicommiſſarius audietur, † plus perēs,
niſi expreſſim probaret, quod hęres fraudulenter res fideicō
miſſo noxias interuerterit l. mulier, §. ſed enim l. deducta. §.
* ante diem, in fine. ff. ad S. C. Trebel. & ibi communiter * Do
4 ctores, † ex quo liquet quod nunquā fideicommiſſarius vni-
uerſalis aliquid conſequitur de bonis hæredis, cum per fidei-
commiſſum tantum ſuccedatur in bonis defuncti. l. cohære-
di. §. cum filiæ. uerſi nec fideicommiſſo. ff. de vul. & pup. l. ex
facto. in prin. ff ad Trebel. cum nihil habeat fideicommiſſa-
rius ex bonis hæredis, merito non coget hæredem facere in
5 uentarium, ueluti nec † legatarius, & fideicommiſſarius par-
ticularis, qui ſunt melioris conditionis, ut potè cum interdū
conſequantur de bonis defuncti. §. quantitas Inſt de l. Fale ꝙ
ipſi non cogant, probatur, quia contenti eſſe dēnt ordinatia
cautione, ſeu ſatiſdatione. l. 1. ff. ut legatorum nomine cauea
tur. Item, quia non eſt conſentaneum, ꝙ ipſi habeant emolu
mentum, oner. b. reſidentib. penes hæredem, l. nam quod,
6 §. non omnis. ff ad Trebell. in † alio quoque eſt deterior eius
conditio. Nam ſi hæres ſit creditor defuncti non tantum a-
ctionis, ſed etiam exceptionis, illud creditum deducitur an-
te omnia, licet inuentarium non fecerit, & ſic mirabiliter li-
mitatur textus in toties allegato. §. ſi uero non fecerit, & in
§. in cōputatione. ut non procedat In fideicommiſſario vni-
uerſali. Caſtren. in l debitor. ff. ad Trebell. Capra in conſi. 150.
Aretinus conſi. 276 Multo magis deducet hæres bona cor-
poralia, quæ non erāt fideicommiſſis, licet alias illa habuiſ
ſet ex fideicommiſſis ſuorum maiorum Caſtren. conſi. 19. &
conſi. 186. & conſi. 188. lib 2. Caſtren & Alex. in l. ita tamen.
§. ſi ex Trebelliano. ff. ad Trebell. Socinus in conſil. 44. lib. 3.
Idem Socinus poſt Baldum in l. debitori. C. de pactis. dicens
eſſe auream deciſionem, & de pane lucrando, & ibi quoque
Decius, Iaſon, conſi. 28. libro 3. Socinus Iunior conſi. 8. lib. 2.
Crauetta conſi. 144. & conſi. 300. Sed an deduceret hæres ſi-
bi prælegata a fideicommittēte? cogita. Nam forte deducet,
7 cum † & filius grauatus fideicommiſſo retineat legitimam,
& Trebellianicam. Bal. in l. in l. filium quem habentem. C. fa-
mi. ercil. Capra conſi. 7. quod tamen præciſe non aſſero. nam
inde pendet, an ex omiſſione inuentarij perdatur legitima, &
Trebellianica. ex his conuelli facile poſſet diſputando com-
munis aſſertio. ſed pro ea facit textus in d. l. cum tale. §. 1. ar-
guendo (vt dictum eſt) de redditione rationum; & de ſatiſ-
datione ad inuentarium, hæres enim tenetur fideicommiſſa
rio vniuerſali ad duo, ad ratiocinia, & ad ſatiſdationē. Acce-
dit quod hæres niſi faceret inuētarium, facile inuitaretur ad
delinquendum, res interuertendo, & ſupprimendo, quæ oc-
caſio delinquendi ſemper eſt amputanda. l. conuenire. ff. de
pactis dotalibus. Ad hæc, præterquam quod fideicommiſſa-
rius permiſit hæredem more lupino in bonis inuolui, arcta-
retur poſtea in reſtitutione probare res fuiſſe in dominio te
ſtatoris, quod q̄ ſit impium, nemo eſt quin videat, Bal. conſi.
84. & 89 l. 1. Alex. conſi. 82 lib. 2. & conſ 136. lib. 6. Inſuper te-
netur hęres redintegrare fideicommiſſarium ſi quid doloſe,
vel per deſidiam egerit, auth contra. C. ad Trebel. at quomo
do hoc fieret niſi liqueret de calculo bonorum? Vides quan-
tæ vtrinque vrgeant rationes; Cephalus, conſi. 296. poſt Cur-
tium Seniorem conſ. 29. & conſi. 66. & Cardin. Pariſi. conſi.
79. & conſi. 95 & conſi. 96 lib. 2 ex quorum dictis comperies
8 fideicommiſſarium ſaltem bonorum † deſcriptionem face-
re poſſe, uel etiam ipſi, recuſante hęrede, confectionem inuē
tarij non denegandam Ruinus conſi. 19. lib. 2. prout in vſufru
ctuario tradūt Doctores præcipue Picus in repetitione l. Ti-
tia de le. 2. q 51. & ſequentib adde gloſſam, Bar. Baldum, Saly
cetum, & alios In l hac ædictali §. his illud. C. de ſec nup ad p
poſitum uſum reuertendo ſtet regula, quilibet hæres debet
facere inuētarium, niſi expreſſim a lege excipiatur. probatur
regula hæc uerbis rotundis, nec hæſitanter prolatis in § pen.
incipiente, quia uero. in auth. de hær. & Fal. ubi dicit Iuſtinia
nus, quod vult ſuam conſtitutionem locum habere in omni
perſona, ſiue priuata, ſiue militari, ſiue ſacerdotali, ſiue impe
riali, ſiue alterius cuiuslibet. facilius apparebit regulā eſſe ve-
ram, ſi nonnullas perſonas recenſebimus, quæ excuſantur a
confectione inuentarij, id eſt non tenentur ultra vires hære-
ditarias, licet non conficiant inuētarium, ſiquidem valet hu-
iuſcemodi argumentatio, ille non tenetur facere inuentariū
ergo non tenetur ultra vires. & econtra, ille nō tenetur vltra
vires, ergo nec inuentarium facere debet. aduerte caute, dū
dico, nō tenetur ultra uires, nam ſunt multa alia damna, quæ
incurrunt hæredes non facientes inuētarium, cum alioquin
ſi facerent, illa euitarent, prout de eccleſia, aliiſq; locis, & per
ſonis piis, & fauorabilibus tradunt Canoniſtæ in c. 1. de ſol. in
c. 1. de teſta. vbi late Barb. Abbas conſ. 34. lib. 1. Corneus in d.
l. vlt. in prin. in notabilib. poſt nu. 7. C. de iu. delibe. item hoc
quod dico vltra vires, pōt intelligi quoad creditores, & quo-
9 ad legatarios. plerunq; † autem eſt intelligendū quoad cre-
ditores. nam legatijs non facile tenet hēs omittēs inuētariū,
licet facilius amittat fal item poſſem hic ego excipere vigin-
tiunum caſus, ſeu perſonas, quæ excipit Socinus in fallentia
214. veruntamen tu melius (ſi libuerit) poteris inſiſtere.

10 Primo † excipitur fiſcus, qui ſi cuipiam ſuccedat, non te-
netur vltra vires, licet non faciat inuentarium. ita Barto. in l.
1. §. an bona. ff. de iure fiſci. Bald. in d. l. vlt. in princ. C de iure
delibe. Ang. & Roma in Rubr. ff. de acquiren. hæredi. quod
verum intellige in bonis vacantib. uel cuiuſpiam delinquen-
tis, ſecus ſi fiſcus iure communi hæres inſtitueretur, quoniā
hoc caſu teneretur ultra uires, ſi non cōficeret inuentarium.
Imola, & Roma. in d. Rub ff. de acquiren hæred. Benedictus
de Plumbino in l. quod diuo Marco. ff de manu. teſtamen.
nec mirum, qui etiā Imperator, qui eſt dn̄s totius terrarū Or
bis. l. deprecatio. ff. ad leg. Rod. de iact. tali periculo eſt obno
xius, ex Cōſtitutione Iuſtiniani, in p̄alleg §. pen. Neq; obſtat

quod par in parem non habet Imperium, quoniam clara vo-
31 ce multi Cæſares teſtantur, ſe iure communi non † dedignati.
l.digna vox.C.de legibus.Nam & cum Imperator hæres inſti
tuitur, vel inſtituit, nihil differt a priuato.l.cum hæredes. C.
qui teſtam.face.poſſ.
32 Secundo † excipitur Eccleſia, ſi forte Eccleſia, vel monaſte-
rium hæres inſtitueretur. Abb.in c.j.de teſta.Card. Floren. in
c.j.de ſolutio.q verum intellige quando eccleſia non nomi-
ne proprio, ſed ad commodum vniuerſale hæres inſtitueret:
alioquin ſi quiſpiam clericus, vel ſacerdos nomine proprio,
non autem contemplatione eccleſiæ inſtitueretur, ſeruare-
mus ius commune.Ita procedat glo.in d.c.r. de teſta.& quæ
ibi dicunt Bur.Imo.& Abb.Bal.in Auth.ſicut alienatio.C.de
ſacroſ.eccl.Capra conſi.68.
Tertio excipitur executor teſtamentarius, qui vulgo ap-
33 pellatur † commiſſarius.Spec.in tit.de inſtrumẽtorum editio.
§ nunc vero aliqua. Docto communiter in auth ſed cum te-
ſtator.C.ad leg.Falc Cum enim ſit nudus miniſter, & diſpen-
ſator, nullumq; lucrum, niſi in bene agendo conſequatur, nul
lum ex officio ſuo damnum reportare debet.l.ſed & ſi quis.
ff.quemad teſta aper.
Quarto excipitur pater, qui caſtrenſe peculium, vel quaſi
34 filij defuncti obtineret. † ratio eſt, quoniam iure ꝓprio occu-
pat caſtrenſe peculium, quaſi ſemper remanſerit in bonis.l.2.
& l.propinnebatur.ff.de Caſtren.pecu.Ergo apparet q pr non
tenetur creditoribus caſtrenſis peculij vltra vires.Bal.in l.iu-
bemus.C.ad ſenat.conſ Treb.Quid tamen ſi filius in Caſtrē-
ſi, vel quaſi patrem hæredem inſtituiſſet, legata vel debita re-
linquendo? Puto patrem teneri vltra vires, ſi non faciat in-
uentarium, ex verbis generalibus.d.§.pen. Ratio diſſimilitu-
dinis inter hunc, & priorem caſum ea eſt, q ibi pater non ſuc-
cedit tanquam hæres, & ſic habet locum prima regula, quam
ſupra præmiſi, hic vero ſuccedit Sed & prior caſus contra ſen
tentiam Bald.nouiſſime per Iuſtinianum, vt puto, correctus
eſt; Sanxit enim Iuſtinianus, q pater filio, habenti Caſtren-
ſia, vel quaſi, ſuccedat tanquam hæres, non tanquam pater.§.
r.& ibi gl Auth.de hær ab inteſt.venien.cogita tamen, quia
eſt pulchra conſideratio, & conſidera nunquid diuerſum ſit
ſi pater ſuccedat per l. cum oportet & per l.vlt.C.de bonis,
quæ liberis, vt mox tangam.
Quinto excipitur arrogator in bonis arrogati præmorien
35 tis, † Bal.in ead.le.iubemus. Ratio eſt, quia non ſuccedit tan-
quam hæres, neq; vti hæres conuenitur a creditoribus filij,
ſed quaſi filius viueret, nomine eiuſdem filij conuenitur.Vn-
de ſi paratus ſit bona filii dimittere creditorib. indemnis eſt.
§.vlt.Inſti.de acquiſit.per arrogati.poſſet tamen ſubtiliter cō
ſiderari, q ille §.ſit correctus per præallegatum.§.pen. ſed au-
thoritas Bal in d.l.iubemus.magna eſt, vt ſiue pater arrogator
faciat inuentarium, ſiue non, nihil plus ſoluat, quam accepe-
rit, maxime quia prædictus.§.vlt.loquitur arrogato viuente,
36 & in vniuerſum † conſtat quod pater ad nihilum de ſuo te-
netur pro filio, vt C.ne filius pro patre.
Sexto excipitur is cui bona libertatis cauſa addicta ſunt,
37 Ang in l.1.§ hæc ſtipulatio.ff.ſi cui pluſquam per leg. Falcid.
quem Iaſ.in d l.vlt.§ & ſi præfatam, reprobat, puto Ang.opi.
præualere, niſi quod hodie vix talis addictio fieret.
Septimo excipitur hæres illius, qui ſi viueret, non poſſet ꝯ-
38 ueniri a creditorib. vltra quam facere poſſet, † enimuero iſte
hæres ſiue faciat inuentarium, ſiue non, non tenebitur credi-
toribus vltra vires Arduus eſt iſte articulus, & plures conti-
39 net perſonas, quæ licet ſint debitrices, † non tamen a credito-
ribus bonis omnib. ſpoliari poſſunt.iuris quidem rigor vult,
vt debitor eiuſq; hæredes vſq; ad minimum teruncium re-
20 neantur, † ſed quandoq; nonnullis debitoribus parcitur, ut
non ita acerbe excutiantur. Sunt autem ferme vti.
Vſurarius qui tenetur ad reſtitutionem male ablatorum:
23 licet † enim quoad Deum atq; animæ ſuæ exonerationem, te
neatur omnes reddere vſuras, tamen eſt excuſatus, ſi efficia-
tur pauper Io.And.& Anch.in c.peccatum, de reg.iur lib.6.
35 Maritus debitor † vxoris tam pro dote, quam pro alia obli
gatione.l.maritum, vbi gl.Bar. & Imo.ff.ſol.mat.
Vxor debitrix mariti quacunque ex cauſa.l.non tantum.ff.
de re iudi.non enim melioris conditionis debet eſſe maritus
23 quàm vxor. Socius, † qui ſocij ſui debitor eſſet.
24 Parens, † qui debitor eſſet filij vel alterius ſui deſcendentis,
parens enim iam patrem quam matrem, & tam auum, quam
auiam.& vlteriores ſignificat.l.appellatione parentis.ff.de ver
ſigni. Patronus patronave, quorum liberti eſſent creditores.
55 Miles † armatæ militiæ. Idem noſtri gloſ.tradunt de mili-
tibus cœleſtis militiæ, nec non togatæ militiæ.l. miles qui. in
princ.vbi glo.ff de re iudi.
26 Donator † qui debitor eſſet donatarij, non enim debet do
natarius donatorem bonis omnibus cauere, probantur præ-
27 dicta in l.ſunt qui.cum tribus ll.ſeq. de re iudi. Filius † exhæ-
redatus a patre, vel a patris hæreditate ſe abſtinẽs. Nam ſi iſte
filius, dum exiſtebat in poteſtate patris, citra iuſſum eiuſdem
patris ſe cuipiam obligauerit, creditor non poteſt conuenire
eundem filiū vltra quam facere poſſit.l.2. & l 3 ff. q cum eo.
Poſtremo ille qui ceſſit bonis: nam licet creditori cui fecit
28 ceſſionem, † remaneat obſtrictus, & quandocunque locuple
tior factus redintegrare creditorem neceſſe habeat: tamen in
terim niſi l.dum non poteſt conueniri §.vlt.Inſtitu de actio.
vbi late dixi, & ibi et aliam alias perſonas comperies: quas hic
referre nec tps nec animus nunc eſt.l.is qui.ff. de ceſſ.bonor.
In hæredibus harum decem perſonarum, & ſi quæ ſunt ſi-
miles, videntur concludere noſtri Doct.ideſt Ang.& Imo in
§.hæc ſtipulatio.non teneri vltra vires, veluti nec tenerentur
perſonæ principales ſi agerent in humanis. Alc. vero & Iaſ in
noſtra.l.vlt.non admittunt indiſtincte, quia inuentarium nō
prodeſt vltra ius cōmune, quod ius cauet vt priuilegium non
egrediatur perſonam, vt infra dicam.
29 Quoad † hæredem vſurarij, non tenetur vltra vires licet nō
faciat inuentarium.Nam ſi vſurarius non teneretur, quo bo-
num eſt dicere hæredem teneri qui nihil deliquit.l. Seruius.
ff.quod vi aut clam Federicus conſ.at.Abb.in c.vlt de ſepul.
Obſtat gl.in c.in literis, de raptor.Are.in rub.ff.de acq.hæred.
Sotus de iuſt & iu.lib 6.q 1.art.4.
30 Quoad † hæredem mariti, & e contra quoad hæredem vxo
ris, opinio Angel.& Imo. vera eſt, ſi ſint filij communes,
ſecus ſi ſint extranei ſucceſſores.l. etiam.ff. ſoluto mat.l ſciē-
dum.ff.de re iudi.glo & ibi Soci. poſt Comenſem in l. exce-
ptio.§.ſane.ff.de except.
Quoad hæredem ſocij, falſa videtur ſententia Ang & Imo.
nam extincto ſocio, extinguitur præſumpta illa fraternitas,
quæ inter ſocios cadit.l.verum eſt.ff pro ſoc. Ergo debet ceſ-
ſare priuilegium in perſona hæredis, ad quem non tranſit ius
ſocietatis, in tantum, vt nec inter fratres inuicem debitores,
vel ſuccedentes, locum habeat priuilegium ſociorum ſecun
dum aliquos, vt ibi notatur.
Quoad hæredem parentis, & patroni, eandem adhibe di-
ſtinctionem, Aut eſt ſuus, aut extraneus.
Quoad hæredem militis, falſa eſt in totum ſecundum ali-
31 quos † opinio Ang.& Imo. maxime quia per præallegatum.
§ penult Auth de hæred.& Falci.etiam ipſe miles, hæres ali-
cuius inſolidum teneretur, niſi faceret inuentarium: Atta-
men abſonum eſt dicere per dictum.§.penult. corrigi præal-
legatam l miles qui & alias concordantes tribuentes priuile-
gium in proprijs militis creditoribus, quod vtique extende-
rem ad hæredem ſuum militis, iuxta præallegatam diſtinct.
Quoad hæredem donatoris, & filii exhæredati, vel ſe abſti
32 nentis, eadem vteret † diſtinctione. Aut eſt ſuus, aut extra-
neus, iuxta tradita in l.aſſiduis C q potiores in pig. ſuper qua.
l.multa congreſſi in §.fuerat.& in §.item ſi de dote & §§. ſe-
quentibus.Inſti.de actio. Ergo pater donatoris, vel filij hæres
non vteretur priuilegio.
33 Quoad † hæredem bonis cedentis, vera eſt ſententia Ang.
quicquid dicat Barbatia in rub.ff.de acquir hære.ſi ceſſio ſit
in recenti aditæ hæreditatis.
34 Octauo † excipitur hæres rogatus reſtituere fideicommiſ
ſario vniuerſali. Nam, vt proxime fuit expoſitum, non tenet
hæres vltra vires fideicommiſſario vniuerſali.Sed an facta re
ſtitutione, tenebitur hæres creditoribus, & legatarijs? Et pa-
lam eſt teneri niſi fecerit inuentarium.Quid in fideicommiſ
35 ſario? Et ipſe tenebitur, cum in eum tranſeant onera quaſi in
hæredem.l.j. § ſi is qui.& ibi.DD ff.ad Treb.ſed an alterum
eligere poterunt creditores, & legatarij? Et an ſcindẽtur one
ra inter hæredem, & fideicommiſſarium? de hoc per Comen
ſem, & Iaſ.præter alios multos in d.l.j.§ vlt.ff.ad Trebe.& per
Crauet.in conſi.17.l.2 C.ad Trebel.
36 Nono † excipitur hæres notæ ſanctitatis, & probitatis, ma
xime ſi ſuccederet tanquam exoneraturus conſcientiam de-
functi, quia contra eum ceſſat præſumptio d §.ſancimus.l Io
ſtien in c.ſinem.de dolo & contu.gl in c.expedit 32.q.3 Bar.
Bal & alij in l.1.C de ſacroſanc.eccleſ Obſtat tex.in §.pen.Au
then.de hæred & Falci.Solue ſi potes.
37 Decimo excipitur miles, qui fauore militiæ non tenetur,
licet omittat † inuentarium.d.l.vlt.in princ.& §.vlt.C de iure
delib.Quod priuilegium locum ſibi vendicat in militib. cœ-
leſtis togatæq; militię attamen, vt prædiximus, Iuſtinianus ſe
ipſum correxit, in §.pen.Auth de hæred.& Falcid. vt concoe
diter volunt noſtri Docto.ex his quæ late referunt Alexan &
Iaſ.in d §.vlt.non tamen puto quod d.§.penult.Auth.de hęr.
& Falci.corrigat alias leges præbẽtes militibus priuilegium,
ne conueniantur vltra quam facere poſſint, vt dictum eſt ſu-
pra in ſeptima exceptione. Aliud eſt.n.militem conueniri iu
re hæreditario; Aliud ex proprio contractu propriaque obli
gatione,

gatione:quam fortaſſe coactus ſuſcepit pro implendo mune
re militiæ.
Vndecimo excipitur hæres pauperis, & ignobilis,qui tantũ
38 † fermè in inuentarij confectionem eſſet expenſurus,quanti
valeat hr̃ditas.Bat.& Platea in l. mediterraneæ. C. de anno-
nis,lib. 10.Et hoc verum erit in tutore reſpectu pupilli,quod
perpetuo notãdum eſt circa hæreditates vilium perſonarum
maxime ſi hæres fide probitateq; conſpicuus ſit; Non enim
arctari debet vltra vires,licet inuentarium prætermiſerit. Ita
ſingulariter tradit Socin.in præallegata fallentia.a 14. & dicit
frequenter hoc contingere.
Duodecimo excipitur ſecundũ aliquos (quod & ſuperius
39 relatũ fuit) hæres † ſubditus Terris eccleſiæ, qui in foro ec-
cleſiaſtico conueniretur non enim eſt arctandus ultra vires
ex æquitate Canonica,quod falſum eſſe opinor, per ea quæ
trad.Bal.& alij in d.l.vlt in prin.C.de iu.delibe.Butrius,Imo-
la,Abbas,Barb in c. 1. de teſtam. niſi in caſu quo creditores,
& legatarij faterẽtur nihil aliud in bonis relictum fuiſſe, quã
40 quod hæres ore proprio † vel alio modo expreſſiſſet. Et hoc
in vniuerſum pro indemnitate hæredis non conficientis in-
uentarium ſeruandum eſt, vt ſi creditores, alijq; quorum in-
tereſt,credant bonorum quantitatẽ, expreſſe per hæredem,
hæres non teneatur vltra vires licet falcidiam amittere di-
gnus ſit,cum legem neglexerit.gl in l.cum de l. ff. de probat.
Bal.in l. filium quem habentem.C. fam ercilc.vbi dat conſi-
lium quod hæres ſatagat per iudicẽm interrogari creditores,
& legatarios an plus credant eſſe in bonis, ne illicitæ fiant
exactiones.l.illicitas.ff.de off.præſ.
Hactenus plures perſonæ,congruo (ni fallor) ordine ſunt
enumeratæ,quibus parcitur ſi non conficiant inuentarium.
Sed cum aliæ non difficulter cogitari,& reperiri queant, nõ-
nullus ſubijciam caſus, in quibus probabiliter poteſt dubita-
ri,an omiſſio inuentarij noceat necne.Ita enim verior redde
tur illa regula.Enumeratio,ideſt incluſio quorundam, eſt ex
cluſio cæterorum omnium.l.cum prætor.ff de iudici. Igitur
41 primo quæro an fideicõmiſſarius † vniuerſalis debeat facere
inuentarium;& conſequenter ſi non faciat, an teneatur cre-
* ditoribus & legatarijs vltra vires. Communior * eſt opinio:
quæ meram ſapit veritatem,fideicommiſſarium teneri vltra
vires,ſi non faciat inuentarium.probatur quia fideicommiſ-
ſarius decedens ante fideicũmiſſi receptionem, tranſmittit
ius deliberãdi ad ſuos hęredes, iuxta gl. ſingularem in l. cum
filio.ff.de legat.1.Ex eo autem tranſmittit,quia fideicommiſ-
ſum vniuerſale ad inſtar hæreditatis complectitur onera, &
honores,& ideo legatarius, uel fideicommiſſarius nõ habet
ius deliberandi,quia legatum,& fideicommiſſum particula-
re ſemper eſt utile;& demẽtia eſſet legatarij ſi deliberare vel-
let de mero lucro adipiſcendo,gl.in l. 1. ff. de iure deliberan.
Quia ergo fideicommiſſãrius vicem hęredis obtinet imo hę
res poteſt appellari.l. ſi filius §.primo ff. quod cum eo. (tam
enim in hæredem quam in fideicommiſſarium trãſeunt vni-
uerſa onera.§. ſi quis vna.inſtit.de fideicommiſſa.hæredita.)
ſequitur quod uterque tenetur vltra vires,ſi ſpreuerit bene-
ficium inuentarij,Dyn. Ang Imo. Alex.Iaſ.in l.j. § ſi is qui. ff.
ad ſenat.conſul. Trebell .Reiecta opin. Soci. intellige autem
vt teneatur ultra vires legatarijs,in legatis a ſe relictis,non ab
hærede,quia delictum non nocet alij quam delinquenti,Bal-
dus in l. 2 C.ad Treb.ſicut ſubſtitutus tenetur de legatis reli
ctis a ſe, nõ a pupillo.Bal.in l.filiũ C.fam.erc.Coraſius in l.in
ratione.§.quod vulgo ff.ad l.falcid. Secundo quæro,an pater
42 cuius filius fuerit hæres † inſtitutus,teneatur nomine filij fa
cere inuentarium.planè ſi ipſe filius eſſet maior,ſoluſque adi
ret,nullo vſufructu hæreditatis aduentitiæ apud patrem re-
manente,eſſemus in claris quod pater ad nihilum tenetur. l.
vlt C.de bonis quæ liberis.Similiter ſi quęramus,an pater ac
quirens vſumfructum aduentitiorum ex perſona filij, tenea-
tur ad commodum filij facere inuentarium,non eſt ambigẽ
dum,quoniam pater omnium aduẽtitiorum plenum habet
vſumfructum & adminiſtrationem,nullamq; filio debet red
dere rationem.l cum oportet.§.non autem.C.de bon.quæ li
ber.niſi quod vbi improbe ageret compelleretur iuris reme
dijs,vel cautionem præſtare, vel iuri ſuo cedere ad iſtar cu-
iuslibet fructuarij.l.imperator.ff.ad Treb.Bal.in l.1.C.de vſu
fru.Tradunt Canoniſtæ,maxime recentiores in c. in pręſen-
tia.de probat.Sed quęſtio noſtra eſt, an quemadmodum fi-
lius,(ſi ſui iuris eſſet) teneretur ultra vires ex non confectio
ne inuentarij,ita etiam pater teneatur. Mihi placet quod pa
ter de ſuo teneatur.Hoc indubitanter uerum eſt, ſi filius eſ-
ſet pupillus,& hæreditas delata eidem filio euidenter damno
ſa eſſet,per tex.in l.vlt.§ vbi autem puerilis.C.de bon. quæ li
ber.quod puto procedere etiam ſi filius iſte alia bona habe-
ret,quoquomodo fraus,vel culpa patris arguatũ.d.l.vlt. §.ſin-
autem æs alienum,& maxime quia non debet fieri deterior
conditio creditorum & legatariorũ ob id, quia pater potius
quam filius adiuerit, & quia licet pater non teneatur de ad-
uentitijs reddere rationem,tamen ſi eſt tutor filij a ſe eman-
cipati,tenetur reddere,& facere inuentarium,Bal.per d.l.Im
perator,in l.orphanotrophos.C.de epiſco. & cleri. niſi dicas
aliud eſſe quod pater ſit tutor,aliud,quod ſit hr̃s, & fructua-
rius ex perſona filij.
43 Tertio quæro,an tutor nomine pupilli ſui, cui hęreditas de
fertur ex teſtamento † vel abinteſtato,teneatur ultra vires ſi
non faciat inuentarium hæreditatis.Reſpondeo tutorem te
neri de ſuo, non ſolum creditoribus hæreditarijs & legata-
rijs,ſed etiam pupillo ſuo,qui damnum aliquod pateretur, l.
tutores 2.& l.vlt.C.de adminiſt. tutorum. Porro pulchra eſ-
ſet diſceptatio,an creditores & legatarij poſſint cõuenire pu
pillum in bonis proprijs.Quod ſi dicamus,poſtea ipſe pupil-
lus habet regreſſum aduerſus tutorem, uel ſi tutor non ſit ſol
uendo,pupillus in integrum reſtituetur. Ita colligiĩ in auth.
de hæred.& falc.§.pupillis.gl.in l.auxilium.ff de minorib. Pa-
tet ergo quod & pupillus tenetur vltra vires,ſi non faciat in
44 uentarium.† Multo magis tenebitur adultus;Sed quemad-
modum pupillus,ita adultus in integrũ reſtituitur;uel ei ſuc-
curritur contra ſuum curatorem. Idẽ dicas de curatore fu-
rioſi,& de furioſo ipſo. Idem quoq; puto de adminiſtratore
alicuius eccleſiæ,hæredis inſtitutę,& de adminiſtratore Rei
publicæ,uel ciuitatis,vel municipij.gl.& ibi Bal.& alij in l. or
phanotrophos.C.de epiſ.& cle.§. oeconomos autem. Auth.
de ſanctiſſimis epiſ. Quãuis hi adminiſtratores videãtur ex-
cuſabiles,cum non eſt proprie hæreditas. Idem exiſtimo de
muliere, & ruſtico hæredibus inſtitutis, ut ſcilicet tenean-
tur vltra uires ſi non faciant inuentariũ; Sed deterioris con-
ditionis erit mulier & ruſticus,cum non habeant curatores,
ad quos pro ſua indemnitate recurrant;Denique concluden
dum eſt omnes hæredes & ſucceſſores de iure ciuili, vel præ
torio,vel quoſcunq; alios damnum incurrere ſi non faciant
inuentarium,ex præallegato.§ pen in auth de hæred.& falc.
vt non ſemel dictum eſt. Non diſtinguendo virum ex parte
vel ex toto ſuccedatur;& directo, ſiue per obliquum. Vnde
ſi hæres rogetur partem hæreditatis reſtituere,uterq; inuẽ-
tarium facere debebit, quãuis fideicõmiſſario facilius igno-
ſceretur,ſi hæres antequã reſtitueret, vniuerſæ hæreditatis
inuentarium cõfecit.quid ergo ſi facta reſtitutione, fideicõ-
miſſarius antequam pro ſua portione ſatisfaceret creditori
bus & legatarijs,facultatibus laberetur?Si creditores,& lega
tarij fuerint in mora,ſibi ipſis imputabunt;ſed & ſi non fue
rint in mora, adhuc exiſtimo hæredem non teneri vltra ſuã
portionem,cum inuentarium fecerit;neque enim hæres de-
bita fideicommiſſarij ſoluere debet. Idem quoq; dicendum
45 eſt,ſi vnus ex plurib.cohæredibus efficiatur † non ſoluendo;
neque enim eſt conſentaneum quod alij nomine eius te-
neantur.Ang.conſi.230.Sed Hoſti.Cardin. contrarium vult
de iure canoni. in c.tua.de vſur. Anch.in c. peccatũ. de reg.
iu lib.ſexto,& hanc opinionem Hoſt & Anch. ſequitur Al-
ciat.in l.a.§. & harum,nume.33.ff.de verb.oblig. vbicunque
tractaretur de exoneranda cõſcientia defuncti, ſecus in aliis
caſibus. Et ſic legata voluptuoſa, nec non obligationes irra-
tionabiliter extortæ defuncto,dubio procul euaneſcerent ꝑ
portione iſtius cohæredis,neque ad aliorum onus ſpectaret
etiam de æquitate Canonica.Imo forte caſu opinio Hoſt. &
Ancha indiſtincte procederet, ſi nullus ex cohæredibus in-
uẽtarium feciſſet,vt ſcilicet vnus teneatur nomine alterius,
etiam quoad legata,cuiuſcunque generis.Cum enim ſingu-
li cohæredes inuentarium facere debeãt, vnuſquiſq; eorum
præſumitur res hęreditarias ſubtraxiſſe in perniciem credito
rum & legatariorum d.§.ſancimus & ideo ex prætermiſſio-
ne inuentarij tenetur vltra vires etiam pro alijs cohæredib.
Sed hoc non audeo prorſus firmare. vide textum, & ibi glo.
Bar.& Alex.in l.pen.§ vlt. ff ne quis eum qui in ius vocatus
eſt.Rurſus regula prædicta, quod omnes teneantur ultra vi-
res,ſi non faciant inuentarium, includit ſubſtitutos vulgari-
46 ter † uel pupillariter.Bar. Imola, Caſt. Alex. in l. in rõne. § ꝙ
vulgo.ff ad leg.fal. Nunquid autem inuẽtarium inſtituti pro
ſit ſubſtituto?Et puto proderit.quid in bonorum poſſeſſore?
Et ipſe tenetur facere inuentarium cum iure prætorio loco
hæredis ſit.l.3.§.bonorum.ff.de bo poſſ.
Vnde poſſet dici,quicunq; ſuccedit iure vniuerſali.i.in one
47 re & in honore,tenetur facere inuentarium,† cum & teneatur
rñdere omnib.creditorib. perinde ac ſi fuiſſet hr̃s inſtitutus.
Gloſſa aurea,& ſingularis in l.3.quæ lex incipit,Non intelligi
tur.§.cũ ex cauſa.ff.de iure fiſci. Alex.late in l.ſi marito.ff.ſol.
matrim.l.in pari cauſa.de regul.iuris.Hoc tamen non eſt ve-
rũ quoad terminos inuẽtarij,ut ſcilicet quilibet ſuccedẽs iu-
re vniuerſali teneatur vltra vires ſi nõ faciat inuentariũ; Nã
tñ ille tenebitur vltra vires,q ſuccedit ut uerus, & proprius

hęres de iure ciuili vel canonico cõi, ut patet ex caſib. pˀaime
poſitis, & in præludiis. Qua ꝓpter vt oĩa dilucidius appareãt
pone regulam. Succedens ut uerus hæres, tenetur ultra vires
ſi non facit inuẽtariũ. Ampliatur in quolibet hr̃de, tam ſuo,
quam extraneo: tam maiore ꝗ pupillo, minoreue: tam maſcu
lo ꝗ fęmina, tam ſolo quam habente cohæredem: & tam ex
teſtõ quam ab inteſtato, & cõtra teſtm̃, ut in ambab. Iuſtinia-
ni conſtitutionib. Fallit in obligationib. ex delicto, vel quaſi
præterquam in condictione furtiua, uel ſimili. Bar. & Ange.
in l. r. ff. de priuatis delictis: Quamuis in huiuſcemodi condi-
ctionib. durum videatur quod hæres, ad quem nihil perue-
nit, teneatur ultra vires, quandoquidẽ nec de iure canonico,
quod grauat hr̃dem ex delicto defuncti, teneatur hæres vl-
tra vires, quicquid tenuerit Gl. in c. in literis. de raptorib. Se-
cundo fallit in obligationib. legalib. niſi quatenus pariebant
actionem ꝯ defunctum, & adhuc parerent, ſi viueret Paulus
conſ. 332. lib. 1. l. obligamur. §. lege ff de act. & obl. quo circa
fatuum eſt dubitare de obligationib. antidotalib. Quippe cũ
49 non patiãt actionem, † nec exceptionẽ, tametſi patiãt quoſ-
dam effectus, ut per Iaſonem in l. iuriſgentiũ. §. igitur. ff. de pa
ctis Tiraq in l. ſi vnquam. C. de reuoc don referentẽ xlv. effe-
ctus. Pollicitatio quoq; nullam parit obligationẽ. glo. & Bar.
in l. ſi vnus. § pactus ff. de pactis. quãuis plurimũ ambigatur
nũquid ſit pollicitatio, vel pactum ſi præſenti offeratur, ẽt ex
cã lucratiua. l. 3. ff. de pollic Moderni in rub ff de uer. obl. Re-
gulariter ergo hæres ſolummodo tenetur vltra vires in ob-
ligationib. ex ꝯtu, vel quaſi. Imo nec tunc ſemper, ſed quan-
do defunctus tenebaẽ inſolidũ: ſecus ſi in quantum facere po
terat. l. ſunt qui & ll. ſeq ff. de re iudic. Quod diſtingue vt nu-
per dictum eſt. Et hæc ſit prima fallentia, in obligationib ex
ꝯtractu, uel quaſi. Scd̃a ſit fallentia ſi creditores, aut legatarij
50 fateantur, † maxime iudice interrogante, bona nõ eſſe plura
Baldus in l. ſi filium. C famil. ercis. Tertia ſit fallentia, ſi debitor
anteꝗ moreretur, bonis ceſſiſſet, Bal. in l. vlt. C. qui bonis ced.
poſſ. tunc. n. proteſtatio hæredis, dicentis bona non eſſe ſol-
uendo, erit loco inuẽtarij. de quo dic ut ſupra in ſecunda Re
gula præludiorum, nu 74. Quarta ſit fallen qñ hæres dolo in-
ductus adiuit. l. vlt. vbi Bald. ff. de dolo. Quinta ſit fallentia, ſi
legatũ ſit arbitrariũ, vel quoquomodo tacite vel expreſſe ſit
reſtrictũ ad bona defuncti: quale eſt legatũ alimentorum, do
tis. l. Imperator. & ibi Iac. de Arena ff ad Trebellianum. Bald.
in l. voluntatis. C. de fidei. vel ſi teſtator dicat lego de bonis
meis, cũ potueris: ſi cõmodũ erit. l. nepos Proculo. ff. de uer.
ſign Romanus, Aretinus, & alij in rub ff. de acq. hæred Vita-
lis. Nil nouari inuẽtarij confectione pendente. nu. 57. quod
ſummopere notandũ eſt, quia quotidie videmus huiuſmodi
verba in teſtamẽtis. l. legaui. ff de lib. legata. Cæterum an iſtæ
fallentiæ indiſtincte ueræ ſint, vide per Siculum & Gul. in ca.
Raynaldus de teſtam. Soc. Iun. conſ. 49. lib. 2. Exceptis his ca
ſib. vel ſi qui ſimiles reperiũtur, hr̃s tenetur vltra vires, ſi nõ
faciat inuentariũ. Hæres, inquam, ꝗ ſuccedat ut uerus hr̃s de
iure cõi Cæſareo, vel Pontificio: ſecus ergo ſi nõ ſuccedat vt
51 uerus hæres: quod ferme † quadrifariam cõtingere poteſt. ſi
quis ſuccedat tanquam hæres anomalus. ſi quis ſuccedat tã
quam in bonis vacantib ſi quis ſuccedat titulo ſingulari, uel
tanquam ex titulo ſingulari. ſi quis ſuccedat iure extero, non
hæreditario, vt ſupra non oſcitanter, & per Boſſium ſub titu.
de pub. bonorum, nume 22.

Explicito primo membro noſtræ tripartitæ diuiſionis in
hoc quinto capite principali, ſcd̃m ſuccedit membrum, quę
perſonæ poſſint facere inuẽtarium hr̃ditatum obuenientiũ.
52 Super quo † facilis eſt reſponſio, ꝙ vnuſquiſque poſſit facere
inuentarium, licet eſſet ex numero eorum, qui facere præter
mittentes, non tenenẽ vltra vires: ergo & Imperator, & Dux,
& religioſiſſimus quiſq; Et omni priuilegio decoratus, in-
uentarium facere poteſt ꝑ maiore ſecuritate: Enimuero (vt
dici ſolet) abundans cautela non nocet. l. teſtm̃. C. de teſtam.
Noſtraq; intereſt plura habere remedia: adde quæ infra dicã
ſuper auth. de hæred. & falc. Sed an Iudæus hæreditatis ſi-
53 bi delatæ inuentarium facere poſſit? & magis † eſt poſſe: pro
deritq; ei inuentarium Ita Bal. qui nihil ignorauit, & quem
vbiq; audis, vbique vides, conſ. 383 lib 1. vt refert Alex. in adi-
tion. Bar. ſuper d. l ult. in prin C. de iu. deli Ratio quia licet Iu
dæi ſuperſtitionis ſuæ repræhenſionem mereantur, atq; ædi-
ficent ad gehennam, tamen in iudiciorũ examine iuri Cęſa
reo ſunt obnoxij, iuriſq; Cæſarei patrocinio fruuntur. l. Iudęi
C de iudæ. Et ob id etiam fruentur priuilegio inuẽtarij, cum
lex Moſaica, & eorum conſuetudo non repugnet. Cæterũ ſi
lex Moſaica vel ſtatutũ aliqđ, vel ꝯſuetudo inter eos repugna
54 ret, † tunc ceſſaret ius noſtrum. quod probatur eleganti ſſi-
55 me in teſtamento, quod ab eis non poteſt fieri niſi † lingua
Hebraica, vt eleganter tradit Ruinus conſi 4 lib. 2 Circa Hę-
reticos, excommunicatos, & huiuſcemodi probabiliter am-

bigi poſſet, ſed prius eſſet indagandum an hæreditatum ſint
capaces necne. Quorſum enim dicere de inuentario, ſi nulla
ſit hæreditas, quam de iure capere poſſint? at qui in illis caſi-
bus, in quibus ad hæreditates admittuntur, ut per Bar. in l. ſi
quæramus, in ſi ff. de teſtamẽ. & latius per Io. And & alios ca
no. in c. decernimus de ſent. excomm. lib. 6. Putarem inuen-
tarium ſibi proficere, ſi non ad omnia lucra, ſaltem ad dam-
na euitanda Inſuper quæritur, an hærede recuſante facere in
56 uentarium, creditores † hæreditarij facere poſſint: ſed non
puto, partim quia fauore hæredis introductum fuit inuenta-
rium, & ſic hæres habet electionem utrum facia necne. d. l.
vlt. § pen C. de iure delibe. partim quia creditorum nihil in-
tereſt fieri inuentarium: immo quandoque obeſt ſi forte bo
na hæreditaria, non ſufficerent, vt ſupra dictum eſt: Sed ſi cre
ditores ſuo iure vti volunt, atq; hæredem compellere ad ſo
lutionem, petant a iudice tempus decerni, ita quod hæres a-
deat hæreditatem l 4. ff. de bon. author. iudic. poſſ. gloſſ. in l.
quandiu inſtitutus ff de acquiren. hæred. Bal. Ange. Saly Ca-
ſtren Alexan. Corneus in l. ſi curatoris. C de iure delibe. quid
57 uero ſi hæres † adiuiſſet hæreditatem, ſine inuentario, & re-
tardaret creditores diſſipando bona ſua? Remedium erit, ꝙ
hæres debitor præbeat cautionem, & interdum ſatiſdatio-
nem, ideſt fideiuſſores. l in omnibus ff. de iudic. Tradit Bart.
Alex & alij in l. ſi finita. § eleganter. ff de dam. inſec. quæ cau
tio, & ſatiſdatio interdum non denegabitur creditoribus, ẽt
ſi hęres feciſſet inuentarium: ſolum enim conſideratur an ex
facultatum lapſu periculum ſit etiam creditores fraudatum
58 iri. l. ſi fideiuſſor, in ſi. l. iuter. ff. †; qui ſatiſ. cog. l. ſi creditores. ff.
de priui. credito. Melius eſt enim in tempore occurrere, &
periculum anteuertere quam damno accepto, fruſtra poſtea
remedium quærere l. 1. & 2. C. quando liceat vnicuiq;. quid
tamen ſi creditores per ſeipſos inuentarium facere vellent,
an hæres impedire eos poterit? videtur quod non, propter
regulam illam, quod tibi non nocet, & mihi prodeſt, permit-
tere debes. l. in creditore ff. de ſuſtio. contrarium puto, dun-
taxat enim reperio quod creditores, hæreditatis ſibi obnoxi
æ inuentarium facere poſſunt, ſi hæc hæreditas habeatur
quodammodo pro derelicta & creditores mittantur per iu-
dicem in poſſeſſionem eiuſdẽ hæreditatis, non etiam ſi poſ-
ſeſſor reperiatur, qui creditoribus reſpondeat. l. vlt. ff de bon.
auth iudic. poſſid Non tamen inficiarer quod quandoq; hæ
res patitur fieri bonorum deſcriptionem, vel ſeparationem,
Guido Papæ quæſt 35 1. l 1. l. pen. ff. de ſeparat. Pariſi. conſ 95.
lib. 2 Rurſus quid ſi hære iſte non faciens inuentarium ha-
beat creditores proprios & hæreditarios, an proprij, recuſan
tibus hæreditarijs, inuẽtarium facere poterunt, ad hoc ut bo
na ſecernantur? adhuc ſubſiſto in primiſque voluntatem hæ
redis permittentis, uel prohibentis fieri inuentarium conſide
randum eſſe exiſtimarem Denuo quæritur, an ſi hæres de-
59 ceſſerit antequam inuentarium † conficeret, hæres eius con
ficere poſſit, vel explere? Et magis eſt vt poſſit: etiam ſi hæres
author ipſius uoluiſſet facere. l. ſi quis filium. § 1 ff. de acq hæ
red. Dummodo iſte hæres ſucceſſor ſit intra tempus nona-
ginta dierum uel unius anni. imo & tranſacto tempore, iſte
ſucceſſor utpote in mora non exiſtens in integrum reſtitue-
tur, ut in 87. effectu. Sed ſi hæres iſte primus nollet facere in-
uentarium, ab hærede ſucceſſore cogi non poſſet; veluti nec
a creditorib. nec a fideicommiſſario. Nec diſtinguo utrum
iſte hr̃s ſucceſſurus ſit ſubſtitutus necne; & an ſit de deſcen-
dẽtib. teſtatoris, vel extraneus: imo ſi eſſet de deſcendentib.
non poſſet cogere patrem hæredem ad cautionem, quamuis
extraneus poſſet. l iubemus § 1 C. ad ſen. conſ. Trebell.

Tertium & vltimum membrum eſt, quibus perſonis inuen
tarium proſit. Atqui palam eſt hæredibus, & ſucceſſoribus
60 quibuslibet prodeſſe, dubitatio eſt, † an alijs perſonis proſit.
primo igitur quæritur, an hæres confecto inuentario dece-
dens, vel ante aditionem vel poſt, illud tranſmittat ad hære-
dem. Sed de hoc ridiculum eſt dubitare; cum & ipſe hæres,
vt nunc dixi, inchoare & explere poſſit inuentarium. quid di
cemus de inuentario hæredis: an proſit fideicõmiſſario vni-
uerſali? Spec quem refert & ſequitur Bart. in d. l. in ratione. 1.
61 § quod vulgo Innuit † quod non proſit, & conſequenter nõ
tranſit ad fideicommiſſarium, licet & vniuerſa hæreditas re-
ſtituatur, ergo neceſſe eſt quod hæres expreſſim cedat ius in
uentarij. Bal. in toties allegata. l. vlt. §. & ſi præfatam, & Paul.
tenent contrarium, quod immo tranſeat in fideicommiſſa-
rium abſque aliqua ceſſione. Idem volunt Imol. & Alexand.
contra Bar. in d. §. quod vulgo, & hoc putat verius Corneus
62 per rationem ſubtilem Baldi, quia ius † excipiendi tranſit ſi-
ne ceſſione. l reſcriptum. § vlt. ff. de pactis. non ſic in iure a-
gendi, quod dictum eſt pulchrum, inquit Caſtren in §. in cõ
63 putatione. quid ſi inſtitutus feciſſet † inuentarium & poſtea
non eſſet hæres, an proderit ſubſtituto vulgariter? Bart in d §.

quod

quod vulgo.dubitat, neq; audet decidere,ſed Alex. ibi tenet
ꝙ proſit.Quid ſi pupillus,cui pater fecit pupillarem ſubſtitu-
tionem faciat inuentarium hæreditatis paternæ,& in pupilla
ri ætate decedat?an tale inuentarium proderit ſubſtituto pu
pillariter?Bar.loco quo ſupra,dicit prodeſſe quoad patris bo
na,non autem quoad bona pupilli.Ex his patet,quod ſubſti-
64 tutus pupillaris debet facere inuentarium,Alioquin † tenebi
tur vltra vires,& adeo hoc verum eſt,vt ſi pupillus non fecíſ
ſet inuentarium bonorum paternorum,ſubſtitutus pupillari
ter non ſolum teneretur vltra vires creditoribus,& legatarijs
paternis,ſed etiam pupillaribus.Ratio eſt quia ſunt duæ quo
dam modo hæreditates.§.igitur.Inſt.de pup.ſubſt. l. patris &
filij.ff.de vulg.& pup.Vnde mirum videri non debet,ſi inuen
tarium factum a pupillo in bonis paternis non prodeſt ſub-
ſtituto in bonis pupillaribus.Interdum tamen ſubuenietur
ſubſtituto, licet pupillus bonorum paternorum inuētarium
non feciſſet,quia veluti ipſi pupillo ſuccurreretur per in inte
grum reſtitutionem.§.pupillus.auth.de hæred.& Falci.ita &
ſubſtituto l.non ſolum.ff.de in integ.reſtit. Aeq; ſubſtitutus
65 † directo iure militari poſt pubertatem,debet facere inuenta
rium,vt tradit ſingulariter.Ang.Alex.& alij in l.Centurio. ff.
de vulg.& pup. Licet enim talis ſubſtitutus admittatus ex pri
uilegio indulto militi facienti directam ſubſtitutionem poſt
pubertatem contra regulam iuris cõmunis , tamen nõ adeo
ei fauendum eſt,ut non teneatur ſeruare leges loquentes de
inuentario per d.§.pen. in auth.de hæred.& falc.Hæc diligen
66 ter nota. Vlterius quæritur, an inuentarium † tutoris proſit
pupillo,Bart.Imo. & Alex.in d.§. quod vulgo.Aſſerunt non
prodeſſe.Ratio eſt quia inuentarium tutoris aliam exigit ſo
lennitatem quam inuentarium hæredis,vt notant glo.& Do
cto.in l.tutores vel curatores.C. de adminiſt.tutor. Sed ſi tu-
tor & pro ſe ipſo , & pro pupillo vult caute negociari , debet
in inuentario ſuæ adminiſtrationis adbibere ſolēnitates quę
requiruntur in confectione vtriuſque inuentarij, tutorij, &
hæreditarij. Ita ſingulariter Cępolla Veronen. in ſua caute.
126.incipiente,duplex eſt inuentarium. Quod de pupillo di-
ctum eſt,locum habet in adulto, & in eius curatore: & pari-
ter in curatoribus aliarum perſonarum ob ſimilitudinem ra
67 tionis, & æquitatis,ſed an inuentarium † confectum ab hære
de proſit creditorib. & legatarijs , & fideicommiſſarijs? ſane
creditorib.non prodeſt:ſed quandoq; nocet,ſi bona deſcri-
pta in inuentario non ſufficiant:aut ſine culpa hæredis demi
nuantur.Idem dico de legatarijs ſi hæres non ſit in mora ne-
que in culpa.idem pariter cenſeo de fideicommiſſarijs. Fin-
68 ge ergo hæredem in inuentarium † redegiſſe omnia bona fi
deicommiſſo obnoxia,an fideicommiſſarius omnia illa , vel
eorum precium conſequetur?Nullo modo. niſi, ut prædixi-
mus,propter morā vel culpam hæredis deminutio contige-
rit.l.mulier.§.ſed enim,& l.deducta.§.ante idem. ff. ad ſenat.
conſul. Trebel. Bologninus vltra alios quos ſupra retuli.in
additione ad conſi. 61. Ioannis de Anania.Ruinus conſi.57.
libr. 2. Prodeſſe tamen poterit ſupradictis perſonis inuenta-
rium in hoc,quod habebūt paratum exemplar, & deſcriptio
nem rerum, & maxime proderit fideicommiſſario vniuerſa-
li, vt pote quia non exiſtente inuentario, cogeretur probare
res fuiſſe in dominio teſtatoris Caſt.in conſi. 102.lib.2. Alex.
conſi. 139.libr.6 Crauetta conſi.61.& dicam infra plenius in
nono membro principali. Sed an inuentarium confectum
a procuratore generali cuiuſpiam hæredis inſtituti proſit ip-
ſi inſtituto?Mouet quod per procuratorem acquiri non po-
teſt hæreditas.l.Paulus,alias incipit,per procuratorem. ff. de
acquiren. hæredi. attamen dico quod ſi dominus ratum ha-
buerit, proderit inuentarium : maxime ſi dominus iſte eſſet
abſens,alijsque negocijs implicitus. Neque obſtat quod per
procuratorem hæreditas adiri non poteſt, quoniam, & citra
hæreditatis aditionem inuētarium fieri poteſt , prętерquam
quod vere dici poteſt,quod hęreditas per procuratorem adi
69 ri poteſt,ſi hæres conſentiret:† ſed ideo emanuit illud, hære-
ditatem per alium adiri non poſſe ; quia fruſtratorium eſſet ;
cum hæreditatis aditio non ſolum rerum appræhenſione fie
ri poſſit,vel alio actu extrinſeco,ſed etiam animo.§.vlt.Inſti-
tu.de hæred.quali.& differen.Igitur non debet fieri,quod fa-
ctum non prodeſſet.l.hæc ſtipulatio.§.Diuus.ff.ut lega.nom.
caueat.Ita gl.& Bar.in d.l.Paulus, ſm vnam ſolutionem : Sed
etenim hoc pendet ab illo,an hæres per procuratorem face-
re poſſit inuentarium,de quo infra: Alijs quoq; perſonis In-
uentarium qñq; prodeſt , veluti creditoribus proprijs ipſius
hęredis conficiens inuentarium:Enimuero bona propria hę
redis beneficio inuentarij ſegregantur,Dynus & Bar.in l.de-
bitor. ff. de ſeparat. nec creditores hæreditarijs illa occupare
poſſunt.Nec refert an hæres ante inuētarium,uel poſt,ſe ob-
ligauiſſet ſuis creditorib.tario eſt,quia hæres confecto inuen
tario in eo ſtatu eſt,ac ſi non adiuiſſet Salyc. & Alex.in l.debi
tori,C.de pactis:ſimiliter prodeſt inuentarium emptoribus,
qui accepiſſent res hæreditarias , ita ut pecuniam hæres ero-
garet in ſolutionem legatorum uel ęris alieni hæreditarij.d.l.
vlt.§.& ſi præfatam.C.de iu.delib.ſed de huiuſmodi vtilitati-
bus inuentarij infra pleniſſime dicetur.¶Dum hæc ſcriberem,
proh dolor,depræhendi,Ioānem Fab.in §.extraneis. Inſtitu.
de hæred.qualit. & differ. duo dicere , quæ (niſi fallor) om-
nium aliorum Doct.ſn̄iam cōfundunt . Primo etenim in illo
70 articulo an inuentarium † hæredis proſit fideicommiſſario
vniuerſali, vult ipſe non prodeſſe etiam ſi hæres milles ceſſio
nem faceret.Aliud eſt in illo articulo, an fideicommiſſarius
vniuerſalis inuentarium facere poſſit uel debeat,vult ipſe nō
poſſe etiam ſi vellet,niſi in vno caſu , quando hæres coactus
adiuiſſet & reſtituiſſet. Quapropter exclamare libet, o mirā
rerum omnium varietatem,opinionumq; irreparabilem cō
flictum. Tu tamen Fabri ceruicoſam opinionem non admit
te:& vide inſuper Porcellinum in ſecunda quæſt.principali,
circa finem ſui tractatus de inuentario hæredis.& ſume regu
lam.Inuentarium eſt in rem: Proinde tranſit in quæcunque
& ad quencunque Bal.in l.filium.C.fam.erc.Coraſ.in l.ratio-
ne.§.Quod vulgo.ff.ad l.Falc.

SVMMARIVM.

1 *Res quælibet ſunt inſerenda in inuentario.*
2 *Res an ſint ponenda in conſpectu quando deſcribuntur in inuentario.*
3 *Pretium rerum an ſit exprimendum in inuentario.*
4 *Res alterius quam defuncti,non ſunt inſerenda in inuentario.*
5 *Teſtis an amittat rem ſuam,quam ſciebat deſcribi in inuentario.*
6 *Res omnes non pars ſunt inſerenda in inuentario.*
7 *Res cuiuſcunque loci an inſerantur in inuentario , & an plura inuentaria fieri poſſint uel debeant.*
8 *Alienare quilibet poteſt licet prius contraxerit,uel teſtatus ſit.*
9 *Teſtamentum non plus dat hæredi quam reperitur mortis tempore , licet ante mortem plus,minuſue fuiſſet in bonis.*
10 *Fructus poſt mortem percepti cuius ſint quando hæres fecit inuentarium, & nume. 15.*
11 *Legatario an proſint fructus poſt mortem percepti.*
12 *Hæres negotians ſuper pecunia hæreditaria an ſibi ſoli lucretur.*
13 *Vſuræ ſunt prohibitæ etiam de iure ciuili nouiſſimo.*
14 *Fructus poſt mortem ſufficit redigere in quolibet codice,vel ratiocinio.*
16 *Inuentario facto an incrementa vel decrementa poſt mortem proſint , vel obſint hæredi .*
17 *Fructus percepti hæreditate iacente,illam augent.*

CAPITVLVM. VI.

Sextum ſuccedit principale caput noſtrę diſceptatio
nis,quæ res ſint inſerendæ in inuentario:
Quam tractationem ſcinde in quinque partes uel quæ-
ſtiones.
Prima erit,cuius generis res ſint inſerendæ in inuentario.
Secunda,cuius perſonæ res inſerantur in inuentario.
Tertia erit,an in totum,vel ex parte res inſeri poſſint in in
uentario.
Quarta erit cuius loci res ſint inſerendæ.
Quinta erit cuius temporis res reponantur in inuentario.
Circa primam,dic omnes res tam corporales, quam incor-
1 porales eſſe inſerendas in † inuentario:Atqui res corporales
ſunt aut Immobiles,aut mobiles,aut ſe mouentes, incorpo-
rales vnius generis ſunt,id eſt in iure cōſiſtunt,Talia ſunt no
mina,actiones,obligationes,& ſi quæ huiuſcemodi reperiun
tur,ut Inſti.de reb.corporal.& incorp.l.1.§.quædā ff. de rerū
diuiſ.Nihil aūt intereſt (quantum pertinet ad cōfectionē in-
uentarij) vtrum ſint in bonis pleno iure,ideſt.quoad Dn̄ium
& poſſeſſionem.uel quoad Dn̄ium tantum , uel quoad poſ-
ſeſſionē tantum,namq; ſufficit qualequale ius cōpetere illi,
cuius hr̄ditas in inuentarium redigitur,proinde & agri vecti
gales,prædia emphyteutica in inuentariū redigent: ita Bal. p
illū textum in l.item videndum.§.vlt.& l.ſeq.ff.de petitio.hę
red.ſed nunquid res depoſitæ,cōmodatæ,pignoratæ;condu-
ctæ,& ſimiles redigentur?ex d.l.& non tantum,ſunt redigen
dæ.In ꝯtelum facit tex.in l.is cui.§.bonorum.ff.ut in poſſeſſio
ne legat.Probabilius eſt,ut ſi nō de neceſſitate, ſaltem ex bo-
no & æquo redigantur. Quæ inſpectio uentilatur etiam in
miſſione per l.edicto.C.de edict.diui Had.ut In xcix effectu.
Sed an incorporalia ſemper ſint redigenda? gl.in d.l.fi.l.vlt.§.
ſin aūt dubius.C.de iu.deli.videtur tenere ꝙ ſufficiat ponere
in inuentario res mobiles,& immobiles tm̄,quæ tangi vide-
riq; pn̄t,quod non eſt admittendum, imo & corporales , &
incorporales ſunt ponēdæ,cum oēs contineantur appellatio
ne hr̄ditatis,ergo liquet ꝙ nō ſolū credita,ſed ēt debita hr̄di
taria expediet inſerere in inuentario,ſiue concernant pſonā
hæredis,ſiue alterius ut in d.l.vlt. §. In computatione. verſic.

ſin vero. Adde quæ dixi ſupra in 2.memb.princip.ſed nũquid
2 ponentur res omnes in conſpectu? † Rigor videtur velle iux
ta Bart.ſed in practica non ſeruatur, inquit Cagnol.in l.ſi quis
maior.nu 210.C.de tranſ.Et merito.Facit text. in l.2.C.quan.
3 & quib.lib.10.Item nunquid † pretium,ſeu valor ſingularum
rerum exprimetur?Quod prima fronte videtur.primo ex ver
bis textus in d §.ſin autem dubius. Deinde quia ſingulæ res
æſtimantur ad ineũdum calculum bonorum. l.propemodũ.
ff de verb ſignifi.ſed nec hoc ſeruatur,inquit idem Cagn. Et
Corneus reprobat Bal.Saly.Falgo volentes quod æſtimatio,
ſeu pretium deſcribatur. Dicam in textu.

Circa ſecundam,dic res defuncti duntaxat eſſe inſerendas
4 in † inuentario.d.c.§.ſin autem dubius.Quid ſi hæres proprias
inſereret?ſiquidem ſciebat eſſe ſuas,illas amittet, ſaltem vſq;
ad integram æris alieni ſolutionem.l.vlt.circa princ. C.arbit.
tute.ſi vero ignorabat,non amittet,ex eo quia non præſumi-
tur ꝙ aliquis temere rem ſuam amittere voluerit.l.cum de in
debito.ff de probatio prima enim ſpecies dementiæ eſt,ſuũ
abijcere,& hoc ſupra quoq; dictum fuit. Illud faciliorem tra-
ctatum habet,vt ſi heres res inſerat alienas, nullum domino
afferat præiudicium.Quid tamen ſi iſte dominus teſtis in in
uentario adhibitus fuiſſet,& dum res ſua inſereretur,tacuit?
videtur amittere.l.fideiuſſor.§.j.ff de pignorib.Econuerſo ꝙ
non amittat,facit tex.ſingularis in l.Caius.ff.de pigno.actio.
Et ſic diſtinguerem. Aut iudicis interuentu inuentariũ factũ
fuit,aut ſine iudice: Si iudice interueniente amiſit, duobus
concurrentibus. altero ꝙ ſciret eſſe ſuam:altero ꝙ eſſet ma-
ior: Si ſine iudice,vix id dici poteſt,niſi urgẽtiſſimis præſum
ptionibus accedentibus; Facilius reſpondendum eſt tabel-
lionem amittere rem ſuam, quam ſcienter in inuentario in-
ſeruiſſet proprio chirographo, maxime coram iudice.Recur
re ad tex & ibi tradita in l.ſi qua per calumniam.C. de epiſ &
cler.in l.2 C de rebus alienis.vtrum autem Iudex requiratur
necne in inuentarij celebratione,mox declarabitur.

Circa tertiam,dicendum eſt hæredem res omnes defuncti
6 inſerere debere in † inuentario; Nec ſufficeret partem inſe-
rere;Sed an parte bonorum duntaxat inſerta, fruetur hæres
beneficio inuentarij?videtur ꝙ nõ,præſertim ſi malitioſe par
tem celauerit,iuxta tex.in §.ſancimus,& glo.in §.ſi vero non
fecerit.Auth.de hæred.& Falci.Tu diſtingue,vt ſiquidem hę
res malitioſe celauerit,totam Falcidiam amittat,Bart. Salyc.
Fulg.Pao.Caſtren.Alex.Corn.Iac.a ſancto Georgio, quam-
uis Corn.non admittat hoc in Trebellianica, & Iaſ.in d.l.vlt.
§.licentia danda.C.de iure delibe.Sin autem hæres non ſit in
culpa,nullum damnum patietur. Quoad creditores vero, &
legatarios ſi hæres ſit in culpa, non quidem in totum hæres
tenebitur, ſed vt ſupra attigimus, duplum rerum celatarum
inferretur ex bonis hæredis fraudulenti, iuxta prædictos Do-
cto.ibi Ang.Imo.Caſtr.& Alex.in l Paulus.ff.ad leg.Falc.

Circa quartam,dicendum eſt res cuiuſcunque loci inſerẽ-
7 das eſſe in † inuentario per hæredem. Ratio eſt quia hæredi
tas complectitur omnia bona vbique exiſtentia, ſiue ſint in
propinqua regione,ſiue remota: Et ſiue defunctus ſciret ſe
tot bona habere,ſiue ignoraret. Conſtituunt enim vniuerſę
iſtæ res vnicum patrimonium iuris intellectu l.ex facto pro-
ponebatur.ff.de hæred.inſtit.Quod verum intelligo etiam ſi
res ſitæ eſſent in loginqua regione,ſuppoſita ditioni alterius
Principis. Sed nunqd quot ſunt regiones,tot inuentaria fiẽt?
Vnum ſufficiet inuentarium, dummodo hæres ipſe, vel a ſe
deſtinatus procurator,in ſingula loca ſe conferat; Sed & di-
uiſa inuentaria fieri poterunt,prout neceſſitas vel opportuni
tas,vel conſuetudo exegerit,iuxta ea quæ not. præcipue per
Ang.in § ſancimus,& § ſi vero abſunt Auth. de hæred.& fal
cid.& d.l.vlt.§ ſin autem dubius,in fi.Facit textus,& ibi tradi-
ta per Bal.& Saly.in l.propter. C. in quibus cauſis tut.in l.hæ-
res abſens.& l.ſi fideicommiſſam.§.j.de iudic.

Circa quintam diſtingue quatuor tempora.Ante mortem
defuncti,in pũcto mortis,poſt mortem,ante aditionem,poſt
aditionem. Quoad primum tempus, exploratı iuris eſt, res
eius temporis,ꝙ cucurrit ante mortem, non eſſe in inuenta-
rio reponendas,quoniam quandiu aliquis uiuit non dicitur
habere hæreditatem,licet millies teſtamentum feciſſet,quip
pe cum lex & æquitas velit,vt vnuſquiſque res ſuas poſſit alie
8 nare,† licet prius contraxerit,vel teſtatus fuerit.l.j. §. ex con-
trario ff.de ſeparat l rem legatã ff de adi.le. vt interim omit-
tam ꝙ res quotidie intereunt,& modo vnius,modo alterius
fiunt,vnde qui hodie habet,cras forte non habebit.l.ſi defun
ctus.C.arb.tu. Quoad res ſecundi temporis, pluſquam certũ
eſt,illas eſſe inſerendas in inuentario, non inſpecto, ꝙ antea
plus minuſue defunctus in bonis habuiſſet. Hoc dicunt ver-
ba tex.in d.§. ſin autem dubius. Ratio eſt, quia hæres nullo
modo res, quas olim defunctus poſſidebat & a ſe abdicauit
vindicandi ius habet. At res extantes mortis tẽpore,citra ali-

quod impedimentum naneiſcitur, cum hæreditas tam ex te-
ſtamento,quam ab inteſtato, ſit ſucceſſio in ius vniuerſum,
ꝙ defunctus mortis ſuæ tempore reliquit.l.hæreditas ff.de re
gul.iur. Hinc eſt,ꝙ ſi hæres adeat cum inuẽtario,ad nihil plus
tenetur creditorib. quam repererit. Hinc ſimiliter eſt,ꝙ lega
ta præſtantur in ea duntaxat qoãtitate, quæ reperitur mortis
tempore,prius detracto ære alieno,quamuis ante mortẽ bo-
na fuiſſent ampliſſima.l.ſi vero.ff.de milita.teſta.§. quantitas.
9 Inſt.de lege Falcid.Ergo veluti † teſtamentum non dat hære
di ea bona,q̃ plurima poſſidebat olim teſtator ante, vel poſt
teſtamentum,ita quæ vel momento temporis,atq; vno ocu
li ictu, etiam dum teſtator ſpiritũ efflat,teſtatori obueniunt
dabuntur hæredi,& in inuentario redigentur.l.pen.§.1. ff. de
caſtren. peculio. Vbi tex Græca Helena cõmendabilior, ul-
tra tex.in d.l.ſi vero,quem pariter diligas,& in delitijs habeas
& in l.ſi quis locuples.ff.de mã.teſta.l.qui duos.ff. de reb. dub.
Quoad res tertij temporis,an ſint inſerendæ inuentario, dif-
ficultas pendet ab alio art. vtrum augmentum contingens
10 poſt mortem defuncti ante aditionem,† ſoli hæredi proſit,an
vero & alijs.Tu diſtingue. Aut loquimur quoad creditores
hæreditarios,aut quoad legatarios,aut quoad fideicommiſ-
ſarios.Primo caſu,præualuit illa opinio, ut fructus poſt mor-
tem quæſiti debeantur creditoribus,licet hæres confecerit,
aut paratus ſit conficere inuentarium.Ita Guid.Pap. in tract.
de forma inuentarij,nu.17 Ratio eſt in promptu, quoniã hæ
reditas fructibus augetur,& ſemper eadem remanet hæredi-
tas,& eiuſdem perſonæ.l.item veniunt § item non ſolum, &
§.fructus.ff.de petit.hæred.l ſi creditores.ff.de ſepara.Ita etiã
videtur eſſe de mente Ang.in toties allegato. §. hæc ſtipula-
tio.in fi.Corn.in d.l.vlt.in princ nu.5. Faciunt tradita per Iſer
niam in c.1.An agnatus,vel filius.Rui. conſi 176.lib.1. Quod
verum putarem ſi fructus percipiantur ex rebus obnoxijs ip-
ſis creditoribus,alias non ſemper fauerem creditoribus ob il
lam regulam, inuentarium ſecernit bona hæredis: Verum
pro creditoribus facit alia regula, inuentarium ſolum cõſer-
uat hæredi lucra iuris communis. Quantum pertinet ad lega
11 tarios,magis hæſitatur:† Attamen dic,aut fructus iſti ſiue in-
crementa contingunt in rebus hæreditarijs,quæ non ſunt le-
gatæ,& non puto prodeſſe legatarijs: Aut cõtingunt in rebus
legatis,& puto prodeſſe:Cur diuerſum inter res hæreditarias,
& inter res legatas?Ideo incrementum accedens rei legatæ ꝓ
deſt legatario,quoniam cum dominium rei legatæ a die mor
tis trãſeat ipſo iure.l.a Titio.ff de furt ſuccedit regula,fructus
ſequuntur dominium.i. acquiruntur domino rei.l fructus.
& l.ſeq.ff.de rei vendi l.Herennius ff.de vſuris. Vnde infertur,
ꝙ ſi fundus legatus per alluuionem maior fieret, totus debe-
retur legatario,nec poſſet dicere hæres,tibi dabo illam agri-
menſuram,quæ erat tempore teſtamenti,vel tpe mortis.l.ſæ-
pe.ff de leg 3.Aliud in rebus hrẽditarijs. Cum.n legatarius nul
lum earũ habeat dñium, eſſet irrationabile,ꝙ hæres huiuſce
modi acceſſionibus ſiue incrementis defraudaretur. Hoc ꝓ-
batur in l.in rõne.2.in princ & in l.in quantitate,in princ.ff.ad
l.Falc. Dum vtrobiq; dr̃,ꝙ fructus, & acceſſiones poſt mortẽ
prouenientes cedunt lucro hæredis; concordat text. in §.q̃-
titas. Inſti.de le.fal.Nã omitto ꝙ multæ ſunt latebrę,& anfra
ctus circa hanc fructuũ materiã, & ſcio dubia ferme inextri-
cabilia emergere,ueluti an hr̃ditas ſit ſoluendo vel nõ:Et qñ
non eſt ſoluendo,an fructus ſint naturales, vel ciuiles, vel in-
duſtriales.De quo tractat gl.ff.de vſu.in rub. Et an fructus re-
rũ hr̃ditariarũ computent in Falcidiam necne. Et an fructus
rerũ legatarum cõputent in Falcidiam ad commodũ olum
legatariorum,vel illius legatarij tm̃,cuius res fructibus aucta
fuit. Sed ſi hoc pelagus plenis velis ingredi uis,recurre ad no.
per gl.& Doc.in d.l.in rõne,& in l ꝙ de bonis.§ fructus. & in
l qui quadringenta.§.vlt ff.ad leg. Falci & ibi Bar. Ang.& alij.
l.in 4 eod.tit. Rurſus,cur diuerſum inter creditores & legata-
rios?Ideo creditorib.ex fructib. poſt mortem perceptis ſatiſ-
fieri oportet(maxime ſi ſint creditores hypothecarij)qm̃ tra
ctant de dãno vitando,ergo in rebus hr̃ditarijs inq; earumdẽ
incrementis,ſunt hr̃di,& legatarijs ꝓferendi, vtpote lucro in-
hiantib. Scd̃m hæc ꝓpono pulcherrimũ dubiũ Hæres anteq̃
12 adeat,citra nomen hr̃dis & quaſi hr̃ditatis defenſor † pecuniã
hr̃ditariam accipit,ex illaq; negociãdo ſua induſtria lucrum
facit. Quęritur an creditorib. tale lucrũ debeat. Mihi vr̃,ſi cre
ditores inſtabant hr̃di:lucrum prodeſſe eis, præſertim ſi hæ-
res callida machinatione cunctabat̃ adire,& creditores retar
dabat, & ꝓſertim ſi negociatio erat licita ꝑ regulam l.Grac-
chus.C.ad l.Iul.de adul Quid ergo,ſi fęnerando,lucrũ illicitũ
hæres extorſiſſet?In foro Poli, atque etiam eccleſiaſtico nec
creditores,nec hęres huiuſcemodi lucra conſequi debẽt,iux
ta ea q̃ notantur in c.peccatum de reg.in.lib.6.In foro Cæſa-
reo & ſic de iure Cæſaris nõ ita eſt expeditũ. Idẽ tñ puto:qm̃
licet ius ciuile ante Iuſtinianum vſuras ꝑmittat; Tñ de iure

nouiſſi-

13 nouiſſimo introducto per eundem Iuſtinianum uſuræ † ſunt
prohibitæ.glo.& Docto.in l.1.C.de ſumma trin & fide catho-
lica.& in auth.ad hæc. C.de vſur. enimuero Iuſtinianus ſe cõ-
municatorem Sanctæ eccleſiæ appellat: quatuorq; præcipit
ſeruari concilia,& præcipue extat conciliũ Nicenum, in quo
vſuræ expreſſim prohibentur.c.quoniam. 47.diſtinct. quan-
tum pertinet ad fideicommiſſarios, ſiquidẽ ſunt ſingulares.
idem dic,quod de legatarijs fuit expoſitum;ſinautem ſint vni
uerſales,conſtat fructus qualeſcunq;ſint, non proficere, ſed
hæres impune omnes lucrabitur.l.mulier §.ſi hęres.ff.ad ſen.
conſ.Trebell.ratio diuerſitatis illa eſt, quia nunquam in fidei
commiſſarium dominium tranſit,niſi facta ſit reſtitutio.l. fa-
cta,in princip.ff ad Trebel.quandoq; tamen fructus proderũt
fideicommiſſario,ſi uel hæres remoretur aditionem & reſti-
tutionem,uel ſi fideicommiſſum ſit in diem, aut ſub condi-
tione.dic. §.ſi hæres.& notatur abunde præſertim per Rip.in
l.in fideicommiſſariam.ff.ad Trebell. & præſertim proderint,
quoad Trebellianicam: ne contingat hæredem ultra fructuũ
perceptionem, corpora quoque hæreditaria Trebellianicæ
nomine retinere; facta contributione, ſeu calculo omnium
bonorum eatanrium mortis tempore etiam ſi ſint legata,Bar
tol. Caſtren. vterque Imola in l. Marcellus. §.idem Pompo-
nius. ff.ad Treb.quicquid dixerit ibi Socinus ſenior,quem re
probat Ruinus conſi.57.lib.2 & Crauet conſi. 17.quoad res
quarti & ultimi temporis,ſi loquantur de legatarijs, eædem,
quæ ſupra,diſceptationes proponi poſſent, an hẽditas ſit ſol-
uendo necne,& ſi non eſt ſoluendo, an fructus percipiantur
de rebus hæreditarijs uel legatis: & an fructus illi ex quibuſ-
dam rebus legatis percepti, ſingulis proficiant legatarijs vel
vniuerſis.Ego concludo,quicquid alij dixerint, ꝙ ſi hæres ex
trinſecus lucrũ fecit,nihil debeatur ex eo lucro legatariis· ſed
ſi fructus proueniant citra hæredis laborem,& induſtriam,le-
gatariis quandoque proderunt, dico quandoq; quoniam ſæ-
pe numero occurrunt ſupradictę diſceptationes,ꝙ hęreditas
ſoluendo eſt uel non,& ꝙ fructus inhærẽt rei legatæ,uel aliis:
qua propter ſequitur ꝙ ſi hæres adiuiſſet, & antequã in mo-
ra cõſtitueretur,ea pecunia hæreditaria, uel alijs reb.lucrum
compararet,ſibiipſi ſoli proficeret,quoniam nemini ſua Indu
ſtria eſt interdicenda;imo laudabilis eſt, qui lucrari ſategerit.
l.3.ff.ad leg.fal.l.ult.C.de alluuion.l.pupillus. ff. quæ in fraud.
cred.hęc de legatarijs,quę locum ſibi uendicant in fideicom
miſſariis particularib. Si vero ſit fideicommiſſarius vniuerſa-
lis,nunquam fructus ei proderũt,niſi vbi hæres fuerit in mo-
ra, uel ubi gratia ipſius fideicommiſſarii dies uel conditio a-
dlecta fuerit d.§.ſi hæres,& l.deducta.§. ante diem. ff. ad ſen.
conſi.Treb.ſi uero loquamur de creditoribus,ſi quidem hæ-
res ſit in mora,puto creditores ſemper admittendos,ſi nõ ſit
in mora,difficilius creditoribus huius lucri petitio concede-
tur,& vt meam ſententiam proferam, exiſtimo hæredem ſi-
bi ſoli lucriſeciſſe & ſic quoad iſtas acceſſiones ciuiles, ſiue
extrinſecas,non conſtituo differentiam inter creditores & le
gatarios:ſed quoad acceſſiones intrinſecas (intrinſecas acceſ
ſiones appello non ſolum fructus naturales, & induſtriales a-
grorum,ſed etiam penſiones domuum,mercedes, & huiuſce
modi) melioris eſt conditionis creditor,quam legatarius, cũ
omnes fructus & commoda intrinſeca debeantur creditori,
legatario non ſemper,& quod diſtinctio inter fructus ſiue ac
ceſſiones intrinſecas & extrinſecas,vera ſit,probatur imper-
tincibiliter,in d.l.item veniunt.§.item non ſolum. ff.de petit.
hæred & in d.l.ſi creditores.ff.de ſeparat.l.veniunt. cum trib.
ſeqq.ſi tam.etc.

Explicito ſummatim,qñ & quib.incrementa hæreditatum
poſt mortẽ acquirantur,euidenter liquet qñ huiuſcemodi in
crementa ponenda ſint in inuentario. enimuero ubi non pro
ſunt creditorib.legatariis,& fideicommiſſariis,excuſatur om-
nino hẽs ſi non inſerat in inuẽtario. Si tñ hæres inſerere ma-
luit,boni uiri officio fungetur,dummodo ꝓteſtetur, ꝙ ſi quæ
inſerta ſunt,non inſerenda,nullum prętendit pati præiudiciũ.
ſi vero talia incrementa ſupradictis perſonis quoquomodo
debeantur,ſatius eſt hæredi redigere inuentarium, ne fraudu
lenter ſuppreſſiſſe conuincatur,imo inſerere debet ſi tempo
re fructuũ, vel acceſſionum nondum inuentarium inchoa-
14 tũ fuerat,aut nondum conſumatum † Quod ſi confecto in-
uentario,vel ante aditionem uel poſt,fructus emergant,ſatis
erit qualequale ratiocinium per hæredem oſtendi,ſiue in in-
ſtrõ,ſiue in codice priuato ipſius hæredis,Ang Ale.Comeus
& Iaſ.in d.l.ult.§. ſiuautem dubius.C.de iu.delibe.facit textus
in l.1.§.offi.ff.de tute.& rationib.diſtrab.Ad vnum diligentiſ-
ſime eſt animaduertendum,circa fructuũ incrementa, ꝙ nõ
inſubtiliter poſuit Comen.in l.in rõne.r.§.ꝙ vulgo.ff.ad l.fal.
quem ſequitur Ale.in l in rõne.2.§.diligenter in ſi.eo.tit. dñt
etenim ꝙ hodie ex conſtitutione nouiſſima, in d. l. vlt.§.& ſi
præfatam. oẽs leges anteriores diſtinguentes circa incremen-
ta poſt mortem contingentia, ſunt correctæ, per rationem
15 d.§.& ſi præfatam. Et conſequenter † inclinant in hãc ſñiam
ꝙ hodie qñ hæres conficit inuentarium, oĩa incremẽta poſt
mortem proſint creditorib.& legatarijs arguendo ſic. Sanxit
Iuſtinianus in præallegato. §.& ſi præfatam quod qñ hæres
conficit inuentarium,deminutio, ſiue damna poſt mortem
non noceant hæredi;ergo econuerſo vtilitas ſiue incremen-
ta poſt mortem non debent prodeſſe hæredi, ſed potius cre-
ditorib.& legatarijs,per regulam illam.idem operatur oppo-
ſitum in oppoſito,quod propoſitum in propoſito.l.vlt.§ fi.ff.
de leg 3.l.pen.C.de ſol nam qui non tenetur ad damnum,nõ
debet etiam lucrum ſentire·& econtra qui lucrum uel com-
modum ſentit,damnum pariter ſentire debet. l. vlt. § ſed cũ
in ſecundã.C de furtis.ſi hæc opinio vera eſt, & perpetuo me
moriæ eſt cõmendãda.ego dubito,imo de iure non ſubſiſte-
re arbitror,audi quomodo.includunt iſti legũ coryphæi, quo
rum veſtigia ueneror, duas opiniones, alteram (vt prædixi)
16 incrementa † poſt mortem emergentia indiſtincte prodeſſe
legatarijs, & creditorib alterã ex oppoſito. omnia dãna poſt
mortem contingentia,nocere creditoribus,& legatarijs, non
autem hæredi conficienti inuentarium:vtranque Ripa,Papiẽ.
in l.1.§.ſi is qui .in fine.ff ad ſenat.conſul. Treb. impugnat,ꝗ-
uis non principaliter ibi hoc agere intendat:Pau. Caſt. in d.l.
in ratione.c.2 §.diligenter ſecundam attingit,illamq; admit-
tit,ſi damna ſiue diminutiones ante aditionẽ cõtingãt: ſecus
ſi poſt aditionem·qm qñ hæres adiuit, ſe adeundo obligauit
omnib creditorib.& legatarijs:vnde fatalitas,ſiue deminutio
poſtea contingens non ſubleuat hẽdem debitorem.idẽ Paul.
Caſt.in d § & ſi præfatam.ſubdiſtinguit circa dãna poſt mor-
tem hoc modo,aut legata ſunt in ſpecie,& tunc uerum eſt ꝙ
damnum pertinet ad legatarios,non ad hẽdem ſi hæres nõ ſit
in mora:Ratio eſt, quia interitu ſpeciei debitor liberatur. l. ſi
ex legati ff.de uerb.obl.aut legata ſunt in genere vel quantita
te,& tunc deminutio nocet ſoli hæredi.Ratio eſt,quia genus
perire non poteſt.vnde ſemper debitor remanet obligatus, li
cet ne obolum quidem haberet in bonis. l.incendium. C. ſi
cer.pet.quicquid dixerit Caſtrenſis (niſi forte eius amplecta
ris opinionem in legato generis uel quantitatis,vbi reſiduum
bonorum ſufficit omnib.creditorib.& alijs legatariis,& Falci
diæ) cõis opinio eſt in contrariũ·cuius eſt Anteſignanus Bar.
in d §.diligenter.licet inquiat ipſe,non habeo nec gl.nec Do
ctor.hoc dicentem.ſequitur Ang.& Imo.in d. l. in ratione 2.
in prin.& §.diligenter,& in l.in quantitate,in prin eo.tit. indi-
ſtincte.n.concludunt ipſi,ꝙ damna ante aditionẽ & poſt con
tingentia,non obſint hæredi conficienti inuẽtarium, ſiue hæ
res ſtatim adeat,ſiue non:quæ ex eo fulcitur, ꝙ inuentarium
conſeruat hẽdem ſine damno ſiue ante aditionẽ,ſiue poſt,fa-
ciat inuentarium.Quid ſi diu hæres cunctaretur adire,(quod
poteſt facere vſq; ad xxx.annos.l licet. l.cum antiquiorib. C.
de iure delib) an damna obeſſent hæredi? vix hoc eſt,cũ ſuæ
deſidiæ,& negligentiæ debeant id aſcribere creditores,& le-
gatarij.obſtat gl.& ibi per Dyn.in l.in quantitate.ff ad l.fal.Itẽ
an incrementa prodeſſent eidem? Pondera, & reminiſcere il-
lius regulæ.fructus percepti hæreditate iacente,augẽt hæredi
tatem.l ita tamen.§.1.l.poſtulante.§ pen.& ſi.ff.ad Treb.

Quoad priorem opinionem, ſupra referebam Ripam con-
trarium aſſerere:quod ego pariter admitto,primo,q2.ll. cor-
rectio eſt euitanda.l præcipimus,in fi.C de appel.Non. n. eſt
veriſimile ꝙ Iuſtinianus tot leges ſubtiliſſime de fructib. lo-
quentes,breui uerborum compẽdio antiquare uoluerit.præ-
terea,quid verbis opus eſt? namque cum inuentarium fauore
hæredis fuerit introductum,(& hoc negari non poteſt,vt ſu-
pra diſcuſſum fuit) ſi diceremus talia incrementa prodeſſe ſo
lis creditorib.& legatarijs, deterioris eſſet conditionis hæres
faciens inuentarium,ꝗ non faciens:quod nequaquam eſt di-
cendum;quoniam quod in fauorem eſt introductum,nõ de-
bet in odium retorqueri. l. quod fauore. C. de leg concludo
igitur ꝙ ueluti hæres faciens inuentarium non patitur dam-
num deminutionis poſt mortem contingentis, ita ſi hæredi-
tas poſt mortem augeatur,tale augmentum proderit hæredi
facienti inuentarium; & ſic vtroq; modo hæres ex confectio-
ne inuentarij omnem vtilitatem conſequitur,ſiue hæreditas
augeatur, ſiue minuatur. quoniam inuentarium vt non pro-
deſt vltra ius commune, ita nec lucra iuris cõmunis admit:
Quod ſæpius eſt iterandum.

S V M M A R I V M.

1 *Forma inuentarij in quindecim conſiſtit.*
2 *Inuentarium fieri non poteſt ante delatam hæreditatem.*
3 *Tempus inuentarij quando incipit currere.*
4 *Adiri hæreditas in perpetuum poteſt, ideſt vſque ad.xxx.annos.*
5 *Inuentarium an fieri poſſit ante aditionem.*
6 *Aditio vtrum inducatur per confectionem inuentarij.*
7 *Tempus inuentarij an currat hæredi litibus uexato.*

8 *Inuentarium an fieri poſſit poſt aditionem.*
9 *Fideicommiſſarius quando tempus inuentarij currat.*
10 *Hærede morante facere inuentarium, quid agendum.*
11 *Hæres omnino debet intereſſe inuentario, & an per alium hæres facere poſſit inuentarium.*
12 *Index in inuentario an intereſſe debeat.*
13 *Citari debent legatarij, & creditores ad confectionem inuentarij.*
14 *Citatio quatuor modis fieri poteſt.*
15 *Citatio ad inuentarium quæ continere debeat.*
16 *Nuntio ſoli an credatur de citatione.*
17 *Citatio vnica ſufficit pro inuentario.*
18 *Maritum ſufficit citare ſi vxor ſit creditrix, vel legataria.*
19 *Patrem ſufficit citare ſi filius ſit creditor, vel legatarius.*
20 *Clericus an citari poterit ad inuentarium per iudicem laicum.*
21 *Citatio fieri non poteſt die feriata.*
22 *Notarius in inuentario debet interuenire.*
23 *Acta & monumenta publica per notarium deputatum ſunt ſcribenda.*
24 *Notarius an in præſentia iudicis debeat ſcribere inuentarium.*
25 *Teſtes iidem, & idem tabellio, an ſemper debeant adhiberi ad inuentarium.*
26 *Notario ſoli, uel iudici, an credatur aſſerenti de inuentario.*
27 *Teſtes ſaltem duo cum Tabellione requiruntur in inuentario.*
28 *Mulier poteſt eſſe teſtis in inuentario.*
29 *Teſtes inuentarii an iurare debeant.*
30 *Teſtamentum vacillat ex vnius teſtis inficiatione.*
31 *Scriptura, ſeu inſtrumentum publicum fraude carere cenſetur.*
32 *Inuentarium quo loco fieri debeat.*
33 *Inuentaria plura confici an poſſint, uel debeant.*
34 *Hæres an inuentarium domi ſua facere poſſit ſi hæreditas alibi ſit.*
35 *Inuentarium debet inchoari intra xxx uel x dies.*
36 *Crucis ſignum in inuentario poni debet etiam ab hærede illiterato.*
37 *Inuentarium an ualeat ob crucis omiſſionem.*
38 *Scriptura requiritur in inuentario.*
39 *Scribi poteſt inuentarium in omni materia*
40 *Inuentarium ſcribi poteſt literis, & characteribus quibuſlibet.*
41 *Teſtamentum non poteſt ſcribi per notas, & numeros.*
42 *Inuentarium ſcribi poteſt quolibet idiomate, ueluti teſtamentum.*
43 *Scribi poteſt a dextera, & ſiniſtra.*
44 *Notarius quid præponere debeat in inſtrumento ad tempus deſignandum.*
45 *Inuentarium an ſcribi poſſit in alia charta.*
46 *Teſtamentum duobus verbis confici poteſt.*
47 *Inſtrumenta plura einſdem rei an fieri poſſint.*
48 *Res ſingulæ quo ordine ſint deſcribendæ in inuentario.*
49 *Creditor nominatus in inuentario, an agat contra hæredem.*
50 *Hæres an fiat creditor nominatorum in inuentario.*
51 *Debitores non ſunt citandi in inuentario.*
53 *Proteſtatio eſt facienda in inuentario.*
54 *Proteſtatio hæredi, & creditoribus prodeſt.*
52 *Res deſcripta in inuentario per errorem, an demi per hæredem poterunt ſine citatione creditorum, vel legatariorum, uel iudicis.*
55 *Res de nouo repertæ an ſint addendæ in inuentario.*
56 *Subſcribere ſe debet hæres in inuentario, uel ſi ſcribere neſciat, ſecundus tabellio ſubſcripturus adiicietur.*
57 *Subſcribens totam cenſetur facere ſcripturam.*
58 *Inuentarium intra xc. dies, vel annum debet expleri.*
59 *Inuentarium mutilatum, uel alias imperfectum an ualeat.*
60 *Inuentarium non cenſetur inchoatum licet tabellio, & teſtes ſint adhibiti.*
61 *Tempus inuentarii an poſſit per iudicem anguſtari uel prorogari, & quid ſi creditores, uel legatarii conſentiant.*
62 *Publicari inuentarium conſumatum debet, et quomodo fiat hæc publicatio.*
63 *Inſtrumentum quodlibet præter teſtamentum, in ſcriptis debet publicari.*

CAPITVLVM. VII.

Septimo principaliter videndum eſt, quæ forma ſit Inuentarij, & quæ circunſtantiæ, ſolennitateſue deſiderentur Pau. Caſt. in d. l. vlt. §. ſinautem dubius. C. de iure delib. octo ponit, ex mente Iuſtiniani ibi. videntur ſequi pleriq;, præſertim Ang. Arc. in §. extraneis. Inſtitu. de hæred. quali. & differ. Dec in conſi 633. Corn. decem colligit, la-
1 ſon nouem. quibus ferme aſſentiuur Porcellinus. ego † intellectus ordinem, & iuris terminos ſequutus quindecim pono, quæ ſunt, Delatio, Hæres. Iudex. Citatio Tabellio. Teſtes. Locus. Inchoatio. Signum Crucis Scriptura. Res. Proteſtatio. Complementum. Publicatio.

Primo eſt delatio. nam requiritur quod hæreditas ſit delata, hoc eſt, ut ille de cuius bonis agitur, naturaliter uita deceſſerit cum teſtamento, vel ſine. d §. ſinautem dubius. Ex quo infertur ſecundum Bal. Caſtr. & alios, quod ante mortem nec defunctus, nec hæres, nec quiſquam alius inuentarium facere poſſet. Huc ſpectat an patre ingrediente monaſterium expectetur mors naturalis: & an interim legitima filijs, debeat, & ob id neceſſitas incumbat Inuentarij. auth. ſi quamulier cum ibi traditis per glo. & DD. C de ſacroſ. eccl. in c. Raynaldus. de teſtamen. cap. cum ſcimus. de regul. Ad hoc autem vt
2 dicatur † delata hæreditas duo requiruntur, mors naturalis illius, de cuius hæreditate agitur, vt prædixi. item quod hæres adire poſſit. l. is qui hæres, in principio. ff. de acquiren. hæredita. l. delata, vbi Alcia. ff. de uerborum ſignifica. Secundum
3 hoc oriuntur inſignes dubitationes. Prima eſt, † quando tempus conficiendi inuentarium currat hæredi. glo. d. §. ſi nautem dubius. in uerbo delatam, dicit tempus currere dũtaxat poſt
* aditionem, & glo. opinionem, magis communiter * ſequuntur alij. attamen Spec. in §. ult. de Inſtrumentorum editione, & ibi Io. And. in additionibus, cõtrarium aſſerunt. Pariter gl. reprobant Ricard. Malumbra Cremonen. & Saly. in d. §. ſinautem dubius. & ſane ſi ueritatem amamus, hæc opinio cõtra communem vera eſt, ſi quis recte inſpiciat uerba d. §. ſinautem dubius. nam & Ales. dicit quod de iure opinio Spec. Io. And. & cæterorum ſuſtẽtabilis eſt. Dixerit aliquis, quid refert tempus currere ſtatim a die ſcientiæ, an duntaxat poſt aditionem? Reſpondeo, ſi tempus cedit a die ſcientiæ, hæres qui ſuperſedet adire per ſpatium nonaginta dierum uel unius anni, non poteſt tranſacto tali ſpatio poſtea conficere inuentarium: Si uero tempus cedit duntaxat poſt aditionem, poſſibile eſt quod hæres poſt lapſum decem, uel xx. uel xxx. annorũ poſſit conficere inuentarium. cur ita? lex permittit cuicunq; hæredi, ut non ſolum poſt mortem defuncti adire poſſit ſta-
4 tim hæreditatem, ſed etiam in perpetuum, † quod interpretatur vſque ad xxx. annos, glo. & Docto. in l. licet. C. de iur. delibe. & in l. 3. ff. de acquiren. hæredit. Secunda eſt dubitatio, an hæres poſſit conficere inuentarium antequam adeat: Sed fatuum eſt de hoc dubitare: cum enim, ut proxime dictum eſt tempus conficiendi inuentarium, cedat a die ſcientiæ non expectata aditione conſtat, quod hæres licet nondum adierit, uel ſe immiſcuerit, inuentarium facere queat. At maxima eſt
5 altercatio vtrum † hæres in actu cõficiendi inuentarium præſumatur adire. multi id aſſerunt, niſi contrarium proteſtatus fuerit. Saly. autem in d. §. ſinautem dubius, & Alex. in d. §. ſin uero poſtquam. & Iaſ. in § pe. eiuſdem. l. contrarium aſſerunt, quod immo hæres conficiens inuentarium non intelligatur adire. Quod uerius eſt Hoc autem poteſt vtile eſſe; nam ſi hæres cenſetur adire, cogitur omnino ſubire onera hæreditaria, tametſi non teneatur de ſuo; ſi uero non cenſetur adire, poterit hæres ſe extricare ab omni onere hæreditario.
6 Tertio quæritur † an hæredi qui controuerſiam patitur, atque litibus vexatur ſuper hæreditate, tempus currat faciendi inuentarium, ita vt eo tranſacto, poſtea conficere non poſſit? Bald. in l defenſionis. C. de iur. fiſci. lib. 10. tenet non currere. Alex. in d. § ſinautem dubius. reprobat, ſubdens quod deciſio Bal. notabilis eſt, ſi uera eſt; & ſane ita eſt, ut dicit Alexan. atqui ex eo Bal. opinio refutatur, quia ea ſtante, ſemper hæres noua iurgia controuerſiaſque ſuſcitaret ad remorandos creditores & legatarios, quod iuri æquitatique refragatur. Roland. tamen ſaluat Baldum, ubi hæres non poſſidet: & ſic duo requirit Roland. aditionem, & poſſeſſionem in 2. parte ſui Tractatus, & in conſi. 73. lib. 2.
7 Quarto quæritur, an † hæres, q adiuit ſine Inuentario, poſt aditionem intra tempus legitimum nonaginta dierum, uel vnius anni inuentarium conficere poſſit. Angel. in toties allegato. §. hæc ſtipulatio. vult quod hæres adeundo ſine confectione inuentarij, frui non poſſit beneficio inuentarij. Niſi inquit Ange. tempore aditionis proteſtatus fuerit hæres de cõficiendo inuentario. Saly. Paul. Caſtren. & Alex. in d. §. ſinautem dubius. reprobant: dicitque Caſtren. ſe ex facto conſultum reſpondiſſe, quod hæres facere poſſit Inuentarium, poſt aditionem, etiam nulla proteſtatione præmiſſa. quod cõmu-
* niter * receptum eſt, ut prædixi. quoniam autem modica facti diuerſitas diuerſam iuris inducit conſtitutionem l. iuſiurãdum & ad pecuniam. § pen. ff. de iureiur. ſiquidem In rerum labor eſt, inquit vates: adeo quod nec oculis Lynceis tot minutæ uarietates diſcerni facile poſſunt, ideo in quibuſdam caſibus Ange. opinio procedere poſſet, prout declarat Alex. in d. § ſinautem dubius. quid enim ſi hæres adeundo diceret ſpem certiſſimam ſe habere retinendæ hæreditatis? non eſt dicendum quod poſtea ſub prætextu Inuentarij de nouo faciendi creditores uel alios cũctari uelit, ita procedat opinio Ricardi Malumbræ, & Cy. Piſtorien. uolentium q adiens ſpe certiſſima adipiſcendi hæreditatem, nullo beneficio gaudeat inuẽtarij. Sed de hoc infra in uerbis textus. Quid rurſus ſi hæreditas, q̃ hæres adiuiſſet ſimpliciter citra mentionem inuentarij, euidenter locuples eſſet? Pari modo hæres non audiretur, inuentarij præſidium introducere uolens, quoniã intentio Iuſtiniani eſt, ut hæres conficiens inuentariũ ſecurus ſit: non ut
8 velamento inuentarij alteri obſit p fas & nefas. Quinto † quæro, quando fideicõmiſſario vniuerſali tẽpus currat inuentarij

conſi-

conficiendi. (& illi enim velut hæredi incumbit onus facien
di inuentarium, ſi non vult teneri vltra vires.) Reſpondeo, ve
luti probabilior & iuri congruẽtior illa opinio eſt, tempus ce
dere hæredi a die ſcientiæ, non expectata aditione; ita fidei-
commiſſario cedere debet, ſimulatq; dies extitit fideicom-
miſſi, licet nõdum ſibi reſtituta fuerit hæreditas. Ita Io. And.
ad Spec. in tit. de inſtrumentorum editione §. vlt. Cum enim
fideicommiſſarius ſtatim cõpellere poſſit hæredem vt adeat:
quorſum expectare hæredis reſtitutionem? Obſtat quod ex
Rolando deduximus ſecũdum communem. Facilius admit-
temus, fideicommiſſario tempus inuẽtarii currere ante reſti
tutionem ſi iure municipali caueret, vt dominium ipſo iure
tranſiret in fideicommiſſarium citrà hæredis miniſterium in
reſtituendo: quod in ſtatutis patriæ meę Vincentiæ cautum
10 eſſe ſcio. Quid ſi hæres † moram faciat, an coget̃ facere inuen
tarium, vel an faciet fideicommiſſarius aliove modo ſuæ in-
demnitati medebitur? pendet ab his quæ ſupra dicta ſunt ex
l. cum tale, §. 1. ff. de cond. & demonſt. quibus adde Lancelo-
tum Galiaulam in l. centurio. ff. de vulga. & pup. poſt practi-
cam Papienſem in forma libelli, quo agitur ex ſubſtitutione.
in verbo, per fideicommiſſum.

Secundò eſt hæres. Nam veluti teſtator ſemper adeſſe de-
bet ijs, quæ geruntur in teſtamento, in tantum vt ſi pars mo-
dica teſtamenti ſuperſit agenda, nihil cenſeatur actũ l. ſi quis
11 cum teſtamentum ff. de teſtamen. Ita † hæres debet intereſſe
inuentario donec omnia compleantur; vno, vel diuerſis con
textibus, vt dicam explicando textum. Quid ſi hæres ſit pupil
lus, fatuus, ægrotus, vel aliàs debilis? Nemo dixerit eum inte-
reſſe poſſe, aut debere. Intererit ergo tutor, curator, procura-
tor, vel alia legitima perſona; prout in ſimili videmus de le-
gatarijs, & creditoribus nolentibus, aut nõ valentibus adeſſe.
§. ſancimus, Auth. de hæred. & Falc. quid ſi hęres maior nolit
adeſſe, ſed alium ſubmittat? Nihil (vt opinor) aget; Quamuis
& hoc conſuetudine fuerit vſurpatum, vt in ſimili dicit iuriſ-
conſ. in l. iniuriarum actio. §. vlt. ff. de iniurijs.

12 Tertiò eſt iudex, nam pro ſolennitate, & forma † inuenta-
rij requirit̃ q̃ iudex, magiſtratuſve idoneus interueniat. Sed
quærẽdum eſt an de iure requiratur. Martinus de Fano (pro-
ut refert Specu. in præallegato §. ult. de inſtrumentorum edi-
tione) dicebat requiri, per l. de creationibus. C. de epiſ. aud. &
quia in tutoris inuentario iudex omninò adhibetur. glo. Bar.
& alii in l. tutor qui repertorium, in prin. ff. de adminiſt. tuto.
idem vult pract. Pap. in forma libelli, quo petitur hæreditas,
ex teſtamento in verbo, purè inſtituit. Contraria opinio ve-
rior eſt: nam percurras quãtumuis duas Iuſtiniani conſtitu-
tiones, quæ de inuentario hæredis loquuntur, in d. l. vlt. C. de
iu. delibe. & in Auth. de hęre. & Falc nunquam reperies iudi-
cis fieri mentionem: Pręterea quid opus eſſet tot teſtes in in-
uentario adhibere, totq; hæredis deſcriptiones? nihil vtique:
quoniam vbi iudex interuenit, ſcriptura, quę eo authore, &
decernẽte fit non exigit tot teſtes, neque tot appẽdices ſub-
ſcriptionum. l. in donationibus. C. de dona. Deniq; generali-
ter proditum eſt inſtrumẽtum quodlibet nõ exigere factum
iudicis. Soci. Senior, conſil. 89. lib. 1 Mantua conſi. 65. lib. 1.
Veriſſimum igitur arbitror quod ex prouiſione Iuſtiniani in
prædictis duabus conſtitutionibus iudex nõ requiritur in in-
uentario, iux. Pau. Caſtren. Alexand. & alios in d. § ſin autem
dubius. Quod ſi eſt, nec ille iudex neceſſariò requiretur, qui
authoratus eſt aperturę, & publicationi teſtamenti. l. repetita,
C. de epiſco. & cle. Sed quamuis ita de iure ſit, tamen præua-
luit, vt vbique & in omni inuentario iudicis auctoritas adhi-
beatur. ita Ang. in toties allegato. §. hæc ſtipulatio, & Cagno.
Vercellen. in l. ſi quis maior, nume. 210. C. de tranſactio. Hinc
eſt quod quotidie hæredes adire volentes cum inuentario,
comparent coram iudice, narrantes: cum talis mortuus ſit, à
quo ſunt relicti hæredes, quod veniam petunt faciendi in-
uentarium, & ſibi decerni ſchedulas citatorias contra lega-
tarios, & creditores, prout docet ibi Cagnolus, & Porcel-
linus in ſuo tractatu.

Quartò eſt citatio. Nam omnes creditores, legatarij, fidei-
13 cõmiſſarij † & alij ſi qui ſunt, quorum quoquomodo interſit,
citandi ſunt. §. ſancimus, Auth. de hære. & Falc. & latenter in-
nuit Iuſtinianus noſter in dicto §. ſin autem dubius. in verbo
[cæterorumque] vbi glo. expreſſim declarat. Et quidem ge-
neraliter proditum eſt, quod vbicunque de alicuius re ſiue
negocio agitur, is admoneatur. l. de vnoquoque. ff. de iudic.
Immo citatio & admonitio eſt de iure naturali, & diuino, cũ
Deus Optimus Maximus dixerit Adæ, Adam vbi es? Sed
quæritur, quis debeat facere hanc citationem. Et palam eſt
eſſe faciendam per nuncium ſiue apparitorem publicum,
quem olim appellabant viatorem: iudicis permiſſu & licẽtia.
Ita Bar. in extrauag. ad reprim. in verbo, per nuncium; Atqui
14 quatuor modis citatio fieri poteſt. † Primò in faciẽ ſiue per-
ſonaliter, vt vulgo dici ſolet: Secundò ad domum: Tertiò per
ſchedulam, ſiue programma, ædibus, vel valuis loci publici
affixam, affixumve. Quartò per edictum, quod voce pręco-
nia enuntiatum magis innoteſcit, vt colligitur in l. 4. § prętor
ait. ff. de damno infecto. Debet autem huiuſcemodi citatio
15 † continere diem, horam, locum, & perſonam iudicis & hæ-
redis, nec perfunctoriè, aut indiligenter facienda eſt. l. aut qui
aliter, §. primo, ff. quod vi aut clam. Igneus in l. neceſſarios, §.
non alias, numero 168 ff. de ſenatuſconſul. Sillan. nec ſuffice-
ret citationem eſſe factam, niſi nuncius relationem feciſſet,
vt iudex de citatione: & de citatorum contumacia certus eſ-
ſet. l. hæc autem, §. primo, ff ex quibus cauſis in poſſeſ. eatur.
& adeo hoc verum eſt, vt nonnulli aſſerant, ſoli nuncio,
16 † non credendum de citatione, niſi teſtes habeat l. 1. C. de cu
rioſ. lib. 12. ſed Tiraquel. in parte prima ſui tract. de utroque
retract. §. 8. glo. 9. multis relatis opinionibus, concludit ſoli
nuncio credi in his, quæ pendent ab eius officio, & quæ à iu-
dice ſunt demandata. Hoſtien. Butrig. Abb. Dec. in cap. cum
parati. de appellat. Et nota, quantum pertinet ad præſentem
inuentarii tractationem, quod creditores & legatarii, & fidei-
commiſſarij abſentes, vel incerti, licet præſentes ſint, nõ ſunt
ſpecialiter, & nominatim citandi: dicto §. ſancimus, ſed ſuffi-
cit generale proclama, prout docet Bart. in dicto §. ſin autem
dubius. Quid ergo ſi quidam ſint citati, quidam non? Barto.
in dicto §. ſancimus, quem pleriq; alij ſequuntur, dicit inuen-
tarium valere quoad citatos, quo vero ad non citatos mini-
mè, & hoc verum eſt; quicquid Ange. dixerit in toties allega-
to. §. hæc ſtipulatio. Romanus & Siculus in. l j. §. ſed ſi mihi.
& ibi per Alciatum. ff. de verborum obliga. & inſuper eſt ad-
17 uertendum, quod vnica ſufficit citatio, ſiue † fiat nomina-
tim pro præſentibus & certis, ſiue generaliter pro alijs Ita te-
net Guido Papa in tractatu de forma inuentarij, & Iaſ. in d. §.
* ciſi præfatam, & communiter * alij poſt Nicol. de Matarel-
lis, & Bal. in dicto §. ſin autem dubius. Quando autem fit hu-
iuſmodi denuntiatio præſentibus, ſiue in eodem loco com-
morantibus valebit etiam ſi non fiat ipſius principaliter, ſed
eorum procuratoribus, vel inquilinis, vel conſanguineis:
maximè ſi principales perſonæ, vel propter ætatem, vel pro-
pter ſexum, vel propter imbecillitatem, uel propter aliud impe
dimentum ſint inhabiles. dicto §. ſancimus. vbi glo. Ex hoc
18 apparet quod † ſi uxor cuiuſpiam ſit creditrix vel legataria,
ſufficiet maritum citari: cum & alias maritus ſit legitimus
vxoris defenſor & procurator, abſque aliquo mandato. l. 2. &
l. maritus, vbi glo. C. de procu. ſimiliter ſufficit citari patrem
19 † filiifamilias creditoris hæreditarij vel legatarij. l. 1. §. permit-
titur. ff. de liber. agnoſcen. Quid tamen ſi creditores hæredi-
tarij, vel alij, quorum intereſt, eſſent religioſi, puta clerici &
20 ſacerdotes? An ad inſtantiam hæredis laici & iudicis laici † ita
permittentis, citari poterunt? Ang. in dicto §. hæc ſtipulatio,
innuit, quod poterunt, ex diſpoſitione Iuſtiniani, quæ pleniſ-
ſimè loquitur, omneſque comprehendit, dicto §. ſancimus,
& §. penult. Authen. de hæredi. & Falcid. Nec mirum; quo-
niam hæc citatio, ſiue denuntiatio vim obtinet monitionis
extraiudicialis, non autem habet vim diffinitiui præcepti,
vt ſcilicet creditores, & legatarii periclitentur omninò, licet
non compareant, iuxta ea quæ notantur per Bal Saly. & Pau.
Caſtren. in l. conſentaneum. iuncta authen. qui ſemel. C. quo-
modo, & quando iudex: Si uero iſti religioſi litem principa-
liter exercere debent, & ſic in iudicio conſiſtere neceſſe ha-
berent, pęrogatiua daretur vt tribunal iudicis ſecularis de-
clinare impune poſſint. l. omnes. vbi Bald. Saly. C. de epiſco.
& cle. notant canoniſtæ in cap. ſi diligenti de foro competen
ti. Quid ſi creditores, & legatarij ſint abſentes, & eos hæres
noſcat? textus in. §. ſancimus, non cogit. Si tamen hæres vult,
puto nominatim citandos ſub ſuo iudice, ſi facile fieri po-
teſt, & ſi hæreditatis facultates patiantur. Proinde modus ta-
lis erit, vt hæres literas impetret citatorias à ſuo iudice, quas
mittat ad iudicem alterius territorij ſiue ciuitatis; Quarum
tenore perſpecto, iudex ſtatim per ſuum apparitorem faciet
executionem: Et hoc ſeruatur nõ ſolum in huiuſcemodi de-
nuntiationibus extraiudicialibus, nullum aut modicum pię-
iudicium afferẽtibus; ſed in omnibus cauſis, ubi totius cauſæ
caſus vertitur, iuxta ea quæ notantur ampliſſime per Doc. in
l. a diuo Pio. §. 1. ff. de re iudica. & in l. cum vnus. §. is qui, ubi
21 gl. ff. de bon. auth. † iud. poſſid. in l. hæres abſens. § 1 ff. de iudi.
nouiſſime ſciendum eſt quod citatio non poteſt fieri die fe-
riata. Bald. in cap. vlti. de ferijs, quod perperam ſeruari vide-
mus. l. 2. ff. de ferijs.

Quintò eſt Tabellio ſiue Notarius publicus, vt in dicto §.
22 ſin autem dubius. in ver. † [Tabulariorum,] vbi glo. interpre
tatur & bene, quod loquutio illa pluralis verificetur in vno
Tabulario ſiue Notario. Circa hanc ſolennitatem de plu-
rib. quæritur; & primo an iſte notarius debeat eſſe in mi-
niſterio

niſterio illius iudicis, qui aſſenſum præbet confectioni in-
uentarij. Bald. in l.defenſionis facultas. C. de iure fiſci, lib. 10.
vult quod iſte notarius debeat eſſe iſtius iudicis, non etiam
extraneus; & ita generaliter proditum eſt, vt acta & monu-
23 menta publica † ſcribantur per notarium deputatum. Bal. &
Saly. in l.1.C.de ſportul. vbi ſubiiciunt hoc verum eſſe, niſi
notarius deputatus eſſet abſens, vel impeditus: quoniam ne-
ceſſitas nõ habet legem. l.vnica. ff. de officio conſulis. Rurſus
24 quæritur an Tabellio † coram iudice inuentarium conſcri-
bere debeat, an verò ſufficiat permiſſus iudicis. Et magis eſt
iudicis præſentiã nõ requiri: partimquia qui per alium facit,
per ſe ipſum facere videtur; partim quia diuerſis temporibus
& uicibus inuentarium confici poteſt, iuxta glo.in dicto §.ſi
verò abſunt. in verbo, inuentarium. dummodo (ſubdit glo.
ibi) iidem teſtes, & idem Tabellio omnibus uicibus interue-
niant; & ſic eſſet incongruum, quod iudex omni hora & om
ni die adeſſet: Rurſus quæritur, an vera ſit prędicta glo. in
dicto §.ſi verò abſunt, vt ſemper iidem teſtes idemq; Tabel-
lio adhibeatur: Certè ſi fieri poteſt, manu vnius Tabellio-
nis totum inuentarium ſcribi debet; ſed quia, vt diximus, ne-
ceſſitas non habet legem: & nihil refert, quid fiat ex ęquipol-
lentibus, & alius tabellio, & alij teſtes adhiberi poterunt. Bat.
& Ange.in dicto § ſi verò abſunt. Bal.in d.l. vlti.in princip.C.
25 de iure deliberan. † Quid enim ſi tabellio aut teſtes ante in-
uentarij complementum morerentur aliiſve negotiis; diſtrin
gerentur? ſi quidem terra, marique, tam domi, quàm foris,
pericula vndique & ſingulis horis imminent l.ſenatus.§.mor
tis. ff. de mort.cau. dona. Quid item ſi varijs in locis vel ciui-
tatibus res in inuentario deſcribendæ reperirentur? & hoc
vtique caſu Bal. quo ſuprà loco, vult per alium tabellionem,
& per alios teſtes inuentarium confici poſſe. l.propter. C.in
quibus cauſis tuto. vel curator hab. Ergo & hæres huiuſ-
cemodi difficultatibus accidẽtibus, excuſabitur, ſi per alium
conſummabit Inuentarium. Rurſus quæritur, an loco vnius
tabellionis, ſaltem duorum idoneorum, qui non ſint nota-
rii, ſcriptura ſufficiat? ſed verius eſt non ſufficere; quoniam
ſcriptura vnius notarii maiorem habet prærogatiuam, quàm
ſcriptura duorum cuiuſcunque ſint probitatis, & exiſtima-
tionis. Bald. Are. Fely & Dec. in cap. quoniam contra. de pro-
bat. Sed ſi bellum, peſtis, vel aliud infortunium repente immi
nens, tabulariorum copiam adimeret, valere inuentarium
non negarem, iuxta ea quæ latiſſimè tradit Ripa, in tracta. de
peſte. Demum quæritur, an ſoli tabellioni crederetur di-
centi ſe feciſſe inuentarium? ſed magis eſt vt non credatur,
licet ſcripturam proferret; quæ inuentarii ſolennitates non
contineret. De hoc eſt glo. ſingularis in d.§. ſi uero abſunt.
26 Immo nec ſoli iudici † crederetur dicenti inuentarium fa-
ctum eſſe, niſi in actis appareret: nam vox vnius, vox nullius
c.admonere. 33. quæſt. 2. l.ne in arbitris. in fi. C. de arbi. Innoc.
Io. And. Buttig. Abb. Fely. in c.quoniam contra. de proba. &
pręcipuè ibidem Dec. nu. 43.
27 Sextò ſunt teſtes, ſi quidem tanta † eſt hominum praui-
tas, vt plerunque affirment vel negent, niſi adſint teſtimonia,
quibus veritas probetur; Aliquando autem plures, aliquan-
do pauciores teſtes deſiderantur; & quidem regulariter (niſi
aliud l.cautum expreſſim reperiatur) duo ſufficiunt. l.vbi nu-
merus ff. de teſtib. & pariter in inuẽtario duo teſtes ſufficiũt
ad probationem inuentarij. Pan. Caſtren. Alexãn. & alii in di-
cto §.ſin autem dubius, reprobata glo. ibi. Ergo apparet quod
in inuentario duo teſtes ad minus, ſimul cum tabellione, &
cum hærede requiruntur: Nec ſoli teſtes ſufficerent, nec ſo-
lus tabellio; Immo nec decem teſtes ſoli ſine tabellione ſuf-
ficerent. Tres tamen tabelliones, quorum duo, officio te-
ſtium fungerentur idonei eſſent, ita ſingulariter dicit Alexã.
in dicto § ſin autem dubius, eſſe intelligendam glo. dicto §.
ſi verò non abſunt, in uerbo, [tabularius.] Sed quæritur, an
28 iſti duo teſtes, † vel alter eorum poſſit eſſe fœmina Quod
eſt admittendum, quoniam mulier, veluti & quilibet alius
teſtis eſſe poteſt, niſi expreſſim prohibeatur. l.1. §.1. ff. de teſti.
Nam & mulier in teſtamento teſtis eſſe nequit; tamen in co-
dicillis non reiicitur; ex eo quia ſolum in teſtamento prohi-
bita eſſe reperitur, non etiam in codicillis. glo. in l.vlt. in fine,
C. de codicil. & in l.qui teſtamento. §.mulier, ff. de teſtamen.
Idem multò magis dicas de hermaphrodito, per ea quæ no-
tantur in §.teſtes. Inſtitu. de teſtamen. Porrò licet mulier in
inuentario teſtis eſſe poſſit: non tamen iudex vel tabellio eſſe
poterit, ex iis quæ latiſſimè habentur, per glo. & Dec. in l.2. ff.
de regu. iuris. Sed an iſti duo teſtes, maſculi vel fœminæ, de-
beant eſſe literati, ſeque ſubſcribere? minime, quàmuis in
teſtamento in ſcriptis ſecus ſit: ſed an ſaltem debeant iurare?
29 † quando teſtes in cauſa ciuili uel criminali examinantur,
iuſiurandum ſubeunt, vt luculenter declarat Specu. in titu.
de teſte. §.ſequitur. At dum teſtes, vt ſolum interſint, non
etiam vt veritatem pandant, adhibentur; lex noluit iuſiuran-
dum deferre; præſertim ubi extra iudicium negocium geri-
tur; ergo nec tempore inuentarii teſtes iurabunt: ſi autem
loco creditorum, vel legatariorum ultra duos prædictos, alii
tres teſtes adhiberentur conſueuit dubitari an iurent? Quod
videtur, dicto §.ſi vero abſunt. uel intellige quod ibi teſtes iu
rent, quando poſtea in iudicio examinarentur de improbi-
tate, & colluſione hæredis. Quid ſi unus ex teſtibus vel duo
poſtea dicerent, ſe nihil ſcire de inuentario, ſeque falſo, aut
30 erroneè in inuentario nominatos? Quando fit † teſtamen-
tum, & vnus ex teſtibus vacillat, tota teſtamenti ordinatio,
ſiue diſpoſitio vacillat. l.1. §.vlt. vbi glo. ff. quemadmo. teſtam.
aper. Tamen quantum pertinet ad inuentarium, vnius teſtis
iuſtificatio parum, vt opinor, aut nihil officeret. Butrigarius
in tractatu de teſtibus, quem infrà referam. Et Nellus in tra-
ctatu de teſtibus, numero 228. cum enim inuentarium ma-
nu publici tabellionis ſolenniter confectum fuerit, non eſt
credibile quod fraus interuenerit. l.vlt. C. arb. tut. & hæc eſt
ratio propter quam inuentarium manu publici tabellionis
31 conſcribi debeat, quia ſcilicet ſcriptura publica † omni frau-
de falſitateque carere exiſtimatur; vnde dici ſolet quod pro
Inſtrumento publico ſemper præſumitur, niſi argumentis lu-
ce meridiana clarioribus contrarium probetur. l.cum preci-
bus. C. de probat. maximè vbi iudex interuenit Sal. in l.ſi quis
decurio. C. ad l.Corn. de falſis. Curtius in tractatu de teſtibus
concluſ. 42. At ſcriptura priuata facilius periclitatur; Cum er-
go teſtamentum tam in ſcriptis, quàm nuncupatiuum fieri
poſſit ſine tabellione, non eſt mirum ſi unius teſtis nega-
tione redditur ambiguum. Quapropter inquit Barto. in di-
cta l.1. §.vlti. iuncta. l.ſequen. quæ incipit, Tabulatum. quod
expedit teſtamenta conſcribi manu Tabellionis; aliàs ſi ma-
nu priuati conſcribantur, unius teſtis ex ſeptem inficiatio
periculum affert. cap. ſecundo, de fide inſtrumen. vide omni-
no glo in l. ult. C. de fideicommiſ.
32 Septimò eſt locus, † nam inuentarium fieri debet eo loco
vbi hæreditas aut maior pars ſita eſt, dicto §. ſin autem du-
bius. verſicu. ſin autem à locis. vbi dicitur quod ſi hæreditas
in longinquo ſit, hæres mittere poterit procuratorem in lo-
cum, vbi hæreditas reperitur. Illud ipſum videtur probari
argumento. l.vnicæ. C. vbi de hære. ag. Secundum hoc quæri-
tur ſi hæreditas ſit poſita in duobus vel pluribus locis, an duo
plurave inuentaria ſint conficienda. Bal. in dicto §.ſin autem
dubius. in fine, refert Odofredum dicentem non eſſe neceſſe
33 plura † conficere inuentaria: ſatis enim erit quod hæres in
ſeriem redigat res omnes vbicunque ſitas, earumque om-
nium vnicum conficiat inuentarium. Probari poteſt hæc
Odofredi Baldique aſſertio, ex eo, quia quando diſpoſitio
principaliter reſpicit perſonam, authoritas iudicis deſcri-
ptionem fieri permittentis, includit res ſub alio territorio
conſtitutas. Romanus conſilio 39. argumento. l.ſi fideicom-
miſſum. § tractatum. ff. de iudicis. Dec. in conſilio 207. &
ſignanter Barto. loquens de inuentario rerum pupillarum
in l.legitimos. ff. de legi. tuto. ſed nunquid hæres, ſi maluerit,
plura inuentaria conficere poterit? & magis eſt vt poſſit in
ſingulis locis, ſiue per ſe, ſiue per procuratorem; & ſiue per
eundem tabellionem eoſdemve teſtes, ſiue per alios: nihil
enim intereſt creditorum vel aliorum vtrum vnum fiat in-
uentarium vel plura: Quid tamen ſi vniuerſa hæreditas ſit
34 † alibi ſita, & hęres in ſuo domicilio creditoribus vel aliis re-
fragantibus inuentarium conficere vult? puto quod hęres
non audietur, per dictam l.vnicam. C. vbi de hæredi. agatur.
maxime ſi creditores & legatarii morarentur eo loci, ubi
hæreditas ſita eſt: ibit ergo hæres, vel mittet procurato-
rem ad locum hæreditatis: ſi tamen hæres nollet facere in-
uentarium, nullo modo cogendus eſſet, cum totum pen-
deat ab eius uoluntate. dicta l. vlt. § penul. C. de iure deliber.
vt toties dictum eſt: cum vero facere deſtinauit, non eſt con-
ſentaneum quod creditores & alios generali proclamate ce-
lare & eludere fortaſſe velit.
Octauo eſt inchoatio, nam inuentarium debet inchoari
35 intra triginta dies; Verum autem † iſti triginta dies currant
à die ſcientiæ, an ſolum à die aditionis: maximam eſſe alter-
cationem ſuperius diximus & infra dicemus; quamuis in
puncto iuris probabilior illa eſt opinio, quod ſtatim currant
quando hæres ſcit ſibi delatam eſſe hæreditatem, quod & in
fideicommiſſario vniuerſali verum eſt, vt ſtatim triginta dies
currant quando tempus venit reſtitutionis & fideicommiſ-
ſarius hoc ſcit. Hoc procedit de triginta diebus, ſi hæres &
hęreditas ſint in præſenti: ſin autem hæreditas eſſet in alia ci-
uitate vel regione, tempus 30. dierum quadruplatur, id eſt hę
res vel fideicommiſſarius vniuerſalis intra ſpatium quatuor
menſium, uel 120. dierum poteſt inchoare inuentarium. d.§.
ſin autem dubius, in fi. & ibi glo. quam ſequuntur communi-

* ter * Doct. in verbo (conſummatione.) Contrarium poſſet
attentari, vt dicam infra in textu ex Bal. & Cor. Sed an inuen-
tarium ſemel inchoatum, ſtatim erit explendum? Item, an ſi
ſtatim compleatur, amittit hęres beneficium § donec? Item,
an inchoatum cenſebitur ſine vllius rei deſcriptione? Item,
an poterit inchoari vltimo die nonagita dierum, vel anni?
Item, an tale tempus per ſtatutum vel iudicem anguſtari, vel
prorogari poterit?

Nonò eſt ſignum venerabilis crucis, manu hæredis, dicto
§. ſin autem dubius. Et aliqui tradiderunt tale ſignum Crucis
non ſolum ſcribi debere per hæredem literatum, & chara-
cteres formare ſcientem; ſed etiam per illiteratum; qui ne li-
36 teras quidem abecedarias † legere aut ſcribere ſciat; moti
ex eo, quia ſignum Crucis facillimè fieri poteſt in charta ſiue
papiro, velut & humi vel in tabula: nō enim characteres ſiue
elementa literarum ſillabatim ſunt formanda; & huius opi-
ninnis videtur eſſe Ange. in dicto §. hæc ſtipulatio. Quod
maximam habet æquitatem & intuitum diuini numinis;
Quoniam hæres reminiſcens huius Crucis ſanctiſſimæ, ni-
37 hil perperam, aut doloſè facere audebit. Sed quæritur, † an
inuentarium valeat in quo non reperiatur ſignum Crucis?
Io. And. in loco prę allegato tenet non valere. ſequitur Ang.
* & Imo in d. §. hæc ſtipulatio · communis † opinio eſt in con-
trarium, vt per Bar Bal. Caſt. Alex & Iaſ. in d. §. ſin autem du-
bius. Pro qua facit, quod ſi ſignum Crucis eſſet ſolēnitas ſub-
ſtantialis, ſine qua inuentarium non valere: ſequeretur quod iu-
dei, & huiuſmod. inuentarij beneficio nō fruerentur: quod
falſum eſt, cum Iudæi vtantur iure Romano. l. Iudæi C. de Iu
dæis Bal. conſilio 383. lib. 2.

38 Decimo eſt ſcriptura, in qua ſex ſunt conſiderabilia, ſcri-
ptor, materia, attamentum, Character, Idioma, Verba.
Quoad primum omnino exigitur quod ſit tabellio publicus:
Ergo nec defunctus, nec hæres ſcribere inuentarium pote-
rit, niſi quod vbi hęres, vel alius ſcribit, valebit ſi tabellio au-
thorem ei ſcripturæ, prout infra dicam. Et requiritur (ſi fieri
poteſt) quod iſte tabellio ſit ſub illo iudice, ad cuius tribunal
monumenta inſinuantur, Baldus, & Saly in l. j. C. de ſportulis.
Dicet aliquis, nonne teſtator, maximè pater inter liberos, re-
rum ſuarum deſcriptionem, & diſtributionem facere poteſt?
poteſt quidem. §. nos igitur. Authen. de teſtamen. imperf. ſed
non erit inuentarium. Quoad ſecundum, cōſtat in omni ma-
teria ſcribi poſſe inuentarium: olim veteres latini ſcribebant
39 in membrana deletili, † quæ vocabatur Palimpſeſtos: & in
vna tantum facie: Quod ſi eſſent libri vtrinque conſcripti,
vocabantur Opiſtographi Ita intellige textum in l. chartæ. ff.
de bonorum poſ ſecundum tab. ex iis, quæ tradit Hermolaus
Barbarus in caſtigationibus ad Plinium: Quin & in ceratis
codicillis plurimum ſcribebant veteres: & in phylira, & in
tilia, & in corio, & in membranis, & in tabulis ligneis, nec nō
eboreis l. librorum. de lega. 3. l. 1. ff de bon. poſſeſ. ſecundum
tab & quo per Politianum in Miſcellaneis. & dicit glo in di-
cta l. 1. quod teſtamentum ſcribi, & ſignari poteſt etiam in ta
bulis ferreis, vel lapideis. Hodie autem vtimur papyris iſtis ex
tenui filo compactis, & leuigatis: præſertim ad ſchedulas,
& apochas, & diaria, & literas epiſtolares. Notariis plurimū
ſunt in vſu chartæ hædinæ, quoniam ob materiæ ſoliditatē,
& craſſitatem, neque tineis, aut carie, aut ſitu corrumpi,
neque abradi, aut perforari facile poſſunt. Quoad tertium,
vetuſtiſſimi homines non pennis iſtis anſerinis, nec galli-
naceis vtebantur; ſed ſtylis plurimum ferreis: quibus ſucceſ-
ſerunt calami potiſſimum Nilotici: ergo nec atramentum
iſtud nigrum cognitum erat: Sed an literis rubricatis, vel au-
40 reis, vel † uiridibus ſcribi poterit inuentarium? Quod mini-
rum eſt. §. literæ. Inſtitu. de rerum diuiſ. quamuis ſuperſtitio-
ſum id à quibuſdam, & helleboro medendum cenſeretur;
quandoquidem inuentarium commodè vna vel pluribus vi
cibus fieri poteſt: non ſic in teſtamento, quod interdum pro-
peranter, & equis, vt dicitur, citatis fit; & in locis remotis, &
ſoliuagis, & in extremo vitæ halitu. ergo tunc teſtamentum
& carbone, & ſanguine, præſertim à milite, & in lapide, & in
terra ſcribi, vel ſculpi poterit l. militis C. de teſtamen militis.
41 glo. in dicta l. 1. ff. de bonorum poſſ. ſecundum tab. † Quoad
quartum, tabelliones non per notas, & ſignorum numeros
mentem contrahentium exprimunt: ſed per characteres in-
tegrè formatos & intelligibiles: non etiam quos ariolatrice
coniectura, & interpretatione in varios ſenſus trahere opor-
teat. Nec immerito, quando & teſtamento notis, & ſyllaba-
rum momentis, & aucupijs ſcriptum non valet. l. ſed cum pa-
trono. §. vlti. ff. de bon. poſſ. auth. quod ſine. C. de teſtamen. ſi
tamen tabelliones verba, & dictiones decurtent (vulgò ab-
breuiaturas appellant) non eſt improbandū ſi intelligi queāt.
l. 1. ff. de his quæ in teſtamen. delentur. Quod interdum eſt
neceſſe ad excipienda dictata, actumque celeriter explendū.

Multò minus teſtamentum, nec inuentarium ualebit exara-
tum ſignis, vel figuris Hieroglyphicis, vt olim Aegyptij facie-
bant, quandoquidem id receſſit ab vſu, & captioſum ſit hu-
iuſcemodi præſtigias, & quaſi incantamina ſtruere. Quoad
45 † quintum conſtat quolibet Idiomate Græco, vel Latino,
Aſſyrio, vel Punico conceptus noſtros exprimi poſſe. l. 1. §.
vlt. ff. de uerbo. obliga. vbi ſtipulatio concipi poteſt quolibet
ſermonis genere, dummodo intelligatur per ſe, uel per inter-
pretem. Teſtamentum quoque qualibet lingua, vel idioma-
te ſcriptum valebit. l. hac conſultiſſima. §. vlt. C. de teſtamen.
Quid enim refert loqui vno modo, & alio; cum mens vniuſ-
cuiuſque hominis eaſdem habeat à natura, & Deo Optimo
Maximo informationes conceptus, intelligentias? ſi quidem
verba deſeruiūt intentioni proferentis, quomodolibet profe
rantur: Latinè, vel Græcè: conciſe, vel late; propriè, vel me-
43 taphoricè. l. Labeo. in fi. ff. de ſupellectili legata. † Quid tamen
ſi notarius Italus, inſtrumentum conficiat lingua Græca, vel
Germanica? Item quid ſi teſtamentum ſcriptum ſit Latinè,
hæres neſcribet inuentarium Italicè, vel Germanicè? In his
omnibus ſpectarem conſuetudinem, ſtatuta, mores regio-
num, & perſonarum; Nam & olim decreta penes Romanos
non niſi latinè à prætoribus interponebantur. l. decreta ff. de
re iudicata. Quid ſi Iudęus faciat inuentarium latinè? lex
Moſaica Hebræis vetat teſtamentum alio idiomate exarari
quàm Hebraico. Ruinus conſilio 4. libro 2. poſt Calderinum
Bononienſem. dicit tamen Paulus de Caſtro conſi. 377. lib. 2.
quod teſtamentum ſcriptū Hebraicè ab Hebræo, & ſubſcri-
ptum à notario Christiano, cenſebitur ſcriptum in totum à
notario. l. aſſe toto. ff. de hæred. Inſtitu. ſed nunquid à dexte-
ra in ſiniſtram inſtrumentum ſcriptum valeret? Agareni qui-
dem ſcribunt arundinibus à dextera in ſiniſtram, prout om-
nes penè Orientales, & multi quoque ex Hebræis Græci ue-
ro, quos Latini, & Europæi ſecuti ſunt, ſcribunt à ſiniſtra in
dexteram. Quoad ſextum, & vltimum, Iuſtinianus. in Auth.
44 † vt præponatur nomen Impe. iubet vt in omnibus inſtru-
mentis tabelliones præponant nomen Principis, Conſulis,
indictionem, Menſem, diem. Dicit tamen gloſſa ibi, quod
quamuis nulla lex caret, Anni Dominicæ Incarnationis po-
nendi ſunt; alias non ualeret inſtrumentum. de quo per glo.
& Docto. in cap inter dilectos. de fide inſtrumentorum. Sed
45 nunquid in alia charta † ſcribet notarius inuentarium, uel
aliud inſtrumentum? Iuſtinianus in § penult. Authen. de ta-
bellionibus. præcipit ut in eadem charta omnia ponantur, ita
vt nihil aliud in ea ſit ſcriptum, & ut hæc charta (vulgo appel-
lant Protocolum, vel Authenticum) nullo modo incidatur
aut abradatur, quo facilius, ſi quæ exemplaria deſumantur,
appareat nō eſſe falſo deſumpta, ea comparatione literarum
& ſerie ſcripturæ. Hodie autem, inquit ibi glo non in eadem
charta, ſed in quaterno, vel prorſus alia charta fiunt hæ roga-
tiones; Quæ conſuetudo, cum ſit generalis, uincit hanc, &
omnem aliam legem. l. de quibus. ff de legibus. Sed etenim ſi
quis rectè perpendet, diiudicabit non ſine delectu ſancitum
olim fuiſſe, vt in eadem charta omnia abſoluerentur; quia
cenſuerunt prudentiſſimi legiſlatores, & formularum confi-
ctores, in multiloquio non deeſſe peccatum. Inde eſt quod
46 teſtamentum tribus verbis, † vel etiam duobus confici pote-
rat. l. 1. §. qui neque. ff. de hæred. inſtitu. Quod ſi noſtris etiam
temporibus tot clauſulæ, tot præfationes, tot repetitiones,
verborumque inculcationes demerentur; & pauciſſimis ver
bis mens contrahentium, litigantium, & teſtantium expri-
meretur, melius profecto ageretur cum rebus humanis, &
ſimplicitas ingrederetur in pectora mortalium, nec tot lites,
iurgia, ſcandala, reſcripta, interpretamenta, vel potius amba-
gioſa deliramenta, crumenas, & conſcientias ipſas excrucia-
rent. Poſtremò quęritur, an plura inuentaria authentica fieri
47 poſſint eiuſdem continentiæ? † Quod nō uidetur, cum vnum
tantum debeat eſſe Protocollum, uel Authenticum: quod
nonnulli appellant matricem, dicto §. penul. Authē. de tabel
lionibus. Et hoc quotidie ſeruant noſtri tabelliones. Plura ta
men exemplaria ea authentico ipſo deſumi poterunt, quam-
uis non eis plena fides adhibeatur, authen. ſi quis in aliquo.
C. de edendo, cap. 1. de fide inſtrumen. Quid uero ſi plura fie-
rent inuentaria authentica eiuſdem continentiæ, quamuis
non ſit neceſſe? Quod ualeant omnia, facit text. in l. vlti. ff.
de his quæ in teſtamento delentur. §. penult. & ibi glo inſtit.
de teſta. Tu melius diſpice.

Vndecimò ſunt res. Nam ſi nulla res extat, fruſtra fiet in-
uentarium, cum non entium nullæ ſint qualitates. l. eius. ff ſi
cert. pet. Quapropter nec inuentarium debet, aut poteſt face-
re hæres, quando hæreditas eſt exigua, uel inanis, Bar. in l. me-
diterraneæ. C. de annon. lib. 10. Porrò res omnes minutatim
48 ſunt deſcribendæ hoc ordine. † Primo mobilia, & ſe mouen-
tia; Deinde immobilia, hoc eſt prædia vrbana, vel ruſticas;

Deinde

Deinde nomina, ſiue iura, ſeu actiones. l. à diuo Pio. §. In ven-
ditione. ff. de re iudi. Sed et ſi primo mobilia, vel iura inſere-
rentur, nihil intereſſet: dum tamen immobilium ponantur
confinia penes duos viciniores. l. forma. ff. de cenſibus. Quid
ſi æris hæreditarij, cuius eſt creditor hæres, non extet ſcriptu-
ra? ſi quidem extarent Inſtrumenta, ſumus in claris. l. chyro-
graphis, & ibi Barto. ff. de adminiſt. tuto. Eis vero non extan-
tibus, vix eſt vt deſcribantur. Difficilius deſcriberentur de-
bita vocalia: Quid enim ſi propter eludendos creditores vel
alios, comminiſceretur hæres, huic & illi deberi, cum nihil
reuera deberetur? Igitur ad circunſtantias erit recurrendum,
vt modo hæres audiatur, ſi alias eius probitas & conuerſatio
illæſa fuerit modo non audiatur, ſi improbabilis vitæ, vel ſu-
ſpicioſus arguatur. Secundum hęc dubitatur an ille, qui cre-
ditor conſcriberetur voluntate hæredis; eo argumento con
uincere poſſit hæredem ad ſatisfactionem, quod in inuenta-
49 rio ita continetur. † Et quidem ita dici debet, quia ita hęres
voluit, & quia ſub præſentia publicarum perſonarum talis
adnotatio in inuentario facta fuit, per ea quæ notantur in au-
then. ſi quis in aliquo. C. de eden. l. vlt. C. arb. tut. Quod intel-
lige verum quoad præiudicium hæredis, non quoad præiudi
cium creditorum hæreditariorum, vel aliarum perſonarum:
Per contrarium quæritur an inſtrumenta inſerta in inuenta-
50 rio ex quibus hæres ſit creditor, actionem ipſi; † præbeant
contra debitores inficiantes: Quod probabiliter dici poteſt,
tribus concurrentibus: primo quod inſtrumenta expreſſe, &
nominatim referantur in inuentario. Altero quod debito-
res nominatim fuerint citati ad confectionem inuentarij, tali
die, & tali hora celebrandi, coram tali iudice. Tertio, quod
ſint inſtrumenta publica, non autem priuatæ atteſtationes.
Ita Barto in l. tutor qui repertorium, nume. 16. & in l. chyro-
graphis vbi tex. & glo. ſingularis. ff. de adminiſtra. tuto. Ioan-
nes Dilectus Durantes ſub titulo de acquirenda, vel repu. hæ
reditate. Caut. 8. poſt Speculatorem. Vnum ſcias, quod quã-
uis creditores ſint citandi ante inuentarij confectionem, alias
51 non valeret inuentarium; † ſecus eſt in debitoribus, quos hę
res non habet neceſſe citare, Dec. conſilio 418. in numero 11.
Cautiſſimum tamen erit, ſi debitores ambiguos, & rixoſos
citari faciet. Quod perpetuo notandum eſt: Vlterius circa
hanc ſolennitatem quæritur, an res eo tempore, quo deſcri-
buntur in inuentario debeant eſſe præſentes, & in conſpectu
tabellionis teſtiumque? Et quidem glo. in §. ſancimus. in ver
bo, tempora, in Authen. de hæred. & Falcid. dicit quod res &
perſonæ debent eſſe præſentes: quod & Barto & Iaſ. viden-
tur aſſerere in dicto §. ſin autem dubius. Nihilominus non
puto id ſemper eſſe neceſſarium, niſi fortè ambigeretur de
probitate hæredis, maximè quando parua ſupellex in hęredi-
tate reperiretur. Pecuniæ tamen ſi in magna quantitate re-
perirentur, non irrationabiliter ponendæ ſunt in conſpectu,
cum facillimè ab hærede ſupprimi poſſint: Cæterum quan-
do immobilia deſcribuntur, deriſorium eſſet conſpectui te-
ſtium ſubiicere, niſi quod exprimi debet, quo in loco, quo
pacto, & penes quos duos vicinos, ſint poſita. l. forma. ff.
de cenſibus. Adde quæ dixi, & dicam. Nouiſſimè an res
omnes depoſitæ, & commodatæ, & pignoratæ, & ſimiles
ſint inſerendæ, in inuentario, dictum eſt ſupra: & adde Ang.
Comen. Imo. Romanum, & Alexand. in l. ſi de eo. §. primo. ff.
de acquiren. poſſeſ. Similiter dictum eſt ſupra quæ res, & quæ
incrementa poſt mortem contingentia ſunt inſerenda: quã-
uis me non lateat horum incrementorum, & fructuum tra-
ctationem, eſſe admodum variabilem, & facilius Nili flu-
minis originem inuenire quàm huic veritati certum mo-
dum adhibere poſſis.
52 Duodecimò eſt proteſtatio, Nam hæres † in inuentario
inſerat aut inſeri faciet per tabellionem proteſtationem, ut ſi
quæ ponenda ſunt, quæ poſita non fuerunt: &, ſi quæ poſita
ſunt, quæ poni non debuerunt, nullum ſibi præiudicium in-
53 ferri vult: Si quidem proteſtatio hæc † non ſolum hæredi, ſed
etiam creditoribus & alijs vtilis eſſe poteſt. Hæredi, quate-
nus excuſatur à mala fide, ſi quædam res per ignorantiam,
aut obliuionem ſunt omiſſæ: Creditoribus, & alijs, quatenus
res omiſſæ inſeri poſtea poterunt: ſed & hæredi proderit hu-
iuſcemodi proteſtatio, ſi fortè res ſuas negligenter, vel alie-
nas in inuentario inſeruit: nam ſemper proteſtatio conſer-
uat ius proteſtantis. l. ſi debitor. §. 1 ff. quibus modis pign. vel
hypot. ſolu. l. Neſennius, & ibi glo. in verbo, exhibuiſſet. ff.
de neg. geſt. & quod incaute factum eſt, pro infecto habetur,
l. 1. ff. de his quæ in teſtamen. deleg. Sed quæro, res quædam
54 per errorem ſunt inſertæ in inuentario, † poſtea hæres erro-
re comperto, vult adimere, poterit ne? certe non poterit per
ſeipſum, quoniam error non poteſt corrigi in pertinentibus
ad partes, niſi citatis ipſis partibus, Bart. & Ange. in l. Impe-
rator. t. ff. de ſta. hom. Idem Barto. & Dec. in l. ſi librarius. ff. de

regu. iu. Et ideo inquit Ange. in toties allegato. §. hæc ſtipu-
latio. ſi hæres aliquid vult detrahere non poteſt, niſi citatis
illis quorum intereſt; ſi tamen vellet addere, poſſet manu
eiuſdem notarij, vel alterius, vel etiam coram duobus teſtib.
55 † iiſdem vel diuerſis, nullo tabellione vocato: vel etiam ſine
teſtibus in ſuis ratiociniis, quoniam iſta additio nemini dam
noſa eſt, ſed lucroſa: & hoc valde eſt notandum, quia quoti-
die accidit, adde Porcel. in 3. q princ.
56 Decimotertiò eſt ſubſcriptio: Nam † neceſſe eſt, quod hę
res ſe ſubſcribat manu propria; exprimens quod nullam ma-
lignitatem commiſit; ſed omnes res in inuentario deſcriptas
recognoſcit. Quod ſi ſcribere neſciat, aut impediatur, alius
tabellio eandem faciet ſubſcriptionem nomine hęredis, iux-
ta formam, quæ ponitur in dicto §. ſin autem dubius, præter-
quàm ſi coram iudice apud acta fiant inuentarium. Tunc. n.
non requiritur ſubſcriptio, Baldus conſilio 143. lib. 4. Ex his
apparet quod ſemper unus, interdum duo tabelliones omni-
nò inuentario requiruntur; & ſemper duo teſtes ad minus,
interdum quinque. Quando autem hæres ſe ſubſcribit, de-
bent eſſe præſentes duo illi teſtes, vel quinque, licet iudicis
præſentia non requiratur; Cum ſatis ſit tabellionem iuſſum
iudicis habere; At qui hæc ſubſcriptio hæredis, uel ſecundi
tabellionis nomine & iuſſu eiuſdem hęredis, maximi eſt pon
57 deris: quoniam ſubſcribens † cenſetur totam facere ſcripturã.
l. ſi quis ex argentarijs. §. j. ff. de eden. quod ideo dixi vt ſigni-
ficarem hæredem poſſe totam inuentarij ſeriem proprio chi
rographo facere, dummodò tabellio poſtea nomen ſuũ atq;
auctoritatem ſubiungat. Adde quę dicam in textu. Sed an te
ſtes debent ſubſcribere inuentario? Minimè dummodo ſint
ſcripti & nominati a Notario, quia textus in §. ſin autem du-
bius, nihil dicit quod teſtes debeant ſubſcribere, vel cogno-
ſcere defunctum. Pau. conſi. 325 lib. 1.
58 Quartodecimò eſt complementum, Nam † neceſſe eſt ꝙ
inuentarium intra alios ſexaginta dies vltra triginta priores
vel intra alios octo menſes, vltra quatuor priores expleatur.
Nunquid autem poſt triginta dies, vel poſt quatuor menſes
poſſit inchoari & expleri, creditoribus vel alijs recuſantibus
ita vt hæredi proſit, variè ambigitur: Porrò ſciendum eſt ꝙ
ita demum inuentarium prodeſt hęredi nomenque meretur
inuentarij, ſi nihil deſit ex ſolennitatibus hactenus recenſi-
59 tis. Quid ergo ſi inuentarium mutilatum, † vel imperfectum
reperiatur? non facit fidem, licet non nihil adiumenti vel
probationis quandoque afferat ad animum iudicis impellen
dum: vt ſcilicet alijs adminiculis, vel circunſtantijs concur-
rentibus, plena efficiatur probatio: cum dici ſoleat, quæ ſin-
gula non proſunt, multa iuuant: iuxta ea quæ latiſſime notan
tur, In l. admonendi. ff. de iureiuran. in c. cum cauſam de pro-
bat. cap. cum ad ſolum. de reſtitu. ſpolia. Curtius in tractatu
de teſtibus concluſ. 12. Sin autem in inſtrumento inuenta-
rij nulla rerum hęreditariarum mentio reperiretur, nil pror-
60 ſus valeret: quoniam † inuentarium nõ cenſetur inchoatum,
licèt tabellio, & teſtes ſint adhibiti, atque etiam ſignum Cru-
cis factum fuerit. Ita Bald. Caſtren. & Iaſ. in dicto §. ſin autem
61 dubius. Nouiſſimè quæritur, an † tempus nonaginta dierum,
vel duodecim menſium pręſtitum ad inuentarij confectio-
nem poſſit à iudice anguſtari vel prorogari in præiudicium
partium. Et magis eſt vt non poſſit. ita Odofredus, Nicolaus
& de Matbarellis, & Bal. & Iaſ. in d. §. ſin autem dubius. nam
tempus à lege præſtitutum non poteſt à iudice mutari in prę-
iudicium partium: alioquin lex ludibrio eſſet. §. ſi uero ſo-
lum mihi Auth. de nup. Dy. in c. indultum. de reg. iu. lib 6. ſed
nunquid conſenſu partium tale tempus mutari poterit? faci-
lius hoc admittetur ſi omnes creditores, & alij quorum inte
reſt conſentiant, argumento eorum quæ no. per glo. Bald. &
Saly. in l. properandum in princ. C. de iudi. & Tiraquel. Parti.
in prima parte, de vtroque retractu. §. 1. glo. 10. num. 30. & 31.
l. reſcriptum. ff. de pactis.
Quintodecimò eſt publicatio, nam neceſſe eſt, quod in-
62 uentarium † publicetur. Barto. in dicta l. vlt. in princip. C de
iure deliberan etenim notarius omnibus expletis, debet pu-
blicare, & referre ad verbum totam ſeriem inuentarij, coram
hærede & teſtibus vno eodemque temporis contextu: Non
tamen requiro præſentiam iudicis: cum, vt ſupra dictum
eſt, ſatis ſit iudicis permiſſu tabellionem adhiberi: & hæc pu
blicatio vno temporis contextu, coram hærede, & teſtibus,
neceſſaria eſt: licèt pluribus vicibus antea inuentarium fa-
ctum fuiſſet; ſatis enim eſt quod in inuentarij conſummatio-
ne, quando nihil aliud ſupereſt, hæc publicatio nuncupatim
fiat: vt in quolibet inſtrumento exigitur, atque etiam in te-
63 ſtamento in ſcriptis, Quod licèt † vno contextu fieri debeat,
tamen multo ante ſcribi poteſt, dummodo poſtea coram te
ſtatore, & ſeptem teſtibus exhibeatur: non dico recitetur, li-
cet omnia alia inſtrumenta de verbo, ad verbum recitentur.

l. hac

l hæc conſultiſſima.C.de teſtamen. hactenus ſufficiat ſolennitates inuentarij ſigillatim recenſuiſſe, prout ius commune exigit: ſi verò conſuetudo, aut ius municipale aliam formam addendo vel minuēdo inducat, illam ſeruare operæprecium erit: ſed & formam iuris communis ſeruare ſæpenumero expedit, quoniam ſtatutum vel conſuetudo iuri communi ex diametro non repugnans, non impedit quominus competat beneficium iuris communis.c.indultum.per Dy.de reg.iu.in 6. Et quod conſuetudine immutetur ſolennitates inuentarij non eſt ambigendum. Ideo Porcellinus in a.c.princ dicit, in his regionibus, hoc eſt Patauij citationem fieri per ſchedulas papiraceas affixas in ualuis Palatij. Vidi etiam ante domum defuncti voce præconis fieri citationem: Et idem in ſigno crucis; In ſubſcriptione quæris poſtea, vt per Alexan. Neuium conciuem meum conſi. 38.

S V M M A R I V M.

1 *Inuentarium non poteſt nec debet fieri ante mortem.*
2 *Hæres inuentarium facere poteſt, volentibus, uel nolentibus creditoribus, & legatarijs, & alijs.*
3 *Hæres, an confecto inuentario abſtinere poſſit.*
4 *Inuentarium poteſt fieri poſt aditionem.*
5 *Inuentarium inchoatum intra tempus non poteſt poſt tempus expleri.*
6 *Hæres intra tempus inuentarij, non poteſt conueniri, & ideo cautus debet eſſe hęres, ne vna vice compleat inuentarium.*
7 *Hæres inchoatum inuentarium, an complere cogatur.*

CAPITVLVM. VIII.

Octauò principaliter videndū eſt quando exordium iumat, ſiue incipiat eſſe inuentarium. Hoc dupliciter conſiderari poteſt Primo quoad hoc, quo tempore inchoari debeat vel poſſit inuentariū. Secundò quoad hoc, vt ſciamus, quando vtile eſſe incipiat eſſe inuentarium. Circa primum diſtingue tria tempora. Ante mortem. Poſt mortem. Ante aditio-
5 nem. Poſt aditionem Primo tempore † non poteſt neque debet inchoari inuentarium, etiam ſi defunctus, antequam moreretur vellet. Secundo tempore inuentarium poteſt exordium ſumere ea voluntate hæredis (vt prædiximus) creditores ergo non poterunt cogere hęredem, vt inchoet inuentarium; neque ipſi per ſe inchoare poterunt, neque etiam lega-
2 tarij vel fideicommiſſarij Et quidem hæres † poterit inchoare, volentibus, vel nolentibus creditoribus, & legatarijs; dummodo citati fuerint. §.ſancimus. & §.ſi verò abſunt Authen. de hære. & Falcid. vbi dicitur quod hæres Falcidiam ex ſingulis legatis habebit, licet ipſi legatarij noluiſſent conſentire & intereſſe confectioni inuentarij. Sed quæritur, an inchoato inuentario, ſtatim hæres cenſeatur adire? Quod minime dicendum eſt, cum citrà hæredis nomen inuentarium perfici non poſſit. Saly. in dicto §.ſin autem dubius.& Iaſ. in §.penul.
3 eiuſdem.l. quid ergo ſi hæres † vno eodemque tempore conficeret inuentarium ſimulque adiret, & poſteà vellet abſtinere ab hæreditate? Iuſtinianus in d.l vlt.§.& hæc quidem. videtur dare hæredi facultatem ſe abſtinendi in illis verbis, (ſine damno ab ea diſcedere) dicam in textu & ſupra attigi. Ter-
4 tio tēpore poſt aditam † hæreditatem ſimiliter inuentarium poteſt exordium ſumere, Sal.& Caſtren.in dicto §.ſin autem dubius. Quid ſi poſt aditionem laberentur tres, vel quatuor, vel decem anni. nunquid inuentarium poſſet inchoari? minimè, ex iis quæ longe lateque ſuperius diſcuſſa fuerunt, ſi teneamus tempus currere à die ſcientiæ Quid ſi fuiſſet inchoa-
5 tum † intrà tempus legitimum nonaginta dierum, vel vnius anni, non tamen fuiſſet expletum, an poſtea expleri poterit? minime, ut d §.ſin autem dubius.

Secundo modo inuentarium ſumere exordium intelligitur, quoad hoc, vt ſciamus quando velle eſſe incipiat hęredi,
6 vel alijs. Quantum pertinet ad hæredem, † ſi ipſe ſit intra ſpatium 90.dierum vel vnius anni, non poterit conueniri in iudicio a creditoribus hæreditarijs, neque à legatarijs.d l.vlt.§. donec. Sed ſi hæres adiuiſſet, & ſtatim vna vice compleret inuentarium, poſſet conueniri, non expectato lapſu nonaginta dierum, vel vnius anni; Quapropter cautus eſſe debet hæres, ne vna vice inchoet & abſoluat inuentarium; alioquin ſtatim conuenietur. Ita Cepolla Veronenſis caut.224. Quod admittēdum exiſtimarem, ſi hęreditas eſſet ambigua varijſque oneribus implicita; Alias cōtra hæredem darem actionem, nec legis ſubtilitatem ſequerer, quod hæres ſcilicet nondum inuentarium expleuiſſet, maxime ſi vera eſt cautela D.Fran. Capiliſtij Patauini, in d.l vlt. prout ibi refertur in quadam additione ad Barto quod ſi creditor non vult moram inuentarij, poteſt proteſtari ab initio quod hæredi dentur omnia beneficia quæ darentur confecto inuentario. Facit textus in l.ſi conſtante.§.quoties. ff.ſolu. matrimo. Sed ſi hęres nondum adiuiſſet hæreditatem, probabiliter creditoribus cōtra eum denegarem actiones, nō ſolum intra nonaginta dies vel duodecim menſes, ſed etiam poſteà; nō enim eſt conſentaneum quod creditoribus, vel legatarijs reſpondere cogatur antequàm adiuerit.l.vt debitum, C.de hære. act. ſed ſi in fraudem differret adire, remedium paratum habent, ut petant decerni tempus hæredi, intra quod adeat vel repudiet.glo. Bart. Ang. Comen.Imo.Roma.& Caſtren.in l.quandiu inſtitutus. ff.de acquiren.hære. Quantum pertinet ad alios, puta creditores,
7 & legatarios, vtilis eis erit inchoatio † inuentarij; quia hæres non poterit amplius tergiuerſari, quominus omnia bona hęreditaria deſcribi patiatur in inuentario. licet enim hæres cogi non poterat ad faciendum inuentarium, tamen poſtquam facere inchoauit nullus eſt pęnitētiæ locus, quoniam quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt capitu. quod ſemel de regulis iuris, libro ſexto, & quod ſemel probo, amplius non reprobo, glo. in l.parentibus.C.de inoffic. teſtamen. dicam in textu.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres cum inuentario, cur non teneatur vltra uires.*
2 *Hæres ſine inuentario, hodie etiam legatarijs tenetur vltra vires.*
3 *Hæres in ſex caſibus tenetur de ſuo, etiam ſi faciat inuentarium.*
4 *Hæres amittit Falcidiam, ſi non faciat inuentarium.*
5 *Falcidia non detrahitur creditoribus.*
6 *Hæres ſoluens quod eſt in bonis, an liberetur ipſo iure.*
7 *Soluere an ſibi, vel alijs poſſit hæres, de rebus hæreditarijs.*
8 *Hæres cum inuentario, an ſoluere aliud pro alio poſſit.*
9 *Hæres an retineat impenſas funeris, teſtamenti, vel ſimiles.*
10 *Impenſæ funeris, & ſimiles, an excludant creditores, & legatarios.*
11 *Actio hæredis cum inuentario, contra defunctum non cōfunditur, & cur, & an id verum ſit ipſo iure.*
12 *Filij actio pro legitima in bonis patris, an confundatur aditione.*
13 *Hæres creditor defuncti, an alios præoccupet creditores.*
14 *Debitor hæres creditoris, cum inuentario non liberatur.*
15 *Inuentarium veluti non tribuit lucrum vltra ius commune, ita conſeruat omnia lucra iuris communis.*
16 *Inuentarium retorquet onus probandi in dicentem res eſſe plures.*
17 *Hæres non tenetur vltra res expreſſas in inuentario.*
18 *Hæreditas cenſetur locuples niſi fiat inuentarium.*
19 *Exemplum inuentarij an probet.*
20 *Hæres intra tempus ann poteſt conueneri. licet conueniat, & cur.*
21 *Inuentarium conſeruat hæredi omnia commoda iuris deliberandi*
Hæres etiam victus in iudicio, non reſtituit plus quàm ſit deſcriptum in
22 *inuentario, nec contra eum iuratur in litem*
23 *Fideicommiſſario hæres, an teneatur reddere rationem.*
24 *Hæres, an ſoluat filio legitimam de ſuo.*
25 *Filius an legitimam in una re deducere poſſet.*
26 *Hæres facere volens inuentarium non cogitur interim adire, nec repudiare.*
27 *Vendere an poſſit res hæreditarias, & an hæres vt ſoluat cogatur uel poſſit uendere.*
28 *Hæres vendens, an teneatur de euictione.*
29 *Hæres, an conuenire poſſit nomina debitorum redacta in inuentario.*
30 *Hæres, an teneatur exigere credita hæreditaria.*
31 *Hæres, an teneatur ad damna poſt mortem contingentia.*
32 *Hæredi cum inuentario an proſint incrementa poſt mortem contingentia.*
33 *Hæres cum inuentario non capitur perſonaliter.*
34 *Hęres cunctantibus creditoribus, & legatarijs poteſt petere vt liberetur.*
35 *Feudum, an retineat hæres, & an ſoluat de fructibus.*
36 *Tributum, an ſoluat hæres ob prædium omiſſum, & an poſſit omittere ſeu deſerere.*
37 *Tributum pro omnibus perſonis, & rebus ſoluendum eſt.*
38 *Alienata per patrem ſunt irreuocabilia.*
39 *Inuentarium reducit nos ad æquitatem iuriſgentium*
40 *Negligentia in rebus proprijs culpanda in alienis eſt coercenda.*
41 *Priuilegium, an tranſeat in hæredem cum inuentario.*
42 *Locatio, an tranſeat ad hæredem cum inuentario.*
43 *Dotem filia, an retineat de bonis patris.*
44 *Dotem, an amittat maritus hæres uxoris.*
45 *Præſcribere, an poſſit hæres non obſtante ſcientia defuncti.*
46 *Præſcribat. an hæres rem domini citati ad inuentarium.*
47 *Creditor chyrographarius, an quandoque præferatur hypothecario.*
48 *Lis quandoque eſt inter hæredem, & hæreditatem iacentem.*
49 *Vendere, an poſſit hæres in præiudicium fructuarij vniuerſalis.*
50 *Teſtator ſi promiſerit de hęrede, an hæres teneatur.*
51 *Hæres cum inuentario, an transferat onera in fructuarium.*
52 *Fideicommiſſarius, an ſubeat onera, ſi hęres cum inuentario reſtituat, & an hæres ſoluere poſſit legata, & æs alienum.*
53 *Hæres ſemel, an deſinat eſſe per inuentarium.*

Emptar

54 *Emptor hæreditatis, an ſubeat onera, ſi hæres fecerit inuentarium.*
55 *Ceſſio bonorum ſolenniter non fit, ubi hæres cedens fecit inuentarium, & an hæres ſine inuentario cedere bonis poſſit.*
56 *Dotem, an perdat filia, ſi hæreditas ſit minor dote.*
57 *Legitima, an minuatur, quam olim pater uiuens aſſignauit.*
58 *Bonis defuncti uenditis, hæres cum inuentario euitat infamiam.*
59 *Hæres cum inuentario non tenetur ſatiſdare, licet hæreditas ſit exigua.*
60 *Euictionem, an præſtet hæres legatarijs.*
61 *Legatorum nomine, an hæres cum inuentario ſatiſdet.*
62 *Debitor hæres ſui correi (poſſes dicere condebitoris) an teneatur ultra uires.*
63 *Inuentarium non prodeſt hæredi in his quæ ipſe de nouo facit contra ſe. ve luti in his quæ pro ſe facit, ſolus lucratur.*
64 *Vxor defuncti, an maneat in domo ſi hæres faciat inuentarium.*
65 *Filius an impediat matrem ne ſtet in poſſeſſione hæreditatis maritalis.*
66 *Confiſcatio, an includat hæreditatem delatam hæredi delinquenti.*
67 *Obligatio, an includat hæreditatem iacentem.*
68 *Hæres cum inuentario non fit dominus hæreditatis.*
69 *Minor adiens cum inuentario, non indiget reſtitutione in integrum.*
70 *Inuentarium facit ceſſare titulum de interrogatorijs actionibus.*
71 *Fideiuſſori hæredi quando, & quomodo proſit inuentarium.*
72 *Fideiuſſor, an agat mandati antequam ſoluat.*
73 *Obligatio fideiuſſoria, an extinguatur aditione fideiuſſoris.*
74 *Debitor hæres fideiuſſoris, an quando, & quomodo, & in quantum iuuetur inuentario.*
75 *Fideiuſſor hæres creditoris, an agat, & quomodo.*
76 *Creditor hæres fideiuſſoris, an quando, & quomodo agat.*
77 *Fideiuſſor, an liberetur debitore ſuccedente creditori.*
78 *Fideiuſſor, an liberetur creditore ſuccedente debitori.*
79 *Ceſſio altera legis, altera hominis.*
80 *Ceſſio per ſtipulationem eſt loco ſolutionis.*
81 *Cedens hæres ceſſi, an iuuetur inuentario.*
82 *Cedens quando agere poſſit.*
83 *Cedens tenetur de euictione.*
84 *Creditores hæreditarij duos habent reos, hæredem, & fideicommiſſarium.*
85 *Cedere, an poſſit hæres in præiudicium creditorum, & legatariorum.*
86 *Debitor hæres cedentis, an iuuetur inuentario.*
87 *Creditor cedens, an iuuetur inuentario ſuccedens ceſſionario.*
88 *Ceſſionarius ſuccedens cedenti an iuuetur inuentario.*
89 *Debitor hæres ceſſionarij, an iuuetur inuentario.*
90 *Creditor hæres debitoris ceſſi, an iuuetur inuentario.*
91 *Venditor tenetur de euictione licet non promiſerit.*
92 *Actio quem tenet de euictione, is agens repellitur exceptione.*
93 *Hæres tenetur approbare factum defuncti.*
94 *Filius, quando ueniat contra factum patris defuncti.*
95 *Hæres an retrahat rem ſuam a defuncto uenditam, maximè ſi filius ſit.*
96 *Filius abſtinens ab hæreditate patris, retrahit.*
97 *Hæres in re certa inſtitutus retrahit, ſeu uendicat: quia in eum non tranſeunt onera, niſi cohæres repudiet.*
98 *Legitima intelligitur detracto ære alieno.*
99 *Succeſſor uniuerſalis bonorum non tenetur ad onera.*
100 *Filius inſtitutus in legitima, an retrahat. & nu. 98.*
101 *Emptor, an repellat hæredem retrahentem.*
102 *Emptor an agat contra filij retrahentis cohæredem.*
103 *Legitima, an compenſetur filio per cohæredes. & nu. 113.*
104 *Aes alienum præualet legitimæ, etiam poſt mortem emergens.*
105 *Filius an reuocet ſi pater ſe, bonaq; ſua, emptori obligauerit.*
106 *Qui tenetur defendere, multo magis non offendere.*
107 *Promiſſio defenſionis, an ar[illegible]tet hæredem promittentis.*
108 *Filius retrahens, an pretium ſoluat emptori.*
109 *Filius an repellatur pro eo quanti ualeat legitima.*
110 *Frater an retrahat rem à fratre uenditam, & in quantum, & an idem ſit in alio extraneo hærede uendicante, nu. 111.*
112 *Filius inſtitutus ultra legitimam, in quantum repellatur.*
114 *Filius hæres uniuerſalis repellitur inſolidum à uendicando, niſi inuẽtarium fecerit, & bona ſint pauciora.*
115 *Emptor an pretium amittat, ſi hæres retrahens faciat inuentarium.*
116 *Filius tenetur ultra uires ſi non faciat inuentarium.*
117 *Filius an teneatur tradere rem uenditam à patre.*
118 *Hæres ſuus uel extraneus, an repellatur à uendicando, ſi legatis ſit prægrauatus.*
119 *Filius retinens legitimam, & trebellianicam, an repellatur.*
120 *Falcidia & trebellianica, an repellat à iudicando.*
121 *Filius an poſſit uendicare ex perſona patris rem aduentitiam.*
122 *Feudum filius hæres an retrahat, uel retineat.*
123 *Venditor hæres domini, an retrahat.*
124 *Venditor hæres domini, an teneatur tradere, ſiue hæreditas ſit ſoluendo, ſiue non, & ſiue fecerit inuentarium ſiue non.*
125 *Aditione, an confundatur rei uendicatio, & hypothecaria, ſi non fiat inuentarium.*
126 *Legitima, an poſſit eligi in una re.*
127 *Hypothecata, an ſint res patris pro legitima filij.*
128 *[illegible] præfertur cuicunque alij.*
129 *Dominus hæres emptoris, an reſcindat venditionem.*
130 *Emptor ſi hæres ſit domini, an ſtet uenditio.*
131 *Venditor ſi ſit hæres emptoris, an ſtet emptio.*
132 *Actio & paſſio non cadunt in eodem ſubiecto.*
133 *Emptor ſi ſit hæres venditoris, an ſtet emptio.*
134 *Emptor creditoribus, & legatarijs, an detrahat, uel inferat duplum.*
135 *Excuſſio in quinque caſibus præcipue fit.*
136 *Debitor poteſt alienare in præiudicium creditoris non habentis hypothecam.*
137 *Hypothecaria non cadit in re propria.*
138 *Hypothecaria, an extinguatur aditione, & ſupra, nu. 125.*
139 *Creditor ſuccedens debitori, an retrahat, ſeu reuocet.*
140 *Pater non poteſt alienare aduentitia.*
141 *Pater ſi diſſipet ſuum, quid agere debeat filius.*
142 *Debitor hæres creditoris, an iuuetur in inuentario.*
143 *Aditio ſeu ſucceſſio eſt loco ſolutionis.*
144 *Alienare quilibet poteſt licet contractum, uel teſtamentum fecerit.*
145 *Rei uendicatio non patitur excuſſionem.*
146 *Creditor hæres poſſeſſoris, an iuuetur inuentario.*
147 *Actiones quæ confundantur aditione.*
148 *Poſſeſſor hæres creditoris, an iuuetur inuentario.*
149 *Benefacere alteri nemo cogitur.*
150 *Debitor hæres poſſeſſoris, an iuuetur inuentario.*
151 *Poſſeſſor hæres alienatoris, an iuuetur inuentario.*
152 *Excuſſionis materia difficilis, & ibi aliquot regulæ.*
153 *Creditorum unus, an exigere poſſit ab hærede debitoris cum inuentario.*
154 *Legatariorum vnus, an exigat ab hærede cum inuentario.*
155 *Emens ab hærede cum inuentario, an ſecurus ſit.*
156 *Præſcriptio non currit intra tempus inuentarij.*
157 *Fideicommiſſarius, an teneatur vltra uires.*
158 *Fideicommiſſarius, ſubleuatur ab onere probandi res fuiſſe defuncti, ſi hæres fecerit inuentarium.*
159 *Inuentarium eſt inſtar iudicis.*
160 *Hæres cum inuentario, an poſſit alienare res hæreditarias.*
161 *Hæres, an debeat inuentarium exhibere.*
162 *Fructuarius, an teneatur ad onera.*
163 *Donatarius, an ſubeat onera.*
164 *Subſtitutus, an iuuetur inuentario.*
165 *Pater non tenetur ſoluere debita filij, & econtra.*
166 *Hæres tranſacto tempore inuentarij, an poſſit moram facere.*
167 *Melius eſt non ſoluere, quàm ſolutum repetere.*
168 *Agens petitione hæreditatis, an retardetur in petitorio.*
169 *Hæres faciens inuentarium, non negat quòd non poſſideat.*
170 *Inuentarium, an & quomodo, & quando proſit creditoribus defuncti, & illius hæredib. nec non legatarijs.*
171 *Creditores hæredis, an habeant bona ſuperfluentia defuncti, & è contra creditores hæreditarij, an habeant bona ſuperfluentia hæredis.*
172 *Debitor poteſt quotidie lucrari, & ideo de bonis præſentibus, & futuris ſoluit.*
173 *Inuentarium, an loco ſit tituli de ſeparationibus.*
174 *Pater tenetur ad dotem, & donationem propter nuptias.*
175 *Dos, & donatio propter nuptias, an poſſint ſeparari à bonis per inuentarium.*
176 *Creditor citatus ad inuentarium, an periclitetur.*
177 *Dos non reuocatur per creditores, data uel promiſſa à patre.*
178 *Aes alienum præualet cuicunq; doti, & legitimæ.*
179 *Dos an imputetur, vel conferatur beneficio inuentarij.*
180 *Dos deducitur in reſtitutione fideicommiſſi.*
182 *Doti, niſi ultra legitimam, onus non imponitur.*
183 *Pater, an cogatur ſe obligare pro dote nurus.*
184 *Alimenta, an poſſit ſecernere filius a ceteris bonis.*
185 *Dos & legitima debentur filijs etiam locupletibus, ſed non alimenta.*
186 *Alimenta, an debeantur filiæ, nepti, vxoris debitoris defuncti, ſi bona non ſunt ſoluendo.*
187 *Inuentarium, an proſit filio, vel alij pro alimentis.*
188 *Mater, an teneatur ad dotem.*
189 *Fructus feudorum, & emphyteuſis, an debeãtur creditoribus patris, ſaltem ſi filius faciat inuentarium.*
190 *Feudi proprietas, an perdatur ſeu minuatur ob non confectionem inuentarij; Et quid in ſimilibus.*
191 *Creditores, an occupent ſaltem fructus fideicommiſſorum.*
192 *Feudum, emphyteuſis, & ſimilia iura, an poſſint retineri ſine aditione, vel ſine inuentario.*
193 *Fideicommiſſum uetus, deducitur tanquam æs alienum.*
194 *Fideicommiſſum, an rumpatur per creditores, de tempore in tempus.*
195 *Quod libere capitur, reſtitutioni, ſeu fideicommiſſo non ſubiacet.*
196 *Creditores prius occupant bona libera quàm fideicommiſſaria.*
197 *Fructus quotannis tranſeunt in dominium hæredis, quantumuis bona ſint fideicommiſſo ſuppoſita.*
198 *Fiſcus ſaltem poſſidet fructus in uita delinquentis.*
199 *Creditor in quinque caſibus ſuum conſequitur, non obſtante fideicommiſſo.*
209 *Res [illegible] in dubio præſumuntur libera, & allodialia.*

Legitima

301 *Legitima, an poſſit adimi filij creditoribus.*
302 *Filius poteſt contrahendo, alienando, teſtando diſponere de legitima.*
303 *Teſtator poteſt prohibere, vel præcipere inuentarium.*
204 *Filius poteſt inſtitui ſub conditione faciendi inuentarium.*
205 *Filius approbans iudicium patris, non poteſt contrauenire etiam pro legitima.*
206 *Legitima non debetur nepoti, vel pronepoti, quando filius præcedit, vel ſemel illam habuit.*
207 *Teſtator plus poteſt liberis quàm creditoribus liberorum manus ligare.*
208 *Trebellianica, an poſſit filio auferri à patre iubente fieri inuentarium.*
209 *Inuentario ſemper creditur, & contra tertium.*
209 *Teſtator poteſt iubere, vt fructus de tempore in tempus reponantur in inuentario*
210 *Trebellianica non detrahitur vbi tempus, vel dilatio contemplatione fideicommiſſarij adijcitur.*
211 *Trebellianica, an poſſit auferri & prohiberi ſaltem hæredibus filij.*
212 *Subſtitutio pupillaris excludit hæredem filij, quamuis ſit mater, etiam à legitima & Trebellianica.*
213 *Trebellianica, an poſſit auferri creditoribus filij, uel aliorum liberorum.*
214 *Fideicommiſſum tranſuerſale, an rumpatur per creditores.*
215 *Fideicommiſſum, an ualeat in rebus hæredis.*
216 *Teſtator poteſt paciſci cum hærede circa hæreditatem.*
217 *Aditio, an probetur per inuentarium.*
218 *Pater, an poſſit, vel debeat ſoluere debita filij de hæreditate aduentitia, uel ſaltem defuncti.*
219 *Pater, an poſſit alienare hæreditatem aduentitiam per inuentarium.*
330 *Tutor dua debet facere inuentaria.*
221 *Pater non poteſt ſoluere ſua debita de aduentitijs filij, niſi de fructibus.*
232 *Creditores mariti an poſſint occupare ſaltem fructus dotis.*
223 *Mulier, an habeat hypothecam, & prælationem in fructibus dotis.*
324 *Parapherna, an ſint mariti, ſaltem quoad fructus.*
325 *Maritus, an reddat rationem adminiſtrationis parapheruorum.*
326 *Pater & maritus ſunt legitimi adminiſtratores & fructuarij dotis, & aduentitiorum.*
237 *Executio fit contra omnia bona penes debitorem, licet ſint alterius.*
228 *Hæres, an poſſit vel cogatur ponere in inuentario res quas ſcit, vel putat alterius.*
229 *Vxor poteſt ſaltem occupare iure pignoris omnia bona mariti.*
330 *Creditor poteſt occupare rem hypothecatam uacantem.*
231 *Vxor vidua in duobus caſibus alitur ex bonis mariti, & ſuccedens per auth præterea, an teneatur facere inuentarium, nu. 232.*
233 *Maritus, an res uxoris præmorientis retinere poſſit.*
234 *Agnatus vxoris uſq; ad decimum gradum præfertur marito.*
235 *Vxoris hæres, an poſſit euincere marito poſſeſſionem prætextu inuentarij.*
236 *Pater non ſemper habet vſumfructum hæreditatis vxoria.*
237 *Filius non tenetur matri dotem repetenti ultra uires.*
238 *Vir, an uxor debeat facere inuentarium hæreditatis datæ in dotem.*
239 *Maritus, an impendat de ſuo, in res, uel hæreditatem dotalem.*
240 *Si pater, & filius dotem recepit, vtrum filius teneatur.*
241 *Dos immodica, an minuatur vel reuocetur.*
242 *Inuentarium prodeſt tutori in quatuor.*
243 *Tutor per inuentarium facilius adit, & repudiat*
244 *Mater tutrix filij non euitat pœnas inuentarij omiſſi, uel alias.*
245 *Tutor ad quindecim tenetur.*
246 *Tutor cum inuentario, an poſſit ſibi ipſi reſtituere, ſoluere, uel contrahere cum pupillo.*
247 *Tutor per inuentarium poteſt facilius alienare res minorum.*
248 *Debitor an poſſit fieri tutor per inuentarium.*
249 *Creditor debet probare creditum, & debitor ſolutionem.*
250 *Obligatio oritur, & diſſoluitur per factum.*
251 *Debitor citatus ad inuentarium, an periclitetur*
252 *Actio defuncti contra hæredem, auget bona quoad omnes, etiam fideicommiſſarium uniuerſalem, maritum, uel alium.*
253 *Hæres, & hæres ipſius deducit omne ius, & creditum in reſtitutione fideicommiſſaria.*
254 *Actiones contra defunctum, an hæres ſubterfugiat per inuentarium.*
155 *An hæres teneatur ultra uires in actione inchoante à ſeipſo, ex perſona defuncti.*
256 *Hæres non iuuatur per inuentarium in actionibus extra hæreditatem, uiuo, uel mortuo defuncto ſuſceptis.*
257 *Ad hæredem tranſeunt omnia iura agendi, & excipiendi.*
258 *Exceptiones quæ tranſeant ad hæredem.*
350 *Exceptio hæredis, an ſalua ei ſemper ſit.*
260 *Exceptio inuentarij eſt in rem*
261 *Exceptio alteri competens, an tollatur per inuentarium.*
262 *Inuentarium, an ſit hæredi loco exceptionis contra tertios poſſeſſores rerum hypothecatarum.*
263 *Actio in rem, ſiue ſit rei uendicatio, non confunditur aditione.*
264 *Menochij opinio contra Gratum refutata, & ibi Auctor ſubtiliter probat hypothecariam aditione non confundi per tres teſtes.*
265 *Hypotheca contra tutorem quando fuerit per legem inducta.*
266 *Hypothecaria cur aditione non confundatur.*
267 *Hæres, an iuuetur inuentario contra agentem hypothecaria.*
268 *Inuentarium quomodo conſeruet hæredi beneficium. l. 1. C. ſi antiquior creditor.*
269 *Hypothecaria, an competat contra hæreditatem iacentem.*
270 *Obligatio bonorum hæredis, an ualeat, & quomodo.*
271 *Fideicommiſſum, poteſt nominatim fieri in quibuſdam rebus quaſi pignoris, hypothecæuè loco.*
272 *Res ſpecialiter legatas non poteſt filius pro ſua legitima, Trebellianicaue tangere.*
273 *Hæres antequam adeat non conuenitur, quia non eſt actio ſine ſubiecto.*
274 *Defunctus, & hæreditas iacens, non dicitur uerè debitor.*
275 *Creditor quandoq; agit contra hæreditatem iacentem.*
276 *Actiones tres legatariorum quando naſcantur.*
277 *Legatario, an debeantur fructus à die mortis.*
278 *Actio in rem an competat contra hæreditatem iacentem.*
279 *An hæres, antequam adeat, conueniatur poſt inuentarium.*
280 *Hæres completo inuentario, an teneatur hæres eſſe uel repudiare.*
281 *Legata, an pereant ſi nemine adeunte, fiſcus, uel alius iure ſpeciali admittatur.*
282 *Teſtator, an poſſit prohibere ne dominium, neuè hypotheca tranſeat.*
283 *Teſtator poteſt ſtatuere terminum ad adeundum.*
284 *Aditio facta tantum animo, an obliget uel plene faciat hæredem.*
285 *Adiri non poteſt, in mortis articulo.*
286 *Hæres, an ſuum conſequi poſſit contra hæreditatem iacentem.*
287 *Hæres cum inuentario, an cogatur agere.*
288 *Creditor poteſt petere, licet habeat bona ſequeſtrata.*
289 *Hæres cum inuentario, an inuitus conueniatur.*
290 *Legatarius in quinque caſibus tenetur ad onus.*
291 *Legatarius, an poſſit opponere de exceptione excuſſionis contra hæredem.*
292 *Legata debet ſoluere quilibet hæres etiam pater filio; maritus uxori, Princeps ſubdito.*
293 *Pater, an ſit fructuarius legati relicti à ſe ipſi filio.*
294 *Pater, maritus, tutor hæredes, an poſſint deducere ex cautela Baldi etiam illud quod debetur filio, uxori, pupillo*
295 *Actiones tres, an duæ, competant ſimul legatario.*
296 *Legatarius, an poſſit eligere, uel cumulare actiones.*
297 *Actor non ſequitur forum rei in actione in rem.*
298 *Agi contra aliquem poteſt in 12. uel 13. foris ſeu locis.*
299 *Legatarius in quibus locis petere poſſit.*
300 *Hæres per inuentarium euitat quandoque actionum cumulationem, uel electionem.*
301 *Hæres non tenetur ultra uires inſolidum actione reali, ſed tantū perſonali.*
302 *Actio perſonalis non eneruatur in totum per inuentarium, ſed tantum ope exceptionis.*
303 *Legatum ſpeciei, an reſecetur ipſo iure per æs alienum.*
304 *Actio perſonalis reſpicit totum defuncti patrimonium.*
305 *Hæres ubi ſoluere, uel præſtare debeat.*
306 *Legatum miſerabilium perſonarum ubi ſit ſoluendum.*
307 *Hæres an conueniatur in rebus proprijs, & qua actione, facto uel non facto inuentario.*
308 *Hypothecaria, an detur legatario in rebus hæredis.*
309 *Creditor non habet hypothecam in bonis hæredis, nec defuncti, ex ſola ſucceſſione.*
310 *Cohæredum unus tenetur inſolidum, non proportione hæreditaria, in decem caſibus.*
311 *Actio realis, datur inſolidum contra quemlibet.*
312 *Præſcriptio 30 anno erat incognita de iure Digeſtorum.*
313 *Legatario non petenti, an hæres præſcribat.*
314 *Hæreditati iacenti non currit tempus appellationis, neq; inſtantia.*
315 *Præſcriptio actionis, an ceſſet per aliquod impedimentum iuris, uel facti, uoluntarium, uel neceſſarium*
316 *Inuentarij tempus, uel præſcriptio, an ſemper currat hæredi impedito qualitercunque.*
317 *Præſcriptio non currit niſi ſcienti, & ualenti agere.*
318 *Actioni hypothecariæ & in rem, quanto tempore præſcribatur.*
319 *Vſura eſt uetita iure diuino, naturali, canonico, ciuili.*
320 *Hæres cum inuentario, an ſoluat uſuras.*
321 *Hæres uſurarij iuuatur per inuentarium.*
322 *Repreſaliæ non conceduntur extra locum, quia à iure cōmuni exorbitant.*
323 *Creditor olim in res, & perſonam debitoris, & liberorum habebat.*
324 *Obligare non poteſt quis ſuam perſonam nec hæredis.*
325 *Confiſcatio poteſt fieri etiam poſt etiam mortem delinquentis.*
326 *Fideicommiſſum, an rumpatur per delictum hæredis.*
327 *Fiſcus, an ſaltem habeat legitimam & Trebellianicam, tanquam hæres filij delinquentis.*
328 *Delinquens obligatur, & cenſetur alienare ueluti contrahens.*
329 *Fiſcus, an ſaltem in uita delinquentis ſit fructuarius.*
330 *Teſtator, an adimere poſſit hæreditatem.*
331 *Aditio eſt acquiſitio domini de iure ciuili.*
332 *Hæres temporarius non poteſt eſſe.*
333 *Filius poteſt inſtitui ſub conditione, ſi teſtamentum fecerit: Sed id quomodo.*
334 *Teſtator, an poſſit imponere pœnā hæredi, ſi aliquid fecerit uel non fecerit.*

Teſtator,

335 *Teſtator, an poſſit adimere, transferre, vel tranſmittere.*
336 *Teſtator, an poſſit in teſtamento, ſe, vel hæredem per contractũ obligare.*
337 *Conſtituti, vel precarij clauſula in teſtamento; & an fieri poſſit de uniuerſitate bonorum.*
338 *Cautela duodecim contra hæredem*
339 *Contractus in teſtamento, an reuocetur reuocato teſtamento.*
340 *Sequeſtratur etiam immobilia debitoris ſuſpecti.*
341 *Bona ſequeſtrata, an poſſit debitor, vel hæres alienare.*
342 *Alienatio, an ualeat rerum ſequeſtratarum, hypothecatarũ, vel aliarum.*
343 *Hæres per inuentarium non impeditur contrahere, vel alienare.*
344 *Hypothecaria legatariorum, an confundatur aditione.*
345 *Hæres, an teneatur cauere propter inopiam defuncti.*
346 *Diuiſio poteſt prohiberi inter filios minores, ſaltem ad tempus.*
347 *Filius prohibitus diuidere poterit facere teſtamentum.*
348 *Prohibitio alienationis, vel diuiſionis, an valeat in legitima.*
349 *Diuiſio poteſt fieri quinque modis.*
350 *Pater, an poſſit facere partes inæquales in qualibet uoluntate.*
351 *Minor, an poſſit diuidere.*
352 *Frater maior, an teneatur facere partes, vt minor eligat.*
353 *Diuiditur, & communicatur id tantum quod prouenit ex hæreditate.*
354 *Debita vnius fratris non obſunt alijs fratribus: Sed id quando.*
355 *Collatio, diuiſio, prælegatum ſolum locum habent inter cohæredes.*
356 *In Falcidiam imputantur iure hæreditario percepta; Non ſic in Trebellianicam in legitimam fermè ſic.*
357 *Ratio cur in Falcidiam pauciora imputentur.*
358 *in Trebellianica ſpectatur tempus reſtitutionis.*
359 *Argumentum ſolidiſſimum, quod legitima, & Trebellianica, non ſint ſemis.*
360 *alind argumentum, quod Trebellianica poſſit prohiberi etiam in filio primi gradus.*
361 *Trebellianica compenſatur cum legitima.*
362 *Doctores varij, & contrarij ſibi ipſis fuerunt, an poſſit prohiberi Trebellianica.*
363 *Fructus, an imputentur in legitimam, vel Trebellianicam, maximè ſi teſtator iuſſerit.*
364 *A communi opinione & uſu, ut duæ quartæ detrahantur, vix eſſet recedendum.*
365 *Teſtator poteſt iubere, vt fructus imputentur in Falcidiam.*
366 *Fructus hæreditatis iacentis, an ſint hæredis, contra Baldum.*
367 *Paulus, & Aret carpunt Imo.*
368 *Filius, an ultra legitimam, & Trebellianicam, lucretur fructus per inuentarium.*
369 *Cur in Falcidiam non imputetur datum inter uiuos; in legitimam quandoque imputetur.*
370 *Filius, filiaq; an inuiti conferant vel imputent.*
371 *Filia hæres patris ſine inuentario, an teneatur de ſua dote.*
372 *Creditores vxoris, an euincant dotem marito, quam lucratur ex ſtatuto.*
373 *Mulier, an de lucro dotis poſſit teſtari.*
374 *Filius dotem legatam, promiſſam uel quoquo iure debitam, an teneatur reſtituere fideicommiſſario.*
375 *Prælegata non ueniunt in reſtitutione.*
376 *Actiones tres pro dote.*
377 *Hypothecaria competit mulieri aduerſus res omnes mariti, necnon dotales æſtimatas.*
378 *Actio dotis ex ſtipulatu confunditur aditione.*
379 *Mulier ex omni contractu vel quaſi obligatur, & obligat, tam cum extraneo, quam cum marito præterquam ſi fideiubeat.*
380 *Vxor hæres mariti, quando amittat dotem.*
381 *Vxor non reſtituit dotem ſuam, nec fructus.*
382 *Mater exigit dotem etiam à filio patris hærede, quia ipſa domina, donec viuit.*
383 *Pater vel mater renubens, an obſit filijs primi matrimonij.*
384 *Filius hæres patris, an poſſit deducere matris dotem prout ius ſuum ex cautela Baldi.*
385 *Inſtrumento dotali non creditur, ſi ei opponatur.*
386 *Vxor, an expectet duos annos per inuentarium hæredis.*
387 *Dominium dotis, an ſtatim retro transferatur.*
388 *An actio ſubſidiaria pro dote, vel ex clauſula conſtitutoria extinguatur aditione mulieris. 401.*
389 *Excuſſio, an ceſſet ſi uxor faciat inuentarium.*
390 *Vxor quando excutiat bona maritalia*
391 *Poſſeſſio non transfertur, licèt dominium transferatur.*
392 *Vxor poterit res mariti retinere, etiam pro alijs ſuis creditis & interim poterit nihilominus petere.*
393 *Vxor, an mobilia ſtatim repetat, & inſolidum.*
394 *Vxor, an poſſit eligere, uel cumulare actiones.*
395 *Excuſſio non fit, niſi contra tertios poſſeſſores.*
396 *Vxor fructuaria, an teneatur facere inuentarium.*
397 *Vxor fructuaria, an adeat, & an habeat omnes fructus.*
398 *Etiam debitum naturale hæredis, auget hæreditatem.*
399 *Hæres debitor defuncti, an ſubleuetur per inuentarium, ſi non habeat vnde ſoluat ſuum debitum: Et an teneatur ſoluere de ſuo debito naturali.*
400 *An præſcribatur 30. ann. actioni ſuper ꝟ.*
401 *Cautela inuentarij ad conſtituendum poſſeſſorem in mala fide; & ad interrumpendam præſcriptionem.*
402 *Actio qualibet hæredis, an confundatur aditione.*
403 *Actio interdum perditur ad rem, ſed non res.*
404 *Quinque fallentiæ ad §. in compoſitione, ubi actio non confunditur, & pondera illud de legatarijs.*
405 *Obligatio naturalis, pœnalis, legalis, & ſimiles hæredis, an aditione confundantur.*
406 *Filius, an poſſit deducere ſuum creditum naturale.*
407 *Actiones non confunduntur in ſex caſibus.*
408 *Ratio cur filius non perdat legitimam.*
409 *Inuentarium quomodo proſit ad l. frater a fratre.*
410 *Vſucapiens ſuccedens domino, an deſinat præſcribere.*
411 *Hypothecaria contra hæredem cum inuentario, an finiatur.*
412 *Hypothecaria contra alium, an hæredi, veluti defuncto competat.*
413 *Hæres non præſcribit ſuæ hypothecaria contra defunctum.*
414 *Hæres per inuentarium, an præſcribat hypothecaria alterius.*
415 *Defunctus dupliciter eſt debitor hypothecaria.*
416 *Hæres, an poſſit rem alteri hypothecatam aſſumere ſibi.*
417 *Academia, cui author præfuit.*
418 *Hæres in caſu l. 2. C. de reſcin. uend. an poſſit uendere res hæreditarias, ut pretium offerat vel ſoluat.*
419 *Emptor, an repellat hæredem abſtinentem in caſu d. l.*
420 *Hæredi emptoris decepti, an proſit inuentarium.*
421 *Emptor vel hæres, an reddat rem, ſi pretium non poteſt ſupplere.*
422 *Remedium d. l. an ualeat in ultima uoluntate.*
423 *Baſtardi aut ex coitu damnabili, aut ex non damnabili.*
424 *Baſtardus, an ita à matre, ut à patre repellitur hæreditate.*
425 *Mater facilius poteſt relinquere ſpurio.*
426 *Legitimatio, an ita in matre prout eſt in parte.*
427 *Legitimatio, adoptio, agnatio eſt iuris ciuilis.*
428 *Spurius de iure canonico, ubique eſt alendus.*
429 *Spurius per inuentarium, an ſit hæres patri.*
430 *Nepos ex ſpurio cur ab auo inſtitui poſſit.*
431 *Filius, an acquirat patri ſpurio.*
432 *Adoptare, an poſſit clericus.*
433 *Cautela ut in perpetuum excludantur baſtardi.*
434 *Baſtardus quomodo ſuccedit in legitima & Trebel.*
435 *Legitima ſemel non bis debetur.*
436 *Ratio noua ad l. Gallus.*
437 *Intellectus nouus ad l. 4. ff de gradibus.*
438 *Fideicommiſſa cur durent centum annos, & ultra.*
439 *Cautela vocandi baſtardos ad fideicommiſſum.*
440 *Hæres per l. edicto in quas res mittatur.*
441 *Hæres per inuentarium an iuuetur in caſu prædicto.*
442 *Contradictor legitimus, quis ſit, tres opiniones.*
443 *Titulus, & poſſeſſio poſt mortem, an impediant omiſſionem 454.*
444 *Cautela pro opi. Aldrici, & Butrig.*
445 *Opinio Aldrici eſt æqua, & ſincera.*
446 *Hæres per inuentarium facilius repellet contradicentem.*
447 *Contrahere, teſtari, agere ubilibet quis poteſt.*
448 *Acquiſitio, & alienatio pluriſariam uetatur.*
449 *Statutum prohibens alienationem, non prohibet teſtamentum.*
450 *Prohibitio in una re, loco, tempore, perſona, ultra non ualet.*
451 *Barbari, & hoſtes, noſtra non emunt.*
452 *Hæres per inuentarium, an retinebit bona prohibita.*
453 *Inuentarium unius cohæredis probat totam hæreditatem.*
454 *Incapax, an poſſit inſtitui ut alij reſtituat.*
455 *Hæres incapax, an teneatur ultra uires.*
456 *Hæres quod percipit utilitates ex confectione inuentarij, tot patitur damna ex omiſſione.*
457 *Hæres non faciens inuentarium, an præſumatur in dolo.*
458 *Hæres ſine inuentario tenetur ultra uires: & cur, & quando, & quis, & quomodo.*
459 *Inuentarium non facit quominus hæres teneatur vltra uires, licèt impediatur executio.*
460 *Hæres, an teneatur fideicommiſſarijs de ſuo.*
461 *Fideicommiſſum nunquam includit bona hæredis.*
462 *Inuentarij omiſſio non adimit beneficia iuris antiqui, niſi quatenus Iuſtiniani iure cauetur, & nu. 206.*
463 *Falcidiam, an amittat hæres ob omiſſionem inuentarij.*
464 *Legitimam, an amittat hæres non faciens inuentarium, ubi tres opiniones referuntur.*
465 *Legata ſoluuntur prius deducta legitima.*
466 *Legitimam non amittit filius non faciens inuentarium reſpectu fideicommiſſario uniuerſalis.*
467 *Trebellianica, an perdatur ob omiſſionem inuentarij, ubi tres opiniones referuntur.*
468 *Cohæres reſpectu cohæredis non tenetur facere inuentarium.*
469 *Filius non faciens inuentarium, an retineat legitimam, & Trebellianicam.*
470 *Trebellianica præfertur legatariis.*
471 *Hæres ſoluens vni, an liberetur ab alijs.*

Hæres

472 Hæres non faciens inuentarium, an teneatur exigere, & an liberetur cedendo actionem.
473 Impenſa funeris & alia an amittantur ob omiſſionem inuentarij, & an creditores earum excludant alios creditores, & legatarios.
474 Proteſtatio prodeſt hæredi impendenti maxime filio, ne cenſeatur adiiſſe.
475 Actio hæredis aditione confunditur, & cur, & quomodo, & qua actio, & reſpectu quorum.
476 Fideicommiſſum non includit bona, nec ius hæredis.
477 Creditores defuncti quomodo concurrant cum creditoribus hæredis.
478 Hæreditas cenſetur lucroſa, ſi hæres non faciat inuentarium.
479 Soluendo quilibet cenſet r, niſi probet ſe pauperem
480 Iurare an poſſit hæres, q od hæreditas non ſit ſoluendo.
481 Hæres ſtatim conuenitur ſi adeat ſine inuentario.
482 Hæres antequam adeat non poteſt conueniri.
483 Damna poſt mortem onerant hæredem ſine inuentario.
484 Filius hæres extranei, an ſoluat de peculio profectitio, vel aduentitio, ſi nõ faciat inuentarium.
485 Creditores, & legatarii, an poſſint eligere hæredem uel emptorem, vel fideicommiſſarium.
486 Hæres ſine inuentario tenetur licet hæreditatem vendiderit.

CAPITVLVM. IX.

Nono principaliter videndum eſt, qui effectus quæve vtilitates reſultent ex confectione inuẽtarij, tã ex latere hæredis, cuius contemplatione inuentarium fuit introductum, quam ex latere aliorum. Et quidem in l. vlt. C. de iure delib. decẽ & octo colligo vtilitates, quæ huc transferri poſſent vagãdo ſuper regulis præludialib. quarum vis aliquatenus eneruatur per inuentarium: Sed quoniam irrequieta animi meditatio repente formas, & conceptus, ceu ſi lex ſcintillas excudit & vomit, ſequar nunc eum ordinem, quẽ mens & occaſio fugax mihi ſuggerit.

1 Primo. Hæres † non tenetur vltra vires de ſuo. Quæ eſt rõ?
Quia inuentarium ꝯſeruat hæredẽ ſine damno. Itẽ ſecernit
bona. Item, facit cenſeri hæredem non adiuiſſe: Si autẽ nõ adi
uiſſet, non tenetur, quia nemo tenetur ex ꝯtractu alterius. l. cũ
te. C. ne vxor pro mar. In tñ, vt nec filius teneatur pro patre,
nec pr̃ pro filio. C. ne filius pro patre, ſecus ſi non fiat inuentariũ:
Nam hæres quantumuis exiguus ſit hæreditatis cẽſus,
tenetur inſolidum omnib creditorib. hæreditariis. l. ſi te bonis.
l. ſi §. cum igitur. C. de iure deli. l. more. ff. de acq. hær. l. quę
dotis. ff. ſol. mat. l. quia poterat. ff. ad Trebel. cum multis ſimil.
Quæ eſt ratio? Quia hæres & defunctus ſunt una & eadem perſona.
i. ſuccedit in locum defuncti in onere & in honore. l. hęredem.
ff. de acq hær. l. nihil eſt aliud. ff. de ver ſig. ſiue ſuus, ſiue
extraneus ſit. d. l. vlt. §. cum igitur, & §. ſin vero poſtquam.
2 Cephalus conſi. 183. Quinimo hodie † non tñ creditorib. ſed
etiam legatarijs hæres tenetur de ſuo, ſi non faciat inuẽtariũ.
§. ſi vero non fecerit Auth. de hær. & Falci. Rui. conſi. 37. lib. j.
Quid in creditorib. mixtis, ſi forte defunctus, & hæres erant
correi debendi, an hæres cum inuentario, potiretur hoc priuilegio:
Quod noſtrates admittunt, in l. quæ dotis. ff. ſol. mat.
quamuis Iaſ dicat hoc ſibi nõ placere, vide quę dicam in tex.
Nam indiſtincte non cenſeo hanc opinionem admittẽdam.
Quid in creditorib proprijs? Non iuuatur hæres, dummodo
non attingant bona hæreditaria, quæ prius ſunt deſtinata creditorib.
hæreditarijs, atq; etiam legatarijs l. ſi creditores. ff. de
ſepa. l. j. C. de bonis auth. iud poſ. Quinimmo & ſi hæres ꝯhe
ret, vel paciſceretur cũ creditorib. hæreditarijs, amitteret priuilegium,
ne teneatur de ſuo l. cum hæreditas. ff. ad Treb. Angel.
conſi. 30. Imo conſ. 102. Crauet. conſi. 214. Hæc vtilitas fallit
ſi hodie hæres petat deliberationem d. l. vlt. §. ſin autẽ hoc.
3 Sunt ergo tres † fallentiæ, ſeu caſus, in quibus hæres tenetur
de ſuo licet faciat inuentarium. Primo, quoad proprios creditores.
Secundo, ſi nouet, vel reformet obligationes hr̃ditarias.
Tertio, ſi petat deliberationem. Eſt & quartus ſi ſtatutũ,
vel lex, vel teſtator prohibeat ne hæres faciat inuẽtarium ad
ſui præiudicium, Crauet. conſi. 174. vt ſupra fuit expoſitũ. Qđ
notandum exiſtimat Didacus in c. 1. nu. 17. de teſtamẽ. Item
quiutus, ſi poſt tp̃s, vel perperam fiat inuentarium. d. §. ſiu vero
poſtquam. Quid ſi aliqua ex parte ſit vitioſum inuentariũ,
puta quia vna res, vel duæ per fraudem non fuerint inſertę, an
hæres tenebitur inſolidum, perinde ac ſi nullum eſſet inuentarium,
an vero duplum tñ rerum ſubtractarum inferet creditoribus?
Dicam in §. licentia danda. Eſt & textus caſus, ſi defunctus
tenebaẽ ad factũ, arguendo de ceſſione ad inuẽtariũ,
Cy. in l. j. qui bo ce. poſ Henric. in c. Odoardus. de ſolu. Guid.
Pap. de for. inuẽtarij. nu 21 l. 2 § ex his. l 4 § Cato ff đ ver. obl.
Secũdo. Hæres retinet Falcidiã de ſingulis legatis. d. l. vlt. §. &
4 ſi præfatam. Idem † olim erat ante Iuſtinianum. l. ſi vniuerſæ.
C. de leg. Hodie ſecus ſi non fiat inuentarium. d. §. ſi vero nõ
fecerit. Intellige autem, vt hæres detrahat Falcidiã, detracto prius ære alieno, & funeris impenſa, & pretij ſeruorum manumiſſorum. §. cum autem. Inſti. de lege falcid Nam ſi æs alienum, & impenſæ ſupradictæ exhaurirent, aut excederent bonorum cumulum, actum eſſet de legatis, & de Falcid. l. 1. C. ſi cer. pet. Tandiu ergo debetur falcidia, quamdiu legata poſſunt deberi. Item nec ſemper de legatis detrahitur falcid. ſed ita demum ſi excedant dodrantem illius quantitatis, quæ ſupereſt detractis oneribus, & impenſis ſupra memoratis. Sed nunquid mercedes Famulorum, Nautarum, Mulionum, Locatorum, Tabellionũ, & ſimiles, quæ alias habent priuilegiũ. l. interdum & l. ſeq. ff. qui potiores in pig. hab. præferantur legatis, & falcidiæ, & legitimæ filiorum? Dixi nonnihil in d. §. cum autem. Inſti. de lege falc. in § item ſi quis in fraudem. Inſti. de actionib. Tradunt recentiores in l. Papinianus. §. quarta ff. de inoffi. teſtamen.

5 Tertio. † Hæres ſoluens q̃ eſt in bonis, ipſo iure eſt libe-
ratus d. §. etſi præfatam, & ibi plene dicam. Ratio eſt, quia in-
6 uentarium † cõſeruat hæredem ſine damno. & liberat ab om
ni vexatione iuris, vel facti, inquiebat Bald. Belliſſime autem de plurib. conſueuit dubitari: An liberetur ſi ſponte, & irrequiſitus ſoluerit. An liberetur tam a creditorib. quam a legatarijs. An ſi vocatus in iudicium non compareat neq; opponat exceptionem, poſſit condemnari, q̃ pendet ab his, quæ traduntur in l. vbi pactum. C. de tranſac. Antea ſecus erat, qa in perpetuum remanebat obligatus. l. ex contractibus. ff. de actionibus, & obligatio. Quod & hodie eſſet, ſi non faceret hæres inuentarium. Fallit hoc beneficium ſi adhuc aliquid ſit in bonis: Nam reſpondere, & ſatisfacere tenetur creditoribus & legatarijs vſque ad finem bonorum: quia veluti damnum ſentire non debet, ita lucrum vltra ius commune nullatenus percipere debet, & cum alterius iactura locupletari, capitu. locupletari. de regulis iuris. in ſexto. Fallit ſecundo, quoad proprios creditores, vel etiam quoad hæreditarios, quibuſ cum priorem obligationem nouauiſſet, vel reformaniſſet. l. cum hæreditas, ideſt cum ibi traditis ff. ad Trebellia. l. vnica.
C. etiam ob chyrograph. pecuniam. Quid ſi proprijs credito-
7 ribus hæres ſolueret res hæreditarias? Non liberaretur. l. ſi
creditores. ff. de ſeparationib. Fallit tertio ſi in fraudem quorundam, alijs, quos declinare, & reijcere poterat, ſoluiſſet. l. 3. ff. quæ in fraud cred. Quid ſi hęres eſſet creditor defuncti, & ſui crediti nomine cunctas res hæreditarias inſolutum acciperet? Dicam in §. in computatione.

Quarto. Hæres ſoluere poteſt res, vel pretium: Secus ſi non
faceret inuentarium, quia tunc ſemper vigeret vulgaris regu-
8 la, † aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt. l. ſecun-
da. §. primo. ff. ſi certum petatur. l. eum a quo. C. de ſolutionibus. Ampliatur tam creditoribus, quam legatarijs. dicto §. etſi præfatam. Secundo etiamſi poſſet hæres vendere res, atque inde pecuniam retrahere, ſi aliquod damnũ vel euictionis, vel dilationis paſſurus eſſet. Bartol. Bald. Angel. Salycet. Fulgoſ Caſtr. Alexan. Coruens, & Iaſon in dicto §. & ſi præfatam. Burſatus conſilio nono, numero vigeſimonono Faciũt tradita in l. ſecunda, in princip. ff ſoluto matrimonio. Fallit ſi eſſent credita, vel legata conſiſtentia in certa re, vel corpore, vel ſpecie, nam aut res illa extat, & cogitur præciſe tradere hæres: aut non extat, & tunc nil tradere debet: quia ſpeciei interitu debitor eiuſdem ſpeciei liberatur. l. ſi ex legati. ff. de verborum oblig. Tradunt omnes in l. quod te. ff ſi cer. petatur. Secundo fallit ſi pecunia extaret in hæreditate, vel aliud genus, & hæres loco pecuniæ debitæ, vel generis, rem aliam ſoluere vellet, auth. hoc niſi C. de ſolutionibus. Adde quæ dicam in text. & quod tradit Alexan. in l. non amplius. §. vltimo, de legatis primo.

9 Quinto hæres † ante omnia retinet funeris impenſas. §. in
computatione. Ampliatur in impenſis teſtamenti, inuentarij ægritudinis, in proxeneticis, & ſi quæ ſimilia reperiuntur, ut ibi, & in l. in reſtituenda. C. de petitione hæred. & l. legatum.
C. de relig. Secundo etiam in concurſu aliorum creditorum
10 † hæreditariorum, quantumuis prærogatiua hypothecæ uel
priuilegij ſubnixorum. l. at ſi quis. l. penult. & ibi gloſſa. ff. de relig. Fallit ſi hæreditas ſoluendo eſſet; Nam nec legata tunc minuerentur: vel ad impenſam ſimul cum hærede contribuerent legatarij, creditoribus ſuum integre conſequentibus, ut omnes Doctores poſt Bart. in d. §. in computatione. Quid ſi hæres bona fide, & religioſe in funus, in ægritudinem, & curationem defuncti impenderet: an ob hoc quod inuentariũ prætermiſit, nihil deduceret? imuio, opinor, deduceret, quaſi res agatur in foro conſcientiæ, Hoſtienſis, Io. Andr. Dominicus in cap. quanquam. de vſuris, lib. 6. Socinus in fallentia 214. Secundo fallit ſi impenſa eſſet immodica, & nimium ſumptuoſa. l. prima §. vltimo. ff. ad l. falcidiam, dicta. l. at ſi quis. §. hæc autem actio. ff. de religioſis.

Sexto, actio hæredis contra defunctum non confunditur.
11 d.§ In computatione. † Ratio eſt, quia inuentarium ſecernit
bona. Item facit cenſeri hæreditatem iacentem. Vnde ſequū
tur mirabiles, & ſemper memorandę illationes, vt ibi per Bal.
& præcipue per Alex. in l. debitori. C. de pactis. Antea ſecus
erat, & hodie quoque ſecus eſſet ſi non fiat inuentarium; Ra
tio eſt, quia cum hæres ſit vna, & eadem perſona, iam actio,
& paſſio non caderent in eodem ſubiecto. l. vbi repugnantia.
ff. de reg. iur. Et nemo ſui ipſius creditor & debitor eſſe pōt. l.
Vtannius. ff. de fideiuſ. l. frater a fratre. & ibi aliquando dixi. ff.
de cond. indeb. Quæſtionis autem eſt vtrum per inuentariū
actio non confundatur ipſo iure, ſed quoad effectum tantū.
De quo infra quatuor refero opiniones. Ampliatur quocun
que titulo, & cuiuſcunque ſummæ, vel rei ſit creditor hæres;
Quid ergo ſi eſſet filius, & cum patre contraxiſſet, creditorq;
ſaltem naturalis remanſiſſet? (vtrque enim ſi ſuper caſtrenſi,
vel quaſi caſtrenſi peculio patrem debitorem ſortiretur, eſ-
ſemus in claris, l. 2. ff. de contrah. emp.) an deducet hoc credi-
tum? facıliorem hoc habet tractatū quando reſtituit ex Tre-
belliano: tunc enim deduceret etiam citra inuentarium. l. de
bitor. ff. ad Trebellianum. Idem tamen adhuc opinor in con-
curſu creditorum, & legatariorum: quia naturalis obligatio
parit retentionem. l. iuriſgentium. § igitur. ff. de pac. maxime
ſi morte patris vires actionis nanciſceretur obligatio. l. dona-
tiones quas parentes. C. de donationibus inter virum & vxo
rem. Notant ampliſſime Doctores in d. l. frater a fratre. ff. de
cond. indeb. ſi tamen creditores priuilegio, vel hypotheca po
tiore ſubnixi eſſent, & maxime cauſam oneroſam haberent,
& filius lucratiuam, non putarem repellendos ex verbis eiuſ
12 dem. §. in computatione. † Quid in legitima, An actio, quam
habet filius in bonis paternis pro legitima, ſit confuſa? gloſ. in
d. §. In computatione. videtur dicere non eſſe cōfuſam, & ob
id ſequi quod filius, quantumuis inſtitutus in legitima, non
repellatur a retrahendo, ſeu vendicando rem ſuam venditā
a defuncto, defunctave. l. cum a matre. C. de rei vendic. ſed de
hoc infra. Quid ſi hæres ſit creditor irrefutabilis defuncti, an
13 alios † creditores præoccupabit? Nam quoad legatarios eſt
expeditum. §. etſi præfatam. l. 1. C. ſi cer. pet. profecto pręoccu
pabit ſi vtatur cautela Bal. qua vſos ſe dicunt Alex. in d. l. debi
tori & Ang. Aret. in §. extraneis. Inſt. de hæredum qualitate,
& differ. vt ſcilicet citari faciat creditores, & legatarios, & de-
cerni curatorem hæreditati tanquam iacenti: atque ita iuſſu
iudicis ſibi rem aliquam præcipiat, & hoc etiam videtur ad-
mittere Ruinus in conſil. 39. & conſil. 57. lib. 2. Quid ſi hæres
14 † eſt debitor defuncti, an beneficio inuētarij liberabitur? Neu
tiquam, quoniam inuentarium non tribuit beneficium, ſeu
lucrum vltra ius commune. § licentia danda. Vnde veluti hæ
res creditor tanto exiguiorem reddit hæreditatem: Ita hæres
debitor tanto reddit ampliorem quoad creditores, & legata
rios & omnes. l. 1. § ſi debitor. l. maritus. ff. ad l. Falcidiam. niſi
eſſet creditor vel debitor ex delicto, vel ex cauſa pœnali, quæ
non tranſiret ad hæredes. l. 2. in fi. ff. de hæred. vel actione vē-
di. l. pœnales. ff. ad l. Falcid. Cæterum ſi tranſiret ad hæredes,
puta quia promiſiſſet, vel ſibi promiſſa eſſet a defuncto dupla
nomine euictionis, integra dupla inferretur, vel deduceretur
iuxta glo. & Cy. in d. §. in computatione, quia veluti inuenta-
15 rium non tribuit lucrum vltra ius commune, † ita conſeruat
lucra iuris communis. d. §. licentia danda.

16 Septimo inuentarium † retorquet onus probandi in dicē-
tem res eſſe plures. §. licentia danda. Ratio eſt, quia præſumi-
tur pro inuentario, cum habeat fidem publicam iudicis, & ta
bellionis. l. ſi quis Decurio. & ibi Bal. & Saly. C. ad l. Corneliā,
de falſis. Bal. in addit. Ad Spec. in titulo, de inſtrum. editione.
Curtius Papienſis in tractatu de teſtibus, concluſ. 42. Proinde
17 hæres in tantum tenetur, † quanti res deſcriptas in inuenta-
rio valere conſtat: alias ceſſante inuentario, hæreditas cenſe-
retur locuples, & ſoluendo eſſe, gloſ. in l. ſi vero. §. qui pro rei.
ff. qui ſatiſd. cogantur. Romanus conſil. 190. Ampliatur ſiue
hæres ſit actor, ſiue reus: Attamen Imola, & Romanus in ru
brica. ff. de operis noui nunciatione. videntur facere differen
tiam, vtrum negans conueniat, vel conueniatur: Nam agens,
& dicens, non eſt plus, non videtur dolo carere; At conuētus
18 facilius defenditur negans plus eſſe, & inuentarium exhibēs.
Dici tamen poteſt circa terminos inuentarij, ſemper hæredi
credendum ob præſumptionem inuentarij fide publica cele-
brati, vt late per recentiores in l. ſi conſtante. ff. ſoluto matri.
examinantes gl. in l. cum de lege. ff. de probat. But. & Bal. in l.
actor. C. de probationibus. Secūdo ampliatur etiam ſi hęres
petijſſet deliberationem. § pen. ver. Quod ſi poſt, in d. l. vlt. C.
de iure delib. Fallit ſi rem vnam hæredem fraudulenter ſup-
preſſiſſe, & non deſcripſiſſe in inuētario liqueret; Nam & alias
fuiſſe ſuppreſſas facile crederetur, quia ſemel malus ſemper p̄
ſumitur malus in eodem genere mali. c. ſemel de reg. iu. in 6.

Et qui in vno delinquit, factus eſt omnium reus. Hinc eſt, ꝙ
aliqui ex noſtratibus, inter quos Bal. & Ang. par nobile fratru
conſtanter aſſeruerunt, inuentarium omnino eſſe irritum, &
imperfectum ob rei vnius, vel quarūdam fraudulentam ſub-
tractionem, in Auth. ſed cum teſtator. C. ad l. Falcid. Quod ta
men plerique alij non admiſerunt vt dicam in §. licentia dan
da. Quid ſi non extaret ſcriptura authentica inuentarij, vul-
19 go appellant Protocollum, ſed exemplum? † Nō probaret ple
ne, niſi eſſemus in antiquis, auth. ſi quis in aliquo. C. de edē-
do. Quid ſi in priuato ſuo codice (leges noſtræ appellant dia
rium vel Calēdarium) teſtator, vel hæres plures res deſcripſiſ-
ſet? Cui ſcripturæ ſtaretur, priuatę vel inuentarij? Credo inuē
tarij, niſi ex maximis arg. credibile ſit hæredem ꝯ ſe nihil ſcri
ptum. l. exemplo. cum ibi not. & l. rationes. C. de probat.
Octauo. Hæres intra tempus inuentarij non poteſt conue-
20 niri a creditoribus hæreditarijs, neque a legatarijs. † Ratio eſt
quia inuentarium eſt loco iuris deliberandi. §. donec. Hæres
autem deliberans non poterat conueniri. l. cum antiquiorib.
C. de iure delib. partim quia alium habebat animum quam ſe
immiſcendi, & intricandi in oneribus hæreditarijs. Facit reg.
l. non omnis. ff. ſi cer. pet. partim quia nondum adiuerat: vn-
de non erat quem conuenirent creditores, vel legatarij. l. vt
debitum. C. de hęred. actio. Quid tamen ſi hodie hæres adeat
antequam inchoet, vel proteſtetur inchoare inuentariū, an
conuenietur? Et hoc magis eſt iuri conſonum. Quoniam ſi-
mulatq; adiuit hæres, ſe ex quaſi ꝯtractu obligauit, qui quaſi
ꝯtractus confeſtim parit actionem; Quæ actio non debet ſtare
in ſuſpenſo, imo ſtatim proponi poteſt. §. omnis. Inſti. de ver.
oblig. Contra puto per d. §. donec, qui loquitur indiſtincte ſi
ue hæres adiuerit, ſiue non: immo eſt intelligendus quando
hæres adiuit; Alioquin pluſquam certum eſſet, hæredē non-
dum adeuntem nō poſſe inquietari. d. l. vt debitum. C. de hæ-
red. act. l. quandiu inſtitutus. ff. de acquir. hære. l. 1. ff. de ſucceſ.
edicto. Ampliatur & limitatur pluribus modis, vt dixi in tes.
Et nota illam fallentiam, ꝙ quamuis hæres non conueniatur
tamen poteſt conuenire, Bart. Bal. Ang. Saly. Fulg. Caſt. Alex.
Corn. Iacobinus a Sancto Georgio in d. §. donec. Tiraq. in tra
ctatu Le mort Saiſit. in 12. declar. 2. parte, nu. 15. l. 2. §. ſed & ſi
extant ff. de iudic.
21 Nono, hæres per inuentarium † conſequitur omnia com-
moda iuris deliberandi. d. § donec. & §. & hæc quidem, & § ſi
nautem hoc Proinde quæ paſſim continentur in iure noſtro
de iure delib. quod olim erat frequentiſſimum, trahentur ad
inuentarium, quamuis non e cōtra, priuilegia inuentarij ſint
trahenda ad ius deliberandi. Ergo veluti deliberans non cen-
ſebatur adire: Ita nec cenſebitur adire inuentarium faciens,
quicquid dixerit Cynus in §. ſi uero poſtquam. Item veluti
deliberans poſſidebat, & contrectabat omnes res hæredita-
rias, ꝙ ſubtiliter elicit Fulg. ex d. l. vlt. §. pen. verſ. Quod ſi poſt.
ita & hodie faciens inuentarium, quamuis non habeat animi
adeundi. Item veluti deliberans tranſmittebat, & cedebat ius
adeundi. l. cum antiquioribus. C. de iure delib. ita & hodie fa
ciens inuentarium, quod ius non tranſiret ſinę inuentario.
Aret. conſ. 164. Decius conſi. 443. nu. 29.
Decimo, Hæres ſuperatus in poſſeſſorio, ac ēt in petitorio,
22 non patitur iurā in litem. i. reſtituendo † res deſcriptas in in
uentario illi, qui potiora iura ſuccedendi hr̄e fuit iudicatus,
cōfeſtim eſt liberatus. Ita ſubtiliter Fulg. in d. ver. Qd ſi poſt.
Quod ſummopere notandum eſt: de quo ibi dicam, referens
Didacum in c. 1. de teſtam. Secus ſi inuentarium nō extaret.
Vndecimo. Hæres faciens inuentarium non tenetur redde
23 re rōnem fideicommiſſario vniuerſali. Ratio † eſt, quia in in-
uentario res extant deſcriptæ. Et ſic corrigit tex. in l. cum tale
§. 1. ff. de cond. & dem. Quod verū opinor vbi fideicōmiſſum
eſt purū: & nūq factū eſt inuētariū; Si naūt eſſet ſub ꝯditione,
& res deminutæ mirum in modū eſſent, vix eſt vt non poſſit
fideicommiſſarius illū arctare ad redditionem rationū: Quæ
redditio nunq̄ cenſet̄ excluſa, licet teſtator hr̄di ꝯfectionē re-
miſiſſet Alex. conſ. 45. lib. 1. Curtius ſenior conſ. 66. Paris con
ſilio 79. lib. 2. Iaſ. in l. cum neceſſitatem. C. de fideicommiſſis, l.
Aurelius §. Caius. ff. de lib. leg. Sed an hæres faciens inuenta-
riū, liberetur a cautione fideicommiſſi reddendi? de qua in
d. l. cum tale. §. 1. Idē etiam quæri poſſet an legatarijs debeat
hæres hodie ſatiſdare per tit. ff. vt legatorū nomine caueatur.
24 Duodecimo. Hæres † faciens inuentarium nō ſoluit de ſuo
legitimam filio defuncti, ſed filius agit ꝯ legatarios etiam pe-
cuniarios. Fabianus in ſua luculētiſſima repetitione auth. no
uiſſima, in 5. quæſt. princ. C. de inoff. teſta. per tex. in l. ſi liber-
tus minorem. §. ſi libertus. & § vlt. ff. de bonis lib. ſecus forte
ſi hæres non feciſſet inuentarium, nam filius faceret excuſſio
nem contra eum, antequam deueniret ad legatarios pecunia
rios. l. 1. C. de reuocandis his, quæ in fraud. creditorum. dixi
pecuniarios, quoniam ſi eſſent legatarij corporum hæredita-
riorum,

riorum,illa corpora hæres retraheret,cum legitima detrahatur de bonis paternis.l.ſcimus. & ibi Cyn. Bal.Saly.Caſtrenſ. C.de inoffic.teſta.Bal.in rub.ff.de rerum diuiſ. Et hoc beneficium,vt prædiximus,prodeſt etiam hæredi contra creditores hæreditarios,vt ab illis conueniti non poſſit ſi ſoluit integrum,quod erat in bonis,d l.j. quæ eſt pulcherrima,& notabilis lex,& declaranda in materia excuſſionis ſuper auth.hoc ſi debitor.C.de pignoribus.

25 Decimotertio. Quod eſt notabile,ſi procedit.Filius † hæres patris cum inuentario,legitimã retinere,& deducere poterit in vna re.diuerſum vbi non eſt inuentariũ,Bar. & Imo. in l.ſuus quoque.ff.de hæred.inſti.Bar.in l.2.C.quando,& quibus quarta pars.lib.10 Bart.& ſexcenti pene dixerim Docto. vbi etiam D.meus Tornicllus in l.in quartam.ff.ad l.Fal.Curtius ſenior in conſ.vlt.Decius conſ 236.Ratio eſt,quia inuẽtarium facit cenſeri hæreditatem iacentem.Bal.in §.in computatione. Modo ſic,hæres creditor defuncti rem vnam petere poteſt ſibi dari inſolutum,vt ibi omnes , ſi me non fallit memoria,poſt Bal.affirmant,& in l.debitori.C.de pact.Ruin. conſil.39. & conſ.57.lib.2.Ergo & filius qui eſt creditor legitimæ,Glo.in l.ſi quis legatum.ff.de falſis.Caſtrenſis in l.quoniã prioribus.C.de inoffi.teſta. Faciunt tradita per Bald.& Alex. in l.non amplius.§.vlt de leg.1.Aduerte,ſiquidem hæreditas ſit euidenter locuples,& res præceptæ, & ceu delibatæ per filium non ſint nominatim debitæ , vel legatæ , poteſt priuilegium admitti ; Et facilius ego admitterem, quamuis hæreditas nõ eſſet ita locuples,ſi filius perſiſteret in hæreditate; Sin vero rem meliorem præciperet , & ab hæreditate diſcederet reclamantibus creditoribus,& legatarijs,non eſſet hoc ei permittendum,quamuis Ang.in §.hæc ſtipulatio.quemlibet hæredem aſſerat etiam poſtquam adiuit diſcedere poſſe ab hæreditate , eamque iacerandam relinquere. de quo dicam in §.& hæc quidem.

Decimoquarto. Hæres facere volens inuẽtarium, Interim
26 non cogitur adire,nec repudiare. Antea † ſecus erat; nam ad inſtãtiam creditorum,& legatariorum,& ſubſtitutorum terminus præſtituebatur, quo elapſo , vel adito , vel repudiatio ſtatim contingebat.l.quandiu inſtitutus. & ibi Gloſ. Bart. & alij. ff. de acqui.hæred.Ratio eſt,quia inuentarium eſt loco iuris deliberandi d.§. donec.ſi tamen hæres cunctaretur nimiũ, dicens, Volo facere inuentarium cras:non labetur vnus menſis,nondum bene certus ſum , non eſſent eludendi creditores,& legatarij , cum iura ſubueniant non decipientibus, ſed deceptis,aut ſaltem periclitantibus.l.2.ff.ad Velleianum. Sed ſi teneamus opinionem Richardi Malumbræ , Martini Silimani, Ioanuis Andreæ,& plerorumq; veterum, tempus.ſ.inuentarij currere a die ſcientiæ non expectata aditione,confeſtim præcludetur via hęredi moroſo,& tergiuerſanti.

Decimoquinto:quod venit in conſequentiam quartæ vti
27 litaris.†Si hæres non vult dare inſolutum res hæreditarias,poteſt illas vendere.ita poteſt elici ex d.§. & ſi præfatam , quod verum intellige, ſi non reperiatur pecunia hæreditaria. ſed quid dicemus? Hæreditas ſoluendo eſt , non tamen reperiẽ pecunia quæ ſoluatur,nunquid hæres cogetur vendere , vel dare inſolutum?Iac. Are.& Cyn.in d.§ etſi præfatam. volunt præciſe hæredem compellendum vendere,aut aliunde pecuniam reperire. In contrarium inclinat communis ſententia vt ibidem per Bar. Ang.Saly.Fulg.Caſt. Alex. & Corn.

28 Decimoſexto . Hæres † vendens, non tenetur emptori de euictione.probatur in d.§ etſi præfatam. Contrarium regulariter verum eſt,etiam ſi venditor non ſe obliget de euictione.l.non dubitatur.C.de euictionibus.l.ex empto.ff.de actionibus empti. Hoc autem intellige , quando hæres vendit vt ſoluat creditoribus hæreditarijs,& legatarijs, & ſic tanquam gerens negotium hæreditarium. Quid ſi hæres dederit inſolutum creditoribus hæreditarijs,& legatarijs? nec adhuc tenebitur de euictione , vt per ſe perſpicuum eſt , & dicam in quadrageſimatertia vtilitate.

29 Decimoſeptimo. Hæres † conuenire poterit debitores hæreditarios,quorum nomina,& quantitates,& res debitæ continentur in inuentario Ita Bar.in l. tutor qui repertoriũ,nume.17 & l.chyrographis.ff.de admin.tutor.Quod verum eſt vbi nominatim citati ſunt debitores,quamuis hæres non teneatur eos citare,Decius conſi.418.conſidera tamen,an inuẽtarium hæreditarium eandem vim obtineat, quam tutoriũ : maxime ſi inuentario hæreditario nõ ſemper aſtiterit iudex.

30 Decimooctauo Hæres † non tenetur exigere nomina hæreditaria. Ratio eſt;quia,vt vult Iaſ.in §.etſi præfatam. poteſt nomina dare inſolutum. Item per inuentarium liberatur ab omni vexatione iuris,vel facti. Sed exactio quanta habeat incommoda, & impendia , nemo eſt qui neſciat, cum ſatius ſit interdum ſemel litem perdere,quam ſæpe vincendo fructum latæ ſententiæ diu,fruſtraq; expectare.l.minorib.ff. de minoribus.l.quod debetur.ff.de peculio. vnde verecunda eſt eius cogitatio,qui lites execratur.l. item ſi res.§.poteſt.ff. de alienatione iudicij.Dicet aliquis. Non eſt hoc beneficium inuentarij, eſt beneficium iuris communis,quia nemo inuitus agere cogitur,& ius ſuum exercère C.ut nemo inuitus agere , vel accuſare cogatur. Reſpondeo. Poſſet quidem hæres etiam citra inuentarium abſtinere ab exigendo per regulam prędictã iuris communis. Attamen ſi non exigeret, hoc in ſuum dorſum caderet:at inuentario facto , damnum nullum patietur : niſi tanta ſit ipſius negligentia,ſupinuſq; error, vt merito puniri debeat,quaſi alienauerit,& propria culpa exiguiorẽ reddiderit hæreditatem,quod non eſt tolerãdum.l.j.& 3. ff. quæ in fra n cred. Nam qui remittit actionem, cẽſetur alienare , cũ per hoc pauperior fiat. Contra hanc vtilitatem facit tex.& ibi gl.in l.2.§.ſed & ſi quid.ff de hær.vel actione vẽdita. Item textus in l.procuratorem.C mandati.Item tex.in l. debitoribus. C.de admi.tuto.ſed facilis eſt reſpõſio ſi ad regulas,quas præmiſimus,reſpexeris.

31 Decimonono. † Hæres non tenetur ad damna poſt mortem defuncti contingentia.Secus nullo facto inuentario,prout olim erat:& adhuc hodie multo magis eſſet. §. quantitas. Inſti.de lege Falcidia.l.in ratione. 2.in prin. & §. diligenter. ff. ad l.Falci.Et ſane iſtud eſt notabile beneficium, vt tradit Bar. in d.l.in ratione.licet dicat ſe non habere nec glo. nec Docto. hoc dicentem. Sed an hæres,contingente huiuſcemodi fatalitate,retinebit falcidiam,quam vtique retinuiſſet ſi res non perijſſent?Alexan.in d.§.diligenter.refert Imo.voluiſſe in l.in quantitate. ff. ad l.falcidiam. non retinere. Quod maximam habet æquitatem,quoniam inuentarium non tribuit lucra vltra ius commune,niſi in caſibus a iure expreſſis, vt dicam in §.licentia danda.

32 Vigeſimo. † incrementa poſt mortem contingentia proſunt hæredi : Ratio eſt quia inuentarium conſeruat hæredi omnia lucra iuris communis , contrarium voluerunt Com. & Alex.in l.in ratione.j.§.ꝙ vulgo.& in d §.diligenter. ff. ad l. falcid.vt quemadmodum damna non obſunt, ita incrementa non proſint hæredi , per regulam oppoſitorum.l ſecundũ naturam.ff.de reg.iur. Ego ſemper dixi contrarium,quamuis eſſet ſubtiliter diſtinguendum inter creditores,& legatarios, & vtrum incrementa ſint ciuilia,vel naturalia,& ex rebus legatis,vel alijs,vt ſupra attigi. Quibus adde Hierony. Gabriel. conſilio 121.

33 Vigeſimoprimo. Hæres † cum inuentario non poteſt perſonaliter capi propter debita hæreditaria. Nec mirum,quia ſi inuentarium illum eximit a damno rerum ſuarum,multomagis ab iniuria corporali. Ampliatur vt in gl §. in computatione.etiamſi ſtatutum extaret ne hæres veniret contra factum defuncti Fallit,ſi hæres quoquomodo cõtraheret,aut ſe obligaret,Corn. Peruſinus ſingulariter conſ 31.lib.3. Quid ſi hæres moram faciat creditoribus & legatarijs, & res interim pereant?ſi ſit hæres ſoluendo, fiet miſſio in bonis hæredis moroſi,& latitantis,vt ff.& C.de bonis auth iud.poſſ. Sin minus, Bal.in §.& ſi præfatam. plectendum perinde aſſerit hæredem ex mora & culpa,ac ex contractu.

34 Vigeſimoſecundo. Hæres † cunctantibus creditoribus , & legatarijs,poterit ab ipſis petere vt liberẽ , maxime ſi ſtatim paratus ſit ſoluere quod eſt in bonis : Ratio eſt quia non debet aliquam pati vexationem præſentem, vel futuram. Sic & alias obligatus qui diu ſterit in obligatione poteſt petere vt liberetur.l. Lucius.ff.mandati.l.ſi pro ea.C.mandati. Ruin.conſilio 187.lib.1.

35 Vigeſimotertiò. †Hæres retinet feudum non hæreditariũ, nec etiam de fructibus tenetur ſatisfacere creditoribus hæreditarijs:ſecus ſi non feciſſet inuentarium, quia ſaltem de cõmoditate fructuum ſatisfaceret. Iſernia in c.j.an agnatus , vel filius. Alex.conſ.19.lib.5.Ruin.conſ.176.lib.1. faciunt tradita pleniſſime per Bar.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalib.ff. de dam.in fec. Quid ſi ſit feudum hæreditarium,an hæres conficiens inuentarium illud retinebit ? Dicam infra,vbi tractabo an rem alienatam a defuncto hæres reuocet.

36 Vigeſimoquarto. † hæres dimittens prædium nõn tenetur ad tributa eiuſdem prædij . Quod promptum eſt reſpondere ſi ſint tributa præterita nondum ſoluta. Cæterum dubiũ eſt, quando hæres dimittere vellet prædium ne tributis futuris,
37 aut præſentib.ſit obnoxius,an hoc ſibi liceat. Quippe † ſcire oportet pro omnib.rebus,& perſonis ſolui cenſum, ſeu tributorum.l. omnium.C.de vectigalib. licet olim prædia Italica eſſent immunia.l.vlt.& ibi gl. C.ſine cenſu vel reliquis. Et adeo hoc verum eſt, vt etiamſi poſſeſſor velit prædium deſerere , vt tributum nõ ſoluat,non poſſit hoc facere.Bal.ſingulariter in l.propter.C.qui bonis cedere poſ. Quæritur,an hæres cum inuentario deſerere poſſit. quod non poſſit facit fauor,& vtilitas publica Item,quia nec defunctus potuiſſet ex præallegata deci-

ta deciſione Baldi. Quod poſſit, facit quia inuentarium con-
ſeruat hæredem ſine damno, & facit cenſeri hæreditatem nũ
quam aditam. Tu melius diſpice.
Vigeſimoquinto. Filius facilius reuocabit ex l. ſi vnquam.
C. de reuocandis donationibus, cum inuentario, quam ſine
inuentario. Quippe cum facto inuentario, ſtatim liqueat ſal-
uo ne ſit legitima portio, an non, & an in fraudẽ donatio non
ſolum omnium bonorum, ſed etiam partis, vel rei particula-
ris facta fuerit. vide Ripam, & Tiraquellum ſuper d. l. ſi vnq̃.
poſt Bar. & alios in l. Titia. §. Imperator. de leg. 2. Scias tamen
38 quod alienata per patrem alio † tit. quam donationis, ſunt ir
reuocabilia: ſiue filius faciat inuentarium ſiue non. l. filios. C.
de reuoc. his quæ in frau. cred. niſi forte pater omnia in ludo
amiſiſſet Bal. in l. j. C. ſi in fraudem patroni. vide eundem Bal.
in l. 2. eiuſdem tit. ſi in fraudem patroni.
39 Vigeſimoſexto. Hæres † poteſt euitare circuitus, & prolixi
tates iudiciorum Ratio eſt, quia inuentarium eximit hæredẽ
ab omni vexatione, vt toties dictum eſt, & quando fit inuen
tarium reducimur ad ęquitatem iuriſgentium. Bal. in l. cum a
a matre, in fine. C. de rei ven. ex propter reijciuntur ambages,
& ſubtilitates iudiciorum de quibus per Ioã. And. & alios in
elem. ſępe, de verborum ſignif. Non tamẽ debet perſide age
re hæres, & iura hæreditaria perdere per ſocordiam, ſupinã-
40 que negligentiam: quandoquidem † negligentia in rebus
ſuis reprehendenda, in alienis coerceri debet. l. ſi cõſtante. §.
ſi maritus. ff. ſol. mat. Quid ſi hæres in iudicium uocatus, velit
diſcedere a tota hæreditate? Angel in §. hæc ſtipulatio. dat ei
hanc licentiam: quem reprobat ibi Imo. Quid ſi litem eſt cõ-
teſtatus hæres, an poterit vocatis creditoribus hæreditarijs ſe
exonerare? Non videtur, quia iudicium ſuſcipiens quaſi con-
traxit. l. 3. §. idem ſcribit. ff. de peculio & factus eſt dominus li
tis. gloſ. in cap. ex parte. de reſcriptis. l. poſt litem. ff. de procu-
rat. Econtra fauor inuentarij plurimus eſt, maxime ſi hæres
iura cedere, & hæreditatem transferre ſine lęſione, aut demi
nutione paratus ſit.
41 Vigeſimoſeptimo. Hæres † ſuccedit in priuilegiũ defuncti
licet alias ſit regula. Priuilegium non tranſgreditur perſonã.
l. j. ff. de iure immu. l. quia tale, vbi late Bar. Alexander, & alij.
ff. ſol. mat. Ratio eſt quia hæres facto inuentario repræſentat
duas perſonas, ſuam, & defuncti. Bal in l. debitori. C. de pactis
in l. ſi vxor. C de bon. auth. iud. poſſ. Ergo quaſi ſi defunctus
viueret ſeruabitur hæredi priuilegium. Item quod eſt ceſſibi
le, eſt etiam tranſmiſſibile: At priuilegium cedi poteſt l. per
diuerſas. C mand. ergo & tranſmitti. l. non ſolũ. ff. de in integ.
reſti. Aduerte, mirabilis eſt iſte effectus, ſi verus eſt. Nam ſe-
queretur quod licet alias priuilegium mulieris non tranſeat
ad extraneos in dotis exactione. l. aſſiduis. C. qui potiores in
pig. § fuerat. Inſt. de actionibus. Item priuilegium pupilli, mi-
litis, clerici, & quodlibet aliud tranſiret ad hæredem propter
inuentarium. Obſtat, quia inuentarium non tribuit lucrum
vltra ius commune.
45 Vigeſimooctauo Hæres † conductoris, vel inquilini non
cogitur ſtare in prædio. Ratio eſt quia facto inuentario cen-
ſetur extraneus, et ſic ceſſat iuris regula, & diſpoſitio. obliga-
tiones ex contractu, vel quaſi tranſeunt in hæredem. l. ex cõ-
tractibus. ff. de act. & oblig Et in terminis noſtris textus eſt in
§. vlt. Inſti. de locatione, & cond. dominus tamen, ſeu locator
non prohibebitur exigere mercedem, vel penſionem actio-
nibus competentibus. Quid ſi hæres erat ſocius, ſeu correus?
Incidimus in illam inſpectionem, an hæres facto inuentario
liberetur ab obligationibus mixtis, de qua per gloſſam, & aſta
tim Doctores in l. quæ dotis. ff. ſoluto matrimonio. & ſupra,
& infra in textu, quid ſi hæredis res ſint in prædio vrbano, an
tenebuntur locatori pro penſione? puta, eſt vxor hæres mari
ti, filius hæres patris. Dixi aliquid in §. item Seruiana. poſt Iaſ.
Inſti. de actionibus. Rurſus quid ſi hæres perſiſtat in prædio
non renuntiando locationi? vt, que ſi colonus viueret, cenſe-
retur reconduxiſſe per annum ſi eſt fundus, id eſt prædium
ruſticum. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati. Quod & in
eius hærede eſt admittendum. l. qui ad certum. eodem titu.
ſed cum facto inuentario hæres non cenſeatur hæres, poſſet
probabiliter dici non renouatam cõductionem, niſi hoc ex-
pediat hæredi. Verum & hic tu melius diſpice.
Vigeſimonono. Filia dotem retinet, ſeu deducit de bonis
paternis, ſi ex alijs bonis ſpes eſt, quod ſatisfiat creditorib. hæ-
43 reditarijs † ratio duplex eſt, quia dos eſt loco legitimæ, vt no
tatur per Cyn. Salyc & alios in Auth. res quæ. C. commu. de
leg. Ergo veluti legitimam poteſt deducere filius, vel filia Bal.
in l. filium quem C. fam. erciſ. & in l. ſcimus. C de inoff. teſt. ita
poterit filia dotem. Item quia dos erat quaſi in ære patris & t
viuentis. l. qui liberos. ff. de ritu nup. l. vlt. C. de dotis promiſſ.
Ergo tanquam creditrix filia eſſet, dotem præcipere potuit. §.
in computatione. vbi præcipue Bal. & l. debitori. C. de pactis.

Eſt & alia ratio, quia inuẽtarium res omnes deſcriptas habet,
ideo non poſſunt dicere creditores, nos decepti ſumus: quia
etſi poſtea oſtenderent ſe pręferendos, quod eſt vbi in fraudẽ
dos eſſet conſtituta, vel data l. ſi ſucceſſione. C. de reuoca. his
quæ in fraud. cred l. vlt. §. 1. ff. quæ in fraud. cred. tamen habẽt
indicem inuentarij, vbi res obnoxias reperire poſſunt.
44 Trigeſimo. Maritus † hæres vxoris, dotem ſaluam habet,
quam debet lucrari ex ſtatuto, vel pacto, vel conſuetudine. §.
illo, & ibi glo C de rei vxoriæ actione. In concurſu aliorum
creditorum vxoraliũ etiam hypotheca. Ratio eſt quia vxor
non potuit conſtante matrimonio dotem alienare. l. ſi pater
l. ſi prædium. C. de iure dotium. ſecus inuentario non facto,
quia maritus adeundo hæreditatem, ſe compenſauiſſet, cum
etiam teneretur de ſuo vltra vires. Quid ſi maritus conſenſiſ-
ſet vxori alienanti? Quid ſi ipſe alienaſſet, & poſtea hæres vxo
ris eſſet? Quid ſi paraphernalia non dotem alienauiſſet, vel
obligauiſſet vxor? vide in l. cum vir, vbi Bar. & Albet. ff. de vſu
cap. in l. hac lege. & l. vlt. C. de pac. conuẽ. in l. 1. & 2. C. ne vxor
pro marito. & ibi per Cyn. Bald. Salyc. & alios. Pendet & hoc
a tex. in §. in computatione.
45 Trigeſimoprimo. Hęredi † non obſtat ſcientia defuncti ad
præſcribendum. Ratio eſt, quia hæres facto inuentario non
cenſetur hæres, ſed extraneus, ſeu ſingularis ſucceſſor: cui ſin
gulari ſucceſſori non obeſt vitium defuncti. l. apud. §. de au-
thoris. ff. de doli mali, & metus exceptione. l. an vitium. § ex fa
cto. ff. de diuerſis, & temp præſcri. facit quod dicit ſubtilis, &
ingenioſiſſimus Baldus in l. filios C. de reuocandis his quæ in
fraud. cred. Obſtat, quia hæres non habuiſſet alias per ſuã ſuc
ceſſionem: Vnde conſidera ſi vere hæres per inuentariũ di-
ci poſſit ſingularis ſucceſſor. Non enim adhuc acquieſco.
46 Trigeſimoſecundo. Hæres † poſſidentis rem alienam, illã
præſcribit ſi dominus certioratus, vel citatus fuerit ad confe-
ctionem inuentarij. Quod pendet ab his, quæ ſupra retuli ex
Barto. in l. tutor qui. & l. chytographis. ff. de admin. tutorũ, &
conſequenter corrigitur in hoc puncto tex. in §. ſed tamen.
Inſtit de vſucap. Obſtat quia videtur hæres malæfidei poſſeſ
ſor, nec debuit ipſe curioſius eſſe quod dominus veniret. At-
tamen id dici poteſt vbi legitime fuit citatus, & per incuriam
intereſſe vel vendicare noluit, ſi quoque in inuentario præ-
ſens fuerit iudex. Quid in re depoſita, locata, commodata, an
vnquam hæres præſcribet? vtique non, cum deſit titulus, &
bona fides. l. 2. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum. l. 1. C. com-
munia de vſucap. ſi tamen hæres dominum citari faceret,
quæſtiones ſupra poſitæ eſſent agitandę, an hęres per inuen-
tarium fiat ſingularis ſucceſſor: Et an inuentarium factũ in-
teruentu iudicis, ſententię adiudicatricis vicẽ obtineat. Quã-
nis hic aliud obeſſe videtur hæredi, titulus ſcilicet vſucapien
di. l. diutina. C. de pręſcri. lon. temp. l. quęcunque. ff. de publi-
ciana. Periculoſę ſunt hæ duę vtilitates.
47 Trigeſimotertio. Creditor † chyrographarius ſuccedens
debitori ſuo, & alterius creditoris hypothecarij, poteſt citari
facere illum hypothecarium, atque ita rem hypothecatam ca
pere in ſolutum, propter beneficium inuentarij, alias citra in
uentarium, creditor hypothecarius agendo, excipiendo, &
reuocando potior eſſet. §. etſi pręfatam. l. eos. C. qui potiores
in pignore. l. pro debito. C. de bonis autho. iudicis. & hoc idẽ
exquiritur ſi hæres habeat poſteriorem hypothecam l. 1. C. ſi
48 antiq. cred. dicet aliquis. † A quo capiet hęres? Reſpõdeo vel
a curatore dato hęreditati iacenti: vel a iudice. Rurſus dicet.
Quomodo ipſe litigabit cum curatore, & ſic quaſi cum ſe ipſo?
Reſpondet Baldus in §. in computatione, liticula quędam
orietur inter hęredem, & hęreditatem iacentem, licet re-
ra non poſſit eſſe lis. l ſi ei cui ff. de euictio. Ex his habes ca-
ſum quo excluditur hypothecaria. Habes & alium, vt dicam
in §. etſi præfatam.
49 Trigeſimoquarto. Hęres † poteſt vendere vt ſoluat legata,
& credita in præiudicium vſufructuarij vniuerſalis; ratio eſt,
quia inuentarium dat hanc poteſtatem hęredi. §. & ſi pręfa-
tam. Ergo, non facto inuentario, adimetur facultas vendendi
hęredi ſaltem quoad legatarios, cũ ipſis ſoluere fructuarius
poſſit, & debeat: Corn. conſ. 195. lib. 4. vbi late hoc examinat.
Attamen non irrationabiliter diceretur, hęredem etiã nullo
facto inuentario ſoluendi ius habere etiam legata ex rerum
venditione. l. vlt. §. ſin autem ęs alienum. C. de bonis quæ li-
ris. l. ſi pecunia, de leg. 2. vide omnino Bar. in l. ſi quis ſeruum.
§. vlt. & l. ſeq. de leg. 2. vbi vr̃ diſcrepare a ſe ipſo in his, q̃ dicit
in l. vlt. ff. de vſu. & vſufr. leg. Certe vbi hęres facit inuentarium
faciliorẽ pręſtationem cõſequẽtur tam creditores q̃ legatarij,
cum ex inſpectione rerũ deſcriptarum in inuentario ſtatim
liqueat quid, & quantũ ſit in bonis, & quantũ ſit erogandum.
50 Trigeſimoquinto. Hęres † liberat ab omni promiſſione, q̃
defunctus feciſſet de ſe ipſo, vel de rebus, aut perſona hęredis.
Ratio eſt quia ex facto, vel contractu vnius, non obligatur
alius.

alius,l.3.C.ne vxor pro marito.l.inter ſtipulantem ff. de ver-
bor.oblig. Nec obſt. ꝙ filius hæres ſit: Nam illud eſt regulare:
vt paciſcens,vel quoquomodo tranſigẽs,cenſeatur promiſiſ-
ſe factum,& conſenſum cuiuslibet hæredis tam in lucro quã
in damno. l. ſi pactum. ff de probat.l neceſſarias.§. de venden
do ff de pig.act.l. ſtipulatio iſta.in princ.& ibi Bat. Caſtrenſis,
Alex. Are.& Iaſ. ff de ver.oblig Corneus conſil. 2.lib. 3. & itẽ
verum eſt, quod vbi hæres noluit hæres eſſe,prout præſumi-
tur noluiſſe quando fecit inuentarium, non valet promiſſio
defuncti,niſi quatenus ad hæredem perueniſſet.l.ex qua per-
ſona.ff.de reg.iur. Quid ſi defunctus contrahens renuntiauiſ-
ſet iuris auxilijs,puta beneficio cedendarũ, Epiſtolæ diui Ha-
driani, Auth.de duobus reis,an hæres faciens inuentarium re
cuperabit iuris auxilia? Non credo, quia inuentarium nõ tri-
buit lucra vltra ius commune.

51 Trigeſimoſexto. Hæres † cedens Ius hæreditatis fructuario
vniuerſali, duo poteſt conſequi emolumenta ex inuentario.
Primo transferre onus legatorum, & æris alieni omnino in
ipſum fructuarium,quamuis,ſi velit ſoluere etiam ex vendi-
tione rerum hæreditariarum,non veretur,vt nunc diximus.
l.vſufructu,& ibi Doctores.ff ad l. Falcidiam Deinde cautio-
nem vtendi fruendi arbitrio boni viri,& ſoluendi æſtimatio-
nem rerum conſumptibilium deſcriptarum in inuentario in
cunctanter recipere poterit.l.1.C.de vſufructu.§.conſtituitur.
Inſtit.de vſufructu nec poterit cauſari fructuarius. Res mino
ris valent. Res tot non ſunt in bonis,cum inuẽtarium fide pu
blica fiat ad libitum hæredis refragante quolibet alio.

52 Trigeſimoſeptimo. Quod finitimum eſt. † Hæres reſtituẽs
ex Trebelliano,confeſtim ſe exonerat,quaſi nun quam fuerit
53 hæres,& ſic inuentarium facit ceſſare illam regulam, † ſemel
hæres nunquam deſinit eſſe hæres.l.ait prætor.§.ſed quod.ff.
de minoribus. Quod verum puto in damnoſis,non in fauora
bilibus,veluti ſi tractetur de exiſtentia ſui hæredis. Bald.in l.ſi
paterna C.de reuoc.his quæ in frau.cred Quid tamen, prout
nunc dictum eſt,in fructuario,ſi hæres malit ſoluere legata,
& æs alienum, an per fideicommiſſarium inhibebitur? Sed
quis hoc dixerit,inhibendum hæredem? nemo ſane, cum ip-
ſe iure ſubtili ſit obligatus.§ reſtituta.Inſt.de fideic.hær.cum
que etiam vendere res poſſit,vt ſoluat.§.etſi præfatam.

54 Trigeſimooctauo. Quod adhuc finitimum eſt. Hæres ven
dens hæreditatem,transfert † omnia onera in emptorem. Sa-
lyc.Caſtren.& Corn in l.a.C.de legatis. Ratio eſt,quia per in
uentarium conſeruatur indemnis,& illæſus. Secus non facto
inuentario.d.l.2 & l.2.C. de hæredita. vel actione vend.l poſt
venditionem.C.de pactis. Sed nunquid & hic ſoluet legata,
& æs alienum de rebus hæreditarijs inuito emptore? Diſſimi
lis emptor eſt a fructuario,& fideicommiſſario,cum non per
miſſu defuncti vẽdiderit. Ideo emptor poteſt dicere. Mecum
contraxiſti. Redde omnia. Soluam ego ſi quid erit, niſi quis
dicat obtemperandum exigere volentibus ab hærede. Quid
ſi ipſe hæres erat creditor defuncti,an ſuam actionem ceſſiſſe
& vendidiſſe cenſebitur? Mouet quod nemo ſuam perſonam
in loquendo cenſetur incluſiſſe. Item, quia inuẽtarium ſecer
nit bona. Item conſeruat lucra. Contrarium veriſſimum eſt,
Corneus conſi. 14 lib.3.

55 Trigeſimonono. † hæres cedens bonis hæreditarijs non ha
bet neceſſe ſeruare ſolennia, quæ requiruntur in ceſſione, ꝗ
facit debitor principalis,& quod Iudicet bona, & ꝙ præſtet
cautionem,& quod creditor conſentiat,& quod iudex inter
ueniat l j.& per totum,& pręcipue.l.vlt.C qui bo.cedere poſ
ſunt.l.qui bonis.ff.de ceſſione bonorum. Ratio eſt: quia in-
uentarium ſecernit bona,vnde hæres dimittens bona defũn-
cti,in nullo alio moram,aut detrimentum patitur. Vnum di-
cit notabiliter Bal.in d.l.j.quod ſi hęres cedere velit bonis nõ
prohibebitur facto Inuentario,ſecus ſine inuentario,quia ꝑ-
ſumitur doloſus.§.ſancimus. Auth.de hær.& Falci. Quod re-
probat Anch.in reg peccatum.in 6.quia inuẽtarium non adi
mit commoda iuris communis.

56 Quadrageſimo. Filia † hæres patris non amittit ſuam dotẽ
vel reſiduum dotis,ſi hæreditas ſit minor dote. Alex.in l.ſi cũ
dotem. §. ſi pater. ff.ſoluto matrimonio. vbi dicit quod Do-
ctores hoc non tangunt. Et loquitur Alex.quando dos eſt ꝓ-
fectitia,& mouetur per textum in l. dotale.§ vlti.ff. de fundo
dotali. Ratio eſt quia filia non vt hæres, ſed vt creditrix eſt.
Bal.in l.2 C.ſi in frau.patroni. Et ſic habes vnum caſum, quo
profectitium non computatur in bonis paternis quo ad de-
trimentum filij,alium caſum habes in l.3.§.ſed vtrũ.ff.de mi-
57 noribus. vbi Bar. Idem dici poteſt in legitima † quam olim pr̃
viuens præueniens vltimum iudicium filio aſſignauiſſet. l. cũ
quo.§.vlt.ff.ad l Falcidiam. Nam cum ſemel abſceſſerit a bo
nis paternis,filius tanquam quilibet creditor extraneus legiti
mam ſaluam habebit. quod dictum eſt de dote, procedit fa-
cto inuentario. At hodie inquit ibi Alex. ſecus eſſet non fa-
cto inuẽtario, & conſequenter hodie correcta eſt d.l. dotale
quod ſummopere notandum eſt quia quotidianum. Et pen-
dent a prima regula ſupra in præludijs.

58 Quadrageſimoprimo. hæres † euitat Infamiam ſi credito-
res hæreditarij bona vendant,quoniam non venũdantur bo
na ſub nomine hęredis,ſed ſub nomine defuncti.§.1.Inſt.qui
bus ex cauſis manum. non licet.l.1.ff quæ in frau.cred. Ratio
eſt,quia inuentarium ſecernit bona,& perſonas.

59 Quadrageſimoſecundo, hæres † tanquam ſuſpectus nõ te
netur ſatiſdare,licet bona hæreditaria ſint exigua. Ratio eſt,
quia inuentarium hæredem eximit ab omni damno, & vexa
tione. Secus nullo facto inuentario, quia omnino cogeretur
cautos facere creditores, vel pignore, vel fideiuſſore, vel ſe-
queſtratione,vel chyrographaria cautione. l. in omnibus.ff.
de iudicijs.l.ſi fideiuſſor.ff.qui ſatiſdare cogantur.l. ſi credito
res.ff.de priuilegijs creditorum. vbi textus valde commenda
bilis. Bartol. Alexan.& alij in l.ſi finita.§ eleganter. ff. de dam-
no infecto.

60 Quadrageſimotertio, hæres † non tenetur de euictione ſi
res legata,vel alia data inſolutum euincatur legatario.d.§.etſi
præfatam. cum alioquin citra inuentarium hæres teneretur
de euictione,non ſolũ creditoribus habentibus cauſam one-
roſam: ſed etiam legatarijs.l ſi domus.§ 1.& ibi gloſ.Barto.&
Imola,de leg. 1. proinde facto inuentario ceſſant leges grauã-
tes hæredem ad præſtationem, & damnum euictionis: Quæ
omnia hic & alibi ſemper intellige, quatenus hæres nihil ex
hæreditate habeat, quia inuentarium eximit a damno, non
etiam lucrum affert, vt late poſt omnes congerit Hierony-
mus Gab.conſilio 125.

Quadrageſimoquarto. Quod quam proxime accedit præ-
61 dictis,hæres † ſi nolit in hæreditate perſiſtere non cogitur ſa
tiſdare legatorum,ſeu fideicommiſſorum nomine; Ratio eſt
euidens,quia Inuentarium liberat ab omni inquietatione. Si
tamen hæres non eſſet paratus ſatisfacere de eo,quod in hæ-
reditate reperitur,non euitaret ſatiſdationem, & miſſionem
bonorum, vt C.vt in poſſeſſionem legatorum.

62 Quadrageſimoquinto. Hæres † ſui correi non poteſt con-
ueniri ad ſolidum,neque ex ſua perſona, quia habet benefi-
cium. auth.hoc ita.C.de duobus reis.neque ex perſona cor-
rei defuncti quia non tenetur pro eo vltra vires.glo. Bar.Bal.
& alij,excepto Iaſ.qui aliqualiter diſcrepat,poſt Alb.in l quæ
dotis.ff ſoluto matrimonio. Alioquin nullo facto inuenta-
rio cogeretur ad ſolidi ſolutionem non obſtante quod dice-
ret, Ego habeo beneficium diuiſionis ex d. auth. hoc ita. Qđ
verum puto nullo facto inuentario,ſi maxime hæres conue-
niatur inſolidum nomine defuncti,quia eius hæreditas cen-
ſetur ſoluendo §.ſancimus. Auth.de hær.& falci. Quid ſi fuiſ-
ſet renuntiatum beneficio d. Auth. An per Inuentarium reui
uiſcet exceptio dicti beneficij? Et magis eſt vt non reuiuiſcat
quaſi correus hæres fideiuſſor ſolidi extiterit. Adde quæ di-
cam infra in textu,& in Antiphanucio.

63 Quadrageſimoſexto. Hæres † quemadmodum ex ſua per
ſona aliquid faciens,vel contrahens,vel tranſigens non iuua
tur inuentario.l.cum hæreditas j. ff. ad Trebellianum. ita ac-
quirens ius aliquod, vel actionem etiam reſpectu hæredi-
tatis,ſibi ſoli non alijs prodeſt, v.g. Cum creditore hr̃ditario
tranſegit,prædiũ hr̃ditarium,vel ſupellectilẽ pretioſam reti-
nens modico dato; Pecuniã hr̃ditariam ſub vſuris credidit,
vel in emptiones vtiliter collocauit, fundũ ſterilem fertiliori
ꝑmutauit. Hæc vtiq; omnia pertinebunt ad cõpendiũ hære-
dis,ſi nomine proprio geſſit.l.2.§.ſolet.ff.de hær. vel act. vẽd.
l. ſi hæres pecuniam.ff.ad Trebel. Cæterũ ſi nomine hęredita
rio,non ſemper ſibi quæret, veluti nec ſemꝑ damnũ ſentiet
hæres,ſi rem hr̃ditariam gerens,non ſua culpa hr̃ditatem mi
nuat,d.l.2 §.non ſolum & § ſi quid publici.not.per gl.& Do
cto.in d.l.ſi hæres pecuniam.in l.pro hærede. ff. de acq. hære.
Hęc inſpectio nonnihil pertinet ad aliud,an incrementa poſt
mortem contingentia ſalua ſint hæredi per inuentarium.

64 Quadrageſimoſeptimo. Hæres † facere ſtatim volens inuen
tarium,impediet vxorem defuncti, ne maneat in poſſeſſione
domus, & rerũ mariti pro conſeruatione ſuæ dotis. Rõ eſt,
quia cum inuentarium ſucceſſerit loco iuris deliberandi,po
teſt hæres iure proprio poſſidere vt in noſtra.l.vlt.§.pen. ver.
ꝙ ſi poſt ibi Fulg.C.de iure delib Si hęres poſſidet,ergo alius
poſſidere non poteſt.l.3.§.ex ꝯrio.ff de acq.poſſ. Alias nõ fa-
cto inuentario vxor põt morari in domo,& bon.poſſ. donec
ſibi de dote ſatisfiat. Romanus in l. qui iure familiaritatis. ff.
de acq poſſ.Bal.in l.cum tibi C.qui potiores in pignore. De
cius conſ.400. Idem ergo erit in filio facere volente inuenta-
rium,cuius mater,ſeu vxor defuncti relicta ſit fructuaria om
65 niũ bonorũ: Nã cum † talis vſusfructus reſoluatur in alimen
tis. gl.in auth.quod locũ.C.ſi ſecundo nup.mulier. Et ꝓinde,
ne venter patiatur dilationẽ,ſtatim vxor ſpõte ſua ingredi poſ-

ſit poſſeſſionem. Dec.conſ.418. quicquid dixerit Socinus cō-
ſilio 131. lib. 1. Certe ſi filius ipſe ſtatim velit facere inuenta-
rium, atque ita poſſidere, capellet vaorem, ſeu matrem ſuam.
Vtrunque dictum ſi verum eſt, plurimum notandum eſt, &
ad practicam deducendum. Quod non ſit verum, facit: quia
inuentarium non tribuit lucrum vltra ius commune. Quod
ſit verum, facit, quia hæres quaſi deliberans ſtatim poſſidet,
nec moram facit mulieri, quominus ius ſuum retineat. Vide
in l. vlt. C. quorum bon. & in l. vltima. C. quo. leg per Baldum.
Adde infra laax.
66 Quadrageſimooctano. Si hæredis † delinquentis bona cō-
fiſcentur intra tempus inuentarii, vel etiam facto inuentario
non veniunt bona hæreditaria. Ratio eſt, quia donec inuen-
tarium conficitur, hæreditas ſtat in ſuſpenſo, & tam adiri, q̃
repudiari poteſt, & quando confectum eſt, facit cenſeri hære
dem extraneum, & nunquam adiuiſſe. Modo ſic, confiſcatio
non trahitur neque ad futura, neque ad alienata. gl. in l. non
ad ea. ff. de conditio. & demonſtr. Roma. conſi. 247. Nellus in
tractatu bannitorum. quæſtione 30. Decius conſi. 442. & cō
ſilio 445 certe ſi hæres nondum adiuerit, vel etiam adierit cū
proteſtatione faciendi inuentarij, quod nondum expletum
fuerit, vtilitas procedit, ſin autem hæres adiuerit, & interim
propter delictum patiatur confiſcationem, vix eſt vt bona iā
ſimul commiata, & quæ amiſerunt nomen defuncti vt pote
tranſlata in nomen, & patrimonium hæredis iuxta tradita in
l. 1. §. veteres. ff. de acq. poſſ Separentur a cæteris bonis niſi qs
obiiciat illam regulam, Inuentarium ſecernit bona, & facit
cenſeri hæredem non adiiſſe. Adde quæ tradunt pleniſſime
Doctores poſt Bart. & Ang. in l. 1. ff. de vulg. & pup Huc enim
67 ſpectat Quid ſi hæres † intra tempus inuentarij contrahat, &
generaliter bona ſua obliget, an includentur bona defuncti?
Quod vtique non videtur, cum res aliena non poſſit obliga-
ri. C ſi aliena res pignori. Illud compertum eſt quod in præ-
iudicium creditorum hereditariorum, & legatariorum nihil
minuere poſſet hæres quantumuis mille faceret inuentaria.
l. prima. C de bon auth. iud poſſ. Quæſtio reuoluitur, ſi hæres
dum conficit inuentarium, vel etiam confecit, citra imminu-
tionem, contrahat, vel quaſi contrahat, quod etiam fit delin-
quendo. l. omnem ff. de iudiciis l. Imperatores. ff de iure fiſci,
in rebus hæreditariis prout in ſuis patiatur detrimentum ex
regula. l. in re mandata C. mandati.
Quadrageſimonono. Quod pertinet ad declaratione nu-
68 per dictorum. hæres † non efficitur dominus hæreditatis adi
tione propter inuentarium, ſecus nullo facto inuentario: Nā
aditione efficitur re vera hæres, id eſt dominus. § vlt Inſtit. de
hæred. qual. & diff. Item Mela. §. legis. ff. ad l. Aquil. l. cum hęre
des ff. de acq poſ. Dec. conſ. 653. certe ante aditam hæredita-
tem hæres neutro modo nec cum inuentario, nec ſine inuen
tario dominus eſt, nec quicquam iuris habet, niſi quod pōt
adire ſi vult. Et ſi quæramus an poſſideat, promptum eſt re-
ſpondere quod poſſidet, ſimulatque decreuit facere inuenta-
rium, cum & olim deliberans poſſideret. l. Ariſto. l. ait prętor.
ff. de iure deliberandi, vt dictum eſt, & dicetur.
69 Quinquageſimo. † Minor adiens cum inuentario non in-
diget reſtitutione, quia inuentarium eſt loco reſtitutionis, cū
vtrunque tendat ad conſeruandum minorem indemnem. l.
prima. ff. de minoribus. l. 1. C. ſi vt omiſſam hęreditatem. Inde
ſequitur q̧ minor ſolus, ſine tutore, vel curatore adire pote-
rit cum inuentario, cum hoc ei non ſit damnoſum, ſecus ſine
inuentario. §. neq; tamen Inſt. de auth tuto. Vide tradita in l.
potuit. & l. ſi infanti. C. de iure deliberan. & in §. pupillus. infra
in Auth. vel ſi demus adultum poſſe adire, & excurriſſe tem-
pus faciendi Inuentarij, reſtituetur in integrū aduerſus omiſ-
ſionem inuentarij gl. in l. auxilium ff. de minorib. Alex. conſi
lio 124. lib 4 Etiam ope replicationis, Alexan. in l. nam & po-
ſtea. §. ſi minor. ff de iureiurando. Decius conſil 445. num. 56.
Obſtat huic effectui, quia inuentarium non excludit a benefi
cio communi qualis eſt reſtitutio in integrum, Bald. in l. 3. C. ſi
minor ab hæred. ſe abſtin.
70 Quinquageſimoprimo, inuentarium † prodeſt hæredi, ne
interrogetur in iure, an hæres, & pro qua parte ſit: Qđ olim
fiebat per varias ambages, & circuitus, vt in tit. ff. de inter. act.
Nontamen inuentarium tollit omnino beneficium dicti tit.
ſed expeditiorem præbet exitum hæredi, & aliis.
Sunt & alij plerique effectus, reſultantes pręcipue ex latere
Ipſius hæredis: Quatuor præcipue referam circa fideiuſſio-
nem, ceſſionem, venditionem, excuſſionem.
Quinquageſimoſecundo, inuentariū prodeſt circa fideiuſ
ſionem. Diſtingue ſex caſus, aut fideiuſſor ſuccedit Reo ſeu
debitori. Aut reus fideiuſſori. Aut fideiuſſor ſuccedit credi-
tori. Aut creditor fideiuſſori. Aut reus ſuccedit creditori.
Aut creditor Reo.
71 Primus † caſus eſt qn̄ fideiuſſor ſuccedit debitori ſeu reo.
Diſtingue, aut fideiuſſor conuenitur nomine proprio, & tūc
non iuuatur inuentario quominus teneatur inſolidum perin
de ac ſi non adiuiſſet, ratio eſt. quia inuentarium non tribuit
lucrum vltra ius commune. Quid ſi fideiuſſor dicat: Excute
bona defuncti, quæ ipſe habeo. i. conueni me prius nomine
defuncti iuxta. auth. præſente, C. de fideiuſſoribus? nō puto au-
diendum hæredem. auth. hoc ſi debitor C. de pignorib. niſi
q̧ hæres cedi ſibi faciet actiones ꝯ hæreditatem iacentē, qua
ſi defunctus adhuc viuat. l. 2. l. mandati. l. ſicut. C. de fideiuſ. qđ
ergo ſi non cedat actiones creditor, an fideiuſſor creditor a-
ctionis mandati, deducet quātitatem ſolutam? Et hoc magis
eſt §. in computatione. Quid ſi nondum eaegit creditor, an
fideiuſſor quaſi ſoluerit, deducet? Obſt. quia nondum eſt na-
ta fideiuſſori actio mandati. Vnde ſuccedit, q̧ ſi fideiuſſor nō
agit mandati ꝯ reum, niſi prius ſoluerit. l. ſi pro ea. C. manda-
ti. ſi non agit mandati, atque ita nondum nata eſt actio, ergo
quantitas huius actionis non poteſt deduci. Nam tex. in §. in
computatione. loquens in actionib. quas poteſt deducere hę
res creditor, eſt intelligendus de actione iam orta, & minuen
te bona defuncti. Subtilis, & vtilis eſt hæc indagatio. Opinor
autem q̧ ſi quoquomodo periculum immineat, non impro-
72 bè vtetur fideiuſſor hæres retentione, † ſeu deductione; cum
& alias habeat fideiuſſor mandati actionem licet nondū ſol-
uerit, & quatuor caſus refert gloſ. ſingul. in d. l. ſi pro ea. cum
ibi traditis per Bar. Bal. & alios. Optime facit tex. in l. hæredi-
tarium. ff. de bon. auth. iud. poſ. Aut fideiuſſor conuenitur no
mine defuncti, & tunc non conuenitur vltra uires hæredita-
tis, quia tunc non ſuſtinet vicem fideiuſſoris, ſed eſt quaſi qui
libet hæres hæreditatis oneroſæ. §. etſi præfatam. Dy. & Bart.
in l generaliter. ff. de fideiuſſorib Idem Bar. in l. Stichum. § q̧
vulgo. ff. de ſolutionib. Quid ſi defunctus non tenebatur effi-
caciter, an quemadmodum defunctus, ſi viueret, non conue
niretur oppoſita exceptione: Ita fideiuſſor hæres ſe tuebitur?
ſi conueniretur fideiuſſor nomine defuncti, omnes exceptio
nes, & auxilia rei ſibi prodeſſent l ex perſona. ff. de fideiuſ. Sin
autem conueniatur nomine ſuo, ſibi non opitulatur inuenta
rium quominus conueniatur inſolidum, licet hæreditas non
ſit ſoluendo. Faciunt tradita per Bar. in l. Marcellus, & ibi quo
que Caſtrenſis. ff. de fideiuſſorib. ſed an hoc caſu fideiuſſor de
ducet de hæreditate quantitatem ſolutam ex §. in computa-
tione? Mouet q̧ nullam habet mandati actionem d. l. Marcel
lus. Ex ꝯtrario, quaſi creditor naturalis obligationis, ſaltem vte
tur retentione. l. debitor ff ad Trebellianum. maxime ſi natu
ralem obligationem ſibi cedi faciat a creditore. l. ſi eius ff ad
Treb Contra prædicta omnia facit quatenus dictum eſt fide-
iuſſorem poſſe conueniri nomine ſuo, & quidem inſolidum
licet interdum non deducat, neque agat mandati, quia aditio
73 ne hæreditatis † confunditur obligatio, maxime acceſſoria,
qualis eſt fideiuſſoria l. generaliter ff. de fideiuſſorib. Reſpon
deo. Extinguitur obligatio fideiuſſoria, quando non intereſt
creditoris, ſecus ſi intereſt l. hæres a debitore. § rei ro. ff de fi-
deiuſ. d. l. Stichum. §. aditio. ff. de ſolutionib. prædictis adde
Cyn. in d. §. in computatione, & Bald. in l ſi vxor. C. de bonis
auth iud. poſſid.
Secundus caſus eſt qn̄ reus ſuccedit fideiuſſori, diſtingue
74 ſimiliter: aut reus hæres † conuenitur nomine proprio, & nō
eſt tractandum de inuentario: aut cōuenitur nomine fideiuſ-
ſoris, cui eſt hæres, & tunc quaſi quilibet extraneus hæres nō
tenetur vltra vires. d §. etſi præfatam. Dicet aliquis. Qūo pōt
conueniri reus nomine fideiuſſoris? Non ne aditione confu-
ſa ēſt obligatio fideiuſſoria. l. debitor. ff. de ſepar. l. cum reus. ff.
de fideiuſſoribus? Rn̄deo, extinguitur obligatio fideiuſſoria
niſi interſit creditoris l. debitor. ff. de ſepar. l. hæres a debito-
re §. q̧ ſi hic ſeruus. ff. de fideiuſ. Bal in d. l. ſi vxor. C. de bonis
auth. iud. poſ Ex quo liquet, q̧ ſi reus non tenebatur efficaci-
ter, non confunditur neq: perimitur obligatio fideiuſſoria fa
cto inuentario, vel non Nunquid ergo reus conuentus nomi
ne fideiuſſorio augebit hæreditatem fideiuſſoris de bonis ꝓ-
priis, maxime ſi alio exiſtente hærede fuerat illaturus?
Tertius caſus eſt quādo fideiuſſor ſuccedit creditori Quę
75 ritur de duobus. Primo an † fideiuſſor a ſe ipſo poſſit exige-
re. Secundo an conuenire poſſit reum ex ſua perſona vel ex
perſona creditoris. Quoad primum videtur quod fideiuſſor
ſe ipſum conuenire poſſit, quoniam facto inuentario dupli-
cem perſonam ſuſtinet, ſuam, & defuncti. Bald. in d. l. ſi vxor.
Facit tex. in l. ſi ei cui. §. primo ff. de euictionibus. Inferet ergo
fideiuſſor quantitatem debitam, & augebit hæreditatem cre
ditoris. Et ſic in bonis propriis fiet pauperior, in bonis hære-
ditatis locupletior. Quod proderit creditoribus hæredita-
riis & legatariis; Non tamen opinor cogendum ab eis infer-
re, maxime ſi ex auth præſente. C. de fideiuſſ. prius debeat ex
curere principalem. Quoad ſecūdum ex tex. in d. l hæres a de
bitore §. vlt. ff de fideiuſſ. reſpondetur, quod prius debet con-
uenire

uenire Reum ex perſona creditoris, & ſic actione principa-
li, quam ex ſua perſona & ſic actione mandati, cum actio mã
dati, ut prædiximus, non detur fideiuſſori, niſi poſtquam ſol-
uit. l. ſi pro ea. C. mand.
Quartus caſus eſt, quando creditor ſuccedit fideiuſſori, quę
76 ritur de iiſdẽ duob. an † creditor a ſeipſo exigere poſſit: & an
reum ex ſua, vel fideiuſſoris defuncti perſona conuenire poſ-
ſit. quoad primum, cum inuentarium ſecernat bona, & duas
perſonas repræſentet; non inſubtiliter dicetur, creditorem
hæredem ſibi præcipere poſſe quantitatem debitam ex bo-
nis fideiuſſoris defuncti maxime ſi ſit renũtiatum beneficio
auth. præſente, uel ſi alias non ſit facienda excuſſio, vnde in-
fertur vnum mirabile ex confectione inuentarij, quod credi
tores hæreditarij, & legatarij tanto minorem portionem fe-
rent, quantum detrahit obligatio fideiuſſoria ex diſpoſitio-
ne d. §. in computatione ſecus nõ facto inuentario: quia om
nino cõfuſa eſſet obligatio, & actio. l. Vrannius. §. quod ſi cre
ditor ff de fideiuſſorib. Quoad ſecundum verius eſt ut con-
ueniat prius reum ex ſua perſona, quam ex perſona defuncti
actione mãdati. d. l. hæres a debitore. §. vlt. ff. de fideiuſſorib.
Quintus caſus eſt qñ debitor ſeu Reus ſuccedit creditori.
77 † Porro circa inuẽtarium fideiuſſor omnino olim, & hodie
eſſet liberatus. d. l. hæs a debitore. §. quod ſi ſtipulator. & d. l.
Vrannius. ff. de fideiuſſo. & l. Stichum. §. aditio. ff. de ſolu. qñ
non poteſt quis ꝓ ſeipſo apud eundem eſſe obligatus; ideſt,
reus hæres creditoris, fruſtra peteret a fideiuſſore quod reſti
tuturus eſſet eidem fideiuſſori actione mandati. l dolo ff. de
doli mali, & met. exceptio. At facto inuẽtario, hæſitatur: qñ
duas perſonas ſuſtinet hæs, & patrimonia ſunt ſeparata. Ego
ſane, ſi Reus hæres ſit ſoluendo in bonis ꝓprijs, & obſtrictus
ſit mandati: puto ad nihilum cogendum fideiuſſorem etiam
ſi nomine creditoris defuncti conuenietur: ſinautem non ſit
ſoluendo hæres, nec teneatur mandati; iuris rigor nõ liberat
fideiuſſorem quominus nomine creditoris cõueniri queat.
Ratio eſt, quia Reus hæres non cenſetur ſolus, cum etiam re
præſentet perſonam defuncti, qui defunctus, ſi viueret, uel q
libet alius eius hæres fideiuſſorem conuenire poſſet. l. ea cõ-
tractibus. ff. de actionibus, & obligationibus. ſed obſtat; quia
inuentarium non tribuit lucrum vltra ius commune. vtrin-
que multa dici poſſent.
78 Sextus & vltimus caſus eſt, qñ creditor ſuccedit Reo. † tunc
pariter citra inuentarium olim, & hodie fideiuſſor liberatur.
d. §. aditio. & d. l. Vrannius. ſinautem creditor ſit hæres cũ in
uentario, & conueniat fideiuſſorem nomine ꝓprio, non hæ-
reditario ꝓprium eſt dicere non liberari fideiuſſorem: niſi
forte hæditas rei ſoluẽdo eſſet, & obſtricta eſſet actioni mãda
ti. Sed & ceſſante actione mãdati, ſi maxime hæditas rei prin-
cipalis ſoluẽdo ſit, æquitati parũ congruit, fideiuſſorẽ, q gra-
tuitam obligationem ſuſcepit, ſuę liberalitatis, & gratificatio
nis damnum pati. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de pet. hæred.
l. ne ex liberalitate. ff de re iud. Itẽ inuentariũ non tribuit lu-
crũ vltra ius cõe. niſi dicas in hoc, & ſuperiore caſu lucrũ tri
bui vltra ius cõe hæredi facienti inuentarium, qñ ex ſua per-
ſona uult lucrari, non ſi ex perſona defuncti. cogita, quia hæc
ſunt poſita in frontiſpicio ſubtilitatis, nec minus ſequentia.
Quinquageſimo tertio inuẽtarium prodeſt circa ceſſionẽ.
Diſtingue eoidẽ ſex caſus. Aut cedens ſuccedit ceſſo, aut ce-
ſſus cedẽti. Aut cedẽs ſuccedit ceſſionario, aut ceſſionarius
cedẽti. aut ceſſus ſuccedit ceſſionario, aut ceſſionarius ceſſo.
79 Ante omnia ſciẽdum eſt, ꝙ duplex eſt ceſſio, † altera legis,
qualis eſt illa, quam inducit S. C. Trebellianũ in reſtitutione
hæditatis. l. 1. ff ad S. C. Trebellianum altera uero hominis, &
hæc ſit dupliciter, aut per ſtipulationem, quo caſu trium pſo-
narũ & interuẽtus & conſenſus exigitur, cedentis, ceſſi, ceſ-
ſionarij. debet. n. debitor ceſſus promittere ceſſionario p ſti-
pulationem: & ſtatim cedẽs liberatur perinde ac ſi ſoluiſſet.
80 l. 1. l. nec creditoris C. de nouationib. † Quippe cum ceſſio p
ſtipulationem ſit loco ſolutionis. l. pupillo ff. de ſolut. & iſta ꝓ
prie appellatur delegatio. d. l. 1. l. delegare. 1. ff. de nouationib.
aut ſit ſine ſtipulatione: quo caſu non requiritur conſenſus
debitoris ceſſi, nec ſcientia, cum poſſit habens actionem, ſeu
nomen quodlibet, illam, vel illud cedere & transferre in quẽ
libet. d l. 1. C. de nouationibus, & loquitur totus titulus. ff. &
C. de hæreditate, vel actio. vendita. hæc aũt ceſſio non eſt lo-
co ſolutionis. glo. in l legaui. ff. de lib. legata. Decius conſi. 99.
qñ ceſſus utriq; eſt obligatus, cedenti, & ceſſionario. l. 3. C.
de nouationib. Item cedens adhuc remanet obligatus ceſ-
ſionario, & interdum alijs perſonis; puta ſi venderet hæredi-
tatẽ; nam nihilominus creditorib. hæreditarijs eſt obligatus.
l. 2. C. de hæred. uel actione uendi. niſi faciat inuentarium, vt
ſupra dixi ex traditis per Doctores in l. 2 C. de legatis.
81 Primus caſus eſt qñ cedẽs ſuccedit ceſſo. diſtingue, aut ceſ-
ſio facta eſt ante mortem, aut ante aditionem, aut poſt adi-
tionem. Primo tempore ſi quidem reſtituta, vel uendita fue
rit hæditas, nihil agitur, quia in hæreditate uiuẽtis omnis pa-
ctio, & inuentarium interdicitur. l. vlt. C. de pactis. ſinautem
ſit actio, vel nomẽ, aut facta eſt delegatio. i. nouatio. & onus
huius actionis eſt æs alienum hæreditarium, ꝙ tenebitur in-
tegre ſoluere hæres cedens ceſſionario ultra vires, ſi non fe-
cerit inuentarium, ut in noſtra. l. vlt. §. cum igitur, & §. ſin ue
ro poſtquam & §. ſinautẽ hoc. Aut eſt ceſſio ſimplex. & tũc
ſubtilitates, & iuris apices ſe obtrudunt, an cedens, q poſtea
ſit hæres, iuuetur inuentario, quod iuuetur, facit, quia nihilo-
minus retinet directas, cum iura incorporalia ſint inſeparabi
82 lia, gl. in l. 3. ff pro ſocio. l. quis ergo caſus, ff. de peculio. cũ † re
tineat directas, ſequitur ꝙ illas inuentare poſſit, licet veniat
contra ſuam ceſſionem, ſeu factum propoũ. l. ſi pater. C. man
dati. l. ſi delegatio. quæ eſt l. tertia. C. de nouationibus. Vnde
cum inuentarium ſecernat bona; & non patiat actiones con
fundi, ſequitur ꝙ ſi cedens illas detrahat tanquam creditor,
oberit ceſſionatio, q minorem ex hac detractione reperiet
hæreditatem debitoris ceſſi. Proderit ergo iuris ſubtilitate
83 inuentariũ, ſed ex æquitate non proderit, cum cedẽs † tenea
tur de euictione ceſſionatio. l. qui tibi. C. de hæred. vel actio-
ne uendi. Decius conſi. 102. & maxime non proderit ſi dire
ctæ actiones ceſſæ ſint, atque ita ceſſionarius factus ſit procu
rator in rem ſuam. l. emptor. lege pen. C. de hære. uel actione
vendi. Secundo tempore, ſi quidem reſtituat hæres hæredi
tatem ex Trebelliano, omnia onera tranſeunt in fideicom-
miſſarium facto inuentario, ſecus non facto inuentario, quo
84 niam creditores † hæreditarij, & legatarij duos habent debi-
tores, hæredem, & fideicommiſſarium. l. prima. §. ſi is qui. ff.
ad Trebellianum, & ſupra fuit expoſitum. Si uero hæres uen-
dat, in emptorem non tranſeunt onera, cum adhuc hæres re
maneat obnoxius. l. ſecũda. C. de hæred. vel actione vendita,
niſi fecerit inuentarium, Salycetus in l. ſecunda. C de legatis,
& ſupradixi, & hæc de fideicommiſſario & emptore locum
ſibi vendicant tertio tempore poſt aditionem, quamuis tũc
hæres magis ſit obſtrictus. l. ſecunda. & alibi ſæpe ff de hære.
uel actione uendita, dum tamẽ ſciamus, ꝙ hæres antequam
adeat non poteſt cedere ius adeundi licet qñq; tranſmittat
hæreditatem. Decius conſi 443. num. 29. ſed ſane actus reſti-
tuendi, uel vendendi inducit aditionem. l. pro hærede. ff. de
acq. hæreditate, niſi alia coniectura ſumi poſſit. Crauetta cõ
ſi. 197. ſinautem hæres cedat nomẽ particulare, intereſt utrũ
p ſtipulationẽ, & ſic fiat nouatio, ſeu delegatio, ut tunc non
proſit inuentarium, quaſi hæres delegans nunquã fuerit cre
ditor defuncti, an per ceſſionem ſimplicẽ, & tunc incidimus
in idipſum, an quia hæres cedẽs retinet directas, & ſic rema-
net creditor hæreditatis, poſſit ſibi ꝓdeſſe, & ceſſionario ob
eſſe per inuẽtarium. Puto aũt non obeſſe ſi teneatur de eui-
ctione, & directas tranſtulerit, ut prædixi. Tertio tempore, ſi
quidem hereditas reſtituatur, vel uendatur ſupra reſpõſum.
85 Quid † ſi donetur hæreditas, an ſi ſit oneroſa, tenebitũ dona-
tario hæres de euictione non confecto inuentario? & hoc vi
detur, quia culpa carere nõ videtur, iuxta tradita in l. Ariſto.
§. ult. ff. de donationib. ſi vero nomẽ particulare cedat hæres,
ſibi imputet, ſi non deduxit ex hæreditate iuxta. § in compu-
tatione. maxime ſi delegauerit. Et hoc quoad præiudiciũ ceſ
ſionarij: ſecus quoad præiudiciũ creditorũ hæditariorũ, & le
gatariorũ nam eis obiicere poteſt hæs. quod meum eſt po-
tui deducere, & vendere pp beneficium inuẽtarij. quid ſi hæ
res cedat nomen, ſeu actionem, nõ ſuam ſed hæreditariam?
non valebit ceſſio in præiudicium creditorũ hæreditariorũ
& legatariorum. l. 1. C. de reuocandis his quæ in frau. cred. l. 5.
C. de bonis auth. iudicis poſſ ſinautem vni ex creditorib hæ
reditariis, uel legatariis nomen hæreditarium ceſſerit ſeu de-
derit in ſolutum, valebit ceſſio ſimplex uel per ſtipulationem
nec tenebitur hæres de euictione §. & ſi præfatam.
86 Secundus caſus eſt qñ † ceſſus ſuccedit cedenti, ſiquidem
ſit hæditas, illam non acquirit ceſſionarius, quia ceſſus, de cu
ius hæditate agitur, adhuc erat, & eſt in humanis. l. 1 ff. de hæ-
red. uel act. vend Nec obſtat ꝙ debeat approbare factum de
functi, cui eſt hæs. nam tale factum eſt ꝯ bonos mores. l. vlt. C.
de pact. & præterea nec rem modicam, nedũ totum hæredis
ſui quis põt obligare l. aſſiduis. C. qui potio. in pig. hab ſinau-
tem ſit ceſſio actionis, vel iuris particularis, aut facta eſt dele-
gatio, & non prodeſt inuentarium ceſſo, quia hęc eſt obliga
tio ipſius ceſſi, quæ amplius non tangit hæreditatem ceden-
tis. l. 3. ff de nouat. aut eſt ſimplex ceſſio, & tunc ceſſus faciens
inuentarium poterit ex perſona cedentis, cui remanſerũt di
rectæ, niſi & ipſæ ceſſæ ſint, deducere quantitatem ceſſam d.
l. 3 C. de nouat. ſed obſtat, quia fruſtra deduceret, quod mox
ſit reſtituturus. l. dolo. ff. de doli mali & metus except.
87 Tertius caſus eſt qñ cedens † ſuccedit ceſſionatio, ſi quidẽ
eſt hæreditas reſtituta, vel vendita, tunc triplex poteſt con-

ſiderari inuentarium. Vnum, quod olim cedens feciſſet hęre
ditatis ceſſæ, aliud ceſſionarij, puta ſi fideicommiſſarius cuis
facta eſt reſtitutio ex Trebelliano, fecerit inuentarium.
Tertium eiuſdem cedentis, qui nouiſſime ſit hæres ceſſio
narij. Omnia hæc tria inuentaria ſine dubio proſunt cedenti
omnibus temporibus, vt per ſe perſpicuũ eſt, & liquet ex ſu-
perioribus. Si vero eſt actio, vel nomen, aut facta eſt delega-
tio, & tunc cedens nõ vtetur deductione, cum omne ius ſuũ
transtulerit. l. 1. ff. de nouat. Aut eſt ſimplex ceſſio, & tunc ſu-
mus in eadem ſubtilitate, de qua ſupra, per tex. in l. 3. C. de no
uationib. in l. ſi pater. C. mandati.
Quartus caſus eſt, quando ceſſionatius ſuccedit cedenti.
88 Si quidem † eſt hæreditas reſtituta, vel vendita, prodeſt inuẽ
tarium ceſſionario tam cedentis antequam cederet, ex tradi
tis in l. 2. C. de legatis. quam ſuum ipſius, vel hęreditatis ceſſę,
vel multo magis hæreditatis ipſius cedentis. Vnde & hic tria
inuentaria poſſunt interuenire, duo hęreditatis ceſſæ, Tertiũ
hæreditatis ipſius cedentis, vt per ſe patet, quamuis nõ cuiuis
homini contingit adire Corynthum. Nec me latet quod poſ
ſet dubitari an emptor hæreditatis debeat, vel poſſit facere
inuentarium, ſi venditor maxime non fecit, & an ipſi vendito
ri proſit inuentarium.
Quintus caſus eſt quando ceſſus ſuccedit ceſſionario. Ad-
89 uerte † ſi quidem eſt hæreditas, non eſt inquirendum. q a ceſ
ſus, de cuius hæreditate agitur, viuit. Si vero non eſt nomen,
vel actio, Aut facta eſt delegatio, & tunc perinde eſt ac ſi de-
bitor obligatus efficaciter, & principaliter ſuccedat credito-
ri. Nec eſt tunc quærendum de inuentario; quoniam hæres
debitor quantitatem inferet hæreditati licet fecerit inuenta-
rium, cum inuentarium non tribuat lucra vltra ius commu-
ne. Aut ceſſio ſimplex, & tunc quęri poſſet an quia ceſſus eſt
etiam obligatus cedenti. d. l. 3. de nouatio. poſſit vti deductio
ne ex § in computatione. maxime ſi nullum ex tribus inter-
ueniat, de quibus in eadem. l. 3.
90 Sextus caſus eſt quando ceſſionarius † ſuccedit ceſſo. Si
quidem eſt hæreditas, tunc poſſet ambigi, illam habeat ex
ceſſione, an vero ex ſua ſucceſſione, quod magis eſt. d. l. vlt. C.
de pactis. Si vero eſt nomen vel actio, etiamſi facta eſt delega
tio, non videtur Inuẽtarium prodeſſe, quod ceſſionatius ſuc-
cedendo ſibiipſi ſoluerit, & ſic interuenit vnum ex illis trib.
de quibus in d. l. 3. Niſi forte quæſtio vẽtiletur quando ceſſio-
narius faciat Inuentarium hæreditate nondum adita nam ſo
la aditio, non etiam poteſtas adeundi vim habeat ſolutionis.
l. Stichum § aditio. ff. de ſolut.
Quinquageſimoquarto inuentarium proficit circa aliena
tionem. Alienationis vocabulum late patet. l. vlt. C. de rebus
alienis non alienandis. l. alienationis. ff. de verbo. ſignif. Eſt do
natio, eſt mutuum, pignus, vſusfructus, renũtiatio, ſolutio, eſt
venditio, cui plurimum aſſimilatur permutatio, & datio inſo
lutum. l. vlt ff. quibus ex cauſis in poſſ. eatur. Ego vero ne men
tem diſtraham, ad venditionem me reſtringam, an ſcilicet, &
quando, & quomodo res vendita poſſit retrahi, ſeu vendicari
beneficio inuentarij, maxime per filium, cuius rem pater vẽ-
didiſſet. Diſtingue eoſdem ſex caſus, aut dominus ſuccedit
venditori. Aut venditor domino, aut dominus ſuccedit em-
ptori, aut emptor domino, aut venditor ſuccedit emptori,
aut emptor venditori.
Ante omnia ſume aliquot regulas. Prima eſt, venditor te-
91 netur de † euictione licet nihil promiſerit. l. non dubitatur. C.
de euictionib. l. ex empto ff. de act. emp. Fallit ſi emptor ſci-
uerit rem fuiſſe alterius. l. ſi fundum. C. de euictionibus. Alia
92 regula eſt Quem de euictione † tenet actio, eundem agentẽ
repellit exceptio. l. vendicãtem. ff. de euictionibus. Finge Pa-
ter meus vendidit rem meam emptori ignoranti. Succedo
patri meo. Volo rem vendicare. Potero ne? Minime: quia ſi
pater meus alij vendidiſſet, teneretur de euictione, veluti, &
ego hæres eius teneor. l. ex contractibus. ff. de act. & obl. Ergo
93 & agẽs ſeu vendicans repelli debeo. Alia regula eſt. hæres † te-
netur approbare factum defuncti ſeu, non poteſt venire con
tra factum defuncti, l. cum a matre. C. de rei vendic. cui cõci-
nit alia regula. Hæres non poteſt allegare turpitudinem de-
functi, veluti nec ſuam. l. filios. C. de reuocandis his, quæ in
frau. cred. l. ſi creditoribus. C. de ſeruo pig. dato manu. l. cum
profitearis. C. de reuocandis donat. Ratio eſt, quia hærea, &
defunctus ſunt vna, & eadem perſona. l. hæredem. & ibi gloſ.
ff. de regul. iur. Vnde quemadmodum defunctus non poſſet
venire contra factum ſuum, nec propriam allegare turpitudi-
nem. l. poſt mortem. ff de adop. Ita nec hæres. l. Seia. ff de euic.
Quæ regula eſt vera, quando quis vt hæres vult contrauenir-
re, ſecus ſi non vt hęres, ſed vt creditor. Bal. in l. 2. C. ſi in frau.
94 partoni. dicens ꝙ vbicunque † non deſcendit obligatio in fi-
lium vt hæredem, ſemper filius venit cõtra factum defuncti
per gloſ. ſingulariſſimam in l quæſitum §. vlt. ff de precario.

Alex. conſi 38. lib. 3 Curtius Senior conſi. 1. Crauet. coſ. 200.
Item fallit hæc regula, quando factum eſt contra legem, quo
caſu interdum & defunctus venit contra factum proprium.
l. quemadmodum. C. de agr. & cenſitis. lib. 11. Bal. in l. cum a
matre. C. de rei vend Aret. cõſi 123. Quarta regula eſt. ex qua
perſona quis lucrum capit, eius factũ præſtare debet. l. ex qua
perſona ff de reg iur. Hinc eſt ꝙ ſi creditor ſuccedit debito-
ri, pro ea portione, in qua eſt hæres, nihil poteſt cõſequi, quõ
adeundo ſui debitoris hæreditatem, ſe videtur compenſauiſ-
ſe, ſibi q; ipſi ſoluiſſe. l. ſi ab eo. C. de lib cauſa. l. pen C. de hære
ditariis actionib. l. ſi ab eo. C. de neg geſt. l. ſi vxor, vbi pulchre
& ſubtiliter Bal. C. de bonis auth. iud poſ. Huic regulæ conſo
nat alia regula, qui ſentit commodum, debet etiam ſentire in
commodum. l ſecundum naturam. ff. de reg. iur.
95 Primus caſus eſt, quando dñs ſuccedit venditori. † Sed, ut
dixi. verba præcipue dirigam ad filium, quoniam ſtatim appa
rebit quid in aliis iuris ſit. Neque nunc quæram quãdo filius
patre adhuc viuo poſſit, vel velit retrahere, de quo per Bald.
in d. l. cum a matre. & in §. in computatione. & in l. prima. C.
de bonis maternis.
96 Primo filius † ſe abſtinens ab hæreditate patris, rem ſuam
caſtrenſis peculij, vel aduentitij, poteſt citra aliquod obſtacu
lum vẽdicare, neque hoc caſu requiritur inuentarium: quia
licet nomine hæres ſit, tamen reuera eſt alienus ab hæredita
te. l. 1. & ibi glo C. ſi minor ab hæredi. ſe abſtin. Vnde cum nõ
ſentiat lucrum, pariter non debet rei ſuæ iacturam pati. Pro-
batur expreſſim in l. cum a matre, ibi ſi matri nõ ſucceſſit. C.
de rei vendicat & l. ſi fundum, ibi neque ei ſucceſſiſti C. de re
bus alie non alienan l. 1. C. de bonis maternis. l. 2. 3. C. de reuo
ca. his, quæ in frau. cred. Idem dicas de quolibet alio hærede,
qui legitimam, vel teſtamentariam ſucceſſionem repudiaue-
rit, cum nulla prædictarum regularum locum habeat: Sin au-
tem pater venderet rem ſuam, nihil retraheret filius. l. ſi nos.
C. de reuoc. his quæ in frau. cred. vide omnino Bal. in l. 2 C. ſi
in fraud. patroni. l Polla C. de his quibus vt indi.
97 Secundo. Filius † inſtitutus in re certa, non prohibetur ven-
dicare rem ſuam; Nam, cum onera hæreditaria non tranſeãt
in ſingularem ſucceſſorem, ſiue is filius ſit, ſiue alius, & ſiue
iure legati, ſiue inſtitutionis ſuccedatur. l. 1. § ſi hæres. l. ſi quis
priore, & vtrobique Bart. Ang Comen. Caſtren. Alex. & alii.
ff. ad Sen conſ. Trebel. Non eſt mirum ſi filius exceptione nõ
poteſt ſubmoueri. Iſta enim exceptio, quam proponit poſſeſ
ſor conuentus, eſt onus hæreditarium. ꝙ filij cohæredem vni
uerſalem proximos onerat, ſi tamen cohæres repudiaret, filius
repelleretur, ex eo ꝙ inſtitutio rei particularis, cohærede nõ
adiecto, vel repudiante, trahitur ad uniuerſum. l. quoties, ubi
glo Bal & Saly. C de hæredi inſtit. l 1 §. ſi ex fundo, & ibi late
Imo. ff. eo. tit. de hæred Inſt. Et præciſe in terminis noſtris, vt
filius rei certæ ſucceſſor, cohærede adeunte, non repellatur,
volunt Bal. Caſt. & alij in d l. cum a matre, Cyn. Iac. de Beluiſ.
Bario. Bald. Angel Salyce. Fulgo. Caſt. Alexan & Corneus in
dicto §. in computatione. Ruinus conſilio 186 lib. primo, &
conſil. 51 & conſ. 54 lib. 2. Giochus in repet auth. nouiſſima.
q. 23 C. de inoffi. teſtam.
98 Tertio. Filius † inſtitutus in quota bonorum, ſeu ſimplici-
ter in ſua legitima titulo particulari, non vniuerſali, ęque ven
dicat, ac ſi in re certa fuiſſet inſtitutus, ob eandem rationem,
quia quota bonorum vel legitima intelligitur detracto ære
alieno. l. Papinianus. § quarta. ff de inoffi. teſta. Ita omnes Do
cto. ſupradicti in d. l. cum a matre. vbi etiam gl. & in d § in cõ
putatione. nec requiritur ꝙ filius inuentarium fecerit, cũ in
eum onera non tranſeant. inde eſt ꝙ ſucceſſor bonorum ẽt
99 † vniuerſalis non tenetur ad onera licet inuentarium non fe-
cerit, Bart. conſ. 157. Craue cõſi. 139. nu. 5. Aget ergo emptor
pro ſua indemnitate aduerſus filij cohæredẽ & ſiquidem co-
hæres iſte non fecerit inuentariũ, inſolidum reſarciet empto-
rem: ſin autem fecerit, & bona non ſufficient, eatenus filio vẽ-
dicanti emptor reputabit, quanti valeat quota bonorum, ſi-
ue legitima, ſi emptor agere poterat de euictione: alias nec a
cohærede, nec a filio quicquam conſequetur, licet rem in iu
dicio vendicationis filio dimittere condemnetur, eadem ꝓ-
pemodum intellige de alijs ſucceſſoribus quibus debeatur le
gitima, aut quibus quota bonorum relinquatur. l. ſi quis ſer
uum. §. vltimo iuncta. l. ſequen. ff. de legat. ſecundo, vbi Bart.
& alij quamplures.
100 Quarto. Filius † inſtitutus titulo vniuerſali, in ſua legitima,
cohęrede adiecto, non repellitur a vendicando. ꝙ conſtanter
aſſerit gl. in d. §. in computatione. non diſtinguendo vtrũ em
ptor regreſſum habeat de euictione nec ne, imo ꝙ magis eſt
in uerſ. vbi uero non fecit. ſm vnam lecturam vt loco dictio-
nis, inſolidum, reponatur dictio, in nihilum. vult eadem gl. ꝙ
filius non repellatur etiam ſi inuentarium nõ fecerit. Hæc gl.
determinatio cælum cum terra commiſcet. Glo. intentio eſt
quod

quòd filius,cuius pater rẽ vendidit, vtrunq; commodum cõ
ſequatur.i.rei venditæ recuperationem, & legitimam ex bo-
nis paternis,ſi hæreditas ſoluendo ſit. Alij ſunt in ſecunda opi
101 nione arguentes hoc modo, † aut emptor regreſſum hẽt de
euictione,aut non: Si regreſſum habet,falſa eſt opinio glo.&
conſequenter filius vendicans repelleretur exceptione in q̃-
tum eſt ſua legitima,vt tradit glo.ſingularis in d.l.cum a ma-
tre.C.de rei vendic. Si vero non habet regreſſum opinio glo.
vera eſt,exemplum ponitur,ſi emptor ſcienter rem filij a pa-
tre emiſſet,vel ſi titulo donationis non oneroſo eãdem rem
filij acquiſiuiſſet,enimuero hoc in caſu filius in nihilum repel
litur,rem ſuam vendicans: Nam cum emptor vel donatarius
nil iuris habeat aduerſus cohæredes,multo minus filium vẽ-
dicantem repellet,& huius ſecundæ opinionis aſſertores nul
lam videntur facere differentiam,fiat inuentarium, vel non.
Sunt autem ferme hi Iac.de Beluiſ. Bart.qui eundem Iacobũ
dicit optime loquutum,Ange & Caſt.in d.§.in computatio-
.Aucb & Imo.in c.1 de teſta Qui in effectu pro ſuę opinio
nis propugnaculo ſtant in hoc,an emptor regreſſum habeat
de euictione nec ne,vt ſi habeat,filius ꝑ ſua portione repel-
latur,ſin minus,in nihilum repellatur. Tertia eſt opinio,quã
puto veritate ipſa veriorem,vt ſiue emptor ſcienter emit, ſi-
ue non,ſemper filium vẽdicantem repellat pro ſua portione.
a tradit gl.in d.l.cum a matre,& expreſſius ibi Bal.poſt Pet.
Bur.& Cyn.ſequitur Fulg. Alex.& Iaſ.in d.§. in computatio-
ne non propter illam rationem,ꝙ pater venditor promiſe-
rit euictionem,ſed ob aliam quia filius hæres patris non põt
eiuſdem patris factum impugnare ex cuius perſona lucrũ ſen
tit l.ex qua perſona.ff de reg.iur. Solum ergo attenditur utrũ
filius ſit hæres an non. Neque obſtat ſi diceretur,legitima eſt
debitum,non lucrum filij.gl.in l.ſi quis legatum.in fi ff.ad leg.
Corn.de falſis. Nam,vt inquit Bal.in d.l.cum a matre,nõn ſo-
lum æs alienum eſt in petitione, quando.ſ.emptor regreſſum
haberet de euictione:ſed etiam eſt in exceptione & compen
ſatione,quando.ſ emptor rei vendicatione cõuentus excipe-
ret:vtrunque enim æs alienum,exceptionis,& petitionis prę
ualet legitimæ,ſecundum Bald.& hanc opinionem ꝫ Beluiſ.
& ſequaces,ꝙ filius repellatur in quantum habet,tenet Ioan.
Fab.in d.l.cum a matre.Fulg.conſ.67.etiam ſi filius fecerit in-
uentarium,ex ſententia And.Iſer.in c.1.tit. An agnatus, & ibi
per Aluar.& alios Feudiſtas,Tiraq. Pariſ.in 1. parte de vtroq;
retractu §.1.glo.9.nu.48 Quod indubitanter verum eſt,ſi ,ꝑ-
ut aſſidue fit temporibus noſtris, in inſtrumẽto venditionis
eſſent inſertæ ſolennitates & cautelę notariorũ, quibus hinc
inde vna pars alteri,ſe bonaque ſua in perpetuum obligat,ex
his quæ refert Tiraq quo ſupra loco nume 49 & ſequentib.
102 † Sed quęro retenta opinione Belui.ꝙ filius non repellatur ex
eo quia non tenetur de euictione an emptor pro ſua indem-
nitate conueniet filij cohæredes? ſed cum ipſe emptor nõ ha
beat exceptionem aduerſus filium ,multo minus actionem
aduerſus cohæredes. Attamen pro emptore facit,quia præfa
ti Doctor.videntur aſſetere ea eo filium non repelli, quia le-
gitima eſt debitum non lucrum l.a C. ſi in fraudem patroni.
ergo tacite fatentur,ꝙ vbi hæreditas affert lucrum , emptor
reſarciri debeat Huic argumento facilis eſt reſponſio; Enim
uero ratio principalis propter quam emptor nihil habeat , ea
eſt,quia non habet regreſſum de euictione , neque aduerſus
filium,neque aduerſus cohæredes;& ſic , quẽadmodum qui
de euictione tenetur,is agendo repellitur, ita qui de euictio-
ne non tenetur,is vendicans,vel agens non repellitur, arguen
do a contrario ſenſu de l.vendicantem.ff.de euiction.Vnde ſi
filio agente,emptor excipiens non audit̃,multo minus agens
audietur. Cæterum retenta opinione ꝫ Beluiſ. reuocatur in
dubium.legitima filij, quæ tiens eſt ſ̃m iura nouiſſima , mi-
nuitur per hanc exceptionem,quam emptor filio vendicanti
103 obiecit,an compenſabitur filius per cohæredes? † vtique, ut
eſt glo.in d.l.cum a matre. Ruſus quæritur,an hæc reſarcitio
euictionis ſit in cauſa quod minor legitima filio præbeatur ?
Videtur ꝙ non,'quoniam in computatione legitimæ mortis
tempus ſpectamus l 3.§.vlt.l.ſi patronum.§.vlt.ff de bon.lib.
l.cum quæritur. C de inoffi teſtam. Ecõtra videtur ꝙ ex poſt
facto minuatur legitima, veluti eſt in themate præſenti, nam
104 hæc reſarcitio † euictionis eſt æs alienum hæreditarium, ꝙ
ſemper præualet legitimæ, eam in totum auferendo, vel mi-
nuendo,& licet poſt mortem defuncti huiuſcemodi euictio
ſequatur , tamen cum originem traxerit a perſona patris eo
tempore quo vendidit , probabiliter dicetur , ex poſteriore
euentu minui legitimam, veluti interdum augentur bona ſi
augmentum prouenat ex perſona defuncti.l. cum quo,& ibi
glo ff ad leg Falci.l.2.ff. de cond.ind.Pariſ.conſ.45.lib.2 Hęc
omnia ſine dubio procederent, ſi emptor regreſſum habebat
de euictione,ſique inuentarium factũ fuiſſet. In his ergo ter-
minis quando filius repelli omnino poteſt,reuoco in dubiũ;

Idem filius fecit inuentarium,dumq; vendicat, libenter pati-
tur ſe remoueri pro ſua legitima,ſed pro portionibus cohære
dum vult fundum vendicare, quæritur an poſſit ? Porro ſi pa
ter venditor ſimpliciter promiſiſſet euictionem , abſque eo
ꝙ ſe bonaque ſua,& perſonam hæredis obligauiſſet, clarum
105 eſt ꝙ † pro portionibus cohæredum vendicare non prohibe
retur.d.l.cum a matre.C. de rei vendicat l. ſi ab eo.C de neg.
geſt.l.ſi adulta.C.de hæred actio Craue. in conſi.531.nu.7 ſi
vero pater de ſeipſo,deq; hæredis perſona ſub bonorum hy
potheca promiſerit,maius dubium eſt.Nam defenſio rei ven
ditæ,quam pater promiſit,eſt indiuiſibilis, & inſolidum præ-
ſtari debet.l.cum ex cauſa,& ibi Iac.de Are. & Aug.ff. de ver.
106 oblig.& qui tenetur † defendere , multo magis tenetur non
offendere.l.frater a fratre.verſ.porro ff. de condictione inde-
bi. & ibi Soci. Senior refert ita alias fuiſſe iudicatum: tamen
ſubiungit male fuiſſe iudicatum,ex eo quia promiſſio defen-
107 ſionis † neminem arctat niſi pro portione cuius eſt hæres.
Aduerte,iſta eſt ſubtilis indagatio quæ pendet ab iis quæ tra-
ctantur in l.4.§.Cato.ff.de ver.obli. vbi Alci.nu.133.tranſeun
do reprehendit Soc & alios Moderniores tenentes ꝙ cohæ-
res vendicans non repellatur pro portionibus cohæredum.
Quæro admiſſa opinione Soci. An filius ſaltem precium ab
emptore patri venditori præſtitum,ſi vult fundum venditũ ,
108 reddere debeat. † Circa ꝙ ſciẽdũ eſt, ꝙ quamuis emptor nõ
habeat regreſſum de euictione,tamen a venditore vel vendi
toris ſucceſſoribus precium recuperare poteſt.l.emptorem,
alias eſt l.ex empto.§.vlt ff de actio. emp. vbi Bart. Pau.Caſt.
& alij,niſi in quibuſdam caſibus vbi emptor rem,& precium
ſimul amittit,vt notatur per Silimanum,Io.Fab.Bar.Saly.Ful
go Caſt.Corn.Peruſinum,Iaſ & alios in l.vlt.C. commu. de
leg & vide omnino quæ late congerit Tiraq.in prima parte,
de vtroq; retract.§.12 glo.1.nu.10.& ſeq. in propoſito noſtro
caſu quo precium reddi debeat dubitari poſſet an filius in to
tum,vel pro portione , an vero cohæredes in totum reddere
debeant. Et quatenus præſentis temporis conſideratio mihi
ſuggerit,dicerem,ſi illud pretium redundauerit in vtilitatem
totius hæreditatis,pro portionibus reddendum eſſe. §.penu.
109 Inſti.quibus alien.li. Rurſus † quæritur, legitima pluris valet
quam totus fundus vendicandus, Idem ne dicemus, vt filius
pro portione tantum repellatur? Quod magis eſt. Proinde ꝑ-
cij tantum partem præſtabit licet legitima decies vel pluries
fundi precium contineret : Per contrarium quæritur. Fun-
dus venditus pluris valet quam vniuerſa hæreditas ſimul, an
fundus,qui forte valet tribus millibus aureis,reducetur ad q̃-
titatem hæreditatis,quæ forte valet mille aureis tantum,vt fi
lius habens legitimam eorundem millium aureorum , repel-
latur pro triente fundi,& ſic pro mille aureis ? Reſpondeo, ſi
inuẽtarium factum non fuit,rigor ſuadet , vt filius repellatur
pro integro valore millium aureorum ideſt triẽtis ipſius fun
di,immo ꝙ magis eſt,glo.in d.§.in computatione,verſ.vbi ve
ro non fecit,ſecundum vnam lec. quæ paſſim habetur in co-
dicibus impreſſis,vt loco dictionis,in nihilum,reponatur, in-
ſolidum,vult ꝙ repellatur inſolidum a fundi uendicatione: ſi
vero fecerit inuentarium,non inſpicitur, inquit Bal.in d.l.cũ
a matre,& in d.§ in computatione,pars quotitatiua,ſed quan
titatiua i.eatenus repellitur filius a vendicando,quatenus va-
let legitima,quamuis ſi legitima pluris valeret, pars quantita
tiua non quotitatiua inſpiceretur. Idem vult tacite gl quãdo
conficitur inuentarium & apertius Cyn Bar.Caſt.Alex.Iaſ.&
alij in d.§ in computatione.hæc tamen computatio difficilis
eſt,ſi res immobiles,vel ſe mouentes,vel etiam mobiles , ex-
cepta pecunia,interueniant.l.vlt.ff de adim.lega. & vix verus
calculus habebitur l.penul ff de confeſſis.partim quia rerum
precia variantur,partim quia vnus pluris, alius minoris æſti-
mat.prædicta vera ſunt in filio,quæ vt vides & audis,de apici-
bus iuris deprompta ſunt,& memoriam ferream, ingeniumq;
que flexibile exigunt. Quid in aliis ſucceſſoribus quibus de-
bet̃ legitima?pleraq; niſi fallor,poſſunt adaptari , niſi ꝙ leges
magis fauent filiis,& aliis liberis,quam parentibus,alij ve cõ-
ſanguineis.finge ergo breuiter,frater meus fundum meũ vẽ
110 didit,† poſtea ei ſuccedo in quarta parte,aut etiam alia maio-
re minoreve, potero ne uindicare totum fundum? Eſſẽt huc
reuocandæ illæ circunſtantiæ,an frater meus debeat euictio
nem necne,& ſi debeat,an ſimpliciter promiſerit,an vero au
xerit hæreditatem:ſed omnium indiuiduorum conſideratio
ni omnium hominum ingenia non ſufficerent. Tantum re-
fero,quod glo.in d § in computatione, dicit quod extraneus
111 hæres,qualis eſt frater in bonis † fratris, repellitur pro quar-
ta,ergo ꝑ aliis portionibus fundum vendicabit.Bar.vero ibi,
& Ang.ponit vnam limitationem,quod interdum extraneus
hæres non repellat̃ pro quarta,ſi emptor non habeat regreſ-
ſum de euictione,& ſic Barto.& Ang.in effectu non faciunt
differentiam inter filium & extraneum eo caſu , quo emptor
non

non habet regreſſum de euictione ; tamen Caſt. indiſtinctè
extraneum repelli dicit,& refert Alexan. ibidem quòd ante-
quam legeret opinionem Caſtrenſ.contra Bartol. idem ſen-
tiebat, vt ſentit. Iaſon quoque aſtipulatur Caſtrenſi, & Alex.
quod verum intellige ſano modo, quando ſcilicet extraneus
hæres feciſſet inuentarium : aliàs in totum repelleretur licèt
ſolam quartam haberet. Ita Cyn.quẽ refert & ſequitur Alex.
ibi Putarem tamen inuentarium cohęredum iſti vendicanti
proficere.
112 Quintò Filius † inſtitutus titulo vniuerſali vltrà legitimam
cohærede adiecto, ſi faciat inuentarium, catenus repellitur à
vendicando, quatenus vltra legitimam, glo in d.§.in compu-
tatione, quæ hoc intelligit eſſe verum, quando hęreditas ſol
uendo eſt; nec diſtinguit glo. an emptor regreſſum habeat de
euictione necnè; ſolum enim conſiderat quòd legitima de-
betur ſine onere.l.quoniam prioribus.C.de inoſ.teſta. verũ
vt nuper diximus in caſu præcedenti, Iacob.de Beluiſ.Bar. &
ſequaces ſunt in ſecunda opinione,& diſtinguunt : Aut em-
ptor regreſſum habet de euictione,& ſalſa eſt gloſ. quoniam
filius repellitur pro omni eo quòd habet iuxta gl. in d.l.cum
à matre.in verſ.ſi verò inſtituitur Aut non habet regreſſum,
& verum dicit glo. ſecundum ipſos : qui præſupponunt hoc
verum eſſe, etiam ſi filius non fecerit inuentarium : cum
enim emptor nõ habeat regreſſum de euictione, multomi-
nus habet exceptionem aduerſus filium vendicantẽ. Alij ſunt
in tertia opinione, quod ſemper filius repellatur : non quidè
ex eo quòd teneatur de euictione; ſed ex alijs duabus regulis
& quia hæres non poteſt impugnare factum defuncti.& quia
lucrum ſentiens ex perſona defuncti, vſque ad illã lucri quan
titatem eſt repellendus.l ex qua perſona.ff de reg iur. Hæc ter
tia opinio firmatur per glo.in d.l.cum à matre, quatenus tex.
ille dicit quòd emptor ſciens emerat,& expreſſim firmat Bal
dus ibi & Fulg. Alex.& Iaſ.in d.§.in computatione. fatentur
tamen ipſi ſequuti glo.d.l.cum à matre, quod filius quatenus
113 pro ſua legitima repellitur à vendicãdo, † reſarcitur à cohæ
redibus. Iccircò Bald. ſubtiliter dicit in d.§.in computatione
ꝙ hoc caſu qñ hæreditas ſoluendo eſt, duplici onere grauaẽ,
onere legitimæ, & onere recõpenſationis, & vtrunq; ſarciri
debet à cohæredibus pro ſuis portionibus, hoc modo Prius
detrahetur illa quãtitas de cumulo vniuerſę hęreditatis, quã
non conſequitur ab emptore opponẽre ipſi filio vendicanti,
& tantò minus præſtante eidem filio; detrahetur, inquam, tã
quã æs alienum, minuens hæreditatem; licèt tale æs alienum
poſt mortem patris emerſerit; Deinde de reſiduo detrahetur
legitima. Si autem hæreditas non eſſet ſoluendo, inquit Bald.
tunc fit recompenſatio tantùm illius damni, quod filius re-
pulſus pro legitima portione pateretur, & ceſſat legitima: Cę
terum hic pauliſper conſiſte,& conſidera, ſi poſſibile eſt, mẽ
tem Baldi: Bald.dicit quod fit recompenſatio tantum, non au
tem tractatur de legitima. vult dicere quòd ſi precium iſtud
exhauriat vniuerſam hæreditatem, fruſtrà tractatur de legi-
tima. poſteà vnum ſubiugit Bald quòd quando filius habet
cohæredes, nunquam pro partibus cohæredum repellitur. l.
ſi adulta.C.de hæreditarijs actio Ego ſubiũgo, licèt pars quã
habet filius, pluris valeret quàm fundus venditus; Quod etiã
in pręcedenti articulo declarauimus,& omnia ibi dicta circa
hoc,& multas alias arduas quęſtiones, huc refer, quia habent
locum ſiue filius inſtituatur in legitima tãtum titulo vniuer-
ſali, ſiue vltrà legitimam : & ſiue ſuccedat ex teſtamento, ſi-
ue ab inteſtato, niſi quòd quando ab inteſtato ſuccedit dun-
taxat cohæredes habere poteſt fratres, vel deſcendentes ex
fratribus : ſimiliter huc refer quæ ibi dicta ſunt de alio hære-
de, ſiue ſit ꝓrſus extraneus,& ſiue ei debeaẽ legitima ſiue nõ.
114 Sextò & vltimò. Filius † vniuerſalis hæres repellitur inſoli-
dum à vendicando, ſiue fecit inuentarium ſiue non. Videre-
tur quod non, ſi non fiat inuentarium: quia rei vendicatio,&
hypothecaria non confunditur aditione, licèt non fiat inuen
tarium. Bald.in l.ſi vxor.C.de bonis auth.iud poſſ Reſpõdeo,
licèt nõ ꝯfundatur rei vendicatio & proinde dicere nequeat
poſſeſſor, Nemo ſine actione experitur : tamen ex alio repel-
litur filius: quia tenetur de euictione,& quia legẽ ſpreuit præ-
cipientem fieri inuentarium,& quia lucrum ſenſit,& quia iu
ris miniſterio fingitur vna,& eadẽ perſona . Sed quæro, filius
fecit inuentarium, bona non ſufficiunt, an emptor illum re-
pellet vendicantem fundum ſuum? minimè: Quod amplia &
ſi pater promiſiſſet de euictione, Ratio eſt: quia inuẽtarium
reponit hæredem in eo ſtatu, ac ſi non adiuiſſet. Iam vero ſi
non adiuiſſet, poſſet ex ſua perſona, ſpreta patris volũtate, &
hęreditate, totum fundum vendicare.l.1.C.de bon.mater. er
go & idem quando fecit inuẽtarium· Ruinus conſi.47.lib.1.
Mantua conſil.1.& conſil.85. lib. 2.& nullus eſt qui diſcrepet.
quatenus tamen hæreditas ſoluendo eſt, repellitur à vendicã
do, & tenetur approbare factum defuncti, licet rei vendicatio
& dominium patiens rei vendicationem, permaneant. Rom.
conſi.18.Caſtren.conſi.370.lib.2.Alex.conſi.60 lib.3.Crauc.
conſil.285.ſed nunquid emptor omnino excluſus & defrau-
datus remanebit ? Minime, nam quoad legatarios licet con-
ſequuti ſunt res legatas in totum, vel in partem, illos conuin
cet. Quoad creditores pariter , illos conuincet, ſi non habeant
anteriorem hypothecam, aut ſi non ſint priuilegiarij. §.& ſi
præfatam.l priuilegia.ff de priuil.cred Sed finge, bona hæc ꝙ
auocat a legatarijs, & interdum a creditoribus, non ſufficiũt
precio venditionis, an filius integrum pretium reſtituet? mi-
nime. Imo quod magis eſt, ſi hæreditas protſus damnoſa eſ-
115 ſet, filius conficiens inuentarium, ne obolum † quidem em-
ptori reſtitueret: & ſic emptor rem & precium ſimul amitte-
ret, licet hoc ſit contra regulam illam , non debet quis dupli-
ci onere pręgrauari; & afflicto afflictio non eſt addenda.l.iu
re ſuccurſum.ff de iur.dot. Rurſus quæro, filius non fecit in-
uentarium, remouebitur ne in totum? An vero quatenus eſt
ſua legitima, non remouebitur? ꝙ videtur, cum nec legitimã
amittat ob omiſſionem inuentarij, Giochus in repe.auth.no
116 uiſſima q.23 C.de inoſ.teſta.Sed obſt. † quia filius quamuis
ſit ſuus hæres, tenetur de ſuo omnibus creditoribus & lega-
tarus d.l.vlt.§.ſin vero poſtquam.& ibi.glo. Crauet.cõſil.17.
& conſi 219.Mantua conſ.33.lib 2.Cephalus, conſ.188.Sed ſi
filius faceret inuentarium,& bona non ſufficerent, eadẽ bo-
na dimittendo fundum inſolidum vendicaret: puta, Sunt cẽ-
tum in hæreditate, fundus, vel aliæ res venditæ valent nulle.
certe filius dimittendo illa centum , omnes res ſuas venditas
citra ſuum conſenſum inſolidum recuperabit , ita Imo in ca.
ex parte, de feud. Dec.in l.ex qua perſona.ff. de reg.iur. Idem
Dec.in l.debitori.C.de pac. Quod perpetuo memoriæ eſt cõ
mendandum. Sed ne hoc caſu filius pretium reſtitueret: rur-
117 ſus † quæritur, hæreditas ſoluendo eſt, illamque vult retinere
filius,& facit inuentarium, venit emptor, & rem ſibi a patre
venditam, nondum tamen traditam, petit a filio , an filius ne
ceſſe habeat tradere? ſine dubio. Pau.Caſtrẽ.in d.l.cum a ma-
tre.C.de rei ven.Sed obſtat tex.in l.qui tibi.C.de hęr.vel act.
ven Recurre ad tradita per gl.in l.1.ff.de act.emp.Inſuper q̃ri
tur, pater reliquit multa legata, quæ poſtea filius ſoluit, reten-
ta legitima, an inſolidum repelletur? Si quidem non fecit in-
uentarium repelli debet, licet paratus eſſet remittere legiti-
mam vel portionem quam retinuit; ſi vero fecit inuẽtarium,
non eſt ita expeditum, ſi remittere quod accepit paratus ſit.
118 Quod † pariter eſt inquirendum ſi extraneus hæres, qualis
eſt frater, rem ſuam a fratre venditam cui ſucceſſit cum one-
re legatorum velit retrahere. gl. quidem, in §.in computatio-
ne. ſi recte inſpiciatur, atque oculis & ingenio minime con-
niuentib. dicit hæredem non inſolidum repellendum, ſed ſo
lum pro ſua Falcidia. Quapropter inferre quiſpiam poſſet. Si
hæres vult dimittere Falcidiam, in nihilo vendicans repellẽ.
Multominus repelleretur filius legitimam dimittens. Sed et-
enim incideremus in illud, an hæres poſtquam adiuit hæredi
tatem, dimittere poſſit. Quid ſi non legata, ſed fideicommiſ-
119 ſum vniuerſale relictum fuiſſet? † An filius retinens legitimã,
vel interdum legitimam & Trebellianicam, inſolidum repel-
letur? & ſimiliter, an frater aliuſve hæres retinens Trebellia-
nicam reſiduo reſtituto, inſolidum repelletur? Quæro, hic ac-
quieſce, quoniam Pau.Caſt.in d §.in computatione, vult ſi re
120 cte inſpiciatur, ꝙ hæres † retinens Trebellianicam, vel Falci-
diam non repellatur inſolidum. Sed eius opinionem , dũ lo-
quitur de falcidia, reprobo, niſi iſte hæres retinens Falcidiam
habeat alium cohæredem, vel niſi ab hæreditate poſſit omni
no diſcedere.d l vlt §.& hæc quidem. C.de iure delib. Dum
loquitur de Trebellianica,& ſic de fideicommiſſo vniuerſali
non de legatis, ſubſiſto ; Quoniam autem hæres non tenetur
fideicommiſſario vniuerſali vltra vires , licet non confecerit
inuentarium putarem quandoque ſuccurrendum hæredi ce
denti Trebellianicam, vt poſſit vendicare rem ſuam, non ſo-
lum pro parte hæreditatis, quam reſtituit, ſed etiam inſolidũ
ſi Trebellianicam renuițat, adeo quod nihil habeat de bonis
defuncti: ratio eſt, quia hæres reſtituens per fideicommiſſũ ,
retinet ſuum creditum, quod habebat cũ defuncto, licet non
confecerit inuentarium Quod admodum eſt memorabile ,
& millies occurrit, ut dicit Caſtren.in l.ita tamen. §.ſi ex Tre-
belliano.ff. ad ſen.conſ.Trebel.Bal.Socy.Dec.in l.debitori.C.
de pact Nouiſſime quæri poſſet: Quid ſi filius rem aduentitiã
cuius pater vſumfructum habebat, ſine patris conſenſu ven-
121 didiſſet,& † poſtea factus hæres patris vellet vendicare tanq̃
ex perſona patris? Vide Bal.Sali.& Dec.in l.filius.C. de pactis,
& notata per Docto præſertim Albericum, in l.cum vir.ff.de
vſucap.& late per Signorolum, conſil.136. Dixi in quibus pa-
ter habet vſumfructum. Alias filius faceret omnem contra-
ctum irreuocabiliter, vt eſt tex. in aut.vt liceat matri & auię.
Socinus conſi.112.lib 1. Alex.conſ.46.& conſ.127.Crau..co-
ſilio

ſilio 92. Pari modo quæri poſſet, an ſi aliquis feudo renũciaſ-
122 ſet, filius † hæres eius cum beneficio inuentarij poſſit feudũ retinere non obſtante renuntiatione paterna, in quo ita varie loquuti ſunt Doctor. & præſertim Alex. cuius aliquot reſponſa extãt, ut vix certitudo poſſit excogitari nedum haberi, prout late diſſerit Dec. conſi. 185. & in conſi. 445 nu. 56. Aliqui enim diſtinguunt feudum hæreditarium ab antiquo, ex iis quæ tradit Bal. poſt Nicolaum de Matarellis in l. qui ſe patris, col. 10. uer. Item quæritur ſi vaſallus. C. vnde lib. vide Pariſium conſi. x. li. 1. Curtium Iuniorem conſ. 138. Socinum Iuniorem, conſ. 112. lib. 1. Gramm Bonon. conſ. 18 lib. 1. Iuliũ Clarum Alex. in lib. 4 ſuiatum § feudum. q. 42. feudiſtas in ti. de ſucceſ. feudi & in tit. an agnatus vel filius.

Secundus caſus eſt, quãdo venditor ſuccedit dño. Quæri
123 tur de duob. an venditor † hæres poſſit ex perſona ſua vendicare, uel an ſaltem ex perſona domini. Primo reſpondetur ꝙ non poteſt. l. 1. ff. de exceptione rei venditæ. Ratio eſt, quia nõ poteſt contra factum ſuum venire, & propriã turpitudinem allegare. l. cum profiteatis C. de reuocan. donat. Ampliatur ſiue ſciebat, ſiue ignorabat venditam fuiſſe alterius. l. cum vir. ff. de vſucapionibus, vbi tex. ſingulariſſimus, & ibi vide Bartolum, & Albericum. Quid ſi vterq; ſciebat, venditor & emptor? Quæſtio eſſet an valeat emptio. l. ſi in emptione. §. itẽ ſi emptor ff de cõtrahen. emptio. admiſſo ꝙ ualeat, dicerẽ emptorem non cogendum reſtituere, quia in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis. l. uti frui. ff. ſi vſusfr. petatur Secundo ampliatur etiam ſi fecerit inuentarium, maxime ſi tenebatur de euictione per regulam. l. vendicantem. ff de euictionibus Secundo tñdetur, ꝙ nec ex perſona domini poteſt vendicare, licet rei vendicatio, & dominium pariens rei vendicationem perdurent. Ratio eſt, quia ſi dominus uiueret & vinceret, teneretur de euictione emptori, & ſic ſumus in regula, Quem de euictione tenet actio, eundem agentẽ repellit exceptio d. l. vendicantem. ff. de euict. ampliatur etiam ſi hæreditas non ſit ſoluendo, quoniam adeundo, ſeipſum compenſauit. l. Vrannius. ff. de fideiuſſoribus. Fallit ſi inuentariũ feciſſet, & bona non eſſent ſoluendo, partim quia inuentariũ ſecernit bona, & non ſinit confundi actiones, partim quia illæſum atque indemnem conſeruat hæredem. Multo minus cogetur tradere, ſi prius non tradidit rem venditam, quoniã qui non habet exceptionem, multo minus actionem. gl. in §. ſi quis in aliena. Inſtit. de rerum diuiſ. quod verum eſt indubitanter, ubi hæreditas non eſt ſoluendo, ſi autem ſit ſoluen-
124 do, cogeretur † venditor tradere, ſi vult compendium hæreditatis ex ſententia Martini, vt notatur ampliſſime ꝑ gloſſam, & Bar. in l. 1. in princi. de actionib. empti. Sed an facto inuentario, rem venditam, ſeu rei venditæ precium ſubtrahat hæres aliis creditoribus hæreditariis, & legatariis? Quod magis eſt, niſi prius dominus alij obligauiſſet. § & ſi prætatã. Nam & emptori euinceret creditor hypothecarius niſi offerret. l. vnica C rem alienam gerentib. l. Paulus §. vlt ff quib. mod. pignus, vel hypo. ſoluitur. Quid ſi venditio erat contra legẽ, an retrahetur, & an quaſi æs alienum minuet legata? Recurre ad tradita in d. l. cum vir. ff. de vſucap. in l. ſi ſeruo. ff. qui, & a quib. in l quemadmodum. C de agricolis & cenſitis. lib. 11. in l. non dubiũ C. de legib. in l. a. C. ſi in frau. patroni. per Aretinum conſi. 123 & Crauettam conſi. 200. & per Fabianum Giochum in ſuo tractatu de emptione, & venditione.

Tertius caſus eſt quando dominus ſuccedit emptori. Quæ
125 ro an rei vendicatio † cõfundatur aditione. Quilibet prima fronte diceret confundi, niſi fiat inuentarium per. §. in computatione. Contrarium verius eſt, Bal. in l. ſi vxor. C. de bonis auth. iud poſſ. ubi idem dicit de hypothecaria. l. ex ſextante. §. Latinus. ff de exceptione rei iudicatæ. Vnde ſequitur ꝙ licet hæres non faciat inuentarium, poterit rem ſuam ob dominij prærogatiuam ſibi aſſumere, quamuis ſi bona hæreditaria non ſint ſoluendo, tenebitur de ſuo vltra uires, ſed non tenebitur ex eo, quia emptor defunctus illam poſſederit & poſt ſe reliquerit, tenebitur ex hoc, quia leges trãſgreſſus eſt præcipientes fieri inuentarium, ut in noſtra. l. vlt. §. ſin uero poſtquam. § ſancimus, & § ſi uero non fecerit. auth. de hæredibus & falcidia. Pariter ſibi aſſumet res hypothecatas; quod
126 præbet argumentum, ut filius † poſſit pro ſua legitima rem aliquam eligere ſibique præcipere, ſi uerum eſt quod res pa-
127 tris ſint filio hypothecatæ pro legitima. † quod Alexandrinos conſi. 156. aſſeruit. Decius contra, conſi. 235. poſt Alexandrum, & multos in l. in quartam ff. ad l. Aquiliam. vide Baldũ in l. filium quem habentem. C. fam. erciſ. & hoc de rei vendicatione, & hypothecaria, vt non confundãtur aditione facto inuentario vel non, plurimum nota pro intelligentia, & limitatione. § in computatione, quamuis in hypothecaria diſſentiat Ang. Aret. in tractatu de reſta. gloſſa vlt. per l. licet. C. ad l. fal. & Menochius cõſ. 89. Quid ſi dominus adeat cum inuẽtario, an deducet rei vẽdicationem ex beneficio d. §. in computatione. Atque ita exiguiorem reddet hæreditatem? Non puto; non ob id, quia emptor defunctus olim precium ſoluerit, ſed ob id quia habet lucrum ex perſona defuncti. l. ex qua perſona. ff. de reg. iur. quæ ratio expellet etiam dominum hæredem donatarij, vel alterius, qui acquiſiuiſſet titulo lucratiuo. Proinde ſi uult deducere rei vẽdicationẽ, uel rem, cuius eſt dominus retinere, aut adipiſci, abſtineat a cæteris bonis. Alioquin veluti bonis, ſeu hæreditate retẽta, repellitur a vendicando quaſi compẽſatione inuicem admiſſa, ita repellitur a deducẽdo. Quid ſi onera hæreditaria abſumant cumulum bonorum, an hæres illa ſoluens, vel ſoluere paratus, retinebit rem ſuam venditam? Et hoc utiq; magis eſt concurſu credi-
128 torum hypothecariorum, quoniam dominium † habẽs præfertur cuicunque alij. l. ſi uentri. § in bonis. & ibi Ripa poſt vetuſtiores. ff de priuilegiis creditorum. l. procuratoris § ſed ſi dedi. ff. de Tributoria. l. bona fides. ff. depoſiti. Nec obſtat ꝙ hæres illam in inuentario repoſuerit, quaſi defuncti eſſet, nõ ſua. Nam hoc tenebatur facere ex iure communi. l. item videndum. § vlt. & ibi Baldus. ff. de petit. hæred. Et nemo debet tam facile, & feſtinãter rei ſuæ dominio priuari. l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. l. 2. C. de rebus alienis non alienan. Quid ſi nunquam emptori res tradita fuiſſet, an inſtãtibus creditoribus hæreditariis, & legatariis, cogetur dominus hæres commiſcere aliis bonis hæreditariis, atq; ita quaſi tradere? ſi precium emptionis mauult, cogetur commiſcere, ſi res non ſit in manibus venditoris. deducet ergo actionẽ empti ut ꝓciũ conſequatur a venditore. Quid ſi vẽditor poſſideat? Quid ſi actionem empti velit dominus imputare hrẽditati aduerſus vẽditorem, rem autem ſuam velit retinere, ſeu deducere, vel vendicare ab eodem venditore? Quid ſi res uel precium pluris ſit, & hæres, uel legatarii, vel creditores velint alterutrum eligere? Erigat mentem ſuam ſtudioſus, & nõ expaueſcat, uel omnino expaueſcit. Quid ſi venditor optima fide vendidit, & tradidit, an pretium petet actione venditi? Quod videtur. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de actio. emp. Contrarium dico, ſi dominus rem ſuam malit, licet non fecerit inuẽtarium. l. bona fides. ff. depoſiti. quamuis aliæ actiones, & remedia ſint ꝓdita venditori pro ipſius indemnitate. l. vnica C. de ſententiis, quæ pro eo, quod intereſt. Sed an venditor non perdat ꝓtium? textus eſt cum gl. & ibi Bal. in l. ſi rem quam. ff. de euict.
129 Quid † ſi dominus hæres venditioni ſtare uelit, atque ita rem dimittat, uel dare uelit venditori? Ex perſona defuncti emptoris poteſt iuris ſcrupuloſitate id ĩpetrare: Nam emptor ſi viueret non cogeretur diſcedere ab emptione. l. ab emptione. ff de pactis. l. 1. C qñ liceat ab emptione diſcedere Ergo & hæres, maxime cum inuentario, ex perſona ſua nõ poterit, quia nihil contraxit cum venditore. gl. in l. 1. ff. ſi pars hæreditatis petatur. Quid econtra ſi venditor ſtare velit vẽditioni? Dñs quidem hæres quantumuis non faciat inuentariũ non amittet rem ſuam, ſed ſi non faciat inuentarium excipiet inuitus actionem venditi. l. 1. 2. C de actio. emp. cum hæc actio, ueluti qualibet alia, tranſeat in hæredem ex obligatione defuncti, vt inquit Bal. in l. cum a matre. C. de rei vend. Forte etiam facto inuentario non ſopietur actio uenditi quatenus hæreditas ſoluendo eſt, gl. & Doctores in §. in computatione. Romanus cõſ. 18. Crauetta conſ. 225 Obſtat textus in l. ſi ſeruus quem. §. vlt. ff. de actio. empti. in l. ſi in rem quam, vbi glo. & Bal. ff. de euict.

Quartus caſus eſt quando emptor ſuccedit domino. Quæ-
130 ro † an actio empti confundantur aditione? nullo modo. l. non tamen. l. ſi ei cui. ff. de euictionibus. Præterea hæc actio non eſt contra defunctum, eſt contra alium ideſt venditorẽ vnde ſumus extra terminos. §. in computatione. Quid ergo ſi emptor ex ſua perſona agat empti aduerſus venditorem, an ex perſona domini cui eſt hæres cum inuentario, agat rei vẽdicatione? Quod uti poſſit utraque actione, facit, quia facto inuẽtario ſuſtinet duas perſonas: quod vti poſſit rei vendicatione tantum, facit quia dominium habens non condicit, l. vlt. ff vſufruct. quemadmod. caueat. quod agere empti tantũ poſſit, facit quia obligatio pariens actionem empti, & venditi vtrinque durat, niſi conſenſu vtriuſque recedatur a contractu. l. ab emptione. C. de pactis. l. 3. ff. de reſcin. vend. & hoc puto uerum ſi rem penes ſe habeat ex traditione venditoris, vel etiam ex ſua ſucceſſione. Nunquid ergo rem habens cogetur pretium venditori ſoluere? Si durat venditio, cogetur. In contrarium mirum in modum vrget text. quem omnino videas cum glo. & Bald. in l. ſi rem ff. de euictionibus. Sed an extinguetur actio euictionis ad duplam contra venditorem? vtique. l. ſi uendideris. l. ſi ei cui. uerſ. item ſi. ff. de euictionib. Cur ita? quia venditor tenetur de euictione ſi per iudicem res emptori auferatur. d. l. non tamen. ff. de euictionib. l. ſeruum Titij. ff. mandati. Qua ratione nec ſi faciat inuentarium

emptor

emptor hæres duplum a venditore conſequeretur: Obſtat, quia
inuentarium conſeruat hæredi omnia lucra, item facit certe-
ri hæredem non adiuiſſe, iam uero ſi non adiuiſſet, duplum
exigeret. Cogita quia pulchrum, & ſubtile eſt.
131 Quintus caſus eſt, quando uenditor ſuccedit emptori † Quæ
ritur an reſoluatur emptio, & venditio. Quod magis eſt præ-
ſertim re integra, cum nemo ſibi ipſi vēdere, vel creditor, de
bitorue eſſe queat, & quia aliquo etiam vltra conuentionem
intercedēte, aditio ſubſequens uicem obtinet ſolutionis, &
compenſationis. l. 2. §. pen. ff. de hæred. vel actione vend. l. Sti
chum. §. aditio. ff de ſolut. proinde & actio empti, & venditi
& quælibet alia conticeſcet. l. ſi is qui. ff. de euictionib. quod
indubitatum eſt ſi non fiat inuētarium, quid ergo ſi fiat? Ad-
huc idem videtur quoad ipſos emptorē, & vēditorem, cum
132 actio, & paſſio non cadant in eodem ſubiecto l. Vrannius. ff.
de fideiuſſ. contra facit, quia uenditor hæres duas perſonas ſu-
ſtinet, ſuam, & defuncti, quapropter ſi non adeat hæreditatem re
uera uel aditam dimittat, aut reperiat oneroſam, non amit-
tet ſuam actionem ex §. in computatione, quamuis vice mu
tua rem inferet legatarijs, & creditorib. hæreditarijs. quid ſi
nolit rē inferre hæreditati, atq; ita velit reſcindere emptionē in
præiudicium creditorum hæreditariorum, & legatariorum?
Non puto quod poſſit quoad ipſos, quamuis ſi loco pretij quod
debet ab hæreditate emptrice exigere, rem retineat, non im-
pedietur, quam non retineret fortè ſi non feciſſet inuenta-
rium §. & ſi præfatam.

Sextus & vltimus caſus eſt, quando emptor ſuccedit vendi-
133 tori. & † pariter dicendum eſt quo ad ipſum emptorē, & vē-
ditorē defuncti confundit actiones aditione l. ſi ei cui. §. ſi is
qui. ff. de euictionib. Nō ſic quoad alios, ēt fideiuſſores ipſius
emptoris: quod ſubtiliter exprimit Paulus iuriſconſultus, cu-
ius mens nō facilis præceptu eſt in d. § ſi is qui. multo minus
extinguentur quo ad creditores hæreditarios, & legatarios tā
ad onus quam ad damnum. l. a. §. ſi Titius. ff. de hæred. vel a-
ctione vendita. l. cum emptor. ff. ad l. falcid. Hic autem quæri-
tur. Dominus rē euicit emptori. Veniunt creditores hæredi-
tarij, & legatarij. dicit emptor, duplam mihi debet hæreditas
134 venditoris. quid iuris erit? Textus † in d. l. cum emptor. dicit
ſimplum tantum detrahere emptorē ea benignitate. quid ſi
emptor faciat inuentarium? Bartolus ibidē dicit, quod inuē
tarium non tribuit lucrum ultra ius commune: Angelus ibi
dem, (quod puto verius) reatum illum reſtringit ad legata-
rios, vt ſimplum tantum computet hæres in deductione fal-
cidiæ, & ſolutione legatorum, quæ opimius ſunt præſtanda
ob voluntatem defuncti, non ſic in creditoribus hæreditariis:
Nam quo ad eos duplum deducet hæres. l. a § ſi Titius. ff. de
hæredit. vel actione vend. & ibi glo. quod hodiè multo ma-
gis eſſet confecto inuentario. Per contrarium, ſi venditor ſit hæ-
res emptoris, & dominus euincat, ſimplum tantum inferet
vēditor legatariis. d. l. cum emptor, ſed creditoribus, ut puto,
duplum inferet. Contrarium videtur ex l. ſi is qui. ff. de euictioni-
bus. Reſpondeo, lex illa loquitur quoad ipſum venditorem,
& emptorē, nam non poteſt venditor hæres hæreditatem, ideſt
ſe ipſum conuenire. d. l. ſi ei cui. in prin. & §. ſi is qui. ff. de eui-
ctionib. ſecus quo ad alios. Sed an hodie duplum inferet cre-
ditoribus facto inuentario? quod magis eſt, quia inuentariū
non tribuit lucrum ultra ius commune, licet ſemper conſer-
uet omnia lucra iuris communia. Ergo. l. cum emp. reſtringit
in ſuo caſu ad legatarios patientes deductionē falcidiæ, ſiue
emptor ſuccedat venditori, ſiue contra, venditor empto-
ri, neque correcta eſt per leges loquentes de inuentario, quod
etiam ſentit Gloſſa, & Cyn. in § in computatione.

Quinquageſimo quinto. Inuentarium prodeſt circa excuſ-
ſionem. Diſtingue eoſdem ſex caſus: Aut excutiens ſuccedit
excutiēdo, vel excutiendus excutienti. Aut excutiens ſucce-
dit poſſeſſori, vel poſſeſſor excutienti. Aut excutiēdus ſucce-
dit poſſeſſori, uel poſſeſſor excutiendo.
135 Scias quod in quinq; caſib. † præcipuè fit excuſſio. In fideiuſ-
ſione, per auth. præſente. C. de fideiuſſorib. in actione hypo-
thecaria, auth. hoc ſi debitor C. de pignorib. In actione reuo
catoria, quæ & Pauliana, & Caluiſiana, & Fauiana appellatur.
§ item ſi quis in fraudem. inſti. de actionib. l. 1. 2. C. ſi in fraudē
patroni. l. ait prætor. § ita demum. ff. quæ in frau. cre. l. 1. C. de
reuocandis his, quæ in frau. cred. In executione rei iudicatę.
l. a diuo Pio. §. in venditione, & § ſic quoque ff. de re iud. l. 2.
C. quando fiſcus, vel priuatus. In actione ſubſidiaria aduerſus
magiſtratus, qui nō idoneam ſatiſdationem exegerunt a tu-
torib. & curatorib. l. 1. C. de magiſtratib. conuen. Cæterū de
fideiuſſione ſufficiāt quæ ſupra ſunt expoſita de actione exe-
cutoria, & ſubſidiaria prætermittemus cōſulto, ſermonē dirigē
tes ad hypothecariā, & reuocatoriā, ut pote frequētiores.

Primus caſus eſt, quū excutiens (ideſt creditor) ſuccedit ex
cutiendo, i. debitori pignoratitio, vel fraudatori. Dico frauda
136 torem, quia ſimplex † debitor poſſet facere omnem alienatio
nem, & diſtractum in præiudicium creditorum non haben-
tium hypothecam, dummodo in fraudem non alienauerit.
l. 1. §. ex contrario. ff. de ſeparationib. gloſſa in l. vlt. C. de debi-
torib. ciuitatum, lib. xi. quoad hypothecariā, aut res erat de-
functi, aut hæredis, aut alterius. Si res erat defuncti irreuoca
biliter. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. ff. de captiuis. tunc videtur ex-
137 tingui hypothecaria, quia † in re propria non cadit pignus,
neque hypotheca l. neq; pignus. ff. de reg. iur. hæc enim res fa
cta eſt excutientis ſimulatq; ſucceſſit debitori ſuo, domino
rei. l. nihil eſt aliud ff. de uerb. ſignif. l. hæreditas. ff. de reg. iur.
Nam & ipſe defunctus erat dominus, cum pignus ſit in domi
nio debitoris. l. pignus. C. de pig. ac. Proponet ergo hæres factus
dominus aditione, rei vendicationem, & retrahet incontinē
ti ſine excuſſione niſi forte poſſeſſor habebat anteriorē hy-
pothecam, tunc enim non reſtituet niſi ſibi ſoluatur. quid ſi
hæres adiuerit cum inuentario? Non extinguitur hypothecaria
quia tunc hæres ſuſtinet duas perſonas, ſeipſum, & defunctū.
tanquam ipſe, exercebit hypothecariam perinde ac ſi non
adiuiſſet; Et ſi ex ſerie inuentarij liqueat bona nō eſſe ſoluen
do, non fiet excuſſio, quaſi inuentarium ſit loco iudicis pro-
nuntiantis debitorem non eſſe ſoluendo, quamuis ut hæres
idemq; creditor omnem ſuſpicionē euitet, non male faciet,
requirens ſententiam declaratoriam iudicis iuxta tradita in auth.
hoc ſi debitor. C. de pignorib. & in l. vlt. ff ſi cer. pet. tanquam
defunctus exercebit rei vendicationem. Ergo alterutram eli
get hæres beneficio inuentarij, prout ſibi magis expedierit,
& fortè vnius electione, altera non perimet, quod pertinet mi
rabiliter ad ea, quæ traduntur in l. edita. C. de edendo. in l. quod
in hæredē § eligere ff de tributoria. Aduerte, quia hæc ſunt ſub
tilia, & nuper a me dicta, & delibata, licèt nihil dictum quod
non dictum ſit prius Si res erat hæredis, tunc nunquam contra
erat hypothecaria, cum in re propria non cadat pignus d. l. ne-
que pignus. ff. de reg. iur. ſi res erat alterius, non confunditur
138 hypothecaria, licèt hæres non fecerit inuentariū. † Bal. in l. ſi
vaur. C. de bonis auth. iud. poſſ. per textum in l. ex ſextante.
§. latinus. ff. de exceptione rei iud. Sed licet hypothecariam
non amittat hæres ob omiſſionem inuentarij, tamen de ſuo
tenebitur ultra vires etiam poſſidenti rem ipſam hypothecatā
ſi ſit creditor hæreditarius § & ſi præfatam. Proderit ergo inuē
tarium non tantum ut non teneatur ultra vires, ſed etiam ut in
hypothecaria uincat alium quēlibet ex ordine. d. § & ſi præ-
fatam. Hæc de hypothecaria, quamuis nō male diceretur hy
pothecariam hæredis contra defunctum non confundi etiam-
ſi res erat defuncti ut ſupra .i. xxxvj. Quoad reuocatoriā diſtingue
ſimiliter, aut res erat defuncti, aut hæredis, aut alterius. ſi erat de
functi, proderit mirifice hæredi fraudato inuentarium, ut poſ-
ſit retrahere ſi hæreditas nō ſit ſoluendo. & ut dixi: inuentariū,
vice iudicis fungetur pronūtiantis bona non eſſe ſoluendo,
cum in dubio credatur tot eſſe bona quot ibi ſunt deſcripta.
§. licentia danda. Cum alioquin ſi inuentarium non feciſſet
non retraheret, quia adeundo ſibi ipſi ſolu-iſſe videtur l. Stichū. §.
aditio. ff. de ſolutionib. Scias autem quod ita demū hęres fraudatus
139 reuocat, ſi uere erat creditor, ergo † nec filius, nec quiſquā
alius reuocat, licet prætendat legitimam in bonis fraudatoris. l.
filios. C. de reuocandis his, quæ in frau. cred. l. Polla. C. de his
quib. vt indignis. Niſi pater in ludo amitteret, vel omnia bo-
na donauiſſet: Nam filio dabitur reuocatoria ſaltem vſque
ad legitimam Bald. in l. 1. C. ſi in fraudem patroni. In l. 1. C. de
inoff. donat. illud conſtat quod ſi pater alienaret bona filij etiam
140 aduentitia † quorum habet vſumfructū, nō ualet alienatio.
l. 1. C. de bonis maternis, ergo filius ſaltem patre mortuo re-
trahet ſe, an retrahat ſi patris ſit hæres ſine inuentario? Neu-
tiquam ut prædiximus cum ſe adeundo compenſauerit. l. cū
a matre. C. de rei vendicatione. facto autem inuentario, ſem
per retrahet, niſi tantundē ex hæreditate ferat filius compu-
tata legitima, quamuis aliqui vltra legitimam tantundem exi
gant, ut tradunt affatim noſtri Doctores in §. in computatio-
ne. Grocus in repetit. auth. nouiſſima. q. 23. C. de inoff. teſtam.
ſin autem pater alienaret bona reſtituenda filio per fideicom-
miſſum, ſequeſtratio impetrabitur, Ita ut alimenta patri de-
cernant. l. Imperator. ff. ad Trebellianum. ita ſubtiliter, & in-
genioſe, & ſcite Baldus, qui nihil ignorauit, in l. 2. C. ſi in frau.
141 patroni. ubi ſubdit unum mirabile, quod ſi pater † ſit bonorum
ſuorum dilapidator, conſultum eſt filio, ut petat loco alimen
torum (quæ pater non poteſt denegare) ſibi rem aliquam
aſſignari. Nam rem illā pater non poterit alienare, veluti nec
poſſet alienare rem ſpontè filio aſſignatam pro legitima; ſpō
te, inquam, quia non cogitur pater viuens legitimam aliquam,
ac ne obolum quidem præter alimenta, aſſignare. l. 1. §. ſi im-
puberi ff de collatione bonorum. l. vlt. & ibi Bar. ff. de lib. a-
gnoſ. Si res erat hæredis, illam hæres ob dominij prærogati-
uam a quocunq; retrahet, licet nō ſit creditor defuncti, ſiue

fecerit

fecerit inuentarium,ſiue non:cum ſemper rei vendicatio ſal
ua maneat tam ʒ defunctum,quam contra alium, cui defun
ctus alienaſſet citra moram excuſſionis,Bald.in d.l.ſi vxor.C.
de bonis auth.iud.poſ Si tamen vult indemnis ſeruari,& rem
ſuam ſaluam habere, omnino faciat inuentarium : alioquin
omnibus de ſuo ſoluet inſolidum,etiam legatarijs hodie.§.ſi
vero non fecerit,auth.de hær & Falc.Si res erat alterius, non
retrahet hæres carens hypotheca, niſi defunctus qualequale
ius ĩ ea habuiſſet actionis perſonalis,vel hypothecę:nã in idẽ
ius ſuccederet hæres,& de eo iure iudicatur vt de alijs rebus
defuncti.l. hæreditas.ff.de reg.iur.

Secundus caſus eſt quando excutiendus.i.debitor pigno-
ratitius,vel fraudator ſuccedit creditori. Quoad hypotheca-
142 nam,ſi res † erat defuncti,illam non poteſt exercere hæres:
partim,quia eſt debitor,& ius naturaq; non patitur,vt debi-
tor poſſit agere:partim,quia exerceret ex perſona defuncti,
cui res ſua non potuit eſſe obligata,d.l.neq; pignus.ff.de reg.
iur.Si res erat ipſius hæredis,ſi quidem faciat inuentariũ hæ-
res,ex perſona defuncti aget, quia inuentarium ſecernit bo-
na,& perſonas Quod verũ eſt iuris ſcrupuloſitate, vbi ipſius
hæredis,eiuſdemque debitoris bona non ſunt ſoluendo,quæ
an ſoluendo ſint,indicat inuentarium:Verum æquitas repu-
gnat,maxime ſi ipſe hæres rem a ſe obligatã alienauiſſet bo-
næ fidei emptori Illud ſanę conſtat, quod nunquam ſine in-
uentario retraheret,quia hæreditas cenſetur locuples.§.ſan-
cimus.auth.de hæred.& Falc.gl.in l.ſi vero.§ 1.ff. qui ſatiſda.
cog.Roma.conſi.190 licet actio hypothecaria,velut alia quę
libet,ſit in hæreditate defuncti.l.qui actionem.ff.de regu.iur.
Si res erat alterius,videndum eſſet an valeat pignoris obliga-
tio.Et quidem non valet citra domini voluntatem quamuis
venditio valeat.l.res aliena.ff.de pignor.act.l.rem alienam.ff.
de contrahen.emptio. Admiſſo autem quod valeat, ſi quidẽ
hæres,idemq; debitor non exiſtens ſoluẽdo in bonis proprijs
fecerit inuentarium,poterit ex perſona defuncti exercere hy
pothecariam:Sed an requiretur ſentẽtia declaratoria, quod
hæres,idemq; debitor in bonis proprijs non ſit ſoluendo?Et
hoc vtiq; magis eſt, antequam ex perſona defuncti exerceat
hypothecariam : Sin autem non fecerit inuentarium, quãuis
actio hypothecaria ex perſona defuncti tranſeat ad hæredem
veluti alia quælibet,niſi ſit pœnalis,vel ex delicto.l. vnica. C.
ex delictis defun. tamen non poterit hæres idemq; debitor il
143 lam exercere:quia aditio ſeu ſucceſſio † eſt loco ſolutionis,
vt toties dictum eſt Quo fit,vt & ſi creditor ſuccedat debito
ri ſine inuentario,fruſtra intentetur hypothecaria,cum cre-
ditor adeundo ſe compẽſauerit.l.Vrannius.ff.de fideiuſ.Quo
ad reuocatoriam,ſi res erat defuncti, non eſt inquirẽdum:cũ
creditor non dicatur alienare in fraudem ſui debitoris:& po
144 teſt † quilibet quandiu viuit res ſuas alienare licet millies te
ſtamentum vel contractum fecerit.l.rem legatam. ff. de adi-
men leg.l j.§.ex contrario.ff.de ſepar.Si erat hæredis,eiuſdẽ-
que debitoris non potuit defunctus ei dominium auferre,
l.id quod noſtrum.ff.de reg.iur.Quapropter hæres,idemque
dominus vendicabit a quocunque neque indigebit reuoca-
toria,citra aliquam excuſſionem bonorum defuncti,Bald.in
145 rub.C de reuocandis his,quæ in frau.cred.†qui dicit rei ven
dicationem non pati excuſſionem. Sin vero hæres,idemque
debitor alienauit in fraudem:non videtur admittendus,licet
inuentarium fecerit:quia propriam turpitudinem allegaret.
l.filios.C.de reuoc.his quæ in fraud cred. Si res erat alterius,
non potuit ſimiliter defunctus illam alienare in fraudem do-
mini,quamuis pater eſſet, vt dixi de aduentitijs filij alienatis
a patre.l.1.C.de bonis maternis, ſed an hæres idemque debi-
tor retrahet? Neutiquam : quia,vt dixi,creditor non dicitur
alienare in fraudem ſui debitoris,aut hæredis, aut legatarij :
ſed vt apparet,non cõgrue hic agimus de reuocatoria in ter-
minis noſtræ diſceptationis:niſi forte hæres, idemque de-
bitor alienaſſet.

Tertius caſus eſt qñ excutiens ſuccedit poſſeſſori. Quoad
146 hypothecariam, † ſi res erat defuncti extinguitur hypothe-
caria propter dominium,quod aditione nanciſcit̃ hæres idẽ-
que creditor,niſi facit inuentarium,& ex perſona ſua non de
functi exerceat hypothecariam ʒ hæreditatem iacẽtem.Sed
an hæres ſi non faciat inuentarium,amittat actionẽ principa-
lẽ aduerſus alienatorem?Nullo modo.Qm̃ ex dũtaxat actio-
147 nes † aditione ꝯfunduntur, quas habet hæres ʒ defunctum.
§. in computatione. Si res erat hæredis non valet pignus,ne-
que hypotheca in re propria.d.l.neq; pignus. Si erat alterius,
non extinguit̃ hypothecaria,caſu quo ab initio valuerit obli
gatio, qđ admodũ eſt controuerſum,vt per gl.Bar. & Bal.in
l.rem alienã. ff. de pig.act. veluti nec rei vendicatio q̃uis non
fiat inuentariũ,Bal.in d.l ſi vxor.C.de bonis auth.ind.poſ.niſi
quis dicat hoc caſu extingui,cũ rẽ penes ſe habeat ex ſucceſ-
ſione : Qui aũt poſſidet non agit.§.æque.in fi. Inſti.de actio-

nib. Quoad reuocatoriã,ſi res erat defuncti,non eſt inquirẽ-
dum;cum ex ſucceſſione hæres dominium nanciſcat̃, & poſ
ſeſſionem,vnde non indiget aliqua actione.d.§.æque.l.1.§.in
terdictũ.ff.uti poſſid ſed & alio poſſidente,nõ reuocabit, ne
veniat ʒ factum,& alienationem defuncti, vt in toties alleg.
l.cum a matre.Si res erat hæredis,pariter non eſt inquirendũ
quia non dr̃ quis alienare in fraudem ſui ipſius ; cũ poſſit res
ſuas oẽs in mare proiicere.Glo.in l.j.C.de inoſ.donat.nec poſ
ſit venire ʒ factum proprium,propriamq; allegare turpitudi
nem.l.filios C.de reuoc.his quæ in frau.cred.l. cum profitea
ris.C.de reuoc.donat præterea quid attinet hoc dicere, cum
rem reperiat poſſeſſam a defuncto,cui ſucceſſit? Eſſet hoc di
cendum ſi a poſſeſſore,cui alienauit vellet auocare,vel hæres
eius.Et certe non põt,quia veniret ʒ factum proprium, vt d.
ll.Si res erat alterius,puta debitoris,qui iſti defuncto,cui nũc
creditor ſuccedit,alienauit,nec tunc reuocatoria indiget,cũ
poſſeſſionem adeundo nãciſcat̃ per ſe ſeipſum; ſed,an ꝑ hoc
debitor erit liberatus?Non quidẽ. Immo ſi defunctus pleno
iure acquiſiuit,adhuc hæres idemq; creditor obligatũ habe-
bit ſuũ debitorem,niſi fuerit inſtitutus animo compẽſandi.
l.ſi cũ dotem.§ ſi pr̃ ff.ſolu.mat.ſin autem defunctus pignori
habeat,nõ alias debitor rem ſuã auferet pignoratitio iudicio
quam ſi hæredi eidemq; creditori ſuo ſatisfecerit.§. vlt. Inſti.
quibus mod. re contra. oblig.l ſolutam ff.de pig. actione.
148 Quartus caſus eſt qñ poſſeſſor † rei obligatæ,vel fraudulen
ter alienatæ ſuccedit creditori. Quoad hypothecariam,ſi res
erat defuncti non eſt inquirendum ob regulã. l. neq; pignus.
ff.de reg iur.ſed an poſſeſſor,idemq; hæres experietur actio.
principali ʒ reum?Reſpondetur, Quis dubitat de hoc? Quid
tamen ſi reus ſoluat,& velit pignoratitia actione rem retra-
here?Vix eueniet,immo nunq̃ ꝙ creditor ſibi ipſi rem ſuam
pro ſuo debitore obligari ſciẽs patiatur. Si res erat hr̃dis, nec
tunc eſt inquirendũ ob d.l. neq; pignus. Si tamen faceret in-
uentarium hæres,idemq; poſſeſſor rei hypothecaræ,non pro
hiberetur iuris ſubtilitate ex perſona defuncti creditoris,age
re hypothecaria ʒ hæreditatem iacentem, & ſic quodammo
do ʒ ſeipſum;Quod facilius impetraret,ſeruata cautela Bal. ĩ
§.in computatione,& in l.debitori.C.de pact. Hoc tamen ut
vides nimiam habet ſubtilitatem,ſub cuius velamento per-
nicioſe ſæpiſſime erratur,inquiebat Celſus in l.ſi ſeruum.§.ſe
quitur.ff.de ver.oblig ſi res erat alterius, tunc facilius hæres
faciens inuentariũ,ex perſona defuncti vteretur cautela Bal.
cum periculo ſubiaceat euictionis,quandocunq; dñs vendi-
cet,vel euincat. Certe quolibet alio poſſidente præter dñm
tam ex perſona ſua q̃ defuncti,citra,vel cũ inuentario,aget hy
pothecaria,cum ſit in rem l. penul & vlt.ff.de publiciana.l.pi
gnoris.C de pignorib.cum multis ſimil.Quoad reuocatoriã,
ſi res erat defuncti,non eſt inquirendum,cum potuerit defun
ctus in quemlibet alienare irreuocabiliter ad ſui & hæredũ
præiudiciũ,præallegata.l.filios.C.de reuoca. his quæ in fraud.
cred.Nec per hoc exoneratur debitor obiiciens hęredi eum
conuenienti;Author tuus in alios exercuit liberalitatem , in
149 me quoque exerceas tu repræſentans illum. Nam † nemo al
teri benefacere cogitur,licet alij benefecerit.c. de iudæis. 45.
diſt.præterea quid attinet hic dicere de reuocatoria cũ hæ-
res poſſideat?Si res erat hæredis,nec tunc eſt inquirendũ, &
qm̃ rem penes ſe habet vice defuncti creditoris, & qm̃ nõ po
teſt agere reuocatoria tanq̃ ex perſona defuncti per inuenta-
rium, qm̃ rem ſuam ab alienatore accepit reddente ꝙ ſuum
non erat,ſed erat ipſius accipientis,qui accipiens non eſt hæ-
res,& uult agere quodammodo contra ſe ipſum. Qui poteſt
capere,capiat. Si res erat alterius:nec tunc eſt inquirendum
quia hæres poſſidet:niſi forte faciat inuentarium, & ex perſo
na defuncti contra hæreditatem,vel curatorem datum hære
ditati ex cautela Bal.experiatur,ſed ſtulte experiretur,ſi frau-
dator,ideſt,reus principalis ſoluendo eſſet.

Quintus caſus eſt,qñ excutiendus ſuccedit poſſeſſori.Quo
150 ad hypothecariam,†ſi res erat defuncti prodeſt inuentariũ
hæredi,eidemq; debitori obiicienti creditori , Amice prius
excute meipſum,qui ſum debitor principalis,nec nõ fideiuſ-
ſorem.auth.hoc ſi debitor.C de pignorib.auth. ſed hodie.C.
de act & oblig.At non facto inuentario poſſet creditor elige
re perſonalem,vel hypothecariam,vtpote bonis ſimul com-
mixtis,vt ibi habetur.Si res erat hæredis , adhuc idẽ dicemus
vt poſſit hæres retardare hypothecariam donec ipſe excutiat̃
ſi fecerit inuentarium Si res erat alterius,adhuc idem poteſt
attentari,niſi veniat dñs,& vendicet : Quæ omnia vera ſunt ,
vbi alias de iure communi neceſſaria ſit excuſſio:Quãuis hic
obſtet,quia excutiendus & poſſeſſor eſt vna,& eadem perſo-
na iure ſucceſſionis.Attamen cum inuẽtarium ſecernat bo-
na,& perſonas,ita rigor iuris exigit,vtcũq; æquitas repugnet
& ius vetus.l.vlt.C.de act.& oblig.l.diſtractis l.perſecutione.
C.de pignorib.Quoad reuocatoriam,ſi res erat defuncti, nõ

expeti

experitur creditor, ſi debitor, idemq; hæres faciat inuentarium, niſi prius excutiatur ipſemet debitor, ſecus non facto inuentario. l. 1. C. de reuocandis his, q̃ in frau. cred. Si res erat hẽdis, vel etiam alterius, adhuc idẽ erit iuris ſcrupuloſitate.

Sextus & vltimus caſus eſt, quando poſſeſſor ſuccedit excu
151 tiendo. † Et eadem fermè, quæ in proximo caſu ſunt repetẽda, ut ſi inuentarium proſit hæredi, quominus creditor citra excuſſionẽ poſſit ſtatim agere hypothecaria, uel reuocatoria, ad quod imprimis eſt expendendus textus cum ibi traditis per gloſſam, Baldum, Saly. Caſtrenſem, & alios in d. l. 1 C.
152 de reuocandis his, quæ in fraud. cred. Porro † hæc materia excuſſionis, ut cuiuis patet, eſt admodum ſubtilis, & controuerſa; & ſuper ea plures regulæ ſumendæ eſſent, quod eſt de apicibus iuris, quod non opponitur niſi opponentis interſit, quod indicat debitorem non eſſe ſoluẽdo, & idem fermè indicat inuentarium, quod iudex illam ſæpe reijcit ex animi ſui motu, gl. in l ſi mancipium § 1 ff de euict. gl. in l. & hæredi. §. fi. ff. de pactis Romanus conſ. 430. Are. conſi. 127. Socynus ſenior conſi. 24. li. 1. Bertachinus in ſuo repertorio, referens tractatum excuſſionis Iacobi de Are. Crauetta conſi. 77. & conſi. 182. & conſi. 201.

153 Quinquageſimo ſexto. Vnus † ex pluribus creditorib. hęreditarijs prius põt petere, & ſuum conſequi ab hærede. §. & ſi præfatam, cum alioquin ſi hæres nõ feciſſet inuentariũ neq; ipſe, qui ſoluit, neque ipſe qui ſolutum accepit omnino ſecuri eſſent. Quod tamen eſt intelligendum, ut dicam in textu.

154 Quinquageſimo ſeptimo, quod eſt finitimum. † Vnus ex legatarijs primo ueniens accipiet ab hærede, & uterq;, tam ipſe quam hæres, confeſtim erunt immunes, d. §. & ſi præfatam. ſecus non facto inuentario, ut ibi dicam.

155 Quinquageſimo octauo Emptor, † q comparauit ab hærede vendẽte nomine hęreditario ut pecuniã erogaret creditorib. & legatarijs, confeſtim ſecutus eſt d. § & ſi præfatã, vbi Iaſon dicit eſſe caſum mirabilem, quo inuentarium operatẽ excluſionem hypothecæ, quod & ſequitur Chaſſeneus cõſil. 22. Cæterum multa requiruntur ad hoc ut emptores ſecuri ſint, ut per Cæpollam Cautela. 225 & dicam in textu.

Quinquageſimo nono Creditores poſſunt conuenire legatarios quibus eſt ſolutum nõ ſolum actione hypothecaria: quod eſt quando habent hypothecam, ſed etiam condictione indebiti d. §. & ſi præfatam uer. licentia, ubi plene dicam, ſecus non facto inuentario, niſi hypothecam haberent, & niſi hæres ſoluendo non eſſet.

Sexageſimo creditores hypothecarij põt conuenire alios creditores, nec hypotheca, nec priuilegio potiores; per actionem hypothecariam, vel condictionem ex l. d § & ſi præfatam, ubi dicã quid differat iſta cõdictio ex lege ab illa indeb.

156 Sexageſimo primo Tempus † nonaginta dierũ, uel anni, quo conficitur inuentarium, ſubducitur de medio, ut non currat 𝔷 creditores hẽditarios. § donec. Nec immerito, quoniam non valenti agere non currit præſcriptio, l. 1. § vlt. C. de annali exceptione

157 Sexageſimo ſecundo fideicommiſſarius † non tenetẽ ultra vires, quod uerum eſt indubitanter, ſi ipſe fecerit inuentariũ vt notat Iaſon poſt vetuſtiores in l. 1. §. ſi is qui. ff ad Treb Si autem ipſe non fecerit, ſed hæres; controuertitur an hẽdis inuentarium ſubleuet fideicommiſſarium. Bart. in l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad l. falc. dicit nõ ſubleuare, niſi hęres cedat. l hæres a debitore. in prin. ff de fideiuſſ. l. ſi hæres pecuniam. ff ad Trebellianum. contrarium uult Bal. notabiliter in §. & ſi præfatam, & in l. filium C fam erciſc quia inuentarium eſt in rem. Bal. in d. l. filium. & quia exceptio trãſit ſine ceſſione. l. reſcriptum. § vlt ff de pactis. Porcellinus in ſuo tractatu de inuentario hæredis. In ſecunda quæſtione principali. c. 2. nu. 22. quod ſi neuter faceret inuentarium, uterque eſſet obligatus, Porcellinus ibid. nu. 25.

158 Sexageſimo tertio. fideicommiſſarius † ſubleuatẽ ab onere ꝓbandi res fuiſſe teſtatoris Ratio eſt. quia inuentariũ publice conſcriptum ꝓſumitur res omnes uere continere. Ceſſante autem inuentario neceſſe haberet fideicommiſſarius probare bona fuiſſe in dominio teſtatoris. Bal. conſ. 84. conſ. 89. lib 1 Are. conſi. 110. Alex. conſi. 139 lib 6. Crauetta conſ. 61. ſi tamen euidenter liqueret per errorem res aliquas inſertas, non per hoc fideicommiſſarius res alterius interciperet, etiamſi teſtator ita dixiſſet. l. j. C. debitorem uend. pig. Nã nec res, quæ uere erant teſtatoris, conſequeretẽ, ſi ſine culpa hæredis ſint deminutæ, uel deperditæ, cum fideicommiſſum trahatur ad ea tantum, quæ reperiuntur tempore reſtitutionis. l. mulier. §. ſed enim. l. deducta. §. ante diem & ibi aſtatim Doctores ff ad Trebellianum. licet legitimę, & legatorum ſolutio trahatẽ ad bona exiſtentia mortis tpe. l. cum quæritur. C. de inof teſtam. l. in quantitate ff ad l falc. hæc vera ſi ſimus in recenti aditæ hæreditatis, ſecus ſi progreſſu temporis rerũ dominia & poſſeſſiones variarentur. l. 2. C. finium regund.

Sexageſimo quarto. creditores hæreditarij, & legatarij non patiũtur moram excuſſionis: quominus ſimulatq; hæres ad finem bonorum ſolui, poſſint retrahere ab illis, quib hæres ſoluit, uel alienauit res hæreditarias. Ratio eſt quia inuenta-
159 riũ † eſt inſtar iudicis pronuntiantis debitorem non eſſe ſoluendo, ut ſupra fuit expoſitum Alioquin non facto inuentario, deberent excutere minutatim ipſum hæredem, neq; ita cito, aut tam facile ſuum conſequerentur. Imo ſæpenumero defraudati remanerent, ſi hẽs non eſſet ſoluendo Ita ſubtiliter uult textus, nunquam ſatis laudatus in l. 1. C. de reuocandis his, quæ in fraud. cred. l. ait prætor. §. ita demum ff, quæ in
160 fraud. cred. ergo nec hęres contrahet, nec aliquam faciet obligationem rerum hæreditariarum, licet alias debitor non ꝓhibeatur alienare, alioſq; ſortiri creditores. l. 1. §. ex contrario. ff. de ſepar. l. vnica. C. rem alienam gerentibus. Sed obſtat, q̃a inuentarium non adimit beneficia iuris cõmunis, at ius cõmune permittit contrahere, ut dictis iurib. Reſpondeo permittit ſi fraus ceſſet, & alienetur ſuũ. l. ſi pignore. §. 1. ff. de furtis. Et aduerte, quia eſt notabiliſſimus effectus licet non habeam nec gloſſam, nec Doctorem hoc dicentem: Attamen ita opinor oĩno, & maxime quia etiam intereſt hæredis non conueniri, atque ab omni vexatione exonerari, ut dixi, & dicam in textus explicatione: dum tamen ſi hęres exoneratur, nec lucretur aliquid.

Sexageſimo quinto. Creditores creditorũ hæreditariorũ, & legatariorum redarguent eos de mendacio ex inſpectione inuẽtarij præterea eiſdem condẽnatis, poſſet actor in executione rei iudicatæ interdicere hæredi ne ſoluat illis, ſed & ſequeſtratio, maxime eis vergentibus ad inopiam, permittetur, & ſi non ſint alia bona quæ capiantur, capientur iſta iuxta ordinem. l. a diuo Pio. § in venditione. ff de re iudicata. l. 2. & per totum titulum. C. quando fiſcus, uel priuatus. l. hæres eum, ff ad Trebellianum. l. vnica. C. de prohibita ſequeſtratione pecuniæ. Obſtat, quia cum inuentarium ſubleuet hęredem ab omni vexatione, certe non videtur eidem denuntiãdum, aut penès eum res in ſequeſtro ponẽdas, niſi quis dicat hoc non obeſſe hæredi per regulam. l. in creditore ff de euictionib. uel ſi obſit, penès alium res deponentur ut in d. l. vni
161 ca. quid ſi hæres inuentarium nollet exhibere? Eſſet † arctãdus, cum probationum facultas nõ ſit anguſtanda, maximè aduerſus improbos, & moroſos ex his, quæ habentẽ in l. pen. §. 1 ff. ad l. fal in l. 1 & auth ſi quis in aliquo. C de edendo

Sexageſimo ſexto Qua ratione diximus fideicommiſſariũ ſubleuari ab onere ꝓbationis, & ſolutionis de ſuo; eadem ratione liberabitẽ emptor hæreditatis, & fructuarius. Dicet aliquis, nunquid ergo iſti tenẽtur ad onera hæreditaria? de emptore non eſt ambigendum, cum locum hęredis teneat. l. 2. in prin. & §. pen. ff. de hẽditate, vel actione vend. l. ſi cum emptore. iuncta gl ff. de pactis quamuis creditoribus & legatarijs non interdicatur quominus hæredem poſſint eligere, niſi fecerit inuentarium ut prædiximus l. 2 & ibi gloſſa, Cynus, Baldus, Saly. C. de hẽditate, uel actione uẽd. de fructuario nõ
162 eſt ita expeditum, cum uſusfructus † intelligatẽ deductis oneribus. l. omnium cum ibi traditis. ff. de vſufr. l. vſufructu ff. ad l. falc. Si tamen hæres non ſoluerit, ſoluet fructuarius, ꝑ traditã a Bartolo in l. vlt. ff. de vſufructu legato. Quamuis & hæres conueniri poſſit, niſi fecerit inuentarium, quod inuentariũ etiam proderit emptori, & fructuario ne in plus teneantẽ: & pręterea conuincet hẽdem de mendacio ſi res aliquas ſupprimat, uel inficietur. Quid ſi ipſi fecerint inuentarium, cum hęres non feciſſet? Rectè facerẽt, nam & fructuarius tenetur facere inuentarium hæredi, nè proprietatem minuat Alex. conſi. 58. lib. 3 Picus in l. Titia. §. Titia cum nuberet. q. 31. ff. de le. 2. Mantua cõſ. 33. lib. 2. Cephalus, conſ. 57 nu. 33. Quid
163 in donatario, † ſeu ceſſionario gratuito hæreditatis, an in ipſum trãſibunt onera, ſi non exter inuentarium, uel ſuum, uel cedentis? & hoc magis eſt ad inſtar emptoris, & fructuarij, licet donatio, veluti legatum, merum lucrum afferat Bal. in l. non amplius. §. vlt. ff de leg. j. & ibi quoque Alex. l. ſi hæreditatem. ff mandati.

164 Sexageſimo ſeptimo ſubſtitutus † vulgariter, q & ipſe hẽs eſt, ſubleuabitẽ ex inuentario hęredis, ut tradit Bar. Com. uterque Imola, Herculanus & alij in l. in rõne. §. quod vulgo. ff. ad l. Fal. Quid in ſubſtituto pupillariter? Ipſe non ſubleuabitẽ quoad onera pupillaris hæreditatis niſi faciat inuentarium. Proinde ſi tutor pupilli non fecit inuẽtarium hæreditatis paternæ, debebit duo facere Inuentaria, prout duæ ſunt hæreditates. Bar. & alij in d. §. quod vulgo. Porcellinus in ſecunda quæſt. principali. c. 2 nu. 18 vide lex ſingulariſſimã in l. paterfamilias. ff de priui cre. ubi diſces ꝙ nec creditores patris inquietabũt bona pupilli; nec rurſus creditores pupilli occupabunt bona paterna, † quia nemo tenetur ſoluere debita alterius

rius, licet pater, uel filius ſit, ut C. ne filius pro patre. Quod & in eorum hæredibus vice mutua dicendum eſt. Proinde & creditores, nec non legatarij vtriuſq; non commiſcebũtur, ſi factum ſit inuentarium, ut in d. l. paterſam. quæ omnia locum ſibi vendicabũt in exemplari ſubſtitutione, quæ adinſtar pupillaris fuit introducta §. qua ratione. Inſti. de pupillari ſub. l. ex facto. ff. de vulg. & pupillari. l. humanitatis. C. de impub. & alijs ſubſtit.

Sexageſimo octauo. Quemadmodum hæres intra tempus inuentarij, de quo in §. donec, non poteſt conueniri, ita tran
166 ſacto † tempore, nõ põt retardare creditores, & legatarios, quominus eis ſoluat vſq; ad finẽ bonorũ. Et tanto magis quia indemnis ſeruatur, cuicunq; ſoluerit, creditori, uel legatario. §. & ſi præfatam, vnde non poteſt cauſari ſe diſpendium paſſurũ ex hac ſolutione. Nec obſtat quod & alijs non minus debetur, nam imputent ſibi alij, ſi tarde acceſſerint, vel remedijs competentibus utantur. l. pupillus. ff. quæ in frau. cred. l. ſumma. ff. de peculio. Nec etiam poteſt cauſari quod neſciat quantum ſoluendum ſit. cum in inuẽtario res omnes minutatim ſint inſertæ, & maxime ſi (prout voluit Salycetus) rerum ſingularum pretium fuerit prætaxatum. Diuerſum, ſi non extaret inuentarium. Iuſtam enim motandi cauſam prætenderet hæres, quia ignorat quot hæreditatis creditores, & legatarios habeat, & quantum ſit in bonis. §. ſancimus. & §. ſequenti. au
167 then de hæred. & falcidia. Vnde † melius eſt ei non ſoluere quam ſolutum repetere. l. 3. ff. de compenſ. licet tandẽ ob prætermiſſionem inuentarij teneatur omnibus de ſuo.

168 Sexageſimo nono. Agens † petitione hæreditatis, non ſolum ſubleuatur ab onere probationis, & ſolutionis, quod de fideicommiſſario, & fructuario, & emptore diximus; ſed ẽt ſtatim ad conflictum poteſt deuenire, abſq; eo quod retardetur in poſſeſſorio. Ratio eſt quia hæres faciens inuentariũ omnino poſſidet, ad inſtar hæredis, qui olim deliberabat. l. Ariſto. & l. ait prætor. ff. de iure deliberandi. Ergo cũ hæres poſſideat, quid neceſſe habet actor perſiſtere in poſſeſſorio? nã nec ſi uellet actor excludere hæredẽ a poſſeſſione, quidquã ageret; cum hæres eſſe debeat in poſſeſſione, licet nondum adierit: veluti ergo hæres commodum ſentit poſſeſſionis, ita incontinenti debet reſpondere, controuerſiæque illatæ finẽ imponere. l. quidam. ff. ſi cer. pet. l. properandum. in princ. C. de iudicijs, Maxime ſi ſe intruſerit more prædonis, uel furis in hæreditate. l. pro hærede. & legibus ſequentibus. ff. de petit. hæred. Dicet aliquis. Ergo inuentarium furis, Prædonis, vſurpatoris proderit petitori hæreditatis. Reſpondeẽ. Quidni? Nil. n. uetat inuentarium rectè facere, licèt praua ſit fraudandi intentio. Rurſus dicet aliquis, nonne & citra inuentarium petitio hæreditatis poteſt intentari? Imo citius, i. ante tẽpus §. donec? Reſpondetur, poteſt quidem ſi hæres adeat & poſſideat: ſed etenim cum diutiſſimè hæres quandoq; adeat, & nec adiſſe cenſeatur niſi aſſerens contra hæredem inficiantem, id probet, Cardinalis conſ. 72. Decius conſi. 441. expeditiorem exitum inueniet petitor, ſi hæres fecerit inuentariũ,
169 cum nõ † poſſit inficiari hæres quominus poſſideat. Et hæc referenda ſunt ad ea quæ pleniſſimè tradunt Doctores, præſertim recentiores, & audiui quondam acutiſſimum Dominum meum, conceptuum, & theoricarum perſpicaciſſimũ Dædalum, D. Hyeronimum Torniellum in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poſſ. ubi ẽt diſces an uera ſint in interdicto adipiſcẽdæ, retinẽdæ, recuperãdæ, ſiue hæres agat ſiue excipiat, de quo etiam per Ruy. conſi. 67. lib. 2.

170 Septuageſimo. Cum inuentarium † ſeruat bona, & perſonas, atq; ita ſit loco tituli de ſeparationib. cõſultum erit tam creditorib. defuncti, quam hæredis. Creditorib. defuncti, ſeu hæreditarijs, nec non legatarijs, quia ipſi ſoli hæreditatem habebunt. l. 1. C. de bonis auth. iud. poſſ. Creditoribus hæredis, quia bona hæredis habebunt pro ſe, quæſita, uel quærenda. l. ſi creditores. ff. de ſeparat. De tribus quæritur (ſed quæſo hæc tria
171 tibi non excidant) Primo, an inuentarium † proſit creditoribus hæredis in hoc, ut bona ipſius hæredis, uel etiam defuncti ſuperfluentia non poſſint alienari. Et ſanè quo ad creditores hæreditarios, necnon legatarios, non poſſet hæres alienare, neq; obligare res defuncti licèt ſuas poſſet, niſi quatenus permittit Iuſtinianus in §. & ſi præfatam. Quoad creditores proprios, non prohibebitur hæres res ſuas alienare; ſed nec ſuperfluentes hæreditatis prius ſatisfactis creditorib. hæreditarijs, & legatarijs. l. 1. §. ex contrario. ff. de ſeparationib. Sed an non facto inuentario habebit locum textus in d. §. ex contrario, ut tam ſuos quam hæreditarios creditores poſſit fraudare hæres alienando? Secundo quæritur, an inuentarium excludat creditores hæredis in bonis ſuperfluentibus, poſtquam ſolutum eſt creditoribus hæreditarijs, & legatarijs. Quod videretur, quia hæc bona nunquam fuerunt neq; adhuc ſunt hæredis facientis inuentarium. Contrarium ueriſſimum eſt, quia
172 cohærens † hẽt rem, & perſonam debitoris, qui poteſt quotidie lucrari l. 1. §. item ſciẽdum. l. ſi creditores, in fine ff. de ſeparationib. Quod ſummopere notandum eſt. Neq; obeſt quod inuentarium conſeruat hæredi lucra. Fateor conſeruat, ſed nõ ultra ius commune; ius aũt cõe vult ut debitor ſatisfaciat de omnib. bonis præſentib. & futuris. d. l. ſi creditoris. in fine. Tertio quæritur an è conuerſo creditores hæreditarij occupent bona hæredis ſuperfluentia poſt ſolutionem creditorum ipſius hæredis. Diſtingue tẽpora, aut loquimur de iure Digeſtorum, aut de iure nouiſſimo Iuſtiniani. Primo tẽpore, ſi quidẽ facta erat bonorum ſeparatio, nihil tangebant de bonis hæredis creditores hæreditarij. d. l. ſi creditores. uer. quod ſi proprij. Cõtra quam legem ex diametro vr̃ facere tex. in l. debitor, verſic. Quid ergo. eodẽ tit. de ſeparat. ſed non difficulter ſolues, ſi ibi videris gloſſam, & Bartolum. Sin uero nulla erat facta ſeparatio, de ſuo inſolidum eis tenebatur hæres. l. quæ dotis. ff. ſol. mat. l. more. ff. de acq. hæred. Secundo tẽpore eſt expeditum. Tantum. n. ſpectatur an faciat, uel non faciat inuentarium, ut in noſtra. l. ult. §. cum igitur §. & ſi præfatam. §. ſin uero poſtquam. ſed an hodie ſi hæres non faciat inuentarium prius ſoluet ſuis quam defuncti creditorib. Quod magis eſt ut fiat recurſus ad ius uetus. l. ſecunda. C. de noxalib. Et ſi quidem ambo ſint hypothecarij, ſumus in claris; cum nec defunctus hæredis, nec hæres defuncti rem utpote alienam potuerit obligare, licèt pater, filiusuè ſit. l. ult. C. de pactis. l. Paulus. in fine. ff. de pign. ſin aũt ſint chyrographarij, & eis genus, uel quantitas debeatur, tunc poſſet hæſitari an præoccupationi, uel gratificationi locus ſit, ex. l. pupillus. ff. quæ in frau. cred. & l. pro debito. C. de bonis auth.
173 iud. poſſ. Quamuis autem diximus inuentarium † hodie eſſe loco tituli de ſeparationibus, tñ hoc fallit in multis. Primo hæres facit ſi vult inuentarium: At creditores & legatarij petunt ſeparationem. l. 2. C. de bonis auth. iud. poſſ. l. pen. ff. de ſeparat. deinde ſeparatio uſq; ad quinquennium poſt aditionẽ permittitur. l. 1. §. quod dictum. ff. de ſepara. At inuentarium citeriore tẽpore finitur. §. ſin autem dubius. Item ſeparatio non fiebat aut uix fiebat bonis commixtis. d. l. 1. §. præterea. At inuentarium fit ante, & poſt aditionem, ſeu commixtionem.

LXXI. Quod venit in conſequentiam eorum, quæ ſupra dicta ſunt de dote, & legitima liberorũ. Poterit filius reſpectu matrimonij, uel cohærendi, ſecernere quantum ſit neceſſe pro do
174 natione pp nuptias. † nam ueluti pater tenetur dotare filiam. l. qui liberos. ff. de ritu nuptia. Ita filio tenetur conſtituere donationem pp nuptias. l. vlt. C. de dotis prom. Cum ergo fauore matrimonij tam filia dotis quam filius donationis pp nuptias ſint creditores patre uiuente uel mortuo, gl. & ibi Bar. in l. obligamur. § 1. ff. de act. & obl. merito utriq; per inuentarium ſuccurretur adhibita cautela Baldi in § in computatione. & l. debitori. C. de pactis, ut citatis creditorib. & legatarijs, & fortè dato curatore hæreditati iacenti, detrahatur hæc quantitas,
175 quaſi loco legitimæ: † cum & alias creditor hæreditatis iacentis hoc pacto ad ſuum admittatur. l. ut debitum. C. de hæred. act. l. debitor. ff. de neg. geſtis. Quod promptius eſt admittere, ſi ſit cohæres, uel ſubſtitutus adiens. l. ſi libertus patrono. verſ. quid ergo. ff. de bo. libertorum. & maximè ſi bona ſint ſoluendo. Alioquin nec dos, nec donatio propter nuptias, nec aliqua legitima remanebit filio, filiæuè, ſi æs alienum omnia abſorbeat. l. ult. ff. quæ in fraudem creditorum. Iac. de Arena, Bar. Alb. Com. Imola, Romanus, Aretinus, Iaſon in l. pro hærede. §. ſi quid tamen. ff. de acq. hære. Cyn. Baldus & alij in d. l. vlt. C. de dotis promiſſione. Quid tamen ſi creditores nominatim citati ad inuentarium, per contemptum, & negligen-
176 tiam non comparuerint? † Vix datum marito, vxoriue, creditores contumaces auferent, præſertim durãte matrimonio;
177 ne interim contingat maritum ſine dote uxorem alere, † vel uxorem ſoluto matrimonio, dote, & donatione carere. Tu melius diſpice. Nam quæſtio in vniuerſum eo reuoluitur, an hæredi conficienti inuentarium proſit ad præſcribendũ creditoribus, eos nominatim citare cum proteſtatione iuris ſui amittendi ſi non compareant: quod nuſſibi ſanxit Iuſtinianus, Alciatus Reſp. 43. Ergo ut toties diximus, ſeruetur ius cõ-
178 mune: nec tribuatur hæredi lucrum ultra ius commune. † Illud incunctanter tenendum eſt, quod ſi pater olim uiuens dedit, non reuocabitur per creditores patris uiuentis, uel mortui, quia abſceſſit a bonis paternis; Vnde & ſi hæres ſit filius, filiaue cum inuentario, excludentur creditores. Quid ſine inuentario? Nec tunc creditores uincent filium, filiamue ob id quia pater olim dederit; Vincent ob id, quia temere damnoſam adiuerunt hæreditatem, uel ſe immiſcuerunt. Nam & de alijs quibuſcunque bonis, quæ nunquam a defuncto proceſſerunt, tenetur hæres ſoluere, ſi non faciat inuentarium. Neceſſe eſt igitur filio, filiæq;, quibus pater dedit dotem, ſeu donationem, uel abſtinere ab hæreditate, uel ſe immiſcere cũ inuentario. l. 2. 3. & ibi Baldus. C. de reuocan. his quæ in frau. cred.

cred. Niſi prius quam pater daret filiis, alienauiſſet vel obli-
gauiſſet expreſſim creditoribus.l.filios. eodem tit. l. aſſiduis.
C.qui potiores in pig hab. Quid ſi pater viuens non daret fi-
lio, filiæve, ſed in teſtamento relinqueret eandem dotem, vel
donationem? creditores forte non repellerentur, facto vel nõ
facto inuentario: quia relictum hoc reperitur in bonis mor-
178 tis tempore; Vnde ſumus in illa regula, † æs alienum præua-
let cuicunque relicto, atque etiam doti, legitimæq; l. Papinia
nus. §.quarta ff.de inoffi teſta. DD.abunde in d.l.pro hærede
§.ſi quid tamen. ff. de aeq. hære. nec diſtinguo, vtrum hos cre-
ditores ſortitus ſit pater ante, vel poſt teſtamentum, vt C.de-
bitorem vend.pign. & notatur ampliſſime in l. filiusfamilias.
§.diui.de leg.1. Sed an idem erit ſi non in teſtamento pater le
gauerit? Finge. Pater nuptui collocat filiam, dotem promit-
tit; nondum tamen ſoluit, atque ita moritur. Hoc vtique ca-
ſu creditores non præferrem filiæ hæredi cum inuentario, ſi
non in fraudem dos fuiſſet conſtituta, d.l.2.3.& ibi Bald. C.de
reuoc. his quæ in frau.cred. Ratio eſt, quia nõ reperitur in bo
nis mortis tempore. l.pater filiam & ibi Glo. Dyn. Iac. de Are
na, Bart. Ang. Imola, & alij ff ad l. Falci Ob quam rationem fi
lia non tenebitur conferre, nec imputare in legitimam ſi ſe
179 abſtineat, vel adeat cum inuentario, vt diximus ſupra in † præ
ludijs. Itẽ quia pater debitor erat filiæ, & generi: Quapropter
iure communi excludẽtur omnes alij patris creditores, nec
priuilegio nec hypotheca potiores, d.l.aſſiduis. C qui potio-
res. ſiue filia ſit hæres patris, ſiue nõ, & Gener, idemq; mari-
tus petat. Quid ergo ſi filia iſta non faciat inuentarium? Mari
to quidem petenti, ſeu dotem exigenti non tenebitur vltra
vires §.item ſi de dote. Inſt. de actionibus. Alijs creditoribus
tenebitur inſolidum vltra vires, atq; etiam legatarijs iure no-
uiſſimo. § ſi vero non fecerit. Si autem filia fuerit grauata
180 † a patre per fideicommiſſum, deducet dotem in reſtitutio-
ne fideicommiſſi, etiam ſi non fecerit inuentarium. l. mulier.
§.cum proponeretur. l a filia. l. Lucius § maritus. & ibi Barto.
& concorditer cæteri. ff. ad Trebellianum. vbi amplius volũt
quod etiam nominatim pater non poteſt aliquod onus impone
181 re doti, niſi quatenus excederet legitimam l. quoniam prio-
ribus. C.de inoff teſta Bart poſt Silimanum in l.vlt.§ filiæ de
leg 2. Hæc vera ſunt reſpectu patris, non etiam matris, vel alia
rum perſonarum, quia officium paternum non maternum
eſt dotare filiam l mulier. C.de iure dotium. Glo ſingularis,
quam ibi, & alibi ſequuntur plerique in d.l a filia. ff. ad Trebe.
Item prædicta de donatione propter nuptias hodie non pro
cederent, cum matrimonia ſine ea fiant. Glo. in auth. æqua-
litas. C de pac conuen. & proinde hodie pater non tenetur eã
facere, licet admodum dubitetur an ſaltem hodie pater coga
182 tur, filio ducente vxorem cum dote, ſe † obligare pro eiuſdẽ
dotis conſeruatione, & reſtitutione, vt tradunt DD. in d.l.vlt.
C de dotis prom. & in auth. res quæ. C. comm. de legatis. &
in l.ſi cum dotem. § transgrediamur. ff ſolu. mat.

LXXII Quod & ipſum aliquatenus ab eodem fonte de-
riuatur, arguendo de legitima ad dotem, & ad alimenta: Cy-
nus in l. ſancimus. C de nuptiis. Bart. & Imo in l. Tirio centũ.
§ Tirio genero ff. de cond & demon. poterit filius filiave vti
183 eadem † cautela ſeparationis, vt ſcilicet modico deducto ad
victum diurnum, & neceſſarium, cætera bona reſeruet, vel di
mittat creditoribus, & legatarijs. Quid ſi bona nõ ſufficerẽt,
aut vix ſufficerent creditoribus? Dos ſane, & legitima, vt præ
diximus abſorbentur ære alieno. Verum in aliquo erit melior
conditio alimentorum quam dotis & legitimæ, cum dos, &
184 legitima debeatur etiam filijs † locupletibus d.l.vlt. C. de do-
tis promiſſ l.quoniam nouella. C de inoff. teſta. Alimenta nũ
quam debentur, niſi liberis egentibus. l.ſi quis a liberis. ff. de
lib agnoſ quia venter non patitur dilationem, & alimẽta de-
negare, eſt hominem necare. l.necare, eodem tit. Quapropter
ſi filius egens adeat cum inuentario, aletur ſaltem intra tem-
pus inuentarij, cum & olim ſic eſſet, filio deliberante, in cuius
deliberationis locum ſucceſſit inuentarium. l.ait prætor. l. fi-
lius. & ibi Glo. Bar & Ang ff. de iure delib item facit tex. in l.
penu. quæ incipit, Quæ legatorum. ff. vt in poſ. legatorum, vbi
habetur iuncta Glo. quod non liberi mares, ſaltem filia, neptis, &
185 vxor † vidua alentur interim durante miſſione. ad has leges
poteſt reſponderi quod procedunt in hæreditate locuplete, & quæ
ſaltem ſufficiat creditoribus, alias ſecus, quia non reperitur
lege cautum quod creditor debitorem vel filium debitoris alere
teneatur; Imo poteſt pallium & indusium ei adimere, & in
carceres detrudere niſi bonis cedat. l.1. C. qui bo. ced. poſ. Nec
etiam hæres patris exhæredantis tenebitur filium exhæreda-
tum alere, quamuis bona patris videantur huic neceſſitati,
& præſtationi obnoxia. §. exhæredatos. Auth de hæredib. &
Falc. gl. in §. ſiue igitur. Auth. vt cum de appell. cogn. Ad illud
de inuentario reſpondetur quod inuentarium nõ prodeſt vltra
ius commune, maxime in detrimentum aliorum. l.impuberi.
ff de admin. tut. Pondera tñ diligenter quod ſi creditoribus ſciẽ
186 tibus, & † permittentibus, filius faceret inuentarium, non pa-
rum prodeſſet inuentarium in alimonia, & victu diurno. Itẽ
põdera quatuor hæc. legitima, dos, donatio propter nuptias,
alimenta. Ad alimenta & legitimam tenetur vterq; parens,
tam maſculus, quam fœmina d.l.ſi quis a liberis. ff. de lib. agn.
Ad dotem, & donationem tenetur tantum pater, non mater
niſi in ſubſidium. d.l.vlt ff de dotis prom. d.l. a filia. cum Glo.
ff. ad Trebel. Frater vero crebrius tenetur quaſi hæc fuerit pa
tris communis obligatio. l.cum plures. §.cum tutor. ff. de ad-
mi. tutorum Menoch. de arbit. iud. lib. 2. Centur. 2. caſu. 149.
187 Si tamen mater † dotem ſponte dediſſet, vel promiſiſſet, ca-
dem ferme, quæ in patre ſibi locum vendicant, vt filia hæres
cum inuentario non teneatur conferre neq; imputare in legiti
mam, vtq; quaſi creditrix quocunque alio nomine poſſit do
tem, quæ abſceſſit a bonis maternis, ſeparare ab alijs bonis, per
§ in computatione, & per tradita in l.pater filiam. ff. ad l. Falc.

LXXIII. Si ſit feudum, emphiteuſis, ius patronatus, ope-
188 ræ libertorum, vel aliud ius ſimile, quod non proficiſcatur † prin
cipaliter a perſona, & hæreditate patris, vel alterius tenetur fi
lius hæres ſaltem de fructib. & commodis reſpondere, & ſa-
tisfacere; vt eſt tex ſingul. in l.pro hærede. §. ſi quid tamen. ff.
de acq hær. vt ibi dicit Ang Pau. & Alexan. Bar. Romanus in
l.ſi finita. § ſi de vectigalib ff. de dam. infec Fallit ſi filius faciat
inuentarium, Iac. de Arena, Alb. Pau & Iaſ. in d. § ſi quid ta-
men. Nam nec de proprietate, nec etiam de commodis me-
dij temporis aliquid ſoluet vel amittet filius niſi eſſet feudũ
hæreditarium, atq; etiam mixtum ſm aliquos, Burſatus con-
ſilio 9. Sed an in proprietate, vel iure principali ſemper illæſus
conſeruabitur filius ſi non faciat inuentarium? Iſte articulus,
maxime in feudo non hæreditario eſt valde controuerſus, &
189 dubitabilis Quod filius † periclitetur, facit, quia & alias licet
dos, & legitima, vel aliud creditum retineatur per filium, vel
alium hæredem, tamen ſoluuntur credita, atque etiam lega-
ta de quibuslibet bonis ipſius hæredis vt eſt prædictum per §.
cum igitur, & §. ſi vero non fecerit. Ita hic, quantumuis feu-
dum ſit extra bona paterna, tamen reſidet penes filium hære
dem cum ſuo onere prout in ſimili tradit Bal in auth. & qui
iurat. col. 8. ver. Quæro nunquid in rebus prohibitis. C. de bo.
auth. iud. quod creditores interim poſſunt occupare bona obno
190 xia fideicommiſſo. Item † legatarij, & fideicommiſſarij, ne-
dum creditores, mitti poſſunt in propria bona hæredis ſi poſt
ſex menſes cunctatus fuerit. l.is cui. § Imperator. ff. vt in poſ.
legatorum. In contrarium facit, quia hoc feudum antiquum
in nullius vnquam ſucceſſoris bonis eſt: ideirco non debet
minui, nec corrumpi, nec extraneis addici. l 3 ff. de interd &
releg. Quæ lex ſimul cum præallegata. l. pro hærede. trahitur
ad alia iura ſimilia, quæ aliunde proficiſcuntur quam a defun
cto, in quibus omnibus valde hæſitatur an omiſſio inuenta-
rij noceat Et an aditione, actiones ad ea confundantur. Et an
191 ſine aditione hæreditatis, poſſint per hæredem retineri † Et
certe poſſunt, per regulam, Quæ iure extero proueniunt, ſeu
debentur, non indigent aditione. Bal. in l.generaliter. § in his.
C. de ſecun. nup. Proinde nec conferuntur, nec diuiduntur in
ter cohæredes. Bal. in l 2. C. de iure dotium. nec veniunt in æ
ſtimatione fideicommiſſi Bal & alij cõferentes in l.debitori. C.
de pactis. Ergo nec amittentur per aditionem ſine inuenta-
rio: Nam ſi debentur ſine aditione, cur multo magis nõ de-
bebuntur cum aditione, fiat vel non fiat inuẽtarium? De hoc
ſatis ſupra in præludijs. Et vide ad hunc effectum Bal. & repe-
tẽtes in l.qui ſe patris. C vnde lib. feudiſtas poſt Iſer. in c.1. An
agnatus, vel filius c.j §. hoc quoque. de ſucc. feud. Canoniſtas
poſt & ante Imo in c. ex parte. de feudis.

LXXIIII. Quod eandẽ normam ſequitur, ſed quia quo-
tidianum, idõ ſingulariter exprimendum. Si defunctus poſſi-
debat bona fideicommiſſaria: hæres vocatus ad fideicõmiſ-
192 ſum, † tanquam creditor deducet fideicommiſſum loco æris
alieni. l. pater filium. ff. ad l. falc. l. in imponẽda. l. irritum. C. ad
l falcid. Quod verum eſt Indubitanter ſi faciat inuentarium:
cum etiam tunc ius habeat vendicandi, ſeu retrahendi. § in
computatione. cum ibi traditis, & in l. cum a matre. C. de rei
vendicatione. ſecus ſine inuẽtario, quia tunc de quibuslibet
ſuis bonis reſarciet creditores, & legatarios. Finge aũt, fidei-
commiſſum non finitur in eo, ſed in perpetuũ ad ipſius poſte
193 ros extendi, an creditores illud rũpent, vel minuent? † Huc
ſpectat quod nunc poſuimus de feudo, & quod traditur per Bald. in
auth. & qui iurat. C. de bonis auth. iud. poſſ. Quod pariter in-
quiritur in dotis conſtitutione, & reſtitutione, vtrum. ſ. poſt
primum hæredem, puta filius fideicommittentis, poſſit ſecũ-
dus, vel tertius, vel vlterior rumpere fideicommiſſum nomi-
ne dotis, aut alterius cauſæ ſimilis. De quo per Pet. Cyn. But.
Bar. Bal. Ang. Saly. Pau. Corn. Iaſonem & Modernos repeten
tes in auth. res quæ. C. comm. de legatis. per Beluiſ. & Angel.
in §.

in §.quamobrem. Auth.de reſtitu col.4 Puto autem quod ſi
primus hęres fideicommittentis,puta filius, legitimam trāſ-
miſerit ; hanc legitimam occupabunt creditores, & legatarii
qualeſcunque,ſi hæres eius non fecerit inuentarium;quia ab
hac legitima ipſo iure ab initio omne onus reijcitur. l.quo-
niam prioribus.C.de inoffi.teſtamen.ergo tanquam res libe-
ra, & patrimonialis ad quemcunq; per filium tranſmutitur:
194 Quia quod liberè capitur, † reſtitutioni non ſubiacet, tex.eſt
ſingulatiſſimus, & nunquam obliuioni tradendus in l.agrū.
C quando dies legati cedit. Sin autem filius primus hæres le
gitimam perdiderit,alienando,vel contrahendo: tunc hęres
eius aliam non detrahet legitimam: forte nec detrahent cre-
ditores eiuſdem, quid ergo erit? ſi quidem iſte hęres ſecun-
dus, vel vlterior fideicommittentis, habeat alia bona, de illis
diſponet ad libitum & ad illa admittentur creditores, & lega
195 tarij eiuſdem; † quia fideicommiſſum includit tantum bona
fideicommittentis, non alterius.l.cohæredi. § cum filiæ.ff.de
vulga & pupil l ex facto.ff ad Trebell.ſin autem non ſint alia
bona quam fideicommiſſaria, tunc ſe intrudunt difficulta-
tes,& ſumus in caſu, & materia. l.filiusfamilias. §.diui.de leg.
1.per quem teatum videntur vocari creditores: ſed ibi glo.
Dynus,Bar.&(penè dixerim)ſex centi alij intelligunt de credi
toribus defuncti, ſeu fideicommittentis: quibus ſine dubio
in nihilo potuit obeſſe defunctus l.1 2. C.debitorem vend.
pig.l pater filium de leg 3. vt etiam hoc anno Do. meus Cę-
phalus publice legendo docuit,ſuper d.§ diui.Fructuum tal-
196 tem medij temporis perceptio non denegabitur † creditori-
bus; quoniam hi fructus quotannis tranſeunt in dominium
ipſius hæredis ad inſtar aduētitiorum, penes patrem ea per-
ſona filij exiſtentium.l.cum oportet.§ non autem. verſi. & ſi
quis.C.de bo.quæ libe.& ad inſtar fiſci, qui in uita delinquen
tis grauati poſt mortem reſtituere,fructus † percipit l.Sta-
197 tius Florus. § Cornelio. ff de iure fiſci. maximè ſi non extet
inuentarium; Quo extante incidimus in illud quod nuper di
ctum eſt de feudo & alijs iuribus ſimilibus. l.pro hęrede. §.ſi
quid tamen,& ibi per DD.ff.de acq hære. duo igitur ſunt ca-
ſus, in quibus creditor,non dico defuncti ; ſeu fideicommit-
tentis,ſed hæredis rumpit ſeu minuit fideicommiſſum. Pri-
mus in legitima, ſiue hęc legitima ſit penes hęredem pri-
mum,puta filium: ſiue penes hæredem hęredis, quia hęc ab
omni onere liberè deuoluitur, & tranſmittit ad quemcunq;.
Secundus in fructibus medii temporis,nec in re ex fructibus
comparata, durante vita illius hæredis grauati poſt mortem
reſtituere. Tertius ſi iſte hęres ſit vltimus.i.non ſit grauatus
198 poſt † mortem reſtituere. l agrum.C.quando dies leg.cedit.
Quartus erit ſi res ſemel fiat alienabilis.l.pater filium.§.quin-
decim.de leg.3.Quintus erit ſi non probetur contra credito-
rem rem eſſe obnoxiam fideicommiſſo. Quoniam quælibet
res & perſona præſumitur libera, niſi probetur ſerua, glo. in
l.altius.C.de ſeruitutibus. Et in dubio bona præſumuntur al-
lodialia,niſi probentur † feudalia. Io And in c nimis.de iure-
199 iur. Alex. conſi. 139.lib.2.& conſi.15.lib.5. Eadem propemo-
dum in Trebellianica,quę de legitima dicta ſunt,ſi tamen ve
ra eſt ſententia cōmunis canoniſtarum, ꝙ Trebellianica non
poſſit prohiberi in filijs primi gradus ſed quæſo hic aquieſce,
& gradatim perſequere quæ nunc ſubiiciam.

LXXV. Quoniam diximus legitimā ſine onere deberi fi-
lio,& per filium ad quoſcunq; tranſmitti, & filij, nedum pa-
tris fideicommittentis creditoribus addici ; Quęrendum eſt
de duobus,an hæc tranſmiſſio impediri poſſit;& an credito-
200 ribus poſſit adimi. Quo ad primū, † conſtat ipſi filio viuen-
ti nullum onus,nec deminutionem iniungi poſſe niſi ex vna
quatuordecim cauſarum fuerit exhæredatus,auth. non licet.
C.de lib. præter. Nam nec renuntiatio generalis quicquam
obeſt filio in legitima l.ſi quando § generaliter. C.de inoffi.
teſtamen. Ex quo liquet, quod filius dum viuit poteſt con-
201 trahendo,alienando,uel teſtando de legitima ad libitum † di-
ſponere ; Attamen contra hæredem filij, ego darem caute-
lam inuentarij, vt pater dicat in teſtamento hoc pacto. Quo-
niam nequeo fili mi, & nolo tibi prohibere legitimā ; ſaltem
iubeo, voloque, vt,ſi nolueris meus eſſe hæres in ſolidum, fa-
cias inuentarium,promittens nihil alienare: Et, ſub hac lege,
& conditione inuentarii, & nihil de bonis meis alienandi,
tranſmittas hęreditatem Quod hęc cautela ualeat,probatur
ex pluribus. Primo conſtat quod veluti teſtator poteſt pro-
202 hibere inuentarium ne fiat: Ita poteſt † præcipere ut omni-
no fiat,ſaltem intra tempus à lege præfixum trium menſium
vel vnius anni Pau.conſ.292.& 371.lib.2. nec diſtinguo vtrū
ſit pater,vel alius: quando & filius in poteſtate,qui eſt ſuus hę
203 res,ſub qualibet cōditione poteſtatiua,qualis eſt factio † in-
uentarij,inſtitui poſſit.l. vlt.& ibi Bar & Imo.ff.de condi.inſt.
l ſuus quoque.ff.de hęr.inſti. in tantū vt etiā ſub conditione
inſtitui poſſit filius,ſi teſtm̄ fecerit.l.ſi libertus ſub cōditione
§.exiſtimo.ff.de bon.liber. præterea ſi ius poteſt inſtitui ſub
conditione,vel ſub pęna amittendæ hæreditatis ſi non obtē-
perauerit voluntati patris: intantum vt aliqui voluerint ipſo
iure priuari filium. Bald.contra Barto in l.vnica.C.de his quę
pęnæ nomine.in l.paterfamilias teſtamento. ff.de hære.inſtit.
in l ſi pater.C.de inſti & ſubſti.prę:terea eſto quod filius non
204 potuerit priuari legitima: tamen vbi ſemel approbauit † vo
luntatem patris,& maximè fructus totius hæreditatis perce-
pit, non poteſt amplius tergiuerſari. l.ſi quando. §.& genera-
liter.C.de inoffi.teſta vbi ex traditis per Gulie.Pet.Cy Butt.
Bar. Bal.Ang Saly.Fulg Pau.& alios liquidiſſime patet, quod
filius ſpecialiter renuntians legitimæ(quod eſt quando in re-
ſiduo bonorū compenſatur: & ſequitur iudicium patris)non
poteſt vlterius conqueri neq; ipſe, neq; hæres eius. Vel licet
ipſe poſſit,non tamen heres poterit; quia ipſi tantum,non hę
redi ipſius debebatur legitima,tametſi nepoti,vel pronepoti
205 † teſtatoris.l.ſi quis exhęredato.ff.de iniuſto,rupto.cum ſim.
Dicet aliquis. Hæc cautela valeret etiam ſine inuentario per
dictas & leges & doctrinas Reſpondetur,fateor. Sed inuen-
tarium omnem ſcrupulum amouebit, cum rerū ſingulatim
contineat deſcriptionem,& perpetuo probet,& fidem faciat;
quia eſt in rem,& publica authoritate factum §.licentia dan-
da.l. Arriani.C.de hęreticis.Baldus in l.filium.C.fam.erc. quid
ſi filius iſte nulla alia habeāt bona quam paterna fideicōmiſ-
ſo obnoxia,an filius eius.i.nepos teſtatoris,rumpet fideicom
miſſum auitum ſaltem vſq; ad legitimam? Ex cautela,& pro-
uiſione prædicta nō putarem: quoniam nec ei auus legitimā
debebat vtpote filio eum præcedente.d.l ſi quis exhæredato
l.poſthumorum.ff.de iniuſto rupto. Quoad ſecūdum de cre-
ditoribus, non ęque eis ac liberis poteſt defunctus præiudi-
206 care: partim quia ſecreta alienæ † volūtatis probabiliter igno
rant; partim quia plerunque tractant de damno vitando par-
tim quia publice intereſt contractus fieri,& creditoribus ſa-
tisfieri; ne bonum publicum impediatur. l. ex hoc iure.ff.de
iuſt.& iure.l. 1.ff.de contrah empt. Quapropter his concur-
rentibus ceſſaret prohibitio teſtatoris etiam quatenus æs alie
num excederet legitimam, & fructus medij temporis: De
quo tamen plenius eſſet diſpiciendum ſuper dicto § diui, &
l.pater filium. de lega.3.

LXXVI. Admiſſa communi ſententia canoniſtarum ꝙ
pater non poſſit prohibere legitimam, nec Trebellianicam
in filijs primi gradus, Quæritur an remedium & cautela prę-
dicta inuentarij impediat detractionem Trebellianicæ ipſi fi-
lio,vel eius creditorib. vel ſaltem filii hęredib. Quæ tria ſepa-
ratim ſunt ponenda, quod ad ipſum filiū ei oberit inuentariū
207 in hoc † quod fructus ſingulis annis,& temporibus percepti,indu
cent compenſationē & forte ſuperfluos reddet filius, ſi teſta-
tor plenius proſpicere voluerit fideicommiſſario. l.quod de
bonis. § quod auus. cum ibi traditis. ff.ad l.Falcidiam. & in l.
mulier.§.cum proponeretē iuncta.l. Titius.ff ad Trebel. Alio-
quin ſine inuentario, poſſet ſemper dicere filius, vel eius hæ-
res,bona erant.niſi tanta,& talia.: detrahere volo legitimā,&
Trebellianicam,i.ſemiſſem omniū bonorum. At inuentario
extante, maximè ex iuſſione,& præcepto teſtatoris ; & maxi-
mè ſi in eo rerum ſingularum pretia vera ſint expreſſa,confe
ſtim veritas,& calculus ſeu quantitas bonorū apparet: inuen
tario enim ſemper creditur contra hęredē, uel eius ſucceſſo-
208 rem Ro conſi 102 arguendo de inuentario † tutoris ad hoc
hęredis.l.vlt.C.arbitriū tutelę, Affli. dec.245.& 325.etiā con
209 tra tertium: † ſed an teſtator poterit iubere vt de tempore in tem-
pus fructus in inuentario reponantur? Lex quidem præcipit fie
ri inuentarium rerum tūc extantium mortis tempore. §. ſin
autem dubius . ſi tamen vera eſt quorundā ſententia ꝙ ſaltē
reſpectu creditorū hæreditariorū fructus & incremēta poſt
210 mortem ſint † reponenda in inuentario, vt per Ang.in § hæc
ſtipulatio. multò magis reponentur ſi teſtator pręceperit: &
hoc etiam quæritur in inuentario tutorio, curatorioq;. l.ult.
§.tali.C.de cura.fur. Spec.de inſtru.edit §.vlt.ex quib. liquet,
ꝙ quamuis inuentariū principaliter reſpectu,& contēplatio-
ne hęredis fuerit introductū, vt in 4.memb.princ. nihilomi-
nus & hæredi obeſſe poteſt: Quando & ipſe teſtator poteſt fa
cere inuentarium quarundā rerum ne alienentur, Soc.conſ.
51.lib.3. Vnū conſtat,& hoc perpetuo notandum eſt, † quod
211 ubi fauore fideicommiſſarii tempus & dilatio adiicitur fidei-
commiſſo,hæres nō detrahit Trebellianicam. Ita Bal.in rub.
C.de reuoc.his quæ in frau.cre.per tex.in l. 3.§ cum Polidius.
& ibi Florianus. ff. de vſur. quod mirificè fulcit diſputationē
noſtram, vt teſtatore iubente fieri inuentarium bonorum &
fructuum, inducatur prohibitio Trebellianicæ, vel ſaltē cum
fructibus compenſatio: niſi quis dicat dictum Baldi, & tex.in
§.cum Polidius, loqui in extraneo hęrede, non etiam in filio;
cui nec in legitimam, nec Trebellianicam, fructus imputan-
tur.l. Iubemus.C.ad Trebell. l.ſcimus.C de inoffic.teſtamen.

Quo ad hęredem filij, conſtat nulla facta prohibitione, nec
præcepto per teſtatorem, quod ex perſona filij retinebit legi-
timam, & Trebellianicam, Romanus conſi. 64. 185. 206. Dec.
conſi. 81. & multis alijs. l. quanquam. C. ad leg. Falci. & nullus
hodie diſcrepat. Adhibita verò hac cautela, non detrahet hę
res filij Trebellianicam, nec etiam legitimam, vt prędiximus;
ſi maximè filius propria bona relinquat: Quod quidem verũ
eſt, etiam ceſſante præcepto inuentarij, ſi pater ſubſtituerit
filio pupillariter: Nam tunc omnino excluditur hæres filij pu
pilli, quantumuis eſſet mater, l. Papinianus. §. ſed nec impube
212 ris. ff. de inoffi. teſta. l. precibus. C. de impub. † & alij ſubſtitu.
quod plerique aſſerunt vtroque Iure, Cæſareo, & Pontificio.
c. ſi pater. de teſtamē. lib. 6. ſed & ſine ſubſtitutione pupillari,
vel alia directa, poterit hæredi ipſius filij auferri Trebelliani-
ca. l. ſi fundum per fideicommiſſum. § vlt. de leg. 1. dummo-
do nominatim grauetur hæres filij, non filius. Bar. in l. cohæ-
redi. §. cum filiæ. & ibi communiter alij. ff. de uulg. & pupil.
Fulgo. Iaſ. reprobantes aliquatenus Baldum in l. ex tribus. C.
de inoffi. teſtamen. Imo. in l. qui duos. ff. de vulg. & pup. Alex.
in l. j. §. vlt. ff. de vulg. & pup. quo ad creditores, diximus eis dif
ficilius præiudicari, quam liberis, vel alijs hæredibus defun-
cti. ſed ſaltem in Trebellianica ius non videtur competere
213 creditoribus contra voluntatem patris; qui, ſi filium in ſola
legitima inſtituiſſet adiecto cohærede, vtique eiſdem veluti
filio omnia abſtuliſſet præter legitimam. l. parentibus. C. de
inoffic. teſtamen. l. hac edictali. C. de ſecun. nupt. Durum ta-
men videtur vt bona fide contrahentes ſuum amittant. Præ-
dicta multo magis ſibi locum vendicabunt in hærede ulte-
riore, & eiuſdem vlterioris creditoribus: nec non in alijs per-
214 ſonis, quibus non debetur legitima, † puta in fideicommiſſo
tranſuerſalium, vel extraneorum. §. ſoror. Inſti. de inoffi. teſt.
l. 1. & ibi Cur. & Cagno. ff. de inoffi. teſt. Tradunt omnes in d.
§. diui. l. filiusfamilias. de leg. 1. Et multo adhuc magis locum
ſibi vendicarēt ſi teſtator ſe conſtituiſſet, aut iuſſiſſet hęredē
ſe conſtituere nomine fideicommiſſariorum, Cto. & Ctau.
in rub. de leg. 1. & infra attingam. Adde inſuper Durantem
tit. 5. can. 31. tit 8. cau 2. & Cęph. conſi. 153.

LXXVII. Non valet fideicōmiſſum in reb. proprijs ipſius
hęredis. d. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff de vulg. & pup l. ex facto.
ff. ad Treb. tamen ſi teſtator quempiam inſtituat ſub cautela
215 & iuſſione prædicta inuentarij, valebit fideicommiſſum, ut
ſaltem eatenus præbeatur, quatenus hæres lucrum ſenſit: ma-
xime ſi multo tempore fructus hæreditarios percepit, & fuit
inſtitutus hac venia. & permiſſione, vt poſſet ad libitum uen-
dere, & contrectare res hæreditarias, Aneh. in ſuo ſingulariſ
ſimo conſi 365. vbi apparet quod arctius diſtringeē hæres in
reb. proprijs ſi non fecerit inuentariũ, etiā ſi non interueniat
cautela ſeu iuſſio prædicta faciendi inuentarij. Faciunt prędi
cti duo effectus & vtilitates, & l. quod de bonis. §. quod auus.
ff. ad Treb. l. quidam cum filium. ff. de hęre. inſti. ex qua l. Bar.
& cæteri deducunt, quod teſtator poteſt paciſci cum hære-
de, vel alio circa hęreditatem, huic vel illi deferendam, ſaltem
216 poſt mortem defuncti, licet aliàs in bonis viuentis omnis pa-
ctio ſit vetita. l. vlti. C de pact.

LXXVIII. Aditio, cũ ſit facti, non præſumiē niſi probetur.
l. 3. ff. de inter. act. l. pro hęrede. l. gent. & ibi not. ff. de acq hær.
ideo veluti agens contra hęredem debet probare aditionē,
alioquin fruſtra ageret, glo. in l. 1. C. ſi minor ab hęre. ſe abſti-
neat. l. hæredis aditio. ff. quando dies leg. cedit. Ro. conſ. 154.
Ita volēs agere tanquam hęres debet probare ſe hæredem, &
adiuiſſe, gl. in l. 1. C quorum bonorum. Quæ aditio tam pro
217 hęrede quam contra hęredē † facillime probari poteſt ex in-
ſtrumento inuentarij. Si tamen ibi non fieret mentio de adi-
tione: quod Sal. Pau. & alij reprobant contra Cyn. in §. ſi ve-
ro poſtquàm: quoniam inuentarium eſt loco iuris deliberan
di. §. donec, & deliberans nō cenſetur adire l. Ariſto. ff. de iure
delib. Neuiz conſ. 9 Franc. Marc. Dec. vide in Antiphanucio.

LXXIX. Si filiofamilias obueniat hęreditas, pr̄ eſt legitimus
adminiſtrator & fructuarius: Ita tamen vt proprietatē nō di-
minuat l. cũ oportet. C de bon quæ lib l. 1 C. de bonis mater-
nis. niſi ꝙ ſoluere poteſt æs alienum hæreditarium, non ſolũ
de fructibus, ſed ēt de reb. hæreditarijs, per tex. mirabilē in l.
cũ non ſolũ. quæ eſt l. vlt. §. ſin autem æs alienũ. C. de bo. quæ
lib. ſecus ſi pr̄ alia debita filij uellet ſoluere, glo. in l. pr̄ qui ca-
218 ſtrenſe. ff. de caſtrenſi peculio. licet Rom. cōſ. 154. glo. repro-
bare videaē: Verumenimuero ad remouendũ oēm ſcrupulũ,
& ut pr̄ liberiorē habeat poteſtatem alienādi tam pro ſolutione
æris alieni ipſius filij, q̃ pro alijs cauſis: remediũ erit vt faciat
inuentariũ cum omni ſolennitate: Quo caſu ſi nō prædia, ſal-
219 tē mobilia & conſumptibilia ad inſtar tutoris † poterit alie-
nare, & ſoluere oīa debita filij l. lex quę tutores. C de admin.
tut. qm̄ qui ſoluit debita, vt vulgo dr̄, acquirit ſortē, ſeu capi-
tale, i. ſpecies. ff. de accept. ſed an duplex inuentariũ requireē:
Tutor ſanè duo debet facere inuentaria, vnum hæreditatis,
220 aliud tutelæ: nec unum pro alio ſufficeret, tamen crebrior
eſt ſententia in patre, ut nec hæreditatis aduentitiæ delatæ
filio, nec adminiſtrationis teneatur facere inuentarium, Io.
And. ad Spec. de inſtrum. edit. §. vlt. niſi forte filium pupillũ
emancipaſſet, & illius tutelam nanciſceretur. l. ſi ſuper lite.
C de dolo. Baldus in l. vnica. C. de confeſſis. Item Baldus in l.
orphanotrophos, & in auth. cauſa quæ C. de epiſc. & cler. &
Intellige quod pater poſſit alienare pro debitis ipſius filij,
non etiam pro ſuis, quia filius non tenetur ſoluere debita pa-
tris. C. ne filius pro patre. l. paterfamilias. ff. de priuile. credit.
221 Quod erit, etiam ſi pater † adminiſtret, uel tutor ſit, quia in-
uentarium non tribuit lucrum ultra ius commune. §. licen-
tia danda. cęterum de fructibus, quos pater percipit iure pa-
triæ poteſtatis. d. l. cum oportet. C. de bonis quæ liberis, pote
rit, atque etiam inuitus cogetur ſatisfacere ꝓprijs creditori-
bus, quoniam tranſeunt in ipſius dominium, non filij, duran-
te patria poteſtate. d. l. cum oportet. §. non autem. in fine. ad
inſtar mariti, qui omnes fructus dotales quantumuis uberri-
mos lucratur conſtante matrimonio. l. pro oneribus C. de iu
re dotium. vnde & hos fructus dotales quaſi res proprias ma
222 riti, † occupabunt creditores eiuſdem, non etiam dotē, quā
nullatenus maritus, nec etiam vxor conſtante matrimonio
poteſt alienare minuereue, Inſt. quibus alien. licet. §. & cum
lex. C. de rei vxoriæ actione. l. ſi prædium. C. de iure dotium.
223 † Et hoc de fructibus, vt creditoribus mariti addicantur, for
tè non procedet ſi aliunde nequeant ferri onera matrimo-
nij; quaſi mulier in eiſdem fructibus vt pote a re ſua proue-
nientibus, tacitam habeat hypothecam & priuilegium, ante
omnes alios mariti creditores, quod eſt notandum, & nulli-
bi reperi, argumento eorum, quæ habentur in l. interdum.
& l. ſeq ff qui potiores in pignore. in l. aſſiduis. cum auth. ibi
C. qui potiores, in l. vbi adhuc C. de iure dotium. Et pertinet
ad ea, quæ latiſſime collegi in §. item ſi quis in fraudem, Inſt.
de actionibus. Quid in paraphernis, an idem erit in eis reſpe-
224 ctu mariti, quod eſt † in aduentitijs reſpectu patris? Poteſt q-
dem mariti paraphernа vxoris non prohibentis adminiſtra-
re. l. hac lege. l. vlt. C de pactis conuentis. & fructus ſaltem in
duſtriales lucrabitur. Aretinus cōſi. 159. Decius conſ. 521 &,
ſi hæreditas obueniat vxori, maritus tanquam legitimus ad-
miniſtrator faciet inuentarium. §. ſancimus. & ibi notatur.
auth. de hæred. & Falcidia. Attamen inuita vxore, extra do-
tem nihil poteſt attingere. item ſi nec ipſe nec vxor faciat in-
uentarium, vxor tantum tenebitur, quoniam nec ætas, nec
ſexus excuſat a confectione inuentarij. § pupillis. d. authent.
Ergo nec ſi negligat maritus aſſeruationem & augmentum
rerum extra dotem, cogetur reddere rationem, licèt pater
225 quoq; † teneatur filio, maxime emancipato. l. ſi ſuper lite. C.
de dolo. Baldus in l. vnica. C. de confeſſis. Ratio differētię eſt,
ꝙ filio inuito pater poteſt adminiſtrare, niſi tanquam nequā
& diſſipator per iudicem repellaē. l. Imperator. ff. ad Trebel-
lianum. l. vlt. C. de ſnīam paſſis. At inuita uxore nihil iuris ha-
beat maritus; Proinde ſuccedit regula, magis excuſaē actus
neceſſarius q̃ voluntarius; quia volenti & cōſentienti nō fit
iniuria. l. ſi fideiuſſ. §. 1. ff. qui ſatiſd. cog. l. in diem. ff. de aqua
pluuia arcenda. in trib. tñ præcipuè ſunt ſimiles pater, & ma-
ritus, quod vterq; eſt legitimus adminiſtrator & ꝓcurator.
226 l. maritus, C. de ꝓc. † vterq; ſaltem in dote & aduentitijs eſt
tanq̃ fructuarius. Neuter ſoluit & neutrius inuicem ſoluen-
tur debita C. ne filius patre, & C. ne uxor pro marito.

LXXX. Quamuis omnia bona debitoris non poſſint addi-
ci creditori. l. 1. C. de iure dom. impet. in tantũ ut nec mulier
pro ſua dote poſſit inuadere omnia mariti bona. l. vnica. C.
ne pro dote mul. tamen ubi fit executio contra debitorem,
227 omnia † bona penes eum exiſtentia, præſumuntur ipſius, l.
1. & ibi gl. & DD. C. de priui. fiſc. Ideo ſi alius dicit ſua, debet
228 probarē. Ad quod facit gl. in l. vlt. C de edicto diui Had. † Fal
lit ſi dominus, idemque hæres ſuccedat cum inuentario præ
ſertim ſi creditor idemque actor fuerit nominatim citatus
ad confectionem inuentarij, l. 1. §. cum dicitur. ff. ſi cui pluſ-
quam per l. falcid. quoniam inuentarium fecerunt bona. Nec
quod res omnes ſint inſerendæ in inuentario, §. ſin autem
dubius. obeſſe poterit, quia non cogetur hæres inſerere, pro-
bans vel etiam putans eſſe ſuas, vel cum proteſtatione inſe-
ret, & ei proderit. quod autem dixi de dote vxoris, procedit,
ſi mulier vellet iure dominij accipere inſolidũ res oēs mari-
229 ti, ſecus ſi uellet manere in domo iure † pignoris, & familiari
tatis, in rebus ſaltem ibidem exiſtentibus, maximè ante-
quam hæres mariti adeat, & appræhendat. Baldus in l. vlt.
C. quorum legatorum, licet videatur obſtare textus in l.
dotis C. ſolu. matrimo. Ange. Romanus, & alij in l. qui iure ff.
de acquir. poſ. & non tantum pro dote, ſed etiam pro legatis
230 uel alio credito † mulier habebit retentionem, Iaſon in l. ſi
non

non ſortem § ſi centum.ff. de condi.indebi.Boerius deci.44.
Celſus Hugo conſil.1.cum & creditor poſſit occupare rem
hypothecatam vacantem: quia hæc interim nullius eſt glo,
in l.vlti.C.vnde vi.Alexand.in l.prima.C.de repud.hære. Syl-
uanus conſil 3.quod ſi eſt, maxima reſtrictio datur ad l.ulti.
C.de edicto diui Adri. vt ſcilicet hæres non mittatur in poſ-
ſeſſionem rei, quam creditor occupauiſſet hæreditate iacen
te, quam tamen mortis tempore defunctus poſſediſſet. Quod
non eſt vſquequaque tutum, niſi creditor viuo defuncto ve-
rè vel ficte poſſediſſet, ut in 99. effectu attingam. Idem ad mu
lierem dotis nomine trahendum videtur, vt tunc demum
vtatur iure pignoris, ſi viuo marito poſſidebat, alioquin hæ-
res mariti quantumuis extraneus euinceret, Hieronymus
Gabrielius conſilio.34.reprobans aliquatenus Decium con
ſilio 400. Et enucleans theoricam, ſeu ſententiam Baldi in l.ſi.
C de ſeruo pig. dato man. Sed nunquid uxor ex rebus penes
231 ſe exiſtentibus aletur? duos † reperio caſus, quibus uxor ui-
dua, & ſuperſtes alitur, vnum intrà annum, quando alias non
poteſt ſe ipſam exhibere niſi dotem recipiat, gl. in §.exactio.
C.de rei vxo.act. Alterum quando mittitur in poſſeſſionem
legatorum propter moram hæredis, per textum, quem alibi
non reperies in l.penult.ff. vt in poſſeſſ.lega. Extra hos duos
caſus nunquam hæres mariti tenebitur alere vxorem, niſi ꝙ
vrgente inopia coniux pauper diuiſi ſuccedit per auth. præ-
232 terea.C.vnde vir, & vxor. Sed an tunc † teneatur facere in-
uentarium? Et non puto, quia ſuccedit iure ſpeciali non com
muni; & quia vt plerique aſſerunt non ſuccedit tanquam hæ
res in proprietate, ſed tanquam in bonis: Quo fit ut ſi bona
non ſunt ſoluendo, in nihilo ſuccedat vxor; ſi tamen iure pi-
gnoris, ſeu familiaritatis poſſideat mulier, tenebitur facere
inuentarium more creditoris, vel curatoris bonorum.l.ulti.
& ibi Albericus. ff de bonis autb. iudi. Quid e contrario, an
quemadmodum vxor manet in domo mariti pro dote, &
233 res ibi exiſtentes iure pignoris † detinet, ita maritus res uxo-
ris præmorientis detinere poſſit, etiam ſi hæres vxoris inuen
tarium facere velit? Conſtat de iure communi nihil bonorũ
vxoralium deberi marito ſoluto matrimonio: ſiue liberos re-
linquat mulier, ſiue non: quia agnati, & conſanguinei eiuſ-
234 dem uxoris ſuccedunt uſque † ad decimum gradum excluſo
marito. l vlti. C.quorum bonorum. l.vnica. C. vnde vir, &
vxor. Tamen ſi quid extra dotem relinquat mulier, & dubi-
tetur vnde mulier comparauerit, in dubio pręſumitur ex bo-
nis mariti comparauiſſe, vt euitetũ ſuſpicio turpis quæſtus. l.
quintus ff.de donat. inter uirum & uxorem. contra regulam,
& præſumptionem communem; quæ eſt quod quilibet ea
propria induſtria, & re, non alterius conquiſiuiſſe cenſeatur.
l.ſi defunctus. C.arbi. tut.l.3.ff.ad legem Falcidiam. Proinde
maritus res in domo exiſtentes, poterit interim retinere, &
vincet in poſſeſſorio, licet poſtea in petitorio ſaluum ſit ius
& regreſſus hæredi vxoris, gl. & Baldus in dicta l.ulti.C. quo-
235 rum bonorum Quod verum † indubitanter eſt, ſi hæres non
faciat inuentarium; ſin autem faciat, & aduenerit poſt appre-
henſionem mariti, neſcio an poſſeſſionem euincere marito
poſſit: cum maritus uſus fuerit iure communi, dicta l.vlti.&
l.unica. C etiam ob chy. pec. intellige de alio hærede quàm
de filio communi, quem habet maritus, idemque pater in po
teſtate: Nam tunc pater ipſe uel filius iuſſu patris irreuoca-
biliter adit hæreditatem, & fructus percipit niſi expreſſim
236 † mater uetuerit in teſtamento.l.1.C qui adm.l.1.C.de bonis
maternis.authen.excipitur C.de bonis quę liberis. ſumpta ex
Authentico, Vt lic. matri. ubi alij quoque caſus ponuntur,
in quibus pater non eſt fructuarius aduentitiorum. Sed ma-
tre non uetante, quęſtionis eſt quis teneatur facere inuenta-
rium, pater, vel filius, vel vterque: de quo ſupra. Conſtat por
ro quod licet pater non faceret inuentarium, non teneretur
filio reddere rationem adminiſtrationis niſi propter dolum.
l.cum oportet.§.penult. C.de bonis quæ lib. Veluti nec filius
237 hæres patris, matri dotem repetenti teneretur ultra † uires,
glo in l.liber captus.C.de captiuis. Quid ſi in dotem detur hę
reditas, vtrum ſponſus, vel ſponſa faciet inuentarium? Dixi-
mus ſupra vxorem teneri vltra vires non facto inuentario:
licet mariti pudori, & verecundiæ incumbat facere inuenta-
rium, § ſancimus, Authen.de hære. & Falcid. ſed quod ibi eſt
conſilium, & impulſus verecundiæ; hic præceptum & neceſ-
238 ſitas uidetur eſſe, † cum ſcilicet hæc hæreditas ſit in dotem, &
dominij mariti: Quod poteſt attentari, quando teſtator ex-
preſſim inſtituiſſet quempiam vt maritus eſſet. Secus ſi mu-
lier inſtitueretur hæres, & hæreditatem in dotem daret ma-
rito præſenti, vel futuro: quia non maritus, ſed ipſa hęres eſt.
Hæc mihi in mentem uenerunt, ita nunc repente ſcripta ſunt,
neſcio an hoc vlnmum alibi reperiatur. Pertinet ad mate-
riam. l. Titio centum. §.1 l. pater Seuerinam. ff.de condit. &
demonſt. Et ex hac diſtinctione poteſt conciliari altera quæ-
ſtio, an ſi in dotem detur hæreditas expẽſas de ſuo teneatur,
vel cenſeatur facere maritus? Quod glo. admittit in l. 1.ff.de
239 † impenſis. Bartolo ibidem reclamitante. At gloſſam nititur
ſaluare. Baldus in l.prima. C.de bonis maternis. Pro ma-
rito facit, quia non eſt verus hęres, nec perpetuus. Item quia
nemo præſumitur de ſuo impendere, & iactare ſuum. l.Ne-
ſennius.ff.de nego.geſtis.

LXXXI. Vt adhuc aliquid circa dotem ſubiiciamus, ſi fi-
lius uxorem ducat, tenetur pater dotem cautam facere, &
alere tam filium quàm nurum l. ſi filia. §.1 ff.famil. erciſcun. &
ibi Florianus poſt Dynum, & Bartolum, in l.ſi cum dotem. §.
transgrediamur.ff.ſoluto matrim. inquirit, an ſi in inſtrumen
to contineatur, quod iam filius quàm pater dotem recepit,
240 dos tota detrahatur † de patrimonio patris defuncti, an tan-
tum pro dimidia? Et an ſi pater emancipet filium maritatum,
retineat dimidiam vſusfructus, quam retinet ex aliis aduen-
titiis in præmium emancipationis.l.cum oportet. §.cum au-
tem.C.de bonis quæ libe. Et an ſi filius lucretur dotem ex pa
cto, vel ſtatuto, teneatur illam fratribus conferre. Quæ in-
ſpectiones, ut primo intuitu præſentiſcere potes, ſunt quoti-
dianæ. Vide in prædictis iuribus, & præſertim per recentiores
in dicto §.transgrediamur. in l. 1.C.de bonis quæ lib. Alexan.
conſilio 86. lib 4.in l.ſi maritus.eodem titu.famil.erci Breui-
ter & tumultuariè nunc dicam quod talem dotem hodiè fi-
lius non conferet etiamſi non faciat inuentarium; quia iam
iure cætero capit non hæreditario, de quo per Roland. de lu-
cro dotis. quæſt. 1 iu. referentem quatuor opiniones. Obſtat
quia qua ratione pater erat obligatus, & hæc obligatio cohę
redem arctabat pro oneribus hæreditariis, ita lucrum debet
cohæredi pro portione proficere; per regulam oppoſitorum
l.pen. C.de ſolutionibus, niſi dicas fauore dotis, & matrimo-
nij ceſſare hanc regulam: Quod ſi ceſſat, ceſſabit etiam reſpe
ctu creditorum paternorum, qui huic lucro dotis inhiarent,
241 quaſi eſſet in bonis debitoris. † Nam & ſi dotem immodicã
quis dediſſet puellæ ſuæ, vel extraneæ, non dabitur facile re-
uocatio, ſeu deminutio, nec cohæredibus, nec creditoribus,
niſi in fraudem ab initio dos fuiſſet cõſtituta, maxime ſi hęc
puella abſtineret ab hæreditate, vel adiret cum inuentario.l.
vnica.& ibi notatur per glo. Cyn. Butrig. Baldum, Paulum,
& alios. C.de inoff doribus. per canoniſtas abundè, in c.cum
M.Ferrarienſis. de conſtitu.

LXXXII. Inuentarium prodeſt tutori, in quatuor præci-
pue, & hæc omnia ex meo capite ſunt conficta veluti pręce-
dentia, & ſequentia multa. Vt poſſit adire ſine periculo ſuo,
242 vel pupilli. Vt poſſit ſibi ipſi authorari † Vt poſſit aliis alie-
nare. Vt non reiiciatur à tutela quamuis ſit debitor pupilli.
Quo ad primum, non poteſt tutor temerè adire hęreditatẽ
delatã pupillo, ueluti nec aliter pupillum obligare, ideo olim
antequam adiret, deliberabat. l. ait pręctor. ff. de iu.delib. & ſe-
mel agnitam ſeu aditam hęreditatem non poterat olim, niſi
per multos circuitus, & ambages repudiare. l.ex cõtractu. &
ibi Aug. & Imo. ff. de re iudi. At facto inuentario, maximè cũ
conſenſu & interuentu pupilli, ut euitemus varietatẽ, & diſſo
nantiam opinionum in l bonorum. C qui admitti. in l. pupil-
243 lus. ff. de acq. hęre. in l. potuit. † & in l.ſi infanti. C.de iu.delib.
& animoſior, ſecuriorque redditur tutor ad adeundum;
& rurſus aditam repudiabit, ſi expedierit pupillo abſq; alia in
integrum reſtitutione; cum & quilibet maior conſeruetũ in-
demnis, & damnoſam hęreditatẽ poſſit aſpernari. §. et ſi præ-
fatam. §. & hæc quidem. Quod quidem erit expeditiſſimum,
ſi tam tutelę quam hęreditatis tutor fecerit inuẽtarium ſepa
ratum, vt ius exigit, Bal. in l. filium, C.fam.er. Bar. Nic. Alex.in l.
in ratione. 1. § quod vulgo. ff ad l. Fal. Si tamen inquit Vitalis,
Nil nouari inuentarij confectione pendente. num 46. uigeat
conſuetudo ꝙ vnum ſufficiat inuentarium, hæc ſeruabitur
arg. l. 2. C quemad. teſta. aper. Sed ſi hęreditatis non fiat inuen
tarium, quis nam tenebitur, tutor, vel pupillus? ſi pupillus adi-
uit, tenebitur ipſe ſummo iure, licet in integrum reſtituat, &
regreſſum habeat aduerſus tutorem § pupillis. Auth. de hęr.
& Fal. ſin autem tutor adiuit, eſt perplexitas ſm iuris apices,
cum ipſe verè non ſit hęres, nec tanquam hæres ſuccedat: Et
244 hoc verum eſt, etiam in matrę tutrice filij, Paulus in ſuo † ele
ganti conſi 445. lib. 2. Et vide omnino Roma. conſi. 425 vbi
quindecim ponit pertinentia ad officium tutoris, quorum vl
245 timum eſt ꝙ inſpiciat, an hæreditas delata † pupillo ſit adeun
da, necne. l. ſi ad pupillum. ff. de autb. tut. & in matre, auiaque
tutrice, nouem ponit Capyc. deciſ. 50. & in conſil. 118. ponit
Rom. quatuor pęnas tutoris, quarum ultima eſt, ut patiatur
iuramentum in litem, licet ſit mater Ang. conſi. 176. Fulgoſ.
conſi. 196. Gozadinus conſi. 17. Ruinus conſi. 29. lib. 5. Affli-
ctus deciſ. 60. Quoad ſecundum, tutor non poteſt ſibi ipſi
author eſſe, quia ſibi quodammodo ius diceret, & miniſtra-
ret. l. 1. ff. de autho. tutorum. Vnde non poteſt hæredita-

tem relictã a pupillo ſibimetipſi reſtituet. regl in l. ſancimus.
C. ad Treb. in l. 1. §. fuit quæſitum. ff. eodem. Item non poteſt
246 cum pupillo contrahere niſi palam, & bona fide l. cum ipſe.
& ibi latiſſime gloſſa. Baldus, Saly. & alij. C de contrahen em
ptione. fallit forte, ſi tutor fecerit ritè inuentarium adiecta
æſtimatione, & uero pretio ſingularum rerum, quamuis de
iure non teneatur. l. vlt. & ibi Saly. C. de magiſtr. conuen. Af-
fl. deci. 13. nu. 14 dicens quod ſoluere ſibi poterit de bonis
in inuentario deſcriptis. l quoties. §. ſicut. ff. de ad. tutorũ. Ri-
pa, in d. § fuit quæſitum. Quoad tertium, conſtat pariter ꝙ
tutor nihil bonorũ pupillarium poteſt alienare, minuereue,
imo vix rerum ſuarum ꝙ potẽ tacitè obnoxiarum, liberam
habet diſtractionem. l. bonæ fidei. ff. de uer. ſign. l. lex quæ tu-
tores. C. de adm tutorum, quæ lex eſt ſingulariſſima, & ſylla-
batim in memoriæ conditorio eſſet deſcribenda. At per in-
247 uentarium † facilius & ſecurius vtrunq; expedietur ſi maxi-
me rerum æſtimatio deſcripta appareat. Non enim pupillo
dabitur anſa calumniandi, & exigendi ſcrupuloſam admini-
ſtrationis redditionem: cum dati, & expenſi, & ſingularum
quantitatum facilis ſit calculus, & diſpunctio. Cæterum cir-
ca alienationem rerũ minoris, ut valeat, Afflictus deci. 249.
ponit octo Quo ad quartum, nõ poteſt debitor nanciſci tu-
telam pupilli creditoris, auth. vt hi qui obligatas ſe habere ꝑ
hibent res minorum. ex quo auth. extracta eſt auth. minoris.
248 C. qui dare tutores. Secus forte ſi tutor faciat † inuentarium
cum æſtimatione rerum ſingularũ, maxime ſi facultates ido
neas poſſideat, quæ pupilli bona excedant Facit, quia per in-
uentarium recurrimus ad ius antiquius, quo debitor non ar-
cebatur a tutela l. creditorem quę antecedit dictam authen.
maioris. Cæterum aduerte circa omnia quatuor capita, quia
ſubuertuntur ex eo, quod toties eſt repetitum, quod inuen-
tarium non corrigit nec abrogat leges anteriores, uel poſte-
riores, niſi quatenus in duabus conſtitutionib. continetur,
Et hoc ubique teſtatum, & prædictum uelim.

LXXXIII. Velut creditor antequam agat, debet probare
creditum l 1. C. de probat. l. creditor. C de vſuris, etiamſi ex-
249 taret inſtrumentum publicum, & ut vulgo † dicitur, guarẽ-
tigiæ, Bal. in l ſi cauſam. C de executione rei iud ubi loquitur
in inſtrumento dotis alioquin plurima habet priuilegia, ita
debitor debet probare ſolutionem. l. 1. C. de non num. pec. l.
vlt. C. de ſolutionib. Ratio vtriuſque eſt, quia in facto conſi-
250 ſtit, neque enim † oritur obligatio niſi factum præcedit gl.
in l. 1. §. 1 ff ſi pars hæred. pet. nec rurſus ſemel contracta obli-
gatio deſinit eſſe, niſi per factum ſubſequens fuerit diſſoluta.
l. obligationum fere. §. placet. ff. de act & oblig. Proderit ergo
inuentarium utrinque ad probationem, quia ſcriptura, maxi
me publica, ſemper loquitur, & fidem indubiam præſefert.
l. cum precibus. C. de probat. debitori quippe proderit. finge,
Hæres, ut exiguiorem reddat hæreditatem, ſcribit in inuen-
tario ſibi, uel defuncto a debitore ſolutum. Certè ei creditur
contra ſeipſum, veluti ſi ſe cuiuſpiam debitorem ſcriberet;
Non. n. eſt credibile quod temere ſe alterius debitorem ſcri-
pſerit Rom. conſ. 103. ſed an ei credetur ſi ſe ſcribat credito-
rẽ? Neutiquam, quia quilibet ita faceret niſi eſſet abſtinẽtiſſi
mus. ſi tñ citari faceret debitorem, & inſtrumentum debiti
verbaliter trãſcriberet in inuẽtario authoritate iudicis, pleri-
que contẽdunt actionẽ dari ℨ debitorem, Bar. & alij in l. tu-
tor qui repertorium. per l chyrographis. ff. de adm. tutorum.

LXXXIIII. Prodeſt in actione defuncti, hr̃dis, alterius, quo
ad defunctum, ſiquidem eſt ℨ alium, computatur in bonis, l.
rẽ in bonis. ff de acq. rerum dom. niſi erat pęnalis. l. pęnales.
ff. ad l. falcid. ſin autẽ eſt contra hæredem, computatur quidẽ
& tunc in bonis, ut quantum adimit hæredi, tantum addat
hæreditati. Proinde quantum dẽt hr̃ditati hęres, tantundem
251 † de ſuo ſoluet creditoribus, & legatarijs, licet faciat inuenta
rium. Et idem in reſtitutione fideicommiſſaria. l. maritus. ff.
ad l. fal. quæ lex loquitur de paraphernis reſtituendis per ma-
ritum poſt mortem uxoris, cæteroquin hæres ratione confu
ſionis eſt liberatus ab hæreditate creditrice, quia non poteſt
ſui ipſius eſſe debitor & creditor, l. frater à fratre. ff de condi.
ind. niſi qđ iure ſubtili, quo per inuentariũ ſecernunt̃ bona,
perſonæ, & actiones, uideretur quandoque agi poſſe contra
ſeipſum, vt diximus ſupra de excuſſione, euictione, fideiuſ-
ſione. Quoad hæredem, ſi hæres habebat actionem contra
defunctum, illa confunditur, niſi fiat inuentarium § in com-
putatione l. debitori. C. de pactis. præterquam in reſtitutione
fideicommiſſaria, quicquid dixerit Imola, in l. debitor. ff. ad
252 Treb. quem omnes carpunt & præcipuè Aret. conſ. 147. † li-
cet. n. hæres non faciat inuentarium, tamẽ in reſtitutione ip-
ſe, uel hæres ipſius retinet omne ſuum creditum, & ius, etiã
ꝙ traxit exordium a perſona, & bonis defuncti, puta eſt filius
rogatus a patre reſtituere. Tam filius quam hr̃s filij deducet
non tñ alia credita, uel iura extra bona defuncti, ſed etiã le-
gitimam, & Trebellianicã, ſi uera eſt opinio quod Trebellia-
253 nica nõ poſſit prohiberi † in filijs primi gradus, Pau. conſ 77.
& 86. lib. 2. Are. conſi. 19 Alexand. Neuius, referens ita conſu-
luiſſe collegium Paduanum conſi. 75. ſin autem habebat hæ
res actionem contra alium, hæc actio non auget nec minuit
hæreditatem, faciat uel non faciat inuẽtarium, ſi hæres ſuper
rebus & negocijs hæreditariis actionem nanciſceretur, niſi
quod quandoq; cedere neceſſe haberet. l ſi hęres pecuniam.
254 ff ad Treb. Quoad alterum, † ſi quidem erat actio ex contra-
ctu, uel quaſi contra defunctum, non poteſt illam hæres ſub-
terfugere, aut declinare; etiam vltra vires; ſi non faciat inuen
tarium; Quod ſępiſſime dictum eſt. Sin uero erat actio ex de-
licto, vel quaſi, tunc ſe obtrudunt difficultates, an inſolidũ
oneret heredem, & ultra uires ſi non faciat inuentarium: De
quo eſt differentia inter ius ciuile, & ius canonicum, ut ſupra
dictum eſt, quamuis exactiſſime hoc eſſet inſpiciendum, &
pleniore calamo explicandum, quandoquidem etiam inter
theologos, & canoniſtas ſit aliqua diſcrepantia c. in literis. &
ibi no omnes poſt glo. de raptorib. c. vlt. de ſepult. Federicus
conſi. 21. Io. And. Gemin. Fran. & alii in c. quanquam. de vſu.
lib. 6 Anch. 411. & in reg. poſſ. & reg. Peccatum, lib. 6. Legiſtæ
confeſtim omnes poſt Bart. in rub. ff. de acq hære. atq; etiam
in noſtra. l vlt C de iure delib Bar. in l 1. ff de priuatis delictis,
& ſupra attigimus: Sin autem erat contra hæredem, tunc aut
ex facto defuncti, aut ex facto ipſiuſmet hæredis Primo caſu
tenetur hæres ſaltem uſq; ad vires & interdum vltra ſi nõ fa-
255 ciat inuentarium, † puta ſi defunctus promiſiſſet poſt mortẽ
ſuam, ita ut actio inciperet contra hęredem ſuum. l. unica.
C. ut actio. ab hæred & contra hered Secundo caſu, quando
ſcilicet obligatio hæredis prouenit à ſe ipſo, & à facto ipſius,
Aut iſtud factum eſt aditio: Aut eſt negotium hęreditariũ:
Aut eſt quid aliud extra hæreditatem. Primo caſu obligatur
adeundo omnibus creditoribus, & legatariis; & quidẽ ultra
vires ſi hodie non faciat inuentarium. §. ſi uero non fecerit.
Auth de hæred & Falc. Secundo caſu, ſumus in illo articulo,
an ſi hęres contrahat, vel obligetur ſponte ſua ſuper rebus, &
negociis hęreditariis, iuuetur inuentario. l. cum hęreditas ſ.
256 ff ad Trebell Tertius caſus eſt expeditus, † nam quod fecit
hæres extra hęreditatem, viuente vel mortuo defuncto, ni-
hil obeſt neque prodeſt hæreditati; niſi quod creditores iſti
regreſſum haberent etiam contra bona hæreditaria, prius ta-
men ſatisfacto creditoribus & legatariis hæreditariis: quia
omnia bona debitoris præſentia, & futura ſunt deſtinata ſo-
lutioni. l 1 C de bon. auth. iud. poſſ. l ſi creditores. ff de ſepara.

LXXXV. Prodeſt in exceptione defuncti, hęredis, alterius,
Quoad defunctum, ſiquidem hec exceptio cõpetebat defun
cto contra hęredẽ, confeſtim aditione confundit̃. d. l frater à
fratre ff. de cond. inde. ſin erat contra alium quam hęredem,
videndum eſt, an tranſeat ad heredẽ. Atqui cum hæres ſucce
dat in omne ius, promptũ eſt dicere ꝙ ad eum tranſeant om
257 nia iura † tam agẽdi quam excipiẽdi. l non ſolum. ff. de in in-
teg. reſti. l quæ dotis & ibi latè Bar. & plurimi poſt eum. ff. ſol.
mat Vnde infertur, ꝙ ſi defunctus ceſſit bonis, hæres nõ con
uenietur inſolidum, quamuis non fecerit inuentarium ſi ceſ-
ſio, & aditio ſint in recẽti, vt ſupra in præludiis Bal in l. vlt. C.
de bon. auth. iud. poſſ Perſtringe compendioſè, aut eſt exce-
ptio communis ſeu rei, aut eſt exceptio perſonę, qualia ſunt
258 priuilegia perſonalia, aut eſt exceptio † cauſæ, ſeu actionis.
Primo caſu, ſemper tranſit ad hæredem quaſi ſit in bonis, &
augeat bona. l perſona. ff de fideiuſ. l. exceptiones. 2 l. omnes.
ff. de excep Secundo caſu, non tranſit ad hæredẽ quamuis fa-
ciat inuentarium, niſi lex expreſſim extẽdat ad perſonam hæ
redis, puta priuilegium dotis quod habet mulier, tribuit̃ filio
mulieris. l. aſſiduis. C. qui potiores in pig. hab. l. ſunt qui. & le-
gibus ſeq. ff. de re iudi. d. l. exceptiones. 2 Tertio caſu trãſit ad
hęredẽ, quatenus durat actio, uel cauſa d l. exceptiones. Vide
plenius ſi uis Dyn. & Ioan. And. in regula priuilegium. lib. 6.
Decium in l. in omnibus cauſis. ff. de reg. iu. & in dicto titu.
de except. per Bar Pau & Soci Quoad hæredem, aut ei com-
petebat exceptio cõtra defunctum, aut contra alium. Primo
caſu, adeundo ſe compenſauit; niſi quod & hic, vt toties di-
259 ctum eſt, iuris † ſubtilitate ſeruatur exceptio per inuẽtarium,
quia inuentarium ſecernit bona, iura, & perſonas. Secundo
caſu ſi quidem hęres faciat inuentarium habebit exceptionẽ,
& beneficium inuentarij contra omnes creditores hæredita-
rios, & legatarios, etiam poſt condemnationem, ut in proxi-
mo, eodemque decimo & vltimo membro totius huius tra-
ctatus, per theoricam ſingularem Baldi, & Aretini in l. more.
ff. de acq. hęred. dicentium, ꝙ quamuis hæres faciat inuenta-
rium, non per hoc liberatur ipſo iure; ideo poteſt conueniri
260 inſolidum, ſaltem a creditoribus; ſed cum inuentarium, † &
exceptio competens ex inuentario ſit in rem, opponi poterit
tam ante, quam poſt ſententiam. l. ex diuerſo. §. ultimo. ff ſo-
luto

luto matrimo. Hactenuaautem proderit exceptio Inuentarij
in lite, vel ſine lite: quatenus ad hæredem lucrum non peruenit.
nit. §. in computatione. l. cum a matre. C. de rei vend. l. ex qua
perſona. ff. de regu. iu. Quæ duo nota, ſcilicet de exceptione,
& lucro; quia ab ijs pleraque pendent huius materiæ. Hæc ue
ra reſpectu onerum hæreditariorum, quod ſi hæres alijs one-
ribus vel actionibus ſit obſtrictus, non iuuabitur inuentario.
Quo ad alterum, aut ei competebat exceptio contra defun-
261 ctum, aut contra heredem. Primo caſu; † ſiquidem eſt exce-
ptio perpetua vel in rem, illam ſemper obijciet hæredi agen-
ti; quantumnis heres fecerit inuentarium, quia inuentarium
non prodeſt vltra ius commune. Sin autem extinguebatur
cum defuncto, puta defunctus pepigerat cum debitore, ſe ni-
hil petiturum donec uixerit; tunc non obijcietur heredi. §.
temporales. Inſti. de exceptionibus.

LXXXVI. Prodeſt in hypotheca defuncti, hæredis, alte-
rius. Quoad defunctum, ſiquidem habebat hypothecam, ſeu
actionem hypothecariam contra alium, poterit illam hæres,
velut aliam quamlibet intentare, faciat, vel non faciat inuen-
tarium, quia reperitur in bonis. Expediet tamen inuẽtarium
262 in uno caſo (& hoc eſt memorabile † & quotidianum ſi ue-
rum eſt, nam non ſemper verum erit) quando agere hæres
contra tertium poſſeſſorem, & oſtẽderet inuentarium, ex cu
ius inſpectione primo intuitu liqueret bona non eſſe ſoluen-
do; quaſi inuentarium ſit loco excuſſionis, & ſententiæ decla
ratoriæ bona non eſſe ſoluendo, iuxta tradita per Butrig. Bar.
& alios in auth hoc ſi debitor. C. de pigno. & ſupra loquendo
de excuſſione. Si verò habebat defunctus hypothecam con-
tra hæredem, obſtat perplexitas, & repugnantia duorum con
trariorum in eodẽ ſubiecto. Vide Affl. deci. 273. ubi ſubtiliter
loquitur circa text. in l. ſi ei cui. ff. de euict. Quoad hæredem,
aut contra defunctum, aut contra alium. Primo caſu ſubtilis
Bal. in l ſi vxor. C de bo. auth. iud. poſſ. dicit actionem hypo-
263 thecariam, nec rei vendicationem non confundi † Quapro-
pter, tex. in §. in computatione, reſtringitur ad actionẽ perſo-
nalẽ, quam heres habebat contra defunctum, vt hæc nõ illę
in rem confundant aditione. ſequunt communiter alij, Rui.
conſi. 17. lib. 1. Pariſ. conſi. 25. 69 lib. 2. Neguſantius. de pigno.
2. Memb. 5. par. & 2. Mẽb. 6. par. Neuizanus conſil. 69. Berous
conſi. 129. lib. 2. Goza. conſi 95. Gra. conſi. 91. lib. 1. Et multos
alios congerit Rolan. de confectione inuentarij. Contrarium
videtur tenere Ang. Are. in tract. de teſtam. glo. ult. per l. licẽt.
C. ad l. Falc. Lancelotus Dec. in l. debitori. C. de pact. Menoc.
conſi. 89 nu. 153. dicens quod Gratus non mediocriter ęqui-
uocauit: & allegat Roma. conſi. 148 eſt conſi. 140. niſi fuit er-
264 ror impreſſoris: Quod † tamen conſilium Romani non ſuf-
fragatur Menochio. quia ibi mulier creditrix alienauerat rem
hypothecatam; At nos hic agimus de creditore, qui nihil alie
nauit, ſed ſolummodo heres eſt debitori hypothecario: Quę
quam ſint diſſimilia, nemo eſt quin videat. Ad l. licet. reſpon-
detur quod non loquitur in actione hypothecaria, ſed perſo-
nali. Probatur, quia lex illa fuit Diocletiani, qui nondum indu-
xerat hypothecam in bonis tutoris Solum enim per Cõſtan-
tinum in l. pro officio. C. de admin. tut. fuit inducta. Pręterea
265 † admiſſo quod in caſu l. licet. filia habuiſſet hypothecam in
bonis patris tutoris: quod negari poſſet per l. cum oportet.
C. de bo. quæ lib tamen quod ibi dicitur de confuſione, reſtrin
gitur ad actionem perſonalem; ne corrigantur aliæ leges, quæ ex-
preſſim dicunt hypothecariam non confundi; Quę pręcipuè
ſunt tres. l. ex ſextante. §. ult. ff. de excep. rei iud. l. debitor. ff. ad
Trebel. l. cum quis. §. vlt. ff. de ſolu. ubi Pau. de Caſt. reddit ra-
266 tionem † diuerſitatis, quia ſcilicet hypothecaria eſt in rẽ; Et
rei inhęret non perſonæ: Merito non confunditur: At actio
perſonalis cohæret perſonæ inſeparabiliter: Merito confun-
ditur, ne actio, & paſſio ſint in eodẽ ſubiecto. Ita ſenſit ſubti-
liſſimus Bal. in d. l. ſi vxor. Et ita eſt tenẽdum: Quod comme-
morare oportuit. Nec difficulter reſpondebis ad l. neque pi-
gnus. de regu. iu. ſi conſulueris DD. in locis præallegatis, præ-
ſertim Neguſantium & Alex. in d. l. debitor. ad Trebell. Aut
enim hæres, idemq; creditor fit dominus reuocabiliter, aut
irreuocabiliter. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. & ibi Barto. ff. de
capti. & tantum abeſt ut Romanus in pręallegato conſi. 140.
contrarium ſentiat, ut immo in conſi. 176 teneat hypothe-
cariam non confundi, etiamſi hæres poſſideat. Et nouiſſimè
hanc communem ſententiam firmat Mantua, in ſuo Dialo-
giſmo, li. 8. cap. 31. Vide omninò infra in §. in computatione.
Secundo caſu, adhuc idem erit ſi agat hypothecaria contra
tertium poſſeſſorẽ rei a defuncto obligatæ, quamuis, ut præ-
diximus, forte inuentarium maximè coram iudice erit loco
267 excuſſionis, & ſententiæ declaratoriæ. Quoad alium, aut † hy
pothecaria ei competit contra hæredem ex facto defuncti:
aut ex facto hęredis. Ex facto defuncti poteſt competere du-
pliciter. Primo in bonis propriis ipſius defuncti: Deinde in
bonis hęredis, quæ defunctus obligauiſſet. Si bonis proprlis
defuncti, hęres non iuuatur inuentario ad euitandam actionẽ
hypothecariam, quãuis iuuetur quo ad alia onera, & actiones,
ut non teneatur de ſuo vltra vires. Fallit in uno caſu, & iſta erit
cautela ſatis notabilis in contractibus noſtri temporis. Nam
quotidie uidemus quod contrahẽtes obligant bona ſua huic
& illi. Finge modo. Obligaui fundum meum Mæuio. Poſtea
Sempronio. Morior. Tu hæres meus, quid facis, hæreditate
iacente? Emis fundum à Mæuio primo, ſeu antiquiore credi-
tore. Mox adis hæreditatem. Sempronius ſecundus creditor
agit hypothecaria. Quęritur, an poſſit agere. Videretur quod
non, l. 1. C. ſi antiquior creditor. contrarium eſt verum, l. ſi pa
terna, & ibi glo. C. de repud. vel abſtin. hære. Nec obſtat tex.
C. ſi antiquior creditor. per quem emens ab antiquiore cre-
ditore præfertur poſteriori creditori: Nam ex ſequenti adi-
tione extinguitur ius emptionis, & reuiuiſcit pignus, ſeu hy-
potheca Aditio enim retrotrahitur ad tempus mortis: & ſic
hæreditas nunquàm cenſetur fuiſſe vacans, vel iacẽs. Secus,
inquit Bald. in d. l. ſi paterna, ſi hæres idemque emptor faciat
inuentarium, quia inuentarium facit cenſeri hæredem non
268 adiuiſſe, & per conſequens conſeruat † hæredi beneficium. l.
1 C. ſi antiquior creditor. Quod dictum Bal uerissimum erit,
ſi bona non ſint ſoluendo, & hæres lucrum non ſentiat; alias
eſt periculoſum, vt ibidem per Fulgo. Paulum, Alexandrum,
Corneum. Sed an contra hæreditatem iacentem competat
269 hypothecaria? Et hoc † magis eſt, l. ſi ego & ibi Odof. Iacob.
Rau. ff. de neg. geſt. Bal. in rub. C. de ſucceſ. edi. Etenim ſi ali-
quiamoreretur ſine hærede Alexan. conſil. 45. lib. 5. per l de-
bitor rem hypothecatam occupare Alexan. in l. 1. C. de repu.
hære. Quod pendet ab illo, an actio realis detur contra hære-
ditatem iacentem Cor. conſi. 91. 329. l. j & in ſequenti effectu
attingam. & in §. in computatione. Si in bonis hæredis obli-
gatis per defunctum alteri competat actio; prius ſcire opor-
tet ꝙ quãuis obligans ſe ipſum, cenſeatur obligare hæredem
vſq; ad finẽ bonorum extantium in hæreditate. l. ſi pactum.
270 & ibi no. ff de probationibus. Non tamen poteſt † quis obli-
gare bona propria ſui hęredis. gl Cy. Sal Fulg. in l. aſſiduis. C.
qui potiores niſi hæres ſcienter adiret, & approbaret factum
defuncti. Pau. conſi. 168 lib. 2. Nam tunc hypothecaria reui-
uiſcit ſeu robur accipit, Aret. in l. ſi hæredis ſeruus de lega 1.
Dominus meus Torniellus reprobans Rui. in l. j. num. 123 &
ſeq. de leg. j Finge ergo. Hæres ſcienter adit, & approbat fa-
ciendo inuentarium; an de ſuo tenebitur ultra uires? Videretur
quod non per. §. etſi pręfatam. Quod poteſt ſuſtineri, vbi la-
tebat æs alienum, quod poſtea repente emerſerit & vbi ſine
ipſius culpa, vel mora res ſunt deperditæ: Cæterum ſi impru-
denter damnoſam adiuerit hæreditatẽ, difficulter ſe eximet,
ſaltem contra creditores, qui alias cum defuncto non cõtra-
xiſſent: niſi putaſſent ſe compenſatum iri. Circa hoc plenius
271 eſſet diſpiciẽdum. † Et nota inſuper, quod hæc cautela pro-
derit patri uolenti prohibere filium, ne alienet legitimam, &
Trebellianicam; Nam poterit pater quaſi iure pignoris, vel
hypothecæ hanc rem, & illam ſpecialiter ſupponere fideicõ-
miſſo, ne quando filius cauſari aliquid poſſit; Et rogare, im-
mo etiam arctare ipſum filium ne alienet, ſi vult potiri omni
hæreditate: Quo facto ſi filius ſcienter ſuccedat non facile
rumpet voluntatem patris; maximè, ſi ex fructibus medij tẽ-
poris plurimum perceperit; & maximè, ſi ex præcepto, & iuſ-
ſione patris inuentarium fecerit, ut ſupra quoque attigimus;
272 Nam nec res ſpecialiter † legatas poteſt filius pro ſua legit.
vel Trebellianica retinere. auth. ſed & in ea vbi Baldus, An-
gelus, Salycetus, Fulgoſius, Corneus. C. ad legem Falcidiam.
Ancharanus conſilio 365. Paulus conſilio 446. lib 2. Alexan
drinus conſi. 156. num. 13. Hæc de hypothecaria ea facto ſeu
prouiſione defuncti tam in bonis ipſius defuncti quam hære
dis: Sin autem hypothecaria cuipiam competat ex facto hæ
redis; ſi quidem hoc factum concernat hęreditatem; Quod
eſt, vt nunc dicebam, quando hęres ſcienter ſua aditione con
firmat obligationem factam per defunctum; vel quando ſe
obligat ſuper negocijs hæreditarijs, patet ex præmiſſis. Sin
autem non cernat hæreditatem, pluſquam certum eſt quod
inuentarium nihil facit.

LXXXVII. Prodeſt in tribus actionibus legatorum mul
tiplici reſpectu. Quo ad originem, actio perſonalis ex teſta-
mento naſcitur ex quaſi contractu, ideſt, poſt aditionem;
non ante §. hæres. Inſtitu. de oblig. quæ ex quaſi contr. Nam
hęres antequam adeat non poteſt ullo modo conueniri, li-
cet legatarius interim moriens tranſmittat. l. hæredis aditio.
ff. quando dies leg. cedit. ſed nec conuenietur hæreditas ia-
cens; quia vt inquit ſubtiliter Baldus in l. eam quam. C. de fi-
273 deicom. Hæreditas non obligatur † ad legata: & antequam
hæres adeat, non eſt in quem dirigantur actiones, cum actio
non ſit ſine ſubiecto, & paſſione. l. in tribus. ff. de iudicijs.

Item defunctus non dicitur verè debitor, nec hæreditas iacens
274 † eum repræſentās, Dy. & alij in l. qui Romæ. §. Augerius. ff.
de verb. oblig. Si tamen hæres cunctetur adire, legatarij mit-
tentur in poſſeſſionem quandoque, ut per glo. in l. 1. §. vlti. ff.
vt in poſſ. legatorum. Creditoribus plus conceditur, vt petāt
275 dari curatorem † hæreditati iacenti quinque interuenienti-
bus, vt per Capycium deci. 87. vel terminum ſtatui hęredi, in-
tra quem adeat, uel repudiet. l. j. ff. de cur bonis dando. l. quā-
diu inſtitutus. ff. de acq. hære. l. debitor. ff. de neg. geſt. Actio
276 hypothecaria † videtur & ipſa naſci tantum poſt aditionem,
quaſi ſit acceſſoria perſonalis actionis, vt no. in d. §. hæres, &
in l. 1. C. communia de legatis. At rei vendicatio naſcitur ſta-
tim à die mortis, cum etiam dominium tranſeat in legatariū
à die mortis. l. à Titio. ff. de furtis. Vel verius, vt inquit Baldus
in d. l. 1. C. comm de leg. tranſit inceptiuè non completiue; Et
ideo nequit intentari contra hæredem antequam adeat, ve-
luti nec perſonalis, nec hypothecaria, vt per Fabrum, & Aug.
in dicto §. hæres & in §. noſtra, Inſti. de lega. Ex quo ſequitur
& aliud, quod fructus non debentur legatario à die mortis,
277 quia regula, quæ eſt, fructus † dominium ſequuntur. l. Hęren
nius. ff. de vſuris, procedit in dominio de iure cōmuni, prout
in ſimili habetur in l. vlti C. de ſacroſan. eccle. Pet. Cynus, &
Bal. in l. 1. & vlti. C. de vſuris & fructibus leg. Florianus in d. l.
Hęrennius. & plenius in l. 3. ff. de vſu. Neutrum tamen nec de
fructibus procederet, ſi defunctus verè, vel fictè tradidiſſet
per precarium aut conſtitutum. l. Lucius Titius. & ibi Bald.
Pau. de leg 2. Idem Bal. mirabiliter. in c. 1. de confirm. vtili. Si-
cuti & rei vendicatio, quā alius haberet quam legatarius iu-
278 re communi, expeditius † terminabitur & ſuum effectum
merebitur, etiam contra hæreditatem iacentem, quia non
requirit aliquam obligationem. §. 1. Inſtitu de actionibus. Et
regula eſt. Rem meam vbi eſt accipere poſſim. l. ſi filio. §. ma
ritum. ff. ſol. matri. Et hæc eſt ratio cur rei vendicatio motam
non patiatur inuentarij ex § donec. vt ibi dicemus. Quid ſi
hęres remoretur aditionem duos, decem, viginti, & plures
annos? Poteſt hoc facere, cum aditio veluti quodlibet aliud
ius & actio, duret ſaltem vſque ad 30. annos, glo. in l. 3. ff. de
acq. hære. l. licet. l. ſi curatoris. C. de iu. delibe. quamuis de fru-
ctibus, cuius interim ſint, dubitetur: Attamen vt diximus, re-
medium proditum eſt creditoribus, necnon fideicommiſ-
ſario vniuerſali: Doctores in rub. C. de ſucceſ. edicto. Quid ſi
hæres antequam adeat (quod poteſt) faciat inuentarium, an
279 † perinde ac ſi adiuiſſet conuenietur, non a legatario, ſed ab
alio. Tantundem puto in hypothecària quam alius pręter le-
gatarium proponeret. In contrarium facit, quia inuentarium
eſt loco iuris deliberandi, At olim deliberans nō conuenie-
batur. l. pro hærede. § ſeruos. ff. de acq. hæred. Tu nodum diſ-
ſolue. Cæterum peracto inuentario, ſi in hæreditate perſtite-
280 rit, nec expreſſim † repudiauerit, cenſebitur adiuiſſe nec po-
terit amplius reſilire, vt dicetur in noſtra. l. ulti. & plenius in
Antiphanucio Quid ſi nemo adeat, & fiſcus, vel etiam agna-
281 tus † per authen. bona damnatorum, ſuccedat non tanquam
hæres; An legata intercident? Notabile eſt, de quo per Pet.
Cy. Saly. in §. pe. C. de cad. toll. Alex. in l. ſi ſeruus. §. ſi quis an-
te. de leg. j. Item an teſtator poterit prohibere ne dominium,
282 neve hypotheca tranſeat in legatarium? Et hoc † magis eſt. l.
ipſis. C. ut in poſſ. lega. ubi Baldus ſubiungit quod econtra in
fauorem legatarij, teſtator cauere poterit, ne vlla ei curtat
pręſcriptio, aliàs præſcriberet hęres legatario non petenti, ut
ſubiiciam Pariter teſtator poterit præſcribere terminum in-
283 tra quem adeat, quo elapſo non † amplius hæres erit. l. ſi quis
hęres ita ſcriptus. ubi Ang. dicit ſe de facto habuiſſe. ff. de acq.
hæred. ſequitur Aretinus, licet Paulus addubitet. Quid ſi hæ-
res animo tantum adiuerit, an obligabitur? Quæſtio eò ſpe
284 ctat an hæreditas cenſeatur adita † ante apprehenſionem
poſſeſſionis, de quo per glo. & Barto. in l. vlt. ff. de fideicom.
hæred. petit. per Are. & recentiores in rubri. ff. de acq. hæred.
vbi videntur magis communiter inclinare quod ante appre-
henſionem adhuc maneat hæreditas, & nondum tranſiuerit
in patrimonium hæredis, glo. & Doctores præcipue Iaſon, &
Ripa in l. 1. §. veteres. ff. de acq. poſſ. Dicamus ergò quod adi-
tio facta ſolo animo valebit irreuocabiliter. l. gerit. & ibi per
Barto latè. ff. de acqui hæred. quamuis nondum plene ſit hæ-
res, id eſt, quoad dominium, & poſſeſſionem. l. cum hæredes.
285 ff. de acquiren. poſſeſ. Fallit ſi quis † moribundus, ſeu in arti-
culo mortis adiret l. vlt. cum glo. ff. quando dies leg. ce. Aret.
conſi. 160. Imo. in l. qui duos. ff. de vulga. & pupil. quo ad peti-
tionem pater quod petitio contra hęredem non proponitur
antequam adeat, immo nec ipſe hæres ius ſuum, uel credi-
286 tum poſſet percipere ab hæreditate iacente. l. ut † debitum.
C. de hæreditarijs actionibus. niſi forte vteretur cautela Bal.
in l. debitori. C de pact. ad inſtar cuiuſcunque alterius credi-
toris, qui petens dari curatorem hæreditati iacenti creditum
ſuum quandoque percipit. l. pro hærede. § ſi quid tamen. ff.
de acquiren. hæred vbi creditor ęquiparatur hæredi, qui nō-
dum adiuit. Perpende diligenter, quia hoc modo cautela Bal
di, & ſequacium, locum habebit iam ante quam poſt aditio-
nem, vt ſcilicet hæres poſſit ſuum creditum atque etiam le-
gitimam, vel dotem ſeparare à reſiduo bonorum, quaſi cre-
ditor exterus, Iaſon conſi. 28. lib 3. Pari. conſ. 69 lib. ſecundo.
Hæres ergò regulariter conuenitur, & conuenit duntaxat
poſt aditionem, ſiue faciat inuentarium, ſiue non: ſed an in-
uitus conuenier, & conuenietur? æquiparando creditorem,
287 & hæredem cum inuentario, † hæres non cogetur agere ad
compendium creditorum, & legatariorum; cum nec credi-
tor miſſus quidquam faciat, ſed tantummodo aſſeruet, &
cuſtodiat, & ob id de dolo tantum tenetur. l. prætor ait. §. eſt
præterea. ff. de bonis auth. iudi. poſſid. Item hæres per inuen-
tarium cenſetur non adiuiſſe: & liberatur ab omni uexatio-
ne iuris, & facti. §. etſi præfatam. Igitur cedendo actiones, li-
beratur, ad ſimilitudinem creditoris miſſi. l. creditore. titu.
proximè allegato. In contrarium facit, quia negligentia in re-
bus proprijs repræhendenda, in alienis eſt repræhendenda,
& coercenda ſimul. l. ſi conſtante. §. ſi maritus. ff ſoluto mat.
niſi hæres rurſus replicet. Regula alia pro me dicit. Nemo in-
uitus agere cogitur. C. vt nemo inuitus agere, vel accuſ. cog.
Quæ regula mihi non eſt adimenda, cum inuentarium non
auferat ius commune. §. licentia danda. duplicari poſſet. Cur
tu hęres te inuoluiſti, & cur adhuc perſiſtis in hæreditate?
288 Nam & ſi creditor † habet bona ſequeſtrata, non prohibe-
tur petere. l. qui legati. & ibi Ray. Fulg. Com. C. ut in poſ. leg.
Illud ineunctanter verū eſt, quod ſi hæres non fecerit inuen-
tarium, veluti non cogitur agere per regulam præallegatam,
ita de ſuo tenebitur inſolidum. In alio articulo, an conue-
niatur, ſi non fecerit inuentarium, eſt expeditum per aliam
regulam. Iudicium redditur in inuitum. l. inter. § j. ff de verb.
oblig. non tantum actione perſonali, ſed etiam in rem, & hy-
pothecaria. Et non tantum a creditoribus, ſed etiam a lega-
289 tarijs. Dubium eſt, ſacto † inuentario. Et quidem, ſi inconti-
nenti hæreditatem dimittat, ſine aliquo lucro iudicium ui-
tabit, per § etſi præfatam. Sin uero perſiſtat: non uiorabitur
quidem, nec ſubterfugiet rei uendicationem propoſitam ab
alio quàm à legatario: Sed nec forte morabitur legatarium
agentem utrauis actione, ſi bona ſunt ſoluēdo: maxime poſt
tempus inuentarij per §. donec. quid ſi agenti legatario pręſ-
ſcriberet de iure creditoris? Dicam forte in. §. etſi præfatam.
quamuis properanter nunc dicere poſſum, quod ſi hęreditas
euidenter locuples eſt, non excipiet de iure creditoris, etiam
ſi res legata prius fuiſſet creditori hypothecata, quia luitio
pertinet ad hæredem non ad legatarium, cum diſtinctione,
vt ibi per Bal. Ang. Corneum reprobantes Bartolum in l. prę-
290 dia. C. de † fideic. l. j. §. ſi hæres ff. ad Trebel. Roma conſi. 139.
Vbi ponit quinque caſus, ſeu fallentias, in quibus legatarius
tenetur ad onera: Vnus caſus eſt, quando hæreditas non eſt
ſoluendo: ſed tunc inquit Romanus, ſi legatario ſolutum fue-
rit, ita demum aget creditor contra eum hypothecaria ſi ex-
cuſſerit hæredem: At cum inuentarium ſit loco excuſſio-
nis, non cogetur creditor vlterius expectare, ſi bona inuenta-
291 rij ſint exhauſta An vero non facto inuentario, † hęres non
tātum excutietur in bonis hęreditarijs, ſed etiam in proprijs
antequam eatur contra legatarium? Pulcherrimum, & nota-
biliſſimum eſt. l. 1. C. de reuoc. his quæ in frau. cre. Quæro de
quinque vel ſex, an quilibet hæres conueniri poſſit. An om-
nibus actionibus. In quo foro. An in proprijs bonis. An unus
ex pluribus eligatur. Et in actionibus præſcribatur. Ad primū
reſpondetur quod quilibet conueniri poterit ſiue faciat inuē
tarium ſiue non. § pupillus, uſque ad finem, Auth. de hær. &
292 Falci. † Proinde pater filio, maritus vxori, tutor pupillo, Prin
ceps ſubditos & econtra ſoluent legata; Aut ſi non ſoluant,
actionibus diſtringentur, quia iuſtitia nemini nouerca eſt, &
ęqua lance omnes metitur. l. iuſtitia. ff. de iuſtitia & iu. l. bona-
fides. ff. depoſiti. l. digna uox. C. de legibus. l. ſi quis vxori. ff. de
furtis. & omnes conuenientur præterquam pater à filio. l. lis
nulla. ff. de iudicijs. Quia tamen fraudibus non eſt indulgen-
dum, non denegatur auxilium filio contra patrem moro-
ſum. l. Imperator. cum ibi traditis. ff. ad Treb. Nunquid autem
293 legati ſolui, vel aſſeruati per patrem filio, pater erit † fructua-
rius, & adminiſtrator ex l. 1. C. de bonis maternis. l. cum filio-
familias. de lega. 1. & l. cum oportet C. de bonis quæ liberis?
Et nunquid maritus quoque fruetur legato vxorio? Sanè ſi
nec pater, nec maritus, uel contra, fecerit inuentarium, non
tenebuntur inuicem vltra uires. Nunquid inſuper pater, vel
294 maritus † utentur cautela Baldi in. §. in computatione &
in l. debitori. C. de pactis. non tantum in proprijs creditis,
ſed etiam ſi uxor filiusve ſint creditores hæreditarij? Nun-
quid etiam non facto per eos inuentario, ideſt, maritum, &
patrem,

patrem, ſaltem in reſtitutione fideicommiſſaria excipient,&
deducent quod filio, vxoriq; debuit defunctus: vel etiam le-
gata, quæ nunquam eiſdem.i. vxori, & filio ſoluerunt? Nullibi
tam facile reperies. Expergiſcere cito. Et eadem applicare po-
tes ad tutorem reſpectu pupilli, non vt tutor fruat, quamuis
pater & maritus fruantur aduentitijs, & paraphernalibus. l.
à tutoribus.in fi. ff.de adminiſt.tuto. Admitte hæc probare
per tex.in l. ſed ſi damnum. §.peculium.l. ſi noxali. §. vlti. ff.de
peculio.l.unica.per Alber. C.etiam ob chy.pecu. l.aduerſus.
295 C.de crim.expil hære. Ad ſecundum reſpondetur,† ꝙ tãtum
in uno caſu omnes tres actiones ſimul dãtur legatario, quan
do teſtator legauit rem corpoream ſuam ipſius, ſecus ſi rem
alterius, vel quantitatem legaſſet, tunc enim duntaxat duæ
competunt actiones, perſonalis, & hypothecaria: Interdum
perſonalis ſola: Interdum nulla, ſed exceptio tantum, gl. & ibi
Faber, in §. noſtra autem Inſtitu de legatis. Quæritur autem
quando tres, vel duæ competant, an vnam poſſit vel debeat
eligere hæres; vel an poſſit cumulare. Rei quidem vendica-
tio ſecum non admittit aliam actionem, quia habens domi
296 nium vendicat, non condicit.i.non agit in † perſonam l.vlti.
ff vſuf.quemad.caueat. Attamen legatario fortè dabitur ele-
ctio alterutrius, vel etiam cumulatio: cum competant iure
ſpeciali, vt not.in auth.contra.C.ad Treb. quamuis non om-
nes tres ſimul cumularent, nec forte hypothecaria ante per-
ſonalem proponeretur.de elect.textum habes in l.cum filius
§.varijs. de leg.2.de cumulatione in l.edita C.de edendo.ubi
Bald.tam alte volitauit, vt Icaro audacior, & animoſior ple-
riſq; fuiſſe videatur: Certè, cum inuentarium fecernit bona,
perſonas, & actiones, facilius dabitur hęredi electio, & cumu
latio. Hæc inſpectio Phaëtontæum exitum mihi minatur:
Ideò ne incendio deuťar, & concidam, iuga ſoluo: nec om-
nino audeo rurſus aptare ad Inſtraudum iter, quod nunc re-
manet, & pręoculis eſt. Ad tertium reſpõdetur regulam ex-
tare, actor ſequitur forum rei, l.2. C.de iuriſd.om.iud. pręter-
297 quam in actione in rem, ſiue ſit † vendicatio, ſiue hypothe-
caria: Nam ibi, vbi res eſt, poteſt actor, ſi vult, conuenire reũ,
ſeu poſſeſſorem.l.vlt.C.vbi in rem actio. l.forma. §.ſi vero.&
ibi glo.ff.de cenſibus.ſed vt melius, & plenius intelligas, vide
glo.in l. hæres abſens.§ proinde.ff.de iudicijs. Vbi ponit duo-
298 decim, vel tredecim fora ſeu loca, quibus quis poteſt † agere,
vel conueniri iure communi, aut ſpeciali, aut priuilegiario.
Item vide glo.eo.titu.in l.quod legatur.vbi comperies quod
hæres in duobus, vel tribus, vel etiam pluribus foris poteſt
299 conueniri, † licet glo. non aperiat an ſimul, uel diſiunctim:
Et omninò vide iſtam glo. quia gemmas, & margaritas inde
extrahes, ſi ad intima penetraueris tanquam venator, & mer
cator, per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes; Nulli-
bi enim Accurſius glo pleniores, & limatiores poſuit, quàm
in Digeſto veteri. Finge autem (quantum pertinet ad rem no
ſtram) ego ſum origine Vicentinus, domicilium habeo Pa-
tauij Maior pars hæreditatis eſt Veronæ. Res legata eſt Man
tuæ. Tu legatarius vis petere à me hęrede legatum. vbi petes?
Videtur ꝙ in quatuor locis, ſeu foris. Vincentiæ, quia inde
ſum oriundus.l aſſumptio.ff.ad Municip. Patauij, quia ibi de-
go.l ciues. C incolis. lib.10 l.ſi fideicommiſſum.§ pen. ff.de
iudic. Veronæ, quia ibi eſt maior pars hęreditatis. d.l ſi fidei-
commiſſum.in prin. Mantuæ, quia ibi res legata conſiſtit, &
eam vendicas vel perſequeris actione hypothecaria: Nam in
alijs tribus locis, vel foris non in rem; ſed in perſonam ageres.
nunquid ergo forum, quod volueris ipſe eliges? Vide nũquid
me eodem tempore in duobus vel pluribus locis conuenies?
Et nunquid etiam creditor hęreditarius in pluribus foris, uel
qua actione voluerit, diſtringet hæredem; Expauеſco non pa
rum. Conſtat quod licet interdum multæ ſimul competant
actiones; quia noſtra intereſt plura habere remedia, tamen
cumulatio raro datur ne reus tot iudicijs vexetur. l. quod in
hærede. § eligere.ff.de tributoria.c.nullus pluribus. & ibi per
Dyn.de regu.iu.in 6. quam electionem & cumulationem vi-
300 tabit † ſępiſſimè hæres propter inuentarium, quia inuenta-
rium facit cenſeri hæredem non adiuiſſe: Si hæres nõ adiuit,
vel fingitur non adiuiſſe, ergo non obligatur: Si non obliga-
tur, ergo nec tenetur actione perſonali, forte nec hypothe-
caria, quæ eſt ſequax ipſius perſonalis. l.fœnerator. ff.de nau-
tico fœnore. Loquor reſpectu legatorum, non æris alieni;
Quamuis & creditores arceantur non tarò ab actione perſo-
nali, ſi hæres ad finem bonorum ſoluerit, vel ſoluere paratus
ſit. At inuentario nõ facto, præcipuè ſit obnoxius hæres obli
gationi, & actioni perſonali, quam inſeparabiliter ſuæ perſo-
næ, & bonis infixit, atq; accerſiuit.l.quis ergo caſus. ff.de pe-
culio.l.3.cum glo.ff. pro ſocio.tam reſpectu ęris alieni, quam
legatorum: licet nemo det quod non habet. Et ideo dicit in-
genioſiſſimus Bald.in l.ſi uxor. C de bon.auth.iud.poſſ.quod
301 † hæres non tenetur inſolidum vltra vires, actione reali, ſed
tantum perſonali: quia actio realis ex facto viſibili.i.poſſeſ-
ſione parať dominium habenti de iure gentium. l.ea hoc iu-
re.de iuſt. ex his poſſet colligere multas differẽtias, actio per-
ſonalis oritur ab aditione, quæ eſt quaſi contractus. Rei ven-
dicatio nullam præſupponit obligationem. Actio perſonalis
302 eſt ineuitabilis, niſi per † inuentarium amoueatur, non qui-
dem ipſo iure, ſed ope exceptionis, Bal. & Aret. in l.more ff.
de acq.hęre. Hæc ſine inuentario & cum inuentario vim ſuã
exercet; niſi ꝙ per inuentarium vbi bona non ſunt ſoluẽdo,
creditores quantumuis chyrographarij, & poſteriores, exclu
dunt legatarios quoſlibet: ſed & ſine inuentario, excluderenť
nihilominus legatarii corporum, vel quantitatum, ut prædi-
303 ximus ex Romano conſi. 189. tametſi dubiteť, an perinde † le
gatum ſpecierum vt quantitatum minuať, & reſecetur per ęs
alienum Bal.Saly. Cor.in l.ſi uniuerſæ C. de lega l.licet. C.ad
l.Fal.: Alio vero quam legatario habente rei vendicationem,
cæteri omnes conticeſcunt, & excluduntur, eo petente, quan
tumuis ſint creditores hypothecarij.l.ſi uentri.§.in bonis, &
ibi Ripa poſt alios multos.ff.de priui. cred. l.bona fides.ff.de-
304 poſiti. Rurſus actio perſonalis reſpicit totum defuncti † pa-
trimonium ubilibet ſit: nec non etiam perſonam hæredis, &
bona eiuſdem qualitercunq; quæſita, vel quærenda.l ſi fidei-
commiſſum.§.tractatum.ff.de iudic. l.ſi creditores.ff.de ſepa
rationibus. Hæc reſpicit rem vnam tantum vel plures, quaſi
vnum indiuiduum.glo.in d.§.tractatum. Vnde conſequiť ꝙ
illa in pluribus locis mixtim, uel ſaltem diſiunctim proponi
& exerceri poterit. l.vlt.C.de lon. temp. præſcript. Hæc non
niſi in uno foro, vbi ſcilicet ſita res eſt: Quod tamen eſt peri-
culoſum; Et ut in uniuerſum dicam, noſtris temporib. nulla
fermè extant veſtigia rituum, & actionum Romanorũ: Quan
do, & imperante Seuero, ad extraordinaria iudicia ſit decur
ſum.l.actio.ff.de neg.geſt. Adhuc tamen circa iſtud quæren-
dum eſt, an pręſtatio fieri debeat vbi eſt pretium; De quo ma
305 xima fuit altercatio inter antiquos gl. Ioannes tenebat † us-
cunque alibi hæres fuiſſet condemnatus, non cogi ſoluere:
niſi vbi res ſita eſt vel maior pars hęreditatis.l.cũres.de leg.j.
& quidem ſumptibus legatarij.l.ſi ſic, eod.tit. Imerius, Aldri-
cus, Accurſius contrarium putant, in d.l.quod legať. & l.ſi fi-
deicommiſſum.§.tractatum.ff.de iud. Ioanni aſſentiunť Bar.
Paul.& alij.& ſubdit Pan.in §.vlti.quod iſta exceptio, maior
pars hæreditatis eſt alibi, opponi poterit etiam in executio-
ne rei iudicatæ. Quod tamen fallit in multis caſibus, quorum
unus eſt in.l.ſed ſi ſuſceperit.§ libertis.eod tit.ſi legatarius ex
charitate, vel officio, vel imbecillitate animi vel vitium, alio
non eſſet trahendus: puta, ſi legareť Doctori legenti Paduæ.
Nam hęres debebit dare Paduæ, non vbi eſt hæreditas, uel
306 maior pars hęreditatis. Idem forte ſi legareť † pupillo, vel ui-
duæ, uel miſerabili perſonæ.l.unica.C quando Imperator in-
ter pupillos, & viduas: cũ iſtiuſmodi perſonis non raro quo-
que deť electio fori, Afflic.deciſ.257. Quod verum fortè erit
etiam ſi hæres faciat inuentarium, & hęreditas ſit ſoluendo.
Quid ſi alimenta relinquerentur: ubi petet alimentarius, &
vbi ei ſolueť: vide glo in l.cum hic.§.vult igitur.ff.de tranſact.
Ad quartum reſpondeť, quod hæres in proprijs bonis, & reb.
307 † non periclitať, maximè olim reſpectu legatariorum. l. j § ſi
is qui.ff.ad Treb.l.1.§.hæc verba ff ſi cui pluſquam. Et quidẽ
rei vẽdicatio hęres in re propria non conuenit, quia duo inſo
lidum eiuſdem rei non poſſunt habere dominium, neq; rei
vendicationẽ, quę a dominio proficiſciť l.ſi vt certo § ſi duo-
bus.ff commod. Actione autem perſonali conuenitur hęres
tam in bonis proprijs, ꝗ in hæreditarijs; niſi fecerit inuenta-
riũ, & tam à legatarijs hodiè, ꝗ à creditoribus hodiè & olim,
glo.in d.§ hęc uerba. Nunquid conuenieť hypothecaria? Hy-
308 potheca porrò non tribuiť † legatario in bonis hæredis, niſi
poſt moram ſex mẽſium quandoque, gl.in l.de eo ff.de iudi.l.
is cui.§.Imperator. ff. ut in poſſ. legatorum. Licèt aliter in-
nuat quædam glo.in l.j.C. communia de lega.quam Pet.Cy.
Butrig.Bartolus, Baldus, Angelus, Salycetus, Corneus, & alij,
ibi reprobant. Proinde hypothecariam tantummodo exer-
cebit legatarius in rebus defuncti, quę alij ſpecialiter non fue
rint legatæ, non etiam in rebus hæredis, præterquàm in duo-
bus caſibus. Primò poſt moram ſex menſium. Secundò ſi
defunctus expreſſim obligauerit bona hæredis; quæ obliga-
tio ex ſubſequenti ſcientia, & aditione confirmatur, ut prædi-
ximus per tradita à Bartolo, & alijs in l.3.& l.ſi hæredis ſeruus
de lega primo. Creditoribus certe in neutrius bonis, tribui-
309 tur hypotheca † occaſione ſucceſſionis, niſi aliunde eam
contraxerint. Ad quintum reſpondetur quod actio perſo-
nalis ſcinditur inter cohæredes pro hæreditarijs portioni-
bus, in tantum ut unus non teneatur pro alio etiam facto
inope, maximè legatarijs. l.legatorum petitio.de leg.ſecun-
do.l. rem hęreditariam. ff. de euictio. l. pro hæreditarijs.C.
de hæredita. actionibus. ubi Gloſſa ſingularis ponit ſe-

310 ptem fallentias,in quibus vnus † cohæredum tenetur inſoli-
dum in actione perſonali, aliquantulum diſcrepantibus ibi
Cyno,Baldo,& Saly. Addi poteſt octaua fallentia de iure ca-
nonico,pro exoneranda conſcientia defuncti;ſi alter cohæ-
res ſit inops,vt per nouiſſimos, maximè Alcia.in l.2.§.& ha-
rum ff.de verb.oblig.& ſupra diximus.Quid ſi addatur nona,
quando omnes cohæredes per fraudem & ſegnitiem non fe
cerint inuentarium,maximè iubente id teſtatore? Facit tex.
in l.2.ff.de cura. bonis dando. vbi ſinguli curatores tenentur
inſolidum eum ſponte ſe intruſerint.Quid ſi decima,in re nõ
hæreditaria? Dynus,& Alexan.in l.ſi tibi homo.§. ſi de teſta-
mento,de leg.1.Actio autem realis non ſcinditur inter cohę
redes, ſed datur inſolidum contra quemlibet poſſeſſorem.
311 † glo in d l pro hæreditarijs.l.de eo.§.vlt.ff.ad exhib.etiam ſi
poſſeſſor feciſſet inuentarium,cohæredes non feciſſent;quia
nec aditio nec inuentarium dat,vel adimit rei vendicationẽ.
Ad textum,& vltimum reſpondetur,quod actioni perſonali
pręſcribitur lapſu.30 annorum.l.omnes.l.ſicut.C.de præſcri.
312 30 vel 40 annorum. licet † de iure ciuili eſſet incognita præ-
ſcriptio.30.annorum,glo.& Florianus.in l. qui occidit. ff.ad l.
Aquiliam .per regulam iuris ciuilis, tempus non eſt modus
tollendę,neque inducendę obligationis actionisve.l obliga-
tionum ferè §.placet.ff de act.& oblig præſcribet ergo hęres
313 legatario non potenti † tali ſpatio, ta de iure canonico quam
ciuili, maximè ſi legatarius ſciebat, Ancharanus in reg.ſine
poſſeſſione,lib 6 dicens Baldum ita conſuluiſſe. Dec.conſil.
556.licet idem Anch.conſi.139 aliquatenus de iure canoni-
co diſſentire videatur, ſi hæres ſciebat. Sed à quo tempore
incipiet currere præſcriptio? Non valenti agere non currit
præſcriptio.l.j.§.vlt.C.de annali exceptione. At ante aditio-
nem, nec intra tempus inuentarij nõ poteſt agere legatarius
neque creditor l.hæredis aditio.ff quando dies legati cedit.§.
donec.legis noſtræ,ergo interim non currit eis præſcriptio.
314 Hinc eſt quod tempus inſtantiæ,& appellationis non † currit
hæreditati iacenti, quia hæc omnia ſunt facti; & hæreditas
iacens non habet ea,quæ ſunt facti.l.1.§. Scæuola.ff.ſi quis te
ſtamen.lib.eſſe iuſſ fuerit. Bald. in l.vlt. C ſi pendente appel.
mors interu. Et per hoc dico, quod tempus inuentarij non
currit pupillo, neque minori: niſi poſtquàm adiuit, admiſ-
ſa etiam ſententia contra communem, quod inuentarium
currat a die ſcientiæ.Quod eſt memorabile pro intelligentia
§ pupillis.noſtri Authentici Item an quodlibet impedimen-
tum interrumpat præſcriptionem?Impedimentum iuris ſem
per interrũpit,puta ſi quis ſit minor, & tutore, curatoreque
315 careat.C.qui legi perſo.vel ſimus intra † tempus inuentarij.§.
donec. vel ſi ſit hęreditas iacens Impedimentum facti non
ſemper interrumpit: quid enim, ſi quis ſponte ſua, cum non
cogeretur, ſe ſubtraheret, & aliorſum ſe conferret? Nemo
vtiq; dixerit huic actionem reſtituendam,quam volens ami-
ſit,& labi paſſus eſt. Impedimentum igitur tantum neceſſa-
rium, & ineuitabile, puta ægritudinis, belli, peſtis, mortis,
itineris,uel aliud ſimile excuſat à mora.l.2.§.1.uſq; ad finem.
ff.ſi quis caut.ubi plura, & quotidiana exempla comperies:
Quæ non tantum aptari poſſunt ad actionẽ legatorum,æris
alieni, uel iudiciorum; verum etiam ad tempus inuentarij,
quãuis minor ętas non excuſet ipſo iure ab inuentario.dicto
316 §.pupillis.Sed † finge in alijs hęredibus,eſt peſtis,eſt fames,eſt
bellum,eſt infirmitas,vel mors hæredis,qui non potuit con-
ficere inuentarium Ratio, & ius non vult vt ipſe, vel hæres
eius repellatur,poſtea facere volens, vel explere inuẽtarium.
Quod ex facto Pau.reſpondit conſi 398.lib.2 veluti nec ma-
ter repellitur à ſucceſſione,ſi pupillus moriatur intra annum,
vel alia neceſſitate præpediatur quominus tutorem petierit.
l.2.§.confeſtim ff.ad ſenatuſcon. Tertul. Rom.conſi.221.228.
& 409 l.ſi quis graui.§.ult. ff.de ſenatuſcon. Sillan. Alexand.
conſi.161. Olaſcus Dec Pedemontana.177. Denique conclu
das ex Romano dicto conſi.328 quod regulariter non currit
317 † præſcriptio niſi contra illum qui ſcit,& poteſt,per vndecim
argumenta ſeu ſimilia ibi adducta. Quid ſi teſtator cauerit
ne vlla currat præſcriptio? Valebit iuſſio,quantocunq; tem-
pore legatarius petere ſuperſederit; Veluti,ſi tempus citerius,
vel anguſtius præſtituiſſet, non poſſet legatarius vltrà tempus
petere.l.ipſis.& ibi Bal Fulg.& Corn. C.vt in poſſ.leg.Dico le
gatarius,nam creditori non poteſt defunctus tempus minue
re,vel aliter obeſſe.l.j.C debitorem uend. pig item loco,quo
ſupra,dixit Bal.ꝙ teſtator poteſt adimere dominium, atq; hy
pothecam legatario: An uero hæredi,dicam infra.
318 XCI. Item an hypothecariæ, & rei uindicationi † præſcri-
batur eodem ſpatio 30.anno. Legatarium rei vindicatione
agentem,nunquam repellet hęres: ſaltem de iure canonico,
quia habet malam fidẽ.c.vlt.de præſcri.Hypothecaria quoq;
eiuſdem legatarij non excludet hæres poſſidens, niſi poſt 40.
annos.l.cum notiſſimi.C.de præſcri.30.vel 40.anno. Contra
alium verò poſſidentem non vltra 10.vel 20.& interdum 30.
annos intentabit hypothecariam,vel rei vendicationem.l.j.2.
C.ſi aduerſus credi.

LXXXVIII. Prodeſt ad vſuras. Quod latius eſſet explanan
dum. Nam quicquid leges mundi laxerint,iure diuino impro
batę ſunt vſuræ,dicente Domino; Mutuũ dantes nihil inde
ſperantes: Quin & iure canonico,& Iuſtinianeo nouiſſimo,
Chriſtianis omnibus vſura, & turpis quæſtus prohibetur.l.
unica.C de ſum.trin & fide catholica auth.ad hæc,& ibi Bal.
inter cęteros religioſiſſimè loquẽs.C.de uſu Io.Mon. Arch.
Io.And.Gem.Fran.in c.1.de vſu in 6 Olaſ.dec.137 probans
319 vſuram eſſe contra legem diuinam † naturalem,ciuilem,ca-
nonicam:niſi forte ſoluatur,aut promittatur vice obligatio-
nis antidoralis,ſeu remuneratoriæ,gl. Sal Iaſ. Dec.in l.peteẽs.
C.de pact. Tiraq.ubi præterea alios.44.effectus refert obliga-
tionis antidoralis in l.ſi vnquam, in verbo, omnia, nu.62.C.
de reuoc. don. Et adeo ſunt vetitę vſuræ vt nec conſuetudi-
ne,nec ſtatuto,nec lege aliqua Cæſarea, uel Pontificia excu-
ſentur qui tale lucrum exercent, & extorquent, ut latiſſimè
proſequitur multos reprehendens, Royſius in deci. Lituani-
ca.5. Quando tamen prauitas & indigentia humana vſuras,
conniuentibus huius ſeculi Principibus,admittit Quæren-
dum eſt, an inuentarium tollat,uel impediat. Verbi gratia.
Moritur debitor cum obligatione vſuraria. Hæres adit hęre-
ditatem cum inuentario. An ſoluet uſuras præteritas,& cur-
320 rentes? Quod † videtur,præſertim ſi ex promiſſione debean
tur uſuræ.l.ex contractibus.ff.de act.& oblig. Puto autem ꝙ
ſaltem ad currentes non teneatur hęres: quia per inuentariũ
non cenſetur adiuiſſe. Quod ſi & bona non ſint ſoluendo,
multo minus current,uſq; ad finem bonorum,ſi alij ſint cre
ditores non damnabiles,ut ſaltem poſſit hęres excipere de iu
re eorum contra creditorem vſurarium. Aduerte,hęc nõ pu
to vera de iure ciuili,quia inuentarium non prodeſt vltra ea,
quę ſanxit Iuſtinianus. Plane quoquomodo hęres pręſcribat
ſortem, quam præſcribit ſine dubio, vbi ſoluit ad finem bo-
norum per.§.etſi præfatam. Siſtet quoq; curſum vſurarum,
quia extincta ſorte,ſeu principali: extinguitur uſura, quæ eſt
acceſſorium. l.eos & ibi Bal.C. de vſur.hæredi etiam vſurarij
proderit inuentarium,vt non teneatur vltra vires, quamuis
321 defunctus reddere promiſiſſet; niſi quis dicat hic eſſe con-
ſcientiæ,& animæ defuncti exonerationem: Vnde ſufficit ꝙ
hęres de ſuo poſſit ſatisfacere. De quo,& de multis alijs vide,
vt ſupra in c. ult. de ſepult.in c.in litteris. de raptorib. in c.tua
nos de uſur cum ibi traditis.

LXXXIX. Quemadmodum inuentariũ prodeſt hęredi in
bonis, ita multo magis in perſona. Quod cõprobo tripliciter.
Primo ſi ſtatutũ dictet ꝙ capiatur hęres pro debitis defuncti:
Si hęres faciat inuentariũ non capiet, licet bona hęreditaria
non ſint ſoluendo Alex.& alij in l. poſtulante.ff ad Trebel. Et
hoc ſupra attigimus ex Anch.& pertinet ad glo.§.in compu-
tatione. Adde D.Rol 4.pat.§ 7. Secundo,ſi uigeat ſtatutum,
vel cõſuetudo alicubi,vt poſſeſſor bonorum capiat pro alio.
(Vulgo appellãt repræſalias Hermo.Barb Bud. Alc.ex Liuio,
Demoſthene,Polluce appellant Clarigationem, Oppignera-
322 tionem, Androlepſiam) ſtatutum & cõſuetudo † huiuſcemo
di cum ſit exorbitãs,nõ trahet extra locum.l.ult.ff.de iuriſd.
om.iud. Modo,alienigena hęres eſt cum inuentario cuipiam
illius loci: Non capietur, quia per inuentarium cenſetur ex-
traneus,& non adiuiſſe Anch:conſi. 140. Quod eſt dubitabi-
le quando ibi conueniretur, & lucrum ex hęreditate perci-
peret per tradita in.l.hęres abſens.ff.de iudicijs. Tertio ſi quis
obſtringeret ſe,& bona perſonamq; hæredis. Nimirum ſcire
323 oportet tantum olim † creditoribus in debitores tributum
fuiſſe,ut non ſolum ipſos, filioſq; in ſeruitium traherent atq;
abducerent,quod de filio debitoris aliquandiu penes Roma
nos ſeruatum eſt.§.vlt.Inſt de noxalibus. imò protractum eſt
vſq; ad Iuſtinianum.§.quia uero & huiuſmodi.Auth.vt nulli
iudicum.colla.9 verum etiam crudeliter necare, & in fruſta
tribus nundinis diſſecare poſſent per vnum caput legis. 12.ta
bularum,ut commemorat Gellius,& Didacus lib. Variarum
Reſolutionum.2.c.1 Si quis igitur ſe & hæredem obſtringat,
hæres eius quantumcunque approbet defuncti pactionem,
& promiſſum,non tamen in perſona periclitabitur,maximè
ſi inuentarium fecerit,& bonis ceſſerit.l.ob æs.cum authen.
ibi iuncta glo. C.de actio.& obliga. Nam,ut demus poſſe de-
324 functum ſui hęredis bona obligare, & millies † hæredem
id approbare; nihilo magis pactum valebit quam ſi quis
paciſceretur, vt in priuato carcere creditoris detineretur:
quando & dubium ſit utrum ualeat pactum quo debitor
trahatur in carceres publicos Cynus in l.prima.C.qui. bon.
ced.poſſ. Florianus in l. liber homo. ff.ad leg. Aquil. l. vnica.
C.de priuatis carceribus. cap. ex teſcripto. de iureiuran. cap.
non ſatis 68 diſtinct.

XC. Pro-

XC. Prodeſt ad confiſcationem. Et quidem ſi defunctus de
liquerit, valebit publicatio etiam poſt mortem; in tantum,
vt in quibuſdam caſib. etiam poſt mortem poſſit delinquens
accuſari, & condemnari, licet regulariter, crimina morte ex-
tinguātur. l. quiſquis. C. ad l. Iuliam Maieſt Bat. Imola, Picus,
Hannibal in l. poſt contractū. ff. de dona. Textus eſt in indiui-
duo in l. filiusfa. §. diui. de leg. 1. ſecundum intellectum Gloſ-
* ſæ, & communiter Doctorum * in illis uerbis (ſed hæc neq;
325 creditoribus neque fiſco fraudi eſſe) quę † verba indiſtinctè
ſunt prolata, ſiue ante mortem, ſiue poſt fiat publicatio. Pro-
inde & poſt aditionē teuebitur hæres reſtituere, uelut cuili-
bet creditori hæreditario debet omnino ſatisfacere: quam-
uis debitor, idemque defunctus contrarium diſpoſuiſſet. l. 1.
a C. debitorem oendit. pig. Neque obſtat quod hæres fece-
rit inuentarium, quia inuentarium non prodeſt vltra ius cō-
mune, dum nequid damni de ſuo patiatur hæres, neque de
eo, quod ſine eius mora uel culpa, hæreditati deceſſiſſet, Bar
tolus in l. in ratione. 2. ff. ad l. Falcid. ſi autem hæres delique-
rit; hic eſt perplexitas, & variatio, an hæreditas veniat in pu-
blicatione. Si nondum hæres adiuerit, plerique inclinant hæ
326 reditatem non proſcribi, quia † publicatio, ſeu proſcriptio
oon compræhendit futura. gl. in l. non ad ea. ff. de cond. & de
monſt. Alex. & Decius in l. vlt. in fine. ff. quod quiſque iuris.
Si uero hæres adiuerit, hæreditas includitur; quia non eſt am
plius hæreditas ſed patrimonium hæredis pinde ac ſi hęres
ex quolibet alio cōtractu, uel negotio vel proſpera Fortuna
acquiſiuiſſet. gl & oēs. Doctores in l. 1. §. veteres. ff. de acqui-
poſſ. nec diſtinguitur vtrum hæres fecerit inuentarium nec
ne; niſi quod creditores hæreditarij, & legatarij faciliorem ha
bent probationem aduerſus hæredem, qui nondum ſoluit;
ſuccedit enim fiſcus in onere, & in honore, licet non tenea-
tur vltra vires, l. tutoris. C. ad l. Iuliam de vi pub. l. 1. §. an ho-
na. ff. de iure fiſci. & hoc verum, vbi teſtator non fecit aliquā
prohibitionē alienationis. ſi vero fecit, & filius hæres ſit, tunc
incidimus in illum articulum, admiſſa communi opinione;
327 an ſaltē in † legitima & Trebellianica. i. in ſemiſſe fiſcus ſuc-
cedat; nam onus omne reijcitur. l. quoniam in priorib. C. de
inoff. teſtamento. l. iubemus. C. ad Treb. & ſic iſte ſemis ſeu
medietas hæreditatis, libera eſt ab omni fideicōmiſſo; & ſta-
tim ſuccedit alia regula. quod libere capitur reſtitutioni nō
ſubiacet. i. non debetur fideicommiſſario. l. agrum. C. quan-
do dies leg. cedit. Veluti ergo iſte ſemis tranſmittitur per fi-
lium ad quemlibet eius hæredem legitimum, ſeu teſtamen-
tarium: ita ad fiſcum qui eſt hęres filij delinquentis, Aretinus
conſi. 110 quod an ſit uerum diſcutit Boerius Dec 87. Alci.
reſp. 113 Boſſius in tit. de bonorum pub. Gabrielius con. 123.
184 præterea filius contrahendo rumpit fideicōmiſſum vſq;
ad legitimam, & Trebellianicam l Marcellus. §. res quæ. ff. ad
Treb. ergo & delinquēdo, cum nō minus delinquens quam
328 † contrahens obligetur l. Imperatores. ff. de iure fiſci. & ua-
leat argumentum de contractu ad delictum. l. omnem, & ibi
gl. ff. de iudicijs. quæ omnia intellige, ut ſupra dictum eſt, niſi
pater periculum præcauiſſet, & artificioſe netaret filium, ne-
quid alienaret, puta iubendo fieri inuentarium vel adimēdo
hæreditatem ſi contrauenerit, vel quaſdam res ſpecialiter ꝓ-
hibendo alienari. l. 2. C. de vtue. pro empt. auth. ſed & io ea,
C. ad l. Falcidiam. vel exprimendo nominatim aliquod cri-
men, licet animoſior fieri videatur hæres ad delinquendum
Ruinus in d. § diui excepto autem filio, vel alio, cui debetur
legitima, bona ſubiecta fideicommiſſo non veniunt in confi
ſcatione. l. Imperator, & ibi Bar. Ang. Benedictus. ff. de fidel.
liber. Io. And. ad Spec. de feudis. Alex. conſ. 23. lib. 2. conſ. 89.
lib 4 Soc. conſi. 121 lib 4. Soc. Iuo. conſi. 77. lib. 1. conſi. 49. lib.
3 Alex. conſi. 154. retorquendo in contrarium. d. l. Imperator
* licet dicat a communi * opinione non recedendum, quam
firmat gl Dynus, Bar. Socinus, Iaſon, Ruinus, Ripa, in d. §. diui
præter Paulum de Caſtro, dicentem, quod ſaltem in vita de-
329 linquentis fiſcus erit † fructuarius. l. Statius. §. Cornelio. ff. de
iure fiſci. Alciatus quoque conatur dare nouum intellectū
ad d §. diui. contra communem opinionem, veruntamen eū
confutat Romuleus Florentinus qui in d. §. diui, nume. 65. &
ſeq. diſtinguit ſex caſus.

XCI. Prodeſt in ademptione hæreditatis. quod enim hære-
ditas poſſit adimi, probatur ex pluribus, maxime hæredi ino-
bedienti. Primo, hæreditas & hæreditatis aditio ſunt iuris ci-
uilis. l. actus. de reg. iuris. Bartolus, & omnes in rub. ff. de acq.
hæred modo ſic. Princeps & lex poſſunt tollere quæ ſunt iu-
ris ciuilis. de lege probatur in auth hoc amplius. C. de fideic.
de Principe probatur per gloſſam, Cynum, Bar. Baldū, Ange.
Saly. Paulum, Iaſonem in l. vlt. C. ſi contra ius uel util. publi-
cam. ergo & teſtator idem poterit, cuius uoluntas habetur
pro lege & Imperio. §. diſponat. auth. de nuptijs. l. quidam. C.
330 de neceſſ. ſeruis. Huic argumento reſpondetur, † quod lex
quidem poteſt adimere hæreditatem quamuis aditam. Prin
ceps quoque ſupremus poteſt in fauorabilibus, puta ſi ſpu-
rium legitimaret poſt mortem patris, nā ualebit legitimatio
etiam in præiudicium hæredis q adiuit, quia hæc acquiſitio
331 dominij per aditionem, non eſt de † modis iuriſgentium gl.
in l. 1. ff de acq. rer. dom. Bartolus & affatim omnes in l. Gal-
lus. §. & quid ſi tantum. de lib. & poſth. Decius conſ. 698. non
ſic in homine. l. nemo poteſt. de leg. 1. nam & lex fingit, non
homo. l. ſi forte ff. de Caſ. peculio. Secundo, quod hæredi p-
mittitur, & defuncto permiſſum erat; & econtra. l. hęredem.
l. in ijs officijs. de reg. iuris. Atquin hæredi licet hæreditatem
ſemel aditam repudiare, & creditoribus, ut inquiebat Ange.
lacerandam relinquere per inuentarium. §. & ſi præfatam. &
§. & hæc quidem. Ergo & defuncto licere debet hæreditatē
aditam ab hærede, illi adimere, & in alium transferre. Reſpō-
detur, ſunt hæc diſſimilia. Hæredi licet, qa lex Iuſtiniani ita
permiſit, defuncto ſeu teſtatori lex non aſſiſtit, imo reſiſtit,
332 quia nemo poteſt temporarium hæredem habere. l. hæredi
tas ex die. ff de hæred. inſtitu. Tertio. poteſt pater filium inſti
333 tuere ſub † conditione, ſi teſtamentum fecerit. l. ſi libertus. §.
exiſtimo. ff. de bonis libertorum. & conſequenter hæreditas
patris transferetur poſtea per filium in hæredem a ſe inſtitu-
tum; & perinde erit ac ſi ipſe pater ademiſſet filio, & transtu
liſſet in hunc inſtitutum a filio; qa hæres hæredis teſtatoris
eſt hæres. l. vlt. C de hæred. inſtit. reſpondetur. non valet con
ſequentia. filius facit teſtamentum iuſſu patris, ergo pater ei
adimit hęreditatem. Primo quia ut dicit Baldus in l. ſi pater.
C. de inſtit. & ſubſtit. licet valeat hoc præceptum patris, tamē
filius poterit poſtea rumpere ſeu mutare teſtamentum. l. ſan
cimus. C. de teſtam. præterea licet non mutaret, non per hoc
ei cenſetur adempta hæreditas paterna, quia poteſt quemcū
que voluerit, hæredem inſtituere: etiam contra voluntatem
patris: cum teſtamentum, & hæredis inſtitutio nō debeat pē
dere ab alieno arbitrio. l. illa inſtitutio. ff. de hæred. inſtit. Cæ-
terum an ſaltem quo ad legitimam reijciatur conditio, & eam
interim filius habeat, tradit in l ſi quis inſtituatur. ff. de hæ-
red. inſt. Quarto. poteſt teſtator pœnam imponere hæredi vt
334 aliquid faciat, uel non † faciat, & valebit iuſſio, vtcunq; olim
liberiores eſſent hæredes. l. vnica. C. de his quę pęnę nomine.
& ibi tenet Baldus contra Bartolum in l. paterfamilias teſta-
mento. ff. de hæred. inſt. quod hæres contumax & inobediēs
priuabitur ipſo iure, & hæreditas fiet caduca. Reſpondetur,
vt primo argumento fuit reſponſum, quod imo non poteſt
teſtator hoc facere ipſo iure, niſi dederit ſubſtitutum, vel co
hęredem, & niſi etiam hæredem priuandum nominatim ex
hæredauerit, ſi filius erat. l. filius a patre. ff. de libe. & poſt. re-
quiritur enim ſaltem ſententia declaratoria quod hæres ce-
ciderit a iure ſuo; & forte reſtituet per fideicommiſſum, Bar.
in d. l. paterfamilias. Cy. Bar. Fulg in l. quoties. C. de fideic. Ale
xan. conſi. 43 quod inde pēdet an ſicuti legatum ad tempus
dari, adimique poteſt. l. vlt. & ibi DD. C. de legatis. Ita & hære
ditas. Spec. de inſtru. ed. §. nunc uero aliqua. Ancha. conſi.
64. alias. 47. Cæphalus conſi. 153. 243. dicunt tamen Ange. &
Alex. in l. Paulus. 2. ff. ad Treb. quod ſubſtitutus poterit pro-
pria authoritate poſſidere, & ſe intrudere ſi teſtator dixerit.
addo ego. multo magis id permittendum ſi teſtator iuſſerit
335 fieri inuentarium. Quinto, & vltimo, poteſt † teſtator adime
re, & transferre legatum. ff. de adim. vel transf. leg. poteſt trāſ-
miſſibile facere non tranſmiſſibile, & econtra. Bal. & alij in d.
l. ſi pater. C. de inſtitut. & ſubſt ergo & cedere ſeu transferre
de vno in alium, quia quæ ſunt ceſſibilia, ſunt etiam tranſmiſ
ſibilia. l. ex plurib. ff. de adminiſt. tutorum. Decius conſ. 594.
dare libertatem legatario, & fideicommiſſario, ut ꝓpria ap-
præhendat authoritate gl. in l. vnica C. quorum legatorum.
Ripa, late in l. 1 ff. eod. poteſt cogere hæredem ut ſatiſdet. l. tri
bus. ff de vſufr. earum rerum. poterit forte & trāſferre domi-
nium poſſeſſionemque ſimul, cum lex, & conſuetudo, & ſta-
tutum id quandoque faciat. l. vlt. C. de ſacroſ. ecc. l. ſancimus.
C. ad Trebell. & vtrobique Baldus, Ang Saly. & alij, poteſt de
mum in teſtamento per contractum ſe obligare, gl. in l. hære
336 des palam. §. vlt. ff. de teſta. Petrus † Cynus, Bar. Baldus, Ang.
Saly. Fulg. Paulus, Alex. Corneus, Iaſon in l. cum antiquitas.
C. eodem. hoc modo. Paciſcetur teſtator cum hærede, ut cō
ſtituat ſe poſſidere nomine eorum, qui vocantur ad fideicō
miſſum. per quam clauſulam conſtitutoriam dominium cō-
feſtim tranſferetur in fideicommiſſarios, uel alium quemli-
bet. gl. Bar. & alij in l. ab emptione. ff. de pactis. Angelus, Ro-
manus in l. exitus. ff. de acq. poſſ. l. quod meo. eodem tit. tra-
dit copioſiſſime (ut omnia) Tiraquellus in ſuo Tractatu de
iure conſtituti poſſeſſorij. vnde iſte effectus reſultabit ꝙ
ſimulatque conditio, uel tempus extiterit, poterit conſtitu-
tarius (ita enim mihi poſt Tiraqellū appellare poſſe videor
prout dicitur donatarius, alimentarius, depoſitarius) vendi-
care

care a manibus cuiuſcunq; citra aliquam moram, vel obſta-
culum: quoniam dominium habens præfertur cuicunq; alij
etiam hypothecam habenti. l. pro debito, & ibi Bal. C. de bo-
nis auth. iud. poſſ. & ob id idem Baldus in l. 1. C. de ſeruo pig.
daro man. dat conſilium mulieri, ut inſeri faciat in inſtrumē-
337 to dotali clauſulam conſtitutoriam, † per quam poterit pro-
pria authoritate res ſuas occupare, & retinere, vel confeſtim
auferre a manibus cuiuſcunque; cui maritus, vel alius dediſ-
ſet. Reſpondetur his omnibus quod loquuntur in re, & titu-
lo ſingulari, non in iure vniuerſali, qualis eſt hæreditas. Do-
minium enim & poſſeſſio ſolum cadunt in rebus corporali-
bus, & ſingularibus. § per traditionem. Inſtit. de rerum diuiſ.
Bartolus, & alij in l. ſi quis vi. §. differentia. ff. de acqui. poſſeſſ.
veruntamen hoc penderat an per conſtitutum, vel per preca-
rium transferri poſſit vniuerſitas bonorum, id eſt corporalia
& incorporalia, præſentia & futura: qua inſpectione nihil ho
die vſitatius, remiſſionibus contentus ero. Pet. Cy. Butr. Bar.
Fratres Vbaldi, Saly. in l. 3 & in auth. hoc ſi. C. de pign. Oldr.
conſi. 114. Bal. in c. 1. de confir. utili. Clau. poſt multos alios in
l. quamuis. l. interdum. ff. de aeq. poſſ. Alc. itidem poſt multos
alios in l. vlt. C. de pactis. Calcan. conſi. 29. Tiraquellus in d.
trac. ſumuntur ex his remedia, & cautiones ad compeſcen-
dam hæredum licentiam, quo firmius obſeruentur decede n
338 tium voluntates, exhæredatio, datio cohæredis, ſubſtitutio,
ſatiſdatio, ſeu fideiuſſio, conditio teſtamenti, iuſſio inuenta-
rij: vel etiam inuentarium factum ab ipſomet teſtatore Soc.
conſ. 51. lib. 3. prohibitio ſpecialis quarundam rerum. l. 2. C. p
empt. ſpecialis diſtributio quarundam rerum iure legati vel
fideicommiſſi, authent. ſed & in ea. C. ad l. Faleid. hypotheca
ſpecialis, vel generalis tam rerum teſtatoris quam hæredis, ſi
poſtea hæredes quoquomodo ſcienter approbet, Doctores
(inter quos D. meus Torniellus) in l. 1. de leg. 1. licentia ingre
diendi ſeu appræhēdendi propria authoritate. cōſtitutū, cui
quamproxime accedit precariū. eſt & vndecimū ex Ancha-
rano conſi. 395. ſi interim permittatur hæredi quarundam
rerum alienatio, & fructuū perceptio, quaſi per hæc ſe com
penſet hæres, & ideo nequeat amplius alienare etiam legiti-
mam Trebellicamue. l. quod de bonis. §. quod auus. ff. ad l.
Falc. l. mulier. §. cum proponeretur ff. ad Trebell. eſt & duo-
decimum adinſtar precarij ſeu cōſtituti, ſi teſtator donet cui
piam cauſa mortis, prout moris eſt in omnibus teſtamentis,
in quibus hodie hæc clauſula inſeritur. ſuper quo conſueuit
dubitari, an reuocato teſtamento, reuocetur precarij, uel do
339 nationis clauſula, vel etiam alius contractus. l. etiam. ff. de in
offic. teſt. Bar. in l. 3 ff. de leg. præſtandis. Roma. conſ. 171. 513.
Boerius deci. 353. Alexandrinus conſ. 111. 125. verum præ om
nibus allegatur Old. conſi. 114. tenens indiſtincte contractū
inſertum in teſtamento eſſe irreuocabilem, ut late proſequi
tur Tiraq. d. tract. ampl. 24. quod dixi de exhæredatione. uel
intellige ꝙ hodie filius exhæredetur ex vna 14. cauſarū, auth.
non licet. C. de lib. præter vel quod inſtituatur ſub conditio-
ne poteſtatiua, dummodo non ſub conditione iuriſiurandi.
l. quæ ſub conditione. ff de cond. inſt. & in defectum ſpretæ
conditionis exhæredetur; quod perquam difficile eſt, & vn-
dique argumentis, & opinionib. obrutum, & pene dixerim,
impenetrabile. l. vlt. & ibi gl. Bar. ff. de cond. inſtit. l. filius a pa-
tre, & ibi præcipue per Angc. Com. Alexandrum diſſidēt ex
a Bartolo. ff. de lib. & poſth. l. ſi pater. C. de inſt & ſubſtit. l. pa-
terfamilias teſtamento. ff. de hæred. inſtitu. Durantes titu. 6.
car. 2. & 12.

XCII. Prodeſt ad ſequeſtrationem. ſcire oportet quod quā-
do debitor eſt ſuſpectus, non tantum cauere cogitur ſimpli-
citer, quæ nuda cautio, ſeu repromiſſio appellatur; ſed etiam
datione pignorum, vel fideiuſſorum. l. in omnibus, & ibi no-
tatur. ff. de iudicijs. l. ſi creditores. ff. de priuileg. cred. Bartolus
Ang. Roma. in l. ſi finita. §. eleganter. ff. de dam. inf. ſed & bo-
na ſequeſtrantur; quod ei eſt perniciosius, quia in ſuperiorib.
340 cautionibus non prohibetur † alienare: at hic prohibetur ēt
ſi ſint immobilia poſita in ſequeſtro, ut eſt caſus, de quo Bar-
tolus exultat in l. de pollicitationibus, & Alexan. ad eum. ff. de
pollicitat. Romanus, conſ. 241. fallunt hæc omnia in hærede
debitoris. Cæterum cōſiſte parumper. aut quærimus vtrum
nexus iſte tranſeat in hæredem, aut quærimus utrum hæres
ipſe teneatur cauere. Primo caſu quæcunque obligatio, & p
miſſio defuncti tranſibit in hæredem; niſi erat pactum perſo
341 nale defuncti gl in l. hæredem. de regu. iuris. dubium † eſt an
hæres poſſit alienare. defunctus nō poterat ſequeſtrata, ſi Bar
tolo, & Romano adhæremus. Nec hæres igitur, niſi duobus
caſibus. Primo ſi fecerit inuentarium per §. & ſi præfatam, vt
ſcilicet alienet in ſolutionem onerum hæreditariorum, non
alio modo. Secundo ſi ipſe in bonis proprijs ſit locuples, &
omnia debita hæreditaria de ſuo ſoluere paratus ſit, faciat
vel non faciat inuentarium. l. libertus qui ſoluendo. ff. de bo-
nis libertorum. Obſtat textus in l. ſi quis locuples. ff. de ma-
num. teſtamento. Item obſtat, quia res poſita in ſequeſtro vi
detur uitio affecta, put res litigioſa: niſi dematur ſequeſtrū,
vt per Doctores in l. vnica. C de prohibita ſequeſt. pec. tu me
lius diſpice. cæteræ ſanè res poterunt alienari, ſiue habeant
pignoris, hypothecæue nexum, dummodo nō poſſideantur
341 ab alio, ſiue non habeant: nam ſi habent † pignoris nexum;
tranſeunt in accipientem cum ſuo onere. l. vnica. C. rem alie-
nam gerentibus, ſi non habeant, tranſeunt in accipientem ir-
reuocabiliter, niſi fraudulenter alienatum fuerit. l. 1. §. ex cō
trario. ff. de ſeparat. l. ait prætor. § ſi quis particeps. ff. quæ in
fraud. cred quod uerum maxime eſt duobus concurrentib.
quod hæres non faciat inuentarium, quod de ſuo ſoluendo
ſit. quid ergo ſi non ſit ſoluendo? ſi adeat cum inuentario, nō
alias poterit alienare quam in ſolutionem onerum hęredita
riorum per. § & ſi præfatam Si non adeat cum inuētario, for
te poterit alienare in quemcunque, creditoribus & legatarijs
ſuæ negligentiæ & ſocordiæ imputaturis, quod prius non pe
tierint: quia qui vult, petat: & diligentia ſpectat ad creditorē
non ad debitorem. l. pupillus ff. quæ in fraud. cred per quam
rationem idē dici poteſt in ſuperiori caſu quando hæres quā
tumuis inops fecit inuentarium: & quia inuentarium non
343 adimit lucra & † commoda iuris communis, qualis eſt pote
ſtas alienandi, & contrahendi ad libitum. d. §. ex contrario.
illud pluſquam certum eſt, quod hęres bona propria quomo
docunque alienare poteſt, ſiue fecerit inuentarium, ſiue nō:
qa, ut pulchre, ſubtiliter, ſententioſe, & mirabiliter dicit Bal-
dus in l. ſi vxor. C de bon. auth. iud. poſſ. hæreditatis aditio ſo
lum obligat hæredem in actione perſonali. enimuero actio
hypothecaria, & rei vendicatio non cōfunduntur aditione,
344 ſed ſaluæ manent tam hæredi, quam cuicunq; alij: cum † hæ
res ſolum obſtringatur actione perſonali, ſequitur quod res
omnes, tam ſuas quam hæreditarias libere in quemcunque
alienare poterit, & ualebit alienatio: niſi creditores hæredita
rij, vel ſui habeant hypothecam, vel dominium acquiſitum
de iure gentium, vel ſaltē ciuili; vel niſi in fraudem, quæ eui-
denter probetur, alienatum fuerit. §. item ſi quis in fraudem,
vbi plene dixi. Inſt. de actionibus, l. plerunque. ff de reg iuris.
hanc vtiq; obligationem, & actionem perſonalem euitat hæ
res per inuentarium. ſaltem vltra vires; nec non hypotheca-
riam legatorum l. 1. C. com. de legatis. non tamē euitat neq;
amin lt rei vendicationem, & hypothecariam: ſiue faciat in-
uentariū, ſiue non. quid in actione perſonali, ubi nō extat in
uentarium vel etiam extat, ſed hęres vult ſoluere, an credito
res hæreditarij antenerīt illos hæredis in bonis hæredis: uel
contra, an creditores hæredis præoccupabunt hæreditarios
in bonis hæreditarijs? hæc ſunt ſubtilia, & utilia ſimul: & , ut
incitant, & pungunt; ita iuuant, & oblectant. nullibi niſi inuo
lute, & turbulente reperies. Secundo caſu, utrum † hæres te-
345 neatur cauere ꝓpter inopiam, & ſuſpicionem defuncti; dic
quod non, ſi faciat inuentarium; quia inuētarium liberat hæ
redem ab omni vexatione, & damno, & iniuria, niſi vellet hæ
res perſiſtere in hæreditate & ipſe ex ſua perſona, & infortu-
nio ſuſpectus redderetur, quia inuentarium non prodeſt vl-
tra ius commune: quod ius vult, vt qualiſcunq; debitor pau-
per, & ſuſpectus caueat in quibuſdam caſibus. l. ſi creditores.
ff. de priuileg. creditorum. multo magis cauebit hæres ſi nō
faciat inuentarium, neque ſit in facultatibus: quod arbitrio
iudicis remittetur, l inter omnes. ff qui ſatiſda. cogan.

XCIII. Proderit ad diuiſionem. quoniam communio ſolet
excitare diſcordias. l. cum pater. §. dulciſſimis. de leg. 2 quip-
pe natura ita comparatum eſt, ut dum vnuſquiſque inuidet
parti alienę, ſuam quoque negligat; & melius quiſque conſer
uat, & auget quod ſuum eſt, quamuis ſit modicum l. 2. C qñ
& quibus quarta pars, lib. 10 ideo quotidie deuenitur ad di-
uiſiones etiam contra voluntatem, pactumque expreſſum. l.
vlt. C. com diuidundo. vbi gloſſa ponit aliquos caſus, in qui-
bus prohibetur diuiſio. vnus inter cæteros eſt quotidianus,
346 quod pater inter filios minores poteſt † prohibere diuiſio-
nem, ſaltem vſq; ad 25. annos; vel etiam inter maiores ſi ſint
prodigi, furioſi, diſſipatores, & conſilij regiminiſq; expertes.
l. Titio centum, ſecundum vnam lecturam gloſſæ approba-
tam ab Imola, ut ut diſſentiat Bartol. ff. de cond & demonſtr.
Aret. conſi. 15. 22. Decius conſi. 349 442. Alexandrinus conſ.
27. vbi dicunt in minore 25. annis quamuis prohibeatur di-
uidere, tamen poterit teſtamentum facere iure communi,
347 quod † permittit puberi etiam curatorem habenti, licet vix
impleuerit 14 annum, facere teſtamentum, l. qua ætate. ff. de
teſtam. & ibi etiam inquirunt, an prohibitio duret ſi ante tē-
pus, diſcordiæ oriantur, & deteriorationes, quas non præco
gitauit defunctus: concludentes non ſeruari uoluntatem de
functi. quid enim aliud voluit defunctus, quā ut concordia,
& incrementum perſeueret? Quapropter ſi contrarium cō-
tingat

tingat, recedatur a voluntate defuncti, nihil profecto aliud
reſponſuri, & permiſſuri, ſi reuiuiſceret. & interrogaretur l. ta
le pactum. §. vlt. ff. de pactis. Grammaticus deciſione 7. refe-
rens Socinum, conſi. 279. lib. 2. Felinum in c. ſi diligenti. de fo
ro comp. Aretinus quoque ibidem quærit, an valeat hæc pro
hibitio diuiſionis, vel alterius alienationis reſpectu legitimæ
348 cui nullum onus poteſt pater † imponere. l. quoniam priori-
bus. l. ſcimus. C. de inoffi teſta. De quo etiam per Docto. in §.
dini. Dicendum eſt autem valere, ſi concernat fauorem, &
vtilitatem filij: præterquam, vt prędiximus, ſi filius teſtaretur.
Cum primiſque valebit ſi fructuum, vel aliarum rerum com-
modo, & perceptione fruatur iure cuiuſdam compenſatio-
nis. l. quod de bonis. § quod auus. ff. ad l. Falcidiam. Et præſer
tim ſi pater iuſſerit fieri inuentarium, ex cuius inſpectione ſta
tim liqueat filium imprudenter, & damnoſe contrauenire:
Nam in quantum poſſibile eſt, ſeruanda eſt prohibitio patris
vel alterius teſtatoris vſque ad certum tempus, vel conditio-
nem ſaltem in minore, Bartolus in l. Quintus. ff. de annu. lega
tis. Oldradus conſi. 541. Sed quot modis poteſt fieri? Reſpon
detur, quinque modi ſunt conſiderabiles. Teſtator. Partes.
349 † Maior cohæres. Sors. Iudex. Primo eſt teſtator, qui quidē
anticipare tempus poteſt, & res ſuas partiri quomodo volue
rit: dum ne quid minuat de legitima vnius filij, & ſaltem vni-
cuique filiorum legitimam relinquat de bonis, & corporib.
hæreditariis. l. ſcimus, & ibi Guli de Cugnio, Baldus, Paulus.
C de inoff. teſtamento. Bartolus in l. ſuus quoque. ff. de hære.
inſtit. l. quoties. l. ſi cogitatione. C. fam. ercil. vbi Gloſſa non di
ſtinguit, nec vim facit, vtrum fiat in teſtamento, an in codicil
350 lis, vel qualibet vltima † voluntate. l. vlt. eodem titulo. Quod
verum aliqui dicunt in alia vltima voluntate non ſolenni, p̄-
ter teſtamentum, ſi æqualiter fiat diſtributio, non ſi valde di-
ſpariter eos inſtitueret, vt per Moderniores ibi, & in l. hac ꝯ-
ſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta.

Secundo ſunt partes ipſæ, ſeu cohæredes, qui quidem ſi in-
uicem conſentiant, & concordent, nihil aliud requiritur, qua
ſi faciant quemlibet alium contractum, qui ab initio eſt volū
tatis, poſtea neceſſitatis. l. ſicut. C. de act. & oblig. Hoc verum
ſi ſunt maiores, ſecus ſi ſint minores, quia diuiſio eſt ſpecies
351 † alienationis. Gl. in l. ſi familiæ. C famil. erciſc. l. ſi pupillorū.
ff. de rebus eorum. Et quælibet alienatio eſt interdicta mino
ri. l. j. ff. de minoribus. Fallit ſi authore iudice diuidant l. Lu-
cius. ff. fam. erciſ. ubi Florianus poſt Odofredum dubitat, an
hæc diuiſio valeat quo ad fructus, & quo ad proprietatem. di
cerem autem valere quo ad omnia, ſi coram iudice fieret in-
uentarium, vel ſaltem cum iudicis certiorati authoritate, ma
xime ſi ex ſententia quorundam vera pretia rerum ſingula-
rum in inuentario contirerentur. l. vlt. ff de eo quod metus
cauſa. l. vlt. C. de mag. conu. obſtat quia inuentarium non pro
deſt vltra ius commune.

Tertio eſt maior cohæres. Hæc eſt ſententia Sanctorū Pa-
352 trum, quod maior frater faciat † partes, minor eligat; Quę le
ge non probatur, immo improbatur. l. 2. & ibi Bart. Ang. Pla-
tea, Lucas. C. quando, & quibus quarta pars, lib. x Giochus
in fine ſuæ repetitionis ad authen nouiſſima. C. de inofficio-
ſo teſtamento.

Quarto eſt ſors, quę quidem ſeruabitur, ſi non fiat per ario
lamenta, vel per præſtigias, & ſortilegia. Glo. in l. ſi legatus. §.
multum ff. ad Trebellianum. d. l. a C. quando & quibus, Flo-
rianus in l. arbitrium ff. fam erciſ. Sic & alias ſors præter ludū
aleæ permittitur. l. vltima. C. commu. de legatis. l. vltima. C.
de religioſis.

Quinto & vltimo eſt iudex, ad quem ſemper recurritur in
hac, & in aliis contentionibus, ſi ipſi litigatores nequeant cō-
cordare l. non amplius. §. vlt. & l. ſeq & ibi Gloſſa, Dynus, Bal-
dus, Alexander, Aretinus. de leg j. Cæterum ſcias quod ea de
mum veniunt in diuiſione, quæ proueniunt ex bonis, & hæ-
reditate defuncti adinſtar collationis: Ergo quod vnus cohę
353 res habet ex proprio contractu, † vel parſimonia, non diuide
tur inter cohæredes, nec conferetur, nec veniet in fideicom-
miſſaria reſtitutione, fiat, vel non fiat inuentarium, & nec in-
digebit aditione, Baldus in l 2. C. de iure dotium, vt ſupra abū
de. Quod facit ad illud quod quotidie videmus inter fratres
manentes in communione, ſi vnus eorum negotiando, vel
proſpera fortuna lucretur, vel lucratus fuerit viuo patre, vtrū
veniat in communione. Vel contra, ſi vnus debita contraxe
rit viuo, vel mortuo patre, an ſint partienda inter omnes fra-
354 tres, ſeu cohæredes. † Glo Petrus, Cyn. Saly. Paulus in l. cum
oportet. C. de bonis quæ lib. Bartolus in l. Titium. §. altero. ff.
de admi. tutorum. Baldus in l. ſi patruus. C. commu. vtriuſque
iudicij. Romanus conſ. 3. 43. 459. concludas autem quod quæ
cunque filius viuēte patre acquiſiuit vel perdidit reſpectu pa-
tris, proſunt, & obſunt aliis filiis, ſeu fratribus. l. ſi filia. §. idem
ſcribit. l. hæredes. §. ſi filius. l. rem pignori. ff famil. erciſc. Et in
iſtis obeſt vel prodeſt inuentarium. Quę vero extra perſonā
& rem patris filius vnus viuo patre, vel mortuo acquiſiuit,
uel perdidit, non proſunt nec obſunt aliis. l. ex parte. §. filius.
ff. fam. erciſ. Bartolus in l. j. §. nec caſtrenſe. ff. de coll bonorū. l.
ea demum. l. vlt. cum multis aliis. C. de collationibus. Proin-
de non pertinent ad inuentarium, quia vt toties dictum eſt,
inuentarium requiritur in iis quæ iure hæreditario, mortis
tempore percipiuntur. §. ſi autem dubius. ſiue vnus ſit hæ-
355 res, ſiue plures. † Sed quando ſunt plures cohæredes hēt lo-
cum collatio, diuiſio, prælegatum: Non etiam quando vni-
cus hæres eſt. Sunt tamen alia quæ locum habent, tam vno
exiſtente hærede, quam pluribus, æs alienum: legata, reſtitu-
tio fideicommiſſaria, imputatio: De qua imputatione ſtatim
ſubijciam, quia hæc tria quam ſimillima ſunt, collatio, diui-
ſio, imputatio. l. quoniam nouella. C. de inoff. teſta. l. illud. C.
de collationibus. Vt igitur numerum centenarium complea
mus, qui perfectum hominis æuum continet, cumque iam
aciij. effectus poſuerimus, ſeptē leges quaſi ſeptem baſes alio
rum ſeptem effectuum, qui ſuperſunt, non ſine miſterio ſeli-
gamus, & conſtituamus ad ſimilitudinem Sapientiæ, Prouer
biorum. cap. 9. quæ excidit columnas ſeptem. Et ad ſimilitu-
dinem ſeptem candelabrorum, Apocalyp. cap. 2. Leges erunt
hæ. l. in quartam. ff. ad l. Falcid. l. in rebus. C. de iure dotium. l. ſi
cut C. de præſc. a xx. vel xl anno. l. rem maioris. C. de reſc. ven-
di. l. vlt. C. de natural lib. l. edicto. C. de edicto dini Hadr. l. du-
dum C. de contrah. empt.

XCIIII. Prodeſt ad l. in quartam. ff. ad l. Falcid. tres ſunt
quartæ, quarum creberrima mentio, & vſus fuit, & eſt. Quar
ta inſtitutionis, id eſt Falcidia. Quarta reſtitutionis, id eſt Tre
bellianica. Quarta naturæ, id eſt legitima. Falcidia detrahitur
de ſingularibus relictis, qualia ſunt legata, fideicommiſſa, do-
nationes, quæ morte confirmantur: Et interdum mortis cau
ſa capiones. l. in donationibus. C. ad l. Falcid. Trebellianica de
trahitur tantum de fideicommiſſis ſeu relictis vniuerſalibus.
l. j. ff. ad Trebel. legitima de omnibus antedictis, cum ſit fauo-
rabilior, & quaſi æs alienum. l. ſcimus. C. de inoff. teſta. glo. in
l. 3. C. de iuris, & facti ignor. In Falcidiam imputantur ea tan-
356 tum, quæ percipit hæres iure hæreditario in† puncto mortis.
l. quod conditionis. §. vlt. ff. de mortis cauſa don. in Trebellia
nicam imputantur non tantum quæ percipiuntur iure hære
ditario & in puncto mortis, ſed etiam iure legati, fideicom-
miſſi, conditioniſque implendæ cauſa quandocunque, d. l. in
quartam. In legitimam imputantur quæ iure hęreditario per
cipiuntur in puncto mortis ad inſtar Falcidiæ, & interdum
quod inter viuos pater lege cogente dedit. l. pater filium. ff. ad
l. Falcid. Cur hęc tam varie? Nullibi magis laborauerunt Gloſ
ſatores, & Doctores antiqui, & Neoterici in inueſtiganda ra-
tione diuerſitatis in d. l. in quartam. & l. filium quem haben-
tem. C. fam. erciſc. Tamen ſomnioſa pleraque ſunt, & in anti
qui chaos confuſione, tenebriſq; inuoluta, non quod inge-
nia hominum non fuerint acuta, ſed quod, teſte Eccleſiaſtē
cap 1. in diſcendo prudentiam, atque doctrinam, eſt labor, &
afflictio ſpiritus, eo quod in multa ſapientia multa ſit indigna
tio, & qui addit ſapientiam, addit & laborem. Ego dicerem,
In falcidiam pauciora imputantur quam in Trebellianicam,
quia ſemper ſpectamus tempus, & punctum mortis. l. in quā-
titate. ff ad l. falcid d. l. quod conditionis § vlt. ff de mortis
cauſa don. quę lex iudicio meo ponit falcem ad radicem. Nō
mirum ſi datum hæredi cauſa legati, fideicommiſſi, cōditio-
niſque, ei non imputatur in falcidiam: quia hæc dantur poſt
mortem, non in morte: Non ſic in Trebellianica, nam ſpe-
357 ctamus quid, & quantum habeat hæres reſtituturus tempo
re reſtitutionis, merito hæc imputantur. Quod hoc ſit verum
probatur irrefragabiliter in l. deducta. § ante diē. ff. ad Treb.
in illis verbis. Sed nihilominus vſus & caſus eorum quadran
tem quoque deminuit. Hæc verba expreſſe innuunt, quod ſi
tempore reſtitutionis fideicommiſſariæ bona ſint minuta,
vel aucta, hæc auctio, vel minutio variabit quadrantem Tre-
bellianicum, id eſt hæres nō detrahet Trebellianicam ad mē-
ſuram, & quantitatem bonorum, quę erant mortis tempore,
quamuis ſecus ſit in falcidia, quæ non augetur, nec minuitur
ob augmentum, vel decrementum poſt mortem contingēs.
§ quantitas. Inſti. de lege falcid. l. in ratione. ff. eodem titulo:
vbi Alci. in falcidia idem hodie opinatur facto etiam inuen-
tario, quia inuentarium ſolum proderit ad decrementum, ne
ſcilicet hæres damnum patiatur decrementi rerum hæredita
riarum poſt mortem contingentis per §. & ſi præfatam. nō ēt
vt lucretur falcidiam, quam nec iura vetera, nec Iuſtinianus
in his decrementis dat, vt alibi dictum eſt Ergo nec inuenta
rium proderit hæredi in terminis. §. ante diem. vt ſi fructus
poſt mortem perceperit, illos non computet in Trebelliani-
cam, ſed lucretur, vel ſi fatalitates, & decrementa contingāt,
vt non minuatur Trebellianica, imo minuetur, nec ſpectabit
quantitas,

quantitas, quæ antea maior erat. Nec obſtant tres textus in l.
de bonis. §. quod auus. ff. ad l. Falci. in l. ita tamen §. hæres. & l.
poſtulante. §. 1. ff ad Trebel. quia reſpondetur, vt infra in § in
computatione. Ex hnc elicio vnum mirabile, & à nemine for
359 tè perpenſum, falſiſſimam eſſe communem opinio. vt filius
primi gradus eins detrahat legitimam, & Trebellianicam, i.
ſemiſſem totius hæreditaris. glo. 10 §. ſi quis autem nou, im-
plens. Authen. de hęre. & Falcid. quomodo ſemiſſem ſeu me-
dietatem? Vtrouis enim modo ſiue bona augeantur ſiue mi-
nuantur poſt mortem; & ſiue fructus percipiantur ſiue non,
ſemper Trebellianica variabit. In legitima quidem non eſt
variatio, neq; in Falcidia. l. cum quæritur. C. de inoffi. teſt. l. 3.
§. vlt. l. ſi patronum. §. ſi ex bonis. ff. de bon. libe. ſemper enim
ſpectatur punctum, & indiuiduum ipſius mortis; At in Tre-
360 bellianica ſpectamus exitum poſteriorem: † Quo fit vt etiam
ſit falſa receptiſſima opinio quod non poſſit prohiberi, Tre-
bellianica in filijs primi gradus. Nam ſi fructus compenſant,
ſeu excludunt Trebellianicam, etiam nihil dicente teſtatore
vt d. §. ante diem qui uerbis rotundis loquitur: quanto magis
excludent & compenſabunt iubente id teſtatore? Nec obſtat
dicere ſpeciale eſt in filijs per l. iubemus. C. ad Trebel. primo,
quia textus in §. ante diem, loquit̃ indiſtinctè: ergo generali-
ter, & indiſtinctè eſt intelligendus. Præterea lex iubemus,
dum dicit dodrantem reſtituendum, pro indubitato habet,
quod vnam tantum quartam detrahit filius, ſiue illa ſit legi-
tima, ſiue Trebellianica, ad electionem ipſius: Quod ſi filius
eligat Trebellianicam, in illa Trebellianica non imputabun-
tur fructus, quia nec imputaretur in legitima, in cuius locum
ſubrogatur l. ſi debitor. l. quod de bonis. § cum fideicommiſ
ſum. ff. ad l. Falcid vbi poſt Dynum, & Nic de Neapo conclu-
* dnnt communiter * omnes, quod † Trebellianica poteſt cō-
361 penſari cum legitima. Et hanc opinionem quod poſſit pro-
hiberi Trebellianica audacter firmat Fran. Marzarius in epi-
tome materiæ fideicommiſſariæ. q. 49. maxime ſi filius non
faciat inuentarium, Gratus Bononienſis conſi. 160. lib 2. ean-
dem opinionem ſequitur, & defendit intrepidè Alexādrinus,
362 conſi. 3. 43. 72. vbi † redarguit Bald. Paulum, Decium, modo
huc, modo illuc tranſilientes, deſultoria dicam ne garrulita-
te, & ſermocinatione, an impudētia, & ludificatione? Baldus
in l. filium. C. fam erc. in auth ſed cum teſtator. C. ad l. Falcid.
vbi dicit quod ex hac opinione, & conſuetudine detrahendi
duas qoartas, ſequitur ꝙ teſtator habens filium non poterit
diſponere niſi de ſemiſſe, Paulus conſi. 36. 198. 445. lib. 2. Dec.
conſi. 480 495. vbi ſe excuſat de eo, quod dixit conſil 81. 218.
Poſſem multos alios recenſere, nec ſufficeret vna aut altera
pagina. Pieus præceptor Alciati plures enumerat in noſtra l.
in quartam. Alexan. in §. quod vulgo. quinque refert opinio-
nes, vſque adeo communis error, leges iuraque lancinat &
diſcerpit, Vaſq. de ſucceſ. §. 8. Cęphalus conſil. 188. Alphanus
collec. 105 ad auth. ſed cum teſtator. Gabriel. in comu. concl.
c. de legitima. & de Trebellianica Burſatus conſil 44 Bolo-
gnetus in l. nemo poteſt de leg. 1. in rub. & in hac l. in quartā.
Quod veriſſimum putarem ſi teſtator expreſſim diceret, ut
fructus imputentur in Trebellianicam, & forte iubeat fieri
363 inoentarium d. l. quod de bonis. §. † quod auus. ff ad l. Falcid.
vbi Bartolus aliud dicit, quod filius quemadmodum oon
imputat fructus in legitimam, ita nec io Trebellianicam, per
dictā l. iubemus. Quo nihil falſius & abſurdius dici aut exco
gitari poteſt; maximè contra voluntatem, & prohibitionem
teſtatoris. Quod ibidem & in l. mulier. §. cum proponeretur.
ff ad Trebelliani. perpenderunt Angelus, Raphael, Paulus.
Sic porro mendacii, & erroris, & falſitatis ordo eſt, vt à leui
primordio per minutiſſima interſtitia; viam, lumenque ue-
364 ritatis, & iuſtitiæ deſeramus. † Verum hæc vt veritati, iu-
ſtitiæque humanæ conſonant; ita a communi uſu, præſcri-
ptaque authoritate, ut duę quartæ detrahuntur ſimul cum
fructuum additamento, non facile eſſet recedendum: niſi
accedentibus adminiculis, quæ factorum, naturęque varietas
promere aſſolet. Hæc de Trebellianica. In legitimam eadem
fermè imputantur, quę in Falcidiam imputari conſueuerunt,
hoc eſt perceptа iure hæreditario in puncto mortis: Ergo
incrementa poſt mortem neutram minuunt nec excludunt
l. in lege Falcidia placuit. ff ad legem Falcidiam. l ſi patronum
ex debita. §. ulti. ff. de bonis libertorum. Siue hæres faciat
inuentarium ſiue non: Quia ita eſt de iure communi: quod
non uariatur per inuentarium, niſi quatenus uariauit Iu-
363 ſtinianus. Si tamen iuberet † teſtator fructus imputari, va-
leret ſaltem hodie in Falcidia authen. ſed cum teſtator. C. ad
l. Falcid. cum & creditum hæredis, iuſſu teſtatoris, loco Fal-
cidiæ cedat l. ſi debitor. ff. eod. In legitima non idem per oīa
eſt, cū pleno vſufructu debeat̃, auth. noviſſima. C. de inoff. teſta.
Vltra tradita in d l. ſi debitor. & in l. Lucius. § maritus. ff. ad
Treb. Sed ſi pr̃ in amphore portione filiū inſtitueret, aut ute

ret̃ vna vel plurib. ex illis duodecim cautelis, quas in 5 t. effe
ctu. colligimus: non raro fruct. cū legitima compenſaret, &
eam illibatam conſeruaret, & tranſmitteret. Sed an filius ha-
366 bet fructus † hæreditatis iacentis? Bartolus in l. ita tamē. §. 1
ff ad Trebell. ita aſſerit, poſt gloſſam. Ang. Paulus, & cæteri
ibidem reprobant, & in l. in fideicommiſſariam, vbi gl. eodē
tit. gl & Florian. in l 3. ff de vſuris, quia fructum augent hęre
ditatem nondum aditam. l. item veniunt. § fructus. ff. de pe-
tit. hæreditat. Opinio Bartoli fortè procederet, ſi filius vel alius
faceret inuentarium, licet non diceret ſe adire; quia ſi exple-
to inuentario non repudiat, cēſetur a primordio adiuiſſe. Co
gita, quia non habeo legem neque auctoritatem: Et obſtat
quia inuentarium non prodeſt vltra ius commune. Plane ſi
hæres dicat ſe adire, fructus omnes lucratur; quoniā per adi-
tionem fit dominus, & fructus dominium ſequuntur. l. Herē
nius. ff. de vſuris. Sed & ſine inuētario idem eſſet; quia ita vult
ius commune: niſi quod tunc non tantum de illis fructibus
ſolueret, ſed etiam de alijs rebus ſuis, ſi hæreditas non ſuffice
ret creditoribus, & legatarijs: quid in fideicommiſſario Tre-
bellianico? Nil de ſuo reſtituit hæres licet non faciat inuenta
rium. l. ab omnibus § vlt. de leg. 1. l. ita tamen. §. ſi ex Trebel-
367 liano ff. ad Trebel. ubi Paulus miratur † neminem hoc tan-
gere, & quod imo multi contrarium dixerunt (Imolam car-
pere uoluit, prout illum carpit Aretinus in hoc ipſo puncto
conſ. 147. & in l. cum hæreditate. ff. de acq. hæred.) Attamen
iſtos fructus reſtituet ſi fideicōmiſſum erat in diem, vel ſub
conditione. Enimuero ſi erat purum, fideicommiſſarius tar-
dius petens, fructus cenſeretur donaſſe hæredi. l. mulier. §.
ſi hæres l. in fideicommiſſariam. ff. ad Treb. Proinde hos fru-
368 ctus † lucrabitur filius ultra legitimam, & Trebellianicam,
admiſſa communi ſententia. Forte, & illos quos percepit an-
te diem, vel conditionem ſi Bartolo adhæremus in §. quod
auus. Nec diſtinguit Bartolus utrum filius faciat inuentariū,
nec ne; & utrum Trebellianica ſit prohibita nec nè; de quo
per eundem, & alios latiſſimè in l Marcellus. ff. ad Treb. Sed
mirum eſt, cum Falcidia poſſit prohiberi, & naturaliter de-
beatur legatarijs, at econtra legitima non poteſt prohiberi,
& naturaliter debetur filio. l. ſi patronus. ff. de donat. cur in
falcidiam non imputentur data hæredi inter uiuos, niſi teſta
369 tor dixerit. In legitimam † vero imputetur filio, filioq; dos,
& donatio propter nuptias, licet pater non dixerit. l. pater fi-
liam ff. ad l. falcid. l quoniam nouella. C. de inoff. teſt. ad hoc
reſpondent Doctores cōcorditer ibidem, & in hac. l. in quar
tam & in l. illud. C. de colla ideo hæc imputari in legitimam,
quia pater cogebatur dare. l. vlt. C. de dotis prom. Proinde ſit
compenſatio, ſeu imputatio, quia nemo præſumitur bis vel-
le dare. §. ſciendum. C. de rei vxoriæ act. l. ſi cum dotem § ſi
pater. & ibi per Iac. de Are. & confertim omnes. ff. ſol. matri.
At in extraneo hærede nulla erat neceſſitas dandi, nec obſta
bat vinculum patriæ poteſtatis, quę acquiſitionem plerunq;
confert in mortem parentis. l. donationes quas parentes. C.
de donat. inter uirum & ux. merito non imputatur in Falci-
diam, quia ſtatim abſceſſit a bonis, nec vllo modo reperitur
in bonis mortis tempore. Sed an iſte filius, filiaue inuiti con-
170 ferent, ſeu † imputabunt? Siquidem abſtineant ab hæredita-
te non eſt quærendum de imputatione, neque collatione. l a
patre. C. de coll. Sin uero ſuccedant patri, tenebuntur confer
re & imputare. Finge autem. Filia non facit inuentarium. bo-
371 na non ſunt † ſoluendo, an de ſua dote ſiue adhuc viuat ma-
ritus, ſiue non, ſatisfaciet creditoribus, & legatarijs? Et hoc
magis eſt, quia & de alijs quibuslibet bonis teneretur. §. cum
igitur, noſtræ legis. Quia rn̄ maritus nō tenetur ſoluere debi-
ta uxoris, nec vxor mariti. C. ne uxor pro marito. non euin-
cent creditores dotem marito, Bal. in l. ſi ſucceſſione. C. de re
372 uo his quæ in frau. cre. etiam mortua † vxore ſi ex pacto, vel
ſtatuto maritus dotem lucretur, Romanus conſ. 448. Quod
373 non ſine diſtinctione procedit; Et eo † pertinet, an de lucro
dotis poſſit mulier teſtando, uel contrahendo nocere mari
to, ante, vel poſt matrimonium. l licet. C. de iu. do. Cæterum
reſpectu fideicommiſſarij vniuerſalis, non reſtituet ſuam do
tem mulier, neq; hæres eius, quantumcunque non fecerit in
uētarium, quia ut eſt prædictum in hoc effectu, & alibi, fidei-
commiſſum non includit res aut iura hæredis. Dicet aliquis,
non oē hæc dos erat teſtatoris? Rn̄detur, non prorſus: Dos. n.
vel inſti legitima & donatio propter nuptias, eſt æs alienū pa-
tris. l. vlt. C. de dotis pmiſſ. notat in l. 3. §. ſed utrū. ff. de minor.
Vn̄ pōt attentari ꝙ & ſi pater uiuens non dederit, nec pmiſe
rit dotē filiæ, uel genero, tū filia hæres patris grauata reſtitue
374 re, dotē non amittet, maxime ſi pater in teſtō † relinqueret,
Aretinus conſilio 152. Quid ſi mater, frater, ſoror, patruus,
vel alius dotem relinquat puellæ, & grauet per fideicommiſ-
ſum? Forte reſtituet puella ſi non faciat inuentarium, ſaltem
ſoluto matrimonio, niſi dicamus reſpectu matris ſemper, &

ſtatris

fratris quandoque dotem eſſe loco legitimæ, quam legitimã
nunquam amittit filius filiaue ob omiſſionem inuentarij in
reſtitutione fideicommiſſaria, Paulus conſ. 77. 186. lib. 2. Alc.
poſt Baldum. & quamplures alios in l debitori. C. de pactis.
Fulgoſ conſ. 19 87 Comenſis conſ. 25. Romanus conſil. 185.
239. Capra conſ 66 & idem multi volunt de Trebellianica,
vt per eoſdem, & per Anch. conſ. 27 Decium conſi. 578 613.
& multis alijs: Quæ omnia ferme ſpectant eo an Trebelliani
ca poſſit prohiberi in filio. Idem quoque multi aſſerunt de
375 † prælegatis, ut non veniant in reſtitutione, Aretinus dicto
conſilio 152. Paulus conſilio 120 libro ſecundo. Quid ſi filius
filia ve adeant, an tenebuntur imputare ſibi aut conferre co-
hæredibus? Si non faciant inuentarium, tenebũtur, licet dos,
vel legitima, vel donatio propter nuptias minueretur ob exi
guitatem hæreditatis cur enim non abſtinuerunt? Si vero fa-
ciant inuentarium, ſitera reſponſum.

XCV. Prodeſt ad l. in rebus C. de iure dotium. libenter lo
quimur de dote, & repetita ſcriptitatione multa meditamur;
quoniam quotidie fora, & valuæ patronorum muliebres eiu
376 latus reſonant. Tres actiones pro dote competũt mulieri † ad
inſtar legatorum Ex ſtipulatu, in locum rei vxoriæ actionis.
C. de rei vxo. act. Rei vendicatio, Hypothecaria, Actio ex ſti-
pulatu competit præcipue in rebus conſiſtentibus pondere,
numero, menſura, quæ non niſi poſt annum hodie, olim vero
annua, bima, trima die reddebantur. §. exactio. C. de rei vxor.
act. rei vẽdicatio competit pro re propria mulieris ineſtima-
ta, quæ vere, & proprie appellatur dotalis §. & cum lea. C. de
rei vxor. act. Hodie per hanc l in rebus competit etiam pro
re æſtimata, ſaltem in ſubſidium, facta prius excuſſionẽ alio-
rum bonorum mariti, Glo. Barto. Bald. Salyc. Hypothecaria
377 † competit aduerſus res omnes mariti, quæ etiam tacite ei
ſunt obligatæ. l. aſſiduis. C. qui potiores in pig. hab § & vt ple
nius, C. de rei vxo. act. nec non aduerſus res, quas dedit in do-
rem æſtimatas: Alioquin ſi dediſſet inæſtimatas tanquam in
re propria non caderet pignus. l. neque pignus, de reg. iur. niſi
eſſet propria de iure ſpeciali, uel reuocabiliter. l. debitor ff ad
Trebel. Glo. Baldus & alij in auth. contra. C. ad Trebellianũ.
Videamus nunquid, & quomodo proſit inuentarium mulie
ri aut hæredibus mulieris, in ſingulis actionibus.

Et primo in actione perſonali ex ſtipulatu. Finge, maritus
moritur relicta vxore hærede cum onere legatorum, & reſti
tuendi aliquãto tempore poſt hæreditatem. Mulier adit hæ
reditatem ſine inuentario. Quæritur de tribus, an actio dotis
ſit confuſa: An teneatur de ſuo creditoribus, & legatarijs: An
dotem deducere poſſit in reſtitutione fideicommiſſaria. Ad
378 primum reſpondetur quod ſine dubio actio † doris per adi-
tionem confuſa eſt, & conſopita per. § in computatione. l. de
bitori. C. de pactis. l. Stichum aut Pamphilum. §. aditio. ff. de
ſolut cum multis ſimilibus, quæ loquuntur indiſtincte, & cõ-
prehendunt mulierem, cum non excipiatur lege aliqua. l. vlt.
C. de iuris, & facti ignor. Quod tamen intellige quo ad credi-
tores tantum, vt præter omnes declaro in d § in computatio
ne. Actio tamen hypothecaria, & in rem nullatenus eſt con-
fuſa, vt diximus ex Bal. in l. ſi vxor. C de bonis auth. iud poſ.
Ad ſecundum reſpondetur quod tenetur de ſuo vltra vires
non tantum creditoribus, ſed etiam legatarijs, cum duæ con
ſtitutiones Iuſtiniani nõ diſtinguant ſexum nec ætatem; Nec
obſtat quod mulier remanebit marito, & omni ſubſtantia vi
duata: Nam ita lex ſcripta eſt vt mulier ex quolibet contra-
ctu irreuocabiliter obligetur, & obliget, tam cum extraneo,
379 † quam cum marito, præterquam ſi fideiubeat auth. ſi qua
mulier. C ad Velle. ſi tamẽ creditor, aut legatarius eſſet filius,
non dico priuignus, pater, mater, ſocer, non conueniretur in
ſolidum, ſed inquantum facere poſſet, deducto ne egeat: Ve-
lut per contrarium, eos ſui debitores non ad viuum excute-
ret neque caneret. l. ex diuerſo, & l. ſequen ff ſoluto matrimo
380 nio. l. non tantum. ff. de re iudi. Nec obſtat † tex. in §. igitur. C.
de rei vxor. actione. vbi vxor hæres mariti dotem deducit lo-
co æris alieni, & de reſiduo detrahit falcidiam legatariis: Nã
ibi bona ſunt ſoluendo. Quid ergo ſi deducta dote, & omni
alio ære alieno, bona vix ſufficiant legatarijs niſi dimiſſa falci
dia? falcidiam amittet mulier licet dotem intactam habeat. §.
eſti præfatam. Ad tertium, vt ſupra proximo effectu reſpon-
detur, quod in reſtitutione fideicõmiſſaria detrahet mulier
dotem & omne aliud ius ſuum, vel creditum, licet non fece-
381 rit inuentarium † Socinus, & recentiores in l debitori. C. de
pact. Capra conſilio 72 neque fructus cum dote computabit
niſi teſtator dixerit, vel niſi ſint percepti poſt moram. Perce-
pti ſane, & extantes, ante moram pendente die, vel conditio-
ne reſtituentur. l mulier. §. ſi hæres. & §. ſeq l in fideicommiſ
382 ſariam. ff. ad Treb. Quid ſi filius communis ſit † hæres patris?
Dotem nihilominus exiget mater, nec tantillum filio coge-
tur dimittere: Quinimo poterit ad libitum de dote ſua diſpo

nere tam inter viuos quam in vltima voluntate. l. Polla. C. de
his quibus, vt in d. l. a C. de donat. cauſa mortis. dummodo ſi
in vltima voluntate, ſaltem legitimam filio relinquat. Quod
eſt commune in patre, & matre, qualiſcunque matrimonij
ſint filij; niſi fiant exhæredes per vnam, vel plures 14. cauſarũ.
l cum; alijs. l. vlt. C. de ſecundis nuptijs. l. ſi mater. C. de inoffic.
dona. l. omnimodo. C. de inoffi. teſtamento. Quod ſi vltra do
383 tem, & propria bona, vxor aliquid † habeat ex bonis primi
mariti non poterit illud relinquere alijs quam filiis primi ma
riti. Et idem econtra in patre tranſeunte ad ſecũdas nuptias.
l fœminæ. l. generaliter. C de ſecundis nupt. Item pater non
plus poterit relinquere nouercæ, vel mater priuigno, quã uni
filiorum primi matrimonij, l. hac edictali. eodem tit. Quod di
xi, non cogetur mater tantillum filio dimittere, intellige vbi
filius eſt locuples; quid ſi non ſit locuples filius de hæredita-
te, ſed de alijs ſuis bonis, an tenebitũ matri vltra virẽs ob non
confectionem inuentarij? Gloſſa quod non, in l. liber captus.
C. de captiuis. Quamuis videatur loqui in filio inope Præte-
rea iura tribuentia priuilegium inter liberos & parentes inui-
cem debitores, videntur loqui in cõtractu inuicem inito, nõ
ſi aliunde proueniat obligatio l. ex diuerſu. ff. ſolu. mat. l. non
tantum, ff. de re iudica Tu melius diſpice. Sed an filius hæ-
384 res patris cum inuentario, poterit vti † cautela Baldi, de qua
toties ſupra, non tantum in deductione proprij crediti, vel le
gitimæ, ſed etiam in deductione dotis, cuius mater eſt credi-
trix? Pulchrum eſt, & eſt addendum illi, quod ſupra dictum
eſt de patre, marito, tutore. l. ſed ſi damnum § i. ff. de pecul.
Ambigo non parum ſi cõcurrant alij creditores, & maxime
ſi dos ſit cauta non numerata: Nam tunc nec contra filium
mater poterit incontinenti experiri, niſi aliquo modo proba
uerit dotem marito numeratam, per tit. C. de dote cauta nõ
num. l. aſſiduis. C. qui potiores. Et quinque caſus diſtinguit
Paulus de Caſtro in dote, vt aiunt, confeſſata, conſ 383. libro
385 ſecundo, Romanus conſi. 445. Affli. deciſ. 402. Nec † ſtatim
credetur inſtrumento dotali ſi hæres mariti opponat, Bald.
in l. ſi cauſam. C. de execut. rei iudic. Are. conſil. 32. Item an ſi
386 conſtet de dote, mulier † agens contra filium, vel alium, pa-
tietur moram anni de quo in §. exactio? Nec non moram in-
uentarij, quod forte trahetur ad duos annos? Annum quidẽ
exactionis de quo in §. exactio, non credo euitaturã mulierẽ
niſi ꝙ interim aletur, vt ibi per gloſſam, Cynum, Bal. Salyce-
tum. At quod expectet per alium annum, vel nonaginta dies
per. §. donec. durum eſt, & perquam rigidum, ſi maxime hæ-
res habeat ſat bonorum. Niſi quis dicat non cõmiſceri vtrũ-
que annum, quia annus exactionis incipit ſtatim mortuo ma
rito, Glo. in d § exactio. Annus inuentarij, non ſtatim, ſed ſe-
cundum communem opinionem a die aditionis, glo. in §. ſin
autem dubius. Quod ſi ſtatim adeat hæres, & faciat inuenta-
rium ſufficiet vnus annus ſine dubio, & fiet commixtio, per
tradita in l. ita ſtipulatus. ff de ver. oblig. Adde quæ dicam in
§ illud Auth de hæred & Falcid.

Secundo videamus de rei vendicatione. Bartolus in hac. l.
in rebus. tenet rei dotalis dominium retro transferri in mu-
387 lierem per hanc legem Quod † ante non erat, maritus enim,
& hæres mariti, conſtante, & ſoluto matrimonio, dominus
erat, l. doce. C. de rei vend Baldus poſt Cynum in l. & ſi dotis.
hoc ipſo titulo, de iure dotium. tenet etiam, olim dominiũ
reuerti ad vxorem. Quod rurſus tenet idem Baldus & Angel.
frater eius, in l ſi mora ff. ſoluto matrim Vbi vterque Imola,
& Paulus defendunt Bartolum. Sed omiſſa diſputatione ſatis
eſt quod hodie ipſo iure per hanc l. transfertur dominium in
vxorem, cum etiam conſtante matrimonio domina eſſet. Ap
plicemus ad inuentarium. Si ipſa mulier ſit hæres mariti, non
confunditur dominium nec rei vendicatio aditione, licet nõ
fiat inuentarium. Proinde ſaluam habebit mulier rem ſuam
agendo, & excipiendo contra quoſcunque mariti creditores
etiam anteriores, & hypothecarios l. ſi vẽtri. § in bonis ff. de
priuil. cred. Nõ tamen per hoc euadet mulier quin teneatur
de ſuo creditorib. & legatariis, vt de actione ex ſtipulatu di-
ctum eſt. Quid in vtili, ſeu ſubſidiaria in rem actione, quam
388 † habet mulier in re æſtimata, excuſſis prius bonis mariti de
bitoris? Quid item, ſi, vt aſſolet, in inſtrumento dotali ſit clau
ſula conſtituti, ſeu precarij, per quam dominium transfertur
cum poſſeſſione, vel poteſtate apprehendẽdi propria autho-
ritate? Baldus in l. j. C. de ſeruo pig. dato man. Alexander in l.
Neſennius. §. fundum. ff. de re iud. An hæ actiones confundẽ-
tur aditione ſi non fiat inuentarium? Subſultat mihi ſpiritus,
& vellem inuenire, qui hæc mihi ſubtiliter enuclearet. Effe-
ctus eſt maximus. Si confunduntur, non amplius reuiuiſcent,
& vim ſuam amittent ſpoliandi poſſeſſorem. Forte nec retur
gent in reſtitutione fideicommiſſaria, quia competunt de iu
re ſpeciali, quod eſt debilius quam ius commune. Si non cõ-
funduntur. Idem erit quod de directa rei vendicatione dictũ
eſt. Et

eſt. Et hoc verius opinor ſaltem in hac ſubſidiaria, quia verũ
eſt rem naturaliter manſiſſe in dominio mulieris: nec æſti-
matio imaginaria poteſt veritatem abolere. l. filio. ff. de libe.
& poſth. in precaria actione adhuc ſubſiſto, præſertim ſi pre-
carium fiat in rebus quæ nunquam fuerunt vxoris, ſed an fa-
389 cto inuẽtario † ceſſabit excuſſio bonorum maritalium, ſiue
ipſa mulier ſit hæres, ſiue alius? Certè rei vendicatio commu
nis, & hypothecaria non remouentur nec retardantur præ-
textu excuſſionis aut inuentarij. in hac ſubſidiaria contrariũ
dici poteſt, quia Iuſtinianus non cauit, niſi ſimus in recenti
aditæ hæreditatis, & inuentarium factum ſit minutatim ſin-
gularum rerum: quaſi tunc ſit vice iudicis declarantis bona
non eſſe ſoluẽdo. But. Bar. in auth. hoc ſi debitor. C. de pigno
ribus. Quæ omnia de excuſſione intellige, quando alius quã
390 maritus hẽs poſſidet. † Alioquin ad rem ſuam, vel quolibet
iure ſibi obnoxiam, mulier poſſet ſtatim manum admoue-
re, per d. auth. hoc ſi debitor. Item an hæc translatio dominij
in vxorem per l. in reb. locum habet in dote profectitia? Et an
in hærede mulieris? Primum admittunt Bal. Ang. Comenſis,
Romanus in l. non ſolum. ff ſoluto matrim. cõtrarium vult
ibi vterque Imola, quia verba. l. in rebus, loquuntur de reb.
proprijs mulieris; at profectitia ſunt patris, gl. in l. j. C. qui ad-
mitti. præterea priuilegium eſt indultum mulieri, non patri,
niſi forte adhuc filia ſuperſtite, pater dotem vendicaret glo.
in § fuerat. inſt. de actionib. Secundum de hærede mulieris re
probant Bar. & Imola, in l. Neſennius § fundum ff. de re iudi
cata. Quod Alexander ibidem, & in l. ſi mora. ff. ſolut. matri-
monio, ſaluat in filio mulieris l. 1. & ibi Petrus Cy. Baldus, C.
de priuil. dotis l. etiam. ff ſoluto matrim. Ancharanus conſi.
22. Et ſubdit notabiliter Alexander, ꝙ quamuis textus in l. in
rebus, & aliæ multæ, in caſibus fauorabilibus transferant do-
minium contra l. traditionibus. C. de pact. tamen nunquam
transferunt poſſeſſionem, præterquam in uno caſu ſingulari
in l. raptores. C. de S. S. eccleſ. Vnde ſequitur quod mulier ni
ſi fuerit hæres mariti non poterit propria authoritate rem
ſuam, vel aliam capere, niſi in inſtrumento dotali ſit clauſula
conſtitutoria precarij, Bal. in l. 1. C de ſeruo pig dato man. In
telligendo vt ſupra in 80. effectu. Quo caſu mulier ſaltem an
tè hæreditatis appræhenſionẽ ſe intrudere poterit. Decius con-
ſi 671. nec non filius mulieris, Alex. in l. ſi non ſortem. § ſi cẽ
tum ff. de cond. ind. Socynus conſi. 158. lib. 3. Quapropter ſit
ſolers & vigilans mulier, vt ſtatim mortuo marito ante om
nes alios ipſa incipiat poſſidere, non tantum ſua, ſed etiam ſu
pellectilia, & alia, quæ ſunt in domo mariti Ang. Paulus, Ro-
ma. in l qui iure. ff. de acq. poſſ. Decius d. conſil 671. & conſil.
490. Quæ appræhenſio, & retentio proderit mulieri etiam ꝓ
alio credito quam dotali. l. vn. per Alb. C. etiam ob chyr. pec.
Nec etiam prohibebitur petere, licet poſſideat iure pignoris
uel cuſtodiæ. l. qui legati C. ut in poſſ. leg Capyc. deciſ. 46 itẽ
an in rei vendicatione, de qua nunc agimus, mulier patietur
moram exactionis per annum, necnon inuentarij per alium
annum, vel 90 dies? Et an, ſi nihil aliud habeat hæres mariti,
rem totam euincet? in rei vendicatione directa nullam mo-
ram patietur mulier, niſi forte ſint mobilia. Alexander ſubti
391 liter † Baldum referens in l ſi mora. ff. ſol. mat. Item rem to-
tam euincet, niſi forte filius ſit hæres, de quo per Gul. de Cu.
Bar. Bal. Aug Paulum, non bene in hoc cõcordantes in l. Ne
ſennius. §. fundũ. ff. de re indicata. In ſubſidiaria in rem actio-
ne, facilius mulier moram patietur, cum excuſſio exigat̃: Hic
392 autem repente quæro, an mulier hanc † ſubſidiariam in rem
actionem poſſit eligere, & an requiratur excuſſio, ſiue hæres
poſſideat, ſiue alius, contra quem ſit agendum. Baldus diſtin-
guens more ſolito, videt̃ dare electionem. Loquitur autem
Baldus de hac ſubſidiaria, quã ipſe appellat utilem, & de hy-
pothecaria, ambabus competentibus ad eandem rem datam
in dotem æſtimatam. Ego autem quæro de actione ex ſtipu
latu, & directa rei vendicatione, & de ſubſidiaria, & de hypo
thecaria. circa ꝙ manifeſtum eſt ꝙ habens dñium non con-
dicit. l. vlt. ff. viuſr. quemad. cau. Neſcio quo me uertã. darem
tñ electionem mulieri adinſtar legatariorũ, ut per gl. & DD.
in §. noſtra autem. Inſt. de leg. Sed obſtat, quia ſi res eſt æſti-
mata, datur electio marito reddendi rem, uel pretium. l. ple-
runq; in fine ff. de iure dot. l. quoties, C eod. ſi nõ eſt æſtima-
ta, maritus, uel hẽs eſt debitor tantum rei: quapropter obijce
re põt, Aliud pro alio ſoluere nolumus: prout & ſe petente
rem ſuã, nos nõ poſſemus aliud ſoluere gl. in l. 1. ff. de act. emp.
Ad aliud de excuſſione, vt̃ intelligendum ut ſupra proxime,
qñ alius quam maritus hẽs poſſidet, nam improbe hæres con-
uentus recuſaret reddere quod ſuit mulieris, & adhuc natu-
raliter eſt, de quo latius per Gabrielium in ſuis cõib. conclu-
ſionib. de fidei. concl. 1. Quo fit vt etiam hãc ſubſidiariam ꝯ
393 hẽdem eligere poſſit mulier; † cum & alias excuſſio nõ req-
ratur neq; ſtat, niſi qñ conueniũtur tertij poſſeſſores, vel niſi

quando fit exequutio rei iudicatæ. l. Moſchis. ff. de iure fi-
ſci. l. a diuo Pio. § in venditione. ff. de re iud. d. auth. hoc ſi de-
bitor. C. de pigno. Tranſeamus ad tertium & vltimum de hy-
pothecaria; quæ ſecundum Baldum competit mulieri tam in
omnibus mariti rebus quàm in re æſtimata data in dotem. Et
ſiquidem ipſa mulier ſit hæres, non dicemus confundi hypo
thecariam ob prætermiſſionem inuentarij, quam habet in
rebus mariti, Baldus in l. ſi vxor. C. de bonis autho. iud. poſſ.
Sed nec confundi puto hypothecariam rei propriæ, quaſi ſic
vice dominij, quod per imaginariam æſtimationem abſceſ-
ſit, Affli. deciſ 211. & duabus ſeq. ſi quoquo modo auferri res
poteſt vxori, puta quia maritus illam, vt fit, cuipiam obligaue
rit, ex traditis per Alexan. in l. debitor. ff. ad Trebel. Qualiter-
cunque autem dicamus non confundi has actiones, non cu-
rabit mulier hæres ſolutionem de ſuo vltra vires, niſi contra
filium vel alios affinitate, aut ſanguine iunctos. Multo minus
confundentur has actiones ſi alius ſit hæres. Quippe perpe-
tuo verum, quod nunquam actiones creditorum confun-
duntur, aut amittuntur ſucceſſione alterius, niſi ſint pœnales.
l. ſicuti. & ibi per Maynerium. de reg. iu. Sed & tunc filio, vel
quolibet exiſtente hærede, mulier in hypothecaria nullam
patietur moram, aut dilationem inuentarij, aut exactionis,
per tradita in § donec, niſi ex ſententia Baldi, & Alexandri in
mobilibus, quæ non niſi poſt annum ſunt reddendæ vxori. §.
exactio. C. de rei vx. actione. Quod priuilegium non amittet
hæres, etiamſi non faciat inuentarium. De duobus quæritur,
an pretium ſuccedat loco rei venditæ per maritum, & an ex-
tincta actione perſonali ex ſtipulatu extinguatur hypotheca-
ria. Primum admittit Neguſ. fauore dotis, quamuis iure com
muni ſecus. l. j. & ibi gl. Bar. Bal. Saly. ff de diſtr. pig. Neguſan-
tij opinionem ſuſtinet Gabriellius conſ. 37. ſi res vendita nõ
extet. Secundum eſt verum, ſi ipſo iure omnino perimatur
perſonalis. l. eleganter. ff de pign. act. l. Mæuia. ff. ſoluto matri.
Aliàs durat hypothecaria. l. 5. vbi Butrig. & Bal. C. de luitione
pig. & in d. l. debitor. ff. ad Trebel. Prædictis omnibus veluti
394 exceſſus, ſubiungitur: Quid ſi vxor relinquatur † fructuaria
omnium bonorum, an teneatur facere inuentarium, an om-
nes fructus percipiat, an ipſa ſit hæres vel alius? Paulus de Ca-
ſtro conſ. 228. lib 2. tenet quod quemadmodum cautio non
poteſt remitti fructuario. l. 4. ff vſuſf. quemadmo. cau. Ita nec
confectio inuentarij. l. 1. § non ff. de ventre in poſſ mit. quod
verum eſſe poteſt, vbi fructuarius verus & primarius hæres
eſt cum onere poſtea reſtituendi: nam tunc ſiuius in eo, an
valeat remiſſio inuentarij tam reſpectu creditorum quam le
gatariorum, vt per Martinum Silimanum, Bartolum, & plu-
res alios in l. nemo poteſt. de leg. j. Quod ſupra non ſegniter
diſcuſſimus. Quo ad omnium fructuum perceptionem, obti-
nuit ſententia in curia Bulgari, in auth. hoc locum C. ſi ſecũ-
395 do nup. † mulier. ut extantibus liberis vſuſfructus fauore li-
berorum reſtringatur ad alimenta, niſi ſint verba enixa, &
declaratoria plenæ liberalitatis: dum ne attingatur, nec mi-
nuatur vſuſfructus legitimæ, auth. nouiſſima. C. de inofficio.
teſtamen. Riminaldus conſilio 16. & 188 Bellonus conſil. 31.
Pekius de teſta. coniugum, lib. 5. cap 9. an vero ipſa ſit hæres,
vel alius: Et cui incumbat aditio, multæ ſunt opiniones, ut
per glo. Odofre. Barto. ſi is eſt in dicta auth. hoc locum. quod
negat Alexand. in l. filius à patre. ff. de libe. & poſth. Spec. de
pignoribus. § 1. Baldus, Angelus, Paulus, vterque Imola in d.
l. filius à patre. Alexand. conſilio 58. lib. 3 Romanus conſi. 71.
Aretinus conſilio 40 Quod pluſimi refert, ſi enim mulier te-
netur adire tanquam hæres, ergo tenetur de ſuo ſi non fa-
ciat inuentarium, nec minuetur proprietas donec ſuperẽ de
fructibus. l. ult. § ſin autem æs alienum. C. de bonis quę libe.
Nunc non diſcutio.

XCVI. Prodeſt ad l. ſicut. C. de præſcript. 30. vel 40 anno-
rum. diſtinguendo quadrupliciter, aut quis ſuccedit credito-
ri actionis perſonalis, aut debitori, aut quis ſuccedit credito-
ri actionis in rem, aut ſuccedit debitori. Examinemus ſingu-
los caſus quambreuiſſimè, licet ab hoc effectu principaliter
pendeat uniuerſa fermè tractatio inuentarij. Primus caſus
eſt quando quis ſuccedit creditori actionis perſonalis. Di-
ſtingue. Aut hæres debitor eſt defuncti, aut alius. Si hæres,
tunc ſiue faciat inuentarium, ſiue non, auget hæreditatem
defuncti creditoris. l. maritus. ff. ad l. Falcid. vbi Alexand. cum
non minus iura, & actiones, quam corpora computentur in
bonis. l. bonorum. ff. de verbo. ſignifica. l. 1. §. ſi debitor. ff. ad
l. Falcid. etiam ſi debitor, idemque hæres non ſit ſoluendo. l.
querebatur. eo. tit. & dicit gl. in d. §. ſi debitor. etiam debitum
396 naturale † hæredis augere hæreditatem. l. Stichum §. aditio.
ff. de ſolutionib. Vnde ſequitur ꝙ ſi corpora hæreditaria non
ſufficiãt, regreſſum habebunt creditores, & legatarij contra.
obligationem hæredis; & tantum euincent hæredi, quãtum
debet hæreditati, licet faciat inuentarium: quia ſic erat autẽ

Iuſtinia.

Iuſtinianum,prout in ſimili arguit. Paulus,& Alex in l. ita ta
men.§. ſi ex Trebelliano.ff.ad Trebellia.quid ſi hæres non ſit
397 ſoluendo de ſuo?† Quid item ſi erat debitor naturaliter,cō-
tra quem non haberet defunctus,ſi viueret,actionē? An ſub-
leuabitur per inuentarium?Quod uidetur,quia inuentarium
reponit illum in ſtatu priſtino, perinde ac ſi non adiuiſſet. §.
& ſi præfatam. Iam vero ſi non adiuiſſet,non teneretur;quia
creditor non poteſt conuenire debitorē ſui debitoris. C.qñ
filius,uel priuatus.& naturalis obligatio nō patit ſui actionē;
ſed tantum exceptionem,l.iuriſgentium.§.igitur ff.de pactis.
Dubito in ſecundo caſu,ſi hæres,idemque debitor naturalis
ſit in facultatibus,nec repudiet,per dictum.§. aditio.& l. quę
rebatur,iuncta.l.cum quo ff.ad l.Falcid.ubi obligatio natura
lis per ſucceſſionem debitoris,videtur ſuſcipere robur,& ipſi
xitum ad pariendam actionem,per dictas leges ante Iuſtinia-
num,ergo remaneant in ſuo vigore,cum Iuſtinianus nō de-
rogauerit.Secundo caſu quando defunctus erat creditor al-
terius quam hæredis,augetur hæreditas per regulam prævalle
gatam in l.bonorum.ff.de verb. ſig. l. rem in bonis.ff. de acq.
rerum dominio.l.qui actionem.de regu.iuris.Quid ſi iſte de
bitor erat inops? Vel debitor naturaliter non ciuiliter?Facto
inuentario hæres non tenebitur exigere,quia per inuentariū
liberatur ab omni moleſtia,& diſpendio per.§. & ſi præfatā.
Quapropter cedendo actionem,liberabitur.l.quod debetur.
398 ff.de peculio.debitum naturę non auget † hæreditatem, niſi
ex poſt facto exigatur , uel veniat ad manus hæredis.l.1. § id
quod natura.l.in quantitate.§. magna. l. quærebatur. ff. ad l.
Falcid.quæro an præſcriptio actionis perſonalis inchoata cō
tra defunctum,currat contra hæredem,forte ignorantē,for-
te pupillum,vel alias debilem, aut impeditum. Hæc materia
eſt implicita,& de apicibus iuris,ut hic per gloſſam , quæ va-
rias refert opiniones,& in l.vlt. C.in quib. cauſ.in integ.reſt.
Placētinus dicit ꝙ Iuſtinianus bibebat.Subiicio uerba huius
» legis noſtræ.[non ſexus fragilitate,non abſentia, non militia
» hanc legem defendenda,ſed pupillari ætate duntaxat,quam-
» uis ſub tutoris defenſione conſiſtat, huic eximenda ſanctio-
» ni.] Hæc verba manifeſtè volunt quod excepto pupillo,om
nes alii quantumuis abſentes,& inicii, & fœminæ, patiantur
præſcriptionem inchoatam contra defunctum , eorum au-
thorem.Nec diſtinguitur vtrum ſuccedant titulo ſingulari,
an vniuerſali,puta hæreditario ; Quid ergo ſi ſuccedant iure
399 † hæreditario,& faciant inuentarium? Adhuc ſubiacebunt
huic legi , quæ fuit Arcadii & Honorii Impp. annis circiter
130.ante Iuſtinianum Quæ lex ſuum robur obtinebit etiam
facto inuentario,cum Iuſtinianus ei non derogauerit : Nota
tamen,& perpetuo cordi figas,quod hęc lex non procederet
ſi eſſet impedimentum facti probabile: Nam vel non curret
præſcriptio contra impeditum l. 2 §. 1. vſque ad finem ff. ſi
quis caut. Vel ſi curret,dabitur reſtitutio.l 1.§. ſi quis ꝓpter.
ff de itinere,actuque priuato.ubi Bar.& Alex. l. ſenatus con-
ſulto.ff.de off præſidis.Ad exceptionem de pupillo opponi-
tur de §.pupillis Auth.de hæred.& Falcidia.ubi tempus inuē
tarii currit pupillo. Dicam ibi.Quid ſi ſit debitor actionis per
400 ſonalis ſup re? Verbi gratia † defunctus pignorauit , locauit,
depoſuit,commodauit, conceſſit in vſumfructum Sempro-
nio,an Sempronius præſcribet lapſu. 30. annorum. Et ſi can
hęres poſt tale ſpatium petere a Sempronio,vel ab hærede Sē
pronii?Subtile,& quotidianum eſt.Verba generalia huius lę
gis,& l.ſeq.& l.1.§ ad hæc.C.de annali exceptione , uidentur
includere etiam has actiones , licet poſſeſſor habeat malam
fidem,& careat titulo habili ad pariendū vſucapionem:Qua
lis eſt titulus dotis,legati,donationis, empti, rei iudicatæ, &
alii ſimiles.l.1.& ſeqq.ff.de Publiciana.ſed licet de iure ciuili
præſcribatur actioni perſonali,ſecundum aliquos tamen nō
præſcribatur rei vendicationi , quam habebat defunctus , &
quam tranſmiſit ad hæredem gl.in l.male agitur. quæ ſtatim
præcedit hanc noſtram legem,ſuper qua.l Ange & Saly.poſt
vetuſtiores multa dicunt.Et ſane eſt notabilis lex,& nunquā
obliuiſcanda.Ego præter omnes (niſi fallor) darem cautelā
inuentarii,ut hæres domini citati faciat hos poſſeſſores , iu-
dicis authoritate ad confectionem inuentarii;&.in inuenta
401 rio inferat hoc nominatim ſimul cum † uerbis inſtrumenti
dationis,ſeu conceſſionis,ſi extat,olim factæ a defuncto. Nā
poſſeſſor conſtituetur in mala fide,vel ſaltem interrumpetur
præſcriptio , quod eſt addendum aliis modis interruptionis
in l.cum nouiſſimi,inſ.eod. Hoc probo per l. chyrographis,
iuncta ibi, gloſſa cum Baldo.ff.de adminiſt. Tutorum.Ponūt
enim quod quamuis debitores hæreditarii non ſint neceſſa-
rio citandi ad confectionem inuentarii tutorii, tamen ſi citē
tur,& uerbaliter inſtrumenta extendantur , & exarentur in
inuentario,poterunt poſtea conueniri,quod DD. ibi & in l.
tutor qui repertorium,eodem titulo,dicunt procedere tam
in inuentario tutorio quam hæreditario, vt s.attigimus.Iti-
dem hic,poſſeſſores quamuis non ſint debitores actionis p-
ſonalis ad quantitatem,ſeu genus,ꝙ nunquam perit , neque
apparet:ſed actionis perſonalis ad rem quæ apparet,& perire
poteſt,tamen ſatis eſt quod ſunt in mala fide , & debuerant
comparere,nec ſpernere iudicis iuſſum.l. 1. §. cum dicitur.ff.
ſi cui pluſquam per l Fal. l.2. ff. ſi quis in ius uocatus. Secun-
dus caſus eſt quando aliquis ſuccedit debitori actionis per-
402 ſonalis,aut † hrs eſt creditor,aut alius.Primo caſu,actio hæ-
redis contra defunctum confunditur ſi non fiat inuentariū.
§.in computatione. l.debitori.C. de pactis. Nec diſtinguitur
qualis ſit actio,ad genus,uel ad rem.finge autem.Commoda
ui,locaui,depoſui,dedi in vſumfructum rem meam Sempro
nio. Quibus caſibus habeo actionem pſonalem ſine dubio.
ſum hæres Sempronio,an mea actio confundet ? Et hoc ma-
gis eſt,quia oēs leges,& iura loquentia de confuſione actio-
num non diſtinguunt , neque etiam diſtinguit Iuſtinianus in
§.in computatione. Verum an diſtinxerit Iuſtinianus, ibi di-
cam. Dicet aliquis. Nonne abſurdum proueniet quod con-
cedēs rem ſuam gratis ad tempus , illam inuitus perdat con.
l.id quod noſtrum, de reg iuris. cū nec Imperator poſſit cui-
piam dominium auferre.l bene a Zenone. C. de quadr.præ-
ſcrip.Reſpondetur, licet extinguat actio perſonalis , non ta-
403 men extinguet† prærogatiua dominii,neq; actio in rem, gl.
in d,l.male igitur,l.officium.l,qui reſtituere. ff. de rei vendi.
Sed,an ſi bona hæreditaria nō ſint ſoluendo,ſoluam ego de
hac re creditoribus,& legatariis? Reſpondeṫ quis dubitat de
hoc,cum omnia bona debitoris ex contractu,vel quaſi,qua
liacunq; & quantacunque ſint deſtinata ſolutioni?l ſi credi-
tores. de ſeparationibus. Nam & mulier ſoluet de ſua dote ,
& filius de ſua legitima. Hæc vera reſpectu creditorum hr̄di-
tariorum, cæterum reſpectu fideicommiſſarii vniuerſalis a-
ctio non confundiṫ,uel ſi confunditur, reſurgit tempore re-
ſtitutionis,nec reſtituiṫ fideicommiſſario, Paulus de Caſtro
in l.ab omnibus.§.ult.de leg.j.& in l.ita tamen.§.ſi ex Trebel
liano.& ibi quoque Alexand.& in l.debitor.ff, ad Trebell.&
404 ſic † text. in §. in computatione. Primo fallit in actione , in
rem,ſiue ſit rei vendicatio ſiue etiam hypothecaria. l. debi-
tor.ff.ad Trebell.l.3.C de luit pig.l. ex ſextante, in fine. ff. de
exceptione rei iud. Secundo in actione perſonali reſpectu fi
deicommiſſi vniuerſalis. Tertio reſpectu cohæredis, repro-
bata gl.in l.ſi poſt diuiſionem.C.de iuris,& facti igno.Paulus
conſ.120.lib.2.& ſupra attigimus. Sed cū ſit pulchrū, & quo
tidianum: p varias vices,& diſceptationes eſt reiterandum ,
quarto reſpectu actionum extra cauſam hæreditariam. l. ſi
patroni.l.debitor §.ult.l.a filia. ff.ad Trebel. Arius Pinellus in
l.1.C.de bonis maternis.quid in obligatione naturali,non ci
405 uili?Puta † pater filio in poteſtate ſe obligauerat.l.frater a fra
tre. ff. de cond inde. quid in pœnali ? puta defunctus furatus
erat hr̄di.quid in legali?Puta defunctus debebat dotem filię,
legitimam filio,filiæ,uel q poſtea ſunt hr̄des, an hæ obligatio-
nes,& actiones confundentur? Acquieſce quæ o Noua & in
audita offeruntur.Pater debet centum filio naturaliter.Moriṫ:
filius hr̄s eſt.Cum inuentario,& ſiue inuentario; emergunt
dubia.Cum inuentario hoc modo. Vult filius ex cautela Bal
406 di ꝑcipere,ſeu deducere ſuum † creditum Certe poterit, q̃a
naturalis obligatio ſaltem parit exceptionem ſeu retentionē
d.l.frater a fratre Poterit forte,& legitimam,& dotem,ſi filia
eſt,licet nunquam fuerit conſtituta:nam ſatis eſt quod legia
hæc eſt obligatio.l.obligamur.§ lege ff.de ac.& obli. nec fiet
compenſatio, commixtio , aut transfuſio unius in alterum,
quia ſunt obligationes ſeparatæ,& extra patris liberalitatem,
iuxta tradita in ſimili per Iaco. de Arena,Bar. Romanum &
alios in l.ſi cum dotem.§ ſi pater.ff.ſol.mat in auth.preterea.
C.vnde vir.& ux.Pariſ.conſ.69.lib,2.quod uerum intellige ſi
ne præiudicio creditorum hæreditariorum iure potiore ſub
nixorum.Sine inuentario,hoc modo.Filius adit,ſeu ſe immi
ſcet.An vltra legitimam,quam non perdit ex communi ſen-
tentia legatariis quantitatem obligationis naturalis ? Sic de
ducit legitimam,diſſimile nō debet eſſe in alio credito, ma-
xime ciuili;ſeu exigibili l.in imponenda l. irritum. C.ad l. fal.
l.qui fundum.§.1.ff.eodem. Ruinus conſi.57.lib.2.poſt Ang.
in §. hæc ſtipulatio. Legitimam ſtatim abſcedere dixit in pū
407 cto mortis;& legata corporum minuere,ſeu † reſecare. Pro-
inde actio ad legitimam non confunditur in concurſu lega-
tariorum. Et hæc erit quinta Fallentia. Repente tamen nunc
mihi videtur nec alias hæredis actiones confundi in concur
ſu legatariorum quamuis non fecerit inuētarium.Et erit ſex
ta Fallentia quicquid alias tenuerim,& teneant fere omnes ,
ut heri explicaui in §.in computatione.Vide ibi quæſo; nec
408 mihi,nec tibi † iraſcaris,ob quam rationem communis opi-
nio defenditur,filium non perdere legitimam ob omiſſionē
inuentarii,quamuis poſtea teneatur de ſuo. Atqui creditum
ſuum naturale an deducat hæres ſine inuentario , vel etiam

cum

cũ inuentario, non leuis eſt altercatio: maxime in concurſu
aliorum creditorũ hæreditariorum. Amplius hoc ipſo the-
mate. Filius vult deducere fideicommiſſario, non tantum le
gitimam, ſed etiam quantitatem obligationis naturalis, fortè
etiam duplum, vel quadruplum pro furto, lite iam conteſta-
ta cum defuncto. l. vnica. C. ex delicto defunctorum: an pote
rit? Quod magis eſt, ſaltem in obligatione naturali. l. debitor.
ff. ad Trebellianum licet in duplo, vel quadruplo ſit dubitabi
le etiam reſpectu creditorum, & legatariorum. Et de dote
quod ſcilicet deducatur in reſtitutione fideicõmiſſaria etiã
ſi à patre non ſit ſoluta nec promiſſa, extat Aretini conſiliũ
152. amplius ad l. frater à fratre. frater meus debet mihi natu-
raliter, cẽtum. Ambo ſumus hæredes patris cum inuentario.
409 Dico † ego, Nolo hæreditatem, da mihi mea centum, vel ſal-
tem quinquaginta pro ſemiſſe hæreditatis, an cogeris dare?
planè cogeteris dare ſi eſſes debitor ciuiliter, id eſt ex cauſa
peculij caſtrenſis, vel quaſi, cum etiam inter patrem & fi-
lium conſiſtat tunc obligatio l. lis nulla. ff. de iudicijs. l. 2. ff. de
contrahen. empt. Item, an ſi poſt mortem patris ſoluiſſes illa
centum, condices? Sine inuentario, condiceres quinquagin-
ta, non tota centum. Cum inuentario, condices tota centũ,
ſi nolo ego hæres eſſe, Et ſic inuentarium mihi obeſt. Reſpõ-
detur, immo prodeſt ſi abſtinui ob id quòd hæreditas dam-
noſa eſt: vnde ſi ſubleuor à damno, non debeo habere lucrũ
eiuſdem hęreditatis, id eſt non debeo retinere illa quinqua-
ginta; quia ſunt de hæreditate, & mihi quæſita ex obligatio-
ne ſuper pecunia paterna; ſecus ergo vt prædixi, ſi frater me-
us mihi deberet ex alia cauſa. Nam cum inuentario, & ſine
inuentario, aditioneuè, obligationes & actiones quas habẽt
inuicem cohæredes extra cauſam hæreditariam, ſaluæ ma-
nent. Tertius caſus eſt quãdo hæres ſuccedit creditori actio-
nis in rem. Aut hæres eſt debitor ſeu poſſeſſor, aut alius. Pri
mo caſu vſucapio ſeu præſcriptio finitur, quia poſſeſſio adiũ-
cta eſt dominio, & dominus poſsidens non præſcribit, neque
agit. §. æquè Inſt. de actionibus. l. j. § interdictum. ff. vti poſſi-
detis. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. ff. de captiuis. Et hoc verum
410 ſine inuentario, quia aditione † fit hæres dominus tam ad lu-
crum quàm ad damnum: Quid cum inuentario? Et hic noua
emergunt. Hæres vult præſcribere. Vult ab alio poſt mortẽ
poſſidente vendicare tanquàm hęres. Vult hanc rem præci-
pere, & ſeparare ab alijs bonis. Prima duo videntur permiſſa
iuris ſubtilitate, quia inuẽtarium ſecernit bona. & perſonas,
id eſt hæres cum inuentario duas ſuſtinet perſonas, Baldus
& alij in l. debitori. C. de pactis. Tanquam non hæres id eſt,
extraneus vſucapiet. Tanquã hæres id eſt, dominus, vendica
bit. Primum puto verum, ſi non perſiſtat in hæreditate, quã
uis alios creditores potiores non excluderet. Secundum per
contrarium verum erit, ſi perſiſtat in hæreditate; Nam ſi re-
pudiat & non vult onus, cur vult commodum huius actio-
nis, vel alterius rei; Tertium concedetur hæredi ſi probet ſe
poſſeſſorem ex iuſto titulo, puta emit à defuncto bona fide,
cum putaret rem defuncti eſſe. Habebit igitur locum caute-
la Baldi, & ſequacium. Hęc de rei vindicatione. Quid in hypo
411 thecaria? Aut † hæc res, quam poſſidet hæres eſt ſua hære-
dis, aut eſt alterius. Si eſt ſua, hæres præſcribet per inuenta-
rium ſi nolit hæres eſſe: ita tamen vt augeat hæreditatem,
veluti augent quælibet aliæ defuncti actiones: Si autem nõ
facit inuentarium, ceſſat hypothecaria quia res ſua nemini
eſt hypothecaria, ſeu, dominium non patitur hypothecam.
neq; pignus. ff. de reg. iuris. niſi dicamus quòd creditores hę-
reditarij poſſint hanc actionem ex perſona defuncti adoriri:
ſed non poterunt, quia non ſunt amplius creditores defun-
cti, ſed hæredis: in quo, quia dominus, eſt conſopita hypo-
theca; Agant ergo creditores contra hæredem non hac hy-
pothecaria ſed alijs actionibus Si eſt alterius, id eſt ſi hæres
412 poſſidet rem hypothecatam defuncto ab alio; ſi quidem fa-
ciat inuentarium & nolit hæres eſſe, præſcribet actioni hypo
thecariæ, quia per inuentarium cenſetur extraneus, & non
adiuiſſe. Non facto inuẽtario, non præſcribet; quia contra ſe
ipſum præſcriberet: Eſt enim dominus per aditionem, & te-
net locum defuncti: Et quemadmodum in rei vẽdicatione
poſſidens non agit, ita in hypothecaria, cum vtraque tendat
ad auocationem poſſeſſionis. l. ſi cum venditor. ff. de euictio
nibus. Cæterum ſi poſt mortem defuncti poſſeſſio auferetur
hæredi (quod & in ſuperiori ſpecie cadit vbi hæres rem ſuã
hypothecauerat) belliſſimè quæritur, an reuiuiſcat hypothe
caria. l. vlt. C. de remiſſ. pign. Hanc vtiq; defunctus, ſi viueret,
cum ſit in rem, ꝯ quemcumq; intentaret. l. pignoris. ff. & C.
de pignoribus. In hærede contrarium apparet, quia ſemel eſt
conſopita, & extincta l. eius ff. de iure fiſci. l. qui res. §. arcam.
413 ff. de ſolutionib. † Quartus & vltimus caſus eſt quando quis
ſuccedit debitori actionis in rem: qui caſus eſt vſitatiſſimus,
cum nemo ferè ſit, qui non poſſideat rem aliquam cuiuſpiam
obnoxiam iure dominii, vel hypothecæ Aut res eſt hæredis,
aut alterius. Primo caſu ſi vltra hæres præſcriberet rem ſuã,
cuius eſt dominus cum inuentario, uel ſine, niſi reuocabili-
ter eſſet ſua l. in bello. §. ſi quis ſeruum & ibi per Bar. ff. de ca
414 ptiuis. Nec ergo præſcribet hæres actioni † hypothecariæ,
quam habebat contra defunctum, quia contra ſe ageret. Al-
tero caſu, quando res eſt alterius, præſcribet quidem hæres
vtrique actioni vendicationis, & hypothecæ, quia & defun-
ctus præſcribebat Finge autem, defunctus malam fidem ha-
bebat: an hæc mala fides impediet vſucapionem hǣdis? quod
magis eſt etiam de iure ciuili, quia vitium male fidei tranſit
in hæredem. l. an uitium. l. cum hęres. ff. de diuer. & temp. prę
ſcrip. non tamen tranſit in ſingularẽ ſucceſſorem, vt ibi. qua-
propter cum inuentariũ ſecernat bona, & perſonas, & faciat
hæredem ſingularem ſucceſſorem, dici non inſubtiliter po-
415 reſt procedere vſucapionem. † Quod mihi non videtur, quia
inuentarium non tribuit lucrum vltra ius commune: ſed ſi
hæres vellet a ſe ipſo inchoare vſucapionem, non obſtaret
vitium defuncti, Dynus, quem cæteri ſequuntur in c. 2. de re
gul. iur. lib 6 quia mala fides conſiſtit in animo, & ſcientia
alienæ rei. l. ult. ff. pro ſuo. At animus, & ea quæ pendent ab
animo ſunt facti. l. bonæ fidei. ff. de acq. rerum dom Facta au-
tem non præſumuntur niſi probentur. l. in bello. §. factæ. ff. de
captiuis. Facit textus in l. qui in alterius. ff. de reg. iuris. ubi di
citur quod hæres iuſtam habet cauſam ignorantiæ circa ea,
416 quę geſſit defunctus † Quatenus diximus defunctum eſſe de
bitorem actionis hypothecariæ, hoc poteſt eſſe dupliciter,
vel quia ipſe hypothecauerit rem ſuam, vel quia alius hypo-
thecauerit, ipſe autem nunc poſſideat. Si ipſe rem ſuam hy-
pothecauit, durat creditori hypothecaria xl. annis. l. cum no
uiſſimi. hoc noſtro titulo. Tantundem erit in hęrede, niſi for
te faciat inuentarium, & tanquam non hæres, in compenſa-
tionem, aut in ſolutum ſui crediti accipiat hanc rem, tunc. n.
præſcribet citeriore tempore uel x. uel xx. annorum. d. l. cum
nouiſſimi l. 1. 2. ſi aduerſus creditorem. Fortè & ſtatim ſecu-
tus ſit, ſi citari fecerit creditorem coram iudice facto inuen
tario, ut in primordio huius effectus. §. vlt. Inſti. de vſucap. l.
bene a Zenone. C. de quadr. præſcr. Quid ſi defunctus obli-
gauerat rem ſuam pluribus ſeparatim? Poteſt proficere inuẽ
tarium hæredi in caſu l. ſi paterna. C. de repud uel abſtin. hæ
red. vt ſupra poſuimus p glоſſam ibi, Baldum, Fulg & Alex.
ſi autem res erat alterius, quam defuncti, vel hæredis, hæres
præſcribit iiſdem x. uel xx. annis, vel xxx. d. l. cum notiſſimi l.
1. § ad hæc. C. de annali excep Hactenus de his; nam hoc effe
ctu nihil profundius, nihil ſubtilius, aut copioſius Oporteret
ſcrutari ſingulas actiones in rem, ſingulares; quæ ſunt x. vni-
uerſales, quæ ſunt quatuor: pſonales quæ ſunt infinitæ iuxta
* gloſſam huius legis. Et præcipue deteneret * inſiſtere ſup a-
ctione familiæ erciſcundę, cum pertineat ad hęreditatem in
ter plures cohæredes partiendam. De actione perſonali ex te
ſtamento, ſatis multa ſupra diximus in effectu ad tres actio-
nes legatorum.

XCVII Prodeſt ad l. 2. C. de reſ. vend hanc legem libenter
inſero in memoriam collati in me honoris, & beneficentiæ.
417 conuenerant ſimul † Aprili præterito quatuor ſpectatiſſi-
mæ indolis, & virtutis adoleſcentes Illuſtris Dominus meus,
D. Franciſcus Grimoaldus Genu. D. Fabritius Palauicinius
Mediol. D. Auguſtinus Vicus Veron D. Camillus Baiardus
Parm Qui, vt ſtudiorum ſuorũ experimentum facerent atq;
animi pulcherrima ſimulacra eloquio patefacere aſſueſce-
rent, legem iſtam ex præſcripto Bartoli ſtatis diebus interpre
tandam ſumpſerunt. Vnus quippe eorum ſuum articulũ lu-
culenter diſcutiebat: cæteri tres contra argumentabanť non
contenti ſæpe vna replicatione. Ei cœtui atq; Academiæ an-
teceſſor ego præpoſitus ſum, vt ſi quæ interdum incideret p
plexitas, & obſcuritas, illam diſſoluerem. Verum fatebor. Sẽ
ſi me aliquoties non tam Doctorem quam diſcipulum fuiſ-
ſe, tãta in hiſce ingenioſiſſimis ſcholaribus uigebat ſenſuum
alacritas, doctrinarum aptitudo, conceptuumque ſublimi-
tas. Quod incitare merito debet iuris ſtudioſos ad promen-
dum in lucem, quæ inertes plerunq;, & oſcitanter in umbra-
tico lycocinio didicerunt. quamuis contrahentibus liceat iu
re ciuili ſe in pretio circũuenire, q̃a ſua induſtria, & occaſio
lucrandi nemini eſt interdicẽda l. item ſi pretio. § 1 ff. locati.
Tamen læſio enormis, ultra dimidiam iuſti pretij non tolera
tur. Diſtingue quadrupliciter. Aut quis ſuccedit uenditori læ
ſo, ſeu decepto. Aut venditori decipienti. Aut emptori dece
cepto. Aut emptori decipienti. Primus caſus eſt qñ aliqs ſuc
cedit venditori decepto, vt loquitur lex noſtra. quæ locum
habet ſiue fiat inuentariũ, ſiue non. Poteſt tamen diſtinguẽ-
do eſſe varietas Hæres facit inuentarium. Nõ eſt pecunia in
hǣditate, quam offerat emptori, quod eſt neceſſe, ut in textu.
quid fiet? ceſſabit lex noſtra quia emptor põt dicere, Redde
mihi

mihi meum pretium,& rem tuã tibi habeto.datur enim ele-
ctio emptori reddendi rem recepto pretio,vel pretium iuſtũ
ſupplendi;Quam electionem non amittit emptor propter in
uentarium:Quoniam inuentarium non prodeſt neque obeſt
418 vltra ius commune. Poſſumus tamẽ dicere quod hæres † per
§.etſi præfatam.vendet res hæreditarias ad pretium inuenien
dum quod offerat emptori,quantumuis creditores,& legata
rij renitantur. Quid ſi hæres cedat hoc ius retrahendi credi-
toribus hæreditariis,an emptor illos repellet?Non puto quia
textus iſte loquens de filio venditoris,non diſtinguit, vtrum
iſte filius ſit ſucceſſor vniuerſalis,vel particularis:& quia quæ
ſunt ceſſibilia,ſunt tranſmiſſibilia,& econtra.l.ex pluribus.ff.
de admi.tut. Modo ſic Hoc ius eſt tranſmiſſibile,vt in textu,
intelligendo textum quod filius ſit hæres patris, ergo erit &
ceſſibile.Qua ratione etiam in extraneum fiet hæc ceſſio. Ac
cedit quod ſecundum communem ſententiam Gloſ Barto.
Bal. Ang. Saly c & Pauli remedium huius legis competit per
viam actionis,non ex delicto,nec ex quaſi delicto, ergo hæc
actio tranſit,& deuoluitur ad quemcunque;Quia no minus
iura,& actiones poſſumus in quemcunque ad libitum tranſ-
ferre,quam res corporales cuiuſcunque generis. §. per tradi-
tionem.Inſt.de rerum diuiſ.Et hoc pariter locum ſibi vendi
cabit,ſi hæres non fecerit inuentarium, quoniam hæc actio,
veluti cæteræ,eſt in bonis,& auget hæreditatem: Nec poteſt
cauſari emptor,quod hæreditas ſit locuples,vel minor, dummo-
do ei pretium offeratur.l.ſoluendo.ff.de neg.geſt.Quid ſi hæ-
res fecerit inuentarium,& abſtineat ab hæreditate videns il-
lam inopem,an emptor tutus erit?Si quidem cedat hæres cre
ditoribus hæreditariis,ſupra diximus, illos non repellendos.
Sed & ſine ceſſione idẽ in eis puto;partim,quia hæc eſt actio
hæreditaria , partim quia emptor non debet locupletari cum
iactura alterius. Facilius repellet emptor hæredem abſtinen-
419 tem,dicens. Tua non intereſt.quia † non es neq; hæres neq;
creditor,neq; legatarius.Et nemo expetitur ſine actione,nec
actionem alterius poteſt intentare.l.ſi pupilli. §. videamus.ff.
de neg.geſt.l.ſi Stichum.§.vlt ff.de nouationibus.Sed an hæ-
res venditoris,cum inuentario,vel ſine,rem nondum traditã
cogetur tradere?Textus noſter non videtur cogere vendito-
rem læſum ad tradendum,loquitur enim in re tradita.Et me
rito,quia facilius datur exceptio , ſeu retentio quam actio l.
vnica.C.etiam ob chyrog.pec. Et melius eſt non ſoluere quã
ſolutum repetere.l.3 ff.de compenſ. Nec ergo hæres cogeẽ
tradere,maxime ſi emptor iuſtum pretium non ſoluat.l.Iulia
nus.§.offerri.ff de act emp.Quid ſi iuſtum pretiũ ſoluat em-
ptor,vel offerat?Quæſtio in eo conſiſtit,an ſimus in regula con
tractuum,& promiſſionum.Contractus ab initio ſunt volun
tatis,poſtea neceſſitatis.l.ſicut.C.de act.& oblig.Quæ regula,
& hic locum habebit,ſi non fraus emptoris arguatur.l.ſiquis
cum aliter.ff de ver.oblig.Secundus caſus eſt,quando aliquis
ſuccedit venditori decipienti Aut pretium eſt ſolutum per
emptorem læſum, aut non eſt ſolutum. Primo caſu ſi hære-
ditas ſit inops, & hæres faciat inuentarium, ſolius emptoris
erit damnum,quia hæres ad nihilum,tenetur de ſuo.§.etſi præ-
fatam. Sine inuentario proculdubio tenebitur, quia hæc eſt
obligatio,& actio ciuilis,ſeu pecuniaria.l.in honorarijs.ff.de
act. & oblig. Secundo caſu, quantumuis hæres faciat inuen-
tarium non exiget nec retinebit vltra iuſtum pretium,quia
ita vult ius commune in vẽditore defuncto, ergo idem ſit in
venditoris hærede.l.hæredem,de reg.iu.Tertius caſus eſt,quãdo
420 aliquis ſuccedit † emptori decepto. Iſte caſus videtur idem
cum proximo.Nam ſi venditor decipit,ergo emptor decipi-
tur,quaſi venditor ſit actio,emptor paſſio. Quia tamen alius
eſt hæres venditoris decipientis,alius eſt hæres emptoris de-
cepti,vnum ſeparauimus ab alio.Aut hæres fecit inuentariũ
aut non Si fecit,& mox repudiat,non habebit hoc remediũ,
tanquam protſus extraneus,& actione carens:Habebunt er-
go actionẽ creditores hæreditarij,& legatarij , vel ceſſam ab
hærede repudiante,vel iure proprio,vtpote ex defuncti i.i.em
ptoris decepti voluntate,cum & alias,repulſo,vel abſtinente
hærede ſuccedant creditores , & legatarij , auth.hoc amplius.
C.de fideic.iuncta.l.eam quam.Si non fecit inuentarium ha-
bebit hoc remedium:quantumuis hæreditas ſit locupletiſſi-
ma,& quantumuis multo pluris nunc res valeat quam prius
valeret,adeo quod inſpecto præſente tempore non eſſet læſio vl
tra dimidiam.Nam hoc non refert,ſed ſpectatur ſemper tem
pus venditionis.glo.hic per tex.in l.ſi voluntate,infra eodem.
Quartus,& vltimus caſus eſt,quando aliquis ſuccedit empto
ri decipienti,qui caſus videtur idem cum primo. Quia tamẽ
alius eſt hæres venditoris decepti,alius emptoris decipientis,
vnum caſum ab alio ſeparauimus.Aut hæres fecit inuẽtariũ,
aut non.Si fecit,& hæreditas eſt modica & non ſoluendo,nõ
421 ſupplebit iuſtum pretium † de ſuo Inuitus,ſiue repudiet ſiue
perſiſtat. Puto tamẽ quod cogetur rem reddere,cum & alias
in alternatiuis vno pereunte, ad aliud præciſe teneatur debi-
tor.l.Stichum,aut Pamphilum ff.de ſolut.Nec iuuabitur per
inuentariũ,quia Iuſtinianus hoc non cauit. In vno forte iuua
bitur quod rem aliquam hæreditariam vberiorem diſtrahere
poterit,vt inde pretium retrahat ad ſupplendum pro reten-
tione huius venditæ pretioſioris.Si non fecit inuẽtarium, te
nebitur nihilominus ſupplere,ſi mauult rem retinere. Multo
magis ſupplebit,ſi res nondum ſibi eſt tradita.De tribus quæ-
ritur.Quæ ſit læſio vltra dimidiam.An remedium reſciſſoriũ
huius legis locum habeat in alijs contractibus: Et, an in vlti-
mis voluntatibus. Quoad primum, gloſſa hic ita computat.
Res valet decem : venditur ſedecim,vel quatuor. Si ſedecim
venditur , emptor eſt deceptus vltra dimidiam non citra ſeu
intra dimidiam, neque vſque ad dimidiam. Eſſet intra dimi-
diã,ſi vendita eſſet 13.vel 14. Eſſet vſque ad dimidiam,ſi eſſet
vendita 15.Denique ſemper computa verum & iuſtum pre-
tium,quod erat tempore venditionis , & dimidiam eiuſdem
iuſti pretij adde vel deme pretio conuento; & aliter compo-
tantes,inquit Baldus,ſunt ſomniantes;de quo etiam per Glo.
Anch.Imo.Abbatem in c.cum cauſa.de emp.& vẽd.per om-
nes hic,& præcipue per Arium Pinellum, qui plura congerit
ex penetralibus Philoſophorum,& Mathematicorum. Quo
ad ſecundum omnes pariter hic, Petrus, Cyn. Barto Fratres
Vbaldi, Saly. Paulus,Pantaleon,Cagnolus,concordant , le-
gem noſtram locum habere in quibuslibet contractibus tã
bonæ fidei quam ſtricti iuris , licet in eis ſit exuberantior fa-
uor.Barto.in l.ſi quis cum aliter.ff.de verb.oblig. nec intereſt
quod in aliquibus eorũ nõ interueniat pretium prout in per
mutatione.l.j.ff.de rerum permut. Nam omnes res redigun-
tur ad pecuniæ æſtimationem , vt ſciamus quanti valeant.l.
propemodum. ff.de ver.ſig.l.2.C. de conſtit. pecunia. Quoad
422 tertium poteſt conſiderari læſio † reſpectu teſtatoris , & re-
ſpectu hæredis . Reſpectu teſtatoris. Si tempore teſtamenti
forte habebat centum,tempore mortis trecenta,mille,vel vl
tra. At non per hoc repellitur hæres ab agnatis teſtatoris di-
centibus,teſtator,& nos læſi ſumus:quoniam hæres ſuccedit
in vniuerſum ius,quod extat mortis tẽpore.l. nihil eſt aliud.
de verb.ſign.non inſpecto quod tempore teſtamenti bona
eſſent ampliora,vel exiguiora.l.hæreditare.§.j.ff. de caſt pec.
l.ſi vero.ff de milit.teſt l.ſi poſt miſſionem.ff.ad l.Falci. & quod
hæres ſit notus,vel ignotus.l.extraneum C de hæred. inſtitu.
modo ne ſit præteritus quiſpiam cui legitima neceſſario de-
beatur. §.primum.Auth.de hæred.& Falcid.Reſpectu hære-
dis ſi bona hæreditaria ſint,puta,quadringenta; redactis ſin-
gulis rebus ad pecuniæ æſtimationem. d. l. propemodum ff.
de verb.ſignif.æs alienum,& legata ſint ſeptingenta, mille,&
vltra : Non per hoc hæres quamuis vltra dimidiam quadrin
gentorum,& vltra duplum,triplum,quadruplũ lædatur, vte-
tur remedio huius legis Pantaleon limitatione 28 Cagnolus
nume.193. Canoniſtæ in d.c.cum cauſa.de empt & vend Quod
indubitanter verum eſt in creditoribus , quorum obligatio,
& a defuncto & ab hærede adeunte pendet,& plerunque tra
ctant de damno vitando : At legata non niſi ex aditione hæ-
redis vim ſumunt.l.hæreditariarum.ff de act & obli Qui hæ-
res probabiliter potuit ignorare.l.qui in alterius. de reg. iur.
Ea propter ignoſcatur hæredi quaſi in foro animæ res agatur
quo non præſtantur relicta vltra vires, vt prædiximus. Obſt.
præſumptio fraudis,& doli ex §.ſancimus.& §.ſi vero non fe-
cerit niſi quis dicat illam præſumptionem procedere in mo-
dicis,non vbi enormiter læditur hæres. Attamen Iuſtinianus
ibi loquitur indiſtincte.

XCVIII. Prodeſt ad l.vlt.C de naturalib liberis. Reſpectu
filij naturalis.Reſpectu nepotis.Reſpectu aliorum liberorum
naturalium.Multæ naturalium,ſeu Baſtardorum reperiũtur
in vtroq; iure diuiſiones & appellationes c. niſi cũ pridem §.
perſonæ.de renunt.c.per venerab Qui filij ſint leg.l.vulgo.ff.
de ſta.ho.Auth.quib.mod.nat.effic.ſui col 7.vt miro ordine,
& breuitate,& elegantia docet Card Palæotus ,de Nothis ,
ſpurijſq; filijs c.16.& duobus ſequentibus.Et ego nuperrime
423 in meo Conſtantino. Res autem fere eo tendit quod † Baſtardi
aut ſunt ex coitu non damnabili,aut ſunt ex coitu damnabi-
li.Prioris ſpeciei ſunt concubinarij, & Meretricarij.i.filij concu
binarum,& meretricũ:nam iure ciuili concubinatus , & me-
retricatus non punitur,ſed diſſimulanter,& cõniuentib. ocu
lis toleratur vt deteriora vitentur. l. quæ adulterium. C. ad l.
Iul.de adul.l.in concubinatu.ff.de concub.vbi gl. dicit iure fo
ri,non iure Poli:quia omnis coitus præter vxoriũ eſt fornica
tio,omni ſanctione diuina,& canonica improbatus.clem. Ad
noſtrũ,de hæreticis. Concubinarij peculiari vocabulo appel-
lant naturales.Meretricarij non habent peculiare vocabulũ,
crebrius tñ vulgo concepti vocitant vel ſpurij.d.l.vulgo.ff de ſta.
ho.§ ſi aduerſus.Inſt. de nup. Alterius ſpeciei ſũt adulterini,in
ceſtuoſi,nefarij,ſacrilegi,qui plerũq; veniũt ſub noĩe ſpuriorũ.

Bar. in l. vlt. ff. de his quib. vt indignis Naturales, nec non me-
retricati non prorſus arcentur à ſucceſſione patris multo mi
nus matris. l. ſi qua Illuſtris C. ad S.C. Orfic. l. ſi ſuſpecta. ff. de
inoff. teſtam. auth. licet. C. de natur. lib. Alij ex damnato coi-
tu omnino arcent a ſucceſſione pris, & matris. d. auth. licet.
quamuis de matre quidam dubitent, & adhuc ſit non leuis
424 altercatio, ut per Corneum, Seuerinum, & Cagnolum in d.
l. ſi qua illuſtris. Dixi patris, & matris; quoniam eis exceptis, q
libet alius, & frater, & ſoror, & auus poteſt eis relinquere cũ
ſint ingenui & ciues Romani, Inſti. de ingenuis. l. ſi is qui ex
bonis. & ibi Bartolus, vterq; Vbaldus, uterque Imola, & alij
ff. de vulg & pup Probatur ex ratione legis noſtræ; quia tan-
tum vitium paternum fuit refrænandum. Senſus eſt. Solum-
modo pater prohibetur relinquere filijs naturalib. quia ipſe
ſolus eſt in uitio, & in culpa. Alij cum non ſint in culpa neq;
in vitio, merito quiduis facere pñt cum naturalib. i. filijs con-
cubinarum. gloſſa tñ & alij cõiter idẽ dicunt filio ſpurio, &
damnabilis coitus, quicquid Ang. frater Baldi hac in re parũ
conſiderate dixerit, ut eum carpit uterque Imola, in l. Gal-
lus. §. quid ſi is. ff. de lib. & poſt. Et nota verbum (paternum)
textus noſtri, nam ex eo ſumitur argumentum quod mater
non prohibeatur relinquere filio, quaſi propter ſexus fragili
tatẽ, & impudentiã non ſit culpanda, ſi ſe proſtituerit huic &
illi. Primus reſpectus eſt filij naturalis. Huic pater poteſt relin
quere ſi vult Nõ tamen cogitur. Spurio nihil poteſt etiamſi
vult, & etiamſi ſit ex meretrice, cuius coitus iure ciuili eſt im
punitus: quod an verum ſit in meretrice, nunc non diſputo.
d. auth licet. auth ex cõplexu. C. de inceſtis nuptijs, gloſſa in l.
425 1. ff. de bo poſſ. contra tab. Mater non ſolum poteſt, ſed etiã
cogitur tam naturali quam vulgo concepto l. ſi ſuſpecta. ff.
de ioſt. teſt. niſi forte ſit cõceptus ex dãnabili coitu. gl. in d. l.
ſi qua illuſtris. C ad Orfic. §. vlt. Auth. quib. mod. natu. effic.
ſui, coll. 7. & ibi gl. Beluiſ. & Ang. §. nouiſſime. vbi late Angel.
Are. Inſt. de S.C. Orficiano. Huiuſcemodi. n. filijs damnabilis
coitus, nihil nec mater nec pater relinquere poteſt in teſta-
mento, quamuis inter viuos qñq; non prohibeatur, gl. in l. g
teſtamentum. ff. de proba. DD. in pręallegata l. ſi is qui ex bo
nis. vbi videndum. ff. de vulg. & pup. Fallit ſi bona no ſunt ſol
uendo, & ſunt exhauſta ære alieno. Ang. & Imola, in l. ſi quis
ſolidum. ff. de hæred. Inſt. Baldus in l. ex in quam. in fine C de
fideic. ubi tamen mutanter loquuntur. Secundo fallit, ſi fue-
rint legitimati reſcripto Principis, etiam poſt mortem patris
ſi maxime pater ita ſe uelle, aut cupere dixerit. Doctores affa
tim in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthu. & die-
bus pręteritis clariſſimorum Mantuę Deciani, Cephali, & Fa
biani conſultationi, & colloquio de hac re interfui. Vnũ aũt
hic nõ abs re impingere uolo, ꝙ trib abhinc menſib. mihi in
426 mẽtẽ † venit & ſcribendum dictaui in Tractatu de lrĩma: an
mater poſſit legitimare filiũ ſpuriũ, prout põt pater; Et an fi-
lius p patrẽ legitimatus, fiat ęque ſucceſſibilis matri, ac patri.
loquor de legitimatione ſpuriorũ ex damnabili coitu ꝓgeni
torũ: nã per ſubſequẽs matrimonium in alijs quis dubitaret.
c. tãta. c. per uenerabilem. qui filij ſint leg. Video ꝙ mater nõ
poteſt adoptare, niſi in ſolatium liberorum in acie amiſſo-
rum, & eo caſu dubitatur an inuicem deferatur ſucceſſio. §.
427 fęminæ. & ibi per gl. inſt. de adopt. l. pen. C. de adop Roſellus
niſi mauis appellare Roycellus In tractatu de ſucceſſ. ab in-
teſt. nu. 83. video ꝙ iura agnationis nõ ſunt inter matrem &
filium, & ob id olim lege 12. tab. inuicẽ non ſuccedebãt, Inſti.
de S.C. Tertull quæ iura agnationis tribuuntur per legitima
tionẽ, & adoptionẽ; utraq;. n. tam adoptio, quã legitimatio
eſt actus iuris ciuilis, ꝓut eſt agnatio ipſa. d. l pen. C. de adop.
gl. Inſt. eodẽ, in prin l. 2 3 ff. de natalib. reſt. l. tutelas. ff. de cap.
dem. Tertio fallit de iure canonico ſaltẽ in alimẽtis. c. cũ hẽ-
rer. de eo q duxit in mrĩmoniũ. attẽde humanitatẽ, & clemẽ
tiã iuris Canonici. Ius ciuile permittit fornicationẽ, nec co-
git patrẽ omniũ libidinũ luxu, & ꝓbro cõtaminatum, imo ꝓ-
428 hibet filios alere. ius Canonicũ uetat † oẽm libidinẽ, & tñ fi-
lios fornicarios, & inceſtuoſos vult ali a patre. Simile in infa
mia. Quicunq; in peccato mortali eſt, de iure Canonico infa
mis eſt c. omnes. c. infames. 6. q. 1. de iure ciuili adulter, parri
cida, fur non eſt infamis, niſi fuerit damnatus. l. 1. ff. de his qui
no. infa. gl. in l. palam § pen. ff. de ritu nup. Attamen ius Ca-
nonicum facillime remittit, abolet, condonat infamiam, di-
cto. c. & q. c. illi qui. Ius ciuile nunquam aut raro remittit in-
famiã. l. non põt. ff. de furtis. l. imperialis. C. de nuptijs. Porro
hæc humanitas iuris canonici alendi filios, locum habet etiã
in foro Cæſaris, ut per Capye. deciſ. 164. Alciatũ in Rubr. de
uer. ob. nu. 16. quicquid dixerit Aretinus conſi. 48. Oliuerius
Textor de ſucc. ab inteſt. nu. 44. Quo ſit attenta maxime hac
fallẽtia, ꝙ ualebit inſtitutio ſpurij facta per patrem, ſi ſpurius
429 faciat inuentarium, & liqueat bona non excedere modum
alimentorum: veluti per contrarium non valet ęt relictũ ſin-
gulare, qđ alimẽta excederet, Bal. Ange. & Corn. in l. eã q̃ C.
de ſidei Curtius Iun. conſ. 37. nota inſup circa ſpuriũ vnu ex
Floriano in l. his conſequenter. ff. fam. erc. per gl. ibi, an agna-
tus teſtatoris poſſit repellere filiũ ſpuriũ inſtitutũ: quod Ri-
cardus Malumbra Cremonenſis negabat, quia non agnati,
ſed Fiſci intereſt. Secundus reſpectus eſt nepotis: de quo lo-
quitur hæc lex in hunc modũ. Licet filius naturalis nõ poſ-
ſit inſtitui a patre, tamen poteſt nepos naturalis: quoniam in
filio eſt quod imputetur patri, in nepote, & auo nulla eſt im-
430 putatio, cum neuter deliquerit. † Ob quam rationem gloſſa
ibi ampliat in nepote ex filio ſpurio: quam opinionẽ conſtan
ter tenet Bar. in l. Gallus § quid ſi is. ff. de lib. & poſth. per ſex
fundamenta ꝯ Rofredum, & Speculatorẽ. Et dicit uterque
* Imola, Paulus, Iaſon poſt Comenſem ibi, ꝙ hæc eſt cõis opi
nio. Angelus tñ tenet ſnĩam Rofr. & Spec. poſt Ray. & Baldũ
in § quidam recte. eiuſdem. l. maxime, quando iſte nepos eſ-
ſet in poteſtate patris ſui quantumuis ſpurij: ob id, quia ſpu-
rius contrahit matrimonium, & filiũ habet in poteſtate tan-
quam ciuis Romanus. l. quæritur. ff. de bonis libertorum. ſi
431 habet † filiũ. i. nepotẽ inſtitutum ab auo in poteſtate, ergo ſi
bi acquirit hæreditas. l. placet. ff. de acq hæred. ergo nõ valet
inſtitutio, cũ prohibito vno, cætera omnia tendentia ad idẽ
cenſeantur prohibita. l. oratio. ff. de ſponſalib. Veruntñ huic
argumento reſpondetur, ꝙ nihil filio. i. patri nepotis acquiri
tur quia datum per auum nepoti, eſt aduentitium. gl. Bar. &
alij in l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acq. hære. nec patri ſpu
rio acquiritur, etiam quo ad vſumfructum ex doctrina Bar-
toli in l. ſi filio. ff. de mortis cauſa don. Quæ oppoſitio in caſu
legis noſtræ non procedit, quando nepos eſt naturalis, quia
ſolum inſtę nuptię pariũt patriã poteſtatem, Inſt. de nuptijs.
in prin. vnde per filium naturalem nõ magis acquiritur patri
quam per emancipatũ. l. cum oportet. C. de bonis quæ lib. di
xit tamen Baldus in l ſi quis inceſti. C. de inceſtis nup. & no-
tabile reputat Alex. in d § quid ſi is, ꝙ nepos ex filio inceſtuo
ſo non poteſt ab auo inſtitui; ex quo aliud infertur quod Cle
ricus, uel Monachus nõ poterit inſtituere nepotem ex filio
poſt religionem ſuſcepto, contra Angelum in l. & qui vxo-
432 rem ff. de adop. vbi Ang. tenet ꝙ Clericus ſeu præsbiter † po
teſt adoptare: Verum hanc ſententiam Angeli quæ prius vi-
detur fuiſſe Gulielmi de Cug & quam Alex. refert in d. § qd
ſi is. reprobat quædam additio ibi ad Alexandrum. Et fallen-
tiam Baldi de nepote ex filio inceſtuoſo periculoſam cenſet
Iaſon: ſed in omnibus his caſibus ubi propter odium filij ex
inceſtu, vel Monachatu nati, vitiaretur inſtitutio nepotis; ne
per nepotẽ patri inceſtuoſo, aut ſacrilego quidpiam quærat,
cautela inuentarij non parum prodeſſet, ſiue teſtator illã præ
ciperet, ſiue nepos incontinenti authoritate iudicis inuenta
rium conficeret, cum inſertione rerũ ſingularum, ut ſtatim li
quere poſſit quid, & quantum poſtea ad talem patrẽ perue-
niret. Non tamen hoc omnino aſſero, cum inuentarium nõ
trahat vltra ſancita per Iuſtinianũ. Tertius reſpectus eſt alio
rum liberorũ ultra nepotem Quod eo pertinet, vt ſi teſtator
voluerit de tpe in tempus ſuccedere tantũmodo legitimos,
& naturales, & de legitimo matrimonio procreatos, cuiuſ-
433 modi † clauſula plerunque hodie infertur in teſtamentis, iu
beat & pręcipiat fieri inuentarium, uel etiam faciat inuenta-
rium. Socynus conſi. 51. lib. 3. quæ iuſſio valet etiam in filio
in poteſtate, quia, ut prædiximus in 41 effectu, ſuus hæres po
teſt inſtitui ſub qualibet ꝯditione poteſtatiua, qualis eſt hæc
faciẽdi inuentarij. Rurſuſque, repetita vice, poterit teſtator
iubere, ut vltra filium primum hæredem, ſequentes ſuo ordi
ne remoueant inuentarium. l. peto. § fratre. de leg 2. hoc enĩ
ſi non ad aliud, ſaltem proderit ad hoc, quod baſtardi nõ oc-
cupabunt hæc bona compræhenſa in inuentarijs, ſed ea tan
tum, quæ ſunt extra cauſam fideicommiſſi quæſita per hære
dem, cui ipſi ſuccedunt. Forte nec ſuccedunt baſtardi in legi
tima, & Trebellianica, ſi teſtatoris iuſſu approbato p filium,
fructuum fiat compenſatio ſeu contributio l. quod de bon.
§. quod auus. ff. ad l. Falcid. l. mulier. §. cum proponeretur. ff.
ad Trebell. vel ſi uelint ad legitimam, & Trebellianicam ad-
mitti baſtardi, & per hoc arripere medietatem omnium bo
norum ſumentur in manus inuentaria, ex quorum inſpectio
ne, & collatione depræhendet, quod hæc res, uel illa fuit alie
nata, & proinde eſt imputanda in legitimã, & Treb. l. Marcel
434 lus. §. res quæ. ff. ad Treb. dicet aliquis. Quõ Baſtardus † ſucce
dit in lrĩma, & Trebellianica, cũ nunq̃ patri inuito ſuccedat,
& legitima ei tñ debeatur, qui põt cuipiã inuito ſuccedere,
gl. & Bar. in l. 1. ff. de contra tabulas? Reſpondetur, Fateor. Sed
finge. Filium habeo, quem inſtituo. Secũdum communem
* opinionem detrahit legitimam, & Trebellianicam, eamq;
vel eas, tranſmittit ad nepotem, ad pronepotem, & infra per
regulam quam extrahit Bald. ex. l. agrum. C. quando dies le-
ga. cedit. Et in bonis uon aſſectis, id eſt liberis, conſidera-

tur

tur vltimus moriens non primus teſtator, Baldus in auth. ex
teſtamento. C. de ſec. nupt. Modo, nepos meus, vel pronepos
habet filium naturalem, ſeu ſpuriũ: cui poteſt relinquere, uel
quem legitimari facit. Certè niſi eſſet meum fideicõmiſſum
& mea prohibitio, iſte ſpurius haberet legitimam, & Trebel-
lianicã meorum bonorum, ad ſe transmiſſam. l. quanquam.
C. ad l. Fal. Aſtl. deciſ. 367. At manente mea prohibitione, &
inuentario; quod res meas ſecernit, & alias indicat eſſe ſub-
tractas, uel alienatas, amplius non habebit: quia ſemel non
435 bis † legitima & Trebellianica eſt detrahenda, Cephalus cõ
ſi. 189. contra, inuentarium in terminis huius legis prodeſſe
poteſt pronepoti, abnepoti, trinepoti, uel alij deſcendenti,
aut etiam tranſuerſali baſtardo ipſius teſtatoris. Primum præ
cedit illa quæſtio, an quis inſtituere hæ̃des poſſit liberos na-
ſcituros poſt triginta, quinquaginta, centum annos uel ul-
tra. Et conſtat nõ poſſe iure directo, per regulam. Vltima vo
luntas non ſtat in ſuſpenſo l. vlt. ff. cõmunia prædiorum. cui
regulæ ſimilis eſt regula Catoniana. Legatũ, ſeu Inſtitutio,
quæ ab initio non valuit, tractu temporis non conualeſcit. l.
1. ff. de reg. Catoniana. l. quæ ab initio. ff. de reg. iuris. ex quib.
regulis deſumit̃ ratio ad l. Gallus. ff de lib. & poſth. cur nepos
poſthumus ex filio adhuc uiuo, non poſſet hæres inſtitui: qa
ſcilicet ſi ſtatim mortuus fuiſſet auus condito teſtamento,
436 † poſthumus iſte utpote a patre prætetẽtus, & præoccupatus,
non potuiſſet ſuccedere, quia duo inſolidum eiuſdem hære-
ditatis domini & ſucceſſores eſſe non poſſ. in t. l. quod con-
tra §. uni. ff de reg. iuris. & quia arctiore uinculo coniunctus
eſt filius quam nepos, pluſquam. n. certum eſt, maxime de iu
re ciuili, cum nõdum prętor beneficium abſtinendi induxiſ-
ſet in ſuis hæredibus, quod filius cogebatur hæres eſſe exclu-
ſo quolibet alio deſcendente. l. neceſſarius. ff. de acq. hæredi.
§. ſui autem. Inſt. de hæredum qual. & diff. Et ita alias dixi cir-
ca l. Gallus. & indies magis applaudit hæc ratio; per quã plu-
rimæ ambages tolluntur. Ad quod facit textus in l. non faci-
le. ff. de gradib. quatenus ibi dicitur, ꝙ cognatorum intra vl-
tra ſeptimum gradum natura conſiſtere non patitur. Senſus
437 eſt, quicquid alij ibi, veluti in l. Gallus. dixerint, & intellexe-
rint, ꝙ cum quis non poſſit tamdiu uiuere, & protrahere ſe-
nectã, ut videat deſcendentẽ a ſe vltra textum vel ſeptimum
gradũ, id eſt filium vel nepotem trinepotis, merito nec talis
deſcendens iure cognationis ſuccedit: quia natura non pati-
tur vt quis viuat per tot annos. Ergo ſi tãquam, &c. reuolante
ad, &c. hoĩes viuerẽt nongentos, ſeptingẽtos, quadringẽtos,
uel ſaltẽ trecẽtos, aut ducentos annos, put erat a primordio
mundi, poſſet quis inſtituere ſuum deſcendentem non tñ ſe
primi, ſed ẽt quinquageſimi, uel centeſimi gradus, & ualeret
inſtitutio, nec non ſucceſſio ab inteſtato iure directo, dum-
modo uiuo eo, de cuius bonis agitur, ſucceſſor eſſet genitus
vel ſaltem cõceptus. l. Titius. cum duab. ſequentib. ff. de ſuis,
& leg. l. 1. § ſi quis proximior. ff. vnde cog. Quamuis autẽ non
dum natus neq; conceptus non poſſit directe ſuccedere ab
inteſtato, neq; ex teſtõ, niſi in vno tñ caſu pupillaris ſubſti-
tutionis l. ſubſtituti. ff. de vulg. & pup. q̃uis ille textus videat̃
intelligendus de ſubſtituto ſaltem concepto in uita pupil-
li, tñ iure obliquo, ſeu p fideicõmiſſum ſuccedit̃ in infinitũ,
quia hæ̃s accipit̃ per multas ſucceſſiones. l. qui per ſucceſſio-
438 nem, cũ concordant b. ff. de reg. iuris. Hinc videmus ꝙ † fi-
deicõmiſſa durant centũ, ducentos, & plures annos, quia per
fideicõmiſſum ſuccedit̃ primo teſtõri non ultimo morienti,
q̃uis per manus ultimi morientis accipiat̃ l. cohæ̃di. § cum ſi
li. æ. ff. de vulg. & pup. præterquam in quibuſdã caſib. ueluti in
feudo, Socinus in l. ſi cognatis. ff. de reb. dubijs. & multos cõ
gerit ad ſatietatem Tiraq. de vtroq; Retr. parte prima. §. 11.
gloſſa. 1. Quapropter baſtardus cuiuſcunq; gradus, deſcẽdẽs
439 a teſtatore † poterit vocari ad fideicõmiſſum, q̃uis nõ poſſet
ſuccedere ultimo moriẽti, id eſt patri ſuo: ſed neceſſe erit ba-
ſtardo pbare quod bona fuerint teſtatoris ſubſtituentis, alio
quin præſumentur eſſe patris ultimo morientis. Quæ proba-
tio cõmodiſſime habebit̃ per inuentariũ, ꝙ forte teſtator fie
ri iuſſerit cũ deſcriptione locorũ, & confinium. Quid erit in
legitima & Trebellianica, q̃ vltimo moriẽs. i. pater baſtardi
uult, vel non uult ei relinquere? Vtroq; enim modo, & quan
do vult pater, & qñ non vult, cadit quæſtio: exemplum quã-
do pater uult, eſt, ſi filium ſpurium nuncupatim inſtitueret.
Exemplum quando non uult eſt, ſi alium inſtitueret hęre-
dem, filio baſtardo præterito, uel exhæredato, quamuis ine-
pta videatur exhæredatio. l. quidam cum filium. ff. de uer. ob
lig. Sane vero cum pater non poſſit onus, aut legem impone
re legitimæ, Trebellianicæq;, baſtardus neutram harum ha-
bebit etiã ex expreſſa hæredis qui ei pater eſt voluntate, put
nec alias res ſuas pater poſſet in ſpurium conferre. gl. in § ult.
auth. quib. modis nat. eff. ſui. coll. 7. & ibi Beluiſius, & Ang.
Bar. ut & alij quã plures in l. ſi is q. ex bonis. ff. de vulg. & pup.

nec refert vtrum iſte pater baſtardi ſit primus hæres, vel ſecũ
dus, vel tertius, vel etiam cẽteſimus teſtatoris, quia cum ſe-
mel hæ duæ quartæ libere remanſerint, perpetuo tales remã-
ſerunt, & ad quemlibet ſucceſſorem libere, & ſine onere per
uenerunt per regulam. l. agrum. C. quando dies leg. cedit, ꝙ
libere capitur, reſtitutioni non ſubiacet, ſeu non venit in fi-
deicommiſſum. Hæc credo nullibi reperies, tam circa baſtar
dum quam circa rationem ad l. Gallus. & ad l. non facile.
XCIX. Prodeſt ad l. edicto. quæ eſt lex vlt. C. de edicto diui
Had. tollendo: qua cauetur quod ſi hæres ſcriptus oſtẽdat iu
dici teſtamentum non abolitum neque cancellatum, confe-
ſtim mittatur in poſſeſſionem earum rerum, quæ teſtatoris
mortis tẽpore fuerunt, dummodo ab alio legitime non poſ-
ſideantur. Duo ſunt videnda. Primo quæ res ſint iſtæ, in qua
rum poſſeſſionem hæres ſit mittendus. Deinde quis ſit iſte
legitimus detentor ſeu contradictor. Quo ad primum gloſ-
440 ſa ponit duas opiniones: vnam † Aldrici quod textus intel-
ligatur de illis, quas defunctus poſſidebat mortis tẽpore iu-
re dominij, uel ſaltem tãquam dominus. Quod in dubio eſt
præſumendum, vt ſcilicet poſſidens cenſeatur dominus, niſi
contrarium probetur, l. 2. C. de probat. Alteram quod textus
intelligatur plenius non tantum de rebus quę erant in domi
nio defuncti vere, vel præſumptiue, ſed etiam quarum defun
ctus habebat ſimplicem detẽtationem, quales ſunt res depo
ſitæ, commodatæ, locatæ, quia & hæ veniunt in petitione hę
reditatis. l. & non tantum. ff. de petit. hæred. ubi Baldus exten
du ad inuentariũ hæredis. Nec obſtat textus in l. is cui. § bo-
norum ff. ut in poſſ. leg. quia miſſio obeſſe poſſet vero domi
no, arg. l. iuſte, ff. de acq. poſſ. & hæc ſententia contra Aldricũ
* eſt * communis, ut hic per Bar. Alber. Fab. Saly. Pau. Alex. Ia
cobinum a S. Georgio. Ruinus conſi. 54. 107. lib. 4. Ceterum
Tiraq. le mort. Saiſit 4. decl. 3. Par. poſt Baldum in l. 1. C. ſi de
momentanea poſſ. inclinat in ſententiam Aldrici, quoquo-
modo dominus ſit in poſſeſſione etiam poſt mortem defun
cti. Quid ſi quis ſit dominus iure ficto ſeu ſpeciali non com-
muni, puta defunctus ſe conſtituerat poſſidere? Vide Curtiũ
Iuniorem conſi. 110. & eundem Tiraq. 5. decl. 3. Partis. & di-
441 ſpice diligenter, an † hæres inuentarium poſſit euitare opi-
nionem Aldrici, Baldi, & Tiraquelli, ſi maxime coram iudi-
ce peteret res omnes poſſeſſas per defunctum, vt in inuenta
rio reponantur. Ex ſententia porro Aldrici non mitteretur
in poſſeſſionem harum rerum, quas citra prærogatiuam do
minij ueri, vel præſumpti defunctus nõ poſſidebat: & ſic vnũ
notabile infert quod commodator, depoſitor, locator, fini-
to tempore commodati, vel conductionis morte defuncti,
poſſet propria authoritate rem ſuam vacantem inuadere, gl.
in l. vlt. C. vnde ui. Quod non opinor, quia nemo ſibi ipſius di
cere debet etiamſi millies dominium habeat. l. 1. ff. quorum
legatorum l. extat. ff. de eo quod metus cauſa. Niſi in inſtru-
mento locationis, & commodati, colonus, & commodata-
rius ſe conſtituiſſent poſſidere nomine concedentis. l. quod
meo. ff. de acq. poſſ. maxime hæreditate iacente & hærede re
tardãte aditionem. gl. Bar. & Ripa, in l. 1. §. rediguntur. ff. quo-
rum legatorum, vt ſupra per Curtium & Tiraq. Quod maxi-
me inquiritur in rei hypothecariæ apprehenſione. Gabr. con
ſi. 34. poſt Alex. in l. 1. C. de rep. hæredit. per gl. in l. vlt. C. vnde
vi. Sed an hoc erit intra tempus inuentarij? Si eſt adita, con-
ſtat quod tempus inuentarij non impedit dominum agentẽ
rei vendicatione, vt omnes dicũt in §. donec. Si nõ eſt adita,
non poteſt etiam conqueri hæres, quia inuentarium non p-
deſt vltra ius commune. Hæc vera ſi dominus occupans, vel
vendicans probet incõtinenti dominiũ ſuũ inſtrumẽto, vel
teſtib. l. 2. quæ ſtatim præcedit hanc rñam. Quo ad ſcḋm de cõ-
tradictore in quo conſiſtat neruus, & utilitas huius le-
442 gis, † tres ſunt opiniones. Prima eiuſdem Aldrici, quam ſeq-
tur Buttigarius, dicens ita tenere aduocatos Bononienſes ꝙ
ille duntaxat ſit legitimus cõtradictor: qui ſimilem titulum
habet, puta, exhibet aliud teſtamentum ſolenne cõtra teſta-
mentum hæredis. Altera eſt opinio Azonis quod ille ſit legi
timus contradictor, qui ſaltem titulum habuerit viuo defun
cto, licet poſſeſſionẽ nactus ſit tãtum poſt mortẽ defuncti.
Tertia eſt opinio Petri, Cyni, Corneci, ꝙ lĩmus contradictor
ſit etiam ille, qui poſt mortem defuncti habet vtrunque. i. ti-
tulũ, & poſſeſſionem, vt ſaltem interim ſuſpendatur miſſio,
Decius, Curtius, Zuccardus. valde ĩter ſe diſcrepãt hæ opinio
nes. Aldricus, & Butrigarius volunt ꝙ nũquam impediatur
miſſio, dũmodo hæ̃s probet defunctũ poſſediſſe mortis tem
pore ẽt ſi contradictor habuiſſet titulum a defuncto. Finge,
vendidi Sempronio fundum, nondum tñ tradidi. Me mor-
tuo, Sẽpronius nanciſcit̃ poſſeſſionẽ, vel occupare vult. Cer
te non impediet hæ̃dem, quo minus mittat̃ in poſſeſſionem
huius fundi. l. ſi ex ſtipulatione. ff. de ver. ob. & poſtea Sempro
nius petet. l. creditores. ff. ad l. Iuliam de vi priuata. Nam hæ̃s

intrat locum defuncti, veluti ergo emptor a me peteret ſi vi
netem, nec me ſpoliaret. l.ſi pater. C. de act. emp. ita nec de-
bet ſpoliare hæredem meum. Azo & cum eo magis cõmu-
niter cæteri tenent, quod legitimus contradictor non tan-
tum ille ſit, qui à defuncto habuit titulum, ſed etiam a quo-
cunq; alio in uita defuncti. Petrus, Cynus, Corneus, Decius,
& recentiores hoc amplius uolũt, quod etiam ſufficiat poſt
443 mortem † haberetit. & poſſeſſionem ſaltem ad impedien-
dum repentinam hæredis miſſionem: & ita etiam hoc men
ſe Auguſto conſuluit Collegium Patauinum, Relatoribus,
Clariſſimis Dominis, Mantua, Deciano, Çephalo, & Fabia-
no conſilij exaratore; in qua conſultatione ego interueni, &
& re ipſa depræhendi, quod virtus in applicatione conſiſtit,
non autem in congerie argumentorum, & authoritatũ. Sin-
gulas opiniones ad inuentarium cõformemus Aldricus vult
quod cõtradictor non impediat miſſionem, ſeu poſſeſſionis
ingreſſum, etiam ſi à defuncto titulum habuiſſet: dummodo
hæres probet illud quod eſt fundamentum ſuę intentionis. i.
defunctum mortis tempore poſſediſſe. Alioquin præſumere
tur pro contradictore poſſidente; quia in pari cauſa melior
eſt conditio poſſidentis. l. vti frui ff. ſi vſufru. pet. & in dubio
præſumitur pro poſſeſſore. l. 2 C. de probat Hęc Aldrici opi-
nio communiter reprobatur tanquam nimis ampla; & fauo
rabilis hæredibus; damnoſa autem poſſeſſoribus ſoleret, &
vti decet, rei ſuæ inuigilantibus. Tamen illam ſuſtinerem, ſi
444 hæres † confeſtim mortuo teſtatore citari faceret ad confe-
ctionem inuentarij hunc contradictorem authoritate iudi-
cis ex traditis per gloſſam, Bartolum, & alios in l. chyrogra-
phis & in l. tutor qui repertorium. ff. de adminiſtr. tutorum. l.
1. §. cum dicitur. ff. ſi cui pluſquam. Caue tamen; nam ſi con-
tradictor iſte compareat, non alias cogetur rem dimittere
quàm ſi hæres potiora iura oſtenderit, quia qui viam iudicis,
& magiſtratus implorat, renuntiat iuri proprio quod prius
habebat. gl. Petrus, Cy. But. Bar. Baldus in l. creditores. C. de
pignoribus. Prodest igitur inuentarium tantum ſi contradi
ctor citatus contumaciter non compareat. Quid ſi contradi
ctor nanciſcatur poſſeſſionem, iacente hæreditate? Quid ſi
non a ſe ipſo, ſed ab alio bona fide accepit poſſeſſionem? Ac
curſius referens opinionem Aldrici non diſtinguit hæc indi-
uidua Forte nec Aldricus uerbis diſtinxit, licet animo diſtin-
guebat, & verbis ẽt diſtinxiſſet ſi fuiſſet interrogatus. Hoc dĩ
eo quia ſæpenumero referũtur opiniones huius, & illius, &
pro falſis redarguuntur, quæ ſanè nõ eſſent falſæ ſi authores
illas diſtinxiſſent; vel ſi nos nomine eorum vellemus, aut ſci-
remus eas diſtinguere, atque in ſuis locis, & baſibus colloca-
re: Vt enim ingenuè fatear, hæc opinio Aldrici recte intelle-
445 cta, maximam ſapit æquitatem; Et, ſi eam ſeruaremus nõ eſ-
ſent tot litigia, neq; tot cauillamenta, & ſubterfugia: ſed tran
ſeat cum alijs erroribus imperfectionis, & malignitatis hu-
manæ. Non tamen unum poſſum reticere, quod cum ſemel
lex vna ab interna ſua vi, genuinoque nitore, & puritate tran-
ſducitur, & ut ita dicam, transfiguratur ambagioſa aliqua in
terpretatione, fucatoque cõceptu, nihil boni ſperari poteſt;
nõ eo ſecius ac ſi arbor ex agro, in quo mirifice alitur, & coa-
leſcit, in alium agrum diſſimilis nutrimẽti, & naturæ tranſpo
neretur: nam irriga, ablaquea, & omnem curam adhibe, ſem
per erit inſelix, torpida, & infrugifera. In hac quoque noſtra
lege ſunt tot commentarij, ponderationes, illationes, decla-
rationes, ut etiã Thalmut Hebræorum, uel Alcoranus Tur-
carum intelligi poſſet, & tamen in tenebris ambulamus, opi
nionumque conflictu, & diſcrepantia confundimur, dilaſſa-
mur, hallucinamur. Opinio Azonis quoque recte intellecta,
minime diſplicebit qd enim ſi defunctus ſe conſtituiſſet ſim
pliciter, uel precario poſſidere pro contradictore? Quid ſi a
domino in uita defuncti comparauiſſet, & poſſeſſio a defun-
cto, poſt mortem ipſius, ad ſe migraret, uel remearet? Nemo
dixerit non eſſe hunc legitimum cõtradictorem ex Curtio,
& Tiraq. vt ſupra, niſi hęres uteretur contra eum cautela pręę
dicta inuentarij. Tertia opinio eſt periculoſior & nix dabit
anſam contradictori ſuſpendendi, uel impediendi miſſionẽ:
446 niſi ab hærede contradictor titulũ uel a uero dño, cũ † hr̃s,
& defunctus nõ eſſet dñs, titulũ & poſſeſſionẽ acquiſiuiſſet;
Et hoc poſſet incontinenti probare: Hoc enim perpetuo vi-
detur uerum, ut hæres excludatur a miſſione, ſi poſſeſſor po-
teſt re, uerbiſq; dicere, hodie conſtat, hodie agamus. l. 2. ſup.
eod. l. 3. ff. ut in poſſ. leg. l. ſi quis conductionis. C. locati. l. ille
a quo. §. ſi de teſtamento. cum multis congeſtis ibi ab Alex.
ff. ad Trebel. exemplum poni poteſt in feudo, ſi poſt mortem
vnius vaſalli inſtituentis extraneũ, vaſallus alter accepta poſ-
ſeſſione inueſtiretur a domino. Conſidera autem in vniuer-
ſum quod multum refert bona, uel mala fides contradicto-
ris ſe intrudentis in poſſeſſionẽ poſt mortem defuncti; an de
functus bona, uel mala fide poſſideret; Quod pertinet ad pu
blicianam, ut ſciamus quæ publicana, defuncti, uel contradi
ctoris ſit potior. l. ſiue aũt. ff. de public. An cõtradictor occu-
pauerit hæreditate iacente, vel adita. l. 1. §. Scæuola. ff. ſi quis
teſtam. liber eſſe iuſſ. fuerit. Et in omni caſu expediet hr̃di ſi-
ne mora facere inuẽtarium, & adire hr̃ditatem. Arripet. n. fa-
cultatẽ contradictori occupandi rẽ aliquam: & ſe ipſum con
447 ſtituet hr̃s bona fide, cum non poſſit facile cauſari contradi-
ctor, ꝙ res interuertantur, & mora fiat ſolutioni. An in teſtõ
ſit præteritus, uel iniuſte exhæredatus filius filiaue, uel frater,
vel pater materue, adeo ꝙ ſaltem reſpectu ſuæ legitimæ quis
ſit legitimus contradictor, de quo in auth. ex cã. C. de lib. præte-
ritis. Vbi quoq; Ioãnes Igneus ponit de filio illegitimo inſti-
tuto, an impediat mitti ob id quia ſit incapax, & inſucceſſibi
lis. Quorſum ſpectat opinio illa Malumbræ in l. his conſequẽ
ter. ff. fam. erc. per Florianum, an agnatus teſtõris poſſit repel
lere filium ſpurium inſtitutum hr̃dem; cũi ſpurio inſtituto a
patre non parum opitulabit̃ inuẽtarium publice bona fide,
celeriter factum: non tm̃ vt doceat hr̃ditatem eſſe modicam
cuius capax eſſe debet & poteſt tanq̃ alimentarius, quam vt
per occaſionẽ inuentarij conſequatur miſſionẽ, & ſingularũ
rerum appræhenſionem: an hæc lex habeat locum in teſtõ ꝙ
non ſit in ſcriptis, militari, inter liberos, ad pias cauſas, cõſue
tudinario, Pontificio, vel in legitimo hærede, in fideicõmiſ-
ſario, in legatario, donatarioque omnium bonorũ: Quæ om
nia vel ſaltem pleraque, & non pauca alia ponuntur hic per
Petr. Cy. Butrig. Bar. Alb. Fab Fratres Vbaldos, Saly. Paulum,
Alex. Corneum, Iacobinum, Iaſonem, Curtium, Zuccardũ,
Sapiam, & per Menoch. de adipiſ poſſ. Reme. 4.

C Et vltimo, quod fœlix, fauſtumq; ſit, hoc die ſacroſancto
Natiuitatis Beatiſſimæ, & Glorioſiſſimæ Virginis Mariæ:
Prodeſt inuentarium ad l. dudum. C. de contrah. emp. Cum
Imperator ſit dominus totius terrarum Orbis. l. deprecatio.
ff. ad l Rhodiam de iactu. Et omnium legum Iuſtitiæque mu
nificus largitor, & diſpenſator l. bonafides. ff. depoſi. Sequit̃
quod vnuſquiſq; vbiq; locorum, & quomodolibet poteſt lu
crari, & acquirere per contractum, ut hac lege noſtra dero-
gante cuipiam legi, & conſuetudini. Per vltimam voluntatẽ.
auth. omnes C communia de ſucceſſ. l. 1. C. de S S eccl. per
448 iudiciem. l. vlt. C. de longi temp præſ vbi dicit Imperator, ꝙ
actiones ideo a iure ſunt confictæ, & introductæ, ut vbique
vim ſuam extendant, nullis anguſtijs locorum, temporiſue
circumſcribendæ. Nec mirum, quia libera d-bet eſſe homi-
nis voluntas, & arbitrium. Et magnum lucrum facit, qui ſuæ
obtemperat volũtati, licet exitus ſit damnoſus. l. vlt ff. de vſu
& habit. gl. in l. Pau. 2. ff de ſol. Et omnia ſunt permiſſa niſi re
periant̃ prohibita. l. ſtatuas. C. de religioſis. Sed qm̃ varia ſunt
hominum ingenia, & uoluntates, l. 4 ff. ad Treb. variæq; ne-
gotiorum, & rerum omniũ, quæ ſub ſole ſunt, viciſſitudines:
hæc naturalis libertas, & facultas diſponẽdi, alienandi, acqui-
rendi ad libitum qñq; interdicitur. lege, ſtatuto, conſuetudi-
449 ne, pacto, †; vltima voluntate. l. ult. C. de reb. alienis non alien.
l. ea lege, & ibi gl. Pet. Cyn. Butr. Bar. Baldus, Ange. Saly. C de
condict. ob caus. Butſatus conſ 36. Neque hoc abhorrens, &
diſſentaneum videri debet, quãdo ex legibus Moſaycis, Leui
tici 25. Ruth. c. 4. Ieremiæ 32. & alibi ſæpe ius retrahendi alie-
nata, & impediendi alienationem fluxiſſe videatur. Tiraq in
præfatione de vtroq; retractu. num. 7. & ſeqq. Petrus, Cynus,
Alber. Baldus, Saly. in hac lege noſtra. Hoſtienſis, Ioan. And.
Abbas in cap. conſtitutus. de in integ. reſtit. Ideo valet ſtatu-
tum ne liceat vendere, aut alienare in extraneum, ſeu foren-
ſem, Bart. & cæteri in l. filiusfamilias § diui. ff. de leg. 1. Ioan.
And. Anch. Dominicus, Francus in c. vlt. de immun. eccl. lib.
6. Alex. conſi. 52. lib. 1. conſ 27. 173 lib 6. Socinus conſil. 272.
lib. 1. Pariſius conſ. 82. lib. 3. Et in ſingulis ferè locis, & ciuitati
tibus, nedum prouincijs, & regionib hodie hoc eſt vſurpa-
tum maxime fauore agnatorum, & vicinorum, vt toto illo
tractatu de utroque retractu doctiſſime, & accuratiſſime ꝓ-
ſequitur Tiraquellus Pariſienſis, vir indefeſſi ingenij, & labo
ris, vbi in præfatione expendit, excutit, ſcrutatur, & interpre-
tatur verba legis noſtræ, quæ res nos impulit, ut eam libẽtius
ſeligeremus, ac ſigilli vice tanquam diploma affigeremus fi-
ni, & complemento horumcentum effectuum inuentarij,
præſertim cum. VALENT. THEOD. ET ARCADIVS IMPPP. VINCEN-
TIAE (vnde mihi origo eſt) illam promulgauerint, anno Vir-
ginei partus CCCXCI. cuius Virginis Deiparæ dies iſte Natalis
eſt MDLXXIII. Diſtingue tripliciter aut uterque prohibetur ha
bere, defunctus, & hæres. Aut prohibetur defunctus tantũ.
Aut prohibetur hęres tantum. Intellige quod expreſſim pro
hibeatur acquiſitio p vltimam voluntatem: Alioquin ſi ſta-
450 tutum † ſimpliciter prohiberet alienationem, non prohibe
retur hr̃dis inſtitutio, glo in l. vn. C. non lic. hab. Matt. lib. 11.
Fulg. conſi. 215 Iaſon conſi. 101. 170. lib. 1. Primo caſu veluti
non valet teſtamentũ, ita nec ſucceſſio ex eo, neq; hæres re-
uabitur

uabitur per inuentarium, quia inuentarium non prodeſt vl-
tra ius commune: Et hoc indubitanter uerum eſt in prędijs,
quæ vulgo appellantur bona ſtabilia. In mobilibus, & ſe mo-
uentibus non perinde ſe res habet, partim quia ſunt fugacia,
& conſumptibilia, & modo huc modo illuc transferũtur, &
conuehuntur. l. lex quę tutores C de adm. tutorum §. conſti
tuitur. Inſt. de vſufructu. l a diuo Pio §. in venditione. ff de re
iudi. partim quia prohibitio facta in vna re, loco, perſona, tē-
pore, non trahitur ad alias res, pſonas, loca, tempora, authen.
quas actiones. C. de SS. eccle. Quapropter dici poſſet ꝙ ſim-
pliciter facta prohibitione, ne quis poſſit alienare, aut acqui-
rere, non cenſebuntur prohibitæ huiuſcemodi res mobiles,
& cõſumptibiles, & quæ ab oculis & manibus quaſi arte præ
ſtrigiatoria repente aufugiunt, quamuis pretioſiora quędam,
& conſeruabilia veniunt in prohibitione, prout in ſimili ha
bemus de rebus minorum, uel datis in dotem, quæ aliquan-
diu ſeruari poſſunt: nam neutro caſu alienãtur nihilo magis
quam prædia, ſeu immobilia. d. l. lex quæ tutores. §. & cũ lex.
C. de rei uxoriæ actione. Quid in fructibus prædiorum ruſti-
corum? Et hi ueniunt ſub nomine immobiliũ, quandiu ſunt
pendentes. gl. in c. 1. §. ſciendum. de feudi cognit. quã ſequun
tur Martinus, Aluarotus, & Cardinalis Alexãdrinus, Baldus,
Afflictus in capit 1. de pace tenend. vnde inferebat ſubtili-
ter Angelus in l. fructus pendentes. ff de rei vendit. quod de
huiuſcemodi fructibus extantibus mortis tempore, poterit
fieri ſupplementum legitimæ Iaſon in l. cum filiofamilias. in
fine. de leg. j. Socinus conſi 93 lib 1. poſt triennium ſaue fru-
ctus percepti, non reſtituuntur, ſed tranſeunt in dominium
percipientis, gl Bar. & alij in l 4. § fructus. ff. de vſucap. Baldus
in l 1. C. de fructibus & litium expẽſis. Quid ſi prohibeantur
res mobiles, uel ſe mouentes? Idem erit ut prohibitio non in
cludat immobilia. Pro hoc facit titulus, C. quæ res uendi nõ
poſſunt & titulus ſequens. Quæ res exportari non debeant.
dum tamen ſcias, quod ueluti ibi Barbari, & hoſtes Imperij
451 Romani non poſſunt huiuſcemodi merces, † & utenſilia e-
mere a noſtris, ita nec emere prædia; cum nobiſcum non ha-
beãt commercium Quid ſi defunctus habeat bona uarijs in
locis, puta, Veronæ, Ferrariæ, Cremonæ, an prohibitio ſtabit
Indiſtincte? Paulus de Caſtro ĩ l. exigere. ff de iudicijs. dicit ꝙ
ſtatutum prohibens maritum relinquere vxori in ſua ciuita-
te, non excludet uxorem a rebus, & bonis alterius territorij:
licet nemo poſſit pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus
decedere Veluti per contrarium degens extra locum ſtatuti
non acquiret bona exiſtẽtia in loco, quia licet ſtatutum nõ
valeat in rebus extra territorium, tamen valet in perſonis ex
tra territorium reſpectu ſaltem bonorum in loco ſtatuti exi-
ſtentium, Capra conſ. 21. Alex conſ 41. lib. 5. conſ. 15. 19 li 6.
Ad quod faciũt tradita in l. cunctos populos. quæ eſt lex vni-
ca. C de ſumma Trin & fide Cath per Pet Cyn. But Bar. Fra-
tres Vbaldos, Saly. Paulũ, Seuerinu, Iaſonẽ, & alios; & p Hip-
pol. Mar. poſt alios, & ante alios in l. ult. ff de iuriſd. om. iudic.
quod commodius obtinebit hæres, ſi faciat inuentarium bo
norum nõ prohibitorum, quaſi illa ſola habuerit defunctus.
452 l. ex facto. 2 ff de hæred inſtit. l. ſi certatum. ff. de mil. teſt. † Ex
quibus legibus deſumi poteſt argumẽtum, quod poterit hæ-
res bonorum ubilibet poſitorum, facere Inuentarium æquè
ac ſi omnium capax eſſet; Ratio eſt quia æs alienum reſpicit
totum patrimonium, etiamſi uno tantum in loco ſit con-
tractum, ut dictis legibus, & l. ſi fideicommiſſum. §. tractatũ.
ff de iudicijs. Ergo ut ſciat hæres quantum ſit in bonis, licet
non in totum ſuccedat & quãtum ſolui debeat, recte faciet
inuentarium omnium bonorum, prout & unus cohęres nõ
prohibetur facere Inuentarium non tantum ſuę partis, ſed &
totius hæreditatis in conſequentiam, quia poteſt ipſe dicere,
exhibeantur ſingulæ res, & omnium calculus, æſtimatioq;
ineatur, quia æſtimatio fit totius rei coniunctim nõ diuiſim.
l. Mæuius. § ult. ff fam. erciſ Aret. poſt Imolam in l. cum hæ-
reditate. ff de acq. hæred. dicens quod per Inuẽtarium vnius
453 cohæredis probabitur quanta ſit tota hæreditas, quæ eſt no
ua quæſtio, dicit ipſe, in materia inuentarij. Hæc ita ubi pro-
hibitio in perſona utriuſque non eſt per legem generalis, ſed
tãtummodo ſpecialis, & reſtricta ad certum locum, uel rem,
Alioquin nec teſta nec ſucceſſio ex eo valeret. Secundo ca-
ſu qñ defunctus tantum prohibetur non etiam hæres; non ꝓ
hibebitur ſuccedere hæres quandoque. Finge, ego, qui ſum
Vincentinus, nequeo acquirere Patauij: acquiſiui tamen de
facto. Poſtea inſtituo Patauinum, uel alium capacem. Nõ re-
pelletur iſte capax, quaſi ego ad vtilitatem Ipſius non meam
inuigilauerim, gl. in l. ſi quis ſolidum. ff. de hæred. inſtit. l. 3. §.
quando. ff. de iure fiſci. ut magis hr̃dis mei capacitas, ad quẽ
454 commodum redundat, quam mea † ipſius incapacitas ſpe-
ctetur. l cogi. §. hi qui ſolidum, ff. ad Trebe. per quem textum
infert Ang. quod pater poterit inſtituere ſpurium, ſub iſta ꝯ
ditione, Si Imperatori reſtituerit, quam tũ illationem repro-
bat Alex. Obſtat quia nemo dat quod non habet. l. traditio.
ff. de acq. rerum dom. & non debet eſſe melioris cõditionis
hæres quam defunctus. l. in his officijs. de reg. iuris. Reſponde
tur, hæc procedere in indigno, & incapace de iure cõi, & ubi
olim dominus a ſe dominium non abdicauiſſet. At hic defun
ctus iure communi permittente ex domini voluntate acqui
ſiuit licet ius ſpeciale non permittat, ut ſcientiſſime perpen-
dit in hac lege noſtra Ioãnes Igneus. Si ergo iure communi
prohibetur quis alienare per teſtamentum, uel alio modo,
hæres omnino eẽt inſucceſſibilis, quantumuis mille faceret
inuentaria, veluti in filiosfamilias & ſeruo, quib. eſt interdicta
teſtamenti factio l. q in poteſtate. ff. de teſtam. quia potẽtior
eſt prohibitio iuris communis, quam iuris, uel cõſuetudinis
particularis, ut notatur in l. 1. iuncta auth. ſacramenta. C. ſi
aduerſus uend. Tertio caſu quando hæres tantum prohibeẽ,
ſi quidem in totum prohibetur a iure communi, nunquam
poterit ſuccedere, ut p multa exẽpla, & iura colligiẽ. ff & C.
de his quib ut indig l. 1. ff. de iure fiſci l. 1. C. de ſec. nup. & glo.
in §. legari. Inſt. de legat. ponit octo, uel nouem perſonas hę
reditatum incapaces, præter quam ſi bona nõ ſunt ſoluendo,
nam nulla cenſetur hæreditas, neque inſtitutio, quam emo-
lumentum non conſequitur. l. ſi quis ſolidum. ubi Ang. Imo
la, & alij ff. de hæred inſtit. præſertim ſi faceret inuentarium:
Quo caſu dici poteſt, & ſi aliquid ſit in hæreditate, non fore
repellendum hæredem qui ad finem bonorum ſoluere para
tus eſt Quid ſi hæreditas ſit damnoſa, an hęres incapax iure
455 † communi, uel ſpeciali, tenebitur ultra vires hęreditarias ſi
non faciat Inuẽtarium? Quod non teneatur, facit quia non
uere hæres eſt, ergo effugit omnes pœnas inuẽtarij, uel alias,
quæ nominatim imponuntur hæredibus, ut toties dictum
eſt. Præterea ſumus in odioſis & pęnalibus, in quib. ſtricta ſit
interpretatio. l. cum quidam ff de lib. & poſt. l. ſi vero § de vi-
ro ff. ſol. matrim Præterea, ubi ius repugnat commodo, & lu
cro; nec damnum infligere curat, quia non hæc eſt iuſtitiæ
norma nec æquitatis ratio. l. bona fides. ff. depoſ. Quod tenea
tur facit quia dupliciter legem contempſit, in adeũdo, & in
non faciendo inuentariũ. §. ſin uero poſtquam. ꝑterea debet
eſſe quem conueniant creditores, & legatarij. l. 1. ff. de ſucc.
ed pręterea damnum quod quis culpa ſua ſentit, ſibi ipſi non
alij debet imputare. l. quod quis. ff. de reg. iuris. Prima verior,
quia ſemper verum eſt hũc de iure ciuili non eſſe hæredem,
& ius tantum ciuile nun gẽtium, vel aliud obſtringit ultra vi
res Bar. & alij In Rub. ff. de acquit. hæred.

Nunc videamus quæ damna incurrat hæres propter omiſ-
456 ſionem inuentarij Poſſet dici, quot † vtilitates percipit hæ-
res ex confectione inuentarij, tot percipit damna ex omiſſio
ne. Verum, quoniam quę ſpecialiter exprimuntur, maiorem
habent vim; Et in ipſo actu expreſſionis, peculiares quaſdam
afferunt notiones, & igniculos quoſdam ſponte ingerunt, re
pẽteque in animis excitãt; aliquot damna recenſere non gra
uabor. Atqui pleraque damna pendent ab illa regula. Hæres
457 † non faciens inuentarium præſumitur in dolo. §. ſancimus.
auth. de hæred. & falcidia Cur enim non fecit inuentarium,
cum tam facile potuit, & modico temporis, ſumptuſque di-
ſpendio? Extat namque regula. In culpa eſt, non utens remo-
dio ſibi competente. l. vlt. §. illud C. de temp. appell. Bal. con-
ſil. 395. lib 2. Neque obſtat quod dici ſolet. Culpa non præſu
mitur. l. exceptione. vbi Bar. ff. de fideiuſſ. Et ceſſante culpa,
pœna non infligitur, quia pęna præſupponit culpam. l. ſi qua
pœna. ff. de verb ſign. l. vlt. ff de S.C. Sillaniano. Crauetta ꝯſi.
204. & 309. Cephalus, conſi. 230. & 242. Nam hoc in caſu hæ-
res non excuſatur ignorantiam allegans, cũ nihil magis in fo
ris, & Tribunalib. reſonet, quam hũc, uel illum mortuũ eſſe,
tali hr̃de relicto, qui fecit, uel non fecit inuentarium, & leges
ſunt apertiſſime loquentes de inuẽtario. l. leges ſacratiſſimę.
C. de legib. Huic tamen regulæ, ꝙ hæres non faciens inuenta
rium præſumitur doloſus, non omnes aſſentiuntur, ideo nec
omnes hæredes pœnam incurrunt. Anchara. conſi. 411. & ſu
pra fuit expoſitum; ſed ut plurimum ei eſt aſſentiendum. Pri
458 mo. Hæres † non conficiens inuentarium tenetur creditori-
bus vltra vires, non ſolũ iure nouiſſimo Iuſtiniani in toties
allegata. l. ult. § cum igitur. §. ſin vero poſtq̃. & §. ſin autẽ hoc.
C. de iure delib. ſed etiam anteriore l. quæ dotis. ff. ſolu. ma-
trim. cum multis ſimilib. Quippe hr̃s eſt una, & eadẽ perſona
cum defuncto, etiam ſi parum aut nihil ſit in bonis: Nam illa
hr̃ditas cenſetur locuples, quæ inuenit hæredem. l. libertus,
qui ſoluendo. ff. de bonis libertorũ. Nec refert vtrũ ſit vnicus
uel habeat cohæredes. d. §. cum igitur. utrũ ſit inſtitutus, uel
ſubſtitutus. l. in ratione. 1. §. quod vulgo. ff. ad l. fal. utrum ſit ex
traneus, uel ſuus, gl. & Alex. in l. in duplicib. ff. ad l. fal. Cæpha-
lus conſi. 188. vtrum ſit maſculus, vel fœmina, locuples vel
pauper: maior, uel minor, & cuiuſcunque alterius conditio-

nis § pen. auth. de hæred & fal. l more. ff de acquit. hæredita. in qua l Baldus, & Imola dicunt vnum ſingulare, ꝗ hæres
459 † tenetur ipſo iure vltra vires, etiam ſi conficiat Inuentariũ: quamuis inuẽtarium impediat executionem: quod ſummopere notandum eſt. Excipe ab hoc damno, perſonas ſuperius recenſitas in quinto membro principali, & alibi.

Secundo. Hæres non conficiens inuentarium tenetur legatarijs ultra vires, ex iure nouiſſimo Iuſtiniani in §. ſi uero nõ fecerit. Auth. de hæredi. & Falcidia. quicquid dixerit Guido de Suzaria, & Raynerius de Forliuio. Bar. in l in ratione. §. ꝗ vulgo. & ibi quoque gl ff. ad l. falc & Zaſius, & Coraſius Viglius in § extraneis. Inſti. de hæred qual. & diſt Bal. in l. filiũ quem habentem. C. fam. erc. ante Iuſtinianum ſecus erat. l. j. §. ſi is qui ſt. ad Treb Ratio quæ impulit Iuſtinianum fuit, quia hæres cenſetur malignè uerſari, legatarioſque fraudare: Qua præſumptione ceſſante, reuerteremur ad ius priſtinum, ut hæres nõ teneatur vltra vires, & maximè, quia ceſſante ratione legis, debet ceſſare diſpoſitio eiuſdem legis. l. quod dictum. ff. de pactis. Sed an teneatur hæres inſolidum fideicommiſſa
460 rijs? † Et hoc magis eſt, ſi ſint fideicommiſſarij particulares; Si autem ſint vniuerſales omiſſio inuentarij non obeſt hæ
461 redi, quominus fideicommiſſum † vniuerſale nunquam includit bona hæredis. l coh æredi § cum filia ff. de vulga. & pup. l. ex facto, in prin. ff ad Trebell hinc ſequitur, quod ſi hæres ſit creditor defuncti, creditum retinebit, perinde ac ſi inuentarium feciſſet; & ſic mirabiliter limitatur text. in §. In cõ
462 putatione. Ratio eſt, quia omiſſio † inuentarij non adimit beneficia iuris antiq. Bal in l. liber captiuus. C de captiuis Aretinus conſil. 147. niſi quatenus iure nouo Iuſtiniani cauetur, de quo ſupradictum eſt. & infra quoque dicetur. Quid ſi ſit naturale creditum? Adhuc hæres retinebit. l. debitor. in prin. vbi gl Ang Comenſis, Caſt & Alex. ff ad Trebellianum. quid ſi hæres imprudenter reſtituat? Adhuc Comẽſis & Alex. ibidem concedũt repetitionem. Ergo iura uetera, quantum ad hæredem reſtituentem fideicommiſſario vniuerſali, remanent incorrecta, Purpuratus, Alexander Plegafeta Vincentinus, cuius lectura eſt penes me, nõ impreſſa, & Alciatus poſt Socynũ, & alio in l. debitori. C. de pactis. Areti. conſ. præallegato.
463 Tertiò Hæres non faciens † Inuentarium amittit falcidiã: nam ſi legata de ſuo ſoluit, cui dubium, ꝗ falcidiam, quæ ex bonis defuncti percipitur non habebit? Quia ſi hæres ſit de numero illorum, qui non tenent̃ ultra vires ſi non faciant inuentarium? Putarem & illum non retinere falcidiam: cum æqui boniq; cõſulere debeat, ꝗ nihil de ſuo ſoluat, & ſic euitet pœnam. § ſi uero non fecerit. Quid ſi ex plurib. cohæredibus vnus non faciat inuẽtarium? Et illum opinarer non deducere falcidiã, quaſi in ſua portione ſit hæres ſolus, & uniuerſalis. §. & cum quæſitum. Inſti. de lege falcid. ſi tamen alij cohæredes totius hæreditatis inuentarium feciſſent: veluti ſolutionem de ſuo euitaret, ita falcidiam retineret: quod pendet ab his, quæ dicam in §. cum igitur. Quarto an perdatur
464 † legitima. Diſtingue, aut loquimur de creditorib. aut de legatarijs, aut de fideicommiſſario vniuerſali. Reſpectu creditorum, hæres non habet aliquam legitimam, etiam ſi faciat inuẽtarium, quia legitima intelligitur deducto prius ære alieno l Papinianus. §. quarta. ff. de inoffi. teſt. & inuentarium nõ tribuit lucrum ultra ius commune. Reſpectu legatariorum, quatuor ſunt opiniones. vna quod legitima amittatur, nam cum teneatur de ſuo hæres. d. §. ſi uero non fecerit. etiam ſi filius ſit; legitimam, quæ de bonis teſtatoris eſt, non debet ullo modo deducere. Et pro hac opinione Porcellinus in ſeptima quæſtione principali. c. 5. refert. 25. fundamenta. & dicit Iaſon in noſtra l. ult. §. pro quod nunquam uidit congruum reſponſum argumento prædicto. Secunda eſt opinio ex diametro contraria, quod imo hæres, quantumuis filius non ſit, amittat legitimam gloſſa in auth. hoc amplius. C. de fideic. Item gl. in d. §. pen & in auth. ſed cum teſtator. C. ad l. falc. & in d §. ſi uero nõ fecerit. In quib. locis affatim omnes fermè Doctores ita concludunt, p textum in §. non aũt excipimus. Auth. de hæredib. & fal. Hoc modo hæres prius deducet ſuã legitimam de bonis extantib. mortis tpe. l. cum quæritur. C.
465 de inoffi. teſtam. Mox ſoluet legata integra, etiamſi † bona extantia mortis tpe erãt pauciora, ſimul etiam adiuncta quãtitate legitimæ. Ricardus Malumbra, Cyn. Bar. Bal. in d. auth. ſed cum teſtator. Baldus in d. §. pen. ubi tamẽ refert aliam cõputationem, dicens Nicolaum de Matarellis caruiſſe intellectu. Ang Alex. & Iaſon poſt alios uetuſtiores in l. ſcimus. §. pen. C de inoffi. teſtam. Alexan. conſ 67. lib. quarto. Et (ut re
* perio) eſt cõis * opinio. Corneus ſub titulo de ſubſtitutionibus, cautela 37 & ſub titulo, de acquir. vel repud. hæred. cautela 8. & Porcellinus loco quo ſupra, adducit fermè 17. fundamenta. Cæterum, inquit Didacus in c. ſi hæredes extra de teſtamen. ſtãte computatione prædicta, eueniet quod hæres ſupprimet bona, & detrahet legitimam ſolus ſine interuentu, & ſcientia legatariorum; Quapropter eſt admittẽda hæc opinio, ſi hæres probet non plus fuiſſe in bonis quam ipſe aſſerat licèt alias aſſerenti, non neganti incumbat probatio, iuxta tradita per Doctores in l. ſi conſtante. ff. ſoluto matrimo. Tertia eſt opinio quod in foro Cæſaris amittatur legitima: ſecus in foro animæ, ſeu conſcientiæ. Hoſtienſis in ſum. de teſtam. uerſi. Quid ſi non fecerit. Ioannes And. in cap. quamquam. de vſuris. li. 6 Quarta eſt opinio, aut legata ſunt in corporib & non amittitur Aut in quantitate, & amittitur, Ang. in §. hæc ſtipulatio. Paulus conſi. 158. lib. 2 Ruinus conſi. 57. lib. 2. quam opinionem grauiter confutat D. Oſaſcus deciſ. 148. adhærens primæ opinioni, quod amittatur de iure; licet Senatus Pedemontanus ſequatur communem. Reſpectu fi
466 deicommiſſarij uniuerſalis crebrius eſt receptũ, filium † non priuari legitima ob omiſſionem inuentarij, Ange. in toties al legato. § hæc ſtipulatio. quoniam legitima non uenit in reſtitutione fideicommiſſi, ueluti nec quodquam aliud ius, uel creditum competens hæredi. Bart in l. cohæredi § cum filię. ff de vulg. & pupillari. gloſſa, Bar. & alij in l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſc. & clericis. Socynus poſt Bald. Saly Alexand. & Corn in l debitori. C. de pactis. & ibi quoque Curtius: Decius, Iaſon, Purpur. Claudius, Alcia. Canoniſtæ in c. Raynutius. extra de teſta. Sed quid dices? Bona ſunt imminuta tempore reſtitutionis, an filius deducet legitimam inito calculo bonorum extantium mortis tempore? quod videtur. l. cum quæritur. C. de inoffi. teſt. l ſi patronum ex debita §. pen. ff. de bonis lib. In contrarium urget, quia fructus medij temporis inducunt compenſationem. Cogita, quia ſubtile, & quotidianum hoc eſt Quinto, circa Trebellianicam, uariè conſtantur multi Doctores iuris ciuilis, & Canonici, adeo qđ ſi quis
467 alius † articulus, iſte præcipue requireret deciſionem Cæſaream, Rota in titu. de teſta. deciſ. 111. & in collectis per Caſſiodorum; quandoquidem Doctores non ſolum alijs, ſed et ſibi ipſis fuerunt contrarij nam Oldradus inſignis, & præſtantiſſimus Doctor, fuit ſibi contrarius in conſi. 134 & in conſi. 242. Nec non Bartolus (ut referunt Moderni) in l Marcellus. ff. ad Trebellianum Baldus quoque, ut ſæpe alias, ſibi contradixit, & Paulus Caſtrẽſis, & Corneus Peruſinus, prout refert Crauetta Sauilianus in conſi. 17 licèt & ipſe contrarius ſibi fuerit in conſ 219 ubi tamen ſeipſum corrigit, & fatetur errorem. Adde quod Iaſon in d. l Marcellus. ubi quoq; Claudius, & in conſ. 114. lib 4 ubi refert conſilium Sphondiati, di
* cit communem * opinionem eſſe quod Trebellianica non perdatur, Decius uero in conſi. 136 dicit contrariam ſententiam eſſe communiorem quod immo perdatur Trebellianica, ut & aſſerit Curtius Iunior conſi. 54. & conſi. 120 Pariſius Cardin. conſi. 1. uol. 3 & conſi. 18. uol. 2 Socynus Iunior conſi 135 uol 1. Moder. Pariſien. ad Alex. conſi. 67 lib. 4 Duran
* tes ſub tit de ſubſtit. cau. 37 dubitat quę ſit communis opin. Quid tenendum? Tu quatuor ut in legitima diſtingue opiniones Prima eſt, quod perdatur Trebellianica per textum in d. § ſi uero non fecerit. iuxta Romanum in auth. ſimiliter. C ad l Falcidiam dicẽtem ſe mirari quod nullus ad hoc textum illum expenderit. Sed prius expẽdit Bal. in auth ſed cum teſtator, & in conſi 59. li. 4 Didac. in c. Raynutius. §. xi. extra de teſta. & Porcellinus in ſeptima quæſtione principali. c 6. pro hac parte. 13. fermè adducit fundamẽta. Alia eſt opinio, quod imo Trebellianica non perdatur, & Porcellinus decẽ fermè adducit fundamenta, & vnum pcipue Oldradi, quod
468 veluti cohæres † reſpectu cohæredis non tenetur facere inuentarium, ita nec reſpectu fideicommiſſarij, qui loco hæredis eſt l. ſi filius. ff. quod cum eo. Tertia eſt opinio, aut loquimur in filio, aut in extraneo. Primo caſu filius non amittit
469 Trebellianicã, veluti nec legitimam, † Neuiz. conſ. 1. Cagnol. in l. Papinianus. § meminiſſe. ff de inoff. teſtam. in tantum ut quidam dixerint filium quantumuis non fecerit inuẽtarium vtriuſque habere retentionem, ideſt legitimę, & Trebellianicæ, Bald. in l. filium quem habentem C fam erciſ. Capra Peruſinus conſi. 7 Guido Papæ, q. 253 Alexandrinus conſi. 53 Crauetta conſ 17 ubi late admodum inſiſtit. Secundo caſu hęres non faciens inuentarium amittit Trebellianicam, cũ etiam amittat falcidiam, quamuis alias diſſimilitudo ponatur inter falcidiam, & Trebellia. ut per gloſſam, & conſertim omnes Doctores in præallegata auth ſed cum teſtator. C. ad l. falcidiam Quarta eſt opinio Cyni in d. auth. ſed cum teſtator. Aut ſtatim reſtituitur, aut poſt. Primo caſu non amittit, alio amittit, Paulus conſ 36. li. 2 Aufrer. dec. 214 Cęterũ Oſaſcus deciſ. 147 pro opinione affirmatiua refert 121. Doctores pro negatiua 48. Quib. multos alios addit Rolan. poſt conſilium ſuum. 27. in tractatu de inuẽtario, parte ult. alacriter defendens negatiuam, ſed affirmatiua validiora hẽt argumenta de iure. Scias tñ unum, ꝗ ubi hæres detrahit Trebellianicam,

470 liani cam. † præfertur legatarijs: in ſuperfluo ſuccedunt lega-
tarij; Vtrique tamen tam hæredi quam legatarijs præfertur
æs alienum, cum etiam æs alienum minuat, & abſorbeat legi
timam, quæ legitima non in totum abſorbet legata, & fidei-
commiſſa, Comenſis in l. 1. §. ſi is qui. ff. ad Trebellianum. l.
ſcimus & ibi gl. Petrus, Cyn. But. Bar. Ang. Iaſon. C. de inoffi.
teſtam. §. cum autem. Inſt. de lege Falcid.
471 Sexto. Hæres † non faciens inuentarium non liberatur li-
cet ſoluerit vni ex creditoribus, vel legatarijs rem debitam,
vel aliam loco eius. Proinde nec vẽdere res hæreditarias po-
terit, eo prætextu vt eis ſoluat, & uelut emptor non eſt ſecu
rus, ita hæres tenebitur emptori de euictione. Creditores quo-
que, & legatarij, quibus prius eſt ſolutum non ſunt ſecuti in
concurſu aliorum creditorum hæreditariorum; cum alioquin
facto inuentario ſecurior eſſet, non tantum hæres, ſed etiam
alij quib. venditum, vel prius ſolutum eſſet. Denique non fa-
cto inuẽtario ceſſant multæ vtilitates tam ex latere hæredis,
quam ex latere creditorum, & legatariorum nec non empto
rum, quæ ponuntur in §. & ſi præfatam.
475 Nunquid autem hæres † prætermittens inuentarium co-
getur exigere nomina, vel actiones exercere? Non puto, vt
ſupra in decimaoctaua utilitate. Quid ſi cedere actionem pa
ratus ſit, an liberabitur? Et hoc videtur ꝓpter regulam, qui
tenetur ex eo quod habet actionem, eam cedẽdo liberatur:
Vel dic non liberari, quia non tenetur hæres ob id, quia ha-
bet actionem; Tenetur ob id, quia adeundo quaſi contraxit, ſe-
què ſponte coniecit in obligationem. l. quod debetur, & ibi
per gl. Bartolum, & alios ff. de peculio. Decius conſi. 533.
373 Septimo. Hæres amittit † funeris impenſas, & inſinuatio-
nis teſtamenti, & quaslibet alias, de quibus in §. in computa-
tione. Neque obſt. quòd ſi non fuiſſet delata hæreditas, im-
pẽſas nullas feciſſet; Nam ſibi imputet, quòd inconſultè dam
noſam hæreditatem adierit, & legis ſpreuerit beneficium. §.
ſi verò poſtquã. Vide Aretinum conſ. 117. Alciatum conſi.
139. Portium Imolens. olim præceptorem meum in iure ca-
nonico, conſ. 83. Quid ſi non hæres, ſed alij creditores fune-
ris, & ſimilium impenſarum concurrerẽt cum alijs credito-
ribus, & legatarijs? Si quidem hæres ſit ſoluendo, vtriſq; de
ſuo ſoluet, maximè creditoribus; ſin minus, creditores fune-
ris, & alij priuilegiarij quantumuis poſteriores, non debent
ob negligentiam, vel culpam hæredis, priuilegium amittere.
Qđ facilius eſt admittendum in concurſu legatariorum, iux-
ta ea quæ habentur p gloſſam, & Doctores in l. priuilegia. ff.
de priuil. cred. in l. interdum. & l. ſeq. ff. qui potiores in pigno
re hab. l. at ſi quis. l. pen. ff. de religioſis. In concurſu fideicõ-
miſſarij vniuerſalis non amittet hæs impenſas, cum nec aliud
ius ſuum amittat; ſiue ſtatim, ſiue poſt ſit facienda reſtitutio:
vt diximus ſæpe ſupra, ex traditis præcipuè in l. debitori. C. de
pactis. Maximè ſi in tuitu pietatis illas faceret: quas nec amit-
teret in concurſu, legatariorum, ſi id ſe facere intuitu pietatis
teſtatus eſſet. d. l. at ſi quis. §. plenque. ff. de religioſis. Quæ p
474 teſtatio † imprimis prodeſt, & eſt neceſſaria filijs, ne cogant
inuiti hæredes eſſe, & ne piè impenſum amittant. l. ſi ſeruum.
§. prætor, & ibi Caſtrenſis. ff. de acq. hæred. Alex. & Iaſon in l.
1. C de repud hæreditate.
Octauo. Actio hæredis contra defunctum confunditur. §. in
475 computatione. † Ratio eſt, quia actio, & paſſio nõ cadunt in
eodem ſubiecto. Seu non poteſt quis ſui ipſius eſſe debitor,
& creditor. l. Vrannius. ff. de fideiuſſ. l. frater a fratre. & ibi per
gloſſam, & Doctores. ff. de condictione ind. Vide ſupra in ſex
ta utilitate, & quæ infra dicam in textu. Quod uerum eſt in-
dubitanter reſpectu creditorum hæreditariorum. Reſpectu
autem fideicommiſſarij vniuerſalis non confunditur actio. l.
debitor, & ibi gloſſa, Ang. Caſtrenſis, Alexander. ff. ad Treb.
Ratio eſt, partim quia hæres reſtituit illud tantum quod eſt
in bonis. l. mulier. §. ſed enim. ff. ad Trebell. nunquam. n. fidei
476 commiſſum † includit bona hæredis. l. cohæredi. §. cum fi-
liæ. ver. nec fideicommiſſo. ff. de vulg. & pup. partim quia tex
tus in §. in computatione, reſtringitur ad creditores hæredita-
rios, ut ad eorum commodum actio hæredis contra defunctũ
cõfundatur; quod admodum eſt memorabile, ut ibi dicam,
& tradit Socynus præter alios in l. debitori C. de pactis. Bal-
dus in l. vnica. §. exactio. C. de rei uxoriæ actione. l. ita tamen.
§. ſi ex Treb. & ibi Caſt. & Alex. ff. ad Treb. Sed an rei vendi-
catio, & hypothecaria hæredis contra defunctum confun-
ditur reſpectu omnium, id eſt, non ſolum fideicommiſſario-
rum, ſed & creditorum? Menochius conſi. 89 id aſſerit, di-
cens quod Gratus non mediocriter æquiuocauit: quæ aſſertio,
477 & repræhenſio non ꝓcedit, ut ſupra dixi. Quid † ſi creditores hæ-
redis concurrant cũ creditorib. hæreditarijs? ſi quidem bona eſ-
ſent ſeparata, uel olim p titulum. ff. de ſeparatio. uel hodie p
inuentarium; neutri alterius cum quo non contraxerunt, bona tã
gerent. l. 1. ff. de ſeparatio. ib. ſin autem aditione citra inuen-
tarium ſint commixta, in unumque redacta patrimonium,
videre eſt ex regula iuris diſtinguẽdũ. Aut ſunt chyrographa-
rij, aut ſunt hypothecarij. Si ſunt chyrographarij, occupan-
tis melior eſt conditio. l. pupillus. ff. quæ in fraud. cred. Si hy-
pothecarij, regula iuris ſeruanda eſt, qui prior eſt in tempore
potior eſt in iure. l. 2. l. ſi fundum C qui potiores in pig. habeã
tur. l. pro debito. C. de bonis authẽ. iudic. poſſid. Aequius ta-
men plerunque erit hæreditarios creditores non excludere
illos hæredis, in bonis proprijs eiuſdem hæredis: veluti nec
creditores hæredis, hæreditarios debent excludere, nec etiã
legatarios in bonis defuncti. l. creditores. ff. de ſeparationib. l.
prima. C. de bonis auth. iudic. poſſidendis. & hoc quoq; ſu
pra fuit expoſitum.
478 Nono. hæres † non conficiens inuentarium cenſetur hæ-
reditatem lucroſam inueniſſe, quia hæreditas cenſetur locu-
ples, quæ hæredem adinuenit. l. libertus qui ſoluẽdo. ff. de bo
nis libertorum. gl. in l. vn. C. de impo. lucr. deſcr lib x. Brunus
479 conſi. 18. item, quilibet cenſetur † ſoluendo eſſe, niſi probet
ſe pauperem. glo. in l. ſi vero. §. 1. ff. qui ſatiſda. cog. Romanus
conſi. 190 per l. ſi creditores. ff. de ſeparat. At facto inuenta-
rio, onus probandi res fuiſſe plures incumbit creditoribus,
& legatarijs. § licentia danda gl in l. cum de lege. ff. de proba-
tionibus. Quid ſi hæres, qui nõ fecit inuentarium, paratus ſit
480 ſuo iuramento aſſerere hæreditatem non eſſe ſoluendo? † Non
eſſet ei credendum, quia procliues ſunt multi ad peierandũ;
neque eſt conſentaneum hæredem quaſi iudicem in re ſua
facere, iuxta tradita in l. admonendi. ff. de iureiurando l. 1 ff.
quarum rerum actio non detur Si tamen creditores, & lega
tarij ſtarent aſſertioni hæredis etiam non iurantis res non eſ
ſe plures, nihil aliud quæreretur. Bald. & alij in l. filium quem
habentem. C. fam. erciſ. ubi dicit Bal. quod & incumbet pruden-
tiæ, motuque iudicis interpellare creditores, & legatarios,
ne illicitæ fiant exactiones. l. illicitas. ff. de off. præſ.
481 Decimo. Hæres † adiens ſine inuentario, confeſtim cõue-
niri põt, & ſic ceſſat dilatio anni conceſſa per §. donec. Nec
refert verum tacite, uel expreſſe ire, vel uerbis, uel animo adi
uerit hæreditatem. § ult. Inſti. de hæredum qual. & differentia.
Sed an ſi hæres hæreditaria debita ſoluat prædia ruentia ful-
ciat, colat, locet, funus faciat, fructus uẽdat, domum defuncti
habitet, uel occupet, cenſeatur adiuiſſe? ſuus quidem hæres,
niſi proteſtetur ſe hoc animo facere, ut nõ obligetur, facilius
erit hæres. l. neceſſarij. l. ſi ſeruum quis. §. ult. & vtrobiq; gloſ-
ſa, Bartolus, Angel. Comenſis, Imola, Romanus. ff. de acqui.
hæred. l. 1. C. de repud. hæredi. & ibi pariter glo. & Doctores.
Sed & ſi iudicium ſuſceperit, non per hoc arctabitur hæredi
tati inſiſtere, Alexand. in d. l. neceſſarijs, reprobata ſententia
Baldi, de quo etiam per Ange. Imolam, Caſtrenſem, Roma-
num, & alios in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſoluto
matrimonio. Facilius hoc, & prædicta omnia ſeruabuntur in
extraneo hærede, quia non eſt veriſimile quod temerè dam-
noſam adire voluerit hæreditatem. l. pro hærede. §. ſi quid ta
men. ff. de acquiren hæreditate. Illud compertum eſt, quod
482 hæres † antequam adeat, non poteſt conueniri. l. 1 ut debitũ.
C. de hæred. actionibus. Quoniam adhuc non eſt in quem di
rigatur actio. Et credibile eſt hæredem facillime repudiatu-
rum, qui repudians vtique non poteſt conueniri licèt filius
ſit. l. 1. & ibi notatur. C. ſi minor ab hæred. ſe abſtineat. l. hære-
dis aditio. ff. qui dies le. ce.
483 Vndecimo. Hæres † non faciens inuentarium tenetur ad
fatalitatem, & damna poſt mortem contingentia, non ſolũ
ex iure nouiſſimo Iuſtiniani in toties allegato. §. ſi uero non
fecerit. ſed etiam ex iure uetuſtiore, probata gl. in l. in quan
484 titate. in prin. ff. ad l. falcid quid ſi filius ſit hæres, † & non ha-
beat de ſuo unde ſoluat, an ſoluat de peculio profectitio, vel
aduentitio? Baldus in auth. ſed cum teſtator. C. ad l falc. mo-
uet hanc quæſtionem, ſolum dicens quod pœna quam pati-
tur hæres, infligitur ob dolum præſumptum. §. ſancimus. auth.
de hæred. & falcid vnde poſſumus concludere, patri non au-
ferri peculium, cum nequeat filius delinquendo, patris face-
re conditionem deteriorem. § vlt. vbi Ioannes Fab. Inſtit. de
noxalibus. Bar. Romanus, & Alex. in l. ſi finita. §. ſi de vectiga
libus. ff. de dam infec.
485 Duodecimo. Hæres † non faciens inuentarium tenetur
nihilominus creditoribus, & legatarijs, licèt hæreditatem
vendiderit, vel ea Trebelliano inſolidum reſtituerit. l. 2. C.
de legatis. l. 2. C. de hæreditate, uel actione vendita. Nec
mirum, quia ſemel fuit hæres, ſeque ſponte adeundo obli-
gauit; Vnde non poteſt deſinere eſſe hæres, neque obliga-
tionem quam ſponte ſuſcepit, ſubterfugere. l. ait prætor. §.
ſed quod Papinianus. ff. de minoribus. l. ſicut. C. de actioni
bus, & obligat. Quid tamen ſi coactus reſtituit? non videtur ar-
ctandus, cum omnia onera tranſeant in fideicommiſſarium,
cui obtemperare, officiumque ſuum impendere neceſſe ha-

buit. l. quia poterat. ff. ad Treb. l. ſed ſi quis. ff. quemadmodum
486 teſta. aperiantur. Quid ſi maluit creditores, † vel legatarij con
uenire emptorem, vel fideicommiſſarium quam hęredem?
Nimirum nihil contraxerunt cum emptore, vel fideicōmiſ-
ſario; Vnde ſuccedit regula, ex contractu, uel culpa alterius
nemo tenetur. l. 3. C. ne vxor pro marito. cum tamen em-
ptor, & fideicommiſſarius vicem hæredis obtineant. l. 2. §. pe.
ff. de hęr. vel act. vend. l. ſi filius. ff. quod cum eo. non euitabūt
iudicium, maximè ſi non fecerint inuentarium.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium quando deſinat eſſe.*
2 *Inuentarium non poteſt fieri poſt xc dies vel 12. menſes.*
3 *Hæres beneficio inuentarij renuntiare poteſt, ſed id quomodo, & quando.*
4 *Inuentarium an fieri poſſit ſine iudice vel teſtibus, vel Tabellione.*
5 *Inuentarium ſemper, & ubique valet.*
6 *Hæres, an teneatur ſi perdatur inuentarium, & quis probet amiſſionem.*
7 *Compromiſſum, an tollat beneficium inuentarii.*
8 *Inuentarium non prodeſt hæredi in obligationibus quas ſuſcepit hæres.*
9 *Exceptio inuentarij, an proſit poſt ſententiam.*
10 *Hæredi condemnato quando non proſit inuentarium in executione rei*

CAPITVLVM. X.

Decimum, & vltimum principale mē-
brum capitiſq;
1 eſt quando † deſinat eſſe inuentarium: Quod dupliciter con
ſiderari poteſt. Primo quando deſinat poſſe fieri inuenta-
rium. Secundo quando inuentarium iam factum vires ſuas
2 amittat. Quoad primum, conſtat quod tranſactis † nonagin-
ta diebus, vel ſi hæres ſit abſens duodecim menſibus non po
teſt amplius fieri inuentarium. §. ſin autem dubius. in tantum
vt nec iudex tempus hoc protogare poſſit. §. & hæc quidem
& ibi Baldus, & alij Doctores. Nec diſtinguo vtrum hæres
* adiuerit, nec ne; quamuis magis communis * opinio ſit tem-
pus inuentarii non cedere, niſi poſt aditionem, ut dixi ſupra,
& dicetur rurſus in textu. Ergo nec Principis reſcripto iuua-
bitur hæres poſt tempus Intra tempus Princeps quandoque
iuuabit hæredem, Guido Papæ de reſcrip. nume. 43. & deci.
571. Iaſ. conſilio 28. lib. 3. Rolandus in 3. parte ſui tract. §. item
omittendum. Quid ſi hęres adiuerit non facto inuentario,
neq; expreſſo quod faciet inuentarium? Sunt & in hoc opi-
niones §. cum igitur, ut mox dicam, Quid ſi teſtator remiſe-
rit confectionem inuentarij? Hæres vtique facere non pote-
rit, quo fiet ut hæres teneatur vltra vires. Crauetta conſilio
174. quod notandum exiſtimat Didacus in cap. 1. nume. 17.
extra, de teſtamentis. de quo etiam per recentiores in l. nemo
poteſt. de lega. 1. Diſtingue tamen vt ſupra in præludijs, an te
ſtator remiſerit in damnum, vel in commodum hæredis.
Franc. Marc. deciſ. 845. Natta conſilio 103. 507. quid ſi hæres
3 † renuntiauerit confectioni, vel beneficio inuentarij? Valebit
renuntiatio quoad ſui præiudicium; cum quilibet fauori ſuo
renuntiare poſſit. l. ſi iudex. ff. de minoribus. l. ſi quis in con-
ſcribendo. C. de pactis. Nam & quælibet alia obligatio ſuſce-
pta per hæredem non pertinet ad inuentarium. Imola conſi.
102. quod intellige mortuo defuncto: Cæterum eo viuo, in-
tempeſtiua eſſet hęc renuntiatio, cum nec pactio quęlibet
valeat in hæreditate viuentis. l. vlt. C. de pactis quid ſi deſit
copia iudicis, vel tabulariorum, vel teſtium: an inuenta-
rium fieri poterit? Quod quærendum eſſet ingruente peſte,
4 vel fame, vel bello, vel alio tumultu, aut infortunio. Et
ſi quidem hæres non ſit in culpa, & faciat quod poteſt, puta
quos poteſt teſtes adhibeat, & ſigillatim omnia deſcribat:
non arctabitur vltra vires: quia per eum non ſtetit. l. iure ci-
uili. ff. de conditio. & demonſt. & quia neceſſitas non habet
legem l. 1. ff. de offi. conſulis. Rigor tamen iuris obeſt hęredi,
cum lex pro forma tabularios, aliaſque ſolennitates præſcri-
pſerit. Adde quæ in ſimili tradunt canoniſtæ in cap. ex tranſ-
miſſa. extra de præſcript. Ange in §. quod autem. Anthen. de
non alienan. Barto. & alij in l. Pantonius. ff. de acquiren. hęre.
adde Paulum loquentem de Inuentario conſilio 398. lib. 2.
l. 3. §. vlt. & ibi per Igneum. ff. de ſenatuſcon. Sillan. Romanus
conſilio 409. Quoad ſecundum ſatis conſtat quod inuenta-
5 rium † ſemel ritè, & rectè factum, vbique & quandocunque
vires habebit; cum ſcriptura, maxime publica ſemper lo-
quatur. l. armani. C. de hæreticis. Baldus in terminis inuenta-
rij, conſilio 189. lib. 3. Paulus & alij in l. ſi fideicommiſſum. ff.
de iudicijs. Faciunt tradita in l. vlt. ff. de iuriſd. omn. iud. Ang.
conſilio 73. Roma. conſilio 224. Ruinus conſilio 119. lib. 1. &
6 195. lib. 2. Pariſ. conſilio 12. lib. 3. Quid † ergo ſi amitteretur,
& hæres probaret ſe feciſſe? Diuinare nemo quidem poteſt
quantum fuerit in bonis: ſi tamen hæredis perfidia non ar-
guatur, & hæres probet ſe ui, aut caſu irreparabili amiſiſſe, eſ-
ſet ei parcendum aliquatenus, ne teneatur ultra uires, argum.
l. quæ fortuitis. C. de pign. actione. Quid ſi non hęres amiſerit
ſed notarius; an notario id aſſerente, arctabitur hæres aliud
probare? videretur ex notarii, teſtificatione hæredem ſuble-
uandum: niſi quod aliquatenus videtur culpandus, quod
exemplum à notario non deſumpſerit: vel quod non inſeri in
Archiuo publico inuentarii ſcripturam curauerit: Quæ ta-
mē culpa magis obijci poteſt notario, ad cuius officium hoc
ſpectat. l. argentarius ff de edendo. Inſuper quæritur, an hęres
7 faciens compromiſſum † iuuetur inuentario. Angelus de Pe-
ruſio conſilio 30. aſſerit non iuuari, quem tranſeundo refert
Decius conſilio 301. ob id quia hæres compromittens obli-
8 gatur ex perſona ſua: Inuentarium autem † non prodeſt niſi
in obligationibus, & oneribus hæreditariis: non autem in il-
lis, quas hęres poſt mortem defuncti ex perſona ſua introdu-
xit. l. cum hæreditas. ff. ad Trebellianum. Sed vt dicam quod
ſentio, nimis rigoroſa, & periculi plena videtur hæc determi-
natio: partim quia nunquam hodiè cenſetur facta nouatio.
l. vlt. C. de nouat. partim, quia non eſt veriſimile quod hæres
iuri ſuo, quod tot ſumptibus & laboribus in conficiendo in-
uentario quæſiuit, temere renuntiare noluerit. l. mater. ff. de
inoffic. teſtamen. Speculator in titulo de arbitris. §. ſequitur.
Cautiſſimus tamen hæres erit, ſi dicat ſe compromittere ci-
tra periculum nouationis, & ſaluo ſibi beneficio inuentarii
Durantes ſub titulo de acquiren. vel repudianda hæredi. cau
9 tela 9 Rurſus quæritur an inuentarium non † tantum proſit
hæredi ante ſententiam, ſed etiam poſt ſententiam condem-
natoriam. Pleriſque videtur etiam poſt ſententiam in exe-
cutione ipſius, prodeſſe hæredi inuentarium, Martinus Sili-
manus, Barto. Bald. Ange. Alexand. in l. ex diuerſo. § 1. ff ſolu.
matrimo. contrarium tenet ibidem Imo. l. peremptorias. C.
ſententiam reſcindi non poſſe: Et Imolæ ſententiam auda-
cter defendit Zaſius libro ſingularium Reſponſorum ſecun-
* do, capitulo primo: Ego tamen ſequerer communem * ſen-
tentiam niſi hæres admonitus a creditoribus, uel legatariis,
10 † vt inuentarium proferat, nolit proferre, vel neget ſe habere:
Quippe ſuæ moræ & inficiationis damnum ſentire debet,
perinde ac ſi non feciſſet inuentarium; Vel niſi ſtatutum pro-
hiberet ne poſſit opponi beneficium, ſeu exceptio inuenta-
rij, prout eſt Papiæ, Rolandus in ultima parte poſt Landria-
num, ad Spec. de inſtrumen edi. §. vlti. eſt & aliud remedium
proditum contra hæredem cunctantem ſoluere, uel bona
indicare; vt creditores, & legatarii terminum ſtatui petant
ad opponendum quaſlibet exceptiones dilatorias, per em-
ptorias, & anomalas: Quo termino elapſo, non poterit ex-
inde hęres eludere, vel retardare executionem ſententię con
tra ſe latæ. Alexand. in d. l. ex diuerſo. §. 1. ff ſoluto matrimo.
poſt Baldum in l. ab executione. C. quorum appellationes
non recipiantur.

Quandoquidem ſuſcepti laboris, an fructus ex antlauimus,
flexuoloſque Mæandros non ſine cęleſti numine, euaſimus,
corollarii uice, ne inſulſum maneat comeſſantium pala-
tum: duarum conſtitutionum, & prius legis vltimæ, uerba
textualiter explicemus.

SVMMARIVM.

1 *Imperator loquitur de ſe ipſo in plurali, veluti ſummi Pontifices, licet an-
tiquitus id non eſſet.*
2 *Antiqui non dabant tot titulos, & tot præfationes.*
3 *Auguſtus vetuit edicto, ne dominus vocaretur.*
4 *Lis, & iudicium de re unius Terentii ſuſcipi poteſt.*
5 *Iuſtinianus literarum prorſus ignarus.*
6 *Sermo noſter vulgaris ſub exceſſu Iuſtiniani cœpit eſſe, & tum primum
deſitum eſt latine loqui.*
7 *Ius deliberandi à quo hodie, & etiam concederetur.*
8 *Quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio.*
9 *Hadrianus Imperator fuit ante Iuſtinianum annis 400.*
10 *Imperatores geſtiebant appellari Diui.*
11 *Iura ſubueniunt ignorantibus non decipientibus.*
12 *Miles ex proprio contractu conuenietur, ſed non ex hæreditario.*
13 *Miles hodie tenetur ultra uires, ſi non faciat inuentarium.*
14 *Hæres iuuatur inuentario, etiam ſi ſciat hæreditatem eſſe oneroſam.*
15 *Inuentarium faciens, an poſſit repudiare hæreditatem.*
16 *Virtus in mediocritate conſiſtit.*
17 *Mulier tenetur ſi non faciat inuentarium.*
18 *Fiſcus, an teneatur ultra uires.*
19 *Hæres unus, an teneatur pro alio cohærede, remiſſiue.*
20 *Adire quis non cogitur, licet ſuus hæres hodie ſit.*
21 *Hæres ſpe certiſſima adiens, an iuuetur inuentario.*
22 *Hæres non tenetur legatariis ultra uires ex hac lege.*
23 *Hæres adiens ſine proteſtatione, an iuuetur inuentario.*

Hæres

24 *Hæres, an tenſeatur adire, vel repudiare.*
25 *Iudex niſi rogatus non impartitur ſuum officium.*
26 *Suus heres vſq; ad quod tempus ſuam abſtentionem reuocare poſſit.*
27 *Impenſas funeris, & ſimiles, an retineat hæres renuntians hæreditati.*
28 *Filius, an poſſit legitima retenta, reſiduum aſpernari.*
29 *Filius res proprias à paternis ſecernere poteſt.*
30 *Filius veluti non reuocat alienata à patre quæ patris ſunt, ita ſua reuocat ſi hæres non ſit.*
31 *Hærede repudiante, an hæres eius admittatur.*
32 *Solennitates quot requirantur ad inuentarium.*
33 *Inuentarium ante & poſt aditionem fieri poteſt.*
34 *Inuentarium tria facit.*
35 *Hæres an facere uel ſcribere poſſit inuentarium.*
36 *Dies inuentarij, an ſint vtiles, uel continui.*
37 *Inuentarium veluti teſtamentum, de nocte fieri poteſt.*
38 *Notarius poteſt ignorare ſecreta teſtamenti in ſcriptis.*
39 *Tempus inuentarij, an currat aliter in nuncupatiuo quàm in ſcripto teſtamento.*
40 *Inuentarium, an ſit inchoandum intra 30. dies.*
41 *Inuentarium quando inchoatum eſſe dicatur.*
42 *Quæ res inſerantur in inuentario.*
43 *Hæreditas vel legatum delatum in puncto mortis, an ponatur in inuentario.*
44 *Iudex non poteſt prorogare tempus inuentarij.*
45 *Actum nihil cenſetur donec aliquid ſupereſt agendum.*
46 *Res, an ſint ponendæ in conſpectu, & æſtimandæ.*
47 *Teſtes inuentarij, an debeant eſſe in conſpectu & videre videriq;, & nume 65.*
48 *Inuentarium, an fieri poſſit diuerſo contextu temporis, teſtium, & tabellionis & num 66.*
49 *Notarius, an requiratur in teſtamento, & in inuentario.*
50 *Teſtes quot ſufficiant inuentario.*
51 *Citati quando ſunt aliqui, aliqui non: an valeat inuentarium.*
52 *Citatio ad inuentarium, an fiat per iudicem.*
53 *Subſcribat cur hæres inuentario; quo neſciente ſcribere, ſecundus tabellio adhibebatur.*
54 *Hæres quibus verbis vtatur in ſubſcriptione inuentarij.*
55 *Hæres inuentarium inchoatum, an teneatur explere.*
56 *Pretium rerum non inſeritur in inuentario.*
57 *Hæres, an debeat cuſtodire res hæreditarias.*
58 *In inuentario quot perſonæ ad minus debeant interuenire.*
59 *Crucis ſignum adhibetur in inuentario, & cur, & an hæres debeat vtrunque facere; id eſt ſignum crucis, & ſubſcriptionem.*
60 *Crux eſt principium inuentarij, ſubſcriptio finis.*
61 *Teſtes duo, & quandoque quinq; requiruntur in inuentario, & an ſint rogati, num 63.*
62 *Mulier teſtis eſſe poteſt inuentario.*
64 *Teſtium mentio, an ſit habenda in inuentario, & an idem ſit in alijs inſtrumentis.*
65 *Teſtes inuentarij, an debeant cognoſci, & quæ aliæ qualitates requirantur.*
67 *Abſens hæres quo pacto indicetur, vt habeat tempus anni ad inuentarium.*
68 *Annus inuentarij eſt continuus non vtilis.*
69 *Dies inuentarij quando cedat.*
70 *Inuentarium, an fieri poſſit per procuratorem.*
71 *Vtilitates decem & octo inuentarij in hac lege ponuntur.*
72 *Inuentarium eſt quid vnicum, & indiuiſibile.*
73 *Falcidiam hæredi inuentarium conſeruat.*
74 *Filius, an vltra legitimam retineat Falcidiam, & Trebellianicam.*
75 *Falcidia non detrahitur creditoribus etiam ſi fiat inuentarium, & cur.*
76 *Hæres, an teneatur vltra uires per inuentarium in debitis mixtis ex ſua, & defuncti perſona, & an teneatur creditoribus proprijs.*
77 *Hæres, an ſoluat quantitatem mortis tempore, uel poſteriore.*
78 *Creditoribus primo petentibus: cur, quomodo ſoluat hæres cum inuentario.*
79 *Hæres, an poſſit gratificari vni ex creditoribus.*
80 *Gratificatio non valet, niſi in caſibus à iure expreſſis.*
81 *Hæres ſoluens uni non debet requirere alios abſentes, uel tacentes.*
82 *Hæres, an liberetur ſciens alios eſſe creditores.*
83 *Hæres ſoluens vni, an retineat portiones aliorum.*
84 *Debitor requiſitus ab uno, non opponit de iure aliorum.*
85 *Creditor cui ſolutum eſt ab hærede, an teneatur ſolutum cum aliis communicare.*
86 *Hæres ſoluens, an liberetur ipſo iure.*
87 *Solutum vni per hæredem, an per alios repetatur.*
88 *Legatarij præferuntur creditoribus hæredis, nedum creditores hæreditarij.*
89 *Legatariorum vni, an ſoluere poſſit hæres, & an ſolutum cum aliis communicetur.*
90 *Soluere poteſt hæres cum inuentario vnum pro alio, ſed id quomodo.*
91 *Hæres, an cogatur vendere ut ſoluat legatariis, & nu. 93.*
92 *Hæres cum inuentario, an teneatur legatariis de euictione.*
94 *Donare, an poſſit hæres rem defuncti.*
95 *Emptor rerum hæreditariarum, an teneatur creditoribus, & legatariis, & num. 100.*
96 *Legatarius, an poſſit euincere rem venditam per hæredem.*
97 *Inuentarium mirabiliter quandoque operatur excluſionem hypothecæ.*
98 *Hypothecæ ius non poteſt minuere debitor, licet, vt numero præcedenti, inuentarium quandoq; excludat hypothecam, & nu. 124.*
99 *Hæres uendens res defuncti quomodo, & quando liberetur, & liberet emptorem.*
101 *Creditor defuncti etiam lucratiuus præfertur omnibus legatarijs.*
102 *Donatarius, an præferatur legatario.*
103 *Legitima, & dos, an minuatur per creditores patris.*
104 *Creditor quando ueniat contra legatarios.*
105 *Creditor qua actione experiatur contra legatarios.*
106 *Hæres, an ſit excutiendus antequam creditor uadat contra legatarios.*
107 *Legatarius, an liberetur à creditoribus, re ſoluta deperdita.*
108 *Legata qualibet, an fiant caduca per creditores.*
109 *Soluere, an poſſit hæres creditoribus unum pro alio.*
110 *Hæres, an teneatur uendere ut ſoluat creditoribus.*
111 *Hæres, an ſoluere poſſit naturale debitum tantum, uel ciuile tantum in præiudicium aliorum creditorum.*
112 *Pecuniam, an ſoluere poſſit hæres ſemper, & numquid pro pecunia aliud genus ſolui poſſit.*
113 *Solui, an aliud genus poſſit pro pecunia.*
114 *Pecunia ſtricte, & largè accipitur.*
115 *Creditores quando, & quomodo reuocent ſoluta alijs creditoribus, & qua actione, nu 117.*
116 *Creditor priuilegiarius, an præferatur hypothecario.*
118 *Actionem habens, multo magis habet exceptionem.*
119 *Conditio ex lege, & condictio indebiti, cur dentur creditoribus, & legatarijs, & quid differat una ab alia.*
120 *Aes alienum numquid perimat ipſo iure legitimam, ueluti legata.*
121 *Poſſeſſor qualiſcunque offerens liberatur.*
122 *Legatarius offerens creditori liberatur.*
123 *Hæres, an retinere poſſit res, ſi pretium ſoluat.*
125 *Emptor, an poſſit quandoq; conueniri à creditoribus, & legatarijs; ſi creditores, uel legatarij quibus eſt ſolutum, nihil habent.*
126 *Creditor, quandoq; hæredem, quandoq; legatarios, quandoque emptorem conuenit, & an unum poſſit eligere.*
127 *Aeſtimatio ſingularum rerum facit ſciri quantum ſit in bonis.*
128 *Impenſam funeris, & alias ſimiles quomodo, & quando retineat hæres cum inuentario.*
129 *Creditores, an aliquid conferant ad impenſam funeris, & nu. 132.*
130 *Hæres creditor, an ſibi ſoluere poſſit propria authoritate, & alios creditores præoccupare, & quibus cautelis uti debeat.*
131 *Funeris impenſa quæ ſit.*
133 *In teſtamento in ſcriptis multæ ſiunt impenſæ, in aperiendo, & alijs, quæ non fiunt in nuncupatiuo.*
134 *Impenſæ teſtamenti nuncupatiui, an reputentur creditoribus, & legatarijs.*
135 *Inuentarij exemplum cuius ſumptibus detur.*
136 *Hæres, an retineat impenſam pro ſe in litigando, uel aliter.*
137 *Impenſam ægritudinis, an retineat hæres, & quid de impenſa veſtium lugubrium.*
138 *Vxori ſuperſtiti, an hæres teneatur comparare ueſtes lugubres.*
139 *Hæredi non creditur dicenti ſe tantum impendiſſe, niſi probet iuramento, uel aliter: puta per ſuum codicem.*
140 *Actiones hæredis cum inuentario contra defunctum non confunditur, & cur, & quæ inde commoda ferat hæres, & ibi quatuor opiniones referuntur circa confuſionem.*
141 *Hæres etiam naturale creditum retinere poteſt propter inuentarium.*
142 *Legitima, an poſſit deduci beneficio inuentarij.*
143 *Hæres non faciens inuentarium, amittit ſuum creditum reſpectu creditorum, & legatariorum, non reſpectu fideicommiſſarij uniuerſalis.*
144 *Aditione confundi actiones, quo modo intelligatur, præter cæteros omnes.*
145 *Ratio interna cur aditione confundantur actiones, & iura hæredis contra defunctum.*
146 *Hæreditas debitrix cenſetur in puncto aditionis ſoluere hæredi creditori.*
147 *Rei uendicatio non confunditur aditione, & cur.*
148 *Hæres in rei uendicatione non repræſentat defunctum*
149 *Actio & paſſio cohærent perſonæ, non rei.*
150 *Hæres uendicans rem à defuncto uenditam, utrum repellatur, & quomodo.*
151 *Legitima, & Trebellianica, an amittatur per omiſſionem inuentarij.*
152 *Hypothecaria non confunditur aditione, & cur, & ampliatur tripliciter, num. 170.*
153 *Dominij acquiſitio, quando impediat ſeu extinguat hypothecam. & nume. 156.*
154 *Hypothecaria, an expiret aditione, in bonis hæredis obligatis per teſtatorem.*
155 *Hypothecaria, an aditione, & ſucceſſione primi creditoris expiret contra ſecundum.*

Res

157 *Res libera pluris ualet, & aſtimatur, quàm obnoxia, vel hypothecata.*
158 *Dominium eſt plena proprietas cum aliena adi poteſtate.*
159 *Actione perſonali ſublata, an tollatur hypothecaria.*
160 *Aditio veluti praſcriptio eſt de rigore iuris contra aquitatem naturalem.*
161 *Aditio, an inducat confuſionem, vel ſolutionem.*
162 *Hypothecaria quandoq; ſtat ſine principali.*
163 *Hares cur teneatur vltra vires, vera & interna ratio.*
164 *Aditio hareditatis, quando ſit loco ſolutionis, qua tollit hypothecariam.*
165 *Rei vendicatio ſecum nõ patitur hypothecariam, nec condictionem.*
166 *Hareditas quando ſit loco ſolutionis.*
167 *Aditio non tollit vendicatoriam, licèt interdum tollat hypothecariam.*
168 *Hypothecaria tollitur, vera & permanſura ſolutione; non ficta, & temporaria.*
169 *Actio perſonalis habet multas regulas quæ non conueniunt hypothecaria nec vendicatoria.*
171 *Hypothecaria competit tam agendo quam excipiendo, & quanto tempore vtroque modo duret.*
172 *Hypothecaria in tribus caſibus ſtat ſine principali.*
173 *Hypothecaria cur tollatur aditione hæreditatis locupletis, & uendicatoria non.*
174 *Hypothecaria tranſit in ſingularem, ſed non ad ſingularem ſucceſſorem; & cur diuerſum.*
175 *Hypothecaria quando tranſeat ad illum qui ſoluit creditori, ſeu ſoluens quando ſuccedat in hypotheca*
176 *Teſtator poteſt imponere hypothecam in rebus haredis; primi, ſecundi, vel vlterioris.*
177 *Actio perſonalis non confunditur aditione, in ſeptem caſibus.*
178 *Cohæredes non tenentur inuicem vltra vires.*
179 *In fideicommiſſa uniuerſali cur actiones haredis non confundantur.*
180 *Actio haredis cur non confundatur aditione, reſpectu legatariorum; contra omnium ſententiam.*
181 *Non ualet conſequentia. Hares tenetur de ſuo legatarijs, ergo actiones confunduntur.*
182 *Hares retinet creditum, & Falcidiam: licet non faciat inuentarium.*
183 *Legatarijs qua actiones, & quando competant.*
184 *Dominium quo modo, & quarum rerum ſcindatur inter haredem & legatarios.*
185 *Hares nomine Falcidia quando agat.*
186 *Legitima in puncto mortis abſcedit à bonis, & reſecat ſingula corpora.*
187 *Filius retinet creditum & legitimam: & nunquid retineat Falcidiam.*
188 *Actio ad legitimam, an aditione confundatur.*
189 *Filius pro legitima in quibus rebus, & in quantum dominium habeat.*
190 *Actio in rem, uel in perſonam ad legitimam, num aditione confundatur.*
191 *Filio num competat actio perſonalis ad legitimam ante aditionem, & an indiſtinctè uerum ſit non perdi legitimam ob non confectionem inuentarij.*
192 *In Trebellianica num ſpectetur mortis tempus, ueluti in Falcidia, & legitima.*
193 *Trebellianica cur amittatur per non confectionem inuentarij. Ratio noua, & incognita, & cur non amittatur legitima.*
194 *Legitimam, an perdant alij quam liberi per non confectionem inuentarij.*
195 *Actio extra ius, cauſamq; hæreditariam aditione non confunditur.*
196 *Actiones qua haredis aditione confundantur.*
197 *Actiones haredis ſolummodo aditione confunduntur reſpectu creditorum hareditariorum.*
198 *Actiones defuncti contra haredem, an aditione confundantur, & cur, & qua actiones, ſeu iura.*
199 *Morte defuncti non expirant actiones, etiam contra haredem.*
200 *Rei uendicatio defuncti, an confundatur aditione.*
201 *Actiones qualibet defuncti etiam contra haredem augent hareditatem ſed id quomodo, nu. 209 213.*
202 *Hypothecaria, & uendicatoria, an proponatur hareditate iacente.*
203 *Hares, an praſcribat, uel uſucapiat rem hareditatis iacentis, & nu. 207*
204 *Hares adeundo cenſetur ſoluere hareditati creditrici.*
205 *Hypothecaria defuncti, an aditione confundatur.*
206 *Actio defuncti contra haredem non confunditur in ſeptem caſibus: ſed an hoc uerum ſit, diſtinguitur ſubtiliter.*
208 *Actiones & iura defuncti quomodo ſcindantur inter cohæredes.*
210 *Obligatio etiam naturalis tranſit in fideicommiſſarium, ſed id quando, & quomodo,*
211 *Hares ueluti retinet, ita per contrarium reſtituit fideicommiſſario etiam iura, & debita naturalia.*
212 *Defunctus, an hares ſit debitor Falcidia.*
214 *Legitima, an ſit creditor filius & quando.*
215 *Legitima ponitur in calculo bonorum ueluti quodlibet aliud ius, uel actio patris contra filium.*
216 *Trebellianica, an ſit debitor defunctus, uel hæres.*
217 *Actiones qua defuncti, uel iura contra haredem, aditione non confundantur.*
218 *Authoris mens eſſet latius euagari, & modum figere docendo, & perdiſcendo iuri ciuili.*
219 *Hares creditor quando praueniat, & excludat alios creditores, & quos.*
220 *Dotem, an retineat hares in concurſu aliorum creditorum hareditariorum.*
221 *Debitor quandiu uiuit poteſt alienare, non ſic in eius harede.*
222 *Inuentarium probat tot eſſe res, quod ibi ſunt deſcripta, & ideo hæres non tenetur in plus.*
223 *Seruus hæreditarius quando torquendus ut pandat bona.*
224 *Iurat quandoque hares de ſua conſcientia, & an teneatur iurare quod res non ſubtraxerit.*
225 *Inuentarium conſeruat haredi lucra iuris communis, & mirabiles illationes inde fiunt.*
226 *Hæres cum inuentario, an poſſit hareditatem aditam repudiare.*
227 *Accuſatus, & acerſitus non habetur pro conuicto.*
228 *Furtum ſi faciat hæres, an duplum, uel quadruplum computetur hareditati.*
229 *Hæres ſurripiens inquantum teneatur, & nu. 156 ponitur, an iſte textus hodie corrigatur.*
230 *Hæres ſurripiens an cogatur adire; & hoc receptum eſt in ſuo harede, & qua ſit ratio diuerſitatis inter ſuum & extraneum, remiſſiue.*
231 *Trebellianicam, an amittat ueluti Falcidiam hæres ſurripiens.*
232 *Haredi melius eſt inchoare quàm ſtatim explere inuentarium.*
233 *Hares intra tempus inuentarij, an poſſit conueniri, uel conuenire, & cur, & in quibus caſibus, & an condemnatus exceptione inuentarij utatur.*
234 *Fideicommiſſarius dum conficit inuentarium non conuenitur.*
235 *Hares intra tempus inuentarij duplicem habet dilatoriam, iudicij unam, ſolutionis alteram, facto autem inuentario peremptoriam tantum habet.*
236 *Hæres poteſt ſtatim conueniri rei uendicatione.*
237 *Qua legata uel credita non patiuntur dilationem inuentarij.*
238 *Periculum ubi eſt in mora, recedimus à regulis iuris.*
239 *Hares intra tempus inuentarij condemnatus, an rectè ſit condemnatus.*
240 *Hypothecaria, an poſſit conueniri hares intra tempus inuentarii.*
241 *Inuentarium eſt loco iuris deliberandi, & quæ illationes ex hoc ſequantur.*
242 *Hares faciens inuentarium poſſidet.*
243 *Inuentarium, an impetretur à principe, & nu. 180. & 186.*
244 *Priuilegia iuris deliberandi ſunt hodie conceſſa inuentario, ſed non contra.*
245 *Praſcriptio intra tempus inuentarii non currit creditoribus hareditariis, & cur.*
246 *Legatariis, an currat præſcriptio intra tempus inuentarii.*
247 *Creditoribus ſuis, an poſſit hares ſoluere intra tempus inuentarii.*
248 *Actioni perpetua an currat praſcriptio intra tempus inuentarii.*
249 *Inuentarium faciens, an cenſeatur adire.*
250 *Inuentarium an fieri poſſit ſtatim poſt lapſum temporis praſtituti.*
251 *Non faciens inuentarium, an cogatur hæres eſſe.*
252 *Aditio non præſumitur niſi probetur.*
253 *Legis beneficio indignus eſt, qui legem aſpernatur.*
254 *Hares cum inuentario, an aditam hæreditatem repudiare poſſit.*
255 *Tempus deliberandi quale olim, & quale hodie ſit.*
256 *Poſt tempus deliberandi, an detur aliud tempus pro inuentario.*
257 *Tranſacto tempore deliberandi, cenſetur hares non repudians adiuiſſe.*
258 *Impetrans ius deliberandi, etiam hodie tenetur de ſuo creditoribus, licet faciat inuentarium.*
259 *Inuentarium fuit introductum à Iuſtiniano.*
260 *Hæres tacens, an cenſeatur adiuiſſe poſt petitam deliberationem, & quando, & quomodo uerum ſit.*
261 *Menochij intellectus reprobatur.*
262 *Hares praſumitur temerarius, ſi hodie petat deliberationem.*
263 *Legatarius tenetur hares ultra uires, ſed id quomodo, & quo iure.*
264 *Hares quando patiatur iuramentum in litem.*
265 *Iuſiurandum in litem euitat hares cum inuentario, etiam ſi petat deliberationem.*
266 *Hares deliberans ueluti faciens inuentarium, poſſidet res hareditarias.*
267 *Dictio quantitas, quomodo hic ſumatur.*
268 *Agens petitione hæreditatis, an poſſit ſuo iuramenta exprimere, rem hanc uel illam eſſe in bonis.*
269 *Legatarii, an iurent in litem contra hæredem.*
270 *Infames, ſpurii, iudai, an potiantur priuilegio huius legis.*
271 *Miles hodie tenetur de ſuo, ſi non faciat inuentarium.*
272 *Lex hæc eſt una ex quinquaginta deciſionibus Iuſtiniani, contra Cagnolũ.*

IMPER. IVSTINIANVS. A. ad Senatum. Lex. XII. Ex lib. VI. Titulo XXX. Codicis.

DE IVRE DELIBERANDI.

Scimus iam duas eſſe promulgatas à noſtra clementia conſtitutiones: unam quidem de iis, qui deliberandum pro hæreditate ſibi delata, exiſtimauerint: aliam autem de improuiſis debitis, & incerto exitu per diuerſas ſpecies eis impoſito. Sed & veterem conſtitutionem nõ ignoramus, quam diuus Gordianus ad Platonem ſcripſit, de militibus, qui per ignorantiam

tantiam hæreditatem adierunt: quatenus pro iis tantummodo rebus conueniantur, quas in hæreditate defuncti inuenerint: ipſorum autem bona à creditoribus hæreditariis non inquietentur. Cuius ſenſus ad vnam præfatarum conſtitutionum à nobis redactus eſt. Arma etenim magis, quam iura ſcire milites, ſacratiſſimus legiſlator exiſtimauit. Ea omnibus itaque iſtis vnam legem colligere, nobis apparuit eſſe humanum: & non ſolum milites adiuuare huiuſmodi beneficio, ſed etiam ad omnes hoc extendere: non tantum ſi improuiſum emerſerit debitum, ſed etiam ſi oneroſam quis inueniat eſſe, quam adiit hæreditatem. Ita enim nec ſatis neceſſarium deliberationis erit auxilium, niſi hominibus formidoloſis, qui & ea timent, quæ nulla digna ſunt ſuſpicione. Cum igitur hæreditas ad quendam, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato ſit delata, ſiue ex aſſe, ſiue ex parte: ſi quidem recta via adire maluerit hæreditatem, & ſic certiſſima hoc fecerit, vel ſeſe immiſcuerit, vt non poſtea eam repudiet: nullo indiget inuentario, cum omnibus creditoribus ſuppoſitus ſit, vtpotè hæreditate ei ex ſua voluntate infixa. Similiq; modo, ſi non titubante animo reſpuendam vel abſtinendam eſſe crediderit hæreditatē & apertiſſimè intra trium menſium ſpatium, ex quo ei cognitum fuerit, ſcriptum ſe eſſe vel vocatum hæredem, ei renuntiet: nullo nec inuentario faciendo, nec alio circuitu expectando, ſit alienus ab huiuſmodi hæreditate, ſiue oneroſa, ſiue lucroſa ſit. Sin autem dubius eſt, vtrumne admittenda ſit necne defuncti hæreditas: non putet ſibi eſſe neceſſariam deliberationem: ſed adeat hæreditatem, vel ſeſe immiſceat: omni tamen modo inuētarium ab ipſo conficiatur, vt intra triginta dies poſt apertas tabulas, vel poſtquam nota fuerit ei apertura tabularum, vel delatam ſibi ab inteſtato hæreditatem cognouerit, numerandos: exordium capiat inuentarium ſuper iis rebus, quas defunctus mortis tempore habebat: & hoc inuentarium intra alios ſexaginta dies modis omnibus impleatur ſub præſentia tabulariorum, cæterorumque, qui ad huiuſmodi confectionem neceſſarij ſunt. Subſcriptionem tamen ſupponere hæredem neceſſe eſt, ſignificantem & quantitatem rerum, & quod nulla malignitate circa eas ab eo facta, vel facienda, res apud eum remaneāt, vel ſi ignarus ſit literarum, vel ſcribere præpediatur: ſpeciali tabulario ad hoc ſolum adhibendo, vt pro eo literas ſupponat, venerabili ſigno crucis antea manu hæredis præpoſito: teſtibus videlicet aſſumendis, qui hæredem cognoſcant, & iubente eo tabularium pro ſe ſubſcribere interfuerint. Sin autem a locis, in quibus res hæreditariæ, vel maxima pars earū poſita eſt, hæredes abeſſe contigerit: tunc eis vnius anni ſpatium à morte teſtatoris numerandum, damus ad huiuſmodi inuentarij conſummationem. Sufficit enim præfatum tempus & ſi longiſſimis ſpatiis diſtant, tamē placuit dare eis facultatem inuentarii conſcribendi, vel per ſe, vel per inſtructos procuratores in loca, vbi res poſitæ ſunt, mittendos.

Et ſi præfatam obſeruationem inuentarii faciendi ſolidauerint: hæreditatem ſine periculo habeant & legis Falcidiæ aduerſus legatarios vtantur beneficio: vt in tantum hæreditariis creditoribus teneantur, in quantum res ſubſtantiæ ad eos deuolutæ valeant, & eis ſatisfaciant, qui primi veniant creditores. & ſi nihil ex ſua ſubſtantia penitus hæredes amittant: nedum lucrum facere ſperāt in dānum incidat. Sed & ſi legatarii interea venerint eis ſatisfaciant ex hæreditate defuncti, vel ex ipſis rebus, vel ex earum forſitan venditione. Sin vero creditores qui poſt ementum patrimonium, nec dū completi ſunt, ſuperueniant: neque ipſum hæredem inquietare concedantur, neque eos, qui ab eo comparauerint res, quarum pretia in legata vel fideicommiſſa vel alios creditores proceſſerunt: licentia creditoribus non deneganda aduerſus legatarios venire, & vel hypothecis, vel indebiti condictione uti, & hæc, quæ acceperint recuperare: cum ſatis abſurdū ſit, creditoribus quidem ius ſuum perſequētibus legitimum auxilium denegari, legatariis vero, qui pro lucro certāt, ſuas partes leges accommodare. Sin uero hæredes res hæreditarias creditoribus hæreditariis pro debito dederint inſolutū, vel per dationem pecuniarum ſatis eis fecerint: liceāt aliis creditoribus qui ex anterioribus ueniunt hypothecis, aduerſus eos uenire, & à poſterioribus creditoribus ſecundum leges eas abſtrahere, vel per hypothecariam actionem, vel per cōdictionem ex lege niſi uoluerint debitum eis offerre. Contra ipſum tamē hæredem (ſecundum quod ſæpius dictū eſt) qui quantitatē rerum hæreditariarum expendit nulla actio extendatur. Sed nec aduerſus emptores rerum hæreditariarū, quas ipſe hæres pro ſoluendis debitis uel legatis uendidit, uenire aliis concedatur cum ſatis anterioribus creditoribus à nobis promiſum eſt, vel ad poſteriores creditores, uel ad legatarios peruenientibus, & ſuum ius perſequentibus.

In computatione autem patrimonii damus ei licentiam excipere & retinere, quicquid in funus expendit, uel in teſtamenti inſinuationē, vel inuentarii confectionem, vel in alias neceſſarias cauſas hæreditatis approbauerit ſe perſoluiſſe. Si vero & ipſe aliquas contra defunctum habebat actiones: non eæ confundantur, ſed ſimilem cum aliis creditoribus per omnia habeat fortunam: temporum tamen prærogatiua inter creditores ſeruanda.

Licentia danda creditoribus, ſeu legatariis, uel fideicommiſſariis, ſi maiorem putauerint eſſe ſubſtantiam à defuncto derelictam, quam hæres in inuentario ſcripſit, quibus voluerint legitimis modis, quod ſuperfluum eſt, approbare, vel per tormenta forſitan ſeruorum hæreditariorum ſecundum anteriorem noſtram legem, quę de quęſtione ſeruorum loquitur, vel per ſacramentū illius, ſi aliæ probationes defecerint, vt vndique veritate exquiſita, neque lucrum, neque dānum aliquod hæres ex huiuſmodi ſentiat hæreditate, illo videlicet obſeruādo, vt ſi ex hæreditate aliquid hæredes ſubripuerint, vel celauerint, uel amouēdum curauerint: poſtquam fuerint conuicti, in duplum hoc reſtituere, vel hæreditatis quantitati computare compellantur.

Donec tamen inuentarium conſcribitur: vel ſi res præſto ſint, intra tres menſes: vel ſi abfuerint, intra annale ſpatiū, ſm anteriorem diſtinctionem, nulla erit licentia, neq; creditoribus, neque legatariis, vel fideicommiſſariis, eos vel inquietare, vel ad iudicium vocare, vel res hæreditarias quaſi ex hypothecarum authoritate vendicare: ſed ſi hoc ſpatium ipſo iure pro deliberatione hæredibus conceſſum, nulloque ex hoc interuallo creditoribus hæreditatis circa temporalem præſcriptionem præiudicio generando.

Sin uero poſtquam adierint, vel ſeſe immiſcuerint, præſentes vel abſentes inuentarium facere diſtulerint, & datum iam a nobis tempus ad inuentarii confectionem effluxerit: tunc ex eo ipſo quod inuentarium ſecundum formam præſentis conſtitutionis non fecerint: & hæredes eſſe omnimodo intelligantur, & debitis hæreditariis inſolidum teneantur. Nec legis noſtræ beneficio perfruantur, quam contemnendam eſſe cenſuerint.

Et hæc quidem de iis ſancimus, qui deliberationem nullā petendā eſſe curauerint: quam putamus quidem penitus poſt hanc legem eſſe ſuperuacuā, & debere ei derogari. Cum.n. liceat eis & adire hæreditatem, & ſine damno ab ea diſcedere, ex præſentis legis authoritate: quis locus deliberationi relinquitur? Sed quia quidam vel vana formidine, vel callida machinatione pro deliberando nobis ſupplicandum neceſſarium eſſe exiſtimant, quatenus eis liceat annale tempus tergiuerſari, & hæreditatem inſpicere, & alias contra eam machinationes excogitare, & eandem deliberationem flebilibus aſſertionibus reperita prece ſæpius accipere: ne quis nos putauerit antiquitatis penitus eſſe contemptores, indulgemus quidem eis petere deliberationem, vel à nobis, uel à noſtris iudicibus: non tamen amplius ab imperiali quidem culmine vno anno, à noſtris vero iudicibus nouem menſibus: vt neque ex imperiali largitate aliud tempus eis indulgeatur: ſed & ſi fuerit datum, pro nihilo habeatur. Semel enim, & non ſæpius eam peti concedimus.

Sin autem hoc aliquis fecerit & inuentarium conſcripſerit (neceſſe eſt enim omnimodo deliberantem, inuentarium cum omni ſubtilitate facere) non liceat ei poſt tempus præſtitutum (ſi non recuſauerit hæreditatem, ſed adire maluerit) noſtræ legis vti beneficio, ſed inſolidum ſecundum antiqua iura omnibus creditoribus teneatur. Cum enim gemini tramites inuenti ſint, vnus quidem ex anterioribus qui deliberationē dedit, alter autē rudis & nouus à noſtro numine repertus, per quem adeuntes ſine dāno conſeruantur: electionem ei damus, vel noſtram conſtitutionem eligere, & beneficium eius ſentire: vel ſi eam aſpernandam exiſtimauerit, & ad deliberationis auxilium conuolauerit, eius effectum habere: & ſi non intra datum tēpus recuſauerit, hæreditatē omnibus inſolidum debitis hæreditariis teneatur: & non ſm modum patrimonii, ſed etiam ſi exiguus ſit cēſus hæreditatis, tamen quaſi hæredē eum in totum obligari, & ſibi imputet, qui pro nouo beneficio vetus elegerit grauamē. & ideo ad ipſam deliberationis dationē, & diuinum reſcriptum ſuper hac promulgatum, hoc adiici volumus, vt ſciant omnes, quod omnimodo poſt petitam deliberationē, ſi adierint vel pro hærede geſſerint, uel non recuſauerint hæreditatē, omnibus inſolidū hæreditariis oneribus teneantur. Si quis autē temerario propoſito deliberationem quidem petierit, inuentarium autem minimè conſcripſerit, & uel adierit hæreditatē, vel minimè eam repudiauerit: non ſolum creditoribus inſolidum teneatur, ſed etiam legis Falcidiæ beneficio minimè utatur. Quod ſi poſt deliberationem recuſauerit, inuētario minimè conſcripto. tunc res hæreditarias creditoribus, vel iis: qui ad hære-

hæreditatem vocantur, legibus reddere compelletur. quan-
titatem earum ſacramento res accipientium manifeſtanda,
cum taxatione tamen à iudice ſtatuenda.

Notiſſimum autē eſt hac conſtitutione, quæ omnes caſus
continet, noſtris conſtitutionibus iam pro eiſdem capitulis
promulgatis eſſe derogatum, quarum altera etiam Gordianæ
conſtitutionis ſenſus retinebatur. Cum enim ampliore tra-
ctatu habito, melior exitus inuentus ſit, vt & tribus conſtitu-
tionibus in vnum congregatis, vnus appareat & in milites &
in alios oēs iuris probabilis articulus: ea propter ex anteriori-
bus inquietari noſtro ſubiectos imperio non patimur. ſ. vt mi
lites, & ſi propter ſimplicitatem, præſentis legis ſubtilitatem
nō ſeruauerint, in tā tū teneantur, quantū in hæreditate in-
uenerint. Quam (patres conſcripti) in huiuſmodi caſibus in
poſterum obtinere ſancimus. D v. Cal. Decem. Conſtan. poſt
conſul. Lampadij & Oreſtis V V. C C.

1 Scimus.] † loquitur Iuſtinianus de ſe ipſo in plu-
rali: veluti & in epiſtola incipiente, Nos
reddentes, quam reſcripſit epiſtolæ Ioannis uj. incipienti,
inter claras. ſupra, de ſumma trinitate & fide catholica. vbi
pariter Ioannes loquitur de ſeipſo, & de Iuſtiniano in plu-
rali. Et generaliter conſtat, quod ſemper ſummi Pontifices
de ſe ipſis loquuntur in plurali, vt teſtatur Innoc. III. in c. quā
graui. extra de crimine fal. Poſt quem annis fermè. 40. Innoc.
IIII. pater canoniſtarum, roſeum ſeu Purpureum galerum
conceſſit Cardinalibus. Antiquitus id non ſeruabatur, ſed
vnuſquiſq; de ſe ipſo, vel de alio ſolo loquebatur in ſingulari:
2 Neq; erant tot titulorum & dignitatum præfationes, adu-
latriceſq; nomenclaturæ. Quod ſatis inter cætera liquet ex
l. 1. C. de veteranis lib. 12 vbi referuntur formalia verba mili-
tum acclamantium Conſtantino Imperatori, Auguſte Con-
ſtantine, Deus te nobis ſeruet. & Conſtantinus illis. Magis,
magiſq; conueteranis meis beatitudinem augere debeo quā
minuere. Et ex. l. 1 ff de mili. teſta vbi Imperatores de ſe ipſis
loquuntur in ſingulari. Et ex. l proximè ff. de his quę in teſta.
delentur. vbi etiā comperies quod loquētes Imperatori non
plus dicebant quàm Domine Imperator, & ex Plinio II. in
epiſtolis ad Traianum: quamuis Auguſtus, acclamante ei po
pulo aſſentationis, vel potius lętitiæ ergo; grauiter increpa-
3 uerit, poſteroq; die edicto vetuerit ne dominus † appellare-
tur, vt penes Suetonium in Auguſto, cap. 53. Hodie autem
quotuſquiſque æratus potius q̃ ærarius eſt, qui non caudam
Pauonis criſtatus eleuet? Cuius diplomatibus, vel etiā ſche-
dulis, aut chartulis papyraceis, ampulloſa titulorum pigmen-
ta, characteribus habētibus longitudinem, latitudinē, & pro-
funditatem non infigantur? cui non impleant aures dulcius
q̃ ſibili vernales, vel æſtiui, ſeſquipedalia ſuperlatiua; voceſq;
ad rythmum compoſitæ, & inceſſabiles, & quarum ſonitu
obſurdeſcere ſyrenes potuiſſent? qui non libēter proferat, &
ter, & quater ſingulis horis. Nos volumus? Nos iubemus?
quaſi vero cęleſtia ſydera, & ſigna horoſcopi in unum con-
ſpirauerint, vt ipſe ſolus pluſquam ſeptem Imperij electores,
ſuo nutu monarchiam mundi ſceptrumq; Alexandri tribue-
re debeat Sed hoc leuius crimē eſſet, præſertim in his princi-
pibus, quos ſatis multos ætas noſtra tulit: qui fidem, probita-
tem, religionemq; præ oculis habent & iuſtitiæ, æquitatiſque
acerrimi defenſores, & adminiſtratores ſunt; niſi quoque
è media forte homines nilli ferie insigne gerentes, talibus
abuterētur nominibus, prænominibus, agnominibus: Cum
tamen ſi vel togam, vel pileum, vel ocreas, vel unius equi pha
leras ipſis adimas, aut deneges: non prius repoſcentibus da-
bis, quam ſi iudex pronuntiet: ſi verum eſt de iure noſtro,
4 quod de re unius teruntij, † vel quadrantis iudicium ſuſci-
pi poſſit. l ſi proprietarius. ff. de dam. infec. Age verò ne tra-
gędias ſtruere & ſeculum reformare videamur, opus propo-
ſitum perſequamur.

Promulgatas.) De nouo compoſitas, ſi quidē Iuſtinianus,
vel potius Tribonianus, & alij laboris aſſeclæ (quando Iuſti-
5 nianum † ne literas quidem elemētarias, ſeu abecedarias cal-
luiſſe Suidas prodidit) pręter iuris veteris, & conſtitutionum
compilationem, multas de nouo addidit conſtitutiones, par-
tim Græcas, partim Latinas; quæ non omnes, extant. ſed
cur Græcas? dixerit aliquis. Tribonianus fuit Græcus. Sed
an vulgari, ſeu in noſtro Italico idiomate extet Iuſtiniani
conſcripta lex vlla? Non puto, licèt ſub exceſſum Iuſti-
6 niani, † tradente id Sabellico, anno circiter 580. à Chriſti
natiuitate, tunc primum deſitum ſit Latinè loqui: & Barba-
ricæ uoces, & dictiones, quarum adhuc multas retinemus,
intruſæ fuerunt.

Clementia.) Glorioſum verbum. Quid enim clemētia ma
gis decet Principem: cum Chriſtus redemptor noſter pientiſ-
ſimus, mitiſſimus, & clementiſſimus fuerit?

Vnam.) Hoc eſt. l. cum antiquioribus, ſupra eodem, inquit
Accurſius.
7 Deliberandum.) Quę deliberatio † cōceditur, vel à lège, vel
à iudice intra certum tempus, d l. cum antiquioribus, & infra
eadem l. §. ſed quia quidam. Olim uerò antè Iuſtinianum prę
tor tempus decernebat. l. j. ff. de iure delib.

Aliam.) hęc euanuit, Inquit Accurſius. Et differt hæc à
priore: quia illa competit hęredi nondum adeunti: Hæc hæ-
redi poſtquam adiuit.

De improuiſis debitis) hęreditarijs: Nam plerunq; ſubeſt
æs alienum, quod uel diſſimulauit, vel ignorauit defunctus:
Et fortè ſi ſciuiſſe hæres. non adiuiſſet. Quia tamen ei eſt par
cendum, ſuccurrere voluit Iuſtinianus, & ante eum Hadria-
nus. §. ſciendum. Inſtitu. de hæred. qual. & diff. ob regulam, &
8 æquitatem generalem Quæ de nouo † & ex improuiſo emer
gunt, nouo indigent auxilio. l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de Inter-
rog actionibus. Nota autem de iure Digeſtorum, quod plu-
rimum incrementi ſuſcepit ſub Hadriano vſque ad Alexan-
drum Seuerum, quod ſimulatque hæres adiuerat hæredita-
tem, debitis hæreditariis omnimodo illigabat; nec ulla ſub-
terfugij ſpes erat quominus ſolueret de ſuo, niſi minor eſſet
vel grande æs alienum latuiſſet. §. extraneis. & dicto §. ſcien-
dum. Nec mirum, quia adeundo, quaſi contraxit, & conſen
ſit voluntati teſtatoris, quod ſcilicet pro eo omnia ſoluet,
iuxta Baldum hic. Poſtea Iuſtinianus temperauit hunc ri-
gorem aliquatenus in conſtitutione ipſius, quæ euanuit, &
plenius in hac l. noſtra.

Et incerto exitu.) hæc verba innuunt ꝙ conſtitutio Iuſti-
niani, quæ euanuit, incerta, & perplexa erat ob multas varie-
tates, & circuitus. Et ob id forte Iuſtinianus illam abrogauit,
potius quàm quod fortuito interciderit.
9 Sed & veterem) ſed vetuſtior eſt illa Hadriani, de qua in d.
§. ſciēdum. & forte in l. 2. in fi & l. 3 ff de condi. indeb utpote
cum Hadrianus ante Gordianum, cuius hic ſit mentio, Impe
rij habenas rexerit annis centum, & amplius; & ante Iuſtinia
num annis quadringentis.
10 Diuus Gordianus.) Imperatores † appellabātur diui; quod
prænomen primum eſt inditum Cęſari, & cęteris poſt eum:
veluti & nomen, ſeu prænomen Auguſtus.

Ad Platonem ſcripſit.) interdum reſcribunt Imperatores,
vt extant lex cētæ leges, & conſtitutiones. Reſcribitur ad con
ſultationes propoſitas. Scribitur cum ſponte ſua Imperator
irrequiſitus vult aliquid de nouo iubere, vt in verbo dare, &
reddere. Cæterum in libris Digeſtorum, quid ſignificet illa
locutio. Ad Plautium, ad Sabinum, eleganter explicat An-
tonius Auguſtinus (poſt Viglium, Inſti. de hæred. inſtitu.) lib.
emendationum. 1. c. 6.

De militibus.) conſtitutio hęc Gordiani forte tantum lo-
quebatur de militibus armatæ militiæ, licèt alioquin milites
cęleſtis & togatæ palæſtræ, iiſdem fruantur priuilegijs, glo. in
l. miles qui. in princ. ff de re iudi.

Per ignorantiam.) ergo ſi ſcienter adimiſſent milites, non
11 iuuabantur. Nec mirum, quia † Iura fauent ignorantibus, nō
autem ſcientibus, & decipientibus. l. 2. ff. ad Velleianum. Quę
ignorantia in dubio pręſumetur, cum armis non legibus in-
cumbant milites.

Ipſorum autem bona) Sed quomodo ſciebatur hęc bona
fuiſſe defuncti, illa militis? Reſpōdeo vel impetrata ſeparatio-
ne; vel rerum, corporumvè perſpicua diſcretione; vel quali-
quali deſcriptione. l. 1. §. præterea. ff. de ſepara.

Hęreditarijs.) ergo ex proprio contractu, vel obligatione
12 miles cōueniebatur in bonis propriis; † Quod procul dubio
verum eſt, licèt non condemnetur niſi inquantum facere po
teſt d. l. miles qui in prin. ff de re iud. ſed ex hæreditario con-
tractu ad nihilum tenetur de ſuo, licèt ſit locupletiſſimus; ve
luti nec ſeruus neceſſarius hæres domini, Inſti. de hære. qual.
& diff. circa princip.

Cuius ſenſus.) liquet tres eſſe conſtitutiones, de quibus in-
telligit Iuſtinianus hic, & apertius in §. vlt.

Ex omnibus itaque iſtis.) tribus conſtitutionibus; duabus
Iuſtiniani, & vna Gordiani, & quarta etiam Hadriani ante
Gordianum.
13 Milites.) nunquid milites † hodie ſi non faciant inuenta-
riū, potiantur priuilegio? vtiq;. §. vlt infra. Sed nouiſſimè Iuſti
nianus. § pe. Auth. de hęr. & Falci. abſtulit priuilegium etiam
militibus, niſi faciant inuentarium.

Sed improuiſum.) Nam & antea ſuccurrebatur ſi improui
ſum emergeret onus, quod præcauere hęres non poterat.

Inueniat.) eo tēpore quo adit. Quid ſi hæres ſciat ineſſictau
14 ter hęreditatem † eſſe oneroſam? Non videretur frui priuile-
gio, licèt inuentarium faciat; quia ſcienti non fit iniuria. l in
diem. ff. de aqua pluuia arcenda. Contrarium innuit tex. iſte
& verum opinor.

Auxilium)

Auxilium.) Ratio in §.donec. quia inuentarium eſt loco
iuris deliberandi. Bar.in l.1.ff.de in.delib. Nunquid ergo quē-
15 admodum deliberans † aſpernari poteſt hęreditatem, ita po-
terit innētarium faciēs? Ante aditionē poterit, cum nondum
cenſeatur hęres, poſt aditionem non videtur, textus contra
in §.& hæc quidē. Effectus ēſt maximus, nam ſi poteſt etiam
aditam repudiare, ſequetur ꝙ quaſi bona vacātia creditores,
& legatarij occupare & quodammodo lacerare poterunt, de
quo Bal. Saly. Caſtren. in §.etſi præfatam. & ſupra in tractatu
nonnihil diximus.

Formidoloſis) tam meretur reprehenſionem qui laruas,
ſomnia, vmbramq; ſui ipſius timet; ꝗ qui nimis audax, teme-
16 rarius, inconſideratuſque eſt: Nam virtus † in mediocritate
conſiſtit, inquit, philoſophus.

Quendam) Idem ſi ad quandam: Nam & mulieres quem-
admodum ex ſuis contractibus, præterquàm ſi fideiubeant,
17 tenētur † efficaciſſimè. l.j. C.ad Velleia. ita ſi adeant: cum tam
ex quaſi contractu, quam ex contractu deſcendentes obliga
tiones ſint ineuitabiles, & perpetuæ vſq; ad finem ſolutionis.
§.2 Inſti de actionibus.

Ab inteſtato.) factis codicillis; vel non. Quid ſi fiſcus, vel
vniuerſitas, ceſſante edicto ſucceſſorio, in ſubſidium hæres
ſit. l.vnica C.vnde vir, & vxor. l.1. C.de hęre. decurionum? an
18 ſi non faciat inuentarium tenebitur vltra vires? † ſupra dixi-
mus non teneri, cùm non ſuccedat vt verus hæres. l.1. §.an
bona. & ibi Bar. ff de iure fiſ. Butrig. Saly & Caſt. in l.2 C.ad l.
Iuliam de vi. Idem ergo in patre occupante caſtrenſia, vel
quaſi caſtrenſia filij morientis, in arrogatore, in monaſterio
Bal. in l. iubemus. C.ad Trebellianum. Quod an hodie proce
dat, ſupra attigimus.

19 Siue ex parte.) Sed nunquid vnuſquiſq; † cohęredum tene
bitur inſolidum ad vniuerſa onera hęreditaria vltra vires, li-
cèt alij ſint ſoluēdo? vel ſaltem vnus pro alio tenebitur facto
non ſoluēdo? Arduæ ſunt hę inſpectiones. Illud cōſtat, onera
hęreditaria diuidi inter cohæredes, & vnum pro alio non te-
neri. l.1. C.de excep. l.1. C.ſi cer. pet. cum concordantibus ad-
ductis per glo. quod indubitanter procederet, ſi ſinguli ſingu
la facerent inuētaria, Cy. Albe. Saly. Iaſ. hic. Dubitatio eſt ho-
die ſi cohæredum vnus, vel omnes non faciant inuentarium,
an vnus pro alio teneatur, vel ad finem hęreditatis, vel etiam
inſolidum vltra vires: non ſolum creditoribus, ſed etiam le-
gatarijs. §.ſi verò non fecerit. Auth. de hær. & Falc. Et an vnus
ſine alio poſſit facere inuentarium totius, vel partis; Et, ſi fa-
ciat, vtrum proſit alij necne: de quo per Aret. in l.cum hęre-
ditate, de acqui hæred. eſſent perſcrutandæ ſubtiliter leges,
& euoluendi commentarij ſuper l.2. §.1 § ex his. & l 4. § Ca-
to ff de verborum obli. vbi pluſquam Herculei labores ſunt
perlati a noſtris doctoribus; licèt lauream, & trophęum non-
dum reportauerint.

Maluerit) hoc verbum indicat hęredem non cogi adire li
cèt ſuus ſit. l.nec emere. ſupra eod. olim iure vetuſtiſſimo ſe-
cus in ſuo hęrede. l.neceſſariis ff de acq. hære.

20 Immiſcuerit) hoc, inquit glo. refertur † ad ſuum hęredem:
Neque.n. ſuus hęres nouum cenſetur adipiſci patrimonium,
ſed potius in veteri, & iam acquiſito perſeuerare; & in eo,
mortuo patre, plenius ſe inuoluere, & immiſcere. l. in ſuis. ff.
de liber. & poſthum.

Nullo indiget inuentario.) ut ei proſit, ſupplet Ricardus
Malumbra, prout refert Cyn. Senſus ſm Ricar. erit, ꝙ vbi hæ
21 res ſpe † certiſſima adit, non iuuatur inuentario, licèt illud fa-
* ciat. Bal. Sal. Caſt. & communiter * alij reprobant. Et eorum
opinio contra Ricar. probari poteſt ex verbis precedentibus,
(vt non poſtea eam repudiet.) Intelligendo hoc modo Quan
do hęres ſpe certiſſima adit cum hoc animo, & declaratione
ꝙ non repudiabit, certum eſt ꝙ inuentario non iuuabitur.
Cur ita? quia clarè dixit ꝙ non vult repudiare, vt verba præ-
dicta ſonant; Ergo ſi non dicat illa verba, iuuabitur inuenta-
rio, licet ſpe certiſſima adeat.

Creditoribus.) Ergo non legatarijs, vt in ſecūda ſolutione
glo. Nam ſolum per ius nouiſſimum poſt iſtam legem, hęres
22 † non faciens inuentarium tenetur creditoribus, & legatarijs
de ſuo. d.§. ſi vero non fecerit.

Ei.) adeunti, vel ſe immiſcenti.

Voluntate.) non enim cogebatur adire, ſed ſimulatq; vo-
luit adire, & adiuit, iam non poteſt amplius recuſare. l.ſicut.
ſuprà, de act. & oblig.

Infixa.) quia onera prorſus tanꝗ character imprimuntur
perſonę ipſius hęredis, ita vt diuelli nequeant, ueluti nec de-
functus diuellere poſſet. gl. in l.3. ff. pro ſoc. ſed hanc diuulſio-
nem, ſeu exonerationē ſtatim conſequitur hęres faciēs inuen
tarium; maxime ſi antequā adeat, faciat; vel in puncto adeun
23 di, proteſtetur ſe facturum inuētarium. Quid † tamē ſi adeat
ſine proteſtatione, & mox intra tempus faciat inuentarium?
an eo momēto quo adiuit ita onera ſunt infixa, ut diuelli ne-
queant, vel potius retrotrahetur beneficium inuētarij? Quod
magis eſt, legis poteſtate, & fictione, iuxta tradita in l.ſi is qui
pro emptore. ff. de uſucap.

Similiq; modo.) ideſt ueluti adiens ſpe certiſſima, & dicēs
ꝙ non uult repudiare, nullo indiget inuētario. i. eſt obnoxius
omnibus creditorib. etiam ſi faciat inuentarium; ita expreſſe
renuncians intra tres menſes, & animo minime titubāte, eſt
alienus ab hæreditate. Ita eſt de mente Sal. & Corn. reproba-
to intellectu Bar. & alio intellectu Baldi.

Crediderit.) Bar. & Bal. intelligunt ꝙ hæres dixerit, credo
eſſe reſpuendam, uel quidpiam ſimile. quo caſu ſecundum
Bart. per hæc uerba, uel ſimilia, elapſo curſu trium menſium,
24 cenſetur † repudiare: ſecundum vero Bald. cenſetur adire ſi
hoc magis nocuum erat hæredi. Vterq; intellectus falſus eſt,
quia hæc verba (ſi non titubante animo &c.) referunt ad ani-
mum, & cogitationem ipſius hæredis, non autem ꝙ hęres il-
la protulerit. Præterea falſum opinor ꝙ hæres proferens talia
verba cenſeatur adire vel repudiare, quauis noſtri Doctores
hic exclament mirabilem eſſe deciſionem Barto. Recurre ad
tradita in l ſi quis ſuus. ff. de iure delib. vbi præcipuè Angelus
frater Baldi in l qui ſe patris. ſupra, vnde liberi. vbi poſt De-
cium, & Acorombonum me audiente aliàs mirabilia dixit
Dominus meus Decianus.

Trium menſium) ſed nunquid iſti tres menſes ſunt legis,
vel iudicis, vel patris? Quod non ſint legis, expreſſim probatꝰ;
quia imo lex dat facultatem adeundi, vel repudiandi vſq; ad
30. annos, vt hic per glo. l.licet. l.ſi curatoris. l.cum antiquio-
ribus. ſupra eod. Quod non ſint iudicis, facit quia & ipſe iu-
dex tempus non præſtituit hæredi, niſi requiratur. d.l. ſi cura-
25 toris. cum iudex nemini † impartiatur officium ſuum niſi ro
gatus. l.4 §.hoc autem. ff. de dam. infec. Ergo iſti tres menſes
ſunt partis. i. vel ſubſtituti, vel legatarij, vel creditoris petentis,
vt iudex terminum ſtatuat hęredi ad adeundū, vel repudian-
dum. d.l. ſi curatoris. l.quandiu inſtitutus. ff. de acq. hæred. ſed
cur tres menſes, non quatuor, non quinque, non plures, uel
pauciores? Et hoc in iudicis pectore reſidere opinarer. l.1. ff.
de iu. delib. licet tempus nonaginta dierum vel 12. menſium
datum inuentario; & tempus nouem menſium, vel duode-
cim datum deliberationi, ſit inuariabile. §.ſin vero poſtquā.
& § ſequen. infra eadem. l.quid ſi intelligamus quod iſti tres
menſes pręfigantur hæredi, ſic copetente a iudice? obijcet
aliquis, nonne ſtultus eſſet hæres ſe ipſum coanguſtare, cum
in perpetuum adire poſſit, vel repudiare? Poſſum replicare.
Quid tibi videretur, ſi hęres quotidie interpellaretur; & ne
calumnioſus, moroſuſve exiſtimaretur, adiret iudicem, vt ci-
to ſe, & alios expediat?

Renunciet.) apertiſſimè vt ſupra dixit. Stante tamen intelle
ctu Bar. etiam ſi apertiſſimè non renunciet, cenſebitur hæres
26 renuntiaſſe. Sed an ſuus hæres † apertiſſimè renuntiās ſpatio
trium menſium excludet? Non ſanè, imo vſque ad 32. ætatis
ſuæ annum, ſuam abſtentionem, vel repudiationem reuoca-
ret rebus nondum diſſipatis, vel alienatis. l.vlti. infra titu.1. Et
ſic iſte textus fallit in ſuo hærede. Quid in hæreditate fratris,
matris aliorumq; coniunctorum? vſq; ad annum maternam
hęreditatē poteſt retrahere filius l.filij. ff. ad ſenatuſc. Tertul-
lianum. Ergo & in materna hæreditate non procedit textus
iſte, ſecundum Angelum hic, cui Cor. non aſſentit. Vide quæ
late congerunt Doct in d.l ſi quis ſuus. ff. de iu. de lib. & in d.l.
qui ſe patris. ſupra, vnde liberi.

Nec inuentario.) Quid ſi facto inuentario renuntiet? Vale-
27 bit renuntiatio. Sed an deducet † impēſas funeris, teſtamenti,
inuētarij, & ſi quę ſunt ſimiles? Retineret vtiq;, vel deduceret
ſe adiuiſſe. § in computatione. infrà. Cū vero nō adiuerit, vix
eſt ut compenſet; cum ſponte impendiſſe, & citrà debitum vi
deat. Neſcio quo me uertam. Cogita, quia eſt notabilis dubi-
tatio, & pendet ab jis, quę tradentur in d.§. in computatione.
Vide interim elegantiſſimum tex. in l pro hęrede. ff. de acq.
hęr. & quæ ibi ita ſuntur per Bar. Albe. Bal. Ang. Com. Caſtr.
vtrunque Imo. & Iaſ.

Lucroſa) Nota ꝙ hęreditatē lucroſam quis poteſt aſperna-
ri: quia in inuitum non confertur beneficium. l.inuito. ff. de
28 reg. iu. Quid ſi filius † uelit ſuam legitimam retinere, & reſi-
duum aſpernari? Quid item ſi filius res maternas, uel proprias
uelit ſeparare à bonis patris? Vel quid ſi hęres repudiantis illū
arctare uellet, uel ipſe adire? Primæ quęſtioni reſpondetē eiuſ-
dem hæreditatis diuiſionem fieri non poſſe l j. & 2. ff. de acq.
hære. Quia tamen filius eſt quaſi creditor in legitima, gl. & ibi
Cyn. Bar Bal. Saly. in l.3. C.de iur. & fac. igno. Et quia legitima
immunis eſſe debet ab omni onere, & dilatione. l.quoniam
prioribus. C.de inoffi. teſta non irrationabiliter quandoque
filio ſuæ legitimæ retentio permittetur, præſertim ſi ex reſi-
duo ſit ſpes nō fraudatum iri creditores, & legatarios. Quin

& eis

& eis diſſentientib. non interdicetur filius officio iudicis ſibi
petere fieri aſſignationem, ſi euidens ſubſit cauſa; Doctores
affatim, quos non refero, ne videar memoriam oſtẽtare, in l.
in quartam. ff. ad leg. Falc. Bal. & Saly. in l. ſcimus. C de inoffi,
teſtam. Faciunt tradita per eoſdem, & per Alexan. Socyn. Iaſ.
& Decium in l. debitori. C. de pactis. quibus aſſentire videtur
Ruin. conſi. 39. lib. 2. & præcipuè per Caſtrenſem in d. l. quo-
niam prioribus. Illud verum eſt regulariter, quod veluti filius
vnam rem nomine legitimę non poteſt eligere, neque occu-
pare; ita nec legitimam ſibi præcipuam retinere cęteris bo-
nis omiſſis, Bar. vterque Imo. in l. ſuus quoque. ff. de hęr. inſti.
Curtius Senior conſi. vlti. Dec. conſil. 236 glo. Abb. & nouiſ-
ſime Didacus in c. Rainutius, extra de teſta. Menoch. de arb.
indi. lib 2. cent. 2. caſu 163. Secundæ quęſtioni reſpondetur, ꝙ
29 ſine dubio filius † res proprias ſecernere poterit. Nam licèt vi
uente patre aduentitiorum non potuit interdicere admini-
ſtrationem. l. 1. C. de bonis maternis. Tamen patre mortuo,
præcipua habet omnia ſua filius non ſolum caſtrenſia, ſed &
aduentitia. l. vlt. C. de colla. Quin & ſi pater res filij alienauiſ-
ſet, non prohiberetur filius res alienatas vendicare pretio ple
runque non refuſo. l. cum a matre. C. de rei vend. l. venditrici.
30 C. de rebus alienis. Veluti. n. quæ de ſuo alienauit † pater, ſunt
irreuocabilia, licet pater fraudulenter alienauit. l. filios. C. de
reuocandis his, quæ in fraud cred ita quæ res filij à patre ſunt
alienatæ, perpetuò ſunt reuocabiles, ſi vel filius non ſit hæres
patris, vel etiam ſit hęres oneroſus cum beneficio inuentarij,
vt abunde ſupra fuit diſcuſſum, & dicetur adhuc in §. in com
31 putatione. Tertiæ quæſtioni † reſpondetur, ꝙ hærede recu-
ſante adire, actum eſt de hęrede recuſantis partim quia alteri
benefacere nemo cogitur: partim quia teſtator non habuit
dilectionem ad hæredem hæredis, niſi nomine: partim etiam
quia in quęrendis quilibet creditori nedum hæredi cui ad ni
hilum tenetur, obeſſe poteſt l. qui autem. ff. quæ in fraudem
creditorum. Cum poteſtas adeundi non faciat hęredem lo-
cupletiorem. l. pretia. ff ad l Falcid. Fallit ſi filiusfamilias inſti-
tuatur: Nam eo recuſante pater non excluditur. l. vlti. infra,
de bonis libe. l. is qui hæres. §. vlt. ff. de acquiren. hæred. & ibi
Barto. Albe. Bald.

Sin autem dubius.) Dixit quando hęres certus, & indubius
adit, vel repudiat hæreditatem: nunc quãdo dubius eſt. Et ex
hoc. §. ponente diuerſitatem a §§. prioribus, videtur probari
opinio Spec. Ricar. Cy. & Ang. inuẽtarium non prodeſſe, niſi
illi qui dubius adit. Sed non obſtat ſi intelligas priores. §§. vt
ſupra. Nota autem quod in hoc. §. vſq; ad §. etſi præfatam ex-
cluſiuè, ponuntur ſolennitates, quæ requiruntur ad confe-
32 ctionem inuentarij. Et † quidem Caſtren. ex hoc textu colli-
git octo. Corneus Peruſinus ſeptem. & tres alias addit. Iaſon
colligit nouem. Ego verò colligo vndecim ex hoc textu;
quibus addo quatuor, & ſic quindecim conſtituo ſolennita-
tes, ad confectionem inuentarij, vt in ſeptimo membro prin-
cipali huius tractatus.

Immiſceat.) ſi eſt ſuus hæres. Ex hoc textu colligitur, ꝙ &
33 ante & poſt aditionem † inuentarium fieri poteſt; niſi ꝙ iſte
textus, vt modò dixi, videatur probare ita demum poſt adi-
tionem fieri poſſe, ſi hæres dubitans adiuerit. Quod commu-
* niter * reprobatur.

Omni tamen modo.) non intelligas hunc textum, quod
omnino cogatur hęres facere inuentarium. Hoc enim ei eſt
voluntarium; ſed cogitur ſi vult ſecurus eſſe, & potiri priui-
34 legijs. Ergo duo facit inuentarium. † Indemnem conſer-
uat, priuilegia tribuit. Adde tertium. lucra conſeruat. §.
licentia danda.

Ab ipſo.) Non vt ipſe ſcribat, ſed publicus Tabellio. Nam
nec ipſe defunctus inuẽtarium ſcribere poſſet, vt hic per Bal.
35 Quid tamen ſi hęres † ſcriberet: mox vocato tabellione, &
teſtibus, omnia ſolenniter perficerentur? valeret inuẽtarium
dummodo tabellio auctoretur, & ſe ſubſcribat. Item ex hoc
verbo (ab ipſo) probatur ꝙ alius quàm hæres non poteſt face
re inuentarium, nec creditor hęreditarius, nec legatarius: nec
fideicommiſſarius: niſi acceperit hæreditatem ex Trebellia-
no vel niſi forte deſcriptionem interdum petant. l j. §. pen. ff.
de ven. in poſ. mit. l. defenſionis. C. de iu. fiſ lib 10. quãuis ſub-
tilis Faber, & male in hoc, in §. extraneis. Inſti. de hær. qual. &
diff. aſſerat veluti inuentarium hæredis non tranſit ad fidei-
commiſſarium, ita nec eundem fideicommiſſarium admit-
tendum ad confectionem inuentarij.

Intra triginta.) hæc eſt prima ſolennitas ex vndecim huius
tex. quam tamen octauam facio in tractatu. Sed num iſti 30.
dies currant a die aditionis, an vero à die ſcientiæ? glo. in ver.
(delatam,) & in verbo (conſummationẽ) dicit à die aditionis:
* & hæc eſt communis * ſententia, quam & amplectitur Dec.
conſi. 633. Tamen iſte tex. contrarium expreſſe vult, ſi rectè
inſpiciatur, vt ſcilicet tempus currat à die ſcientię. Item an iſti
36 dies † ſint vtiles, vel continui? Et an ſaltem ſit vtilis primus
dies? Puto quod non; & quia non reperitur lege cautum, &
quia inuentarium fieri poteſt citrà iudicis tribunal, iuxta tra
dita in l. vlt. per glo. Bal. & alios ſupra, de tempo in integrum
reſtit. in rub. ff. de diuer. & tempo. præſcrip Ergo & de nocte
37 † ſcribi poterit inuentarium cum & teſtamentum poſſit. l. ad
teſtium. §. poſſe ff de teſta.

Poſt apertas tabulas) Hæc eſt ſecunda ſolennitas, quã ego
facio primam: loquitur autem hic de teſtamento in ſcriptis,
cuius ſecreta plerunq; ignorant teſtes, & alij præter teſtato-
38 rem: intantum, vt nec neceſſe ſit † tabellionem aliquid ſcire,
Cor. in l hac conſultiſſima. C. de teſta. Ideo cum ſecreta igno
rentur, & qui ſit hæres, & legatarius; meritò expectatur aper-
tura, recitatio, & publicatio, vt tunc ſciatur quis ſit hæres, &
quando ei tempus currat; & detur facultas adeundi, vel repu
diandi. Sed & heres teſtamenti nuncupatiui licet nulla extet
ſcriptura, vel facta intercideret; dummodo ſit verè hæres, in-
uentarium facere poterit: Non tamen expectabitur apertu-
ra, cum & ante mortem defuncti omnia nota erant. Vnde
39 collige differentiam. Tempus † 30. dierum in teſtamento in
ſcriptis currit ab apertura. In teſtamento nuncupatiuo currit
à die mortis, vel ſcientiæ, vel delationis. Sed an communis
* * opinio, quæ eſt vt tempus currat poſt aditionem, procedat
tam in nuncupatiuo quàm in ſcripto teſtamento? Et hoc ma
gis eſt ob ſimilitudinem æquitatis, & rationis. l. ulti. C de con
ſtitu. pecu. & maximè ob verba ſequentia (vel poſtquam no-
ta fuerit &c)

Sibi) Ergo nec pater, nec tutor nomine filij pupilli ne faciet
inuentarium; Quod & innuit dictio præcedens (ab ipſo) Sed
hoc falſum eſt.

Cognouerit.) Hoc verbum (Cognouerit) iuncto illo. (No-
ta fuerit) expreſſim conuincunt communem ſententiam: ꝙ
immo tempus currat a die ſcientiæ, ſeu notitiæ; nõ aditionis.

Exordium capiat.) Primò quęro an poſt 30 dies, ante ta-
men nonaginta, inuẽtarium inchoari poſſit. Secundo quo-
modo dicatur inuẽtarium exordium capere. Quo ad primũ,
40 verba tex clare innuunt, ꝙ † omnino ante, ſeu intra 30 dies
ſit inchoandum, quod & tenuit Vber. de Bob. Mari Salim.
* l And. & Ang. communis * opinio eſt in contrarium, quam
tenet Bal. hic poſt Bar in §. ſi vero poſtquam. dicens, hæc pri
ma d. latio eſt monitoria, non peremptoria, Saly Caſt & dicit
* Corn ꝙ ita communiter * practicatur. Veruntamen vt ſupe-
rior opinio de aditione in puncto iuris falſa eſt, ita hæc de in-
choatione Quod ad ſecundum dicit Bal. quẽ ſequitur Caſtr.
41 † ꝙ non cenſebitur inchoatum inuentarium ſi teſtes, & tabel
lio ſint conuocati, & ſignum tantum Crucis appoſitum ſuit.
Ratio eſt, quia inuentarium dicitur ab inueniendo, ſed per
ſignum Crucis nihil inuenitur, ergo ſaltem res aliqua debet
eſſe ſcripta. Et hoc eſt, inquit Bal. ꝙ tex. ſubdit (ſuper his reb)
Quid ſi tabellio nullam rem deſcripſerit; præfationes tamen
anni, diei, loci, teſtium adſcripſerit? putarem inuentarium in-
choatum, ſi quoquomodo inuentarij mentio inſeratur, & te
ſtes erant certiorati.

Super his rebus.) hęc eſt tertia ſolennitas, quam ego facio
vndecimam. Latè accipe verbum Rebus, ſiue ſint res corpo-
rales ſiue incorporales. l. 1. ff ſi cer. per. Et ſiue ſint in conſpe-
ctu, ſiue in lõginquo; de quo ſupra in tractatu, & an ſint ocu
lis ſubijciendæ, & an ſint æſtimandæ.

Defunctus) Hoc verbum duo mirabiliter infert, & ꝙ in-
uentariũ non poteſt fieri à defuncto, cum fiat poſt eius mor-
tem ſm Bal. Et ꝙ res quæ non ſunt defuncti, fruſtra inſerun-
* tur in inuentario. Primum communiter * receptum eſt: Al-
42 terum cum diſtinctione, vt ſi quidem erant † quoquomodo
in dominio, vel quaſi; in poſſeſſione, vel qualibet detẽtione,
& cuſtodia, veluti depoſitæ, commodatæ, locatæ. inſeri de-
beant: ſi prorſus ſint alienę, ita vt nullo titulo nec ratione ſint
penes defunctum, inſeri non debeant Primum probatur in l.
item videndum. §. vlt. & l ſeq. vbi Bal. ff. de pet. hær l. ſi de co.
§. 1. cum ibi traditis. ff. de acqu. poſ. Quid ſi non inſerantur, an
pęna dupli infligetur hęredi? Dicam in §. licẽtia danda. Aliud
probatur: quia nec cum bona conſcientia hæres illas retine-
re poteſt. Quid enim ſi ſint furtiuæ vel inſcio domino ibi ce
ciderint, aut ſitæ fuerint? Facit tex. in l. qui leuandæ. ff. ad leg.
Rhod. de iactu. in l. falſus. §. qui alienum. ff. de fur. niſi quis di
cat, hęredem non malefacere ſi inſerat, conteſtans ſe redditu
rum, aut in pauperes erogaturum. Auth. omnes. C. com. de
ſucceſ. Quid ſi dominus ſciebat inſeri, forte quia teſtis, quia
tabellio, quia hæres erat? Si ignorabat, ei eſt parcendum. Si
ſciebat, & maior erat, periculum incurrit, quaſi ſponte ſua
donare, ſeu alienare voluerit, vide in l. Caius. ff. de pign. act. &
quæ ſupra in tractatu poſui.

Mortis tpe.) Quid ſi eo puncto, quo ſpiritum in extremis
43 agẽs exhalat teſtator, locupletaret ſe hęreditate, legato, vel † quo
piam

piam ſimili extrinſecus ei obueniente? Queſtio inde pendet,
an hęc computentur in bonis ipſius. Quod magis eſt.l.pe §.
r.ff.de caſtrenſi peculio. Niſi q quantum pertinet ad hęredi-
tatem extrinſecus obuenientem, diſtinguendum eſſet iuxta
§ in nouiſſimo.infra de caducis tol. Quantum pertinet ad le-
gatum,diſtinguere non oportet;cum ſi vel per trientem,vel
etiam minutum vnius horæ,ſuperſtes ſit legatarius teſtatori,
illud ſemper tranſmittat,quoniam metum lucrum affert,glo.
in l.1. vbi Bar ff.de iure delib.l.cum filio,vbi abundè Doct.ff.
de leg 1.Quod & in hæreditate eſt admittendum quandoq;,
vt.ſ.hæres illam tranſmittat, licet per minutum vnius horæ
ſuperuiuat defuncto; vel ſciat mortem defuncti; vel ſi ſit de
liberis defuncti.l qui duos.ff de rebus dubiis.l.vnica, infra de
his qui ante apertas tabulas. Et hanc ergo hæreditatem,vel le
gatum, hęres tranſmittentis inſeret in inuentario: quam vel
quod non inſereret,ſi vel per minutum vnius horæ tranſmit
tens ante relinquentem periiſſe. l.hæres meus. ff.de condi. &
demon Et generaliter proditum eſt, obuententia poſt mortē
non ſpectare ad hęredem morientis;proinde nec inſerentur
in inuentario,niſi forte ſint fructus, qui augeāt hæreditatem;
vel niſi proueniant ex cauſa quæ originem habuerit viuo te
ſtatore;puta q a teſtator nauem miſerat Corcyrā cum merci-
moniis,& eo mortuo nauis onuſta rediit. l.ſerui. & ibi Alex.
ff. ad l.Fal.l.eius qui in prouincia ff ſi cer.pe. Ego autem ſupra
diſtinxi quatuor tempora; ante mortem, in puncto mortis,
ante aditionem,poſt aditionem. Sed an iſte tex.ſit ſemper in-
telligendus de morte naturali?

Intra alios ſexaginta.) Quarta ſolennitas huius tex. quam
facio quartamdecimam. Quid ſi intra hos ſexaginta dies in-
choetur & compleatur inuentarium? ſupra dixi ſufficere,ex
ſententia receptiore, quāuis verba textus reclament, niſi in-
choetur intra dies 30. Quid ſi iſtud tēpus coarctetur, uel
44 protogetur per iudicem? nihil † erit, vt hic refert Bal.tenuiſſe
Nicol.de Mata. Nam nec ſi 61. die inuentarium conficeretur
valeret iuxta Corn.quamuis ſi inchoaretur, & expleretur 60.
id eſt vlti.die totorum 90 dierum,ſufficeret. Nec requiro,vt
ſupra dixi de 30.dieb,quod iſti ſexaginta dies ſint vtiles vel fe
riati, & an noctu,vel interdiu conficiatur inuentarium.l.mo-
re Romano.ff.de ferijs.

Modis omnibus.) Hęc verba probant dictum Corn. quod
ſi nonageſimo primo die fieret inuentarium, vel etiam com-
pleretur,nihil eſſet:quia pro forma hoc lex introduxit. Et ni-
45 hil cenſetur actum donec aliquid ſupereſt † agendum.l.pen.
C de his quibus vt ind.

Sub pręſentia.) De tribus quęro. Primo an ſingulæ res ſint
ponendæ in cōſpectu hęredis,tabellionis,teſtiū, legatariorū,
fideicommiſſariorum,& creditorum. Secundo,an teſtes de-
beant intueri faciem hęredis, tabellionis, & cæterorum, &
econtra. Tertio an vno contextu debeat ſcribi inuentarium
per eundem tabellionem, coram eiſdem teſtibus. Quo ad
primum, aliqui volunt res ſingulas † promendas,& exhiben
das,atque etiam æſtimandas,vt hic per Bart.Saly.& Fulgo.in
auth.ſi omnes ſuprà,ſi minor ab hære. ſe abſtineat. Sed ſanè
hoc eſſet nimis tædioſum & iniurioſum, prout patet ad ſen-
ſum;& communis experientia docet: & probatur in l. 2. in-
fra,quando & quibus 4 pars, lib.10. Illud tamen inualuit, vt
ſupellex domeſtica,& pecuniæ domi repoſitæ, & monilia,&
vniones exhibeantur. Et ita poteſt ſaluari opinio Bart. & Iaſ.
hic Quo ad ſecūdum,admiſſo quod ſingulæ res debeant ocu
47 lis ſubijci,& æſtimari:vnus alterius † faciē noſcere, & intueri
deberet: quod in teſtamento in ſcriptis omnino eſt neceſſa-
rium l.ſi non ſpeciali.l.ſi vnus,& ibi Alex.& Iaſ. ſupra de teſt-
Quo fit, vt nec noctu ſine luminaribus, niſi omnes eſſent in
eodem conclaui, vbi ſunt luminaria, tabellio inuētarium ſcri
bere poſſet. Cæterum in omni actu, maximè inter viuos: re-
ceptum eſt non requiri pręſentiam,& viſionem corporalem
teſtium.gl.in §.item verborum,cum ibi traditis per Fabrum,
Portium,& Ange.Inſti.de inuti.ſtip glo.notabilior,quam ta-
men aliquatenus ibi carpunt Bar. & Imo.in l.2.§.idē Labeo.
2.ff.de aqua plu.arc.l.teſtium. cum ibi traditis.C.de teſtibus.
48 Quo ad tertium pluſquam certum eſt diuerſo contextu † &
ſic diuerſis temporibus inuentarium fieri poſſe. Probatur hic,
dum tex. 30 dies aſſignat inchoationi, ſexaginta cōpletioni.
Si verò quæramus, an ſemper idem tabellio, & iidem teſtes
debeant adhiberi,gl.in §.ſi vero abſunt. Auth.de hær.& Falc.
reſpondet ſemper adhibendos. Barto. & Ange. ibi dicit eſſe
verum,niſi impedimentum ſuperueniat: quod & interdum
in teſtamento in ſcriptis, vbi maius imminet diſcrimen, eſt
neceſſarium.l.cum antiquitas, ſupra de teſta.canoniſtæ in c.
quoniam contra,extra,de proba.

Tabulariorum) Hæc eſt quinta ſolennitas: quā pariter ego
facio quintam.glo.interpretatur(Tabulariorum.)id eſt tabu-
larij. Nam vnus ſufficit tabellio,ſeu tabularius, ſeu notarius.
Interdum tamen duo tabelliones ſint neceſſarij. Diuerſum
49 in teſtamento † in ſcriptis, vbi licet exigatur ſcriptura, non
tamen exigitur tabellio qui ſcribat eum & teſtator,& teſtis,
& quilibet alius permiſſu teſtatoris ſcribere poſſit.l.hac con-
ſultiſſima.C.de teſta. videmus tamen quotidie conſcribi te-
ſtamenta etiam nuncupatiua per tabellionem: quoniam ſi
alia manu,quàm tabellionis ſcriberetur taſtamentum in ſcri
ptis, facillimè periclitaretur morte, vel vacillatione vnius è
ex ſeptem teſtibus.l 1. §.vlt.& l.2.in prin.vbi glo.& Bar. ita di
cit ſingulariter.ff.quemad.teſta.aperiantur.

Cęterorumque.) Hæc eſt ſexta ſolennitas,quam ego facio
quartam.glo.interpretatur(Cęterorum) id eſt trium teſtium,
50 & legatariorum,& creditorum. Hoc de tribus † teſtibus non
eſt neceſſarium.partim,quia infra fit mentio de teſtibus: par-
tim,quia duo teſtes ſufficiunt cum tabellione,licet quando-
que tres. Illud de creditoribus & legatarijs eſt veriſſimū,non
per hunc textum,ſed per textum, quem glo.allegat in § ſan-
cimus,& §.ſi vero abſunt,Auth.de hære.& Falc.nam omnes
creditores,& legatarij, & fideicommiſſarij debēt nominatim
citari,vel ad domum per proclama generale,vel per libellum
publicè affixum, vt tali die, loco,& hora interſint confectio-
ni inuentarij. Quibus aduenientibus,ingreſſum prębet hęres.
Quod ſi & ipſi velint exemplar ſumere, nō puto inhibendos,
niſi forte hæreditas eſſet ita locuples, & hæres ita probus, ut
fraudem uel detrimentum ſperare non debeant; uel niſi ſint
res, quas detegere metuò hæredem non deceret. l.2.infra,
quando & quibus quarta pars, lib. 10. Sin autem non adue-
niant, non ideo minus hæres faciet inuentarium, quia ſibi
51 imputent. Quid † ſi omnes non ſint citati? Quo ad citatos va
lebit inuentarium. Quo ad non citatos non ualebit, Bal.in
auth.ſi omnes.ſuprà Si minor ab hæred.ſe abſtin. Ange.verò
in § hæc ſtipulatio. vbi pleniſſime exequitur materiam inuen
tarij,tenet in nihilo ualere inuentarium. Sed contra Ang eſt
* communis * opinio. l.Fuleinius. §.quod ſi aduerſus. ff.quib.
52 ex cau.in poſſ.eatur. † Sed an hæres citra iudicem faciat hanc
citationem? Minimè. Baldus hic,dicens quod quamuis iudex
non ſit neceſſarius ad tempus decernendum ex ſuo capite,
tamen eſt neceſſarius ad citationem. Quid ſi iſte citandus ſit
clericus,an à iudice laico citari poterit? Quod magis eſt,licèt
ſecundum Angelum & Corneum conſultius erit requirere
ſuperiorem ipſius clerici. Item an ſufficiat vnica citatio con-
tra abſentes,uel ignotos? Et hoc utique magis eſt ſecundum
eoſdem,& alios hic.

Subſcriptionem.) Hæc eſt ſeptima ſolennitas, quam ego
53 facio decimam tertiam. † Sed cur ſubſcriptio hæredis requi-
ritur. Nonne ſufficit ſcriptio, & ſubſcriptio publici tabellio-
nis; cuius fides,& atteſtatio nunquam cenſetur vacillare? pre-
ſertim cum nec in teſtamento in ſcriptis, teſtator nec hæres
ſcribant,vel ſubſcribant? Reſpondetur,hoc vtique fit,ne qua
fraus committi poſſit; & ne hæres,qui ſemper præſto eſſe de-
bet, poſtea inficietur ſe non interfuiſſe, uel non conſenſiſſe.
Nec obeſt quod in teſtamento in ſcriptis hæres non ſcribit,
nec ſubſcribit. Nam & eo abſente, uel ignorante, uel in-
uito teſtamentum fieri poteſt, quod pendet à ſolius teſtan-
tis uoluntate. l enim pater. §. donationis. de lega 3.l.r. ff. de
teſtamen. Non ſic in inuentario, ubi hæres debet ſcire,prę-
ſens eſſe, & omnibus aſſentiri uoce, & ſubſcriptione,ſi ſcri-
bere ſciat; ſin minus, adhibebitur alius tabellio pro ſe ſub-
ſcribens, vt ſequitur. Quid ſi inuentarium hæres ſubſcri-
pſerit, an ſubſcriptio ipſius quoque exigetur? in teſtamen-
to in ſcriptis non exigeretur. l.cum antiquitas. §. vlti. ſupra
de teſtamen. Et idem in inuentario dixit Angelus, quem
etiam refert Corneus hic. Tamen in puncto iuris ſecus pu-
to; cum pro forma hæc ſubſcriptio requiratur, niſi conſue-
tudo uel ſtatutum aliud induceret, tam in ſubſcriptione,
quam in alijs inuentarij ſolennitatibus, ut ſupra fuit expo-
ſitum. & inquiunt Doctores hic, & in authent. ſed cum
teſtator, infra ad leg.Falcid. Angelus Aretinus in § extraneis,
54 Inſtitu. de hæred. qual. & differ. Item quibus uerbis † fiet
hæc ſubſcriptio? Textus hic tangit, gloſſa ponit formulam
quod hæres dicat, Ego recognoſco omnia bona &c. ſed &
alias verborum formulas concipere hæredem poſſe non eſt
ambigendum, quandoquidem lex non eſt impoſita uerbis
ſed rebus. l. 2. C. comm. de leg. & pluribus modis quilibet
conceptus exprimi poſſit; unde non curamus modum, dum-
modo effectum habeamus. l.Gallus. §.& quid ſi tantum. ff.
de lib.& poſthum. Imperator tamen hic à uerbo (ſignifican-
tem) vſque ad uerbum (remaneant) monet & pręcipit quid
in ſubſtantia ponere, & dicere debeat hæres in ſua ſubſcri-
ptione. Sed an teſtes ſubſcribent? Non puto, cum textus
non dicat. l. illam, ſupra. de collatio. neque etiam hæres
ſubſcribet ſi apud acta fiat inuentarium, Guido Papæ, de
forma inuentarij.

Suppo-

Supponere hæredem.) Hæc eſt octaua ſolēnitas, quam ego
facio ſecondam. Hæc verba, inquit Corn. expreſſim indicant
quod inuentarium eſt cooficiendum p hæredē, ita vt ſemp
55 preſens ſit. Quid † ſi hæres parte inuentarij expleta, poſtea
nollet totum complere? Forte non cogetur, & quia eius fauo
re fuit introductum inuentarium, & quia nunquam cēſetur
voluiſſe, oec inchoauiſſe. l. contractus. ſupra de fide inſtrum.
Contra eum facit illud, quod ſemel approbo noo improbo. l.
Pomponius. ff. de neg. geſt. item illud. Via, quam elegiſti. hęc
tibi pateat. l ſi mulier. §. vlt. ff. de eo quod metus cauſa. Item
aliud, quia creditoribus, & legatarijs ius quæſitum eſt. l. vlt. ff.
de pac. Nec eſt rationabile aut permittendum, quod ſub fide
publica eludantur, & inutiliter à rebus ſuis atque alijs nego-
tijs peragendis fuerint auocati. l. ſed & ſi quis. ff. quemadmo.
teſta. aperiantur.

Quantitatem rerum.) Ex hoc verbo mirabiliter elicit Saly.
56 ſingulas res eſſe æſtimandas, & pretium in † inuentario repo
nendum. l. vlti. ſuprà, de magiſtratibus conueniendis. Fulg. in
auth. ſi omnes. ſuprà, ſi minor ab hære. ſe abſtineat. Corn. hic
reprobat, dicens aliud eſſe quantitatem rerum, aliud quanti-
tatem æſtimationis, & dicit Cagnolus in l. ſi quis maior. nu.
210 ſupra, de tranſact. quod ita de conſuetudine ſeruatur, vt
ooo inſeratur pretium rerum. Sed Natta, conſilio 574. & ſeq.
tenet de neceſſitate pondus, menſuram, & pretium reponi
debere in inuentario. De quo per Plotum in l. ſi quando, nu.
239. Rolan. in 3. par. §. omittendum. Maynerius in l. quo tute-
la, de regu. iuris.

57 Malignitate) debet ergo hæres † cuſtodire diligenter, non
perdere res hæreditarias inſertas in inuētario, licèt alias quis
res ſuas abiicere, & proculcare poſſit, glo. in l. 1. C. de inoffic.
donat. Nec mirum: quia negligentia in reb. proprijs culpan-
da, in rebus alienis culpanda, & punienda eſt. l. ſi conſtante. §.
ſi maritus. ff. ſol. matrimo. Quid ergo ſi hæres non feciſſet in-
uentarium, an res hæreditarias perdere, & diſſipare impune
poſſet? Quod videretur ad inſtar rerum, quas ſemper habuit.
Nam & hę per aditionem ſunt confuſę, & commixtæ cęteris
bonis ipſius hæredis l. ſed ſi plures §. filio. ff. de vulg. & pupil.
Si hoc verum eſt, ſequeretur ꝙ hæres eſſet melioris condi-
tionis ſine inuentario, quàm cum inuentario quo ad res hæ-
reditarias. Quod poteſt admitti ſi ex alijs bonis ſit ſoluendo
hæres. Et ſi res diſſipatæ non erant creditoribus hęreditarijs
obnoxiæ, ſeu legatæ: aliàs ſecus.

Præpediatur.) Aegritudine, vel manus, aut digitorum de-
bilitatione.

Speciali tabulario.) Ergo duo tabularij interdum adhiben
tur inuentario: Ad minus vnus: Veluti interdum quinque te
ſtes, ad minus duo: & ueluti interdum creditores, & legatarij
omnes, vel aliqui, interdum nulli. Vn̄ nota. in inuentario ad
58 minus † quatuor perſonæ debent interuenire, hęres, tabellio,
duo teſtes. Nunquid iudex? Non quidem de neceſſitate, niſi
vbi eſt facienda citatio. Quamuis de conſuetudine adhibeat.

Venerabili ſigno Crucis.) Hæc eſt nona ſolennitas, quam
pariter ego facio nonam. Quid ſi hęres neſciat ſcribere? Ad-
59 huc pleriq; volunt quod ſignum † Crucis ipſe apponat: quo-
niam Crux eſt vexillum fidei noſtræ, & duabus tranſuerſis li-
neis ruditer traductis formari poteſt etiam à cæco. Quod cū
fit contremiſcit hæres: & reminiſcens ſalutis æternæ, fraudē,
oequitiamq; omnem ſibi expectorat. Ex qua ratione poteſt
probabiliter dici quod omiſſio ſigni Crucis totum vitiet in-
uentarium. Oldr. Saly. Fulgo. hic, Ange. & Imo. in d. §. hæc ſti-
pulatio. poſt Franc. de Rampo. Idem Imo. in l. 2. §. prius. ff de
* vulg. & pup. communis * opinio eſt in contrarium, Cyn. Bart.
Bal. Caſt. Alex. Cor. & Iaſ. hic. Sed an ſignum Crucis ſufficiet
ſi hæres ſe non ſubſcribat? Et e contra ſi hęres ſe ſubſcribat,
num oberit omiſſio Crucis? Cyn. hic, & Fulg. videntur requi-
rere ſignum Crucis, quando hæres non poteſt ſe ſubſcribere.
Sed dicit Alexander hoc ſibi non placere. Requiretur ergo
vtrunque: & ſignum Crucis, & ſubſcriptio manu hæredis
vel tabellionis quo ad ſubſcriptionem. niſi conſuetudo aliud
induxerit, Abbas conſi. 73. lib. 2.

Manu hæredis.) etiam imperiti literarum.

60 Prępoſito.) Principium † inuentarij eſt Crux ſanctiſſima:
finis ſubſcriptio. Sed an hæres, vel notarius faciet mentionē
de Cruce, quod ſcilicet manu hęredis fuerit appoſita? Et hoc
vtiq; conſtare debet quod hæres ſignum Crucis appoſuerit.
Item an ſufficiet Crucem poni in fine? Non ex hoc textu; ue
lut nec liceret ponere ſubſcriptionem in principio, ne qua
fraus in medio inſeratur.

Teſtibus.) Hęc eſt decima ſolennitas, quam ego facio ſex-
61 tam. Quæritur de quatuor. Quot teſtes † eſſe debeāt. Vtrum
maſculi, vel fęminę. Vtrum debeant eſſe togati. Vtrum de eis
in inuentario mentio ſit facienda. Quoad primum, dic duos
ſufficere l. vbi numerus. ff. de teſtib. ſi tū creditores, & legata-
rij, & fideicommiſſarij noo potuerint intereſſe, loco eorum
tres teſtes ſunt addendi, & ſic erunt quinq; ad minus. § ſi ve-
ro abſunt. Auth. de hęre. & Falc. Vnde deſumpta eſt auth ſed
cum teſtator, infra ad l Falc. Quid ſi octo, vel decem, vel plu-
res adhibeantur? Multò magis fidem facient. Nam & in teſta-
mentis plures teſtes, quam ſeptem; non tamen pauciores, ꝙ̄
ſeptem poſſunt adhiberi. l. ſi vnus, ſupra de teſta. l. cum tabu-
læ. ff. de bo. poſſ. ſecundum tab. Quoad ſecundum, credo etiā
62 fęminam † teſtem adhiberi poſſe l. qui teſtamento. § mulier.
ff. de teſta. quia nō reperitur iure prohibita, gl. in l. ult in fi. ſu-
pra de codicillis. Sed cur in inuentario mulier eſt teſtis, in
teſtamēto non? Forte ob id, quia inuentarium tot alia habet
adminicula, vt ob inconſtantiam muliebrem periclitari non
poſſit. Non ſic in teſtamento, quod plerunq; ſine tabellione
fit. Quoad tertium, dictio (adſumendis) hic videtur innuere
63 teſtes † debere eſſe rogatos, & interpellatos, ſi non ab hęrede,
ſaltem à tabellione. Et hoc puto verum ex mente Iuſtiniani
hic & in d. §. ſi uero abſunt. In contrarium facit tex. cum glo.
in l. ad fidem. ff. de teſtib. auth. rogati. ſupra de teſtibus. Quo
ad quartum. glo. in d. §. ſi vero abſunt. vult ꝙ ſaltem tabellio
64 † ſcribere debeat nomina teſtium; quāuis ſubdit glo. alias ta-
bellio & duo teſtes, quorum nomina non ſunt ſcripta, ſuffice
rent Et ſic infert mirabiliter glo. ꝙ in Inſtrumentis alijs, exce
pto inuentario, non eſt neceſſe ꝙ nomina teſtium inſcriban
tur, dummodo re vera fuerint adhibiti, & id ipſum quandoq;
teſtificentur. Sed an gl. habeat hunc ſenſum, ibi dicam. Quid
ergo ſi vel moriantur, antequam teſtificentur? Vel contra
inſtrumentum deponant? In hoc vltimo reperio quòd Iac.
Butr. in trac. de teſtib. cap. 8. dicit ꝙ contra inuentarium pu-
blicè confectum non admittuntur teſtes. Allegat tex. in l. vlt.
ſupra, arb. tutelæ. Sed an ille tex. probet, & an Butri loquatur
de eiſdem, vel alijs teſtibus, tu videto.

65 Qui hęredem cognoſcant.) ſed an hæres † vel notarius de-
beat cognoſcere teſtes? Textus non aperit. Recurre ad tradi-
ta per Specu. Io. And in tit. de teſte. § 1. per Bal. in l. executorē
infra de executione rei iud. Hic nota multa præcipua in te-
ſtibus qui adhibentur inuentario. Debent noſcere hęredem.
Regulariter autem etiam teſtes ignoti ſufficiunt, vt hic per
gl & Bar. Debent eſſe locupletes, & ideo poſſidere immobi-
lia iuxta Bal. hic; quod Corneus reprobat, dicens ſtandum ar-
bitrio iudicis, & cautum erit, quod iudex interloquatur eos
eſſe huiuſcemodi conditionis. Debent eſſe optimę conditio-
nis. dicto §. ſi uero abſunt. Quod liquebit ex bonis moribus.
l. ſcire. §. vlti. ff. de tut. & cura. Debent eſſe præſentes & omnia
oculis corporeis cernere, & inſpicere. d. § ſi uero abſunt. in
uerbo uidiſſe, quæ omnia ſunt de mente Bartoli, & Angeli
hic, diſtinguentium aliquatenus. Alias autem quando tra-
ctatur de aliquo actu inter viuos, non eſt neceſſe quod te-
ſtes tot qualitates habeant, nec quod ſint in conſpectu con-
trahentium, Barto. in l. 2. §. idem Labeo. 2. reprobata ibi glo.
aliquatenus. ff. de aqua pluuia arc. canoniſtæ in cap. ex literis.
extra de conſuetu. Crotus de Monteferrato in tractatu de
teſtibus. nume. 347.

66 Interfuerint.) ſed an debeant intereſſe † non tantum ſub-
ſcriptioni, ſed toti cōfectioni? Et hoc palam eſt, ſi vnico actu,
vel contextu conficiatur inuentarium; ſin diuerſis tempori-
bus, non requiro ꝙ ſemper iidē teſtes de neceſſitate debeāt
adhiberi in princ. & in fi quod & in diuerſis tabellionibus re
ſpondendum eſt. Quid enim ſi priores mortui ſint, vel abſen
tes, vel detenti, vel alijs negotijs impliciti? Certe nemo dixe-
rit aliorum adhibitione, vitiari inuentarium prius inchoa-
tum: Ita Bar. in d. §. ſi uero abſunt.

Sin autem à locis.) Hæc eſt vndecima ſolēnitas, quā ego fa
cio ſeptimam. Intellige hunc textum, dantē tēpus vnius anni,
67 loqui quādo hæres † eſt abſens à rebus hæreditarijs; non etiā
ſi creditores, vel legatarij ſint abſentes ab hærede, vel ab hę-
reditate: Nā quo ad eos, ſupra fuit dictum, ſufficere generalē
proclamationem, uel quamlibet aliā certificationem. Quæro autem
de duobus, an ſi loca iſta ſint extra limites Romani Imperij,
hæres debeat eo ire, uel mittere; Et quando & quomodo hæ
res cenſeatur abſens. Quo ad primū, hæres non euadet pœnas
omittentis inuentariū: niſi eat, vel mittat ex eo quia hæredi-
tas cōplectitur quaſlibet res vbiq; exiſtētes. l. ſi fideicommiſ-
ſum. §. tractatum. ff. de iud. l. ex facto. ff. de hęre. inſt. l. ult. infra
de pręſcrip. lon. tempo Bal Fulg Rui. Corn. in l. 2. C quemad.
teſt. aper. ſi tamen creditores vel legatarij conuenirent hęre-
dem alijs in locis, non putarē eis danda priuilegia iuris ciuilis,
quamuis non minus ipſi quàm hæres eſſent ciues Romani.
Non habeo legem, neque authoritatem. Tu interim inge-
nium, & memoriam exerce. Quo ad ſecundum, glo. in di-
cto §. ſi uero abſunt. dicit notabiliter, eſſe abſentem, quan-
do eſt extra ciuitatem ubi ſunt res hæreditariæ. Ego opina-
rer temporibus noſtris iux ex legum noſtrarum præſcripto

termi-

terminari poſſe quando hæres ſit abſens: quoniam Regionū, Prouinciarum, Ciuitatum, Oppidorum Iuriſdictiones ſunt immutatæ, aliter atque ſub Iuſtiniano. Hinc eſt quod olim degens Vincentiæ non cenſebatur abſens a Patauio. l. vlt. infra de præſcr. lon. temp vbi degens in vna prouincia non cenſetur abeſſe ab alio degente in eadem prouincia, licet domicilium habeat in alio municipio. Quapropter ſcio illud inualuiſſe Vincentiæ, vnde mihi origo eſt, ꝙ ſemper hæredibus cuiuſcunq; generis datur annus ad conficiēdum inuentariū.

Res hæreditariæ. Immobiles. Quid ſi ſint mobiles, vel ſe mouentes? Annus nihilominus tribuetur ſi non facile ſint aſportabiles.

Hæredes. ſecus vt prædixi ſi creditores, vel legatarij abſint.

Contigerit. Hoc verbum innuit, ꝙ & ſi hæres fortuito abſit, & habeat domiciliū ibi vbi res ſitæ ſunt, nihilominus habebit annum. Quod admitterem ſi ex probabili cauſa abſit, puta exul factus, vel legatus, vel etiam honeſtæ negotiationis cauſa.

68 Vnius anni. Continui, † non etiam computatis diebus vtilibus tantum, prout & dictum eſt in nonaginta diebus.

A morte teſtatoris. Cur a morte teſtatoris? Immo potius ab apertura tabularum, vel a die ſcientiæ, vt §. proxi. Sed ſane ita inquiunt verba huius tex. Ex quo magis cōprobatur ſen-
69 tentia ſuperior contra † communem, quod dies inuentarij non cedat a die aditionis: ſed a die ſcientiæ.

Conſummationem. Sed nunquid inchoationi dabitur aliquod tempus? Gl. hic dicit dari quatuor menſes, qui ſunt tertia pars anni, veluti ſupra dantur. 30. dies, qui ſunt tertia pars nonaginta dierum. Bald. hic, & Corn. videntur ſentire quod nullum tempus detur inchoationi.

Longiſſimus ſpatiis. Quid ſi abſint vltra milleſimum lapidem? In tempore dato tutorib. ad ſe excuſandum, pro xx. milliaribus prorogaretur vnus dies. §. qui autem. Inſti. de excu. tutor. Hic autem non putarem prorogari niſi vbi hæres prorſus ignorauiſſet ſibi relictam hæreditatem.

Vel per ſe. Ideſt per Tabellionem coram ſe ipſis, quamuis & ipſi hæredes non prohibeantur ſcribere inuentarium, dūmodo tabellio authoritatem præbeat.

Procuratores. Sed nunquid inter præſentes poterit hæres
70 † pro ſe ſubſtituere procuratorem? Quod videretur ex regula, qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur. l. j. §. deieciſſe. ff. de vi, & vi ar. Ita diſtinguerem. Aut hæres poteſt, aut non. Primo caſu debet ipſe interuenire, & ſignum Crucis, & ſubſcriptionem manu propria apponere, vt per hoc inſtructior reddatur, & circumſpectior, & Dei reuerentior, iuſtiq; obſequentior. Secundo caſu procuratorem ſubſtituere pōt, puta ſi ſit pupillus, & tutorem non habeat, vel ſuſpectum habeat, ſi imbecillitas vel dignitas, vel aliud obeſt; Nam & creditores, & legatarij poſſunt mittere procuratorem. §. ſancimus. Auth. de hæred & Falcid.

Ad §. Et ſi præfatam. vſque ad finem legis.

HVcuſque Imperator in §. ſi autem dubius. poſuit ſolennia inuentarij: Nunc ponit effectus, ſeu vtilitates ex in-
71 uentario reſultantes. Ego † decemocto colligo vtilitates. Sup. autem in tract. centum poſui effectus, ſeu vtilitates.

I. Hæres ſine periculo habet hæreditatem.

II. Hæres detrahit Falcidiam.

III. Hæres ſoluere poteſt creditoribus primo petentibus.

IIII. Hæres poſtquam ſoluit creditoribus quantum erat in bonis, repellit creditores poſtea venientes.

V. Hæres legatariis primo petentibus ſoluere poteſt.

VI. Hæres ſoluere poteſt legatariis, pretium, vel rem.

VII. Emptor cui hæres vendidit, non poteſt conueniri a creditoribus.

VIII. Creditor poteſt conuenire legatarios, quibus eſt ſolutum, actione hypothecaria vel condictione indebiti.

IX Hæres ſoluere poteſt creditoribus res, vel pretium.

X. Creditor habens anteriorem hypothecam, conuenit creditores, quibus prius eſt ſolutum, vel actione hypothecaria, vel condictione ex lege.

Hæ decem vtilitates ponuntur vſque ad §. in computatione.

XI. Hæres retinet funeris impenſas, & alias ſimiles.

XII. Actiones hæredis contra defunctum non confunduntur.

Hæ duæ ex §. in computatione.

XIII. Inuentarium retorquet onus probandi res eſſe plures, in negantes.

XIIII. Inuentarium non dat lucrum hæredi vltra Ius commune: Seu inuentarium conſeruat hæredi omnia lucra iuris communis.

Hę duæ ex. § licentia danda.

XV. Hæres intra tempus inuentarij non poteſt conueniri.

XVI Inuentarium eſt loco iuris deliberandi.

XVII. Intra tempus Inuentarij non currit præſcriptio creditoribus.

Hæ tres ex. §. donec.

XVIII. Hæres repudians etiam poſt petitam deliberationem euitat iuramentum in litem contra ſe.

Hæc vna, & poſtrema ex, §. pen verſ. quod ſi poſt.

Duodecim ex iſtis decemocto vtilitatibus, pertinēt ad hæredem. Prima. Secū da. Quarta. Sexta Nona. Vndecima. Duodecima. Decimatertia. Decimaquarta. Decimaquinta. Decimaſexta. Decimaoctaua. Quatuor pertinent ad creditores. Tertia. Octaua. Decima. Decimaſeptima. Vna, ideſt Quinta pertinet ad legatarium. Vna pariter. i. ſeptima pertinet ad emptorem, ſeu prodeſt emptori.

72 Solidauerint. Ita vt nihil deſit, nam Inuentarium † eſt quid vnicum & indiuiſibile. Bald. in cap. vltimo, ext. de maior. & obed. Mantua conſil. 82. libro ſecundo. Ergo defectus vnius ex minimis, veluti ſi omittatur ſignum Crucis, vel ſi inchoetur poſt xxx. dies; Vel ſi aliquæ res conſulto, & per malitiam non inſerantur in inuentario; Vel ſi quidam citentur, quidam non; Vel ſi fiat inuentarium poſt nonageſimum diē, aut poſt annum; Vel ſi hæres non interueniat, totum deſtruetur inuētarium, quoniam vbi plura copulatiue requiruntur, omnium requiritur implementum ſeu concurſus. l. qui heredi plures. ff de cond inſtit. Ang. Caſtren. & Corneus hic. Quę omnia intellige niſi lex, vel conſuetudo, vel ſtatutum, vel pactum cōtrarium inducat; quamuis in nonnullis ex prædictis, Doctores noſtri hic contrarium aſſerant, etiam ex iuris ſcrupuloſitate.

Sine periculo habeant. Prima vtilitas. Hæres adiens cum inuentario, hæreditatem ſine periculo habet, id eſt, ſecundū gloſ. non tenetur de ſuo vltra vires creditoribus hęreditariis. Ampliatur ſiue hęres adierit, ſiue non. Immo quando nondum adiit, non poteſt conueniri etiam vſque ad vires; cū poſſit hæreditatem lacerādam relinquere. Sed an relinquet poſtquam adiit, an vero perſiſtit vſque ad finem bonorum? Dicam. in §. & hæc quidem.

Legis Falcidiæ. Secunda vtilitas Hæres faciens inuentariū
73 detrahit Falcidiam. † Intellige ſano modo, vt prius deducatur æs alienum. l. in imponenda. l. irritum, infra ad l. falcidiam. Poſtea de reſiduo, ſi legata excedant dodrantem, vel totum, detrahatur Falcidia §. vlt. Inſti. de lege Falcidia. Et hoc bene-
74 ficium etiam olim erat ante Iuſtinianum. † Quid ſi filius ſit hæres an vltra legitimam deducit Falcidiam? certe ſi filius eſſet creditor, deduceret quod ſibi debetur, & ex reſiduo detraheret Falcidiam, legibus præallegatis. Cum vero filius in legitima non ſit vere creditor. glo. Cynus, Bartol. Baldus, Salic. in l. 3. ſupra de iuris & facti ignorantia. alterutra contentus eſſe debebit filius, quamuis ſi eſſet grauatus per fideicommiſſū, deduceret legitimam, & Trebellianicam. gloſ. in § ſi quis autem non implens, Authen. de hæred. & Falcid. Sed ibi dicam Falcid.

Aduerſus legatarios. Ergo aduerſus creditores hæres non
75 detrahet Falcidiam, quia æs alienum præualet † cuicunq; Falcidiæ, & legatis, atque etiam legitimæ. l. Papinianus. § quarta. ff. de inofficioſo. Etiam de iure nouiſſimo. glo. in §. ſi vero abſunt. in fine. & in §. ſi vero non fecerit. authen. de hæredibus, & falcidia. Probatur ex regula. Inuentarium conſeruat duntaxat lucra iuris communis. §. licentia danda. Ex qua regula & aliud probatur, quod hæres propter inuentarium non detrahet falcidiam de legatis, quæ & olim non patiebantur falcidiam, auth. ſimiliter. vbi lariſſime Romanus, infra ad l. falci. Quid ſi hæres legata ſolueret non retenta falcidia, an repeteret vſque ad quadrantem falcidiæ? Non vtique ſi ſcienter ſoluerit. l. error. infra ad l. falcid. Quæ ſcientia præſumetur ſi ſingulis rebus redactis in inuentario, prius ſoluerit æs alienum, mox legata. Habet enim præ oculis calculum bonorum. Ex quo liquet quod inuentarium hoc in caſu oberit hæredi.

Hæreditariis creditoribus. Quid ſi ſint creditores mixti,
76 quia forte hæres factus fuerat correus † debendi cum defuncto, antequam moreretur? Gloſ. in l. quæ dotis. ff. ſoluto matrimonio. quam ſingularem ibi dicunt Bald. Imola, Caſtren. Romanus adhuc dicit hæredem non teneri vltra vires. Iaſon dicit illam Gloſſam hoc non probare Et pro Iaſone facit regula præallegata. Inuentarium non tribuit hæredi lucra vltra ius commune. Modo ſic, hæres cum ſit correus, poſſet conueniri vltra vires de iure communi ſaltem pro virili portione; auth. hoc ita, infra de duobus reis. Ergo & facto inuētario conueniri poterit. Potes diſtinguere Aut conueniatur hr̄s ex perſona ſua. Aut ex perſona defuncti. Primo caſu tenetur inſolidum. Secundo vſq; ad vires. Ex his nota. Hæres creditorib. hæreditariis tenetur vſq; ad vires. Creditorib. mixtis tenetur vltra vires ſi cōueniatur ex perſona ſua. Creditorib. propriis ſemper tenetur vltra vires, quia inuentariū ſolum ei

opitulatur in eis, quæ traxerunt exordium a perſona deſun-
cti, non etiam ſi hęres nouam nanciſcatur obligationem. Bal.
& Corn. hic, Ang. conſi. 30. Imo. conſil 102. Aret. conſil. 147.
Crauetta conſi. 214 l. cum hæreditas. ff ad S. C. Trebell. vide
in Antiphanucio, nume. 56.

Valeant. Quid ſi tempore mortis, res minoris: tēpore quo
77 ſoluendum eſt creditoribus † pluris valebant? Pro hærede, vt
ſcilicet ſoluat æſtimationem, ſeu quantitatem, quæ erat mor
tis tempore, facit iſte tex in verbo (valeant,) quod eſt referen
dum ad tempus mortis; item quia datur electio hæredi ſoluē
di, vel res, vel pretium, verſ. ſi uero hæredes. Contra hæredē
facit regula præallegata. Inuentarium non tribuit lucra vltra
ius commune: ſatis enim debet eſſe hæredi quod de ſuo ni-
hil ſoluit: Et hoc puto verum ſi creditores non erant in mo
ra, & multo magis ſi ipſe hæres erat in mora.

78 Et eis ſatisfaciant. Tertia vtilitas Hæres † poteſt ſoluere cre
ditoribus primo petentibus. Cur ita? Quia hæres non debet
expectare tamdiu. Et quia, vt inquit Bal. diligentia ſpectat ad
creditorem, nō ad debitorem. Fallit in quibuſdam caſibus vt
hic per. Caſtrenſ & Alex. referentes Archidiaconum, de quo
ſupra in tractatu. Quæritur de ſeptem: An hæres irrequiſitus
poſſit vni gratificari: id eſt prius ſoluere. An requiſitus ab vno,
debeat alios citare, vel requirere. An ab iſto cui ſoluit, exigat
aliquam cautionem. An poſſit portiones retinere nondum
petentium. An poſſit dicere, nolo tibi ſoluere, niſi alij veniāt.
An ſolutum vni cum alijs communicetur, ſeu diuidatur. An
ipſe ſit liberatus ab alijs. Primæ quæſtioni reſpondetur non
79 † eſſe locum gratificationi. Primo ex verbo, veniant. deinde
ex. l. qui autem. §. apud Labeonem ff quæ in fraud. credit. vbi
textus videtur dicere non alias debitorem vni ſoluentem li-
berari, quam ſi condemnatus fuerit illi ſoluere. Tertio, quia
80 iura † gratificandi non competunt niſi in caſib. a lege expreſ
ſis l. fœminæ. §. vlt. C. de ſecun. nupt. Aret. conſil. 142 Et ante
eum Bal. in c. 1. titulo, de alienatione feudi. Quarto, quia non
debet eſſe curioſus, neque ſedulus in facto alieno l. doli ff. de
nouat. In contrarium facit, quia expedit hæredi cito liberari
ab omni onere, & litigio. Secundæ quæſtioni reſpondet Bald.
81 quem ſequitur Corn. hic. ꝙ non debet hæres † citare, neque
perquirere creditores abſentes, aut negligentes: Quia ipſi de-
bent eſſe diligentes non hæres; & quia hæres nō debet ſe ſup-
ponere litigijs, & irritare, crabrones. † Tertiæ quęſtioni rñde
tur ex mente gloſſæ, & Barto. hic, quod hæres eſt in dolo, nec
82 liberatur † ſi ſciat alios eſſe creditores potiores, niſi exigat cau
tionem. l. dolo. ff ad legem Falci. Bal. hic, vt declarat Corneus
videtur indiſtincte dicere hęredem eſſe liberatum Et hoc ve
rum eſt, inquit Corneus, de rigore iuris, quamuis melius face
ret hæres exigens cautionem. Quartæ quæſtioni reſpondet̄,
83 ad hæredem † non ſpectare retentionem portionum nomi-
ne aliorum, cum poſſit dicere iſte, cui eſt ſoluendū Ego ſcio,
& tu ſcis quod ſum creditor, alij ſi volunt petant, tua non in-
tereſt illis ſolui; non potes exigere quod ipſis debetur. l. ſi Sti-
chum. §. vlt. ff. de nouat. In contrarium facit fauor æqualita-
tis. l vlt. ſupra, com vtriuſque iudicij. Priori ſententiæ adhæ-
84 reo. Quintæ quæſtioni reſpondetur, nihil intereſſe † hæredis
opponere de iure tertij l. loci. § competit. ff. ſi ſeruitus vend.
Nam ſatis eſt quod iſte creditor, alijs negligentibus, non eſt
remorandus: cū ſuæ vtilitati quilibet inuigilare poſſit, & alios
præoccupare l pupillus ff quę in fraudem cred. l. ſumma. ff. de
peculio. Sextæ quæſtioni reſpondetur, non eſſe faciendā cō-
85 munionem, † cum iſte ſuo commodo inuigilauerit, nec de-
buerit aliorum conditionem facere meliorem. d. l. pupillus.
Fallit in tribus caſib. Primo ſi iſte extorſiſſet. Secundo ſi om-
nes alij ſimul petiiſſent. Tertio ſi & alij prius miſſi ſint in bo-
norum poſſeſſionem. l. ſi non expedierit. § 1 ff de bonis auth.
iud. poſ. Bal. hic poſt Odofre. & Nicol. de Metarellis. l. qui au-
tem. §. ſciendum. ff. quæ in fraudem cred. ſunt & aliæ fallētiæ,
vt hic per Angel. & Corn. Contrarium in legatarijs, qui ſemp
vocantur ad communionem, vt hic per Caſtrēſem, & Alex.
86 Septimæ, & vltimæ quæſtioni reſpondetur quod hæres † ip-
ſo iure eſt liberatus, maxime ſi ſententia iudicis condemna-
tus vni ſoluerit d. l. qui autem. §. apud Labeonem, ex regula il
la. Inuentarium conſeruat hæredem ſine damno. Item ex illa,
inuentarium facit cenſeri hæredem non adiuiſſe. ſeu, repo-
nit hæredem in ſtatu priſtino. Et ideo dicit Bal. hic, ꝙ hæc ex
ceptio, ſolui quod erat in bonis, impedit litis ingreſſum. Qđ
verum indubitanter opinor, vbi hæres coactus a iudice ſol-
87 uit: vel vbi inſtrumentum apertum extabat; † cæterum ſi po
terat tergiuerſari hæres quominus iſti ſolueret, tantum abeſt
vt ab alijs liberetur, vt imo ſolutum repetatur. l. tertia. ff. quæ
in fraudem cred.

Creditores. Supple hæreditarij; Nam proprij hęredis credi
tores nihil tāgere poſſunt de bonis hæreditarijs, niſi prius ſol
88 uatur integrum creditoribus defuncti, cum & legatarij † pręfe
rantur creditoribus ipſius hæredis; quos antea, vel poſtea ſor
titus ſit. l. prima, infra de bonis auth. iud. poſſ.

Poſteriores. Creditores priores tempore, vel poſteriores,
hypothecarij, vel chyrographarij: niſi quod hypothecariis ſal
uum ius eſt contra primo exigentes, vt infra.

Repellantur. Quarta vtilitas probatur hic, & infra, neq; ip-
ſum hæredem inquietare concedantur.

Penitus. Hæc dictio habet emphaſim, & probat illud,
quod dicit hic Bar. hæredem non teneri de ſuo, etiam ſi poſt
mortem bona hæreditaria ſint imminuta: circa quod Ca-
ſtrenſis diſtinguit.

89 Sed & ſi legatarij Quinta vtilitas Hæres † ſoluere poteſt le
gatarijs primo petentibus. Ampliatur etiam ſi ex ordine ſcri-
pturæ, vel temporis ſint alij legatarij anteriores, quia debent
ſuæ negligentiæ imputare. §. ſi quis agens. Inſt. de actio. l. ſi ve
ro. ff. de mili. teſta. Secundo etiam ſi ſint creditores hæredita
rij, niſi ꝙ vt ſtatim ſequitur, creditoribus defuncti datur re-
greſſus contra eos. Nam & creditoribus contra creditores da
tur quandoque recurſus, vt infra. Sed nunquid legatarijs con
tra legatarios detur recurſus? vtique, iuxta Caſtrenſem, Alex.
& Corneum. l. 2 & l. 3. ff. de condic. indeb Fallit vt hic per glo.
& Bart. ſi hæres putabat eis non deberi. l. dolo. ff. ad l Falc. Qđ
admitto, vbi hæres ſe defendere poterat quaſi inutiliter lega-
tum eſſet. ſin autem legatum vtiliter eſſet, non puto hędi im-
putandum cur alios non expectauerit, nec citauerit, nec re-
quiſierit. Quid ſi hæres non requirebatur? Pendet ab his,
quæ dicta ſunt ſupra de creditore, & potes ferme eaſdem ſe-
ptem quæſtiones huc tranſcribere. Secūdo forte fallit, ſi erāt
alia legata ad pias cauſas, maxime ad exonerandam conſcien
tiam defuncti iuxta tradita in cap. vlt. mo, extra de ſepulturis.
& hic per Caſtrenſem.

90 Vel ex ipſis rebus. Sexta vtilitas. Hæres † ſoluere poteſt le-
gatarijs, vel res, vel pretium. Doctores hoc videtur intellige-
re quando legata ſunt pecuniaria, & in hæreditate non repe
ritur pecunia, Nam hæres loco pecuniæ rem aliam dare inſo
lutum poterit: licet obeſt regula illa Aliud ꝓ alio, inuito cre
ditore, ſolui non poteſt l. 2 § 1. ff. ſi cer. pet l. cum a quo, infr
de ſolutionibus. Idem tamen opinarer etiamſi eſſet alia rei
fungibilis, vel mutuabilis. d. l. 2 in princip. ff. ſi cer. pet. De tri-
bus quæritur. An legatarius debeat petere pecuniam, vel rē.
An hæres habeat electionem ſoluendi rem, vel pretium. An
ſi hæres rem ſoluat, teneatur de euictione.

Primo reſpondetur, legatarium non poſſe petere aliud pro
alio. § ſi quis aliud. Inſti. de actionib. Nam ſola pecunia eſt in
obligatione, licet res ſit in ſolutione. l. miles. §. decem. ff de re
iud. vt in ſimili dicitur de noxali iudicio §. dominus. Inſti. de
noxal. act. Obſtat tex. in auth. hoc niſi. infra de ſolutionibus.
Cogita ſi reſponderi poteſt.

Secundo reſpondetur, hæredi dandam electionem, ne for
te ſit in damno. ſi tamen commode poſſit vendere abſq; eo
ꝙ teneatur de euictione, videntur velle hic Doctores Barto.
91 Caſtren. Corn. & alij, cogendum † hæredem vendere, & pecu
niam ſoluere, de quo per Ang. in §. hæc ſtipulatio. Facit text.
in d. auth. hoc niſi. vbi etiam dicitur, an debitor teneatur da-
re inſolutum rem meliorem, vel liberetur dando mediocrē,
& quis ſtatuet pretium rei dandæ inſolutum. Quid ſi nomi-
na exigenda dare velit hęres inſolutum? Alex. hic idem dicit,
cum appellatione rei etiam nomina continentur. Quid ſi hę
res nolit vendere, ſed dicat: Soluā de mea pecunia quanto res
hæreditariæ valent? Dicam in verbo quantitatem.

92 Tertio reſpondetur † hæredem non teneri de euictione le
gatario, partim quia habet legatarius cauſam lucratiuam. l ad
rea donatas. ff. de ędil. edic. partim quia rem dedit hæres qua-
lem reperit. l. traditio. ff. de acq. rerum domi. partim quia de-
bet eſſe ſine damno, vt hic. Vide ad prædicta in l. nō amplius.
§. vltimo, de leg. 1. & ibi Alexan. Corneum conſilio 132. lib. 4.
Socinum Seniorem conſilio 214. lib. ſecundo, Iaſonem in l.
legata inutiliter. §. 1. de lega. 1. Ruynum conſilio 65. lib 2 Cra
uettam conſilio 187.

93 Forſitan Hæc dictio innuit non ſemper hæredem † cogen-
dum vendere, ſed forte ita demum, ſi velit, niſi nullum dam-
num ſit paſſurus. l. 2 ff ſol. mat.

Venditione. Secus ſi hęres donaret. Nam ſpecies furti eſt
de alieno largiri. l. ſi pignore ff. de fur. quamuis ſi bona eſſent
94 ſoluendo creditorib. & legatarijs, non prohiberetur † dona-
re rem defuncti vt ſuam, per regulam. l. in re mandata. ſupra
mand. l. 2 ff. ſi a parente quis fuer. manum.

Poſt emenſum. Concordant præcedentia verba. Etſi ni-
hil reliquum eſt Ergo ſi adhuc aliquid eſt in bonis, non dico
hæredis, ſed defuncti, tenebitur hæres vſque ad finem bono-
rum: licet alias dicatur, ſoluendo cenſetur hæreditas, quæ
hæredem locupletem inuenit. l. libertus qui ſoluendo ff de
bon. libert.

Neque

95 Neque eos. Septima vtilitas. Emptor † non tenetur credi-
toribus hæreditarijs. Ampliatur vt multo minus teneatur le-
gatarius niſi res ſpecialiter cuipiam fuiſſet legata; Nam iſte le-
96 gatarius † poſſet euincere emptori, ſecundum Bal. ponentem
caſum in filio vendente rē legatam a patre, nomine dotis ſol-
uendæ matri ſuæ. Ratio poteſt eſſe, quia ſtatim moriente te-
ſtatore, dominium tranſit in legatarium. l. a Titio. ff. de furtis.
vnde ſuccedit illud, quod etiam tangit Bart. φ habens domi-
nium præfertur cuicunque alij. l. ſi ventri. §. in bonis. & ibi Al
ber. & Ripa. ff. de priuil cred. ſi tamen (inquit Bal. quem refert
& ſequitur Corneus) res hæc legata venderetur iure credito
ris, quia creditor quiſpiam illam venderet cum haberet hy-
pothecatam, non poſſet legatarius illam abſtrahere a manib.
emptoris. l. 1. 2. infra, debitorem venditionem pignoris. Quid
ſi non eſſet hypothecata, creditor tamen illam vendi faceret?
legatarius retraheret: ſi ex alijs bonis hæreditariis poſſet ſatis
fieri creditori vendenti: Quia vbi hæreditas eſt ſoluendo nun
quam creditor præfertur legatariis. l. vlt. ſupra de hæreditariis
actionibus. Secundo ampliatur etiam ſi res eſſet cuipiam hy
pothecata; Nam nihilomagis non poſſet emptor conueniri a
creditore hypothecario; Vnde nota vnum mirabile loquit
97 Jas. φ inuentarium † operatur excluſionem hypothecæ. Con
trarium volebat Irnerius, quem Accurſius hic, & alij repro-
bant. Dicet aliquis. Hoc modo creditor hypothecarius neq;
hæredem vendentem, neq; emptorem conueniet, & ſic delu
ſus remanebit. Reſpondetur minime. Nam vtetur condictio
ne indebiti, vel condictione ex lege aduerſus creditores, vel
legatarios, quibus pecuniam ſoluit emptor. Quid ſi pecuniā
ſolutam non habeant iſti, nec aliunde ſint ſoluendo? an credi
tor iſte hypothecarius nihil prorſus habebit) neque ab iſtis,
neque ab hærede, neq; ab emptore? Dicam in verbo, ius ſuū
perſequentibus. Tertio ampliatur etiam ſi res vendita fuiſſet
vt ſolueretur legatarijs, verſ. ſed nec aduerſus. Fallit vt nunc
dixi, ſi res iſta ſpecialiter fuiſſet legata ex Baldo, & Corneo, ni
ſi creditor hypothecarius vendidiſſet: cum non poſſit debi-
98 tor † ius hypothecæ creditori minuere. l. 1. 2. infra, debitorē
vend. pignoris. Secundo, multo magis fallit ſi res iſta eſſet alte
rius quam defuncti. Nam ſemper dominus poſſet illam euin
cere emptori, & cuicunque alij: eum dominio rei ſuæ nemo
inuitus, aut inſcius priuari debeat, iuxta Bart. hic. l. bona fides.
ff. depoſiti. l. procuratoris. §. ſed ſi dedi. ff. de tributoria. d. l. ſi
ventri. §. in bonis. cum ibi traditis per gl. & Doctores. ff. de pri
99 uilegijs creditorum. Tertio fallit, ſi hæres † vendidiſſet rem
non vt hæreditariam, ſed vt ſuam: tunc enim emptor poſſet
conueniri a creditore, maxime hypothecario, quaſi hæres ꝓ
prium negotium, non hæreditarium geſſerit, atque ita frau-
dare voluerit creditores, & legatarios. Requiritur enim om-
nino quod hæres vendat tanquam hæres. Imo ſi vult cautus
eſſe emptor, debet facere apponi in inſtrumento, φ talis hæ-
res cum beneficio inuentarij vendidit pro ſatisfaciendo lega
tarijs, & creditoribus hæreditarijs, ſecūdum Caſtrēſem, Cor-
neum, & alios. Quo caſu conſultum erit hæredi, quia non te-
nebitur de euictione. Item emptori: quia alij quam vero do-
mino reſtituere non compelletur. Quid ſi hæc cautela in in-
ſtrumento adhibeatur, non tamen reuera pretium ſoluatur
creditoribus, vel legatarijs: forte quia hæres illud recipiat, &
in res ſuas expendat, vel alio modo diſſipet? non videtur ſecu
rus emptor, ſed nec forte hæres. vt nunc ſubijciam.
100 Quarum pretia. Ex iſto textu liquet non alias † emptorem
eſſe tecurum quam ſi re vera pecunia ſoluta ſit creditoribus,
vel legatariis. Nihil tamen intereſſe putat Bartol. & alij hic,
vtrum hæres ipſis ſoluat, vel emptor, & ob quam cauſam; dū
modo re vera ipſis ſatisfactum ſit. l. ſi ventri. §. vltimo. ff. de
priuileg. credito.
101 Creditoribus. Defuncti, non propriis † hæredis. l. j. infra de
bonis auth. iud. poſſ. late autem accipe creditores: chyrogra-
pharios, vel hypothecarios; lucratiuos, vel oneroſos, cum rē
prius legatam poſſit poſtea alij donare teſtator. l. rem legatā.
ff. de admin. lega. Neque obſtat quod vterque. l. tam donata-
rius quam legatarius tractat de lucro captando. l. ſi hrēditatē.
ff. mandati. vnde dicendum videretur, quod legatarius poſſi-
dens, non poſſet inquietari a donatario: quoniam in pari cau
ſa eſt melior conditio poſſidentis quam petentis: Nam reſpō-
det Corneus Peruſinus poſt dominum ſuum reprobans An-
gelum ſuum conciuem, quod immo eſt diſpar cauſa, cum iā
102 donatario † ius quæſitum ſit ante legatarium, & proinde dā-
num pariē donatarius, & deminutionem patrimonij, ſi actio,
quam prius quæſierat contra defunctum, ſibi interdicatē con
tra legatarium. l. 3. ff. de damno infecto. Conclude ergo quod
donatio eſt tanquam æs alienum quod præualet legatis. Quid
ſi ſit donatio cauſa mortis, num præualebit, an vero concur-
ſum, ſeu communionem patietur? Item, an donatio quælibet
præualebit don, legitimæ?
103 Aduerſus legatarios. Nunquid aduerſus † filios in dote, &
legitima? vtique. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inof. teſt niſi for
te dos vel legitima olim viuo patre citra fraudem creditorū
conſtituta fuiſſet. l. 2. infra de reuocandis his quæ in fraudem
cred. Nunquid aduerſus donatarios? Adhuc idem ſi ſint do-
natarij cauſa mortis: ſin autem inter viuos, non idem: cum &
ipſi ſint creditores: ergo prioritatē hypothecæ ſpectabimus,
& qui ſint creditores priuilegiarij, & quibus prius ſolutū eſt.
l. priuilegia, de priuil. cred. & ibi late Ripa poſt alios. l. pupillus
ff. quæ in fraud. cred. Fallit iſte tex. vt in gl. ſi ex aliis bonis cre
ditor ſuum conſequi poſſet. l. vlt. ſupra de hære. actio. nā prius
104 debet creditor † excurere bona hæreditaria, quā venire con
tra legatarios, Romanus conſilio 389. Ruinus conſilio 57. nu
me. 23. lib. ſecundo.
Vel hypothecis, vel indebiti condictione. Octaua vtilitas.
105 Creditor † contra legatarios agit hypothecaria, vel indebiti
condictione. Agit hypothecaria quando res ſoluta legatariis
prius fuiſſet ipſi hypothecata a teſtatore ante teſtamentum,
vel poſt. Agit condictione indebiti quando nec dominium,
nec hypothecatā habebat. Quid ſi legatarius opponeret de
iure tertij? Dicens, Tu creditor nō es dominus, Petrus eſt do-
minus? Recurre ad tradita in l. bona fides. §. vlt. præcipue per
Alciatum ff. depoſiti. in l. litibus. infra de agri. & cenſ. lib. 11.
in l. ſi quis conductionis. ſupra locati. ſed an aget hypotheca-
ria creditor, ſi legatario res fuerit ſpecialiter legata? Quod mi
nime eſt expaueſcendum, etiam ſi prius fuiſſet legata, cū cre
ditor præferatur legatario. l. quoties. ff. de ſepar. cum aliis ad-
ductis hic per glo. Niſi quod antequam agat creditor contra
legatarium hypothecaria, vel condictione, ratio ſuadet vt ex
106 cutiat hæredem. Sed nunquid excutiet hæredem † etiam in
bonis proprijs, nedum hæreditariis? Et hoc magis eſt, niſi fe-
cerit hæres inuentarium. l. 1. infra, de reuocandis his, quæ in
fraud. cred. Quod notabiliſſimum eſſe exiſtimo. licet non re-
periſcar, nec legis, nec gloſſæ, nec Docto. Me illud mouet, φ
non facto inuentario, bona hrēdis, & defuncti ſunt commix-
ta, in vnumque redacta patrimonium. l. ſed ſi plures. §. filio. ff.
de vulg. & pup. l. j. § præterea. ff. de ſepar. Inſuper, quomodo a-
git creditor condictione. i. actione perſonali. §. 1. inſtit. de act.
cum nec contraxerit, nec quaſi contraxerit cum legatarijs?
Reſpondetur, non eſt ſimplex condictio, ſeu actio perſona-
lis, ſed eſt condictio indebiti, quæ ſemper datur contra illum
qui indebitum ſibi, & debitum alij recepit. l. nec eſt nouum.
ff. de condictione indebiti.
Et hæc quæ acceperint. Ergo re accepta non extante libe-
107 rabitur † legatarius? Diſtingue, aut ſpecies erat, aut genus. Pri
mo caſu liberatur hæres ob regulam. l. ſi ex legati. ff. de verb.
oblig. Secundo caſu non liberatur, quia genus perire non po-
teſt. l. incendium. ſupra ſi cert. pe. l. in ratione. §. incertæ. ff ad
l. Falci. Et quia vel idem, vel tantundem condicitur. l. quod in
debitum. ff. de condi. indeb.
Creditorib. Etiam lucratiuis quicquid dixerit Ang hic.
Qui pro lucro certāt. Quia legatum ſemper eſt lucroſum.
l. ſi hrēditatem. ff. mand. § ſi quis una. Inſti. de fideic. hær. Quid
108 ſi eſſet legatum † pium, vel alimentorum, vel mercedum, vel
vſurarum reſtituendarum, an per creditores caducum fiet?
Quæſtio penderet an hæc legata mere lucroſa eſſent, an vero
ſaperent æs alienum. Faciunt quæ aliquatenus traduntur in
cap. quanquam. de vſuris, libro ſexto, per Hoſtienſem. Ioan.
And. & alios.
Sinnero hæredes res hrēditarias. Nona vtilitas. Hæres credi-
109 toribus † ſoluere poteſt res, vel pretium. Intellige in credito-
ribus pecuniæ, vel alterius generis, vel quantitatis, q̄uis Bald.
hic videatur idem dicere in creditore alterius rei; cuius dictū
ꝓcedere poſſet ſi creditor conſentiat ſpeciem pro ſpecie reci
pere. l. manifeſti. infra, de ſolut. alias ſecus, cum ſpeciei ad ſpe-
ciem non fiat compenſatio, prout fit de genere ad genus. §.
in bonæ fidei. Inſt. de actionib. Ampliatur etiamſi res data in-
ſolutum fuiſſet cuipiam ſpecialiter legata, q̄uis legatarius ob
dominij prærogatiuam a die mortis in ſe transfuſi, non prohi
berēt vendicare, ſi aliunde creditor poſſet ſuum conſequi, ex
eis quæ ſup. dicta ſunt. Scdo etiā ſi alij creditori fuiſſet hypo-
thecata, q̄uis ſi habeat anteriorem hypothecā, ꝓferat̄ iſti cui
data fuit inſolutum, niſi ille offerat vt ſequit̄ in tex. Tertio ēt
ſi nollet iſte accipere inſolutum ob illam regulam, aliud pro
alio inuito creditore ſolui non poteſt. l. eū a quo. infra de ſo-
lutionib. nam inuētarium tribuit hoc beneficium hrēdi, vt ci-
110 to ſe exoneret. Fallit ex traditis per Bar. ſi hrs † facile & citra
periculū euictionis vel aliud, vendere poſſet, & pecuniā inue
nire, q̄ ſoluat, per regulam. l. in creditore. ff. de euictionib. Nā
tunc creditor non eſt arctandus aliud ꝓ alio recipere. Scdo, ſi
hrs pecuniam vel genus debitū habeat ad manus, nā iſte tex.
loquit̄ qn̄ in hæreditate non reperitur pecunia, vel genus φ
debet̄, auth. hoc niſi. infra de ſolu. Quid ergo ſi hrs propriam

habeat pecuniam, vel aliud genus, an cogetur præciſe dare? Minime. l. ſi quis locuples. ff. de manu. teſt. & quia inuentatiũ ſecerunt bona, item conſeruat hæredem indemnem, ſi vero hîs velit dare: non puto audiendum creditorem volẽtem res hæreditarias dari inſolutum, vel vendi, cum in nummis non cadat affectio. l. 3 ff. de in litem iurando. Quid ſi res danda inſolutum pluris, vel minoris valeat vno loco vel tempore quã alio? Vel pluris æſtimetur ab vno, quam ab alio? De hoc nonnihil dixi ſupra in ſexta vtilitate. vide in d. authenti. hoc niſi. de ſolutione.

Pro debito Liquido, & efficaci ſiue ſit lucratiuũ ſiue one
111 roſum. Quid ſi ſit † debitum naturale tantum, vel ciuile tantum? Non liberabitur hęres, quaſi fraudare voluerit alios creditores, & legatarios: niſi exonerare forte voluerit conſcientiam defuncti a reſtitutione vſurarum, vel mercedem, quę iure ſubtili peti nequeant iuxta tradita in d. cap. quanquam. de vſuris, li. 6. Quid rurſus ſi res data inſolutum multo pluris valeret? nec hic liberabitur hæres quaſi alienum largitus fuerit, nec accipiens, quia ſuo contentus eſſe debuit, nec bis idem exigere. l. qui bis. ff. de verbor. oblig. l. bona fides non patitur. ff. de reg. iur.

Pecuniarum. Ex hoc verbo probatur (niſi fallor) apertiſſime, quod quæcunque res debeatur, niſi ſit certum corpus, vel ſpecies, in quibus cadat affectio. l. ſi cui fundus. de leg. 1. ſp
112 hæres † ſoluere poterit pecuniam, niſi genus debitum extet in hæreditate. Ratio eſt, quia omnia rediguntur ad pecuniæ æſtimationem, & omne damnum per pecuniam compenſat. l. 2. in fi. ſupra de conſti. pec. ſed nunquid ſi pecunia debeatur, genus aliud vice pecuniæ ſoluetur? Et hoc dicendum eſt in terminis huius. §. nam & nomina exigenda, in quit Iaſ. dari poterunt inſolutum. Alias extra terminos huius. §. non putarẽ
113 creditorem pecuniæ cogendum † aliud genus recipere. l. ſi ita fideiuſſorem. ff. de fideiuſſoribus. quamuis creditor alterius generis fortaſſe pecuniam a debitore carente illo genere recipere cogeretur. Quod tamen non audenter aſſero. Ex his liquet, quod dictio (pecuniarum) ſtricte pro pecunia nu-
114 merata eſt accipienda, quamuis alias large pro qualibet † re fungibili: & latiſſime pro qualibet re exiſtente in bonis capiatur. l. 2. §. item mutuum & ibi glo. ff. ſi cer. pet. l. talis. ff. de leg. 1.

Creditoribus. Non legatariis. Nam tantum abeſt vt legatarij reuocent ſoluta creditoribus, vt imo ipſi teneantur condictione creditoribus quibuſcunque, vt ſup. proxime, niſi hereditas ſoluendo eſſet l. vlt. ſupra de hæred. act. Cyn. in l. 2. infra, qui potio. in pigno.

Qui ex anterioribus veniunt hypothecis. Ita demum cre-
115 ditores † reuocant ſoluta aliis creditorib. ſi habeãt hypothecam; Proinde ſi non habent hypothecam, vel habent poſteriorem, non reuocant. Quid ſi chyrographario creditori ſolutum ſit. an hypothecarius ſeu pignoratitius quamuis poſterior reuocabit? Quod magis eſt l. eos, infra, qui potiores in pignore. Item quid ſi ille cui eſt ſolutum habeat cauſam lucratiuam, an reddet habenti cauſam oneroſam? Quod Ang. hic admittit, veluti & quilibet creditor reuocat a legatario. Sed Corn. non admittit. Item an ſemper verum ſit quod creditor chyrographarius. i. non habens pignus, neque hypothecam, nunquam reuocet ſolutum priori? Immo quandoque reuocat, etiam ſi accipiens ſolutum ſit hypothecarius. l. priuilegia & ibi abunde per Gloſſam, & Doctores. ff. de priuileg. credit. l. ex facto, in fi. ff. de peculio. l. interdum & ll. ſequentibus ff. qui pot. in pignore habeantur. Generaliter enim receptum
116 eſt, vt creditor † priuilegiatus licet non habeat hypothecã, præferatur hypothecario carenti priuilegio, vt in locis præallegatis. Declaraui abunde in §. item ſi quis in fraudem. Iuſtit. de actio. poſt Neguſantium Fanentem in tractatu de pignor.

Vel per hypothecariã. Decima vtilitas. Creditor hypothe-
117 carius † reuocat ſoluta aliis creditorib. actione hypothecaria, vel condictione ex lege. Tunc reuocat actione hypothecaria quando habet hypothecam tacitam, vel expreſſam, q̃uis contra emptorem non intenteur hypothecaria quicqd dixerit Irnerius hic. Tunc reuocat condictione ex lege, quãdo non habet hypothecam, vel quia pecunia fuit ſoluta, uel quia res fuit conſumpta vt hic per Gloſſam, Bartolum, Bald. Ang. Corneum, & alios. Ampliatur, etiamſi iſti creditores quibus eſt ſolutum, haberent hypothecam, ſed poſteriorem, per reg. l. ſi fundum. infra, qui pot in pignore.

Secundo, etiamſi creditores reuocantes haberent cauſam lucratiuam: nam ſatis eſt quod habent anteriorem hypothecam propter verba generalia huius text.

Tertio, etiamſi illi quibus eſt ſolutum, eſſent anteriores, dummodo non habeant hypothecam legis, vel hominis. Fallit ſi iſte cui eſt ſolutum habeat anteriorem hypothecam, vt
118 in tex. a ꝯtrario ſenſu. Nam cum habeat actionem † multo magis exceptionem. l. 1. §. quod autem. ff. de ſuperfic. Secundo ſi creditor reuocans nullam haberet hypothecam. Nam nihil reddere compellitur, cum ſuo commodo inuigilauerit. l. pupillus. ff. quæ in frau. cred. Ergo nec tenetur ad communionẽ, licet ſecus ſit in legatario reuocãte ab alio legatario, cui prius ſolutum ſit, vt hic per Caſtrenſ. Alex & Corn. Hoc tamẽ fallit in pluribus caſibus vt hic per Ang & Corn. Tertio fallit ſi hæres alia bona hæreditaria haberet. Nam cum legatarij non reddant ſibi ſolutum, multo minus reddent creditores, quantumuis poſteriores, nulloque priuilegio ſubnixi. l. at ſi quis. §. primo. ff. de relig.

Vel per condictionem ex lege. Sed cur pro legatis repeten
119 dis datur † condictio indebiti vt ſupra proxime, pro creditis condictio ex lege? Reſpondet ſubtiliter Bal. quia æs alienum ipſo iure reſecat, & extinguit, & præuenit legata. l. ſi vniuerſæ. infra de legatis: At vnum æs alienum non reſecat aliud æs. Itaque poſterior creditor perinde ius habet ac anterior, cũ debitor vnius non prohibeatur alios ſortiri creditores, ſeque obligare. l. 1. §. ex contrario. ff. de ſepar. Aduerte, quia hoc eſt ſubtiliſſimum, & pulcherrimum: quoniam cõſiſtit circa momenta & puncta tẽporis, prout in ſimili habetur in l. vlti. vbi
120 late Bar. poſt gl. & Dyn. ff. de cond. inſtit. Sed nunquid veluti æs alienum † perimit omnino legatum, ita & legitimam, ita vt ſtatim mortuo parente, nihil iuris competat filio pro legitima? Non videtur, quia & legitima præualet legatis, & eſt tãquam ęs alienum, gl. in l. ſi quis legatum. ff. ad l. Cornel. de falſis. Econtra facit tex in l. Papinianus § quarta. ff. de in. offic. teſta. N. ſi replices, vt per Ruinum conſil. 57. lib. 2. Item nunquid æs alienum præuenit fideicõmiſſum vniuerſale, & Trebellianicam, quæ ex eo deducitur? Et hoc vtiq magis eſt Qđ facit ad ea, quæ traduntur per Bart Bald. Ang. Corn Caſt. in l. Marcellus. §. idem Pomponius. ff. ad S. C. Trebellianum. Et conſidera ſi poteſt adiuuari theorica tradita per Soci Sen. in d. § idem Pomponius, contra alios. & vide Ruin. d. conſ. 57. lib. 2 poſt Angel. in §. hæc ſtipulatio.

Debitum eis offerre. Generale hoc eſt, vt qualiſcunq; poſ-
121 ſeſſor, offerens, † non cogatur reddere l. mulier. ff. qui potior. in pig. l. Paulus in fi. ff. quib. mo. pig. vel hypo. Sol. Proinde &
122 legatarius † conuentus hypothecaria, vel condictione indebiti, non reddet ſi offerat Quid ſi res minoris valeat quã creditum repetentis, an liberabitur poſſeſſor, offerens ꝓtiũ rei?

Sæpius dictum eſt. Supra in illis verbis, poſteriores venientes repellantur. & paulo poſt, neque ipſum hæredem inquietare concedantur.

Quantitatem. Ex hac dictione deſumi poſſunt duo Primũ ꝙ dicit Saly. in §. licentia danda vt in inuentario pretium re
123 rum ſingularum ſit inſerendum. Aliud ꝙ † hæres habeat retentionem corporum hæreditariorum, ſi quantitatem, uel pretium ſoluere paratus ſit. Quod admodum eſt mirorabile, ſi verum eſt. Poteſt autem ex alio probari: quia hæres poteſt, aut etiam cogitur vendere res hæreditarias vt ſup. Qui autem poteſt vendere, poteſt etiam inſolutum accipere l. vlt. infra de iure dominij impetrando. Hoc autem admiſſo, an ſi ex ſententia Salyc. res ſingulæ ſint æſtimatæ, liberabitur hæres ſoluens pretium expreſſum in inuentario? Forte non l. pretia rerum. ff ad l. Falcidiam.

Nulla actio. Ergo ipſo iure eſt liberatus hæres, ſoluens qđ eſt in hæreditate. Et conſequenter hęc exceptio, ſi non ſoluit omnia, impedit huius ingreſſum, iuxta Bal.

Sed nec aduerſus emptores Hypothecaria mirabiliter eua
124 neſcit contra emptorem † beneficio huius legis. Irnerius ꝯ, & intelligit hunc textum, quando emptor non poſſidet. contra Irnerium tenet Accurſius per textum in l. bene à Zenone. infra, de quadr. præſcr. Accurſio aſſentiuntur omnes, quãdo quoquomodo diſpẽdium eſſet paſſurus hæres: ſinaũt nõ tractetur de dãno hæredis, nõ ſemper ſecurus erit emptor, niſi intuitu creditorum, & legatariorum emerit, eis pretium ſoluendo, Salyc Fulgoſ Caſtren. & Corneus hic.

Ipſe hæres. Vt hæres, & agens negotium hæreditariũ: alioquin, nec ipſe, nec emptor periculum euitarent.

Pro ſoluendis debitis. Hęreditarijs, non proprijs ipſius, hæredis, vel alterius, quàm defuncti.

Alij. Legatario, vel creditori quãtumuis hypothecario, & priuilegiato.

Suum ius perſequentibus. Iſte textus a contrario ſenſu innuit ꝙ ſi creditor anterior nõ poteſt ſuum conſequi à legatarijs, vel creditoribus, q bus prius eſt ſolutũ, recurſũ habebit
125 aduerſus emptorẽ. † quod eſt admittendũ in caſibus vbi emptor imprudẽter, vel doloſè emit, alioquin vix eſt vt actio ſemel extincta ꝯtra emptorẽ, exinde poſſit reuiuiſcere ob inopiã, vel perfidiã illorũ, quibus prius eſt ſolutũ. l. q res. §. areã. ff. de ſolutionibus. Quid tamen ſi ab illis nõ poſſit ſuũ conſequi creditor quẽ prius conuenit, hæredẽ, vel emptorẽ? Dicerẽ emptorem ſi nihil habuit emolumẽti hæres: Nã debuit

cautius

cautius negotiari emptor.l.x.ſupra de furtis,ſed ſi vterque ſimul colluſiſſet,quaſi vnum ex duobus reis debendi eliget creditor,iuxta tradita in auth hoc ita.infra de duobus reis. Bre-
126 uiter collige. Creditor † quandoque legatarios, quandoque creditores, quandoque hæredem,quandoque emptorem diſtringere poteſt. Sed an creditor vnum ex pluribus diſtringere poterit alio dimiſſo? Recurre ad textum in l.Moſchis.cum ibi traditis per Bartolum,poſt Dyn.ff.de iure fiſci.

In computatione. Hæc computatio fit ſingulis rebus redactis ad æſtimationem,& in vnam ſummam coaceruatis.l.pro
127 pemodum.ff de verbo.ſignifi. Non † enim poteſt ſciri quantum aliquis habeat in bonis,& vtrum plus ſit in onere,quam in honore,niſi res cunctæ certa pecuniæ quantitate æſtimētur.l.prima.ff. de contrahen.emptione.l propemodum. ff. de verbor.ſignif.

Et.Hæredi cum inuentario.

128 Quicquid in funus, Vndecima vtilitas.Hæres † faciens inuentarium,deducit impenſam funeris.Ampliatur vt in textu in impenſa inſinuationis teſtamenti vel inuētarij,vel in ſimilibus cauſis,vt nunc dicam. Secundo non tantum ad excluſionem legatariorum,ſed etiam creditorum,ſi non ſit ſoluendo hæreditas vt in gloſſa. Nā impenſa funeris antecedit omne æs alienum.l.penul.ff.de relig. Tertio, vt etiam ex poſt facto in executione rei iudicatæ contra ſe,hæres deducere poſſit. Corneus conſi.14.lib.4 ex ijs,quæ traduntur per Bart. Angel.Imolam,Caſtrenſem,Alex.& alios in l ex diuerſo.§.vlt.ff. ſoluto matrimonio. Quid ſi hæres condemnatus,integra legata,vel credita ſolueret,an ſolutum repetet? Non videtur, & quia paruit rei iudicatæ,& quia ſcienter ſoluit,cum ſciret, aut ſcire deberet,quantum eſſet in bonis: propter ſeriem inuentarij,arg.l.cuius per errorem.ff.de reg.iur. Sed ſi probabilis cauſa eſſet,puta quia abſente & inſciente hærede animalia hæreditaria,merces naufragio perierint,locuſtæ vel grando, vel inūdatio, fruges abſtulerit,æs alienum vel aliud legatum emerſerit,repetitio veluti retentio hæredi non denegaretur. l.3.ff.de condict.indeb.l.indeb.l. in ratione x cum ibi traditis per Bar.ff.ad l.Falcidiam Romanum conſ.176.l.vlt.ff. de neg. geſt.l.ſi quid poſſeſſor.ff de petitio.hæred. Fallit ſi hæreditas ſit ſoluendo: Tunc enim nec legata,nec æs alienum minuit impenſa funeris,dicta l.penul.a contrario ſenſu.ff. de religio. Quid ſi pro parte ſoluendo ſit hæreditas, pro parte non, an
129 creditores † contribuent aliquid ad hanc impenſam, an vero ſoli legatarij,& hæredes onerabuntur? Bart.Saly.Caſt. Corneus,videntur dicere, quod ſiquidem hæres vltra æs alienū, & impenſam funeris,habet ſuum quadrantem,ſeu Falcidiam nihil contribuent legatarij:alias ſecus.

Secundo fallit ſi impenſa ſit immodica.Nam nec iuſſu teſtatoris facta valebit.l.at ſi quis.§.hęc actio.ff.de relig.l.i §.vl. ff.ad l.Falcidiam Quod verum indubitanter ad præiudicium creditorum, vt ibi per Imolam. Adde circa hanc vtilitatem Aretinum conſil.117 Dec.conſi.147.

130 Excipere.Sed an † propria auctoritate excipiet, & ſibi ſoluet hæres? Et hoc quidem poterit,ſi pecuniam,cuius æſtimatio certa eſt,retineat,& ſi inuentarium rerum omnium bona fide fecerit:Alias res non tam facile accipiet hæres inſolutum,niſi creditores,& legatarij conſentiant. Quoniam melius eſt non ſoluere,quam ſolutum repetere.l.3.ff.de compēſ. Nunquid aliud creditum quam hoc funeris ſibi ſoluet hæres propria auctoritate? Et hoc admittit Bal. ſi vel inſtrumētum extet,vel alias per teſtes probet ſe creditorem,examinandos per iudicem ad æternam rei memoriam,citatis prius creditoribus,& legatarijs. Aduerte,quia hæc eſt mirabilis deciſio Baldi,quam alias Alex.in l.debitori,ſupra de pactis.& Ange.Are. in § extraneis.Inſti.de hæred.qual. & diff. dixerunt ſe ſeruari feciſſe. Quam etiam refert Ruinus conſ.39.libro 1.Contra q̃ facit,& quia nemo ſibi ipſi ius dicere debet.l.extat.ff.de eo,ꝙ metus cauſa. Et quia inuentarium non tribuit beneficium ſeu lucrum,vltra ius commune. Ius autem commune non permittit quod creditor poſſit aliud petere vel exigere,quam quod ſibi debetur; quemadmodū debitor aliud pro alio ſoluere non poteſt,per regulam oppoſitorum. Pro Baldo faciūt tres regulæ. Inuentarium conſeruat hæredem ſine damno. Item inuentarium ſecernit bona. Item inuentarium facit cēſeri hæredem non adiuiſſe,ſeu hæreditatem eſſe iacentem. Vnde cum ipſe hæres non cenſeatur hæres, quo ad ſui damnum,prout in ſimili dicimus de ſuo hærede, Bart.in l.ſi filius qui patri.ff.de vulg. & pup. merito ſibi ſoluere poterit,maxime cum ſit in poſſeſſione quarumlibet rerum hæreditariarum. Stultiſſimus etenim eſſet,alios requirere, cū ipſe ab alijs ſit requirendus.Facit tex.in §.furti autem.Inſti.de oblig quæ ex delicto naſcuntur.Non obſt.alia regula.Inuentarium non tribuit lucra vltra ius commune. Reſpondeo. Regula iſta ꝓcedit in ijs,quæ antecedunt tempus inuentarij, non in beneficijs,& lucris,quæ tribuuntur hæredi poſtquam fecit inuentarium. Ego,ſi caſus contingeret,plurimum fauerem ſententiæ Bal.ſi hæres ſibi ſoluere velit de pecunijs hæreditarijs, cū in pecunia non cadat affectio.l.3. ff. de in litem iurando, vel etiam de alijs rebus fungibilibus. Quod ſi ſint aliæ res, vel corpora,ſpectarem an cuipiam alij creditori vel legatario ſpecialiter eſſent obnoxia:quamuis nunquam denegarem retētionem hæredi vice pignoris, ſi hæreditas aliunde ſoluendo nō eſſet.l.vnica.cum ibi traditis,infra,etiam ob chyrog pec.quia ſi alios præuenerit,ſibique ipſi prius ſoluerit,vt ſupra § proximo.Romanus in conſ.111.

131 In funus. Funeris impenſa † quæ ſit,tradit eleganter Iuriſconſ.in l.at ſi quis.§.funeris. & l.funeris.ff. de relig. Nam veſtes mortiferæ,merces feretri, feretrumque geſtantium, cerei,ſeu funalia:& quæ ad pompam funebrem,exequiaſque parandas requiruntur,huiuſcemodi ſunt: non ſi quid impenderetur in ludos funebres,& gladiatorios,vel in idolorum cultum,irreligioſaſque ſuperſtitiones.l.quidam.ff.de cond. inſt. late explico de ludis,ſpectaculis,& certaminibus,lib 2.

132 Expendit. Quid ſi nondum ſoluit † hæres? An creditor puta aromatarius,qui cereos contulit, petet ab hęrede,an vero a creditoribus,& legatarijs? Quod ab hærede, facit quia cum eo contraxit. Quod a creditoribus, vel legatarijs, facit: quia inuentarium eximit hęredem ab omni damno,& vexatione. Aget ergo contra eos conditione ex lege, vt ſupra §.proximo,vel etiam hypothecaria, ſi verum eſt impenſam funeris ſortiri legis hypothecam,& quidem potiorem alijs hypothecis,vt probatur in d.l.at ſi quis.§.j.dixi abunde in § item Seruiana Inſti.de actionibus.

In teſtamenti inſinuationē. Intellige de teſtamento in ſcri-
133 ptis in cuius apertura, † vt ſecreta pandantur, multæ expenſæ fiunt in iudicis ſportulis,In teſtium citatione, & viaticis ſi forte ex longinquo vocentur vt veniant ad recognoſcenda ſigilla,& ſubſcriptiones,in mercedibus tabellionum aperientium,recitantium & publicantium.i.teſtamentum reſignatū & recitatum in actis & monumentis publicis inſinuantium, & redigentium l.publicati.l conſulta ſupra de teſta.l. cum ab initio.& l ſed ſi quis.iuncta glo ff.quemadmo.teſtamen.ape-
134 riantur.l.repetita.C.de epiſ.& cle.quid de teſtamento † nuncupatiuo ſcripto per tabellionem prout quotidie fit? Non videtur hæredem aliquid neceſſario impenſurum pro adeunda hæreditate,Quapropter ſi ſponte, & temere impenderit, non reputabit creditoribus & legatarijs: ſed ſi tuto adire nequeat,& interſit etiam creditorum & legatariorum, fidem teſtamenti extare:veluti quando ore tenus ſine ſcriptura, coram ſeptem teſtibus voluntas fuiſſet enunciata,iuxta textum in l hæredes palam.in princ.ff.de teſta. non putarem hæredē impenſam amiſſurum,per tradita in d.l.publicati, ſupra de teſta.& in l.vlt.ſupra,de edicto diui Hadriani tollendo:ne probatio vltimæ voluntatis vacillet,aut intermoriatur.l.Ariani. C.de hæreticis.

In inuentarij confectionem.)Quando conficitur inuentarium impendit̃ in tabelliones,in mercedes viatorum citātiū creditores,& legatarios,in ſportulas et iudicis maxime ſi vera eſt opi.Matt.Fanenſis.In iter,ſi alio ſit eundū,vel mittendū, vbi eſt hrēditas. Quid ſi hrēditas ſoluendo eſt,& dicat creditor
135 hrēdi,vel legatarijs,Da mihi † exemplū teſtamenti,vel inuentarij tuis ſumptibus? Non coget̃ hr̄s dare,qn̄ quidem & hoc eorum interſit. Vnde ſumant exemplū ſuis ſumptib. a tabellione.l.defenſionis.& ibi Bal.C.de iu. fiſ lib.10. Quin & ſi ſumāt ab hrēde,ꝯtribuēt aliqd ipſi hrēdi. Bal hic,& in l 2.ſ.de edendo.

Neceſſarias.) ſi ergo nō coget̃ hr̄s impēdere nihil deducet,licet ſint impēſæ vtiles.ꝑut dr̄ de impēſ.dot.l.ꝙ dr̄. ff.de impēſ.

Hæreditatis.) Pondera,inquit Bal hoc verbū. Nam ſi pro ſe,
136 non pro hæreditate † impenderit hr̄s,nihil deducet. Puta, qa inquietatus ſuper hrēditate ſumptus facit pro ſe defendendo. l.vlt.ſup.de petit.hęr.Ang.non admittit indiſtincte ſn̄iam fratris ſui,cum & Prælatus poſſit ſe defendere expenſis prælaturæ.c.vt prææteritæ.extra de elec.Ang.vīr aſſentire Caſtren. & Alex. Corn. diſtinguit. Aut hr̄s ſi ſe non defenderet, damnū pateret̃ ob ſuam aditionē & procedat opinio Ang. Aut damnū non pateret̃ licet adiuerit,& ꝓcedat opi.Bal. Sed quę ſunt aliæ cauſæ neceſſariæ p̄ter tres ſupradictas,funeris, teſtamēti, inuentarij? Hæ fermæ,ſi fiat ſubhaſtatio,ſeu licitatio ꝓ vendendis rebus hrēditarijs ad ſoluēdū debita,vel legata,ſi ſoluat̃ gabella ꝓ hac venditione:ſi proxenetica debeant̃, ſi mittant̃ nuntij,vel tabellarij. Vide per Alex. inter cęteros in l.q̃titas pa-
137 trimonij.ff.ad l.falc.quid † ſi expendat̃ in ægritudinem defuncti? Adhuc hr̄s retinebit.l.in reſtituenda.ſup.de per.hære.l.legatum.ſupra de relig.niſi forte maritus ſit hęres vxoris l.ꝙ in vxorem.ſup.de neg.geſt.l.ſi cum dotem. §. ſin autem in extremo.ff.ſol.mat. Vel niſi ſit pr̄ mr̄ue.l.Neſennius.ff.de neg.geſt. Quid ſi expendat̃ in veſtes lugubres geſtandas per cōſangui-

neos & familiares defunčti? Extra cauſam hæreditatis vide-
tur iſte ſumptus, cum & in nihilo ſuccedentes, lugubria iu-
mant in ſignum mœſtitiæ, quod tam carum ſanguine ſibi cõ
iunčtũ amiſerint, ſi tamen eſſet pater, vel filius, vxor uel ma
ritus, frater, vel ſoror, quibus. nec bona propria, nec hęredi-
taria congrua ſufficerent, ſumptus iſte in humane prorſus
ſubtraheretur. l. Neratius. iunčtis legibus ſequentibus. ff. de
138 religioſis. cum & hæres † mariti veſtes funereas teneaĩ eme
re vxori viduæ, Ang. & Alex. in l. ſi & vſusfructus §. dos lega
ta. ff. ad l. Falcidiam.
139 Approbauerit.) nõ creditur † ergo hæredi dicenti, tantũ
expendi, niſi probet: ſed quomodo probabit? Per teſtes; per
iuramentum, iuxta gloſſam hic, quod eſt ſingulare ſecũdum
Fulgoſium, ut ſtetur iuramento expendentis: Baldus dicit eſ-
ſe verum ſi aliæ concurrant probabiles coniečturæ, alias ſim
plici ſacramento hæredis ſtare, eſſet periculoſum; niſi eſſent
impenſæ modicæ, vt notatur in l. id quod pauperib. per Cy
num, Bar & alios, ſupra de epiſcopis & cle. Conſultum por-
ro valde eſſet hæredi ſi in ſuo codice has impenſas insereret.
l. 1. §. officio. ubi Bar. ff. de tutel. & rationib. diſtrah. Quamuis
nec codicis aſſertioni ſemper credendum ſit. l. exemplo, ſu-
pra de probat. Quapropter ſi expenſa eſt magna, & hæres nõ
ita probus; teſtibus, uel inſtrumentis opus erit. Saly. Benedi
čtus de Plumbino, Fulgoſius, & Comeus: quib. ceſſantib. re-
curretur ad taxationem iudicis, vel ad arbitrium boni uiri.
Perſoluiſſe.) ſed & ſi nõ pſoluerit, nihilominus redintegra
bitur, cum ob hoc ſit obligatus. l. uel obligatus. ff. de lib. cau-
ſa. Sed ſi periculum ſit quod creditores & legatarij teneãtur
condičtione ex hac lege, uel hypothecaria creditoribus ho-
rum ſumptuum, non iam facile redintegrabitur.
Non hæ confundãtur.) Duodecima vtilitas. Ačtiones hęre
140 dis † contra defunčtum non confunduntur. ſi hæres ſit cre-
ditor defunčti, adhuc remanet creditor beneficio inuẽtarij.
Ratio eſt quia inuentarium ſecernit bona. Item facit cenſeri
hæredem non adiuiſſe; & ob id, ut pulcherrime, & notabili
ter dicit Bal hic, & in l. debitori, ſupra de pačtis. poterit hæres
petere ut curator decernatur hæreditati iacenti, atq; ita rem
eligere, quæ ſibi tradatur inſolutum, argu. l. creditoris. ff. de di
ſtračtione pignorum. prout etiam ſupra attigi l. creditore. ff.
de bonis auth. iud. poſſ. Romanus, conſilio 111. Corneus hic:
qui dicit cum hoc tranſire legentes. Ruinus conſilio 38. cõ-
ſil. 57 lib. 2. de tribus quæritur, An per inuentarium nullo mo
do confundantur ačtiones. An hæres omne creditum poſſit
deducere. An hæres ſi non faciat inuentarium amittat om-
ne ſuum creditum: & conſequenter, an confundantur ačtio-
nes. Circa primum, quatuor reperio opiniones. Prima eſt, ꝙ
nec ipſo iure, nec quo ad effečtum confundatur ačtio. Et
hanc tenuit Gloſſa, & Baldus hic, & ibi in d. l. debitori, in pri-
ma ſolutione, ſupra de pačt. Altera eſt, quod ipſo iure confun
datur ačtio, non quo ad effečtum. gl. hic & in d. l. debitori. in
ſecunda ſolutione. Et hæc magis communiter teneturꝗa
ačtio, & paſſio non cadunt in eodem ſubiečto, nec poteſt ali
quis ſui ipſius eſſe creditor, & debitor. l. Stichum. §. aditio.
cum concordantibus. ff. de ſolutionibus. Tertia eſt opinio
Pauli Caſtrenſis, hic, quòd vere quidem confundatur ačtio,
ſed lex fingit nõ eſſe cõfuſam. l. ꝑpter. §. 1. ff. de S.C. Sil. Quar
ta eſt ſubtilis Decij in d. l. debitori. Aut hæres ante aditionẽ
facit inuentarium, & vera eſt opinio Baldi; Aut poſt aditio-
nem, & vera eſt ſecunda opinio. Si quis vellet tenere ſenten-
tiam Baldi indiſtinčtè, facillime poſſet propter regulas præal
legatas. Inuentarium ſecernit bona. Item facit cenſeri hære-
dem non adiuiſſe. Circa ſecũdum hæres omne creditum de-
ducere poteſt etiam lucratiuum. l. in imponẽda. l. irritum. ꝟ.
141 ad l. Falc. Quid ſi ſit naturale creditum? Adhuc hæres † habe
bit retentionem, licèt aliàs non haberet ačtionem. l. debitor
ff. ad S. C. Treb. Quid ſi deſcendat ex delicto defunčti? Hæ-
res non deducet, cum ſit extinčtum cum perſona defunčti,
niſi lis ſit conteſtata, vel alio modo tranſmiſſum ſit. l. pœna-
les. ad l. Fal. l. vnica, & ibi Gloſſa, & Dočtores. ſupra ex deli-
čtis defunčtorum. l. ex contračtibus. l. ea depoſiti. ff. de ačtio-
nibus, & obligationibus. Sin autem eſſet creditum mixtum,
puta quia defunčtus duplum hæredi repromiſit, indiſtinčtè
putarem ex Gloſſa hic, & Cyno per hæredem ante omnia
deducendum, quicquid Bart. & communiter alij dixerint,
moti per. l. cum emptor. ff. ad l. Fal. Veluti è conuerſo ſi hæ-
res eſſet debitor defunčti, omne debitum auctiorem faceret
142 hæreditatẽ, vt ſupra probaui. Sed an hæres † deducet lĩtimã?
Quod videtur, & quia quaſi ęs alienum abſceſſit legitima ex
bonis paternis. gl. in l. 3. ſupra de iuris, & facti ignorantia. Et
quia creditor lucratiuus (hoc etiam dimiſſo, ꝙ filius habeat
legitimã tanquã lucrum) deduceret, puta donatarius. Cõtra
riũ puto & quo ad creditores, & quo ad legatarios iuxta tra-
dita in l. ſcimus ꝟ. de inoff. teſtam. Si tamen hęditas euidẽter
eſſet locuples, nõ auferrem filio ꝓpulſionem Baldi, ut poſſet
filius ſibi legitimam præcipere in quibus rebus voluerit, ma
ximę ſi nondum ſe immiſcuerit hæreditati, petens hæredita
ti iacenti curatorem dari. Verum hoc tu melius diſpice. Ve-
luti & illud, an hæres per inuentarium poſſit deducere id, ꝙ
143 dẽtur uxori, pupillo, filio ipſius ut ſup. in 87. Effečtu † Circa
tertium, hæres non faciens inuẽtarium, amittit ius ſuum, cũ
præterea de alijs ſuis bonis teneatur inſolidum creditorib. &
legatarijs. § ſi vero non fecerit. Auth. de hære. & Falcid. Ruy
nus præter multos alios, quos ſupra retuli, conſ. 206. lib. 2. ꝙ
verum eſt indubitãter quo ad creditores, & legatarios, & fi-
deicommiſſarios particulares. Cæterum quo ad fideicõmiſ-
ſarium vniuerſalem, non amittit ius ſuum hæres, neq; etiam
legitimam, Caſtrenſis in l. ab omnib. §. vlt. de leg. 1. idem Ca-
ſtrenſis in l. ita tamen. §. ſi ex Trebelliano. & in l. debitor. ff.
ad Trebellianum. Ang. in §. hæc ſtipulatio. idem Ang. conſi.
64 Alci. Reſp. 29. Natta conſil. 255. Aemul. conſil 35. Berous
conſ. 67. lib. 2. quicquid dixerit Imola, per hunc textum a cõ-
trario ſenſu; Et per plurima alia iura indiſtinčte dicentia, adi
tione confundi ačtiones; cum ſucceſſio & aditio vim habeat
ſolutionis. l. debitori, ſupra de pačtis. l. ſi ab eo. de neg. geſtis. l.
ut debitum. l. ſi adulta. de hæredit. ačtio. l. vlt. de contrario
iud. tut. l. cum ſecundum. infra de fideicom. l. in imponenda.
l. licet. ad l. Falcidiam. l. ſi vxor. de bonis auct. iud. l. 2. de
euičt. l. frater a fratre. ff. de cond. indeb. l. 2. §. pen. ff. de hæred.
vel ačt. uend. l. ſi ei cui. ff. de euičt. l. Mæuia. in fine. ff. ſol. matr.
l. Mutaniæ. ff. de cond. & dem. l. dedučta. l. debitor. l. matrẽ. ff.
ad Treb. l. ſi debitor creditori. l. Vranius. ff. de fideiuſſo. l. Sti-
chum. §. aditio ff. de ſolut. cum multis ſimilib. ad quæ omnia
reſpondetur, ꝙ procedunt in ačtione perſonali reſpečtu cre-
ditorum hæreditariorum tantum: non etiam aliorum. Quod
vt clarius eluceſcat, eſt enim apprime utile, & neceſſarium, &
vt ceu imago, ac ſimulacbrum ſuis primorib. lineis effigia-
144 tum, ſtatim oculis cernatur. † Pone regulam cum ſuis fallen-
tijs. Aditione hæreditatis confunduntur hæredis ačtiones, l.
Hæres adeundo amittit ſuum creditum, & ačtiones, perinde
ac ſi defunčtus, uel alius nomine defunčti ſibi ſoluiſſet. Ratio
eſt, quia ačtio & paſſio non cadunt, ſeu non fundantur, vt in-
145 quit Bal. in d. l. ſi vxor. in eodem † ſubiečto. Hæres eſt ačtio,
inſeparabiliter ipſius perſonæ inhærens. l. 3. infra, de nouat. l.
quis ergo caſus. ff. de pecul. defunčtus erat paſſio, inſeparabi-
liter & ipſi defunčto quo ad vixit inhærens. l. debitorũ, ſupra
de pačtis. l. obligationũ fere. §. placet. ff. de ačt. & obl. Verum
quia mors omnia ſoluit; & defunčtus minus proprie dicitur
debere. l. qui Romæ § Augerius. ff. de uerb. obl. hæc paſſio
migrauit in vnum idemq; ſubiečtum, hoc eſt in ipſum hęre
dem, qui eſt vna & eadem perſona cum defunčto, auth. de iu
reiur. a mor. pſtito. Iã vero nemo ſibi ipſi põt eſſe obligatus,
ꝗa natura repugnat ut quis ſui ipſius ſit creditor, & debitor,
tam ab initio quam ex poſt facto. l. tutor. ff. ad Velleianum. l.
hæres. §. ſeruo. §. quod ſi. l. ſi quis ꝓ eo. §. 1. ff. de fideiuſſ. Idcir-
co hæreditas iacens, quæ interim defunčtum repræſentat. l.
146 cum hẽditas, † ſupra depoſ. l. ſi ante. ff. de interrog. ačt. l. mor-
tuo. ff. de fideiuſſ. cenſetur in pũčto aditionis ſoluere, & redin
tegrare hæredem. l. ſi ei cui ff. de euičtion. Primo fallit in rei
147 vendicatione, † Baldus in d. l. ſi vero. ad quod ego pondero
textum in l. ſi res. ff. ad Treb Hæc quippe non confundiĩ nec
corrumpitur. Ratio eſt, quia non inhæret perſonę inſeparabi
liter; ſiue ſpečtes ačtorem, ſiue Reum. Ecce, agens in rem nõ
agit ꝗa creditor, ꝗa ſuæ perſonæ inhæreat omnino ačtio: Po-
teſt enim dominium ſolo animo perdere, & a ſe abdicare. l. 1.
2. ff. pro derelicto. Agit, ꝗa dominus, & rem non poſſidet. l. de
eo. §. hæres ff. ad exhib. Similiter reus non conuenitur, ꝗa ve
re ſit Reus, debitorue, quia ſuam perſonam obſtričtam ha-
beat: Poteſt enim poſſeſſionem a ſe abdicando, effugere iudi
cium. l. vlt. ff. de rei vend. §. 1 Inſt. de ačt. conuenĩtur quia nõ
vult reſtituere. d. §. hæres. l. Aurelius. §. Mæuia. cum gl. l. vlt. §.
Titia. ff. de lib. leg. l. qui reſtituere. ff. de rei vendi. Non ergo
poſſumus dicere quod in rei vendicatione, nec in alia quali-
148 ber in rem ačtione hæres ſuſtineat perſonam defunčti, Go-
zad. conſ 94 Subiečtũ ačtionis realis eſt res, nõ perſona: qua
re perempta, perimitur & ačtio, paſſioque ſimul, quia nõ en
tium nullæ ſunt qualitates. l. eius. ff. ſi cert. pet. & res extinčta
non poteſt vendicari. §. ſi tamen, Inſt. de rerum diuiſ. Et qua
re migrante, migrat & ačtio in aliud ſubiečtum. l. vnica, ſupra
de alien. iud. mutandi cã. l. ſi fundus. §. in vendicatione. ff. de
pignorib. quid ſi per modos fičtos, & ciuiles, non veros, & na
turales. l. traditionib. ſupra de pačtis. l. ex hoc iure. ff. de iuſt. &
iure. hæres habeat dominium, pariens rei vendicationẽ, per
legem, per ſtatutum, per conſtitutum, per precariũ. l. ſi ager.
cũ gl ff. de rei vend. l. quod meo. ff. de acq. poſſ. l. ult. ſupra de
S.S. eccl. & ibi per Bal. an confundetur aditione? Non puto;
quia ſemp viget illa ratio, ačtio & paſſio cohæret rei non per
ſonæ;

149 ſonæ: † Quo fit, vt & ante, & poſt, & citra aditionem, rei ven
dicatio poſſit exerceri, maxime ex cautela Bal. Quamuis iuci
damus in illum articulum, an actio realis contra hæreditatẽ
iacentem poſſit exerceri. l. debitor. ff. de neg. geſt l. vt debitũ.
ſupra de hæred. actio. Corneus cõſi. 9 r 3 29 lib. 1. Quid in Pu-
bliciana, confeſſoria, negatoria, reſciſſoria, & aliis in rem? Nec
hæ confundentur ob eandem rationem ſubiecti, ar. l. Lucius.
ff. mand. Quid in actione in rem ſcripta? Quid in perſonali ad
rem, non ad genus, non ad quantitatem? Hę forte confunden
tur niſi excipias quandoque in rem ſcriptam. l. 3. § eſt autem.
ff. ad exhib. l. ſi tertius § ſi priuſquam. & ibi glo. & Barto. ff de
aq plu. arc. gl. in l. j ff. de act. emp. l. 2. infra de præſcr. 30. vel 40.
annor. & ſupra in 96. effectu. Quid ſi dominus idemq; hæres
poſſideat? Quid item ſi hæreditas ſit locuples, & lucroſa, an a
poſſidente vendicabit? Primum eſt expeditum, quia poſſidẽs
non agit; Et quod meum eſt, amplius meum fieri non poteſt.
§. æque. § ſic itaque. Inſt. de actionib. l. j. §. interdictum. ff. uti
150 poſſ. Secundum pariter eſt expeditum, quia vendicabit qui-
dem ſtricto iure, veruntamen exceptione repelletur etiamſi
fecerit inuentarium Diſſimiliter tamen Cum inuentario, re-
pelletur vſque ad concurrentem lucri quantitatem ꝙ abitu-
lit ab hæreditate, non vltra. l. cum a matre ſupra de rei vend. l.
Seia ff. de euic. etiam ſi filius ſit, & pupillus. l. Polla infra de his
quib. vt ind. l. ſi creditorib. infra, de ſeruo pig. dato man. l. ea
quæ ſupra de reſtit militum. Sine inuentario, repelletur inſo
lidum, non quia actio ſit confuſa, ſed quia tenetur de euictio
ne. l. vendicantem. ff de euict. Et factum defuncti improbare
nequit iurib. præallegatis. quod latius eſſet indagandum, vt
hic per DD. & ſupra in 54. effectu. Quid ſi non contra defun
ctum, ſed contra bona defuncti hæres nanciſcatur dominiũ,
& ex dominio rei vendicationem? Hoc quærendum eſt, quã
do defunctus contuliſſet obligationem in mortem. l. vnica.
ſup. vt act. ab hær. vel ſi lex deferat in puncto mortis, puta in le
gato, ſeu Prælegato l. a Titio ff de fur. l. cum pater. de leg. 2. in
quadrante falcidiæ & legitimæ reſecantium ſingula corpora
hæreditaria. l. Plautius. ff ad l. falc. l. ſcimus. ſupra de inoff. teſt.
glo. Bal. & cæteri in l filium, ſupra famil. ercif. Num hæ vendi-
cationes aditione ſubſequenti confundentur? (Nam de illis,
quas acquirit hæres poſt aditionem, & per aditionem, nõ eſt
hæſitandum.) Et dico non confundi, ſi bona ſunt ſoluendo.
Quod mirifice fulcit ſententiam communem, ꝙ legitima nõ
perdatur per nõ confectionem inuentarij. Veriſſima eſt hęc
opinio, vbi bona ſunt ſoluendo creditorib. & vbi corpora, in
151 quib cadat dominium, & rei vendicatio ſint in bonis: Et idẽ
eſſet in falc. niſi Iuſtinianus 𝔷rium ſanxiſſet, ſup. §. et ſi præfa
tam. Idem ꝙ in legitima poteſt attentari in Trebel. quam ma
xime detrahat filius ſimul cum legitima ex communi ſentẽ-
tia Canoniſtarũ in c Raynaldus & c. Raynutius. de teſta. Pro
hoc faciunt tres tex. volentes ſpectari mortis tempus in Tre
bellianica, quemadmodum in legitima, & falcid tex. ſ. in l. ita
tamen § hęres. l. poſtulante. § j. ff. ad Trebel. l. quod de bonis.
§. quod auus ff. ad l. falci. verum non difficulter reſpondebis
ſi recurreris ad tradita in 94 effec. & ad Cephalum conſ. 189.
& conſ. , 22. Qñ autem ingreſſi ſumus hunc ſermonem de le
gitima, & Trebellianica, Quid in actione perſonali quam ha-
bet filius ad legitimam? Dicam mox. Quamuis autem prædi-
xerimus non eſſe hæſitandum de rei vendicatione ex aditio-
ne & poſt aditionem quæſita hæredi, tamen incurrere quæ-
ſtio poteſt Auus meus, vel proauus, vel tritauus iuſſit in teſta
mento vt filius, cuius ego ſum nepos, filiuſve, ſit vult hæredi
tatem, conſtituat ſe poſſidere nomine meo, aut liberorum.
Modo, pater meus, vel auus adiuit, & obtemperans iuſſui te-
ſtatoris, transfert in me dominium per conſtitutum, vel pre-
carium. Poſtea ego ſum hæres alterutri eorũ, an mea aditio-
ne expirabit rei vendicatio? Patet aliquatenus ex prædictis, ꝗ-
uis altiſſimam poſceret indaginem. Diximus nonnihil in 91.
effectu, necnon in 73. & ſeq Et hoc ipſum mox inquiretur in
hypothecaria. Secundo fallit in hypothecaria, ad quod ſupra
in 86. effectu, contra Angel. Aret. Lancell. Menochium,
152 allegauimus † tres tex. l. debitor. ff. ad Trebel. l. ex ſextante. §.
Latinus. ff. de excep. rei iud. l. cum quis. §. vlt. ff. de ſolut. adde
tex. in l. 2 infra de luit. pig ſecundum unum intellectũ. Et par-
ui refert vtrũ hæres, idemq; creditor pignoratitius poſſideat,
vel non. Vtrum obligatio ſit hominis, vel legis; Dummodo ſi
eſt legis, pariat actionem, neq; ab aditione expectet originẽ.
l. j. infra com. de leg. In contrarium plura faciunt, quod dñium
non paritor hypothecam. l. neque pignus. de reg. iur l. elegan
ter. l. ſi rem. s. ff de pig. act. Quod leges indiſtincte dicunt, adi-
tione confundi actiones; Quod aditio ſeu ſucceſſio vim ob-
tinet ſolutionis. & ſolutione eius quod debetur omnis tolli-
tur obligatio & actio, tam principalis quam acceſſoria, & tã
vna quam plures, quia bis idem non ſoluitur. Inſti. quib. mo.
toll. oblig. in princ. & in glo. vltima. Quod actio & paſſio non

fundantur in eodem ſubiecto. Ad quę omnia ſigulariter eſt
reſpondendum. Non obſtat text. in l. neque pignus. quia vt
ibi per Decium & Cagnolum, & per glo. & Bar in d. l. elegan-
ter. & l. ſi rem, & plenius per eundem Bart. Ang. Com Paulũ,
vtrunque Imo. in eadem. l. debitor. ad Trebel procedit in do
153 minio quæſito irreuocabiliter: Hæc enim plena, † & irreuo-
cabilis dominij acquiſitio, & conſolidatio parit pleniſſimam
ſecuritatem, adeoque nullo extrinſecus adiumẽto aut actio
ne opus eſt, cum nec Imperator ipſe rem mei dominij mihi
poſſit auferre. l. bene a Zenone. & ibi Bulgarus, & Accurſius
contra Martinum, infra de quad. præſ. Quo caſu, & ſupradixi-
mus conticeſcere rei vendicationem. Aliud, vbi hæres poſſi
det reuocabiliter. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. & ibi Bart. ff. de
captiuis. Exemplum pone per eandem. l debitor. in reſtitutio
ne fideicommiſſaria; Nam ſi hæres habeat hypothecam, in
bonis reſtituendis, deducet ius ſuum hypothecæ, veluti &
quodlibet aliud. d. l. debitor. §. vlt. l. a filia. l. ſi patroni. ff. codẽ.
l. Stichum. §. aditio. & ibi glo. ff. de ſolut. Exemplum aliud eſt
in caſu, quem quotidie videmus. Si auus meus, proauus, ab-
auus, tritauus in euentum alienationis induceret hypothecã
in bonis ſui ipſius, vel etiam alienantis. Finge, pater meus, uel
auus multa alienauit, obligauit, promiſit. Hæres ſum eidem
154 patri meo, vel auo Expirabit ne hypothecaria mea † aditio-
ne? Quod minime eſt expaueſcendũ, etiamſi non fecerim in-
uentarium; Nam ſi fecerim, quid oportet dubitare? Non ex-
pirabit, Inquam, etiam in bonis eorundem patris, aut ſua adi
tione confirmantium poſtea iuſſionem teſtatoris, ex traditis
in l. ſi hæredis ſeruus de leg. j Et in effec. 87. non tantum ſi cre
ditores eorundem patris, aui, velint mihi euincere bona fidei
commiſſaria, & paterna interdum, auitaq;, verum etiam ſi ab
eis velim vendicare quatenus per eoſdem patrem, vel auum
fuit alienatum vltra legitimam, & Trebel. i. ſemiſſem ea com
muni ſententia, & calculo, niſi ego in altero tanto ex bonis
dorum patris, & aui lucrum ſentirẽ, iuxta tradita in l. Marcel-
lus. §. res quæ. ff. ad Trebel. in l. filium. ſup. fam. erciſ. in § quã-
obrem Authen. de teſtit. coll. 4. in l. cum a matre ſupra de rei
vend. Quod perquam arduum eſt. & inextricabile, maxime
ſi non faciam inuentarium: Nam, ut nunc dicebam, admiſſo
quod non confundatur mea vendicatio, nec hypothecaria,
tamen ſemper verum eſt quod mihi obſtant illæ regulæ, quę
de euictio. tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.
Ex qua perſona quis lucrum ſentit, eiuſdem factum præſtare
debet. Hæres non impugnat factum defuncti. l. vendicantẽ.
ff. de euict. l. ex qua perſona, de reg. iu. l. ſi ab eo. infra de libe.
cauſa. cum multis ſimil. vt ſupra ſæpe, maxime in 54. Effectu,
& per Glo. hic, Odofr. Old Gul. Per. Cy. But. Bar Alber. Bald.
Ang Saly. Fulg. Paulum, Alca. Corn. Iacob Iaſ. Aliud eſt exẽ-
155 plum notabile. & vſitatiſſimum: Si res † duobus ſeparatim ſit
obligata, & anterior ſuccedat communi debitori, Cynus in l.
prima infra. Si antiquior cred Alexan. in d. l. debitor. addubi
tat aperta ratione, quod primus creditor, idemq; hæres, ha-
bet rem irreuocabiliter, ſi vult offerre ſecundo agenti, l mu-
lier. ff. qui potiores. Neguſantius, de pig. 1. mẽb. quintæ Par-
tis, poſt Comenſem, & Paulum, tenet cum Cyno: Quod ve-
156 rius eſt. In vniuerſum concludas, quod † qualitercunq; cre-
ditor hypothecarius fiat dominus, & poſſeſſor reuocabiliter
nunquam extinguitur hypothecaria, quin ſaltem tempore
euictionis, & ablationis reſurgat. l. vnica. & ibi per Alber. in-
fra, etiam ob chyr. pec. l. Iulianus. §. offerri. & ibi gl. & Bart ff.
de act. emp. Quia quod euincitur in bonis non eſt. l. ꝙ euin-
citur. de reg iur. Et natura hypothecariæ eſt vt tollatur vera,
& permanente ſolutione, ſeu ſatisfactione. l. grege. § etiam. ff.
de pign. Inde eſt ꝙ res affecta, & cuipiam periculo, præſtatio-
nive obnoxia, minoris ęſtimatur, e contrario, res libera, &, vt
aiunt, allodialis, nulliq; periculo, aut obligationi obnoxia,
157 multo pluris † valet & æſtimatur; non tantum ꝙ onus, obli-
gatione pretium & dignitatem minuit, quantum ꝙ non ad li
bitum, nec cum pleno dantis, & accipientis gaudio de ea di-
ſponitur. l. vlt. §. vlt. ſup. de ſec. nup. vbi Bal dicit ſe interroga-
tum a dño Papa quid eſſet dñium, reſpondiſſe ꝙ dñium eſt
158 plena proprietas † cum alienandi poteſtate. Non obſtat ꝙ le
ges pluſquam viginti ſuperius allegatæ, & aliæ ſimiles indi-
ſtincte dicunt aditione confundi actiones: Nam reſtringunt
ad actiones perſonales Et, ſi diceres, ſublata principali, tollit
hypothecaria, quæ perſonalis actionis eſt appendia. l. cũ prin
cipalis. de reg. iur. l. eos, ſupra de vſuris. Replicatur verum eſſe
vbi perſonalis tollitur ipſo iure, & de æquitate ſimul, gl. Bart.
159 Imo. & alij in d. l. debitor. ſecus vbi tollitur de rigore iuris 𝔷
æquitatem naturalem. l. 2. infra, de luit pignoris. Nam præſcri
ptio, eſt ſimilis ſolutioni ſicuti aditio. l. ſi pupillus. ff. de admin.
tut. Et tamen ſublata perſonali per præſcriptionem, non tollit
hypothecaria contra debitorem vſque ad 40 annos. l. cũ no-
160 tiſſimi, infra de præſcr. 30. vel 40. ann. Ratio eſt, quia præſcri

pito, veluti aditio eſt de mero rigore iuris contra æquitatem
naturalem, Inſt. de vſucap. in princip. DD. in rubrica. ff. de ac-
quiren. hered. Et ſi adhuc inſtares ſimul cum Lancelloto De
cio in l. debitori, ſupra de pactis. Non eſt bona argumentatio
de præſcriptione ad aditionem, quia præſcriptio non tollit ip
ſo iure actionem perſonalem. l. vlt. in fine. & ibi gloſſa, & Bar.
ff. rem ratam haberi. l. obligationum fere. § placet. ff. de actio.
& obligatio. At aditio tollit ipſo iure: dico cum Riminaldo,
& Purpurato, in eadem l. debitori. & cum Neutzano conſ. 69.
& Coraſio in l. frater a fratre. ff. de cõd. ind. quod aditio indu-
cit confuſionem, non ſolutionem, quando hæres eſt in dam
161 no l. ſi debitori creditor. vbi gl. & Bar. l. Vrannius. & ibi quo-
que Bart. & Paulus. ff. de fideiuſſ. Quæ cõfuſio cum ſit de me
ro rigore iuris contra æquitatem naturalem, non eſt habilis
ad tollendam hypothecariam, quæ habet æquitatem iuri ſgẽ-
rium, vt ſolummodo vera ſolutione, aut ſatisfactione tolla-
tur. l. ſi tem. §. omnis. ff. de pig. actio. l. ſi tibi. §. de pignore. cũ
glo. ff. de pactis. Præterea, non eſt incongruum vt hypothe-
caria ſtet ſine principali, dummodo ſemel a principali habue-
162 rit exordium. † Quia multa ab initio prohibentur, quæ ſemel
facta poſtea tolerantur l. patre. ff. de his qui ſui vel alie. iuris
ſunt. Bartolus in l. fideiuſſor obligari. ff. de fideiuſſ. dicens qđ
hypothecaria, quæ ſemel habuit connexitatem cum perſona
li, poſtea poterit diſiungi, & ſola ſine perſonali per ceſſionem
transferri. Præterea, vt demus ſtricto iure hypothecariam ſi-
mul cum perſonali confundi, tamen poſtea reſurget, & redin
tegrabitur ne hæres ſit in damno. l. propter. §. neptis. ff. de S.
C. Sillani. l. hæredem. ff. de his quibus vt indig. licet alias dici
ſoleat. Obligatio ſemel extincta amplius non reuiuiſcit. l. qui
res. §. aream. ff. de ſolu. Dicet aliquis. Si hypothecaria nõ cõ-
funditur ſimul cũ principali cui adhæret, ſequetur maximũ
abſurdum: quod hæres idemque creditor hypothecarius nõ
tenebitur de ſuo vltra vires, & tamen omnia iura clamant,
quod hæres ſine inuentario teneatur, non tantum creditori-
bus verum etiam legatarijs hodie. Reſpondetur, quis negat?
Immo tenebitur hæres, veruntamen non tenebitur eo quod
actio hypothecaria, vel vendicatoria, aut alia ſimilis aditione
confundatur. Tenebitur eo quod temerarius huius legum trãſ
greſſor præcipientium fieri inuentarium; Et quia adeundo
ex quaſi contractu actionem perſonalem parauit creditori-
bus & legatarijs contra ſeipſum, quæ obligatio, & actio per-
ſonalis aufert omnia bona debitoris præſentia, & futura, ſal-
tem in executione rei iudicatę. l. ſi creditores. ff. de ſeparat. l. a
diuo Pio. §. in vẽditione. ff. de re iudic. Nota ſingulariter, qđ
vera & interna ratio cur hæres teneatur vltra vires eſt illa, ꝙ
163 adeundo ex quaſi † contractu ſe obligauit; Quæ obligatio pa
rit actionem perſonalem; Quæ actio perſonalis adinſtar cæ-
terarum omnium perſonalium aufert omnia bona præſen-
tia, & futura d. l. ſi creditores. §. j. & ibi late dixi. Inſti. de actio-
nibus. Non ergo ratio quod hæres teneatur inſolidum illa
eſt, quod actiones confundantur aditione, nam quid ſi hęres
non haberet actiones contra defunctum? Et hanc rationem
ſenſit non ſomniculoſe acutiſſimus, & ingenioſiſſimus Bald.
in toties allegata l. ſi vxor. ſed rurſus dicet aliquis. Si actio hy
pothecaria non confunditur, ſolutionem faciet ne hæres de
ea, aut de re, quam per eam auocat, aut retinet? Quod ſi eſt,
prout vere eſt, quorſum diceres hypothecariam durare? Re-
ſpondeo, intereſſe poteſt hæredis rem illam retinere, & de
alijs rebus ſoluere, ob affectionem, ob memoriam maiorum,
ob opportunitatem, ob vicinitatem, ob aeris clementiam, &
ſalubritatem, ob aliud ſimile: variæ ſunt enim hominum vo-
luntates, & deſideria. l. ſi in emptionem. ff. de minor. l. ſi cui
fundus, de leg. 2. l. lex quæ tutores ſupra de admi. tut. l. quia po
terat. ff. ad Trebel. Quid ſi hæreditas ſit locuples, & ſufficiens
an idem erit, vt confuſa perſonali per aditionem nõ confun-
datur hypothecaria? Reſpondetur, minime: Immo vtraq; cõ-
164 fundetur; Quoniam, vt nunc † ſubijciam, aditio hæreditatis
locupletis, eſt loco veræ ſolutionis: Quæ ſemper tollit actio-
nem hypothecariam, & aliam quamlibet cui adhæret, per re-
gulam vulgatam, ſolutione eius quod debetur omnis tollitur
obligatio Inſt. quibus modis toll. oblig. Sed nonne in dubio
ſemper hæreditas prǽſumetur locuples, & diues? Quod ſi eſt,
prout vere eſt, Gl. & ibi Baldus, & Socynus in l. ſi vero. §. qui
pro rei. ff. qui ſatiſd. cog. glo. in l. vnica. infra de impon. lucrat.
deſcript. lib. 10. Ergo ſequitur quod in dubio ſemper cum ꝑ-
ſonali confundetur hypothecaria, niſi hæres liquidiſſimis ꝓ-
bationibus doceat hæreditatem eſſe inopem, aut oneroſam.
l. antiquæ. ſupra ad Velleianum. l. ab ea parte ff. de teſtib. Poſ-
ſum reſpondere quod pręſumptio quantumuis iuris, & de iu
re, non præualet veritati, quotieſcunque quis contra æquita-
tem naturalem damnum pateretur, vt notatur per Gloſ. Cyn.
& alios in d. l. antiquæ. Item ſtant hæc ſimul, quod lex fingat
ſeu præſumat hæreditatem locupletem, & quod tamen non
confundatur hypothecaria: ſunt enim hæc diſſimilia & ſepa
rata. l. vlt. ff de calum. Habes vnum caſum, quo non confun-
ditur hypothecaria, quando hæreditas eſt inops: Quod ve-
rum forte eſt etiam ſi hæres fieret dominus pleno iure, & ir-
reuocabiliter; Quia ſemper verum eſt, quod non fuit facta
vera ſolutio, quam exigit natura hypothecariæ: Attamen nõ
audeo affirmare vel ob id maxime quod hæres factus domi-
165 nus per aditionem, habet rei † vendicationem. Quæ rei ven-
dicatio ſecum non patitur nec hypothecariam, nec condi-
ctionem. l. in rebus. cum ibi notatis ſupra, de iure dotium. au
then. contra. infra ad Trebell. l. j. infra comm. de legatis. l. vlt.
ff. vſufruct. quemad. caueat. Eſt & alius caſus, quando hypo-
thecaria accedit reali, non perſonali obligationi, quamuis ple
runque accedat perſonali l. res hypothecæ ff. de pigno. Tunc
enim cum non extinguatur principalis, qualis eſt rei vendi-
catio, aut Publiciana, nec extinguetur hypothecaria. Eſt &
tertius, ſi hypothecaria accedat perſonali, quam habet hęres
extra bona, & liberalitatem defuncti. Nam cum nec perſona-
lis ipſa extinguetur, vt ſubijciam in ſeptima, & vltima fallen-
tia ad actionem perſonalem; nec extinguetur hypothecaria
ipſa. Non obſtat quod aditio, & ſucceſſio eſt vice ſolutionis:
Nam reſpondetur multipliciter.
166 Primo quod eſt vice † ſolutionis in ijs, quorum hæres eſt
creditor in actione perſonali ex bonis, & liberalitate defun-
cti, ſecus in actione reali, ſiue ſit vendicatoria, ſiue hypothe-
caria, quæ nihil habet commune cum aditione: Et ſi tu dice
res, in vendicatoria non mirum, quia non habet nexum cum
perſonali, at hypothecaria plerunque pendet a perſonali. Re-
ſpondetur, vt proxime reſponſum eſt, & nunc reſpõdebitur.
Secundo igitur reſpondetur quod aditio tunc inducit ſo-
lutionem, & tollit hypothecariam cohærẽtem perſonali, quã
hæres non eſt in damno, ſecus ſi hęreditas ſit damnoſa, & no
ceat hæredi, vel alij. l. ſi debitori creditor. l. Vrannius. & ibi gl.
Bart. Paulus, & in l. hæres. §. vltimo. ff. de fideiuſſ. Barto. & plu-
rimi alij. l. ſi is qui pro emptore ff. de vſucap. & in l. quæ dotis.
ff. ſoluto matrimonio. Capra conſi. 150 Roland. conſ. 65. lib.
ſecundo. Et de confec. inuentarij parte vltima §. an actio Sed
167 an tolletur † vendicatoria ſi hæreditas ſit locuples? Minime
ipſo iure, quamuis tolletur ope exceptionis. l. cum a matre, ſu
pra de rei vend. l. ex qua perſona, de reg. iur.
Tertio reſpondetur quod hypothecaria ſuos habet modu
los, & conditiones, vt vera, & duratura ſolutione tollatur, nõ
ficta & temporaria. d. l. grege § etiam. ff. de pign. At aditio hæ
reditatis inopis eſt potius confuſio, & ficta ſolutio quam ve-
ra, vt in ſupradictis locis, & iuribus, quibus additur Afflictus
deciſ. 237. Ergo hypothecaria non tollitur. Vel ſi tollitur ſtri
cto iure ab initio, tamen poſtea reſurgit & redintegratur ſi-
mulatque hæres conuenitur, & eſt in damno. Idem Afflictus
deciſ. 16. Non obſtat quod ſolutione eius quod debetur om
nis tollitur obligatio, principalis & acceſſoria, ne bis idem ſol
uatur, nam ex prædictis patet reſponſum, quod tollitur vera,
168 & permanſura † ſolutione, non ficta & temporaria. Inde eſt,
quod ſolutio pecunię reprobę, vel alicuius rei adulterinæ, aut
non remanſuræ penes creditorem accipientem, non inducit
pignoratitiam, neque tollit hypothecariam. l. eleganter. § qui
reprobos. ff. de pig. act. l. ſi Stichum. §. ſi creditor, & vtrobiq;
glo. ff. de ſolut. Non obſtat demum, quod actio. & paſſio nõ
cadunt, neque confluunt in idem ſubiectum, quia procedit
in actione perſonali, quæ vtrinque inhæret perſonæ inſepara-
biliter: ſecus in hypothecaria, cuius ſubiectum eſt res nõ per-
ſona. Nota igitur multas regulas quæ conueniunt actioni
169 † perſonali, non etiam hypothecariæ. Actio, & Paſſio non
cadunt in eodem ſubiecto. Nemo ſibi ipſi eſt obligatus. Seu,
nemo ſui ipſius eſt creditor & debitor: Cum ſit impoſſibile
ſibi ipſi dari l. Mutianæ. ff de condi. & demonſt. Gloſ. in l. ſ ff.
de ſtip. ſeru. Tempus non eſt modus tollendæ nec inducẽdæ
obligationis. l. obligationum fere § placet. ff de actio. & obli-
gatio. Actio tanquam character eſt inſeparabilis, Gloſ. in l. 3.
ff. pro ſocio. l. 3. infra, de nouat. ergo non migrat de ſubiecto
in ſubiectum, etiam per ceſſionem præterquam in vniuerſa-
lem, & ad vniuerſalem hæredem, ſeu ſucceſſorem. l. quis ergo
caſus ff. de peculio. Diuerſum in hypothecaria, nam tranſit in
ſingularem ſucceſſorem. Ceditur ſine principali. Intentatur
interdum contra hæreditatem iacentem. Expirat rei interitu
aut peremptione. Aditione non confunditur. Tollitur dun-
taxat vera ſolutione, aut ſatisfactione, aut alio modo ſimili,
per iuſiurandum, per pactum, per iuramentum, per ſententiã
per præſcriptionem x. xx. xxx. & interdum 40. annorum. l. j. §.
ſi hæres, & ibi Ang. vterque Imola, Socinus, Iaſon, Ripa. ff. ad
Trebel. l. ſi tertius § ſi quis priuſquam, cum ibi traditis. ff. de
aqua plu. arcenda. Barto. in l. fideiuſſor obligari. ff. de fideiuſſ.
Capycius deciſ. 87. l. vt debitum, ſupra de hæred. actionibus.
l. ſi tibi. §. de pignore. ff. de pactis. l. ſoluitur. l. ſicut. l. ſi deferen
te ff. qui-

te.ff quibus modis pign.vel hyp.ſol. Quæ omnia & alia ſuperius dicta collige per breues concluſiones.

170 I. Hypothecaria hæredis contra defunctum veluti vendicatoria non cõfunditur aditione. Ampliatur tripliciter, vt ſup.

Quarto ampliatur, ſiue directo, ſiue per fideicommiſſum ſuccedatur, quamuis Menochius conſil 89 dicat ſolum non confundi, quando per fideicommiſſum ſucceditur. At ego firmiter credo neutro modo hypothecariam confundi ſi ſuccedens damnum patiatur.

II. Per ſuperuenientiam dominij irreuocabiliter tollitur ſeu confunditur hypothecaria.l. neque pignus. cum ſimilib. de reg.iur. Quamuis, vt ſupra attigi, poſſet diſputando attentari in vno caſu non confundi ſi hæres ſuccedat in hæreditate damnoſa: Et melius, audentiuſq; poſſet hoc attentari, ſi poſt aditionem hæres caderet a poſſeſſione, l.a.infra, de prætorio pig. obſtat quia dominium, ſeu rei vendicatio ſecum non admittit hypothecariam, nec condictionem, l.in rebus ſupra de iure dotium. §. ſic itaque. Inſtitutio. de action. Cuperem diſcere.

III. Aditio, veluti præſcriptio eſt ficta ſolutio contra æquitatem iuriſgentiũ: niſi hæreditas ſit lucroſa, vel cõpenſabilis.

IIII. Hypothecaria tollitur ſolum vera, & efficaci ſolutione, non ficta, momentanea, & imaginaria.

V. Hypothecaria competit tam agendo quam excipiendo
171 † licet vendicatoria competit agendo tantum, Romanus cõſilio 176. §. æque. Inſti. de actionibus.

VI. Hypothecaria ad minus 10. ad plus 40 annis durat. l. cũ notiſſimi, infra de præſcr. 30. vel 40. ann. l. 1. a. infra, ſi aduerſus cre. Quod verum eſt agendo. l. j. §. ad hæc, infra de annali exc.
172 Excipiendo durat † vlterius, vt quemadmodum creditor nõ præſcribit. l. quæcunque. §. j. ff. de public. Ita ei poſſidenti non præſcribatur. niſi tot fructus interim percipiat, qui ſortem æquent. l. pure. §. vlt. ff. de doli mali, & metus excep. l. j. infra de diſtract. pignor.

VII. Hypothecaria in tribus caſibus ſtat ſeu durat ſine principali, ſi ſola cedatur, ſi adeatur hæreditas inops, ſi perſonali præſcribat debitor idemq; poſſeſſor. l. 2. infra de luit. pig.
173 VIII. vendicatoria † non tollitur aditione hæreditatis locupletis, quamuis tollatur hypothecaria. Cur diuerſum? quia hypothecaria pendet a perſonali: & quia hæreditas tunc eſt loco veræ ſolutionis, at vendicatoria propriis viribus nititur & eſt extra cauſam hæreditariam omnino. Quia tamen hęres idemq; dominus tenetur præſtare factum defuncti, maxime ex cuius perſona lucrum ſentit, a vendicando exceptione repelletur. l. cum a matre. ſupra de rei vend l. vẽditrici, ſupra de rebus alienis l. ea quæ. ſupra de teſti mil. l. Seia. ff. de euict. l. hæredem l. ex qua perſona. de reg. iur. Sed an repelletur a vendicando ſi hæreditas ſit damnoſa, vel minus ſufficiens? Ardua eſt inſpectio, vt hic per glo & ſæpe ſupra. Multum vtique intereſt vtrum de aliis bonis ſit ſoluendo, necne. Facto inuentario non repelleretur niſi vſque ad concurrentem lucri quãtitatem: Et lucrum intellige etiam legitimam, nedum Falcidiam, & Trebellianicam ſecundum crebriorem, & veriorem ſententiam, de qua in l. cum a matre.
174 IX. Hypothecaria tranſit in ſingularem† ſucceſſorem, ſed non ad ſingularem ſucceſſorem. Vtrunque diuerſa ratione. Ideo tranſit in ſingularem, ſeu contra ſingularem ſucceſſorem, dummodo excuſſio præcedat, quoniam non potuit debitor antequam ſoluat, ius ſuum adimere creditori. l. ſi debitor, infra de diſtr. pign. l. res pignoris, infra de remiſſ. pig. cum ſimilibus. Ideo non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem, quia nihil intereſt creditoris, & cedit damno debitoris, eiuſdemq; domini: Non enim ſi debitor mihi rem ſuam obligauit, poſſum ego nouam in re alterius quantumuis mihi hypothecaria conſtituere obligationem, niſi meam propriam cedã. Quia ſeruitus ſeruitutis eſſe non poteſt, & obligatio ex obligatione non debet oriri. l. 1. ff. de vſu, & vſufr. leg. l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudicata. Ampliatur etiamſi quiſpiam creditori ſolueret; Nam non per hoc iſte ſoluens ſuccedit in hypothecaria
175 niſi creditor † ceſſerit, vel niſi debitor, idemque dominus cõſenſerit. l. j. & ibi per Cynum, & Saly. infra, de his qui in priorum cred locum. l. Ariſto. ff. quæ res pignori.

X. Hypotheca non tantum cadit in bonis præſentibus, & ſuis ipſius, ſed etiam in futuris, & alterius, maxime hæredis. Quod cadat in futuris, textus eſt in l. & quæ nondum. ff. de pignoribus. Quod cadat in alienis, maxime hæredis, probatur ex traditis per recentiores in l. j. & per antiquiores, Paulum, Aretinum in l. ſi hæredis ſeruus. de leg. primo. Nam pluſquã
176 certum eſt, quod teſtator poteſt † imponere hypothecam in bonis hæredis ſucceſſuri, ſi vult ipſe hæres hæreditate potiri cum & alias de re hæredis, vt de ſua, valeat teſtator diſponere. l. cum alienam, infra de legatis. l. vnum. §. ſi rem ff. de leg. 2. Nec tantum hoc erit in hærede primo, verum etiam ſecundo tertio, vlteriore, vt per ſingulas ſucceſſiones renouetur obligatio in bonis cuiuſlibet ſucceſſoris, volentis perſiſtere in hęreditate teſtatoris, vt ſæpe ſupra in tractatu, & maxime in effectu 91 & 98. & hæc hypothecaria in bonis teſtatoris, vel etiã hæredis primi, aut ſecundi, non confundetur aditione tertij, ſeu vltimi hæredis, cui proſpectum voluit teſtator, cum ſæpe numero nec extinguatur actio perſonalis ex teſtamento ad fideicommiſſum auitum, ſeu proauitum. l. in imponenda. l. irri
177 tum, infra ad l. Falcid. l. pater filium. ff. eodem & mox † dicetur. Adde Cephalum conſ. 393. nu. 156. qui quinque caſus diſtinguunt in hypothecaria. Tertio regula, & concluſio præallegata, quæ eſt, aditione actiones confunduntur, principaliter fallit in actione perſonali ſeptuplici reſpectu.

Primo, reſpectu cohæredis, ſi nullus cohæredum faciat in-
178 uentarium, vt in 96. effectu: Nam alter † alteri inuicem non tenetur, niſi quatenus eſt in bonis, ex traditis in l. ſi poſt diuiſionem, ſupra de iuris & facti ignor. quia ambo ſunt in culpa, & ſe inuicem compenſant negligentiæ nomine. l. viro ff. ſoluto matrimonio. Quod ſi alteruter faceret inuentarium (qđ poteſt etiam inuito altero, Imola, & Aretinus in l. cum hæreditate. ff. de acquir. hæred.) vel ſi alteruter culpa, aut dolo uacaret, alterius ſocordia & prauitas illi non officeret: Quapropter dolo ſi actiones confunderentur, alterius non item. Hoc vero eſt admodum perplexum, & imaginoſum, & vellem, ſi vacaret, plenius indagare, ad ſciendum num vnus cohæredũ teneatur vltra vires, & pro alio cohęrede. l. rem hæreditariam. ff. de euictio.
179 Secundo, reſpectu † fideicommiſſarij vniuerſalis. Ita omnes opinor tenent contra Imolam, ſaltem ope exceptionis ſeu retentionis. Ego credo in nihilo prorſus confundi actiones, niſi hæres ſit in culpa doloue, interuertendo res fideicõmiſſarias. l. matrem ff ad Trebel. Auth. contra, infra eodem. Huius aſſertionis duo ſint potiſſima fundamenta. Vnum ꝙ fideicommiſſum nunquam excedit vires hęreditarias, neque includit bona hæredis vel alterius l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pup. l. precibus, ſupra de impub. & al. ſubſtit. Aliud quod ita volunt iura vetera, quæ per duas Iuſtiniani conſtitutiones non reperiũtur correcta, neque immutata vt diximus, in præludijs. l. ſi is qui hæreditatem. ff de cond. indeb. l. ab omnibus. §. vlt. de leg. 3. l. debitor. §. vlt. l. ſi patroni. l ſi res. l. a filia. ff. ad Trebel. l. Stichum. §. aditio, cum Glo. de ſolut. l. in imponenda l. irritum, infra ad l. Falcid. Capra conſ. 105. Socin. Sen. conſ. 44 libro tertio, idem Socyn. Rimin. Purpuratus, prætet alios ante, & poſt in d. l. debitori, ſupra de pactis. Socin. iunior conſi 8 170. lib. 2. & multos alios ſparſim in hoc opere ſępe citaui. Neque obſtat textus noſter hic, quia inquiunt omnes contra Imolam quod loquitur in creditoribus, & legatariis, quibus hæres tenetur de ſuo vltra vires hæreditarias. Cæterũ hoc de legatariis non admitto, licet admiſerim in prima editione, & admittat quoque Rolandus in vlt. par §. pone hęres.
180 Tertio igitur fallit contra † omnes, ſi me ingenium, & memoria non fallit, reſpectu legatariorum. Quod probo dupliciter. Primo ex hoc textu in illis verbis, Sed ſimilem cum aliis creditoribus. Nota, creditorib. nam ex hoc verbo perſpicue liquet quod Iuſtinianus hic ſolũmodo voluit proſpicere creditoribus hęreditarijs, vt ſcilicet reſpectu, & contemplatione eorundem, confundatur actio hęredis contra defunctum, vt & infra nu. 261. Deinde probatur ſic Sunt multæ leges Digeſtorum, & Codicis, quæ expreſſim dicunt creditum, ſeu actiones hæredis deduci ante ſolutionem legatorum. l. qui fundũ. §. ſi quis hæredem ff ad l Falc. l. in imponenda. l irritum, infra eodem. l. ſucceſſores, infra ad Trebel. l. ſi uniuerſæ, infra de legatis. Quas nuſlibi correxit Iuſtinianus, neque hic neque in Authentico, de hæred. & Falcid. ergo remaneant in ſuo robore. Quod hic non corrigantur, fatuum eſt ſuſpicari, nedum aſſerere, quandoquidem nondum per hanc legem ſancitum fuerat, vt hæres teneretur de ſuo legatarijs Quod nec etiam in Auth. per lege ſingula verba, nunquam reperies fieri mentionem de confuſione actionum. Comperies quidem in §. ſi vero non fecerit, quod hæres hodie, ſi non faciat inuentariũ, tenetur de ſuo legatarijs. Attamen non valet hæc argumen-
181 tatio, ſeu † illatio: Tenetur de ſuo legatariis, ergo actiones confunduntur. Alioquin ſequeretur quod & olim hæres teneretur creditoribus de ſuo, eo tantum caſu, quo habebat actiones aduerſus defunctum. Quod quam ſit diſſentaneum & ineptum, nemo non videt.

Quarto adhuc fallit in actione perſonali reſpectu Falcidiæ. Aut quærimus vtrum hæres, idemque creditor actionis perſonalis contra defunctum, poſſit creditum Falcidiamque ſimul detrahere. Aut quærimus vtrum pro quarta Falcidię habeat actionem perſonalem, quæ aditione confundatur. Pri-
182 mum eſt indubitabile † etiam ſi hæres hodie no faciat inuentarium: Quoniam, & olim ita erat. l. in imponenda. l. irritum,

infra

inſra, ad l. Falcid. l. pater filium. ff. eodem Nec reperitur immu
tatum per inuentarium. Non obſtat quod hodie hæres per
hanc legem in §. & ſi præfatam, amittat Falcidiam: Quoniam
& amittit alias res ſuas, ideſt, tenetur ſoluere de quibuslibet
rebus ſuis, ob id, quia cenſeretur prędo & fur. §. ſi vero non
fecerit. noſtri Authentici. Alterum non eſt ita expeditum.
Aut legata ſunt in genere quantitateve, aut in corpore hære-
ditario. Primo caſu nec hæres pro Falcidia, nec legatarij pro
dodrante vel vltra, habent actionem perſonalem ante aditio
nem. §. hæres. & ibi glo. Inſti. de oblig. quæ quaſi ex contr. gl.
183 in §. noſtra autem, Iuſti. de legat. l. j. infra com. de le. Bart. † &
alij quamplurimi in l. j. de lega. j. Ergo non eſt tractandum de
confuſione, ſeu amiſſione illius, quod non extat. l. t. ff. quibus
mod. vſusfr. amitt.

Secundo caſu, quando corpora hereditaria ſunt legata, ſin
gula corpora fiunt communia inter hæredem, & legatarios,
184 quia dominium ſaltem dodrantis tranſit a die † mortis in le-
gatarium. l. a Titio. ff de furtis. Dominium quadrantis, ſeu fal
cidiæ eſt penes hæredem. l. Plautius l. lineam. ff. ad l. Falci. qui-
bus legibus probatur, quod lex Falcidia ſtatim in pũcto mor
tis reſecat ſingula corpora legata, partiendo dominium pro
indiuiſo inter hęredem, & legatarios. Ex hoc dominio proue
nit rei vendicatio tam hæredi, quam legatarijs; vt tamen
legatarij non agunt antequam hęres adeat, vt notatur in d. §.
185 noſtra autem † Hæres quoque non agit, quia non eſt contra
quem agat, niſi ageret contra hæreditatem iacentem. l. debi-
tor. ff de neg. geſtis l. ſi ei cui. ff. de euict. & quia ſtatim poſſi-
det, & poſſidens non vendicat. §. æque. Inſti. de actio. iuncto
§. ſic itaque. Si tamē legatarius, vel alius poſſideret, poſſet age
re & reuocare, maxime ſi adiuit hæreditatem. l. j. §. ſi legata-
rius. d. l. lineam. ff. ad l. Falcid. l. j. ff. & C. quorum lega. Si poteſt
agere, vt per dictas leges, ergo actio aditione non eſt confuſa,
neque amiſſa, quia nemo ſine actione experitur. l. ſi pupilli. §.
videamus. ff. de neg. geſtis. Sed quamuis actio ad Falcidiam
aditione non confundatur, tamen Falcidia amittitur per non
confectionem inuentarij, quia ita expreſſim ſanxit Iuſtinia-
nus in hac lege, & in authen.

186 Quinto fallit reſpectu legitimæ; Nam † & ipſa, veluti falci-
dia ſtatim abſcedit a bonis in articulo mortis, partiens domi
nium inter filium filioſve pro triente, aut ſemiſſe; Et legata-
rios pro beſſe, vel ſemiſſe. l. cum quęritur. iuncta auth. nouiſſi
ma. l. quoniam prioribus. l. ſcimus, ſupra, de inoffi. teſta. Eædē
viſiones, vt proxime, ventilantur. Aut filius, idemque credi-
tor patris, vult creditum retinere, & legitimam ſimul. Aut ꝑ
legitima prætendit aliquam actionem, quam dicit aditione,
ſeu immixtione non perditam, nec confuſam. Primum eſt
ei permittendum, cum & in falcidia permittatur. l. pater filiā.
187 ff ad l. falcid. Et ſecurius permittetur ſi teneamus filium in le
gitima eſſe creditorem, de quo per Barto. & alios in l. quia po
terat. ff. ad Trebel. Amplius poſſet attentari, ſi eſt filius maxi-
me primi gradus, quod vltra creditum & legitimam, poſſit ēt
falcidiam retinere ex traditis per Alexan. & Herculanum in l.
in ratione. §. quod vulgo. ff. ad l. falcid. Quod negat gloſſa in
§. ſi quis autem non implens, noſtri authentici. & ibi dicam.
Circa aliud, num actio pro legitima confundatur aditione.
Primo pręcedit illa viſio, qualis ſit hęc actio. Atquin ſi ęs alie
188 num, maxime vendicationis, † ſeu dominij occupat omnia
bona, fruſtra agitur de legitima. l. Papinianus. §. quarta. ff. de
inoffi. teſta. quia qui dominium habet, & ex dominio rei vē-
dicationem, cæteros quoſcunque ipſo iure excludit. l. ſi ven-
tri. §. in bonis. ff. de priuile. cred. l. bonafides ff. depoſ. Sin uero
eſt æs alienum actionis hypothecariæ, aut perſonalis, quia pa
ter obligauit, vel donauit, ſpopondit ue omnia bona ſua. l. hæ
reditarium. & ibi per Dynum, & Barto. ff. de bonis autb. iud.
& in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff de ver. oblig. debitor
quidem veluti hæres, ac ſucceſſor quilibet, interim remanet
dominus priuſquam creditor hypothecarius, ac chyrogra-
pharius per viam iudicis auferat. l. 1. ff. de li. leg l. ſicut. §. ſi de-
bitor. ff. quibus mod. pig. vel hyp. ſol. l. plerunque. de reg. iuris.
l. extat. ff. de eo quod metus cauſa. l. a diuo Pio. ff. de re iudic.
Quapropter interim filius donec res euincantur ſuam legiti-
mam ſaluam habet, immo inſolidum dominus remanebit &
poſſeſſor, & repellet legatarios. l. ſi vniuerſæ, infra de legatis. l.
a8 9 ſucceſſores, infra ad Trebel. Sin autem † non ſit æs alienum,
vel non omnia bona abſumat, tunc filius in ſingulis corpori-
bus teſtatoris legatis habet trientem dominij, dictis iuribus
ſupra de inoff teſta. § quamobrem. Auth. de reſtitor. colla. 4.
ſ.. Bal. Imola in l. ſuus quoque ff. de hæred. inſti. Et dominiū
h.. c accipe exuberantius, non tantum in prędijs, & rebus ꝑma
nentibus, verum etiam in pecunijs, fructibus, & alijs corpori
bus friuolis, & minutulis: Nam in ſingulis filius habet ſuam
portiunculam iure dominij: Quemadmodū & hæres habet
pro falcidia, vt diximus; Et quemadmodum etiam inter co

hæredes ſingulæ res ipſo iure ſunt diuiſæ pro portionibus hæ
reditarijs. l. deducta. §. nummis. ff. ad Trebel. l. filium, ſupra fa-
mil. erciſ. glo. in l. ſi familiæ, ſupra famil. erciſ. in l qui Romę. §.
duo fratres. de verb. oblig Sin autem in hæreditate ſunt tan-
tum incorporalia, vel corpora non hæreditaria, in eis non ca
dit dominium, nec rei vendicatio: Quam ergo aliam habebit
actionem hæres? Reſpondetur, forte Publicianam ex perſo-
na ſua, vel defuncti: confeſſoriam, negatoriam, aut aliam ſimi
lem in rem, vel in perſonam. Porro num vendicatoria, quam
habet in corporibus hæreditarijs, aditione confundetur? Nū
quoque confundetur Publiciana, & aliæ in rem ſimiles? Nū
190 item confundetur perſonalis? † Aduerte. Nihil ſubtilius, vtri
uſque ſimul. Quoad vendicatoriam, illa non confunditur,
ob rationem communem, quod eius ſubiectum eſt res, quæ
nihil habet commune cum aditione: Aditio enim ſolum ver
ſatur circa actiones perſonales tollendas, vel dandas. Tollit
ſeu confundit actiones, quas habebat hæres. Dat, ſeu de no-
uo parit ex quaſi contractu, tam creditoribus & legatarijs, &
fideicommiſſarijs contra hæredem, quam hæredi ad legiti-
mam, ad falcidiam, ad Trebellianicam maxime conſequen-
dam. Si non confunditur, ergo filius per omiſſionem inuen-
tarij non amittit legitimam horum corporum hæreditario-
rum. Quoad Publicianam, & alias in rem, idem erit, maxime
in Publiciana, quæ per omnia ſapit naturam & normam ſe-
quitur vendicatoriæ. l. ſed & ſi res. §. in Publiciana. l. ſiue au-
tem. l. cum ſponſus. l. ſi ego. ff. de Publiciana. Nec in his ergo
filius amittet legitimam per non confectionem inuentarij.
Quod ſummopere eſt notandum, & a nemine tactum repe-
291 ries. Quoad perſonalem, illa non competit hæredi, † nec alijs
contra hæredem ante aditionem; Proinde nec poteſt dici ꝙ
confundatur. Si tamen teneamus quod filius ſit creditor legi
timæ: Quod non eſt improbandum vbi non ſunt creditores
vel eis abunde eſt ſatisfactum, Romanus in l. vnica, ſupra, qn̄
non pet. par. non improbabiliter diceretur actionem, ſeu ius
ei competere ad legitimam in puncto mortis d. l. cum quæri-
tur. l. quoniam prioribus, ſupra de inoff. teſta. quaſi iure pro-
prio, non hæreditario ſit creditor legitimæ. l. ſi arrogator. &
ibi per Baldum. ff. de adopt. cum traditis pleniſſime in auth.
præterea, infra vnde vir, & vxor. Si iure proprio filius eſt cre-
ditor legitimæ, ergo ius, ſeu actio competens ad legitimam
aditione non confundetur: Vnde manebit indiſtincte vera
communis opinio, quod legitima non perditur per omiſſio-
nem inuentarij. Sed in quibus rebus competit filio actio per
ſonalis, ad legitimam? Si pater dominus erat, vel quaſi domi
nus rerum, vel iurium penes ſe exiſtentium, competit vendi-
catoria, Publiciana, vel alia ſimilis. Si pater non habebat nec
dominium, nec poſſeſſionem, aut quaſi, iuſtam, ſeu ciuilem,
quæ pergeret ad vigorem dominij, vel quaſi dominij ſed for-
te poſſidebat iure pignoris, commodati, depoſiti, tunc com-
petit perſonalis, & interdum hypothecaria. l. quæcunque. ff.
de Publiciana. Et multo magis competit perſonalis ad credi
ta, & obligationes eiuſdem patris, quæ non minus quam cor
192 pora computantur † in bonis. l. rem in bonis. ff. de acquiren.
rerum dom. cum ſimilibus.

Sexto fallit reſpectu Trebellianicæ, cum & in ea, veluti in
falcidia, & legitima ſpectetur mortis tempus. l. quod de bonis
§. quod a uus. ff. ad l. falcid. l. ita tamen. § hæres. l. poſtulante. §.
primo. ff. ad Treb. Corneus conſilio 190. lib. 2. & 14. lib. tertio,
Mantua in dialogiſmo clviij. cap. 31. Contrarium puto, quia
Trebellianica non reſecat ipſo iure in puncto mortis, proue
reſecant falcidia, & legitima. §. quamobrem. & ibi per gloſ. &
Beluiſ. Auth. de reſtit. coll. 4. Baldus in l. filium, ſupra famil. er-
ciſc. gloſ. & DD in l. a. & l. quamquam, infra ad l. falcid. vbi ꝓ-
batur quod in Trebellianica ſpectatur tempus reſtitutionis :
Ad quod ego in xciiij. effectu, pondero textum in l. deducta.
§. ante diem. ff. ad Trebel. Ex quo ſequitur quod Trebelliani-
193 ca † amittetur per non confectionem inuentarii, arguendo
ſic. Ideo legitima non amittitur, quia actio ad eam videtur
competere iure extero non hæreditario, & quia non reperi-
tur in bonis tempore aditionis; Non igitur aditio poteſt peri
mere quod iam eſt ablatū, & abſceſſit a bonis in puncto mor
tis. Ideo Trebellianica amittitur, quia reperitur in bonis tem
pore aditionis. Merito illam aditio perimit, & confundit; Et
quia iure tantum hæreditario defertur illi qui vult, & poteſt
ſuccedere vt hæres, non vt extraneus, ſeu creditor. l. cum filio
familias. de leg. primo. l. mulier. §. vlt. ff. ad Trebel. Nec obeſt,
ſi diceres, etiam in falcidia competit ius hæredi ante aditionē
d. l. Plautius. l. lineam. ff. ad l. falcid. ergo non deberet amitti,
veluti nec legitimam tu dicis amitti, & tamen amittitur. § &
ſi præfatam. ſupra. §. ſancimus. §. ſi vero non fecerit, noſtri au
thentici. Ad hoc reſpondetur. Ita expreſſim ſanxit Iuſtinia-
nus in falcidia: Quapropter non eſt aliud inquirendum. l. pro
ſpexit. ff. qui & a quibus. Nec hæc ſanctio Iuſtiniani trahenda

da eſt

eſt ad legitimam: quia ſumus in pœnalibus & correctorijs, &
quia Falcidia, veluti Trebellianica defertur ſolummodo iure
hæreditario l. in quartam. ff. ad l. Falc. quæritur de duobus.
Nunquid quod dictum eſt de legitima, procedat in alijs, quã
libetis. Et nunquid quod dictũ eſt de Trebellianica vt amittatur
per non confectionem inuentarij, procedat in filio primi gradus.

Primum maxime in parentibus, quibus defertur hereditas
turbato ordine mortalitatis, eſt tolerandum. l. nam & ſi parẽtibus.
ff. de inoff. teſta l. ſcripto. ff. vnde lib. Aliud pariter puto
verum, vt ſcilicet perdatur Trebellianica per non confectionem
inuentarij etiam in filijs primi gradus, quamuis vt multoties dixi,
non temere contra filium conſulerem, & iudicarem: quaſi communis
error faciat ius propter inueteratã auctoritatem, & vſum.

Septimo & vltimo fallit, ſi hæres ſit creditor iuris, aut actionis
perſonalis extra ius, cauſamque hæreditariam, maxime ſi
& citra aditionem, nomenque hæredis ad ſuum peruenire
poterat, vt ſupra in præludijs. l. 3 ff. de interd. & releg. l. a. ſup.
ſi in fraud. patroni. l. ſi arrogator. ff. de adopt. l. Seia. ff. de euict.
l. quia perinde. l. ſi patroni. ff. ad Trebel. l. pro hærede. § ſi quid
tamen. ff. de acquit. hæred. c. t. de ſucceſſ. feudi. Vt ſemel dicã,
195 † Quæcunque actiones & iura hæredis cõtra defunctum aut
eius bona, proueniunt ex liberalitate eiuſdem defuncti, aditione
confunduntur ſi non fiat inuentarium. Huiuſcemodi
ſunt perſonales actiones omnes; tam ante, quam poſt aditionem,
quæ habuerunt exordium a defuncto. Quæcunque vero
actiones, & iura hæredis aliunde proueniunt extra ius cauſamq;
hæreditariam, licet interdum trahant exordium a bonis
defuncti, & a liberalitate defuncti, eæ, & ea aditione non
confunduntur, licet non fiat inuentarium. Huiuſcemodi ſũt
feuda antiqua, vel ex pacto & prouidentia, non hæreditaria.
De mixtis adhuc dubitatur. Item fideicommiſſa auita, proauita,
antiqua tranſuerſalium. l. in imponenda. l. irritum, infra ad
l. Falcid. l. pater filium. ff. eodem. Nam nec actio perſonalis ex
teſtamento ad ea confundetur, nec hypothecaria perſonali
cohærens. Et multo minus confundetur actio in rem, nec
perſonalis, quam hæres ſuccedens in fideicommiſſo, haberet
iure contractus. Puta auus meus, proauus, tritauus, præcepit
in teſtamento vt hæres poſteris caueret per ſatiſdationem, per
hypothecam, per precarium, vel conſtitutum. l. tribus ff. de
vſufruc. earum rerum quæ vſu conſum. & ex traditis l. ſi hæredis
ſeruus de leg. j. l. quod meo. l. quamuis. l. interdum. ff. de acquir
poſſ. & ſæpe ſupra in tractatu. Certe actio ſtipulatoria,
hypothecaria, conſtitutoria non cõfundetur mea aditione:
Huiuſcemodi quoque ſunt actiones omnes in rem, quamuis
proueniãt ex liberalitate defuncti, excepta hypothecaria
quandoque, quia in eis hæres non vt hæres, ſed vt exterus habetur.
l. de eo. § hæres. ff. ad exhib. At bene confunditur actio
perſonalis proueniens a facto, & perſona defuncti vel illius,
196 qui in defunctum † meram contulit liberalitatem, quando
bona non ſunt ſoluendo vel vix ſufficiunt creditoribus hæreditarijs.
Imola amplius volebat vt confunderetur etiã quo
ad legatarios, & fideicommiſſarium vniuerſalem per l. penul.
ff. ad Trebel. & per hunc. § alij reprehendentes Imolam in fideicommiſſario
vniuerſali, admittunt confuſionem in legatarijs;
& ego quoque in legatarijs alias admiſi: Nunc vero mu
197 to ſententiam, atque intrepide teneo † quod ſolummodo
fiat confuſio reſpectu creditorum hæreditariorum: Nec obſtat
quod legata relinqui poſſint vltra vires, & quod hæres teneatur
de ſuo hodie, veluti olim, & hodie creditoribus. Quia ut
ſupra reſpõſum eſt, ſtant iſta ſimul, quod actiones & iura hæredis
non confundantur, & tamen hæres teneatur de ſuo, tũ
quia non faciens inuentarium cenſetur fur, prædo, locupleſque
nanciſci hæreditatem: tum quia adeundo quæſiuit creditoribus,
& legatarijs actionem perſonalem, cuius actionis
perſonalis vis eſt, auferre omnia bona debitoris: Et, ſi bona
non ſunt, coercere corpus, & perſonam. l. ſi creditores. ff. de
ſepar. l. j. infra, qui bonis ced. poſſ.

Per contrarium quærendum eſt, an ſi debitor ſuccedat creditori,
aditione confundantur defuncti actiones. Pone regu
198 lam, vt ſupra, Aditione † debitoris confunditur obligatio,
& actio, ideſt hæres liberatur perinde quaſi ſoluiſſet. l. frater a
fratre. ff. de cond. ind. l. ſi ei cui. ff. de euict. l. hæres. §. quod ſi
Stichum. §. j. l. Vrannius. ff. de fideiuſſ. l. j. §. ſi debitor. ff. ad l. falcid.
l. ſicut. l. Stichum. §. aditio. ff. de ſolutio. Ratio ſupra patet.
Quia actio, & paſſio non confluunt in idem ſubiectum, cum
nemo ſibiipſi obligatus, aut creditor, debitorve ſui ipſius eſſet
cui detur & diuiſio perſonarum. l. 2. cũ Glo. ff. de ſtip. ſeru.
Applicemus eaſdem fallentias ſi poſſibile eſt.

Primo fallit in rei vendicatione. Quæritur de quatuor: An
ſi non adeat hæres pereat vendicatio. An contra, ſi adeat, confundatur
contra ſe. An ſi confundatur contra ſe, non confundatur
contra alios. An augeat hæreditatem. Ad primum reſpondetur,
quod quamuis mors omnia ſoluat. §. deinceps au
then. de nuptijs tamẽ cum hæreditas ſit loco defuncti l. mor
199 tuo. ff. de † fideiuſſ. durabit vendicatio, & actio quælibet, quã
habebat defunctus contra hæredem, vel alium; non, vt intentetur,
quia hæreditas iacens non poteſt loqui, neque agere:
ſed vt tandiu excurrat & ſuſpendatur, quandiu curator hæreditatis
iacentis illum interdum proponat, ſaltem ad interrumpendum
præſcriptionem contra hæredem, vel aliũ poſſidentem.
l. j. §. æque. ff. de muneri. & honor. l. debitor. ff. de neg.
geſt. Ad ſecundum reſpondetur quod confunditur, quia hæres
idemque poſſeſſor, ſeu debitor vendicationis, aditione fit
dominus; Iam vero dominus, qui poſſidet nullã habet actionem.
§. æque. Inſt. de actionibus maxime contra ſeipſum: niſi
vt ſupra aliquoties attigimus, hæres faciat inuẽtarium, quod
ſecernit bona, perſonas, & actiones: ſed hæc ſunt nimis ſubtilia,
& franguntur.
200 Ad tertium † reſpondetur, quod non confunditur contra
alios. Immo confunditur eadem ſcilicet quam defunctus habebat:
ſed non noua quam hæres nanciſcitur nunc factus dominus
per aditionem: Sic & alias quæritur, num eadem hypothecaria,
quam prior creditor, vel defunctus habebat, trãſeat
in ſucceſſorem, an vero alia de nouo formetur mutatione perſonæ.
Glo. Cynus, & alij in l. j. infra de his qui in priorum credit.
loco ſucced. In vẽdicatoria putarem non veterem defuncti,
ſed nouam aditionis competere hæredi: Alias ſequeretur,
quod hæres non fieret dominus per aditionem; vel quod
adhuc defunctus ſimul cum hærede remaneret dominus inſolidum,
contra regulam, quæ dicit, duo inſolidum eiuſdem
rei non poſſunt eſſe domini. l. quod contra §. vni ff. de reg. iuris.
l. ſi ut certo. §. ſi duobus vehiculum ff. commodati.

Ad quartum & vltimum reſpondetur, quod quamuis hæres
idemque poſſeſſor liberetur perinde quaſi præſcripſiſſet,
vel ex traditione domini incontinẽti acquiſiuiſſet. §. per traditionem.
Inſtit. de rerum diuiſ. tamen non liberatur vt rem
totam habeat iure dominij ſine vllo onere hæreditario. quo
201 niam veluti actiones hæredis contra † defunctum minuunt
hæreditatem: ita defuncti actiones cõtra hæredem, vel aliũ
quemlibet augent hæreditatem l. j §. id quod natura. §. ſi debitor.
l. maritus. ff ad l. Fal. in calculo ergo bonorum ponetur
iſta quantitas actionis vendicatoriæ, & vſque ad illam tenebitur
hæres, etiam ſi fecerit inuentarium: quia non debet lucrari
vltra quam ſanxerit Iuſtinianus.

Secundo fallit in hypothecaria. Eadẽ quatuor ſunt reuoluenda.
Ad primum reſpondetur quod hypothecaria nõ pe
202 rit hæreditate iacente, licet interim † conquieſcat. Poſſet tamen
in hac veluti in vendicatoria curator agere ſaltem ad interrumpendam
præſcriptionem: maxime hærede morãte aditionem,
vt ob id interim impleat vſucapionem, atque excludat
creditores, alioſque ſperantes commodum hæreditariũ,
per tradita in l. quamdiu inſtitutus. ff. de acquir. hæredi. & in
rub. C. de ſucceſ. edic. Nota ex hoc quod hæres hæreditate ia
203 cente † vſucapit rem defuncti: Contra quoque; hæreditas iacens
impleret ſaltem vſucapionem inchoatam per defunctũ
contra hæredem, vel alium l. nunquam. §. vacuam. ff. de vſucap.
Ad ſecundum, quando. l. hæres qui adiuit, poſſidet rem
hypothecatam defuncto, reſpondetur. Aut hæres eſt debitor
actionis perſonalis, & hypothecariæ ſimul: Aut hypothecariæ
tantum, quia pro alio rem ſuam obligauit. l. res hypothecæ.
ff. de pig. Primo caſu, cum liberetur hæres a perſonali, iuribus
præallegatis, præcipue l. ſi ei cui. ff. de euict. & l. hæres.
§. quod ſi ſtipulator. ff. de fideiuſſ. multo magis liberatur ab
hypothecaria, quæ eius eſt appẽdix l. cum principalis. de reg.
iur. Proinde vtraq; actio confunditur, perſonalis & hypothe
204 caria, quia hæres adeundo cenſetur † ſoluiſſe hæreditati creditrici.
d. l. ſi ei cui. Et ſolutione eius quod debetur, omnis tollitur
obligatio. Alter caſus eſt dubitabilior. Puto tamen quod
confundetur ſeu finietur hypothecaria: quia ratio non patitur,
vt quis ſibi ipſi ſit obligatus; Et non per hoc debitor, pro quo
rem oppignerauerat hæres, erit immunis ab actione defuncti,
in qua veluti in alijs rebus & iuribus ſuccedit idem hæres
cum inuentario vel ſine: Quia ſatis eſt quòd hæc actio auget
hæreditatem, & quod debitor nunquam ſoluit. l. obligationum
fere. §. placet. ff. de actio. & oblig. Nam, & ſi fideiuſſor
ſuccedit creditori, vel contra, non liberatur reus. d. l. hæres §.
quod ſi ſtipulator. & §. vlt. ff. de fideiuſſ. iuncta. l. generaliter.
205 Ad tertium, nunquid hypothecaria aditione † hæredis confundatur
contra alium, ſiquidem hæres ſit debitor principalis, liberato
ipſo liberantur pignora, & acceſſiones. l. in omnibus. ff.
de ſolut. Sin alius quam hæres ſit debitor, ſumus extra terminos:
niſi pro eo olim forte defuncto hæres oppignerasſet rẽ
ſuam, quam idem debitor, vel alius nunc poſſidet. Atquin, ſi
non perit hæredi actio principalis, vtpote in bonis reperta,
nec

nec peribit hypothecaria,niſi dicamus hæredem, eundemq;
dominum ante & nunc rei olim defuncto hypothecatæ age-
re vendicatoria,non hypothecaria.l.neque pignus.de reg.iu-
ris. Ad quartum reſpondemr, quod non minus hypotheca-
ria quam aliæ defuncti actiones, & iura augebunt hæredita-
tem tam contra hæredem debitorem quam contra alium.d.
l.j.§.ſi debitor.l.cum quo.l.quærebatur.l. maritus & ibi Dyn.
Iaco.de Arena,Silimanos,Barto. Angel. Alexan.& alij.ff.ad l.
Falcidiam Ergo tantum inferet hæres & ſoluet,quantum de
beat defuncto: Et tantum exiget ab alijs, quantum ab eiſdē
exigeret defunctus ſi viueret.

206 Tertio principaliter fallit in actione † perſonali ſeptoplici
reſpectu. Primo reſpectu cohæredis, tria ventilantur, An an
te aditionē pereat actio defuncti: An aditione confundatur
actio in totum. An augeatur hæreditas. Quo ad primū,actio
non perit, niſi ſit pœnalis,vel alia huiuſcemodi.l.pœnales.ff.
ad l.falcid.Sed an actioni præſcribet hæres idemque debitor?
207 Et hoc † magis eſt cum lege non excipiatur.l. ſicut, infra de
præſcr.30.vel 40.ano.l.j.§ ad hæc,infra de annali exceptio.niſi
forte ideo moretur aditionem, vt præſcriptionem impleat,at
que ita exiguiorem poſtea dicat eſſe hæreditatem. Cum maxi
me ea regula communi ſpectetur quantitas bonorum mor-
tis tempore.l.cum quæritur, ſupra de inoff. teſtam.l. nihil eſt
aliud.ff.de ver.ſigo.Nunquid autem cohæres debitor tempo-
rans aditionem conuenitur a cohærede adeunte pro portio
208 ne hæreditaria? † Ita rigor vult,cum ipſo iure nomina,& io-
ra defuncti ſcindantur pro portionibus hæreditarijs.l.ea quę
ſupra famil.erciſc l.j.infra, de except. niſi forte eſſemus intra
tempus inuentarij.§. donec,infra. Quo ad alterum, cohæres,
idemque debitor actionis perſonalis ſolummodo liberatio-
nem conſequitur pro portione hęreditaria ſe tangente;cum
alijs cohæredibus ipſo iure aliæ portiones quærantur.d.l.ea
quæ,cum ſimilibus. Veluti per cōtrarium, ſi cohæres eſt cre-
ditor, non conſunditur actio pro portionibus cohæredum.l.
ſi adulta.ſupra de hæred act.l.ſi vxor.infra de bonis auth. iu-
di. Ergo non tota confunditur actio; ſed illa tantū pars, quæ
contingit cohæredem debitorem: ſiue alteruter,ſiue neuter,
aut etiam vterque faciat inuentarium, quoniam ita vult ius
commune in iuribus præallegatis,& alijs ſimilibus.l.j. ſupra ſi
cer.petatur l.pacto,ſupra de pactis.l.1.a.infra ſi vnus ex pluri-
bus hæredibus. Quoad tertium, augetur hæreditas per hanc
209 actionem,& aliam quamlibet tam contra † hæredem,ſeu co
hæredem,quam contra extraneum. Et quidem actio defun-
cti contra extraneum vſque eo auget,quatenus exigi,aut refi
ci poteſt.l.cum quo.l.quærebatur.ff.ad l.falcid. Contra hære-
dem,augeat in totum licet idem hæres non ſit ſoluendo,& li
cet ſit ſola naturalis obligatio. Nā hæres quo ad ſeipſum ſem
per ſoluendo eſt,& ſibiipſi ſoluere poteſt. Cæterum reſpectu
cohæredis non idem dicendum eſt, ne plus ei tribuatur quā
defuncto ſi viueret; Quod vtique non eſt denegandum in
naturali obligatione, quæ nec defuncto pariebat actionem.
At in altero caſu, quando ſcilicet ſumus in actione perſonali,
via eſt vt debitor huius actionis perſonalis non teneatur co-
hæredi,etiamſi dicat ſe pauperem, & non ſoluendo: Quoniā
nec defuncto ſi viueret,præſcribere debitor poſſet, quod nō
eſt ſoluendo.l.j.§. id quod natura.l.cum quo.l quęrebatur.ff.
ad l falc.§.ſunt præterea.vſque ad finem,arguendo a ſpeciali.
Inſtitu.de action.

Secundo fallit in actione perſonali reſpectu fideicommiſ-
ſarij vniuerſalis: Sed quamuis hæres adeundo confuſione li-
210 beretur,tamen quantitas † actionis, vel etiam obligationis
naturalis auget hęreditatem,& venit in reſtitutione d.§.id q
natura,iuncta.l.maritus.ff.ad l.falcid.l. quāuis.l.ſi hæredi eius.
l.ſi eius.ff.ad Trebel. Quæ tamen leges videntur loqui quan-
do extraneus erat debitor obligationis naturalis, non etiā hæ
res,alioquin ſequeretur quod fideicommiſſarius vniuerſalis
eſſet melioris conditionis quam defunctus, non enim defun
cto daretur actio ob ſuam naturalem obligationē.l.iuriſgen
tium.§.igitur.ff.de pact. niſi quis dicat, hæres adeundo ſe cō-
penſauit,& quantitatem obligationis naturalis intulit hære-
ditati,ſi tantundem fructuum medio tempore percepit. l. q
de bonis.§.quod auus.ff.ad l falcid.l.mulier.§. cum propone-
retur.ff.ad Trebel.Nec diſtinguitur vtrū hæres fecerit inuen
tarium necne, quia contentus eſſe debet debitis quartis ſeu
211 † retentionibus: Nam & per contrarium, etiam citra inuen
tarium retineret quodcunque ius ſuum contra defunctum
etiam naturale.l.debitor.ff.ad Trebel.l.Stichum.§ aditio.iun
cta glo.ff.de ſolut.

Tertio,reſpectu legatariorum,quamuis & tunc prout in fi
deicommiſſario nunc dicimus,augeatur hæreditas etiam per
obligationem naturalem,cujus defunctus erat creditor, per
eadem iura.

Quarto reſpectu falcidiæ: Aut quærimus an defunctus ſit
creditor Falcidiæ: aut quærimus econtra, an hæres ſit debi-
tor Falcidiæ: aut quærimus an ſi defunctus eſt creditor hære
dis,alterius iuris,vel actionis hoc ius, vel actio imputetur in
212 Falcidiam. Ad † primum reſpondetur, defunctum vice fungi
creditoris;partim quia non cogebatur aliquid relinquere hę
redi; partim quia relinquens quantumcunque, poteſt Falci-
diam prohibere, Auth.ſed cum teſtator,infra ad l.Falcidiam.
Si ergo adeat, Falcidiam quaſi defuncti rem, aut creditum
debet ſoluere legatarijs. Ad ſecundum patet ex his reſponſio
quod ſcilicet hæres eſt quaſi debitor Falcidiæ quam præſtari
voluit defunctus,proinde adeundo non liberatur,nec cōfun
ditur ius legatariorum ad Falcidiam petendam, d.authē. ſed
ſed cum teſtator.etiam ſi faciat inuentarium; Enimuerò per
inuentarium in hoc ſolo ſubleuatur,vt non teneatur de ſuo,
213 vt ibi,& ſæpe ſuprà. ad tertium reſpondetur vt ſupra q † om-
ne ius,& actio,& obligatio defuncti contra hæredem, auget
hæreditatem,ideſt nocet hæredi,& prodeſt legatarijs,& alijs.
Eapropter licet hæres confuſione liberetur, quia cum ſolus
ſit à nemine poteſt conueniri prioribus actionibus,tamen ni
hilominus actionibus naſcentibus ex teſtamento atque adi-
tione, cogetur omne debitū hæreditati inferre,proinde,qua
ſi defunctus exegiſſet, & penes ſe habuiſſet l. qui actionem.
ff.de reg.iuris.l.rem in bonis.ff. de acq.rerum dom. l. ſi ei cui.
ff.de euictionibus. Quintò reſpectu legitimæ,circa quam ea-
dem tria agitant. Ad primum reſpondetur(dirigendo ſermo
nem in filium) quod pater quidem quandiu viuit,nō eſt de
bitor legitimæ l.j.§.ſi impuberi.ff.de collat. bonorum. & ibi
Bart.& Alexan.ad eum. Proinde ſi non eſt debitor, videtur
creditor ſeu dominus quorumcunque bonorum. Glo.in l. 1.
ſupra de inoff.donat.l. Poſſa.infra de his quibus,vt indi.l. 2. ff.
ſi à par.quis fuer.manum. Tamen,non vt Falcidiam,ita legi-
timam prohibere aut auferre pōt niſi ex vna.14. cauſarū, au-
214 then.non licet,inſra de lib.præter. Ideo ad ſecundum reſpō-
detur,quòd filius ſaltem in puncto mortis eſt quaſi creditor
non debitor.l.cum quæritur, ſupra de inoff. teſt. gloſ. Cyn.
Butrig.& alij in l. 3.ſupra,de iuris, & facti igno. Quo fit vt ius
illud,& prærogatiua dominij, quod habebat pater vſque ad
punctum mortis,non dicatur confundi neque amitti per fi-
lium hæredem,vt ſuprà præter omnes attigimus, per. l. quo-
215 niā prioribus.ſuprà de inoff.teſta. † Dum tamen hæc portio
legitimæ ponatur in calculo bonorum, & augeat hæredita-
tem,veluti augent quęlibet alia iura & actiones defuncti cō-
tra filium vel alium,vt eſt prædictum, quia in hoc filius non
reperitur exceptus,neque priuilegium habere,tametſi faciat
inuentarium. Ad tertium igitur reſpondetur quòd quantum
cunque & quodcunque debuit,vel debet filius patri,aut hę-
reditati iacenti,auget hæreditatem, vel imputatur,aut exclu
dit legitimam,etiamſi interdum filius habere ſibi datū prius
deſierit.l.pater filiam.l.cum quo.§. vlt.ff ad l Falcidiam. & af-
fatim omnes DD. in l.in quartam.eod. tit & in l. filium, ſupra
fam.erciſcondæ. Sextò, reſpectu Trebellianicæ, & eadē tria
poſſunt agitari,ad primum,vt in Falcidia reſpondetur,quod
defunctus non cogebatur relinquere, vel relinquens poterat
prohibere, præterquam ſecundùm communem ſententiam
in filio primi gradus, cui nec legitima, nec Trebellianica po
teſt prohiberi, vt ſæpiſſimè dictum eſt. l. iubemus. infra ad
216 Trebel. † Ad ſecundum itidem reſpondetur vt in falcidia. q
hæres Trebellianicæ debitor eſt, ſi maximè eam defunctus
prohibuerit: Quocirca Trebellianicam præſtare cogetur, vt
pote cuius ſemper defunctus fuit dominus,& quaſi creditor
niſi excipias filium hæredem patris. §. quamobrem, Authē.
de reſtit.coll. 4 Baldus in d.l. filium.ſupra fam. erciſ. ad tertiū
quoque patet reſponſio ex ſæpius dictis, licet ter amplius di-
cere non omnia elucidaret. Septimò,& vltimò reſpectu alte
rius iuris ſeu actionis, cuius defunctus eſſet creditor ſeu do-
minus extrà cauſam hæreditariam. Hæc forte iura, ſeu nomi
na,& actiones defuncti contrà hæredem,aditione ſubſequē
te non acquiruntur neque amittuntur, quia in eis hæres nō
217 cenſetur hæres ſed extraneus,perinde ac ſi nunquam adiuiſ-
ſet,ea tradit plenisſimè inter cæteros,per Pinellum in l. 1. in
fra de bonis maternis.in l. 2.ſupra, ſi in fraud. patroni. & per
alias legiſtas,feudiſtas,Canoniſtas ſparſim in hoc opere;quā-
uis eſſet animus latius euagari; Sentio enim me furtim rapi:
& extrà cōfinia,prope diaetim,mortalitatis euehi. Sed quo-
niam conceptuū cōfuſio,& multiplicatio, dum illos a cētro
veritatis ad circumferentiam perducere ſatago, mentem ob
ruit,& ſenſus meos confuſione ipſa,de qua nunc agimus,cō-
fuſiores reddit;ſatis ſit exemplum Mathematicorum imitari
qui ab vno puncto pauculis lineis,& numeris eductis, prima
totius artis præcepta & rudimenta breuiter edocent. Quæ
porrò cæcitas,& infelicitas noſtra eſt, ignoratis plerūq; prin
cipijs,vnum conceptū mille verbis exprimere;Qui alioquin
tribus verbis nitidis, & apertis ſignificantius exprimi po-
tuiſſet?

tuiſſet? Quæ indignitas, & imprudentia nos eo adigit garruli-
tatis, vt cum a primo ſtatim limine veritatem ſalutauerimus,
218 eius in interiore adyto normam protinus amittamus? † Quæ
intemperies animorum noſtrorum eſt, ſermocinandi ſtudio
diſcordantia plerunque proferre, atq; inſcitiæ velo, veritati
iuſtitiæque ipſi vmbracula prætexere? Exclamat veritas. Pro-
deat dilectus meus, hoc eſt, iuris, iuſtitiæq; fidus alumnus, in-
terpres, & cõciliator. Ius ciuile eſt onuſtum dicteriis. Nemo
poſthac ad ius ciuile accedat, qui non ſit in primis fidei, do-
ctrinarumque myſterijs, & documentis ſerio initiatus: & an-
tequam accedat, atque ingrediatur iuſtitiæ templum Augu-
ſtum, & ſacroſanctum, perlegat in veſtibulo ipſo, Nemo huc
ingrediatur Geometriæ expers.

Per omnia.) vt ſcilicet ſi concurrat cum priuilegiarijs cre-
219 ditoribus, excludatur † quoties bona non ſunt ſoluendo. l.
priuilegia. ff. quæ in fraud. cred. Item, ſi ipſe ſit priuilegiarius,
excludat alios. Item, ſi ſit creditor ſpeciei, ſpecie perempta a-
ctionem amittet. l. ſi ex legati. ff. de verb. oblig. Item vincat
quoslibet legatarios, tam excipiendo, quam repetendo, vt §.
proximo. Quid ſi hæreditas non ſit integre ſoluendo, vtrum
alios præueniet ante aditionem, vel poſt? Ante aditionem alij
creditores neminem habent quem cõueniant l. vt debitum,
ſupra, de hæred. actionibus. Vnde non eſt quid eis imputetur
l. 1. in fi. infra, de annali exceptione. Ideo ſi hæres remoretur
aditionem, vix obtineret vt velamento inuentarij ſe intrude-
ret in poſſeſſionem, ſibique ipſi ſolueret, quamuis vteretur
cautela Bal. de qua ſupra. Facilius hæres alios præueniret poſt
aditionem cunctantes interpellare. l. pure. §. vlt. ff. de doli ma-
li, & metus excep. Vtut ſit, maxima æquitas fauet vbique hæ
redi, niſi alij creditores tẽporis prærogatiua, hypotheca an-
teriore, vel priuilegio potiore vtantur, quandoquidem vnuſ
quiſque ſibi proſpicere poſſit, dum ne alijs fraudulenter ob-
ſit. l. ſumma. ff. de peculio & toties allegata. l. pupillus. & l. qui
autem. § ipſud. ff. quæ in fraud. cred.

Temporum tamen prærogatiua. Quia aliqui anteriorem
habeant hypothecam. Nam iſti præferuntur alijs chyrogra-
pharijs, vel habentibus poſteriorem hypothecam, hæredibus
vel extraneis. Finge autem Filius eſt hæres patris. Debet con
ſequi dotem matris ſuæ defunctæ. Eo motiuo facit inuenta-
rium. Veniunt creditores habẽtes anteriorem hypothecam
220 antequam pater nuberet, præferentur ne iſti creditores † fi-
lio? Idem quærere poſſes ſi vxor ſit hæres mariti habentis cre
ditores anteriores. Recurre ad tex. in l. vl. quæ incipit, aſſiduis,
infra qui potiores in pignore habeantur. Dixi neque plene,
neque ante in § fuerat. Inſti. de actionibus. Cætera, quæ abũ
de ſuper hoc. §. tradunt Doct. poſt glo. quando filius retrahat
rem venditam a patre, ſupra poſui in tractatu.

Vel fideicommiſſarijs. Particularibus. Quid in vniuerſali,
An ipſe vltra res deſcriptas in inuentario, alias reddi petet?
Quod non petat, facit: quia nihil plus recipit fideicommiſſa-
ri[illegible], quam reperiatur tempore reſtitutionis. l. mulier. § ſed
enim ff. ad Trebel. Et ſupra ſæpius fuit repetitum. Quod pe-
tat & ſic vtatur priuilegio huius. §. faciunt uerba generalia.
Item quia hæres inuitaretur ad delinquendum, contra l. cõ-
uenire. [illegible] de pact. dotalibus.

Derelictam. Mortis tempore, non enim proderunt legata
rijs, & creditoribus, niſi habeant hypothecam rei diſtractæ
per defunctum ante mortem. l. 1. §. ex contrario. ff. de ſeparat.
221 Vnde nota vnum, quod debitor † quamdiu viuit poteſt res
omnes vendere, vel aliter alienare: non ſic in eius hærede. de
quo in 92. effectu.

Hæres. Id eſt tabellio, iubente & præſente hærede, quam-
uis & ipſe hæres poſſit ſcribere, dummodo tabellio authore-
tur, & nomen ſuum ſubſcribat.

222 Approbare. Decimatertia vtilitas. Inuentarium † tot pro-
bat eſſe res, quot in eo ſunt deſcriptæ. Seu hæres non tenetur
niſi ad illas res, quæ ſunt in inuentario. Ratio eſt, quia inuenta
rium ſecernit bona. Item, conſeruat hæredem illæſum. Item,
habet præſumptionem pro ſe, vt ei credatur: maxime accedẽ
te authoritate iudicis ad eius confectionem. l. ſi quis decurio.
& ibi Cyn. Bal. & Saly. infra ad l. Corneliam de falſis. l. repeti-
ta C. de epiſc. & cler. Diuerſum ſi non faceret hæres inuenta-
rium, non ex eo tantum, quia præſumitur ſubtraxiſſe. §. ſanci
mus. Authen. de hær. & Falc. ſed ex eo quoque, quia quilibet
præſumitur locuples & ſoluendo, niſi contrarium probet. gl.
elegans & ibi Bal. in l. ſi vero. §. qui pro rei. ff. qui ſatiſd. cogan.
Romanus conſil. 190 gl. in l. vni. C. de impo. lucr. deſcr. lib. x.
Facto autem inuẽtario tollitur hæc præſumptio: &, vt clauus
clauum trudit, alia inſurgit præſumptio ꝙ hæreditas cenſeaẽ
pauper, niſi expreſſim probetur alia eſſe bona, quæ locuple-
tem illam faciant, glo. in l. cum de lege. ff. de proba. quam hic
Bar. & alij communiter approbant, præſertim in l. ſi conſtan-
te. ff. ſoluto matrimonio.

223 Forſitan. Quia non ſemper creditores, vel legatarij audirẽ-
tur volentes torqueri ſeruos. Quid enim ſi ſerui nihil doli ad
miſerint, hærede etiam fraudulento? Quid ſi ſibi notum indi
cauerint: an ob id, quod ignota reticuerint, ſunt torquendi?
Quid ſi aberant, vel alij actui, mediaſtini forſitan, vel atrien-
ſes, deputati erant? Certe nemo dixerit eos torquendos, ut
probatur in multis. §§. l. j. ff. de S. C. Sillaniano. & melius in l.
vlt infra de quæſtionibus.

Seruorum. Ergo liber homo non torquebitur pro indicã
do res hæreditarias, niſi dolum admiſerit, puta res auferendo
vel celando.

Hæreditariorum. Quid in ſeruis hæredis? Textus innuit nõ
torqueri: ſi tamen fraudis ſint participes torquendi erunt: lõ
enim tex. loquitur de ſeruis hæreditarijs, quia ij cenſenẽ me-
lius ſcire quam alij. l. lex quæ tutores. ſupra de admin. tutor. l.
conſenſu, ſupra, de repudijs.

Legem. Quæ eſt dicta lex vlt infra, de quæſtionibus.

Sacramentum illius. ſ. hæredis inquit Accurſius, ſubdens,
224 de ſua † ergo conſcientia iurat hæres, quod eſt notandum l.
vltima infra, de bonis auth. iud. poſſ. Sed an irrequiſitus iura-
bit hæres, vel requiſitus, & an in iudicio, vel extra? Reſpõdeo,
ꝙ requiſitus, & corã iudice. l. 3. ff. de iureiur. Quid ſi hæres re
cuſet iurare? In criminis ſuſpicionem incidet, cum abneget fa
ctum proprium. l. vlt. infra, de fideicom. Quid ſi iurauit, an ꝗ-
retur de periurio, vel in alias probationes cõtra hæredem ſu-
perinducent creditores? Non credo, cum iudicem ſtatuerint
hæredem. l. 1. ff. quarum rerum actio. Item ex hoc tex. ibi, SI
probationes defecerint; nam ita demum deuenitur ad hoc
ſacramentum, ſi non ſint aliæ probationes contra hæredem.
Quandoque tamen ſi manifeſta ſit hæredis turpitudo, & no-
ua emergant indicia contra eum, viam creditoribus, & lega-
tarijs non præcluderem, maxime ſi verum eſt tale ſacramen-
tum non obtinere vim probationis, vt traditur per Canoni-
ſtas in cap. 2. de probat. & per noſtros Doctores in l. admo-
nendi. ff. de iureiurando.

225 Neque lucrum. Decimaquarta vtilitas. Hæres † cum inuẽ-
tario, retinet lucra iuris communis. vel melius ex ſenſu ver-
borum iuxta Corneum Hæres cum inuentario non percipit
lucrum vltra ius commune Seu, inuentarium non tribuit lu
crum vltra ius commune. Ex hoc quod hæres retineat lucra
iuris communis, & conſequenter ꝙ inuentarium nõ adimat
beneficia iuris communis, pulcherrimæ fiunt illationes, ut
ſup. in præludijs. Ecce olim ante Iuſtinianũ, Miles nõ tenebaẽ
vltra quam facere poſſet. l. miles, qui ff. de re iudic. & multas
perſonas ſupra recenſuimus. Idem erit & hodie. Bal. in l. liber
captus. infra, de captiuis. Olim hæredis actio quantumuis adi
tione confuſa eſſet, tamen in reſtitutione ex Trebelliano, de
nouo reſurgebat. l. Stichum. § aditio. §. de ſolutionibus. Idem
erit & hodie. Ita ſingulariter dicit Arc. in conſil 147. vbi om
nino videas pro intelligentia huius regulæ. Olim hæres in in-
tegrum reſtituebatur, ſi grande æs alienum emergebat. Idem
& hodie. §. ſciendum. Inſt. de hær. qual. & diff. Olim hæres ſta
tim quoslibet debitores hæreditarios conuenire poterat. Idẽ
& hodie, licet ipſe conueniri intra tempus nequeat, Barto. &
alij in §. donec. quod & in ſimilibus caſibus dicendum erit.
l. 2 & ll. ſeq. ff. de cond indeb. cum ibi traditis per Caſtrenſem.
Ex hoc ꝙ hæres non lucretur vltra ius commune, infertur ꝙ
velut olim non detrahebat Falcidiam creditorib. ita nec ho-
die. glo. in §. ſi vero non fecerit. auth. de hæred. & falcid. Item
velut olim non detrahebat Falcidiam de legatis pijs. Ita nec
hodie, auth. ſimiliter. infra ad l. falcid. Item velut olim legiti-
mã non minuebat ſed minuebatur, atque etiam exhaurieba
tur per æs alienum. l. Papinianus. § quarta. ff. de inoff. teſta. ita
& hodie. Vnde reprobatur glo §. præcedentis: quatenus vult,
filium hæredem patris cum inuentario non repelli a vendicã
do, ſi ſuam legitimam tantum habet. Quod nunquam tibi ex
cidat. Prædicta omnia de lucris conſeruandis, vel non adimẽ
dis, vera intellige vſque ad tempus inuentarij. Cæterum poſt
tempus inuentarij, hæres multa lucra de nouo conſequitur,
atque etiam damna ex hac conſtitutione Iuſtiniani, quam
nunc noſtris Gloſſematibus exornamus, & ex illa in auth. de
hæredibus, & Falcid. §. hinc nobis. Et vt ingenue animi mei
ſenſum promam, ſi ad hanc temporum, & iurium diſtinctio
nem reſpexeris, tutiſſime vagaberis ꝑ hoc pelagus. vide Arc.
in præallegato conſ. 147. poſt Auch. in c. poſſeſſor. de reg. iur.
in ſexto, & conſil. 411.

226 Neque damnum aliquod. Iuris, vel facti, vt ſæpe poſt Bald.
multi adnotauerunt in hac lege. Vnde belliſſime poſſet infer
ri ꝙ quamuis hæres adijſſet, poſſet repudiare hæreditatem, illam-
que lacerandam relinquere, allegans ſe nolle aliquod incom
modum in iure, vel extra, ſentire. Ang. in §. hæc ſtipulatio. qđ
tamen non vſquequaque verum eſt, vt ibi per Imolam. Di-
cam in §. & hæc quidem.

Hæreditate.

Hæreditate. Niſi hæres ſe obligauiſſet de nouo, etiam re-
ſpectu ipſius hæreditatis.l.cum hæreditas.j. ff. ad Trebellian.
Imola in conſi. 501.

Illo. Hunc verſ. nonnulli allegant pro.§.

Surripuerint. Contrectando, & traſferendo de loco ad lo-
cum malo animo. Imo furtum, vel ſurreptio fieri non poteſt
ſine malo animo.l.furtum.ff. de vſucap. Quid ſi alius quam
hæres ſurriperet?

Celauerint. Non transferendo de loco ad locum.

Vel amouendum. Per alium; nam agens, & conſentiens,
ſeu mandans, pari pœna punitur.l.ſi quis id quod.ff. de iuriſd.
om.iud. Hæc autem tria verba, ſurripuerint, celauerint, cura-
uerint, cum effectu intellige.l.pen.§.docere.ff. ne quis eum l.
1.§.1.ff. de eo per quem factum eſt.

227 Conuicti. Sententia iudicis. Non enim prout † fuit dela-
tus, & teſtibus laceſſitus, haberi debet pro conuicto. l.a. ff.
de bon.dam.

228 In duplum. Quid ſi hæres, vel alius ſit fur manifeſtus, An
quadruplum imputabitur hæreditati, vt creditoribus, & lega
tarijs proſit? Non credo.l.interpretatione.ff. de pœnis, niſi quã
creditores, & legatarij legitime poſſiderent, & iniuriam pate-
rentur. Nam nec hæreditas iacens vere patitur furtum.l.1.§.
Scæuola.ff.ſi quis teſta.lib. eſſe iuſſ.fuerit. Collige ergo con-
229 cluſionem. Hæres † ſurripiens tenetur in duplum.i. ſoluit du-
plum eius, quanti res ſurrepta valere exiſtimetur.l.prætor ait.
§ hæc autem actio. ff. vi bonorum raptorum. Ampliatur,
vt in textu, ſi celauerit, vel amouendum curauerit; Quamuis
hoc poſteriore caſu ambigi poſſit, an duo dupla ſint inferen-
da, vnum per hæredem, aliud per amouentem: Recurre ad
tradita in l.ſi quis id quod.ff. de iuriſ.om.iud. in l. non ſolum.
§.mandato.ff. de iniurijs.l.pen.§.docere.ff. ne quis eum.l.1.§.
ſi plures.ff. de eo, per quem factum eſt.l.item Mela.§.ſi plures
ff. ad l.Aquil. Secundo, vt hoc duplum tam creditoribus quã
legatarijs proſit, ſecundum receptiorem ſententiam, vt hic per
Corn. poſt multos quos refert: etiam ſi non ſubtraheret, ſed
per perfidiam negaret hæres rem eſſe hæreditariam.l.compu
tationi.§.vlt.ff. ad l.Falc. Fallit ſi hæres non ſit in dolo, tunc.n.
nihil plus infert quam rem ablatã, vel pretium eius. imo nec
pretium eius, ſi alius ſubtraxiſſet, vel celauiſſet, Bart. in l. in ra-
tione, in princ. & §.diligenter.ff. ad l Falci. Bal. in auth. ſed cũ
teſtator. infra ad l.Falcid. Quid ſi res ſurrepta, vel celata, vel
amota non fuiſſet inſerta in inuentario, an habebit locum pœ
na huius legis? Et magis eſt vt locum habeat, quamuis aliqui,
vt ſupra in tractatu aſſerant hæredem in totum amittere be-
neficium inuentarij ex iure recentiore poſt hanc legem. Se-
cundo fallit ſi hæreditas aliunde ſit ſoluendo dempta hac re:
Nam quorſum inferret duplum, cum ex alijs rebus ſuum cõ-
ſequi valeant creditores & legatarij? ſi tamen res ſpecialiter
debita, vel legata ſubtraheretur per hæredem, dubitari poſſet
an hæc pœna inferatur. ſed nec iſtud crederem, quamuis iu-
ſiurandum in litem non euitaret hæres. l. in actionibus.ff. de
In litem iurando. de quo infra, in §. ſi quis autem temerario.
Quæritur de duobus, An pœna huius §. locum habeat, ſi hæ
res nondum adiuerit. Et an hodie ſit correcta. Quoad primũ
puto adhuc pœnam vigere, licet hæres nondum adiuerit. Sed
230 an † cogetur adire? ſi quidem eſſet ſuus hæres, ſumus in cla-
ris, quod omnino cogitur hæres eſſe.l.ſi ſeruum.§. prætor ait. &
ibi pulchre Caſtrenſis.ff. de acqui.hær. ſi extraneus, non cogi
tur adire.l ſi quis extraneus.ff. de acq.hær. vbi gloſ. reddit ra-
tionem diuerſitatis inter ſuum, & extraneũ. Poſſet dici vtrũ-
que hodie cogi hæredem eſſe, ſi expediat creditoribus, & le-
gatarijs, iuxta tradita per Bar. & Ang. in l.ſi quis ſuus.ff. de ac-
quit.hær. in l. quamdiu inſtitutus. ff. de acqui.hær. per Cynũ,
Ang. Fulg. Saly. & Corn. in §. ſin autem hoc. Infra; hoc tamen
firmare non audeo. Quoad ſecundum, gl. in §. ſi uero non fe-
231 cerit. dicit hodie hæredem † ſurripientem, toto carere; & ſic
inuentarium pro nihilo, habetur: Nam hæres tenetur inſoli-
dum perinde ac ſi ſine inuẽtario adiuiſſet. Quod & tenuit Ray.
& Bal. & alij primariæ claſſis iuriſconſulti. Oldrad. vero, Cyn.
Corne. & plerique alij hic, & alibi tenent adhuc vigere hanc
pœnam dupli. Bar. diſtinguit tria tempora, Digeſtorum: Co-
dicis: Authen. Item in ſingulis temporibus diſtinguenda eſt
Falcidia a creditoribus, & legatarijs. Quoad Falcid. illa non
amittebatur niſi in re ſubtracta quia pœna non debet egredi
delictum.l.beneficio.ff. ad l.Falcid.l.reſcriptum & ibi Dyn. &
Bar.ff. de his quibus vt indi. Idem ſecundo tempore, id eſt, per
legem iſtam Codicis. Tertio autem tempore, ſcilicet authen
ticorum in §.ſancimus. & §.ſi vero non fecerit. amittitur to-
ta falcidia, quamuis aliqui vt per Nicol. de Neap. & Alex. in l.
Paulus ff. ad l Falcidiam. etiam hodie non amitti totam falci-
diam diſputari poſſe dicant. Illud quidem opinatur hic Cor-
neus contra cæteros, quod quamuis tota Falcidia amittatur, non tamẽ
amittatur Trebellianica. Quod reprobat Rom. conſi. 276. vt
infra, in Authentico. Quoad creditores, & legatarios, primo
tempore hæres non puniebatur in plus; niſi quod ſi hæres ſuus
erat, abſtinendi beneficium amittebat.l. ſi ſeruum.§ prætor.
ff. de acqui.hære. Secundo tempore pœna dupli infertur, vt
hic. Tertio tempore, adhuc hæc pœna viget, ſi illam malint
creditores, & legatarij; Et ſic lex noſtra in hoc remanet in-
correcta.

Quantitati. Ex hoc verbo, & ſupra in §. ſin autem dubius.
notat Saly. in inuentario, rerum ſingularum pretium expri-
mendum; Quod nec voluiſſe Iuſtinianum cenſeo, nec vſus
practicus (niſi in quibuſdam locis, vt per Nattam conſ. 574. &
ſeq.) admiſit: quandoquidem hæc dictio, quantus, quantitas,
non ſolum pecuniam, ſed rem quamlibet ſignificet.l.quiſqs.
de legat. tertio, probat late Tiraquellus, lib. 1. de vtroque re-
tractu, §.1.gloſ. 21.

Donec. Ergo ſimulatq; inuentarium eſt conſcriptum, po-
teſt hæres conueniri etiam ante lapſum trium menſium vel
232 anni. Quapropter melius † eſt hæredi inchoare, ſed non ex-
plere, niſi in fine temporis, iuxta cautelam Cæpollæ.

Præſto ſint. Præſentes vbi eſt hæres.

Abfuerint. Tota, vel maior pars, vt ſup.§ ſin autem a locis.

233 Nulla erit licentia. Decimaquinta vtilitas. Hæres † dum cõ-
ficit inuentarium, non poteſt conueniri. Ampliatur neque a
creditoribus, neque a legatarijs, vel fideicommiſſarijs, vt in
tex. Secundo, tam in iudicio, quam extra vt ibi, inquietare,
vel ad iudicium vocare: Ex quibus verbis tam de iure quam
de facto, & tam in iudicio quam extra non poteſt hæres con-
234 ueniri. Tertio, vt idem ſit in fideicommiſſario † vniuerſali
dum conficit inuentarium, cum loco hæredis habeatur. l. ſi
filius.§ 1.ff. quod cum eo. Fallit ſi poſt tempus trium menſiũ,
vel anni, faceret inuentarium; Nam pro non facto habetur,
vt §.ſequenti. Dubium autem maximum eſt quando finiãtur
tres menſes, vel annus: Quod ſtatim erit expeditum, ſi ſtatua
mus quando tempus incipiat currere. Secundo, ſi ſtatim ex-
plere. inuentarium hæres; Nam etiam intra tempus, ſeu ante
tempus, aut lapſum trium menſium, vel anni, poſſet conueni
ri: quia, vt inquit Bal. hæc eſt exceptio dilatoria. Tertio, etiã ſi
hæres eſſet condemnatus, nam nihilominus in executione
235 ſententiæ vteretur exceptione: quoniam hæres † intra tem-
pus, duplicem habet dilatoriam; vnam iudicij, aliam ſolutio-
nis; Vtraque autem expirat expleto tempore inuentarij. Et
duntaxat hæres ſi fecit inuentarium habet exceptionem pe-
remptoriam, quatenus hæreditas ſoluendo eſt. Nota, quod dicit
Bal. de tribus exceptionibus: quarum duæ ſunt dilatoriæ, alia
peremptoria. Prima impedit litis ingreſſum, ſeu conteſtatio-
nem: Secunda impedit ſolutionem, licet hæres conuentus pri
mam opponere non curauiſſet: Elapſo tamen tempore, nul
lam habet exceptionem hæres, niſi quatenus hæreditas ſoluẽ
do eſt, Ang. in §. hæc ſtipulatio. Bart. Ang. & Imo. in l. Neſtu-
nius.§.vlt.ff. de re iudica.

236 Quarto fallit, ſi hæres † conueniretur rei vendicatione, quia
non tanquam hæres, ſed tanquam extraneus poſſeſſor cõue-
nitur, nec poteſt ipſe vel per momentum temporis rem in-
terdicere vero domino. Ita Odofr. Oldr. Guliel. de Cu. Nico.
de Matar. Bal. Ang. Bened. de Plumb. Fulgo. Caſtren. Alex. &
Corneus hic, licet Cyn. & quidam alij contra, quorum opin.
poteſt admitti, ſi interim legatarius vendicaret, Bal. vt in 87.
effectu. vbi quæritur de hypothecaria creditorum, vel legata
riorum, necnon hæredis. Et in 96. effectu.

237 Quinto † fallit in relictis pro anima, puta pro reſtitutione
vſurarum, Ricardus Malumb. Cy. Ang. Bal. Saly. Caſt. Et hoc
ne defuncti anima excrucietur in Purgatorio Ang. in §. hæc
ſtipulatio. quid in debito funeris? Idem putant Bald. & Fulgo.
quod ſi eſt, etiam impenſa medicinarum nõ patietur dilatio-
nem.l.3. ſupra, de petit. hære. At hoc mihi non videtur, cum
medici, & pharmacorum, & collyriorum compoſitores & ꝓ
pinatores, plerunque duplum, & triplum extorqueant. Quid
in legato relicto pauperibus? Item in legato alimentorum?
Non paterentur dilationem, cum nec venter patiatur. Vide
Ange in d. §. hæc ſtipulatio. & Corn. hic dicentem, quoquo-
modo tractetur de exoneranda conſcientia defuncti, nunquã
hæres moram facit, puta ſi defunctus interpellatus non red-
didiſſet, per not. in c. vlt. extra, de præſcr. in l. ſequitur. §. ſi viã.
& ibi præcipue Bar. ff. de vſucap. Ex quibus inquit Cor. ſequitũ
maxima reſtrictio ad hunc tex.

Sexto fallit ſi hæres reconueniretur, nam quemadmodũ
ipſe alios poteſt conuenire ob illam regulam. Inuentarium
non adimit lucra iuris communis: Ita poteſt reconueniri,
quaſi compenſatione inuicem facienda. Bar. Bal. Ang. & Cor
neus per tex in auth & conſequenter infra, de ſententijs.l.s.
§.ſed & ſi agant.ff. de iudicijs. vbi Bar. Ang. & Pau. poſt gl. in-
quirunt an omnibus non tantum conuento, via aperiatur cõ
ueniendi vel reconueniendi hæredem. Ita demum autem, di
cit Ang.

cit Ang. poterit hæres reconueniri;niſi ex neceſſitate ipſe cō
ueniret: vel quia domus vicini ruinam minabatur: Nam vbi
238 periculum † eſt in mora, recedimus a regulis iuris commu-
nis,& ſubitario remedio ſuccurritur læſis.l.1.a.C. quando li
ceat vnicuique. Quid ſi hęres vni ſolueret? Quid ſi partem nō
totum vni ſoluiſſet? Quid ſi rem venderet pecuniamque re-
traheret? Quid ſi nouaret obligationem? Quid ſi res interim
alienaret vel non alienaret, cum eſſent perituræ? quid ſi res
contrectaret,& deteriores redderet? Quid ſi poſſet ſtatim ex
plere inuentarium? Quid ſi proprijs ſolueret creditoribus?
Quid ſi non aliunde ſe alere poſſet? Recurre ad tit. de peti.hæ
red.ad l.item ſi filius.§.vlt.ff.ad Maced.ad l. Ariſto. iūctis dua
bus.ll.ſeq.& l.filius.ff de iure deliberandi. Ad tradita per Do-
ctores in l.a.ſupra eodem.

Vocare. Ipſe tamen hæres alios vocare poterit vt prædixi,
quamuis videatur obſtare tex. in l.ait prætor. ff. de iure delib.
239 Quid ſi hæres † vocatus ſe non defendat,ſed condemnetur?
Dicit Caſtrenſ. ſententia eſt iniuſta,ſi inſolidum cōdemnatus
ſit,& hæreditas non ſit ſoluendo. Corneus reſpondet ſenten
tiam Caſtren. procedere poſſe in legatarijs:non ſic in credito
ribus,qui licet interim ſint repellendi ab exigendo, nō tamē
elapſo tempore erunt repellendi: Nota, quia eſt mirabilis de-
terminatio,ſi vera eſt.

Hæreditarias. Hæc dictio probat ſententiam Odofr. Oldr.
& aliorum, q́ iſte tex. non procedat in vendicatione, quoniā
vendicans habet dominium,& ob id nullam moram pati de
bet,cum hæc res ipſius ſit non defuncti,nec hęredis. Quid er
go ſi res commodata depoſita,locata, pignorata in inuenta-
rio redacta fuiſſet,q́ eſt faciendum.l.item videndum.§.vlt.ff.
de pet.hære. An dominus incunctanter illam hæredi auferre
poterit? Quod magis eſt ex ſententia prædictorum: niſi forte
hæres tanquam conductor,vel creditor pignoratitius retine
ret: quamuis tunc non retineret ex beneficio huius legis, ſed
ex alio tit. locationis,vel pignoris.

Vendicare. Quia ſit creditor hypothecarius: Nam quem-
240 admodum non poteſt proponere contra hæredem † actio-
nem principalem: ita nec acceſſoriam.i. hypothecariam, ſe-
cundum Nicolaum de Matarellis Mutinenſem, & Bal. Quid
ſi alius quam hæres poſſideret rem hypothecatam,an cōuē-
tus vtetur beneficio hæredis a quo rem habuit? Et putarem
non vti,cum ſit beneficium perſonale,niſi forte eſſet recur-
ſurus contra hæredem: Nam quia hæres immunis eſt ab om-
ni damno,neutrum intra tempus inquietabit creditor. Faciūt
notata ſup. quatenus quæritur,an ille qui emit ab hęrede poſ
ſit inquietari necne a creditoribus,& legatarijs.

241 Pro deliberatione. Decimaſexta vtilitas † Inuentarium eſt
loco iuris deliberandi. Vt ergo olim deliberans non cogeba-
tur adire,nec repudiare intra tempus:nec etiam conuenieba
tur: Ita nec hodie faciens inuentarium. Velut olim deliberās
tranſmittebat,ita hodie faciens inuentarium l.cum antiquio
ribus,ſupra.§ in nouiſſimo.infra de cad.toll. Sed nunquid ho
die faciens inuentarium tranſmittet nondum aditam? Non
ſane,niſi ad liberos ex d.§.in nouiſſimo.qui eſt poſterior iſti,
vt indicant ſubſcriptiones. Et quia inuentarium non tribuit
lucrum vltra ius commune:niſi in caſibus expreſſis in hac cō-
ſtitutione,& in illa de hæred.& Falci. qui plerique caſus ſunt
poſt confectum inuentarium,excepto hoc de inquietatione
intra tempus inuentarij,vt modo expoſuimus. Rurſus veluti
deliberans poſſidebat res hæreditarias quaſi hæres,ita hodie
242 faciens inuentarium † etiam citra animum adeundi, vt ſub-
tiliter colligit Fulg. ex.§.pe.ver. Quod ſi poſt. infra. Sunt & diſ
ſimilitudines. Ius deliberandi nō niſi a Principe,vel magiſtra
tu impetrabatur,& hodie impetratur d.l.cum antiquioribus
& § & hæc quidem. infra. Ius inuentarij fruſtra a Principe im
243 petratur † quia iure communi conceditur. l. vnica. infra de
theſauris.li.x. Chaſſaneus tamen non ſatis Tiraquello Pariſiē
ſi conſentiens atteſtatur in conſi.23.inuentarium eſſe impe-
trandum a Principe in illis regionibus. Illud nō niſi ante adi-
tionem indulgebatur,hoc ante aditionem, & poſt. Illud ho-
die non prodeſt quominus hæres teneatur inſolidum.§.ſin
autem hoc.infra. Hoc ſemper prodeſt. Illud hodie non eſt ne
ceſſarium,nec vtile:hoc neceſſarium,& vtile admodum eſt,
ſi hæres vult vndecunque indemnis eſſe,& debita lucra per-
cipere.§.& hęc quidem.& §.ſin autem hoc. Illius tempus cur
rit a die ſcientiæ. Iſtius ſm communem opinionem a die adi-
tionis.d.l.cum antiquioribus,Bar. Caſtrenſis.& alij in §.proxi
me ſequenti. Illius tempus erat annus,& hodie interdum no
uem menſes. §. & hæc quidem. Iſtius tres menſes,vel annus.
§.ſin autem dubius.ſupra. Ibi hæres non poterat, nec adhuc
poterit aliquid alienare niſi ſit conſumptibile, & deteriorabi
le.l.Ariſto.§.1.& ll.ſeq.ff.de iure delib. Hic hæres poterit,cum
calumniam, & reprehenſionem pati non debeat. Ratio eſt,
quia extat inuentarium publica fide factum, in quo minuta-
tim ſingulę res ſunt,& prę oculis creditorū,& legatariorum.
Denique concludas, q́ omnia priuilegia olim indulta iuri de
244 liberandi, hodie † ſunt per hanc legem conceſſa inuentario,
quod indicat tex. hic in illis verbis,ipſo iure,ſed non econtra
priuilegia inuentarij ſunt indulta iuri deliberandi,imo potius
ſunt adempta,vt infra patet.

245 Nullo ſcilicet. Decimaſeptima vtilitas. Pręſcriptio nō † cur
rit intra tempus inuentarij creditoribus hæreditarijs. Ratio
eſt,quia eſt dilatio legalis,ſeu indulta a Principe: Princeps au
tem non cenſetur alij vnquam obeſſe voluiſſe.l 2.§ ſi quis a
principe.ff.ne quid in loco publico. Item ratio eſt, quia non
valenti agere non currit pręſcriptio.l.1.§.vlt.infra de annali ex
cep.l.ſi pupillus.ff de verb.oblig. Modo ſic creditores nō poſ-
ſunt agere intra tempus contra hæredem, ergo eorum actio-
ni non currit præſcriptio. Ampliatur etiam ſi iam præſcriptio
currere cępiſſet.l.ſicut,infra de pręſc.30.vel xl.annor. Fallit in
perpetua præſcriptione ex verbo,temporalem, vt mox ſubij-
ciam. Secundo in creditoribus proprijs ipſius hæredis; nam
veluti eum conuenire,& ab eo conueniri poſſunt,ita præſcri
bunt,& eis præſcribitur;cum ceſſet regula, & ratio præallega
ta: Non valenti agere non currit præſcriptio. Tertio in ipſo
hærede: Nam cum agere,& cōuenire poſſit,vt eſt prædictū,
ſi non agat,præſcriptionem patietur ob ſuam moram & ne
gligentiam.l.pure §.vlt.ff.de doli mali,& metus excep. Quar-
to forte fallit in caſibus, vbi creditores agere poſſunt, veluti
quando reconueniunt hæredem,& quando agunt in rem.

Creditoribus. Illa dictio excludit legatarios; Et ſic legata-
246 rijs † currit præſcriptio,quod non eſt admittēdum,cum age
re interim non poſſint. Vel dic legatarijs currere præſcriptio
nem ob id,quia præter rei vendicationem,& hypothecariā,
habent actionem perſonalem ex teſtamento,quæ perpetua
eſt.l.2.infra communia de leg. Iuſtinianus autem hic non ni-
ſi temporalibus actionibus ſuccurrit.

247 Hæreditarijs. Nunquid interim quemadmodum † credi-
toribus non hæreditarijs, ſed proprijs ipſius hæredis non in-
terdicitur agere, ita poterunt ſolutionem accipere in rebus
hæreditarijs volente, vel inuito hærede? Quod non eſt ad-
mittendum,quia inuentarium ſecernit bona;& quia habent
perſonam ipſius hæredis,qui poteſt ſi hodie nō habet,cras ha
bere.l.ſi creditores.ff.de ſepar.& quia bona hæreditaria ſunt
prius obnoxia creditoribus hæreditarijs, atque etiam lega-
tarijs, quam creditoribus hæredis. l. prima, infra, de bonis
auth. iudic poſſ.

248 Temporalem. Ergo ſi ſit perpetua † actio,quales ſunt om
nes in perſonam, non interrumpetur præſcriptio: vt nunc di-
xi in legatarijs: Quamuis interim actio perſonalis ex teſtamē
to pro hoc ſpatio trium, vel duodecim menſiū conticeſcat.
Sed nunquid hodie,cū omnes actiones 30 annis præſcribun
tur l.ſicut.l omnes. infra de præſcrip 30.vel 40 annor l.1.§.ad
hæc,infra de annali excep. faciemus loqui.§.noſtrum? Et hoc
vtique magis eſt.

Poſtquam adierit. Hinc probat glo. Bar.& communiter cę
teri,quod tempus inuentarij non currit neque cedit,niſi poſt
aditionem: in tantum quod nonnulli ex eis arguant,inuenta
rium non poſſe fieri neque incboari ante aditionem; vtrunq;
falſum eſt: Nam immo tempus cedit a die ſcientiæ non expe
ctata aditione, quāuis in praxi nō temere eſſet recedendum
a communi aſſertione Item inuentarium tam ante,quā poſt
249 aditionem fieri poteſt. An vero faciens † inuentarium cen-
ſeatur adire niſi contrarium proteſtetur? Caſtren quod non.
Et communiter alij aſſentiūtur Caſtrenſi: neque enim eſt ve-
riſimile quod teſtator ſe temere oneribus hæreditarijs illiga-
re voluerit. Facit quia inuentarium ſucceſſit loco iuris deli-
berandi,at olim deliberans nunquam cenſebatur adire, cum
ob id deliberaret vt ſciret adeunda eſſet necne hæreditas.

Immiſcnerint. Scilicet ſui,inquit gloſ. Ex quo liquet quod
etiam ſuus hæres ſi non faciat, vel perperam faciat inuenta-
rium,tenebitur inſolidum, vt in hoc tex.

Tempus. Trium menſium, vel anni. Quid ſi lapſo tempore
250 faciat hæres inuentarium, die primo, ſecundo, vel tertio? vi-
deretur valere;quia quæ incontinenti fiunt,cenſentur ineſſe.
l.lecta.ff.ſi cer peta. & de modicis non curat prætor.l.ſcio. ff.
de in integr.reſtit. Et idem videmus in ſimilibus,vt non cure
tur vnus dies,vel duo,vel tres,gl. & affatim omnes Doctores
in l.Gallus.in prin.ff.de lib.& poſthu. glo. in l.3 §.cum igitur.
ff.de vi,& vi ar. Contrarium verum eſt, & neminem adhuc
reperi diſcrepantem: niſi quod aliquando hæres, cui tempus
cucurrit,in integrum reſtituetur.glo.in l.auxilium.ff.de min.
in §.pupillus. Auth.de hære.& falc. Tradunt Canoniſtæ in ca.
1.de teſta. Vide in effectu 87.

Secundum formam. Ergo licet facerent poſt tēpus inuen-
tarium, non valeret: quia forma non fuit ſeruata, prout pręſ-
ſens lex præcepit.

Omnimodn.

351 Omnimò. Iſte tex. videtur innuere qđ vbi hæres † non fecit
inuentarium intrà tempus, omninò velit nolit cogatur eſſe
hæres: Quo admiſſo, oporteret dicere, ꝙ oīnò hæres coge-
retur inuentarium facere. Hoc falſiſſimum eſt. Vnde inquit
gloſ. intellige hunc textum, quod omninò ſint hæredes, non
ex eo quia facere diſtulerint inuentarium, ſed ex eo quia ad-
iuerunt. Quid ſi non adiuerunt, ſed dum ſtarent in ſuſpenſo
faciendi inuentarium, tempus labi ſinerent? Non per hoc cẽ-
ſebuntur adiuiſſe. Si tamen poſtea adeant, quærerem ego ab
* aſſertoribus communis * opiōionis quod inuentarium non
currit niſi poſt aditionem, an aliud tempus ad faciendum in
uentarium ſit indulgendum poſt aditioōem.

352 Intelligantur. Etiam ſi animo tantum adierint, quæ † ta-
men aditio non præſumetur niſi probetur, cum in facto con
ſiſtat. l. a. 3. ff. de interrog. actionibus.

Debitis hæreditarijs. Creditorum, non legatariorum. Nam
quod hęres teneatur de ſuo legatarijs, non per hanc legẽ fuit
indictum, ſed per §. ſi vero non fecerit. vt in glo.

Inſolidum. Etiam de ſuo. l. ſi te bonis. ſupra eodem. l. quæ
dotis. ff. ſo luto matr. l. more. ff. de acquir. hæred.

353 Beneficio. Ne teneatur vltra vires; Nam legis † beneficio
indignus eſt qui legem aſpernandam cenſuit. l. auxilio. ff. de
minorib. Cũ concordantib. adductis per gloſ. ſed & alia be-
neficia præter illud, ne hæres teneatur vltra vires, ſunt indu-
cta per hanc legem, quæ omnia amittit hæres contumax, &
huius legis contemptor: quamuis ſit Imperator vel princeps
ipſe. §. pen. Aut. de hære. & fal.

Superuacuam Nam cum inuentarium ſucceſſerit loco iu
ris deliberandi: omniaque commoda iuris deliberandi obti-
nuerit, quorſum ad Principem recurrere pro illius ambigio-
ſa impetratione?

354 Diſcedere. Hic tex. non oſcitanter probat hæredem † quã-
tumuis adierit, repudiare hæreditatem poſſe; illamque cre-
ditoribus lacerandam relinquere, vt Ang. in §. hæc ſtipula-
tio. Imola ibi reprobat Ang. Nam cũ hæres ſe immiſcuerit,
debet perſiſtere vſque ad finem bonorum. Pro Angelo facit,
quia inuentarium liberat hæredem ab omni vexatione iuris,
& facti. Vnde hæres ne reſpõdeat huic, & illi & à ꝓprijs auo-
cetur negotijs, debet habere facultatem deſerendi hæredita-
tem. Angeli opinionem ſequerer, ſi bona non eſſent amota,
neque tranſpoſita. vel ſi hæres citatis creditoribus, & legata-
rijs curatorem tanquàm hæreditati iacenti dari peteret. l. 1.
ff. de curatore bonis dando. Alioquin repente admiſſam de-
ſerere hæreditatem, cum forte quibuſdã ſolutum eſſet, frau-
dis ſuſpicionem non euitaret. Illud ſemper admitterem vt
hæreditatem nondum aditam, ſemper hæres deſerere poſſit,
licet omnia poſſideat: cum & olim deliberans nõ cogeretur
perſiſtere, licet ſtatim poſſidere inciperet, vt in §. ſeq. & l. cum
antiquioribus. ſupra eod l. Ariſto. ff. eod.

Auctoritate. Ergo ante iſtam legem hæres aditam hæredi-
tatem derelinquere nõ poterat, veluti nec hodie poſſet ſi nõ
faceret inuentarium. l. ſicut. infra tit. 1.

Quidam. Quibus vmbra ſua, & ſomnia, & laruæ metum in
cutiunt, more infantulorum, vel muliercularum.

Callida machinatione. Quidam prætextu timoris, & ſimpli
citatis, alios miris artibus & calliditatibus decipiunt, & circũ
ueniunt; quales non paucos hodie videmus collo obtorto,
oculis cadẽtibus, ſupercilio demiſſo, vultu ad quiduis potius
quam ad iocum hilaritatemque compoſito, incedere: intus
tamen fel, & aconita geſtantes: &, niſi ter in anno ſaltem vo-
mant, præ tumore inflatos, & viruleutos.

Nobis. Loquitur de ſe ipſo Iuſtinianus: Nam ius deliberã-
355 di olim, & hodie † eſt impetrandum à Principe, vel eius iudi
cibus, vt ſequitur: Quod non eſt in inuentario niſi ſtatuto ca-
ueatur, vel conſuetudine, vt in Gallia.

Quatenus eis liceat annale tẽpus tergiuerſari. Ideſt vt poſ-
ſint interim per annum indultum iuri deliberandi, poſſidere
bona; & tranſacto anno, adhuc facere inuẽtarium intra alios
tres menſes, vel annum.

Antiquitatis. Multæ leges digeſtorum erant, loquentes
de iure delib. vt ſupra. in hoc tit. & ff. eo. Quæ licet hodie ſint
ſuperuacuæ, aut parum vtiles: tamen non vult eas in totum
obliterare Iuſtinianus.

A noſtris iudicibus. Sed ex alia lege Iuſtiniani quæ eſt. l. cũ
356 antiquioribus. ſemper annus † indulgetur. Olim non erat cer
tum tempus: ſed poterat prætor ſemel vel pluries tempus hæ
redi præſtituere. l. 5. & ſequentib. ff. eod. Quapropter iura ve-
tera circa tempus in duobus videntur correcta per hunc tex-
tum: quia non annus dabatur, ſed minor, vel etiam maior ter
minus arbitrio prætoris: Et quia pluries dabatur: Hodie an-
nus, vel nouem menſes, & non niſi ſemel. Inquiunt tamen
noſtri Doctores poſt gloſſam hic, quod pluries dari poteſt,
dummodo non tranſcatur annus, vel nouem menſes: Quod
Corne. non admittit, dicens hodie non niſi ſemel dandum

Amplius. Refert ad illa verba, vno anno, & ad illa, nouem
menſibus: vt ſenſus ſit, pluſquam vnus annus, vel pluſquam
nouem menſes dari non oportet.

Indulgentur. A iudicibus, vel etiam ab Imperatore, quam-
uis par in parem non habeat imperium.

Pro nihilo habeatur. Hinc infert Bald. quod index † non
poterit prorogare terminum banni a ſtatuto præciſe termi-
natum.

Sæpius. Etiam bis. Alex. in l. ſæpe. ff. de re iudic.

Fecerit. Ideſt, ſi tamen aliquis petierit tempus ad delibe-
randum.

Conſcripſerit. Intra tempus deliberandi: Nam ſi poſt tem-
357 pus † deliberandi faceret hæres inuentarium, nihil eſſet, re-
probata ſententia quorundam dicentium poſt tempus deli-
berandi nouum tempus dari pro inuentario, vt in gloſſa, be-
neficio.

Neceſſe. Hoc verbum vſque ad illud verbum, facere. clau-
de parentheſi: & intellige, vt in gloſ. quod ſit neceſſe quoad
hoc, vt hæres retineat Falcidiam. Alioquin ſi non faceret in-
uentarium intra tempus deliberandi, perderet Falcidiam, &
teneretur inſolidum creditoribus hæreditarijs, vt infra. §. ſi
quis autem.

Præſtitutum. Ad deliberandum.

Si non recuſauerit. Nam ſi recuſauit hæreditatem intra
ſeu ante tempus deliberandi, eſt immunis ab hæreditate; ſin-
358 autem non recuſauit, cẽſetur tranſacto tempore adiuiſſe. Ta
citurnitas ergo, & curſus anni, vel nouem menſium inducit
aditionem in præiudicium ipſius hæredis, vt infra ſequitur.

Sed adire maluerit. Vel ſunt abradenda, vel interpretare,
nam cum non repudiauerit, cenſetur maluiſſe adire.

Beneficio. Ne teneatur vltra vires: Nam quamuis fecerit in-
uentarium, tamen teneatur vltra vires creditoribus hæredi-
tarijs, licet deducat Falcidiam vt ſequitur. Ex quo nota quod
359 hodie impetrans † deliberationem, & faciens inuentarium
reducitur ad terminos priores quando non erat inuentariũ.
Nam tenetur inſolidum creditoribus, & ſi quid ſuperfluum
eſt, quod ſoluatur legatarijs, retinet Falcid.

Creditoribus. Non legatarijs, quia nondum Iuſtinianus
induxerat quod hæres faciens, vel non faciens inuentarium,
teneatur de ſuo legatarijs.

Ex anterioribus. Iuriſconſultis. ff. eo. & Imperatoribus ſup.
cod. atque etiam ipſo Iuſtiniano. l. cum antiquiorib.

Rudis. Id eſt ſimplex, & ſine tot † circuitibus adeundi Prin
cipem, inſtrumenta requirendi, & ſimilium, nam qui vult fa-
cere inuentarium poteſt ſine mora, & ſine venia Principis il-
lud facere.

Nouus. Inuentarium † ergo iſtud fuit introductum a Iuſti
niano, licet antea eſſet inuentarium tutoris, & curatoris. l. tu-
tor qui. ff. de admin. tut.

Repertus. Et poſitus in hac lege.

Aſpernandum. Aſpernari dicitur nõ tamen qui reijcit, ſed
etiam qui tacet, & diſſimulat aliud prorſus agens.

Eius. Deliberationis.

Debitis. Creditorum.

Cenſus. Quantitas. Multa accipe nomina, quibus hæ-
reditas ſignificatur. Cenſus, patrimonium, bona, familia,
pecunia, facultates, ſubſtantia, peculium, fortunæ. & ſi
quæ ſimilia reperiuntur. l. nam quod. §. vltimo, & l. cogi. ff.
ad Trebellia.

Quaſi hæredem. Non enim vere eſt hæres cum expreſſim
non adiuerit, ſed lex fingit, ſeu facit illum hæredem. Sed
360 quæritur an perpetuo uerum ſit, quod hæres † tacens cen-
ſeatur poſt tempus deliberandi adiuiſſe. Angelus intelligit
hoc verum, quando hæres callida machinatione petiit deli-
berationem, alias ſecus. Salyc. intelligit hunc textum, quan-
do hæres ſponte ſua nemine impellente petiit deliberatio-
nem, vt ſiquidem hæreditas ſit oneroſa, cenſeatur adiuiſſe:
ſi lucroſa, cenſeatur repudiaſſe ad electionem creditorum, &
legatariorum; Et idem videtur velle Bald. ſecundum Ale-
xandrum in l. prima, ſupra, qui admitti. Quoniam veluti in-
ductum in fauorem non debet in odium retorqueri. l. quod
fauore. C. de legibus. Ita inductum in odium non debet in
fauorem redundare. l. ſi quis ſolidum. ff. de hæredibus inſti-
tue. Gloſſa vero in l. quamdiu inſtitutus. ff. de acquirenda
hæreditate, & ibi Dynus, intelligit hunc textum quando ad
inſtantiam creditorum, hæredi tempus ad deliberandum
fuit præſtitutum, & dicit hic Barto. poſt Cyn. quod eſt nota-
bile dictum. Pau. Caſtrenſ. dicit hunc textum procedere,
quando non apparet ad cuius inſtantiam tempus fuerit aſſi-
gnatum. Fulgo, & Corneus ſequuntur intellectum Salyceti,
ideſt non diſtinguunt vtrum hæreditas ſit oneroſa, vel lucro
ſa; Et verum hunc opinor, quod ſemper hæres cenſeatur adi

uiſſe

uiſſe. Diſtinctio antem Saly. procedere poſſet quando hęres
petita deliberatione, inuētarium nullum feciſſet. §. ſi quis au-
tem. Nam tunc quia dupliciter legem fraudare voluit, & pe-
tens deliberationem, & inuētarium omittens, interpretatio
otunino eſt facienda contra eum.

Vel non recuſauerint.) Hæc tria paria ſunt in terminis hu-
ius. §. adire, pro hærede gerere, non recuſare intra tempus.
Aditio fit aperte Geſtio ex facto non tam aperto. Non recu-
ſatio ex diſſimulatione, & callida animi machinatione.

261 Omnibus inſolidum hæreditarijs oneribus teneantur.)
Iac. Menochius Centuriarum ſuarum Rhapſodus conſ. 272.
num. 77. & 86. per hæc verba probare nititur quod heres ſine
inuentario non tantum integra credita, legataq; præſtat, ſed
etiam totam hereditatem fideicommiſſam, & conſequenter
Trebellianicam perdit. Hoc de Trebellianica veriſſimum eſt
non per hunc tex. ſed per alia iura. Illud de legatis pariter vt
ſoluantur in ſolidum non probatur hic; ſed ea Auth. de hęre.
& Falci. Ad verba huius tex. reſpondeť referri ad creditores,
cum in medio poſita ſint illorum verborum, Secundum an-
tiqua iura omnibus creditorib. & infra, Non ſolum credito-
ribus inſolidum teneať, ſed etiā legis Falcidiæ &c. Ergo quo
ad legatarios & fideicommiſſarios in menſura bonorū nihil
innouať per hanc legem, neq; actiones confunduntť reſpectu
eorundem, vt ſupra, nu. 180 Similis inconſiderantia obrepſit
Menochio conſi. 69. vbi decies ſemetipſum allegar & conſi.
199. num. 57. circa interpretationem Concilii Tridentini Seſ-
ſione 24. c. j. de reform. matrimonij. Adeo ꝙ inciuile eſt niſi
tota lege perſpecta, de vna particula iudicare vel reſpondere,
vt ait Celſus in l. inciuile. ff. de legib. Et aliud veritas, legumq;
pondus; aliud arbitrium, centunæque verborum, & allega-
tionum, vbi ſæpe mendacium, vt ſupra effectu 36 Cepha-
lus conſil. 622. nume 4.

Temerario propoſito.) Quæ temeritas per hanc legē ſem-
262 per hodie pręſumeť, † cum paratiſſimum habeat remedium
hęres inuentarij conficiendi, & velit confugere ad delibera-
tionem ſine delectu. Quid tñ, ſiquis non temere peteret deli-
berationē? Remaneremus in puris terminis, qſi hæres fecit,
vel non fecit inuentarium, & iſtud videtur applaudere intel-
lectui Angeli, quem ſupra retuli.

Minime eam repudiauerit) Quo caſu cenſetur adiuiſſe, ſi
hæreditas ſit oneroſa, & velint creditores, alias ſecus. Et ita
ſupra retuli ſaluari poſſe ſententiam Saly.

263 Beneficio.) Sed nunquid teneť † legatariis de ſuo? Minimè
per hanc legem. ſed hodie, inquit gl. ex §. ſi vero non fecerit.
Auth. de hæred. & Falc omni ſublato circuitu, ideſt ſiue hæ-
res petat deliberationem, ſiue non, tenetur de ſuo ſi non fa-
ciat inuentarium. Vide hanc glo. quæ paucißimis verbis po-
nit ſubſtantiam totius legis hoc modo. Aut hæres neutrum
fecit. Aut fecit inuentarium tantum. Aut petijt deliberatio-
nem tantum. Aut petijt deliberationem, & inuētarium fecit.
Primo caſu tenetur creditoribus de ſuo & perdit Falcidiam;
atque etiam tenetur de ſuo hodie legatarijs. An uero amittat
hodie legitimam ſunt opiniones. glo. hic, & ſæpe alibi tenet
non amittere. Quod qualiter procedat, tradit hic Bal. & con
fertim alij Doctores, & in authen. ſed cum teſtator. infra ad l.
Falcidiam. Secundo caſu, potitur hęres omnibus priuilegijs
huius legis, & Auth. de hære & Falc. Et decemſeptem adhuc
priuilegia, ſeu vtilitates decerpſimus ea hac lege. Tertio caſu
quando hęres deliberauit tantum; tenetur creditoribus inſo
lidum, & Falcidiam amittit, vt hic; non tamen tenetur lega-
tarijs de ſuo. Item an patiatur alia damna? Vtiq; & hoc præ-
264 cipue quod ſequitur in textu, quia patitur † iuramentum in
litem. Quarto & vltimo caſu ſeruaquod habuiſti a §. ſin autē
hoc. vſq; ad hunc §. vt. ſ. eiuſdem cōditionis ſit, cuius erat an
te hanc legem; & conſequenter omnes leges Digeſtorum, &
pleræq; Codicis locum habebunt, niſi ꝙ hęres non repudiās
intra tp̄s, cenſetur tacite adiuiſſe. Item reſtituendo res in in-
uentario deſcriptas, euitat iuramentū in litem vt nūc dicam.

Recuſauerit.) intra tempus deliberandi; Nam poſt tempus
non poſſet recuſare vt ſupra proximè, quia ad ſui pręiudiciū
cenſeretur tacitè adiuiſſe.

Minimè conſcripto.) Ergo a contrario ſenſu, ſi inuētarium
feciſſet, reſtituendo res deſcriptas in inuentario, liberaretur:
265 Vnde hinc eſt 18 & vlt. vtilitas ex hoc textu. Hęres † cum in-
uentario, etiam deliberans, euitat ſacrm in litem. Et ſic eſt ca
ſus, inquit Corn. ꝙ confectio inuentarii etiam prodeſt repu-
dianti. Ratio eſt, quia præſumitur pro inuentario, ꝙ. ſ. non plu
res ſint res quam illæ, quæ in inuentario ſunt deſcriptæ. §. li-
centia danda, ſupra Ampliatur multò magis, ſi nō petita de-
liberatione inuentarium legitime feciſſet. d. §. licentia danda.
Fallit ſi inuentarium non feciſſet: vt hic expreſſim in tex. qui
tñ variè laceratur, & interprerať, ut nunc ſubiiciam, idem ſi
poſt tempus deliberandi feciſſet. §. ſin vero poſtq̄. Quid ſi in-
tra tempus factum ſuiſſet, ſed hęres per dolum, uel nequitiā
res aliquas non inſeruiſſet, iurabitur ne contra eum in litem;
an ſufficiet pęna dupli, de qua in d. §. licentia danda?

Vel his.) Subſtitutis, fideicommiſſarijs, atq; omnibus alijs,
qui ex teſtamento, vel etiam ab inteſtato vocantur. l. 1. 2. ff. de
petit. hæreditatis.

Reddere.) Ex hoc verbo deducitur ſm Fulg. Alex. Corn. &
266 Iaſ. ꝙ hæres † deliberans habet res hæreditarias penes ſe. l. ver
bum reddendi. ff. de ver ſig. l. Ariſto. l. ait prætor. ff. eod. unde
infertur, idem eſſe hodie in hęrede faciente inuentariū, quan
doquidem beneficia iuris deliberandi transfuſa ſunt in inuen
tarium; Vnde & quemadmodum hic no. Doct. hæredem de-
liberantem non cenſeri adire, idem trahetur ad hęredem fa-
cientem inuentarium, contra Cynum.

267 Quantitate.) Ambigiť valde, an hæc dictio † intelligatur
de quantitate, ſeu numero rerum, an uero de æſtimatione re
rum extantium & apparētium, quam taxat iudex ex iuramē-
to petentis. glo. hic videtur intelligere de æſtimatione. Petrus
à Bella Pertica, Cy. Fulg. Alex. Cor. de quantitate ſeu numero
rerum. Vnde deducit unum mirabile, & quotidianum Fulg.
ꝙ ſi quiſpiam alterius hęreditatem contrectauit, nec inuen-
268 tarium fecit: poſtea conuictus, & condemnatus † in petitione
hęreditatis, compelletur ſtare iuramento petentis, exprimen
tis hāc rem, vel illam: Veluti in ſimili habemus de tutore, qui
omiſerit facere inuentarium, Iaſ. in l. in actionib. ff. de in litem
iuran. Didacus in c. j. nu. 17 de teſtam. dicit ſententiam Fulg.
non eſſe admittendam extra caſum huius §. & nec tunc ſem-
per, ſed vbi hęres iniquiſſimè, & mala fide alienam hęredita-
tem cōtrectauit. Aduerte quia ſubtilis, & vtilis eſt indagatio.

Sacramento.) Quod noſtri appellant iuſiurādum in litem,
ſeu iuramentum affectionis, vt. ff. de in litem iurando.

Res accipientium.) Siue ij ſint creditores, ſiue ſubſtituti,
ſiue quocunq; alio iure vocati ex teſtamēto, uel ab inteſtato.
269 Quid † ſi ſint legatarij? Gloſſa (vocantur) uidetur eos non ad-
mittere ad hoc priuilegium. ſed magis eſt ut admittantur, ma
ximè ſi ſint legatarii partis bonorum, uel ſi inſignis ſit perfi-
dia recuſantis. Quid enim ſi tanquam prædo inuaſiſſet hære-
ditatem alterius.

Cum taxatione.) Quam iudex prius debet facere, ne actor
propter nimiam lucri affectationem, in immenſum iuret. l. in
actionibus. ff. de in litem iurando.

Conſtitutionibus) Illi, cum antiquioribus. & illi, quam non
habemus, in qua ſenſus Gordianæ continebatur ut ſupra in
principio legis.

In vnum congregatis) etſi quid boni in eis erat, ad hāc co-
ſtitutionem tranſpoſito; Non. n. in omnib. eſt eis derogatum,
imò ferme in nihilo, quo ad conſtitutionem in l. cum anti-
quioribus. vt hic per glo. & Doct. & ſupra. §. & hæc quidem,
quamuis eius remedium ſit ſuperuacaneum ſi quis præſen-
tis legis beneficio uti uoluerit.

270 Omnes.) Ergo & infames, † cū ſint hęreditatum capaces l.
in arenam. ſupra de inoffi. teſta. l. 2. §. ſi mulier ff. ad Tertul. &
ſpurij, cum non niſi à bonis paternis arceantur. l. nlt. ſupra, de
natu. libe. & Iudæi, cum vtantur iure Romano. l. Iudæi. ſupra
de Iudæis. potientur beneficiis huius legis: ſi non in omni-
bus, ſaltem in pleriſque.

Noſtro ſubiecto Imperio.) i. ciues Romanos, vndecunq;
ſint oriundi, & degant. l. in orbe. ff. de ſta. ho. l. Romà. ff. ad mu
ni. Quamuis Iudæi non ſint ciues Romani.

271 Quantum in hęreditate.) licèt aūt † miles non teneať vltrà
uires ob omiſſionem inuentarii, non tñ habebit alia lucra, &
beneficia inuētarii, vt ſupra de eccleſia, aliiſq; locis, & perſo-
nis fauorabilib fuit expoſitum. Nunquid hodie verum ſit vt
miles non faciens inuentarium non teneať ultra uires? Non
ſanè. §. pe. Auth. de hære & Falc. Et ſic, inquit gl. correcta eſt
hodie lex iſta in hoc: In aliis quoq; hæc lex corrigiť, & ſuppleť
per d. authenticum. Veluti ꝙ hæres amittat integram Falci-
diam, ſi non omnes res inferat in inuentario. Quod legatarii
noceť. Quod heres teneatur de ſuo etiam legatariis. § ſi ue-
ro non fecerit. iuncta glo. & ſtatim dicam in aliis noſtris gloſ-
ſematibus ad prædictum auth.

VV. CC.) ideſt virorum Clariſſimorum: Quod fuit anno
Domini noſtri Ieſu Chriſti 531. quāuis Haloander, & perpe-
ram, vt oſtēdi in proęmio Inſtitutionum, dicit anno 533 Ex
his Deo trino, & uno patrocinante ſit impoſitus finis noſtro
tractatui, & gloſſematibus huius pulcherrimæ legis, quæ eſt
272 † una ex 50 deciſ. tanquam iubar ſplendeſcens in hoc Codi-
ce. Quamuis Cagnolus in l. ult. ſupra de pactis. ubi enumerat
haſce quinquaginta deciſiones, huius non faciat mentio-
nem: ſed decipitur Cagnolus; cum conſultiſſimè fuerit hęc
conſtitutio promulgata, & directa ad patres conſcriptos
cum maxima maturitate: non minus quàm aliæ quadragin-
tanouem, ut ſupra de emendatione Codicis Dñi Iuſtiniani.

SVMMARIVM.

1 Ex primo capite huius conſtitutionis deſumpta eſt auth. hoc amplius. Ex ſecundo deſumpta eſt auth ſed cum teſtator.
2 Lingua latina ſub exitu Iuſtiniani concidit
3 Nembroth Turrim conſtruxit.
4 Romanus ſtatus, & Maieſtas cur conciderit.
5 Ieſus Chriſtus Imperante Auguſto naſci voluit.
6 Lingua Italica valde ſimilis Latinæ.
7 Linguæ tres præcipuæ: Hebraica, Græca, Latina,
8 Mortuo Iuſtiniano volumina iuris ſunt occultata.
9 Irnerius primus gloſſator, & interpres.
10 Curia Bulgari Bononiæ.
11 Martinus, & Bulgarus æmuli ſub Friderico.
12 Gregorius Haloander huius voluminis tranſlator.
13 Hæc conſtitutio loquitur potius contra hæredem quàm pro hærede.
14 Hæc conſtitutio comprehendit fideicommiſſarium.
15 Carthago quomodo, & cur à Romanis ſubuerſa.
16 Cato, & Naſica contrarium ſentiebant circa excidium & ſubuerſionem Carthaginis.
17 Africani rurſus à Iuſtiniano deuicti.
18 Caroli V. inſigne, Plus vltra.
19 Legata per hoc authenticum debentur ſine aditione.
20 Inſtrumenta antiqua poſſunt renouari.
21 Legitima fermè debetur tantum quatuor generibus perſonarum vel quinque 181.
22 Legitima, an in alijs quàm in liberis ſit aucta.
23 Excepta legitima, pater de reſiduo ad libitum diſponere poteſt.
24 Legitima non debetur omnibus liberis.
25 Legitima, an per ſtatutum tolli, vel minui poſſit.
26 Nepoti quando debeatur legitima.
27 Mater & pater hodie ſuccedunt filio, vel filiæ.
28 Frater, an rumpat teſtamentum in totum
29 Filius, an poſſit prohibere patrem hodie, ne alienet.
30 Hæres quilibet etiam prorſus extraneus, & incognitus, inſtitui poteſt.
31 Legatarius per hoc authenticum ſuccedit cum onere.
32 Legatarius, & fideicommiſſarius per hoc authenticum, an detrahant Falcidiam.
33 Legatarius & fideicommiſſarius in caſu huius authentici, an teneatur facere inuentarium.
34 Teſtamentum in dubio præſumitur ſolenne & validum.
35 Vbi lex implet, hæres excuſatur à pœna.
36 Hæres ante diem, vel conditionem non eſt in mora.
37 Hæc conſtitutio locum habet in hærede fatente relictum, non in inficiãte.
38 Monitio unica, an bina requiratur.
39 Hæres, an debeat moneri per iudicem in caſu huius conſtitutionis, ſeu auth hoc amplius.
40 Alij quam filius, an perdant legitimam propter inobedientiam ſi non faciant inuentarium.
41 Iuſtinianus vna meditatione vtrunque caput huius conſtitutionis coniunxit.
42 Filius inobediens num priuetur ipſo iure, an vero per ſententiam.
43 Filius inobediens, an à ſe ipſo retineat legitimam quam non perdit.
44 Succedens in legitima tantum, non tenetur facere inuentarium
45 Ius ciuile ſeu lex, quemadmodum facit hæredem, ita facit deſinere eſſe hæredem.
46 Filius non faciens inuentarium perdit Falcidiam.
47 Filius inobediens, an perdat legitimam ſi non faciat inuentarium.
48 Pater, an debeat legitimam filio emancipato, condemnato, vel ingredienti religionem.
49 Filius non retinet legitimam & Falcidiam ſimul 123.
50 Arrogatus non detrahit duas quartas.
51 Filius grauatus in diem, retinet duas quartas.
52 Filius grauatus ſub conditione retinet duas quartas.
53 In Trebellianica veluti in legitima, & Falcidia, num ſpectetur mortis tempus.
54 Legitima & Trebellianica nunquid ſint ſemis.
55 Crimen & culpa unius, non nocet alijs cohæredibus.
56 Ius accreſcendi, & ſubſtitutio habent locum poſt aditionem in caſu huius authentici.
57 Hæres propter legatum modicum, nunquid priuetur tota hæreditate.
58 Executor ultimæ uoluntatis, an debeat cauere.
59 Proximior defuncti, an præferatur proximiori agnato defuncti inobedienti.
60 Agnatus ultrà decimum gradum, an ſuccedat in caſu huius Authentici.
61 Extraneus quilibet admittitur per hoc authenticum.
62 Extraneus num præferatur fiſco.
63 Fideicommiſſarius uniuerſalis præfertur ſingulari, quia eſt loco hæredis.
64 Filius cui relinquitur fideicommiſſum, an rumpat.
65 Legatarius maioris emolumenti præfertur alijs minoris.
66 Fiduciaria hæreditas, tutela, emancipatio.
67 Seruus cui libertas relinquitur, quãdo admittatur per hanc conſtitutionẽ.
68 Prius nominatus non præfertur alij poſteriori.
69 Legatarij omnes tam prius quàm poſtea nominati, cenſentur æquè dilecti, & honorati.
70 Si in eodem inſtrumento eadem res duobus obligetur, uter ſit potior in hypothecaria.
71 Tribonianus mendax, & uerboſus.
72 Verbum relinquo, quando trahatur ad inſtitutionem.
73 Hæres inobediens, an priuetur fructibus, & prælegatis.
74 Hæres inobediens num priuetur ſubſtitutione pupillari.
75 Filius inobediens, an amittat Trebellianicam.
76 Hæres inobediens, an perdat Falcidiam ſi faciat inuentarium.
77 Legatarius, an in caſu huius authentici teneatur ultra uires.
78 Subſtitutus uulgariter cur admittatur poſt aditionem.
79 Hæres inobediens, an alio adeunte ſit liberatus ipſo iure.
80 Hæres inobediens, an nemine adeunte, cogatur ipſe hæres eſſe, & obtemperare.
81 Vtrum hæc conſtitutio habeat locum exhæredato rumpente.
82 In exhæredatione requiruntur ſex.
83 Exhæredatus repellitur etiam ab alimentis.
84 Exhæredatus nunquid admittatur per hanc conſtitutionem.
85 Et nunquid præteritus.
86 Fiſcus quando excludat extraneum, uel agnatum undecimi, uel ulterioris gradus: uel tutorem, uel ſimiles.
87 Hæres minor inobediens, an priuetur.
88 Auth. hoc amplius fallit in octo caſibus.
89 Pœna præſupponit culpam ſeu delictum.
90 Malitia, & uerſutia hominum legem corrumpit.
91 Legatarius rei modicæ præfertur agnato cuilibet.
92 L. 2 C. de reſ. uend non habet locum in caſu huius authentici.
93 Aditio quanto tempore duret.
94 Nemine ualente, uel exiſtente qui adeat, quomodo inuitabitur extraneus.
95 Hæres per hanc conſtitutionem, an proprie & uere ſit hæres.
96 Hæres proprie dupliciter, iure communi, & iure ſpeciali.
97 Lege 12. tab. ſolum ſuccedebant duo gradus, ſui hæredes, & agnati.
98 Legatario inobedienti quis prius ſuccedat. 115.
99 Mortis cauſa capio includitur in hoc auth.
100 Morte nil certius, licèt hora mortis nihil incertius.
101 Ordo ſuccedendi per hoc auth. ſeu per auth. hoc amplius, continet nonem gradus.
102 Filius inobediens, an ſoluat legata pia de ſua legitima.
103 Regnum eſt quid indiuiſibile.
104 Hæres inobediens, an à quolibet deferri & accuſari poteſt.
105 Iudex an poſſit per ſe arctare, uel remouere hæredem inobedientem.
106 Hæres inobediens uel alius, qua actione repellatur.
1107 Falcidia, an detrahatur per ſuccedentem inobedienti.
108 Hæres antequam adeat utrum poſſit conueniri, uel admoneri.
109 Aditio, an requiratur in relictis pijs, uel uſurarum,
110 Creditor, an ueniat beneficio huius auth. ſeu auth. hoc amplius.
111 Hæres pro parte inobediens, an repellatur.
112 Auth hoc amplius. continet 15. ſpecialia.
113 Succedens inobedienti præſtat cautionem.
114 Iudex regulariter irrequiſitus non ſe interponit, neque adimit ius agendi, uel excipiendi.
116 Circa Falcidiam quatuor iura, uel tempora diſtinguuntur.
117 Pater olim impune occidere, & exhæredare filium poterat, ergo olim non debebat legitimam.
118 Lex Furia, & Voconia circa legata.
119 Lex Falcidia quo tempore, & cur.
120 Ad ſimilitudinem quartæ Falcidiaræ fuit inducta quarta Trebellianica, & legitima.
121 Falcidiæ appellatione continetur legitima & Trebellianica.
122 Aes alienum exhaurit legata, & Falcidiam.
124 Hæres non faciens inuentarium, an ſemper præſumatur in dolo.
125 Hæres, an teneatur legatarijs propter ſocordiam, & negligentiam, uel rerum corruptionem.
126 Falcidia non detrahitur etiam ſi hæres moram purget.
127 Trebellianica, an perdatur ſi una res omittatur in inuentario.
128 Quatuor quæſtiones gloſſæ circa inuentarium.
129 Hæres hæredis non facientis inuentarium, nunquid teneatur ultra uires creditoribus, & legatarijs.
130 Trebellianica amittitur ob omiſſionem inuentarij.
131 Citatio ad inuentarium debet fieri per iudicem.
132 Inuentarium, an ualeat ſi omnes non ſunt citati,
133 Ciuitas quo ad inuentarium continet ſuburbia, & totum territorium.
134 Citari an debeant, & quomodo exiſtentes extra territorium.
135 Clericus citari, an poſſit ad inuentarium, & per quem iudicem.
136 Procuratorem creditoris, & legatarij, an ſufficiat citari ad inuentarium.
137 Iudex in inuentario, an requiratur.
238 Maritus nomine uxoris citatur ad inuentarium.
139 Citari ad inuentarium, an debeat, uel poſſit clericus, miles, Doctor, Dux, Princeps, uel eorum procurator.

Citari

140 *Citari,an debeat æger, febricitans,lugens.*
141 *Citari, an poſſit vel debeat, pupillus, pubes, ſolus, vel cum tutore, curatoreve.*
142 *Citari quandoq; poteſt ad inuentarium conſanguineus, affinis,amicus pupilli,mulieris,vel alias debilis.*
143 *Citandus non eſt ad inuentarium agnatus,vel conſanguineus defuncti.*
144 *Citandus non eſt ad inuentarium emptor feudi, nec fideicommiſſarius vniuerſalis.*
145 *Creditores, an poſſint impedire hæredem ne faciat inuentarium, dicentes, bona ſunt modica, noſtra non intereſt.*
146 *Cautela Domini Franciſci Cap.l.ſiq, ad impediendum hæredem, ne faciat inuentarium.*
147 *Hæres ibi debet conueniri, ubi eſt maior pars hæreditatis. Sed an id ſemper.*
148 *Teſtes inuentarij tria debent habere.*
149 *Quilibet præſumitur locuples, & idoneus, præterquam ſi aliquid affectat ad ſui commodum,vel honorem.*
150 *Notarius vnus,ſeu tabellio,an ſufficiat ad inuentarium.*
151 *Notarius vtrum poſſit eſſe notarius, & teſtis ad inuentarium.*
152 *Inſtrumento tabellionis, an credatur ſine teſtibus.*
153 *Teſtes, an requirantur in inſtrumento apud acta coram iudice.*
154 *Teſtamentum coram Principe,an ualeat ſine teſtibus.*
155 *Teſtes duo non ſcripti,nec ſubſcribentes,an probent inſtrumentum.*
156 *Teſtes duo regulariter ſufficiunt.*
157 *Subſcriptio teſtium, an requiratur in inuentario, vel teſtamento ſubſcripto per tabellionem.*
158 *Teſtamentum ſcribi poteſt per pupillum,mulierem,hæredem,quamuis teſtes eſſe nequeant.*
159 *Teſtamentum vbi ſcribitur per tabellionem,an requiratur publicatio,& apertura.*
160 *Inſtrumentum probant etiamſi omnes teſtes moriantur.*
161 *Subſcriptio teſtium præbet firmius robur inſtrumento.*
162 *Inſtrumento publico,an ſemper credatur.*
163 *Inuentarium, an debeat fieri vno contextu; & per eundem tabellionem, & teſtes.*
164 *Teſtamentum poteſt fieri duobus verbis,vel tribus.*
165 *Accurſii,& aliorum gloſſatorum laus.*
166 *Creditores,& legatarij,quando poſſint probare contra hæredem,qui fecerit inuentarium.*
167 *Hæres faciens inuentarium,an & quando, & per quem teneatur iurare.*
168 *iuramentum quando deferatur hæredi, vel teſtibus inuentarij 173.*
169 *Teſtes debent proprijs oculis cernere,& teſtificari in inuentario.*
170 *Cæcus, an poſſit eſſe teſtis.*
171 *Teſtes tres, an ſemper requirantur in locum citatorum non comparentium ad inuentarium.*
172 *Teſtes duo quandoq; ſufficiunt in inuentario.*
174 *Falcidia num detrahatur creditoribus.*
175 *Legitima & dos,an detrahantur creditoribus per filium,filiamue facientes inuentarium.*
176 *Falcidia, vel legitima, uel dos,an detrahatur de illis emolumentis, uel donationibus, quæ morte confirmantur.*
177 *Falcidiam detrahit hæres,etiam ſi teſtator plus putabat habere in bonis.*
178 *Iuſtinianus de nouo ſancit,quod hæres teneatur legatarijs.*
179 *Hæres non ſoluit legata de ſuo in ſeptem caſibus, licet non faciat inuentarium.*
180 *Falcidia,an poſſit prohiberi tacite, uel generaliter.*
182 *Falcidia,an detrahatur de legatis pijs ſine alia prohibitione.*
183 *Legatum valet ſine aditione vbi teſtator prohibuit Falcidiam.*
184 *Hæres incipiens ſoluere,vel ſoluens vnum legatum,cæteris ſoluere tenetur.*
185 *Sed hoc fallit quadrupliciter*
186 *Legatarius non patitur duplicem Falcidiam.*
187 *Falcidia debetur naturaliter legatarijs.*
188 *Hæres velut teſtator,an præſumatur ſcire quantitatem bonorum.*
189 *Hæres,an repetat ſolutum legatarijs,& quando.*
190 *Falcidia,& Trebellianica,an poſſit euenire hæredi in foro conſcientiæ.*
191 *Falcidia ceſſat in ſex,vel ſeptem caſibus huius voluminis.*
192 *Inſtantia litis pro legato,uel alio relicto non tranſgreditur annum.*
193 *Sed an id uerum ſit facto inuentario. 198.*
194 *Quod lis non duret vltra annum,quomodo intelligatur.*
195 *Creditoribus non fauet hæc ſanctio Iuſtiniani, ideo iure communi inſtantia contra eos durat triennio.*
196 *Annus ſolutionis currit tantum poſt aditionem,& monitionem.*
197 *Vter annus prius currat ſolutionis,vel litis,ſeu inſtantia.*
199 *Et an currat intra tempus inuentarij.*
200 *Annus ſolutionis,an prorogetur legatario intra eum agente.*
201 *Annus huius conſtitutionis eſt continuus non vtilis.*
202 *Legatarius nõ cogitur petere quod ſententia diffinitiua proferatur cõtra hæredem,licet in alijs inſtrumentis ſecus. 232.*
203 *Inſtrumentum non mittitur executioni,niſi iudex pronuntiet.*
204 *Hæres quando ſit contumax,vel moroſus.*
205 *Minor incurrit pœnam utriuſq; capitis huius ſanctionis.*
206 *Pupillus,an adeat hæreditatem ſolus.*
207 *Minor reſtituitur contra tempus inuentarij,niſi ſit Doctor.*
208 *Præſcriptio regulariter nõ currit contra minorem, maxime temporalis. Fallit in ſex caſibus.*
209 *Minor quoad effectum non incurrit pœnas huius ſanctionis.*
210 *Minor duo habet remedia, vnum reſtitutionis, aliud contra tutorem,curatoremue.*
211 *Et an eligere prius poſſit unum quam aliud.*
212 *Inſtantia pereunte, non per hoc expirat ius agendi, vel excipiendi.*
213 *Hæres poſt annum litis, uel ſolutionis, an repellatur ipſo iure, & cur diſſimile in uno quam ſit in alio.*
214 *Patronus non perdit legitimam in utroq; caſu huius ſanctionis.*
215 *Legitima appellatio unde fluxerit.*
216 *Libertini non ſuccedunt ultra quintum gradum.*
217 *Teſtamentum in ſcriptis quatuor requirit.*
218 *Teſtamentum nuncupatiuum non requirit ſcripturam.*
219 *Vltima uoluntas fit quinque uel ſex modis.*
220 *Mulier,& ruſticus ſubiacent pœnis inobedientiæ,& inuentarij.*
221 *Multo magis Iudæus,Paganus,Saracenus.*
222 *Miles quoque ſiue inſtituat,ſiue inſtituatur.*
223 *Clericus,ſacerdos,& eccleſia,an incurrant pœnas.*
224 *Et an Imperator,uel Princeps.*
225 *Defunctus gaudet cum ſibi diligit ſucceſſorem.*
226 *Hæc cõſtitutio ſecũdo capite,unde deſumpta eſt auth.ſed cum teſtator.C.ad l.Fal.continet fermè xij ſpecialia,de nouo inducta.*
227 *Teſtes quinque præter tabellionem, & hæredem.*
228 *Fideicommiſſario etiam hodie hæres de ſuo nihil ſoluit.*
229 *Falcidia prohibetur etiam ſi hæres faciat inuentarium.*
230 *Hærede non ſoluente hæreditas ſit caduca ipſo iure.*
231 *Fideicommiſſarius,an habeat remedium huius anni contra hæredem.*
233 *Inſtrumento publico poteſt opponi per debitorem.*
234 *Anni tres in caſu huius conſtitutionis.*
235 *Hæres quilibet incurrit pœnas huius ſanctionis.*

DE HAEREDIBVS ET FALCIDIA, & ſi hæres legata ſoluere noluerit.

CONSTITVTIO PRIMA.

Occupatis nobis circa totius Reipub.curas, & parum nihil eligentibus cogitare, ſed quatenus Perſæ quidem conquieſcunt, Vandali vero cum Mauris obediunt,& Charchedonij antiquam recipientes habent libertatem: quamuis nunc primum ſub Romanorum facti republica,inter ſubiectos habeãtur(quod nondum hactenus, niſi ſub imperio noſtro dedit Romanis Deus) incurrunt etiam propriæ ſolicitudines, a noſtris ſubiectis ſemper nunciatæ,quarum quidem ſingulis damus competentem formam.

Quæcunque vero frequenti quidem potiuntur per partes auxilio,poſſibilia tamen ſunt ſcripta lege,vt communem omnibus præſtent(in quibus opus habent)vtilitatem:hæc oportere putauimus & lege ſancire, & tradere ſubiectis per ſe iuuantia,& nõ ſemper iuſſione imperatorum egentia, Semper igitur nobis importuni ſunt,alij quidem nos pro legatis relictis,non tamen præbitis adeuntes:alij vero pro libertatibus: alij ob aliud quiddam,qui tranſmittentes quidem, hæreditates dari quibuſdam, aut fieri conſtituerunt indeuotè autem & res adeunt & eas percipiunt:& quod eſt iuſſum,non faciũt: cum vtique etiam à veteribus legiſlatoribus dictum ſit,competentes deficientium diſpoſitiones quæcunque non repugnant legibus omnibus modis impleri. Sed quoniam ita poſitas leges iam plerunque neglectas inuenimus,reparare eas iudicauimus oportere: & tam viuentibus præbere ex eis cautelam,quam morientibus hunc exhibere honorem. Primum itaq; illud eſt cogitandum: quia teſtantibus alijs quidem neceſſitatem imponit lex diſtribuere quandam partem perſonis quibuſdam, tanquam hoc ſecundum ipſam naturam eis debeatur,quale eſt filijs, & nepotibus, & patribus atque matribus, interdum vero etiam fratribus,& ſi quam huiuſmodi perſonam,aut in ijs,qui ex nobis ſunt,aut ex quib nos ſumus, enumerauerunt leges. Alijs autem nulla conſiſtit neceſſitas partem dare quamlibet propriæ ſubſtantiæ: ſed ſua poteſtas eis largitur,ad quoſcunque teſtator voluerit proferenda.

His igitur à nobis præordinatis, ſancimus, eos qui ab aliquibus ſcripti ſunt hæredes, aut meruerunt fideicommiſſa, per vniuerſitatem forſan, aut per ſpeciem, aut legatum; neceſſitatem habere, quæcunque teſtator & honorans eos diſpoſuerit, omnimodo ea complere, ſi id, quod præcipitur, legitimum ſit: aut ſi non illud aliqua lex prohibeat: vel ſi non fiat ab eo, qui honoratus eſt, tamen ratum eſſe expreſsè iam demonſtrat.

Si quis aũt non implens quod diſpoſitũ eſt,ſed dũ cõpetat, ei qui honoratus eſt,ꝙ relictũ eſt,ẽt ea decreto iudicis admonitus,annũ totũ protraxerit, nõ agens hoc,ꝙ præceptum eſt:

ſiquidem aliquis illorum fuerit, qui neceſſario ex lege percipiunt: in plus autem, quam quod lex ei dari ſm quartã ab inteſtato partem concedit: aliud vero totum auferri. Et ſiquidem etiam alij quidam ſcripti ſint hęredes: accreſcere illis ſm partem inſtitutionis, quæ vnicuiq; diſtributa eſt. Si vero nullus alter ſit hæres: aut ſint quidẽ ſcripti quidam, non aũt adeant hæreditatem: tunc quod aufertur, adijciatur alijs reb. & licentia prębeatur & legatarijs, & fideicommiſſarijs, & ſeruis libertate honoratis, adire, & hæc acquirere: ita vt omnib. modis, quod præceptum eſt per teſtantem, impleatur: cautione videlicet prius ab eis facta, ſm quod perſonarum, vel rerũ receperit modus: quia res accipientes agunt in eis, quæ rectè voluerunt teſtatores. Si vero nullus hoĩũ, de quib. teſtamento memoria facta eſt, voluerit adire, hoc eſt cohęres, aut legatarius, aut fideicõmiſſarius, aut ſeruus libertate honoratus: tũc ad alios, quos lex ab inteſtato vocat, poſt eũ quidem qui ſcriptus eſt, legitima per hãc legem parte excluſus deferri res & ipſos ſimiliter præbentes cautionẽ, quia complent, quę teſtamento continentur. Inordinatum vero nihil neq; confuſum nec in his fieri volumus: ſed primus ſm ordinẽ vocatus, poſt eum, qui iam excluſus eſt à lege noſtra, ita vocetur prior: deinde qui poſt illum eſt: Ita de cętero, donec vltimus relictus locum faciat etiam alicui exterus venientium, & adire, & quæ relicta ſunt, implere: poſt quos ẽt fiſcũ ſi voluerit, ponimus.

Etenim in legatarijs & fideicõmiſſarijs hunc eſſe volumus ordinẽ, vt detur licentia aditionis priori per vniuerſitatem fideicõmiſſario: aut multis exiſtentibus maiorẽ partẽ habenti: qm̃ & in ſimilitudinẽ hæredis conſiſtit: & maxime apud nos, qui Trebelliano ſoli dogmati dedimus in talib. fideicõmiſſis locũ, Pegaſiani circuitiones odio habentes & expellentes. Si verò aut non fuerit quiſpiã per vniuerſitatẽ honoratus: aut fuerit, ſed voluerit agere quod iuſſum eſt: ad eos qui maioribus proprijs legatis, aut fideicommiſſis honorati ſunt, hmõi venire fiduciã: ſic quoq; ſeruis dari tempus, qui libertate honorati ſunt, & adire, & liberis cautum eſſe, & res percipere & complere quæ iuſſa ſunt, cũ prædicta dudũ cautione. Si vero nullus fuerit legatariorũ, vel fideicõmiſſariorum per vniuerſitatẽ, aut per ſpęciẽ maiori parte, aut in legato, aut in fideicommiſſo honoratus, ſed oẽs ęqualem habuerint fortunam: tunc præponi quidem ẽt ſic per vniuerſitatem fideicõmiſſarios pp dictam iamdudum rationẽ, aut cũ, qui ex eis voluerit implere, quod præceptum eſt: reliquos aũt legatarios, vel fideicõmiſſarios quicũque, nihil alterutros in hoc q relictum eſt, antecedunt, etiam oẽs ſi voluerint, vocati: aut qui ea eis voluerint. Si verò nullus legatarius, aut fideicõmiſſarius elegerit hoc agere: damus ſeruis licentiam libertate honoratis, ſm ordinem denominationis, per quam eos dominus denominauit, ſm hoc habere in alterutros præpoſitionem.

Et hęc quidem oĩa ſancimus, vbi neceſſaria quædam ſubiacet datio in aliquo, cui ex natura debetur quædã ſucceſſio à teſtatore & moriente: ſi vero nulla ſubeſt hmõi perſona in inſtitutionibus, ſed ſpontanea largitas diſpoſitionis a teſtatore fiat: deinde ſcriptus hęres non compleat quod præcipitur, intra pręd ictũ à nobis dudum tempus: illum quidem priuari omnibus relictis, nil penitus neq; per Falcidiæ occaſionem, neq; per aliam cauſam percipere valentem, ſimiliter aũt talia obtinere, & ſi quidem ſint cohęredes, hos vocari volumus alioqui ad fideicõmiſſarios, & legatarios, & ſeruos, & omnes ab inteſtato ſecundum prius, & a nobis traditum ordinẽ res venire, vbiq; onere cohærente, quatenus oporteat compleri ea, quæ teſtator ſecundum legem (ſicut prius diximus) imperauit. Si uero inſtituto etiam ſubſtitutionem habuerit: certũ eſt, quia prius ad ſubſtitutum volentẽ venient oẽs res ſecundum legem complẽtem, quæ relicta ſunt: & ſic illo nolente, tunc ad cohęreds, & legatarios, & ſeruos, & qui ab inteſtato, & qui extra ſunt & fiſcum, ſecundum à nobis datam obſeruationem, ea quæ auferuntur, venient complentes vbiq; deficientium legitimas diſpoſitiones. propterea namq; etiam ad tantas reſpeximus ſucceſſiones, vt non remaneat ſine aditione ipſius morientis hæreditas.

Exhęredatos aũt liberos (ſi iuſte à patre excluſi ſint, & nihil ex patris habeant voluntate) non vocamus, neq; reſpicimus, licet decies miles velint. Vna eſt n. legis intẽtio, vt quę diſpoſita ſunt a morientibus, impleant. Eum. n. qui ab ipſo teſtatore propria ſubſtantia pulſus eſt, quõ erit iuſtũ vocare ad res, quarũ eũ ilic per exhæredationẽ factã in eum, expreſſim fieri participẽ noluit? Si vero ablatã partẽ a non cõplente morientis voluntatẽ prius deduximus ad ſubſtitutos, deinde ad cohæredes & poſt illos ad legatarios & fideicõmiſſarios, nec nõ & ad ſeruos, & ita ad eos, qui ab inteſtato vocant, & ad extraneos atq; ad fiſcũ venimus: nõ abſurde hoc factũ eſt, nec inaniter, nec quaſi aliquẽ lateat, q decet: ſed ea prouidentia, & ſecundũ legẽ: vt finitis primũ oĩbus ſecundũ teſtamẽta perſonis, deinde abrenuntiantibus, ita ad eã, quę eſt ab inteſtato, vocationẽ & alios veniremus. In oĩbus aũt caſibus in quibus ſcriptis non complentibus, vocamus aut ex teſtamento perſonas, aut ab inteſtato, & cæteros extraneus, & fiſcũ: damus oĩbus talibus perſonis fieri hæredes, & aditionis, aut pro hærede geſtionis habere ius (hæc. n. legis verba ſunt) & tanq̃ hæredes omnia gerere, & conuentos & conuenientes.

Hęc quidem ẽt antiquiſſimæ leges ea propria authoritate præſtabant: & hæredes faciebãt eos, qui neq; ſcripti hęredes, neq; ab inteſtato ad hęreditatẽ vocabantur. His oĩbus obtinentibus, licet non ab hærede, ſed a legatario aut fideicõmiſſario, aut mortis cauſa percipiente, dari aliquid, aut fieri teſtator voluerit: eodẽ ordine in occaſione ablatarũ rerũ ſeruando, & inchoante quidẽ a ſubſtitutis legatarijs, terminante vero in fiſco. Et nullus hanc legẽ durã habeat, tanq̃ relictis priuatus, ſed conſiderans quia oĩbus hoĩbus terminus vitæ eſt mors: & non ſolũ ab alijs ipſe ſe percipere contẽpletur, ſed cogitet, quia & ipſe aliis moriens imperabit: & ſi nõ huius legis mereat auxiliũ, nihil horum q̃ cũ omni ſtudio diſpoſuerat, ad effectũ perducet. Non. n. ijs, qui ſub nobis, neq; qui nunc ſolũ ſunt hoĩbus, ſed oĩ ẽt poſt hoc currenti tpi legẽ ponimus,

Hinc nobis ingreſſa eſt cura & quędã cõſideratio Falcidię legis, quæ ẽt inuitis teſtatoribus, ſi expendant res per legata, præbet ẽt retinere hęredes, quantũ eis impleat quartã ſubſtãtiæ. Et hic. n. repugnare quidam vñr voluntati deficientis: & inhibere legi talia permittenti. Sancimus igitur (qm̃ tuenda nobis vbiq; eſt deficientium volunta:) hæredes ſi voluerint hac vtilitate potiri, purã ſeruare legis ptãtem: & non per ea, quæ forte ſurripiunt, aut malignant, introducere pertentent Falcidiam; cũ vtiq; ſi nihil malignati eſſent, non forte competeret. Fiat igitur inuentariũ ab hęrede metuente, ne forte nõ habeat poſt debita & legata Falcidiã, ſecũdum modũ & tpa, per quæ dudum ſancimus, qñ homines excepimus ea dãno rerum ſuarum, in aditionib. ſtatuentes onera vſq; ad ſubſtantiæ relictæ menſurã; illo adiecto ſolo vt oporteat hmõi hęredem, qui non creditorẽ ſolum: ſed ẽt legatarios & fideicommiſſarios veretur, & metuit non damnificari ſolũ, ſed ẽt non lucrari: conuocare oẽs legatarios, & fideicommiſſarios quanticunq; in eadẽ ciuitate ſunt conſtituti: aut quoſdam pro eis agentes, ſi forte perſonarũ natura, aut dignitas, aut qualitas, aut ætas, aut quælibet neceſſitas facultatẽ eis nõ dat ad inuẽtarij præſentiã. Si verò abſunt: aliqui intereſſe teſtes in ipſa ciuitate fide dignos, & poſſidentes ſubſtantiam, & optimæ opinionis exiſtẽtes nõ minus tres (tabularijs. n. ſolis, quantum ad hoc cõpetit, non credimus) corã quib. conuenit fieri inuentariũ: ita, vt ſuperuenientibus legatarijs, & querentib. forſan ſurreptũ aliquid rerũ, aut non manifeſtatũ: licentia ſit non ſolum per ſeruorũ examinationẽ cauſam quærere (nam ẽt hoc præbuimus per prolatã dudũ a nobis in ſeruilib. examinationibus obſeruationẽ) ſed ẽt per iuſiurandum hęredis, & iuſiurandũ teſtiũ dicentiũ ſe adfuiſſe iis, quæ geſta ſunt, & vidiſſe, quæ tunc agebant, & in nullo conſcios eſſe factæ ab hærede malignitatis: ſicq; mũs, quę relicta ſunt è teſtatorib inuenire vęritatẽ: niſi forte præſentes legatarij oẽs, aut quidã conteſtatione ſibi pręmiſſa noluerint venire, nec adeſſe inuentario. Tunc. n. licentia erit hæredi ẽt non aduenientib. legatarijs cõtentum eſſe teſtium præſentia & facere deſcriptionẽ: repoſito etiam ſic legatarijs & iureiurando hæredis & ſeruorũ examinatione: & his oĩbus obſeruatis habere ex Falcidia præſidium. Sic. n. non videbimur, neq; legem ita hactenus approbatam minuere, neq; iniuſtitiam facere morienti. Si. n. omnino quidem ſibi vult aliquos fieri hęredes, & habere quandã conſolationem ea ſucceſſione, & arbitratur ſufficientẽ ſe habere ſubſtantiam, non tamen hoc cauſæ veritas oſtendit. certum eſt, quia non hæc contrarietas erit ſententia morientis, ſed ignorantiæ puritas illius. Si vero non fecerit inuentarium ſecundum hanc figuram, ſicut prædiximus, non retinebit Falcidiam: ſed complebit legatarios & fideicõmiſſarios, licet puræ ſubſtantiæ morientis tranſcendat menſurã legatorũ datio.

Et hoc dicimus, non noſtrã minuẽtes legẽ quã poſuimus, vt nihil de proprio dãnificentur hęredes creditoribus: ſed dabit ei pęnam exactio ſuæ malignitatis, cur tranſcẽderit legem ex quib. caute omnia agens, nihil poterat dãnificari: ſed ex diuerſo etiã Falcidia lege lucrari. Hęc aũt dicimus, vbi errans teſtator de ſua ſubſtantia hoc egit: aut fortè cum debuiſſet ẽt ampliorem quantitatẽ hæredi relinquere, pro minore diſpoſuit. Etenim ẽt hoc errantis ſententiæ eſt, & non purę & integræ deſignationis. Si verò expreſſim deſignauerit, non vel hæredẽ retinere Falcidiã: neceſſariũ eſt teſtatoris valere ſolam: & aut volentẽ eum parere teſtatori: forſan etiam quædam iuſte & pie relinquenti lucrum non in percipiendo, ſed ſolummodo pie agendo habentem, & non videri ſine lucro hmõi eſſe hæreditatem: aut ſi parere noluerit, eum quidẽ recedere ab hu-

ab huiuſmodi inſtitutione,locum vero fieri(ſicut dudũ prędiximus)ſubſtitutis,& cohęredibus,& fideicõmiſſari s,& legatarijs, & ſeruis, & ijs, qui ab inteſtato ſunt,& alijs, ſm prius à nobis inuentam in talibus viam.

Non aũt dabimus licentiam hęredi menſuram ſubſtantię ſubtiliter agnoſcenti, ſoluere quidem mox ab initio quibuſdam integra legata,& ad plenum ſententiã teſtatoris ſeruare (quod etiam præcedentiũ nos dicunt conſtitutiones) ab aliquibus autem retinere velle:neq; ex parte quidem complere teſtatoris ſententiam,ex parte vero eam minuere, ſed omnino non errantem circa ſubſtantiæ quantitatẽ,ſed agnoſcentem, & mox ſequentem ſentẽtiam teſtatoris,per omnia eam ſequi,& non ad peiora pęnitere. neq; enim hoc erit curæ ſequentis hęredis Sed neq; concedemus eis ab initio ſcientibus quidem,& incautè ſoluentibus,poſtea lites percipientibus inferre, & recipere velle ab eis quodcunq; contigerit exoluiſſe eas. Oportet.n.ante exactionem cogitare,& agere,& nõ cogitantem rectè,deinde transferri ad indeuotionem,niſi forte iuſta quædam cauſa hoc introduxerit,inopinabili quodã ęre alieno apparente, quod minuat ſubſtantiam, & locum receptioni faciat. Illud quoq; proſpeximus, ne tẽpus fiat longum in talibus quæſtionib. Nullum.n.talium quæſtionum aut limum tranſcendere anni tempus ſancimus: neceſſitatem imponentes omnino intra annum poſt aditionem & legata ſolui,& quæ à teſtatore ſunt relicta, compleri ſecundum ſm naturam,& omnia agi,quæcunque prius diximus. Initium autem anno damus, ſicut prius iam diximus, ab admonitione ex iudiciali decreto facta.

Anno.n.per culpam hæredis tranſacto, tunc ille quidẽ cader relictis: alij vero ad hæc venient, quos prius vocauimus. Pupillis autem & minoribus ætate nihil noſtra præiudicat lex. Eſt.n.eis(ſi quidem ſm dictas à nobis cauſas)ne lędãtur, duplex quoddam ſubſidium,& per reſtitutiones,& per viam contra negligentes curatores. Non autem excipimus à lege neq; patronatus ſucceſſiones,& ibi enim legitima eis ſeruata parte,quã nos definiuimus,quicquid vltra hanc eis relictum fuerit,& aliquid a libertis petiti fuerint, illi complere deinde noluerint: hunc ordinem tenere ſancimus, quem inchoantes,ſacram noſtram hanc conſtitutionem diximus, ita vt legalis quidem pars maneat apud eos pura talib. reliqua verò veniat ſm viam à nobis nunc apertam in talibus:maximè qm in ipſa de iure patronatus poſita à nobis conſtitutione,ad ſimilitudinem pene ingenuorum etiam libertinitates ordinauimus. Quia verò duplex eſt teſtamentorum modus, aut in non ſcriptam voluntatem: hæc omnia obtinere ſimiliter & ſecundum antiquam obſeruationem & non in ſcriptis teſtamentis,& in omni vltima volũtate ſancimus, & in omni perſona ſiue priuata ſiue militari,ſiue ſacerdotali, ſiue imperiali, ſiue alterius cuiuſliber. Communem namq; omnibus hominibus hanc legem ponimus. Hæc nos,vti communiter oĩbus proſint hominibus, ſcripſimus, quatenus & viuentes relictis potiantur,& deficientes cum ſecuritate moriantur: ſcientes, quia lex eis etiam ſepultis miniſtrabit: & quæcunq; illi diſpoſuerint,ad effectum ipſa perducet. Quamobrem, quoniam communis hæc vtilitas omnibus eſt hominibus,fiant quidẽ à tua eminentia hinc præcepta cunctis declarantia legis virtutem: dirigantur autem & per prouincias in omnibus gentibus,quæ dudum fuerunt. & nunc a Deo per nos ſunt adiectæ principatui Romanorũ. Metropolitani vero iudices hæc ſumentes(ſicut dudum ſancitum à nobis eſt)vnicuique dirigant ciuitati: nulluſq; manebit non audiens legem,quę neq; in paupertate viuere,neque mori in anxietate permittit.

CAPITVLVM. XIII.

In hoc authentico, quod eſt prima conſtitutio huius voluminis;duo continentur capita, vnum de inobedientia hæredis; alterum de inuentario. Diſcrepat vnum ab altero,quod primum tantum locum habet quando teſtator expreſſim iniunxit hęredi aliquid facere,vel præſtate; Adhoc de inuentario ſancitum eſt in quolibet hęrede, vt ſcilicet priuetur Falcidia; atque etiam de ſuo teneatur legatarijs, ſi non fecerit inuen-
1 tarium; † Quod olim non erat. Ex primo capite huius authentici deſumpta eſt authen. hoc amplius. C.de fideicom. ex ſecundo capite,quod incipit in §.hinc nobis.deſumpta eſt auth.ſed cum teſtator.C.ad l.Falc. Scire expedit ꝙ pleręq; leges Digeſtorum, & Codicis, Latino ſeu Romano ſermone, non Pæno,non Arabico,neq; alio quolibet ſunt conſcriptę; exceptis quibuſdam quæ Græco idiomate ſunt compoſitæ, pręſertim in Infortiato. Nec mirum,quãdoquidem in Italię ſinu,& ulnis, Latiũ,& Roma reſidet,vnde ius omne noſtrũ à legibus decem viralibus,ſeu 12.tab. (anni ſunt bis mille, & vl-

tra)ſumpſit exordium,atq; ad hæc vſque tempora, quaſi iure
hæreditario,rediuiuaque propagine fuit deuolutum. Paula-
tim verò labeſcente Romano Imperio, priſcus ille nitor Ro-
manæ eloquẽtiæ deturpatus eſt. Barbaris vndiq; irruentibus,
atque irreuerenter Deo,hominibuſq; inſultantibus. Sic por-
rò irrequietus rerum humanarum ſtatus,& naturæ lex vult;
vt quæcunque res ſuum culmen attigerit, tandem concidat,
& ad nihilum reuertatur. Sub exitu Iuſtiniani Principis,cum
2 non ſemel † antea gentes Barbaricæ irrupiſſent tanto impe-
tu,& voracitate: vt vel ſolo anhelitu,oculorumq; toruitate
ſaluberrimum Italiæ clima, & ſidera, & ſolem inficerent, &
contaminarent; Romanus ſermo, & eloquium varijs veluti
germinibus, idiomatumque interpolis fuit commixtum, &
adulteratum;non ſecus ac ſi quis limpidiſſimas currentis Flu-
minis vndas,cœno paluſtri obuolueret, aut fœdaret. A pri-
mordio mundi propter nefanda ſcelera,omnes homines, &
animantia diluuio ſunt abſorpta, vix Noe (præſidio arcæ) &
vxore cum tribus filijs, & totidem nuribus cataclyſmum ef-
fugientibus, Geneſ.8. Ex quibus octo, ceſſante diluuio,cum
rurſus numeroſa ſoboles & progenies, vniuerſos propè ter-
ræ angulos oppleuiſſet, omne iterum facinus irrepſit, la-
ſciuia, ſuperbia, vaniloquentia, temeritas, luxuria, domi-
nandique libido: adeò vt pauci, quorum Princeps robu-
3 ſtiſſimus Nembroth, † cœlum ipſum aggredi auſi fuerint,
turrim conſtruentes, quæ ad cœli ſydera, firmamentumque
que pertingeret: Quos conatus Deus Optimus Maximus fa-
cillimè ſubuertit: &, cum eſſet terra labij vnius, ut Gen. ait.
diuiſit linguas & ſermones, vt ſe inuicem blaterantes non
intelligerent ſtructores,& operarij: Argumentum profecto
euidens quod Deus omnipotens, vbi aliquandiu moratus
eſt, ferociam noſtram vno oculi intuitu diſſipat & confrin-
git: non iaculis, non enſibus, non tormentis bellicis: ſed
plerumque mentium noſtrarum abalienatione, ac ſenſuum
torpore inſanabili, membrorumque noſtrorum in noſmet
ipſos conſpiratione. Sic porrò factum crediderim, ut pa-
cem, humanitatem, pietatem, religionem aſpernantibus
4 Romanis, † tot Barbarorum, exterarumque gentium col-
luuies, eos penitus adobruerit, & conculcauerit. Quo quę-
ſo, abijt virtus illa animorum? Quo corporum robur, &
virago? Quis metus? Quæ fides? Quæ religio? Imperante
Auguſto,voluit vnigenitus Dei filius mortalitatem noſtram
5 induere,† vt ſub tranquilliſſimo Principe,vniuerſo terrarum
orbe tranquillè degente, vnuſquiſque Chriſti Redemptoris
noſtri exemplum, & monita ſequeretur, ſub ipſius vexillo
alacriter dimicans, & mortis triumphatæ ſecum lauream,
militia expleta, in cœlum ferens. Iam verò ſi ſub Tyberio,
ſub Caligula, ſub Nerone, ſub Domitiano, truculentiora,
inſaniora, quam priorum temporum.ſi addi poteſt: flagitia,
cędes, mortes, ſacrilegia, perſecutiones emerſere? ſi nec
poſt Conſtantinum, diuino ſpiritu verè afflatum poſteriores
multi Principes reuerentiores, aut religioſiores extitere:
quid mirum ſi tot excidia, ſubuerſiones, opprobria, vaſta-
tiones pulcherrimum Romani orbis caput, & faciem com-
macularunt? Plebiſcita, Iura, ſanctiones contaminarunt?
Latinam puritatem, & eloquium commiſcuerunt? Huius
6 rei experimentum facile ſumi poteſt. † Quippe multa ſunt
latina verba quamſimillima ſermoni noſtro Italico,quo paſ
ſim omnes Itali vtuntur. Nonnulla quoque verba Græca-
nica vſurpat noſter iſte ſermo vernaculus, & communis in
Italia. Non pauca rurſus ſunt ex idiomate Gothico, Van-
dalico, Longobardico in noſtrum ſermonem tranſducta,&
7 coagmentata, in quibuſdam ſaltem ſyllabis. † Quod ſi ſu-
mas ſermonem Anglicum, uel Germanicum, non tanta
conformitas, aut deriuatio comperietur. Maiorem con-
formitatem proculdubio comperies inter ſermonem lati-
num, cuius iſte noſter eſt ſuccedaneus, & Græcum, vel He-
braicum, quaſi hæ tres linguæ ſemper obtinuerint prima-
tum, gloſſa in §.alienationis, infra de non alienan. aut per-
mut. Nam & Pilatus Cruci ſalutiferæ, in qua paſſus eſt Do-
minus noſter Ieſus Chriſtus, elogium ſuperſcribi his tribus
linguis voluit, Ioannis 19. Cum itaque tempore Iuſtinia-
ni lingua Latina fuiſſet deprauata, cumque Imperii Regia
& ſedes Conſtantinopolim fuiſſet tranſlata, crebrior erat,
& communior lingua Græca: Quod ore proprio teſtatur
ipſemet Iuſtinianus in dicto §.alienationis & in § ſed no-
ſtra. Inſtitu. de ſucceſſ. libertorum. Quocirca non eſt hæ-
ſitandum quod conſtitutiones huius voluminis Gręca phra-
ſi ſunt compoſitæ, præſertim cum Tribonianus,(qui om-
ne ius, quod præ manibus habemus, permiſſu Iuſtiniani
concinnauit) fuerit Græcus patumque venuſtus & exer-
citatus in lingua, & moribus Romanorum: Quæ ſanè in-
ſcitia miras tenebras ſæpe offundit, & errores inextricabi-
les. Mortuo Iuſtiniano, maiorem adhuc cladem paſſus

8 eſt Romanus ſtatus: cum volumina iuris noſtri, † vel quod
fatale id fuerit: vel quod Longobardorum leges fuerint in-
truſæ, diutiſſimè in tenebris, & puluere delituerint. Anno.n.
paulo vltra centeſimum (licet Paul. de Caſt. in l. ſed & ſi ſuſce
perit. ff. de indi. citius dicat) libri Digeſtorum, & Codicis fue-
rint reperti, atq; a ſitu, tenebriſq; uindicati: Quos primus Ir-
nerius Bononię iuſſu Reginæ Mathildæ, cordatiſſimæ mulie
9 ris, interpretati cępit, & glo. illuſtrare: † Nec non ex hoc volu
mine Autbenticorum, membra, & clauſulas (hodie vocant
Autbenticas) decerpſit, & tranſtulit in Codicem, vbi opina-
tus eſt iura Codicis corrigi, vel ſuppleri. Vnde vetus inualuit
opinio, quod ipſemet Irnerius hoc volumen è Gręco in La-
tinum verterit. Nec deſunt, qui id aſcribant Bulgaro: cuius
domus erat tanquàm Aſylũ literatorum, pręcipue iuriſconſ.
Bononiæ. Nam eum inſignis aliqua dubitatio contingebat:
trutinæ, & cenſurę illorum iuriſconſul. ſubiciebatur: ut re
exactius perſpecta, & argumentis vtrinque deductis prome-
retur vltima determinatio ſeu res iudicata: Et poſtea dice-
10 bant, ita obtinuit in curia † Bulgari. gl in auth. hoc locum. C.
ſi ſecundo nupſerit mulier. Huius Bulgari ęmulus, & contẽ-
poraneus fuit Martinus (neſcio an is fuerit, quem Accurſius
infra de inceſtis nuptijs appellat conciuem ſuum Florentinũ)
qui, ut refert idem Accurſius in l bene à Zenone. C. de quad.
præſcr. in Comitijs apud Roncaliam Friderici primi Impe-
11 ratoris, † reſpõdit vel odio, vel timore, inquit Accurſius, om
nia licere Imperatori, Bulgarus contrarium reſpondit, & ve-
rum reſpondit. Qualiſcunque fuerit huius voluminis trãſla-
tor, & interpres latinus, parum curandum eſt: Satis eſt ꝙ ver-
ba, & clauſulæ à præceptis, & candore latinitatis lõge abſunt;
Et ſenſum non ex verborum ſtructura, & proprietate, ſed po
tius ex terminis, & regulis iuris, citra, vel contra verborũ uim
iudicij moderamine plerunq; aucupamur. Quæ res impulit
12 Gregorium Holoandrum, † virum multigenæ eruditionis, vt
elegantiore ſtilo, ſenſuq; apertiore tranſtulerit, minus quàm
poſſibile ſit recedens à veteri hac tranſlatione prout non ſe-
mel experimentum fecimus.

De hæredibus.) Hoc verbo comprehenditur 1. pars conſti
tutionis, in qua multa de nouo ſancit Iuſtinianus, ꝙ hæres
inobediens repellatur: quod ſubſtitutio vulgaris, itemq; ius
accreſcendi locum habeat poſt aditionem: quod legata de-
beantur cum aditione hęredis, vel ſine: quod lis, & ſolutio
vltra annũ non protrahatur: quæ oĩa, & alia antea non erant.

Et Falcidia.) Hoc verbo comprehenditur ſecunda pars; in
qua pariter multa de nouo ſanciuntur, quæ antea non erant:
quod hęres non faciens inuentarium perdat Falcidiam: Item
ſoluat legata de ſuo: quod Falcidia poſſit prohiberi: quod
vni ſoluens omnibus ſoluere cogatur. Quod annus non trã-
ſcendatur: quod nulla ætatis, ſexus dignitatis differentia ha-
beatur. Deniq; ſcias ꝙ hæc conſtitutio in vtraq; parte, ſeu ca
pite loquitur principaliter contra hęredẽ, cum alioquin lex
13 vltima. C. de iu. delib. loquatur in fauorem † hęredis.

Legata.) ergo circa creditores, ſeu ęs alienũ nihil de nouo
hic ſancitur. Quod & indicat verbũ, Hęredib. Forte nec cir-
ca fideicommiſſarium vniuerſalem: Quod facit pro opinio-
ne eorum, qui tenent, Trebellianicam non amitti ob omiſ-
ſionem inuentarij: de quo in §. ſancimus. & §. ſi vero non fe-
cerit. Sed dico circa fideicommiſſarium aliquid hic innoua-
14 ri, ꝙ adeat per ſemetipſum; † ꝙ Trebellianicam amittat, ꝙ
citetur ad inuentarium.

Nunc primum.) perperam vertit Irnerius, aut quiuis alius.
Ideo glo. & Ang. ariolamenta ſibi confingunt, propter Hiſto
riæ ignorationem: quam libenter mutuatur à Liuio, Plutar-
cho, vt etiam aduertit Contius hic, ſcindente totã hanc con-
ſtitutionem in quatuor capita: & probante eam paucis dieb.
poſt compilationem Codicis exiiſſe, anno circiter DC ab. V.
15 C. Carthaginienſes fuerunt penitus deleti, & † deuicti à Ro-
manis. Antequàm vrbs ipſa Carthago excidio, & flãmis ſub-
uerteretur; & ſimul cum ea, vniuerſa Africa in ditionem Ro
manorum veniret: grauis altercatio extitit in ſenatu, an Car-
thago eſſet penitus diruenda. Diſſuadebat id Scipio Naſica;
ob eam præcipuè rationem: quam ſinguli Principes, & rerũ-
publicarum moderatores ſemper ſculptam in pectore geſta-
re deberent; quod militib. & iuuenibus Romanis præ nimio
faſtu, & rerũ omnium opulentia nihil timentibus; malum, &
perniciẽ domeſticam Inteſtinãq; ſibi ipſis accerſerent. Quip-
pe naturæ humanæ temeritas, & petulãtia ita fert; vt quo pro-
ſperiore ſtatu quis vtitur & uiuit, eo liberius in ſeipſum, &
amicos, & conſanguineos debacchetur; Nullibi humanũ in-
genium conſiſtere poteſt. Ruit pręceps in inſidias, in petulan
tiam; &, ſi non habet exteram vim, & hoſtes, quibus cũ cer-
tet; luxu, ocioq; diffluit, & animoſior atque inſolentior do-
mi fit. Cato contra grauiſſime diſſertauit, & miſſus Carthagi-
16 nem, † cum animos Carthaginenſium, vt biſque præſtantiam
formidoloſumque aſpectum perhorruiſſet, ficus recentes in
ſenatum attulit, dicens. Naſcũtur hæ ficus in ſolo, ex quo huc
in triduo commeari poteſt. Capto igitur conſilio Catonis,
Scipio iunior miſſus eſt, qui obſidione ſex dierum, vrbem ce
pit, eamque incendio ſedecim dierum ſolo æquauit. Fertur,
cum eques circumambularet, miſeratione motum dixiſſe ti-
mere ſe, ne quando Romæ ob nimiam fęlicitatem talis exi-
tus contingeret, ciuibus iam non habentibus eum quo con-
grediantur, arma in ſe ipſos verſuris. Si Irnerius, vel Angelus
huius Hiſtoriæ, quæ tamen notiſſima ſemper fuit, cognitio-
nẽ habuiſſet, uel refragante textu ipſo, non tot uerba, & ario
lamenta hic effudiſſet. Voluit dicere Iuſtinianus, ꝙ licet poſt
iſtam euerſionem Carthaginis, & toties Africæ dominatio-
nem penes Romanos; poſtea deſciuerint à Romano Imperio
Africani, tñ Deo adminiculante rurſus per eundẽ Iuſtinianũ
17 Imperio Romano † ſunt adiecti, ꝙ nondũ hactenus Deus cõ
ceſſit alijs Imperatoribus: Carchedonij ergo ſunt Carthagi-
nienſes, vt vertit Holoander, à Carchedone ciuitate: qua diru
ta, vrbs Carthago primatũ obtinuit: Vandali ſunt gens ſepten
trionalis Europæ. Mauri, ſunt gens verſus Gades: Vbi Hercu-
les (vt fama eſt) poſuit colũnas: vltra quas nulli mortaliũ pro-
dire, aut nauigare liceret. Quod ętate pręterita ex multorum
nauigatione falſum compertum eſt. Vnde inuictiſſimus Ca-
18 rolus V. in ſuo † inſigni elogium poſuit, Plus vltra.

Iuuantia.) nã leges ſunt ponendæ ad cõe bonum: ut oĩbus
indiſtinctè ſuum præbeant auxiliũ abſque ulla impetratione,
vel reſcripto: Vnde dici ſolet, fruſtra precibus impetrarĩ, quod
iure communi fuit inductum. l. vnica. C. de theſauris. lib. 10. l.
1. C. de iu. delib. Proinde & inuentarium præterquam in Gal
lia ſine Principis impetratione valet.

Qui tranſmittẽtes &c.) nec uerba, nec ſtructura cõgruunt.
Melius ſtaret, Quod pro, qui verbum. Tranſmittentes. Intel-
ligitur de ipſis morientibus, qui relinquunt aliquid dandum
19 vel faciendum † per hæredes. Notat Ange. glo. hic, ꝙ legata
præſtantur ſiue adeatur ex teſtamento, ſiue non: quamuis ſit
regula, hærede non adeunte legata intercidunt. l. eam quam.
C. de fideic. gl. in l. qui filio. § 1 ff. de hęre. inſti.

Reparare.) argumentum optimũ ꝙ priuilegia, inſtrumen-
ta antiqua poſſunt peti renouari, quo perennis ſit probatio:
20 Ideo ſi creditor, debitorue petat † renouationem, audientur:
Ille, vt creditum probet: Iſte, vt probet ſolutionem, ne bis ſol
uere cogatur. glo. in l. 2. C. de diſcuſ. lib. 10. Accurſius, Barto.
Ange. facit, quia quod ſibi non nocet, & mihi prodeſt, de-
bes indulgere. l. in creditore. ff. de euictionibus. Item proba-
tionum copia, & facultas non eſt anguſtanda. l. quoniam.
C. de hæreticis.

Quartam partem.) quæ vulgò appellatur legitima. Quæ nõ
omnibus, quantumuis agnatis, & affinibus, & benemerentib.
ſed quibuſdam tantum debetur. Sunt aũt hi fermè vt in tex-
tu cum glo. liberi parentes, frater & ſoror, patronus, liberis
quidem & parentibus debetur legitima: non omnibus, ſed
21 qui gradu ſunt proximiores: † Nam ſi eſt filius, non debetĩ ne-
poti; Si eſt pater, non debetur auo, vel auiæ. §. cũ igitur. Inſtit.
de hęre. quę ab inteſt. defer. auth. defuncto. C. ad Tertullianũ.
Fratri ſororiue non ſemper debetur, ſed eo tantum caſu, quo
ſcriptus hæres eſt turpis, & probroſus; alioquin, ſi ſit illæſæ fa
mæ, & conditionis, non poterunt impugnare teſtm̃, vt in glo.
per l fratres. C. de inoffi. teſt. Patrono quoq; non ſemper de-
betur, ſed ita demũ ſi libertus liberos non relinquat § ſed no
ſtra. Inſti. de ſuc. liber. Hæc aũt legitima olim in patrono erat
dimidia, hodie tertia tantũ pars. d. §. ſed noſtra. Item in liberis
erat quarta ad ſimilitudinem Falcidię: hodiè triens, vel ſemis
22 ſm numerũ liberorũ, vt infra de triente & ſemiſſe. † Quid in
arrogato? Quid in patre? Quid in fratre, eo caſu quo hæres in
teſtamẽto fraterno, vel ſororio, eſt turpis & probroſus? Quo
ad arrogatum gl. hic, & expreſſius in §. cum aũt. Inſt. de adop.
videtur ſentire quartã non eſſe auctã, veluti nec in fratre. In
patre matreue pleriqne aſſerunt auctam eſſe. glo. in §. 1. infra
de triente & ſemiſſe. Vnde extracta eſt auth. nouiſſima. C. de
inoff. teſta. vbi pariter glo. Bart. Bal. Auge. Saly. Pau. Iaſ. & alij
multi. Quamuis diſputando tenerem ſolummodo in liberis
auctam eſſe hodiè legitimam. Excepta autem legitima, reſi-
duum bonorum poteſt transferri in quemcunq; etiã prorſus
23 extraneum & immerentem. l. parentibus. C. de inoffi. teſt. l. 1.
vbi glo. Bar. Bal. & Pau. C. de inoffi. dona. l. hac edictali. C. de
ſecun. nupt. & ſupra ſæpe dictum eſt. Si ergo pater relinquat
filio vltra legitimam, quæ hodie eſt triens vel ſemis, dicitur
relinquere ex liberalitate non ex neceſſitate. Quo ſit contra
* communem * ſententiam, de qua in l. iubemus. C. ad Trebel-
lianum. ut Trebellianica poſſit prohiberi etiam in filijs pri-
mi gradus. Nam ſi potuit pater, dando cohæredem, au-
ferre filio iure directo omnia præter legitimam. l. parenti-
bus. C. de inofficio. teſtamen. l. Papinianus. §. quarta. ff. de
inoff.

inoff.teſt. cur non etiam per obliquum, grauando eum vt re-
ſtituat hęreditatem? Et hanc opinionē pro vera, & indubita-
ta habeo ſm terminos iuris ciuilis circumſcripto communi
vſu iudiciorum, & æquitate iuris canonici, à qua nō temerè
recederetur. c. Ray. & c. Raynal. de teſta. Item non omnibus li
24 beris, parentibuſque debetur legitima, ſed iis duntaxat: † qui
ſunt ex legitimo matrimonio: non ergo ſpurijs, nec inceſtuo-
ſis, nec patribus eorum inuicem: Dixi, patribus, quia reſpectu
matris, vitium natiuitatis non eſt ita præiudiciale auth. licèt.
C. de natu. libe. l. ſi qua illuſtris C. ad ſenatuſc. Orfic. l. ſi ſuſpe-
cta. §. 1. ff. de inoff. teſta. gl. in l. 1. & ibi Bar. ff. de bo. poſ. contra
tab. ſupra in effectu 98. latius dicam in meo Conſtantino.
Secundum ipſam naturam) ſi ſecundum naturam debetur
legitima filio, ergo per ſtatutum non poteſt adimi, minuiue:
25 quia ius, & vinculum † naturæ eſt inuariabile. l. eas. ff. de cap.
dimin. l. eum ratio. ff. de bon. dam. contrarium tenuit Dyn. in
c. indultum. de reg. iu. lib. 6. quem refert, & ſequitur Ang. Iac.
de Belui. quem refert Bar. tenet minui quidem poſſe legitimā
per ſtatutum, ſed non in totum auferri: ob id quia legitima
eſt loco alimentorum, Cy. & alij in l. ſancimus. C. de nup. Ali-
menta autem denegare eſt hominem necare. l. necare. ff. de
lib. agno. Quę argumentatio non procederet, ſi filius aliunde
eſſet locuples. Vide plenius de hoc articulo per Bart. & Imo.
in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demon. per
Barba. & Guliel. Bened. in c. Ray. de teſta.
Filiis & nepotibus) nepotibus ita demum debetʳ legitima,
26 ſi filiis eorum pater de medio † tollatur: Enimuerò ſi ſuper-
ſtes ſit tempore quo pater moritur: in nihilo ſuccedunt ne-
potes. l. ſi quis filio exhæredato. ff. de iniuſto rupto. ſi tamen
filius præmoriatur patri: quia nepos ſuccedit in locum ipſius,
rumperet teſtamentum natus, vel naſciturus: niſi reperiret ſe
inſtitutum l. Gallus. ff. de lib. & poſth. ſin autem nepotes con
currant cum patruo, ideſt alio filio teſtatoris, non minus ipſis
quam filio i. patruo debetur legitima, quamuis ſint in gradu
vlteriore. §. cum filius. Inſtit. de hęre. quæ ab inteſta deferun-
tur. Quid ergo ſi eſt vnus filius; ex alio filio ſunt tres nepotes:
ex alio duo plures? An ſuccedent in ſtirpes: & an cum om-
nes ſimul ſunt ultra quatuor, ferent trientem, vel ſemiſſem?
In ſtirpes quidem non in capita ſuccedent, quoties de auita,
vel proauita hæreditate agitur, dicto §. cum filius. & §. vlt. An
vero computetur triens, vel ſemis ex numero eorum, an ve-
ro ex perſona genitorum, vide Salyce. & Giochum in dicta
authen. nouiſſima.
Et patribus atq; matrib.) Mater olim ſuccedebat ſi nō eſſet
pater. §. præferuntur. Inſt. de S. C. Tertul. Hodie ſimul admit
titur cum patre, i. marito ſuo, tam ab inteſtato, quàm contra
27 teſtamentum, † auth. defuncto. C. ad Tertul.
Interdum) ob id, quia ſi ſcriptus hæres nō laborat infamia,
teſtamētum eſt inexpugnabile: Quod non eſt in liberis, & pa
rentibus: Nam qualiſcunq; ſit hęres inſtitutus, nunquam au-
feret legitimam. Sed vt in hoc eſt deterior conditio fratris,
ſororiſue; ita in alio potior eſt: nam ſi filius inſtituatur in mi-
nore portione quàm ſit legitima, non rumpit teſtm̄ per que-
relam: ſed agit tantum † ad ſupplementum. l. omnimodo. C.
28 de inoff. teſt. At frater præteritus vel inſtitutus in minore por
tione, rumpit in totum teſtamentum, & omnia aufert pro-
broſo hæredi. l. Pantonius. ff. ſi a parente quis fuer. manu. Bar.
Quod an ſit verum vide per Iaſ. poſt multos, quos refert in l.
fratres. C. de inoffic. teſtam. per Curtium & Cagnolum in l. 1.
ff. de inoffi. teſtamen.
Neceſſitas) ſi quis non habeat aliquē ex prędictis, cui de-
beat ex neceſſitate, poteſt ad libitum in quemcunq; trāſferre
omnia ſua, per regulam vulgariſſimam, quilibet poteſt facere
de ſuo quod vult, tam inter viuos quam in ultima uoluntate
l. 1. C. de ſacroſan. eccl. Sed nec prædictis perſonis tenetur ui-
uens aſſignare legitimam. l. 1. §. impuberi. ff. de collat. bono.
Quid ergo ſi dum viuit, alienet, conſumat, diſſipet! poteſt hoc
facere lege permittente. glo. in l. 1. C. de inoffi. dona. In tantū
29 vt nec filius filiaue poſſint patrem diſſipantem † prohibere,
niſi eſſent bona quę pater eis quandoque relinquere rogatus
eſſet. l. Imperator, & ibi Bar. & alij. ff. ad Treb. Videramē Bar.
in l. 2. ff. ſi a par. quis fuer. manumiſ. Pau. & Iaſ. in auth. unde ſi
parens. C. de inoff. teſta. & quæ ſupra in tract. ſunt expoſita.
Ad quoſcunq;) dummodo, inquit glo. non ſint prohibiti;
Quales ſunt octo, vel nouem, per glo. in §. legari. Inſti. de leg.
nam omnia cenſentur permiſſa, niſi reperiantur prohibita. l.
ſtatuas. C. de relig. & omnes cenſentur habiles, niſi probētur
inhabiles. l. necnon §. quod eis. ff. ex qui. cau. malo. Quocirca
30 & prorſus † extraneus, & ignotus, & alibi degens, inſtitui hę-
res poterit etiam extra limites Romani Imperij, Bal. & alij in
l. 2. C. quemad. teſta. aper. l. 2. C. de eunuchis. niſi extaret ſtatu
tum ne alienigena poſſet acquirere bona ſita in aliquo terri-
torio, finge, extat ſtatutum, ne immobilia territorij Vrucen-
tini in extraneum transferantur: Si in hæreditate ſint bona
mixta, hoc eſt partim prohibita, partim permiſſa alienari; hę-
res capiet permiſſa; ab alijs repelletur, contra regulam com-
munem, quæ eſt, Nemo poteſt pro parte teſtatus, & pro par-
te inteſtatus decedere. l. ius noſtrum. ff. de regu. iuris Paulus,
Curt. Mand. in l. exigere. ff. de iudic. Diximus in centeſimo
effectu inuentarij.
Diſpoſuerit) Quid ſi onus iniungatur hęredi, non fideicō-
miſſario nec legatario: An hęrede recuſante, & ob id expul-
ſo ab hęreditate, ipſi implebunt? Quod magis eſt, quia ſucce-
dunt tanq̄ hæredes, i. in onere & in honore; cuius etiam rei
31 † præſtant cautionem, vt infra. Ante hanc conſtitutionem
ſecus erat, maximè in legatario. l. Imperator. de leg. 2
Complere) niſi ꝙ inquit glo. legatarius, & fideicommiſſa-
rius non detrahunt Falcidiam; Hæres detrahit, ſi faciat inuen
tarium. l. lex Falcidia. §. nunquam. ff. ad l. Falc. l. 1. C. commu-
nia de legatis. Sed cum per hanc conſtitutionem fiant hære-
32 des, cur non vtuntur iure, & prærogatiua † hæredis, in cuius
locum ſuccedunt: maximè ſi inuentarium extet? Certè ſi hæ
res eis gratificari voluerit, habebunt Falcidiam quaſi ex largi-
tione hæredis. l. 1. §. inde Neratius. & ibi glo. & Bar. ff. ad ſena-
tuſconſul. Trebellianum. At quod ex propria perſona detra-
hāt Falcidiam, vel Trebellianicam citra iuſſum defuncti, vel
hæredis, nulla lege cauetur: quamuis adducatur tex. in l. pœ-
nales. §. vlt. ff. ad l. Falcidiam. Hæc tamen quęſtio, ut puto, pen
det ab hoc an ſi legatarius ſuccedat ſine inuentario, uel ſuo,
vel alterius, teneatur vltra vires, ad inſtar hæredis, vel fidei-
commiſſarij uniuerſalis. ſi enim tenetur de ſuo ultra uires nō
33 facto inuentario, & ſic † ſolida præſtat legata, cur non etiam
detrahit falcidiam ubi extat inuentarium? Aut igitur vtrun-
que faciendum, aut vtrunque negandum. Sed nego legata-
rium, vel alium ſuccedentem iure ſpeciali huius conſtitutio-
nis teneri facere inuentarium, quia tantum ille tenetur, qui
vt hæres ſuccedit de iure communi. Bald. & alij in l. ſi arroga-
tor. ff. de adop. & ſæpe in tract. dictum eſt. Caue tamen, nam
licet non teneatur facere inuentarium quantum ad hoc, ut
non ſoluat de ſuo, tenetur tamen quantum ad id quod eſt in
bonis, veluti curator bonorum vel ventris, vel hęreditatis.
Item veluti executor, vſufructuarius, & ſimiles. l. 1. ff. de cur.
bo. dan. l. 1. §. penul. ff. de ventre in poſſ. mi. Alexand. conſil. 58.
lib. 3. Plotus in l. ſi quando. C. vnde vi. Arius Pinellus in l. 1.
C. de bon. mater.
Legitimum ſit) quod ſemper, inquit gl. præſumetʳ, niſi con-
trarium probetur. Ergo teſtamentum ſemper præſumetur ſo-
34 lenne, & omni iure vallatum, niſi liquido † vitiū probetur l. ſi
poſt diuiſionē C. de iur. & fac. ign. Hinc eſt quod ſcriptus hę-
res mittitur confeſtim in poſſeſſionē, niſi cōtradictoris, vel iu-
dex ex prima viſione deprehendat abraſuras, vel aliū defectū
viſibilem teſtamenti. l. vlt. C. de edi. diui Adria. Bar.
Demonſtrat.) rectius demonſtret. Ex quo nota vnū ſingu-
lare ſm gl. & Bar. quod vbi lex implet factū iniunctū hæredi,
35 excuſatur † hęres à pęna; quaſi lex mandato hęredis, volun-
tatem teſtatoris impleuerit. l. vlt. & ibi Bal. ſubtiliter. C. ſi quā.
ita fuer. alie. Exemplum in libertate: licet enim hæres illā non
præſtet ex forma, & iuſſione teſtantis, intra modū, & tēpus
præfixū, tamen lex illā repræſentat. l. cum uero. & ll. ſeq. ff. de
fideicom. libe. Quod etiam tangit gl. in auth. hoc amplius.
Dum competat) glo. & Ang. intelligunt ꝙ ita demū hæres
tanq̄ moroſus priuetur quando relictum erat purum, & ſim-
plex: ſecus ſi fuiſſet in diē, vel conditionale; quia ante diē, vel
36 conditionē † hęres non eſt in mora, nec a iudice moueri de-
bet. l. cedere. ff. de verb. ſig. §. in nouiſſimo. C. de cad. tol.
Ex decreto iudicis.) quod eſt quaſi interlocutoria quędā,
per quam hęres monetur vt ſatisfaciat: Quod intellige poſtq̄
adiuit, vt infra. §. illud. Item, vt prædixi, qn̄ relictū præſtandū
ab hærede eſt purū, & ſimplex. Item quando hęres fatetur re
lictū, vel ſaltē non inficiatur: Alioquin ſi inficiaretur; neceſſe
37 haberet legatarius, vel quiuis alius † honoratus probare: q̄uis
hæres non poſſet vltra annū litem protrahere, à die litis con-
teſtate. d. §. illud. Bal. autem, & Raph. & Cor. in auth. hoc am-
plius. C. de fideic. dicunt, ꝙ vbi hæres fatetur relictum, poteſt
etiam ferri diffinitiua: Quo omnis lis, & contentio citius fi-
niatur. l. properandum. C. de iudi.
Admonitus.) ſed an ſemel vel bis? & an per iudicem vel per
38 nuntium? glo. dicit † vnicam ſufficere admonitionem cum
lapſu anni: dum tamē prędicta tria interueniant: quod hæres
adiuerit, quod relictum ſit purum: quod non negauerit reli-
ctum. Fallit in relicto ad pias cauſas. §. ſin autem legatum. in-
fra de eccl. titulis. quia tunc ſufficiet bina monitio ſine anni
expectatione: Vnde notabiliter, infert Angelus, quod ſi iudex
præfigat terminum actori, intra quem agat, l. unica. C. ut
nemo inuitus agere uel accu. cog. in l. diffamari. C. de ingen.
manumi. nunquam actor iure ſuo priuabitur, niſi ſaltem

bis monitus fuerit. Quod an verum ſit, vide per Romanum
in l. quandiu.ff de aeq. hæred. Capie. deciſ. 205. Quo ad aliud
de iudice vel nuntio, gl. in §. initium infra ſentit ꝙ hæres con-
39 ſtituetur in mora ſiue ore iudicis, ſiue etiam † per nuntium
& apparitorem fuerit monitus. Quod Bar. hic videtur admit
tere & clarius Bal. Saly. & Corn. in auth hoc amplius. Ang. ve
ro hic & in d. auth & Pau. & Iaſ. ibidem, tenent, requiri mo-
nitionem iudicis, quaſi hæc ſit ſententia diffinitiua, quæ in
abſentia ferri nequeat, ex traditis in auth., qua in prouincia.
C. quomodo, & quando iudex.

Qui neceſſario.) Ex verbis generalibus huius tex. liquet ꝙ
non tantum filius non perdit legitimam propter inobedien-
40 tiam; ſed nec pater, materve, nec frater, nec † patronus; de
quibus omnibus cõiunctim ſuprà fuit dictum. Quod verum
poteſt eſſe confecto ſolenni inuentario; Cæterum ſi non ex-
tet inuentarium; non video, excepto filio, quo pacto alij ſint
excuſandi; cum & de ſuo teneantur vltra vires, non ſolum
creditoribus; ſed etiam legatarijs §. ſi vero non fecerit, infra.
Nec obſtat quod iſte textus nondum loquatur de inuẽtario;
quia tractatio ſubſequens inuentarij in § hinc nobis, eſt refe
renda ad hunc. § cum præcedentia declarent ſequentia: &
ſequentia referantur ad præcedentia glo. in l. quoties. C. fam.
erciſ. præſertim quia Iuſtinianus quando cõpoſuit hanc con
ſtitutionem: vna meditatione duo capita mixtim concepit,
41 Vnum de † inobedientia hic, alterum de omiſſione inuenta-
rij, ibi. Et hoc etiam ſenſim innuit glo. in ver. auferri, dum op
ponit quod quemadmodum filius, id eſt ſuus hæres, perdit
Falcidiam ex omiſſione inuentarij, ita ex inobedientia, & cõ-
temptu volũtatis paternæ deberet amittere legitimam. Per-
pende ſubtiliter (ò mirum ingenium, & perſpicaciam glo. id-
eſt Ioan. Azo. Accur. & aliorum) nam dum gl. includit filiũ,
vt propter inobedientiam non priuetur legitima, ergo vult
cęteros priuari, ſi non faciant inuentarium. Nec obſtat glo. in
§. ſi uero non fecerit. quę innuit nec filium, nec cęteros amit
tere legitimam ob non confectionem inuentari, quia ibi eſt
ſolus contemptus legis pręcipientis fieri inuentarium: hic le-
gis, & defuncti ſimul; Pręterquam quod dici poteſt in alijs
quam filio eſſe reprobandum; quoniam autem gl. hic eſt au-
rea, ſingularis, & indeſinenter animo, memoria, ſermoneq;
eſſet reuoluenda. collige aliquot concluſiones. I. Filius, & cę
teri ſimiles excepta legitima, ipſo iure in reſiduo propter
inobedientiam deſinunt eſſe ſui hæredes. De duobus quæri-
tur, an priuentur ipſo iure. an legitimam, qua non priuantur,
42 à ſe ipſis retineant, ſeu † percipiant. Quo ad primum, Ange.
hic, & Pau in auth. hoc amplius, exigunt ſententiam priuati-
* uam. Communis * opinio eſt cum gl. hic, vt per Cy Bart. Bal.
Saly. & Corn in eadem auth. hoc amplius ſufficiet ergo ſen-
tentia declaratoria, ad inſtar excuſſionis aduerſus reum, vel
correum euidenter inopem, Bar. in auth. hoc ſi debitor. C. de
43 pigno. Quo ad † ſecundum, puto quod à ſeipſis retinebunt le
gitimam: & quia per aditionem dominium ſingularum rerũ
ſunt adepti, proinde ſibi ipſis ſoluere poſſunt ex traditis in l. j.
§. fuit quæſitum. ff ad Treb. l debitor. ff. de nego. geſt. & quia,
cui damus actionem, ei multò magis competit exceptio, ſeu
retentio l. vnica. C. etiam ob chyrogra. pecun. & quia ab ini-
tio omne onus abſceſſit à legitima. l. quoniam prioribus. C.
inoffi. teſta obſtat, quia legitima eſt quota bonorum. l. Papi-
nianus. § quarta ff. de inoffi. teſtamen. Proinde petat illam fi-
lius quaſi ſingularis ſucceſſor. l. 1. C. quorum leg. Et quia ipſo
iure deſinit eſſe hæres, & ſic cenſetur non adiuiſſe: Iam verò
ſi non adiuiſſet, utique non a ſe, ſed ab hærede acciperet. l. 1.
ff. & C. quorum legatorum. Diſtingue, aut filius adiuit, aut
non. Et, aut fecit inuentarium, aut non, quamuis ſuccedens
44 in ſola legitima, non † teneatur ad pęnas inuentarij quod fa-
cere prætermiſit, vt in 54 effectu inuentarij. II. Succedens hę
redi inobediẽti, ipſo iure hæres eſſe incipit. Contra, quia duo
inſolidum eiuſdem hæreditatis domini eſſe nequeũt. l. quod
contra. §. vni, de regu. iu. Et ſemel hæres non poteſt deſinere
eſſe hæres. §. reſtitura Inſtit. de fideicom Solutio. Dicunt om-
nes hic, & in auth. hoc amplius. contraria procedere, ubi ius
45 ciuile vlterius non progreditur; At ius ciuile † quemadmo-
dum dat hæreditatem, ita adimit & in alium transfert, prout
facit Iuſtinianus in hac conſtitutione, & dicam in §. in omni-
bus. III. Filius non faciens inuentarium, perdit debitum iure
46 inſtitutionis, † id eſt, Falcidiam. §. ſi uero non fecerit. Aduer-
te; glo. ſe reſtringit ad filium, quia habet pro indubitato ꝙ
47 cæteri omnes, quantumuis pater, uel mater, amittant † Fal-
cidiam. IIII. Filius Inobediẽs quamuis non faciat inuentariũ,
non perdit legitimam. Et hic aduerte, vt prædixi; Nam glo.
non exprimit; Attamen hoc latenter vult; quia legitima eſt
naturale debitum, ergo per hanc legem percipientem fieri
inuentarium non adimitur. In contrarium facit, quia dupli-
citer delinquit filius. V. legitima debetur filio priuſquam pa-
ter moriatur. Quod intelligit Angelus, ut pater moriens ne-
ceſſe habeat relinquere non in uita; Vnde infert Barto. poſt
Specu. de execut. ſenten. §. ſequitur. quod ſi filius committat
48 delictum, nõ cogitur † pater ſoluere legitimam. Quid, ſi filius
emancipetur? Quid ſi ingrediatur religionem? Vide Bar. poſt
Dynum in l. fi. ff de libe. agno in authen. ſi qua mulier. C. de ſa
croſanc. eccle. VI. Filius non obediens patri defuncto perdit
Falcidiam. §. & hæc quidem. ubi dicetur. VII. Filius purè re-
ſtituere grauatus non detrahit Trebellianicam. Ratio eſt q̃a
in reſiduo præter legitimam, pater liberam habet diſpoſitio-
nem. l. Papinianus. § quoniam ff. de inoffic. teſta. VIII. Filius
oneratus legatis ultra dodrantem, non detrahit Falcidiam l.
49 t §. interdum. ff. ſi cui † pluſquam per leg. Falcid. Fulgoſ. in l.
quanquam. C. ad leg. Falcid. Alexan. in l. in ratione. 1. §. quod
vulgo. ff. ad l. Falcid. quamuis aliquatenus diſſentire uideatur
Aret. conſi. 18. Herculanus in dicto § quod vulgo. Et apertiſ-
ſimè Hieronymus Gabrielius conſil 16. verum ego non re-
cederem à priore ſententia ſecundum terminos iuris ciuilis,
etiam ſi pater non prohibuerit. Et etiã ſi filius faceret inuen-
tarium per d. §. interdum. Cepha. conſi. 153 IX. Arrogatus nõ
50 detrahit quartam naturæ, & † quartam diui Pij. Aduerte,
multa ſunt implicita. Si quidem arrogatus grauetur legatis,
vel reſtituere rogetur, habeo pro indubitato quod ei ſuffi-
ciet quarta ex conſtitutione diui Pij. l. Papinianus. §. ſi quis
impubes. ff. de inoffic. teſtamen. niſi malit compenſare Falci-
diam, ſeu Trebellianicam cum hac quarta per d. §. interdum.
Sin autem velit quartam naturæ, & quartam diui Pij ſimul,
hoc videtur incognitum, & inauditum: partim, quia eſſet me
lioris conditionis quàm filius matrimonialis, qui vnica legi-
tima contentus eſſe debet. l. quoniam nouella. C. de inoffic.
teſtamen. partim, quia omnes leges dant tantum quartã per
conſtitutionem diui Pij. d. §. ſi quis impubes. § cum autem.
Inſtitu. de adopt. l. ſi arrogato ff. de adoptionibus. Sed an eli-
get vnam quartam pro alia; Et an ſaltem quarta diui Pij ſit
hodiè aucta? Et nego utrunque Diſpice tamen. X. Filius gra-
uatus reſtituere in diem detrahit duas quartas, id eſt, legiti-
51 mam, & † Trebellianicam. Finge. Pater dicit, Fili mi, volo
vt poſt tres annos reſtituas hęreditatem. Certè filius interim
detrahet legitimam: Poſt tres annos Trebellianicam. Ita gl.
hic, quæ fuit Azonis in ſumma, & in l. Papinianus. §. memi-
niſſe. ff. de inoffic. teſtamen. in l. quanquam. C. ad l. Falcidiam.
& ibi Bald. Ange Fulgo. Denique eſt communis, & receptiſ-
* ſima * opinio, adeo quod litem ſuam faceret qui contrarium
hodiè iudicaret: & dicit Iaſ. in l. filium C. fam. erc. quod hanc
glo. totus mundus ſequitur, maximè ex conſcientia iuris ca-
nonici: Idem nuperrimè dicit Gabrielius conſi 93 plurimos
vtrinque referens, & tandem reſidens in hac ſententia, ſiue
liberis, ſiue extraneis ſit reſtituẽdum: & ſiue pater prohibue-
rit, ſiue non XI. Filius rogatus reſtituere ſub conditione, de-
52 trahit legitimam, & Trebellianicam. † Hæc opinio fundatur
in l. iubemus. C. ad Trebell. vbi filius non imputat fructus in
Trebellianicam etiam ſi teſtator præceperit. Si non imputat
fructus, & conſequenter non minuitur Trebellianica per fru
ctuum perceptionem multo minus in totum prohibetur, in-
* quiunt communiter * omnes: elicientes hanc concluſionẽ,
Trebellianicam in filijs primi gradus non poſſe prohiberi.
Ego ſiue fideicommiſſum ſit purum, ſiue in diem, ſub con-
ditione ve: Et ſiue ſit prohibita Trebellianica, ſiue etiam non
prohibita, audacter defenderem ſufficere vnam quartam vl-
tra ea, quæ ſæpe dixi, arguendo de Falcidia ad Trebellianicã:
Nam filius vltra legitimam non detrahit Falcidiam prælle-
gato § interdum. ſi hoc eſt in Falcidia, idẽ erit in Trebellia-
nica ob ſimilitudinem rationis. Modo, quæ eſt ratio in Falci-
dia? Hæc ſanè, quia concurrit eodem tempore cum legiti-
ma: veluti enim in legitima ſpectatur mortis tempus. l. cum
quærunt. C. de inofficio. teſtamen. Item Falcidia. §. quantitas.
Inſtitu. de l. Falc. l. in quantitate. l. in duplicibus. l. qui fundum.
§. qui filios. cum multis ſimilibus. ff. ad leg. Falcid. cum con-
currant vno eodemque tempore, merito fit compenſatio vt
alterutra contentus eſſe debeat filius. d. §. interdum. arguen-
53 do de patrono ad filium. Pariter in Trebellianica † ſpectatur
mortis tempus, per tres textus in l. quod de bonis. §. quod
auus. ff. ad leg. Falcid. in l. ita tamen. § penult. & in l. poſtulan-
te. §. ſed & in huiuſmodi. ff. ad ſenatuſcon. Trebelli. ergo &
hic eligat filius, ſi vult Trebellianicam. Vel ſi mauult legiti-
mam utpote opulentiorem, dimittat Trebellianicam. XII. le-
gitima, & Trebellianica ſunt ſemis ſeu medietas, Bar. hic poſt
Dy. in l. ſi nero. ff. de mil. teſt. Quæ opinio, & computatio con
funditur per tex. in l. deducta. §. ante diem. ff. ad Treb. quãuis
a communi in hoc, & præcedenti articulo de duabus quar-
tis, temerè non ſit recedendum.

Accreſcere.) ſi nullus eſt ſubſtitutus: nam ſubſtitutus pręferetur coniuncto. § ſi vero inſtitutio, infra. Accur. Nota ꝙ cri

men vnius non obeſt, imo prodeſt alijs cohæredib. vnde in-
fert Bal. in auth. hoc amplius. ad plures executores, ſeu com-
miſſarios, quorum vnus ſit contumax. Facit textus in l. rem
hæreditariam. ff. de euict.

Inſtitutionis. Inſtituo tres cohæredes, primum in tribus: ſe-
cũdum in quatuor: tertium in quinq; vncijs. Primus eſt ino
bediens. portio illius, ideſt tres vnciæ ſcindentur in nouem
partes: quarum quinque feret Tertius, quatuor Secundus. q a
partes expreſſæ in inſtitutione cenſentur repetitę in ſubſtitu
tione, & in iure accreſcendi. l. 1. C. de impub. & alijs ſubſtit. l.
ſi in teſtamento, ff. de vul. & pup. Accur. Bar & Angelus, qui
colligit hic vnum ſpeciale, quod ius accreſcendi locum ha-
60 beat poſt aditionem. † Regulariter contra l. vnica. C. quando
non pet. partes. Eſt & aliud, quia per hanc legem ſubſtitutus
vulgariter admittitur poſt aditionem, gloſ. in §. ſi uero inſti-
tutio. Regulariter contra. l. poſt aditam. C. de imp. & alijs
ſubſtit. Item tertium, qui fuit hæres, deſinit eſſe propter ino-
bedientiam. item quartum, ſuccedēs in locum huius inobe-
dientis, fit hæres, quamuis non ſit cohæres, nec ſubſtitutus.
§. in omnibus, infra. Item quintũ ſuccedens inobedienti, cau
nonē pręſtat uel ſimplicem, vel fideiuſſoriam, ut ſubijcitur.

Legatarijs, & fideicommiſſarijs. ſed prius admittitur fideicō
miſſarius vniuerſalis. §. etenim. infra. Sed an propter legatũ
modicum priuabitur hæres toto? Videretur quod non, quia
de minimis non curat prætor, & quia pęna commenſuratur
delicto. Contrarium vult gl. in §. exhæredatos. Quod nota,
quia hodie pauci hæredes non priuabuntur.

Perſonarum vel rerum. Nam ſi poteſt dare fideiuſſorem, da
bit, ſin minus, quia pauper eſt, dabit cautionem, quam vulgò
appellant iuratoriam, Accur. per l. cum non facile. ff. ſi cui plu
ſquam. qui ſubdit hãc cautionem præſtari ijs, quorum interer
eſt, uel potius ſeruo publico, id eſt, tabellioni, qui poteſt no-
mine alterius acquirere & ſtipulari. l. 2. ff. rem pup. ſal. fore. Et
hæc cautio præſtatur ab initio per hunc textum, & ita refert
Paulus in auth. hoc amplius. conſuluiſſe Fran. Tigrinum, &
Bart. ex his infertur ad executores utrum debeant ſatiſdare,
vel cauere; aut enim ſunt nudi miniſtri ſine emolumēto, aut
habent emolumentum, ut hic per Bart. & in l. liberto. §. lar-
gius. ff. de ann. leg. in l. Firmio Heliodoro. §. 1. ff. quando
dies leg. cedit.

Poſt eam &c. tranſlatio Haloandrina remouet titubãtiam
gloſſæ ad uerbum, poſt eum. & ad uerbum, Legitima. Senſus
verus eſt. Quoties non eſt cohęres, nec ſubſtitutus, nec legata
rius, nec fideicommiſſarius, nec ſeruus libertate donatus, tũc
hæreditas cum ſua cautione defertur proximiori illius, qui
fuit ſcriptus hæres, & cui inobedienti, excepta legitima, reſi-
duum fuit ablatum. Quid ſi cōcurrerent proximior agnatus
defuncti, & proximior hæredis? ſic & alias in Feudis, in fidei-
commiſſis hæſitatur, vtrum proximior hæredis, uel defun-
cti præferatur. Socinus in l ſi cognatis. ff. de rebus dub. Mari.
Frec. de feudis lib. 3. q. x. Marzar. de fideicom. q. 43. quid ſi ſcri
ptus hæres non eſſet de numero eorum, cui debetur legiti-
ma, puta patruus, vel patruelis? putarem adhuc cognatũ vſq;
ad decimum gradum admitti. gl. in §. vlt. Inſti. de ſucc. cogn.
quid in vlteriore, forte in 12. vel 15 gradu? Hic ſane non ſuc-
cedit ab inteſtato, ſed excluditur per coniugē, & fiſcum. l. vn.
C. vnde uir & vxor tamen tãquam extraneus poterit admit-
ti, vt ſequitur, & forte præferetur illi, qui nullo iure ſanguinis
eſt coniunctus. l 1. ff de priu. cred.

Deinde qui poſt illam. Filius, quem inſtitui, fuit inobediēs.
Eſt patruus, eſt patruelis. Patruus ſolus admittetur tanquam
proximior, & ſic deinceps ſalua gradus prærogatiua.

Exterius venienti. qui nō ſit nominatus in teſtamento, nec
vocatus per legem ab inteſtato gloſſa tamen videtur reſtrin
gere ad extraneũ, qui petat ſibi addici propter libertates. Sed
61 & ſi nō ſint libertates, † idem erit, gl. Cy. Bal. Saly. Raph. Pau-
lus, Corneus in auth. hoc amplius, quãuis, vt prædixi, in con
curſu cognati etiam xv. gradus, iſte poſt poneretur.

62 Fiſcum. patet ex ſerie textus, ꝙ prorſus extraneus † præfer-
tur Fiſco, quicquid dicat gloſſa hic, cui refragatur alia gloſſa
in uerbo, continentur. Iacobus de Belu Bartolus, Ang. Nam
illud verum, vbi bona ſunt vacãtia. Item hoc ſpecialiter hac
lege cauetur.

Per vniuerſitatem fideicommiſſario. Fideicōmiſſarius vni-
63 uerſalis † vocatur ante ſucceſſorem ſingularē, quia eſt loco
hæredis etiam iure ueteri. l. ſicut. §. creditor. ff. quibus mod.
pignus. præcipue vero iure noſtro, inquit Iuſtinianus, ꝙ om-
nem authoritatem Pegaſiani tranſtulimus in Trebellianum.
Inſt. de fideic. hæred. ex hoc quod fideicommiſſarius vniuer
ſalis eſt loco hæredis, deducitur quod filius, cui relictum eſt
fideicommiſſum vniuerſale, non poterit rumpere teſtamen-
64 tum tanquam præteritus. † Quod reprobat Bar. etiam de iure
Digeſtorum, per textum in l. ita tñ. §. qui rogatus. ff. ad Treb.

Habenti. ſi ſint plures fideicommiſſarij vniuerſales, uel etiã
particulares, aut legatarij diſparis emolumenti, ut ſequitur,
65 præfertur ille qui † habet maiorem portionem, ſeu emolu-
mentum; quamuis ſecus ſit in cohæredibus diſparis portio-
nis. Accurſius. Sed cur diuerſum? Quia cohæredes veniunt
iure communi, quod eſt potentius; Hi vero iure ſpeciali
per hanc legem, quod eſt debilius. gloſ. in l. aſſiduis. C. qui po
tiores in pig.

Maioribus proprijs legatis. Finge. teſtator dixit, Lego cen-
tum Sempronio, quæ dabit Mæuio. Lucio lego quinquagin
ta. Lucius vocabitur ante Sempronium, quia illa centũ non
ſunt propria Sempronii. l cogi. §. hi qui ſolidum. ff. ad Treb.
Haloander proprijs, vertit, ſpecialibus.

66 Fiduciam. prout dicitur fiduciaria hęreditas, tutela, eman-
cipatio. Iuſti. de fiduc. tut. de fideic. hæred. de leg. agn. ſucc. in
fine. Budæus in l. 2 ff. de orig. iuris.

Sic quoque. non ſat recte tranſtulit Irnerius. ſenſus tamen
congruit verſioni Haloandrinæ, in hunc modum. Poſt fidei-
commiſſarios, & legatarios nolētes adire, vel implere, admit-
67 tuntur ſerui, quibus teſtator libertatem in teſtamento dedit;
dato eis tempore adeundi hæreditatem, vt ex hac aditione
libertatem adepti, caueant ſe obtemperaturos iuſſioni, & vo
luntati teſtatoris. Quid ſi non ſuo, ſed alieno ſeruo detur li-
bertas? ceſſabit hæc conſtitutio niſi dominus ſerui velit.

Quicunque nihil alterutros. Et hic Irnerius obſcure trãſtu-
lit. ſenſus eſt totius. §. vbi ſunt legatarij & fideicommiſſarij
ſingulares, vel vniuerſales paris emolumenti, tunc præfertur
fideicommiſſarius vniuerſalis vnus, vel plures. Si autem nō
ſunt fideicommiſſarii vniuerſales, ſed tantum ſingulares, &
legatarij paris emolumenti, ideſt, quorum vnus non antece-
dat alterutrum in maiori quantitate, tunc omnes iſti fideicō
miſſarij ſingulares, & legatarij ſimul admittētur, ſi voluerint:
non inſpecto quis prius fuerit nominatus in teſtō. Accur. Ia-
68 cob de Beluiſio. Bartolus, † Angelus, quicquid Azo dixerit.

Denominationis. Sed cur ſeruus prius nominatus præferē
alijs ſeruis, non ſic in legatariis, & fideicōmiſſariis, qui, ſi ſunt
paris emolumenti, omnes ſimul admittuntur, quicquid ſen
ſerit Azo, vt ſupra proxime? Reſpōdet Bart poſt Iacobum de
Beluiſio, q a ſerui ſunt viles, & abiecti, & quia ſi teſtator eos
dilexiſſet, vtique viuens manumiſiſſet; At legatarios omnes
cēſetur pariter dilexiſſe, cum legata relinquantur propter be
69 nemerita. l. nec adiecit. ff. pro ſocio. † Nota quod ſi non aliud
liqueat de voluntate teſtatoris expreſſe, vel tacite, ordo ſcri-
pturæ attēditur. Quid ſi ordo non appareat? Reſpondet gloſ-
ſa tripliciter, vel quod ſorti committetur: vel merita vniuſcu
iuſque expendentur, vel omnes æqualiter admittentur adin-
ſtar legatariorum fauore æqualitatis. Ex hoc infert Angelus,
quod ſi in eodem inſtrumento quiſpiam duobus ſeparatim
70 obliget bona † ſua, vincet in hypothecaria ille, qui prius fuit
nominatus in inſtrumento vt per Doctores in l. nec enim. ff.
de ſol. Inferri etiam poſſet ad plures filios cohæredes in teſta-
mēto paterno, quos ſeparatim nominauiſſet, ut nouiſſimus
debeat facere partes, primus autē nominatus eligere. Quod
non exiſtimo, quanduquidem nec iure ſit admiſſa ſententia
theologorum, vt frater maior faciat partes. minor eligat. Bar.
in l. 2. C. quando, & quib. quarta pars, lib. x. Giochus in auth.
Nouiſſima. C. de inoff. teſt. in fine.

Et hæc quidem. Hactenus a §. ſi quis autem non implēs. Im-
perator locutus eſt de hærede cui non aufertur legitima ob
inobedientiam: nunc loquitur de hrēde cui nulla legitima de-
betur, quales ſunt omnes, extra numerum illorum quatuor,
vel ſimilium, vt in gl. Aduerte autem quod Tribonianus nō
71 ſolum † mēdax ſupra fuit, ſed verboſus plus nimio eſt in mul
tis. §§. repetit enim bis, & ter, & pluries de ordine, & pſonis,
quæ gradatim vocãtur: quod cuiuis facile eſt perſpicere: Vti
nam tam facile eſſet non aberrare.

A nobis dudum tempus. Cur dudum, ſi vniuerſa hæc cōſti-
tutio uno veluti ſpiritu, & die fuit compoſita? Rectius Haloã
der vertit. Ante, nō dudum, in hoc. §. & in alijs. Nota ex hoc
textu iuncta glo. quod perinde datur annus poſt monitionē
iudicis extraneo hæredi, ac ſuo, vel alij, cui debeē legitima.
Vnde in hoc & cæteris ferme omnibus ſunt pares, præterquã
in legitimæ amiſſione.

Relictis. Nota ſecundum gloſſam quod verbum Relinquo,
trahitur ad inſtitutionem, quod quotidie videmus fieri, & eſ-
ſe in ore omnium. l. Diuus. ff. de mil. teſtamento. hoc verum
72 intelligit Bartolus, niſi alius ſit hæres inſtitutus. l. his uerbis. ff.
de hæred. inſt. Item ſi ſit adiectũ vniuerſitati bonorum, alias
ſecus. l. cogi. §. & generaliter. ff. ad Treb. hæres ergo ꝯtumax,
73 & inobediens priuatur † omnibus relictis, ſiue hæreditas, ſi-
ue prælegatum. Baldus, & Alex. in l. qui filiab. §. vlt. de leg. 1.
Quid in fructibus ante annum? Quid in pupillari ſubſtitutio-
ne? gloſſa notabiliter reſpondet, quod etiam fructus auferun
tur

tur hæredi.l hæredem.l.eum qui.ff.de his quib. vt indig.qua-
ſi malæ fidei poſſeſſor ſit,& fur,& prædo. l. ſed & ſi lege.§. de
eo autem ff.de petit.hæred.nec diſtinguitur,fecerit inuenta-
rium necne. Forte etiam tenebitur ad fatalitates,& interti
menta,cum culpa non vacet,ad exemplum hæredis moram
facientis fideicommiſſario.l. mulier.§.ſed enim.ff.ad Trebel.
Quoad ſubſtitutionem pupillarem Angelus diſtinguit. Aut
non poteſt eſſe hæres pupilli, niſi ſit hęres teſtatoris,puta q́a
dictum ſit,quiſquis mihi hęres erit,idem filio meo hęres erit
74 l.qui liberis.§.hæc verba ff de vulga & pup & tunc † perdet
ſubſtitutionem pupillarem. Aut ſimpliciter fuit ſubſtitutus ,
& tunc non perdet.l.ita tamen.§ qui ſuſpectam.ff.ad Trebel.
nam & alias hæres,idemque ſubſtitutus pupillariter,non ex-
cluditur a ſubſtitutione,licet hæres patri,ſeu teſtatori nō fue
rit; dummodo alius fuerit, uel exiſtentia ſui hæredis fuerint
confirmatæ tabulæ pupillares . l. ſi filius qui patri. ff. de vulg.
& pup.l.paterfamilias ff.de priuil.cred.Ratio eſt in promptu,
quia per ſubſtitutionem pupillarem ſuccedítur pupillo, non
teſtatori:& expedit,honorificumque eſt pupillo habere hæ-
redem licet teſtator non habeat.l.ſi pupillus ff.de acq.hęred.
velutiergo inobediens non arcetur ab aliorum ſucceſſione,
in quos nihil deliquit,arg.l.ſancimus.C. de pœnis.ita non eſt
arcendus ab hæreditate pupilli.

Per falcidiam.non ſolū hæres inobediens caret relictis,quæ
ſponte largitus eſt defunctus, ſed etiam Falcidia , quæ ex lege
defertur contra vel citra voluntatem teſtatoris. l. Titia. ff. ad
l.falcid.ampliatur in filio,cum nec obediens.ut dixi,poſſit de
trahere duas quartas id eſt,legitimā,& falcidiā.Sed an amit-
75 tet filius inobediens † Trebellianicam? Admiſſa cōmuni ſen
tentia quod Trebellianica nequeat prohiberi in filijs primi
gradus,puto quod non amittet,ſi faciat inuentarium:Si au-
tem non faciat,ſeſe obtrudūt difficultates.Si teneamus amit
ti Trebellianicam ob ſolam omiſſionem inuentarij , cui du-
bium quod multo magis amittetur ob inobedientiā,& omiſ
ſionem ſimul? Si uero adhæreamus humaniori ſententiæ,
quam poſt Neuiz conſ.1.Olaſcus ſeruari aſſerit in ſuis regio
nibus,deciſione 148 quod ſcilicet omiſſio inuentarij non au
ferat nec legitimam,nec Trebellianicam, poſſumus eā limi-
tare,niſi filius ſit inobediens ; tunc enim grauius plectendus
eſt,cum legis,& defuncti cōtemptor ſit Item in terminis hu
ius textus,an hæres inobediens ſeruabit Falcidiam per inuen
76 tarium?quod non opinor,quoniam,aut ſcit bona eſſe ſoluen
do,& non debet tamdiu morari inſtantes legatarios : aut nō
ſunt ſoluendo,& poteſt confeſtim eos dimittere § & ſi præ-
fatam Ampliatur ergo textus noſter ſiue hæres faciat inuen-
tarium,ſiue non.Sed an annus,de quo hic & in §. ſi quis au-
tem.prorogabitur per confectionem inuentarij?Hoc eſt ſci-
tu digniſſimum.Dicam.in §.illud.

Per aliam cauſam puta prælegationem. Acc Quid ſi tu di-
ceres Trebellianicam?vel ſubſtitutionem vulgarem?circa.n.
pupillarem diſtinguitur vt ſupra.

Onere cohærente.Cautionis. Accur.Sed an legatarius, uel
alius tenebiť ultra vires de ſuo?Et hoc innuit iſte textus. Sed
77 non puto,ſi maxime exter alterius inuētarium; quia hæc ſuc
ceſſio eſt ex iure ſpeciali,quod non ita onerat.

Ad ſubſtitutum Euidenter liquet quod ſubſtitutus pręfer-
tur coniuncto,ſeu cohæredi : Et ſic non obſtat ſupra. §. & ſi
quidem.quia procedit vbi non eſt ſubſtitutus, uel fuit repul-
78 ſus.Sed quomodo ſubſtitutus vulgariter admittiť poſt † adi-
tionem?Ioannes, Accurſius,Bart.Ang.dicunt ex vi,& bene-
ficio huius legis.Idem vult glo Cynus, Baldus, Saly. Paulus,
Corneus in l.poſt aditam C.de impub. & alijs ſubſt. nec mi-
rum,quia Imperator,qui omnium legum eſt cōditor,& opi-
fex.l.omnium.C.de teſtam.de non hærede poteſt facere hæ-
redem,& econtra,& per inuentarium hæreditas adita cenſe
tur non adita,ut toties diximus per.§.& ſi præfatam.

Venient.gloſſa,quam videtur ſequi Bar.licet Ang.nihil di-
cat,ponit duo pulcherrima dubia, an inobediens libereť ipſo
iure,an ſi nullus adiuerit,circulo expleto inobediens qui pri
mo adiuit cogatur perſiſtere.Quoad primū, Azo tenuit non
liberari,quia cum ſemel adeundo ſe obſtrinxerit,non poteſt
79 legis,& defuncti eludere voluntatem † Accurſius reprobat,
ob eam præcipue rationem,quia,cum per hanc legem confe
ſtim alius inſolidum factus fuerit hæres,eſt impoſſibile quod
iſte amplius ſit hæres.l.3 §.ex contrario.ff.de acq poſſ. Quo-
80 ad ſecundum reſpondet,omnib. ceſſantib. reuiuiſcere † ob-
ligationem,quam iſte a primordio adeundo ſuſcepit ; veluti
enim quod in fauorem introductum eſt, nō debet in odium
retorqueri.l.quod fauore C.de legibus.Ita quod in pœnam,
& odium inobedientis inductum eſt,non debet in eius vtili-
tatem redundare.l relegatorum.in fine.ff.de interdictis,& ie
leg.quid ſi duo vel plures poſtquam adiuerunt, fuerunt con-
tumaces & inobedientes?Gloſſa inculcat,& mixtim ponit.

Putarem primum prius cogēdum? Sed an cogetur ſi fecerit
inuentarium a principio antequam annus laberetur? puto q́
non,ex.§.& ſi præfatam.Item an extante Inuentario a princi
pio,detrahet falcidiam poſtea coactus? Dixi ſupra non detra
here , ſed omnia deuolui ad ſequentem præter naturale de-
bitum ſeu legitimam;at cū coactus,re , & nomine ſit hæres ,
poſſet dubitari.

Exhæredatos cum cauſa,alias teſtamentū non valeret,nun
quid ergo exhæredato rumpēte teſtamentū , locus erit huic
legi?quod videretur,quia ſaltem per clauſulam codicillarem
81 ſuſtinentur relicta auth.ex † cauſa C. de lib. præter. Contra-
rium puto,quia hæc cōſtitutio ſemper loquitur de teſtamē-
to,& de hærede,qui adiuit ex teſtamento.Et hoc innuit glo.
Vide per DD in auth hoc amplius.

Si iuſte.Hic ergo,inquit gloſſa,iuſtitiam legis,& hominis.
Legis in duobus;vt nominatim:vt a toto gradu. Hominis in
tribus,vt ſit ingratus,vt exprimatur ingratitudo in teſtamen
to,ut hæres probet,gl.in l.3.§ ante.ff de lib. & poſthu Quin-
que ergo videntur requiri in exhæredatione; Eſt & ſextum
82 vt adeatur † hæreditas.l. filium.§.ſed cum exhæredatio.ff.de
contratabulas. Quibus interuenientibus , exhæredatus non
ſolum repellitur ab omni commodo ſucceſſionis ex teſta-
mento,ſeu contra teſtamentum,ſed etiam ab alimentis, ſine
83 quibus † viuere non poteſt.§.ſiue igitur,& ibi gl.infra , vt cū
de app. cogn.& ex verbis huius textus.l.ſi inſtituta.§ pen.per
locū a ſpeciali.ff.de inoff.teſt.Fallit dupliciter. Primo in gloſ
ſa,ex patris,ſi exhæredato relinquatur prælegatum,nam tūc
quaſi quilibet legatarius admittetur,ſuo ordine;Secundo ut
84 in gloſſa magna,ſi nemo ex inuitatis † adierit;nam ſaltē poſt
fiſcum admittetur, vel etiam ante fiſcum ex numero extra-
neorum:quod Iac.de Beluiſio reprobat ob id,quia eſſe exhæ
redatum, & eſſe hæredem continet perplexitatem , & repu-
gnantiam,& dicit Corneus in auth hoc amplius,q́ ita com-
* muniter * tenetur,quamuis Baldus, ſaltem poſt fiſcū admit-
tat exhæredatum;Et dicit Bartolus hic,quod remittetur ar-
bitrio iudicis Quid enim ſi ad bonum eſſet exhæredatio?cur
non ante fiſcum & extraneos,& ante omnes forte poſt hære
dem ſcriptum non ſit admittendus?l.multi.ff.de lib.& poſtu
85 mis.† quid in filio præterito,an admittetur: &,an ſi rumpat,
ceſſabit hæc cōſtitutio?gloſſa magna diſtinguendo , videtur
excludere,ſi ſit præteritus cum cauſæ inſertione a patre, vel
etiam ſine cauſa,a matre,ob id,quia teſtamentū interim va-
let antequam expugnetur , & ex eo adiri poteſt. contrarium
vult Cynus, Raphael,& Corneus in auth.hoc amplius. Sed
admiſſa hac ſententia,quādo, & poſt quos admittetur præ-
teritus?Credo poſt omnes nominatos in teſtamento , niſi re
medijs reſciſſorijs rumpat teſtamentum , de quibus in auth.
ex cauſa.C.de lib. præter.quo caſu , ut diximus in exhæreda-
to rumpēte , nec erit locus huic conſtitutioni quaſi nunquā
teſtamentum extiterit.

Ad extraneos atque ad fiſcum. Apparet quod extraneus vo
catur ante fiſcum ſecundū gloſſam,& omnes hic, & in auth.
hoc amplius. partim quia fiſcus præuenit extraneos quando
bona ſunt vacantia:quod hic non eſt; partim quia lex ita ca-
uit.l. proſpexit.ff.qui & a quibus.Ergo extra caſum huius le-
gis,fiſcus ſemper excludet extraneum quemlibet:atq; etiam
86 † cognatum vndecimi vel vlterioris gradus.l.j.ſt vacantia. C.
de bonis vacātib. lib. 10 quamuis dubium ſit utrum exclu-
dat ſocerum,generum,alumnum,tutorem,& ſimiles,gl. Fa-
ber.Nicol.& Ang.in §.mariti.Inſt.de nupt. DD. abunde in l.
vn.C.vnde vir.& vxor.gloſ. & Maynerius in l. quo tutela,de
reg.iur.Extra caſum huius legis dixi, quia hæc lex tantum lo
quitur quando teſtator aliquid præcipit dari,fierive . ſi ergo
nihil p̄cipiat teſtator,ceſſant hæc omnia hactenus dicta , Ac-
cur.& Bartolus.Secundo,vt opinor,fallit ſi hęres faciat inuē
tarium intra tempus,& bona non ſint ſoluendo:quid ſi ſint
aliqua bona,exhauſta tamen ære alieno,& teſtator legata re
liquerit præualentia æri alieno,puta mercedum,vel vſurarū
an hæres pęnam incurret ſi moram faciat legatarijs?pertinet
ad.§ & ſi præfatam. & §. in computatione. Tertio forte fallit
in minore,maxime pupillo,quamuis fortiter obſtet.§.Illud.
87 infra.Pondera tamen † diligenter,quia iſte caſus frequentiſ-
ſime cōtingere poteſt,& multa indiuidua ſeſe obtrudūt ſen-
ſibus meis,quæ nullatenus huius horæ,vel diei curriculo ſe-
cernere ſcio.Quarto ſecundum Ang.& Paulum,ſi hæres nō
fuerit monitus a iudice,quamuis ex cōmuni ſententia ut pię
dixi,ſufficeret monitio per nuncium , vel apparitorem. Ego
tamen in praxi ſeruarem ſententiam Angeli,& Pauli.quinto
ſecūdum Odofredum,& Saly.in auth hoc amplius, ſi teſta-
tor aliam pœnam iniungeret;quod Bal.& Corneus ibi con-
cedunt quando teſtator voluit expreſſim , vel per coniectu-
88 ras † non ambiguas recedere ab hac lege.Sexto fallit,ſi hære
ditas non ſit adita ita gl.Bar.& omnes paſſim in hac conſti-
tutione,

rutione, & in Anth. hoc amplius. Septimò ſi relictum ſit am
biguum, & contentioſum, ita quòd qualemqualem ſortiatur
prętextum morandi, & litigandi; Nam tunc nam tàm citò,
nec tam facilè tanquam indignus & inobediens repelletur,
vt ſupra diximus ex Cyno, Bar. Alb. Bal. Ang. Saly. Raph. Pau
lo, Corneo, in Auth. hoc amplius. volunt enim quod conſti
tutio habeat locum, quando hæres eſt in culpa, & mora, &
dolo ſaltem præſum pro; alioquin non repelletur: quia vbi
culpa, ibi pœna; Econtra negatiuè, vbi non eſt culpa, nec
89 † delictum, ibi nec pœna, vel odium. l. alind eſt. ff. de vor. ſign.
Hęc eſt magna reſtrictio, & maximopere fouet perfidiā ſub-
dolorum. Quis enim ille eſt (vtinam nemo eſſet) qui nō ſuæ
malitiæ, voracitati, auaritiæ aliquem prętexat colorem? Pro
fecto malè agitur cum rebus humanis, ſi homines iura tan-
tum non conſcientiam reformidant. Vbi facta eſt lex, ibi ſta-
90 tim malitia † ſubſilit, & iuſtitiam occulit, vt non imperitè di
xerit Archeſilaus. Quemadmodum vbi pharmaca multa, &
Medici multi ſunt, ibidem & morbi abundant: Sic vbi pluri-
mę leges fuerint, ibi iniuſtitia viget maximè, non quia leges
recte non proſpexerint, & apertè plerunq; non loquantur;
ſed quia animorum acumen & indagatio ſolertior eſt ad de
cipiendum, ad mentiendum, ad quiduis peius: quam ad æ-
quum, ad moderatū, ad honeſtum. Nec quidquam prodeſt
iurium promulgatio, pœnarum vociferatio, carceres, tormē
ta, infamiæ, quoniam raro crimina panduntur caligante ocu
lo iudicis, prece vel pretio: & criminoſo ſubterfugiēte huc,
& illuc. Quapropter, niſi quis ex propriæ cōſcientię latebris
promat quod iuſtum & æquum eſt fulgidiſſima legum, ſan-
ctionumq; lumina eclipſantur. Octauò fallit ſecundum Bar.
in Auth. hoc amplius, ſi executor datus ſit in teſtamento. l.
mulcta. ff. de cond. & dem. quod Baldus & Rapha. aliquate-
nus carpunt.

Deinde abrenuntiantibus. Prius vocantur omnes nomi-
nati, ſeu honorati in teſtamento: Exinde ſuccedentes ab in-
91 teſtato: Quo fit vt legatarius rei modicæ † præferatur agna-
to defuncti quantacunque ſit hæreditas, vt in Gl. magna. §.
præcedentis: Quod ſane perquam rigidum videtur, vt forè
legatarius decem ſolidorum habeat mille, & plus; maximè
cum videamus deceptum vltra dimidiam, redintegrari, vel
92 reſcindere contractum. l. 2. C. de reſcin. vend. niſi quis dicat
l. 2. procedere in contractibus, non etiam in vltima volunta
te, vt in 97. effectu. Quærit Gloſſa quando quis cenſeatur re
pudiare, vel adire. aduerte dixi quòd omnes fatentur hanc
conſtitutionem locum habere quando hæreditas per aliquē
fuit adita. Tu ſcis quòd aditio ſeu ius adeundi durat ſaltem
93 vſque ad xxx. annos. l. licet. l. ſi curatoris. C. de iure delib. mo-
do, ſi ſunt plures, quibus gradatim defertur, excurrent anni.
60. 90. & vltra, & ſic reddetur eluſoria prouiſio huius legis,
cum vnus è millibus centeſimum annum non attingat. l. vlt.
C. de ſacroſ. eccl. l. an vſusfructus. ff. de vſufr. l. non facile. ff.
de grad. Reſpodet Gloſſa, Terminus ſtatuetur trium menſiū
ad inſtantiam ſequentium, quo elapſo, ſequens admittetur:
Cæterum an hoc ſit verum de tribus menſibus, dixi ſupra in
l. vlt. C. de iu. delib. Tradit Bartolus in l. quandiù inſtitutus.
ff. de acq. hæred. ſed quid fiet nemine ex teſtamento, vel ab
94 inteſtato † exiſtente? Reſpondet Bartolus, fiet proclama. Va-
dat coram Iudice ille vult ſuccedere; & qui prius veniet, præ-
feretur. l. placuit. C. de collatione fundorū patrim. lib. 11.

Fieri hæredes. videtur præciſe per hanc q fieri hæredē, qui
ſuccedit inobedienti: quod quidem in ſubſtituto, & cohæ-
rede procedit ſine ſcrupulo: At in legatario, & donatario, &
95 ſimilibus videtur mirum, & inanditum † vſque ad hanc legē;
& hoc Gloſſa, & clarius Aug. fatetur: alibi Gloſſa in §. quid
ergo. Inſt. de eo cui lib. cauſa bona ſunt add. quam ſequitur
Bar. hic. tenet hunc non eſſe verum hęredem, ſed anomalū,
impropriè. Effectus eſt magnus, ſi eſt verus hæres & propriè,
tenetur vltrà vires ſi non faciat inuentarium: Item, vt pro-
ximè dictum eſt, facilius repellet agnatum defuncti, quantū-
uis ſit legatarius modicæ rei, vel quantitatis: ſin minus, non
tenebitur facere inuentarium, nec tenebitur vltrà vires. Ne-
ſcio quo me vertā. Verba huius ſunt perſpicua; Et, ſi voluit
Imperator, ſine dubio potuit. l. omnium. C. de teſtam. ſed du
bito an voluerit, cum ſubiciat. tanquam hæredes omnia ge-
rere & conuentos, & conuenientes. ſi ſunt tanquam hære-
des, ſeu quaſi hæredes, ergo non ſunt verè hæredes: quia di-
ctiones tanquam, quaſi, denotant improprietatem. vel ſi di
camus eſſe verè hæredes, erunt iure ſpeciali non communi,
96 proinde non habebunt omnia onera, nec honores hæredū
de iure communi, argumento eorum, quæ traduntur per
gloſſ. & DD. in l. aſſiduis. C. qui potiores in pig. in auth. præ-
terea. C. vnde vir & vxor. in l. ſi arrogator. ff. de adopt.

Antiquiſſimæ leges. Inquit Iuſtinianus nos non ſumus ſo
li, qui extraneos facimus hæredes. fuerunt etiam leges anti-
quæ; Et ille cui bona addicuntur fauore libertatis: Et cogna
ti qui iure vetuſtiſſimo 12. tab non admittebātur; in tantum
ut nec inter matrem & filium daretur ſucceſſio. Inſt. de S. C.
Tertull. quaſi eſſent extranei, & alienæ gentis, uel familiæ: ꝙ
poſtea ex ſenatuſcon. & conſtitutionib. quæ hic appellantur
leges antiquiſſimæ, fuit immutatum. Olim enim ſolum duo
gradus agnoſcebantur, ſui hæredes, & agnati. omnes alij e
97 rant extranei, & repellebantur §. quos autem, & ibi gloſ. In
ſtit. de bon. poſſ.

Sed a legatario. Legaui centum Sempronio in hæc uerba.
Semproni, volo quod litem, quā habeo Romæ, explices. Fin-
ge modo. hæres adiuit. Soluit centum Sempronio; qui Sem
pronius non paret. Quis ſuccedet Sempronio tanquam hæ-
redi, cum nec ipſe vnquam fuerit hæres, imo acceperit ab hę
rede? Reſpondetur, aptandus eſt caſus ſecundum habilitatē
terminorum; id eſt non vt quiſpiam ſuccedat tanquam hære
di, ſed tanquam legatario: Prius ergo, vt ſequitur in textu, ſuc
cedet ſubſtitutus ei: poſtea collegatarius, ſeu coniunctus, &
98 ſic deinceps vſque ad fiſcum. † Gloſſa tamen hic ſubtiliter te
net, quod hæres, a quo accepit iſte contumax & inobediens
vel alius in plus honoratus, repellet collegatarium. Erit itaq;
ordo. Subſtitutus, Hæres, ſucceſſor maioris portionis. Colle
gatarius ſeu coniunctus. Seruus. Legitimus ſucceſſor. Extra-
neus. Fiſcus. Mihi videtur, hæredem, vel ſucceſſorem maio-
ris portionis non præferri collegatario, maxime cōiunctore,
& verbis; cum ab initio fuerit legatum ſingulorum collegata
riorum pro indiuiſo ex traditis in l. re coniuncti. de leg 3.
imo, inquit gloſſa, ab initio erat ſciſſum iuris præſumptione.
Qui poteſt capere capiat, quamuis non ſit lethargicus, nec
ſomniculoſus: ſed lethargicus non fuit Bal. in auth. hoc am-
plius. Vtinam ſingulis ætatibus eſſet vnus Baldus, nam quid
hodie dicendum de Rubricariis agglomeratoribus? Forſi-
tan cum rerum omnium ſit viciſſitudo Regnum iſtud muta-
bitur, alioquin ius ciuile, vt quondam Roma, mole ruet ſua.
Sed hæc alias ſatis ſunt deplorata.

Aut mortis cauſa percipiente. ter, quater, & pluries non ſi-
ne nauſea, repetitum fuit de legatarijs, & fideicommiſſariis;
99 nunquam tamen dictum fuit niſi hic de † mortis cauſa ca-
piente, de qua capione in l. qui pretio. & ibi gl. de don. cauſa
mortis. in l. ſi mortis. C. ad l. Fal.

A ſubſtitutis legatarijs. Clarius Haloander. A ſubſtituto le
gatarij, quamuis gloſſam verus ſenſus non latuerit.

Terminus vita eſt mors. Morte nil certius, licet hora mor-
100 tis nihil incertius. l. 1. ff. de † cond. & dem.

Sed cogitet. Qd' tibi nō vis fieri, alteri ne feceris. Sed quo-
tus quiſque eſt, qui æqua retribuat; & qui non ſibi retribui
æquiſſima cupiat?

Antequam veniamus ad ſecūdam partem Authentici, hoc
eſt ad inuentarium, breuiter collige quis ſit ordo. Subſtitu-
tus. Cohæres. fideicommiſſarius vniuerſalis. Legatarius, cui
aſſimilatur fideicommiſſarius particularis. Seruus Mortis cā
capiens. Succeſſor ab inteſtato. extraneus. fiſcus. Hi ſunt no-
101 uem gradus, † quorum vnus antecedit alium. De vno valde
hæſito, quo pacto capiēs cauſa mortis, qualis eſt donatarius,
admittatur vel excludatur. Nam conſtat quod donatio mor-
te confirmata, non requirit aditionem, gl. in l. poſt legatum.
§. penul. ff. de his quib. ut ind. in l. etiam. ff de inoff teſt. qua
propter, licet non adeatur hæreditas ab alijs, neque ab ipſo,
habebit uel retinebit rem donatam quaſi inter viuos, glo. &
ibi Baldus in l. ex uerbis. C. de donat. inter virum & vx. quæ-
ro an ſi pater relinquat legata pia; filius perdat legitimā ſi nō
obtemperauerit, & conſequenter an limitetur hæc conſtitu
102 tio, non auferens † legitimam filio inobedienti Archidiaco
nus, & Dominicus c. Syluester 11. q 1. tenuerunt filium priua
ri, per c. licet, de voto. Et hanc opinionem aſſerunt commu-
* nem * Hoſt. Io. And. Anch. & But. in c. ſi hæredes. de teſtam.
contrarium innuit Baldus in auth. hoc amplius. dicens textū
in c. licet de voto. procedere in ſpeciali caſu; quia ſcilicet Re-
103 gnum eſt quid indiuiſibile; † quod indicat ſceptrum, & coro
na Regia: vnde ſubdit Baldus, ſi rex in ſuo teſtamento relin-
queret legata ſeu fideicommiſſa, non puto quod filius inobe
diens priuetur ſua Baronia, veluti nec priuatur legitima bo-
norum paternorum. Idem etiam tenent Cardin. Imola, Ab-
bas, & Barba. in d. c. ſi hæredes. Mantua in ſuo Dialogiſmo an
ni præteriti, claſſe 99. ca. 2. quæro ad cuius petitionem hæres
priuabitur? Plane ſi ſint legata pia, quilibet priuatus deferre,
& accuſare poterit, nedū epiſcopus, & executores Eccleſia-
ſtici. §. ſi quis autem pro redemptione, & ibi gloſſa, infra, de
Eccleſ. tit. Auth. licet. C. de epiſco. & cler. Idem opinatur Bal-
dus in d. auth. hoc amplius. in quolibet relicto. motus, quia
cum lex priuet ipſo iure, quilibet eſt idoneus delator, & ac-
cuſator. l. ciuitatib. de leg 1. Ideo putat ex Speculatore, quod
per ſtatutum ciuitatis poterunt deputari executores vltima-
tum

rum volũtatum. Aduerte. Si quidem ab initio legatarius, vel
alius, cui præſtandum eſt, interpellauerit hæredem, & admo
nuerit per iudicem: & hæres monitus ſpreuerit, vera eſt hæc
aſſertio. quia non tantum eluditur voluntas defuncti, ſed ẽt
ſpernitur iudicis authoritas: quam vẽdicari publice intereſt.
l. ſi prætor. ff. de iudicijs: ſed quod hæres conueniatur a priua
to, cuius non intereſt, vla eſt admittendum, niſi intercederet
pro minore, vel alias inhabili; vel niſi iudex ipſe eccleſiaſti-
105 cus † aut ſecularis officium ſuum exerceret etiam irrequiſi-
tus, ut in d. auth licet, & in l. nulli. C. de epiſco. & cler. gloſſa,
& plerique Canoniſtarum in c. ſi hæredes, de teſtam. vbi vo-
lunt, quod pro quibuslibet relictis iudex poteſt petere exe-
cutionem, quicquid dixerit gloſſa in c. tua nobis. eodem tit.
vide omnino Specul. de inſtr. ed. poſt prin. & §. nunc vero ali-
qua. Quæro, qua actione ſequens expellat, ſeu remoueat ino-
206 bedientem a poſſeſſione. † Bartolus in auth. hoc amplius, di-
cit per condictionem ex hac lege. Raphael per petitionem
hæreditatis: quia, cum iſte ſequens efficiatur hæres. § in om-
nibus, ſupra, poteſt confeſtim contra quemcunque agere pe
titione hæreditatis. Corneus ibi approbat ſententiã Rapha.
quando hæres eſt inobediens: ſi uero legatarius, uel fideicõ-
107 miſſarius, tunc verior videtur ſentẽtia Bart. † Quæro an ve-
niens per hanc legem detrahat Falcidiam? Baldus ibidem ꝙ
non, ob id, quia ſatiſdat, & quidem ab initio antequam aliqd
accipiat, ut conſuluerunt Tigrinus, & Bartolus. Quapropter
quaſi ex contractu, & propria ſponſione ſe obſtrinxit inſoli-
dum legatarijs. In cõtrarium facit quia iſte ſubrogatur loco
hæredis qui falcidiam detrahere poterat, ex traditis in l. 1. §.
denique. ff. ad Treb. Item efficitur hæres. § in omnibus Item
ſtatim ab initio mortuo teſtatore, legata ſingula per Falcidiã
ſunt minuta, & reſecata. l. lineam. l. Plaunus. ff. ad l. falcid. pri-
mum uerius, vt ſupra attigi, quæro quid ſi hæres faciat inuen
tarium, proteſtans ſe nolle adire, licet poſſideat; an poterit ꝑ
iudicem moneri, & conſtitui in mora. Reſpondetur, hæres q
dem antequam adeat nõ tenetur aliquid præſtare, nec eſt in
108 mora. l. 3. § ſiquis † hæredi. ff. de ſta: ulib. Alex. & Aret. in l. ſi
mihi & tibi. de leg. 1 Abbas in c. nos quidem. de teſtam. Ta-
men vbi ſe ingerit, & fructus percipit, & aliqua ſoluit, ſtatim
poterit moneri, ut ſaltem expleto tẽpore inuentarij ſine alia
interpellatione conſtituatur in mora, & mala fide, ſi non te-
nuerit: Quod eſt expeditiſſimum in reſtitutione vſurarum,
vel male ablatorum, vel in relictis pro ſalute animæ, in quib.
aditio non expectatur. Bal. in d. auth. & in l. eam quam. C. de
109 fidei. Spe in d. §. nunc vero aliqua, maxime vbi eſſet ſuus hæ
res, qui indeſinenter a die mortis manet hæres. l. cum quaſi.
110 §. ſed & quis, ff. de fideic. liber. Quæro an creditor poſt † no-
minatos in teſtamento admittatur ante legitimum, vel ſaltẽ
ante extraneum. Quod videretur, cũ & alias mittatur in poſ
ſeſſionem; vel curatorem dari petat hæreditati, ne ſibi lon-
gior mora fiat l. j. ff. de cur. bonis dãdo. contrarium eſt verũ,
quia hæc conſtitutio ponit ordinem, quem non poteſt credi
tor neque alius variare. Quæro an hæc lex habeat locum ſi
111 hæres vel alius pro parte † fuerit obediens, pro parte non, pu
ta quædam legata ſoluit. Et puto locum habere, quia nihil cẽ
ſetur actum donec aliquid ſupereſt agendum. l. pen. C. de his
quibus ut ind. Et ſumus in voluntate indiuidua, quæ ſcindi
nequit: cum nec partem hẽditatis quis amplecti, partẽ ſper-
112 nere valeat. l. quidam. C. de iure † delib. Quæro, quot ſint ſpe
cialia. Reſpondetur, multa. I deſinit eſſe hæres, qui ſemel fuit
hæres. l. ait prætor § ſed quod Papin. ff. de minoribus. II. ino-
bediens ipſo iure priuatur abſque ſententia priuatiua. quod
non eſt alias, ut notatur in l. in criminali. C. de iuriſd. om. iud.
III. in locum hæredis indigni, aut inobedientis, alius fit hæres
ipſo iure. §. in omnibus. Alias hæreditas indigni applicãt fi-
ſco. l hẽditas. C. de his quib. ut ind. IIII. Legatarius ſuccedit
in onere, & in honore: regulariter ſuccedit in re legata tantũ
ſine aliquo onere æris alieni, uel ſimili l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Tre
113 bel. l. ſi hæreditatem. ff. mandati. V. ſuccedens † inobedienti
præſtat cautionem: & quidem fideiuſſoriam ſi poteſt: regula
riter contra, niſi ſit contumax ſeu moroſus, ſuſpectuſue. l. in
omnibus. ff. de iudicijs. VI. Aditio regulariter extinguit vul-
garem ſubſtitutionem. l. poſt aditam C. de imp. & al. ſub. ſed
per hanc conſtitutionem non extinguitur. VII. Aditio extin
guit ius accreſcendi in portione adita, at hic nõ extinguitur
licet non accreſcat inuito. VIII. Quilibet poteſt accuſare, &
conuenire inobedientem, alias non, cum ille tantum agat, &
experiatur cuius intereſt: non enim de alieno quis debet eſſe
curioſus. l. doli in fine. ff. de noua. Multo magis iudex poteſt,
& debet ſe interponere tam Eccleſiaſticus quam ciuilis, ma-
xime in relictis pijs ut ſupra. IX. iudex præcipit ut intra annũ
114 ſoluatur, & hæc præceptio vim habet ſentẽtiæ † definitiuæ
regulariter non poteſt iudex adimere, nec minuere ius exci-
piendi, vel defendendi quantolibet tempore. l. pure. §. vlt. ff.
de doli mali & metus excep. l. vlt. C. ſi contra ius. X. inſtantia
durat ſolum ꝑ annum. § illud. cum gl. regulariter durat trien
nio a die litis cõteſtatæ. l. properandum. C. de iudicijs. XI ino
bediens priuatur omni emolumento, etiam fructuum perce
ptorum intra annum monitionis, regulariter contra, quia fru
ctus, & acceſſiones præſtantur ſolummodo poſt moram. l.
mulier. §. ſed enim. ff. ad Trebel. l. in fideicommiſſis. & ibi gl.
ff. de uſuris XII. cognatus vndecimi, vel alterioris gradus ad-
mittitur poſt nominatos in teſtamento, regulariter non, gl.
in §. vlt. Inſt. de ſucc. cogn. XIII Extraneus nullo iure ſangui-
nis, aut affinitatis admittitur, alias non, ſed ſtatim fiſco locus
fit. l. 1. l. ſi vacantia. C. de bonis vacantib. libro XIIII. collega-
tarius inobedientis non ſolum excluditur a ſubſtituto, ſed ẽt
ab hærede & ſucceſſore maioris portionis. regulariter con-
115 tra. l. re cõiuncti. de leg 3. quamuis hoc † negari poſſit ut præ
dixi. XV. hæres quantumuis minor, ſeu pupillus mero iure in
currit pœnas huius ſanctionis: Regulariter contra, cum hæc
ætas indemnis, & illæſa ſeruetur. § pupillis. & ibi gl infra.
Falcidiæ legis. Quatuor, vt hic per gl. diſtinguuntur tempo
116 ra. Lex. 12. Tab. Lex Furia, & † Voconia. Lex falcid. Iuſtinia-
nus. Primo tempore nulla portio legatis detrahebatur, ita. n.
l. verba erãt cõcepta, Vti quiſq; legaſſit, ſuæ rei ita ius eſto. l.
uerbis legis. ff. de uer. ſig Inſtit. de lege Fal. in prin. quod uerũ
erat etiam in filio. Quippe ampliſſima poteſtas tributa erat
117 patri in perſonam, & res filij, cum poſſet impune filium † oc-
cidere, nedum exhæredare, & quaſi vile mancipium dare
in ſolutum creditoribus. l. in ſuis. ff. de lib. & poſth §. vlt. inſti.
de noxalibus. Ex quo liquet quod iure priſco nullã pater de-
bebat filio legitimam, nec portiunculam etiam minimã bo-
norum, quamuis fame, & ſqualiore necandus, patri ſuperſtes
eſſet, quod præſtat argumentũ, ſtatuto uel conſuetudine mi-
nui, ac prohiberi poſſe legitimam, quamuis naturale debitũ
videatur, ut per Dynum in c. indultum. de regul. iur. lib. 6 &
per Doctores affatim in l. quod de bonis. §. vlt ff. ad l. falc. Se-
cundo tempore nõ prorſus vetita, ſed reſtricta, & coanguſta-
ta fuit legandi facultas. Caius enim Furius Trib. Pl. legem tu-
118 lit, ne cui vltra mille aſſes † legati liceret. Poſtea. Q Vocunius
triſi. pleb cauit, ne qui cenſus eſſet, ideſt qui. HS. centum mil
lia in bonis haberet, plus vni legaret quam hæredi relinque-
ret, ut explicat Theoph. inſtit. de l. Fal. & probari poteſt ex Ci
cerone in 3. Verrina. quod carpit aliquatenus Alciatus lib.
Parerg V. c. XXII. Didacus in c Raynutius. in prin. nu. 23. de-
fendit Theophilum: quoniam multa capita fuerunt legis Vo
coniæ, prout & legis Aeliæ Sentiæ, & legis Papiæ Poppææ;
quæ omnia ferme ſunt abolita & confuſe tradita in iure no-
ſtro, vide Aſconium Pædianum in 3 Verrina. Diuum Augu
ſtinum lib. 3 de ciuitate Dei. A. Gellium lib. 20. & nouiſſime
Coraſium in præludijs ad. l. filium C. fam. ercis & PeKum in
tractatu de teſtam. coniugum. Tertio tẽpore ſuperuenit lex
119 Falcidia, quam † tulit P Falcidius Trib. Pl. ſub Triumuiratu
Auguſti, anno ferme. 36. ante Chriſti natiuitatem; vel ſecun-
dum alios, anno ſequente poſt interfectum Ciceronem, qua
cautum fuit, ne cui vltra Dodrantem bonorum legare lice-
ret: aut ſi fieret, Quadrantis, ſeu quartæ partis detractio com
peteret hæredi etiam inuito teſtatore. l. 1. ff. ad l. falc. hinc dici
tur quod falcidia detrahitur contra volũtatem teſtatoris, cũ
nequeat vllo modo prohiberi propter bonum publicum, ne
deſerantur teſtamenta, & eludantur legatarii, recuſantib. hæ-
redibus pro nullo aut minimo lucro adire. l. Titia. l. quod de
bonis. §. 1. & §. ult. ff. ad l falc. inſti. de lege fal. Et nota, quod ad
120 ſimilitudinem † huius quartæ Falcidiariæ, ſeu legatorum ſeu
inſtitutionis, fuit etiam introducta quarta fideicõmiſſorũ,
ſeu reſtitutionis, quæ appellatur Trebellianica, necnon quar
ta liberorum, quæ appellatur legitima. §. ſed quia hæredes. in
ſtit. de fideic. hæred. l. Papinianus. §. quoniam & § quarta. ff.
de inoff. teſtamento. inde eſt quod appellatione falcidiæ cõ-
121 præbenditur Trebellianica, & † legitima. gl in auth. unde. C.
de inoff. teſtamento. vide de his quartis tractatum Othomã-
ni, ad ſui ingenij libitum pleraque exponentis. Quarto & vlti
mo Iuſtinianus multa induxit; vt poſſit prohiberi falcidia, vt
amittatur ſi non fiat inuẽtarium, & alia multa, partim in hac
conſtitutione, partim in l. vlt. C. de iure delib.
Quartam ſubſtantiæ. Detracto prius ære alieno, & impenſis
neceſſariis, & pretiis libertatum. §. cum autem. Inſtitu. de le.
Fal. nam fruſtra agitur de legatis, & de falcidia, ſi detractiones
122 huiuſcemodi † omnia bona exhauriant, l ſi vniuerſæ. C. de
legatis, cum etiam legitima liberorum ære alieno abſumatẽ.
l. Papinianus. § quarta. ff. de inoffic. teſtamento eſt ergo falci-
dia, quarta bonorum non hæreditatis, cum nec ſi faciat inuẽ
tarium hæres, poſſit illam detrahere creditoribus, prout in-
fra dicemus. Holoandri autẽ tranſlatio non loquitur de quar
ta cuiuſlibet hæredis, ſed de quarta, ideſt de triente & ſemiſ-
ſe liberorum Senſus erit, quod quamuis pater in teſtamento
deſtribuat

diſtribuat omnia bona ſua per legata:tamen ſi eſt vnus filius,
vel duo,vel tres, vel quatuor, retinebitur triens :ſin autem
ſint quinque vel plures,retinebitur ſemis;lege permittente,
contra expreſſam teſtatoris voluntatem. Sed nunquid vltra
trientem, vel ſemiſſem,retinebunt filij quartam legatorum,
123 ſi maxime † pater eos non vetuerit?Minime,gl. in §. ſi quis
autem non implens,ſupra,quamuis ibi gl.ſecus dicat in Tre-
bellianica detrahenda poſt diem,vel tempus, de quo ſupra,
& plene per Bolognettum in rub.ff.ad l.fal.

Forte ſurripiunt. Hic videtur probari,quod ſi hæres non fa-
ciat inuentarium, præſumitur in dolo, licet regulariter dici
124 ſoleat,non præſumitur dolus † niſi probetur.l.dolum. C.de
dolo.Sed,ut prædiximus, hæc præſumptio non omnino te-
darguit,& conuincit hæredem, licet non faciat inuentariũ.
Ei tamen regulariter eſt adhærendum,Affl.deciſ.44.

Malignantur. ſcilicet deſtruendo (inquit gl.) ex qua expoſi
tione liquet quod hæres non ſolum punitur ut teneatur le-
gatarijs de ſuo quando ſurripuit,& lucratus eſt:ſed etiam qñ
125 res perire,aut corrumpi paſſus eſt,ut per hoc officiat ſibi,&
legatariis ſimul:nam licet qs quod ſuum eſt, & ad ſe ſpectat,
poſſit diſſipare,& conſumere.gl.in l.1.C.de inoffi. donat.non
tamen in eo,quod ad alium ſpectat,poteſt eadem vti temeri-
tate,cum debitor quantumuis millies dominus ſit, non poſ-
ſit res,quarum dominus eſt,alienare in fraudem creditorũ.
§.item ſi quis in fraudem. Inſtit.de actio.l.1. & per totum ff.
quæ in fraudem cred.Quid ſi hæres faciat inuẽtarium,& res
inſertas in inuentario negligat?Quæſtio in eo vertitur, an in-
uentarium excuſet a lata,vel leui culpa. l. cum res, de leg. 1.
Quippe a dolo nũquam excuſauit.l.quod Nerua.ff. depoſiti.
126 Non forte.† Negatiua hic eſſe debet,vt etiã liquet ex traſ-
latione Haloandri. Sed & ſi deſit negatiua, gloſſa eleganter,
& ſubtiliter interpretatur,quod hæres non detrahet falcidiã,
quam detraheret ſi feciſſet inuẽtarium, quoniam priuilegiũ
meretur amittere,qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate. l. iu-
dæos.C.de iudæis.ergo negligentia vel contemptus hæredis
proderit legatarijs,& ſibi oberit, etiam ſi moram poſtea pur
garet hæres,Bertachinus in verbo,hæres inuentarium prode
rit,inquam,quia inſpecto calculo bonorum mortis tempo-
re,potuiſſet hæres minuere legata per Falcidiam, quæ nunc
minuit ob id,quia inuentarium facere neglexit,uel quia mo
dicum ſurripiens,puta quinque,amittit totam falcidiã, quæ
eſſet 25.Sed an ob vnius rei ſubtractionem,amittat totã Tre
127 bellianicam hæres,velut falcidiam? Et ita reſpondit Roma.
conſi.276 de quo dubito vt ſupra.

Ab hærede.Non ergo defunctus vel alius quam hæres facit
inuentarium,& uerbum,Metuente, quod ſequitur,innuit ꝙ
illi tantum prodeſt inuẽtarium qui metuit,& dubitat ob ext
guitatem bonorum,vel onera ingentia,de quo ſupra. Item
hoc verbum refertur ad primum hæredem, vt ſtatim dicam
ex Comenſi & Rolando.

Secundum modum,& tẽpora. Ex gloſſa quatuor eliciun-
tur,quod inuentarium non valet ſine ſigno crucis appoſito
ab hærede,quod inuentarium debet inchoari intra,ſeu ante
128 dies † 30.ſi res ſunt præſentes,quod res omnes debent poni
præ oculis,& in conſpectu Tabellionis,& teſtium, quod hæ
res,tabellio,& teſtes debent eſſe in præſentia, & ſe inuicem
conſpicere.Duo prima communiter reprobantur,quamuis
optimum ſit illa ſeruare,ut prædiximus. Tertium uerum eſ-
ſet in mobilibus,admiſſa ſententia quod res ſingulæ ſint æſti
mandæ.quartum eſt minus dubitabile,Natta conſi.574.576.
Maynerius in l.quo tutela.de reg.iuris.

Sancimus. In l.vlt. C de iure delib.

Ex damno æris alieni,ſeu creditorum:nondum enim Iuſti-
nianus,uel alij ſanxerant quod hæres non faciens inuentariũ
teneretur de ſuo legatariis,ſed ſancitur hic de nouo ,;ut ſub-
dit textus,'quicquid dixerit Guido de Suzaria,& Raynerius;
quos etiam nouiſſime reprobat Coraſius in l.in ratione. j. §.
129 quod vulgo.ff. ad l. fal. quod ſingulariter limitatur in primo
hærede,non in hærede hæredis,quia delictum,vel dolus non
tranſit de vno in alium,Comenſ.conſi.30.Roland. in vltima
parte. §. modo quæritur. quod pondera an procedat in ære
alieno,& indiſtincte,ſi neuter faciat inuentarium.

Et fideicommiſſarios.Ex hoc verbo probatur ſecũdum ali
quos quod hæres non faciens inuentarium amittit Trebel-
lianicam , ideſt reſtituit omnia bona fideicommiſſario vni-
uerſali nulla retenta Trebellianica, alij intelligunt hunc tex-
tum de fideicommiſſario ſingulari.Vide vtrunque Imolam,
Paulum, Iaſonem in l. Marcellus.ff.ad S.C.Treb.Vigl. in §.ex
traneus,Inſti.de hæred.qual. & diff. Mihi verior videtur pri-
ma opinio,vt ſcilicet amittatur Trebellianica in puncto iuris
130 ob omiſſionem inuentarij,ſiue extraneus ſit hæres, ſiue etiã
filius,maxime ſi teſtator prohibuerit, Gratus conſil. 160. l. 2.
Marzarius,conſi.1.ut ſupra abunde retuli.

Conuocare.Ideſt citari facere per iudicem,non enim poſſet
hæres ſine iudicis licentia citare aut admonere creditores,&
legatarios ad confectionem inuentarij,Bal.in §. & ſi præfatã.
131 licet † alias interpellatio tam iudicialis quàm extraiudicialis
cõſtituat debitorẽ in mora. l.mora. ff.de vſuris.l.quod te.l. vinũ.
ff.ſi cer.peta.Differentiæ ratio illa eſt, quod debitor ſcit iam-
pridem ſe debere,proinde ſufficit qualiſqualis admonitio.l.
1.in fi.ff de act.emp.at creditores,& legatarij ꝓbabiliter igno
rant teſtatorem eſſe defunctum, & hæredem velle facere in-
uentarium,non enim poſſunt diuinare,merito debent per iu
dicem citari:cum regulariter vetitum ſit, non poſſe quempiã
citari niſi per iudicem,vt hic per Bartolum.

Omnes.Quid ſi non omnes ſed quidam ſint citati? Textus
iſte videt̃ innuere in nihilo valere inuentarium,quia nihil cẽ
ſetur facere,qui partem indiuidui facit.l. furioſum. C qui te-
132 ſtam.Contrarium eſt verius:† quia inuẽtarium valebit quo
ad citatos : quo ad non citatos non. Bartolus hic, Baldus in
auth.ſed cum teſtator.C.ad l.falcid ad ſimilitudinem ſenten
tiæ. l.de vnoquoque.ff. de re iudicata. quid ſi ſint plurimi, &
omnes noti,præſenteſque, nunquid ſingulatim ſunt citandi,
an uero ſufficit generale proclama?Niſi mos contrarium ſer
uet,ſinguli citabuntur ex verbo,quanticunque,quod ſtatim
ſequitur.Zabar.conſi.22 Boerius deciſ.277. vtcunque diſſen
tiat Iaſon in l.decem. ff. de verb. oblig.

Legatarios.Angelus dicit hac conſtitutione fuiſſe inductũ
vt legatarij debeant citari,cum l.ult. C.de iure delibe. ſolum
diceret de creditoribus, ſed verba.l. videntur aptari vtriſque
quamuis magis interſit creditorum, vt in gl.

In eadem ciuitate.Quid ſi creditores, & legatarij ſint extra
pomœrium,vel mœnia,in ſuburbijs,vel in continentibus? pu
133 to eos eſſe † in ciuitate.l.2 l.ut Alphenus.l.ædificia.ff.de uer.
ſignifi.quid ſi in oppido,uel Caſtro,vel uilla,uel territorio il-
lius ciuitatis,in qua fiat inuentarium?Adhuc videtur idem.
Beluiſ.hic.Alber.in §.ſin autẽ dubius.Lofredus conſ.32.imo
& extra territoriũ poterit fieri citatio verbalis,ut hic per Bar
134 tolum.Sed an cogetur illam facere?Non puto;ſufficit enim
citatio generalis per edictum uel ſchedulam,ut ſupra fuit ex
poſitum.Bartol.conſ.154 Porcellinus in Tractatu.Item quid
ſi citandus ſit ſub alio iudice?Vel quid ſi ſit clericus? Reſpon
detur,Cynus,ut refert & ſequitur Paulus de Caſtro in l. hæ-
res abſens.§.1.ff.de iudicijs.tenet quod iudex hæredis poterit
per ſuum nuntium ſaltem verbaliter citare exiſtẽtem ſub iu
riſdictione alterius iudicis, maxime ubi uterq; iudex eidem
Principi,uel Reip.pareret:Alias ſcribet iudici ut ipſe citari fa
ciat,Bar.in l.1.ff.de req.reis.l.a diuo Pio.§.ſententiam.ff. de re
iudicata.Iaſon,Decius & plurimi alij in l.vlt.ff. de iuriſd. om.
iud.Oldradus conſ.88.Aretinus cõſ.143. clericus autem vbi
uocatur in iudicium,conuenitur in ſuo foro,gl in d.l. hæres
abſens.§.proinde ff.de iudicijs. niſi iam lis, & inſtantia eſſet
inchoata cum defuncto,Paulus in d.l. hæres abſens. per tex-
tum ſingularem in l.ſi is qui Romæ.ff. de iudicijs. At cum ci-
tatio ad confectionem inuentarij non omnino ius perimat
135 † citati;putarem clerico non permittendam præſcriptionem
fori,maxime ſi ſit creditor, uel legatarius laici, argumẽto no
tatorum ibidem,& in cap quoniam contra.de probat. Fran.
Mar.deciſ.105.par. 1. Roland. in 2. parte §. decimoſeptimo.
Vbi econtra tractant de laico hærede, vel legatario, vel cre
ditore clerici.

Agentes.Gloſſa interpretatur ꝓcuratores creditorum, uel
legatariorum.Et putat hic Angelus quod ſemper ſufficit ci-
136 tare procuratorem † qualitercunq; dominus ſit impeditus:
quia non agitur de magno præiudicio. ſin autem agatur de
re magni ponderis,ab initio litis ſemper dominus eſt citan-
dus.l.4.§.1.ff de damno inf.inſuper Bar. ex hac gl. iuncta tex-
tui colligit pro ſententia Martini de Fano,ut refert Specu. ꝙ
in inuentario requiritur authoritas iudicis, nam cum citatio
137 nequeat † fieri ſine iudice,ergo nec inuentarium. Tu uero
dicas nulla lege hoc probari,quamuis temerarius, & impru
dens hæres eſſet, qui ſine iudice inuentarium facere præſu-
meret.Quin amplius ſalubre erit conſilium Cagnoli in l.ſi qs
maior.C.de tranſ.ut inuent. completum offeratur Principi,
qui ſuppleat omnes defectus.Item, an iſte textus ad alias per
ſonas poteſt aptari?Et quidem poterit,puta in executore re
lictorum,Baldus conſi.265.lib 3.

Perſonarum natura. Vt quia ſit mulier, inquit gloſ. ergo
pro vxore creditrice, uel legataria citabitur maritus. l. 1. l.
maritus. C. de procur. quid in uidua ? quid in vili, infami,
paupercula ?

Aut dignitas.Vt ſacerdotij,inquit gl.ex hac gloſſa videt̃ pro
bari,ꝙ ſacerdos, uel clericus non poteſt, nec debet citari ad
confectionẽ inuentarij,quamuis non ſit impeditus, ſed cita-
139 bitur eius procur. quod intellige † de religioſo in maxime
dignitate conſtituto,ut notatur in l.omnes. C. de ep.& cler.
quid

Quid in milite?quid in Doctore ? qd in aſſeſſore? opinor eos
citari poſſe ſi nõ ſint alias diſtricti,& occupati.Quid in Prin-
cipe,Comite,Duce?hi ſane præ cæteris fulgent, & clareſcũt,
tamen hæc conſtitutio eos arctat,prout Sacerdotes, & mili-
tes,de quibus nuper,vt infra.§.pen. niſi dicas ibi loqui reſpe-
ctu aliorum capitulorum huius conſtitutionis,non reſpectu
citationis. Citabitur ergo ꝓcurator, vel qlibet defenſor ob
dignitatis ſplendorem, quamuis nec perperam ipſi admo-
nerentur.

Qualitas.Vt valetudinis,inquit gl.nam & febricitans nõ te-
140 netur comparere.l.quæſitum ff.de † iudicijs, vbi textus ſin-
gularis eſt quod plorans,lugenſue filium,patrem, vxoremue
defunctam excuſatur,ſi non compareat.

Aetas.Vt pupilli,& adulti curatores habentes.Nota mirabi
lem gloſſam,quæ vult non poſſe citari puberem, qui habeat
curatorem;veluti nec pupillum cum tutore,vel ſine,quia pu
141 pillus,& pubes curatorem habens † æquiparantur.l. 3.C.de
in integrum. reſtitut. minorum. Ergo ſi pubes non habeat
curatorem, citabitur : cum nec ſemper a litigando arcea-
tur.l.exigendi,& ibi notatur.C. de procur. Puto autem quod
& ſine curatore adultus citabitur.Caſtrẽſis in l. 2.ff. de cond.
fur.Rolan.in 3.parte.§.ſed quid dicendum Sed eo caſu, quo
pupillus non habet tutorem,quid faciet hæres? Nempe mo-
ram,& diſpendium patietur,ſi petat ei decerni tutorem, vel
curatorem.Reſpondetur,citabitur cõſanguineus, uel affinis
142 vel charitate,beneuolentiaque † coniunctus,l.hæc autem.l.
Fulcinius.§.ita autem ff.quibus ex cau. in poſſ. eatur. ex quo
textu idem probatur in furioſo,uel alias debili. Idem quoq;
putarem de muliere cœlibe,cuius conſilium,& ætas ſit imbe-
cilla, vt prædixi.

Neceſſitas.Vt quia ſit captus,uel vinctus,vel nudus. Accu.
143 Perpende diligenter ex † hoc textu quod agnatus defuncti
præteritus,ad quem alioquin ſpectabat ſpes ſucceſſionis,ſi te
ſtamentum non fuiſſet factum, non eſt citandus, veluti nec
agnatus pupilli, quando tutor facit inuentarium, quia nulla
lex dicit Bal.in auth.ſi omnes.C. ſi minor ab hæred. Vitalis,
Nil nouari inuentarij confectione pendente,nu. 82.Et veluti
144 nec emptor Feudi,quod hæres poſtea retraheret. Oſaſc de-
ciſ 68.Nec fideicommiſſarius conditionalis,quamuis Meno
chius conſi 89 ad id ponderauerit textum noſtrum.

Si uero abſunt aliqui Quid ſi omnes? hic textus videtur in
nuere impediri confectionem inuentarij. Quod prorſus ne-
gatur enim hæres ob eorum contumaciam,& diſſimulatio
nem damnum,& periculum debet incurrere? quid tamen ſi
omnes creditores ſimul veniant dicẽtes, noſtra credita ſunt
145 aperta, ecce chyrographa. Nolumus aliquid † impendere in
inuentario?Pertinent hæc ad §. donec. vtrum ſcilicet impen
ſæ minuant æs alienum,quas creditores fruſtra fieri aſſerant;
aut cum nihil omnino vel parum ſit remanſurum,nec cogi-
tur quidem hęres,nec damnum patitur ſi bona ſunt modica
Bar. & Platea in l. mediterraneæ C. de annonis, lib. 10. ſed
conſultius erit creditoribus, uti cautela Capiliſtij in l. vlt. C.
146 de iure delib. ꝙ † ſunt contenti dare omne commodum hæ
redi,quod haberet facto inuentario.

In ipſa ciuitate.non ergo creditores, uel legatarij citati dice
re poterunt, veniat hæres ubi nos ſumus. In noſtra ciuitate,
vel domicilio fiat inuentarium.Finge aũt,pars bonorum ob
noxiorum,vel relictorum eſt in ciuitate,vel territorio eorũ.
Maior bonorum eſt alibi. An nolente hærede ſe eo confer-
re,occupabunt ipſi bona præſentia.Quod non opinor, quia
147 ibi hæres eſt conueniendus, ubi eſt maior pars † hæreditatis,
niſi æs alienum reſpiciat ſpecialiter bona illa, Alcia. Reſpon.
546.l quod legatur.l.fideicõmiſſum.ff. de iudiciis. & per hũc
textum,& apertius ſupra ibi,quanticunque in eadem ciuita
te conſtituti ſunt.Obſtat quia actio hypothecaria, & in rem
quælibet poteſt proponi in foro ubi res ſita eſt,ad electionẽ,
& arbitrium ipſius actoris,ut perſpicue liquet ex gloſſa, Bal-
do,Angelo,& Paulo in d.l.quod legatur.gl.in l. vlt. C. ubi in
rem actio.niſi dicas aliud eſſe agere contra hæredem cunctã
tem ſoluere:aliud impedire hæredem, quominus iure ſuo fa
ciat inuentarium.Permittant itaque hæredem facere Inuen-
tarium;Et poſtea ſi non ſoluat, intentent ſuas actiones. Re-
curre ad ſuperius tradita in 87.effectu,an inuentarium impe
diat,uel concedat electionem, aut cumulationem actionũ.

Poſſidentes ſubſtantiam,& optimæ opinionis. Duo exigit
148 iſte textus in teſtib.inuentarij,ut ſint locupletes,ut ſint illæ-
ſæ exiſtimationis. Tertium addit.§. ſi autem dubius. vt co-
gnoſcant hæredem de quo tertio, vide quæ diximus in d. §
ſi autem dubius.& Bartolum hic.Vtrum autem quis ſit pau
per,vel locuples, gloſſa notabiliter dicit relinq arbitrio iudi-
cis,nam reſpectu unius,decem iugera diuitem faciũt ſeudo
neum.Reſpectu alterius centum iugera erunt modicum, gl.
in l. ſed & ſi ſuſceperit.ff.de iudicijs. ſubdit etiam notabiliter
Angelus ꝙ in dubio quilibet præſumit locuples,& idoneus,
149 gl.in l.ſi uero.§.1.ff.qui ſatiſd.cog. † præterquã ſi aliquid affe-
ctet quod ad ſui honorem,aut commodum ſpectet.

Non minus tres.in loco non uenientium creditorum, vel
legatariorum,ſubſtituuntur tres teſtes.Et ſic erunt quinque
teſtes pręter Tabellionem,& hæredem.

Tabularijs.plurale ꝓ ſingulari. Accurſius. nam ſufficit vnus
150 Tabellio ſubdit gloſſa:ſi † tamen tres Tabelliones adhibean
tur,non minus fidei præſtabit.imo plus cum ſint publicæ ꝑ-
ſonæ Facit,quia & alias qui habet priuilegium, non excludit
a beneficio iuris communis,c.indultum.& ibi per Dynũ. de
151 reg.iur.lib.6.poterit † ergo Tabellio,Tabellionis,& teſtis of-
ficio fungi.quod intellige ſeparatim, ideſt, ut ſi vult uti iure
Tabellionis,non poſſit eſſe teſtis.contra, ſi uult eſſe teſtis,re-
nuntiet iuri Tabellionatus. glo.& ibi apertius Bartolus poſt
Dynum in l.Domitius ff.de teſtam. Iac.But.Cynus,Bart.Bal.
Ang.Raph.Pau.in l.hac conſultiſſima.§.ult. C.qui teſtam.fa-
cere poſſ.dum gl.ibi quærit,an Tabellio,qui ſcribit teſtamẽ-
tum fungatur officio teſtis.Certe non fungitur ſi vult Tabel
lio,& teſtis ſimul eſſe, quia ſibi ipſi quodamodo teſtis eſſet,
& duas perſonas in eodem actu ſuſtineret: quod eſt impoſſi-
bile,ut per gl.Fabrum,& Ang.in §.ſi tutor.Inſt.de inoff.teſt.

Quantum ad hoc. Ergo a cõtrario ſenſu in alio inſtrumen
to quam inuentarij nõ requiritur aliquis teſtis,quod impro-
152 bat gloſſa: & intelligit hæc uerba quod in alijs † inſtrumen-
tis creditur ſoli Tabellionis ſcripturæ cum duobus ſaltem te
ſtibus;at inſtrumento inuentarij non creditur quantum ad
hoc,ideſt hoc in caſu,quando citati non comparent,niſi tres
teſtes loco eorum ſint nominati. Nota mirabilem gloſſam,
ex qua ſimul cum dictis per Angelum collige aliquot cõclu
ſiones,I.Soli Tabellioni extra iudicium conficienti inſtrumẽ
tum,non credi ſine duobus ſaltem teſtibus ſcriptis uel ſub-
ſcribentibus. II.inſtrumento coram iudice facto creditur, ẽt
ſine teſtibus. Proinde ſi inuentarium fiat apud acta, non re-
153 quiritur † ſubſcriptio,Bal.in conſ.143.lib 4.ita inquit Ange-
lus de conſuetudine ſeruaſ.niſi res ſit magni præiudicij,tunc
enim tam in inſtrumento iudiciali quam extraiudiciali,ſaltẽ
duo teſtes debent nominari,veluti in ſententiæ prolatione,
& in decreti interpoſitione.l.in donationibus. ubi gl. & Bal-
dus C.de donat Innoc. in c. quoniam contra,de probat.poſ-
ſet tamen diſputando attentari, quod in puncto uniis coram
iudice ſcripto inſtrumento,maxime per publicum Tabellio-
nem illius iudicis,ſemper actus ualeat,ꝑ textum in l.omniũ,
cum ibi traditis per glo.Cynum,Bar Bal.Angelum,Salv. Ra-
pha Paulum,Comeum & alios. C. de teſtam. ubi habetur ꝙ
154 teſtamentum quantumuis ingentium facultatum, valet co-
ram Imperatore ſine teſtibus inſinuatum, vel etiam coram
alio quocunque iudice ordinariam Iuriſdictionem exercen-
te.Poteſt reſponderi,illud ſpeciale in teſtamento, quod a ſo-
lius teſtantis pendet voluntate.Item negant multi,ut ibi per
Baldum,coram alio iudice, vel Principe quam Imperatore,
teſtamentũ ualere,ob id,quia Imperator omnes leges in ſcri
nio pectoris habet,& ſemper nobilium grauiſſimarumque ꝑ
ſonarum,fidem indubiam rei geſtę perhibere valentium,co
ronam & comitatum habet.III.duo teſtes ſcripti,uel ſubſcri
155 bentes probant inſtrumentum. Quid ſi iſti duo teſtes † non
ſcribantur,nec ipſi ſe ſubſcribant;attamen re uera affuerint,
& totius negotij ſeriem pandant?gloſſa videtur ſibi contradi
cere,nam primo requirit de duobus alterum.vel quod nomi
nentur,& ſcribantur a Tabellione,& ita etiam notatur in l in
donationibus.C.de donat.uel quod ipſi manu propria ſe ſub
ſcribant:poſtea ſubdit hæc uerba.

Quorũ noĩa non ſunt ſcripta. Et ſic ex his uerbis vult gloſ-
ſa quod quamuis teſtes non ſcribantur, nec ſubſcribant. ta-
men fidem faciant ſi actui interfuerint.quod poteſt probari
ex eo,quia regulariter teſtes etiam fortuiti probant,authen.
rogati. C. de fide inſtr. & quia neque ſcriptura neque teſtes
ſunt de ſubſtantia, dummodo aliunde probatio habeatur. l.
contrahit.ff de pign.l.4 ff. de fide inſtr. & quia fideicommiſ-
ſum valet,etiam ſine vllo teſte relictum.§. ult.Inſti. de fideic.
hæred.l quæſtionem.C de fideicom.credo tamẽ eſſe expun
156 gendam dictionem negatiuam,non,ne gloſſa ſibi ipſi ipſi † ꝯ
dicat.Regulariter ergo duo teſtes probant inſtrumentum.
Fallit ſecundum gl. vbi citati ad inuentarium nõ comparẽt :
tunc enim ſaltem tres teſtes requiruntur:de quo in §. ſi au-
tem dubius.& mox dicam ſecundo fallit in teſtamento tam
nuncupatiuo quam in ſcriptis.l.hac cõſultiſſima. C. de teſta.
Tertio fallit in alijs caſibus ut hic per Ang. & per gl. & DD.
in l.teſtium.C. de teſtib. Sed circa teſtamẽtum in ſcriptis unũ
reuoco in dubium, quod ſemp plurimum me torſit. Tu ſcis
ꝙ ſinguli ſeptem teſtes debent ſe proprio chyrographo ſub
ſcribere,& ſubſignare,ita quod ſi vnus ex ſeptem teſtib. utrũ
que non faceret,teſtamentum periclitaretur. l.pen.iuncta l.

ad

157 ad teſtium.§ ſi quis ex teſtibus.ff.de † teſtam l ſi vnus. C. eo.
quæritur, an ſi publicus Tabellio ſcribat teſtamentum, hæ
ſolemnitates requirantur:quo ad ſignacula conſtanter tene-
rem ſemp debere apponi a teſtibus, At quod ſubſcriptiones
ſingulorum ſeptem teſtium requirantur, valde hæſito, in in-
uentario non requiruntur, quia i ea.in § ſinautem dubius, po
nit tantum de hærede.mouet quod omnes leges Digeſtorũ
& Codicis ante Iuſtinianum loquentes de teſtamento in ſcri
ptis (quantum repeto, & conijcio) præſupponunt teſtamen
158 tum ſcribi manu priuati, cum & per hæredem, & p † pupil
lum, & per ſeruum, & per mulierem ſcribi potuerit, quamuis
non potuerint eſſe teſtes. l. Diuus. l impuberem. & ibi Bar. &
Ang. ff. ad l. Corneliam de falſis. §. teſtes. Inſt. de teſtam. quod
ſi eſt, prout vere eſt:non eſt mirũ ſi ſinguli ſeptem teſtes de-
bebant manu propria ſe ſubſcribere : Secus ſi teſtamentum
ſcribatur per publicum Tabellionem; nam videtur ſufficere
quod nomina ſeptem teſtium ſubſignantium, abſq; alia ſub-
ſcriptione ſcribantur per Tabellionem ex d. l. in donationi-
bus. C de donat. Aliud rurſus quæritur non minus dubitabi-
159 le, an ſi teſtamentum ſcribatur per Tabellionem † cum ſi-
gnaculis ſeptem teſtium; addo etiam ſubſcriptionibus; neceſ
ſaria ſit poſtea recognitio, apertura, & publicatio. Certe, ut
nunc dixi de ſubſcriptionibus, leges loquentes de publica-
tione non faciunt mentionem de publico Tabellione l. enim
ab initio & ſeqq. ff. quemad. teſt. ap. l. publicati C. de teſtam.
Quapropter ſi publicus Tabellio interueniat, uia eſt, vt ulla
publicatio de iure requiratur; maxime ſi uerum eſt quod pu
blicum inſtrumentum probat & fidem facit : etiamſi omnes
teſtes poſtea moriant, ut hic per gloſſam Et in teſtamento ꝙ
* ſ probetur per publicam ſcripturam, eſt communis * opinio
per glo. Cynum, Bar. Baldum, Ang. Salycetum, Paulum, Cor
neum, licet Raphael poſt Azonem aliquãtulum vacillare vi-
deatur in l. 1. & 2. C. de teſta. in l. ult. C. de fideicom. in l. hære-
des palam. ff de teſtam. §. ſed cum aliquis, & ibi quandoque
pleniſſime dixit poſt Fabrum Inſt. de teſta. in l. 2. in princip. ff.
quemad. teſt. ap. IIII. Publicum inſtrumentum probat etiãſi
160 teſtes in eo nominati poſtea moriãtur. Ampliatur, † ut nũc
dixi, etiam in inſtrumento teſtamẽtario. Vide omnino gloſ-
ſam in præallegata l. vlt. C. de fideic. quid ſi contractus, uel te
ſtamentum ſcriberetur manu alterius quam Tabellionis? Si
teſtes ſe ſubſcriberent manu propria nec non ipſi contrahẽ-
161 tes, ſeu teſtator, facilius valeret. † Sed certe in teſtamento in
ſcriptis, ſi uel vnus ſeptem teſtium neget, uel vacillet, uel ſor-
te etiam mortuus ſit, plurimum periculi incurritur. l. 1. § vlt. ff.
quemad teſtam. ap. niſi tabellio ſcripſerit, glo. & Barto. in l 2.
quæ ſtatim ſequitur. Vides ergo quanti referat vel unius Ta-
bellionis authoritas. V. Inſtrumento publico ſemper credit.
Ampliatur, etiamſi negetur publicum, dummodo Tabellio
iuret, & faciat comparationem literarum, ut in glo. fallit ſi te
162 ſtes vel alij expreſſe contradicerent, & falſitatem redargue-
rent, quod difficulter fieri poterit, vt hic per Angelum. Inn.
& alij in ca. cum Ioannes eremita. de fide inſtrum. in §. item
verborum. Inſt de inutil. ſtip.

Inuentarium. ſic dictum, inquit Accurſius, quia res ſingulę
deſcriptæ inueniuntur. ſubdit Accurſius tres quæſtiones, an
vno contextu debeat fieri inuẽtarium. An ſemper idem Ta-
bellio requiratur ſi diuerſo contextu, vel tempore fiat inuen
163 tarium † An iidem teſtes ſemper requiruntur. Primæ quæ-
ſtioni reſpondet, non requiri ſemper vnum contextum, maxi
me ſi bona ſunt multa, & variis in locis poſita. Neque obſtat
de teſtamento. l. cum antiquitas. C. de teſtam. quia teſtamen-
tum poteſt duobus, uel tribus uerbis abſolui. l 1. §. qui neq;.
ff. de hæred. inſt. At in inuentario, quomodo poſſibile eſt tot
164 res plerunque minutulas & incertas, tam cito ponere? Secun
dæ, & tertiæ reſpondet, non poſſe alium tabellionem, vel te-
ſtes adhiberi. quod inficiantur Iacobus de Beluiſio, Barto. &
Angelus, ſi aliquod impedimentum eis ſuperueniat. Lucas
de Penna in l. 1. C. de can. frum. vr. Ro. lib. 11. cum etiam in
teſtamento quod expeditius fieri poteſt, nõ obſit interdum
aliorum teſtium adhibitio d. l. cum antiquitas.

Superuenientibus Redeuntibus. Accurſius Quę expoſitio
165 habet emphaſim. O ingenium mirum, & perſpicax. Accurſij
aliorumque gloſſatorum antiquorum; qui non, ut multi no-
ſtri temporis multiloquio, & oſtentationi ſtudebant: ſed ple-
runq; vno, aut altero uerbo, duos uel plures conceptus ex-
primebant, ut hic euidenter liquet : vult Accurſius quod ſo-
lummodo illi creditores, & legatarij poſſint per iuramentũ
hæredis, & ſeruorum examinationem probare ſurreptionẽ:
qui citati ad inuentarium comparuerint; ſecus autem ſi per
166 socordiam vel malitiam non comparuerint, † quia tunc non
poterũt conqueri de hæde, ſuæ negligentiæ totũ imputaturi.

Et querentibus Debent quippe conqueri, & probare. Alio
quin ſemper ſtabitur inuentario, licet re uera hæres aliquid
ſubtraxiſſet, vt ſupra in tractatu abunde fuit expoſitum : No-
ta tamen ex hoc textu, quod quamuis creditor, uel alius cita-
tus non compareat, non per hoc amittit ſuum creditum, vel
ius, Alciat Reſp 43 354 Natta conſi. 575.

Per iuſiurandum hæredis. Iurat hæres, de quo quæruntur
creditores, & legatarij non contumaces, quod nihil malitio
ſe egit, Accur. Sed quis deferet iuramẽtum; Vtrum iudex ex
167 animi ſui motu; an uero ipſi hęredes, & legatarij? Item an hę
res in initio, quo facit inuentarium, iurat? quod non opinor,
ſi non uult, quamuis non male faceret. ſi iuraret; Et hoc etiã
inſerit Angelus in ſua forma inuentarij.

Iuſiurandum teſtium. Et hic iurant teſtes quando ſuſpicio
contra eos, & hæredem eſt, poſt cõfectionem inuentarij: Cæ
168 terum ab initio nulla lex dicit quod iurare compellantur.

Et vidiſſe. Debẽt ergo teſtes proprijs oculis & intellectu cer
nere, & cognoſcere atq; ita teſtificari Vnde, inquit glo cęcus
169 non poſſet eſſe teſtis in inuentario, Veluti, inquit Ang nec
in teſtamento. l. ſi nõ ſpeciali. C. de teſtam. Alias cæcus teſtis
eſſe poterit ſuper actu, qui non percipitur viſu, ſed alio ſenſu,
puta. Ego ſtipulor abs te. Sempronius cæcus audit, & intelli-
git. Valebit ipſius teſtimonium, cum & paries, uel cortina nõ
170 impediat quominus † quis contrahere, uel teſtis eſſe poſſit
in contractu, non tamen in teſtamento, nec in crimine tam
facile, vt notatur in d. l ſi non ſpeciali. C. de teſt. in l. teſtium.
C de teſtib. ubi gloſſa dicit, non recipienda teſtimonia Suſan
næ gl Bar & Imola, in l. 1. § idem Labeo. ff. de aqua plu. ar.

Noluerint. Cum eſſent nominatim citati, & in eadem ciui-
tate ea ſententia Accurſij; tunc enim in duob. ſunt deterio-
ris conditionis quam non contumaces. Primo non conque
runtur de hærede, ut prædixi. Secundo non adhibentur tres
171 teſtes loco eorum, ſed ſufficiunt duo teſtes primi. † Et hæc
opinio, & expoſitio ad textum ibi. (contentum eſſe teſtium
præſentia,) verior eſt ſecundum Bartolum, licet Irnerius, aut
quicunq; alius fuerit, in auth. ſed cum teſtator. C. ad l. falc. in
diſtincte referat, quod in locum contumacium, vel non com
parentium ſemper tres teſtes adhibeantur, ut ſint quinq; in
totum, quod etiam Bartolus, & Angelus, in forma inuenta-
rij ponunt, & docent: Et ita quotidie videmus, & ſemper ſua
derem fieri, licet in puncto iuris ſufficerẽt duo teſtes in duo-
bus: Primo ſi nulli eſſent creditores, nec legatarij, fideicom-
172 miſſariiue: quod raro contingit. † Secundo ſi creditores, uel
alij eiuſdem ciuitatis nominatim citati, contumaciter non
veniant, nec mittant. Eſt & tertius caſus ſi omnes ueniant
vel mittant.

Repoſito etiam ſic. Accurſius dupliciter exponit. Prima ex
poſitio eſt uerior, & illi applaudit uerſio Haloandri, quod in
odium contumacium, & non venientium reponitur, id eſt
remittitur iuramentum hæredi, & tortura ſeruorum. Secun
173 da expoſitio procederet, vbi † citatio fieret contra abſentes,
vel generaliter, vel quando euidentiſſima eſſet fraus, & ma-
lignitas hæredis, quia dici ſolet. Paria delicta mutua compen
ſatione tolluntur l. viro ff. ſol. matr.

Præſidium. Textus innuit ꝙ ubi hæres pleniſſime, & fideli-
ter omnes ſolennitates inuentarij ſeruauit, detrahit Falcidiã
nõ ſolum legatarijs, ſed etiam creditoribus: & pro hac ſentẽ
174 tia adducit gloſſa tria, vel quatuor argumẽta; Mox reprobat
& bene, ut hic per Bar. & Angelum. Si enim debitor quam-
diu viuit, atque etiam poſt mortem, non poteſt creditorum
ius minuere. l. 1. C. debitorem ven. pig. Cur hæredi plus iuris
tribuetur, vt quadrãtem creditoribus auferat? Nulla quippe
lege, aut ratione hoc ſuadetur, quoniam ſi hęres non patitur
damnum, neque etiam debet lucrari, nec locupletari cum ia
ctura alterius, maxime creditorum quibus ius eſt quæſitum
viuo defuncto. l. bona fides. ff depoſiti. l. vlt. ff. de pactis. Alio-
quin impedirentur quotidiana commercia, nec facile inueni
rentur, qui alijs res ſuas crederent, vel communicarent con-
tra bonum publicum l. iuſto ff. de vſuc. l 1. ff de cõtrah. emp.
Rationabilius dubitaretur, ſi filius, vel filia hæres patris, inuẽ
175 tarium faceret, an legitimam, vel dotem creditoribus, † qua-
ſi falcidiam, & debitum naturale auferat. Sed nec hoc eſt ad-
mittendum, quandoquidem æs alienum ſemper exhauriat,
& præueniat quamlibet legitimam, facto, vel non facto inuẽ
tario, quod abunde fuit diſcuſſum ſuper. §. in computatione,
& l. cum a matre. C. de rei vend l vlt. C de dotis prom Quid
tamen ſi eſſet donatarius ipſius patris nondum traditione ſe
cuta? Vide per Bar. in l. 2 ff ſi a parente quis fu. man. in l. ſi vn-
quam maxime per Ripam, & Tiraq. C de reuoc. don. in l. 1 p
gl. Cynum, Bar. Bal. Angelum, Saly & Paulum. C. de inoff. do
176 nat. in l. vnica C. de inoff. dotib. Et idem inquritur in qualibet
donatione, ſeu emolumento, quæ vel ꝙ confirmatur morte,
vtrum, ſ legitima, vel dos vel falcidia detrahatur. de quo abũ
de per DD. in l. 2. de leg. 1. in l. in quartam & l. acceptis. ff. ad l.
fal. l. in donationibus. l. pen. C. eodem.

Si enim

Si enim omnino &c. Senſus huius periodi eſt. hæres, qui ſo
lenniter facit inuentarium, detrahit falcidiam: etiamſi in rei
177 veritate bona ſint pauciora quam crediddiſſet defunctus; † ne
que hoc eſt contrariũ voluntati morientis, ſed potius eius
ignorantiæ, & credulitati eſt aſcribendum vt infra. §. hæc au-
tem dicimus.

Complebit legatarios. Hoc de nouo ſancitur hic, ut hæres
non faciens inuentarium non ſolum amittat Falcidiam, ſed
etiam de ſuo teneatur legatarijs: Antea ſecus erat, quia ſolũ
178 tenebatur de ſuo creditoribus, † non legatarijs, gloſ. & Bart.
non diſtinguendo vtrum filius vel alius ſit hæres, quamuis
hæres hæredis non teneatur, vt prædiximus. Verbum porro,
(Complebit) miram habet emphaſim, Fulg. conſi. 82. com.
conſi. 30. ut hæres compleat de ſuo, ſi uel puſillum ſuperſit ꝓ
legatis: ſecus ſi in nihilo valeret legatum: quia æs alienũ om-
nia abſumeret, maxime in legato vſusfructus, aut ſimili. l. vſu
fructu ff. ad l. fal.

Et fideicommiſſarios. Si intelligas vniuerſales; ſenſus erit ꝙ
hæres non faciens inuentarium amittat Trebellianicam; ſed
obſtant verba ſequentia. (Legatorum datio.) quæ videntur
reſtringere hoc verbum, in fideicommiſſis ſingularibus. Et
ita tenet Iac. de Beluiſ. Roffredus, & Bar. vt nõ amittatur Tre-
bellianica, quod non puto, ut ſupra non ſemel.

Ex falcidia lege lucrari. Apparet quod Falcidia eſt lucrum:
Vnde infert gloſſa, ꝙ filius non faciens inuentarium nõ amit
tit legitimam.

Hæc autem diſpoſuimus. Senſus eſt. hæres lucratur falcidiã
ex confectione inuẽtarij, ſiue teſtator in calculo ſuorum bo-
norum, omnia bona legatis erogauerit, ſiue non omnia, ſed
vltra dodrantem, ſolum n. ſpectamus ꝙ errauit plus cogitãs
habere, & quod expreſſim non prohibuit Falcidiam. Ita glo.
videtur interpretari, & reſtringere hunc textum. Ego autem
vltra omnes, quos viderim, aut recorder, mirabiliter ponde-
ro hunc textũ, ut nõ tantum referatur ad Falcidiam, uerum
etiam ad illud quod proxime dictum eſt, de ſoluendo lega-
ta vltra vires. Senſus erit, hæres non faciens inuent. ita demũ
teneturlegatariis de ſuo, ſi teſtator ignorabat calculum ſuo-
rum bonorum: ſecus ſi ſciebat, & ſcienter pluſquam haberet
legauerit, quaſi improbitas defuncti excuſet improbitatem
hæredis nõ facientis inuentarium, quia nil Iudæus Iudæo, nil
Catilina, Cethego. l. in arenam C. de inoffic. teſt. l. quoniam.
C. de hæreticis. Sit ergo hæc prima fallentia ad ius nouum Iu
179 ſtiniani † hic arctantis hæredem vltra vires. Secunda ſit in
verbo, complebit: ex Fulg. & Com. Tertia ſit in foro conſciẽ
tiæ. Quarta, ſi legatarius fateatur bona eſſe niſi tot. Quid ſi
aliunde conſtaret? Quinta in hærede hæredis, ex Com. Sexta
in hæreditate admodum paupere. Septima in non vero hæ-
rede: ut ſparſim hic & illic ſupra.

Si uero expreſſim. Nota expreſſim, ergo ſi non expreſſe, &
nominatim prohibeatur Falcidia, vigebit ius vetus, ut poſſit
retineri per quemlibet hæredem. Bar. Ang. Baldus tamen in
180 auth. ſed cum teſtator, videtur uelle quod etiam generaliter
fieri poſſit prohibitio. Illud cõſtat, ut hic in gloſſa, ꝙ nunquã
legitima prohiberi põt. Sed quæ ſunt perſonæ, quib. debetur
legitima? gloſſa hic ponit quatuor, liberos, parẽtes, fratres uel
ſorores, quandoq; cõiugem paoperem ſuperſtitem. Adde pa
181 tronum. § primum itaque, ſupra. Ex quibuſdam tamen cau-
ſis legitima bis pſonis poteſt auferri; ecce enim filius ex vna
quatuordecim cauſarum hodie poteſt exhæredari. §. cauſas
infra. Vt cum de app. cog. auth. non licet, & ibi notãt omnes
poſt gl. C. de lib. præter.

Pie agendo habentem. Sed ex poſteriore conſtitutione, In-
fra de ecc. tit. inquit glo. abſq; alia expreſſa prohibitione nõ
182 detrahitur † Falcidia de legatis pijs, ut plene per Romanum
in auth. ſimiliter. C ad l. fal.

Aut ſi parere noluerit. Ex hoc notat Iac. de Beluiſio, & Bar-
tolus, ꝙ hæres non obediens teſtatori, priuatur hæreditate, ſi
ue adierit, ſiue non, & defertur perſonis hac conſtitutione e-
numeratis, ut ſupra. §. ſi quis autem non implens, quæ ut ſu-
pra recẽſuimus, ſunt octo, vel nouem. Cohæres. ſubſtitutus.
Fideicommiſſarius vniuerſalis. Legatarius. Seruus libertate
183 donatus. Donatarius cauſa † mortis. Succeſſor ab inteſtato.
Extraneus. fiſcus. ex quo ſequitur, quod legatum hic ualet ſi-
ne hæredis aditione. Bald. in l. filium. C. famil. erciſc. quod an
uerum ſit tradit ſubtiliter, & copioſe, Corneus in l. eam quã.
C. de fideicom.

Subtiliter agnoſcenti. Nam cum in uno obtemperauerit
teſtatori, ſoluẽs integrum legatum, debet in alijs non diſcor-
184 dare; partim, ut in gloſſa, Velle, quia partem † debiti ſoluens,
totum debitum videtur agnoſcere. l. itẽ ſi. §. vlt. ff. ad Maced.
partim quia vt in gl. receptioni, incipiens ſoluere uni, volunta
tem compleuit inſolidum, ex quo infert belliſſime Angel. ꝙ
confitens inſtrum. uni, cæteris omnib. uiam aperit ut poſſint
contra eum uti inſtrumento, quia inſtrumentũ eſt quid in-
diuiduum veluti vno ſpiritu, & elementatione conflatum, ut
notatur in l. ſæpe ff. de re iudicata. partim & quia ſciens calcu
lum bonorum, & ſoluens cenſetur donare. l. cuius. ff. de reg.
iuris. ampliatur ut per Bart. etiã ſi plures res ſeparatim eſſent
185 legatæ uni legatario, nam ſolutio vnius rei patit † præiudiciũ
in alijs, ita intelligitur, ſeu reſtringitur per hunc. § textus in l.
ſi ea pluribus. ff. ad l. Falcid. fallit ſi hæres ignorabat calculũ
bonorum, quod in dubio præſumitur. Secundo ſi errauerit
in facto, ut in gl. ſubtiliter, puta quia emergat æs alienum, uel
pandantur codicilli, quib. alijs legata relinquantur. l. 2. 3. ff. de cõd.
ind. Tertio, ut in gl. receptioni, ſi partem vnius legati uni le-
gatario ſoluit, per rationem ſubtilem, & elegantẽ ipſius gloſ-
ſæ, cuius ſemper reminiſcaris, non tantum ob hanc tractatio
nem falcidiæ; ſed etiam, ut prædixi, quia ſæpiſſime contingit
dubitari, an actus ſit diuiduus, vel indiuiduus, vt in l. ſæpe ꝑ-
allegata. Quarto fallit ut per Bartolum, poſt Iac. de Beluiſio,
ſi uni legatario tanquam amico, vel benemerenti ſolidum
ſoluerit, nam eius liberalitate, & gratificatione nõ dẽnt abu-
ti cæteri legatarij. Nota hũc effectũ obligationis antidoralis.

Conſtitutiones. Hæ conſtitutiones non extant, ut poſt glo.
clarius firmat Bartolus.

Retiocere velle. Non intelligas quod hæres velit poſteriori
legatario detrahere portionem etiã prioris legatarij, cui eſt
ſolutum. Nam de hoc quis dubitat, quod legatum vnius nõ
186 ſoluit falcidiam alterius, gl. in auth. † ſimiliter. C. ad l. fal. intel
lige ꝙ nec etiam ſuam detractionem patiatur poſterior, quã
vtique pateretur ſi non eſſet ſolutum priori inſolidum.

Teſtatoris ſententiam. Teſtatoris voluntatem, & ſententiã
ſequitur qui ſolida ſoluit legata. Hinc eſt ꝙ falcidia ſaltem na
187 turaliter † debetur legatarijs, gl. & Bar. in l. 1. ff. de cond. inde.
in l. cum quis. C. de iuris, & facti ignor.

Neque enim hoc erit curæ ſequẽtis hæredis. Vix ſenſus ex-
trahi poteſt. gl. videtur interpretari ꝙ poſtquam hæres vni
ſoluit, & noluit falcidiã illi retinere, non debet amplius hanc
curam ſuſcipere detrahendi falcidiam alijs. Ex tranſlatione
Haloandri, ſenſus eſt purior, & apertior.

Percipientibus Legatarijs. Acc. partim quia hęres ſciẽs cal-
culum, & ſoluens, quamuis incaute, ſibi ipſi debet imputare;
partim quia melius eſt non ſoluere quam ſolutum repetere.
l. 3. ff. de compenſ. partim quia naturalis obligatio, cuius par-
ticeps eſt legatarius ex ſententia defuncti, impedit ſoluti re-
188 petitionem. l. iuriſgentium § igitur ff. de pactis. Sed † an in
dubio cenſebitur hæres ſciuiſſe? Neutiquam. l. qui in alterius. ff.
de reg. iu. Diuerſum in teſtatore, gl. in auth. ſed cum teſtator,
C. ad l. fal. quod non ſemper admitterem, cum experimento
compertum ſit, fortunæ bona, & diuitias unda ocyus diſflue
re. l. in fraudem creditorum. ff. qui & a quibus. Quid ſi hæres
ſit in recenti aditæ hæreditatis, & facti inuẽtarij cum æſtima-
tione ſingularum rerum? Si interfuerit, uix ignorantia præſu
mi poteſt, arg. l. vlt. ff. pro ſuo.

Ante exactionem. Quam legatarius facit ad hęredem. Acc.
Quid tamen ſi hæres iudicio ſuſcepto cum legatario, & for-
te lite conteſtata, cum nõ improbe litigaret totum ſoluerit?
189 an repetat: & an exemplo agentis, cæteri † ſolidum cõſequã
tur? opinor autem quod ſi condemnatus ſoluerit, cum non-
dum ſciret calculum, non ſemper impediatur condicere, qa
coactus ſoluit, quamuis potuiſſet differre ſolutionem & cal-
culum inire. Sed finge eſſe virum timidum, inertẽ, qui meti
to lites expaueſcat? Non eſt plane quid tantum imputetur:
quia Iuſtinianus hic ſoletti, & ſcienti, legem ponit, & minatur,
non imprudenti, & inſcio, neceſſitate adacto.

Cogitatem recte. Cogitat recte, & bene facit hæres quãdo
ſolida legata præſtat, cum & falcidiam debeat naturaliter, ob
dum dodrantem: in tantum ut dixerint quidam Falcidiã, &
190 Trebellianicam poſſe euinci † hæredi in foro conſcientiæ,
& per denuntiationem Euangelicam, de quo per Bal. in l. cũ
quis C. de iur. & facti ignor. in c. nouit. de iudicijs.

Inopinabili. Nã quæ de nouo emergũt, nouo indigent auxi
lio. l. de ætate. §. ex cã ff. de interrogat. act. quid ſi legata emer
gant, relicta forte in codicillis, diu latentib. vr̃ idem ut reperi-
tioni ſit locus. l. 2. 3. & ibi Pau. ff. de cond. ind. uel cedat hæres
actiones ꝗ legatarios priores ut reuocentur ad communio-
nẽ ex traditis in §. & ſi præfatam. l. ſi uero. ff. de mil. teſt.

Receptioni. Retentioni. Accur. vel melius, repetitioni. No-
ta autem gloſſam hic, quæ refert ſex caſus huius voluminis,
191 in quib. ceſſat Fal. Alibi in §. vlt. Inſt. de † lege falci. & in l. in
teſtamento. C. ad l. fal colligit vndecim caſus. Ego alias colle-
gi. 18. & ferme totidem in quib. ceſſat legitima, & Trebelliani
ca. Qñq; hæc omnia, & alia multa apparebunt ſi benigniore
aura fruar. Primus caſus eſt per gl. in §. hinc nobis. uer. ſanci
mus, ſ. qñ hæres fraude rem aliquã prætermiſerit ponere in
inuentario. Quod, vt diximus per Romanum, conſ. 276. tra-
hitur

hitur ad Trebellianicam. II. Omiſſio inuentarij. § ſi vero nõ
fecerit. III. prohibitio. §. ſi uero expreſſim. IIII. ſolutio
facta ſcienter, ut hoc. §. V. infra de eccle. titu. in legato ad
pias cauſas. VI. ſi res cuipiã legetur hac lege, ne poſſit aliena
ri. §. pe. j. vt ſponſ. larg. unde extracta eſt auth. ſed & in ea. C.
ad l falc. eſt & VII. ſupra. §. & hæc quidem omnia, quãdo hæ-
res intra annum monitus negligit voluntatẽ teſtatoris. Non
enim ex eo quis debet compendium aſſequi, quod impugna
re eſt adniſus. c. ea eo. de reg. iur. lib. 6.

Illud quoq;. Iſte. §. vſq; ad finem conſtõnis, refertã ad vtrunq;
caput tam inobedientiæ quam inuentarij, quãuis non nulli
ʒ. in gl. militari. & per Raph. in auth. ſed cũ teſtator. C. ad l ſfal.

Queſtionib. Si quis agat pro legato, uel pro fideicommiſſo,
192 inſtantia litis non † egreditur annum, licet alias duret trien-
nio a die litis conteſtatæ. l properandum. C de iudicijs. Acc.
Iac. de Bel. Bar. Ang. Quod ego intelligo ſiue hæres fecerit in
uentarium, ſiue non, dummodo bona ſint ſoluendo. hoc tan
tum intereſt ꝙ ubi extat inuentarium, hæres ab omni lite, &
moleſtia ſubleuatur ſi bona non ſufficiant; enimuero inuen-
tario nõ extãte, nõ diſtinguit̃, bona ſufficiant nec ne. Quod
dictum vĩ nouũ, & inauditum. Sequitur. n. ꝙ hæres non fa-
ciens inuentarium, non poteſt legatarijs moram facere ultra
annum a die cõteſtationis, & ſic celeriter & ſine ordine M et
193 ſeq; iudiciario lis eſt exercenda, & finienda: cum † alioquin
ſi extaret inuentarium hæres habẽs iuſtam cauſam litigandi,
litem protrahere poſſet ſecundum ordinem iudiciarium de
iure communi, vſque ad triẽnium, quia ut iones dictum eſt,
inuentarium conſeruat omnia commoda, & beneficia iuris
communis. Nota hoc dictum, quia neſcio an alibi reperies.

Dicere tamen poſſumus, illud eſſe uerum ſolũ qñ hæres fuit
contumax & inobediens, ut ſ propter inobedientiam & cõ-
temptum legis tam acriter diſtringatur; cæterum ob ſolam
omiſſionem inuentarij non videtur tam acriter arctandus,
quominus poſſit ex probabili cauſa litem protrahere vſq; ad
triennium ſecundum ius commune.

Anni tempus Hic eſt annus inſtãtiæ, inquit gloſſa, ſeu litis
finiendæ, quoniam quando hæres adiuit, & interpellatus mo
194 ram facit, non poteſt ultra annum litem protrahere, etiamſi,
ut dixi, fecerit inuentarium; dummodo bona ſint ſoluendo,
& conſtet de iure actoris: ſiue is ſit executor, ſiue legatarius,
fideicommiſſariuſue. Cæteroquin ſi non liquido conſtet de
iurib. eorum, nõ eſſet locus huic textui, quia actore non pro-
bante reus abſoluitur. l. actor. C. de probat. l. qui accuſare. C.
de edendo Neque per hoc ꝙ iſti petant ex vltima voluntate,
ſunt adeo fauorabiles, ut hæredi auferantur legitima iura, &
195 defenſiones ut no. in l. ult. C de fideicom Quod eſt † expedi-
tum in creditoribus, utpote quib. nullum priuilegium tota
hæc ſanctio tribuat: ſolum enim priuilegium tribuit uenien-
tib ex ultima uoluntate. Pondera hoc de creditoribus. Nam
eſt maxima reſtrictio ad hanc ſanctionem. Sed certe in pri-
mo capite de inobedientia ita eſt. gl & omnes in § ſi vero ab
latam, ſupra. Idem vĩ in altero capite de inuentario; quoniã
creditoribus proſpectum eſt per aliam conſtitutionem Iuſti
niani, in l. ult. C. de iure delib. ſed eſto quod Iuſtinianus iuue
rit aliquatenus creditores per hanc conſtitutionem, ut ſ. §. ſi
vero non fecerit, non tamen iuuantur reſpectu litis, ſeu iudi-
cij contra hæredem, ut probatur ea uerbis huius. §. & gloſſa
latenter voluit, dum eã ãplificat in legatario, & fideicommiſ-
ſario. Preterea hoc iudicant uerba Rubricæ. (De hæredib. &
Falcidia, & ſi hæres legata ſoluere noluerit) vt ibi dixi.

Intra annum. Hic eſt annus ſolutionis, de quo in § ſi quis an
196 tem non implẽs, qui annus currit † ſolummodo poſt aditio
nem, & monitionem iudicis, quæro uter annus prius currat.
Reſpondetur uterq; quidem currit duntaxat poſt aditionẽ.
De illo inſtãtiæ ſeu litis, probat̃ in l. ut debitum. C. de hæred.
act in l. 3. §. ſi quis hæredi. ff. de ſtatu lib. in l. ſi mihi & tibi, &
ibi Bald. Raph. Alex. & Aret. ff. de leg. 1. vbi hæres antequam
adeat, non eſt in mora; proinde non poteſt conueniri neque
in ius uocari, niſi forte ad terminum ſtatuendum, intra quẽ
adeat, uel repudiet, uel reſtituat, l. 2 ff de ferijs. l. quandiu inſti
tutus. ff. de acq. hæred. De hoc ſolutionis, ſeu monitionis pro
197 batur manifeſtiſſime hic ſecundum Bartolum: † Modo quã
tum ad quæſtionẽ, aut hæres non vult litigare, ſed fatet̃ reli-
ctũ Et tunc prius curret annus ſolutionis a die monitionis fa
ctæ per iudicẽ: cur. n. hæredẽ litib. ſumptib. uſq; uexare, ſi nõ
negat relictũ? Ita Bal & oẽs in auth hoc amplius. C. de fideic.
aut hæres nõ fatet̃ relictum, uel ſi fatetur, dicit, in minus ſolẽ
ni voluntate, uel bona non ſoluendo, uel quidpiã ſimile, per
quod neceſſe habet legatarius experiri in iudicio & docere,
& tunc a die litis conteſtatæ curret annus inſtantiæ. Ex his li
quet ꝙ annus monitionis, ſeu ſolutionis citius incipit curre
198 re, q̃ annus inſtantiæ ſeu litis: † Quid ſi hæres fecerit inuenta
riũ? Rñdetur, interdum hæredi, interdum agenti magis con-
ſultum erit. Hæredi, ſi bona non ſunt ſoluendo, uel ſi legata-
rius nominatim citatus ad confectionem, non interfuerit,
Ancharanus in c intelleximus. de iudicijs, nam tũc hæres uel
omnem litem, & iudicium declinabit; uel ſi contendere ma
luerit, ultra annum durabit inſtãtia: quia, ut dixi, inuentariũ
conſeruat lucra iuris communis Agenti, quia ſi bona ſuffi-
ciunt, cogetur hæres ſtatim ſoluere abſque ulla iudicij mora,
præſertim ſi nõ fuerit citatus, uel cauſa probabili non adfue-
199 rit cõfectioni inuẽtarij, ut ſupra, § ſancimus. † Sed an iſte an
nus ſolutionis, uel inſtantiæ, curret ante annum, uel tres mẽ-
ſes inuentarij? Reſpondetur, quantum repeto, nemo explicat.
Puto autem ꝙ ſi inuentarium fiat ante aditionem, non po-
terit hæres moneri, nec in iudicium uocari, neuter ergo an-
nus curret contra hr̃dem, utpote non moroſum, nondumq;
alligatũ hr̃ditati. l ut debitum. C. de hr̃ditarijs actionib. l. hæ-
redis. ff. quan. dies leg. ced. Sin uero fiat inuentariũ poſt adi
tionem, tunc aut fit antequã moneatur, uel cetur ue, aut poſt.
Primo caſu, idem iuris erit, maxime in anno litis; uel inſtan-
tiæ, per. §. donec. Secundo caſu, annus ſaltem monitionis, ſeu
ſolutionis, ſtatim curret, quia non debuit tamdiu hæres cun
ctari in faciendo inuentarium. & maxime quia inuentarium
non tribuit lucrum ultra ius commune, ut toties dictum eſt.
Quidam tamen, ut refert gl. in auth. ſed cum teſtator C. ad l.
falcid. dixerunt, unum dari annum inuentario, & ſolutioni;
Quod non eſt uerum, nec rationabile, quæro, hæres monitus
200 a iudice non ſoluit primo, † nec tertio, nec octauo, nec deci
mo menſe. Legatarius eum conuenit, & lite nondum exple-
ta annus labitur, an coget̃ legatarius litẽ finire? Quod videret̃
quia legatarius iuri, & fauori ſuo renuntiaſſe cenſetur, & qa
hæres poteſt dicere, uia, quã elegiſti, hæc tibi pateat. Contra-
rium uult gloſſa. Quia inductũ in odium ipſius hæredis mo-
roſi, non debet in eius utilitatem conuerti l. l. relegatorum. §.
vlt ff. de interd. & releg. Item quia hæres debuit intra annum
ſoluere ex illis uerbis. (omnino intra annum poſt aditionẽ,
& legata ſolui, & q̃ a teſtatore ſunt relicta cõpleri.) q̃ verba
explicant illud, ꝙ dicebamus, beneficiũ vtriuſq; anni, tam in
ſtantiæ q̃ ſolutionis non tribui creditori, ſed tantum honora
tis in teſtõ, vel in alia vltima volũtate, ut j̃ § quia uero. Pon
dera rurſum uerbum, compleri, ut ſupra nu. 178.

Anno. Vtili. Accurſius. quod falſum eſt. Cum multo ante
hanc ſanctionem, Iuſtinianus ſuſtulerit in pleriſque, dies &
201 annos utiles. l. vlt. C. de temp. † in integ. reſtit. l. 1. C. de annali
exc. Intellige ergo de anno continuo, ut per gl. in § ſi quis au-
tem non implens, ſupra.

Ea iudiciali decreto. Quod decretũ, eſt interlocutoria quæ-
dam. Ea quo notabiliter deducit Ang. quod quando petitur
202 legatum vigore teſtamenti, † non eſt neceſſe quod petatur
hæredem condemnari per ſententiam definitiuam: ſecus in
alijs inſtrumentis, quia non poteſt ex eis conueniri debitor,
niſi fuerit contra eum pronuntiatum. l. minor. 25. annis cui
fideiuſſor. ff. de minoribus. licet, inquit Ang in uniuerſa fer-
me Italia extent ſtatuta, quod inſtrumenta, ut vulgo vocãt,
confeſſionata, & guarentigiæ mittantur executioni, de quo
203 per Bar. Ang. & alios in l ſi debitori. ff. de iudicijs. per Cana-
rium, de exec. Inſtr. quæſtio 48 numero 88 gloſſa tamen ſub
dit, quod debet definitiua dari, quod ſi verum eſt, compro-
babitur ſententia Ang. Pauli, volentium quod non ſufficiat
monitionem fieri per nũcium, ſed per iudicem contra gloſ-
* ſam hic, quæ * communiter approbatur, & nouiſſime per
Franc. Balduinum & per Didacum in cap. ſi hæredes. de te-
ſtamen. de quo ſupra.

Per culpam hæredis Finge, res legatæ, uel aliæ interciderũt ſi-
ne culpa hæredis, æs alienum grande emergit: cogitur abeſſe
204 hæres, † uel inextricabiliter eſt impeditus. Hæc unque, & ſi-
milia eum non reddunt contumacem, & indignum, quam-
uis annus labatur. Abbas in conſi 41. lib. 1. Iaſon in auth hoc
amplius. quod referendum videtur ad utrũque caput huius
authentici, videlicet inobedientiæ, & inuentarij.

Pupillis. Iſte. §. uere aureus, & materiam habet adeo uberẽ,
vtilem, & quotidianam, ut ſi tantundem toti huic tractatui
adiũgerem, nihil profecto ſuperflueret. Quippe ↄtinet de pu
pillis, & minorib. an poſſint adire ſoli, uel cũ curatoribus, an
teneantur ultra uires ex inobedientia, uel omiſſione inuenta
rij. an reſtituantur in integrum, an contra curatores, ipſis uel
alijs detur regreſſus. an præſcribant, vel eis præſcribatur. an ſi
moriantur tranſmittãt priuilegia ad hæredem. an idem ſit in
alijs perſonis ingenio, vel corpore, uel ætate debilib. ut C. quã
do Imperator inter pupillos vel uiduas. dicit autem Barto-
lus quod iſte. §. comprehendit vtranque partem huius cõſti-
tutionis, ergo vtraq; pœna, inobedientiæ, & inuentarij infli-
205 gitur † minori ipſo iure, licet ex æquitate duplex detur reme
dium, unũ reſtitutionis, aliud contra tutorem, ſeu curatorẽ:
quod etiam uult gloſſa: imo plus, gloſſa, in uerbo, præiudi-

cat. id ipſum tribuit hſdi minoris: Qđ ſatis indicat copula, Et.
Minoribus ætate. Curatorem habentibus, alias, inquit glo.
ſolum habebunt remedium reſtitutionis. Pondera ꝙ ſubtili-
ter gl. innuit pupillum, qui caret tutore non indigere reſtitu-
206 tione ſi ſolus adeat hęreditatem: quamuis ſecus in adulto. qa
reſtitutio præſupponit obligationē: at pupillus adeundo non
obligatur præterquam ſi adeat patris hæreditatem. l. vlt. §. ſin
autem in ſecunda. & ibi Bal. Fulg. Corn. C. de bonis quæ libe.
Ergo fruſtra reſtituitur, cum nec forte ei currat tp̄s inuenta-
rij, de quo in l. j. C. ſi tutor vel cur. interu. in l. j. C. ſi minor ab
hær. ſe abſti in l. ſi infanti. per Cy Bar. Ang. Salv. Fulg. & alios.
C. de iu delib in l potuit. C. qui admitti. in l. more, & l. pupil-
lus. ff. de acq. hære. Burſatum conſ. 8. vbi comperies quid iuris
quando hæreditas euidenter eſt lucroſa.

Nihil. Inquit Gl. quoad effectum: Et ſic ſentit Glo. ꝙ mi-
nor inobediens, vel non faciens inuentarium, tenetur ipſo iu
re; proinde tempus inuentarij ei currit, Gl. & ibi Bal. in l. auxi-
207 lium ff. de minorib. Eſt ergo ſpeciale ſm Gl. in † inuentario:
Qm̄ tempus trium menſium, vel anni currit minori, licet re-
ſtituat nisi ſit Doctor, Fran. Marc. decil. 249. par. 1. Natta cō-
ſil. 214. vbi quoq; comperies, num interim pendente reſtitu-
tione minor conueniri queat; num quoq; ad hanc reſtitutio
nem obtinendum, citandus aliquis ſit, Bertr. conſil. 205 lib. 2.
Pariſ. conſ 61 lib. 3. Alcia. Reſp. 1 Gl ſubdit quinq; alias pſcri-
ptiones temporales, quæ currunt ↄ̄ minorem. l. in ſpatio de-
cem dierum, qui dantur appellanti. II. in inſtantia cauſæ. l. pro
perandum. in fi. C. de iudicijs. III. In accuſatione l. auxilium.
ff de minoribus. IIII. In controuerſia de ſtatu poſt quinquen
nium l. ſi mater. C. ne de ſtatu defunctorum. V. In dote non
numerata, vt infra de temp non ſol. pec. ſuper dote. § ſitaui ē
208 minor. † Regulariter autem nulla præſcriptio, maxime tem-
poralis, currit contra minorem. l. vlt. C. in quibus cauſis in in-
teg reſti non eſt neceſſaria. Dixi maxime temporalis, quia fa-
cilius curri præſcriptio perpetua. x xx. xxx. vel xl. annor. l. ſi-
cut. C de præſcrip. xxx. vel xl. annor. l. vnica C. ſi aduerſus vſu
cap. vide ſupra in 96 effectu.

Præiudicat lex. Ex gloſſa colliguntur quatuor. I Minor cō
tumax intra annum a die monitionis non perdit hęreditatem
209 quoad effectum. ideſt, Quamuis † minor non obediens iudi
ci intra annum, mero iure perdat hæreditatem; tamen non
perdit quoad effectum; Quia, vel reſtituitur in integrum, vel
redintegratur a tutore, ſeu curatore II. Hæres minoris inobe-
dientis non perdit hæreditatem, velut i nec ipſe minor, ratio
eſt quia intrat in locum ipſius, & ſic tanquam minor non tā-
quam maior habetur. l. non ſolum ff. de in integ. reſti. III Mi-
nor hæres non finiens litem intra annum, non perdit hæredi
tatem quo ad effectum. ideſt Minor litigans cum legatario
vltra annum, licet mero iure priuetur hæreditate, tamen nō
perdit quo ad effectum. IIII. Si minor petat legatum ab hæ-
rede, & intra triennium litem non expediat, non perdit lega-
tum quo ad effectum. l. properandum §. vlt. C. de iudicijs.

A nobis cauſas. Inobedientiæ, & inuentarij, quamuis &
in alijs cauſis minoribus ſuccurratur. l. vltima. C. in quib. cau.
in integ reſtitu.

Per reſtitutiones Duo habet remedia minor, vnum per re
ſtitutionem; Aliud ↄ̄ tutorem, vel curatorem, qui male eſt
210 auctoratus. Differentia † maxima eſt; Si reſtituitur, hæredi-
tatem retinet & quaſi denuo naneiſcitur, quia prius eā ami-
ſerat, ſupra §. ſi quis autem non implens. Si autem agit con
tra tutorem, vel curatorem, tunc in primo capite inobedien
tiæ cogetur tutor ſoluere pretium hæreditatis amiſſæ & in a-
lium translatæ, vt ſupra. § in omnibus. l. vlt. C. de hæredib tu-
torum. l. j. C. ſi tutor, vel curator non geſſerit. In alio vero ca-
pite, ideſt, ſi minor adierit ſine inuentario, manebit quidem
hæreditas penes eum, ſed quatenus damnum patiatur minor
ſoluendo de ſuo vltra vires, vel etiam lucra, puta Falcidiam
amittēdo, redintegrabitur a tutore, vel curatore. An vero eli
211 gere poterit minor: Quoad † inuentariū, puto minori dādā
electionem, vt vel reſtituatur ei tempus faciendi inuentariū,
Gl. in l. auxilium. ff. de minoribus, & Bart hic; vel vt experiatur
contra tutorem. Quo ad inobedientiam Gl. hic diſtinguit in
ter annū ſolutionis, & annū inſtantiæ, vt ibi quidem habeat
electionem, hic non. Rationem differentiæ ponit Gl. quia in
anno ſolutionis omnino hæreditas ſit caduca, eo elapſo; Nō
ſic in anno litis, ſeu inſtantiæ, quia licet inſtantia perierit, ta-
212 men adhuc † minor habet ius agendi, vel ſe defendendi d. l.
properandum, in fi. Aduerte, mire ſubtilis eſt hæc Gloſ. Pro
cuius conceptu, & mente enucleanda, ita dico Qn̄ lapſus eſt
annus monitionis ſeu ſolutionis, confeſtim ipſo iure hæredi
tas ſit caduca, & aufertur minori, applicaturq; ſequenti. Me-
rito minor habet electionē: ne ſi forte tutor, curatorue ſint
inopes, nunquam poſtea regreſſum habeat ad hæreditatem,
q̄ in ſequentem ipſo iure ſuit translata, per. §. in omnib. Qn̄
autē lapſus eſt annus litis, ſeu inſtantiæ, hſditas non fit ſtatim
caduca, neq; in ſequentem omnino transfertur, probatur qa
in § ſi quis autem non implens, & in omnibus ſequentib. nū
213 quam fit mentio de anno litis. Cum ergo † hæres poſt annū
litis, non deſinat hæres eſſe iure, nō eſt mirum ſi non habet
electionem, ſed prius debet cōuenire tutorem ſuum, uel cu-
ratorem, quib exiſtentib. ſoluendo, tunc in ſubſidium agen-
do, uel excipiendo reſtituetur in integrum aduerſus res hæ-
reditarias. l 3. l. vlt & ibi no. C. ſi tutor, vel curator interu. Sed
quæ eſt differentia cur annus monitionis confeſtim auferat
hæreditatem, annus inſtantiæ non? Reſpondetur, quia ille pri
mus eſt uoluntarius, hæres enim ab initio fatebatur relictū.
Iſte poſterior non eſt ex voluntate, & conſenſu hæredis: imo
contra uoluntatem, quia iudicium redditur in inuitum. l. in-
ter. §. 1. ff. de uerb. obli Magis autem excuſatur actus neceſſa-
rius, quam voluntarius. l ſi fideiuſſor. §. 1. ff. qui ſatiſd cog.

Neque patronatus. Ideſt patronus inſtitutus a liberto ſubia
cet pœnis huius legis: niſi ꝙ legitimam non amittit, quæ ho-
die eſt tertia, olim dimidia, ut in gloſſa. Probat iſte textus ꝙ
214 ex neutro capite, nec inobedientiæ, nec inuentarij, patronus
amittit legitimam, Dynus in l. quæ dotis. ff ſolu. ma. r multo
minus inquit Bar. amittit filius, cui magis quam patrono de
betur. l. ſi quis legatum, in fine. ff. ad l. Corn. de falſis. Fulgo-
ſius tamen in auth. ſed cum teſtator. C. ad l. ſal. refert hunc
§. ſolum ad primum caput inobedientiæ, neque extendit ad
filium, quę ſubtilitas frangitur, & frangit. Dixi præter omnes
multa ſupra in §. in computatione.

Legalis quidem pars. Legitima paternorum vocatur hic le-
galis pars, ob id quia a lege hoc fuit inductum, ut libertus ob
215 tam grande libertatis beneficium, debeat † ſaltem portiun-
culam rel nquere patrono ſeu manumiſſori. l. 1. ff. de bonis li
bertorum non ſic in filio, quia non ſolum lex, ſed etiam natu
ra uult, vt aliquid relinquatur. §. primum itaque, ſupra. l. cum
ratio. ff. de bon. damn. quo fit, ut minus filius quam patronus
ex utroq; capite priuetur legitima Forte tamen patronus ex
omiſſione inuentarij non ſoluet legata de ſuo per hunc tex-
tum, quamuis filius ſoluat Et ſic eſſet octaua fallentia, adden
da ſup. num 179. Denuo hic pondera uerbum, Complere, ad
primum caput huius auth. Nam ſ. nu. 178. fuit ponderatū ad
ſecundum caput de inuentario.

Conſtitutione. Græca, inquit gloſſa, de qua habet mentio
Inſt de ſeruili cognatione. Et quæ, ſi extaret, multas ambi-
guitates & controuerſias dirimeret.

Ad ſimilitudinem pene Quia ingenui vſque ad x. & 6 gra-
dum ſuccedunt, libertini uſque ad v. §. multis. Inſt. de ſuc l b.
216 vbi tales notantur † differentiæ, inquit gloſſa: & uere notan-
tur, ſubdit tamen Bartolus ꝙ ingenui hodie ſuccedunt indi-
ſtincte vſque ad. x. gradum, ut infra de hæred. ab inteſt. uen.
§. ſi uero neque fratres, cum gl.

In ſcriptam delatus. De teſtamento in ſcriptis loquitur, in
quo, inquit gl. quatuor præcipue requiruntur, numerus ſe-
217 ptem teſtium: vt quilibet ſubſcribat: Septem ſigilla, expreſ-
ſio hæredis teſtatoris, manu vel uoce: quod ultimum hodie
tollitur in uoce, ideſt, hodie licet teſtator non ſcribat hære-
dem manu propria, non neceſſe habet exprimere nomen hæ
redis, ut ſaltem unus hæredum ſcribat, nam ſufficit quemli-
bet ſcribere, licet teſtes ſciant, vel ignorent, quia teſtm̄ in ſcri
ptis ob id præcipue fit, ne ſecreta pandantur etiam ipſis teſti
bus. l. hac conſultiſſima cum gl. C. de teſtamentis. Cæterum
in illis uerbis gloſſæ (Propria uoce & manu.) loco, &, repo-
ne vel, alioquin gloſſa falſa eſſet Has porro ſolennitates teſta
menti in ſcriptis ego alias diligētiſſime, niſi fallor, præter om
nes perquiſiui, & dictaui & plurimi habent hæc dictata.

Aut in non ſcriptam. Loquitur de teſtamento nuncupati-
uo, quod oretenus fieri poteſt abſque ulla ſcriptione, dum-
modo ſeptem teſtes audiant & intelligant. l. hæredes palam.
218 ff. de teſtam. nec ideo minus † dicetur nuncupatiuum, quam
uis in ſcripturam redigatur, quia ſcriptura fit ad probatio-
nem, non ad ſubſtantiam. glo & omnes Doctores in d. l. hac
conſultiſſima. §. per nuncupationem. C. de teſtam. l. contrahi
tur. ff de pignor.

In omni vltima voluntate. Quæ ſit mera, & vera vltima vo-
luntas de iure communi. Ergo ſuccedens iure ſpeciali, vel
aliunde quam per vltimam voluntatem, & ex liberalitate de
functi non ſubiacet pœnis huius ſanctionis. Viceuerſa ſucce
dens ex vera, & mera vltima voluntate ac liberalitate defun-
cti pęnas non euadit qualiſcunque ſit, ut ſequitur. gloſſa vero
refert quinque uel ſex modos, quibus fit vltima voluntas. te-
ſtamentum in ſcriptis. teſtamentum nuncupatiuum. teſtamē
219 tum inter liberos. codicilli. † teſtamentum militare, dona-
tio cauſa mortis. Ego aliter diſtinguebam vltimas volūtates
In ſupradictis meis dictatis.

Nunc non reperio, nota ex hoc textu, ꝙ q̄uis utraque pœ-

na huius ſanctionis videatur imponi ſucceſſorib. ex teſtamẽ
to, tamen idem eſt in qualibet alia ultima volũtate. de dona-
tione cauſa mortis dubito, cum donatarius poſſit rem appre
hendere, citra aditionem quaſi ex quolibet contractu, non
ex mera vltima voluntate, ut no. in l a. de leg. 1.

Siue priuata Ergo mulier, & ruſticus, & imperitus, & minor
220 ſubiacebit pœnis huius ſanctionis, † de quo in l. vlt. C. de iure
delib. veluti enim mulier, inquit Bal. in l. iuris. C. qui admitti.
ad ciuitatem pro indulgentijs, & ruſticus ad ſyluam, pro li-
gnis: ita debet ire ad peritiores. idem Bal. conſi. 383 lib. 1. di-
221 cit per hunc textum, arctari Iudæos, Saracenos † Paganos,
quoniam hi omnes veniunt appellatione hominis, quod ve-
rum intra limites Romani Imperij: quid extra? quæſtio ten-
dit, an moriens, uel ſuccedens extra Rom. Imperium, ſeruet
ius ciuile. Bal Paulus, Corneus, in l. 2 C. quan. teſt. aper.

Siue militari. Gloſſa intelligit actiue, & paſſiue, ut ſiue mi-
les inſtituat, ſiue inſtituatur, habeat locum vtraque pœna, &
commodum etiam. Et ſic in duobus corriguntur iura uete-
222 ta, textus ſ. in l vlt. §. vlt. C de iure delib. vbi † miles non tene
tur inſolidum, ſi non faciat inuentarium Item textus in l. in
teſtamento. C. ad l. fal. cum ſimilibus prohibentib. hæredem
militis detrahere Falcidiam. Nam per hanc conſtitutionem
detrahet, ſi cætera ſeruauerit, licet Lotharius, & Bandinus di
cant hunc textum loqui tantum in milite inſtituto, non in-
ſtituente, ſeu teſtante, de quo per Dyn Bar. & alios in l. 1. §. in
filijs ff. ad Trebell Ang. Corn. in l. in teſtamento. C. de teſta-
mento militis.

Siue ſacerdotali. Non tantum miles armatæ militiæ, ſed &
cæleſtis, qualis eſt clericus, ſacerdos, ſubiacet pœnis huius ſan
ctionis, & ſic eccleſia, hoſpitalia, & pauperes, ſecundum Bar.
223 & Ang. non euadent: quod uerum eſt mero iure † adinſtar
pupilli, ſed quoad effectum reſtituentur ut dixi in tractatu,
item uerum eſt vbi eccleſia ſuccedit ex inſtitutione; ſecus ex
occupatione bonorum ingredientis monaſterium, auth. in-
greſſi C. de SS. eccl. Rolan. in 2. parte. §. duodecimo.

Siue imperiali. Inſtituto, vel inſtituente, ut in milite, & ſacer
dore, quod mero iure & ex voluntate uerum eſt, inquit Ac-
cur. non quod Imperator poſſit arctari l. digna vox. C. de legi
bus. Quid in Principibus inferioribus? nam quod Imperator
224 Romanus non arctetur ſi non vult, † nemini in dubium ve-
nit Reſpondetur, illi tenebuntur cum nequeant huic ſanctio
ni derogare. Inferior enim in ſuperiorem non habet Impe-
rium. l. ille a quo. § ſi de teſtamento ff. ad Trebellianum, &
adeo tenebuntur ut nec mereantur reſtitutionem in inte-
grum, Soc. iunior conſ. 42. lib 3 Alci Reſp. 195 Recurre ad
tradita per Fabrum in §. vlt. Inſt. quibus mo. teſt infir. & in l.
Princeps. ff. de legib. & in d l. digna vox C. de legibus.

Metropolitani. Archiepiſcopi. Accu. ſed certe & principes,
ſeu Moderatores ſeculares alloquitur Iuſtinianus.

Neque in paupertate. Nam retinebit falcid. Accur. Tu dic,
obſeruator huius legis non ſpoliabitur hæreditate, & non te
nebitur de ſuo, neque pauper fiet ſi inuentarium fecerit.

Neque mori in anxietate. Nam moriturus nullum maius ſo
latium habet, quam cum ſcit eos ſucceſſuros quos ipſe dele-
225 git. l. 1. C. de ſacroſ. ecc. qui vtique † ſuccedent omnino vo
lente, uel nolente hærede, beneficio huius legis.

Cum ſuperius ſpecialia primi capitis fuerint expoſita; refera
226 mus & ſpecialia ſecundi capitis. I. Hæres vnius rei † ſubtra-
ctione, totam perdit Falcidiam, licet faciat inuentarium, an-
tea non perdebat niſi in re ſubtracta, vel in duplo rei ſubtra-
ctæ. § ſancimus. & gl. in §. ſi uero non fecerit. II. legatarij ſunt
citandi ad confectionem inuentarij Ang. in d. §. ſancimus, an
tea de ſolis creditoribus cauit Iuſtinianus in l. vlt. §. ſi autem
dubius. C. de iure delib. ubi tamen gloſſa exponit de legata-
rijs, & creditoribus. III. in locum legatariorum, uel creditorũ
227 abſentium tres teſtes ſubſtituuntur, & ſic erunt † quinque te
ſtes præter Tabellionẽ & hæredem. §. ſi uero abſunt, antea
duo teſtes præter hæredem, & Tabellionem ſufficiebant d.
§. ſi autem dubius. l. ubi numerus. ff. de teſtib. Et hodie quo-
que ſufficerent ſi non ſint creditores, nec legatarij, uel con-
tumaciter negligant. § ſi uero abſunt, ſupra, cum gl. IIII. nõ
ſolum hæres, ſed etiam teſtes iurant ꝙ nihil fraudis eſt admiſ
ſum. §. ſi uero abſunt. Antea de ſolo hærede cauebatur. d. l. vlt. §.
licentia danda Quod intellige in utriſque non ab initio, ſed
poſtea, eo tantum caſu, quo ſuſpicio, & fraus arguitur. V. hæ-
res ſi non faciat inuentarium, tenetur de ſuo, non ſolum cre-
ditoribus, ſed etiam legatarijs: antea ad nihilum de ſuo tene
228 batur legatarijs. §. ſi uero non † fecerit. fideicommiſſario ta-
men vniuerſali nihil hæres de ſuo ſoluit nec hodie, nec prius.
Paulus in l. ita tamen. §. ſi ex Trebelliano. ff. ad Treb ꝙ eſt no
tandũ. & memorabile, quicquid Imola dixerit. VI. hodie põt
229 prohiberi falcidia, antea non. §. ſi † vero expreſſim, quæ pro-
hibitio ualet, ſiue hæres faciat inuentarium, ſiue non, quam-
uis legitima non poſſit prohiberi, nec perdatur facto uel nõ
facto inuentario, ſecundum communem * ſententiam, quæ
omnes viſiones etiam in Trebellianica ventilantur. VII. hæ-
res ſciens quantitatem bonorum, ſolutione vnius legati, ſibi
præiudicat in omnibus, nullamq; habet repetitionem, quã-
uis erranter ſoluerit. § non autem dabimus, antea non ſic. l. 1.
l. error. C. ad l falcid. VIII. hæres, quantumuis adierit cum in-
uentario, poterit moneri a iudice ad inſtantiam legatariorũ,
230 vel aliorum honoratorum in teſtamẽto, ut ſoluat † intra an
num. Quo non ſoluẽte, hæreditas fit caduca, & applicatur ſe-
quentibus in gradu. § illud. antea non, facto uel non facto in-
uentario. Debebat enim legatarius, uel alius quilibet iure or-
dinario interpellare hæredem, neque ob hanc interpellatio-
nem, hæres tranſacto anno uel biennio, priuabatur hæredi-
tate. l. cum res, de leg. 1. l. 1. & per totum C. de uſuris & fructi
bus leg. & ibi Cynus, Baldus, Saly. & alij. Sed an hodie hoc ve
rum in fideicommiſſario vniuerſali, ut ſcilicet euincat om-
nem hæreditatem hæredi non ſoluendi ad monitum iudicis
intra annum? Reſpondetur, quis dubitat? cum iſte § illud. re-
feratur ad omnia præcedentia, quæ nominatim loquuntur de
fideicommiſſario uniuerſali? Nota pro hodiernis fideicom-
231 miſſis, Quippe fideicommiſſarius præter † remedium quod
habet ad cogendum hæredem ut adeat, vt reſtituat, vt faciat
inuentarium ex traditis per Iac de Arena, Bar. Imol. & Paul.
in l. cum tale. § 1. ff. de cond & demonſt. uiam expeditiſſimã
habebit regrendi iudicem, qui monebit hæredem ut ſoluat
intra annum, quod intellige uerum duobus concurrentibus,
quod fideicommiſſum ſit præſens. §. ſi quis autem non im-
plens, & quod hæres fateatur relictum, alias non ſufficeret,
vt prædiximus, ſed an hæres fatens relictum, & diem ſeu con
ditionem extitiſſe, remorabitur fideicommiſſarium, prætex-
tu inuentarij facti, vel faciendi? Et hoc non indiligenter per
ſpiciet iudex, ſi maxime excurrerit tempus inuẽtarij, cum in
uentarium tantum proſpiciat, & proſit hæredi in ijs, quæ ſunt
a iure expreſſa, non etiam tribuat lucrum vltra ius commu-
ne, ut ſæpe ſupra. Iſtud de fideicommiſſario vniuerſali eſt pe
riculoſum ex verbis Rubricæ, quæ pariter non includunt cre
ditores. IX ex Ang. in eodem. §. illud inſtrumentum, ſeu ſcri
ptura teſtamenti habet executionem paratam contra hære-
232 dem: poteſt enim iudex abſque alia ſententia † definitiua, iu-
bere hæredi ut ſtatim ſoluat; ſecus in alijs inſtrumentis; & ſe
cus etiam antea in teſtamento, quia non prius cogitur debi-
tor inſtrumentarius ſeu chyrographarius ſoluere, quam ſi
fuerit confeſſus, uel condemnatus. l. ſi debitor. ff. de iudicijs.
l. debitoribus, & utrobique notatur. ff. de re iudicata. Quod
eſt memorabile dictum. Fiunt enim quotidie inſtrumenta
contractuum, & vltimarum voluntatum, & extant ſtatuta
quod inſtrumenta guarentigiæ habeant executionem para-
tam Plane non habent, excepto teſtamento, niſi fiat pronun
tiatio: quo caſu, ſi debitor opponat, non ante pronuntiabitur
quam ſi de uirib. oppoſitionis fuerit cognitum, & diſcuſſum
quid ſi opponatur teſtamento? Et hic audientur oppoſitio-
nes maxime uiſibiles, cum nec reijciantur in miſſione, quam
petit ſcriptus hæres ex. l. ult. C. de edicto diui Ad.' neq; obſtat
quod inſtrumentum publicum habeat præſumptionem pro
233 ſe. l. cum precibus. C. de † probat. l. antiquæ C. ad Vellean. Fa
teor, habet antequam opponatur; ſed poſt oppoſitionem ali
quatenus redditur ſuſpectum, gl. Cynus, Butri. Bat. Bal. Ang.
Saly. in l ſi ex cautione. C. de non num. pecunia Aret. conſi.
32 Heri mecum cõtulit D. Cephalus, & pridie D. Decianus.
X. Quoniam diximus de anno monitionis ſeu ſolutionis, qui
præſtituitur ubi hæres non diffitetur: ſi hæres abneget, & dif
fiteatur relictum, non poteſt ultra annum litem protrahere,
d §. illud. Antea ſecus, quia inſtantia ad minus durabat trien-
nio, ex generali ſanctione Iuſtiniani in l. properandum C. de
iudicijs. Poſſet hic quoque ſubtiliter, & vtiliter indagari, an
tam breue, & anguſtum ſpatium habeat hæres facto inuen-
tario, & an iſte annus litis, ſeu inſtantiæ currat pendente con
fectione inuentarij; de quo non nihil ſupra. Sed perciperem
ſi vacaret, pleniſſime diſcutere, & examinare quandoquidem
quotidie videamus lites ſuſcipi contra hæredes. Nota tres an
234 nos, qui dantur † hæredi poſt aditionem (nam ante, ad nihi
lum tenetur, & quandocunq; poteſt adire, niſi terminus fue-
rit præfixus. l. quandiu inſtitutus. ff. de acq hæred.) annus in-
uentarij (interdum ſunt tres menſes) annus monitionis, ſeu
ſolutionis, annus litis ſeu ſubſtantię. XI Minor quantũuis pu
pillus, incurrit pœnas huius ſanctionis in utroq; capite, quod
intellige poſt aditionem. Proinde ſi non paruerit iudicis mo-
nitioni tranſacto anno, priuabitur hæreditate ipſo iure. §. ſi
quis autem non implens. Item tenebitur de ſuo vltra uires, ſi
non fecerit inuentariũ. §. ſi uero nõ fecerit, quod inuentariũ
debet ſtatim facere nõ expectata legitima ætate, quãuis aliæ
pſcriptiones non currant ꝯ minorẽ, maxime pupillũ, niſi fue

rint inchoatæ ℥ defunctum l. ult. C. in quib. cauſis. in integ. reſt. l. ſicut, C. de præſcr. 30. uel 40. annorũ, gl. in l. auxilium ff. de minoribus, de æquitate tamen ſuccurritur minori, uel p niam reſtitutionis, uel per actionem negotiorum geſtorum contra tutorem, uel curatorem. §. pupillis. antea non ſic erat, ut in præallegatis iuribus, XII. præter minorem in quolibet
235 alio cuiuſcunque † ſexus, uel conditionis ſit, locum habet utraque pœna huius conſtitutionis. §. quia uero duplex. ubi gloſſa dicit in duobus corrigi iura anteriora. reſpectu militis: Sed & reſpectu aliorũ ſedulus lector multa innouata & ſpecialia reperiet per hanc conſtitutionem: cui finem libentiſſime impono ſimul cum eccleſiaſte filio Dauid Regis Ieruſalem Deum laudans, & exclamans. Faciendi plures libros nullus eſt finis, frequenſque meditatio, carnis afflictio eſt.

SVMMARIVM.

1 *Monticulus, Rolandus, Phanucius, uno eodemque tempore, fecerunt Tractatum de inuentario hæredis.*
2 *Phanucij uerba carpentis Rolandum, & Monticulum.*
3 *Monticulus proteſtatur quod nõ uult amplius reſpondere obiectis Phanucij, & cur nunc reſpondeat.*
4 *Inuentarium quomodo intelligatur introductum in fauorem hæredis, & aliorum.*
5 *Inuentarium in pœnam non comparentium, poteſt fieri cum duobus tantum teſtibus.*
6 *Inuentarium eſt actus ſolius hæredis.*
7 *Hæres intra tempus deliberandi poteſt repudiare, non poſt.*
8 *Hæres poſt tempus deliberandi cenſetur adiuiſſe.*
9 *Hæres petens deliberationem, cenſetur hodie ſuſpectus, & malitioſus.*
10 *Tex. in § ſinantem hoc aliquis l. ult. C. de iure delib. in quibus terminis loquatur. 21.*
11 *Hæres petens deliberationem, an ut creditoribus, ita legatarijs teneatur de ſuo, faciat inuentarium, uel non. 15 70.*
12 *Hæres reſtituens intra terminum deliberandi, an liberetur, & an ſi non faciat inuentarium, ſ:a legatariorum ueluti creditorum patiatur iuramentum.*
13 *Hæres faciens inuentarium, debet eſſe in poſſeſſione rerum.*
14 *Inuentarium prodeſt adeunti, non adeunti, repudianti.*
16 *Amphibologia uitanda eſt.*
17 *Aditio hæreditatis, an excludat adeuntem ab inuentario, & uide omnino, nu. 81. 87.*
18 *Hominum ſunt uariæ uoluntates, & deſideria.*
19 *Inuentariũ poteſt fieri ante aditionem, cum aditione, poſt aditionẽ: Veluti aditio ante inuentarium cum inuentario, poſt inuentarium fieri poteſt.*
20 *Ante aditionem inuentarium fieri poteſt, & ſine aditione.*
21 *Inuentarium non poteſt fieri niſi in duobus caſibus ſecundum Phanuc. Vel cum deliberatione, uel cum quis ſe declarat hæredem. Quod eſt abſurdum.*
23 *Alexander citatus a Phanucio loquitur contra Phanucium. 78.*
24 *Inuentarij confeſſio non inducit neceſſario aditionem.*
25 *Pater, quando teneatur de ſuo ſuper hæreditate delata filio.*
26 *Filius an obligetur non conſentiens aditioni patris pro ſe.*
27 *Pater quando teneatur filio reddere rationem, & facere inuentarium.*
28 *Præſumptio fraudis contra hæredem non facientem inuentarium, an ſemper procedat.*
29 *Tutor quando teneatur de ſuo creditoribus, & legatarijs pupilli.*
30 *Pupillus hæres an teneatur, ſi patrem habeat, uel tutorem, eſt ualde ambiguum & perplexum.*
31 *Subſtituto uulgariter prodeſt inuentarium hæredis in duobus caſibus.*
32 *Cohæredum unus, an pro alio teneatur*
33 *Cohæredum unus poteſt grauari a defuncto, ut teneatur pro alio.*
34 *Hæres hæredis, an inuentarium facere poſſit, & quando.*
35 *Declaratio uoluntatis quando permittatur hæredi.*
36 *Hæres miræ Sanctitatis, an teneatur facere inuentarium.*
37 *Tempus inuentarij, an obſit agenti uendicatoria, uel hypothecaria: etiam in re depoſita, commodata, locata uel ſimili.*
38 *Textus in §. donec, quo pacto ſit intelligendus.*
39 *Hypothecaria, an ſuſpendatur intra tempus inuentarij.*
40 *Aditio obligat adeuntem ſolummodo in actionibus perſonalibus, non realibus.*
41 *Rei uendicatio an ſuſpendatur intra tempus inuentarii.*
42 *Inuentarium nihil dat, uel adimit in actione in rem.*
43 *Creditores hæredis quando poſſit eum conuenire in bonis defuncti, ſeu hæreditariis.*
44 *Offerre quilibet poteſt, & pignus ſibi confirmare.*
45 *Hæres pro ſuo credito contra defunctum, nunquid poſſit ſibi retinere non pecuniam ſolum, uel rem ſimilem ſed etiam alias res per beneficium inuentarij.*
46 *Creditor hæreditarius, an periclitetur, ſi citatus fuerit per hæredem corã iudice ad docendum de iuribus ſuis.*
47 *Hæres, an poſſit repudiare hæreditatem aditam per inuentarium.*
Quod uidetur in quatuor, uel quinque caſibus, etiamſi hæreditas ſit inops,
48 *Hæreditas lucroſa ſemper poteſt repudiari, etiam poſt aditionem.*
49 *An hæres cum inuentario repudians perdat Falcidiam, uel Trebellianicam.*
50 *Hæres cum inuentario repudians hæreditatem a ſe aditam, an amittat, ſeu non retineat ſuum creditum.*
51 *Hæres reſtituens omnia per inuentarium, an ipſo iure liberetur.*
52 *Legata pecuniaria, an ſoluere poſſit, uel debeat hæres de aliis rebus ſuis, uel hæreditariis.*
53 *Textus in l. ſi pecunia de leg. 2 quo pacto ſit intelligendus, & an ſit in aliquo correctus per §. & ſi præfatam.*
54 *Hæres ipſe habet electionem, non creditor uel legatarius, ſoluendi unum pro alio.*
55 *Phanucius laudatur a Monticulo in una mirabili deciſione.*
56 *Correus defuncti, quando teneatur inſolidum.*
57 *Hæres, an ſemper cenſeatur, ut hæres aliquid facere, ſi alio iure quam hæreditario facere poſſit.*
58 *Creditor qui unum ex correis conuenit, non prohibetur alium conuenire.*
59 *Monticulus gratias agit Phanucio in uno, in quo de errore fuit admonitus à Phanucio.*
60 *Gl. in l. quæ dotis ff. ſol. mat. dupliciter interpretatur, & utroq; modo eſt mirabilis gloſſa.*
61 *Inuentarium, an ſit faciendum hæreditatis pauperis: & ſi ſumptus euacuaret hæreditatem.*
62 *Hæreditas nulla, nullus que homo ſine debitis, aut rarò.*
63 *Ignorantia iuris eſt, inuentarium prætermittere.*
64 *Legata abſorbentur, & uincuntur in totum per æs alienum.*
65 *Nihil & parum æquiparantur.*
66 *Hæres non tenetur legatariis in 10. caſib. licet non faciat inuentarium.*
67 *Phanucius circiter 30. uicib. reprahendit Monticulum;*
68 *Stultitia, & ignorantię omnia ſunt plena.*
69 *Monticulus fatetur admonitus a ſe uel ab aliis ſuum errorem, & ſententiam quandoque mutat.*
71 *Hæres filius, ſeu ſtatutarius, ſeu anomalus, an teneatur ad pœnas inuentarij.*
72 *Aditio, an competat hæredi facienti inuentarium uſq; ad 30. annos: cõtra Phan. uolentem quod hæres intra tempus inuentarij cogatur adire.*
73 *Monticulus probat multis argumentis, hæredem licet faciat inuentarium, poſſe quandoque adire.*
74 *Tempus adeundi non currit intra annum deliberandi.*
75 *Aditio, cum ſit actus iuris ciuilis, non poteſt ſtare in ſuſpenſo: nec tenere hæreditatem aditam in ſuſpenſo. 85.*
76 *Phanucij mens paucis uerbis comprahenſa, an, & quando hæres poſſit, uel debeat facere inuentarium. aut adire.*
77 *Monticuli argumenta ad probandum contra Phan. quod inuentarium poteſt fieri ante, & citra aditionem.*
79 *Confeſſio inuentarij ueluti repudiatio, ſemper competit ante aditionem.*
80 *Inuentarium fieri ante uel poſt aditionem, congruit æquitati, & intentioni Iuſtin. Imp.*
82 *Aditio in dubio non præſumitur, cum in facto conſiſtat, & ſit obligatoria.*
83 *Aditio, quomodo dicatur fieri animo.*
84 *Obligatio ſolo animo, & uerbis interdum ualet quo ad ius ciuile; non ſolum quo ad Deum, licet deſint teſtes, uel ſcriptura.*
86 *Vltima uoluntas non ſtat in ſuſpenſo, quomodo intelligatur.*
87 *Inuentarium poteſt fieri poſt aditionem, & ibi uide omnino.*
88 *Iudex, an poſſit tollere, uel coanguſtare inuentarium.*
89 *Obligatio non tollit beneficia omnia iuris.*
90 *Aditio inducit ſolummodo obligationem perſonalem, quod mirifice perpenſum, iuuat.*
91 *Inuentarium non liberat ipſo iure hæredem, quia non eſt unus ex modis uſitatis, & ſolennibus.*
92 *Tempus & dies inuentarij ſunt continui non utiles, ſaltem in progreſſu.*
93 *Dies utiles, & eorum obſeruatio penes antiquos.*
94 *Iudex, an requiratur in inuentario.*
95 *Reſtitutio non datur, ubi iudex interuenit.*
96 *Tempus inuentarij, an currat hæredi non poſſidenti.*
97 *Pupillus læſus in hæreditate, an prius agat contra tutorem quam reſtituatur.*
98 *Tex. in l. in ratione. 1. §. quod uulgo ff. ad l. fal. 105.*
99 *Falcidia una tantum detrahitur in teſtamento patris, & filii pupilli, & id quomodo.*
100 *Subſtitutus pupillaris poteſt ex perſona pupilli & ſua, facere inuentariũ. & quid differat.*
101 *Legata non ſoluta ſunt æs alienum non ſoluentis.*
102 *Phanucius reprahendit Bartolum in duobus circa. §. quod uulgo, quem Monticulus defenuit.*
103 *Hæres hæredis non tenetur de ſuo legatariis eiuſdem hæredis, ex Comenſi, declarato per Monticulum.*
104 *Subſtitutus pupillaris quo pacto dicatur eſſe in delicto, ſi nõ faciat inuẽt.*
106 *Legatarij pupillares, an ſeparentur a paternis.*
107 *Fideicommiſſarius, an poſſit ex perſona ſua, uel hæredis, facere inuentariũ, & an hæredi proſit.*
108 *Fideicommiſſarius tenetur cauere hæredi reſtituenti.*

Phan.

109 *Phan. reprobat Crauettam, concludens indiſtincte non valere prohibitionem inuentarij.*

110 *Inuentarium veluti Falcidia, & Trebellianica, an cenſeatur prohibitum per verba generalia teſtatoris.*

111 *Prohibitio inuentarij vtrum valeat, Monticulus diſtinguit.*

112 *Inuentarium cur prohiberi poſſit legatarijs non creditoribus.*

113 *Bona quomodo computentur in detractione falcidiæ, etiamſi hodie fiat inuentarium.*

114 *Tex. in §. diligenter l. in ratione. 2 ff. ad l. fal. diligenter perpenſus, circa illam reg. Spectatur tempus mortis in relictis.*

115 *Legatum generis, & legatum ſpeciei. Vide late. & quando res perit, cuius ſit damnum.*

116 *Legatum generis perit hæredi in totum, idest etiam quoad Fal.*

117 *Phanucij error circa computationem bonorum pro fal. detrahenda.*

118 *Falcidiam, an perdat hæres rei legatæ pereuntis, ſi faciat inuentarium.*

119 *Res hæreditaria non legata perit hæredi, veluti Genus legatum ſeu non legatum.*

120 *Damna, uel augmenta poſt mortem, an ſoli hæredi proſint, uel obſint: & in quibus caſibus.*

121 *Hæres quamuis faciat inuentarium, non liberatur a damnis iuris ciuilis, ueluti nec lucra debet amittere.*

122 *Hæreditas tanti cenſetur, quanti ualent ſingulæ res redactæ in unam ſummam, ſeu æſtimationem.*

123 *Beneficium inuentarij, an amittatur ex amiſſione, uel ſubtractione unius rei.*

124 *Textus in § licentia danda, perpenſus.*

125 *Verbum, hæreditas, non proprie conuenit legatarijs.*

126 *Legata non ſoluuntur in totum, omiſſione, uel ſubtractione unius rei.*

127 *Impenſa ægritudinis, an retineantur per hæredem cum inuentario.*

128 *Funeris impenſa, & ægritudinis æquiparatur.*

129 *Creditores, an reuocentur ad communionem ſi unus prius exegerit, ut in legatarijs.*

130 *Debitor quando poſſit ſoluere uni ad præiudicium cæterorum.*

131 *Legatarij cur reuocentur ad communionem, creditores non.*

132 *Hæres interrogatus, an perdat beneficium inuentarij ſi negat ſe hæredem, maxime in iudicio. Et ibi Monticulus diſtinguit contra Phan.*

133 *Beneficium quanto eſt maius: ingratitudo, & indignitas tanto eſt maior abutentis beneficio.*

134 *Legata, an debeantur ultra uires ipſo iure.*

135 *Legata, quomodo computentur.*

136 *Legitima, an præualeat legatis.*

137 *Legitima quomodo computetur.*

138 *Falcidia & Trebellianica quomodo computetur.*

139 *Trebellianica num amittatur per omiſſionem inuentarij ueluti legitima non amittitur.*

140 *Regulæ aliquot legatorum, legitimæ, falcidiæ, Trebellianicæ.*

ANTIPHANVCIVS MONTICVLI
in eadem materia inuentarij.

Putaueram à principio in prima huius operis editione (anni nondum tres ſunt, quando Dei Optimi Maximi incomprehenſibilis benignitas ſancto Chatolico fœderi Victoriam conceſſit contra formidabilem Turcarum Claſſem, MDLXXI.) nullum fore, qui me cum ad eandem metam contenderet. Poſtea intellexi, Rolādum a Valle, præſidem, Senatorem, ac I.C. meritiſſimū, ſimile opus ad manus habere & ecce non multo poſt exit Tracta-
1 tus Rolandi de confectione † inuētarij. Non multum excurrit, quod mihi refertur, Phanucium Lucēſem I.C. magni nominis penes Ligures, Etruſcoſque, quib. valde addictus ſum, quaſi tertium ſocium Triumuiratum cōſpirare. Sed neſcio quis noſtrum erit Octauius. dum vero opus iſtud ſecunda vice ceptū eſſet excudi, mēſe Martio huius anni MDLXXIIII. Bibliopola ad me Parauium Venetijs miſit Tractatum Phanucij de inuentario hæredis. Auide illum excepi. primo actu lego Præfationem ad lectorem, delapſuſque in Rolandi, meique ipſius commemorationem, reperio hæc uerba. Verum
2 enimuero † q̄ ego nuperrime legerim Rolandi tractatū de hac re, non prorſus horum laborum mihi pœnitendum eſſe
» cenſeo. Nec eſt quo non ſinam hoc opus, duobus abhinc an-
» nis, e manibus meis emiſſum, iuxta cum Typographo con-
» uenta excudi. Quippe quod ſi cum iis, quæ a Monticulo, &
» Rolando tradita ſunt, conferatur, partes inferiores pene be-
» nignos lectores (ni fallor) non obtinebit. Nos. n. hac in re
» diligenter tractauimus inuentarij plura, quæ illis ſunt ignota.

Conſiderans animi, verborumque candorem, uado ulterius: Et vertens paginam, comperio in indice octo, uel nouē errores Monticuli annotatos. Timui (ut uerum fatear) & erubui: Sed cum digitum ad plagam admoueo, ſenſi non magis iſta me lædere quam pluuias fungum. Nimirum, quo ad me, (Phanuci) multa ignoro, cupioque diſcere, ac edoceri. Nec pœnitendum eſſe cenſeo quod mihi hæc occaſio oblata fuerit. Primum reſpondebo obiectis tuis, & me defendam, ſi potero Deinde, quoniam exemplo Herennij Modeſtini, notando, & diſputando ueritas eruitur, & contraria iuxta ſe poſita clarius eluceſcūt: colligam aliquod errata tua. Nam cum homo ſis, potes errare & depræhendi in errore ab imperitiore. Quocirca neque ego, neque tu grauate feremus, ſi palinodiā recantare coacti erimus Quid enim refert, an quis ſit Antimonticulus, uel Antiphanucius. verum quia nimis altercando veritas amittitur, & non parum obumbratur. Et ut potius ſim φιλανδρος quam κενοφιλος in arenam hilariter deſcendo, paratus vincere, & uinci, ſi ſors obtigerit; illud imprimis teſtatum relinquens, quod nihil in poſterum dicturus ſum,
3 contentus arbitrio Prudentum, atque † intelligentium. Neque nunc ego aliquid dixiſſem, niſi eſſemus in exitu huius recentis editionis, uel niſi admonitus æris alieni, quod ſatis grande contraxi cum illis, qui de me honorifice ſenſerūt, veriturum ſoluere cum dedecore, & detrimēto nominis mei maximopere non uererer.

I. Phanucius in præfatione ſui tractatus nume 6 dicit Monticulum hallucinari, quatenus in quarto membro, ſeu capite principali concludit, inuentarium fauore tantum hæredis fuiſſe introductum: Etenim illa ratio quod alioquin hæres creditoribus, & legatarijs contradicentibus, illud facere nequiret, ſi eorum etiam fauorem concerneret, non procedit, quia imo tangens omnes, ab illorum tantum conſenſu non debet pendere, iuxta iuris regulam. Præterea, inquit Phanu. id probatur ex Ancharano conſi 365. uolens quod inuentarium omnium fauorem cōcernat, quorum intereſt; & ex Iuſtiniano Imp. in §. ult. noſtri authētici, quatenus Iuſtinianus proſpicit communiter omnibus hominibus, ut & uiuentes, & morientes ſolatium habeant. aduertatur diligenter. Non
4 nego quin † inuentarium ſæpenumero proſit alijs quam hæredi; Fateor, prodeſt teſtatori ut moriatur cum ſolatio, & ſecuritate. Prodeſt creditoribus, ac legatarijs, ne retardentur tamdiu, neue fraudentur. Attamen dico, quod principaliter inuentarium reſpicit fauorem, atq; indemnitatem hæredis, neque id negat Ancharanus, imo expreſſim approbat, reddens rationem, ne ſcilicet hæres res hæreditarias ſuppreſſiſſe, aut occultauiſſe conuincatur. § ſancimus. noſtri authentici. Quapropter dum Phanucius reſtringit meam rationem per dictionem, tantū, non ſatis memoriter refert uerba mea. quia expreſſim ibi dico ego, inuentarium reſpicere fauorem hæredis, ſed non nego quin & aliorum interdum reſpiciat fauorem. Probatur in ſimili. lex falcidia fuit introducta propter teſtatorem, & legatarios, ut promptius relicta ultimarum voluntatum exhibeantur, Inſti. de l. fal. in prin. & §. quantitas. in fine. Attamen principaliter fuit introducta propter fauorem hæredis, per textum ſingulariſſimum in l. poteſt. ff. ad l. falcid pari modo inuentarium, quantumuis proſit huic & illi, ſecundum diuerſa accidentia, principaliter uero proſpicit hæredi: ne temere aut feſtinanter illigetur oneribus hæreditarijs, deque ſuo iacturam patiatur § ſed noſtra Inſtitu. de hæredum qual. & differ. ubi imp. commune omnibus hominibus ſub Rom. imperio indulget beneficium, ut ſine metu, periculoque adeant hæreditatem. Præterea adeo fauet Iuſtinianus hæredi, ut in pœnam non comparentium negligen-
5 tiumque citationem, poſſit cum duobus † tantum teſtibus facere inuentarium; cum alioquin ad minus quinque teſtes ſint neceſſarij. § ſi uero abſunt noſtri auth. & ibi dixi poſt gl. Beluiſ. Bar. Ang. Demum id vult Baldus poſt Oldradū in principio noſtræ. l. ult. C. de iure delib dicens, quod hæc lex generaliter proſpicit omnibus hæredibus, ne teneantur creditoribus ultra uires. & in §. ſin autem dubius, ſubdit idem Bal-
6 dus, † quod inuentarium eſt actus ſolius hæredis; cum etiam inuitis, & abſentibus creditoribus fieri poſſit: alias, ſi eſſet actus communis, & par inter hæredem, & creditores, legatarioſque, melior eſſet conditio prohibentis quam volentis. l. Sabinus. ff. com. diuid.

II. Teneo in præludijs primi operis, nu. 45 Quod repeto hac ſecunda vice, nu. 126 hæredem petita deliberatione, repudiare non poſſe, ſi intra tempus non cōficiat inuentarium. §. ſin autem hoc aliquis. noſtræ legis. Phanu. in ſua præfatione, nume. 13. reprobat: Et me tantum huius aſſertionis facit auctorem. Aduertatur & hic diligenter. Phanucius more oraculorum loquitur amphibologice, & tranſilit de vno ad aliud. Nam in hærede deliberante ponit trimembrem diſtinctionem. aut hæres adit. aut repudiat. aut neutrum facit. In ſecundo membro, quando ſcilicet intra tempus deliberandi fecit inuentarium, ſimulque repudiat: concludit Phanuc. & recte concludit, quod repudiās intra tempus reſtituens bona liberatur ab omni moleſtia, per textum in d §. ſin autem hoc aliquis. in illis uerbis, non liceat ei poſt tempus præſtitutū &c. ſi

7 non poteſt repudiare poſt † tempus præſtitutum, ergo ſaltē
poterit ante tempus, ſeu intra tempus: vt expreſſius liquet in
§. quod ſi poſt. qui ſtatim ſequitur. Hoc ego etiam admitto,
& habeo pro indubitato. ſi me carpit Phanucius quando ſu
mus intra tempus, vnum aſcribit quod non dixi. Non dixi
iſtud. Dixi quod hæres poſt tempus elapſum non poteſt re-
pudiare, immo cenſetur adiuiſſe, ut ibi ꝑpendit gloſſa in ver-
bo, recuſauerit dicens. Hoc eſt nouum per legem iſtam: ut
8 petens tempus ad deliberandum, niſi † repudiet, adiiſſe taci-
te uideatur, aliud olim ut ſupra eodem. l. cum antiquioribus.
quam gloſſam nemo improbat, immo omnes ſi non expreſ-
ſe, ſaltem tacite approbant, quia non improbant, Odof. Rau.
Sil. m Ricardus, Gul. Petrus, Cynus, Old. Beluiſ. But. Bartol.
Bal. Ang. Alb. Saly. Fulg. Paulus, Plum. Alex. Corneus, Iacobi
nus, Iaſon, & alij. Item Bar. Ang. Imola, in l. quandiu inſtitu-
tus. ff. de acq. hæred. Sumantur termini pares, & non tranſi-
liatur de vno indiuiduo ad aliud. Punctum Phanucij in ſecū
do membro, vbi me reprobat, eſt intra tempus deliberandi.
Punctum meum ſeu indiuiduum eſt poſt tēpus. Quod hoc
ſit uerum, probatur, quia ipſemet Phanucius in tertio mem-
bro ſuæ diſtinctionis loquitur quando poſt tempus deliberā
di hæres vult repudiare, ſeu non vult teneri. Si autem vellet
Phanucius in hoc tertio caſu quando lapſum eſt tempus, hæ-
dem poſſe repudiare quantumuis fecerit inuentarium, plane
non video, quo pacto hoc ſuſtineri poſſit ex gloſſa, & aucto-
ritatibus præallegatis. Nā ſi hæres, qui adiuit cū inuentario,
vel ſine, non poteſt exinde repudiare, licet ſimus intra tēpus
trium menſium, vel anni. l. ſicut. C. de repu. hǣd. cui dubium,
quod petens deliberationē (faciat vel nō faciat inuentariū)
non pōt poſt tēpus repudiare? Dico petens deliberationem:
9 † qm̄ hodie petens deliberationem cenſetur ſuſpectior, & ꝑ-
fidioſior quam ſi illam nō peteret, quamuis olim ſecus eſſet,
ut perpendit Corneus poſt Bartolum in §. & hæc quidem,
eiuſdem legis. Non obſtat ſi diceretur. Hæres deliberans fi-
cte non vere cenſetur adiuiſſe: nam Imp. in eodem §. ſi au-
tem aliquis. & ſeqq. ter vel quater æquiparat adire, & non re-
pudiare, ſeu non recuſare intra tempus: Quapropter ſacrile-
gii inſtar eſſet negare vocem Imperatoris. l. 2. C de crim. ſa-
cril. aut ergo hæres nullā petat deliberationem: aut ſi petat,
faciat inuentarium, aut ſaltē intra tēpus repudiet, aliter, tran
ſacto tēpore non poterit repudiare in aliorum præiudiciū,
maxime ſi ipſe, alijs non inſtantibus, nec petentibus, ultro pe
tierit deliberationem, ſecundum terminos. §. ſi autem hoc
10 aliquis. quē ita intelligunt Ang. Saly. & Corn ibi, † poſt Hug.
& Azon, in l. quamdiu inſtitutus ff. de acq. hæred. Sunt ergo
tres caſus ibi nouiter inducti a Iuſtiniano. I hæres ſponte pe
tens deliberationem, non pōt poſt tempus repudiare, q̄uis
fecerit inuētarium. Secus ſi intra tempus repudiaret, etiamſi
non fecerit inuentarium, ut ſubijciam in tertio caſu, ſuper. §.
verſ. Quod ſi poſt. Ampliatur iſte primus caſus, ſiue hæres ex
preſſim adiuerit, ſiue non; nam ſtatim tranſacto tempore, cē
ſetur hæres adiuiſſe, ut ibi perſpicue liquet; Ergo infertur per
omnes ibi, inuentarium poſſe fieri cum aditione, & ſine adi-
tione, vt referam in ſequenti obiecto. Quid tamen ſi hæres
petita deliberatione adiret cum inuētario, & uellet ante, ſeu
intra tempus repudiare? Et hoc ſpectat ad tertium caſum in
§. quod ſi poſt Sed ſi teneamus contra. Ang. in §. hæc ſtipula
tio. ut retulimus in §. & hæc quidem. eiuſdem l. noſtræ. ꝙ hæ
reditas ſimpliciter adita, id eſt, ſine deliberatione, nō poteſt
repudiari per beneficium inuentarij, multo minus repudiabi
tur petita deliberatione: cum hodie, quicquid olim eſſet, ſem
per hæres deliberans præſumatur malignus, & tergiuerſator
Bar. Corn. Iaſon, & alij ibidem. Fran. Marcus decil. 488. par. 2.
quid in hoc primo caſu dicemus reſpectu legatariorū, an eis
hæres, ſicuti creditorib. inſolidum tenebitur? Durum videt̄
11 id dicere, cum conſtitutio † nouiſſima Iuſtiniani in noſtro
auth. § ſi uero non fecerit. arctet ſolummodo hæredem ad
ſolida legata ultra vires, ſi non extet inuentarium, non etiam
ſi extet. quamuis culpabilis videatur hæres dupliciter, quia
non repudiauerit intra tp̄t, & quia temere petijt deliberatio-
nē, ꝙ ſi tertia culpa accedat, omiſſio, ſ. inuētarij, iam dubio
procul tenebitur de ſuo; unde nunc mihi ſuccurrit manife-
ſtiſſimus error Phanucij in præfatione, nu 11. & ſeq. ut ĵ. nu.
70. II. hæres deliberans ſine inuentario. tenetur creditorib.
& inſuper amittit Falcidiam. §. ſiquis autem temerario. An-
tea ſecus erat quoad Falcidiam de iure Authenticorum, vt
nunc dixi, & dicam reprehendendo Phanucium, idem eſt
quoad Falcidiam, & legata ſimul, ad inſtar creditorū. Ampl.
ſiue adiuerit, ſiue non, ibi, vel adierit hæreditatē, uel minime
eam repudiauerit Pondera a ꝯtrario ſenſu, ꝙ ſi repudiet intra
tempus, tametſi non fecerit inuentarium, exoneratur, non q
dem in totum, ſed ut ſequitur in tertio caſu. III. igitur. hæres
12 non faciens † inuentarium, tenetur res omnes reſtituere ſecū
dum iuramentum recipere debentium. Multa ſunt implici-
ta; Qđ hæres poteſt ſine aditione facere inuentarium, velut
deliberare; alioquin iſte tractus eſſet de indubitabili, ſi illam
intelligeremus de hærede q adiuit, & poſtea vellet repudia-
re. Quis porro dubitat hæredem adeuntem, maxime poſt pe-
titam deliberationem, repudiandi ius non habere, cum nec
haberet, nulla prorſus petita deliberatione. l. ſicut. C. de rep.
hæred. §. ſciendum. Inſt. de hæred. qual. & diff ꝙ hęres delibe
rans, penes ſe habet res hæreditarias, & cōtrectat, licet ex eis
non ſit alendus, niſi forte ſit filius. l. Ariſto. l. ait prætor. & ibi
gl Bar & Ang. ff de iure deliberandi. Cum vero inuentariū
ſucceſſerit loco iuris deliberandi §. donec. noſtræ legis. idem
dicemus in hærede volente facere inuentarium. ut rerū de-
beat habere poſſeſſionem, licet non adeat. l. pro hærede. ff. de
acq. hæred Et hic ergo forte alet̄ filius, ſi non aliunde ſit ido-
neus. Obſtat, quia inuentarium non prodeſt nec obeſt hære
di, alijſue, maxime creditoribus, præterquam in ſancitis per
Iuſtinianum. Quod ex retentione ſeu poſſeſſione rerum non
inducitur aditio, ut hic perpendit Corneus tradendo limita-
tionem ad theoricam Bartoli in l. gerit. ff. de acqui. hæred ꝙ
inuentarium prodeſt etiam non adeunti, vel aditam hæredi
13 tatem † repudianti: quod hæres tam cum inuentario q̄ ſine
inuētario pōt repudiare intra tempus. Hoc tm̄ intereſt. ꝙ cū
inuentario reddēdo res quales ſunt, & quātæ ſunt, liberatur,
id eſt non tenetur ēt creditorib. de ſuo: ſolummodo enim te
netur quādo tempus labi paſſus eſt, ut in primo caſu. Siue in
uentario, patitur iuramentum. Sed nunquid ex textu, hæres
cogetur reſtituere, vel num patietur iuramentum legatario-
rum: Quoad primam viſionem, puto hæredi eſſe liberum v-
trum reſtituat, vel non: quid em̄ aliud volunt creditores quā
redintegrari vſque ad minimum obolum bonorum exiſten
tium in hæreditate? Si tamen periculum aliunde creditori-
bus immineret ex inopia, vel perfidia hæredis cunctantis &
tergiuerſantis, inuentarium nihil opitularetur hæredi, per tra
dita in §. & ſi præfatā. Quoad alteram uiſionem, textus iun-
cta gloſſa, vocantur. reſtringit beneficium ad creditores, uel
hæredes, qui experirentur contra deliberantem. quando ta-
men iure authenticorum hæres tenetur ad ſolida legata, nō
improbe quandoq; iurabunt legatarij: ſi maxime hæres poſt
tempus uelit reſtituere. Illud ſaltem contra Phanucium aſſe
rerem legata inſolidum ſolui, quaſi hæres tripliciter peccaue
rit petendo deliberationem; non repudiando intra tempus,
non faciendo inuentarium, arg. l. 3. C. de epiſ. audientia. hæc
planius, & plenius volui referre ad Phanucij obiecta, errata-
que confundenda, idcirco, lector terminos primos, & ueros
iuris ciuilis recte a primordio apprehendat, mentemque in
eis ſtabiliat, ne poſtea incidamus in amphibologiam, iuxta il
lud Aio te Aeacidem Romanos vincere poſſe, & ænigma-
ta potius quam iuris dogmata diſſoluenda proponātur; alio
quin erimus tanquam milites ſine duce, & auſpice: aut tan
quam nauigantes ſine nauarcho, ſiderū, uentorumq; perito.
III. In eadem Præfationem, nu. 59 conatur me redarguere
de falſitate, & contrarietate ſimul, quatenus aſſero in prælu-
dijs, & in c. 7. & in gloſſemate ad legem, nu. 21. & ſæpe alibi; ꝙ
hæres adiens hæreditatem, non amittit beneficium inuenta-
rij, licet ſpe certa adeat hæreditatem, etiā lucroſam. quid mi-
rum ſi hoc aſſero? Ricardus quidem Malumbra. & Cynus, in
§. cum igitur. l. noſtræ contra me tenent: & diſtrictius Ange-
lus in l. 1. § hæc ſtipulatio. ff. ſi cui pluſquam per l. fal attamen
* communis * & receptiſſima opinio eſt in contrarium, quod
quantumuis hæres ſpe certa adeat hæreditatem, non per hoc
arceatur a beneficio inuentarij. Arcebitur quidem, ne credi
toribus aliqd adimat vſq; ad finē bonorū: ſed nō ꝑ hoc amit-
tet alia bñficia pro ſe, uel alijs, ita cōſuluit Iac. de Arena, quē
refert & ſequitur Io. And. ad Spec. in rub. de teſtam. & ante
eos ipſemet Spec. de inſtr. ed §. ult. ver. ad hoc autem. circa il
la uerba (nullo indiget inuentario) ſ. vt ei proſit quoad cre-
ditores, proderit tamen quoad falcidiā idem expreſſius vult̄
Baldus, Saly. Paulus, Alex. Corn. & alij in eadem lege noſtra.
Porcel. in hoc ipſo trac. Siculus in ca. Raynaldus. de teſtam.
Roland. itidem in hoc eodem Trac. par. 4. §. beneficium pro
ut enim variæ ſunt hominum voluntates, ac deſideria. l. quia
14 poterat ff ad S. C Trebel. ita uaria ſunt accidentia, & benefi-
cia inuentarij, ut hæres non conueniatur inſolidum, vt rē ꝑ
precio ſoluat, ſeu uēdat. Vt nō conueniat̄ intra xc. dies uel an
num, ut primo venięti ſoluere, & gratificari poſſit. Vt nō te-
neat̄ de euictione, & alia multa, ut in §. & ſi præfatā, Quapro
pter ſi recte perpendant̄ quæ dico in prima, & ſecunda editio
ne, non ero mendax, neq; contrarius quia oportet ſecernere
leprā a lepra, & unū indiuiduum ab alio, ſecundumq; varie-
tatē accidētium, & indiuiduorum, applicare dicta mea. Si q-
dē modica facti diuerſitas, & puſillum ens, punctumq; pene
inſecabile diuerſam īducit iuris determinationē: Et hoc eſt il
lud,

lud,quod vulgo dicitur,Ius ex facto oritur.d. iuſiurandum &
ad pecunias §.pen.ff.de iurein.l.ſi ex plagis.§.in cliuo.ff. ad l.
Aquil.Stabit itaque concluſio, ꝙ aditio hæreditatis non ex-
20 cludit a beneficio † inuentarij: veluti nec confectio inuenta
rij obeſt aditioni. Quocirca, veluti inuentarium poteſt fieri
ante aditionem,cum aditione, poſt aditionẽ,ſine aditione:
Pariter aditio fieri poteſt ſine inuentario; cum inuentario,
ideſt ante inuentarium,ſimul cum inuentario,poſt inuenta
rium.Cæterum nolo quod adhuc acquieſcas, & credas ver-
bis meis.Confer ſequentia cum præcedentibus, & mea cum
Phanucianis;& deprehendes Phanucium ad hunc ſcopulũ,
fractum colliſumque eſſe.
IIII.Igitur in præludijs,& alibi ſæpe,duo conſtãter affirmo,
ꝙ hæres antequam adeat poteſt facere inuentarium.Item ꝙ
confectio inuentarij non includit,ſeu non trahit ſecum adi-
tionem.Phanucius contra,licet ænigmatice maxima ex par-
te loquatur,in prima parte ſui tractatus,num.8.utens his uer
„ bis Monticulus grauiter errat in illa ſua opinione,ſuper qua
„ plures concluſiones cum fecerit, paſſim in illo ſuo tractatu,
„ in eis omnibus deceptum fuiſſe dicere conſequens eſt.ſupra
nu.6.refert has duas aſſertiones,& allegat Paulum, Corneũ,
Bertachinum,Iaſonem, Decium,Neuizanum,idem mecum
tenentes. Attamen poſtea dicit quod ſolus Monticulus gra-
uiter errat.Prima opinio,ꝙ inuentarium fieri poſſit ante,ſeu
citra aditionem,a nemine,ut opinor, præterquam a Phanu-
cio,reuocatur in dubium.Illam tenet gloſſa,quam nemo im
probat in d. §. ſinautem hoc aliquis. & apertiſſime ibi Saly.
Alex.Corneus,Iaſon,poſt Baldum,Paulum, & alios in §. cũ
igitur,& §.ſinautem dubius.eiuſdem legis Iacob de Arena,
quem refert,ut prædixi,Io.And.ad Spec.in rub.de teſtam.de
niq; volue,& reuolue quantumuis, nullum reperies diſcre-
pantem:quod,nec credo,latuit Phanuciũ Sed nimirum ſen-
tiens hoc eſſe palmarium, & ab hoc puncto pẽdere originẽ
cotum,quæ dixit eſſe ignota Rolando,& mihi: non auſus eſt
alios reprehendere quam me. Videns tamen ſcopulum, qui
illum frangebat, videlicet, textum in præallegato. §. ſinautẽ
„ hoc aliquis,conatũ illi reſpondere, his uerbis,quę velim vnuſ-
„ quiſq; conſideret num quadrent in ſenſu vel in phraſi.
21 Nam eſt aduertendum (inquit ipſe) textum † in l.fi.§ ſinau
„ tem hoc aliquis,loqui de inuentario, quod ſit antequam qs
„ deliberet an ſibi expediat adire,vel repudiare hæreditatem.
„ Iſtud neceſſe eſt fieri ante aditionem;Et quo ad hoc ſenſerũt
„ præallegati:nam vt inuentarium,quod ſit cauſa non delibe-
„ randi,ſed quia vult eſſe hæredem cum beneficio inuentarij,
„ plane conficiatur aditione præmiſſa,declarando ſe prius hæ-
„ redem oportet dicere,ut per Fran.Mar. in deciſ. Delph. 489.
„ in 2. par.& Leo Spelunc.in tract.de arte Notar.in forma adi-
„ tion.cum benef.inuen. poſt Cynum, & Martinum Silim. &
Alex.vbi ſupra,reſpondentes ad d.§.ſinautem hoc aliquis,ut
per nos ideo Monticulus &c.
Plura hic ſunt abſurda,& ludibria naturæ.I. ꝙ inuentarium
22 non poteſt fieri niſi in duobus † caſibus, vel quando hæres
deliberat:uel quando præfatur,aut declarat ſe eſſe hęredem.
II.ꝙ textus in § ſinautem hoc aliquis.non probat indiſtincte
hæredem poſſe facere inuentarium ſine aditione, niſi in ca-
ſu deliberationis.III.ꝙ Silim. Cynus, Alc.Marcus,& Leo pro
bant ipſius opinionem.Omnia ſunt falſa, & perperam dicta.
Primum redarguitur ex dictis in præcedenti obiecto, & præ
ciſius redarguetur inf.nu.76 & ſeqq. Alterum identidem re-
darguitur ex dictis in præcedenti obiecto. Nam ſi hæres qui
petit deliberationem,& conſequenter aliquatenus eſt in cul
pa,poteſt facere inuentarium, non video cur hæres qui nul-
lam petit deliberationem,id facere nequeat: Alias melioris
eſſet conditionis prauus quam bonus,contra.l.ſine hæredita
ria.ff. de neg.geſtis. l. Seruius.ff.quod vi, aut clam. præterea
Imp.ibi non facit vim,verum hæres adeat,uel non adeat; So-
lummodo facit vim vtrum petierit deliberationem, uel nõ,
& tempus labi ſinat:ergo vult Imp.ꝙ ſiue hæres deliberet,ſi-
ue non,ſemper poſſit facere inuentarium,tam ante quã poſt
aditionem,prout omnes ibi perpendunt, uel ſi nihil dicunt,
illud habent pro comperto,& indubitato,gloſſa, Odofr. Pe-
trus,Cynus,& plurimi alij vſque ad Iaſonem,qui illud in indi
uiduo atteſtatur,num.3.tertium non minus falſum,& ridicu
lum eſt;Et tantum abeſt ut præfati DD.Simil.Cy. Alex. Mar
cus,Leo probent Phanucij opinionem,ꝙ ſi inuentarium fie
ri nequeat ſine aditione, præterquam a deliberante: ut imo
23 contrarium † omnino uelit. Alexãder id dicit apertiſſime an
te Iaſonem,ut ſupra citans Saly.& ſubdens ꝙ non cogit ante
quam adeat:attamen ſi vult non prohibetur facere inuenta
rium.Nec diſtinguit Alex.utrũ petita ſit deliberatio, nec ne.
Marcus quoq; & Leo Spelunc. confutant ſñiam Phanucij,
prout cuiuis videre facile eſt.Siquidem Marcus refert practi-
cam ſuarum regionum,ꝙ hæres gerit ſe pro hęrede cum be
neficio inuentarij citra diſcuſſionem. ſed non negat Marcus
quin hẽs ſine aditione facere poſſit inuẽtarium:nec ꝙ faciẽs,
inuentarium cenſeatur adire.Legantur uerba ipſius.& aliorũ
& ſi mendax ſim,litem meam libẽter faciam. Altera opinio,
ꝙ confectio inuentarij non inducat, ſeu non includat aditio
24 nem,non eſt † ſolius Phanucij: fuit prius Cyni in §. ſin uero
poſtquam.legis noſtræ:Sed eam confutant Saly. Alex. Iaſ. in
d.§.ſinautem aliquis,per illum textũ. Et rurſus Saly. in § ſin-
autem dubius.Marcus in d.deciſ.489.Ruinus conſ.119 lib.3.
Neuizanus conſ.9.Roland.de conf.inuen.par 3.§ ſed an per
confectionem.Adde infra nu.81.& ſeqq.
V.In eadem par.1.nu.16.me reprehendit,quatenus tranſeũ
ter teneo in 5.c.prin.nu.42.patrem pro filio adeuntem tene-
ri de ſuo,ſi non faciat inuentarium,per tex.in l.vlt.§. ubi aũt
puerilis.& §.ſinautem æs alienum. C. de bonis quæ liberis.
25 Nõ ſimpliciter teneo † ego ꝙ pater teneatur de ſuo,ſed duo-
bus maxime concurrentib.ꝙ filius ſit pupillus: ꝙ ipſius cul-
pa,uel fraus arguatur.præterea non quæro ego num pater te
neatur principaliter,an uero pupillus,q re uera hẽs eſt. Qua-
propter,admiſſo ꝙ creditores, & legatarij agãt principaliter
aduerſus pupillum hẽdem,per §.pupillis.noſtri auth.non pro
pterea negatur, quominus poſtea pupillus regreſſum hẽat
ↄ patrem,veluti haberet cõtra tutores d.§ pupillis. Quinim-
26 mo poſſum indiſtincte † firmare, ꝙ ubi filius non conſenſit
tacite,uel expreſſe aditioni ipſius patris, nõ teneatur de ſuo:
quia non poteſt dici hæres,qui non conſenſit,neq; animum
habuit adeundi.l.ſi infanti.cum ibi no.l.nec emere.C.de iure
delib.& in l.gerit.& l pro hærede ff de acq hæred. Accedit ꝙ
per contractum non poteſt pater filium pupillum obligare.l.
vlt.§.pupillus.ff.de uerbo.oblig.ergo nec per aditionem, quę
eſt quaſi contractus,cum valeat argumentũ de uno ad aliũ.
Demum quocunq; modo pater nõ eſt legitimus adminiſtra
27 tor,vel quia † emancipauerit,vel quia ſunt aduentitia, quorũ
non habet vſumfructum:conſtat ꝙ tenetur reddere rõnem,
ergo & facere inuentariũ,uel ſi non faciat,ſoluet de ſuo Pau-
lus Imo.& alij in l.cum tale.§.j.ff.de con.& dem. Crotus in l.
2.§.voluntate ff ſol.mar.Pariſ.cõſ.157.lib.4 Berous ↄſ.86.li.2.
VI.In ſecunda par poſt nu.2.me reprobat,dum in IX. c.nu.
178.quod eſt repetitum ſecunda uice,nu.467. dico, ceſſante
præſumptione fraudis arctantis hæredem ultra vires, ceſſare
28 diſpoſitionẽ Reſpondeo † quantumcunq; de iure ciuili prę-
ſumptio fraudis,urgeat contra hæredem non facientem in-
uentarium.§.ſancimus.§.ſi uero non fecerit, noſtri auth. ta-
men de iure canonico non urget,ut per Ancha conſ 412. qui
validiſſimis contendit argumentis: nec pauci ſunt qui etiam
de iure ciuili non vrgere contendunt,ſi alioquin hæres ſit ꝓ-
batæ fidei illęſæq; exiſtimationis Socinus in fallentijs,& non
ſemel ſupra,præſertim in 3.cap.hac vice.
VII.In eadem par.2.nu.30.me reprobat, quatenus aſſero in
5.c.nu.43. Tutorem teneri de ſuo creditoribus, & legatarijs
pupilli.Huc ſpectant,quæ ꝓxime de patre pupilli dicta ſunt.
29 Aut pupillus qualitercunq; conſenſit † aditioni factæ per tu-
torem,aut non.Primo caſu,cõuenietur quidem pupillus,qa
eſt hæres,a creditorib.legatarijſq;.§.pupillis.noſtri auth.nihi
lominus redintegrabitur a tutore;Et ſic,ſi non principaliter,
ſaltem in conſequentiam tutor tenebitur de ſuo, præſertim
ſi fuerit in culpa,ut diximus de patre.Secundo caſu ad nihilũ
forte tenebit pupillus,quia non eſt factus hæres per conſen-
ſum:quod vtiq; verum eſt in hẽde extranei;Cæterum in hæ-
reditate patris,cui filius pupillus ſuus hẽs eſt,magis ambige-
ret.§.ſui aũt,Inſt.de hẽd.quæ ab inteſt. Verumenimuero in-
30 ſpectio iſta eſt altiſſima † circa pupillos hẽdes.Nec facile exi
tum inuenire poſſumus,quia variãt propter mixtionem æta
tũ,& pſonarum.l.ſi infanti.C.de iure delib.l.ſi C.de bon.quę
liberis.l.pupillus.ff.de acq.hær.l.vlt.C.de cur.fur.l.cũ in una.
§.tutor. ff.de appel.Dicam forte alias in hac ipſa tractatione.
VIII.In 9 membro,nume.164.tranſeunter aſſero, inuenta-
rium hæredis prodeſſe vulgariter ſubſtituto,allegando Bar.
Com. vtrunque l mol. & alios in l. in ratione. 1. §. quod vul-
go.ff ad l.falcid.Phanu.reprobat,in eadem par. 2. nume. 45.
dicens hoc contingere non poſſe,quia per confectionem in
uentarij aditio ſtatim inducitur. quæ aditio extinguit vulga-
rem ſubſtitutionem.l. poſt aditam.C. de impub. & al.ſubſti-
31 tut.Reſpondeo,dupliciter inuentarium hæredis † prodeſſe
poteſt vulgariter ſubſtituto;vel quia hæres aduerſus aditio-
nem abſtentus,ac reſtitutus fuerit; vel quia nunquam adiue
rit.Primo caſu,Bar.loco quo ſupra,& plenius Herculanus te
nent inuẽtarium prodeſſe ſubſtituto. Altero caſu, negat Pha
nu.id poſſe contingere.Iam uero cum probauerimus ſatis ſu
perque & ſimus probaturi infra nume. 77. inuentarium fieri
poſſe ante aditionem, pluſquam certum eſt quod ſi hæ-
res non adeat, quia nolit, uel quia non poſſit, inuentarium
ipſius factum citra nomen hæredis tranſibit ad ſubſtitutum,

qui pleno iure hæres eſt l.mulier. in fine.ff. de cond. inſtitut.
IX. Aſſero in 5. membro nu. 45. & in gl. nu. 123. cum Hoſt.
& Anch. quos refert Alciatus in l. 2. §. & harum. ff. de uer. ob.
quod pro exoneranda conſcientia † defuncti, vnus cohære-
dum teneretur pro alio. Phan. in 2. par. num. 58. dicit, miror de
Monticulo non dico ꝙ firmauerit, ſed ꝙ ueuerit in hãc Phã
taſiam. quia pro comperto habere debuit quod nullus tene
tur pro quota alterius. l. ſi adulta. C. de hæred. action. Reſpon
deo quod Phanu. non bene refert meam ſnĩam: nam d. nu.
45 relata opinione Hoſtienſis, Aneb. & Alciati, in cauſa exo
nerationis: poſtea in alijs legatis non tendentib. ab exonera-
tionem animæ, ſubijcio hæc uerba. Non audeo hoc firmare.
Dicam in textu. Subinde in textu, id eſt d. nu. 123. propono
dubium, & non reſoluo, & ſic non firmaui hanc ſententiam,
niſi in caſu conſciẽtiæ, & quatenus alter cohæres haberet de
bonis hæreditarijs, ut de illis. ſ. non de ſuis teneatur ſoluere ꝑ
ſubleuanda anima defuncti, prout loquuntur præfati Reue-
rendi Patres: & plerique Canoniſtarum in c. in literis, de ra-
ptoribus. in c. tua nos. de vſuris, ut ſupra in hoc opere, mem-
bro ſeu c. 3. Quin uero nunc addendo, conſidero in quolibet
legato etiam non exoneratorio vnum cohæredum teneri ꝑ
alio, ſaltem vſque ad vires hr̃ditarias, ſi omnes eſſent in frau-
de, & maxime iſte qui ꝯueniretur nomine alterius facti ino-
piſſeum & alias in quali delictis conſtituantur duo rei in ple
33 riſque, Bar. in l. ult. ff. de duob. reis: & ibi pleniſſime † per Ron
chegallũ Ferrarienſem. Amplius, poteſt teſtator uni hæredi
iniungere, ut ſolus ſubeat onera omnium, Bar. in l. cõtinuus.
§. vlt. ff. de uerb. ob Rom. conſ 49 quod ſemper feciſſe cenſe-
bimus, ſaltem vſq; ad uires, in cauſa maxime exoneratoria, ꝑ
tradita in d. c. tua nos. de vſuris.
X. Adhuc in 5. membro, nu. 54. aſſero ꝙ hærede decedente
34 intra tempus inuẽtarij, hæres † eius, qualiſcunq; ſit, poteſt ex
plere, vel etiam inchoare inuentarium. l. ſi quis filium. § 1 ff.
de aeq. hæred. ad quod facit textus cum materia l. cum anti-
quioribus. C. de iure delib Phanu. in 2. par diſtinguit auth.
hæres, antequam adeat, moritur intra tempus trãſmiſſionis.
aut poſt aditionẽ moritur intra tempus inuentarij; & tũc aut
adit cum proteſtatione, aut ſimpliciter. Reſidet Phanu. in illa
ſua opinione quod poſt aditionem non competat ius inuen-
tarii, niſi hæres adeũdo proteſtetur, Ang. in §. hæc ſtipulatio.
Veruntamen cum contraria opinio ſit veriſſima, & omni-
no amplectenda, quod aditio ſimplex non intercludat viam
inuentarii, ſemper dicemus, hæredem heredis beneficio frui
inuentarii, facti, vel faciendi: dummodo fiat intra tempus, ꝙ
etiam tenuit Paulus allegatus per Phanucium. Nec obſtat ꝙ
35 Phan dicit, declarationem voluntatis nõ tranſire † ad hære
dem. Fateor in iis, quę à ſolo facto, arbitrioq; defuncti depen
dent. Aliud in eo, ꝙ lex cõmuni iure cuilibet indulget; quia
* nemo priuatᷣ beneficio iuris communis * cap. indultum per
Dynum. de reg. iuris in 6. Bar. in l. ſi quis intentione. ff. de iud.
gl. Bar. & alij in l. inter. §. 1. ff. de verb. ob. Preterea regula eſt.
Hæredem ſuccedere in plenum ius. l. nihil eſt aliud. ff. de uer.
ſign Quæ regula cum non fuerit abrogata per Iuſtin. remane
bit in ſuo robore. Facit etiam alia regula. hæres hæredis, teſta
toris eſt hæres. l. ult. C. de hæredibus inſti. l. 3. ff. de petit. hære.
XI In 5 membro nu. 36. refero ex Hoſtienſe, & Bar. & Bal. &
alijs, hominem miræ ſanctitatis, ſi maxime ſuccedat tãquam
36 exoneraturus conſcientiam defuncti, non † teneri facere in
uent. Phan. in 2. parte num. 74 reprobat, dicens hoc ſibi vide
ri abſque ratione, quia nemo ab hac lege excipitur. §. ult no-
ſtri. auth. iſtud modicum me pungit, cum uarie hinc inde di
ſceptetur Et quicquid ſit de iure Iuſtinianeo in d. auth. ſatis
eſt quod fauore animæ non debet quis onerari vltra quam
acceperit & impune tunc recedimus a regulis iuris commu
* nis, * Felynus in c. ſuper his, de accuſat. Iaſon in l. iubemus. C.
de iudicus. c. 2. de ope no, nuntiar. Io. And. & confertim alii,
In c quanquam. de vſuris lib. 6.
XII. In gl ad l. vltimam num. 164 Et hac vice nume. 236 &
ſeqq teneo, tempus inuentarij, ex §. donec. non obſtare dõ-
37 mino vendicanti rem † depoſitam, commodatam, pignora-
tam. locatam quia hæres tunc non conuenitur ut hæres, ſed
vt quilibet poſſeſſor. l. de eo § vlt. ff. ad exh b Phan. in 4. par-
te reprobat, tenens indiſtincte hanc exceptionem dilatoriã
inuentarij dari hæredi: ſiue conueniatur actione perſonali, ſi
ne in rem: qualis eſt hypothecaria, & vendicatoria, prout te-
nuit Cynus, & nonnulli alij. Pimo quia textus in §. donec, lo
38 quitur † generaliter, ibi (Res hæreditarias) ergo non eſt re-
ſtringendus ad actionem perſonalem, neq; ad hypothecariã
quæ ſit acceſſoria actionis perſonalis. Secundo, quia textus
eſſet de indubitabil., ſi illũ intelligeremus de hypothecaria
ipſius actionis perſonalis: Nam quis dubitat quod pendente
dilatione ſuper perſonali, pendebit multo magis ſuper hypo
thecaria, ipſius perſonalis ſequaci: Tertio, quia Imperatori

fuit cordi, durante hoc tempore, conſeruare hæredem ab
omni moleſtia. Ego vero adhuc in mea ſententia perſiſto ꝙ
ſcilicet textus iſte reſtringatur ad actionem perſonalem, &
hypothecariam, ipſius perſonalis ſequacem, prout reſtringũt
Odofr. Oldr. Gul Matar. Bal. Ang. Fulg. Paulus, Alex. Corne.
Iacobinus, & pleriq; alij ibi, Porcellinus c. 4. ſui tract. Caſſan.
in conſuet. Burg. rub 8 §. 13 Duen. in reg. 267. Viuius in ſuis
* commu. * opin. in uerbo. exceptio. & nouiſſime Rolãdus de
conſ inuent. parte. 4. § quarta eſt vtilitas Vt tamen omnia re
ctius intelligantur, diſtinguamus hypothecariam a vendica-
39 toria. Quo ad hypothecariam, aut eſt † ſequax actionis per-
ſonalis, aut non Primo caſu, cum interim durante tempore
inuentarij conticeſcat perſonalis, cõticeſcat etiam hypothe
caria: & hoc nemo negat. l. periculis. ff. de naut. fœn. l. eos. C.
de vſuris. Falli ſi eſſet propria actio perſonalis hęredis, quam
aliunde contraxiſſet, ante vel poſt hæreditatem; quia inuen-
tarium nunquam opitulatur hęredi in ijs obligationib quas
ipſe extra cauſam hæreditatis ſponte ſuſcipit, licet ſuſcepe-
rit ſuper rebus hæreditarijs. l. cum hæreditas. & ibi Ang. Cõ.
vterque Imola, Paulus ff. ad Trebel. Veluti per contrarium,
ſi quid hæres lucraretur extra cauſam hæreditariam, non re-
dundat ad creditores, legatarioſue: licet aliquo modo origo
acquirendi ab hæreditate penderet. l. 3. ff. ad l. fal. l. ſi defun-
ctus C. arb. tut. l. debitor ff ad Treb. Secundo caſu, aut defun
ctus hypothecauit, non pro ſuo, ſed pro alterius contractu,
aut alius hypothecauit, res tamen hypothecata reperitur in
hæreditate defuncti. Quando defunctus hypothecauit, ſen-
ſit Phanu. non conueniri hæredem, per argumenta præalle-
gata. Contrarium vult Baldus, & alij concorditer, & præciſe
Plumbinus, quoniam iſte agens non eſt creditor hæredita-
rius, neque ipſius defuncti, hæredisue eius. Facit, licet ipſi nõ
dicant, quia agens actione in rem, qualis eſt hypothecaria, &
vendicatoria, non dicitur proprie creditor, veluti cõuentus
actione in rem, non dicitur uere debitor. l. Aurelius. §. Mæ-
uia. l. ult. §. Titia. cum gl. ff. de lib. leg. Vnde cum textus noſter
vtatur uerbo (Creditoribus,) debemus illum reſtringere ad
creditorem hæreditarium ita quod & defunctus, vel hæres
eius mereatur appellari debitor. l. creditorum. cum duabus
ſeqq. ff de uer. ſig. Præterea aditio, quam facit hæres, ſolum-
40 modo contra illum parit † actionem perſonalem. Baldus in l.
ſi vxor. C. de bo. auct. iud poſſ ergo reſpectu actionis in rem,
aditio nihil facit, nihilq; prodeſt, vel obeſt hæredi, alijſq; Et
huc tendit textus in d. l. de eo. §. vlt. ff. ad exhib. quando alius
hypothecauit, res tamen reperitur in hæreditate, tunc pari-
ter hypothecaria non ſuſpenditur, quia res hæc non uere eſt
hæreditaria, ſed manſit in bonis pignorantis. l. hæreditariæ ff.
de furtis. l. pignus. C. de pig. act. ſimul quia hæres non conue-
nitur vt hæres, debitorue; ſed ut poſſeſſor quilibet. d l. de eo.
41 § fin. Quo † ad vendicatoriam, aut originem ſumpſit contra
defunctum, aut contra hæredem. Primo caſu ſi quidẽ defun-
ctus poſſidebat contra voluntatem Domini, qui nunc ven-
dicat ab hærede, ſeu contra hæredem, ſumus in claris quod
hæres nulla utetur dilatione reſtitutiõis uel iudicij: quia rem
meam ubi eſt, ſtatim accipere poſſum. l. ſi filio fam. §. mari-
tum, cum concordantibus ff. ſol. matrim. Phanu. contra, ſo-
lummodo conſiderans ꝙ res reperiatur in hæreditate mor-
tis tempore: Si uero defunctus poſſidebat cum voluntate do
mini, quia pignori acceperat, vel depoſiti, aut commodati,
condictioniſue nomine, adhuc idẽ puto: partim quia res hæc
non vere hæreditaria dici poteſt. d. l. hæreditariæ ff de furtis,
partim quia in actione in rem inuentarium nihil dat, uel adi-
42 mit Bal. in d. l. ſi vxor. C. de bonis auct iud. poſſ partim † quia
nec vendicans uere creditor, nec conuentus uere debitor di
ci poteſt d. l. Aurelius. § Mæuia ff de lib. leg. Dixi plene ſupra
in hac editione in glo l. ad l. nume 147 & ſeqq Secundo caſu
poteſt competere vendicatoria contra hæredem, uel ex fa-
cto defuncti, uel extrinſecus Ex facto defuncti, quia alienatio-
nem contulerit in mortem ſuam l. vnica. C. ui act. ab hæred.
& contra hæred quia legauerit rem ſuam. l. a Titio ff. de fur-
tis. quia finitum ſit ius defuncti, puta quia erat fructuarius.
Extrinſecus, quia hæres per ſeipſum incipiat rem alterius, ha
bere cum quotidie res tranſuolent de manu unius ad alium.
l. a. C. finium regundorum
XIII. In eadem gl. nu 172. & hanc ſecũda vice nu. 233. teneo
intra tempus inuentarij non poſſe creditores hæredis, conue
43 nire hr̃dem in bonis † hæreditarijs, quamuis poſſint in alijs
bonis proprijs hæredis Phan. in 4 parte, nu. 14. tenet, ꝙ nec
poſt tempus inuentarij poterit hæres conueniri ſuper bo-
nis defuncti. de hoc nõ inſubtiliter dixi ſ in hoc opere, c. 9. in
8a. Eff. dicam tamen quod nunc ſuccurrit. aut contra defun-
ctum, ſeu contra hr̃ditatem hr̃demue qui defunctum repræ
ſentat, cõpetit vẽdicatoria, aut hypothecaria. aut actio pſo-
nalis. Hoc pindeeſt ac ſi diceremus aut defunctus erat debi-

tor vtu-

tor.vindicatoriç Aut hypothecariç. Aut actionis perſonalis.
Primo caſu repellentur creditores ipſius hęredis, & quilibet
alius.l.j.C.de bon.auct.iud.poſſ.& ibi Burig.Bal Saly. Sed ſi
dominus non vindicaret, non vetaret hæres vendere, vel da-
re inſolutum, vel quomodolibet alienare.l.rem alienam.ff.de
contrahen.emptio.l.quoties.C. de rei vind.l.ſiue autem. §.ſi
duobus.ff.de Publiciana. Altero caſu idem reſpondendum,
niſi quod creditor proprius hæredis, offerens creditori hęre
44 ditario, ſecurus eſſet in reſiduo: quia quilibet extraneus † of-
ferre poteſt, & pignus ſibi confirmare.l.Paulus §.qui pigno-
ris ff quib. mod pign vel hypo.ſol l.1 cum glo. & ibi Cy. Bal.
Saly.C.qui potiores in pign.hab. Aduerte: ſi creditor hære-
dis poſſideat, non hæſitatur: ſi non poſſideat, ſed hæres, dubi
tatio eo reuoluitur, nunquid extraneus inuito, aut inſciente
debitore valeat offerre: Nam nec ſoluens hypothecario cre-
ditori ſuccedit in hypotheca l.1. C.de his qui in pigno. cred.
locum ſucceſ.l Ariſto ff.quæ res pigno. Tertius caſus eſt du-
bitabilior, quando hæres vult, ſeu damnatur ſoluere ſuo cre-
ditori nondum ſatisfactio creditorib.hæreditarijs.l.1.l.ſi cre
ditores.ff.de ſepa. Pertinet ad materiam.l.priuilegia.per Alb.
& Ripam.ff de priui.cred.Sed ſi creditor hęreditarius ſit cun
ctabundus, non importune petet, atq; exiget creditor hære-
dis.accedente eo maximè quod hæres non ſoluat in fraude, neq;
omnino inops videatur. l.3.l. pupillus. ff. quæ in fraud. credi.
Quapropter non omnino verum dicit Phan. quod nunquam hę
res ſoluet ſuo creditori, niſi prius ſatisfiat hæreditario. Vide
omnino in 82.effectu,
45 XIIII. In eadem glo. nu.130.aſſero hæredem pro ſuo cre-
dito poſſe ſibi retinere, & in ſolutum accipere pecuniam, &
alias res fungibiles; non etiam ſpecies, ſeu corpora hæredita-
ria. Phan.in 5 par.num.21.indiſtincte permittit hæredi reten
tionem, ſeu acceptionem in ſolutum. Eſt aduertendum quod &
ego ibi expreſſim hoc concedo in ſpeciebus hęreditarijs, quę
nulli ſunt legatæ, aut hypothecatæ. In legatis aperta eſt ratio
ex ijs, quæ diximus de vindicatoria, quod ſcilicet dominium
habens, quale habet hæres à die mortis l.1.C.com. de leg.om
nes alios vincit poſſidentes, vel agentes.l.bona fides.ff.depo
ſiti.l.ſi ventri §.in bonis.& ibi per Albe. & Ripam.ff de priui.
cred. in re hypothecata idem eſt, ſi hæres offerat ſuam pecu-
niam, vel hæreditariam.l.Paulus.§.qui pignoris.ff.quib.mod.
pig.vel hypo.ſol. Quid ſi iſte creditor pignoratitius non pete
ret, nunquid hæres pariter creditor hæreditarius illum ante-
uertet? Non tam facilè, niſi priuilegio, aut hypotheca potio-
re ſit ſubnixius.§ etſi pręfatam.& § in computatione.vel niſi
illum coram iudice citari fecerit ad inuentarium, & ad do-
46 cendum de † iuribus ſuis, Bar.in l chyrographis.ff de admin.
tuto. Quid ſi hæreditario creditori non vendicatoria, nec
hypothecaria competeret: ſed actio perſonalis ad rem? Pu-
ta uendidit, donauit, promiſit rem ſuam, vel alterius; aut
legauit rem alienam? Prodeſſet hæredi non parum caute-
la prædicta ea Barto. in l. chyrographis: & ſupra in 96. effe-
ctu inuentarij.
XV. In mea glo. nu.179. & hac ſecunda impreſſione, nu.
254.attingo, nunquid hæres per inuentarium, hæreditatem
quantumuis aditam, repudiare valeat, iuxta Ang.in §.hæc ſti
pulatio. ſaluans opinionem Angeli in duobus caſibus, ſi bo-
na non ſunt amota, neq; tranſpoſita, arg.l.vlt.C.de rep.hære.
vel ſi hęres citatis creditoribus curatorem dari peteret hære
ditati tanquam iacenti.l.j ff.de cur.bo.dando. Phan.in 5.par.
num.112 refert me ſimpliciter tenere, quod hæres poſt adi-
tionem valeat repudiare: ſed tu hoc non dicas, inquit ipſe,
quoniam adhuc remanet hæres licet dimittat bona, quæ ſi
eſſent plura ære alieno, cum effectu eſſet hæres. Reſpondeo,
aut bona ſunt ſoluendo, aut non. Primo caſu, ſi hæres ma-
48 uult repudiare, ego non uideo cur hæres impediatur. † Sic
ſeruus inſtitutus a Domino, ita demum cogetur perſiſtere in
hæreditate, ſi bona ſunt exigua, ne iniuria defunctus afficiat:
Enimuerò ſi bona ſunt ſoluendo, lex dat poteſtatem ſeruo ſe
abſtinendi, quoniam hæc abſtentio non redundat in dede-
cus defuncti, neq; in detrimentum creditorum defuncti.l.vl.
C.de neceſſ.ſeruis & ibi Alexan.poſt Baldum, & antiquiores.
glo.in l.ait prætor.alias.Et ſi ſine.& ibi Barto. Bal.ff.de mino-
ribus. Hactenus autem verum hoc erit, quatenus hæres ni-
hil ſubtrahat creditoribus, legatarijſue, etiam ſi vellet Falci-
49 diam, † Trebellianicamue retinere: quia inuentarium non
prodeſt vltra ius commune: Et veluti repudiatio ſimul cum
inuentario à damno omninò conſeruat hæredem.§.etſi prę-
fatam.§.& hæc quidem.l. noſtræ.Ita non debet lucrum dare,
per regulam oppoſitorum.l.vlt.de leg.3.l.pen.C.de ſolu.cum
ſimi.Pondera iſtud de Falcidia, & Trebellianica, quia neſcio
an alibi reperies.Et verum puto, niſi hæres in repudiando pa-
ciſcatur cum legatarijs, quod non vult ius ſuum perdere.l.in
quantitate ff.ad l.Falcid, Quid ſi legatario, aut fideicommiſ-
ſario renuente, repudiet; an creditum, quod habebat contra
defunctum, ſubtraheretur eiſdem? Subtraheretur vtiq; etiam
ſine inuentario in reſtitutione fideicommiſſaria ſi non repu-
50 diaret hæreditatem.l debitor. † vbi Ang.Com.Paulus, Alex.
ff.ad Trebel. Cum vero ſponte aditam hæreditatem velit à
ſe dimittere, cuius onera minime debet expaueſcere ſecurus
per inuentarium, neſcio quid ſiniſtræ cogitationis incurrit,
ad ſimilitudinem petentis deliberationem. Et ſiniſteriorem,
incurreret, ſi hæreditas non ita eſſet locuples & ſufficiens,
non tantum creditoribus; ſed etiam legatarijs, fideicommiſ-
ſarijſque. Altero caſu quando bona non ſunt ſoluendo, per-
mitterem hæredi repudiationem, ſeu abſtentionem in duo-
bus caſibus prædictis: Vel ſi etiam aliquid bona fide feciſſet
hæres, vendendo, locãdo, ædificando, ſoluendo, fructus per-
cipiendo, ita quod hæreditas potius eſſet adaucta, quam demi-
nuta ſine aliquo lucro hæredis, l. Ariſto.& ll.ſeq cum ibi tra-
ditis per Bar.& Ang ff.de acq.hære. l.pro hærede. ff.de acqui.
51 hæred.l.at ſi quis.§ plerique.ff.de religioſis. † Vel ſi etiam ino-
pinabile ęs emergat, quod hęreditatis vires ſufferre nequeãt.
§.ſciendum.Inſt.de hære.qual.Vel ſi etiam hæres litibus, vna
poſt aliam inextricabiliter implicetur.l.4.§.ulti.ff de alie.iud.
mut.l.illud.ff de tribut. Atq; ita erunt quatuor uel quinque
caſus. Non obſtat quod Phanu dicat, hunc remanere hære-
dem, quamuis dimittat. Fateor, nomine tenus, quia ſemel
hæres non poteſt deſinere eſſe hæres. l.ei qui ſoluendo. ff.de
hæred inſti u. ſed veluti reſtituens omnia fideicommiſſario
nullum damnum incurrit, licet nomine hæres ſit l.pro hære-
de.§ Papin.ff.de acq.hæred § reſtituta. §.ſed & id quod. Inſt.
de fideic.hære. Perinde hic, ſi hæres omnia dimittat, probi q;
viri officium peregerit, liberabitur in totum; præterquam
quod dici poteſt, hęredem cum inuentario non cenſeri hę-
redem, neque adiuiſſe hæreditatem damnoſam per. §. et-
ſi præfatam.
52 XVI. In glo.nu.90 109.& ſeq. teneo hæredi dandam ele-
ctionem ſoluendi rem pro pecunia legata, ſeu debita, per §.
etſi præfatam Phanu. contra ſtatim in principio 6 par. quod
immo legata pecuniaria non poſſunt ſolui in re, per textum,
cuius verba referre non dedecebit, in l ſi pecunia de lega.2.
„ [Si pecunia legata in bonis legantis non ſit, ſoluendo tamen
„ hęreditas ſit: hęres pecuniã legatam dare compellitur ſiue de
„ ſuo, ſiue ex vẽditione rerũ hęreditariarũ, ſiue vnde voluerit.]
Nec diſtinguere oportet, inquit Phan. utrum teſtator ſimpli
citer, an vero de bonis ſuis legauerit, de quo per Corneum
conſ.135.lib.4 Crauettam conſi 187. Nam confectio inuen-
tarij non poteſt immutare ius commune circa pręſtationem
legatorum Sentit Phanu. quod textus in d.l.ſi pecunia in ni-
53 hilo ſit immutatus per §.etſi præfatam. permittentem † hęre
di vt poſſit ſoluere, vel vendere res hæreditarias. Videamus
ne non ſemper hoc verum ſit. Aut in hæreditate reperitur pe
cunia. Aut non. Primus caſus eſt indubitabilis: niſi quod hæ-
reditate exiſtente inope, non liberaretur hæres ſoluens vni
in præiudicium aliorum, maxime creditorum: niſi exigeret
cautionem.l.dolo.ff.ad l.Falci. Alter caſus eſt dubitabilis per
textum in dicto § etſi præfatam.relatum ad l.ſi pecunia. Aut
hæres propriam habet pecuniam, aut non: quando habet,
tex.in d.l.ſi pecunia.illum arctat: Quod eſt expeditum, ſi non
faciat inuentarium. Phanucius idem ſentit etiam extante
inuentario: dum dicit ius commune non eſſe immutatum
per inuentarium Mihi non videtur, quia hoc pacto hæres co
geretur permutare, vel emere contra l.nec emere. C de iure
delibe. Hoc indubitabiliter uerum, ſi hæres res hæreditarias
paratus ſit dare in ſolutum, vel vendere ad pretium inuenien
dum, illo præcipue accedente quod in nihilo, aut in modico
ſit locupletatus ex hæreditate Sin vero vellet hæres ſuam ſol
uere pecuniam legatarijs ſeu creditoribus etiam inuitis. per-
mittendus foret: partim quia in nummis non cadit affectio.l.
3 ff.de in litem iur. partim quia ſoluit id quod debetur. Per-
peram ergo creditores, vel legatarij peterent rẽ pro pecunia:
quia Imp in § etſi præfatam. ſolummodo dat electionem hæ
54 redi ſoluẽdi rem pro pecunia: † Ergo in cęteris, vigeat regula
cõis. Aliud pro alio exigi non poteſt; niſi, vt dixit notabili-
55 ter Phan.in 5 par.nume.92.93. ſi res minoris † eſſet. & vellet
eam creditor pro toto ſuo credito. Quod ſanè notãdum eſt.
Et dicit Phanu. quod ita conſultus reſpondit, licet iſte caſus,
& iſta deciſio ſit noua, & à nemine tacta: atque ita refert fuiſ-
ſe iudicatum. Quando hæres non habet propriam pecuniã,
nec hæreditariam, adhuc arctatur per l. ſi pecunia. ut ſcili-
cet hæres uendat res hæreditarias, uel fortè pecuniam mu-
tuo accipiat: Quod eſt expeditum facto inuentario: Idem
opinatur Phanucius etiam ſine inuentario, qualiacunque
verba ſint teſtatoris. Mihi non videtur, niſi hæreditas ſit ual-
de lucroſa, & opulenta: uel niſi facillimè & iuſto pretio uen-
dere poſſit abſque periculo euictionis: Et ita quoque ſentit
Alber.

Alber. poſt Iaco de Arena in dicto §. etſi præfatam .
XVII. Duo aſſero in 5.c. num 62.& in glo.nu.76. Vnum
quod hęres correus defuncti, ſi conueniatur ex perſona de-
functi non tenet̃ vltrà vires ſi fecerit inuentarium:ſecus ſi hę
res conueniat̃ ex perſona ſua,auth. hoc ita.C.de duobus reis.
Aliud,quod glo.in l.quæ dotis.ff.ſolu.mat. loquit̃ de credito-
re miato, cui hæres, & defunctus tanquam duo rei debendi
erant obligati inſolidum.Phan.contra in 5 par.num.55.& in
6.par.nume.119. Quoad primum ego non puto eſſe differen-
56 tiam inter Phanucium, & me: † Nam verba Phanucij dicen-
tis,quod quando correus ſuccedit alteri correo, perinde iu-
dicandum eſt ac ſi hæreditatem non adijſſet, & hoc ob be-
neficium inuentarij,ſtante hęreditate non ſoluendo,hęc in-
quam verba recidunt in meam opinionem dum dico, quod
correus conuentus ex perſona defuncti, cui ſucceſſit non te-
netur vltra vires. Si non tenetur vltra vires, ergo perinde eſt
quaſi non adijſſet hæreditatem . Quod ſi Phanucius replica-
ret.Ego non facio differentiam, vtrum correus conueniat̃ ex
perſona ſua,vel defuncti, quia in dubio hæres cenſet̃ conue-
niri vt hæres,hoc eſt in leuiorem cauſam, arg.l.1.& ſeq.ff.de
ſolu. Ad hoc reſpondet̃,quod fortè procederet,ſi hæres non
poſſet conueniri alio iure quam hæreditario: Veluti è contra
57 rio, † ſi hæres quid faciat,non cenſet̃ facere nomine hæredi-
tario,ſi alio iure facere poterat,l.pro hærede.§.Papinianus.&
ibi glo.Bal.Ang.Imo Rom.Paulus,Iaſ ff.de acqui.hæred.Sed
quamuis hæres conuentus ex perſona correi defuncti,nõ co
gat̃ vltra uires, non per hoc effugiet totius crediti ſolutionẽ;
quia eſt vna obligatio,atque indiuiſibilis,quæ duntaxat tol-
litur integra ſolutione facta ab vno,vel ab omnib.l.in duob.
§.vbi duo.l.ex duobus. a.& ibi Dynus, Iacob.de Arena, Bart.
& nouiſſime Ronchegallus. ff.de duobus reis . In tantum vt
58 non prohibeatur creditor, qui iudicium † inchoauit contra
vnum correorum; etiam poſt litis conteſtationem, atque
etiam condemnationem , appellatione interpoſita vel non,
contra alium venire.l.vlt.C.de duobus reis.l.vlt. C.de fideiuſ.
& utrobique , Cynus, Butrig.Bal. Saly.l.creditor.ff.mandati.
59 Quoad aliud,non poſſum inficiari,quod glo.in l.quę dotis ff.
ſolu.mat.malè à me fuit adducta,& ponderata : Et ſic gratias
ago Phanutio. quod me erroris admonuerit,paratus idem fa
cere vbicunque veritas,vel ſaltem cõſcientia mea contra me
ſtabit. Ego adduxi illam gloſſam q. loquat̃ de creditore mia-
to,cui hæres & defunctus erant obligati inſolidum . Non ita
ſe res habet. Loquitur illa glo.de creditore miato, cui hæres
partim obligatus ex ſtipulatione , partim ex cauſa hęredita-
ria: Et ſic ibi hæres, & defunctus non erant duo rei debendi:
Quia duo rei debendi fiunt ex vna , eademque cauſa princi-
paliter & ex voluntate, Bart. Ange.Imo.in l.vlt.ff de duobus
reis.Quando autem ſumus in hoc,ſcire oportet,quod illa gl.
ſeu ſenſus illius gloſſæ dupliciter interpretat̃; primò vt nunc
60 eſt expoſitum ibi per Baldum, † qui ſubtiliter,& ſingulariter
loquit̃, Angelum, Paulum, Alexandrum, & pleroſque alios:
Ex quo unum mirabile emerget, quod licet hæres non iuuet̃
inuentario in iis,quæ extra cauſam hæreditariam pepigit,ſeu
promiſit. l.cum hæreditas. ş.ff ad Trebell. Fallit quando iſta
promiſſio habet connexitatem cum cauſa hæreditaria, Ro-
manus in rub.ff.de acqui.hære.Dynus verò, Albe.Iaſ.& non-
nulli alij contra.& ideo exponunt gloſſam, ponderando ver-
bum , Cæteris : quod ſcilicet hæres non teneatur inſolidum
per inuentarium cęteris creditoribus merè hæreditarijs: ſe-
cus in creditore, qui antequam ſuccederet erat obligatus ex
ſua promiſſione, prout in caſu illius legis . Non diſcutio quæ
opinio mihi videatur verior: alias fortè diſcutiam in hac ipſa
inuentarij tractatione : Nam nutum in modum illa lex pun-
git ſenſum meum.
XVIII. In 5.c.nume 38.teneo poſt Socinum, dubitanter
tamen,non arctari hæredem ad inuentarium; ſi plus expen-
61 deretur quam ſit hæreditas ; veluti † contingit plerunque in
hæreditatibus vilium,& plebeiorum : Quod plenius repeto
ſecunda hac vice. Phan.contra in 7 par. nume. 272. quia lex
Iuſtiniani omnes cumplectit̃; Et ſpeciale eſt in tutore, cura-
toreue minoris, vt non teneat̃ neque debeat facere inuenta-
rium,ſi bona ſint exigua. Lofredus conſi 32.per multa iura al-
legata per Bologninum,conſi.29 & per Bart. Alexan.& Plat.
in l.mediterraneę C.de annonis & trib.lib. 10.de hærede ego
ita properanter dicerem . Aut hæreditas eſt exigua propter
immenſitatem æris alieni: Aut propter paucitatem,& utilita-
tem rerum . Primo caſu non conſeruabitur hęres, ſi non fa-
ciat inuentarium: maximè ſi æs alienum nõ erat ambiguum,
neque in occulto : cur enim ſe inuolueret , atque ultro ſibi
malum accerſeret? §.cum igitur,legis noſtræ:Sed & ſi latebat
æs alienum , non ſuccurretur hæredi ; niſi maxima ex cauſa;
partim quia à communiter accidentibus , nullus homo, nul-
62 laque hæreditas reperitur ſine † debitis; Vnde poſſumus di-
cere quod inuentarium ſit tanquam peritus , quem debent
conſulere imperitiores,ſuorum iurium ignari. Quippe nemo
eſt qui neſciat,inuẽtarium hodie eſſe faciendum, adeo,quod
63 illius prætermiſſio eſt ignorantia iuris,quæ neminem † excu
ſat.l.regula.ff.de iur.& fac.igno.partim, quia hæres adiuit ſpe
lucri,quod augurabatur ex copia, & pretio rerum : Vt ergo
par ſit euentus damni,& lucri:quemadmodum lucrari pote-
rat , ita perdere debet ſi non faciat inuentarium , argu.l.pen.
C.de ſolu. Qui enim contrahit , vel quaſi contrahit,vel liti-
gat, vel quidpiam aliud facit : tam perdere quam lucrari po-
teſt;cum ius ciuile uigilantibus ſcriptum ſit: & variæ ſint ho
minum ſortes,rerumq; viciſſitudines. l. Labeo.§ contractū.
ff.de verbo.ſigni.l.pupillus ff.quæ in ſtau.cred.l.2.cum mate-
ria.C.de reſcind.vend.l.in fraudem.ş ff qui & à quibus . Hæc
reſpectu creditorum. Cæterum reſpectu legatariorum, non
tam ad viuum pungetur hæres, ſi præſertim æs alienum non
erat euidens, & latenter ſerpebat : cum & alias emergente
improuiſo onere, vel ad emptione reuocantur , & minuãtur
tam ſoluta quam ſoluenda.l.2 3.ff.de cond.inde. Liberius di-
mittetur hæres,ſi æs alienum obſorbeat , vel multo magis,ſi
exuperet totam ſubſtantiam : quia legata ipſo iure in totum
per æs alienum conſumuntur.§ cum autem. Inſti.de l. Falcid.
64 l.1.§.hæc † verba. ff ſi cui pluſquam per l. Falcid Ergo perin-
de eſt ac ſi teſtator nunquam iſta reliquiſſet , quia nemo dat
quod non habet.l.traditio.ff de acqui.rerum dom. Et ſolutio
fit de bonis,non etiam de ære alieno,nec de re alterius. Quæ
bona ſemper computantur, detracto prius ære alieno.l.ſub-
ſignatū.§.bona.ff.de ver.ſig.l.uſuſfructu. per Alex.ff ad l.Falc.
Nota hanc ſingularem limitationem ad §.ſi uero nõ fecerit.
noſtri auth.quam firmat Com.conſi.30 ex verbo,complere.
ibi,quod iterum eſt repetitum in §.illud Eſt & altera fallen-
tia ſeu limitatio , ſi teſtator ſcienter leget pluſquam habeat.
§.hæc autem dicimus. qui ſtatim ſequitur dictum. §.ſi vero.
Altero caſu , ut prædixi , Socinus , & alij non pauci excuſant
hæredem à confectione inuentarij; quia qua ratione , ſi nihil
eſſet in bonis,hęres ad nihilum teneretur,eadem ratione nõ
65 tenetur ſi modicum ſit. Ideo dicimus quod † parum & nihil
æquiparant̃.l.illud. §.minus.ff.de tribu.l.minus.l.uerbum am
plius per glo & Alciatum.de uerbo.ſig. Exemplum in auth.
præterea.C.vnde uir & uxor,vbi dicũt DD.paria eſſe dotem
nullam,& modicam,cum multis aliis cõgeſtis per Iaſonem
in l.furem. ff. ad l. Corneliam de ſicariis. Non obſtat quod
lex Iuſtiniani complectatur omnes: intellige qui ſint habiles,
arg.l ut gradatim. ff.de mune. & honoribus . Nam & alias de
minimis,atq; infructuoſis non curat prætor.l.ſcio.ff.de in in-
teg.reſti.Non obſtat quod iura loquuntur de tutore, vel cu-
ratore.l.utilitatem. ff.de confir.tut. l.tutor qui repertorium,
cum ſim. ff.de admi.tu. Quia reddatur mihi ratio diuerſitatis
inter tutorem,& hęredem,& acquieſcam. Igitur ſunt tres fal
lentiæ,in quibus hęres non tenetur legatariis ultra uires,licet
non faciat inuentarium. Alias quatuor breuiter retuli in d. §.
66 hæc autem diſpoſuimus . Item aliam † in § pupillis.eiuſdem
auth.Corn.in §.ſin vero poſtquam.l.noſtræ , duas adiungit;
Quæ erunt decem in totum.
Potuiſſem aliis contra me obiectionibus reſpondere ; Et
ad triginta , & plures collegeram;in quib. Phanucius partim
meam,aliorumque † confutat ſententiam;partim me ſolum
67 carpit , aliorum qui idem mecum ſentiunt, non ſemel men-
tione ex induſtria prętermiſſa: Verum nec animus meus,nec
Calcographi feſtinatio prolixitatem deſiderat. Veluti tamen
pollicitus ſum ; ſtudio ueritatis , cuius ſemper amator fui (&
Deus ſcit)non animo calumniandi,colligam aliquot Phanu-
cij errores, in quibus ſolus vel cum aliis errauit,aut ſaltem er
rare potuit,ſecundum ingenij,ac iudicij mei paruitatem Nõ
enim ego is ſum,qui me cæteris ſapientiorem exiſtimem. Ita
me Deus adiuuet,veluti plerunque cognoſco me falli, & re-
trorſum incedere. Nauigamus omnes, & audenter impingi-
mus. Neque Plato,neque Ariſtoteles milleſimam partem cal
luerunt eorum,quæ in centro naturæ ſunt repoſita . Cunctæ
res difficiles.(inquit Eccleſ.) Non poteſt eas homo explicare
ſermone: Non ſaturatur oculus uiſu;nec auris auditu implet̃.
Vidi cuncta, quæ fiunt ſub ſole : & ecce vniuerſa uanitas &
afflictio ſpiritus. Stultorum infinitus eſt numerus. Non Scæ-
uola,non Papinianus,non Baldus, non quiuis alius tam niti-
de,& ſolerter legum dona diſpenſauit, vt non ſępe pro ęquo
rigidum;pro uero falſum, pro auro plumbum:pro nitore fer
ruginem propoſuerit. Quapropter uere dixit Cicero. Nos ue-
ri iuris germanæque iuſtitiæ ſolidam , & expreſſam effigiem
nullam tenemus; Vmbris,& imaginibus utimur. Stultitiæ, &
68 ignorantiæ omnia ſunt plena. Mundus † iſte eſt cauea,& ſce-
ptrum ſtultorum , ac ueluti emporium , nundinæ quæ popu-
loſæ,vbi ſunt nugæ,fures,ebrij,ſcorta,emptores,uſurarij. Qui
ſapientior uideri vult,ſtultior apparet. Sapiẽtia humana ſtul-

titia eſt apud Deum. Non tangamus ſapientiam Dei. Separandus eſt Deus à ſcientijs iſtis humanis. Si me mori contingeret propter ſcientiam Dei, præceptaque ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Catholicæ religionis, libenter morerer & nunquam vacillarem. Tangamus ſcientias humanas. Quis eſt ille, quęſo, qui paruæ gloriolæ cupiditate, aliorum, vt decet, parcat honori? Qui non inuideat alienis laboribus? Qui manus, verba, oculos, mentem abſtineat ab iniurijs, calumnijs, obtrectationibus? Qui ęmulandi, contradicendique ſtudio veritatem non offendat? Ad extremum, qui intra ignorantiæ, ſtultitięque pelagus, tanquam in angiportu circuncluſus, non ſtultiſſimus viuat, lugeat, rideat, & tandem moriatur? Omnis vita eſt ſcena, & ludus. In ſcena repræſentant ludicra, tragœdiæ, comœdiæ, riſus, fletus, gaudia, męrores. Heraclito in publicum prodeunti oboriebant lachrymæ, Democrito riſus. Archimedes dum ſignis, & abaco intentus eſt, moritur. Empedocles, & Plinius Aethnæis ignibus abſumuntur. Socrates cicuta epota voluit mori. Diogenes crudum polypum deuorauit. Aeſchylum ſcribentem delapſa teſtudo oppreſſit. Sophoclem vuæ acinus ſtrangulauit. Pomponium Atticum inedia ante tempus fecit mori. Verum abſit vt nos in iſta deliria incidamus. Et nos quidem ſumus homines, argumentamur, refellimus, aſſerimus, negamus ac ſæpennmero ſcienter, fallimur, & fallimus: Vnuſquiſque ſibi caput vellit, & currit quantum poteſt habenis reſolutis. ſed ſi aliquatenus philautiæ, & miſanthropiæ vitium volumus euadere (quod facere debemus ne totidem Timones, aut Narciſſi Thraſoneſq; videamur) libētius aliorum monita, & correctiones audiemus, quam proclines erimus ad calumniandum, & repræhendendum. Neque uerecundamur noſtrum fateri errorem, illumq; corrigere; quando humanum ſit errare, & aliorum facilius
69 quam ſuum errorem † cognoſcere. Quantum ad me, aliquoties muto ſententiam admonitus à me, vel ab alijs. ſupra in glo. ad legem, nume. 180. me ipſum emendo; quatenus ante hanc editionem tenebam cum alijs, confundi actiones hęredis contra defunctum etiam reſpectu legatariorū. Alia quoque reperies, in hac ſecunda præſertim editione, in quib. ſequor animi meditationem, abhorrēs ab aliorum dictis: licet nihil dictum quod non dictum ſit prius, quale eſt illud de Trebellianica, & illud alterum de legitima, nunquid perdaē per omiſſionem inuentarij, vt in 84. effectu, & in glo. ad l. nu. 586. & aliquot ſeqnētibus. Aeque gratum admodum habui quod Phanu. oſtenderit quod ego fallebar circa intelligentiam glo. in l. quæ dotis. ff. ſolu. mat. Et ſi cognoſcerem me in alijs falli, illud ipſum facerem, Verum nec ipſe ęgre feret libenti hæc audire animo, & veritati ſeſe accommodare. Lapis Lydius probat aurum, non ab auro probatur: Ita veritas indicat falſitatem, non etiam falſitas probatur à veritate. Sicut vmbra ſoli, ita falſitas cedit veritati. Vbi lux eſt, ibi diu tenebræ morari non poſſunt.

I. In præfatione, num. 11 aſſerit hæredem non teneri legatarijs vltra vires, ſi petat deliberationem, & inuentarium nō faciat: Quia (inquit ipſe, & verum dicit in hoc) quod hæres teneaē de ſuo legatarijs, non eſt de iure Codicis, nec Digeſtorum. Eſt de iure authenticorum in §. ſi uero non fecerit Modo ſic. Lex Codicis in §. ſin autem hoc aliquis. qui allegatur pro. §. penul. non plus punit hæredem deliberantem, quam in Falcidiæ amiſſione. Ergo remanet hæc lex incorrecta; cum maximè Iuſtinianus reſeruet beneficium deliberandi, §. ex-
70 traneis. Inſtitu. de hęred. qual. & diff. Hoc abſonum eſt dicere, quia vt † ſupra, nume. 11. ſi hæres qui non deliberat, & ſic non eſt in culpa, tenerē de ſuo ſi non faciat inuentarium d. §. ſi vero non fecerit. Quanto magis tenebitur hæres deliberans, & ob id ipſum malignus, & tergiuerſator. §. & hæc quidem. eiuſdem legis? præterea quid attinet dubitare? Iuſtinianus in eodem met auth §. ſancimus. generaliter includit omnes hæredes, vt non facientes inuentarium: non tantum creditoribus, ſed legatarijs etiam teneantur de ſuo. Demum id voluit glo. in ſua quadruplici diſtinctione dicto §. penult. Quam gloſſam aliqui expreſſe, aliqui tacitè, ideſt nihil dicentes unique approbant, Odofred Guliel. Oldr. Rau. Ricardus, Cynus, Butrig. Beluiſ. Bart. Baldus, Ange. Fulgo. Plumbinus, Pau. Alexan. Corn. Iacob. Iaſ. item glo. in §. ſed noſtra. Inſtitu. de hæred qual. & diffe. licet non tam clare ſe explicet; quam pariter nemo improbat. ibi Faber, Nicolaus, Aretinus, Portius, Platea, & omnes nouiſſimi (niſi fallor.) Nam quod non improbatur, cenſetur approbatum. l. nec non. §. quod eis. ff. ex quibus cauſ. maio.

II. In eadem præfa. nume. 22. carpit Bald. conſil. 145. lib. 4. volens hęredem fictum per ſtatutum teneri ad pœnas inuentarij: Quoniam in his, quę ſunt iuris ciuilis, & pendent à legis
71 poteſtate, fictio habetur pro † lege & ueritate, DD. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap. Item non curamus de modo, quando res ipſa fuit introducta. Bal in l. de quibus. ff. de legibus. Hoc ſtare non poteſt: & ſententia Baldi eſt veriſſima, prout illam abunde, & plenius cæteris in prælųdijs firmauimus, num 64. Quia duę leges Iuſtiniani loquentes de inuentario, quæ ſunt lex noſtra vltima, & noſtrum authenticum (dico noſtram & noſtrum, quia vtranque noſtris gloſſematibus exornauimus) loquuntur de vero hærede ſecundum ius commune, Butriga. & Salyce. in l 2 C. ad l. Iul. de ui pub. Romanus, vterque Imola, Iaſon in rub. ff. de acqui. hæred. proinde fictus hæres ſeu anomalus eſt extra pœnam legis, ideſt, non omnino tenetur de ſuo creditoribus, & legatarijs, ſi non faciat inuentarium: Quamuis poſſit, & debeat facere, ſi omne periculum euadere, & aliquid præterea ſuperlucrari cupiat.

IIII. In prima par. nu. 4. verſ. Et quod ad effectum. tenet quod ſi hęres vult habere beneficium inuentarij, debet adire intra tempus inuentarij: Nam quod aditio protrahatur vſque ad
72 30. annos (inquit ipſe) procedit quando hæres non vult facere inuentarium. atque ita dictat iuris æquitas, & ratio, poſtquam hæres ſecurus redditur, & tutus. §. ea omnibus. §. ſin autem dubius. huius legis. Neſcio vnde Phan. hęc fuerit expiſcatus. Nimirum iſtud, & aliud quod ſequitur, ſunt illa ignota Rolando, & Monticulo, quę partes inferiores penes benignos lectores non obtinebunt. Duo abſurda ſunt incluſa. Primò, hęres volens facere inuentarium cogitur ſeu cenſeē adire hęreditatem. Secundò, hęres facere volens inuentariū non poteſt adire hęreditatem poſt nonaginta dies, vel annū. Primum abſurdum non eſt prorſus reprehenſibile, vt ſupra num. 24 & infra, in ſequenti confutatione. Secundum eſt intolerandum. Primò quia inuentarium non adimit lucra, neque corrigit regulas iuris communis, niſi quatenus ſanxit Iuſtinianus in duabus conſtitutionibus, ut ſupra in prælųdiis preter omnes alios pleniſſimè diximus. Modo, cum regulam habeamus, quod ius adeundi competit in perpetuum; quod eſt interpretatum vſque ad 30. annos. l. licet. l. ſi curatoris. l.
73 cum † antiquioribus. & ibi per glo. & omnes DD. C. de iure delibe. Iſta regula non debet adimi hęredi facienti inuentarium: alioquin ſequeretur quod adiens ſine inuentario eſſet melioris conditionis quam adiens cum inuentario, qui legē in nihilo ſpreuit, contra l. ſiue hæreditaria ff de neg. geſt. pręterea inuentarium fuit introductum in fauorem hęredis, vt ſupra in 3. e principali: Ne ergo inductum in fauorem hęredis, in eius odium retorqueatur contra l. quę fauore. C. de legibus, debemus dicere, quod hæres in perpetuum poſſit adire. præterea vult Phanucius (quod nec ipſe improbo, immo approbo de iuris ſubtilitate ſimul cum Ricardo, Saly. Paulo, Alexand. ex §. ſin autem dubius. legis noſtræ) quod tempus inuentarij cedat à die ſcientiæ: Si ſic eſt, etiam tempus inuentarij cederet, ſeu inciperet currere eodem tempore: Quod minimè dicendum eſt: quia tempus adeundi currit poſt annum deliberandi; Annus autem deliberandi cedit à die ſcien-
74 tiæ l. cum antiquioribus: & † ibi per Pet. Cynum, Baldum, Sal. & Corneum. C. de iure delibe. pręterea inuentarium eſt loco iuris deliberandi § donec. noſtræ legis. Barto. Ange. in l. 3. §. ait prætor. ff. de iure delibe. Atqui deliberans non adit, nec cenſetur adire: Immo ob hoc ipſum deliberat vt adeat, uel repudiet. l. pro hærede. ff. de acqui. hęred. l. Ariſto. & ll. ſeqq. ff. de iure delibe. Ergo nec faciens inuentarium cenſebitur adire; ſed poſtea quandocunque poterit adire. pręterea inuētarium dat hęredi facultatem abſtinendi, & repudiandi §. & hęc quidem. noſtrę legis ſed ſi cogeretur adire, non haberet hanc facultatem; quia hęreditas ſemel agnita, non temere repudiari poteſt. §. extraneis. Inſti. de hæred. qual. & diffe. Ergo ne his anguſtijs priuatur hęres, non cogetur, neque cenſebitur adire intra tempus inuentarii. Pręterea, arguendo iterū de iure delib. ad inuētarium: ſi hęres cogeretur ſeu cenſereē adire, aditio ſtaret in ſuſpenſo, prout ſtat quando hęres deliberat d §. extraneis: Quod nequaquam eſt dicendum; quia aditio cum ſit actus iuris ciuilis, non recipit neq; diem, neq;
75 conditionem. l. actus legitimi. † de reg. iu. l. cum qui duobus. §. vlt. ff. de acqui. hęred. l. vlt. ff. comm pręd. Non obſtat quod hęres per inuentarium ſtatim ſecurus redditur, ideo non debet morari aditionem. §. ſin autem dubius. vt ibi perpendit Fulg. Reſpondeo, non valet iſta conſequentia. Securus eſt, ergo cogitur adire: Quamuis enim ſecurus ſit quoad damnum hęreditatium, non per hoc ſecurus, & tranquillus eſt quoad animum; quia varię ſunt hominum voluntates, & magnum lucrum facit qui ſuę obtemperat voluntati. l. quia poterat. ff. ad Treb. l. vlt. ff. de vſu, & hab.

IIII. In eadem prima par. num. 8. verſi. Nam eſt aduertendum. tenet quod inuen. non poteſt fieri ante aditionem, nec ſine aditione. Idem repetit in 2. par. num. 44 dicens, quod per confectionem inuentarii aditio inducitur. Item nu. 52. & 65.

dicit

dicit quod poſtquam hęres ſimpliciter adiuit, nou potitur be
neficio inuentarij, etiam ſi iutta tempus præfixum illud fa-
ciat. Rurſus io 5. par. nume. 15. dicit expreſſim, quod inuent.
fieri nou poteſt antè hæreditatis aditionem, reprobans Dec.
in l. debitori. C. de pact. Demnm in 6. parte, num. 133. dicit ꝙ
confectio inuentarij eſt quodammodo pars aditionis, ſeu
conſecutiuum ipſius aditionis. Hęc prope ſunt verba Phanu-
cij. Ex quibus perpende tria. Primò, hæres ante aditionem
non poteſt facere inuentarium. Secũdò, hęres faciens inuen.
cenſetur adire. Hoc illud ipſum eſt, quod nunc retulimus in
præcedenti confutatioue. Hæres volens facere inuentarium
cogit̃ adire. Si cogitur adire, ergo aditio ſemper prę́ſumetur;
quaſi inuentarij confectio ſit quid inſeparabile ab aditione:
Et non poſſit ſtare inuentarium ſine aditione. Tertiò, poſt
aditionem nou poteſt fieri inuentarium. Vt paucis dicam,
76 mens & theorica † Phanucij eſt, quod qui vult facere inuen
tarium debet ſimul, & ſemel adire hæreditatem ante lapſum
nonaginta dierum, vel anni, vt ſupra, proximè: Quia inuenta-
rium non poteſt fieri ante aditionem, nec poſt aditionem, ni
ſi in puncto aditionis hæres proteſtatus fuerit. Videamus de
ſingulis. Primum, quod inuentarium non poſſit fieri ante adi
tionem, nec citta aditionem, eſt falſiſſimum: Et ſolus Phanu-
cius id dicit: Quod præter ea, quæ dicta ſunt ſupra, nume 22.
77 probat̃ his modis. Primo, cũ tempore quo cedit † dies inuen
tarij, debet etiam cedere confectio eiuſdem. Sed tempus in-
uentarij cedit à die mortis, vel ſaltem à die ſcientiæ ante adi-
tionem, ergo & confectio inuentarij præcedit aditionem.
Maior probat̃, quia conceſſo vno, cætera omnia conceſſa in-
telligunt̃ quæ inde ſequunt̃. l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. ne actus
ſit eluſorius. Exemplum in legato, quod cum ſtatim cedat à
die mortis, ſequitur quod ſtatim transmittat̃ ad hæredem. §.
cum igit̃. C. de caducis tol. l. ſi poſt diem ff. quando dies lega.
cedit. Ita, ſi volumus quod tẽpus inuentarij currat à die ſcien
tiæ ante aditionem, debemus quoque velle, vt ſtatim à die
ſcientiæ inuentarium poſſit fieri ante aditionem: alioquin
fruſtra tempus cederet à die ſcientiæ. Minor probat̃ ex. §. ſin
autem dubius. Et id tenet pertinaciſſimè Phanucius repre-
hendens omnes DD. quia contra verba illius tex. audent aſſe-
rere, quod inuentarium cedit tantum poſt aditionem, non
ante. Secundò, ille tantum poteſt repudiare, qui nondum adi
uit. Sed hæres cum inuentario poteſt repudiare. Ergo inuen-
tarium præcedit aditionem. Maior probat̃ per multas leges,
expreſſim volentes, quod abſtentio, ſeu repudiatio hęredi-
tatis, competat tantum ante aditionem, non poſt. l. ſicut. C.
de repud. hæred. § extraneus. Inſtitu. de hæred qual. & diff. l. ſi
78 quis hæres inſtitutus. l. cum hæreditate. ff. de acq hære. † Mi-
nor probat̃ in §. & hæc quidem, noſtræ l. & in §§ ſeqq. prout
glo. & omnes DD. nemine excepto: ſi non expreſſe, ſaltem ta
citè ibi præſupponunt. & præcipue Alex. & Iaſ. vt ſupra dixi.
Et tamen Phanucius audet aſſerere, quod Alexand. pro ſe lo-
quit̃: hoc eſt, reſtringit illum textum quando hæres vult de-
liberare. Miror & obſtupeſco. Alexander expreſſe dicit quod
hæres ante aditionem poteſt facere inuentarium, licet non
cogat̃ facere; nec reſtringit ſuum ſermonem ad caſum peti-
tæ deliberationis: Vel ſi reſtringit, illud facit, quia cum hæres
præſumat̃ doloſus ob petitam deliberationem hodie, vt ibi;
videbatur indignus beneficio abſtẽtionis ſeu repudiationis,
quamuis fecerit inuentarium ante aditionem. Iſte nempè ca-
ſus videbat̃ dubitabilis: Alter vero caſus quando hæres ſine
deliberatione facit inuentarium, & vult repudiare ante adi-
tionem, habebatur pro indubitabili; unde fatuum fuiſſet de
eo dubitare. l. Dominus Labeo. ff. de teſtam. l. 1. ff. ad munici.
Dum ergo Imperator ibi, & DD. dubitant de caſu petitæ de-
liberationis, præſupponunt caſum non petitæ deliberationis
eſſe indubitabilem: Quia vbi de vno indiuiduo dubitat̃, om-
nes alij termini, ſeu puncta indiuiduaq; præſupponuntur ha-
bilia, ideſt carere omni dubitatione. l. 1. C. de ſacroſan. eccl. l.
vt gradatim. ff. de mun. & hon. l. qui teſtamento. ff de teſtam.
Non obſtat, ſi quis reſponderet ad prædictos duos ſyllogiſ-
mos, quod eis ſtantibus ſequeretur maximum abſurdum, ſci-
licet quod poſt aditionem non poſſet fieri inuentarium: hoc
modo. Tu aſſimilaſti confectionem inuentarij repudiationi
hæreditatis, & tempori ſeu diei inuentarij: Ergo veluti repu-
diatio, & tempus, ſeu dies inuentarii non competit poſt adi-
tam: ita nec confectio inuentarij. Ad hoc replicarem quod
nullum ſimile per omnia eſt idem. l. quod Nerua. ff. depoſiti.
Eſt ſimilitudo in vno, quod confectio veluti repudiatio non
79 eſt deneganda ante aditionem, † cum nulla poſſit ratio diuer
ſitatis; cumque maximè inuentarij confectio ſit loco iuris
deliberandi permittentis repudiationem. Eſt diſſimilitudo
in alio, quod repudiare hæreditatem, iuri æquitatique reſta-
gant: Quippe cum iura ſint aperta, contractum omnem, &
quaſi contractum, qualis eſt aditio, ab initio eſſe voluntatis,

poſtea neceſſitatis. l. ſicut. C. de actio. & oblig. l. ab emptione.
ff. de pact. Quid enim boni ſperari poſſet in rebus humanis, ſi
ad libitum liceret reſilire, & pacta obligationeſque frangere?
Contrà, facere inuentarium ante vel poſt aditionem, tãtum
80 abeſt vt iuri, æquitatique refragetur, quod immo Iuſtinianus
expreſſim id permittit: non tantum propter hæredis indem-
nitatem, quãtum propter defuncti, aliorumque exoneratio-
nem. Alterum, quod hæres faciens inuentarium cenſeat̃, aut
etiam cogatur adire, aliquatenus ex prædictis eſt reſolutum:
quod ſcilicet confectio hęc inuentarii, non neceſſario ſecum
trahit, neque includit aditionem, quicquid ſupra dixerit Pha
nu. poſt Cynum in §. ſi vero poſtquam. l. noſtræ. Primò, vltra
81 prędicta, apertius loquendo arguo ſic. † Obligatio in dubio
non præſumitur. Sed aditio hæreditatis eſt obligatio. Ergo
aditio in dubio non præſumetur. Maior probatur, quia quæ-
libet res, & perſona præſumitur libera. l. 4. ff. de ſtatu hom. Et
ſemper proniores ſumus ad liberationem, quam ad obliga-
82 tionem. l. Arrianus. ff. de act. & obli. † Minor probatur in l. 4.
§. hæres. ff. de act. & oblig. Hinc dicitur, ꝙ hæres adeundo ple-
niſſimè confirmat iudicium defuncti, atque irrefragabiliter
obligatur: etiam inſciis, & abſentibus. l. apud Iulianum §. vlt.
& l. ſequ. ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eatur. l. cum pater. §. fundo.
de leg. 2. Secundo, ea quæ in facto conſiſtunt, non præſumun
tur, niſi probentur. Sed aditio eſt facti: ergo in dubio non
præſumetur: Nunquam enim obligatio eſſe poteſt, niſi factũ
aliquod antecedat, quod ſit vnũ ex iſtis quatuor, contractus,
quaſi contractus, delictum, quaſi delictum. glo. in l. 1. §. 1. ff. ſi
pars hæred. petatur. Maior probatur in l. in bello § factæ ff.
de captiuis. Minor probatur in l. pro hærede. & l. gerit. ff. de
acqui. hæred. Et, ſi diceretur, aditio poteſt fieri ſolo animo. §.
vlt. Inſt. de hæred. qual & diff. Fateor, dummodo animus iſte
aliquo facto extrinſecus demonſtretur, vt ibi poſt gl. tradunt
83 omnes DD. inde eſt, quod ea, quæ pendent ab animo, dicun-
tur in facto conſiſtere. l. bonæ fidei. ff. de acq. rerum dominio.
Et ſic ſolus animus non ſufficit ad aliquid agendum, vtile, vel
damnoſum. Ex ſolo quippe animo, ſolum obligamur Deo,
qui ſcrutator cordium eſt, & cõſcientiarum: In hiſce autem
humanis, ſpectamus inſcientiam noſtram, non etiam Dei
prouidentiam, & cenſuram. l. ſed & ſi reſtituatur §. vlti. ff. de
iudi. §. conditiones. Inſti. de verb. oblig. Et vt demus, ex ſolo
animo vel facto occulto quempiam interdum obligari de iu
ris cenſura, iſtud verum erit ſi poſtea probetur, verbi gratia.
84 Si ego tecum contraherem ſine teſtibus, ſine ſcriptura, † ua-
lebit contractus quo ad Deum, atque etiam quo ad ius ciuile
quia ſcriptura, vel teſtes non ſunt ad obligationem; ſed ad
probationem. l. contrahitur. ff. de pigno. l. in re. ff. de fide inſtr.
Attamen effectum non ſortietur contractus, niſi aliquo mo
do probetur, iuxta vulgatum illud, probatio deficit, non ius.
l. duo ſunt Titii. ff. de teſtamen. tut. Bartolus, Baldus, Ange.
Caſtilion. Com. Imola, Romanus, Aretinus in d. l. pro hære-
de. ff de acqui. hære. item glo. Cynus, Petrus, Baldus, Salyc. in
l. quæſtionem. C. de fideicom. Tertiò non inſubtiliter, aditio
85 non tenet † hæreditatem in ſuſpenſo. Sed inuentarium facit
hanc ſuſpenſionem; Ergo inuentarium nõ trahit ſecum adi-
tionem. Maior probatur in l. vlt. ff. communia præd. vbi regu
86 la ponitur, vltima voluntas † non ſtat in ſuſpenſo. Quam re-
gulam gl. ibi, Odofr. Bar. & Florianus intelligunt, quando hæ-
reditas fuit adita: vt ſcilicet ſtatim valeat aditio, vel nihil pror
ſus. Nam ſi ſtatim non valet aditio, nihil in poſterum expe-
ctatur, licet dici ſoleat; Quod differt̃ non aufertur. l. eum fu-
rioſus. ff de iudi. Ita etiam intelligit Bart. Ange. Imo. in l. vſuſ-
fructus. ff. de ſtipul. ſeruorum. Facit textus in l. actus legitimi.
de regu. iu. l. eum qui duobus. §. vlt. ff. de acqui. hæred. Minor
probatur in §. & hæc quidem, noſtræ legis. vbi hæres per in-
uentarium eſt loco iuris deliberandi. Quod ius deliberandi
tenet in ſuſpenſo hæreditatem, quandiu decernatur vtrum
hæreditas ſit amplectenda, necne. l. Ariſto. & ll. ſeq ff. de iure
delib. Tertium pariter, quod hæres poſt aditionem, nequeat
* facere inuentarium, communiter * eſt reprobatũ, licet adie-
rit ſpe certa: contra Ricardum, & Cynum. & licet nihil prore
ſtatus fuerit, contra Angelum. Vltra ſupra dicta probatur
87 † ſic, primo. Actus iudicis æquiparatur actui contrahentis,
vel quaſi contrahentis. Sed iudex non adimit beneficium in-
uentarii. Ergo nec aditio adimet, quæ eſt quaſi contractus.
88 Maior † probatur in l. 1. C. ſi in cauſa iudi. Et regulariter dici
ſolet. Valet argumentum de contractu ad iudicium. l. 3. §. idẽ
ſcribit. ff. de peculio. Minor probatur dupliciter. & quia iu-
dex non poteſt coarctare tempus inuentarii, Baldus poſt Ma
tarellum in noſtra. l. & quia ſententia contra hæredem non
impedit, quo minus exceptio inuentarii opponi poſſit etiam
poſt condemnationem in executione rei iudicatæ, vt per
DD. in l ex diuerſo. §. vlt. ff ſolu. matrim. Secundo, obligatio
89 perſonalis non excludit † beneficia iuris communis; Sed adi-

tio

tio eſt obligatio perſonalis: Ergo aditio non adimit inuen-
tarium, quod à Iuſtiniano communiter omnibus tributum
eſt. Maior probatur; Ecce quantumuis aliquis ſit millies obli
gatus, non prohibetur contrahere, aliósque ſupra alios ſortiri
creditores: alienare, in iudicio eſſe, vltima condere elogia, &
omnia alia facere, quæ liberis hominibus & degentibus ſub
Roma. Impe. à iure ſunt indulta. l. 1. §. ex contrario. ff. de ſepa.
l. plerunque. de regu. iu. l. ſenatuſconſulto. ff. de off. præſ. l. mo-
re. ff. de acqui. hæred. l. hæreditatis appellatio, de verbo. ſigni.
Merito quidem, quia obligatio non tranſcendit illud pun-
ctum, illumque actum, ſuper quo interpoſita eſt; Immo cum
obligatio pendeat ab animo; Intellectuq; ſe obligantis, non
poteſt animi imperium, libertatemq; qualibet re mortali no
biliorem conſtringere. Semper enim remanet liber animus
voluntaſque contrahentis, vel alio pacto ſe obligantis, nul-
liſque anguſtijs temporum, rerum, locorum circunſcribitur;
niſi quatenus lex exitum quandoque impediat, Bar. Imola, &
alij in l. poſt contractum. ff. de donat. Cum itaque lex adeunti
non adimat inuentarium, nunquam illud beneficium adime-
90 mus. Minor probatur † in §. 1. inſtit. de actionibus. iuncto. §.
hæres, Inſtitu. de oblig. quæ quaſi ex contractu. Hinc dicebat
ſubtiliſſimus, & ſententioſiſſimus Bald. in l. ſi vxor. C. de bon.
auct. iud. poſſ. quod hæres adeundo obligatur ſolummodo
actione perſonali: Ergo quo ad actiones in rem, nec non quę-
cunque alia iura, quæ ſunt extra illam obligationem perſona-
lem, ſalua ſunt hæredi, & contra hæredem, tametſi non fece-
rit inuentarium: Quæcunque vero illi obligationi perſona-
li, ea aditione reſultanti, ſont obnoxia: ipſo iure, & irrefraga-
biliter obligant hæredem, etiam ſi faciat inuentarium; maxi-
mè ſi faceret poſt aditionem, id eſt, poſt obligationem proti-
nus in puncto aditionis ſuſceptam, Baldus, & Aretinus in d. l.
more. ff. de acqui. hære. dicentes, quod quamuis hæres faciat
inuentarium, non ideo ipſo iure liberatur ab oneribus hære-
ditariis. Non enim inuentarium quiſpiam diceret, habere vir
tutem herbæ Betonicæ: Nec eſt vnus ex illis modis, quibus
91 † ipſo iure tollitur obligatio. l. obligationum ferè. §. placet. ff.
de actio & obliga.

V. In eadem 1. par. nume. 18. tenet, dies inuentarij eſſe uti-
les, ſaltem in hoc, quia ſingulis diebus debet iudex ſui copiā
facere, licet pro tribunali non ſedeat: cum in inuentario re-
quiratur, inquit ipſe, iudicis præſentia, & auctoritas: Quod
& repetit in 3 par. num. 10. Si teneamus ſententiam Martini
requirentis iudicem pro forma, & ſubſtantia inuentarij, res
videretur expedita. Attamen, & ea admiſſa, ego concludo,
dies ſeu tempus inuentarij eſſe continuos continuumque,
92 excepto primo die, qui debet † eſſe utilis, licet alij ſint feria-
ti: Probatur, quia cum Imp. in §. ſin autem dubius. faciat men
tionem de triginta diebus, & ſexaginta diebus; in dubio de-
bemus intelligere de continuis diebus, glo. & Bart. in rub. &
in l. 1. ff. de diuerſ. & temp. præſc. Ang. in § hæc ſtipulatio, facit
textus in l. vbi lex. ff. de regu. iu. Item pondero textum in l. 2.
ff de feriis. Quatenus ibi dicit̃ quod teſtamenta poſſunt ape-
riri, & hæres cogi poteſt adire etiam diebus feriatis. Scien-
dum porro quod antiqui ſeruabant dies, dierumque inter-
ſtitia, interdum de momento ad momentum, & de hora ad
93 † horam. l. 3. §. minorem. & ibi glo. ff. de minoribus. l. 1. ff. de
nianum. l. pen. ff. de diuer. & temp. præſc. Quod ſolerter veſti
gat Iac. Cuiacius ac quidem dies vtiles trium perſonarum
requirebant habilitatem, actoris, rei, iudicis. l. 1. ff. de diuer. &
temp. præſc. Et appellabantur dies ſeſſionum. l. 2. ff. quis ordo
in bon. poſſ. ſeru. Quod in reſtitutione minorum, Iuſtin. abo-
leuit. l. vlt. C. de temp. in integ. reſtit. Et in annali exceptione
Italici contractus, nec non biennali rerum Italicarum. l. 1. C.
de annali excep. l. unica. C. de vſucap. tranſfor. Et hos dies in
materia inuentarij, retinuit Socinus Iunior conſil. 19. lib. 3.
Quod ab omnibus eſt improbatum. Roland. de conf. inuent.
par. 3. §. item quæritur. Sed nec puto veram ſententiam Pha-
nucij hic; cum nec lex pro Martino reperiatur, requirens de
94 neceſſitate iudicem adhiberi; Quamuis † fatuum eſſet, & in
congruum: non adhibere, maximè ſi ex eo vellet hæres de-
bitorem citatum conuenire, Rolan. ibidem. §. præſentia. per
l. chyrographis. ff. de adminiſt. tuto. Præterea, licet adhibea-
tur iudex, ſatis ſemel eſt primum diem fuiſſe vtilem, id eſt, po-
tuiſſe requiri iudicem, qui auctoraretur: cum ſemel data li-
centia à iudice in actibus iuriſdictionis voluntariæ, ſufficiat
pro omnibus vicibus. l. ſi quis ex argētarijs. § ſi initium. cum
ibi traditis. ff. de edendo. Cum itaque currant dies omnes mix-
tim, ſequitur quod etiam impedito facere inuentarium tem
pus curret: Quia tamen impeditis, & rerum neceſſitate preſ-
ſis, ſuccurritur: in integrum reſtituetur, l. 1. & multis alijs. ff.
ex quibus cauſ. maio. Quæ reſtitutio non concederetur, ſi ſin
guli dies eſſent vtiles, & requireretur ſemper præſentia & au-
95 ctoritas iudicis: nam & alias † vbi iudex interuenit in negotio
pupilli, non datur reſtitutio. l. 1. & ibi not. per Bal. & Saly. C. ſi
aduerſ. ſolu. l. lex quæ tutores. C. de admi. tu. atqui ita reddere-
tur eluſoria diſpoſitio. §. pupillis, in noſtro auth. quatenus ibi
pupillo conceditur in integrum reſtitutio.

VI. Conſtat hæredi iuſte impedito ſuccurri & inter cęte-
ra impedimenta, ponit Baldus conſi. 383. lib. 1. ſi hęres igno-
rat bona hæreditaria ubi ſint. Hoc reprobat Phanu. in 1. par.
96 nume. 22. 23. quia datur † tempus potiſſime ad perquirendas
res. §. ſin autem dubius. in fine. Et ſufficit inuentarium abſol
ui quo ad ſui formam, vt practica docuit & de more ſerua-
tur. Non nego, nec negat Baldus quin inuen. valeat, ſi fiat de
rebus præſentibus, & carentibus controuerſia. Finge autem.
Hæres patitur controuerſiam à ſe, vel ſibi illatam. Non poſſi-
det, quia res ſunt occultatæ, pignoratæ, depoſitæ, commoda-
tæ: & negat poſſeſſor reſtituere: num erit in mora? num ei
curret tempus, vt non poſſit poſtea facere ſeu explere inuen-
tarium? Nemo hoc dixerit. l. quibus diebus. ff. de condi. &
demonſt. l. ſed cum ipſe. ff. de excuſat. tuto. ubi tempus lega-
le non currit impedito; vel ſi currit, ipſo iure arbitrio iudicis
reſtituitur. l. ſed & ſi per prætorem. §. ait prætor. ff. ex quibus
cauſ. maior. l. 2. ff. ſi quis caut. l. diuus. ff. de in integ. reſtit. Huc
ſpectat quod dicit Roland. de conſe. inuent. par. 3. §. impedi-
to. Inuentarij tempus non cedere: etiam poſt aditionem, hæ-
redi non poſſidenti, & forte agenti petitione hæreditatis, Bal
dus in l. defenſionis facultas. C. de iure fiſci, lib. 10. Ad quod
ego expendo text. in l. & quia. ff. de interrog. act. in l. vlt. cum
glo. C. de pet. hære. Plenius quæri poſſet, num res litigioſa ex
iudicio hæredis, aut alterius contra hęredem. Num res furti-
ua, commodata, pignorata in manibus hæredis, vel alterius
ſit inſerenda in inuentario. l. hæreditatiæ. ff. de fur. l. 2. ff de cri
mine expilatæ hæred. l. item uidendum. §. ult. & l. ſeq. vbi Bal.
ff. de petit. hæred.

VII. In 2 par. num. 30. reprehendit Alciatum reſponſo. 1.
dantem pupillo leſo in damnoſa hæreditate, reſtitutionem:
97 facta prius excuſſione contra tutorem, uel tutricem. † Ipſe
negat, quoniam Imp. in §. pupillis. indiſtinctè dat electionem
pupillo, vel agendi contra tutorem, vel petendi reſtitutionē:
Vnde ſumus in alternatiuis, in quibus datur electio. l. pleruo-
que in fine. ff. de iure dotium. Ego planè neſcio; Quia regula
alternatiuorum dat electionem reo, non actori. l. Stichum. ff.
de ſolu. Hic uero pupillus actor eſt, non reus. Præterea auxi-
lium ordinarium facit ceſſare extraordinarium. l. in prouin-
ciali. ff. de ope. no. nunt. l. 1 ff. de publiciana. Sed etenim reſti-
tutio in integrum eſt ſubſidiarium remedium, ſi aliunde ne-
queat pupillus redintegrari, neque ad ſuum peruenire. l. 1. &
per totum. ff. de minoribus. Ergo prius actio ordinaria con-
tra tutorem eſt exercenda. Et hoc vult Impe. in d. §. pupillis,
& gl. apertiſſime, vt ibi plenè dixi, per tex. in l. properandum,
§ vlti. C. de iudicijs.

98 VIII. Ibidem, nume. 41. & ſeq. reprehendit Bart. in l. in ra-
tione. §. quod vulgo. ff ad l. Falci. dicentem quod ſubſtitu-
tus pupillariter faciens inuentarium, ex ſua perſona non no-
cet legatarijs pupilli. Phano. dicit hoc poſſe eſſe verum, ſi pu
pillus non adiuiſſet. Aduerte. Perpendamus prius mentem
Papiniani, quid voluerit in § quod vulgo. deinde mentem
Bartoli, prout illam perpendit ſubtiliter ibi Vincentius Her-
culanus Peruſinus. Papinianus ponit regulam: Vna tantum
Falcidia in teſtamento patris & filij detrahitur, bonorum ex-
tantium mortis paternæ tempore, id eſt, Si pater inſtituat hę
redem filium ſuum pupillum, & eidē ſubſtituat pupillariter,
relinquendo legata, tam in inſtitutione, quam in ſubſtitutio-
ne excedentia dodrantem, vel aſſem, vna tantum Falcidia,
99 ſeu quadrans detrahetur bonorum, quæ erunt mortis tem-
pore. l. in duplicibus. l. ſi is qui 400. l. qui fundum. §. qui filium.
eodem titu. Proinde augmentum bonorum, vel decremen-
tum contingens poſt mortem patris, etiam in vita pupilli, an
tequam ſubſtitutioni pupillari locus ſit: non augebit neque
minuet legata vtriuſque teſtamenti, quin præſtentur vſque
ad dodrantem mortis tempore. Finge ergo. Quidam habens
mille mortis tempore, inſtituit ſibi filium impuberem, quin
genta legatis erogauit. Deinceps in ſecundis tabulis legauit
quadringenta: Et ſic noningenta in totum ſunt legata. Pupil-
lus adiuit, nulliſq; ſolutis legatis deceſſit: Quo mortuo, ſub-
ſtitutus ſuccedit, & reperit in hæreditate duntaxat 400 lega-
tarij tā pupillares, quam paterni, volunt quod ſibi 750. ſoluan
tur (nam 750. ſunt dodrans illorum mille) Subſtitutus para-
tus eſt ſoluerè illa 400. & non amplius; allegando quod ex
nullo teſtamento legata ſoluuntur vltra patrimonium, ut in
verſic. nec ad rem pertinet. Reſpondet Papin. quod vltra illa
400. ſubſtitutus debet ſoluere ſuum quadrantem, ſeu Falci-
diam, id eſt 250. quę ſunt quadrans eorundem mille: Sed cum
illis 750. ſeu dodranti deſint. 100. quia 400. adiuncta illis 750.
faciunt tantum 650 an ſubſtitutus. 100. præſtabit? textus id

innuit

innuit in verſic. Nec ad rem. Contrarium innuitur in verſic.
De ſuo quadrante. niſi abradatur verbum, quadrante, prout
quidam faciunt, Veniamus ad Bartolum, retenta noſtra figu-
ratione. Subſtitutus videns pupillum non feciſſe inuentariũ,
100 facit illud ex ſua perſona. (potuiſſet etiam ex perſona pupilli
ſi voluiſſet. l. non ſolum. ff. de in integ. reſtitu.) ſoluit illa 400.
vel plus, vel minus, legatarijs paternis, ita quod parum, aut ni-
hil remanet quod ſoluatur legatarijs pupillaribus. Quæritur
an iſtis legatarijs pupillaribus aliquid debeat ſoluere. Vide-
batur quod non; & quia fecit inuentariũ ſubſtitutus: & quia
prius ſoluit legatarijs paternis: & quia ſine ipſius culpa bona
decreuerunt; & quia pupillus prius fuit in culpa & mora, non
ipſe. Contrarium reſpondet Bartolus, propter duas rationes.
Primo, quia iſtud decrementum poſt mortem contigit. l. j. §.
interdum. l. in ratione. a. eodem titu. Vnde qua ratione, ſi bo-
na fuiſſent adaucta, non prohiberetur detrahere quadrantẽ,
& augmentum ſuperlucrari: eadem ratione debet damna pa
tienter ferre, argu. l. ſecundum naturam. de regu. iu. Deinde,
quia ſubſtitutus fuit in culpa, & delicto, non faciendo inuen-
tarium ex perſona pupilli, quod facere potuiſſet. §. pupillis.
noſtri auth. l. non ſolum. ff. de in integ. reſt. Non igitur obſtat
quod ſubſtitutus fecerit inuentarium, quoniam illud fecit
ex perſona ſua, non pupilli. Item inuentarium hęreditatis pu
pillaris non prodeſt neque obeſt in hęreditate paterna, vel
contra, cuius nullum extat inuẽtarium, Bart. & alij in eodem
§ quod vulgo. Corneus in § ſinautem dubius, noſtræ legis.
Non obſtat quod prius ſoluerit legatarijs paternis: quia vt in
verſic. quamuis, huius. §. legata non ſoluta fiunt æs alienum
hæredis non ſoluentis. l. 1. C. de bon. auct. iudi. poſſ. Non ob-
ſtat quod ſine culpa ipſius bona decreuerunt: nam per con-
101 trarium † ſi bona creuiſſent hęres ſolus non legatarius lucri-
feciſſet. l. in quantitate. ff. ad l. Falc. Non obſtat quod pupillus
fuerint in culpa, vel tutor eius non faciendo inuentarium:
Nam debuit ſubſtitutus abſtinere, vel ſaltem ex perſona pu-
pilli facere innentarium: Quod cum non fecerit uidetur ipſe
in culpa, & delicto. Hæc eſt mens Bartoli decies plus in ſenſu
quàm in verbis exprimentis: quem Phanu. quaſi in terminis
errantem, in duobus quantum aduerti, reprehendit. Primò,
non video ego, inquit ipſe, quo modo ſolutio facta legataris
102 paternis, non redundet in præiudicium legatariorum † pupil
larium. Immo redundat: quia pupillus adiens ſine inuẽtario;
ſe obligauit inſolidum paternis legatarijs: ſi ſe obligauit, &
bona paterna non ſunt ſoluendo, neceſſario ijdem legatarij
paterni occupabunt bona propria ipſius pupilli; Et ſic legata-
rij tanto minus accipient, & remanebunt in damno: ergo fal
ſum præſuppoſitum Bartoli. Neque obſtat, ſubdit Phan. ſi re-
plicaretur pro Bartolo, quod ſubſtitutus de ſuo ſoluet, ſi bo-
na patris, & pupilli non ſufficiant: quia ſubſtitutus ex quo fe-
cit inuentarium hæreditatis pupillaris, non tenetur de pro-
pria ſubſtantia legatarijs paternis: Et hoc voluit Cuma. conſ.
30. conſulens, quod vbi hæres non fecit inuentarium & mo-
ritur: ſi hæres ipſius fecit inuentarium non tenetur de ſuo le
gatarijs hæredis defuncti: Ita hic, quamuis pupillus hæres pa-
tris non faciat inuentarium, tamen ſubſtitutus hæres pupilli
103 non tenetur de ſuo ſoluere legata vel credita ipſius pupilli, ex
eo, quia eſt excuſatus cum fecerit inuentarium de bonis eiuſ
dem pupilli. Quid hæc ad rhombum, ô Phanuci? Sciebat
etiam Bart. quod legatarij fiunt creditores hæredis, & præfe-
runtur in rebus hæreditarijs, proprijs hæredis creditoribus.
l. 1. §. item videamus. ff. de ſepar. bon. l. 1. C. de bon. auct. iudi.
poſſ. Sed plus ultra vadit Bartolus, & conſiderat ſecundum
terminos. §. quod vulgo. quod ſubſtitutus etiam ſi faciat in-
uentarium, tenetur vtriſq; legatarijs ad dodrantem, partien-
dum æqualiter, bonorum extantium mortis tempore: Non
enim quod in primis, vel in ſecundis tabulis relicta ſint lega-
ta; prius, vel poſtea; fauorabilior eſt legatarius vnus, quam
alius; quia omnes reuocantur ad communionem & æquali-
tatem l. ſi poſt miſſionem. ff. ad l. Falc. l. ſi vero. ff. de mil. reſta.
Proinde nec negaret Bart. quod ſi ſubſtitutus prius ſolueret
legatarijs pupillaribus, non noceret paternis ad mẽſuram do-
drantis. Dicere modò quemadmodum dicit Phanucius Hæ
res hæredis, qualis eſt ſubſtitutus hæres pupilli, faciens inuen
tarium non tenetur de ſuo legatarijs hæredis defuncti, pro-
ut conſuluit Cumanus, non pertinet ad rem noſtram: quia
in caſu Cumani, non habetur reſpectus ad punctum mortis,
vt dodrans illius temporis præſtetur, quicquid poſtea contin
gat. Habetur reſpectus ad negligentiam, ſeu culpam hæredis
prætermittentis facere inuentarium, quæ culpa non debet
obeſſe hęredi ipſius facienti inuentarium, arg. l. vnicæ. C. ex
delictis defun. Non enim in caſu Cumani reperitur lex, quæ
arctet hæredem hæredis facientem inuentarium ad certam
ſummam: Immò lex nõ vult prægrauari hæredem ex culpa,
ſeu delicto defuncti: at bene reperitur lex in ſubſtituto pupil
lari, vt ſemper computentur bona mortis temporis dicti §.
quod vulgo. iuncta. l. 1. §. interdum l. in duplicibus. l. ſi is qui
400 l. qui fundum. §. qui filium. ff. ad l. Falc. l. 1. ff. ſi cui pluſquã
per l. Falc. Secundo, Phanucius reprehendit Bartolum in eo,
quod dicit Bar. ſubſtitutum teneri legatarijs paternis propter
delictum. Hoc eſt falſum, inquit Phanu. quia pupillus fuit in
culpa ſeu delicto prætermittens inuentarium, non ſubſtitu-
tus. Caue Phanu. non ſentit Bar. redargui delictum ſubſtituti
104 ob id, quia pupilli adierit hæreditatem: Sentit † redargui ob
id, quia debuit ex perſona pupilli, non ſua, facere inuentariũ
ex perſona pupilli, ad nihil plus teneretur legatarijs paternis
quam eſſet in bonis: Et ſic detrimenta poſt mortem patris
pupilli contingentia, quemadmodum non onerarent pupil-
lum, uel alium hæredem facientem inuentarium, per §. et ſi
præfatam. Bar. Com. vterque Imo. in l. in ratione 2. in prin. &
§. diligenter. ff. ad l. Falc pari modo non onerarent ſubſtitutũ
facientem inuentarium ex perſona pupilli, quaſi in pupilli lo-
cum ſuccedat. l. non ſolum. ff. de in integ. reſti. Sin uero vult
ſubſtitutus ex perſona ſua, ſpreto pupilli priuilegio, facere in-
uentariũ, remanet incorrecta diſpoſitio. § quod vulgo. coer
centis ſubſtitutum ſaltem in dodrãte mortis temporis: Quia
hodie, vt ibi per glo. tenebitur vltra dodrantem, atque etiam
vltra aſſem de ſuo vtriſque legatarijs ſi non faciat inuenta-
rium. Nota ad §. quod vulgo. I. inuentarium pupilli prodeſt
hodie ſubſtituto quo ad debita, & legata paterna, non quo
105 ad † pupillaria. II. per contrarium: inuentarium ſubſtituti in
hæreditate pupillari prodeſt quo ad legata, & debita pupil-
laria, non paterna. Quid ſi faceret inuent. hæreditatis pater-
næ ſiue pupillari? Quæſtio eo tenderet, an vna ab alio ſit ſe-
parabilis. l. quidam. C. de iu. delibe. III. Si neutrius extet inuen
tarium nec pupilli, nec ſubſtituti, ſubſtitutus tenetur ad ſoli-
da legata, & debita vtriuſque. §. ſi vero non fecerit. noſtri au-
thentici, iuxta glo. IIII. Subſtitutus faciens inuentarium ex
perſona, & priuilegio pupilli, vtitur iure eiuſdem pupilli, i. ve-
luti pupillus faciens inuentarium non tenetur de ſuo, etiam
in caſu. §. quod vulgo. ita nec ſubſtitutus vtens iure pupil-
li. Vnum non ſubticebo. Concluſio Barto. inquit Phan. po-
teſt eſſe vera, ſi pupillus non adiuiſſet, & non aditam tranſ-
mitteret ad ſubſtitutum. Nempe tunc ſubſtitutus, nõ faciens
inuentarium tranſmiſſæ hæreditatis, teneretur legatarijs pa-
ternis inſolidum de ſuo, & id non redũdaret in pręiudicium
legatariorum pupillarium. Pręſupponit Phan. quod vna hæ-
reditas põt ſeiungi ab alia: Quod interdũ non negaſ d. l. qui-
106 dam. C. de iu. delibe. l. paterfami. ff. de † priuil. cred. Item præ-
ſupponit quod legatarii pupillares ſeparenſ à paternis: Quod
falſum eſt. quia vbi pupillus moritur antequam adeat, fit
confuſio totius aſſis ſimul, & ſecundum ipſius menſuram ſo
lida præſtantur legata, non inſpecta perſona pupilli: quia pu-
pillo non ſuccedit ſubſtitutus ſed ſoli teſtatori; aliquando ex
inſtitutione, aliquando ex tacita vulgari. l. qui fundum. § qui
filium. ff. ad l. Falcid.

IX. Ibidem, num. 52. reprehendit iterum Bart. volentem
in d. §. quod vulgo. cum Specu. & Beluiſ. quod fideicommiſ-
ſarius poteſt ex perſona hæredis facere inuentarium, ſi non-
107 dum tempus hęredi excurrerit. Negat † hoc Phan. tum quia
pendet ab arbitrio, ac voluntate hæredis, vtrum velit eſſe hæ
res cum beneficio inuentarij, uec ne: non etiam fideicom-
miſſarij, vel alterius: tum quia hęres poſtquam ſimpliciter
adiuit, non poſſet facere inuentarium, etiam per ſe ipſum: &
ſtatim infert Phan. quod hęres non iuuatur ex inuentario fi-
deicommiſſarij, etiam in Trebellianica. allegat Ioan. And. ad
Spec. de inſtrum. edi. §. vlt. Alber. in §. ſin autem dubius. Rip.
in l. 1. §. Iulia. ff. ad Trebel. Reſpondeo, quod opinio Barto &
ſequacium eſt veriſſima, quam nemo, aut pauci improbant:
ueluti Faber in §. extraneis. Inſti. de hęred. qual. & diff. volens
quod nec ex hæredis, nec ex ſua perſona valeat fideicommiſ
ſarius facere inuent. Probatur pluriſariam, quia inuẽtarium
eſt in rem, & tranſit ad quemcunque; Quia fideicommiſſa-
rius adinſtar hęredis, ſuccedit in vniuerſum ius in locum ip-
ſius hęredis. Quia adinſtar hæredis habet ius deliberandi. l. 1.
§ 1. & ibi glo. & Bart. ff. de iure delibe. Quia id prodeſt hære-
di, & nihil nocet fideicommiſſario, nec alijs: immo prodeſt.
l. in creditore. ff. de euic. Quia fideicommiſſarius eſt quaſi
procurator hæredis. §. ſinautem dubius. in fine. Quod indu-
bitanter verum putarem, ſi hęres in reſtitutione fideicom-
miſſaria paciſceretur; cum etiam in cęteris teneatur fideicõ
108 miſſarius cauere † hęredi. l. 1. §. quamquam. l. cum hæreditas.
ff. ad Trebel. Ac verius adhuc putarem ſi incontinenti hęres
reſtitueret hæreditatem, abſq; eo quod ſe in bonis innoſuiſ-
ſet, quidue hæreditarium alienaviſſet. d. l. 1. l. reſtituta. ff. ad
Trebel. Paulus conſ. 36. lib. 2. Non obſtat quod hoc pendeat
ab arbitrio hęredis, quod arbitrium non poteſt interpretari,
neque engere fideicommiſſarius. Fateor, non cogitur hęres

ſe de-

ſe declarare. Attamen non eſt cenſendus tam reſupinus, vt
non gratum habeat inuentarium fideicommiſſarij, argum.l.
cum de indebito.ff.de probat. Si quidem vult hęres ſpernere
beneficium inuentarij, vel tempus labi ſinit, vel coactus adit,
eſt alienus ob omni beneficio: Verum ſi nullum exiſtis tri-
bus interueniat, quid prohibet fideicommiſſarium facere
inuentarium, & ſibi, hæredique ſimul prodeſſe? Non ob-
ſtat quod hæres nequeat poſt aditionem facere inuentariū,
ergo nec alius nomine hæredis: Nam iſtud ſatis, ſuperque
ſupra fuit confutatum. Amplius puto quod tametſi fidei-
commiſſarius ex ſua perſona intrà, vel poſt tempus hæredis,
faciat inuentarium, ſubleuabitur hæres aliquatenus, cum
inuentarium ſit quid indiuiſibile: niſi appareat hæredem per
ſocordiam, diutinamque contrectationem parum hæredi-
tati proſpexiſſe: quia ſufficit hæredem excuſari à præſum-
ptione fraudis.

X. Ibidem.nu 68.& ſeq. reprobat Aymonem Crauettam
in duobus vel tribus, conſi 174 & me quoq; inſerit, conclu-
dens indiſcriminatim, quod teſtator non poteſt remittere
109 confectionem inuentarij, etiam † reſpectu hæredis. vel lega-
tariorum Quod propemodum tenuit Anch conſ.365.Crot.
in l.nemo poteſt.de leg 1 Mouetur per duo potiſſimè, quod
inuentarium non ſolius hæredis, ſed omnium reſpiciat fauo-
rem: quod cum inuentarium ſit quid indiuiſibile, non debet
diuerſo iure cenſeri: argu.notatorum in auth. ex cauſa.C.de
lib.præter.ubi teſtamentum ruptum quoad vnum, rumpitur
quoad omnes: Ita veluti prohibitio inuentarij reijcitur ſeu
non valet quo ad creditores, pariter non valebit quoad hæ-
redem, & legatarios. Diximus in præiudijs, & alibi, prohibi-
tionem inuentarij non valere quo ad creditores quibus non
potuit teſtator idemque debitor præiudicare. l filiusfami.§.
diui.de leg. 1.& C debitorem vend. pign quo ad alios valere
diximus. Et quod valeat in præiudicium hęredis, Crauet in
conſ.præall.adducit ſeptem fundamenta Quo ad legatarios
Crau.loquitur tranſeunter amplectendo communem. At-
tamen Phanucius illa ſeptem argumenta Crauettæ, transfert
ad legatarios. Verum hoc parui refert. Mox Phanucius in
alio reprobat Crauettam, conſulentem, quod vbi teſtator iu
bet legata ſine deminutione & ſine prætextu æris alieni præ-
110 ſtari, † cenſetur prohibuiſſe inuentarium: quia qui vult con
ſequens, hoc eſt præſtationem legatorum inſolidum, neceſ-
ſario vult antecedens, ut non fiat inuentarium: ſimul quia in
ſimili, Trebellianica prohibita cenſetur, ſi teſtator integram
hæreditatem reſtitui iuſſerit, Bellamera conſil. 26. Curtius
Iunior conſ 11. Retorqueo, inquit Phan.argumentum Cra-
nettæ: Nam teſtator per illa verba timuit fraudem hæredis,
ne ad excluſionem legatariorum introduceret ęs alienum:
ſin autem reuera ſubſit æs alienum, voluit teſtator ne legata
præſtarentur, niſi quatenus ſupereſſet detracto prius ęre alie-
no: maximè ſi hæres plene, & bona fide rerum omnium fa-
ciat inuent. Non temere hinc tranſgrediamur. Quo ad hære-
111 dem, alias † dicebam durum videri, quod hæres bona fide, &
innocenter faciens inuentarium, teneatur de ſuo legatarijs;
tametſi teſtator illud prohibuerit. Dicamus itaque obeſſe
prohibitionem hæredi, ſaltem vt non retineat Falcidiam;
quaſi teſtator illam prohibuerit ad ſimilitudinem Trebellia-
nicæ, de qua nunc. Bald.Saly.& alij in auth.ſed teſtator.C.ad
l.Falc. Ad hæc conſidero præter omnes tex. in §.ſi vero non
fecerit. verſic hæc autem dicimus. noſtri auth. hoc modo.
Sancit Iuſti.ibi, quod hæres teneatur de ſuo legatarijs ſi non
faciat inuentarium. Fallit vt in d.verſic.ſi teſtator ſciens bo-
norum ſuorum quantitatem, plus temerè legauerit. Similiter
hic, quando teſtator prohibet hæredi confectionem inuen-
tarij, illud prohibet, quia opinatur bona ſufficere licet hęres
non faciat inuent. Si vero hæres contrarium poſtea dete-
gat, & probet per confectionem inuentarij, ad nihilum de
ſuo tenebitur, licet fortaſſe Falcid. non retineat: Nam & hæc
mens erat teſtatoris errantis, & plus credentis habere quam
re vera haberet: Quapropter dicamus. Aut teſtator ſatis ha-
bebat bonorum, aut minus Primo caſu valet prohibitio: cū,
& ſi fecerit inuentarium nihil prodeſſet hæredi, aut obeſſet
legatarijs. Altero caſu, aut ſciebat teſtator ſe minus habere:
aut ignorabat. Si ſciebat, non oberit prohibitio hæredi, dicto
verſic. hæc autem dicimus Ideo hæres faciens inuentarium
vtcunque Falcidiam ſoluat, nihil de ſuo præſtabit legatarijs;
cum nec præſter creditoribus, qui ſunt fauorabiliores. § ſin
vero creditores.noſtræ legis. Si ignorabat, adhuc idem opi-
nor: Forſan enim ſi ſciuiſſet, non tam grandia legata reliquiſ-
ſet § non ſolum.inſti.de leg.l.cum alienam C.eod. Atque in
nihilo hæſitarem, ſi tempore teſtamenti bona fuiſſent opu-
lenta; tempore vero mortis plurimum imminuta, & exhau-
ſta l.ſi vero ff de milit.teſt. facit textus ad hæc omnia in l.po
teſt ff.ad l. Falcid. Ex his apparet in hærede quod in modico

diſſentio à Phanucio. Quo ad legatarios vero diſſentio ab
* eo; & ſto cum communi* quod valeat prohibitio in præiu-
dicium legatariorum, dum ne quid machinetur hæres abu-
tendo defuncti humanitate, quod merito ius commune læ-
dat, & defuncti voluntatem. l.j.ff.de doli mali & met. excep.
Non obſtat quod inuent. ſit iure publico inductum ad fauo-
rem quorumcunque: Nam præcipiuus reſpectus & fauor
fuit hęredis; cuius fidei, & verecundiæ quodammodo defun
ctus commiſit quid, & quantum præſtet legatariis, Inſtit.de
fideicom.hæred. in princ. Non obſtat etiam quod inuenta-
112 rium cum ſit quiddam † vnicum, & connexum, ſi non poteſt
prohiberi in detrimentum creditorum, ita nec etiam lega-
tariorum adinſtar teſtamenti. Hoc argumentum eſt friuo-
lum. Creditoribus non poteſt noceri, quia ius habent pro-
prium & inconcuſſum extra defuncti liberalitatem. l.filius.
§.diui.de leg.j.legatarijs poteſt noceri, quia nihil de ſuo amit
tunt; & gratiam habere debent defuncto quod aliquid reli-
querit. l ſed & ſi lege.§.conſuluit. ff. de petitio. hæred. Quo
ad illum articulum, ſi teſtator iuſſerit integra legata ſolui,
plenius eſſet deliberandum, Siculus conſil.64.lib.ſecundo,
Alciatus reſpon.486.

XI. In 3 par.nume.41.42 tenet hodie alio modo compu-
tari, ſeu calculari bona quo ad Falcidiam, & legata. Olim in-
ſpiciebatur mortis tempus; & quicquid poſtea contingeba-
bat, non augebat, nec minuebat legata, Falcidiamue.§.quan-
titas.Inſti. de l.Falcid.l.in ratione 2.in princ & §.diligenter,l.
cum qui.l.quærebatur.l.in quantitate. ff.eod. l eo tempore.
§ ſi creditor.ff.de peculio.cum multis ſimilib. Hodie, quan-
113 do damna ſeu fatalitates poſt mortem † contingunt, inquit
Phan.& hæres facit inuētarium, calculantur bona, quę ſunt
tempore ſolutionis legatorum, & illius calculi ſeu quantita-
tis quartam partem ſumet hæres nomine Falcidiæ, non con
ſiderato quod ante mortem, vel poſt, bona eſſent ampliora.
& ita ego ſentio, ſubdit Phan. quicquid alij dixerint. O pul-
chram conſiderationem. Primum, Phan. loquitur ſine lege,
ſineque auctoritate; credo, quia iſta ignota non reperiuntur.
Deinceps ipſemet in 5.par.nu.59.ſibi ipſi in his terminis con
tradicit, dicens expreſſim (& verum dicit) quo ad ius Falci-
diæ, nihil hodie eſſe immutatum: & idem ipſemet aſtruit in
legitima, in 7.par.nume.15. quapropter oportet mendacem
eſſe memorem: quia falſitas & error ſeipſum detegit. Quo-
niam vero hoc punctum eſt notabiliſſimum, aliquantulum
volo digredi, atque ita mihi aſſumo tex.in d §.diligenter. ad
oſtendendum luce meridiana clarius quod Phan. in indiui-
duo loquit contra eundem tex. ponit in principio legis regu
114 la huiuſcemodi. Furta, incendia, ruinæ, mortes, atque omnia
alia damna poſt mortem contingentia, nocent hæredi non
legatarijs. Diligenter videndum eſt, ſubdit Metianus.I.C.ne
non ſemper hæc regula vera ſit. Et quidem non eſt ſemper
vera, nec in toto, nec in Falcidia. Videamus de vtroq; ſepara-
tim. Circa totum, aut perit genus, aut perit ſpecies legata;
115 † aut perit ſpecies non legata Primo caſu, regula procedit qa
genus perire non poteſt.l.incendium.C.ſi cer.per. ideſt, de-
bitor generis, quantuncunq; nullum corpus, vel nullam rem
illius generis habeat, nunquam liberat; Quia ſatis eſt per na-
turam, alicubi reperiri rem illius generis. verbi gratia ſi lego,
dono, ſpondeo tibi decem amphoras vini, mille aureos, ſer-
num, bouem: certum eſt alicubi reperiri talem rem, licet tu
non habeas, neq; alius in illa regione. Neq; loquor nūc de ge
nere ſubalterno, aut reſtricto ad certam rem, vel locu: de quo
hic, in verſic certis & verſic.incertæ.& per glo. eſſet enim ni-
mis longa indagatio: quam plenius explicant glo. & DD.in
l.legato generaliter.de leg.1.in l.quod te.ff.ſi cer.per. Nec pa
riter diſtinguo nūc, vtrum pereat genus legatum, vel non le
gatum, licet in ſpecie diſtinguo, vt ſequit. Altero caſu, quan
do perit ſpecies legata, regula non procedit: quia interitu ſpe
ciei, debitor liberat. l.ſi ex legati.ff de ver.obli §.ſi res legata.
Inſti.de leg. Tertio caſu, quando perit ſpecies non legata, re-
gula procedit: quia res perit ei, cuius eſt l.pignus. C de pign.
act.ecce, res iſta non eſt legatariorum, nec in actione, nec in
dominio: quia ſolummodo rei legatæ, non alterius, dominiū
tranſit in legatarium à die mortis.l.à Titio. ff de furt. Rurſus
legatarius non habet ad eam actionem in rem, ergo non pe-
rit legatario, ſed hæredi.§ noſtra autem & ibi glo. Faber, &
Ang.Inſti.de lega Et hoc verū eſt, tametſi hęres faciat inuen
tariū: quia inuentariū non prodeſt neq; obeſt vltra ius com-
mune, niſi quatenus ſanxit Iuſti.in duab. conſtitutionibus:
vnde idem erit in primo caſu, quando genus perit. In uno tū
opitulabit inuentariū vt hic, & in princ.l per Bar. Ang Com.
quod ſi damna eſſent ingentia, atq; excederent vires hæredi-
tarias, hæres ſoluens ad finem bonorū, nihil de ſuo pręſtaret,
etiam creditoribus, nedū legatarijs, per §.etſi præfatā. Licet
aliquatenus Pau de Caſt.addubitauerit. Circa Falcidiā, aut

petit

116 perit genus, & regula identidem † procedit, ideſt, damnum erit ſolius hæredis, non tãtum pro tribus partibus, ſed etiam pro quarta Falcidiæ: Et conſequenter legatarii non contribuent ad hoc damnum, quamuis hæres fecerit inuẽtarium: Nec diſtinguo legatarios huius generis perempti ab alijs legatarijs alterius generis, vel ſpeciei. Iſta eſt mens, atq; intelligentia I. C hic in verſi. quod enim. ibi. [Ne amota portio, legatis, fideiue commiſſis detrahatur.] Semper enim legatarij poſſunt dicere, Habemus regulam pro nobis. In Falcidia ſpectat̃ mortis tempus, ſeu fatalitates, & damna poſt mortem incidentia ſpectant ad hæredem, non ad legatarios: Quæ regula, cum non fuerit correcta per Iuſtin. in neutra duarum conſtitutionum, remanebit in ſuo vigore: Idem per contrarium, ſi hæres vellet vti eadem regu. contra legatarios, ergo falſiſſima eſt aſſertio Phanucij dicentis, quod hodie quando
117 fit † inuentarium, bona calculantur ſecundum tempus præſtationis legatorum, nõ etiam mortis, vel aditionis, vel aliud. Vbi hoc probatur? Quis hoc dicit? Quæ æquitas eſt iſta? Nonne ſatis eſſe debet hæredi quod nihil de ſuo ſoluit? Præterea, tantum abeſt vt Iuſtin. in alterutra duarum conſtitutionum immutauerit calculum ſecundum tempus mortis: vt immo in ſequentibus conſtitutionibus poſt illas duas editis, non ſemel expreſſerit ſpectandum mortis tempus In Auth. de nup. in Auth de triente & ſemiſ. in Auth. de hæredibus ab inteſt. ven. in Auth vt cum de appel. cogn. Atque vnus locus nunc ſuccurrit in §. quia verò hactenus. d. Auth. de nup. Aut perit ſpecies legata, & regula non procedit, vt in verſic. res tamen. quia, vt dixi, interitu ſpeciei, debitor liberat̃: Ergo detrimentum erit in totum ipſius legatarij Sed an in aliquo erit detrimentum ipſius hæredis? Erit ſanè in portione, quam lex Falcidia in puncto mortis reſeruauit de ſingulis rebus legatis. l. Plautius. l. lineam margaritarum. ff. ad l. Falc. Et hoc rurſus mi-
118 hi videt̃ probari in illis † verbis. [Ne amota portio &c.] Quod ſentit vterque Imola, licet hæres faciat inuentarium. Quid ſi res legata, ex parte, non in totum perimat̃? Talis præſtabitur, qualis erit ſine facto hæredis, vt in verſic. pecuniam. Sed an tunc hæres ſumet Falcidiam illius rei, ſecundum tempus deteriorationis; an vero dicere poterit, Volo Falcidiam iſtius rei, prout erat tempore mortis? textus ibidem in d. verſi. pecuniam. videtur fauere hæredi in illis verbis. [Aut eorũ quæ extabunt, qualia erunt, ea portio debebitur, quæ per legem Falcidiam efficiatur ex æſtimatione bonorum, quæ mortis teſtatoris tempore fuerint.] Ego dubito, per tex. in d. l. Plautius & l. lineam margaritarum. ff. ad l. Falcid. vbi ſingula corpora legata ipſo iure diuiduntur inter hęredem, & legatariũ vt ſint legatarii pro dodrante, hæredis vero pro quadrante Falcidiario. Si ſunt hæredis pro quadrante, ergo contra hæredem facit regula illa, res perit, aut deteriorat̃ in detrimentum eius, cuius eſt l. pignus. C. de pig. act. qualitercunq; ſit, verba illa. [Ex æſtimatione bonorum, quæ mortis teſtatoris &c.] ſunt apertiſſima: niſi reſtringant̃ ad genus ſubalternum. Cæterum in genere generaliſſimo (vt vulgo dicitur) hæres audiret̃ per verba ſequentia. [Nec ad deminuendam eam quicquam damna poſtea incidentia proficient.] Senſus eſt. In hæreditate mortis tempore ſunt centum. Poſt mortem perit vinum viginti aureorum: uult hæres detrahere 25. legatarij dicunt 20. hæres obtinebit, non quidem vt retineat 25. de 80. quæ remanſerunt, quia repugnant verba illa, Ne amota portio &c. Sed vt integra 75 ideſt, dodrans illorum centum, quæ extabant mortis tempore, præſtent̃ legatarijs: Secundũ Phanucium in propoſito themate, hæres per inuentarium retineret 20. de illis 80 ſuperextantibus: Quod eſt contra omnia iura, & legum terminos, vt cuiuis perſpicuum eſt; & præcipuè refragatur huic textui, in duobus locis in verſi. huc enim. Et in verſic. nec ad deminuendam. Aut perit ſpecies non legata, & regula adhuc procedit, vt in princ. l. per glo. Dynum, Iaco.
119 de Arena, & cæteros: † Et iterum per glo. in §. quantitas. Inſt. de l. Falcid. Eædem, quæ ſupra proximè inciderent viſiones: num portio Falcidiaria huius rei obſit ſoli hæredi: num hac re, vel ſimili perempta, ineatur alius calculus; Quod Phanu. aſſereret per inuentariũ: num idem ſit in ſpecie alterius quam teſtatoris. Viceuerſa quoq; quærendum eſſet de augmentis poſt mortem contingentibus: Quod, vt clarius appareant, licet non ſemel in tractatu attigerim, per concluſiones breuiter explicabo, iuxta ſeriem huius l. in princ. & in §. diligenter. I. Damna poſt mortem contingentia ſoli hæredi obſunt. Ampliat̃ ante aditionem, vel poſt: licet ſi damna contin-
120 gant ante aditionem, † hæres videat̃ excuſabilior, vt hic per Pau. Fallit ſi hæres faciat inuentarium, nam non oberunt dãna, niſi vſq; ad concurrentem bonorum quantitatem, per §. etſi præfatam. Secundò fallit in re, ſeu ſpecie legata perempta, vt ſtatim ponam. II. Augmenta poſt mortem contingentia ſoli hęredi proſunt. Fallit in fructibus maturis pendentib. mortis tempore: nam augebũt hæreditatem ſaltem ad commodum illius, cui fundus legatus eſt, licet nondum fuerant collecti. l. in lege Falc. placuit. ff. ad l. Falci. Quid in fundo non legato, vel alia re hæreditaria, an fructus, vel alia commoda pendentia mortis tempore oberunt ſoli hæredi? Vide omnino textum in l. cum quo. iuncta glo. & ibi Ang. Imo. & alios. ff. ad l. Falcid. vtrunque Imo. in l. 1. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi cui pluſquam per l Falci. Tertiò fallit ſi hæres faciat inuentariũ, iuxta Comenſem hic, & Alexand. & in l. in ratione. §. quod vulgo ff. eod. & ſequitur Phan. Nam cum hæres per inuentarium liberet̃ à damno, pariter non debet ſentire lucrum. Ego ſemper dixi, & adhuc dico contrarium: quia hoc modo inuentarium potius obeſſet hæredi quàm prodeſſet: Etenim inuentarium conſeruat omnia lucra, & commoda iuris communis: quale eſt hoc, vt hæres lucret̃ fructus, vel alia additamenta poſt mortem contingentia, vt latè per Herculanum in d. § quod vulgo. In illis tamen caſibus, vbi alias de iure cõmuni incrementa augent hæreditatem ad commodum creditorum, vel legatariorum, inuẽtarium nihil obeſſet eiſdem d. l. in lege Falcid. l. cum quo. l. ſi creditor. ff. ad l. Falc. quia veluti inuentarium non obeſt hæredi vltra ius cõe duarũ conſtitutionum: Ita hæredi non debet prodeſſe. §. licentia danda. noſtræ legis. III. Re mutuabili poſt mortem pereunte, damnum eſt hæredis, non tantum in dodrante legatariorum, ſed etiam in quadrante Falcidiario. Iſtud notabile colligitur ex verſic. verum eſt. iuncto verſic. huc enim. qui ſtatim antecedit: ſed iſte verſicu. huc enim. non diſtinguit genus à ſpecie.
121 Amp. etiamſi hæres faciat † inuentarium: quicquid ſibi velit Phan. Quoniam hic, & in plurimis alijs iuribus ſemper ſpectat̃ mortis tempus, quo ad ineundam Falcidiam: ſiue leget̃ genus, ſiue ſpecies teſtatoris, vel alterius: & ſiue bona augeãtur ſiue non. Proinde iſtud tempus, ſeu calculus iſtius temporis erit inuariabilis, cùm ei expreſſim Iuſtin. non derogauerit. IIII. Omnia bona, quæ reperiunt̃ mortis tempore æſti-
122 mant̃, i. tantum aliquis † cenſet̃ habere in bonis, quanti valẽt ſingulæ res æſtimatæ, & in vnã ſummam coaceruatæ: quia omnia per pecuniam æſtimant̃. l. propemodum. ff de ver. ſig. l. 2. in fi. C de conſtitu. pecu. l. ſi ita fideiuſſorem. ff. de fideiuſſ. Amp. etiamſi fiat inuentarium: niſi q̃ per inuentarium hęres ad nihilum tenet̃ de ſuo, etiam creditoribus, antea ſecus in creditoribus. l. quæ dotis. ff. ſol. mat. Et idem quoq; hodie eſſet in legatariis, ſi heres non faceret inuentariũ. §. ſi vero non fecerit. noſtri auth. V. Certo corpore ex rebus mutuabilibus perempto, dãnũ eſt legatarij. Quid in quadrante Falcidiario, an hęredis damnum erit? textus videt̃ diſtinguere inter peremptionem, & deteriorationem. VI. Quamuis genus legatum pereat poſt mortem defuncti, non minuit̃ Falcidia ad fauorẽ legatariorũ. Caſum finge, vt ſupra poſui de relinquente c. in bonis: & 20. poſtea pereant, ita quod ſola reſtent 80. Denique tam ad damnum, quam ad commodũ hęredis nolentis vti Falcidia, ſemper ſpectabitur mortis tempus: fiat, vel non fiat inuentarium. VII. Si res legata, ſeu ſpecies intereat, non debetur nec res, nec æſtimatio. Quãuis quadrans Falcidiarius non redundet in detrimentum aliorũ legatariorum, vt hic per vtrunque Imo. & Herculanum.

XII. Tenet in eadem 3. par. nu. 53. 54. ex omiſſione vnius rei, amitti beneficium inuentarij in totum: Quod & tenuit glo. in dicto § ſi vero non fecerit. & Bart. in l. Pau. ff. ad l. falci.
123 † Mouetur Phan. ex pluribus. Primo quia Imp. in §. ſin autem dubius. præcipit de omnibus rebus fieri inuent. Item præcipit ad unguem ſeruari omnes ſolennitates. §. etſi præfatam. Item filius ſurripiẽs rem vnam, priuatur in totum beneficio abſtinendi. l. ſi ſeruum. §. prætor ait. & ibi Pau. ff. de acq. hęre. Item non debet quis commodũ reportare ex eo, in quo culpandus eſt, Rui. conſi. 48. lib. 2. Item, ſi beneficium inuentarij amittit̃ per vnam ex minimis ſolennitatibus, quæ ſunt iuris ciuilis, multo magis amittet̃ offendendo iuſtitiã naturalem, per furtũ. ff. de fur. Non obſtat, inquit Phan. tex. in §. licentia danda. imponens pœnã dupli: Quia illã pœnã impoſuit ibi Imp. contra legatarios: cęterum contra creditores iam certũ erat q̃ hæres eis tenebat̃ inſolidum. Nouiſſimè Iuſtin. in auth. idẽ ſanxit in legatariis, vt eis hæres teneatur inſolidum, faciat inuentarium, ſiue non faciat, ſubtrahendo rem aliquam. Phan. plura includit, primo, q̃ tex. in § licentia danda imponens pęnam dupli, reſtringatur ad legatarios. Secundo, q̃ tam de iure Codicis, quam Authẽticorum ex omiſſione, vel ſubtractione unius rei, nihil proſit inuentarium quo ad creditores. Tertiò, quod hodie de iure Authẽticorum idem ſit in legatarijs. Quo ad primum, probo ex duobus, quod ille text. in §. licentia danda non reſtringatur ad legatarios: primo, quia ibi no-
124 minatim Imp. coniungit creditores cum legatarijs, & fideicommiſſarijs dum dicit. [Licentia danda creditoribus ſeu legatarijs, & fideicommiſſarijs.] Deinde per verba ſequentia.

(hære-

hæreditatis quantitati computare compellatur. Quæ verba
comprehendũt tam creditores quam legatarios: Immo plus
creditores;quia ante omnes ipſi eneruant hæreditatem; At
ſi quid ſupereſt & non aliter,perſoluitur legatarijs §.cum an
tem.Inſti.de l.Fal.l.in imponenda.C.eodem.l.j. §. hæc verba.
ff.ſi cui pluſquam per l.Falcid.Quapropter verbum,Hæredi-
tatis,non proprie conuenit legatarijs,qui ſingulares dicuntur
ſucceſſores in bonis,non in hęreditate.l.j §.ſi hæres ff ad Tre
bel.§.ſiquis vna.Inſti.de fideic.hæred Quoad ſecundum,om
nes fatentur ꝙ de iure Codicis,hæres non tenetur creditori-
bus vltra duplum,ex prætermiſſione vnius rei in inuentario,
per d.§ licentia danda. Et verba ſunt adeo clara, vt nihil cla-
rius eſſe poſſit. De iure vero authenticorum, eſt dubitabile:
ex traditis in d §.ſi vero.per gl Belui.& Ang.Et per Bar.Ang.
Pau.vtrunque Imo.in l.Pau.ff.ad l.Falci. de quo ſupra in tra-
ctatu non oſcitanter. Quoad tertium non puto hæredem te
neri legatariis inſolidum propter vnius rei ſubtractionem,
ſeu omiſſionem in inuentario etiam de iure auth. ea traditis
in locis præallegatis,& præcipue per Saly. in eodem §.licen-
tia danda. Non obſtant quatuor,vel quinq; argumenta Pha
nucij,ſi diligenter aduertere volueris, & conſiderare ꝙ Imp.
in §.ſi vero non fecerit,ſolummodo obligat hæredem lega-
tariis vltra vires:quando nullum fecerit prorſus inuẽtarium:
Aliud ſi fecerit,quamuis rem aliquam ſubtraxerit,vel non in
ſeruerit,cum pęna non debeat egredi delictum, & modicus
exceſſus non vitiet,quę ſemel vtiliter geſta ſunt.l.reſcriptum.
ff de his quibus vt ind.Bal.in auth.ſi omnes.C.ſi minor ab hę
re.ſe abſti.Proinde aliqui dixerunt hæredem puniri in totius
Falcidiæ amiſſione:alioquin in duplo ad electionem legata-
riorum,vt per Gratum conſ.25.lib.2.Portium Imo. conſi.50.
Vilalob.in ſuis commu.opi.in verbo,hæres.Roland.de conſ.
inuent.par.4 §.quid ſi hæres.

XIII. In 5.par.nu.39 tenet impenſam ægritudinis,etiam vl
timam,non retineri per hæredem,ea §.in computatione Mo
uetur quia in eam non incidit hæres propter aditionem,nec
127 propter cauſam hæreditariam,ſed eam fecit vt extraneus in
vita teſtatoris. Nihil allegat. Ego dico hanc impenſam dedu
ci poſſe,quia licet illam fecerit vt extraneus, tamen poſtquã
adiuit,habet retentionem.l.vnica.C.etiam ob chyrog.pecu.
Et hoc indubitanter verum,ſi iſta impenſa fuit vltima,& col
lata teſtatori in extremis laboranti,Roland.conſ.14.lib.3.Ma-
xime,ſi hæres illam fecit nulla neceſſitudine ductus;finge,nõ
eſt filius:non eſt maritus,aut contra:vel quiuis ſimilis:Nemo
dixerit ꝙ donare voluerit.l.ꝙ in vxorem.C.de neg geſt.l.Ne
ſennius ff.eodem.Non obſt.ꝙ hæres vt extraneus cenſendus
eſt quoad hanc impenſam:quia & hoc admiſſo,non prohibe
128 tur vti retentione.† Præterea,ſi nõ cogitaniſſet ſe hæreditatẽ
conſecuturum,nihil impendiſſet : Quapropter perinde eſt ac
ſi defuncto mutuaniſſet in cauſam perquam neceſſariam cũ
priuilegio prælationis: nam ſi mutuans in refectionem, aut
conſeruationem rei inanimatę,habet priuilegium.l.interdũ.
ff.qui pot.in pig hab.quanto magis habebit impendens in ꝯ-
ſeruationem hominis,licet mors fuerit inſecuta?l iuſtiſſime.
ff.de ædil.edi.non enim ſtetit per hæredem, quominus ſpiri-
tum, & ſanitatem reſtitueris morienti, l. ſed an vltro.§.j ff de
neg geſt. Præterea leges æquiparant impenſam funeris,& im
penſam valetudinis,l.legatum.C.de relig.l. in reſtituenda. C.
de petit.hæred.veluti ergo impenſa funeris omne aliud cre-
ditum antecedit,l.pe.ff.de relig.Ita impenſa valetudinis, præ
ſertim vltima,& proxima morti : Et quam forte needum ſol
uit hæres, expectans illam ſolui de bonis hæreditatijs, quaſi
debitum hæreditarium,& quidem priuilegiarium, iuxta tra-
dita in l.priuilegia.ff.de priuil.cred.

129 XIIII.Ibidem, nu.144.pręter aliorum opinionem tenet,cre
ditores non minus quam legatarios reuocari ad communio
nem,per beneficium.§.& ſi præfatam.vbi dicit Imper.ꝙ non
vult creditoribus aliquod præiudicium generari,proinde ve
luti ſi omnes vno,eodemq; tempore concurriſſent, vocaren
tur in tributum,nullusq; alium anteuerteret.l.ſi non expedie
rit.§.j.ff.de bonis auct.iud.poſ.Ita & hic,quaſi Iuſtinianus ſit
ille,qui interpellet,& roget hæredem pro omnib. Item non
eſt veriſimile ꝙ licentia danda hæredi per Iuſti. ſoluendi cui
vult,redundet in præiudicium aliorum.l.nec auus.C.de emã.
li. Hic enim redundaret:cum Iuſti.liberet hæredem ſoluentẽ
vni a petitione cæterorũ Item ſi legatarij reuocantur ad cõ-
munionem,nõ debent ad imparia iudicari creditores, ob pa
ritatem rationis,& æquitatis. Facit vltra Phan. quia iſte non
eſt vnus ex modis,quibus tollitur obligatio ipſo iure.l.obliga
tionum fere.§.placet.ff.de act.& oblig. Ideo non trahatur in
præiudicium cæterorum: leges enim quæ permittunt debi-
130 tori poſſe ſoluere vni ad † præiudicium aliorum.l.pupillus.ff.
quæ in frau.cred.l.ſumma.ff.de pecul.cum ſimil. loquitur qñ
iure communi,& ordinario fit ſolutio,& exactio.l. qui autẽ.
§.apud Labeonem ff.quæ in fraud.cred. Nihilominus non re
cedo a communi ſententia,quam firmaui in gl.nu.86. ſi ma-
xime condemnatus a iudice hæres ſoluerit prius petenti.d.§.
apud Labeonem.Etenim neuter culpandus eſt: non hæres,
quia neceſſe habuit parere,& eius intererat cito ab omni mo
leſtia liberari,non exigens,quia licuit ei ſuo commodo uui-
gilare,& ſuo iure vtens, ordinariaq; vtens actione,ac reme-
dio,nemini iniuriam facit.l.factum ff.de reg.iuris.Ad illud ꝙ
dicit Imp.ſe nolle creditorib.præiudicium aliquod generari.
Reſp.fateor,ſi omnes creditores ſimul inſtent, & petant. Qđ
vtique facere poſſunt,& debent ſi nolunt per ſocordiã amit-
tere:qñ citati fuerunt ad inuentarium l.j.,ff. de action. emp.
Præterea verba illa ſunt referenda ad creditores priuilegia-
rios,iuxta diſtinctionem ibi traditã, & plenius in l. priuilegia.
per gl. Alber.Ripam.ff.de priuil.cred. Non etiam vim facit ꝙ
Iuſtin.noluerit dare hanc licentiam hæredi in præiudicium
cæterorum.Quia anteriores conſtitutiones,& leges illam de
derunt,& quantumuis Iuſti.liberet hæredem, quem anterio
res leges non liberabant,non propterea eſt culpandus Iuſtin.
nec hæres vtens remedio Iuſtin. Quod inquam indubitabi-
lius erit,ſi omnes fuerint citati nominatim ad confectionem
inuentarij.l.j.§.cum dicitur.ff ſi cui plus quam. Non inſuper
131 † refert ꝙ legatarij reuocentur ad communionem. Diſſimi-
lia ſunt hæc. Legatarij veniunt ex eodem iudicio,& liberali-
tate vnius & vno puncto mortis ius ſuũ ꝯfirmãt,et abſentes,
atq; inſcientes,iõ benigna fit interpretatio conformis volũta
ti teſtatoris,vt oẽs ſint æquales, & parem gratiã habeant de-
functo.l.ſi vero.& ibi per Dyn.& Bart. ff. de mil.teſta.l.ſi poſt
miſſionem.ff.ad l.Falc.l.2.ff.de cõd.ind.l.vlt.C.comm.vtriuſ-
que iudicij.Creditores non ſic,nã diuerſis forte temporib.ꝯ-
traxerunt,& veniunt ex diſpari cã, & euentu. Merito ſepara-
tam habent cãm,& ius,& actionẽ,& euentũ, vt ſunt iura ap-
tiſſima in d.l.ſumma,in d.l.qui aũt.& l.pupillus, q̃ cum nulli-
bi antiquauerit Iuſtin.neq; in duab.conſtitutionib. neq; ali-
bi,ſunt in ſuo ſtatu relinquendæ,ſiue hæres faciat inuentariũ
ſiue non.Non ob.demũ ꝙ iſte non ſit vnus ex modis tollen-
dæ obligationis,& actionis:Immo.eſt hodie per Iuſti. in d.§.
& ſi præfatam. Cum & alias Imp. poſſit tollere actionẽ, illi ꝓ-
ſertim qui fuerit contumax,vel in mora, gl. Pet.Cy.Butr.Bal.
Sal Iaſ. i l.vlt.C.ſi ꝯ ius,vel vtil.pub.l.diffamari.C.de ing.man.

XV. In 6.par.nume.122. & ſeq. tenet hæredem non priua-
ri beneficio inuentarij,quamuis a primordio in iure interro-
132 gatus,negauerit ſe hæredem,quia reus † ſemper põt iure ꝑ-
mittente negare intentionẽ actoris, & qualibet exceptione
ſe tueri. l. nemo ex his.de reg iur. Et quia nulla lex reperitur
quæ dicat,hẽdem perdere beneficium inuentarij ob inficia-
tionem,& quia indultum a iure beneficium,nemini eſt aufe-
rendũ,prout in materia inuentarij firmat Oiaſeus deciſ.147.
& quia hẽs cum inuentario non ſimpliciter eſt hẽs, ex tradi-
tis per Bal.& alios in § in cõputatione.Puto diſtinguendum.
Aut hæres ante aditionem fecit inuentariũ. Aut poſt aditio-
nem. Primo caſu,procedat opinio Phan.quia reuera nondũ
poteſt dici hẽs,nec debitori. Quid enim ſi repudiaret,vt po-
teſt?§.& hæc quidem.l.noſtræ.Ang.in l.j.§.hæc ſtipulatio.ff.ſi
cui pluſquam per l.Falc.Facit gl.in l.ſi filius.ff.de interrog. act.
Altero caſu hæres ꝯuictus ꝙ ſit hæres ꝯ propriũ mendaciũ,
& periurium,non amplius vtetur beneficio inuentarij.l.ſi du
bitet. cum ibi traditis ff.de fideiuſ.Et in rub.eiuſdem titu.per
Marſilium.Item facit tex.in l.de ætate.§ ſi cum eſſet.& §. qui
tacuit.ff.de interrog.act.Nam ibi qui negat ſe hæredẽ per mẽ
dacium,vel taciturnitatem,hẽ pro conuicto, atq; inſolidum
condemnabitur. Præterea quo ampliore beneficio,atq; im-
133 munitate quis condonatur,eo acerbius eſt † diſtringendus,
ſi ſe ingratum,& mendacem oſtendat.l.3.§.de his.ff. de S. C.
Sillan.l.præsbiteri.C.de epiſ.& cler.vbi gl.colligit. Ab eo cui
plura committentur,plura exiguntur. Modo hæres ampliſſi-
mam conſequitur ſecuritatem a Iuſti. permittente inuenta-
rium,§.etſi præfatam.Ergo indignus beneficio Iuſtin cenſen
dus eſt. Accedit ꝙ non tñ Iuſtin. verum etiam iudicis inter-
rogantis tribunal, & grauitatem temere contempſit, arg.l.3.
C.de epiſc. aud. Non obſtat quod nemo prohibeatur plurib.
vti defenſionibus,quia illud verum,ſi a iure,& æquitate non
abhorreant.Non obſt.ꝙ nulla lex hoc dicat Nam ſatis æqui-
tas & iuris ratio id ſuadet:ne quis ex ſuo mendacio fructum
ferat illius ꝙ abnegauit : Vnde nec obſt.ꝙ indultum a iure be
neficium non auferatẽ,maxime in materia inuentarij, admit-
to,ſi hæres neminem eluſerit,& tot iura, conſtitutionesque
Iuſtiniani,& aliorum Principum,paſſim clamantium vt veri-
tas pandatur. Minus obſtat ꝙ hęres cum inuentario non ſit
per omnia hæres,immo hęres eſt,& verus hæres quando adi
uit,& amplius vult perſiſtere in hæreditate.

XVI. In 7.par.nu.4.vſque ad nu.18. Et rurſus nu.25.& mul
tis ſeq. tria tangit. Nunquid legata vltra vires debeantur ip-

ſo iure. Nunquid perdatur legitima per omiſſionem inuen-
tarij, Nunquid ſaltem Trebellianica. Quo ad primum cóclu-
134 dit contra Corneum conſilio 140.libro primo,quod † lega-
ta vltra vires ſunt ipſo iure indebita. Corne. vero dicit, quod
de iure nouiſſimo, quo hæres tenetur de ſuo legatarijs.§ ſi
vero non fecerit. noſtri Auth.æs alienum non minuit legata,
quamuis minuat legitimã. Si non minuit legata, ergo legata
ipſo iure debentur vltra vires,ſi non fiat inuentarium.Phan.
cõtra,numero vndecimo,quod immo ęs alienum veluti mi-
nuit legitimam,ita minuit legata,ſiue ſit legitima quæ minua
tur,ſiue non. Hoc modo. Prius æs alienum detrahetur de
legitima,& legatis,id eſt,de uniuerſo patrimonio. Poſtea de-
trahetur legitima de legatis. De reſiduo ſoluentur legata, &
quantitas legatorum excedens illud reſiduum erit indebita
ipſo iure. Verbi gratia. Pater habens filium,legat la. In ære a-
lieno ſunt al. Moritur relictis centum duntaxat. Quo pacto
135 calculus inibitur? al. detrahentur † de centum.De reſiduo,
hoc eſt,de lx.detrahetur triens hodie, ideſt, xx. auth.nouiſſi
ma.C.de inofficio.teſtamento. & ſic remanebunt ſolum al.
Quæ al.ipſo iure ſunt debita legatarijs: Reſiduum autem le-
gatorum,quod eſt xx.ipſo iure erit indebitum, licet hæres te
neatur illud præſtare in pœnam fraudis præſumptæ, propter
omiſſionem inuentarij. Idem cenſet Phan. etiam ſi non exta
ret æs alienum: Quia dicit ipſe. Siue extet æs alienum, ſiue
non; ſemper legitima minuit legata ipſo iure: Et quod ſupra
quantitatem bonorum legatum eſt, ipſo iure eſt indebitum.
Mihi placet opinio Phanucij in hoc contra Corneum. Quæ-
rendum tamen eſt, quo pacto computentur bona, quando
legata debentur vltra vires. Baldus in §.penul.l.noſtræ. refert
duas computationes. Prima ſic quam repetit in l.prima,C.de
bonis auth.iud poſ.legata ſunt xij.in bonis ſunt quatuor(qua
136 inor † Intellige poſt detractum æs alienum, ſi eſt, vel ſi non
eſt,nihil refert) legitima, quæ hodie eſt; triens auferet trien-
tem, id eſt,quatuor illorum aij. & integra viij. præſtabit de
ſuo, licet in bonis ſint tantum quatuor: vnde continget in-
quit Bald quod relecabitur illud quod non eſt. Altera com-
putatio eſt quam magis probat Bald.ſecutus Butrigarium; &
eam quoque videtur probare ibidem Paulus: & Corn.in §. ſi
vero poſtquam einſdem legis. Et in dicto conſilio 140.& cõ-
ſilio 168.libro tertio,poſt Bartolum,qui ad idem citat Ricar-
dum,& Cynum in authen. ſed cum teſtator C. ad l.Falcid.le-
gata ſunt xij. Bona ſunt quatuor. Legitima ſolum detrahetur
137 de illis † quatuor,quæ vere ſunt, & ſic detrahetur vnum cũ
triente alterius,& legata remanebunt in a. & beſſe vnius: Nã
illud vnum & triens alterius,ſunt legitima illorum quatuor:
Quæ legitima minuit legata, & non amittitur per omiſſionẽ
inuentarij. Dicet aliquis,ſi hæres hodie tenetur legatarijs vl
tra vires; quid opus eſt facere aliquem calculum bonorum?
Item qua fronte hunc calculum faciat hæres ob præſumptio
nem fraudis,quæ contra ſe vrget? Hæc merito dubitare fece
runt Didacum in cap.ſi hæredes.de teſtam.Rodor. in l. quo-
niam prioribus. C.de inofficioſo teſtamento.Oſaſcum deciſ.
centeſimaquadrageſimaoctaua, numero vndecimo. Reti-
ne tamen ac reminiſcere vt facias computari legata & legiti
mam. Quippe æs alienum minuit tam legata quam legiti-
mam. Legitima minuit legata,dico minuit,quia non conſu-
mit in totum,ſed vtraque debentur de bonis, licet æs alienũ
conſumere in totum poſſit.l.Papinia.§.quarta.ff. de inoff.te-
ſtamento.l.ſcimus.C.eod.glo.Petrus,Cyn.Butrigar.Bald.Sa-
lycet.Paulus in l.cum a matre.C.de rei vendic. Quo ad legiti-
mam,nũquid perdatur.Phan.numero decimoſexto,tenet cũ
communi non perdi, niſi eſſet legatum in genere ſeu quanti
tate. Quam diſtinctionem inter corpora legata,& genus quã
titatemve,prius tenuit Ioan And.ad Specul. de inſtrum.edi.
§.vltimo,Angel.in §.hæc ſtipulatio. Corneus dicto conſilio
168 libro tertio, Ruinus conſil.o 57. libro ſecundo. Verum
ego nouiſſime in gloſ.ad l.numero 191. teneo indiſtincte nõ
amitti legitimam; quia quantum ſit reſpectu legatariorum
nulla actio,ſeu ius hæredis contra defunctum aditione con-
funditur,quicquid omnes alij dixerint, vt in eadem gloſ. per
me,nu.180. Modo ſic. Filio ſtatim in puncto mortis oritur
actio ad legitimam,& illam cenſetur habere iure extero,non
hæreditario.l.quoniam prioribus.C.de inoff. teſta.Bal. in l.ſi
arrogator.ff.de adopt. Ergo iſta actio aditione non confundi
tur. Nec obſtat ſi diceretur. Etiam legatarijs ſtatim a die mor
tis dominium,& actio acquiritur. l.a Titio. ff. de furtis.l.j. C.
comm. de leg. Quia ex prædictis patet reſponſio,quod legiti
ma præuenit legata.l ſcimus.C.de inoff. teſta. Item debet iu-
re potius extero quam hæreditario,legata non niſi iure hære
ditario,& ita demum ſi adeatur hæreditas,l.eam quam.C.de
fideic.& ibi per Bal.& Corn. Dicet aliquis,ſi legitima præua-
let legatis,cur filius integra legata ſoluit vltra vires de ſua le-
gitima? Reſpon.vt in ſupradicta glo.dixi, non ſoluit quia legi
tima,ſeu actio ad legitimam ſit confuſa,perditave: Soluit,quia
adeundo ſine inuentario ſe irreuocabiliter obligauit actione,
perſonali omnibus creditoribus,& legatarijs Bal. in l.ſi vxor.
C.de bo.auth.iud poſſ. Debitor autem actionis perſonalis de
bet ſoluere de omnibus bonis præſentibus, & futuris: licet
non ſint obligata,neque in dominio petitoris.l.ſi creditores
ff de ſeparat. Ea his habes quomodo computetur legitima;
Quomodo minuantur legata: Et quomodo ſoluantur. Sed
an eodem modo computabitur Falcidia, & Trebellianica?
138 Arduum,& impenetrabile prope eſt. In Falcidia non hæſita-
rem,ideſt idem dicerem quod in legitima, vt ſcilicet ſpecte-
tur mortis tempus,& prius detrahatur æs alienum, quamuis
Phanut. contra, in caſu non facti inuentarij,vt in xj.confuta-
tione. Non hæſitarem,inquam, ſi Falcidia ſola detrahatur:
Si autem filius vellet legitimam,& Falcidiam ſimul detrahe
re,neſcio quo me vertam. Prius videndum eſſet num vtraq;
detrahi poſſit,& poſtea agere de computatione.l.j.§.interdũ.
ff.ſi cui pluſquam gl & ibi dixi in §.ſi quis autem non implẽs.
noſtri auth. Herculanus in l. in ratione.j.§. quod vulgo. ff. ad
l.Falci.in Trebellianica magis hæſitarem num ſpectetur mor
tis tempus:& meam aliquantulum protuli ſententiam in 94.
effectu & in d.§.ſi quis autem. Quoad tertiũ Phan.tenet non
perdi Trebellianicam per omiſſionem inuentarij præterquã
in filio primi gradus,nu.38. Et reprehendit Senatum Delphi-
139 natus,& Pedemontanum volentes quod filius primigradus
neutram amittat,Oſaſc.deciſ.147. Aduerte Phan.vult alium
hæredem quam filium non amittere trebellianicam: filiũ ve-
ro vult amittere: ob id,opinor: quia debet eſſe contentus fi-
filius ſua legitima. Ego indiſtincte in puncto iuris tenerem
amitti Trebellianicam,quia actio nulla cõpetit filio, vel alij
hæredi ad Trebellianicam ante reſtitutionem.l. deducta. §.
ante diem.ff.ad Trebel. Vide in d mea glo.nu.193. & ſeq.quã
uis non temere recederem a communi opinione, poſtquam
communis error facit ius. Vt ſemel finiam cum meo Anti-
phanucio, collige aliquot concluſiones.

I. Legata vltra vires ſunt indebita ipſo iure licet pręſtentur
in pœnam fraudis præſumptæ contra hæredem: Ergo ceſſan
140 te præſumptione, non tenebitur † hæres: puta ſi ſcienter teſta
tor legaſſet: vel ſi æs alienum omnia bona abſorberet, vt ex
verbo, comperies in d.§.ſi vero non fecerit.

II. Aes alienum abſorbet in totum, vel pro parte legitimã,
& legata, nec non Falci.& Trebe. coniũctim, vel diſiunctim,
etiamſi ſit æs alienum hæredis.l ſi vniuerſæ C.de leg. l. in im-
ponenda.l.ſucceſſores.C.ad l Falc.l.j.§.ſi is qui.cccc.ff.ad Tre
bel. vbi pulchre Conrcuſis. Nec diſtinguo, fiat, vel non fiat in
uentarium: quia Iuſtin. in duabus conſtitut. nihil dicit.

III. Legitima minuit legata,ideſt, aufert trientem bonorũ
quæ remanent in puncto mortis, detracto prius ære alieno.l.
cum quæritur.cum auth.ibi C de inoffi. teſtam. Nec diſtin-
guo inter ſpeciem, & quantitatem: fiat vel non fiat inuenta-
rium: Legata ſint intra vires,vel vltra vires: Ergo indiſtincte
non amittitur legitima per omiſſionem inuentar. quia quod
aufertur per legitimam non cenſetur legatum, ſecundum
Butrig.relatum per Bal. intelligendo quod auferatur triens,
ſeu legitima bonorum eatantum ſecundum ſecundam com
putationem, non quantitatis legatorum ſecundum primam.

IIII. In falcid.& legatis veluti in legitima ſpectatur mortis
tempus. Nec diſtinguo inter ſpeciem & quantitatem &c. vt
in aj.confut. Quid in Trebellianica? Ambigo non parum per
d.§.ante diem. Cumque ſemper detrahatur poſt legitimam,
glo.in d.§.ſi quis autem non implens. Niſi diſtinguas vtrum
ſola, an cum legitima detrahatur, c Raynutius, de teſta.

TRACTATVS
DE INVENTARIO HAEREDIS,
Ac eius beneficio Excellentiſs. D. Phanucij de Phanucijs Iureconſ. Lucenſis.

PRAEFATIO.

SVMMARIVM.

1 *Hæres acceptando hæreditatem omnibus obligatur inſolidum.*
2 *Ratio quare aliter obligetur creditoribus atque legatarijs.*
3 *Hæreditas iure diuino capitur pro ipſis bonis.*
4 *Hæredi ſuccurſum fuit ob æs alienum hæreditatis latens.*
5 *Occaſio introducendi legem inuentarij.*
6 *Lex inuentarij fauorem omnium concernit.*
7 *Lex inuentarij eſt una de quinquaginta conſtitutionibus Iuſtiniani.*
8 *Ius adeundi hæreditatem non excluditur, niſi lapſu 30. ann.*
9 *Anni lapſus priuat poteſtate tranſmittendi.*
10 *Deliberatione petita inuentarium non prodeſt hæredi niſi quo ad falcidiã,*
ſicut

ſicut aes perdit niſi falcidiam in iſto caſu ob non factum inuentarium; numero 11.

12 *Auth conſtitutione non fuit alteratum ius perita deliberationis.*

13 *Deliberans ſi repudiat hæreditatem non facto inuentario, obligatur iis, quibus ea hæreditas ſpectabit, prout illi iurauerint in litem taxato iud. præcep.*

14 *Deliberans elapſo termino ſibi aſſignato habetur pro adeunte, uel repudiante, prout magis cedit ad commodum partis, nu. 15.*

16 *Moram purgare, an hæredi concedatur.*

17 *Tempus integrum repudiandi, ſeu deliberandi, quot ſit dierum.*

18 *Falcidia an perdatur ubi hæres habetur pro adeunte ob lapſum temporis aſſignati ad deliberandum, & non factum inuentarium.*

19 *Contumacia contracta reſpectu unius non officit reſpectu aliorum.*

20 *Confitens ſe hæredem uni eum interroganti non præiudicat reſpectu aliorum, nec etiam reſpectu interrogantis, ſi apparet eum non eſſe hæredem, & confeſſionem fuiſſe erroneam.*

21 *Pro hærede ſe gerens omnibus obligatur etiam abſentibus.*

22 *Pro hærede ſe gerens ob non factum inuentarium incidit in pœnas, in quas incidit adiens ſine inuentario. idem ſi ſtatutum id fingeret. contra Bal conſilio 145 lib. 4. nu. 23.*

24 *Inuentarium ei, qui iam adijt hæreditatem abſque eius beneficij reſeruatione non ſuffragatur ſecundum aliquos, ſecundum autem communem ſcrib. opinionem ſecus, nu. 25. & maxime in tacita aditione, nu. 26. & in expreſſa diſtinguitur. nu. 27.*

28 *Caſt conſil. 396 reprobatur.*

29 *Montic. fallitur.*

30 *Hæreditatem ſemel aditam non licet amplius repudiare.*

31 *Tria tempora, & iura conſideranda quo ad rem inuentarij.*

PRAEFATIO.

1 Veteris quidem iuris † ciuilis ratione hæres acceptãdo hæreditatem ſibi delatam in ſolidum obligatur hæreditatis creditoribus. l. quæ dotis. ff. ſoluto matrimonio & ibi not. l. fina. in fin. princip. C. de iure deliberan. legatariis vero ſeu fideicommiſſariis non vltra certe quam hæreditatis vires patiantur. l. ſi vniuerſæ. C. de leg. l. 1. §. ſi is qui quadraginta. ff. ad Trebel. l. in ratione. §. quod vulgo dicitur, la ſeconda. ff. ad l. falcid, cum his enim per hæreditatis aditionem quaſi contrahere videtur. l. ex maleficijs. § hæres. ff. de act. & oblig. l. apud Iulianũ, § fina. ff. ex quibus cau. in poſſ. eat. §. hæres. inſti. de oblig. quæ ex qua. contr. Iaſ. in l. nemo poteſt, numero quinquageſimoſexto, de legatis primo Cur autem aliter his, atque illis obli-

2 getur hæres, Iaſ. affert † hanc rationem in dicta. l. fina in princip quod ſcilicet par ratio non ſit lucri atque damni. l ſi. C. de codi. quæ ratio plane leuis eſt. Bald. in rubrica de acquirend. hæred. dicit aliter, nempe quod ius defuncti non correſpondet actiue vel paſſiue obligationi legatorum, quæ incipit ab hærede, non ſic in obligatione debiti, quoniam in debitis cũ hæreditas ſit ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti, & quid immateriale abſque corpore. l. hæreditas. ff. de petitio. hæred. neceſſe eſt, vt ad hæredem tranſeant etiam quod non adſint bona in hæreditate, & ſic et am vltra vires, ſed Alex. ait ibi ea ratione id eſſe, quia defunctus legatarius non tenebatur prout ipſis creditoribus. tu rectius pleniuſve dixeris, quod legatum eſt donatio a defuncto relicta &c §. primo, & ibi no. inſti. de lega. & donatarius non tenetur vltra quam facere poteſt. l. inter. § primo. ff de re iudi. Nimirum ergo ſi hæres, qui defuncti perſonam repræſentando ſuſcipit obligationes, prout in illius perſona ſe habere poſſunt, pro legatis non obligatur niſi ad vires patrimonij defuncti, pro ære autem alieno inſolidum. l. ſi te bonis. C. de iure deliberan. quia defunctus non eo minus, quantum ſit reſpectu æris alieni contracti, teneretur ſi viueret, quod ſit inops vel pauper, & non ſoluendo. l. nam is. ff. de dolo. l. ſina C. qui bon. ced. poſſunt, quandoquidem obligatio ad menſuram patrimonij, cum ſit, haud reſtringitur vel moderatur. ex qua certe ratione ſit etiam quod de iure di-

3 uino aliter quam de iure ciuili † accipiatur hæreditas, ideſt non pro illo iure repræſentare defuncti perſonam, & illius obligationes. ſed immo pro ipſis bonis defuncti, hæres ne quidem ipſis creditoribus obligatur vltra quã ipſa bona valeant Bald. in dicta rubrica. ff. de acquiren. hæred. & ibi Alexan. numero nono, Iaſ. ibi in columna tertia, numero decimoquarto, & decimoquinto Pau. de Caſt. in conſilio 213. ſupradicta omnia, & Bald. in dicta. l. ſina. in ſi. princip C. de iure deliber. ex hac autem ſolidi obligatione prouenientе ex aditione hæreditatis, cum ſic adire hæreditates afferret interdum damnum l. ſi hæreditatem. ff. mand. § neque tamen. inſti. de auth. tut factum eſt, vt homines ſæpe ne ſe huiuſmodi implicarent obligationibus, delatas ſibi hæreditates repudiare conſueuerint, & cum Reipublicæ videretur intereſſe teſtamenta non deſtitui, l. vel negare. ff. quemad. teſta. aper. introductum fuit tam ius deliberandi ff de iure deliberan. ne temere adeuntes hæreditatem in diſcrimen huiuſmodi obligationum ſe conijcerent, quam etiam beneficium legis falcidiæ, ne quis teſtantium voluntates contemneret, ex eo quod adeundo hæreditates eorum nullum vel modicum lucrum eſſent facturi. inſtit. de le. falcid. in princip. & ibi not. At qui cum needum ex his ſatis conſultum hæredibus fore experientia aliquãdo do-

4 cuiſſet (æs enim alienum hæreditatis, quod tempore † aditionis latuerat, ex improuiſo emergens imperante Diuo Adriano hæredem magna affecit clade, cui ex ſpeciali gratia ſubuenit,) Gordianus Imperator primum militibus aduerſum talem caſum remedium prodidit. §. ſciendum. inſt. de hær. qual. & differ. mox edita fuit conſtitutio generalis, ne pro ære alieno ex improuiſo emergenti hæredes ſupra vires hæreditatis cogerentur, vt dicunt Accur. Alber. & Bald. in dicta. l. fina. in fin. princip. & Bald. in dicto. §. ſciendum, de qua Iuſtinianum mentionem facere in dicta. l. ſi. & nos illam non habere præfati opinantur, vt ibi per eos. Muntic. hic folio centeſimouigeſimoprimo, numero octauo, verſic. de improuiſis debitis, & numero decimotertio, folio 122. Hæc profecto præſtite-

5 runt † Iuſtiniano ſacratiſſimo Imperatori noſtro occaſionẽ cogitandi aliquid ſalubrius hac in re, qui introduxit ius & beneficium inuentarij, quo prouidetur & conſulitur ne dum ipſis hæredibus vt tempus ad deliberandum impetrare non ſit amplius eis neceſſe, ſed ſtatim abſque vllo timore illaqueandi ſe debitis hæreditatis queant hæreditates adire. dicta l. finali. § ſin autem dubius. ſed etiam ipſis creditoribus hæreditatis, vt quanto citius habeant, quem conueniant. l. & ſi cum. § finali, & ibi gloſ. & Doctores. ff. de pactis. Doctor. in rubrica. C. de ſucceſſo. edicto. Ludouic. Gome. in § ſi quis in fraudem, numero decimonono, inſtitutio. de actio. legatariis præterea proficit dum inuentario ſolemniter confecto a fraudibus & occultationibus bonorum ſecuriores ipſi redduntur, quorum maxime intereſt ab hærede res hæreditatis non occultari, quippe quibus vltimo loco de ſuperfluo bonorũ omni ære prius deducto ſatisfit, ipſi quoque teſtatores ea conſtitutione inuentarij vtilitatem habent non modicam, quãdoquidem eorum hæreditates quiſque adire poteſt, quantumuis non ſoluendo, ſicque hoc ſolatio habendi hæredem non deſtituentur, quod certe multum eſt ſeu plurimi ſit. l. & quia defunctorum ff. de pign. actio. l. qui interrogatur. cum l. ſeq. ff. de interrogat. actio. l. Iulianus. ff. ſi quis omiſſa. Alexan. conſilio vigeſimoſexto, nume. ſexto, libro quinto, ac inde aliud ſequitur, quod in defunctorum dedecus creditoribus bona eorum non tradentur laceranda. §. hoc reſcripto. inſtitutio.

6 de eo cui lib cau. l. prima. ff. de his quæ in fraudem creditorũ, & in ſumma lex inuentarij omnium fauorem concernit, vt dixit Pet. Anchar. in conſilio treceneſimononageſimoquinto, in columna ſecunda, & Iuſtinianus Imperator in §. finali, in Authenti. de hæred. & falcid. ibi, hæc nos vt communiter omnibus proſint hominibus ſcripſimus, quatenus & viuentes relictis potiantur, & deficientes cum ſecuritate potiantur ſcientes &cæt. Montic. ideireo hallucinatur in ſuo tractatu, folio vigeſimoſecundo, numero ſeptimo, quatenus ait fauore tantum hæredis legem inuentarij eſſe introductam, etenim illa ratio, quod alioqui hæres prædictis contradicentibus illud facere nequiret, ſi eorum etiam fauorem concerneret, non procedit, quia immo tangens omnes ab illorum tantum conſenſu non debet pendere, iuxta iuris regulam. Quapropter exiſtimauit Salycet. in l. imponenda. C. de legi. & falci. conſtitutionem de inuentario editam vnam eſſe de

7 numero quinquaginta † conſtitutionum, quas tantopere commendat Iuſtinianus Imperator in §. primo, in princip. conſtitutio. Cod. quod & me credere iuuat, tametſi Hierony. Cagnolus, qui illas recenſuit in l. finali. C. de pactis inter eas hanc minime enumerauerit.

De beneficio igitur inuentarij per hæredem conficiendo, vt de re valde vtili in præſentiarum Deo dante tractare inſtitui, in qua ra in primis diuinum imploro auxilium humili quidem corde, quia Deus ipſe ſolus eſt ſcientiarum dominus, ſine quo ſapere eſt deſipere, Auguſt. in capitulo quinto medita. in principio, & exordiri commode ego ſane arbitror, ſi præſertim animaduertamus hæredem hoc negocio ob delatam ſibi hæreditatem coarctari: nempe quod aut per ſpatium anni & vltra tacebit, nec ſe aliquo modo declarabit hæredem, aut aliquid faciet.

8 Primo caſu † profecto non excluderetur a iure ſuo adeundi hæreditatem niſi poſt lapſum triginta annorum. l. licet. vbi Doctor. C. de iure deliberan. Bar. Bal. Pau. de Caſt. & Ioan de Imo in l. quandiu. ff. de acqui. hær. Iaſ. in conſi. decimonono,

libro primo, Bald. in conſilio 12. libro primo. lapſus enim an-
9 ni non priuat hæredem, niſi † poteſtate, qua moriens tranſmit tit ad hæredes dictum ius adeundi. l. cum antiquioribus. C. de iure deliberan. Marc. in deciſ. Delfi 25. Guid. Pap. in q. 333 hæres. Secundo caſu eſt diſtinguendum conſiderando factum ipſius in hoc quale fuerit, nam aut tempus ad deliberandum petiit, aut non. Quando petiiſſet ſciendum eſt, an adiuerit, an vero repudiauerit hæreditatem, vel etiam an horum nihil fecerit ſimpliciter patiendo tempus ad deliberandum impetratum elabi.

10 Primo caſu, cum † hæreditatem adiuit, ſi inuentarium cō fecit eius commodo ſeu beneficio prorſus non potietur, ſed duntaxat quoad Falcidiam; creditoribus enim hæreditariis non eo minus inſolidum tenebitur, quandoquidem ſecus eſ
11 ſet ſi confeciſſet inuentarium hac deliberatione † non poſtulata, vt dicetur. ſicut in caſu conuerſo quando inuentarium facere prætermiſiſſet, in hoc caſu poſtulatæ deliberationis hæres adiens hæreditatem in aliud diſcrimen haud incidit, quā iacturæ Falcidiæ: hanc enim perdit, non tamen legatarus obligatur vltra vires hæreditatis. l. fi. §. ſin autem hoc aliquis. C. de iure deliberan. ſolumque lex Codicis de inuentario loquens immutauit ius antiquum in hoc, quod voluit confecto inuētario Falcidiam hæredi conſeruari, & eo omiſſo Falcidiæ iacturam facere, cum per ius Digeſtorum, de cuius tempore beneficium & ius hoc nullatenus fuerat cognitum, quoad hoc nihil intererat omittere, vel facere inuentarium, prout iſta conſiderantes tradiderunt Franc. Marc. in deciſ. 488 in 2. par. glo. in d. l. fi. §. cum igitur, in ver. omnibus, quam ſequuntur Barto. & Pau. de Caſt. & Alex. ibi Card. Pariſ. in conſi. 126. nu. 38 libro primo, Leo Speluncæ in tract. de arte nota. in for.
12 adit. hæred. & Doctor. in dicto. §. ſin autem hoc aliquis, † & quoad hoc, id eſt quoad caſum poſtulatæ deliberationis ius nouiſſimum Authenticorum non alterauit quicquā, vt ego opinor, quoniam de hoc caſu poſtulatæ deliberationis nullā mentionem facit, & correctio legum eſt euitanda in dubio. cap. cum expediat, & ibi no. ext. de elect. in 6. l. prima. C. de in offic. dona. & concor. Sed immo videtur clare quod ius deliberandi hodie ſaluum etiam eſſe Imperator expreſſe cauit. §. ſed noſter. inſtit. de hæred. qualit. & differen. dicto. §. ſin autem hoc aliquis.

13 Secundo vero † caſu cum ſcilicet hæreditatem repudiauit, ſi deliberans fecit inuentarium illud (enim per hæredem, vt omni cum ſubtilitate fiat, Imperator iubet, cum deliberās accipit hæreditatis bona) bonis ipſis hæreditarijs reſtitutis, ſe ab omni obligatione liberat, ac eximit, e conuerſo ſi in hoc caſu repudiationis comperiatur non feciſſe inuentarium, dānatur illis, ad quos hæreditas ſpectabit ad ſoluendum extimationem bonorum hæreditatis, prout ipſi proprio ſacramento iudicis taxatione præcedente cenſuerint. d. l. fi. §. ſi quis autem temerario. C. de iure delib. Cuma. in conſil. 30. & Fulgo. in conſil. 82 quod iuramentum in litem veritatis & non affectionis eſſe diximus in tract. de iureiur. in lit. in 2. memb. nume. 23. vtcumque glo. ibi in ver. ſacramento, & alij poſt eam uideantur ſenſiſſe, de quo per Didac. Coua. in cap. 1. nu. 15. ext. de teſtam. & falſum eſt quod dicit Mōtic. vbi ſupra fol. 13. nu 46. hæredem petita deliberatione, niſi inuentarium fecerit, hæreditatem repudiare non poſſe.

14 Tertio caſu † quando deliberans expreſſim non repudiat, nec adit hæreditatem, ſed aſſignatum tempus ſibi elabi permittit, quoad creditores vel legatarios, qui illud ei præfigi curarunt, pro adeunte habetur. d. §. ſin autē hoc aliquis. etenim in non reſpondentis contumaciam fit interpretatio in id, quod contumaci eſt deterius, & ad commodum interrogantis magis cedit, vt inquit Bart. in l. quamdiu la 3. numero quinto. ff. de acq. hæred. quod & probant Salyc. Pau. de Caſt. Corn. Iaſ. & alij in d. §. ſin autem hoc aliquis. Aret. in d. §. extraneis. in-
15 ſtit. de hære qualit & differen. Quo vero † ad ſubſtitutum & venientes ab inteſtato, ſi feciſſent illud tempus ei aſſignari, contraria facienda eſt interpretatio vt hæreditatē, quam adipiſci ſtudent, ipſi aſſequantur. Barto. in d. l. quamdiu. Ioan. de Imo. in l. ſi quis inſtituatur. ff. de acquirē. hæred. & Corn. vbi ſupra, qui de hac re quinque caſus ponit. Quod aliqui intelligunt etiam quod in aſſignatione temporis non fuerit appoſita comminatio, quod ſcilicet alias habebitur pro adeunte, vel repudiante, prout magis ad commodum inſtantis cedet, vt refert glo. in dicto. § ſin autem hoc aliquis. in ver. recuſaue
16 rit. An † vero liceat hæredi moram purgare infra modicum tempus Alex. dubitauit ibi ex eo, quod executio fiat a iure, in quo caſu purgatio moræ non admittitur. l. ſi ſ ſcut. de leg. ſecundo, no in l. inſulam. de verb. obliga. ſed Aretinus in d. §. extraneis. tenuit contrarium ex æquitate canonica. Prædicta concluſio procedit vbi integrum legis tempus ad deliberandum datur: minus enim dari quoad effectum excludendi hæredem a iure deliberandi non poteſt, Doctor. vbi ſupra Fran. Marc. in deciſ. Delfi. 26. ſecus quo ad alios effectus, veluti conſtituendi curatorem hæreditati iacenti, contra quem hæredi
17 tatis creditores valeant actiones ſuas intentare. Tempus † autem integrum eſt in aſcendentibus & deſcendentibus anni ſpatium. l. prima. §. largius ff. de ſucceſſ. edic. l. ſecunda ff. de iure deliberan. extraneis vero eſt numerus centum dierum, Fr. Mar. in d. deciſ. 26. Aret. & Io. de Pla. in dicto §. extraneis. Bar. & alij vbi ſupra, vel nouem menſium, quando datur a iudice, & anni quando conceditur ab Imperiali culmine dicta. l. fin, § ſed quia, & in hac deliberatione facienda obſeruatur, vt proclama fiat in publicis locis contra omnes creditores, vt pro certo loco & hora compareant de eorum prætenſis creditis docturi, ad finem & effectū, vt hæres melius deliberare queat an adire vel repudiare hæreditatem ſibi expediat, Bartol. in l. Ariſto. ff. de iure deliberan. l. prima. §. cum dicitur. ff. de iure deliberan. l. prima. §. cum dicitur. ff. ſi cui pluſquam per l. Fal-
18 cidiam. Redeundo † autem ad rem noſtram in caſu, in quo hæres ob lapſum ſtatuti temporis habetur pro adeunte, quæritur, an beneficio Falcidiæ priuetur, ex eo quod inuentariū non confecit, Salyc. in dicto. §. ſi quis autem, numero trigeſimoquarto, dicebat in hoc caſu Falcidiam nō amitti, quia ius nouiſſimum Authenticorum non loquitur de iſto caſu, quādo habetur pro adeunte, ideo in ſui generalitate corrigere legem Codicis nequit, & maxime, quia non poteſt haberi pro hærede niſi quo ad eos qui terminum aſſignari ei fecerunt, vt dicebat Corn. in dicto. §. ſin autem hoc aliquis. adnotans lapſum termini non inducere veram aditionem vel repudiationem hæreditatis, ſed quandam fictionem ex contumacia, quę non egreditur perſonam, cuius cauſa contrahitur, qui fecit terminum aſſignari: intertuis icciteo, quod ſi ex pluribus ſubſtitutis vnus fecit aſſignari tempus adeundi hæreditatem, & illud tempus lapſum fuit, hæres quantum ſit reſpectu alio-
19 rum adhuc poterit nihilominus hæreditatem † adire, & contumacia contracta reſpectu vnius haud officiet reſpectu aliorum, idque dicit etiam, cum inter creditores quippiam tale contingit. Ego vero contra Salyc. ſentio, quod immo Falcidia amittatur in hoc caſu, quia lex Codicis iſtos caſus æquiperat expreſſim, nec eſt opus in hoc confugere ad ius Authēticorum, & quia non debet ob contumaciam facere conditionem ſuam meliorem l. ſiue hæreditaria ff. de neg. geſt. l. nō fraudantur §. primo, de regulis iuris, & argumentum illud de contumaciæ effectu non extendendo ad alias perſonas non ſuadet, quin reſpectu eius a quo accuſatur contumax, plenū præiudicium patiatur, ſcilicet amiſſionis Falcidiæ, quod eſt aduerſum Salyce. opinionem: vtrum autem quo ad omnes ius Falcidiæ amittere intelligatur, ſi tempus reſpectu omniū, quorum poteſt intereſſe ad deliberandum aſſignatum fuiſſe poteſt videri, vtique quo ad omnes Falcidiam perdere fatendum eſt, & forte non poteſt dici niſi quod reſpectu omnium aſſignatum cenſeatur. quando vero reſpectu alicuius perſonæ duntaxat fuiſſet aſſignatum, tunc ſecus, quemadmodum
20 cum ad interrogationem alicuius confeſſus fuiſſet † hæredem ſe eſſe, & aliter eum eſſe hæredem non appareret ſeu hæredē eſſe non poterat, confeſſio huiuſmodi non præiudicaret cōfitenti, niſi reſpectu interrogantis, vt per Ruin. in conſilio tertio, numero ſeptimo, libro tertio, & in conſilio decimo, numero duodecimo, eodem lib. Bartol. in l. is poteſt, de acquir. hæred. & reſpectu etiam interrogantis non præiudicat, ſi ex actis apparet eum non eſſe hæredem, ſecundum Ruin. in dicto conſilio tertio, numero duodecimo, vtcumq; But. dicat, ibi, numero decimoſexto, volens quod præiudicet reſpectu interrogantis tantum, cum non potuit eſſe hæredem, alioquin
21 etiam reſpectu cæterorum † præiudicet. Similiter repudians hæreditatem, ſi poſtea dicat, ego ſum hæres volo tibi ſoluere, illud ſibi non præiudicat, niſi quo ad eum tantum, & non quo ad alios, vt per Borgn. Caual. in tractatu de tuto. & curato. folio quinquageſimooctauo. Aliud quidem dicendum eſt quando quis ſe pro hærede geſſiſſet, is enim quo ad omnes habetur pro hærede, ut per Alexand. in conſilio trigeſimoquinto, ad fin. libro ſeptimo. nam ſicut quando expreſſim hæreditatem quis adit delatam ſibi, obligatur omnibus etiā abſentibus ſecundum Bald. in conſilio trecenteſimoſeptuageſimoquarto, quæritur, vtrum. numero ſecundo, libro quarto, vbi dixit adeuntem quaſi contrahere, & ex quaſi contractu etiam abſenti quæri legibus per eum ibi allega. idem tenet Barto. in l. finali. ff. de interrogato. actio. Haym. Crauetta in conſilio pro genero. numero quadringēteſimoſexageſimoſexto, verſiculo, quinto pro reſponſione, ita cum aliquo facto declaret ſe hæredem, quoniam nihil intereſt, an verbis, vel facto aliquo quis animum ſuum declaret,

l Paulus.

l. Paulus. ff. rem ra. hab. l. reprehendenda. C. de inſtitu. & ſub-
ſti. cap dilecti. extra de appellat. & hæreditas ſolo animo adi-
tur. Barto. in l. gerit. ff. de acquiren. hæred. & ideo is qui geſſit
22 ſe pro hærede † non facto inuentario in pœnas per legem in
uentarij appoſitas incidit, vt per Guid. Pap. in conſilio 173. &
in conſilio 226. & patebit ex infra deducendis. hoc idem, ſi
23 ſtatutum † fingeret aliquem hæredem etiam vbi alias non ſe
feciſſet hæredem. nam quamuis iſtud agat per fictionem legis,
& ex hoc appelletur hæres fictus, attamen non poteſt nega-
ri, quin verus re ipſa ſeu in effectu ſit hæres, quandoquidem
in his, quæ ſunt iuris ciuilis, & pendent a legis poteſtate id,
quod agitur per fictionem ſeu legis diſpoſitionem, certe ſe-
cundum veritatem agatur. Doctor. in l. ſi is qui pro emptore,
ff. de vſucapio. & tantum operatur fictio in caſu ficto, quan-
tum veritas in caſu vero. l. lex Cornelia. ff. de vulga. & pupil. l.
ſi filiusfamil. ff. ſi certum petatur. & de modo, quo res ipſa in-
troducitur, non eſt curandum, iuxta not. per Bal. in l. de quib.
per illum tex. ff. de legi. & conſuetu. prout arbitrati ſumus in
caſu dotis & poſſeſſionis per ſtatutum fictæ, quod iudicatur
prout de vera, ſeu per modum verum & naturalem introdu-
ctæ, vt in noſtro tractatu de lucro dotis in gloſ. 10. Nec huic
obſtat dictum Corn. in conſilio nonageſimoprimo, nume-
ro trigeſimoquinto, libro primo, quoniam ipſe loquitur, quã
do ſtatutum diſponit de modo ipſo probandi aliquem hære
dem, quod non procedat in probatione ficta, quod tamen
etiam non tranſit abſque difficultate, vt ex allegatis per nos
in dicto tractatu in dicta gloſ. 10. Vnde quod Bald. in conſi-
lio centeſimoquadrageſimoquinto, ſuper primo, libro quar
to, in nouis dixerit fictum a ſtatuto hæredem non incidere
in pœnas hæredis non conficientis inuentarium, haud ego p
bare poſſum, attentis prædictis. Alterum & ſecundum eſt ca
put, quando hæres non petiiſſet deliberationem, & in hoc ca
ſu aut repudiauit, aut adiuit hæreditatem: quando repudiauit
non eſt quid dicamus, niſi quod hæres non eſt, & quod hære
ditarijs obligationibus obnoxius eſſe non poteſt, vt de ſe pa
ter. quando vero adiuit, quærendum eſt, an adiuerit ſub pro-
teſtatione ſeu reſeruatione beneficij, ac iuris conficiendi in-
uentarij, an vero ſimpliciter. in primo caſu, ſi poſtea infra de-
bitum tempus confecit inuentarium ſolemne, eſt res expedi-
ta, ſcilicet quod ei beneficium inuentarij competat: in ſecũ-
24 do caſu eſt quæſtio inter Doctores. Nam aliqui † volunt in-
uentarium tametſi infra legitimum tempus confectum ſo-
lemniter reperiatur, hæredi tamen nõ ſuffragari, ea eo, quod
adiuit abſque huiuſmodi reſeruatione, ſeu proteſtatione, vel
etiam geſſit ſe pro hærede. in iſta opinione fuit Angel. in l. pri
ma § hæc ſtipulatio, numero vigeſimoquinto, verſ. caueant.
ff. ſi cui plus quam per l. Falcid. vbi propterea hæredes admo
net, vt caueant adire vel gerere ſe in aliquo pro hærede. ac e
contra inſtruit aduocatum creditorum, vt curent iſtud pro-
bare contra hæredem nitentem in beneficio inuentarij, qđ
ſcilicet prius ſimpliciter adiuerit vel geſſerit ſe pro hærede, vt
ab eo iure ipſum excludant. hoc idem firmat Angel. in dicta
l. fina. in princip. C. de iure delib. ſequitur Alexan de Neuo, in
conſilio trigeſimooctauo, numero decimoquinto, Vital. Cã
bia. in tractatu clauſ. in clauſ. nihil innou. pend. inuent. nume
ro decimoſeptimo, Alber. in dicta l. fina. §. cum igitur. Rich.
Malumb. & Cyn. ſic tenuiſſe refert Porcel. in tract. de inuent.
in princip. numero ſecundo, Dec. in conſilio 663. nu 9 Aret.
in §. extraneus autem. in fi. inſtitu. de hæred. qualit. & differen.
Riminal. in conſilio 584 hoc firmat, inquiens, quod poſtquã
hæres ſemel adiuit hæreditatem ſimpliciter, nequit amplius
pœnitere, ad ius inuentarij recurrendo. idem videtur velle
Specul. in titu. de inſtru. edit in §. fina. nume 18. verſ. ad hoc
vt ſcias. & omnes ea mouentur ratione, quoniam ſimpliciter
adeundo videtur hæres beneficium hoc contempſiſſe, & p-
pria voluntate ſe ſubieciſſe obligationibus hæreditariis. d. l.
25 ſi §. cum igitur. † Pleriique vero contra tenent. Porcel. vbi ſu
pra. Alexan. in dicta. l fina. in fi. princi. io ter. verſi nota in ver-
ſicu. cum igitur, vbi refert Bald. in quodam conſilio ſic tene-
re, & Iac. de Are. & Pau. de Caſt. in conſilio 212. quem ego re
perio vere contra Angel. conſuluiſſe in conſil. 276. Paſſus de
quo quæritur, in antiquis, idem tenuit Pau. de Caſt. in d. §. cũ
igitur, & Saly. in d. §. ſin autem dubius. 7 nu. in verſ iuxta hoc
quarto, Corn. in d. l. ſi in prin. Ioan. de Imo. in d l. j §. hæc ſtipu-
latio. Ioan. Andr. in addis. ad Specul. in titulo de teſtament. in
rubrica, in columna ſecunda, Felyn. in cap. cum M. Ferrarien.
numero 54. verſi. hanc concluſionem. extra de conſtitut. ſe-
quitur conſil. Caſt. contra Ang Pau de Caſt. in conſilio 266.
in quæſtione quæ vertitur, ad fi. in ver. ſexto quæritur. & iſtam
communem appellat Montic. hic, folio 45. numero octauo,
Steph. Bertran. in conſillo nonageſimoquinto, numero ſecũ
do libro … vbi atteſtatur in hoc de cõmuni cõtra opinionẽ
Angeli, & eſt in 2. quatuor lib. eius conſilio: quod & probat
Ioan. Dilect. in tract. de ar. teſta. ſub rub de acquir. hæred. in
caut. 15. ad fi & idem vult Haym. Crauet. in conſilio 53. nu-
26 me. 17. Horum † opinio facile admittenda eſt in caſu tacitæ
aditionis, quæ inducitur ex aliquo facto, quo ſe geſſit pro hæ
re. l. pro hærede. & ibi no. ff. de acqui hære. vt probat Paul. de
Caſt. in d. conſ 276 reprehendens Angelum, quòd in hoc ni
mis inanimaduertenter fuerit loquutus, ex eo quod hæres,
cum facit actum, ex quo reſultat hæreditatis aditio principa
liter haud agit de faciendo aditionem, ideſt vt ipſe adeat, ſed
principaliter agit, vt compleat & explicet actum quem gerit,
& licet ex hoc proueniat & ſupponatur obligationibus hæ-
reditariis, id tamen contingit præter vel pene contra volunta
tem agentis, vel eius primam intentionem. l. ſi is qui. § fina ff.
commod. vnde videri non poteſt eum voluiſſe beneficio &
iuri inuentarij renuntiare, præſertim quia præſumi aliqua re-
nuntiatio non debet in dubio. cap. ſuper hoc, extra de renun.
ita dicit Haym. Crauet. in conſilio trigeſimotertio, numero
decimoſeptimo, pro quo conſiderat Caſtren. textum in d §.
cum igitur. loqui, quando quis recta via adit, ideſt quando ex
preſſim adit, & directo: item & ſpe certiſſima, & ſic quando
expreſſim patet voluiſſe ſe obligare hæreditariis creditorib.
ergo ſecus, quando non expreſſim, ſed tacite, nõ directo, ſed
per obliquum in conſequentiam alicuius actus, vt tunc eue-
nit. l. prima. l. quod dicimus. ff. de auth. tuto. nõ certiſſima, ſed
dubia voluntas deprehenditur in hærede, quod ipſis volue-
rit obligari. tunc enim omnis iuris ratio dictat, vt iuri & be-
neficio alias ſibi competenti renunt'aſſe non cenſeatur. Ad-
de quod ex actu gerentis ſe pro hærede colligi nequit, niſi ta
cita voluntas, quæ tametſi efficiat, vt in omnibus & non quo
ad illum actum ſolum cenſeatur hæres. gl. in l. reſtituta, in prin
cip. in ver. earum, in fi. ff. ad Trebell. Ioan. Cepha. in conſi. 139.
nume. 13. lib. 1. extendi tamen non debet, vt ex ea aliud taci-
tum ſucceſſiue producatur, ſcilicet quod tacite voluerit ei be
neficio renuntiare, quia tacitum ex tacito ſumpto produci
negatur. glo. magiſt in clem. ſæpe, circa fi. in verſ. videtur. de
verb. ſignif. l. prima § Iulianus ff. de itine. actuque priua Bart.
in auth. qui rem. C. de ſacroſ. Eccleſ. Pau. de Caſt. in cõſi. 333.
viſa appellatione interpoſita, in col. tertia, in antiq. & Dec. in
conſilio 72. viſo. in fi. And. Tiraquel. in legi connub. in glo. 7.
expreſſ. nume. 50 verſ. quod & ex eo, quia ſpecialia non mul-
tiplicantur. l. 1. C de dot prom. Dec. in l. ſingularis. ff ſi cer pet.
& ita in ſimili reſpondet Ruin in conſilio 140. nu. 14 libro 2.
27 Caſus autem, quando † hæres adiuit expreſſim hæreditatem,
dubius quidem eſt & Pau. Caſt in dicto conſil. 276. putat di-
ſtinguendum eſſe, aut enim hæres cum adit præſatur hæredi
tatem eſſe opulentam, & tunc opinio Angeli procedat quaſi
quod colligatur tunc, quod ſpe certiſſima adiuerit, & de hoc
inuentarij beneficio non curauerit, ſeu illud contempſerit &
in his terminis procedat tex. in dicto. §. cum igitur. Aut quip
piam tale hæres in adeundo hæreditatem præfatus non fuit,
& tunc ſecus ceſſante eo, quod ſpe certiſſima ductus adiuiſſe
dicatur. Nam actus adeundi ſolus de ſe, inquit ipſe, eſt actus
ad vtrunque caſum indifferens, quod ſcilicet adiuerit ſpe cer
tiſſima, & quod non, ideſt quod voluerit abſque beneficio
inuentarij adire, & quod non, & qualis in eo fuerit animus
adeundi ex ſubſequentibus declaretur ac intelligi poteſt. §. pa
uonum. inſtitu. de rerum diuiſ. l. ſi concubinas. §. res amotas.
ff. rerum amota. l. ſed Iulianus proinde ff ad Maced. l. cum
quibus. C. de natu. lib. faciendo ergo inuentarium infra tem
pus a lege ſtatutum declaratur qualis tunc eius animus fue-
rit, ſcilicet ferendi beneficio inuentarij, & non ei renuntian-
di, & præſertim ſi in continenti vel modico interuallo tem
poris intercedente hæres ad ipſum conficiendum ſe accin-
xerit. lege, ſi ventri. §. in bonis. ff de priuileg. creditorum. &
nota. in l. poſt contractum. ff. de donatio. & io hoc caſu pro
teſtatio non fuit idcirco neceſſaria, ſubdit Caſtren. quoniam
ſciebat ius ſuum durare. l. ſicut. §. non videtur. ff. quibus
modis pign. vel hypoth. ſed potuiſſet vtilis videri ad ani-
mi ſui declarationem, ex abundanti cautela, vt in lege. at ſi
quis. §. pleriſque. ff. de religioſ. & ſump. fun. ſicque conclu-
dit in hoc caſu beneficium inuentarij competere, quamuis
ſimpliciter adierit, quod vt receptius, ita æquius eſſe mihi
28 videtur. Adde † quod Caſtrenſ. in conſilio trecenteſimo-
nonageſimoſexto, ſuper dictis dubiis. in antiquis, dicit,
ex eo q ſimpliciter adiit hoc beneficio priuari quo ad credi-
tores, ſed non quo ad Falcidiæ, & Trebellianicæ deductio-
nem, quod non puto verum.
29 † Quemadmodum etiam opinor falli Montic. dum dixit
verius eſſe quod licet hæres adeat ſpe certa, & non proteſte-
tur, a conficiendo inuentario intra tempus legitimum, ex
hoc non arceatur, etenim rationes ibi adductæ fol. 6. nume.
vigeſimoſecundo, haud procedunt in ipſo caſu hæreditatis
ſpe certa aditæ, vt patet ex prædictis, ipſe tamen infra fol. qua

diage-

dragesimoquinto, numero octauo, aliter tenet quando ſpe certiſſima adiuit, vel ſi euidenter hæreditas locuples eſt. & folio 124 numero vigeſimoprimo, deterius loquitur, dum ait adeuntem ſpe certiſſima non repelli ab hoc inuentario faciendo, niſi ſic adeundo declaret etiam quod non repudiabit poſtea hæreditatem. ad quid enim iſta declaratio, ſi non 30 licet hæreditatem † ſemel aditam repudiare. l. ſicut. C. de repud. hæred. & ibi gloſ. & Doctor. & Corne. in conſilio centeſimoſexageſimoquinto, numero quadrageſimoſeptimo, libro ſecundo, & melius idem Corn. in conſilio 310. principaliter, in columna tertia, libro tertio, Calca. in conſilio ſeptuageſimo, & ipſemet Monticu. folio 124. numero vigeſimoſecundo, Prati. Pap. in for. lib. quo. per. hæred. ex teſtamen. in gl. pure. numero octauo, niſi tamen fuerit filius ſecundum Doctor adeo quod pater non auditur adire volens poſt factam repudiationem. Roland. a Valle in conſilio trigeſimonono, libro tertio, & iſtam quæſtionem Caſt. tangit etiam in conſilio 275. Ti nuncupatiue. vbi alias excitat in hac re dubitationes, quas non reſoluit, & de eis nunc agendum non eſt. Cæte 31 rum rectius poſſumus præmittere quod tria † ſunt tempora, & tria iura ad materiam inuentarij conſideranda.

Primum iuris Digeſtorum, & hoc tempore inuentarium ex ea forma non conficiebatur, nec aliquod pariebat beneficium.

Secundum tempus conſtitutionis Codicis, per quam certa forma inuentarij per hæredem faciẽdi fuit introducta. qua ſeruata aduerſum creditores vel legatarios obtinebat ne poſſet ſupra vires hæreditarias compelli, & actiones ſibi competentes non confunderentur: illa vero non ſeruata patiebatur omnia præiudicia vetera, ſcilicet confundẽdarum actionum amittendæ Falcidiæ, & obligandi ſe creditoribus inſolidum, non tamen legatarius. d. l. fina. § ſin autem hæc aliquis.

Tertium eſt iuris nouiſſimi Authenticorum, ex cuius diſpoſitione conficienti inuentariũ ſub debita ſolennitate omnia prædicta præſtabantur: Illud vero contemnens vltra præfata præiudicia, obligabatur etiam legatariis inſolidum, id eſt vltra vires hæreditarias. §. ſi vero non fecerit, & ibi glo. & Doctor. in Authen. de hæred. & falcid. Quæ quidem tria tempora & iura annotauit & Barto. ibi Bald. Pau. de Caſtro Alexan. & Iaſon in dicto. §. ſin autem hoc aliquis, & Ioan. And. in ad. ad Specul. in dicto. §. fina. in addit. in verſ. hæredis. in titulo de inſtrumen. edit. Et nota quod cum hodie perdatur Falcidia ex non facto inuentario hæres non habet interdictum quorum bonorum contra legatarium, qui propria auctoritate apprehendiſſet rem legatam, ſecundum Rimin. in conſilio centeſimotrigeſimotertio, quia eius non intereſt in caſu non facti inuentarij in quo Falcidiam amiſit, eius rei poſſeſſionem recuperare, vt ibi plenius ipſe dicit. Hæc introductionis cauſa præfatus tractatum huius inuentarii proſequendo ipſum diuido in has octo partes principales. Non enim immorabor vel circa diffinitionem vel alluſionem & ethimologiam vocabuli & ſimilia ab huiuſmodi principiis exordiendo, hoc enim pertinet ad legentem, vt Montic. facit in trac. de hac re ab ipſo conſcripto, folio 14. & 16.

Primo itaque videbimus de tempore inchoandi ac perficiendi inuentarij.

Secundo quibus expediat illud conficere.

Tertio quæ ſint ſeruanda in eius confectione.

Quarto quodnam priuilegium habeat hæres durãte tempore faciendi inuentarium.

Quinto dicemus inuentario ſolemniter abſoluto quæ ſit eius virtus & in quibus hæredi proficiat.

Sexto econuerſo, in quibus hæredem minime releuat.

Septimo caſus in quibus omiſiſſe inuentarium facere hæredi non officit recenſebimus.

Octauo & vltimo dicemus in quo foro lex inuentarij ſit obſeruanda & quando ius inuentarij deducatur in iudicium. quibus peractis, Deo fauente, erit abſolutus præſens tract.

Primæ Partis

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium infra tres menſes a die ſcientia, oportet inchoari, & perfici: ſed ſecundum communem illud tempus incipit a die adita hæreditatis. numero 2.*

3 *Lex mandans hæredi, intelligitur mandare poſt aditam hæreditatem. opinio communis ab autore damnatur, & acriter reprehenditur.*

5 *Declaratio l. 3. § ſi quas hæredis ff de ſtatu lib.*

6 *Inuentarium poteſt fieri antequam hæreditas adeatur. contra, nu 8.*

7 *Actus tam eſt nullus, cum ſit ante tempus, quam cum ſit poſt tempus elapſum.*

9 *Communis ampliatur, quod currat a die aditionis etiam tacita.*

10 *Statutum expreſſim diſponens, quod tẽpus ẽt ignoranti currat, non valet.*

11 *Scire quis non dicitur niſi ſciat cum omnibus ſuis qualitatibus.*

12 *Scientia quomodo probetur.*

13 *Mulieris prægnantis caſus, an ei currerit tempus faciendi inuentarium.*

14 *Lite ſuper hæreditate pendente non currit tempus faciendi inuentarium.*

15 *Filiofam. vel ſeruo hærede inſtituto, oportet ſcientiam filij & patris probare, vt hoc tempus currat.*

16 *Error Montic.*

17 *Dies ad conficiendum inuentarium, an ſint vtiles, vel continui, & quomodo vtiles dicantur nu 18.*

19 *Tempus in dubio intelligitur de continuo.*

20 *Iuſtum impedimentum facit, vt non currat tempus faciendi inuentarium, & quæ ſint iuſta nu. 21. 22. 23.*

24 *Mauritij opinio damnatur volentis ob æs alienum latens dari in integrum reſtitutionem aduerſum aditionem hæreditatis.*

25 *Paupertatis impedimentum an iuſtum ſit remiſſiue.*

26 *Impedimentum quomodo probetur.*

27 *Anni ſpatium datur ad conficien. inuentarium, quando res abſunt.*

28 *Termini prima parte elapſa an in reliquo & inchoari & perfici poſſit inuentarium.*

29 *Mora poteſt purgari, quando neminem lædit.*

30 *Tempus faciendi inuentarium an prorogari queat.*

31 *Terminus ſi præfigitur a iudice, vel eius miniſterio poteſt prorogari, ſecus ſi ſtatuitur a lege abſque miniſterio iudicis.*

32 *Fideicommiſſario tempus conficiendi inuentarium quando currere incipiat.*

33 *Tempus, quando teſtator mandaſſet inuentarium poſt certum effectum, vtrum intelligatur incipere ante aditionem hæreditatis.*

34 *Tempus inuentarij faciendi ſi eſt elapſum, vtrum hæres moram purgando valeat illud facere, ita quod ſibi proficiat.*

Primo itaque ſciendum eſt Sacratiſſimum Imperatorem in ſua Codicis conſtitutione, de qua in 1 d. l. fina. in §. ſin autem dubius. ſtatuiſſe † hæredem oportet inuentarium incohare infra triginta dies, & infra alios ſexaginta dies enumerandos, a die qua hæres nouit aperturam tabularum, uel in caſu ſucceſſionis ab inteſtato a die qua cognouit hæreditatem ad ſe delatam abſoluere & conſumare, qua legis diſpoſitione certe quicquam clarius eſſe nequit. Attamen noſtri commentatores excitarunt quæſtionem, vtrum hoc oporteat a die aditæ hæreditatis intelligi ſupplendo textum. & plerique tradiderunt non incipere tempus inchoan 2 di inuentarium, niſi poſt aditam hæreditatem † Accur. in d. l. fin. in gloſ. in uerſicu. delatam, & poſt eam Bartol. Bald. Angel. Alexan. ibi, qui vltra alios ſic refert teneri a Petro, Cyno, Iaco. Butrig. Fulgo Bened. de Plumb. Dec. in conſi 633 numero 2. uerſicu. ſecundo quæritur de inuentario Barto. in §. ſi enim, numero 5. in Authen. de hæred. & falcid. Soc. Iun. in conſi. 19. in colum. vlt. libro 3. ubi atteſtantur de communi pro iſta parte, idem ait Corneus, in conſi. 165. circa primum. numero 40. libro 2. & Monticulus, in hoc tract. fol. 44. nume. 3. Raph Cuma. in conſi. 73. Ludo. Roma. in conſi. 84. Abb. in conſi. 73. lib. 2. Paul. de Caſt. in conſi. 396. ſupradictis dubiis, in colum. 1. & in conſi. 368. viſo puncto ſuprafcripto, in col. 3. uerſic. item dico Galuanum, & in conſi. 291. circa primum dubium, in colum. 2. uerſic illud uero legale inuentarium, in antiquis. And. Alciat. in reſpo. 381. numero 9. Guid. Pap. in conſi. 195. numero 5. Aymon. Crau. in conſi. pro genero, numero 479. uerſicu. & quia circa tempus. Pro quo ponderant in primis tex. in d. l. fin. §. ſi uero poſtquam, ibi poſtquam adiuerit inuentarium &c. quod ſcilicet prius aditur, & poſt inuẽtarium conficitur, ergo poſt aditionem hæreditatis incipit tempus conficiendi inuentarium, ex hoc textu ſupplẽdo textum in d. § ſin autem dubius, vnus enim textus ſupplet alium l. quæſitum. ff. de teſtibus, glo. in l. qui reſtituere. ff. de rei vẽd. 3 † Secundo probant ex eo, quod quoties lex mandat aliquid fieri per hæredem infra certum tempus, id ſemper intelligitur mandari, ut poſt aditam hæreditatem id eſt per hæredem qui adiuerit, id fiat, & infra tempus præfixum a die ſcilicet aditionis computandum Alexan. in conſil. 36. viſo, in col. 2. lib. 4. Cor. in conſ. 244. lib. 1. Dec. in d. conſ. 633. l. Lucius, la 1. ff. de fideic. lib. Bal. in l. fi. in prin. C. ſi pend. appell. mors interue. Tertio ponderant ad hoc tex. in d. § ſin autem dubius, dũ iubetur ſignum venerabilis crucis manu hæredis in inuentario apponi, quod declarat aditionem hæreditatis præcedere, quoniam alias id nõ poſſet facere. Vltimo confirmant tex. in §. donec. d. l. fi. quatenus durante inuentarij faciendi tempore vetat aliquo pacto hæredem inquietari, quod eſſet ocioſe dictum, ſi non præſupponeretur adiuiſſe hæreditatem ante aditionem enim hæreditatis, & aliter quidem ſcit hæredem conueniri, vel vexari minime poſſe. Doctores igitur concludunt iſtud tempus a die aditæ hæreditatis incipere ſuum curſum,

curſum,& non prius. Et quoniam eſt in poteſtate hæredis aditionem hæreditatis differre vſq; ad triginta annos. l. licet. C. de iure deliberan.& diximus ſupra,& poſſet abſurdum videri,quod tempus conficiendi inuentarij non inciperet decurrere niſi poſt dictos triginta annos & tamdiu cõfectio inuentarij procraſtinaretur. Bart. & ſequaces ſuam ſententiam declarant procedere,dummodo per malitiam non protrahatur aditio.l.3.§.ſi quis hære.ff.de ſtatu libe. & iſtam malitiam colligi in propoſito dicit Roma in dicto conſilio 84 in col.2. & poſt eum Roland.a Valle in conſilio 73. nume.25. libro ſecundo,quando differret,vt fructus legatorum interim lucraretur,& hoc dicebat Roland.in ſuo caſu probari,quia teſtes deponebant hæredem dixiſſe hac de cauſa ſe protraxiſſe aditionem hæreditatis. Alij vt Aug Bero.in quæſt 62 & Hie. Bello.in conſi.68.dixerunt hæredem malitioſe differre aditionẽ hæreditatis tunc conuinci eo ipſo,quod cum primum poteſt non adit. Demum huic abſurdo occurritur.ait Vital.Camb. vbi ſupra,ſi creditores,vt poſſunt,aſſignari fecerint hæredi tẽpus adeundi,tunc diutius aditionem differre minime poterit per iam ſuperius allegata, ſicque abſurdum ceſſare poſſe in dicta concluſione tenenda ipſe arbitratur,† verum iſtam opinionem manifeſte falſam eſſe nos fateri oportet, dum magis contextum ipſum inſpicere,quam verba gloſſatorum ſeu cõmentatorum conuenit. Et in hoc mihi videtur verificari caſus,de quo valde timuit Imperator noſter ſacratiſſimus,dum vetuit ſuas conſtitutiones & leges gloſſari.& eis commentarios interpretum fieri,vt l.j.§ hoc autem.C.de vete iu.enucl. ne ſcilicet interpretatione peruerterentur leges ſuæ,vt per eũ ibi. Alias autem legum interpretationes immo magis peruerſiones iactare non cõcedimus, ne verboſitas eorum aliquod legibus noſtris afferat ex confuſione dedecus,&c. Nam text. ipſe eſt clariſſimus de ſe,quod iſtud tempus incipiat a die ſcilicet ſententiæ delatæ ad eum hæreditatis,& nõ poteſt cauillari,quin aperte hoc dicat,vt aiunt Pau de Caſt.in d.l fi.§. ſin vero poſtquam,& Alex.ibi,nume 6 & poſt Raph.Cum Con. in d.§.ſin autem dubius.in col.7.in ver delata. in fin. & Saly. ibi in colum.3.qui propterea inuehit aduerſum Doctores, qui euntes more pecudum vnus poſt alium, aduertere prætermittunt veritatem iuris,vel propter deſidiam,vel propter humanarum rerum occupationem,ideo Augu.Bero.in d.quæſtio.62.refert Doctor. communiter fateri tex.noſtrum diſponere,quod hoc tempus incipiat a die dictæ ſcientiæ, ſed ipſi aliud volunt melius exiſtimantes eſſe,quod incipiat a die aditæ hæreditatis ſecundum ſupra recenſita. quod ego nunquã deſinam ſatis admirari,quod ſcilicet ſit tanta ſcribentium audacia,vt proprium ſenſum prætulerint ipſi legis ſenſui admodum claro,immemores quidem præcepti de quo in capitu. ne innitaris. extra de conſtitutio. nec non eius, quod dicere frequenter ſolemus legi,quantumuis duræ,ſtãdum eſſe.l. qui proſpexit.ff.qui & a quibus, & tanto magis de his mirandum cenſeo,quo minus ſentio aliquam iuris rationem ſuadendi aliud,quam Iuſtinianus ſanciuerit, in hoc, per eos in mediũ aſterri. Nam argumenta eorum opinionis ſuadent hoc vnũ duntaxat,quod inuentarium conficere volens hæreditatem adire prius debet,quid tamen inde? Nunne ſimul poſſunt ſtare,quod aditio hæreditatis præcedat, & tempus conficiendi inuentarium incipiat a die ſcientiæ hæreditatis delatę,& quo ad effectum conficiendi inuentarij, & eius beneficium aſſequendi,hodie opus ſit hæredi adire infra dictum tempus inuentarij, tametſi alias valeat infra tempus triginta annorum adire meo quidem iudicio nihil refragatur, ſed plane æquitas ſimul,atque iuris ratio dictat in hoc caſu,quod hæres nihil immoretur adire hæreditatem, poſtquam hæres certior, & tutus redditur inuentario confecto nullum periculum ex aditione ſibi imminere,ſeu latere poſſe,vt & Iuſtin. ipſe in dicta ſua conſtitutione potiſſime animaduertit in dicta. l. fina. §. ex omnibus, & in §. ſed quia. ceſſante enim cauſa debet effectus ceſſare iuxta vulga. vnde conſequentia Doctor. ex eo quod arguatur aditionem hæreditatis præcedere debere confectioni inuentarij,profecto minime valet, vt iccirco tẽpus a die præfatæ ſcientiæ nequeat incipere, & quando hoc tempus conficiendi inuentarium non poſſet incipere ante aditam hæreditatem ſecundum communem Doctorum ſententiam prædictam,vtique ab ea abſurditate nequaquam ſaluaretur, quoniam textus citatus per eos in dicta l tertia. §. ſi quis hæred.nihil fecit ad hoc,nam ibi agitur de adimplemento conditionis,quæ ſemper habetur pro adimpleta, quando ſtat per hęredem quominus adimpleatur,iuxta regulam in c. cum ſtat,& ibi nota de regul.iuris,in ſexto.l.iure ciuili.ff.eo. l.iure ciuili.ff.de conditio.& demonſtratio.ibi ergo,quod hæres diſtulerit hæreditatem adire fecit quidem, vt conditio, quę adita hęreditate fuiſſet adimpleta,haberetur ipſa pro adimpleta,ſed non vt ea ex moroſa aditione,ſeu ex ea mora adeũdi habeatur hæres,perinde ac ſi adijſſet,vel habeatur pro adeunte abſolute: Vnum longe differt ab alio, vt de ſe patet, & cum nullibi a lege præfigatur tempus adeundi, niſi triginta annorum,vt eſt dictum, ſi etiam præſupponatur illud tempus non reſtringi in caſu volentis beneficium inuentarij, ad ipſum tempus inuentarij inchoandum a die prædictæ ſcientiæ,qua ratione dicetur hæres in dolo vel malitia protrahendo aditionem hæreditatis vſque ad triginta annos? quod enim aliquis facit lege permittente per dolum, vel malitiam fieri minime dicetur.l. Gracchus. Cod. de adult. & non facit alicui iniuriam,qui ſuo iure vtitur.l.nullus,& ibi not ff de regulis iuris,& nihilominus qui negabit in hoc caſu abſurdum, ſcilicet quod hæres differat per triginta annos hanc aditionem? Cum Imperator inuentarij legem adinuenerit potiſſime,vt abſque mora hæreditates adirentur. dicta l. fina. §. ſin autem dubius. Præterea redargueretur eorum opinio, ſi ve-
6 ra eſſet alia ipſorum concluſio † quod ſcilicet hoc inuentarium poſſet fieri antequam hæreditas adiretur. Dec. in l. debitori,numero decimoſexto.C de pact. Pau de Caſtro, in dicto.§.ſin autem dubius,numero ſexto,& Corne. ibi, numero ſexto, verſicu.in textu ibi ſupponere,& Iaſ. ibi,Bertach. in tractatu de epiſcopo, in quarto libro,in quarta parte, nume. trigeſimoquinto,Neuiza.in conſilio nono,& Montic. vbi ſupra,numero quarto,vbi dicit fatuum eſſe dubitare, an hæres hoc inuentarium facere queat,antequam adeat, & non præſumi ea confectione inuentarij hæredem adiuiſſe,quod & repetit folio 56.numero tertio,& alibi pluribus in locis ſui tractatus,nam & hoc tempus illud conficiendi, vt incipiat, vel queat incipere ante hæreditatis aditionem,a die,ſcilicet præfatæ ſcientiæ oportet ex hoc,quod alioquin non valeret con
7 fectum † ante aditionem hæreditatis, quandoquidem actus tam in caſu,cum fit ante tempus inchoatum, quod pro actu faciendo aſſignatur,irritatur ſeu nulliter geritur, quam in caſu,cum fit poſt elapſum tempus ad actum faciendum. Pau. de Caſtro in conſi. 17.ſuper primo dubio li quęritur,in col 2. verſ.interdum eſt certum,in antiquis.l.tertia.ff.de procu.Bal. poſt glo.in l.fi.C.qui admitti. Haym.Crauet. in conſilio 156. numero quinto. Sed quoniam iſta concluſio non eſt vera,in
8 hoc fundamento vim non facio. Nam † eſt aduertendũ text. in l.fina.§ ſin autem hoc aliquis,loqui de inuentario,quod fit antequam quis deliberet, an ſibi expediat adire vel repudiare hæreditatem,iſtud neceſſe eſt fieri ante aditionem,& quo ad hoc recte ſentiunt pręallegati,nam vt inuentarium quod fit non cauſa deliberandi,ſed quia vult eſſe hæredem cum tali beneficio,plane conficiatur aditione præmiſſa declarando ſe prius hæredem, oportet dicere vt per Franc. Marc.in deciſ.Delfi 489.in ſecunda parte, & Leo Spelun.in tractatu de artic.notar in forma aditio. cum benefic. inuent. poſt Cyn. & Marti.Sylla.& Alexand.vbi ſupra, reſpondentes ad dictũ §.ſin autem hoc aliquis, vt per nos, ideo Monticu. vbi ſupra grauiter errat in illa ſua opinione, ſuper qua plures cõcluſiones cum fecerit paſſim in illo ſuo tractatu in eis omnibus deceptum fuiſſe dicere conſequens eſt, iuxta vulga. & vnam eius concluſion in folio ſeptuageſimoquinto, numero ſexageſimoſexto, notabis pro exemplo rei, & folio centeſimo, numero centeſimoſexageſimooctauo. Verum ex alijs ſuperius conſideratis ſatis ſuperque conuincitur communis opinio ſcribentium, & contraria ſententia omnino eſt amplectenda; quod, ſcilicet incipiat tempus conficiendi inuentarium a die ſcientiæ, quam probat gloſ. in authentica, ſed cum teſtator. in verſicu. ſtatutum. C.de leg.Falci.& in § ſancimus. in verſicu.tempora,in Authentica de hæred. & Falci. Specul.Richat.Malumb.& Iacob.Butriga.prout referunt Salycet.& Modern.in dicta.l.fina.§.ſin autem dubius. Retinen-
9 do † autem communem amplia. quod procedat, vt ſemper prædictum currat non modo a die expreſſæ aditionis, ſed etiam tacitæ, vt ſumitur ex ſolutione legatorum facta. l.ſecunda. C.de iure deliberan.ita conſulendo ait Alciat.in conſilio centeſimotrigeſimonono, libro nono, vel etiam a die aditionis fictæ, ſecundum Albe. in dicto. §. ſin autem hoc aliquis. Verum ſecundum alteram in iure veriorem alia ſunt adnotanda, & in primis, quod non a die delatæ hæreditatis ſed a die ſcientiæ quod ſit delata hæreditas, ſapientiſſimus Imperator voluit inuentarij conficiendi tempus incipere, nam ante ſcientiam incipere, ſeu ignoranti hoc tempus decorrere iniquum fuiſſet,vt per Socyn.in conſilio 108. nume-
10 ro ſecundo,libro quarto,vbi propterea dicit † quod,ſi ſtatutum expreſſim vellet ignoranti tempus decurrere non valeret tanquam iniuſtum,hinc ſemper intelligitur in dubio tempus decurrere ſcienti non ignoranti, Bal.in l.genero.ff.de his qui not.infam.Andr. Barb. in conſilio quinquageſimo, præclare, in columna ſecũda,& tertia,libro ſecundo,vbi adducit ſeptem vel octo exempla,in quibus tempus nõ incipit curre-

re niſi a die ſcientiæ, vt ibi per eum, idem And. Barb. in conſi-
lio octauo, in columna ſecūda, & tertia, libro primo, vbi quã-
plurima adducit. Quomodo autem quis dicatur ſciſe, decla-
rat Aret. in conſilio 68. Excellent. Dominus, ſcilicet quando
ſcit hæreditatem non ſolum ad ſe delatam fuiſſe, verum etiã
ex quo capite ad ſe eſt delata per tex. in l. ſi is qui. l. hæres inſti
11 tutus. de acquir. hær. nam ſciri quid non dicitur, † niſi cũ om
nibus ſuis qualitatibus ſciatur. l. de pupillo. §. qui nunciat. ff.
de oper. no. nunc. & ibi nota. Hinc Card. Pariſ. in conſilio 63.
libro primo, conſuluit, quod hæres qui adiuerat hæreditatē
ab inteſtato ſine inuentario, & demum nouit ex teſtamento
ſibi deferri non obſtante ea aditione ex integro adire & inuē
tarium facere poterit, quoniam eo vſque ignorauerat teſta-
mentum, & ſic ea cauſa teſtari ſibi hæreditatem deferri, ſciē-
12 tia autem † hæc vnde colligi queat, non facile dici poteſt. Ni
col. Bello. in conſilio 68. ait etiam probari per publicam vocē
& famam, quando hæres erat coniunctus teſtatori, & teſta-
mento ſi fuiſſet præſens, procul enim dubio ſecundum eum
ſcientia probaretur. Controuerſus quidem caſus fuit in mu-
13 liere, quæ niſi eſſet prægnans, hæres a viro fuerat inſtituta, &
poſt aliquot menſes conſtitit non eſſe prægnantem. Nam So
cin. Iun. in conſil. 19. libro tertio, pro ea conſulens dicebat ex
eo, quod dubitauit ſeu ignorauit, an ipſa eſſet prægnans, nec
ne, ignoraſſe eam merito poterat dici, quod ſibi hæreditas eſ
ſet delata, & propterea tempus conficiendi inuentarium nō
14 cucurrerat. † cōtrarium ſuper eodem caſu, vt opinor, reſpon
dit Alcia. in dicto conſilio 139. libro nono, arguens mulieris
ſcientiam de ſe non prægnante, & ſic de hæreditate ſibi dela-
ta, propterea quod ſoluerat legata, quæ certe non ſoluiſſet, ni
ſi ſibi conſcia fuiſſet ſe vterum non geſtare, pro vt euentus ip
ſe declarauit. Probabilis ignorantię allegatio eſt, quod hęres
neſciat hæreditatem ad ſe ſpectare, dum de ea in iudicio quę
ſtionem habet, nam dubius eſt litis euentus. l. quod debet. ff.
de pecul. vt in terminis conſuluit Ioan. Neuiza. in conſi. 9. nu
mero 14. Guliel. de Bened. in cap. Raynutius. in verſ. mortuo
itaque teſtatore, numero 398. de teſtamen. Montic. hic in fo-
lio 44. numero 7. & vult Bald. in l. facultas. numero 81. verſic.
ex his nota. C. de iu. fiſ. libr. 10 quem refert Alex. in d. l. fin. in
princip. in columna quarta, verſ. paſſus eſt dubitabilis, & quã-
diu litigatur contra eum, non eſt quid ei imputetur. Bal. in l.
ſolennibus, in fi. C. de rei vendic. l. quamdiu. C. qui admitti,
& iudicialis contentio ſuſpendit terminum iuris, ne currat,
Pau. de Caſt. in conſilio vigeſimoquinto, & pro hoc facit tex.
in l. ſi cum ipſe. ff. de excuſ. tutor. Bald. & Mod. in l. 1. C. de iu.
delib. & donec quis eſt dubius hæreditatis delatæ, aditio non
valet. l. extraneum. C. de hære. inſtituen. ergo nec inuentariũ
15 facere. Et quando agitur de hæreditate delata † filiofamilias,
vel ſeruo, non ſufficit probare ſcientiam alterius tãtum vt di-
catur tēpus inuentarij cucurriſſe, ea quo iuſſus patris vel do-
mini eſt neceſſarius in adeundo hæreditatem per filium, vel
ſeruum. l. fi. C. de bon. quæ lib. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff.
de acquir. hæred. l. cum proponas. C. de hæred. inſtitu. l. ſeruo
inuito. C. de iure delib. vt in propoſito conſuluit Cuman. in
conſilio 73. Dominus Tommeus, vbi tenuit ſcientiam patris
non nocere filio abſenti, nec aditionem hæreditatis a patre
factam quicquam releuare, nec obſtare ſi dicatur præſumi eũ
malignatum fuiſſe in bonis hæreditatis, ſeu in eis male verſa-
tum, iux. not. per tex. in §. ſancimus. in Auth. de hæred. & Fal-
cid. quia ipſe reſpondet id procedere, quando aditio valuit,
tunc ſi non fecit inuentarium, verum ſit contra eum a lege id
præſumi, & quod illa pœna & præſumptio malignitatis a lege
inducta in vno caſu, ſcilicet quando valuit aditio, non eſt ad
alios caſus extendenda, ea allegatis ibi per eum, & hic te ad-
16 moneo falli Montic. dum fol. 31. numero 42. dixit † patrem p
filio familias adeuntem ſine inuentario teneri de proprio, vl-
17 tra vires hæreditarias legatarijs † & aliis. Vtrũ modo iſti dies
ad conficiendũ inuentarium præſcripti, ſint dies vtiles an ve-
ro continui refert, dies enim vtiles dicuntur dies ſeſſionum.
l. is cui. § ſex autem menſium. ff. vt in poſſeſ. lega. Soci. Iun. in
dicto conſilio 19. numero decimotertio, verſiculo, non ob-
ſtat modo ſecundum libro tertio, & iudex, cum quotidie nō
ſedeat, ſi de diebus ſeſſionum intelligeretur, vtique tempus
prædictum poſſet extendi vltra tres menſes. Quid ergo dice-
mus. & profecto tametſi Socinus Iun. in dicto conſilio de-
cimonono, dixerit de diebus vtilibus eos eſſe intelligendos
ex eo quod iudex in eo interuenit, & tempus in dubio intelli
gitur de vtili ſecundum citatos ibi per eum, debes tamen ad-
18 uertere, quod dies vtiles † variis reſpectibus dicuntur, quan-
doque pro diebus, in quibus æque omnibus ius redditur &
cauiæ omnium litium aguntur ſeu agi poſſunt, gloſſ. & Do-
ctor. in l. prima, & ſecunda. ff. de var. & temp. præſcript. & in l.
fi. C. de tempo. in integ. reſtit. aliquãdo dicitur vtilis reſpectu
alicuius litis, quæ in ea die legitime decidi per ſententiam po

teſt, quamuis reſpectu aliarum nō ſit talis, ideſt iuridicus, Bal.
in conſilio 374. lib. primo. Tertio quando actus ille, de quo
agitur, poteſt explicari ea die, & iudex ſui copiam facit, licet
reſpectu cauſarum ſeu litium non ſit iuridicus. Salyc. in l. iure
mariti, in col. 2. verſ. tranſeo ad 2. numero ſeptimo. C. ad l. Iul.
de adulter. Secundum ergo iſtum vltimum modum oportet
nos intelligere iſtos dies, nam cum hoc inuentarium iudicia-
liter per modum iuriſdictionis contentioſæ non fiat, ideſt ſer
uata iudicij forma, ſed extraiudicialiter, ſecundum Barto. in
conſil. 154. maritus in columna tertia. Vital. Camb. vbi ſupra,
Bald. in d. l. fi. §. cum igitur, in columna tertia, vbi confectio-
nem inuentarij habet pro actu extraiudiciali, & patebit ex in-
fra dicendis. Non eſt, cur oporteat iudiciales dies in ipſo cō-
ficiendo expectare, ſed quoniam in eo eſt neceſſaria iudicis
præſentia & auctoritas vt infra dicet, hos dies intelligamus
neceſſe eſt de diebus, in quibus iudex ſui copiam facit, ſicq;
de vtilibus hoc reſpectu intelligēdos eſſe hos dies poſſumus
dicere, & ſecundum iſtam conſiderationem poteſt eſſe verũ
quod in dubio tempus intelligatur de vtili & non de conti-
nuo, ideſt de vtili pro neceſſitate vel oportunitate actus iux-
19 ta ſui qualitatem. Quinimo † intelligitur in dubio de conti-
nuo ſecundum glo. & Bart. & alios in rub. ff. de diuer. & tēp.
præſcr. Bart. in §. illud quoque, in Auth. de hær. & Falc. And.
Barb. conſi. 41. circa, in columna prima, libro ſecundo, & in
conſil. 50. in columna tertia, numero vndecimo, eod. lib. quo
niam tempus impedito non poteſt decurrere. Hinc deduci-
20 tur alia generalis concluſio † quod quando hæres aliquo iu-
ſto impedimento nequiuit inuentarium conficere, tempus
ei non cucurriſſe exiſtimatur, vel ſaltem in integrum reſtitui-
tur aduerſum tempus decurſum, vt per Andr. Barb. in dicto
conſilio 31. in princ. l. 2. §. dies. ff. quando appell. notant om-
nes in dicta l. fina. C. de tempo. in integr. Bald. in l. genero. ff.
de his qui not. infam. & in l. cum Ion. in col. fin. ver. adde ſi in-
ciderent. numero ſeptimo. C. de præter. Ion. & aſſertur ſimile
de tempore dato hæredi ad exequendum defuncti volunta-
tem, quod eſt vnius anni. auth. hoc amplius, C. de fideicom. vt
impedito non currat. Feder. de Sen. in conſilio 29. caſus talis
eſt. Ial. in dicta auth. hoc amplius, numero 60. Bald. in l. id qđ.
numero decimotertio. C. de epiſc. & cler. Abb. in conſi. 41. ve
nio ad primum, libro ſecundo, & in conſilio 60. viſo, libro pri
21 mo, & in caſu huius inuentarij † aduertit eſſe iuſtum impedi-
mentum Pau. de Caſt. in conſilio 395. & circa primum anllũ,
& in conſ. ſequen. ſuper dictis dubiis, in antiquis, quod hæres
grauiter ęgrotauerat, & demum ex ea ægritudine deceſſerat
ex humanis, per tex. in l. 2. §. confeſtim, ibi, niſi forte infirmita
te impeditus &c. ff. ad Tertu. not. per Docto. in c. ex ratione,
extra de appel. auth. ſi qui. C. de temp. appel. l. quæſitum de re
iud. l. Panthonius. ff. de acqui. hæred. Card. Paria. in conſ. 102.
ad fi. libro quarto, Caſſad. in deciſ. quarta, ſub rubrica. de ap-
pel. concludit iccirco Pau. de Caſt. in loco præallegato, tem-
pus inuentarij conficiendi non cucurriſſe ægrotanti, vel ſaltē
per reſtitutionem in integrum ei ſuccurrendum eſſe, & ſic ēt
in genere determinat Aug. Bero. in q. 64. quæſitum. iuſtum ēt
impedimentum arbitratus fuit Porcell. in tract. de inuenta. in
cap. 3. numero vndecimo, dum hæres detinetur in carcerib.
22 Item † Bald. in conſi. 383. quęritur an tempore, numero octa
uo, lib. primo, in nouis, dixit hæredem iuſte impediri, quando
23 ignorat bona † hæreditaria. quod ego nequaquam admitte-
rem, quia datur a lege tempus potiſſime ad perquirēdum, &
inuentarium poteſt abſolui quo ad ſui formam, ponendo ēt
aliquam rem minimi valoris ſub proteſtatione addendi &c.
vt practica docuit & de more ſeruatur, ſic etiam damno ſen-
24 tentiam Ioan. Maur. in tract. † de reſtit. in integ. in cap. 130. ad
fi. vbi voluit etiam maiori dari reſtitutionem in integrum ad
uerſum aditionem ſimpliciter factam, ſi occulta ei fuerunt
inſtrumenta, quibus appareat hæreditas ære alieno grauata.
25 † nam ne hoc amplius allegaretur, & nō daretur ex hoc alicui
in integrum reſtitutio, fuit inuentarij lex introducta, vt dixi-
mus in præfatione, ideo imputet hoc ſibi, quod ſpreto hoc le-
gis beneficio ſe huic periculo æris latentis expoſuit & ſubie-
cit ſua fere ſponte. d. l. fi. §. cum igitur. & auctoritas Mauricij
in hoc penes me parum valet, vtpote qui & alia ibi ſentit Iu-
ſtiniani ſanctioni contraria. De impedimento paupertatis di
cetur infra, quod propter paupertatem ſubuenitur contra
omiſſum inuentarium. tradit etiam Borg. vbi ſupra, nume-
ro 104. vbi idem tenet propter veram & iuſtam ignorantiam
de cæteris iudex pro ſui religione iudicabit procedens per ſi-
milia. l. non poſſunt. ff. de legat. Probatur autem impedi-
26 mentum quando de magno agitur præiudicio, non ſolo
impediti iuramento, ſed per legitimas probationes, Card. Pa-
ris. in conſilio 108. numero vndecimo, libro quarto, Dom. de
Rota in deciſ. 3. de iureiur. alias 33. in antiquis, Lud. Gom. in
regula Cancell. in reg. de trienna. poſſ. in q. 57. niſi forte diffici
lis pro-

ſit probationis eſſet, Bal. in conſi. 308 libro quarto, Signo. de
Homod. in conſilio 19 Nic. Boe. in deciſ. 194. nu. decimoſex-
to. Qđ diximus tēpus trium menſium dari pro conficiendo
Inuentario, intellige, quando res hæreditariæ ſunt in loco in
quo adeſt hæres, ſin autem a locis, in quibus degit, & conuer
ſatur, diſtant, anni ſpatium datur ad faciendum inuentarium
d. l. fi. §. ſin autem a locis, & ibi per Doct. not. & quemadmo-
dum tempus trium menſium partitur, vt primus pro inchoa
tione, alij duo menſes pro abſolutione, & conſumatione in-
uentarij cenſeantur aſſignati, ita iſtud anni ſpatium putatur
datum, vt primi quatuor menſes ſeruiant pro inchoando, &
reliquum tempus pro abſoluendo inuentarium. glo. & Doct.
in d. §. ſin autem a locis, & Bal. in dicto conſilio 383. libro pri-
mo. Proinde præſuppoſita huiuſmodi temporis diſtributio-
ne, dubitatur vtrum, ſi habetur prima pars ad inchoandum
aliquo non facto, valeat hæres intra reliquos dies inchoare,
& perficere inuentarium, & talis inuētarij beneficio perfrui,
28 an † potius opus ſit ei aliquid pro inchoatione feciſſe infra
primum menſem, alioquin factum ſibi nullum ius ei tribuat,
hæc quæſtio diſputatur in d. l. fina. § ſi vero poſtquam, & per
Ang. in d. l. prima. § hæc ſtipulatio. ff. ſi cui plus quam per l. fal-
cid. Ioan. And. in addit. ad Spec. in tit. de inſtrum. editio. §.
fi. in additio incip. quid ſi profecto, referens multos antiquos
tenuiſſe inuentarium non valere, inclinat contra inuentariū,
& in hac opinione reſidet Alber. dicens Doctor. ſic tenere.
Quia ſicut a forma legis non eſt recedēdum, ita nec a forma
temporis. l. quinquaginta. ff. de excu. tut. l. 2. §. pen. de colluſ.
de teg. Ioan. de Imo. poſt Franc. de Rampo. ponderat adhoc
text. in dicto. §. ſi vero poſtquam. ibi ſecundum formam,
tex. in dicto §. & ſi præfatam. ibi ſolidauerit, & in §. fin. ibi præ
ſentis legis ſubtilitate, & in §. ſtat. in Authen. de hæt. & Falci.
ibi ſecundum modum & tempora, arguēdo, quod forma eſt
ad vnguem ſeruanda, & conditio adimpleri debet in forma
ſpecifica l. Meuius. l. qui hære. ff de cond. & demonſt. & pro
ea arguit etiam Bal. quod ſi ſufficeret infra tres menſes com-
pleuiſſe inuentarium lex non diſtinxiſſet tempus inchoandi
a tempore perficiendi, quoniam quando lex admonet vt ali-
quid fiat in prima dilatione, ſi nihil in ea facit non eſt dignus
vt ſecunda ſibi concedatur dilatio, niſi fuiſſet in prima impe
ditus, & de impedimento conſtaret. l. oratione, ff de ferijs, pro
hoc facit tex. in l. tertia. § primo, in ver. ibi nec fruſtra. ff. de iu-
reiur. & iſtam ſententiam contra inuentarium amplectitur
Nic. Bello. in dicto conſilio 68 numero quarto, Com. in d. l. fi
na. in columna ſecunda, per aliquas rationes, de quibus ibi p
eum. Alteram autem opinionem fere omnes probant, quod
immo ſufficiat inuentarium infra dictos menſes fuiſſe conſe
ctum & conſummatum, quandocunque inceptum fuerit,
Bartol. Bald. & Pau. de Caſt. in d. l. fi. §. cum igitur. Salic. in di-
cto. § ſin autem dubius, numero ſeptimo, Porcel. in d. tracta.
de inuent. cap. 2. numero ſecundo, & plenius in cap. 3. nume-
ro decimotertio, verſ. ſed ad practicam. Vital vbi ſupra nume
ro ſexto, & ſeptimo, Guid. Pap. in quæſt. 571. ſuot aliqui. vbi
refert ſic in Curia parlamenti ſolitum eſſe iudicari, & Pau. de
Caſt in d. §. ſin vero poſtquam. vbi atteſtatur iſtam eſſe com-
munem, & in dicto conſilio 395. ad fi. Corn. vbi ſupra. vbi di-
cit hanc eſſe ſeruandam in practica, & ab omnibus practica-
ri vt communem. Bald. eandem firmat in conſilio 383. quæri
tur, numero ſeptimo, libro primo, Roland. a Valle in conſilio
73. numero 20 libro ſecundo, Haym. Crauet. in conſilio pro
genero, nume. 464 pro qua quidem Bald. in dicto conſil. 383.
adducit aliquas rationes videlicet quod vltima diligētia ſup
plet primam, & id quod in primo termino defuit, maxime re
integra. l. prætori. §. ſi aliquando. ff. de oper. no. nunt. l. apud
Aufidium, de optio. lega. quod plenius reaſſumendo in d. §.
cum igitur, repetit quod ſcilicet neglectum in primo termi-
no poſſit in ſecundo reparari. l. r. §. ſed videndum. ff. de ſucceſ.
edic. Item quando plures dilationes aſſignantur ad idem, tan
tum vltima eſt peremptoria, & quod videtur in hoc data ele
ctio hæredi. Item quia inchoatio poteſt fieri per minimam
rem. § ſancimus. in Auth. de hæred. & falcid. ſed minima res
eſt de leui ſolemnitate. l. quamuis. ff. de conditio. & demon.
l. cum dies. ff. de ædilit. edic. & omiſſio leuis ſolemnitatis non
nocet. l. prima, in fi. ff. de vent. inſpi. ſicut dicitur de ſigno Cru
cis omiſſo, de quo per nos infra. Item quia non intereſt cre-
ditorum vel legatariorum. l. 2. de tempo. appel. & mora pōt
29 purgari quando neminem † lędit. l. ſancimus. C. de fideicom.
& ex his vult primum menſem eſſe dilationem monitoriam
& non peremptoriam, iſtud firmat Bal. etiam in conſil. 48. fa-
ctum ſic. lib. quinto, vbi ait de iure & de æquitate tale inuen-
tarium valere, & pro iſta opinione pondero tex. in §. donec,
vbi tempus anni æquiparatur illis tribus menſibus, & tamen
Imperator in eo tempore non diſtinxit partē eius pro inchoa
tione, a parte conſummationis, d. §. ſin autem a locis. id ergo
non eſt pro ſubſtantia, quoniam ſi eſſet, vtique diſtinxiſſet in
eo ſicut in iſto, & in dubio eſt tenēdum pro validitate actus.
l. quoties. ff de rebus dubiis. & concord. ſi ageretur de ipſo ꝯ-
ficiendo vtique tutius foret aliam amplecti ſententiam, ut
inquit Alex. in d. §. ſi vero poſtquam. Notandum eſt etiam ꝙ
aliqui ſenſerunt ſtatim aliquo facto pro inchoatione inuen-
tarij in primo menſe incipere curſum duorum menſium, ſed
hoc eſt falſum ſecundum Bal. in d. conſi. 383. in columna ſe-
cunda. & inchoatum non dicitur per ſolum ſignum Crucis,
ſed per deſcriptionem alicuius rei, Guli. de Bened. vbi ſupra.
30 398. Dubitari † etiam contingit, nunquid iudex hoc tempus
prorogare vel reſtringere valeat ex aliqua cauſa. Barto. in l 2.
ver. & nos examinemus, numero quarto, de re iud. tenet poſt
Iaco. de Are. iudici licere hunc terminum inuentarij faciendi
ex cauſa vel minuere, vel augere, faciens vnam cōcluſionem
generalem, quod omnis terminus legis vel ſtatuti coarctari,
& prorogari a iudice queat ex cauſa. Iſtam concluſionem ſe-
quitur Alex. ibi. & alij non pauci. Fely. in c. cum ſit Romana
ext. de appell. vbi tamen multis modis eam limitat Angel. in
§. minus, in colum. 14. Inſti. de actio. Matth. de Afflic. in tit. ex
qui. cau. feud. amit. in princip. numero 149. Capel. Toloſ. in
quæſt 197. Geor Natta in clemen. ſæpe, de ver. ſignifi. Contra
31 tium nihilominus eſt probandum. Nam quando † terminus
præfigitur a lege vel ſtatuto abſque vllo hominis miniſterio:
Tunc per iudicem alterari in aliquo minime poteſt, licet ſe-
cus quando miniſterio hominis ſtatuitur. na diſtinguendo
conſuluit Ioan. de Imo in conſil. 86. in col. fin. verſ. circa quar
tum, & Ludo Rom. in conſ. 322. in caſu, numero tertio, ubi
dicunt, quod iſtud tempus a lege vel ſtatuto præfixum, ideo
iudex prorogare nequit, quoniam inferior non habet aucto-
ritatem in ſuperiorem, id eſt mutandi legem, & factum ſupe-
rioris, hoc idem probat Bald. in d l. fi. §. cum igitur, in colum-
na tertia, verſ. & ſcias quod Nico. de Matarel. nu. 5. vbi iudicē
admonet, ne ex ficta ſui capitis æquitate audeat legis factum
immutare l. prima. § item cum contra ſacras. ff. quæ ſent. ſine
appell. & hanc Bal. ſententiam in propoſito noſtro firman-
do ſequitur Iaſ. in d. l. fina. in princip. numero tertio, verſic. an
ergo iudex, & Guliel. de Bened. in c. Raynutius, in 4. prælu. in
in ver. vxorem no. Adelaſiam, nume. 154. & in verſi. mortuo
itaque teſtatore, nume 399 & Montic. hic, fol. 55. numero 61.
& Guid. Pap. in tract. de inuen. num. vndecimo Vital. Camb.
vbi ſupra, numero ſeptimo, dem Bal. in terminis noſtris inuē-
tarij in d. l. fi. §. & hæc quidem, & poſt eum Alexan. ibi. & pro
hoc facit quod Iaſ. & Pau. de Caſt poſt alios dixerunt in l. fin.
ff. de ferijs. Nec prædictis obſtat ratio Barto. in d. l a dum pro
ſua opinione conſiderat tēpus præſcribendi actiones reſtrin
gi per iudicem, cum ſtatuit terminum creditori agendi infra
certum terminum, quo elapſo perpetuum ei ſilentium impo
nit, iuxta d. l. diffamari. C. de ingen. manum. Nam eſt aduer
tendum, quod id fit, eo quod ex alia lege id cauet, quæ ſi non
extaret, id ex ſui capite facere nequiret, vbi ergo lex non di-
ctat tempus a ſe ſtatutum reſtringi poſſe, iudex quippiam tale
non debet audere. Proinde nunc quæro fideicommiſſario
32 qui † habetur loco hæredis quando incipit hoc tempus cur
rere, ipſe enim inuentarium facere tenetur vt infra dicetur
& a die reſtitutionis hæreditatis ſibi factæ incipere ait Paul.
de Caſt. in l. r. ff de iure delib. Raph. Cuma. in conſi. 128. verū.
vbi refert quod quanquam aliqui Doctores voluerint ipſi
hæredi incipere a die ſcientiæ, & non à die hæreditatis adi-
tæ, de fideicommiſſario tamen incipere à die reſtitutæ hære-
ditatis & non à die ſcientiæ ſecundum omnes, idem vult Ro
lan. à Valle in conſil. 73, num. 18. Alber. in l. 3. §. ſin autem du-
bius, in colum 3. num. 11. dicit ſecundum eos qui voluerūt tē
pus poſt aditam hæreditatem currere poſt reſtitutam hæredi
tatem incipere, ſecundum autem alios tenentes ab ipſius
ſcientiæ die decurrere, dicit currere à die ſcientiæ fideicom-
miſſi ad ſe delati, dummodo per hæredem non ſteterit, quo
minꝰ hereditatis reſtitutio facta fuerit, vt ego ſic dicere Ioā-
nē Andr. reperio, & refert etiam Hercul. in l. in ratione. §.
quod vulgo dicitur, in col. 54 verſ. 8. quærit Bar. & Montic.
hic, fol. 45. num. 11. tenere referendo Ioā. And. videtur & Ber
tach. in tract. de Epiſco. in 4 lib. in 4 par. num 44 Angel. in l. r.
§. hæc ſtipulatio, & Vital. Cambia. vbi ſupra, num. 9. verſ. ad-
de ſupradictis. & iſta reſolutio mihi magis placet, & hæc qui-
dem temporis curſus diſceptatio fit propterea quod qui nō
obſeruat tempora à lege conſtituta, eius formam obſeruare
non dicitur, & beneficium iuris non adipiſcitur. auth. ꝙ ſuppli
catio. & ibi Bal. & Saly. C. de preci. Imper. offer. & Bal. in l. ob
ſeruare. §. fin. ff. de offic. procon. Iaſ. in conſil. 28. lib. 3. & in cō
ſil. 191. in col. 2. vbi in propoſito inuentarii hæc dicit. Iſta pro
33 cedunt ſecundum terminos iuris communis. Quid ſi teſta-
tor mandaſſet hæredi inuentarium facere, & incipi poſt cer-
tum tempus, vt puta à die certæ optionis, & declarationis
facienda

faciendæ per vxorem, & declaratio facta ſit ante aditam hæreditatem, an tunc tempus incipiet currere? ſuper iſto caſu cõſuluit Paulus de Caſt. in conſil. 368. viſo puncto ſupraſcripto in columna ſecunda, verſic. item dico dictum Galuanum, in antiquis, & dicit, quod retenta communi quam ſupra improbauimus, quod ſcilicet tempus conficiendi inuentarium incipiat a die aditæ hæreditatis, debet iſtud tempus intelligi a teſtatore aſſignatum ſecundum ius commune, ſcilicet incipere poſt aditionem facta dicta declaratione, quia diſpoſitio refertur ad ius commune, not. in l. hæredes mei. § cum ita. ff. ad Trebel. etenim non cenſetur velle, ait Pau. de Caſt. teſtatorẽ ſtatim facta declaratione tempus prædictũ incipere, niſi alia de iure requiſita præceſſerint, ſcilicet aditio hæreditatis. ſola ergo declaratio non ſufficit preſertim attento, quod ad illius fauorem videtur diſpoſitum non incipere, niſi poſt talem optionem ſeu declarationem, ad eius ergo odium non debet conuerti per vulg. Item mouetur, quoniã opus eſt de optione valida intelligere. l. 4 §. condemnatum. de re iud. l. non putauit. §. non quæuis ff. de contra tab. & optio valida non eſt, niſi poſt aditam hæreditatem fiat l. ſerui electione. §. primo, de leg. primo. l. optione. ff. de optio. leg. iſtæ rationes preter vltimam ceſſant alicra opinione a nobis probata, quod ſcilicet a die ſcientiæ, incipiat hoc tempus, vltima vero vrget, quod teſtator noluerit tempus prędictum currere, niſi poſt aditam hæreditatem, ex quo ante non fit efficaciter optio, & an teſtator valeat hoc tempus faciendi inuentarij prorogare, uel mutare dicitur ſupra. Adnoneo tamen quod inuentarium, de quo agebatur in caſu Pau. de Caſt. fuiſſe potius quandam bonorum deſcriptionem quam ſolenne inuentarium, de cuius forma traditur in dicta l. fina. Quæſijt etiam Pau. de Caſt.
34 ibi, † nunquid elapſo hoc tempore, hęres valeat hanc moram purgare infra modicum tempus conficiendi inuentarium, & reſpondit in conſilio 368 ad fi. re integra id poſſe per ea quæ ibi allegat, ſed in conſi. 291 in columna tertia, verſ. ſuper quinto videtur, tenet quod purgatio morę nõ admittatur in hoc. loquitur tamen ipſe de inuentario faciendo ex diſpoſitione teſtatoris, vt dixi, quid autem in hoc ex forma legis conficiẽdo? ego crederem purgationi moræ nullum locum fieri, quoniam ea non ſolet admitti in termino legis ſeruando. Fely. in cap. penult numero octano, de iudic & in cap. gratum. extra de offic deleg Abb. in c cum in tua. circa fi. qui matrimo. accuſ. poſſ. Bald in auth. ad hæc. C. de vſurpatio. numero decimoſeptimo, Felyn. in cap. ſecundo, numero decimoſeptimo, ext. de conſtit & in cap. licet, numero decimooctauo, verſic. limita. 15. de proba. Hiero. Cagno. in l. diffamari. C. de inge. manumiſ.

Secundæ Partis

SVMMARIVM.

1 *Hæres tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, tam ſuus, quam extraneus tenetur hoc inuentarium facere.*
2 *Eccleſia vel monaſterium an teneatur ad hoc inuentarium faciendum.*
3 *Imperator, vel Princeps hæres inſtitutus ad faciendum inuentarium teneatur.*
4 *Procurator Cæſaris non poteſt adire hæreditatem principi delatam.*
5 *Priuatus inſtitutus hæres a principe tenetur ad hoc inuentarium.*
6 *Fiſcus hæres inſtitutus vtrum teneatur ad idem.*
7 *Diſtinctio quando fiſcus ſuccedit vt hæres, velut bonorum ſucceſſor.*
8 *Fiſcus reſtituitur aduerſum aditionem hæreditatis.*
9 *Pater iure hæreditario capiens bona pupilli tenetur ad hoc, ſecus ſi capiat iure peculij.*
10 *Auus paternus & maternus concurrent ad hæreditatem nepotis, ille accipit paterna, & hic materna: ſecundum communem, ſed contra probat autor. nume. 11.*
12 *Arrogator pater ſuccedens non tenetur ad hoc inuentarium.*
13 *Hæres anomalus non tenetur ad hoc inuentariũ, quod declaratur. nu. 14. 15. 16 17.*
18 *Filius hæres inſtitutus in ſola legitima non tenetur ad hoc inuentarium.*
19 *Hæres, quos facere teſtator tenetur ex forma ſtatuti non tenetur ad hoc inuentarium.*
30 *Mulier & ruſticus ad hoc inuentarium faciendum obligantur, ſi volunt nõ teneri inſolidum.*
21 *Reſtitutio in integrum an in hoc eis concedatur.*
22 *Pauper an reſtituatur, ſi ob paupertatem omiſit hoc inuentarium facere.*
23 *Impedimentum iuris facit, vt tempus non currat.*
24 *Pupilli, ac minores reſtituuntur in integrum poſtquam ligantur lege inuentarij.*
35 *Reſtitutio in integrum aduerſus ipſam aditionem ſine inuentario.*
35 *Reſtituitur etiam aduerſum actionem cum inuentario factam vt nullo modo ſit hæres, vel etiam vt ſit hæres abſque eo inuentarij beneficio, quod non placet autori. nu. 27.*
28 *Reſtitutio in integrum negatur, quando competit remedium ordinarium.*
29 *Tempus ad hanc reſtitutionem concedendam, quale ſit.*
30 *Reſtitutio hæc datur in ſubiectum.*
31 *Reſtitutio an extendatur ad cohæredes maiores.*
32 *Reſtitutio quo nam modo præponatur.*
33 *Reſtitutio hæc fit parte citata, & quomodo procedatur. nu. 34.*
35 *Læſio ex aditione hæreditatis quomodo probetur.*
36 *Princeps poteſt reſtitui ad faciendum inuentarium abſque vlla citatione.*
37 *Inuentarium tutoris an proſit hæredi aduerſum creditores & legatarios, & quando. nu. 38 & 39.*
40 *Amiſſio inuentarij quomodo probetur.*
41 *Pupilli hæres ſi faciat ex propria perſona, & non ex pupilli perſona inuentarium, in quo teneatur.*
42 *Bart. opinio in hoc damnatur, & quando procedat. nu. 43.*
44 *Pupilli inuentarium an ſufficiat, an eius hæres non tenetur aliud facere.*
45 *Inuentarium a minore factum, ſi minor fuerit aduerſum hæreditatis aditionem reſtitutus, an reſcindatur vt hæredi aliud facere opus ſit de ea hæreditate.*
46 *Beneficium inuentarij modificat vim aditionis.*
47 *Ius facti faciendi inuentarij an tranſmittatur in fideicommiſſarium.*
48 *Fideicommiſſarius vult facere inuentarium, quid iuris.*
49 *Dolus hæredis an officiat hæredi.*
50 *Fideicommiſſario an competat ius faciendi inuentarium.*
51 *Fideicommiſſarius ex cuius perſona debet inuentarium facere.*
52 *Fideicommiſſ. non poteſt inuentarium facere ex perſona hæredis.*
53 *Inuentarium a fideicommiſſario confectum non prodeſt hæredi.*
54 *Hæres grauatus an teneatur facere inuentarium pro tota hæreditate, an pro quota ſua.*
55 *Hæres de iure prætorio an teneatur hoc inuentarium facere.*
56 *Hæres ſub conditione inſtitutus an teneatur ad hoc inuentarium faciendũ ſi petat bonorum poſſeſſionem.*
57 *Vnus ex cohæredibus ſi faciat inuentarium & cohæredes repudient partem ſuam, an teneatur pro illa poſterioribus accreſcentibus inuentarium facere.*
58 *Inuentario per vnum cohæredem confecto an alij cohæredes valeant potiri pro eorum qualis, an uero ſit eis opus aliud inuentarium ab ipſis fieri.*
59 *Emptor hæreditatis an faciens hoc inuentarium, eius beneficio potiatur: ſi venditor hæres adiuit non facto inuentario, ſub proteſtatione dicti inuentarij.*
60 *Ius adeundi cedi non poteſt.*
61 *Clauſula, conſtituens procuratorem in rem ſuam, &c. cuius ſit virtutis & effectus.*
62 *Emptor hæreditatis a creditoribus defuncti vendita non poteſt facere hoc inuentarium, & eius beneficio potiri.*
63 *Ius quæſitum ex inuentario tranſit in emptorem cum hæreditate vendita.*
64 *Ius faciendi inuentarium tranſmittitur cum dicta hæred. ſub diſtinctione tamen, nu. 65.*
66 *Inuentarium a teſtatore confectum an releuet hæredem ab hoc inuentario faciendo.*
67 *Vſufructuarij inuentarium an releuet hæredem ab hoc inuentario faciendo.*
68 *Teſtator an hoc inuentarium remittere, & quid circa hoc valeat ordinare, numero 69.*
70 *Haym. Cras conſ. 174. reprobatur.*
71 *Verba ſub prætextu æris alieni quid importent.*
72 *Princeps an hoc inuentarium hæredi poſſit remittere.*
73 *Reſcriptum contra rem iud. an ualeat.*
74 *An vir ſummæ ſanctitatis teneatur ad hoc inuentarium faciendum.*
75 *Executor ad diſtribuendum bona defuncti non tenetur hoc inuentarium facere.*

Præterito inuentarij faciendi tẽpore quæſtio poteſt incidere, quod ſibi non fuerit opus facere hoc inuentarium uel ſe nõ ligari hac conſtitutione de inuentario faciendo, quatenus ergo quippiam tale allegaretur, videndum eſt quid iuris. & quamquam videatur hoc determinari vnico uerbo, videlicet quod quiſquis eius beneficio potiri vult, ipſius formam implere teneatur inſpecta preſertim nouiſſima Iuſtiniani ſanctione in §. fi. in Auth. de hæred & Falcid. dum eam ab omnibus ſeruari iuſſit quacunque præfulgeant dignitate, ſiue ſacerdotali, imperiali, ſiue militari, ſiue alia quauis, re tamen vera plus & non quidem leues quæſtiones de hoc cõtingũt. Stante itaque illa generali Imperatoris diſpoſitione, de qua in d. §. fin. quam etiam intelligas procedere in ſuo hærede, &
1 tam ab inteſtato, quam ex † teſtamento, Corn. in d. l. fin. nu. 7. uerſi. ex his Nico Boer. in deciſ. 53. & latius hoc deducit in ſuo tract. fol. 5. nu. 19. 20. & fo. 7. nu. 10. Monticulus ut ibi per
2 eum. Primo refricatur in dubium † nunquid eccleſia uel monaſterium adiens alicuius hæreditatem hac innodetur lege de conficiendo inuentarium. Bald. in d. l. fina. in princ. nu. 8. dixit non obligari ex aditione hæreditatis nulla etiam obtenta in integrum reſtitutione, & ſic lege inuentarij non comprehendi,

hendi.hoc quoque voluit Abb.in conſi.73.no.9 lib.2.Bar.in
l.1.nu 45.verſi.in contrarium.C.de ſacroſanct. eccle. Soz.in
reg.hæres inuentarium,nu 9. Apoſtil. ad Bar. in d.l.1.dicit ꝙ
iſta eſt communior opinio ſecundũ ibi allegata,pro qua qui
dem arguitur,primo quod eccleſia æquiparatur fiſco,ſed qñ
fiſcus ſuccedit vltra vires hæreditatis non obligatur.l.1.§.an
bona.l.non poſſunt,de iure fiſci.ff ergo &c. Secũdo quia lex
ciuilis nequaquam poteſt eccleſiam adſtringere ad tradita in
cap.quę in eccleſiarum,extra,de conſtitu.& maxime cum ta
lis obligatio non ſit de iure naturali,quia de iure naturali ſeu
diuino non obligatur vltra uires hæreditatis.Barto.in d.l.1.&
Bal.in d rub.de acqui.hæred.Tertio quia ſuſpicio fraudis,ob
quam introducta fuit lex inuentarij , de qua.§. ſancimus, in
Authen.de hær.& faleid.in iſto caſu ceſſat, ergo&c.quia ceſ
ſante cauſa ceſſat effectus iuxta uulgata.Poſtremo pondera
tur tex.in authen ſicut.C de ſacroſanct.eccl.vbi a lege ita im
probatur acquiſitio damnoſa,ſicut alienatio, aditio hæredi-
tatis damnoſa ergo improbatur.Et propterea Saly.dicit non
valere huiuſmodi aditionem,Bal.vero & Pau.de Caſt. dixe-
runt imo ualere, ſed eccleſia ex ea non obligari. Verum hæc
argumenta mihi minime concludunt, non primum ꝙ eius
aſſumptum falſum eſt,ſcilicet quod fiſcus ex aditione hære-
ditatis non obligatur , vt patet infra. Secundum non vrget,
quoniam quatenus inuentarium operatur liberationem hę
redis,ſcilicet ne teneatur creditoribus hęreditatis ultra vires
eius,utique non ligat,ſed diſſoluit,ac liberat ab obligatione,
in quam alias per aditionem incideret,& confert eccleſię be
neficium & commodum , & non onus ſi forma legis ſerua-
tur,quæ neceſſario ſeruanda eſt,ut dicitur in exceptione non
numeratæ pecuniæ,quæ ita demum datur ſi forma iuris ciui
lis in ea cuſtodiatur,ſcilicet inſ. biennium ſeu legitimum tẽ-
pus proponatur,infra quod & eccleſia illam proponere de-
bet,cap ſi cautio.ext.de fi.inſtrum.vt in hoc propoſito reſpõ
det Abb in d.conſi 73.nu.8.Angel.in d.l.1. §. hæc ſtipulatio.
Quatenus vero importat onus reſpectu legatariorum, ex eo
quod ipſi queunt in caſu non ſeruatæ conſtitutionis de inuẽ
tario petere ſolida legata ultra ſcilicet vires hẽditatis, quod
ante dictam conſtitutionem non potuiſſent,etiam debet ec-
cleſia per illam obſtringi,quoniã eius principalis intentio nõ
eſt niſi ad beneficium conferendum,& quando lex ciuilis eſt
principaliter pro commodo ſancita , etiam quo ad onus eſt
ab eccleſia recipienda tanquã lex rationabilis & boneſta.An
chara.in c.canonum ſtatuta , in col.11.ext.de conſtitu.And.
Barba in conſi.28 in col.pe.li.1.vbi hoc dicit in terminis no
ſtris legis inuentarij,nam & Papa vtitur legibus Imperialib.
quo ad commodum & rationabiliter diſponentib. circa res
ſeculares.c ad uerum, diſtinct.56.ca.quo iure.diſtinct.8.& la
tiſſime probat Fely.in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. in col. 23.
nu.67.ext. de conſtit. Rober.Maran.in diſputa. 8. nu. 19.im-
preſ.poſt Specul.aur. Nec obſtat quod de iure naturali ſeu
diuino hæres non obliget ultra &c.& quod ſic iſta obligatio
ſit mere de iure ciuili.Nam reſpondetur quod vtcunque hæ
reditas de iure naturali intelligatur ſecũdum ea quæ diximus
in præfatione , quoniam hæreditas non accipitur ſeu aditur
per eccleſiam uel ei non deferetur ex iure naturali ſeu diui-
no,ſed ex iure ciuili,non eſt id attendẽdum, ſed inſpici opor
tet ius,quo capite,d.cap.quo iure. Tertium non cõcludit , ꝗa
& in puſillo ceſſat fraudis ſuſpicio,& nihilominus lex inuen-
tarij in eo ſeruatur ut dicitur,quoniam non eſt pro cauſa fi-
nali,ſed impulſiua.l.1.circa med.ff.de poſtul. & Monoc. hic
fo.104.decipitur dũ ibi nu.78 dixit ceſſante hac præſumptio
ne fraudis ceſſare huius legis diſpoſitionem. Vltimum non
obſtat,quia tex.in d. Auth ſicut.procedit,quando titulo par-
ticulari quid acquireretur , ſecus quando titulo vniuerſali. l.
quædam.ff de acquir.rer.domi.ita dicit Bal.in dicta.l. prima,
nume 50.verſ.ſuper ſeptimo.C.de ſacroſanc.Eccleſ.vel ſecũ-
do procedit (ut ego opinor) in alienationis contractu , quan-
do vna res recipitur pro alia,& fit acquiſitio alicuius rei ino
tilis, non autem in obligationibus : nam Eccleſiam obligari
lex non prohibet,item nec contrahere,licet in eis,quando lę
ditur,concedat in integrum reſtitutionem,ideo hallucinan-
tur Pau.de Caſt.& Bal.dicentes eccleſiam nõ obligari ex adi-
tione hæreditatis,quia immo neceſſario obligatur ex quo fa
tentur aditionem valere. Nec quominus valeat Salyc. quic-
quam adducit,tametſi concedendum ſit eccleſiam in integ.
reſtitutionem merere contra hæreditatis aditionem , vbi ex
ea lædatur, ſicque concludendum eſt in hac quęſtione quic
quid dicant non pauci , & in hac noſtra concluſione ſe fir-
mat Alex.in d.l.fi.§.nouiſſimi.vbi reſpondet ad aliqua ex præ
dictis ſubiungens,quod lex inuentarij eſt approbata a iure ca
nonico. glo.in cap. 1.ext.de teſta.& ibi Ioan.de Imo in col.3.
verſi.alia eſt,& in c.1.in columna penul.& fi.extra de ſolu. &
Guid.Pap.in quæſtio.333 fiſcus,Saly. in d. auth. ſed cum te-
ſtator. C.de leg. Falcid. Io. Andr. prout refert Abb. in dicto
conſil.73.nume.9 Angel.in dicta.l.1.§.hæc ſtipulatio. Pet.de
Ancha.in d.c.canonum ſtatuta,in col.mihi.2j.verſi. ex his cõ
cludo.Iaſ.in d.l.fi.Guid.Pap in tract.de inuent.numero deci-
motertio,vbi allegat Iacob.de Belui.Ray.Ludo.Roma.in di-
cta rubrica,de acqui.hæred.Bald.in dicta.l.prima, num.quin
quageſimo,in ſecunda lect.Vital.Camb.vbi ſupra , nu:50.vſ-
que ad num.54 Archid.in cap.Epiſcopus nepotes. 12. quæſt.
ſecunda , Andr. Tiraq.in tract.de priuil.piæ cau. priuil.88. &
Didac.Couar in cap.primo,verſi.gloſſa, numero decimoter-
tio,extra de teſtamen.qui licet de hac concluſione,quam ap-
pellat communem dubitet quo ad legatarios, reſpectu tamẽ
creditorum ipſam firmat , & tu reſpectu legatariorum potes
reſpondere vt per nos ſupra, & quia hæres cẽſetur eorũ quo
que reſpectu contrahere.§.hæres.inſti.de oblig.quæ ex quaſi
contrac.& concor. Ea qua quidem concluſione infertur, ꝗđ
clericus abſque dubio, niſi conficiat inuentarium obligabi-
tur in ſolidum,abſque ſpe reſtitutionis in integrum, ſi nomi-
ne Eccleſiæ non conueniatur ſed proprio nomine, vt in ter-
minis dixit Pet.de Anch.in d.cap.canonum ſtatuta,in colum
na vndecima,Alexan.in d.l.fi.Maran.in dicta diſputa.8.nume
ro vndecimo,verſi. quarto adducitur , vbi quamplura citat
Marc.in decil.Delfin 434.quæritur hæres.

3 Secundo quæro † Imperator vel Princeps eſt hæres inſti-
tutus ab aliquo,non facit inuentarium.nunquid ipſe oblige-
tur vltra facultates hęreditatis iuxta legem inuentarij.& eum
hoc pacto obligari dixit Ioan de Imo.in cap.primo, extra de
ſoluto.& in cap.primo,in columna tertia,extra de teſtamen.
per tex.in d.§.fina Marti.de Lau.in tract.de princip. in quæſt.
390 refert Ang.tenere contrarium in dicto.§.hæc ſtipulatio.
Accurſius vero in dicto.§ fina in glo.in verſi.Imperiali, ait ip
ſum de boneſtate obligari ad illud conficiendũ.l. digna vox.
C.de legi. Sed non de neceſſitate,quia Imperator eſt ſolutus
legibus.§.fin inſtit.quib.mod.teſta.infirm.& ibi not.forte di-
ci poteſt eum obligari de neceſſita. ex quo adeundo dicitur
contrahere,& princeps ex contractu obligatur , ſicut priua-
tus,vt per not.in c.1.ext.de probat. Ideo procurator Cæſaris
non poteſt hæreditatem adire,ſed ipſe Cæſar adit.l.2.ff. de of
4 fic procur. ſicque ob † hæreditatis aditionem quis dicitur ex
propria voluntate obligari.d.l.fi.§.cum igitur . Non tamẽ eſt
inficiandum,quin ei , ſi lædatur beneficium reſtitutionis in
integrum competat,quemadmodum & fiſco.l. fiſcus in fi.ff.
5 de iure fiſci.vt dicetur infra.Quid econuerſo † ſi priuatus ali-
quis inſtituatur hæres a principe, An teneatur hoc inuenta-
rium facere ? Accurſius in d.glo.in verſi.imperiali , facit ean-
dem concluſionem pro vt cum Princeps ipſe eſt hæres inſti-
tutus,contrarium eſſe verius opinatur Mart.de Lau. vbi ſup.
quod meo quidem iudicio probatur , propterea quod actus
adeundi eſt actus ipſius hæredis,non autem ipſius teſtatoris,
licet ergo teſtamentum ex eo,quod eſt actus ipſius Principis
non ſubiaceat legibus,aditio tamen vt actus hominis priuati
qui eſt hæres a Principe inſtitutus legũ cenſuras effugere poſ
6 ſe non videtur. Tertio quid de † fiſco.Barto.reſpondit in cõ-
ſilio 157. in col.1. & In l.1.§. an bona.ff.de iur.fiſci, quod hoc
inuentarium minime facere teneatur.idem ait Saly.in Auth.
bona.C.de bon.proſcr.Porcellin. in d.tracta.de inuent.in c.2.
nu.26.& in cap.4.nu. 13. vlterius Pet.de Ancha. in conſi.294.
ex prædictis.A qui contrarium tenet Ioan. de Imo. in d.c.1.
ad fin.inquiens ea iura hodie eſſe correcta per tex. in d. §.fin.
nos vero oportet aliter dicere , nempe quod dicta conſtitu-
tio habet locum in omni perſona & loco.d.§ fin.ita vt com-
prehendatur etiam fiſcus.glo.in l. eos , in ver. vſurarum, &
ibi not.Bal in col.2 C.de vſur.Quod confirmatur , quoniam
aliquid eſſe ſpeciale in fiſco nunquam admittitur, niſi illis ca
ſibus in quibus reperitur in iure expreſſum.l. item veniunt.
§.Imperatorum.& ibi glo.ff de petit.hęre.l.1.C.eo.ſed in hoc
7 caſu non reperitur expreſſum ergo &c. Ad † allegata in con-
trarium reſpondeo, quod quandoque fiſcus ſuccedit alicui
tanquam bonorum ſucceſſor,vt cum ex delicto bona publi-
cata alicuius accipit,vel etiam cum accipit vt bona vacantia:
quandoque ſuccedit tanquam hæres,& iure hæreditario ac-
cipit bona,de hiſq; duobus ſuccedendi modis meminit gl. &
Bart.in d.l.1.§.an bona,& Bal.in d.l.fi.nume.8.& 13.C.de tur.
deli.& in l.1.C.de bo.vacan.lib.10.

Primo caſu cum ſcilicet accipit vt bonorum ſucceſſor, ꝓ-
cedunt ex aduerſo citata,& eorum opinio, quod ad inuenta
rium hoc faciendum non teneatur,ſiquidem bonorum ſuc-
ceſſor obligari nequit ſupra vires bonorum,vt dixit Ludoui.
Roma.in conſi.416.l.princeps.l.bonorum,de verb. ſigni fi.in
ſecundo vero caſu,cum capit vt hæres,quia tunc ſuſcipit , ac
induit ſe defuncti perſonam,non poteſt nõ teneri in ſolidum
in caſu non confecti inuentarij ſecundum iuris diſpoſitionẽ
& eius rationem , ſic procedit noſtra concluſio, & ita diſtin-
guendo

guendo tradunt Matt. de Lau. in tract. de iu. fiſci, in quæſtione. 11 Soc. in reg. hæres inuentarium, in fall. x. Beriach. in tract. de epitco tit 4 lib. 3. 4 par. nu 40 Corn. in d. l. fi. num. 7. uerſi. idem ſi fiſcus Alex. in rub. de acq. hæred. in col 3 nu. 2. Fern. Vaſq. de ſucceſſ. crea. lib. 1. §. 16. uer. ſecundo iſtud probo. No
8 † negamus tamen ex his quin fiſcus reſtitui queat in integrū aduerſum huiuſmodi aditionem hæreditatis ſi ex ea lædatur prout & minor reſtituitur, ut dicetur infra. Et hæc doctrina extenditur ad deciſionem aliorum caſuum, ut de monaſterio ſuccedēte monacho, quod ſi ſuccedit ei ut hæres obligetur inſolidum non confecto inuentario, ſecus ſi ut bonorum ſucceſſor iure cuiuſdam acquiſitionis, quia tunc non poteſt obligari niſi catenus ad ipſum de illius bonis peruenit, Bal. in l. iubemus. num. 15 verſic. item videtur. C. ad Treb. & in l. ſi infanti, num. 9. C. de iur. deliber. Alex. in d. l. fi. § & ſi præfatam in 2 colum. in princip. Alcia. in reſpon. 1. num 17. Innocen. & alij in c. in præſentia, ex tr. de probat. Bar. & Iaſ. in auth. ſi qua mulier C. de ſacroſanc. eccle. Vital. Camb. ubi ſupra num. 50.
9 & num. 55. & diffuſius trad. Montic. † vbi ſupra fo in 7. reg. fo. 33. num. 47. in quibus quidem locis hoc idem concluditur in patre, quod ſi filio ut hæres ſuccedit & eius bona capit iure hæreditario obligatur inſolidum non facto inuentario, ſed ſi iure peculij ſecus, quod tunc non poteſt obligari vltra eius ſubſtantiam inuentario etiam non facto. Bald. in d. l. ſi infanti nume. 7. num. 9 Fern. Vaſq. vbi ſupra nu 5. Bal. in d. l. iubemus & Bertac. vbi ſupra, & quamuis Aret. in d. rub. de acquir. hære. in col. 4. hanc differentiam minime approbet, ex eo quod nemo excipiatur ab onere faciendi hoc inuentarium. d. § fi. & quod vniuerſitas bonorum quando defertur ob alicuius mortem accipitur vt hæreditas, & talis ſuccedens ſubrogatur loco hæredis: attamen non recedas a prædicta diſtin. nam ipſe in hoc valde allucinatur, quia in iure dictam differentiam fieri nequaquam poteſt inficiari, de ea habetur tex. ad literā in l. quod ſcitis. C. de bo. quæ lib. vbi fit differētia an iure peculij, an iure hæreditatis bona decedentis filij capiantur, & occaſione huius differentiæ per eum textum annotatæ digredi mihi liceat ad ſolutionem arduæ quæſtionis ibidem per Bart. & alios propoſitæ, illatæ per eos ex eo textu, certe quia non animaduerterunt hanc differentiam, ſicque grauiter errarūt in eius intellectu, quod tibi nos enucleaſſe, niſi fallor, non diſplicebit. Itaque ſcire debes quod Bartol. ex eo textu format
10 vnam concluſionem, quod cum ad hæreditatem defuncti † concurrunt auus paternus & auus maternus, bona illius ſic inter eos diſtribuuntur, vt bona ex linea paterna prouenientia dētur ac aſſignentur auo paterno, bona vero prouenientia ex linea materna tradantur auo materno, & iſtam ſententiam nō vno in loco firmauit, vt in auth. itaque. C. commu. de ſucceſſ. & in l. poſt dotem, ad fi. ff. ſolu. mat. & in conſi. 18. viſo teſtamento. in vlt. dub. nu. 4 & eſt repetitum conſil. 315. an teſtamentum, eod. lib. & eum ſequutus eſt Marc. de Port. inter cōſilia Bal. in conſi. 113. lib 4 Pet. de Anch. in conſi. 349 de iure commu. verſ. item alia ratione, Ludo. Roma. in conſi. 40. viſis & diſcuſſis, & in d. l. poſt dotem, nu. 57. vbi dicit hanc Bart. opinionem tenendam eſſe tanquam magis æquam, & pro ea conſuluit Ioan. Crot. in conſil. 63. nu 9. & Abb in conſi. 75. in fin. lib. 1. & Pau. de Caſt. eam commendat in auth. poſt fratres, C. de legiti. hæred. & in d. l. quod ſcitis And Barb. in auth. defuncto. C. de ſen. conſ. Tertul. in addit. ad Bal. nume. 3. Ioan. de Imo. in d. l. poſt dotem Matthe ſyl. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. in 2. artic. princ. verſ. & hæc procedunt, Lodu. Bolog. & Vinc. Hercu. in d. l. poſt dotem. Guid. Pap. tenet iſtam Bart. opinionem in conſil. 52 ea facto, in 4. dubit. Guliel. de Bened. in cap. Raynu. ext. de teſtamen. Bald. Nouel. in tract. de dote. in vlt. par. in quæſt. 14 nu. 54. ſe tandem reſoluit pro ea, vbi dicit hāc Bartol. concluſion. licet in via diſputationis pariatur difficultatem, in iudicando tamen, & in conſulendo amplectendam eſſe, quam ſequitur etiam Alex. in conſil 168. nu. 13. in lib. 7. vbi dicit eam eſſe veram, ac communem, a qua non ſit in iudicando recedendum, & ibi apoſtillator appellat eam veriorem & magis receptam, idem Alex. in conſil 150. viſo themathe, nu. 5. lib. 2. & in conſil. 42. lib. 7. & Iaſ. iſtam probat in d. l. poſt dotem, nu. 105 in col. penult. pro qua ipſe conſuluit in cōſilio 116. lib 1. Ioan Olden. in epito. de ſucceſſ. ab inteſt. Bart. Caſſan. in conſuetu. Burg. in rub. 7. §. 6. nu. 7. & ſecundum iſtā conſuluit Rubeus Alex. in conſil. 79. appellans communem in iudicio ſeruandam, & Nic. Boer. in deciſ. 192 & Manſuet. in titu. de dote. nu. 31. folio 135. & citantur etiam alij pro ea per And Tiraq. in tract. lignag. § 14. nu. 12. ex quorum ſcribētium numero non videtur dubitandum, quin ſit magis communis, & Didac. Couar. in tit. de ſucceſſ. ab inteſt. nu 2 poſt titu. de teſtam. hanc Bart. cōcluſionem dicit eſſe receptiſſimā.
11 Nunc ego dico, quod hæc Bart. concluſio eſt † prorſus falſa & Bar. & ſequaces ſupine errarunt in hoc, quia textus in d. l. quod ſcitis, nullatenus eam probat, & nunquam quippiam tale Bar. vel alij dixiſſent, ſi dictam differentiam perpendiſſent. Nam animaduertatur, quæſo, quod ille textus non loquitur de omni filio, ſeu filia decedente indifferenter, ſed loquitur tantum de eo, vel ea, qui vel quæ decederet exiſtens ſub parētum poteſtate, quo fit, vt ei ſuccedatur ſeu ſuccedi poſſit vario & diuerſo iure quia habens eum decedētem ſub poteſtate, profectitia vendicat iure peculij: alij vero, ad quos ab inteſtato pertinet eius hæreditas, cætera bona vt aduentitia capiunt iure hæreditatis, licet enim filiusfamilias de iure antiquo non haberet hæredem, nec etiam ab inteſtato, ſecus tamen hodie præterquam in peculio profectitio, vt per ipſummet Bart. in conſilio 190 Giſbertus. quod autem loquatur in filiis decedentibus ſub parētum poteſtate, patet ibi in tex. defunctis his adhuc in poteſtate patris &c. & ſuadet titulus ſub quo d. l. quod ſcitis, eſt poſita arg. l. Imperator. ff. de in diē adiectio. nam in eo tractatur de bonis filiorum exiſtentium ſub patria poteſtate, & in ſpecie in d. l. quod ſcitis. quomodo ipſis morientibus ſuccedatur, & in his Imperator decidit duos caſus, primum quando reliquit liberos, quod dotem quæſitam vel donatione propter nuptias lucratam per talem decedentem pater iure peculij nequeat vendicare, ſed ad liberos talis decedentis pertineat iure hæreditatis, quia filiorum eſt prima cauſa ſuccedendi ab inteſtato in eis bonis, quæ nō quæruntur patri. § 1. inſtitut. de hæred. quæ ab inteſt. vt ſunt iſta, quæ quo ad dominium quæruntur tanquam aduentitia filiis & eorum hæredibus. l. cum oportet. C. de bon. quæ libe. Secundum vero caſum, quando talis perſona deceſſiſſet abſque liberis patre & auo ſuperſtite, quod in dote & donatione propter nuptias, & in alijs quæ a matre, & eius linea ad talē perueniſſet ſuccedit pater eius iam dicta ratione, quia poſt liberos defunctæ perſonæ admittitur pater ad illius hæreditatem, & deinde auus § ſi igitur defunctus. in auth. de hære. ab inteſt. & iſta bona pertinent ad dominium decedētis, & eius hæredem, nec poſſunt ad auum iure peculij vendicari. & hos caſus in ſumma determinat ille textus in d. l. quod ſcitis. Vnde multifariam error Bar. in intellectu d. l. quod ſcitis. deprehēditur. Primo ex eo quod eum intelligit etiam in filiis ſui iuris decedentibus. Secundo dum auum ibi capere eodem iure, quo & decedentis hæres, vult, & non aduertit, quod ibi expreſſim dicitur auum capere iure peculij, & liberos, ſeu patrē decedentis capere iure hæreditatis, & ibi fit huiuſmodi differentia, ac diuerſitas iuris in ſuccedendo morienti ſub parentū poteſtate, potiſſimum perpenditur: ergo falſa eſt ſupradicta eius concluſio quatenus ea firmatur in ſucceſſione hominis ſui iuris, item inter duos, qui eodem iure hæreditatis ſimul cōcurrant: & dictus tex. loquitur tantum in ſucceſſione hominis exiſtentis ſub parentum poteſtate, & de caſu duorū venientium, non eodem hæreditatis iure, ſed diuerſo ſcilicet, altero iure peculij, altero iure hæreditatis, vt nullo modo queat ex vno ad alterum inferri, ſicut enim diuerſo iure venientib. recte poteſt bonorum diſtinctio fieri, ita quo ad venientes eodem iure omnis bonorum diſtinctio eſt de iure impoſſibilis, quoniam vna & eadem res diuerſo iure cenſeri nō poteſt. l. eum, qui ædes. ff. de vſucap. l. cum in tua. ext. de decim. quamuis enim in perſona defuncti aliqua bona habuerint diuerſa principia, & cauſam acquiſitionis, vna tamen ex omnib. conficitur hæreditas & patrimoniū eius. l. ſed ſi plures §. filio impuberi & ibi not. per omnes. ff. de vulga. & pupill. l. iuris peritus. §. cum oriundus. ff. de excuſ. tut. & non po eſt non pertinere ad omnes eodem iure venientes abſque aliqua bonorū diſtinctione, æque, quo ſua cuiuſque quota hæreditaria l. ſi vxor. C. de bon. auth. iudi. poſſid. & concord. prout regulare eſt, & videmus in facto aſſidue obſeruari. Nec his refragatur, quod in d. l. quod ſcitis, dicatur bona ex linea materna defuncto obuenta auum paternum non capere, quaſi quod ex hoc arguatur, quod auus paternus ſemper capiat bona a linea paterna obuenta quia incluſio vnius &c. ia. vulg. ſicque fiat ibi bonorum diſtinctio ſimpliciter, aliter quam ratione peculij profectitij. Nam iſta argumentatio, ex qua omne offendiculum & cauſa aberrandi fuit Bartolo & ſequacibus in hoc, nō eſt bona, quia per poſitionem iſtius negatiuæ quod obuenta a matre, ſeu linea materna auus paternus nequeat iure peculij vendicare, ſed ad patrem decedentis, vt eius hæredem pertineant neceſſario non infertur, niſi quod poteſt, id eſt poſſibile eſt bona ex linea paterna obuenta eum vendicare iure peculij, vt ſicut in bonis maternis negatur iſta potentia, ita in paternis conceditur huiuſmodi potentia: quæ ſatis verificatur ex eo quod plerumque bona a linea paterna obuenta ſunt profectitia. Per iſtam ergo ſubintellectam potentiam ex illis verbis d. l. quod ſcitis. non concluditur quod bona etiam aliena paterna non poſſint non pertinere in ſuo caſu veluti aduētitia ad hæredes filij defuncti ſcilicet ad eius patrem vel eius

liberos

liberos hæredes & non ad auum paternum iure peculij: & ſic
adhuc ea verba ſtricte debent accipi ratione peculij ſecundũ
prædicta: vt per conſequens non probent, quod auus pater-
nus indiſtincte, & ſemper accipiat bona filio præmortuo ob-
uenta ex linea paterna, & præſertim quoniam id eſſet aduer-
ſum omnem iuris rationem ex quo bona omnia præterquã
peculii profectitij pertinent ad hæredes decedentis. & quia iã
ex alijs verbis. d. l. quod ſcitis, patet quod Imperator ibi facit
vim expreſſim in eo, an bona ſint peculij profectitij vel non:
& in ipſo iure peculij profectitij differenter a iure hæredita-
tis, vt ſecundum iſtam animaduerſionem filijsfamil. ſucceda-
tur, & non ſecundum aliam ratiocinationem. ex quibus con
cludo tex. in d. l. quod ſcitis. vllo modo non probare prædictã
Barto. concluſionem vtcumque a quamplurimis receptam,
& vt hoc veriſſimum eſt, ita de iure contraria concluſio ve-
nit firmanda, quod auus paternus, & maternus cum ſimul
ad hæreditatem defuncti concurrunt æqualiter admittuntur
aliqua bonorum diſtinctione non habita, ſic diſponit text. in
d. authen defuncto. & iuris ratio dictat, vt ſuperius retulimus
ex not. in d. l. ſed ſi plures. §. filio impuberi & in d. l. iuris peri-
tus. § oriundus. quam quidem rationem aduertit etiam Ale-
xandrinus in dicto conſil. 79 in col. prima, & alij nonnulli. &
hæc ſententia vt veriſſima in iure eſt tenenda, ſecũdum quã
ego in Rota Senenſi iudicaui vna cum meis Mag. & Excell.
collegis, D. Paulo Vinta & D. Camillo Lepido in quadam cã
quæ licet parui momenti eſſet, attamen quoniam opinio Bar
& ſequacium auribus meis minime applaudebat tanquam a-
liena a regulis & iuris ratione diſcutere eam volui, & eius ve
ritatem perſcrutatus firmaui me in hac concluſione, in qua
etiam traxi Dominos meos collegas eo facilius, quod quam-
plures quoque ſcribentes ipſam amplexi ſunt. ſicq; authori-
tate Doctorum etiam non caret, ipſam enim probant Rayn.
Alber. Saly Fulg. & Corn. in d. l. quod ſcitis. poſt Petr. de Bell.
pert Cyn & Dyn. ibi & in d. auth. defuncto & in d. auth. itaq;
C. commu. de ſucceſ. Bal. in conſil. 260. proponitur quod mater.
ad fi. lib. 4 & in conſil. 31. Angel in princ. lib. 2. vbi dicit com-
muniter teneri quod pariter ſuccedant nulla bonorum habi
ta ratione, & in alijs etiam conſilijs citatur ab Alex. in d. con-
ſilio 79 Saly. in d. auth. itaque, nu. 2. Raph. Cuma. in conſ. 122.
vbi dicit hanc eſſe veriſſimam & indubitatam, pro qua etiam
conſulendo ſcripſit Corn. in conſi 94 D Petrus, nu. 15. libro
primo, ſubſcribendo ſe conſilio Pet de Vbal. idem Corn. in
conſi. 286. circa hanc conſultationem. in col. 2. verſ. remanet
lib. 1 & in conſi. 265. circa iſtum articulum. lib. 4. & nu. conſil.
ſeptimo, ſemper dubitaui, lib. 3. in quibus locis diſcutit intel-
lectum. d. l. quod ſcitis. & dicit in eo Bar erraſſe deceptum au-
ctoritate gloſſæ dum putauit eam ibi velle & ſentire id quod
vere non ſentiebat, & quod pluris eſt facienda auctoritas te-
nentium contra Bartol quã eorum qui opinionem Barto. ſe-
quuti fuerunt quoniam plerunque, ſequentes Bart. ſola illius
auctoritate mouentur, & vlterius rei veritatem indagare ne
gligunt. diſſentientes autem ab eo, id non audent tentare niſi
explorata re, vel optimis argumentis comprobata & ſubijcit
etiam Corn. quod plures in hoc ſtant contra Bart. quam pro
Bartolo. idem vult Bened Cap. inter conſil. Cornei in conſi-
lio 6. libro 3 & Pet. de Vbal. in tract de ſucceſ. ab inteſt. in co
lum. 3 2 par. prout refert Cror. in dicto conſil 63 & Nic. In eo
dem tractatu & pro iſta ſententia contra Bartolum con-
ſuluit Capra in conſi 34 & in conſil. 149. in col. 2. & Lud. Bo-
logn in conſil. 69 in col. 3. ver. nihilominus. & Didac. Couar.
eam firmat, vbi ſupra, dicendo opinionem Barto. eſſe falſam.
idem vult Lupus citatus a Tiraq. vbi ſup. & quamquam hæc
ſufficiant ad confutationem præfatæ Bart. concluſionis, ni-
hilominus ex abundanti (quoniam aliqui ex ſequacibus Bar.
ſentientes eam non bene probari ex tex in dicta. l. quod ſci-
tis, dixerunt ipſam defendi ex aliquot in iure ſimilibus) dicam
etiam quod nec ea aliquibus ſimilibus poteſt probari. Nam
in primis aduertendum eſt quod iſte caſus eſt expreſſim deci
ſus in iure d. auth. defuncto, & quando caſus reperitur deci-
ſus, ſtultum eſt prætermittere legem ipſum decidentem, &
confugere ad fragile argumentum a ſimili: quoniam ad id nõ
deuenitur niſi cum lex quæ eum caſum decidat non reperi-
tur, ita procedet text. in l. non poſſunt. ff. de legi. & concord.
Præterea ſimile adductum de vterinis & cõſanguineis ad hæ
reditatem fratris concurrentibus non eſt bonum, nam in eo
caſu reperitur lex Codicis faciens huiuſmodi diſtinctionem.
bonorum inter eos l. emancipatis §. exceptis. C. de legit. hære.
cum qua autem ratione nunc non eſt quærendum, vnde quod.
ius nouiſſimum ſuper eo caſu diſponens intelligatur etiam
cum tali bonorum diſtinctione, vt dicunt Doct. in auth. poſt
fratres la prima. C. eod. & gl in d §. exceptis non eſt nouum.
l. ſciendum. ff qui ſatiſd. cog. auth. offeratur & ibi glo. C. de lit.
conteſt. l. ſed & poſteriores. ff. de legi. quod ſcilicet lex noua
intelligatur ſecundum terminos legis veteris, vt in eis iurib.
notatur, & facit ad hoc tex. in l nihil. ff. de cõiun. cum emanc.
lib. & quod vna lex ſuppleat aliam. l quæſitum. ff. de teſt. glo.
in l. qui reſtituere. ff. de rei vend ſed in illo caſu auorum con-
currentium per legem Cod vel Digeſtorum quippiam tale
non reperitur cautum. quinimmo de eo iure nũquam ad hæ
reditatem ſimul cõcurrebant vllo modo, quia auus paternus
vt agnatus excludebat auum maternũ ab hæreditate defun-
cti, vt cognatum, inſtitu. de ſucceſ. cognat. & ibi not. vnde ius
nouiſſimum Authent. eos ſimul admittens in hoc caſu non
habet legem veterem, ſecundum quam intelligi poſſit cũ tali
bonorum diſtinctione, ergo ſimilitudo de vno caſu ad alium
nõ procedit. Accedat quod illa ſucceſſio ſub huiuſmodi bo-
norum diſtinctione eſt irregularis ac etiam exorbitans, vt di-
cit Socin. in conſilio 89. circa, in col 4 verſ addo aliam, num.
decimooctauo, libro quarto, ideo ſecundum Doctores non
extenditur ad filios fratris vel ad alias perſonas vt per Alexan-
drinum in d. conſi. 79. in col. fin. vnde non licet ex eo ad hunc
caſum arguere, quia quæ exorbitant a iure communi nõ tra
huntur in conſequentiam. c. quæ a iure. de reg iu. in 6. l. quod
contra rationem ff. eod & ibi not. Et hoc pacto reſpondetur
etiam ad illud de lucris per matrem factis bonorum, & eius
virorum, quod ea moriente filijs vtriuſque matrimonij ſuper-
ſtitibus huiuſmodi bonorum diſtinctio fiat inter eos, vt per
Alex. in conſi. 168. nu. 14. verſi. ſimiliter, libro ſeptimo, ſi illud
exorbitans trahi poſſet in conſequentiam, profecto ſequere-
tur, quod cum hodie per ius Authenticorum ſit ſublata om
nis differentia agnationis & cognationis, ſemper in omnibus
caſibus in quibus cognati & agnati ſimul ad hæreditatem cõ-
currerunt, talis bonorum diſtinctio eſſet inter eos facienda,
quod tamen ſecundum omnes eſt falſum, & his ſatis ſuperq;
remanet confirmata noſtra concluſio, & quidem melius per
nos quam hucuſque per vllum ex ſcribentibus, qui certe nõ
ita perpenderunt text. in d. l. quod ſcitis, ſed alijs argumentis
non admodum tangentibus ſcopum hanc veram concluſio
nem contra Bart. conati ſunt ſubſtinere. quæ notabis, & in
practica ſeruare non dubitabis, licet communia ſtet in cõtra
rium, cum communis non ſemper ſit amplectẽda, quoniam
aliquando oritur ex fauore conſpirato, vel ex neglig̃etia ſcri-
bentium dum abſque inquiſitione veritatis pergunt alicuius
inſignis Doctoris dictum ſeu ſententiam, & more auiũ, qua-
rum ſi vna volat aliæ omnes ſequuntur, vt ait Decius in con
ſilio 491. & alibi in eandem veniunt ſententiam, vel potius,
vt lampadam a primo acceptam alius alij ſequenti tradit, iõ
communis opinio quæ veritati repugnat: indubitãter eſt rei
cienda ſecundum omnes, Fely. in cap. 1 in col. fi. ext. de conſt.
12 Neuiza. in ſylua † nupti. folio 19 conſequen Redeundo autẽ
ad id, a quo digreſſi ſumus, ſimiliter arrogator ſi capit bona
filij ex conſtitutione Imperator quia non accipit ſimpliciter
vt eius hæres ad hoc inuentarium faciendum non tenetur
ac illo non confecto vltra vires bonorum, nihilomagis obli-
13 gatur. Bal. in d. l. iubemus. Vaſq. vbi ſupra, nu. 15. Quod † qui-
dem Vaſquius extendit ad omnem hæredem anormalum &
improprium affectus aliquot exempla de hoc vt illud ex l. fi.
C. de inſtit. & ſubſtit. ſcilicet cum mater excludit ab hæredita
te ſubſtitutum pupillo, quod certe mihi quadrare noſtræ cõ
14 cluſioni non videtur, nam vtcumque † mater ſuccedat, hæ-
res tamen vere efficitur, induitque perſonam defuncti, & cre
ditoribus hæreditatis obligatur inſolidum, & quo ad hoc nõ
refert dicere, an ex teſtamento vel ab inteſtato intelligatur
ſuccedere, ex quo tertius ibi dicit ad luctuoſam hæreditatem
admitti, & ſic appellat eam ſucceſſionẽ, hæreditatẽ, ergo &c.
15 Quod etiam ſuccedatur ex teſtamento valido ex † iure ſingu
lari. l. omnium. C. de teſtam. vt eſt teſtamentum coram Prin-
cipe factum, vel ab ipſo Principe, bonum exemplum non eſt,
vt hæres ex eo dicatur anormalus, & non teneatur efficere
hoc inuentarium, quicquid dicat Vaſq. vbi ſupra, numero 14.
ſed cum ea pacto inter milites inito de ſuccedendo ſibi inui-
cem ſucceditur, vt in l. licet. C. de pact. l. pactum eodem l hæ-
16 reditas. C de pact. conuent fateor, quod ea † ſucceſſio poteſt
anormala dici, quia nec ex teſtamento, nec ab inteſtato, tunc
ſucceditur ſecundum glo. in d. l. licet, & quod ſuccedens non
dicatur hæres, ſed bonorum ſucceſſor, prout concludit Vaſ.
17 ibi, nu. 17. Quando etiam aliquis † eſt inſtitutus in re certa a
milite, qui decedat pro reliquo patrimonio inteſtatus, ad hoc
inuentarium faciendum is nõ tenetur, quia non ſuſcipit obli-
gationes hæreditarias. l. quoties. C. de hæred. inſtit. l. ex facto.
ff. eod. vt per Vaſq ibi. Hinc filius inſtitutus hæres in legitima
18 tantum, alio extante † hærede vniuerſali, non tenetur hoc in
uentarium facere vt dixit Bar. in l. eum a matre, in col. 6. nu 6.
C. de rei vend. & in l. 1. in col. 5. verſ. ſed dico etiam in uiſo, nu.
14. C. quan. non pet. par. Bertac. in tract de epiſc. lib. 4. in 4 par
19 te, nu 42. In illis quoque † caſibus, in quibus ex diſpoſitione

ſtatuti

ſtatuti quis cogitur, velit, nolit, vt Senis relinquere bona ſua
filius, & appellant hæredes vel ſucceſſores ſtatutarios, vbi ſtat
ſtatutum quod mulieres non poſſint diſponere niſi de quar-
ta ſuorum bonorum, ſed teneātur pro tribus quartis ea relin-
quere filiis, & tales hæredes appellat Pau de Caſt. neceſſarios
& non voluntarios, dicendo voluntarios illos, quos defun-
ctus poterat non inſtituere, & alios facere hæredes ſibi lice-
bat, vt per eum in conſil. 445. tria ſunt, in antiquis. ad fi. plane
licet eum obligationib. talis decedentis non innodetur, opus
non habent hoc inuētario. Item Vaſq. vbi ſupra, nu. 1 a ponit
de patre, qui contracta fiducia emācipando ex pacto accipit
bona filij, iuxta tex. in §. fi. inſtit. de legit. agn. ſucceſſ. vt is non
egeat inuentario, quia non proprie hæres ſed bonorum ſuc-
ceſſor exiſtimetur. quoties ergo ſuccedēs non ſubit actiones
paſſiuas defuncti eiuſq; perſonam abſolutam nō repręſentat,
lege inuentarij non poteſt coartari, ſecus ſi actiones ſuſcipe-
ret defuncti perſonam repręſentādo, & in iſto caſu nemo ex-
cipitur vt diximus ſupra §. fina. in authen. de hæredi. & Falci.
adeo quod licet olim exciperentur milites, ſecundum ius Co
dicis. glo. Bar Bal. Saly. Alex. Cyn. & Iaſ. in d. l. fin. hodie tamen
ea iure nouiſſimo ſecus, quibus tamen in integrum reſtitu-
tio neganda non eſſet. Vital. Camb. vbi ſupra, num 54 Et per
hanc generalitatem proditum eſt mulierem, ſi inuentarium
20 facere † prætermiſerit ſolemniter ex aditione hæreditatis obli
gari in ſolidum ſupra eius vires, Bart. in conſil 154. maritus.
Ant. Natta in conſi. 575 & in conſi præced, lib. 3. nec excuſa-
tur ob ſexum, quoniam in his, quæ ſunt inducta ad iuris rigo
rem conſeruandum, ſibi non parcitur, ſicuti nec ruſtico. Bal.
& alij in l. iuris ignorantia. C. qui admitti, & propterea licet ali
quantiſper dubitauerit Bal. in d. l. fi in princi. an mulier reſti-
21 tuatur in integrum aduerſum † inuentarium omiſſum, atta-
men eam non reſtitui in integrum plerique tenent indubitā-
ter. Iaſ. in d. l. fin. §. 1 nu. 2, ver. quid autem, & in conſi. 18. lib. 3.
& Corn. in d. l. fi. §. fi. intelligendo hoc etiam quando peritio-
res conſulere nequiuiſſent, vt & dicit Bart. in conſi. 154 mari
tus, in col. 2. verſ. reſpondeo ergo. Alcia. in conſi. 139. nu. 9 Si-
giſm. Neapol. in conſi 14. nu. 45. inter conſ. feud. Nonnulli ve
ro contradicunt, quando ſcilicet non potuit conſulere peri-
tiores, Alex. in d. l. iuris. in fi, Saly. in l. 1. C. de iur. & fac. ignor,
Vital. Camb. vbi ſupra. nu. 48. And. Tiraq in tract. de retract,
conuen. in § 4. in glo. 7. nu. 18. vbi allegat plura ad hoc, & mi-
hi videtur æquius ei ſuccurrere, cum ad peritiores conſulen-
do confugere ſibi non licuit. An autem pauper ob inopiam
22 † excuſetur, ſi hoc inuentarium non fecit inopia preſſus, ac
in integrum reſtituatur aduerſus eius omiſſionem. Fr. Marc,
in deciſio. Delphi. 291. ait reſtituendum eſſe, quod poteſt de-
fendi ea ratione, quia paupertas vel inopia reputatur iuſtum
impedimentum l. ſi procuratores. §. ſi ignorantes. ff man. De
cius poſt Innoc. & Abb. in cap. ex ratione, ext. de appel. Hip-
po. Marſ. in tract crimin. in §. ordine, nu. 12. Caſſad. in deciſ. 6.
ſub tit. de appel. Fely. in c. ſignificantibus, ext. de offic. delega,
propter quod deciſum fuit, quod ſtante ſtatuto diſponente
certam gabellam ſeu datium ſolui per appellantem, alias ap-
pellatio deſeratur, ea infra certum tempus non ſoluta, ſi appel
lans ob inopiam deſiit eam ſoluere, tamen appellatio proce-
dat, & non deſeretur, Bald. in l. 2. §. ſi quis in iudicio. ff ſi quis
cautio. Franc. Crem. in ſing. 121. Iaſ. in l. inuitos. C. de procur,
& hoc pēdet ab his, quæ diximus ſuperius de hærede, qui im
peditus fuit aliquo iuſto impedimento facere hoc inuenta-
rium, vt ei decurriſſe tempus non dicetur, vel ſaltem in inte-
23 grum reſtituatur ex illa clauſula, ſi qua mihi iuſta † cauſa &c.
Etenim impedimentum iuris facit ne currat tempus, impedi
mentum vero facit, vt impeditus cenſeatur dignus reſtitutio
ne. Bart. in l. ſi vnus. §. fi. ff. de ſeruit. ruſti. præd. Doctor. in cap.
ex tranſmiſſa. ext. de præſcrip. Deci. in d. cap. ea ratione ext. de
appel. Capella Tolo. in quæſt. 76. Balb. in tract. de præſcrip. in
prima par. 6 par. princ & pro rata temporis quo durauit impe
dimentum datur reſtitutio, vt per Bal ibi & Nico. Boer. in de
ciſ. 294. quod tamen limitatur per Pau. de Caſt. in l. fi. nu. 10.
de ſeruis. ff. Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus eſſem nu. 13. de verb. oblig.
& negligens amouere impedimentum, quod poteſt amoue-
re, indignus eſt reſtitui Feli. in d. c. ex tranſmiſſa. Neguſ. in tra-
cta. de pigno. in 6 par. in 3. memb Soci. Iun. in conſi. 76. lib. 1.
Bal. vbi ſupra in caſu 22. Deci. in c. in nomine Domini, in not.
5. ext. de teſtamen.

24 Quarto principaliter † quæro de pupillis & minoribus, &
clari iuris eſt eos lege inuentarij innodari. § pupillus. in auth.
de hær. & Falci. At eis per reſtitutionem in integrum ſuccur
ri, ſi ex aditione hæreditatis lædantur ibidem cauetur, & no-
tatur per omnes. Verum donec ea concedatur, aditio huiuſ-
modi valet, ac ipſi adſtringūtur obligationibus hæreditariis.
Card. Pariſ. in cōſi 61 nu. 43 lib. 3 Quod reſtitutio in integrū
detur pupillis, item & regreſſus contra tutorem, ob non fa-

ctum vel minus legitime factum inuentarium, tradit etiam
25 Borg. vbi ſ. nu. 101. & ſeq. & nu. 67. Reſtitutio in integrum eis
indulgetur vel aduerſum ipſam aditionem hæreditatis & bo-
norum immixtionem factam abſque inuentario, vel aduerſū
omiſſum inuentarium vt de nouo illud conficere valeat ſi il
lud omiſit, vel fecit minus ſolemniter, Bal. in conſi. 71. lib. 4. &
in conſil. 178. lib. 1. Guid. Pap. in quæſt. 571. & in quæſtio 160.
Ioan. Maur in tract de reſtitu. cap. 129 & ſeq Card. Pariſ. in cō-
ſilio 12. nu. 119 lib 2. Ang. Bero. in conſil. 68 nu. 83 lib. 1. vbi &
26 dicit, quod † minor etiam in caſu, in quo adiuiſſet hæredita-
tem facto ſolemni inuētario poteſt aduerſum aditionem hu
iuſmodi reſtitui in integrum, vt nullo modo ſit hæres, ne liti
bus ac moleſtiis vexetur per ea quæ ibi allegat. Et pro hoc fa-
cit, quod minor ſi ex forma ſtatuti non poteſt hæreditatem
adire ſine certa ſolemnitate: vtique non poterit etiam ſerua
ta lege inuentarii adire, abſque ſtatuti ſolēnitate, vt per Borg.
vbi ſupra, nu. 58. quaſi quod in hoc quoque verſetur minoris
periculum Ioan. Maurit. in tract. de reſtit. in integr in ca 128.
mouit etiam quæſtionem, an minor, qui adiuit hæreditatem
cum inuentario ſit audiendus, petens contra id ſe reſtitui in
integrum, quia velit ſe hæredem ſimpliciter eſſe abſq; eo be-
neficio, & primo allegat Bal. in l. 1. C. ſi minor ſe ab hæred. &
quædam argumenta pro reſtitutione concedenda, quæ ſane
procedunt, cum reſtitutio petitur, vt nullo modo ſit hæres.
mox arguit contra ſed leuibus rationibus, demum conclu.dit
reſtitutionem prædictam eſſe dandam ea ratione quia hoc
tendit in beneficium creditorum hæreditatis, vt magis adeat
abſque inuentarij beneficio quam cum eo, quod quamuis
27 † verum ſit, attamen hoc negari poſſet a iudice, quia cū alias
permittatur ex iure communi renunciari beneficio inuenta
rij, fruſtra confugit ad hoc extraordinarium auxilium vt id
allequatur, quod ipſe ſit hæres ſimpliciter, quoniam reſtitu-
28 tio minori negatur, vbi competit † remedium ordinarium,
vt eſt tex. in l. in cauſæ, la 2. ff. de minor. & concor. Adde quod
pupillus vel minor qui adiuit cum inuentario hæreditatem,
non eget in integrum reſtitutione: ait Montic. hic fol. 26. nu-
me. 69. vbi etiam dicit quod minor poteſt cum inuentario, &
ſine tutoris auctoritate adire, ſed tu potes dicere, quod pōt
hac reſtitutione egere, ne vexetur litibus, vt eſt dictum ſupe
rius. Tempus autem ad reſtitutionem hanc petendam durat
29 per quadriennium † poſt completam ætatem. 25. annorum.
Socin. Iun. in conſ. 112 in col. 4. nu. 12. lib. 2. Card. Pariſ. in con
ſilio 65. in col pen. lib. 3. Machel. in patrocinio. 19. nu. 20. not.
in l. fi. C. de iure delib. glo. in l auxilium ff. de minor. Alexand.
in conſi. 124. lib 4. Borgn. vbi ſup. nu 105. dicit quod hæc re-
ſtitutio debet peti, infra menſem poſt maiorem ætatem, ſecū
dum vnam opinionem, ſecundum aliam ſibi veriorem infra
tres menſes, & non infra quadriennium ſi perfecte adiuerit, ſi
imperfecte ac ſolemnitatibus adiuerit, poterit infra quinquē
nium petere reſtitutionem, iuxta. l. fin. C. ſi maior fac. & dicit
ita tenere Bart. in l. fina. nu. 4 C. in quib. cau. in integ. reſt. quæ
diſtinctio quomodo in iure probetur, vſque adhuc igno-
ro. Ac antequam labatur præfatum quadriennium oportet
non ſolum petiiſſe in integrum reſtitui, verum etiam iudi-
cium reſtitutionis abſoluiſſe, niſi per partem aduerſam fuiſſet
impeditus illud perficere. And. Alci. in conſi. primo, nu. 32. li-
bro tertio, Alex in conſi. 62 & in conſi. 223. libro 6. Atque in
30 ſubſidium † dati in hoc caſu reſtitutionē in integrum, facta
prius excuſſione bonorum contra tutorem, dixit And. Alci.
in conſi. 1. nu. 37. ſaltē quando tutor eſt voluntarius, vt eſt ma
ter, quæ ad ſuſcipiendam tutelam non compellitur. at ego ve
reor, ne hoc Alciati dictum ſit verum, quoniam Imperator
in d. §. pupillus, concedit duplex remedium ordinarium & ex
traordinarium pupillis, ſcilicet ut aduerſum aditionem ſine
ſolemni inuentario factam per tutorem reſtitui queant, uel
regreſſum contra tutorem habeant ex eo, quod ob eius cul
pam non fuit confectum inuētarium, quorum remediorum
electio videtur eis dari. l. plerunque, in fi ff. de iure dot. c in al-
ternatiuis. de reg. iur. in 6 nec Imperator diſtinguit inter tu
torem & tutorem, ergo indiſtincte debet intelligi. l. de pretio
ff. de publi in rem. cum concord. & comprobo etiam, quod
tutor conueniri queat a creditorib vt ſoluat de ſuo, quia adi-
uerit nomine infantis abſque inuentario, vtcumque dixerit
Montic. hic fol. 31. nu. 43. Quemadmodum abſque dubio mi
nime tranſit illud. Card. Pariſ. in conſil. 65. prælleg dum dixit
hanc reſtitutionem in integrum minoribus datam extendi
31 ad † cohæredes eorum maiores 25 annor. ob communionē
cauſæ ad trad. per Iaſ. in l. ſi emancipati. C. de colla. Fely. in c. j.
ext. de præſc. nam iſta ſunt vera in re indiuidua, ſed in re diui-
dua, ſecus, & hæreditas eſt res diuidua, quod præcipue patet,
quoniam poteſt ex pluribus cohæredibus, vnus adire hære-
ditatē cū inuentarij beneficio, alius vero ſine inuentario, vt
32 inſertius dicetur Quomodo proponatur † ſeu in ea proceda-
tur,

tur,etiam ſcire debes,quod deduci poteſt tam per viam prin
cipalis petitionis,quam etiam per viam exceptionis vel repli
cationis,vt per Dec.in conſ.444.num.56.Fran.Marc. in deciſ.
33 Delfi.302.Et ad videndum concedi reſtitutionem † in integ.
citantur illi,quorum poteſt intereſſe,illa non concedi vel per
generale proclama quo ad incertos & ignaros, vel per parti-
culares citationes quo ad notos ad trad.per Doct.in auth. ſi
omnes.C.ſi min.ab hæred.Steph.Bertran.in cōſi.103.nu.58.
lib.2.Franc.Marc.in deciſ.Delfi.249 & in deciſ.302.Nat.in ꝯ-
ſil 214.in col.3.lib.1. vbi impugnat in integrum reſtitutionē
ad hunc effectum conceſſam, ex quo citatio emanauerat ad
videndum fiſci inuentarium,& non ad videndum minorem
in integrum reſtitui aduerſum omiſſionē inuentarii,vt opor
tebat ſpecialiter in primis fieri,& cum cauſæ cognitione,præ
34 miſſa circa hoc citatione legitima † & demum procedi ad
dandam petitam hanc in integrum reſtitutionem,qua obtē-
ta deinde deueniri ad illas citationes pro faciendo inuenta-
rio ad intereſſendum eius confectioni,vnde in ſuo caſu me-
rito impugnabatur,quia citatio emanata ꝑ vno actu, ſi alius
in termino comparitionis faciendæ geratur non operatur
quicquam Bar.in l.qui aut aliter.ff.quod vi aut clam, & cau-
ſæ cognitio verſatur etiam in hoc,quod conſtet de læſione,
quam minor dicit ſe pati,ob hereditatis aditionem abſque in
35 uentario factam,& læſio non probatur ex eo ſolo, quod oſtē-
ditur in hæreditate adeſſe debita,ſeu æs alienum,quandoqui
dem poſſunt in ea eſſe tot bona,vt non modo hæreditas non
ſit damnoſa,verum etiam , quod ſit opulenta,vt ait Natta in
d.conſil.214 Alex.in conſi.21.viſo,nu.6.lib.1.Sed Guid.Pap.
in conſ.160.vult contrarium,quod ſufficiat oſtendere adeſſe
debita,donec per alteram partem non doceatur de ſufficien-
tibus facultatibus hæreditatis.Bal.& Salyc.in l.1. & in auth. ſi
omnes.C.ſi vt ſe ab hær idē videtur Guid.Pap.in quæſt.141.
& Franc Marc.in deciſ.Delfi.302. Sciendum eſt etiam quod
hac quæſtione pendente de reſtituendo minorem ad facien-
dum omiſſum inuentarium, conquieſcere debet omnis exe-
cutio contra eum,ſi tentaretur ex aliquo forſitan inſtrumen
to guarentigiato vel alia de cauſa,quemadmodum conquie-
ſcit durante tempore inuentarij conficiendi.d.l. fi. §. donec,
ita cum textum ampliando tradunt Marc.Franc. in d.deciſ.
249.& in deciſ.302.& Rodo.Suar.in l.poſt rem iudicatam.in
declarat.l.regni.§.& prima extenſio.nu 9.verſic.fina.notabis
36 vnum.Bal. in l.ait prætor.la 1.ff.de iureiu.Nota etiam † quod
Princeps ipſe poteſt abſque vlla citatione reſtituere minorē
ad faciendum hoc inuentarium,vt per Steph.Bertr.in conſi-
lio 205.lib 2. Item quod ius petendi hanc in integrum reſti-
tutionem tranſmittitur ad hæredes minoris.Hay.Crau.in cō
ſilio 17.ad fi. & patebit ex infra dicendis.

37 Quinto quæro nunquid hæres † inuentario a tutore confe
cto pro ſuæ tutelæ officio, & adminiſtratione, dum ipſa erat
minor,ſe adiuuare valeat aduerſum creditores hæreditarios
vel legatarios, etiam quoad formam d.l.fina non fuerit con
fectum , & certi iuris eſt in eo ſe fundare hæredem minime
poſſe,vt conſuluit Pau. de Caſtr. in conſil 442 circa primum
quæſitum,in col.2 ver.& pro hac etiam,in antiquis , quoniā
diuerſo iure & ad diuerſos effectus,ac fines illa duo reperto-
ria introducta fuerunt , ideo ex vno ad aliud nequit inferri,
vt ibi ipſe dicit,idem firmat in conſi.36 ſuper primo dub. ad
fi.in antiquis.vbi etiam dicit, quod ſi teſtator remittit tutori
onus faciendi inuentarium , quod ad ſuæ tutelæ ſolicitudinē
pertinet,non propterea cenſetur hoc remittere concernens
creditorum hæreditatis præiudicium quoniam vnum nihil
habet commune cum alio,ita concludunt Porcell.in d.trac.
in cap.2.verſ.11.quæro,nu.21.& Montic.vbi ſupra,nu.61.fol.
35.Pau de Caſt.in d.l.fi.§.ſed & ſi præfatam,in fin.Bart.in l. in
ratione.§.quod vulgo dicitur.verſ.quæro tutor facit, nu.8 ff.
ad leg.Fal. & poſt eum Alex.ibi,nu.17.verſ.circa ſextam quę-
ſtionem.Hercul.ibi in col.32.verſ.innuit ergo.& Bal. in l.filiū
quem,imo in d.l. fi.in §.cum igitur.nu.20.verſ.ex quo patet,
vbi dicit valde diſcrepare hoc inuentarium ab inuentario hę
redis,ſcilicet in forma cauſæ ſeu fine,& hoc caret omni dubi
38 tatione. Verum † enimuero ſi omnes iuris ſolemnitates pro
hoc requiſitas obſeruaſſet in illo faciendo , dubitatur an tale
tutoris inuentarium hæredi proſit,& eum a creditoribus hæ
reditarijs & legatarijs tueatur Barto.in d.l.in ratione.§.quod
vulgo dicitur. innuit tunc hæredem ipſum releuare , ex quo
omnis forma,de qua in d.l.fi.C. de iu delib. eſt in eo ſeruata,
vt ponderant Alex.& Herc.Peru.ibi & ſequitur Bal.in d.l.fin.
§.cum igitur.nu.20.referens, quod in quibuſdam locis ſolitū
eſt inuentarium tutoris admitti non ſolum reſpectu tutoris,
ſed etiam ipſius hæredis pupilli,& vtique prodeſſe. quæ con-
ſuetudo,vbi probaretur,eſſet obſeruanda(ait ipſe)& ſequitur
Cepol in caut.226.duplex,vbi dicit ita pluries ſe praticaſſe, &
Guid. Pap.in forma inuentarij.num. verſi. & ſic ſoluta. Vita.
Cambia.vbi ſupra.47.69.71. vbi ponit quid in hoc caſu ſeruā-
dum ſit in practica. In hac autem quæſtione Bal, ſibi contra-
rius in l.filium quem,nume.42. in col.fi.verſ. ſed nunquid in-
uentarium.C.famil.erciſ.dicit contra Bar.quod immo eſt im
poſſibile inuentarium tutoris etiam ſeruatis ſolemnitatibus
d.l fin.effectum ſortiri poſſe,quem habet inuentarium hære-
dis ſolemne duabus quidem rationib. prima quia tutor priuſ
quam aliquid gerat,repertorium ad ſui munus pertinens fa-
cere debet.l tutor qui repertorium ff. de admin.tuto.& pro
hoc facit,quod dicit Bal.in conſil.226.quæſt.lib.3. ſcilicet qđ
tutor non poteſt pupillum obligare,vel ei auctoritatem præ
ſtare in aliquo caſu ſeu actu,veluti in aditione hæreditatis, ni
ſi prius ſibi decernatur tutela,ac repertorium faciat interce-
dente etiam aliquo temporis interuallo.ſi ergo inuentarium
ipſius tutoris debet præcedere longe ante aditionem hæredi
tatis authorizandum ab eo,& hoc inuentarium venit cōſcri
bendum poſt aditionem ab herede factam,impoſſibile eſt vt
in ipſius tutoris inuentario confecto cenſeatur ſimul factum
hæredis ipſius inuentarium. ſecunda quoniam inuentarium
tutelæ nomine ipſius tutoris conficitur, & eſt actus ipſius tu
toris,ſicut ſatiſdatio eſt actus ipſius procuratoris,& non do
mini.hoc autem conficitur nomine ipſius tutoris,non ſuffi-
cit ergo in eo ſolemnitates prædictas interueniſſe,poſtquam
nomine ſolius tutoris conficitur , vt inde hæres beneficium
hoc aſſequi valeat,ſecundum ipſum Bal. referentem ſic ſe cō
ſuluiſſe Peruſij,ſed ad hæc defendendo Bart.reſpōdent Alex.
& Herc.vbi ſupra,ad primum,quod tutor poteſt expedire vti
lia etiam priuſquam inuentarium confecerit.not. in d.l.tutor
qui repertorium.adire autem cum tali beneficio non poteſt
eſſe niſi vtile,vt de ſe patet, ergo, &c.& tutor poteſt duplici
perſona fungi in eodem actu l.ſi conſul.ff.de adoptio.l. tuto-
res.ff de his quib. vt indign. & ſic poteſt videri inuentarium
pro ſe & pro pupillis feciſſe,& illud facere potuiſſe Ad ſecun-
dum quod poteſt videri vtriuſque nomine confectū,ex quo
fuerunt in eo adhibitæ ſolemnitates requiſitæ etiam pro for-
ma ipſius hæredis inuentarij,num ex qualitate actus ſumitur
declaratio,cuius nomine geſtus videri poteſt. ar.no.in l.fami
liæ.C.de famil.erciſ.Alex.in l.1.num.17 ff.de oper.no.nunt.&
Corn.in conſ.129.ad euiden.in col.fi.nu 9 lib.4.mihi videtur
iſta opinio Bar.vix ſuſtineri poſſe,niſi cum tutor expreſſiſſet
nominatim pro pupillo etiam hærede inuentarium confice-
re,quoniam dicendo pro ſe facere,certe dici non poſſet ſe ꝑ
pupillo facere.hoc in facto Bononiæ contigiſſe refert conſu-
lendo Aug.Bero.in conſ.129.in cauſa nobilium.lib.2. vbi tu-
torem pupillorum nomine adiuiſſe hereditatem cum benefi
cio inuentarii per inſtrumentum aditionis oſtendebatur , &
ex alijs quoque pluribus inſtrumentis inter tutorem & alias
perſonas celebratis id probabatur,ex eo quod hoc ibi annun
ciabatur.Item de citationibus & gridis, ac alijs requiſitis pro
hoc inuentario faciendo conſtabat in proceſſu tempore adi-
tionis facto, ſolum dubitatio ſupererat, an ipſum inuentariū
conſtaret,nam contra tales heredes dicebatur,quod ſi ipſum
inuentarium nomine ipſorum confectum non exhiberetur
in intentione ſua deficiebant iux.vulg.Nec enim releuare di-
cebatur,quod exhiberetur inuentarium tutoris,quoniam il-
lud non ad effectum aditionis hæreditatis cum beneficio.d l.
fi.C. de iure delib.tutor fecerat,ſed ad effectum,vt ipſe poſſet
bonorum adminiſtrandorum reddere rationem, quia inuen
tarium eſt caput rationum redditionis. adnot.in l. cum tale.
§.1.ff.de condi & demon.l.fi.C.arbi.tut. nihilominus præmiſ
ſis non obſtantibus contrarium ibi Aug.Bero. conſuluit, &
quidem recte,quatenus Notarius rogatus de aditione hære-
ditatis,quo ad inuentarij cōſcriptionem, vel eius ſcripturam
ſe retulit ad inuentarium prædictū , pro officio tutoris prius
confectum,quia relatum eſt in referente l.aſſe.toto.ff. de hæ
red.inſtit.Doct.in auth.ſi quis in aliquo.C. de eden. & aſſerit
ex ſtilo,& pratica Bononiæ obſeruari communiter, quod qñ
39 tutores † dantur pupillis , conficiatur inuentarium de bonis
pupillorum ad effectum prædictum reddendi rationem ad-
miniſtrationis.deinde cum tutores volunt hæreditatem pro
eis adire,qui ſunt infantes, & ne confundantur eorū iura,ſo-
lent conficere inuentarium ad formam d.l.fi. C. de iure deli.
& rogatur idem Notarius,qui de tutela & primo inuentario
fuerat rogatus non,vt denuo illud ſcribat realiter,ſed referat
ſimpliciter ſe ad illud primum ſic euitando circuitum,& ina
nem ſeu fruſtratorium vel ſuperuacuum laborem in deſcri-
bendo iterum bona in hoc vltimo inuentario, & huiuſmodi
ſtilo & practicæ ſtādum eſſe dicit notariorum.l.fi.de fideiuſſ.
in c.fi.ext.de conſuet.Felyn.in c. ex literis.ext. de fi. inſtru. &
alijs.Vnum aliud promouit Aug.Bero.in d.conſi.29.in col.3.
nu.9.quod penes me non caret difficultate,nempe ex eo, qđ
notarius in protocollo,in quo dicebat ſe rogatum de inuen-
tario hæreditatis, ſe remiſerat ad filciam & filum, cui dixit in
hoc

hoc eſſe credendum. gl. Bar. & alij in l. ſi librarius. de reg. iur. &
ꝙ ſic de inuentario hæreditatis fuerat rogatus, vult Aug. Be-
ro. ibi inuentarium præfatum eſſe factum probari, ſed cũ pp
caſum ruinæ & incendij fuerit amiſſum, de illius tenore ꝓba-
tio admittatur, quæ alias non fuiſſet legitima, & ſufficiat qua
litercunq; de eius tenore cõſtet, & pro hoc facit, quod dicit
40 Montic. nic fol. 110 nu. 6. vbi † voluit ꝙ ſi perfidia non argua
tur, & hæres probet ſe vi aut caſu irreparabili amiſiſſe inuen-
tarium, ei ſuccurrendum ſit ne teneatur vltra vires. idẽ ſi no-
tarius, qui de eo fuit rogatus, amiſerit, & notarius ipſe hoc te
ſtificaretur. Hac tñ reſponſione ipſe Aug. non contentus ſub
dit ꝙ notarius referendo ſe ad filciam creditur ſe retuliſſe ad
inuentarium ipſius tutoris, quod in filo vnicum reperitur. ꝙ
eſt perinde ac ſi expreſſe ad ipſum tutelare inuentarium ſe re
tuliſſet. l. 2. cũ ibi no. per Bar. & alios. ff. de libe. & poſth. ipſum
ergo productum debet ſufficere ſecundum prędicta.

41 Sexto quæro pupillus hæres † nullum fecit inuentarium,
eius ſubſtitutus poſt illius mortem in pupillari ætate adit hæ-
reditatem, non curat ex perſona pupilli, (vt poſſet & tranſmiſ
ſa ad ſe in integrum reſtitutione. l. non ſolum. ff. de in integ. re
ſtitutio.) facere inuẽtarium, vult autem illud facere ex ꝓpria
ſui perſona, & ipſum facit, quid iuris in hoc caſu? Bar. in d. l. in
ratione. §. ꝙ vulgo dr̃, in col. 3. verſ. quid ſi pupillus. num. 4 di-
cit in ipſo caſu, in quo ſubſtitutus ex propria perſona tm̃ fa-
cit inuentarium, teneri legata hæreditatis paternæ ſolida præ
ſtare, nec eorum reſpectu releuare inuentarium prædictum,
hoc. n. inuentarium ex propria perſona factum releuare ſub-
ſtitutum quo ad hæreditatem ipſius pupilli, reſpectu ſcilicet
legatorum præſtandorum ex tabulis pupillaribus, ex eo, qđ
factum eſt reſpectu dumtaxat hæreditatis pupillaris. & ſubii-
cit, ꝙ ideo legatarius teſtamenti paterni debet legata ſolue-
re inſolidum, & ꝙ ſoluendo non debet hoc redundare in dã-
num legatariorũ tabularum pupillariũ, qm̃ peruenit (inquit
ipſe) ob ipſius hæredis delictũ, & poſt teſtatoris obitum, vn-
de debet ipſe ſibi imputare huiuſmodi damnum. l. damnũ, de
reg. iur. §. & hoc dicimus, in auth. de hær. & falci. l. 1. §. interdũ
l. in ratione, in princip. ff. ad leg. falci. hæc dicta prolixius refert
& ſequitur Hercu. in d. §. ꝙ vulgo. in col. 3. Porcel. in d. trac.
in ca. 1. ver. 7. quæro, nu. 20 & ꝙ dixit de legatariis, vr̃ etiã de
creditorib. paternis dicendum, q. ſ. & eis teneatur inſolidum.
Verumenimuero, ꝙ nequeat hoc redundare in præiudiciũ
42 legatariorum † tabularũ pupillarium, ego plane non intelli-
go, attento ꝙ pupillus ipſe fuit, qui non fecit inuẽtariũ de bo
nis hæreditatis p̃rnæ, ob q̃ omiſſionem ipſe effectus fuit debi
tor inſolidum eorum. ſ. legatariorum, vel creditoris hæredi-
tatis p̃rnæ, & ſic eius hæreditas delata fuit ad ſubſtitutũ one-
roſior. nam nemini eſt dubium, quin hæreditarii creditores
patris, efficiantur creditores filij, qui illius hæreditatem adi-
uit inuentario non confecto, quamuis ecõuerſo creditores
filij hæredis nequeant ſe creditorib. patris adiungere, & inter
illos ſe connumerare. l. 1. § ex ꝯrio. § item videamus. ff. de ſe-
par. bo. ſi ergo ſunt creditores pupilli, & hæreditatis p̃rnæ bo-
na non ſufficiant eis, utique ꝯ bona pupillaris hæreditatis ha
bent ius, viſquequo fuerit integraliter eis ſatisfactũ, qũo ergo
dici pôt hoc non redundare in præiudicium legatariorum, &
creditorũ hæreditatis pupillaris, q a facta ſatisfactione de bo-
nis pupillarib. inſolidũ prædictis, minus erit in hr̃ditate pupil
li, ꝙ ſatisfiat legatariis, & creditoribus ipſius pupilli. nõ. n. ſub
ſtitutus cõpelli pôt de ꝓpria ſubſtantia ſatisfacere eis, ex quo
confecit inuentarium, & illis ipſe ext. nomen hr̃dis nõ debet
quicq̃, & hoc uelle mihi vr̃ Cuma. in conſi. 3. ſtatuto, in col. fi.
dum ibi conſiderat, ꝙ primus hæres fecit inuentariũ, & non
ſecundus, vel cũ ſecundus hæres fecit, & nõ primus. In primo
caſu vult legatariis deberi, iuxta uires hr̃ditatis, in qua ſunt fa
cta ſibi legata, etiam ꝙ ſecundus hr̃s, qui pro eis ꝯuenitur, il-
lud non fecerit, in ſecundo eum vult teneri legatariis primi
hæredis, vſq; etiam ad vires iſtius ſcđæ hr̃ditatis, licet non de
proprio ære, ob repertoriũ a ſe factum. Vnde patet reſponſio
ad illud Bar. ꝙ dicebat ſubſtitutum obligari ex proprio facto
ſeu delicto prædictis legatariis paternis, ꝙ hoc eſt falſum, qa
immo ex facto ipſius pupilli, cuius hr̃ditatem adiuit cũ inuẽ
tario, obligatur, ex quo hr̃ditatẽ p̃rnam pupillus adiuit abſq;
inuentario. etenim ſi ipſe pupilli hæreditatem non adiuiſſet
vtique ab eis non ꝯueniretur. Concluſio Bart. pôt eſſe vera,
43 cum defunctus pupillus vel alius hr̃ditatem patris vel alterius
nullatenus adiuiſſet, & hr̃ditas prædicta adeunda, eſſet tranſ-
miſſa ad ſubſtitutum. profecto, ſi tranſmiſſam acceptaret abſ
que inuentario, aliam vero adiret cũ inuẽtario, locũ haberet
xõ Bar. ꝙ obligaretur illis inſolidum ex proprio facto ob non
factum inuentarium, & id non redundaret in ꝑiudicium le-
gatariorum alterius hr̃ditatis, donec hr̃s haberet de proprio
ære, quo poſſet ſatisfacere prædictis, quia inuentarium vnius
hæreditatis reſpectu factum, non operatur reſpectu alterius

hæreditatis, vt ait Haym. Crauet. in conſi. 512 nu. 2 quoniam
ex ſeparatis non infertur, iuxta vulg.

44 Septimo quæro pupillus, cum † acceptauit hæreditatẽ, fe-
cit de illius bonis ſolemne inuentarium, poſt ipſius mortem
ſubſtitutus pupilli non curat aliud inuentarium facere, nun-
quid inuentarium a pupillo cõfectum de bonis p̃rnis releuet
ſubſtitutum eius reſpectu eorum, qui ſe creditores hæredita
tis pupillaris profiterentur, Bar. in d. l. in ratione. §. ꝙ vulgo dr̃
nu. 3. verſ. venio ad q. in col. 3 exiſtimat nequaquam ipſum re
leuare, quantum ſit eius reſpectu, qm̃ vltra bona hæreditatis
p̃rnæ, poſſibile eſt pupillum alia plura bona habuiſſe & reliqſ
ſe in ſua hr̃ditate, ideo illud inuẽtarium bonorum p̃rnorum
nõ pôt ſufficere, & adhuc ſuſpicio bonorum, quæ potuiſſet
per ſubſtitutum ſubſtrahi, locũ habet. d. §. ſancimus. in auth.
de hær. & Falci. ergo idem ius eſt ſtatuendũ. l. illud. ff. ad leg.
Aquil. cũ concor. etenim hęreditas patris, & hr̃ditas filij ſunt
duæ, ac diuerſæ reputantur. §. igitur in pupillari, inſti. de pup.
ſubſt. ideo inuentarium in vna factũ non protenditur ad aliã
ideſt non pôt ſupplere inuentarium in altera faciendum, vt
dixi ſuperius. iſtam Bar. ſentẽtiam amplectitur Bal. in d. l. filiũ
quem. in col. fi. verſ. iuxta hoc quæro, & in d. l. fi. § cum igitur,
nu. 15. verſ. item nunquid. ubi aperte dicit ꝙ inuentariũ a pu-
pillo factũ ſubſtituto prodeſt quidẽ reſpectu hr̃ditatis pater-
næ, per pupillum cum eo aditæ, ſed nullatenus ei prodeſt re-
ſpectu hæreditatis ex ſecundis tabulis ad eum delatæ, idem
vult ipſe Bal. in l. 1. C. de bon. auth. iud. poſſ. & Montic. fol. 34.
nu. 58. & nu. 164. fol. 100. & ſequitur Porcel. in tract. de inuent.
vbi ſupra, nu. 18. verſ. alia ſupereſt. Alex. in d. §. ꝙ vulgo dicit.
nu. 14 verſi. quærit hic Bar. & Pau. de Caſt. in d. l. fi. §. & ſi præ-
fatam. Cor. in d. l. fin. nu. 7. in col. 4. verſi. vnde ſi p̃r fecit. vbi di-
cit inuentarium a pupillo confectũ proficere ſubſtituto, quo
ad debita & legata paterna, ſed non quo ad debita ipſius pu
pilli, vel legata in tabulis pupillarib. facta. pro hoc facit deciſ.
Franc. Marc. 434. dum improbat inuentarium clerici de uno
patrimonio factum, ꝙ non prodeſt reſpectu alterius vt ibi la
tius per eum. Aduerte ꝙ Montic. fol. 100. nu. 164. mouet quę
ſtionem ꝙ ſubſtitutus vulgariter adiuuetur ex inuentario ꝑ
hæredem facto, ꝙ contingere non poteſt, quia per confectio
nem huius inuentarij aditio videtur, & ex aditione hæredita
tis expirat vulgaris. l. poſt aditam C. de impub. & aliis.

45 Octauo quæro, minor adiuit † hæreditatem inuentario ꝯ-
fecto. mox pęnitentia ductus obtinuit in integ. reſti. ꝯ huiuſ-
modi aditionem, obtinere autem eam poteſt, vt dixi ſup. per
Aug. Bero. in conſ. 68. nu. 83. lib. 1. Vnde ad ſubſtitutum hære
ditate deuoluta ipſe vult eam adire, nunquid eſt opus ſibi aliud
facere inuentarium? Bar. in d. §. quod vulgo dicitur. in col. 3.
verſi. vlterius quæro, num. 6. mouens iſtam quæſtionem, ar-
guit pro vtraq; parte, & dicit ſe non bene reſolutum eſſe de
ea, ſub dubio relinquens. Primo adducit legem, in integrũ. ff.
de mino. l. quoties. ff. de acquit. hæred. quod ratum, & validũ
manet, quicquid minor ante reſtitutionem in integrum ob-
tentam geſſit, quibus mox reſpondit, eas leges procedere in
his, quæ circa alios, & non circa ſeipſum feciſſet. Alex. in d. §.
quod vulgo dicitur, nu. 15. verſ. item inquantum, refert Ioan.
de Imo. ibi iſtam partem tenere, quod ſcilicet ſubſtituto non
ſufficiat illud inuentarium a minore factum quoniam per re
ſtitutionem in integrum habetur perinde, ac ſi non adiuiſſet
hæreditatem. l. quod ſi minor. §. reſtitutio. de minor. Et ad
tex. in d. l. in integrum. reſpondet, quod procedit eorum re-
ſpectu, quæ concernunt adminiſtrationem ipſius hæredita-
tis, idem tenet Corn. in d. l. fi. Bal. vero in d. l. fi. §. cum igitur,
nu. 15. verſi. ſed pone: fuit in contraria opinione, quod ſubſti
tutus, ne quidem ſi vellet, aliud queat conficere inuentariũ,
quia acta iudicij in eum tranſeunt l. ex contractu. ff. de re iud.
quæ firma conuenit eſſe, ſi bona fide conficiantur, iſtud re-
cenſendo ſequitur Vital. Camb. vbi ſupra, num. 48 & Hercul.
46 Peru. in d. §. quod vulgo. verſi. quarto quærit Barto. in col. 31.
vbi nitens rationibus Bal. quod iſtud inuentarij beneficium
tranſmittatur ad hęredes atque ad ceſſionarium, reſpondet
Bar. volenti ꝯfectionem inuentarij concernere perſonam, ꝙ
immo ꝯcernat hr̃ditatẽ & actionẽ, quia, ſi eſſet qd perſonale nõ
tranſiret ad alium. l. j. C. de priu. do. l. q a perſonale ff. ſol. mat.
qa ergo trãſit & nõ tranſmittit̃ cũ ipſa hr̃ditate dici nequeat
ipſã minoris pſonã ꝯcernere. Verumenimuero mihi placet
opin. Io. de Imo. nã beneficiũ inuentarij modificat & qualifi-
cat ipſã aditionẽ & obligationẽ ex ea inſurgẽtẽ, eo etenĩ fit,
vt aditio quodãmõ reputet̃ nõ facta, & hr̃ditas habeat̃ quaſi
ꝓ iacente. Doct. in d. l. fi. §. in computatione. & obligatio in-
de oriens redigatur ad non ſolidũ, Bal. in conſi. 382 pro parte
in 3. lib. in noui. vnde Bal. appellat alias inuẽtariũ ꝯſequutiuũ
aditionis. & nos melius dicimus ꝯdõnẽ ſeu qualitatẽ qualifi-
cantem aditionẽ, quo ſtante ſi reſcinditur ipſa aditio hr̃dita-
tis, quomõ nec etiam ſimul reſcinditur & irritatur inuenta-
rium

rum & eius ius: quia qualitas ſine ſubiecto ſtare nequit. l.eius
qui in prouincia. ſi cer.pet.Bal.in l.actor.C.de proba. & ſubla-
to principali tollitur ac corruit acceſſorium. l.cum principa-
lis.de reg.iu.c.acceſſorium, eo.in 6. Et ex hoc patet iſſio ad
illud quod trāſeat ad ceſſionarium vel ad hæredes, quia iſtud
procedit aditione hæreditatis ſubſiſtente adhuc, non autem
ipſa ſublata, ſeu corruente, vt in iſto caſu præſupponitur, & in
caſu fideicommiſſarij vel ſimili præſupponitur aditionem va
lere, alioquin ea reſtitutio hęreditatis honorato fieri nō poſ-
ſet. l. cogi. l.hęres.§ facta l.reſtituta.ff.ad Treb.& ꝓpterea ius
inuentarij ad fideicōmiſſarium tranſmittitur, alias non ex eo
quod iura reſciſſa & extincta in aliquem non tranſeunt, Soc.
in conſil.8 t.in col.2.lib.1. Dec.in conſil.502.in fi.glo. in l.1.§.
cum prædium. ff.de minor. not.in l.ſed ſi maneat. ff. de pre-
cario.& in l. Labeo.ff.de arbit.& in capit. cum de cauſis.extra
de offi.deleg.adde pro confirmatione huius ſententiæ, quod
debet integrum eſſe ſubſtituto, an ipſe velit hæreditatem ha-
bere cum beneficio inuentarij, vel ſine, & totum ab eius aīo
ſicut ipſa aditio debet pendere, vt infra dicam, quemadmo-
dum & abſonum videri poteſt, quod ex perſona & facto al-
tertus dicatur habere ius inuentarij, & ex propria aditione, &
facto adeundi ipſam hæreditatem: opinio igitur Bal. videtur
inſuſtentabile de iure & tex.in d. l. ex ꝯtractu.allegatus ab eo
nihil facit ad rem, quia loquitur in iudicialibus, vt ſententia
lata contra hęredem præiudicet ſubſtituto, & quęſtio noſtra
eſt in longe diuerſis terminis, vt de ſe patet.

Nono quæro, hæres adit hęreditatem, quam mox reſtituit
fideicommiſſario ſimpliciter aliqua mentione non facta de
47 inuentario: nunquid † ius facti ſeu faciendi inuentarij intelli-
gatur in eum tranſmittere ſeu transferre. Barto.in d.§. quod
vulgo dicitur, verſi. quæro facit hæres, nu.9.tenet, ꝙ niſi hæ-
res ſpecialiter ceſſerit beneficium inuentarij in ipſā hæredita
tis reſtitutione, nō transferatur in eum, quā hæres illud habet
ex propria prouiſione & induſtria, & nō ex eo quod intiene-
tur ipſum in hæreditate: ea autem, quę habet hęres ex propria
prouiſione in fideicōmiſſarium per reſtitutionem hæredita-
tis non tranſeunt, ſed opus eſt ceſſione. l.ſi hæres pecuniam.
ff.ad Treb. l.hæres à debitore. ff.de fideiuſſ.ergo iſtud benefi-
cium abſq; ſpeciali ceſſione tranſire nequit, ſm Bar.qui vult,
ſi ceſſio eius fiat, tunc fideicommiſſario prodeſſe, adeo quod
valeat Falcid.de lega.deducere, necnon ſe tueri à creditorib.
atq; legatarijs, ne cogatur ſoluere vltra vires hęreditatis, & in
hac opinione fuit Spec.in tit de inſtr.edi §.fi.verſ. quid ſi hæ
res rogatus, & hoc refert Mont. vbi ſup.fo.34.nu.55.& fo.98.
nu.157.Iac.de Belu.in §.bitue nobis.in q.ta. in Auth.de hęre.
& Falc.Lamb.de Ramp.vt refert Alex.in d §.quod vulgo dr̄,
verſ.ſeptimo quærit, nu.18. Porcel.in d.tract.in c 2 verſ.duo-
decimo quęro, nu.22.vr̄ huic opinioni adhærere, citādo pro
ea Ang.in d.l j.§. hæc ſtipulatio.ff ſi cui pluſquā per l.Falc. &
hoc firmat idē Ang.in cōſ.51. D.Philip.vbi affert hāc rōnem,
ꝙ hoc beneficium non inhæret actioni, ſed perſonæ proue-
niens ex ſolerti cura facientis inuentarium: idem vult Raph.
Cuma.in conſ.128.admonendo vt de eo in reſtitutione hęre
ditatis fiat ſpecialis ceſſio, & quod ita voluerunt Cy. & Rica.
ab ipſo citati. Hanc Bar.opinionem admittunt Alex.& Vinc.
Herc.in d.§.quod vulgo, quantum ſit reſpectu agendi: reſpe-
ctu aūt excipiendi tenet contra Barr.vt puta, ſi fideicōmiſſa-
rius conueniatur à legatarijs aduerſus eos de iure inuentarij
queat excipere, licet ſpecialiter illud ceſſum ſibi nō fuerit, ſed
ſi ipſe agat aduerſus eos qa forte res ſint penes ipſos, & velit
vēdicando res legatas de ipſis Falcidiam deducere (quā Falci-
61 *Aſſertio teſtatoris dicentis de pluribus bonis, quam hæres deſcripſerit in inuentario, an aliquid operetur contra eum.*
62 *Legata, an inuentario deſcribantur.*
63 *Debita, an in inuentario ponantur.*
64 *Inuentarium conficitur inſtrumento publico.*
65 *Peſtis tempore factum ſcriptura priuata ualet.*
66 *Subſcribi per hæredem oportet ſi ſcribere ſciat.*
67 *Solennitas ſi in aliquo amittitur, actus vitiatur.*
68 *Scriptio alteri non poteſt mandari.*
69 *Procurator, quando poteſt conſtitui ad hoc inuentarium faciendum.*
70 *Teſtes adhiberi oportet, qui cognoſcant hæredem.*
71 *Teſtes ut contrahentes cognoſcant, alias non oportet.*
72 *Teſtes duo ſufficiunt pro rogitu notarij, & tres loco abſentium, numero 74.*
73 *Res exhiberi teſtibus utrum oporteat.*
75 *Inuentarium quomodo fiat, cum bona ſunt in uarijs mundi partibus.*
76 *Locus ubi conficitur inſtrumentum inuentarij debet apponi.*
77 *Solennitates interueniſſe præſumuntur in hoc inuentario, damnatur opinio Cuma tenentis quod ſic.*
78 *Decretum iudicis, an eas ſuppleat.*
79 *Syllaba cadens cadit à toto.*
80 *Conſuetudine pluribus in locis ſolennitates, hæ ſunt in maiori parte ſublatæ.*
81 *Conſuetudo quando dicatur probari.*
82 *Conſuetudo, an probetur ex fide facta de ea per magiſtrum notariorum.*
83 *Iudici, & notario non creditur de inuentario facto.*
84 *Conſuetudo probatur per ſententiam.*
85 *Conſuetudo, an probetur ex dicto Doctorum.*
86 *Conſuetudo notoria, an ſit probanda.*
87 *Conſuetudo, an probetur per exhibitionem plurium inſtrumentorum, in quibus non fuerit ſeruata ſolennitas iuris: & opinio negatiua probatur, num. 88.*
89 *Lex quando dicatur in uſu non fuiſſe recepta.*
90 *Teſtibus conſuetudo probatur, & quomodo debeant deponere, numero 91.*
92 *Conſuetudo, an per teſtes ſingulares probetur.*
93 *Conſuetudo quando fuit uaria, quid tenendum.*
94 *Effectus eſt qui dat robur conſuetudini.*
95 *Forma inſtrumenti, & proceſſus faciendi circa inuentarium, remiſſiue.*
96 *Conſumato inuentario Principi ſupplicandum eſt pro ſupplendo defectum iuris poſitiui.*

Cum viderimus, [2014] qui ſub lege inuentarij comprehendantur, ſeu quibus opus ſit hoc inuentarium conficere, nunc dicendum eſt, quæ in illius confectione oportet obſeruare, vt hæres beneficio ipſius potiatur, & octo adnotantur requiſita per Iaſon. in dicta l. fina. in princip in colum. 7. & Dec. in dicto conſilio 633. & Ioan. Dilec. in dicto tract. de ar. teſta.
1 de acquiren. hære in caut. 8. Primum eſt, quod † priuſquam ad illud conficiendum deueniatur, omnes, quorum id poteſt intereſſe, citentur. Secundum quod in eo apponatur ſignum venerabilis Crucis. Tertium quod infra ſtatuta tempora compleatur. Quartum quod hæreditatis bona perfecte & ad integrum deſcribantur. Quintum quod notarij publici manu in publico documento ſcribatur. Sextum quod manu hæredis ſi ſubſcribere ſciat, alioquin eo neſciente ſcribere manu alterius notarij pro eo ſubſcribatur. Septimum quod teſtes hæredem cognoſcentes adhibeantur. Octauum quod loco abſentium citatorum tres probi viri homines locupletes eiuſdem ciuitatis, vel loci habitatores interſint, dum inuentarium conficitur, his peractis & completis ſatisfactum erit legi inuentarij, de quibus ſigillatim eſt dicendum. Itaque circa primum requiſitum nos ſcire oportet in primis, quod textus in l. fina. §. ſin autem dubius, non exprimit nominatim, quos euocare ad videndum illud fieri oportet, ſed ibi dicitur, quod ſub præſentia tabulariorum, cæterorumque qui ad huiuſmodi confectionem ſunt neceſſarij, inuentarium conſcribatur. Accurſ. ibi in glo. in verbo cæterorum. exponit cæterorum, ideſt legatariorum, ac creditorum: quam quidem gloſſam omnes ſcribentes ibi approbant, vt inquit Alcia. in reſponſio. 394. numero ſexto, & recte quidem, nam per ea verba imperator voluit ibi ſe re-
2 ferre ad iuris diſpoſitionem. Etenim lex arctat † agentem ad citandum omnes quos res tangit, ut actus valeat ac eis præiudicet. l. de vno quoque. ff. de re iudi. l. nam ita diuus. ff. de adopt ſed textus in dicto §. ſancimus & in §. ſi vero abſunt. in Authen. de hæred. & Falcid. meminit in hoc de legatarijs ſeu fideicommiſſarijs requirendo eorum præſentiam & citationem, & nuſquam de creditoribus mentionem facit, prout Iaſ. poſt alios aduertit in dicta l fina. verſicu requiritur & octauo, vbi ideirco dicit ſecundum Nico. de Matarel. quod ſi creditores non citantur, inuentarium non vitiatur: ipſe autem contrarium tenet, quoniam in his eadem vel maior ratio, ac neceſſitas urget illos vocandi, quam in legatarijs. idem ait Albert in §. ſin autem dubius, numero vndecimo. Quare autem creditores citandos eſſe lex nullibi exprimat aperte: nos dicere oportet, quod in dicto §. ſin autem dubius. Imperator in ea generaliter ſe de eis ſatis cauiſſe intellexit. & in præallega. §§. exprimendo id de quo minus, id eſt de legatarijs, & fideicommiſſarijs, cenſetur id, de quo magis voluiſſe cautum intelligi, qui cum ipſi tractent de damno euitando, & ibi de lucro faciendo, magis uidentur citandi. l. fina. C. de codic. uel quod expreſſit de fideicommiſſarijs, & legatarijs, quoniam horum magis intereſt, ut tamen eorum, quorum minus intereſt, ſcilicet creditorum citatio non cenſeatur remiſſa argum. not. per glo. in l 1. C. de rap. uirg. & in cap. fina. de confeſ. in 6. poteſt autem legatariorum magis intereſſe, quod ipſi citentur ex

eo

eo quod fraus (cuius quidem cauſa tollendæ citatio exigitur
ſecundum Alc. in d. reſpon. 394. num. 6.) ſi qua in occultandis
bonis fieret, primum ad ipſorum redundaret damnum, quip-
pe cum poſtremo loco poſt omnes creditores legatorū præ-
ſtationem ipſi ſunt accepturi. ſtat ergo concluſio, quod cre-
ditores ſunt etiā citandi ad videndum hoc inuentarium fie-
ri, quam concluſionem probat etiā gl. in §. ſancimus. in verſ.
fideicommiſſarios. in Auth. de hęre. & Falc. & Spec. in d. titu.
de inſtr. edi. in §. ſi in col. 7. verſ. quid ſi hæres fecit, num. 22. &
5 nemo plene ad, ea diſcrepat inter † creditores autem citādos
numerādus eſt is, quem hęres pro re ſua à defuncto alienata
intēdit cōuenire, quoniam in euictionis caſu futurus eſt cre-
ditor hæreditatis, vt latius probat Alex. de Neuo, in conſi. 78.
uerſ. uenio ad ſecundum, quod & ego puto veriſſimum eſſe,
quicquid in contrarium allegat, & dicat Octa. Cach. in deciſ.
Pedem. 181. quoniam alias eſt deciſ. 179. ſecundum impreſ-
ſionem Veneram. nam cum de iure veniunt creditores citan
di ad aliquem actum, cōditionales quoq; citari debent, alio-
quin actus eis nō præiudicaret. l. ſi diem. iuncta. l. in cōceden-
do. ff. de aq plu. & ibi no. Cum. & alij. l. nā & diuus. ff. de adop.
& his q̄ dicā ī. in 5. par. Vxor alicuius ſi eſt creditrix hęreditatis,
ſufficit ſi citet eius uir. Mōtic. vbi ſ. fol. 47 nu. 18. vbi ſimiliter
ait ſufficere patrē citare pro filiofa. creditore, debitores hęredi-
tatis non citātur ſm Mont. fol 53 nu. 51. ſed dubitatio eſt de
executore, vt per Bal. in conſi. 265 inuentarium, nu. 3. lib. 3. in
6 † nouis, dum arguit eum nō eſſe citādum, quia ipſe nō eſt le-
gatarius vel creditor, & demum reſoluit cōtrarium, vbi exe-
cutor agit rem pauperum vel loci pij. l. nulli. §. ſi quis ad decli
nandā. C. de epiſc. & cle. quod mihi vr̄ probabilius per tex. in
d. §. ſanc. dum procuratores, vel agētes fideicommiſſariorum
per ætatem vel naturam impeditorum citādos eſſe decernit,
quorum agētium numero executor vr̄ adſcribēdus. An hæc
7 † citatio in figura iudicij fiat. Bar. in d. cōſ. 154 maritus. in col.
2. dubitauit per tex. in §. de illo. in Auth. de hær. & Fal. & qua-
tenus ibi præcipit̄ legatarios, vel fideic. cōuocare, cōuocatio
autem fit ea mandato & iuſſu iudicis in forma iudicij. l. hoc
autē §. recte defendi. ff. ea quib. cau. in poſſ. auth. ſi omnes. C.
ſi ut ſe ab hære. l. 1. C. de his qui veniam ęta. ibi cōuocatis te-
ſtibus idoneis, i. à iudice requiſitis. l. pręſenti. C. de epiſ. & cle.
l. 2. C. de decur. lib. 10. ſed reſoluit cōtrarium ex hac doctrina,
quod, qn̄ ad actus ad quem aliquis eſt citādus fit cum iudice,
ideſt, iudex ſuper eo aliquid pronuntiaturus, & interlocutu-
rus eſt, & tūc intelligitur de citatione in forma iudicij facien
da, & in his terminis procedit tex. in d. § recte defendi. qn̄ ve-
ro talis eſt, vt ſuper eo aliquid iudex interlocuturus nō ſit, &
tūc aſſumitur pro denuntiatione & proteſtatione, vt ei actui
interſint ſi volunt, & talis eſt actus cōficiendi inuentarium,
qm̄ iudex ſuper eo non habet aliquid interloqui, ſeu pronun-
tiare negādo, vel cōcedendo, nec aliquis poteſt contradicen-
do impedire, quominus abſoluatur etiam quod ex fide hę-
res illud nō faceret, vt inquit Vital. Camb vbi ſupra, nu. 24. &
8 de eius validitate differtur diſputatio in illud † tempus quo
hęres vult beneficio inuentarij frui, & vt Hiero. Cagno. in l. ſi
quis maiori, nu. 51. C. de tranſa. & voluit Haym. Crau. in conſ.
89 in fi. & no. vnum ſingulare, quod tametſi cōtumaces ſa-
9 ciant alias ſe alienos ob cōtumaciam† accuſatum à citante, à
iure poſtea cōtradicendi & impugnādi actum ſm iuris regu-
lam. l. ſi legatario, § fi. ff. de fideic. lib. in caſu tamen iſto, ſi cita-
ti ad videndum fieri inuētarium ſunt cōtumaces, pn̄t nihilo-
minus ipſum qn̄cunque impugnare ſm Natiā, in conſ. 575.
nu. 37. in lib. 3. vbi ait, id in inuentario ſpeciale eſſe vt contu-
macia nō officiat nō comparentibus, idem vult Alcia. in rep.
394 nu. 6. vbi dicit contumaciam creditoris nō comparentis
præiudicium ei parere ſolum in hoc, ne hæres creditum eius
in inuentario ſcribere teneatur, & in ea opinione quod iſta
conuocatio non fuit in forma iudicij, fuit etiam Bal. in l. fi §.
cum igitur, nu. 13 vbi ait iſtam conuocationem fieri non ad
litem, ſed ad intereſſendū actui extraiudiciali, intelligēs inuē-
tarium eſſe actū extraiudicialē, & nō actum fori, vt poſt eum
refert Camb. diſt. 24 & Porcel in, diſt. inuen. in c. 2. nu. 9. idem
Camb. nu 15 & 16. & Bald. in d. auth. ſed cum teſtator, nu. 21.
Quin & dixerūt aliqui ad illud, iudicis pręſentiā haud requi-
10 ri, niſi cū † ageret̄ de aliqua ſcriptura in eo regiſtrāda ad finē,
vt alijs pręiudicet. l. chyrographis. ff. de admi. tu. Bar. in l. tutor
qui repertoriū. ff. eod. & in l. de creationib. C. de epiſc. aud. &
ita citādo Bal & Pau. de Caſt. refert Alc. in d. l. fi. in princ. nu.
21. nā lex nullibi de iudicis præſentia pro conficiendo inuen
tario mētionem facit, vt poſt Sal. dicit Cor. ī d. l. fi. nu 10. verſ.
10. quærit, referens, quod tn̄ de conſuetudine ſolet iudex adi
ri, & corā eo inuentarium cōſumari, & id eſſe magis cautum,
iſtud tn̄ de præſentia à pleriſque aliter firmat̄, quod in illius
confectione exigatur iudicis præſentia. Specu. ubi ſupra, nu.
22 Bal. in conſ. 265. inuentarium, in fi. lib. 3. in conſ. 514. nu. 5.
lib. 5. & Rolan. à Val. in conſ. 73. nu. 36 reprobat inuentarium
ex iſto capite, quod in iudicis præſentia nō fuerat cōfectum;
quam dicit eſſe neceſſariam ſm cōem opin. vt ceſſet fraudis
ſuſpicio, & quod ita ſeruat̄ ex conſuetudine vbique, idē vult
Montic. hic fol. 15. nu. 3 & fol. 46 nu. 12. vbi magis ex conſue-
tudine quā ex iuris cenſura id obſeruari; vt ibi per eum, &
iſtud affirmat & Ang. atteſtando de cōi in d. l. j. § hæc ſtipula-
tio. & Leo Spelunca in tract. de ar. nota. in forma aditio. hæ-
redita. vbi ad hoc ponderat tex. in d. l. fi. §. ſin autem dubius.
dum ibi vr̄ fieri ſub tabulariorum præſentia, quod glo. expo
nit ibi. i. perſonarum publicarum, tabellionis. ſ. & iudicis ordi
narij. l. tutores. l. vlt. C. de admi. tu. & addit hāc rationem, quia
creditores & legatarij non comparent niſi coram iudice, ex
hac tamen iudicis pręſentia requiſita nō concluditur inuen-
tarium eſſe actum iudicialem, quoniam & in actibus extraiu
dicialibus veluti in donationum inſinuationibus iudex adi-
tur, qui in eis interponit ſuam auctoritatem & decretum, q̄
Bal. in conſ. præalleg. apponi vult, quaſi acceſſorium pro cō-
plemento eius, & cōcluſione inuentarij, vt pro eo bene pręſumatur, & vr̄ ſufficere interuentus ſolius iudicis, etiā quod
non interloquatur, ſeu decretum non apponat, dummodo
coram eo intelligente & audiente fiat ad not. in l. omnium,
nu. 8. C. de teſta concludo igitur in hoc caſu citationem fie-
ri tanquam ad actum extraiudicialem forma iudicij non ſer
uata. ex qua quidem concluſione inferebat ad aliud Bar. in d.
conſi. 154. in col. 3. verſic ſed eſt aduertendum, num. 7. quod
quia creditores & legatarij cōuocantur, vt actus legalius fiat,
quem citati nullatenus valent impedire. l. vt perfectius. C. de
annal. præſcri. ſufficit eos citare per generale proclama, ſiue
ſint certi, ſiue incerti, ſeu incogniti. pro quo ponderat etiam
tex. in d. § ſancimus, & in §. de illo. dum de eorum conuo-
catione meminit, quod poteſt intelligi de generali, item &
de particulari conuocatione nominatim facta. l. generaliter.
l. nominatim. ff. de cond. & demon. l. 2. ff. de lib. & poſthu. po-
tius autem debet intelligi de generali, ait ipſe, quam de parti-
culari, quia illa minus grauat hæredem. argu. no in c. odia de
reg. iu. in 6 Addit etiam quod cum non tangat actus per prius
eos, qui veniunt citandi, citatio tunc generalis ſufficiat per
tex. in l. ſi eo tempore. C. de remi. pign. ſed inuentarium non
tangit per prius ipſos legatarios vel creditores, ergo non ſunt
particulariter citandi. iſtud argumentum eſt falſum, quia tex.
in d. l. ſi eo tempore, non fundatur in hac ratione, ſed potius
in ipſa incertitudine, etenim ſuper pignore vēdendo, qui ius
acquiſierit, ſeu habeat ſuper eo, credit̄ volens illud vendere,
11 poteſt probabiliter ignorare, † nimirum, ſi per proclama eos
citare ſibi permittitur, & ea ratio, quod actus non tangat per
prius, ſed ſecundario, vel in conſequentiam non infert aliud,
niſi quod tales nullo modo citentur: quoniam nemo cogi-
tur citare niſi eos, quos res principaliter tangit, i. per prius, vt
probatur in l. 1. §. denunciari ff. de ventr. inſpic. & dicemus in-
fra. Præterea recte poteſt negari inuentarium per prius eos
non tangere, cum potiſſime & principaliter illud conficiatur
ad hunc finem, ſ. vt hæres ſe aduerſus eos tueatur; ne. ſ. eis ſa-
tisfaciat, vt alias eo non confecto ipſe teneretur, merito iſta
Bart. opinio ab omnibus reprobatur, vtpote quæ male inſe-
12 ratur ex prædicta † concluſione, & aduerſatur receptæ iuris
concluſioni, quod in citandis reis, cum ſunt noti & certi par-
ticularis cuique eorum fit citatio: ſed cum ſunt incogniti &
incerti, uerum eſt ob impoſſibilitatem citandi, tunc particu-
lariter ſufficere citationē per generale proclama, vt late per
Alexan. in conſi. 106. niſi & opportune. in colum. pen. nu. 14.
uſque ad finem. & in conſil. ſubſeq. 107. l. per fundum. ff de
ſeru. ruſti. prædio. cap. cognoſcentes, extra de conſtitu. & alijs
pluribus, de quibus per Alexan. in d. conſ lib. 5. & in terminis
noſtris inuentarij conficiendi, ita dixerunt Bal. Saly. Ange. &
Pau. de Caſt. Corn. & Alex. in d. l. fi. nu. 8. C. de iu delibe. Dec.
in conſi 633 nu. 9. in col. 3. & Monti. vbi ſupra. Haym Cra in
conſil. 89. in fi. vbi de hoc dicit eſſe communem. Sigiſ. Neap.
in conſil. 32 nume. 8. inter conſi. feud. Dec. in conſi. 251. in co-
lum. 3. uerſicu nec obſtat quod fecerit inuentarium. Bald. in
conſil. 265. in fi. lib. 3. Haym. Crau. in conſil. 225. in colum. 1.
Guid. Pa. in d. tract. num. 2 Porcel. eod. tract. in c. 2. nu. 3. Abb.
in conſi. 73. in colum. 3. nume. 6 lib. 2. Stephan Bert. in conſi.
331. lib. 1. Pau. de Caſt. in conſil. 324. non multum uidetur, in
fine, in antiquis. Alexan. in conſi. 5. lib. 2. Maran. in Specu. aur.
in 6. parte, de citatione, nume. 85 Anto. Capic. in deciſ. 101. in
cauſa Andreę Vital. Camb. vbi ſupra, nu. 22. & Rolan. à Valle
in conſilio 72. nume. 14. lib. 3. ubi ad hoc quamplura citat. Et
declara intelligi certum creditorem illum, quem hæres ſcie-
bat ſe profiteri creditorem, tametſi de tali prætenſo cre-
dito nulla fides ſibi facta fuiſſet, ita dicit And. Capi. in d. deci.
13 101. Item † habendus eſt pro certo, is de quo potuit hæres ſe
facile informare & certificare, prout latiſſime probat Hay.

Crau in d.conſi 225. vbi conſuluit inuentarium non officere pupillo creditori, ex eo quod eius tutores non fuerant ad illud citati. nec ab hoc hæredem excuſari quod ignorauerit, qui eſſent eius tutores, cũ de eis poterat & debebat percunctari, & ſe informare. idẽ conſuluit Dec. in d.conſ.251.in cauſa magni.in col.3 verſi 4.& vlti. Sigiſ. Neap.in d.conſi.32.nu. 8. Alex.conſi. 105 nu. 17.lib.5. quoniam incertitudo ipſa perſonæ citandæ, cum nemo teneatur diuinare l.ſi putaret.in fi. ff.ad leg. Aquil.l.ſi fideiuſſor.§.ſi cum debitor ff mandati, eſt cauſa, quod permittatur citatio generalis : quando ergo poteſt certificari, & omnis incertitudo ceſſaret, ceſſat talis facultas ita arguit Alex.in d.conſ.5. lib.2. per vulg.regu. q̃ ceſſante cauſa ceſſat effectus. l.1.in princ. C.de cad.toll. & concor.
34 & ex hoc dicas etiam † quod creditoris alicuius præmortui hæredes oportet citare per particulares citationes nominatim, & non per generale proclama, quia conficiens inuentarium poteſt & debet ſe informare, qui ſunt. & non licet eos ſibi ignorare, vt per And. Barba.in conſi.8.nume.18.lib.1.&
35 Alex in conſi. 107.perſpectis, num. 7 & 8.lib.5. Quid ſi † creditorum magna ſit multitudo, nunquid omnes, ex quo ſunt certi, nominatim ſunt citandi. Iaſ.in l.decem. num.43.verſic. limita tamen.de verb. oblig.dixi tunc ſufficere generale proclama ex mente Bar.in Authen. ad reprimendum, in ver.edictum, & lo.Caccial.in l.cunctos populos. C.de ſum.trini.& fide cathol. Neguſ. in tract. de pigno. & hypo. in 8.par. in pri. memb. nume. 13 vbi dicit, hoc dictum paucis eſſe notum. aduertatur, quod Bart. loquitur de multitudine vniuerſitatis citandæ, quod proclama factum per vicos & locos publicos arctet ipſam vniuerſitatem ad comparendum, quaſi cenſeatur in eius ſufficientem notitiam id tunc tranſire, nõ autem loquitur de multitudine ſingulorum, ideo fundantes ſe in d. Bar. per eos male perpenſo, & relato allucinantᷣ in ſuo dicto, nam ex ſcientia vnius particularis, non inferẽ ad alterius particularis ſcientiã, Card.Zaba.in conſi. 155.& ad hoc ego pondero tex.in d §.ſancimus, in verſi.illo ad.edicto, ibi quanticunque, per quod verbum declaratur Imperatorẽ velle omnes citari etiam quod eorum magna eſſet multitudo, & hãc conclusionem, quod omnes ſunt particulariter citandi, quantuſcunq; ſit numerus, tenet Fel.in c.exhibita, nu.2 extra de iud. Card Pariſ.in conſi.110 lib.1.Zaba.in conſi 23. Nico. Boer.
36 in deciſ 177.num.5. Et in propoſito faciendæ † citationis eſt notanda doctrina Bal.in d.auth.ſed cum teſtator, nu 5.verſi. ſed qualiter. C. de le.Falcid quod, ſi de ſingulorum agatur præiudicio, ſinguli ſunt ſigillatim citãdi, ſi vniuerſorum, ſeu vniuerſitatis, tunc vniuerſalis eſt facienda citatio abſq; particularium ſpecificatione ſeu expreſſione. ſi vero collegij, collegialis, & earum citationum formam vide per Mod.in tract. de cita.& vbiq; per ſtatuta locorum ſolet certa forma in quolibet caſu præſcribi, quæ abſq; dubio eſt ſeruãda. Vnũ
37 reſtricatur in † dubium: vtrum abſentes à loco in quo conficitur inuentarium, ſint aliquo modo citandi. Bald.in d auth. ſed cum teſtator, nu.14 præſupponit citandos eſſe, dicendo citari debere ad domum ſolitę habitationis, vel per edictum publice propoſitum, Bald in conſi.353.nu.8.lib.1.& ſequitur Monti.vbi ſupra, fo.147.nu 20. Sed Porcel.vbi ſupra, ait abſentes minime citandos eſſe, ex quo pro abſentib. ſatis prouidit diſponendo, quod in conficiendo inuentario tres probi viri debeant accerſiri loco ipſorum d §.ſi vero abſunt, & d. §.ſancimus, dum dicit in ciuitate conſtitutos citandos eſſe, hoc dicit Corn in d.l.fi.nu 9 verſi. ſi autem creditores vel legatarij, & plene firmat Octa.Cache. in deciſ.181.quoniam, nu.8. alias eſt ſecundum impreſſionem Venetam, deciſ 179. Hinc Sigiſ.Neap.tenendo in d. conſi 32.abſentes citandos nõ eſſe, declarat abſentes intelligi illos, qui extra locum iuriſdictẽtis ſunt, ſed non eos, qui licet in alia ciuitate habitẽt, ſed eadem tamen iuriſdictione, & Principis poteſtate reperiuntur, inferens ad eos, qui in regno Neapo ſubſunt iuriſdictioni magnę Vicariæ, ſi in aliqua ciuitate ſubdita magnæ Vicariæ fiat in-
38 uentarium. Eſt præterea aduertendum, † quod hæc citatio pro certo loco, & hora fiat, ſm Barto.in d l.fi. Ang in tract.de inuen.& in d § hęc ſtipulatio.Dec.in conſ 633. Abb.in d.cõſ. 73 lib.2.vbi improbat citationem, quæ erat facta ad comparendum infra tres dies ad videndum fieri inuẽtarium, quam dicebat nõ valere ob incertitudinem diei, quod refert, & ſequitur Rol à Valle in conſ.73.in 2 lib. & locum, in quo faciẽdum eſt inuẽtarium, honeſtum eſſe oportet, veluti in monaſterio, Saly.in d § ſin autem dubius, nu.9. verſ.ad quem locũ.
39 Item citatio debet † comminationem continere, quod.ſ.in eorum contumaciam ad inuentarij confectionem, nihilominus procedet, Dec.in d.conſ.633 quo ſtante vnica proculdubio ſufficiet, qũ comminatio cedit in vim peremptorij.l.ceſſat.C.quomodo, & qñ iu. Iaſ.in d.l.fi.nu.4 verſic.5.Gui.Pap, in d.trac.de form. inuent.nu.2. vbi dicit ita ſe vidiſſe ſeruari, & ita ipſe conſuluit ſm ſtilum Curiarum. In cõſi.60 ubi vult, unicam citationem ſufficere.etiã quando non fuit appoſita comminatio, quia nõ datur, ait ipſe, certa forma citandi, hoc etiam uoluit Vital Camb ubi ſupra, nu.26.Montic.vbi ſupra fol 47.nu 17 & Romæ ſic deciſum fuit in Rota noſtris temporibus, vt recollect.per D.Achil. de Craſ. in deciſi.155.vbi, cum fuiſſet dubitatum, an in hoc inuentario faciendo trina citatio requireretᷣ, vel unica tantum ſufficeret peremptoria, reſoluit Rota unicã ſufficere, quia iudex non debet ſuper eo ſententiã ferre, nec aliquod decretũ apponere in eo, in quo caſu non eſt locus peremptoriæ. gl.Bal. Ang. & Albe.in l Papinianus, §.ſi poſt ff.de inoff.teſta. uel quia tunc demũ non eſt neceſſarium peremptorium, qñ adeſt in ea comminatio, quę ſatis in hoc dicitur adeſſe, ex quo tempus apponitᷣ ad illud faciendum. & refert Dominos habuiſſe hunc actu pro actu extraiudiciali, ac leuis pręiudicij, quia poteſt quiſque defectum inuẽtarij ſemper oſtendere, & quia non præſumitᷣ, & non credit, quod hæres fraudauerit hæreditatẽ. Addit quod in actis extraiudicialibus non requiritur perẽptorium. Corn. in d.l.ad peremptoriũ.de iud.& quod nimis rigoroſum foret pp defectum peremptorij annullare inuẽtarium & ſubdit iſtam communem probari, tũ quia pręallegati Doct. & alij ultra eos illam tenent, etiã, quia Ang & Bal.in d.l. ſi eo tempore, dixerũt eſſe tutius illud verbum peremptorium apponere, nõ autem neceſſarium. & Cor.in d.l.fi.dixit unicã ſufficere, & minime requiri peremptorium in ea.& iſtud vult Rol. in d conſi.73. nu.23.admonet poſtremo loco Bal.in d.conſ.347.lib.4 quod huiuſmodi citatio debẽ perſonaliter, vel ſaltem ad domum, vel quod ſeruetᷣ forma, de qua in authẽ.qui ſemel.C.quomodo, & qñ iud. & quod demũ citationis factæ fiat relatio per nuntium in actis, vt per eundem Bald.in conſi.265. inuentarium lib.3 & hæc ſunt ſeruanda in particularium citatione, quando ab hærede non ignorantᷣ. Quid dicemus quo ad ignotos & incertos? & quidem fiet proclama generale ad videndum inuentarium fieri pro certa die & loco contra omnes putantes ſua intereſſe inuentario adſiſtere, vel præſentes eſſe, & in locis, in quibus defunctus uerilimiliter æs alienum contraxiſſe exiſtimabitur, ſecundum Steph. Bertran.in conſi.331.vel fiet in locis frequentioribus, & eminentioribus ciuitatis, ut per Ang.in d.§ hæc ſtipulatio. vel ſecundum alias per totam ciuitatem, Archid.in c.quod dicitis 16.diſt. Bal.in c.j.in col.5. de vaſſal.qui contum. Addunt etiã nonnulli quod quia vox præconis horrida paucis innoteſcit. d.auth. qui ſemel, quod caute & opportune agetᷣ in hoc ſi proclamatis cedula in loco eminenti affigatur legenda, vt per Corn. vbi ſupra Alexan.& Rip.in d.l rem, quę nobis, nu.42 ff.de acq.poſſ.Caſſad.deci 1. de appel.facit tex.in l.2.uer.poſtea ne diutius. ff.de orig.iu.& ibi Hiero Cagno.in 3.notab.& cedula affigenda, vt ſit originalis, vel aliter in forma probãte eſt neceſſe. clem.1.de iudi. Rota in deciſ.4.de dolo & contu. Verum in his non eſt valde laborãdum, quoniã vt eſt dictum, ubique locorum certæ formæ citãdi habentur pro quolibet caſu, quas ſeruãdas eſſe
21 nemo ignorat. Dum autem † ex tali proclamate Docto.volunt clericos pariter euocari non minus, quã laicos, Sal Pau. de Caſt. Alex. Iaſ & alij in l.teſtamenta omnia. C. de teſtam. Monti.ubi ſupra fol.47 nu.20. Ang.in l.1.§. hęc ſtipulatio.ff. ſi cui pluſquã per l. Afflic.in deci Neap.2.& in deciſ. 24. & alibi per Doct paſſim, nos, qui præ cæteris rebus ueritatem iuris aſſequi ſtudemus, cauendum eſſe exiſtimamus, ne in illorum opinionem incidamus, qui videntur velle, quod ex huiuſmodi forma citandi, quatenus ſua putauerit intereſſe, modum præberi clericos trahendi coram iudice laico; nam inquiunt (vt meminit Iaſ.in d.l.teſtamenta, in col. 2.uerſic.ulti. perpetuo teneas) eſt valde ſingularis modus pro limitatione c.ſi diligenti, ext.de fo.compet.& auth. ſtatuimus.C.de epiſ. & cleri. diſponentium nullo modo trahi clericos coram iudice ſeculari, quod nihilominus queãt conueniri coram laicis, ſi citentur conditionaliter, quatenus ſua putauerunt intereſſe; nam conſiderant per factum ipſum taliter, ſeu tali modo citandi non lædi eccleſiaſticam iuriſdictionem, ex quo non arctat citatum ad comparendum. glo. & Doct. in l.ea quidem. C.ſi mancip. ita fuc.alie & quia non arguit aliquã ſuperioritatem ut citante glo.in c.cum cauſam.in gl.j.circa medium. ext.de offi deleg inſpecta quoq; comparitione ſic citati non læditur auctoritas eccleſiaſtica, ex eo quod cõparens ex cauſa huiuſmodi citationis reputatᷣ vt reus voluntarius, & quaſi actor. Fely. Deci.& cæten in c.cum inter.ext. de excep.& Fel. in c.intelleximus, in col.pen.ext.de iudi Doct.in l.fi.C.de edi. diui Adri.tol.Iaſ & alij in l de pupillo.§.ſeruo ff. de oper. noui nunc.Soc.in c.quoniam frequenter.§.quod ſi ſuper.in col. 3. extra in li. non conteſt. (quemadmodum e conuerſo actor, cum cogitur agere reputatur reus, ſecundum Fely. in dicto cap.intelleximus. in colum.pen.verſicu.4), ſed clericus, cum
eſt

eſt actor, forum rei ſecularis ſequitur, citra canonum tranſ-
greſſionem, iux. tex. in l. in criminali, l. iuris ordinem C. de iu-
riſdictio, omnium iudi. ergo clericus iſto modo citatus ſtare
coram ſeculari iudice debebit, nec declinatoriam opponere
poterit, ut aliquos arguere & tenere refert deciſ. in conſilio
700. in colum. 2. & Roland a Valle in conſi 29. numero 10.
lib. 2. ubi recenſet ſecundum aliquos tale iudicium valere,
22 ac præiudicare. Quod profecto ſumptum fuit ab aliquib. in
anſam tentandi aliquid cõtra clericos, qui laicos ſpoliaſſent,
vt per conſi. Neapolitanum, quod videre eſt apud Math. de
Afflic. in deciſ. 2 & deciſ. 24 & in deciſ. 380. item contra cle-
ricum, qui diu tenuiſſet debitorem in carceribus, ut per Af-
flict. in d. deciſ. 24. Iaſ. in d. l. teſtamenta omnia, in colum. 2. &
Pau. de Caſt. in conſil 44 in cauſa Egidij, in antiquis, & qui-
dem cum malitia non modica, nam ſi non comparebat cleri
cus ſub tali forma citatus negocium expediebãt ad fauorem
laici contradictore nullo comparẽte, ſi vero comparebat cle
rico & voluntarie venienti ad iudicium opponenti declina-
toriam fori, reſpondebant, quod illud declinare non poterat,
quia erat voluntarius & actor, ut eſt dictum, & procedentes
in cauſa pro ſui uoto ſententiam in fauorem laici ferebant.
Tu igitur animaduertas circa iſta, ne decipiaris, & deceptus
laqueo ęternæ damnationis te innodes falcem in alienã meſ
ſem, in iuriſdictionem ſcilicet eccleſiaſticam mittendo, nam
iuriſdictio eccleſiaſtica eſt de iure diuino, ut ꝑ Thom Gram.
in conſi. 1. nu. 30. iuxta illud Pſalmi ibi, Nolite tangere Chri-
ſtos meos, ideſt Clericos, ut no. in Auth. de nõ alien in prin.
Andr. Iſern. in conſtit. Regni, incip. de perſonis, ſub rub vbi
clerici in malef conuen. debe & ſecularis iudex non poteſt
23 ipſum citare, † & citatus non tenetur comparere, nec poteſt
ſi non comparet contumax reputari, vel ut contumax aliqua
tenus condemnari, & proceſſus contra eum fabricatus eſt ip
ſo iure nullus, ut late per Tho. Gra. in d. conſi. 1. num. 34. im-
preſſo poſt eius deciſiones, quia non poteſt ſupponi diffini-
tioni laicorum, dicit tex. in cap. decimæ. 96 diſtin. nec de con
ſenſu quidem epiſcopi poteſt iudex laicus habere iuriſdictio
nem in clericum. c. decernimus. c. quanto. extr. de iud. Abb.
in cap. perpendimus, extr de ſent. excom. & clericus corã lai-
co citatus ſi non opponit declinatoriam fori, tanquam tran
ſgreſſor canonum poteſt puniri Bald. in l. 1. C. de ind. vid. tol-
len. & iudex incidit in excommunicationem ꝓcedendo ſciẽ
ter contra clericum, cap. 2. & ibi not. ext. de fo. compe. & ꝓ
pterea aduerte, quod ſi in cauſa illa, in qua clericum vult ci-
tare etiam ſub iſta forma cõditionali, iudex ſecularis eſt alias
incompetens, (prout plerumque contingit, in quibuſdam. n.
caſibus ſpecialibus clericus coram ſeculari iudice poteſt cõ-
ueniri) non releuabit, vel nõ intererit quicquam, an citatio
fuerit cũ clauſula, quatenus ſua putauerit intereſſe, uel abſq;
ea, & ſimplex. quo ad hoc, ut ille iudex fiat magis competens
ſi non erat, operatur autem ſolum vt ille iudex non cẽſeatur
per huiuſmodi formam citandi iuriſdictionem eccleſiaſt. vio
laſſe, propterea quod clericum non cogit ad comparẽdum,
ſi non vult, ſed duntaxat eum admonet, ſi putat ſibi expedi-
re aliquid dicere, ne forte ex eo actu ſibi aliquod præiudiciũ
inferat, atque ſtatim ex eo quod comparet & docet de ſuo
intereſſe, ne procedatur ad illum actum in cauſa, illa condi-
tio citationis purificatur, & eſt perinde, ac ſi ab initio fuiſſet
pure ac ſimpliciter citatus. l. fin. §. 1. ff. de vulga. ideo declina-
toria fori eſt admittenda remittendo clericum & dictam cau
ſam ad iudicem eccleſiaſticum, ut per Ancha. in reg. ea quæ
in colum 48. de reg. iur in 6 & conſulẽdo Decius probat in
conſi 700. per totum Roland. a Valle in d. conſi. 29. Auto. Ca
pi. in deciſ. Neap 8. & Deci. in conſi. 187. in colum. 3. uer. non
obſtat Alex. in l. de pupillo. §. ſi ſeruo. ff. de oper. no. nunc. &
Afflic in conſt. de Burg. a Rolan. citatus, dum ait quod facta
huiuſmodi citatione per edictum, clericus ſi comparet, & aſ
ſerat rem, ut puta, ſe poſſidere iure medio, quam per vim di-
cebatur forte obtinuiſſe reus contra eum non erit iudex com
petens effectus per illius comparitionem, ſed debet cauſam
remittere. Nec obſtant ex aduerſo adducta, nam conceditur
per factum illud citandi conditionaliter non lædi iuriſdictio
nem eccleſiaſticam, ſed ſi poſt comparitionem clerici docto
de eius intereſſe, non remittatur cauſa ad iudicem eccleſiaſti
cum, non poteſt negari, quin lædatur, quoniam ſententia ci-
tato etiam ſub iſta forma pro ſuo intereſſe certe prẹiudicat,
ſeu præiudicium facere poteſt. Deci. in d. conſi. 187. in col. 2.
& in d. conſi. 700. num 6 Haym. Crau. in conſi. 12. in fi. agen-
go ergo de præiudicando clerico comparenti, vtique fit con
tra ſacros Canones procedente iudice ſeculari in cauſa. Nõ
obſtat, quod dicatur reus voluntarius, quoniam iſtud eſt ue-
rum reſpectu comparationis tantum, ſed non reſpectu pro-
ceſſus, in quo cogitur ſe defendere, cuius reſpectu uere põt
dici neceſſarius, Roland & Docto. in locis præallegatis. Non
obſtat illud ex deciſ. conſi Neap. quoniam potius per modũ
extra iudicialis prouiſionis ex principis uoluntate, quam per
modum iuſtitiæ miniſtrandæ fuit in illis caſibus determina-
tum, ſub prætextu etiam quorundam capitulorum, quod in
exemplum trahi nequit, & Affli. in deciſ. 380. conqueritur de
conſi. regio, quod ſe intromiſerit in quadam cauſa Monaſte
rij, ut ibi per eum, & vtcunque id ſe habuerit probari non po
teſt ex aliqua iuris ratione & exemplis, non eſt iudicandum
præſertim quando ſunt mala. l. nemo. C. de ſente. & interloq.
omn. iud. & in Rota Senenſi ego ſic iudicaui una cum excel
lentiſſimis meis collegis Mag Paulo Vitra, & Camillo Lepi-
do, in cauſa cuiuſdam immiſſionis in poſſeſſionem faciendę
in qua citauerat laicus clericũ coram ſeculari, quatenus ſua
putaret intereſſe, & coram eo comparens clericus docuit de
ſuo intereſſe, quod erat in poſſeſſione bonorum, & appoſuit
declinatoriam fori, & ea cauſa ad nos per appellationem de-
uoluta, cenſuimus cauſam eſſe remittendam ad ſuum iudi-
cem eccleſiaſticum iuxta prædicta, quamuis multum ex ad-
uerſo actor niteretur in his quæ ſuperius diximus de clauſu-
la ſi ſua putauerit intereſſe, & ex eo quod clericus ad facien-
dum inuentarium hoc citari ſolet coram laico ſub iſta clau-
ſula: ut ex ſupra citatis, nam quo ad iſtud ego reſponde-
bam, quod iudex ſecularis in actu inuentarij conficiendi
eſt iudex competens, etiam reſpectu clerici, vt dicit Dec. in
dicto conſilio 700. & Rolan. in dicto conſilio vigeſimonono
numero octauo, Steph. Aufr. in trac. de poteſt. ſecu. in 2. reg.
numero duodecimo, verſ. duodecimo fallit, vt quando ex for
ma ſtatutorum eſt deputatus certus iudex ſecularis, coram
quo, verbi gratia, inſinuentur teſtamenta, vel donationes, &
ſimilia: tunc clericus non poteſt eorum iuriſdictionem decli
nare, ſecundum Doctor. in dicta l. teſtamenta, & Steph. Aufr.
ibi & Bald. in dicto cap. fin extra de fi. inſtru. vnde quod non
declinet iuriſdictionem in caſu inuentarij non eſt ex vi cita-
tionis ſub illa clauſula factæ, ſed ex eo quod eſt alias iudex cõ
petens adeo quod etiam, quando citaretur ſimpliciter non
poſſet illud forum declinare, prout citandus eſt quando eſt
certus, & notus creditor hæreditatis, vt per Corn. in d. l. fi. nu
mero nono, C de iure deli. Bal. & Iaſ. in d l. teſtamen. Et quod
hoc inuentarium faciendum ſit coram ſeculari deciſum fuit
in curia Delfin. vt per Gui. Pap. in q 261. Capellano, & q. 562.
vtrum, quem refert & ſequitur Frã. Marc. in deciſ. Delphi. 105.
25 & deciſ. 106. intelligetamen ſecundum eos, ſi † hæres ſit ꝑ-
ſona ſecularis, licet defunctus fuerit clericus, & de hæredita-
te clerici agatur: ſi autem hæres eſſet perſona eccleſiaſt. opor
teret illud fieri coram eccleſiaſtico per rationes ab eis ibi ad-
ductas. Bat. Caſſ. in con. de Burg. in rub 8 des ſucceſſiõs §. 13.
in glo. par benefice de inuentayre: ad fin. idem vult quod &
de teſtamento exequendo per clericum executorem, vt ſcili
cet coram laico id fiat, tradit Bertach in tract. de epiſc lib 4.
in quinta parte, ad fi numero 96 vbi id ampliat, etiam quod
eſſet epiſcopus, vt per eundem ibi in quarta parte, nume. 34.
& Steph. Aufre. vbi ſupra. His præcognitis dubitatum aliqũ
26 fuit vtrum, ſi aliquis † creditorum, vel legatariorum omiſſus
fuerit, inuentarium ſaltem reſpectu eorum, qui fuerunt legiti
me ad illud citati, valeat Bal in dicto conſilio 205. argumen-
tatur, quod reſpectu omnium ſit inualidum, quando enim
omittitur aliquid de ſolennitatibus in totum actus vitiatur. l.
cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſ. l. prima. C. de auto præſt. & qa
in hoc inuentarium decretum iudicis interponitur. quod ꝑ
pro parte valere nequit, quin in totũ valeat. l. in hoc iudicio.
ff fami. erciſ contrarium ipſe probat ibi, quia citatio præiudi
cat citatis, & facit vt actus ille pro quo fuerunt citati valeat
tametſi non citatis minime prẹiudicet. l. non iccirco ff de iu
di. l prima. § cum dicitur ff. ſi cui pluſquam per. l Falci. & quo
ad citatos omnia dicuntur ſolenniter peracta. l. ſi deſerta C ſi
propter publi. penſ. l. nã & ita diuus ff. de adopt. l. de vnoquo
que. ff. de re iud l. 2. § fin. ff de mino. hoc idem firmat in termi
nis Bal in authen ſi omnes. C. ſi vt ſe ab hæred. vbi recenſet,
quod fatuus quidam iudex credebat inuentarium ob præter
miſſam aliquorum citationem vitiari, & eſſe nullum etiã quo
ad citatos, quaſi eſſet omiſſa forma, & ſolẽnitas legalis, quod
non eſt verum, inquit ipſe, reſpectu citatorum, horum enim
reſpectu dicitur ſeruata. l. Lucius ff. de infamib. & in rubri. &
nig. C. quibus res iud. idem firmat in dicta. l fina. §. cum igitur
numero ſexto, ver. ego credo, quoniam ſicut actus iuriſdi-
ctionis contentioſæ citatis præiudicat, & irrequiſitis non prę
iudicat. l. 2 ff. de fi. inſtrum. ita dicendum eſt in actu volunta-
riæ iuriſdictionis, & extraiudiciali, etenim citatio non eſt de
ſolemnitate formali ipſius actus, ſed de ſolemnitate extrinſe-
ca, ideo ob defectum citationis aliqua ex parte commiſſum,
non dicitur in forma eſſentiali peccari, & ſic nullum eſſe quo
ad omnes, & hoc modo tolluntur allegata in contrarium ſu
pra, & per Bart. in dicto conſilio 154 & in iſta opinione Baldi
fuerunt

fuerunt Paul. de Caſtro, in d. §. cum igitur, & Iaſ. ibi, Cum. ibi
num. 9 Bal. in d. auth. ſed cum teſtator. Hay. Crau. in conſi.
215. Dec. in conſi. 251. in colum. 3. Socin. in tract. de citat. in
5. artic. num. 1. vbi refert de hoc tamen dubitaſſe Io. de Imol.
idem voluit Bart in d. auth. ſed cum teſtator, & in d. conſil.
154 Guid. Pap. in d. tract. de for. inuent. num. 4. uerſicu. an in
uentarium valeat. Porcell. vbi ſupra in c. 2. num 4. uerſic. po
teſt etiam alio Bal. in conſi. 63 in confectione, lib. 3. Alcia. in
reſp. 78 quæritur, vbi ſimilia adducit. Et ex hoc, quod citatio
27 eſt de ſolennitate extrinſeca infertur, quod curſu † longiſſi-
mi temporis præſumitur interueniſſe pro inuentario confi-
ciendo, ut in terminis oſtendit Hier. Gra. in conſi. 91. lib. 1. &
quando citatio præſumatur interueniſſe pro ſententia, vide
per Thom. Gram. deciſ. 24. Hay. Crau. in trac. de antiq. temp.
in 2 par. num. 50. num. 61. Iaſ. in l. ſi ſe obtulit. §. condemna-
tum. ff. de re iud. Villalo. in tract. commun. opin. nu. 47. Alex.
in conſi. 41. lib. 4. Calca. in conſi. 48. qui uarie diſtinguunt in
hac autores multos citãtes vt per eos. Citationem eſſe amiſ-
28 ſam † non officere dixit Bal. in d. conſi. 383. quæritur, num. 5.
lib. 1 quando, ſcilicet non adſunt niſi ſtabilia, ſubdens, quod
ob res mobiles ſit inuentariũ. l. ſecunda. C. quan. & qui. quar.
pars. lib. 10 ſimile dixi in conſi. 265. lib 3. nempe quod quan-
do patrimonium eſt tenue, & non eſt quod abſcondatur, id
minime nocet, ſed hoc non habet iuris fundamẽtum. id poſ-
ſet eſſe verum in repertorio cauſa reddẽdi rationem per ad-
miniſtratores rerum alienarum conficiendo, ſed nõ ex iſto,
quod fit ob hæreditates tenues, ita vt ob opulentas, ſecundũ
Docto. in d. l. ſi. in illo quoque adminiſtratorum leuatur, vt
& pro vna re conficiatur, Bart. & Bald. in l. fin. C. de bon. va-
ca. lib. 10.
29 Secundum requiſitum eſt de ſigno † venerabilis crucis ap-
ponendo in capite inuentarii manu ipſius hæ̃dis, cuius omiſ-
ſio ſecundum aliquos vitiat inuentarium, ita opinatur Saly.
Rayn. Fulgo. Io. de Imo. & Io. Andr. in addit. ad Specu. in ti.
de inſtrum. editio. §. fin. & Specu. & Natta, in conſi. 574. nu.
7. & in conſi. 575. nume. 30. & Guid Pap. in d. tract. & in con-
ſil. 160 & hoc de iure reputat uerius Fern. Vaſqui. in tract. de
creat. ſucce. lib. 1. de poteſt. teſta. §. 9. nume. 1 x verſicu. Hinc
& ex ſuperioribus, & mouentur uariis argumentis, ac inter
alia Vaſq. dicit, quod, ſi non diſpenſatur cum teſtatore omit-
tente aliquid ex forma teſtamenti uel leuiſſimum, nec debet
diſpenſari cum hærede omittente aliquid ex forma inuenta-
rij quantumuis leuiſſimum, verum cum teſtatore non diſpẽ
ſatur in aliquo per tex in l. ad teſtium § ſi quis teſtibus. ff. de
teſtam ubi cauetur teſtamentum non valere ſi vnus ex teſti
bus ſubſcriptis omiſerit teſtamentum ſignare, & tamẽ illa ſo
lemnitas ſigni leuis eſt, quoniam leuis ſolemnitas reputatur,
quando id, quod prætermiſſum eſt, eſt modici momenti ſe-
cundum opin. communem, per eum ibi, nume. 10. uerſic. le-
uis autem poſt Iaſ. in l. conſultiſſ. C. qui teſt. fac. poſſ. & alios
de quibus ibi per eum, uel leuis reputatur ſecũdum eum, qñ
eſt alterabilis, & ſubdit quod magis conueniens eſſet cum te
ſtatore diſpenſare, quam cum hærede plurib. rationibus de
quibus ibi per eum, Saly. vero in d. §. ſi autem dubius. num.
13. dixit non eſſe reputandum pro leui ſolennitate iſtud req-
ſitum, quo fit, ut hæres tam venerabilis ſigni memoria per-
citus fraudem in celandis bonis hæreditatis magis abomina
turus ſit, ſiquidem ſignum crucis fugat malignas cogitatio-
nes, iuxta illud, per crucis ſignum fugit omne malignum, q̃
& tenſit Bal. in conſi. 383. præallegato, dicendo, quod ſolen-
nitas non eſt leuis, quando in honorem Dei inducta eſt. l. Ti
tia. §. fi. ff. de au. & arg. leg & quod ſignum Crucis facit Deũ
eſſe teſtem. §. quantum. in Auth. quib. mod. natura. effic. leg.
ſicut quando lex mandat euangeliorum librum apponi. Ad-
ditur alia ratio per Bal. ibi, quia lex procedit vltra annullando
inuentarium quando tota eius forma non ſeruatur. d. l. ſi. §.
& ſi præfatam. ibi ſolidauerit, ideſt inſolidum omnia ſeruaue
rit, & leuis non eſt cum lex procedit ad actus annullationem,
quod & ponderauit Natta in præal. conſi. 574 & ſeq. ubi re-
cẽſet omiſſionem formę etiã in qualibet minima parte actũ
ipſo iure vitiare, ad no. per Ant. de Butrio, in c. Piſanis. ext. de
ſpoli. reſti. nam formæ nihil addi vel minui poteſt. Card. Pa-
ri. in conſi. 19. nu. 188. li. 2. Bal. in l. ſi. C de ſuis & legit. Iaſ. in l.
hæc uerba. num 5. de leg. 1. & in l. 1. num 35. de lib. & poſth.
Rom. in conſi. 402. Dec. in d. l. hac conſultiſſima. Bal. in ca. cũ
adeo, in colum 2. ext. de reſcrip. His non obſtantibus contra-
rium magis communiter receptum fuit a ſcribentibus, quod
imo ex omiſſione ſigni venerabilis Crucis non vitietur inuẽ
tarium, in iſta opinione fuit Alex. in d. l. ſi. in prin. nume. 10.
uerſic. ſext. gloſſam quæritur. & Iaſ. ibi in col. 4. uerſi. 7. requi-
ritur, poſt Cyn. Bar. & Bal. ibi, & Alberi. in d. §. ſi autem du-
bius. nume. 14 in fi. Iaſ. in l. morib §. prius. num. 13. ff. de vulg.
& pup. & Mont. hic fol 59 nume. 37. ſequitur atteſtando de

communi. Bal. in d. conſi. 383. & in conſi. 347. li. 4. ubi dicit ita
Docto. tenere appellando hãc Crucis ſolennitatem ceremo-
nialem. Dec. idem in d. conſi. 638. in colum. 2. uerſicu. 1. autẽ.
Bar in d. conſi. 154. Porcell. ubi ſupra, aſſerendo iſtam eſſe cõ
munem, idem atteſtatur Roland a Val. in conſi. 73. nume. 9.
lib. 2. & Vaſq. in loco præall. aſſerit eſſe communem iſtam ſen
tentiam, a qua in iudicando, & conſulendo non ſit receden-
dum, & defenditur etiam in iure arg. non dubijs, & omnibus
illud mihi videtur probabilius, quod Imperator religioſiſſi-
mus non Introduxit iſtam ſolemnitatẽ ſigni venerabilis Cru
cis, niſi occaſionaliter in caſu, in quo hæres neſcit ſcribere.
cum enim videretur conueniens manu ipſius hæredis inuen
tarium confirmari, ſcilicet propria ſubſcriptione, quando hę
res neſcit ſcribere, ſignum quo in tali caſu confirmaretur in-
uentarium non potuit vllum occurrere conuenientius, quã
ſignum Crucis, ſicque illud apponi iuſſit loco ſubſcriptionis,
ut aduertunt Fulgo. Saly. Cyn. Alber. Corn. & Specu. & Leo
Spel. in locis præal. quia ergo in omni caſu non iuſſit illud ap
poni, ſed in uno caſu tantum, quamuis poſtea ex laudabili cõ
ſuetudine apponi per omnes cœptum fuerit, pro forma in-
uentarii illud introductum nõ fuiſſe apparet, ſi enim pro for-
ma introducere voluiſſet, vtique ab omnibus apponi decre-
uiſſet, quia quæ ſunt de forma ab omnibus æq; ſeruari opor
tet. Vnde ceſſant fere omnia ex aduerſo adducta, & rationes
contrariæ plures ſubintrant, ideſt militant, & urgent, nempe
quod apponatur veluti præludium, & præludia non ſunt de
ſubſtantia. §. 1. in Authent. in medio litis non fi. Barto. in l. ſi
quæramus ff de teſtam. & ſic eorum omiſſio nõ uitiat actũ,
& quod ſit ad bene eſſe, & non de eſſe, & ſubſtantia, ex quo
legis intentio eſt una, quod veritas rerum eluceſcat, qua ha-
bita cætera ceremonialia contemnuntur. l. quæſtionem. C.
de fideicommiſſ. & ideo appellatur inuentarium ſcilicet ab
inueniendo l. fin C. arb. tute. l. ſi quis intra C. de bon. proſcr.
l. nulli. C. de epiſc. & cleri. ſed per illud nihil magis inuenitur.
Pro quo facit quod dicunt Docto. de inuocatione nominis
Domini noſtri Ieſu Chriſti præmittenda in principio inſtru
menti publici, quod, ſi omittatur, nõ propterea redditur nul-
lum, ut per reper. in rub. de oper. noui nuncia. & iſta reſolu-
tio videtur æquior, & ſanior, quia ſapit naturalem æquitatẽ,
& ſicut e conuerſo pœna, quæ propter omiſſam hanc ſolem
nitatem inſurgeret, non ſaperet rectam conſcientiam ad no.
in c. quamquam, de vſur. in 6. & Bart. in d. conſil. 154. dicit,
non eſſe cõueniens, quod pro modico omiſſo hæres incidat
in tam grauem captionem, ut de proprio legatarijs, atque cre
ditoribus teneatur reſpondere, cum ex omiſſo crucis ſigno
ius eorum non ſit factum deterius, l. 1. § ex hoc dicto, de ven
tre inſpic. ſtat ergo concluſio iſta communiter recepta, ſecũ
dum quam dicitur, quod omiſſio alicuius leuis ſolẽnis actũ
non vitiat. l. 1. in fi. ff. de uen. inſpicien. qui textus quamuis
loquatur reſpectu ruſtici, generaliter tamẽ hoc recipitur re-
ſpectu omnium, ſecũdum Alex in d. l. ſi. & communiter Do
ctores, prout atteſtatur Vaſq. vbi ſupra, nume. 9. licet ipſe ab
ea diſſentiat contra diſputando.

Tertium reqſitum ſatis explicitum fuit ſupra in prima par-
te, nec plura de eo dicere nobis occurrit.

Quartum requiſitum concernens bonorum deſcriptionẽ
plures habet dubitationes & quæſtiones. Primo certum eſt
omnia bona hæreditatis deſcribenda eſſe in hoc inuentario:
ſcilicet mobilia, & immobilia, ac ſe mouentia, nec non iura
& actiones ſeu credita, vt per Bal. in d. l. ſi §. cum igitur. nu.
8. Dec. in d. conſi. 633. nume. 10 Specu. num. 24. Porcell. in d.
tract. in cap. 1 & in deſcribendis bonis ea eſt adhibenda ſoler
tia, quam tradit Imperator in l. ſi quis intra. C. de bonis pro-
ſcrip. ſcilicet per pondus, numerum, & menſuram, & ſuas de-
monſtrationes, & qualitates ipſis bonis conuenientes, ac di-
ſtincte, clare, & aperte, adeo quod nulla obſcuritas rerum de
ſignatarum, in aliquo queat depræhendi, & ut quiſque ex le-
ctura inuentarii menſuram ſubſtantiæ a defuncto relictæ fa-
cile ualeat percipere ſeu cognoſcere, alioquin inuentarium
vitiabitur, ſi in aliquo apparebit obſcurum, ut per Roland. a
Valle in d. conſi. 73. nume. 49. ubi ait, quod licet text. in d. l. ſi
quis intra, loquatur in caſu quãdo pro fiſco inuentarium de
bonis proſcriptis eſt faciendum, tamẽ procedit etiam in hoc
inuentario ab hærede conficiendo, quia in eo militat eadẽ
ratio, ſecundum aliquos ibi per eum citatos, & diffuſiſſime
iſtud comprobat Natta, in conſi. 574 & in conſi. ſeq. lib. 3. vbi
impugnat inuentarium ex eo quod plures res erant in eo de
ſcriptę non ſatis clare, & obſcuritas earum poterat veritati re
rum præiudicium parere, & quoniam in dubiis dicebatur, ex
aduerſo, tex. in d. l. ſi quis intra, non procedere in iſto caſu, id-
eſt formam illius inuentarii non eſſe attendendam, ipſe repli
cat contrarium, quia una lex ſupplet aliam, & proceditur de
ſimilibus ad ſimilia, neceſſario debet ea forma attendi & ſer-
uari,

uari,& quod ex interpretatione iſtum caſum compræhen-
dit,alias hæres poſſet obſcure ponendo res in innentario dã
nificare creditores & legatarios, & eis facile mentiri, quod
non eſt ferendum,etiam ſtaute conſuetudine,quoniam con
ſuetudo inducens ad delinquendum homines nõ nalet, nec
eſt ſeruanda,iuxta ea quæ ibi plene deducit. Idem vult Abb.
in d conſi.73.colum 3. nerſi. præterea non fuerunt,lib.2. vbi
pariter impugnat hæredis inuentarium ex eo quod tres pe-
tias terrarum non deſcripſerat hæres per particulares conſi
nes iux. l. forma.ff.de cẽſib. Nec excuſari hæredem ait, quod
diceret ſub quodam prædio poſito in inuentario compræhẽ
di,quia illæ habebant proprios couſines. Aliqui uolunt ultra
claras eorum demouſtrationes apponi etiam earum preciũ
& valorem Vita Camb ubi ſupra nu.56 Barto in l fi.num 10.
refert Cuma.in d auth.ſi omnes.C.ſi vt ſe ab hæred.& Abb.
ſie tenere:ſed ipſe hoc non firmat,Hier.Cagn.in l.ſi quis ma
ior. nume. x. ucrſiul. & primo aſſeruit. C. de tranſact. dicit,
immo de mente Bar & aliorum eſſe,ut nõ oporteat extima-
tiouẽ rerũ in eo apponere, & quod ita ſeruatur. Monnc.hic
fo 37.ita tenet,& contra Saly.tenuit Iac. de S. Georgio in d.
l fi.§.notiſſimi,in fi.Caſſan.in conſuet.Burg. in rub 6.des en-
fans de pluſieurs.§ 6 de inuentario, quod & mihi probabile
videtur. Quoniam vidi magnam contentionem fieri,an æſti
matio, ſeu precium rerum apponi debeat in inuentario hęre
dis.dicas omnino ex forma legis hoc minime requiri,ſed , ſi
ob nõ appoſitionem precij, & æſtimationes rerum tanta ob
ſcuritas generatur, vt merito ſuſpicetur de fraude per hære-
dem commiſſa,& quidem non in modico,ſed in magna quã
titate , innentarium tanquam obſcurum non debet hæredi
ſuffragari,alioquin ſecus,& facienda eſt differentia in hoc in
ter inuentarium tutoris,& hæredis,quia tutor facit prorſus
de rebus alienis,hæres autem de rebus quodamodo ſuis , &
de quibus creditores cito poſſunt, ſi uolunt,ſe informare,&
de rerum ualore certiores fieri. de vno igitur ad aliud non
eſt inferendum, nec aliter in materia hac cõcludendum eſt,
quicquid dixerint alij ſuper hoc,ut Roland.in hoc tract.in 3.
par.in quæſt.omittendo quoque,& Natta in d conſi.574.

Sed ſi poſtea contingat de ualore eorum conteudi, per ip-
ſarum rerum exhibitionem patebit. Pau. de Caſtro,in conſi.
32 213.ſupradicta,in 3. dubio , in antiquis. Cæterum † quæ res
dẽant apponi,ut hęreditatię,dubitari poteſt,& Primo Card.
Pari.in conſi.56.nume 23.lib.3.poſt Bal.in l.1. C. ut actio ab
hære.& cont.hær dixit uſumfructum, quem defunctus fuiſ-
ſet ſtipulatus pro hæredibus non eſſe ponendum in hoc in-
uentario,quod non eſt res hæreditaria,ſed nos aliud proba-
mus infra,ſimiliter fideicommiſſum conditionale ob conie
cturas tranſmiſſibile,de quo dicemus infra Nunquid autem
ponere debeat nomina debitorum, de quib non adſunt in-
ſtrumenta,uel probationes Prat. Pap. in for. libe quo ag.ad
red rat in nerſic.in ſuc num 13.dicit,quod non Sed euenien
re,quod exigantur,tunc exactum apponi debet.Secundo an
33 res,quę † penes defunctum tempore eius mortis reperieban
tur veluti res depoſitæ,cõmodatæ,uel pignori datæ, per hæ-
redem ſint iu hæreditatis,inuentario ponendæ?& receptum
fuit eas in eo poni oportere,quoniam pro his datur actio hę
redi petitionis hæreditatis iux.l.non tantum.l.item videndũ.
§ ſi ff de petit hæred Bald.in d.l.fi.§.cum igitur. numero 10.
Pau de Caſt ibi num 5.nerſic. Sed pone,in colnm.2. Dec. in
d.conſi.633.num xj.Iaſ.in d.l.fi.verſicu. tertio requiritur, in
colnm 3 Bald iu conſi.514.de euidentia,lib.5.Ang.in d.trac.
de teſtam.in glo 112.num.6.vbi citat ad hoc Ang. Cuma. &
Ioan.de Imo.l ſi de tempore,de acq poſſeſſ.Porcell.in d.trac.
in c 3.nu 5 Rolan.a Valle in d.conſi.73 nume. 27. Bal.in d l.
item veniunt §.fi Corn.in d l.fi.nume. 5. ubi dicit omnes ſic
tenere,contra tamen ipſe ponderat,quod tales res non ſunt
hæreditariæ,nec de ſubſtantia defuncti, & quod inuentariũ
de rebus hæreditatis & defuncti ſubſtantia confici debet.d.
§ ſinautem dubius,d.§ licentia.uerſic.de illo.ſed ad hoc po-
teſt reſponderi,quod propter actionem, quæ pro his reb.da-
tur hæredi,ſatis dicantur de hæreditate defuncti, & eius ſub-
34 ſtantia.Iaſ.in conſi 138.lib.4. Quid ſi in domo defuncti † res
reperiantur, dum inuentarium conficitur,an in eius innenta
rio ſcribendæ ſint,quaſi quod in defuncti bonis fuiſſe præſu-
mantur?Bal nouit iſtam quæſtionem in d.conſi 514.per tex.
in l.ob maritorum C.ne uxor pro marito,vbi cauetur,quod
res exiſtens in domo mariti præſumitur ipſius eſſe, & ex hoc
eius creditor habet fundatam eius intentionem,ut tanquam
ipſius bona capere queat.ita tradit Saly.in l 2.in colum.fi.nu.
6.C.quan.fiſc.uel priua.Docto.in l. a diuo Pio. §. ſi ſuper re-
bus.ff de re iud Soc in conſi.101. & in conſi.128. iuſtiſſime.
lib.1.Alex.de Neuo,in conſ 21.Nihilominus contrarium con
ſuluit Bal in d.conſil. 514. quod non cõcludit hac die,qua
conficitur inuentarium, res in domo defuncti reperitur , er-
go præſumitur defuncti.ſeu defunctum eam poſſediſſe tem-
pore mortis ſuæ : quoniam potuit poſt eius mortem inferri,
ait ipſe,& quod ſic nunquam eam poſſederit. Item quod nõ
ſufficit illius poſſeſſio niſi quoque de eius bona fide doceа-
tur.l.Titia.§. Lucius,de leg.2.erit ergo probandum,quod res
fuerit poſſeſſa a defuncto tempore mortis ſuæ ; tunc procul
omni dubio præſumeretur res hæreditaria , ut late per And.
Batha.in conſi.37.lib.3. Et ex his elicias, quod inuentarium
eſt conficiendum de rebus tempore mortis exiſtentibus , &
non de repertis poſtea,quod videtur probare tex.in d.l.fi.ibi
mortis tempore,quod poſt Ang.vult Iaſ.ibi in colum...verſi.
ideo cautela eſt.Barbat.in d.conſi.37.& Vital Camb. vbi ſu-
pra nume 17.& res quæ non ſunt in hæredis poteſtate , non
35 tenetur in inuẽtario deſcribere.Marc.in deciſ.867 in fi.Hinc
ſuboritur dubitatio † an fructus & acceſſiones prouenien-
tes ex rebus hæreditariis,ad ius inuentarij pertineant , adeo
quod in eo debeant deſcribi,ſeu de illis reſpondere credito-
ribus hæreditatis, uel legatariis teneatur.Dum hæc ſcribebã
Ianuæ in Rota fuit hæc quæſtio , uam hæres cum beneficio
inuentarij domum hæreditariam locauerat , & non modicã
pecuniarum quantitatem ex ea per multum temporis, quo
durauerat locatio pceperat , creditores hęreditatis de ea pe-
cunia ſibi ſatisfieri petebant,hæres uero negabat prætendẽs
36 eas petitiones exactas † ſibi lucro cedere,ex quo poſt aditam
hæreditatem ipſe domum locauerat,& exegerat,ego conſul
tus reſpondi contra eum pro creditoribus , propterea quod
non debet ipſe quicquam lucrari ex hęreditate,quouſque ſa
tisfactum non fuerit omnibus creditoribus.d.l.fi.§ licentia.
& §.& ſi præfatam,& no.ibi per Docto. & reputatur non hæ
res.Docto.in d.§.in computatione,d.l. fin. & reputatur quo-
dammodo cuſtos,ut per Caſſan.in conſ.22.& ſeq.adeo quod
creditoribus bonam rationem reddere debet de omni & to
to eo,quod ad ipſum peruenit ex hæreditate, ideo Iaſ. in d.l.
fin.in princip.in colum.3.uerſic.iſta cautela,& Guliel de Be-
ned.in c.Ray.in ver.mortuo itaque teſtatore,num 400. ext.
de teſtam.dicit fructus & acceſſiones in rationum libro,tam
etſi non in hæreditatis repertorio per hæredem ſcribi opor-
tere,ſentiens hoc pacto non cedere lucro hæredis, quando-
quidem,ſi lucro eius cedere deberẽt minime dici poſſet fru-
ctus in libro rationum deſcribere hæredem teneri , quia rei
ſuæ quilibet eſt moderator & arbiter.l.in re mandata C.mand.
& concord iſtud argum.facit Caſtr. in conſi. 201. ſuper pri-
mo reperio,in colum. 2. in antiquis . ſic ergo ꝓbatur fructus
ad ipſum minime pertinere,ſed ad creditores hæreditatis, &
hoc voluit Ludo Bolo.in conſ.43.dum in calculando ea quę
debẽt ipſi imputari ad extinctionem eius quod ibi debetur
ab hæreditate,quam cũ inuentarij beneficio adiuit, vult fru-
ctuum omnium,quos percepit ex ea rationem haberi , ut &
pro emolumento ex his etiam calculato,ſeu conſiderato hæ
res patiatur exceptionem in actione per eum propoſita cau
ſa alicuius rei ad eum ſpectantis, & huius ſententiæ fuit etiã
Guid.Pap.in tract. de for.inuen.nu.17. uerſicu ſed circa hoc
quæro,& Com.in d l.fi.num.5.verſicu.an autem inuentario
poſt Ang.ab eo citatum ibi,& firmat Alexan de Neuo, in d.
conſi 38. num. 15 quoad fructus collectos ante mortem te-
ſtatoris,de collectis poſt eius mortem nihil determinat , ſed
de his quoque determinãdum eſt,ut de recollectis ante mor
tem teſtatoris,quantum ſit reſpectu creditorum ſecundum
prædictas per ſupradicta,& Montic.hic fo 38. num. 19.dicit,
quod præualuit opinio,quod fructus poſt mortẽ quæſiti de-
beantur creditoribus,quia augent hæreditatem,dicit ipſe,&
quia non debet hæres in hoc caſu lucrari ſecundum eũ, alia
vero incrementa,ut quia pecunia hæreditaria fuerit aliquid
lucratus propria induſtria,uel vſuras ex ea habuerit , puta ſi
hæres non fuit iu mora ſoluendi creditoribus hæreditatis ,
huiuſmodi incrementa ſibi cedere, & creditoribus minime
pertinere,faciendo differentias inter acceſſiones intrinſecas
(ut ſunt fructus,penſiones domunm, & mercedes) & acceſ-
ſiones extrinſecas,ut ipſe dicit fol.36.nume.12. vſque ad fol.
49. & pro iſta noſtra concluſione facit in l.item veniunt.§ itẽ
non ſolum.ff de petit.hæred quod cum per eum,qui non eſt
hæres,debet hæreditas reſtitui ei,qui eſt uerus hęres,tũc om
nes acceſſiones & fructus ueniunt in reſtitutionem ex qua-
dam naturali ęquitate,quia nemo debet lucrari cum alterius
iactura, & propterea datur indebiti condictio. l. nam hoc. ff.
de cond.indebiti.c.locupletari.de reg iu.in 6 iuncta l.in ſum
ma.§.in frumento,& ibi Ioan.Bap.Caccialup. poſt alios.ff de
cond.indeb.Alex.in conſi 181. lib.2 ubi & exemplum ponit,
quando aliquis inhabitaſſet domum alterius nulla præceden
te locatione , quod nihilominus ex iſta ratione teneatur ad
ſoluendum domino domus penſiones quatenus ex hoc vide
ri poſſet locupletatus , quo iacto fundamento pro iſta con-
cluſione facile reſpondebatur iis,quę a Dominis Aduocatis
hæredis

hæredis dicebatur ex aduerſo. Nam quod fructus & acceſſiones non dicerentur res hæreditariæ, nihil in propoſito referebat, quoniam ſatis eſt, uel officio iudicis vel condictione indebiti veniant in reſtitutionem hæreditatis, in iſto caſu, ut per Paul. de Caſt. & alios in d. §. non ſolum. Item quod hæres in pluribus caſibus lucretur fructus hæreditatis reſtituendæ: non obſtat, quia id contingit vel ex iudicio teſtatoris, uel ex aliqua iuris ratione, quæ ceſſat in ipſo caſu in quo non poteſt aliquid lucrari, niſi poſtquam fuerit ſatisfactum omnib. creditoribus, ut eſt dictum. nam in effectu bona hæreditatis in iſto caſu ſunt creditorum, & non hæredis, qui ob beneficiũ inuentarij voluit eis ſe obligari, nec intelligitur obligatus. d. l. fi. § in computatione, & ſicut in iam dicto caſu. d. §. non ſolũ, fructus & omne aliud emolumentum, quod perueniſſet ad hæreditatis poſſeſſorem, cauſa, vel occaſione rerum hæreditatis, debet reſtitui ei ad quem in effectu pertinet hæreditas, l. poſt ſen. conſ. l. ſi rem & precium. l. ſed & ſi lege. §. 1. ff. de petitio. hæred. l. Iulian. eod. Rui. in conſ. 97. lib. 5. ita in iſto caſu, & huiuſmodi differentia perpenditur per Ruin. in d. conſil. 67 & ad illud quod vaſſallus de fructibus perceptis poſt aditã hæreditatem non reſpondeat creditoribus defuncti, reſpondebam illud eſſe, ꝙ feudum poſt mortẽ illius incipiebat ad ipſum nouum vaſſallum ptinere, & ſic ratione dominij, uel iuris ſui poterat illos lucrari, at in hoc caſu hæreditas non poteſt dici ad eum pertinere, niſi facta ſatisfactione totius æris alieni, ſicq; multa ſimilia recte ſubmouebantur, quæ ſigillatim recenſere non eſt opus: & Rota ut audiui, venit in hanc

37 meam ſententiam, hæc quoad creditores. † Quantum uero ſit reſpectu legatariorum, dum de falcidia deducẽda ex legatis hæres agit, contraria formatur concluſio per Corn. & Angel. in locis præallegatis, quia facto inuentario conſeruantur iura hæredi d. §. in computatione. ſicque conſeruatur ius falcidiæ, quod ſe habet ex iure antiquo, ut hæres habeat quartã partem rerum hæreditariarum, ultra fructus, quos ante ſolutionem legatorum collegiſſet ex rebus hæreditatis, qui ſibi non imputantur in falcidiã ad trad. in l. in quartam. ff. ad leg. falcid. nam ius inuentarij cõſeruat, & non minuit ius alias cõpetens ipſi hæredi ad eius fauorem introductum, conuertẽdum non eſt ad eius odium, ſeu præiudicium. l. quod fauore. C. de legib. cum concor. de iſta quæſtione, an fructus dẽant poni in inuentario, vidi nuper aliquid dicere Io. Coraſ. in tracta in volu. tractat. nuper edito ſub titulo de ſucceſſ. ab inteſ. & vlt. volunt. plur. auto. cuius dicta cum ſint parui momenti ut in reliquis, non refert recenſere, ſed non omitto Montic. opinionem in hoc recenſere, ubi ſupra num. 11. & ait fructus ex rebus ipſis legatis, quia eorum dominium a die mortis teſtatoris ipſo iure tranſit in eos. l. a Titio. ff. de fur. ad legatarios pertinere ratione dominij. l. fructus. l. ſequenti, de rei vendi. aliarum autem rerum fructus ipſi hæredi pertinent, & ei nõ imputantur in falcidiam, ut eſt dictum, & præſertim ſi non ſunt rerum legatarum, de quo per Mode. Repet. in l. in quartam. ff. ad leg. falc. & quoniam ex hoc implicatur alia quæſtio dum Docto. ut Raph. Com. & Alex. dixerunt omne ſuperueniens incrementum, ſicut omnem diminutionem pertinere creditori & legatarijs, puto de incremento ſic intelligẽdum modo falcidiam hæres habeat ſemper ex corporib. ipſis hæreditatis ſecundum ius commune, & non ex fructibus. cum itaque fructus pertinere poſſint ad creditores uel legatarios, debent in inuentario poni, ſi cum illud fit, ſunt percepti, ſin autem colliguntur poſtea, ſaltem debent poni in codice rationum, ſecundum Iaſ. & alios vbi ſupra, & Montic. fo. 41. nu.

38 14 E conuerſo quæritur, an † diminutiones, clades, vel damna, quæ poſt aditam hæreditatem in rebus hæreditariis contingerent, debeant cedere damno creditorum ac legatariorum, & non ipſius hæredis, ſi inſpiciamus ius antiquum, reſpectu creditorum, cum nihil intereſſet hæreditatem eſſe opulẽtam, uel tenuem. l. hæreditas. ff. de peti. hæred. cum concordã. damnum obueniens quandocunque non poterat non pertinere ipſi hæredi: quod autem ad legatarios pertinebat, quatenus agendum erat de inenda ratione falcidiæ (quæ habebatur ſecundum facultates, quæ erant tempore mortis teſtatoris. l. in quantitate. l. in ratione, la ſeconda, in princ. ff. ad leg. falcid. §. quantitas Inſtitut. de leg. falc.) ſimiliter damnum poſtea contingens ad ipſum hæredem ſpectabat, nam ſi ante aditionem hæreditatis contingebat, poterat non adire, & adeundo id ſibi uolenti imputandum erat, cum in portionem legatorum ipſe facile cum legatarijs conuenire potuiſſet, ne ipſi hæreditate repudiata ſicque deſtituto teſtamento perderent totum, vt aduertit iureconſ. in d. l. in quantitate: quod aliquãdo creditores ſolent facere cum debitore decocto. l. cum eo. ff. de pact. Lud. Rom. in ſing. 585. Nico. Boer. in conſi. 53. nu. 3. ſi vero poſt aditam hæreditatem contingebat (quoniam periculum rerum ad hæredem, ut earum dominum, cœpit ptinere, to. tit. ff. & C. de peric. & commo. rei vend.) etiam tũc damnum ei ſpectare oportet, nec a legatis in pecunia debitis poteſt ob interitum rerum liberari. l. incendium. C. ſi cert. peta. Docto. in d. l. in ratione. §. diligenter. d. l. in quantitate. quatenus autem agendum erat, ut hæres nõ modo falcidiam clade, & damno ſibi imputato poſſet minus detrahere ex legatis, ut eſt dictum, verum etiam, vt de proprio ære etiam ſolida præſtaret legata, diremptis rebus hæreditarijs, uel eis in aliquo non ſufficientibus ad ea præſtãda, uarie Doctores ſenſerunt. nam Accurſius in d. l. in glo. in verſic. ſolida, exiſtima-

39 uit † ob calamitatem ſuperuenientem poſſe quidem effici, vt hæres perdat falcidiæ deductionem, ſed non ut de ſuo legata præſtet vel ſuppleat in aliquo, quia nunquam hæres in caſib. etiam in quibus non conceditur ſibi deductio falcidiæ, præſtat de proprio ære legata. l. 1. §. ſi is qui quadringenta. ff. ad Trebel. & not. ibi per Docto. ſed ab Accurſio in hoc communiter diſſentiunt Docto. quod imo etiam de proprio ære non ſufficiente defuncti ſubſtantia ob ſuperueniens damnũ debeat legata ſupplere, ita voluerunt Cyn. & Bar. Raph. Cuma. ut inquit Alc. in d. l. in ratione. §. ſi diligenter. in colum. 2. verſic. an in terminis huius. Paul. de Caſt. in d. l. in quantitate. & Vinc. Hercul. ibi in colum. 2. verſicu. ſuper uer. ſolida. & in d. l. in ratione. § ſi diligenter, in colum. penult. verſicu. io totum, & iſta communis mihi placet, quia ratio ſuſceptæ obligationis ex aditione hæreditatis ſecundum ſtatum facultatũ, quæ erant tempore mortis teſtatoris procul omni dubio cõuenit, & quadrat ſeu militat, tam reſpectu caſus ſupplendi legata de proprio, quam reſpectu caſus amittendi falcidiam, & forma obligationis non mutatur reſpectu vnius effectus, ſcilicet falcidiæ, ergo nec cuiuſuis alterius. Nec obſtat tex. in d. § ſi is qui quadringenta, nam procedit reſpectu ſuſcipiendi obligationem vſq; ab initio, vt maior ſuſcipi nequeat in præſtandis legatis, quam ſint defuncti facultates tẽpore eius mortis, etiam in caſu in quo hæres beneficio falcidiæ vti, & frui non poſſet, ſed non procedit, quin ex poſt hæreditatis facultatibus collabentibus euenire queat, vt de proprio ſoluat legata iuxta ſuperius dicta: in hoc enim caſu dici nõ poteſt, quod præſtet legata ultra vires hæreditatis, quæ erant tẽpore mortis, quia imo præſtat ſecundum vires illius temporis, licet nõ ſecundum vires tunc temporis, quod tempus certe non inſpicitur, & caſus ſuperueniens in totum ſorti eius imputatur ſecundum prædicta. De iure autem nouo, quo beneficium inuentarij fuit introductũ, aliud eſt, Doctores dicunt ex hoc ius antiquum fuiſſe correctum: nos uero rectius loquendo dicimus, quod hodie in caſu facti inuentarij ceſſat ea diſpoſitio iuris antiqui, adeo quod periculum rerum hæreditatis ob inuẽtarii beneficium, neceſſario ſpectat ad legatarios & creditores, vt pro certo affirmat Bar. in d. l. in ratione. §. diligenter, & in d. l. fin. §. et ſi præfatam in 2. oppoſi. quem ibi ſequuntur Iaſ. in col. 2. verſi. vltra textum adde, & Corn. ibi, verſicu. ſexta difficultas. Alex. in d. § diligenter. colum. 1. poſt Angel. Io. de Imo. & Nic. de Neap. alleg. ibi per eum. Raph. Cum. ibi, & Vinc. Herc. in l. in ratione. §. quod vulgo, in colum. 24 ver. in gl. in ver. nimirum, & in d. §. diligenter, & in d. l. in quantitate. adducit plura pro hac parte, quam & probat Ange. in d. tract. de teſtam. in gl. 112. nu. 10. ver. quæro ſi poteſt, & Guid. Pap. in tract. de for. inuen. num. 21. ver. vlterius. Porcell. in d. tract. in c. 4. num... ver. ſexta vtilitas, & Salv. in d. l. fi. in §. etſi præfatam, pro qua concluſione ponderatur tex. in d. l. fi. § licentia. ibi & undique exquiſita veritate, neque lucrum, nec damnum aliqđ hæres ex huiuſmodi ſentiat hæreditate, quo ſtante, neceſſe eſt, vt damnum ſuperueniens ad ipſum non ptineat, alioquin ſi adeundo hæreditatem poſſet obligari ad ſubeũdum hoc periculum, qđ poſſet in rebus hæreditatis obuenire, minime verum eſſet, qđ damnum nõ eſſet hæres paſſurus ex tali aditione: alia quoque ratione comprobat Bar. ꝙ ſcilicet hodie hæres inuentario cõfecto obligatur ob res hæreditarias, & quatenus adeũt res hæreditatis, ſed quando quis obligatur propter res, & reſpectu rerum, tunc rebus peremptis ipſe liberatur. l. quidam teſtamento. §. ſi tibi. de leg. 1. l. Titiæ textores. § fi eod. tit. l. in naue. ff. loca. l. 1. C. de iu. emph. contra tamen argumentatur ſolus Pau. de Caſt. in d. §. diligẽter, & in d. § & l. p̃ſatam dupliciter, primo, ꝙ obligatio, quæ ab initio certam aſſumpſit formam ex poſtfacto non mutatur. l. an inſulam intra biennium, de uerb. oblig. l. ſerui, & filij. in princip. de fur. ſi iſtud argumentum non viget, quia negatur vnquam accipere in iſto caſu facti inuentarij certam formã. iſtud conceditur duntaxat ſecũdum ius antiquum, ut ex prædictis. ſecundo arguit a ſimili, quod non ualet, ſtante rationis diuerſitate, quia de iure veteri obligatio oneris ex aditione accipiebat certam formam, ſed de iure nouo inuẽtarij iſtud negatur, ut dixi, & demum ipſe in noſtram concluſionem venit, ex eo quod ſibi videtur æquior, illam tamen opinionem

Caſtr.

Caſtr.ſequitur Rip in l.1.§.ſi is qui.ad fin.ff ad Trebel.& mo
uetur ex eo quo militat illa ratio,ꝙ hæres poteſt non adire:
quæ ſane ratio non quadrat ſecundum legem inuentarii, &
minus conceditur,ut eſt dictum, quod hæres tempore adi-
tionis hæreditatis contraxerit obligationem pro ualore bo-
norum tunc extantium,& non recte reſpondetur ad eam ra
tionem,quod hæres non debet pati damnum, dum Ripa di
cit hoc eſſe uerum,ultra quam ad eum peruenit,quoniam in
eo ꝙ peruenit,nequit alias damnum contingere, ſeu conſi-
derari poſſe contingere, niſi præſuppoſito ꝙ periculum non
pertineat ad hæredem. Nec obſtat quod dicat augmentum
pertinere ad hæredem,ergo & damnum,iuxta vulgata,quo-
niam hoc negamus,ſi quidem dicimus eſſe communem, ꝑ
ut foret ſi contigiſſet tempore mortis defuncti,ut mox decla-
ro,ideo teneas communem, ut quemadmodum hæres non
tenetur,quando nullo modo adit, ita cum hæreditatem adit
40 cum iure inuentarii. † Quam profecto limita non procede-
re,quando damnum ſuperueniens contingeret poſtquā hæ
res cōſtitutus fuiſſet in mora ſatisfaciendi legatariis, vel cre-
ditoribus,tunc ob ſui culpam & moram, damnū ei attribuē
dum eſt inuentario non obſtante. Abb.in d.conſi.73.ad fin.
lib.2.& vult Monticu.vbi ſupra,fol.69.num.3.ubi allegat Bal.
in d.§ & ſi præfatam,& Corn.nam concluſio, ꝙ per interitū
rei debitor liberatur, ſic paſſim limitatur per Doctores niſi
debitor fuerit in mora ſatisfaciendi. Doctores in d.l.in ratio-
ne.§ ſi diligenter. Paul.de Caſt.in d.§.& ſi præfatam, num. 7.
l.ſi ex legati cauſa.de uerb.oblig.l.quod te.ff.ſi cer.pet.& vtro
41 bique no.per Docto.Item limitatur † ſeu declaratur,adeo le
gatariis non imputari damnum ſuperueniens,ut hæres falci-
diam poſſit deducere,quam ab initio ante nondum obuen-
tum non deduxiſſet,nam imprimis eam volunt amitti,& de
mum etiam legata minui,ut ſic de ſuo aliquid hæres præſta-
re non compellatur.Io.de Imo.& Alex.in d.§.ſi diligenter,&
latius Vinc.Hercul.in d.§ quod vulgo dicitur.in colum.26.
verſicu.ſed adhuc per ſupradicta,iſtud tenet Montic.hic fol.
68 num.31.& mouentur,quoniam inuentarii lex non proui
det,ut hæres lucretur aliquid, quod alias per legem antiquā
non fuiſſet lucraturus,ſed duntaxat cōſuluit, ut damnum nō
patiatur.d.l.fi.§ licentia, ſed per legem antiquam nō faceret
hoc lucrum falcidiæ,ergo &c. Item lex procedit reſtrictiue,
& non ampliatiue,videlicet quod ſi fecerit inuentarium ha-
beat falcidiam,quam alias fuiſſet habiturus, & lex inuentarii
non corrigit ius antiquum,niſi reſpectu damni ne patiatur
hæres,ſed non reſpectu lucri,quin etiam hodie amittat. con
42 tra † tu aduerte,ꝙ lex inuentarii induxit alium modum cal-
culandi falcidiam,ac præſtandi legata.quam eſſet de iure Di
geſtorum.d.l.in quātitate, quia ſecundum illud ius antiquū
inſpiciebātur in ineunda hac ratione uires hæreditatis ſecun
dum tempus mortis teſtatoris, hodie uero nequaquam, &
cum inuentarium conſeruet hæredi falcidiam, vtique con-
ſeruare cenſetur, non ſecundum illum modum calculandi,
de quo in d.l.in quantitate,ſcilicet ꝑ ius Digeſtorū,ſed ut cō
ſeruet ſecundum modum iuris noui computandam, eſt ne-
ceſſe,alioquin implicaret cōtradictionem, quoniam inita ra
tione ſecundum ius Digeſtorum,damnum obueniens perti-
neret hæredi,ut diximus,de iure autem nouo modus eſt In-
determinatus ideſt nō reſtrictus ad aliquod tempus,vel mor
tis,vel aditionis, vel ad tempus ex poſt ſucceſſiuum: ſed pro
vt ſunt,vel fuerint: pro tempore vires hæreditatis legata de-
bentur,& in eiſtatio falcidiæ innititur, ergo erit dicendum,
ꝙ in caſu inuentarii hodie calamitas ſuperueniens efficiē cō
munis hæredi atque legatariis, perinde, ac ſi obueniſſet ante
obitum teſtatoris,ſeu tempore ipſius mortis, quo fiet, vt &
falcidia hæredis & legatariorum relicta ex calamitate ſuper-
ueniente diminutionem pariter poterunt pati,& ita ego ſen
tio,quicquid alij dixerint. Quod de damno dicimus emergē
ti,de lucro accedente,vt econuerſo legata pinguiora præſtē
tur,vel plenius ſatisfiat creditoribus, nos idem concludere
oportet,vt ſuperius in quæſtione de fructibus concluſimus,
ita in terminis tenet Rapha.Cuma.in d.l.in ratione. §. quod
vulgo dicitur. Alex.in d.l.in ratione.§.ſi diligenter,in ſi argu.
l.manifeſtiſſimi.verſi ſed cum in ſecunda.C.de furt.l.fin.§.1.
de lega.3.l.& ſi contra.ff de vulg.& pup. l.ſecundum.de reg.
iur.& licet Hercul.vbi ſupra contradicat, tamen ab hac con-
cluſione non eſt recedendum, quia non adducit quicquam
quod ſit alicuius momenti,noſtram tamen ſententiam acci-
pe,ut facta ſatiſfactione creditoribus,omnis æris alieni ſuper
fluum inter hæredes & legatarios diuidatur,ita ut falcidia hę
redi non deſit,ſecundum terminos iuris communis, & non
computatis in ea non computandis,ſecundum tamen diem,
qua erit obuenta calamitas: calculanda pro modo bonorū
exiſtentium, & habita ratione eorum, quæ hæredi a defun-
cto debebantur prout alias fieri ſolet. Proinde vnum etiam
pro quæſtione præcedenti,velim animaduertas,quod, ſi ho-
die non fiat inuētarium,hæres,licet ex iure nouiſſimo tenea
tur ad legata,etiam vltra vires hæreditatis.§ ſi uero non fece
43 rit, tamen † ſi res legata pereat,ipſe non magis tenebitur, quā
tempore Digeſtorum iuris, quo per interitum rei legatæ li-
berabatur,ut per Docto.in d.§ diligenter,vbi diſtinguunt, ꝙ
ſi legatum conſiſtit in quantitate,tunc per interitum rerum
hæreditatis non liberatur a legato: quia debitor generis &c.
d.l.incendium Si uero conſiſtat in certa ſpecie legata, & illa
pereat,hæres a præſtatione talis legati liberatur per iura præ
allegata.iſtud tenet Montic.ubi ſupra,fol 41. nume. 16. Suc-
44 ceſſiue dicendum eſt, † quod hæres ea, quæ ad ſui notitiam
deueniunt eſſe hæreditaria,uel res de nouo peruenientes ad
ipſius manus, debet inuentario ſtatim addere, ne in fraudis
ſuſpicione deprahendatur cunctando.Bal.in d.l.fi.§ cum igi
tur.in colum 4.num.8.Guid.Pap.in for.inuent.num.6.Iaſ.in
d.l.fi in uerſic.tertio requiritur,& in hac additione facienda
dicit Bal.opus non eſſe aliquam ſolemnitatē adhibere,quan
doquidem pars primi inuentarij reputetur, & ad eius ſolem
nitatem iam obſeruatam retrotrahatur ſecundum Nico. de
Mattar.alleg.ibi per eum,quem ſequitur Vital.Camb,vbi ſu-
pra num.31.& Porcell.in d.tract.in c.2.nume.12.verſicu.ſin-
autem profecto, ubi dicit ideo non eſſe citandos creditores,
vel legatarios,nec etiam adhibendos eſſe teſtes,vel rogandū
notarium,præſertim quoniam aditio bonorum redundat in
45 ipſorum vtilitatem. Verum ex oppoſito fuit dubitatum hæ-
redem non poſſe ex inuentario aliquid eximere,& delere tā-
quam per errorem poſitum: quia nemo auditur contra pro-
priam confeſſionem.l contra,C.de non nume.pec.§ 1 in au
then.de iureiur.amo.l.cum re.C.de tranſ. & demum reſolu-
tum, imo hoc fas eſſe , quotieſcunque conſtet de errore.Bal.
in d.auth.ſed cum teſtator.verſicu quæro, Porcell.vbi ſupra
in cap 2.num 12.& in cap.3 uerſicu. Sed quæro quid,nume.
4 glo. in l. fin. § licentia.in uerſicu. compellatur, vbi dicit,ꝙ
hæres poteſt ab inuentario eximere res per errorem appoſi-
tas,& Vital.Camb.vbi ſupra,num.2.Specul in d.§ fin.nume.
22 uerſicu.ſed quæro quid ſi hæres fecit,per not in l.falſa. C.
de iur & fac. igno. & quamuis aliqui diſtinguant inter alienā
rem,& propriam,quia de propria non ſit audiendus,quippe
qui probabilem ignorantiam tunc prætendere nequeat, ut
ref Porcell.vbi ſupra,nume.4 l.fin.ff.pro ſuo.communiter ta
men id indiſtincte firmatur, dummodo doceatur de errore.
l.1.C.de erro.calc.l error C.de iur.& fa.igno.quem licet cor
rigere etiam quod ſuper eo iuramentum interueniſſet Grā.
in conſi 24.in conſi.ciuil.poſt Iaſ p eum ibi citatum: ſic quo
que tutor auditur oſtendens rem propriam in inuentario re
rum pupillarium p errorem ſcripſiſſe. Mart. Laud. in conſi.
103.in qua quidem emendatione facienda creditores & lega
tarij ſunt citandi,quoniam tunc agitur de eorum præiudicio
ſecundum Bal.& Porcell.ubi ſupra.not.in l.ſi librarius. ff de
reg.iur.l.rura.C.de omni ag. deſer.l. qui familiæ.C famil. er-
ciſ.& Monticu.vbi ſupra,fol.53.num.55 Quid autem iuris,ſi
46 † omittat res de nouo habitas ponere in inuentario , an pu-
niatur.Bal.in d.auth.ſed cum teſtator,uerſicu. & nota quod
vtile.num.18.dixit non vitiari inuentarium, ſi res nouiter re
pertas hæres non addiderit , etiam quod malitioſe omiſerit,
quia quod legitime eſt ſemel confectum, ex caſu ſuperueniē
ti non debet vitiari.l.quid ergo.ff. de his qui no. infam bene
fatetur,quod eius beneficium amittit,quo ad eam rem, hoc
dictum reprehenditur a Gui.Pap in d.tract.nume 8 uerſic.
vel etiam aliter,quod imo non debeat aliquo beneficio gau
dere, quoniam per dolum non ponendo rem nouiter reper-
tam,præſumendus eſt ab initio vſque inuentarii doloſe fuiſ-
ſe verſatum in deſcribendis rebus hæreditatis,quia ſemel ma
lus &c.l.2 §.circa.ff de do. excep. & ita ſe conſuluiſſe refert,
prout ego reperi vere eum conſuluiſſe in conſi 42.num 5.ad
uertatur,quod Bal.vult eum puniri, licet non ea pœna , qua
arbitratur Gui.Pap.& ſic in hoc conueniunt ſimul, quia do-
lus ſemper eſt puniendus.l.1.C.de crim.ſtellio.Quando vero
hæres omittit ponere non per dolum,ſed per bonam fidem,
47 tunc † minime puniri debet,ut per Deci.in d.conſi.633. nu-
me.11.quod enim fit per bonam fidem , legitime factum re-
putatur.l.quamuis ff de cond.& demonſt.iſta diſtinctio faci
48 le poteſt admitti. Difficultas † eſt cum hæres prætermiſit po
nere per culpam, an aliqua pœna puniatur, & hoc in ſpecie
videtur Hercul.decidere voluiſſe in l Paulus.ff. ad leg fal.ſed
nihil boni dicit,nam inquit, ſi fuit in culpa , & ſic fuit in bo-
na fide,profecto qui eſt in culpa nō eſt in bona fide,nam ha-
bens bonam fidem uacat omni culpa. tres enim ſtatus conſi
derantur,mala fides,ideſt dolus,bona fides, quod eſt eius op
poſitum,& medius ſtatus inter vtrumque,ſcilicet malam fi-
dem & bonam fidem,Rui.in conſi.41.num.30. lib. 1. Docto.
in cap. ſi diligenti. ext. de præſcrip. & iſte caſus eſt, cum ali-
quid

quid ei poteſt imputari, id eſt caſus culpæ, & dum ſubiungit.
Bal. intelligere, quando culpa leuiſſima, uel iuſto ductus erro
re omiſit, ego non adinuenio vnde huiuſmodi ſenſum Bald.
colligat, ſicut dum ait Bal. in caſu leuis culpę omiſſionem no
cere reſpectu rei omiſſæ velle. Similiter dum refert Bart. in l.
reſcriptum. ff. de his quibus, vt indign. dicere, ꝙ vbi per cul-
pam omiſit aliquid ponere in inuentario, in totum hæres
perdit inuentarij beneficium: hoc enim non dixit Bart. nam
ſolum diſtinguit inter ius Digeſtorum, Codicis, & Auth. præ
ſupponens ſemper, ꝙ propter omiſſionem rei doloſam ve-
niat puniendus. Præterea Hercul. dicit, ꝙ hæres per culpam
latam omittēs punitur, quia dolo æquiparatur. l. ꝙ Nerua. ff.
depoſ. & in hoc poteſt ei aſſentiri, quia lata culpa eſt ſpe-
cies doli. l. magna, vbi Alcia. de uerbo. ſignific. Docto. in l. in
actionib. ff. de iureiur. in litem Quid nos dicemus? & de om-
nium mente eſt, ꝙ omiſſio rei per culpam leuiſſimam facta,
vel etiam per leuem, non coerceatur. Montic. hic. fol. 16. nu.
4. Vital. Camb. ubi ſupra nu. 31. & Corn. in d. §. licentiam. di-
cit, ꝙ dubietas, quæ fit, qua pœna puniatur omittens rem in
inuentario ponere, fit qñ per dolum ceſſauit rem, & non qñ
per culpam, quæ res valde eſt perpendenda, quoniam Natta,
in conſi. 214. num. 16. in primo tomo. cōſuluit in caſu, in quo
hæres ſibi reſeruauerat ius deſcribendi quædam bona exiſtē
tia in loco, ad quem propter bellum tunc vigens non pote-
rat accedere, & ceſſante poſtea bello neglexerat illa appone-
re in inuentario, ꝙ beneficium amittere mereatur huius In-
uentarij, ſuper quo tu amplius cogita Non cum eſt mihi ſa-
tis exploratum, an ſatis omiſſio dici queat culpoſa, vel dolo-
ſa, & ſolet propterea quæri cuius virtutis ſit proteſtatio, quę
49 ſolet ex ſtilo notariorum ferè ſemper apponi in † inuentario
rum inſtrumentis videlicet, ꝙ reſeruet ſibi poteſtatem addē
di, quæ ad eius notitiā peruenerint, ac etiam tollendi, & vēn-
di ſemper bona fide, ut valeat in inuētario addere addenda,
& eximere eximenda, & non fiat præiudicium veritati pro ip
ſo hærede ſeu alijs perſonis, ut per Montic. hic nu. 55. fol. 54.
aliqui volunt talē clauſulam excuſare a dolo præſumpto rei
non appoſitæ in inuentario, Bal. in d. auth. ſed cum teſtator.
Vital. Camb. vbi ſupra, num. 20. Hercul. in d. l. Paulus in col. 3.
Steph. Bert. in conſ. 331. li. 1. & notatur in l ſi quis in tantam.
C. vnde vi, & in l. 1 C. uti poſſi. & in ꝓpoſito tollere doli pre
ſumptionē dixit Corn. vbi ſupra. Quod eſt uerum, niſi aliud
de qualitate facti ſuadetur, quoniā ſi hæres conuincatur, eā
rem eſſe hæreditatis, ſciuiſſe, non releuabitur ab huiuſmodi
proteſtatione, Bar. in l. 1. §. item, nu. 4. ff. de offic. præf. urb. &
Bertach in d. tract. de Epiſcop. lib. 4. in par. 4. nu. 34. & Corn.
in conſi. 546 licet, ad fin. lib. 1. qui licet loquantur in inuenta
rio tutoris, idem tamen eſt in inuentario hęredis, ut per Ale.
de Neuo, in d. conſil. 38. in fin. Gui. Pap. in conſi. 42. ubi ait eū
conuinci de ſcientia huiuſmodi, uel quia erat filius, uel aliter
coniunctus defuncto, vel quia habuit præ manibus inſtrumē
ta, a quibus potuit informari de re omiſſa in inuentario, & in
conſi. 129. dicit hæredem eſſe inexcuſabilem ſi non ſcripſit
in inuentario id, ꝙ ipſe defuncto debebat, & ꝙ proteſtatio in
hoc caſu nequeat ipſum releuare, & Port. Imo. in conſi. 50. in
col. 3. dicit, ex ſola ſcientia rei, & ex forma non ſeruata, quam
mandauit Imperator ſeruari in omittēte probatur dolus, cui
dicto poteſt addi, ꝙ omittere rem tendit ad utilitatem omit-
tentis, quæ pro dolo præſumpto faciant in hoc caſu. Hieron.
Grat. proſequitur in conſi. 25. lib. 2. vbi niſi doceatur de cau-
ſa iuſtæ ignorantiæ ipſe in dubio vult præſumere contra hæ-
redem non obſtante ſua proteſtatione, uel etiam iurata, &
ideo perdat inuentarij beneficium, idem uult Abb. in d.
conſi. 73 in colum. uerſi. præterea non. lib. 2. quoniam a pa-
ri procedit (inquit ipſe) ſcire, vel non ſcire, & ſcire debe-
re: tu uero ea coniecturis determinabis, inſpecta qualitate ꝑ
ſonæ, rerum, loci, & tēporis, & ſore expedit inclinare in par-
tem rigoris, vt magis hęredes abſtineant ſe a fraudibus, quas
quia ſolent committere multis I locis ex forma ſtatutorum,
beneficium inuentarij ab Imperatore introductum, amplius
non datur, ſed fuit ſublatum, ut Florentiæ, & Senis. Hac in re
50 † non præteribo, circa modum probandi rem omiſſam, ꝙ tę
ſtes concordes, & non ſingulares exiguntur, & ut hæres hoc
beneficio priuetur, ſecundum Bal. in d. conſi. 314. ad euiden-
tiam, lib. 1. ſimiliter ꝙ res omiſſa non ſit minima ſecundum
Bart. in d. l. 1. §. item ſolent: & multa ſimilia adducit Cepol. in
l. euidens. ff. de ædili. edic. Andr. Tiraq. in tract. de iud in reb.
exiguis, impreſſo cum tract. res inter alios acta. Qua ve-
ro pœna puniatur omittens per dolum, & fraudem rem po-
nere in inuentario, res eſt non parum controuerſa inter ſcri-
bentes, nam in uarias opiniones uenerunt. Aliqui credi-
derunt puniri ſolum in hoc ꝙ duplum rei ſubtractæ in hære
51 ditatem † inferre teneantur firmo manente inuentario, aliq
contrarium dixerunt inuentarium ſcilicet, vitiari. Non nulli
voluerunt eſſe in poteſtate, & arbitrio legatariorum, & cre-
ditorum eligere qua pœna hæres puniatur ex prædictis. Vlti
ma opinio fuit eorum, qui noluerunt hæredem priuari, niſi
falcidia reſpectu rei ſubtractæ Pro veritate harum opinionū
indaganda, oportet noſtra tempora, & iura perpendere. Pri
51 mum eſt † ius Digeſtorum, cuius diſpoſitione hæres occul-
tando aliquam rem, ius falcidiæ in ea re amittebat, & non in
alijs. l. Paulus l. de beneficio. ff. ad l. fal. l. Paulus. ff. ad Trebel. l.
reſcriptum. ff. de his quibus ut ind g. Secundum eſt ius Codi
cis, quo cęptum eſt beneficium inuentarij huius cognoſci,
& eſſe in vſu, & ex eo cauetur, quod ſi hæres ſubtraxerit, vel
celauerit aliquam hæreditatis rem, duplum rei inferre in hæ-
reditatem compellatur. d. l. fin. §. licentiam. verſicu. Illo videli
cet. Tertium eſt ius Authenticorum, quo hæres qui in hære-
ditariis rebus malignatus fuerit, in aliquo non punitur, niſi
ꝙ hoc inuentarij beneficio amiſſo tenetur vltra etiam defun
cti ſubſtantiam legata præſtare d. §. ſancimus. iuncto. §. ſi ue-
52 ro non fecerit. Prima ergo illorum opinio † fundatur in d. §.
licentiam. uerſic. illo videlicet, & ſic in dic. iure Codicis, nā
intelligentes, quod ex eo iure non vitiabatur inuentarium
hac de cauſa, ſcilicet ob rem ſubtractam tale ius minime cor
rigi per ius authenticorum nouiſſimum in hoc caſu dixerūt.
vt expreſſim aſſerit Salic. in d. §. licentiam, quoniam hunc ca
ſum (ſubdit ipſe) nouella conſtitutio non decidit nec ponit.
quandoquidem textus in d. § ſi vero non fecerit, loquatur cū
hæres nullum fecit inuentarium, vel quando fecit minus ſo-
lemne: nō autem quando illud fecit, & quidem ſolemne, ſed
aliquam rem apponere prætermiſit, legem ergo Codicis ſta-
re in hoc caſu incorrectam concludit, quam quidem cōclu-
ſionem faciunt iſtam opin. tenendo Io. de Imo. & alij, quos
citat Ale. in d. l. Paulus, & refert & ſequitur Natta, in conſil.
574. nu. 13 lib 3 & Port. Imo iſtud etiam firmat in conſi. 50.
cui conſilio ſe ſubſcripſerunt Mantua, Hiero. Torniel. Fede.
Roge. & Anto. Cathar. legentes Patauini, quam ſententiam
comprobat alio argumento Saly. quod ius nouiſſimum non
mutauit, vel mutare, non intellexit aliquid ea Iure Codicis,
ſed dumtaxat ei addere, quod ſcilicet legatarij, vel fideicom
miſſarij ad illud fieri videndum conuocentur, quod ait pro-
bari in uerſi e. ibi. Hoc illi addito. Et dum contra ponderaba
tur tex. in d. § ſancimus, in uerſi. hac vtilitate, quaſi textus ibi
dicat, ꝙ hæres malignans in hæreditate priuatur hac vtilita-
te, ſcilicet inuentarij faciēdi, reſpondet ꝙ cum Imperator an
tea loquutus non fuerit de inuentario, nō poteſt intelligi de
vtilitate inuentarii, de eo enim tractauit paulo inferius, pon-
deratq; illud relatiuum hac, quod ad præcedentia ſe habet,
& ſubiungit Salycetus ꝙ ſic fuit reſolutum in cauſa ſibi cō-
miſſa tanquam iudici cōſulenda, & quod in hanc ſententiam
venerunt vtriuſque partis aduocati, inter quos aderant, ait ip
ſe, valentes Doctores, & cum hac opinione Salyceti pertran
ſeunt etiam vltra prædictos, Pau. de Caſt. in d. l. fin §. cum igi-
tur, in col. 3. & in d. l. Paulus, ubi dicit per Cyn. & alios Docto
res ſic teneri in d. authentic. ſed cum teſtator. C. de le. falcid.
Iaſ. in d. §. licentiam. verſicu. quarto nota, & Alex. ibi nume.
4. & in d. l. Paulus, atteſtando de communi, & ſequitur Alex.
de Neuo, in d. conſi. 38. nu. 17. & Natta, in d. conſi. 574 Gulicl.
de Bened. in d. cap. Raynutius, in verſi. mortuo itaque teſta
tore, num 402. addens ſecundum Bart. amittere falcidiam &
Trebellianicam, ſed creditoribus in ſolidum non obligare, ad
uerte Bar. iſtud non dicere. Montic. hic fo. 16. nume. 4 & fol.
34. nume. 6. vult celantem per malitiam rem aliquam teneri
ad duplum in hæreditatem inferendum, ſed alia iura inuenta
rij nō perdere. ꝙ duplum inferat in hæreditatem tenuit etiā
Bor. ubi ſupra. nu. 39. nu. 107. verſic. & ſi aliquas res.
53 Secunda opinio huic contraria, † quod ſcilicet in totum vi
tietur ex hoc inuentarium, & eius beneficium prorſus amit-
tatur, mihi placet, ut uera & etiam magis communis, & præ
cedentem opinionem in uno præſuppoſito falſo fundari, (ꝙ
non animaduerterunt alij) ego conſidero, nam præſuppo-
nunt ex iure Codicis in iſto caſu alicuius rei ſubtractæ bene-
ficium inuentarii non amitti, quod ipſi non probant. Et ſi di-
xeris, imo iſtud probari duobus modis, primo, eo ipſo quod
lex Codicis in iſto caſu nō dicit ipſum amitti, ſic negatiuam
conuentorum in aliqua ſcriptura probari certum eſt ad trad.
in ca. quoniam contra. ext. de prob. Aymon Crau. in conſil.
138. l. Titiæ textores, ubi Bar. de leg. 1. & Docto. alibi paſſim.
uel ſecundo, quia in iſto caſu imponendo pęnam dupli inſe-
rendi videtur decernere, quod omnis alia ceſſat, tū quia iſtud
eſt regulare. l. ſanctio. ff. de pęn. ꝑ arg ex incluſione vnius, ad
excluſionem alterius. l. cum prætor. ff. de iud & concor tum
etiam quia ſtatuens duplum in hæreditatem inferri non ob
aliam cauſam id ſtatuere videtur, niſi quo creditoribus & le
gatariis pinguius ſatisfiat. præſupponens hæredi ſaluum eſſe
beneficium inuētarij, quod ſcilicet eis ſatisfacere vltra vires
hæredi-

hæreditatis compelli nequeat, alioqnin talis illatio eſſet inanis, & inepta, ſi hæres amiſſo hoc beneficio eis teneretur inſolidum, ad quid enim ꝓdeſſet? vel quid releuaret compellere eum ad duplum inferendum? Nam ad hæc omnia reſpondetur, ad primum quod licet expreſſim id ibi non dicatur, ex aliis tamen elicitur hoc, quod & in iſto caſu debeat inuentarii beneficium amitti, quoniam Imperator iuſſit illud de omnibus rebus confici, & non de aliquibus. d. l. fina. § ſi autem dubius, & quia præcepit ſuam conſtitutionem de inuentario traditam ad integrum ſeruari, vt eius beneficio hæres potiatur. d. l. fina. §. & ſi præfatam, vt ponderat Corn. iam ergo celando, & ſubripiẽdo rem aliquam hæreditatis vt dicere, inuentarium conficere de omnibus rebus hæreditatis, & Iuſtiniani legem non ſeruare, & ideo eius beneficio potiri nequaquam poſſe, prout dictat iuris communis ratio, quod qui cõmittit in legem, fruſtra eius auxilium implorat. cap. quia fruſtra, & ibi not. extra, de vſu. prout in propoſito iſtius quæſtionis adducit gl. in d. l. fin. in princip. C. de iu. delibe. & in ſimili ſic videmus, quod, ſi filius ſuus hæres ſubripiat aliquam rem hæreditatis beneficio abſtinendi priuatur. l. ſi ſeruum. §. prætor ait. ff. de acquiren. hæredit. quod etiam allegatur ad hoc propoſitum per glo. & Docto. in d. § licentiam, & Paul. de Caſt. in d. § prætor ff. de acquir. hæredita. ubi ex hoc infert ad ſimiles caſus ſtatutorum de quibus ibi per eum. Accedat his ratio euitandę abſurditatis, abſurdum enim exiſtimatur, quod ex eo facto quis beneficium aſſequatur, ex quo pœna ſibi imponitur. Ruin. in conſi 48. nu. 18. lib 2 l. ſi ne hæreditatia. ff. de neg geſt. & ſimi idem repetit Ruin. in conſ. 49 nu. 2. eod. lib. Quæ quidem abſurditas poteſt etiam alio reſpectu conſiderari, quod grauius peccatur in conſtitutionem inuẽtarii in ſubripiendo, & celando ipſas res hæreditarias, quam in negligendo eius ſolemnitates, quoniam primo modo offenditur iuſtitia naturalis, altero vero ciuilis, ut tradit Bart. in d. l fin § cum igitur, de iure deliber. ſi ergo concedunt ob neglectas ſolemnitates ciuilem iuſtitiam concernentes, beneficium inuentarii perdi, abſurdum eſt hoc negare in iſto caſu, in quo grauius peccatur in legem etiam iuſtitiam naturalem offendendo, etenim pro magnitudine criminis debet eſſe plagarum modus. l. aut facta, de pœn. ſtat igitur concluſio, quod imo probatur beneficium inuentarii amitti etiam in iſto caſu. Ad ſecundum reſpondetur quod pœna inferendi duplũ in hæreditatem eſt accumulatiue poſita vltra amiſſionem illius beneficij, quoniam in iſto caſu grauius peccatur, & maior debet imponi pœna, ut dixi, & hoc per rationes mox adductas, ut inducta ad augmentum non pariant diminutionẽ. l. legata inutiliter de leg. 1. cum concord & aduertaſ quæſo, quod pœna & præiudicium reſultans ex amiſſione beneficij inuentarii poteſt eſſe immenſum, quando quidem delicta & legata præſtanda poſſunt ad immenſum aſcendere, & ſic pro immenſo hæredem cogi, ſed pœna inferendi duplum poteſt eſſe leuis ſaluo iure & beneficio inuentarii, nam cum eius vigore poſſit ex legatis Falcidiam deducere, forte in totũ ſibi reſarcietur dãnũ duplum hæreditatẽ illati rei ſubtractæ, per deductionem Falcidiæ ſi concedatur, ac etiam adhuc lucrũ afferretur, libentur ergo, & ponderentur diligenter iſta ſi cõgruum eſt unum caſum grauiorem leui, vel ferè nulla coerceri pœna, leuiorem vero caſum animaduerti pœna grauiſſima & immenſa, non conuenit igitur dicere per iſtam leuẽ pœnam, quæ per modum additionis in caſu grauiori intelligitur ſancita fuiſſe receſſum a pœna ordinaria non ſeruantis conſtitutionem inuentarij Nec obſtat quod dicatur illa pęna dupli locum habere non poſſe, niſi præſuppoſito, quod inuentarij beneficium hæredi competat, nam iſtud nego de iure Codicis. quoniam ex eo iure hæres amiſſo beneficio inuẽtarii (quo perdebat falcidiam & obligabatur creditoribus inſolidũ) legatariis tamen non obligabatur ultra vires hæreditatis. d. l fin §. ſi autem hic aliquis, & ibi not legatariorũ ergo reſpectu poteſt habere locum ſecundũ ipſum mer ius Codicis, & eorum cauſa reſpectu fuit inducta pœna dupli inferendi, licet non reſpectu creditorum, ut hæres vltra amiſſionem falcidiæ per illationem dupli prædictã, pinguius præſtet legata, quam ea non facta præſtaret. Vnde ſublato ex his præſuppoſito ipſorum, vt eorum cõcluſio corruat, plane eſt neceſſe, & ab re eſt dicere, an ius nouiſſimum authenticorũ correxerit in hoc caſu ius Codicis, vel ne, quia quantum ad

54 hoc† quod per ſubtractionem alicuius rei hęreditariæ beneficio inuentarii hæres priuetur, iure etiam Codicis cautum intelligitur, ſicut authenticorum iure, ſed hoc intereſt inter vnum, & aliud ius, quod quia per amiſſionem beneficii inuẽtarii hæres non obligabatur de iure Codicis legatariis, ultra vires hæreditatis, dicta pœna inferendi duplum poterat locum & effectum ſuum habere, & congruere, vel etiam concurrere cum amiſſione dicti beneficii, ſed econtra, cum ex iure authenticorum hæres legatariis amiſſo inuentarij beneficio obligetur inſolidũ vltra vires hæreditatis. d. § ſi uero non fecerit, hodie non poteſt talis pęna inferendi duplum, locum habere, ſeu concurrere cum iactura dicti beneficij, & inepta hodie allegaretur: & iſta eſt vera declaratio iurium prædictorum: nemoque dubitet quin Imperator ſenſerit, dum præfatus eſt. d. § ſancimus, ab eo, quod hæredes interdum in rebus hæreditatis malignantur, fraudem hæredis ſubtrahentis aliquid ex hæreditate coerceri pœna amittendi beneficium inuentarij, tum quia ex præfatione colligitur intentio & mens diſponentis. l. 1. ff ad Macedo. l. fin. ff de hære. inſtituen. tum etiam quia omnis agens agit propter finem, ut inquit Philoſophus, ſed finis tam exactæ formæ conficiendi inuentarij introductæ a Iuſtiniano, eſt procul omni dubio, ne hæres aliquid celet vel ſubripiat. Bart. in conſil 234. leua. ergo & c. & propter quod vnumquodque eſt tale, & illud magis. Ideo ſi voluit Imperator hæredem incidere in ea præiudicia nõ ſeruando ſolemnia inuentarij, quæ introduxit ne fraus committatur, multo magis in ea præiudicia incideret ſi ipſa fraus ſit commiſſa, credendum eſt voluiſſe per præfatas rationes, quicquid Saly. vbi ſupra relatus dixerit, & alij poſt eum, quorum atg. ſormiter etiam poſſet reſponderi, quod etiam poſſit negari inuentarium ſolemne, vel ſecundum traditam formam factum ex eo, quod non eſt de omnibus rebus confectũ ſm Mant. Pat. in conſ 33 nu. 5 & in conſi 82 nu 6 in 2. lib Et ſic adnuc militare diſpoſitionem tex. in d § ſi vero non fecerit, ſecundum eorum intellectum, quia nihil dicitur factum, cũ aliquid ſupereſt agendũ. l pen. C. de S. conſ. Syllani. & in hac ſententia ſic per nos aliter quam per alios declarata & cõprobata, fuit Accur. in d §. ſanci. in gl. in uer. non forte, & ibi Bar. & in d. l. Pu. ff ad leg. falc. ubi ſic unã q. Tuderti determinaſſe dicit, in qua diſputabatur iſte caſus cuiuſdam hæredis, qui fecerat inuentarium & conuictus fuerat aliquam rẽ hæreditatis abſcondiſſe, idem tradit in l. reſcrip. ff. de his quibus, ut indig. & in d. l. de beneficio, & in d § licentia nu 3. verſi contra hoc oppono & Gu. Pap. in d tract & in conſi. 42. credo nu. 4. Por in d tract in cap. 2. verſicu. quid ergo. Lu. Ro. in conſi. 276. viſis nu 8. uerſi. quo ad decimum. Mant. Pata in conſi. 33. & 82 præall. Bald in d l. ſi §. cum igitur, nu 8. uerſi. quæro requiritur, & in conſi 219 ſtatuto ciuitatis nu 4 li 1. in nouis, eſt in antiq conſi 189. li. 3 & in conſi 143. in cauſa, nu 6. li. 5. vbi dicit expreſſim, quod hæres ſubripiens aliquam rem hæreditatis priuatur in totum omni bñficio inuẽtarij, & quod in omnibus & per omnia ipſum inuentarium vitiatur, ac efficitur nullum. idem dicit Aud. Alc. in conſi. 65 li 6 Abb. in d. conſi. 73 ver præterea fuerunt, li 2. Hier. Gra. in d conſi. 25. li. 2 nu. 3 Rimi in conſi. 466. Car. Par. in conſi. 12. num 28 lib. 2. Soz. Iu in conſi. 108. nu. 43. lib. 2. Angel. in conſi 329. Manſu. Gall. in ſua pract. in ti. de ſucc. & teſt. nu. 49 Vital. Camb. vbi ſup. nu. 31. Raph. Cu. in conſi. 24 humaniſſ. Iaſ in d § licentiã. nu 3. ver. not. & Cor. in uer. nota pœnam, ubi dicit, quod iſta ſentẽ. eſt cõis, ſed quod articulus eſt dubius, & hinc, & inde extant opin. Bar. Caſſa. in conſu. Burg. in Rub. 4 § 1. in glo. 1. nu. 7 dicit etiam, quod iſta opi. eſt communis, idem vult Bert. in tract. de Epiſ. in 4 lib. in 4 par. nu. 33. licet ipſe aliud ſentiat, quando per culpam & non dolum abſcondiſſet rem hæreditatis, ut ibi per eum, & hanc concl. habes iuris ratione, & ſcribentium auctoritate fundatam adeo, ut nec in conſulendo, neque in iudicando vlatenus ab ea ſit recedendum. idem tenet Card. Alban. in Bar. in l. Paul ff. ad l. fal. ubi multas rationes adducit pro iſta communi opinione per nos firmata, ut per eum ibi. Quam primo amplia procedere etiam in fideicommiſſario, ut & ipſe ſi celauerit, quicunque perdat inuentarii beneficium. Lu. Ro in d conſi. 276. viſis. Bar. in d. l reſcr. in d. l. Pau. in d l. de benefi. Iaſ & Pau. de Caſt. in d. §. licentiã. nu. 4. Cor. ibi in fi Ful in d. conſi 24 Nic. Bell. in conſi. 30 nu. 6. Hier. Gra. in conſi. 17 nu. 11. li. 2 & contra non poteſt aliqua diuerſitatis ratio afferri. Vnum caue, quod aliqui videntur dixiſſe, quod amittatur Trebell. propter ſubtractionem alicuius rei, ut Lud. Ro in d. conſi 276 & Guli. de Ben. in d. c. Ray. nu. 402. & Montic hic, nu. 6. fol. 37. refert Bar. Sal. Fulg. Caſt. hoc dicere, quod nos non cõcedimus, ſicut nec Mont. hic poſt Corn & Iaſ. quia negamus Trebell. admitti in caſu, in quo perditur hoc beneficium, ſeu per amiſſionem huius beneficii, & non reperitur lex, quæ dicat hæredem ſubtrahẽtem rem hæreditatis perdere Trebell Nam iura præalleg. loquuntur reſpectu falcid. vel de fideicommiſſa. ſubtrahente, & non de ipſo hærede, quod notabis pro dicendis infra in q. Trebell. ſic enim dicitur etiam in iure cautum non reperiri, quod tutor amittat ius ſuum ſuper re pupilli, quam per dolũ omiſit in tutelæ inuentario ponere, ut per Corn. in d. conſil. 246. lib. 1. Secundo amplia procedere etiam quando negaſſet rem eſſe hæreditatis, & poſtea contrarium probaretur Bal. in

d conſi.

d.conſ.143.in cau.in lib.5.& in d.l.fi.§.cum igitur.Vital. Cãb;
vbi ſupra,& Bar.in d.l.de beneficio, & in d.l.reſcriptum.Pau.
de Caſt.in d §.licentia danda.Corn.ibi,in fi. Caſſ.in loco præ
all.Ale.de Neuo,in d.conſi.38.num.18. quia a pari procedit,
vel verbis,uel facto celare veritatem rem eſſe talem,ut pro-
55 batur in l.hæredi.§.ſi ff ad leg.falcid.Tertia † opin. probatus
etiam a Lud.Ro.Rimi.Pau.de Ca.Ful.& Rimi.in locis proxi-
me allegatis,quod.ſ.ſit in poteſtate creditorum,uel legat. v-
trum uelint in hæreditatem duplum inferri,vel ꝙ hæres per
dat hoc beneficiũ . ſed iſta opinio, in quo poteſt plus vtilita-
tis afferre,quã priuatio huius beneficij, ideſt quod hæres eis
teneatur inſolidũ?certe quemadmodum ea opinio eſt erro-
nea,ita hodie eſt inanis,quia talis pęna hodie nõ poteſt non
56 vacare,vt diximus.Quarta quoque†opinio eſt falſa quamuis
Ang lo.de Imo. Vinc.Hercul.Paul.de Caſt Alex & Mod di
cãtur eã approbaſſe , nam in caſu iſto per conſtitutiones in-
uentarij contra res hæreditatis ab condentes aliter cautum
reperitur,quam eſſet de iure Digeſtorum, vt ſuperius retuli-
mus.Porro hæc pęna dupli,quæ hodie vt dixi, vacat illa opi-
nione retenta dubitauit Ful.in d.conſi. 24.vtrum tranſeat ad
illius hæredes,& dicit videri,quod lite conteſtata tranſeat,&
non aliter.l.1.ex delicto defun.C. §. non autẽ omnis,inſtitut.
de perpe. & temp. actio. admonendo partem alteram, quod
ſuper tali ſubtractione curet litem cum defuncto conteſta-
ri,quo nõ obſtante in ſuo caſu reſoluit cõtrarium, quoniam
fideicommiſſario non dabatur aduerſum hæredem actio,ni-
ſi poſt illius mortem,vnde eodem tempore, & nriri & mori
actio non debuit,ſicut iniquum eſt eodem puncto,quo quis
obligatur in mora etiam cõſtitui,ut dicit Dec.in conſi.2.nu.
5.l quod dicimus.ff de ſolutio . Item quia hæreditas eius ſu-
ſcipiẽtis dicitur effecta maior.l. ſi ei g. ff. de euictio. Item qa
hæc pœna imponitur ipſo iure,ideo tranſit abſque litis con-
teſtatione cum ipſa hęreditate. l.3 §.quod autẽ ff.quod eum
eo.ipſe dixerim contra illius hæredem tranſire ea ratione,ꝙ
dolus in contractu commiſſus tranſit etiam lite non conte-
ſtata ſimul cum ipſa actione ſeu obligatione contractus.l.cõ
tractus.de regul.iur.& ibi nota & in iſto caſu dicitur in con-
tractu commiſſus,ex quo in hæreditatis aditione contingit,
ex qua contrahitur,ſeu quaſi contrahitur. l apud Iulianum.
§.fina ex quibus cau.in poſſ ea.§.hæres,inſtitut. de obligat,
quæ ex quaſi contrac. Quõ autem procedatur aduerſum hæ
redem de inſimulata fraude, ſilentio inuoluere nequaquam
57 decet.Sciendum eſt igitur Iuſtinianum d creuiſſe † per mo
dum etiam extraordinarium inquiri de ea,ut probatur in d.
§.licentiam,& in d.§ ſi uero abſunt in auth de hæred & fal-
cid.quod Pau de Ca & Alex.in d.§ licentiam,præ cæteris ad
notant.& Io.Igneus in l neceſſarios.§.non alias.num. 190 ff.
ad ſen. conſ. Sylla. ideo teſtimonia ſeruorum per tormenta
etiam contra proprium dominum,ideſt hæredem recipiun-
tur Item ſumuntur probationes de domo rei , contra regu-
lam iuris,de qua in l.nimis graue.C.de teſtib.Item hæres cõ-
pellitur aliquo ex aduerſo nõ præſtito.ideſt non probato iu-
rare de rebus hæreditatis,quod non ſubſtulerit, vel fraudem
aliquam non commiſerit.quandoquidem reus alias non cõ-
pellatur ad iurandum,niſi contra ipſum aliquo probato. l. a-
ctor.C.de prob. Doct.in l qui accuſare.C.de eden.Soz in cõ-
ſi.184.difficilis.Roder Suar.in l.poſt rem iudicatam,in decla.
l.Regni,in §.ſed pulchrum.Doct.in c.fi.ext. de iureiur.& in l.
manifeſte.ff eo.Ioã.Igne.vbi ſupra. Quibus probandi modis
adde,quod hæres cogitur libros rationum & alias ſcripturas
hæreditatis exhibere pro bonorum & rerum hæreditariarũ
inueſtigatione,vt per Pau.de Ca.in d.l.fi.§.licentia.l. pen. §.
fi.& ibi no.ff ad l.falc.Quod profecto verum eſt quatenus cõ
ſtet hr̃dem defuncti ſcripturas habere, alioquin aliquo non
conſtito de his,negans non compelleretur ad talem exhibi-
tionem præſtito per ipſum iuramento ſe illas non habere,ut
per Aretin.in conſil.119 procedendo breuiter, ubi id tenuit
etiam,ꝙ probaretur defunctum aliquando habuiſſe ſcriptu-
ras & codices rationũ, in quo caſu potuiſſet argui quod pre
ſumeretur hæres eas habere,uel item,cum probaretur in vi
ta defuncti aliquandõ ipſum hæredem eas habuiſſe,ut in ſuo
caſu dicebatur arg.l.ſi creditor.C.de pigno. actio. Barto. &
alij in l.ſiue poſſidetis.C.de probati Bald.in l.non ignorabat.
C ad exhiben.& notatur in l. ſi quis ex argentariis §.fin.ff.de
eden.nam ad hæc rñdit,ꝙ hæc non faciunt ſufficientem pro
poſitionẽ ꝫ ipſum,& ait ſic Bar.decidere in d.l.ſi quis ex arg.
in fi.& Sal.in d.l.fi in 4 oppoſ C.de fi.inſtr.per tex in l pretor.
§ ſi ſeruus.ff de eden.& in d.§ licentia I.n. Gnza. id m dicit
in cõſi.94.nu 32 in uer. præterea & ſi. Cæterum aliquo non
ꝯſtito de hr̃dis fraude,habet ipſe intentionem ſuam ſundatã,
ut dignus ſit bñficio inuentarii potiri, nec aliquo pacto gra-
uatũ negatiuam probare, ꝙ ſ. plura non fuerint in hæreditate,
ꝙ in inuentario deſcripta repetiãtũ,ut per Alex.Iaſ. Corn &

alios oẽs in d.l.fi.§.licentia. Mod.Peden.in dec.161.num 11.
Alex.in conſ.41.li.3.& in conſi.16.lib.5.Cur.Sen.in conſ.27.
Lud,Go.in conſi.94.in col 7.Hay.Cr.in conſi.126 ꝙ abſque
dubio fatentur oẽs ob præſumptionem ex inuentario reſul-
tantem,notiſſime verum eſſe.Natta,in conſ.238 In 2.tomo.
& in conſ.199.Sigiſm.Neap.in d.conſ 32 nu 9.Atq adſtruũt
etiã pauci,ꝙ & ubi inuentariũ nõ eſſet confectũ, nihilomi-
58 nus hæredẽ habere intẽtionem fundatã in eo , ꝙ † dicat, tot
ſunt in hęreditate,q vult dicere eſſe plura,pbet p gl.cõi'er re
ceptã in l.cum de l.ff.de pb. per quam traditur & pponitur
talis propoſito,quã quidem gloſſam aiunt procedere in caſu
etiam inuentarij non confecti,ut ait Rui in conſi 67.nu.14.
lib.5.ubi refert opinionem Bar.plurib.in.locis dicentis pręd i
ctam gloſſam procedere , tam in caſu non facti inuentarii , q̃
facti inuẽtarij cõiter probari,& recipi.idem firmat ipſe Rui.
in rub.de ope. no. nunci in col.fin.vbi reprobat opinionem
Io.de Imo.& Alex reſtringentium dictam gloſſam ad caſum
facti inuẽtarij,nã & abſq; inuentario (ſubiungit Ruinus) is
qui dicit rem non reperiri haber intentionem fundatam, do
nec contrarium ex aduerſo probetur.l.cum ita §. ſpecies de
lega.idem firmat Soz Iun.in d.rub.nu.130.ver ſecundo ergo
rñdent ſequendo opinionem Ruini , & damnando Imo. &
Alex.opinionem,nam dicit eam eſſe diuinatiuam, & eſſe cõ
tra ipſam gloſſam , qm̃ ipſa ſe non fundat in aliquo inuenta-
rio,ſed ſolum in vi illius aſſertionis,videlicet tot ſunt , &c. &
quod propterea ſi loqueretur in caſu facti inuentarii, illud di
ctum gloſſæ.fuiſſet de indubitabili & totum penderet ab ip-
ſa vi inuentarii Hoc idem ſenſit Pau de Caſt.in conſi.178.vi
ſo ſupraſcripto puncto,in col.1. verſicu & ex his ſequitur.in
antiquis,vbi ſequendo dictam Bar.ſniam dicit,ꝙ hæres in le
gitima,& in falcidia deducenda habet fundatam intentionẽ
ex huiuſmodi aſſertione in caſu etiam non confecti inuenta
rii,& Rui.in d.conſi.67.nu.14.Tu autem dicas ꝙ iſta oĩa eſſe
vera ſm̃ terminos iuris antiqui,de cuius tempore nõdũ erat
cognitum vel introductum ius inuentarii, ſed ſm̃ terminos
iuris noui,ſcit nouiſſimi,quo beneficium inuẽtarij eſt intro
ductum,tm̃ abeſt quod hæres ex huiuſmodi aſſertione ha-
beat in caſu non facti inuentarii intentionem fundatam , vt
totum oppoſitum abſq; dubio firmetur,ꝙ adeo preſumitur
contra ipſum,ut etiam ſi velit probare plura non fuiſſe in hæ
reditate,nequeat,niſi ex ore proprio partis aduerſæ , ut pate-
bit infra,dicant illi quicquid velint, & gl.in d.l.cum de lege,
de proba.id dicit ob inuentarij uirtutem , ꝙ deprehenditur
ex eo quod ad probandum ſuum dictũ citat tex.in d.§ licen
tia qui loquitur de inuentarii caſu,etenim gloſſa debet intel
ligi ſm̃ legem.quam allegat Bar.in l.nõ ſolum.§ liberationis.
ff de libe lega.& ita ſentire gloſſam prædictam in d.l cũ de le
ge, & veriſſimam eſſe ſolutionem ad cõtraria affirmat Rod.
Sua.in l 1 in tit.de las arras,nu. 22 verſ. adhuc ſm̃ hunc ſen-
ſum,ubi tenet gl.prædic.in l.cum de lege,de proba.loqui tan
tum in caſu facti inuentarii,& iden nimirum ſit, ſi ex inuen-
tario vt ex ſcriptura publica, vtpote facta maxima cum legis
ſolemnitate reſultat antedicta præſumptio.Iaſ.in l.ſi ꝯſtante
nu 130.ver.ex prædictis conclu.ſt.ſol. matr dicit ſimiliter eã
gloſſam loqui in caſu inuentarij , & ſic intelligendũ eſſe pro-
pter textum quẽ allegat vt ibi per eum , & ſm̃ terminos iu-
ris antiqui contra etiam pbarem,niſi ſimul alia præſumptio
59 pro aſſerente cõcurreret,quia † negatiua qñ eſt fundamentũ
intentionis eam adſtruentis,debet per eum probari , ſiue ſit
agẽs,ſiue ſit excipiens.Haym Crau in conſi.112 Corn.in con
ſil.150.lib.1.Alex in conſi 42.vbi,col. 2.lib. 6. & in conſil 136.
lib.7.Dec.in conſi.178.in col. 2.& in c.2.in col 6 ex.de reſcrip.
& præſumptionem aliquã ad probandum negatiuam ſaltem
exigi,uoluit Alci.in tract.præſumpt.in reg.3 .in præſump.20.
& Iaſ.in conſi 34 ad materiã,in col 4 lib 1 & in d. l. ſi conſtan
te.num.131.Ioan.Igne.in d § non alias. num.191.verſi.nega
tiua autem,ſed in præſentiarũ hoc firmare mihi nõ eſt opus.
Et ex hoc quod contra hæredem in caſu non facti inuenta-
rii male præſumatur,& econuerſo illo confecto,quod recte
præſumatur pro eo,quæro utrum hæc præſumptio elidatur
60 ex aſſertione defuncti in teſtamento facta † de pluribus bo-
nis,ſeu de maiori bonorum quantitate,quam hęres in inuen
tario deſcripſerit.Pau de Caſt in d.cõſ.178.viſo ſupraſcripto
puncto,in antiquis. plurib argumẽtis conſuluit hmõdi aſſer
tionem teſtõris,quicquam non releuare, & præſertim ea rõ
ne,quod homines de facultatibus ſuis amplius , quam in eis
ſit,ſæpe ſperant,& iactant oẽs.§.in fraudẽ.inſtit. qui manum.
poſſ & teſtõris ęſtimationi non ſtat.l ſi fundũ per fideic. §.ſi
libertus.de leg.1 & nn.ibi per Dyn.& Bar. & qñ alias eſſet in
poteſtate teſtatoris per indirectum priuare filium ſuum legi
tima,& hr̃dẽ extraneum hoc inuẽtarii beneficio , propterea
ꝙ præſtita fide teſtatoris aſſertioni , ꝙ tot eſſent in hr̃ditate,
impoſſibile eſſe hæredi probare negatiuam , quod illa non
fuiſſent

fuiſſent, ex quo non coartatur alieni loco, vel tempori: vt la-
ſsibi per eum, vbi vehementer hoc exagerat dicēdo, quod
ſi per legem quippiam tale ſtatueretur expreſſim, non foret
id ſeruandum. ca. erit autem. diſtinct. 4 l. 2. C de cond. incer.
l. pen. ff. de exhib. & reſpondet ad textum ipſum declarando
in l. 1. C. arb. tute. ſuper quo fiebat ex aduerſo magnum feſtū
vt refert ibi, & pro iſta opinione Pau. de Caſt. tenet Alcia. in
conſi. 213. lib. 9 & Natta, in conſi. 199. Poſtremo nec iſtud ꝓ
complemento declarationis iſtius requiſiti prætcribo, quod
aliqui dicentes legata inualida non eſſe ſcribenda in inuenta-
rio, videntur velle, quod in eo valida legata ſcribantur Alex.
& Vinc. Hercul. in l. ſi fundus. ff ad leg. falcid. quod ipſe non
63 dixerim. Similiter † dicit Alcia. in conſi. 43. libro 6. quod de-
bita hæreditaria debent in inuentario deſcribi, & adhunc ef-
fectum citantur creditores & legatarij, ut comparentes ea fa-
ciant deſcribere per tex. in d. l. fin. Monticu. hic dicit fol. 16
& fol. 53. num. 50. quod poſſunt poni, ſed ſi omittantur non
vitiatur ea hoc inuentarium, quod & mihi magis placet, ita
poteſt concludi quo ad legata. Quintum requiſitum adnota
tur, quod tametſi teſtamēta priuatis ſcripturis fieri queant,
64 inuentarium † tamen hoc exigit publicam ſcripturam d. l.
fin §. ſinautem dubius, ibi ſub præſentia tabulariorum, & in
d. §. ſi uero abſunt. Dec. in conſi. 633. num 12. verſic. quinto
requiritur, Vita. vbi ſupra num. 12. Porcel. vbi ſupra, in cap 2.
num. 3. Bal in conſi. 147. inuentarium, lib 4 Guid. Pap, ubi ſu-
pra nu. 22. Rolan. a Valle in conſi. 73. nu. 10. tempore peſtis ſi
65 notarius haberi non † potuiſſet, inuentarium ſcriptura pri-
uata confectum ſuſtineretur. Montic. vbi ſupra fol 48. num.
25. & notarium ut ſit eiuſdem iudicis actuarius, corā quo-
ſit inuentarium requirit Montic. fo 48 nu. 23 & quamquam
lex loquatur in numero plurali, qui duobus cōſiſtit. l ubi nu
merus. ff. de teſti. Doctores tamen volunt in locis prædictis
vnum ſufficere notarium ad conficiendum publicum docu
mentum huius inuentarij hærede ſe ei ſubſcribente, glo. in
d. § ſi uero abſunt. in glo in uer. tabularijs, quia pluralitas in
ſingularitates reſoluē, ut ait Iaſ. in d § ſinautē dubius, poſt gl.
ibi, & pro hoc faciunt plura, quę allegaui in tractatu de lucro
Dotis, in gl. 5. in uerſic. ſine liberis. nume. 7. verſic. nunc quæ-
ro. ſi uero conficiatur per plures notarios, inuentarium non
iccirco vitiabitur, inquit Pau. de Caſt. in conſi 324. multum.
imo plus ei creditur. glo. in d. § ſi uero abſunt. in uer. tabula-
rijs, & oportet, quod notarius de eo rogatus ſit ſecundum
66 Corn. & Albe. in d. l. fin Sextum eſt, ꝙ † hæres, ſi ipſe ſciat
ſcribere manu propria ſeipſum ei ſubſcribat, alioquin manu
alterius notarij pro eo neſciente ſcribere ſubſcribatur opor-
tet & ſe ſubſcribendo dicere, & proteſtari debet, quod ſcribē
do & conficiendo inuentarium, non eſt in aliquo maligna-
tus, & quod nullam in eo commiſit fraudem, nec non fateri
bona in eo deſcripta penes ſe eſſe, ut dicit Guid. Pap. in d. cō-
ſi. 42 glo in d. §. ſinautem dubius, & quod defectus talis ſub
ſcriptionis vitiat inuentarium, & eam neceſſariam eſſe pro
validitate inuentarij dicit in conſi 129. idem tenuerunt poſt
glo. in d. § ſi uero abſunt. Corn. in d. l fi. Guid. Pap. in d. tract.
nu 8 Natta, in conſi. 214 nu. 12. Dec. in d. conſi. 633. nume 5.
& 4 Bar. in d §. cum igitur, & ibi Iaſ in uer 6. requiritur. Vita.
Camb. vbi ſupra nu. 29. Alex. in d. conſi. 38 num. 13. ubi dicit
ita Doctores communiter tenere, & Roland a Val. in d. con-
ſil 73. nume. 39. qui omnes exigunt etiam dictam proteſta-
tionem fieri, alias vitiari inuentarium, quemadmodum vitia
tur tutela, quando non dicitur per tutorem, dum ei decerni-
tur tutela, quod ipſe promittit utilia facere, & inutilia præter
mittere, ac pupillum defendere. Bart. in d. l. legitimos. in fi. ff.
de legi. tute. Alex. in conſi. 129 ponderatis, nu. 3. lib. 1. & alibi
paſſim per ſcrib. hoc enim pertinet ad actus ſolemnitatem,
67 & † quādo aliquid omittitur de actus ſolemnitate, actus tūc
inualidus redditur. l cum hi. § ſi prætor. ff. de trāſ. l. ꝯſtitutio
nib ff. ad municip. l. 3. C. de præd. cōſ. 1. lib. 10. l 1. & 2. C. ſi ſin.
cen. l. 1. C. de fi inſtr. & haſtæ fiſca. lib. 10: ſed Bal. in conſil. 48.
factum ſic, lib. 5. dicit ſufficere ſimplicem ſubſcriptionem in
uentarij, & maxime per Notarium factam pro neſciente ſcri
68 bere. Nec ſatis eſt quando hæres eſt præſens, quod † huiuſ-
modi ſubſcriptio per alium fiat de eius mandato, ſecundum
Pau. de Caſt. in d. §. cum igitur, & Porcell. vbi ſupra, & Nattā,
in d. conſi. 214. nu. 15. & Rolan. a Val. in d. conſi. 73. & Corn.
in d. l. fi. qui volūt, quando fit per procuratorem inuentariū,
tunc per eum ſubſcribi poſſe ſed non alias, cum ſcilicet hæ-
res eſt præſens, & ipſemet illud conficit, de quo tamen dubi-
tauit Iaſ. ea ratione, quoniam ſi totum poteſt per procurato
rem fieri, ergo & pars ſcilicet ſubſcriptio, ex opinione Bal. &
69 Odoſ. ibi. facere † autem hæres poteſt per procuratorem, di-
cis tea. in d. l. fi. §. ſinautem a locis, & licet loquatur in caſu, qñ
hæres abeſt a loco, ubi ſunt hæreditatis bona, poteſt tamen

id etiam intelligi in caſu, quando eſt in loco rerum hæredita
tis, & cum ipſe conficit illud pro quo facit, quod Albe. dicit,
quod tutor poteſt conſtituere procuratorem ad faciendum
inuentarium, vt per eum in d. §. ſinautem dubius. in fi Mon-
tic. fol. 134 num. 70. quod ſi hæres poteſt ipſe inuentarium fa
cere, non debet illud alteri demandari faciendum, ſecus vbi
non poteſt, tunc poteſt ad hoc cōſtituere procuratorē. Præ-
dictam uero ſubſcriptionem non requiri, cum apud acta in-
uentarium cōficeretur, ait Bal. in d conſ. 147. lib. 4. quoniam
ſecundum ipſum huiuſmodi defectus calore iudicij ſupple-
tur, quod ego non probo. Teſtium autem ſubſcriptionem
non requiri pluribus oſtendit Pau de Caſt. in d. conſil. 324.
nō multum, in antiquis. Septimum requiſitum eſt interuen
70 tus † teſtium, qui ſi non defunctum, ſaltem hæredem vt co-
gnoſcant oportet. gl. in d. §. ſi vero abſunt. Paul. de Caſt. in d.
conſi 124. Iaſ. in d l fi. verſi 8. requiritur. Alber. & Corne. ibi,
& hoc eſt ſpeciale in hoc inuentario, nam regulariter nō ca-
71 gitur, ꝙ † teſtes cognoſcant contrahentes ſeu facientes actū.
Iaſ. & alij ibi poſt gl. in verſi. cognoſcant. Ruin. in conſi. 36. in
col. 11. verſi. & licet dicatur, lib. 4. vbi tamen hoc limit. vt ibi
per eum. glo. in c. cum cauſam. in verſi. de cauſis, ext. de teſti.
glo & Docto. in l. 3. § 1. ff. de teſtam. Io. Andr. in addi. ad Spe
cul. in tit. de teſt. §. 1. incip. quod voluit. Bal. in l. ab executio-
ne. C. de execu. rei iud. & in rubr. C. de fi. inſtru. in col. 6. vbi
mouet quæſtionem etiam de ipſo notario, vtrum ei opus ſit
contrahentes cognoſcere, & hæc plenius tangit Alb. vbi ſu-
pra, & Saly. in d. §. ſinautem dubius. nume. 10. verſicu. oppo-
no vt teſtis, vbi etiam dicit, quod ſi teſtes dixerint, quod, ſi vi-
derent hominem, ipſum agnoſcerent, ille homo eſt eis exhi-
bendus, & quando ſunt vicini præſumptio eſt, quod eum co
gnoſcant ſecundum Iaſ. & Rolan. vbi ſupra. Quot autem ſuf-
ficiant teſtes non vno voto conſuluerunt Doct. aliqui dixe-
72 runt † duo ſufficere. Alex. in d l. fi. nu. 7. ubi refert hoc vel-
le Bar. Bal & Ang in locis de quibus ibi per eum. Montic hic
numero 28. fol. 49. Guid. Pap. ubi ſupra numero 23. idem
tenet, quando fit iudicialiter coram iudice pro tribunali ſe-
dente, alioquin tres exigit, ſed Iaſ. & Paulus de Caſtro, in-
diſtincte voluerunt ſufficere duos, idem vult Bald. in dic.
conſilio 147. Nunquid autem teſtes videre res inuentarij
73 † vſque ad eius conſummationem oporteat, & receptum eſt
quod ſic, ita ut teſtificari queant, quod nihil fraudis potuiſ
ſet ab hærede committi, quin ipſi vidiſſent, gloſ in dic. §. ſi
vero abſunt, in verſicu. & vidiſſe. Roland. a Valle, in dic.
conſilio, 73. in 2. libro, Paulus de Caſtro, in dic. conſilio
324. Natta, in dic. conſilio 214. numero 14. in 1. tomo.
& in conſilio 332. numero 5 & Monticu. folio 53. nume-
ro 51. ſecundum aliquos, refert oportere res eſſe in conſpectu
teſtium, ipſe aliter putat, & nota quod teſtes infames non
ſunt idonei pro hoc inuentario ſolemniaando ſecundum
Albe. in d. §. ſinautem dubius, numero 13. mulier tamen
teſtis idonea erit, pro hoc Monticu. ubi ſupra, folio, 49. nu-
74 mero 28. Octauum requiſitum eſt, † quod vltra dictos te-
ſtes loco abſentium adhibeantur tres probi viri, bonæ con-
ditionis & famæ, qui ſint homines locupletes eiuſdem ciui
tatis & loci, dum inuentarium conficitur. l. fi. §. cum igitur,
& ibi Bartol. Deci. in dic. conſilio 633. numero 15. Rolan.
in dic. conſilio 73. numero 24. Specul. in titu. de inſtrum.
editio. in §. fi. in colum. penul. Ange. in d. l. 1. §. hæc ſtipu-
latio. verſicu. 2. principaliter videamus. Aren. in §. extra-
neis, inſtit. de hæred. qualit. & differ. & ſic in totum erunt
quinque teſtes, duo pro rogitu inuentarij, tres vero loco ab
ſentium creditorum, ſeu legatariorum, qui quodammodo
funguntur vice alterius partis, dum aſſiſtunt, & interſunt
inuentarij confectioni. Caſtr. in dic. §. cum igitur. Cam-
bia. vbi ſupra, numero 19. & 20. Bald. in dic. conſilio 147. In
quanto autem eos locupletes eſſe oporteat, dicit gloſ. in d.
§. ſi vero abſunt, in verſicu. ſubſtantia, non eſſe determina-
tum, & relinqui arbitrio iudicis, qui tamen arbitretur non
de minori quantitate, quam ſit id, de quo poteſt eſſe quæ-
ſtio, vt ſint pares oneri iniuncto §. item propter pauperta-
tem. Inſti. de excuſ. tu. & ibi not. Iaſ. in d l. ſi conſtante, nume.
152. verſicu. 2. principaliter. ff ſoln. matrimo. iſtud enim dicit
Cor. in d. l. fi. nu. x. & quod tales ſint qui loco abſentium adhi
bētur, & accerſuntur, debet articulari, & probari, ut per Alc.
de Neuo, in d. conſi. 38. & Corn. vbi ſupra, in quo loco etiam
admonet, quod iudex interloquatur declarando eos eſſe ta-
les. Hæc ſeruantur qñ res ſunt in vno, & eodem loco, vbi hæ
res degit. Quid ſi in diuerſis mundi partib. exiſtant, verum in
75 quolibet loco oporteat inuentarium † nouum conficere, &
viſum fuit Bal. in d. §. cum igitur, nume. 22. vnicum inuenta-
rium ſufficere, quia prius per ſe vel alios. i. per procuratores
debet res perquirere, & inueſtigare, & ad hoc datur annus

& demum de eis inuentarium conficere illas res deſcriben-
do, prout in quibuſq; partib. mundi, ſeu regionibus adinue-
nit, & fieri debet in loco, in quo maior pars rerum exiſtit, ſe-
cundum textum ibi in d. § ſin autem a locis. Nat. in d. conſi.
214. nu. 15. addit, q ſi non ſufficit vna carta, inſuantur & cō-
glutinentur plures ſimul, & poſterior faciat mentionē de prio
rib. Gui. Pa. vbi ſupra nu. 24. exiſtimauit inuentarium in hoc
caſu rectè cōfici ſi incohatur in loco hæredis ſtatim, & cum
ſolita proteſtatione addendi, quæcunq; ad eius manus vel no
titiā puenerint. talis. n. pteſtationis vigore poſtea poterit ad-
dere res, quæ reperientur in partib. longinquis. Non negat
etiam inuentarium plurib. vicib. fieri ſm gl. in d. §. ſi uero ab-
ſunt in uer. inuētarium, q & admittit Vital. Camb. vbi ſupra
nu. 64. dummodo compleatur infra tēpus a lege ſtatutum, &
in illo caſu rerum abſentium non eſt neceſſe, q coram teſti-
bus, vel notario exhibeantur res in inuentario deſcribendæ.
76 Poſtremo admonemur, q † in inuentario locus apponatur,
in quo ipſum ɔficitur, ut meminit etiam Io. Igne. in d. §. non
alias, nu. 145. ff. ad Syllan. Item quod ijdem, qui præſentes exti-
terunt incohationi, conſumationi eiuſdē interſint, ſm Nattā
in d. conſi. 214. nu. 14 allegantem Ang. ut ibi per eum, ſed ego
non opinor hoc neceſſarium, dum tamē adſint ſemper duo
teſtes, & notarius, quando aliquid ſcribitur in inuentario, &
illud abſoluitur. gl. in d. §. ſi uero obſeruat, in uer. inuentariū,
in hanc ſententiam venit Montic. hic fol. 50. nu. 33. qui multa
in confuſo circa confectionem inuentarij ſcribit ad materiā
ſolemnitatum requiſitarum in eo, ſed ea reſtringūtur ad præ-
dicta. tu eū ipſe videto. Vtrum in dubio hæ ſolēnitates præſu
mantur interueniſſe in hoc inuentario, Haym Cr. in conſi. p
77 genero, † tēdit eas præſumi adhibitas, quia dicit eas eſſe de
interna, ſeu intrinſeca ſolemnitate, quę pręſumitur. l. ſciendū.
ff. de uerb. obl. & ibi no. & hoc præcipue, quando iudicis de-
cretum interuenit. Bal. in conſi. 147. nu 2. lib. 4 adeo quod ne-
ganti eas interueniſſe incumbit probare huiuſmodi negati-
uam, quod non interuenerint ſolēnitates requiſitæ. hoc ego
verum eſſe non puto, ſed ei ſufficit ex inſtrumento inuenta
rij producto per partē oſtendere, q in eo non adſint ſcriptæ,
arg. no per Bar in l. iuſtum. C. de eden & arg. no. in d. ca. quo-
niam contra, & ſimil. & concluſio illa quod longiſſimo tem-
pore præſumatur ſolemnitas, non habet locum, cum ex facie
inſtrumenti in quo interuenire dēbat, pareat non adeſſe. Mat.
de Affl in deciſ. 107. num. 6. Pedemon. in deciſ. 176 nu. 7. verſ.
reſponderi etiam, vbi quāplures ad hoc citantur omnino vi
78 dendi. Et decretum iudicis † ſupplet quidem defectum earū,
ſed non inducit præſumptionem quod illę interuenerint, &
ſupplere dixerim, in caſibus tamen in quib. de iure ſolet ſup-
plere: ſed quod in iſto ſupplere queat, nequaquam concedo.
Quas quidem ſolemnitates ſeruādas eſſe, & quidem omnes,
& ad vnguem per hæredem, cum Doctores dixerint, adeo
79 q † qui cadit a ſyllaba, cadit a toto, vt ait Natta, in d. conſil.
574 & ſeq. & hoc cum difficile videatur, vel pene impoſſibi-
le, plerisque in locis ex forma ſtatutorum, vel ex conſuetudi-
ne non parum ex eis remittitur. quinimo Hay Cr. in conſ. pro
genero, num 476. auſus eſt dicere ſolemnitates iuris in confi
ciendo inuentario abijſſe in deſuetudinem allegando Bal. in
conſi. 147 cui ait credendum eſſe, quia Doctori de conſuetu-
dine atteſtanti creditur. Sed aduertatur quod Bal. id nō dixit,
ſed dixit in eo loco, in quo inuētarium fuerat factum ſolem-
nitates iuris non ſeruari, quod eſt aliud, non eſt præterea pro
abſoluto tenendum Doctori alleganti conſuetudinem cre-
di vt parebit infra. Dicas itaq; aliquibus in locis per conſue-
tudinem in conficiendo hoc inuentario tot, & tantas ſolem
nitates non ſeruari: & ubi illa probatur inducta, nos eam at-
80 tendere † debemus, ſecundum Bar. Bald. Paul. de Caſt. Iaſ. &
alios in d. l. fi. Deci in d. conſi. 633. Specul. in d. §. fi. nume. 22.
Bald. in conſil. 63. in confectione, lib. 3. in d. conſil. 147. lib. 4.
Steph. & Bertr. in conſi. 129. in fi. lib. 3 Bald. in d. conſi. 265.
inuentarium, lib. 3. & in d. authent. ſed cum teſtator. numero
8 Abb. in d. conſi. 73. lib. 2. Guid. Pap. vbi ſupra, nam forma &
ſolemnitas iuris poteſt ex conſuetudine abſque dubio tolli
ri, ait Bald. in l. de quibus, uerſicu. modo quæritur, an ea non.
numero 21. ff. de legi. & conſuetu. ſi quidem conſuetudo lo-
calis derogat iuri communi. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu.
l. 1. & 2. C. quæ ſit lon. conſuet. & de hoc nequaquam dubita-
81 tur. Omnis autem † dubitatio & difficultas eſt leite, quando
dicatur probata, nam multi credunt eam probare & errant,
ait Abb in conſi. 53 li 2. & Rocchus de Cur. in tract. de con
ſuet. in quæſtio 6. in principio, ſotius dicit Raph Fulg. in con
ſi 6. quidam emphy. cota, in fine, quod non ſolum eſt diffici-
le, ſed impoſſibile eam probare, attentis his, quæ magiſtrali-
ter de hoc traduntur per Doctores in d. l. de quibus, & in d. l.
2. Media uero probandi conſuetudinē variarunt profectò,

82 Aliquando per † magiſtrum Notariorum fidem de ea facien-
tem probari reſponſum fuit, & per Bald. in d. conſi. 147. quod
ego nō admitterem, niſi ſimul probaretur ſolitum eſſe in iu-
dicio credi tali fidei per eum factæ. nam præterquam in his,
quæ concernunt artem notariæ, non video ex qua iuris au-
ctoritate ſeu ratione dignus ſit tanta fide, quæ non præſtare-
tur iudici, & magiſtratui quippiam tale atteſtāti ſcilicet con-
ſuetudinem loci, ut tenuit Abb. in d. conſ 53 lib. 2. propterea
quod nemini creditur abſq; iuramento & ſolemni examine
& quia officium iudicis eſt iudicandi, & non faciendi huiuſ-
modi finem, ſecundum Abbatem ibi. ſi ergo non crederetur
iudici, ergo nec notario qui eſt minoris dignitatis & gradus,
& in ſimili Montic. dixit iudici, & notario non credi dicenti-
83 bus † inuentarium factum eſſe, vt per eum, fol. 48. nume. 26.
Aliquando per libri apertionem conſuetudo probatur, quā
do ſcilicet eſt in ſcriptis redacta. Bar. in d. l. de quibus, & in d. l.
84 2. nam tunc a ſtatuto non differt. Similiter, ſi † de conſuetudi
ne extaret vna ſententia declarans vigere in loco talem con-
ſuetudinem, & ea eſſet lata cum legitimo contradictore ſer-
uatis ſeruandis, conſuetudo vtique diceretur probata etiam
quo ad omnes. Bar. in d. l. de quibus, nume. 20. uerſicu. quar-
to principaliter quæritur, & in d. l. 2. nume. 32. verſicu. præte-
rea, & hoc aduertit Rocch. de Curt. in d. tract. in 6. quæſt. Ali-
85 quando † dicitur conſuetudo probari, cum de ea atteſtantur
Doctores in lecturis, vel conſiliis, ſecundum Bar. in locis pre
allegatis, quoniam autoritati Poetæ vel alterius in arte ſua
excellētis ſtatur. l. ſeptimo ff. de ſta. homi. l. antiqui. ff. ſi pars
hæred. l. ſi pater. ff. de ſolu. & quia opinio Doctoris eſt pro-
babilis. l. 1. C. de profeſſo. qui in vr. lib. 10. ſed hæc ſententia
& ratio Bart. a plerisque reprobatur. contra tenet Rocch. de
Cur. in d. tract. de conſuet. in 5. q. ubi plures auctoritates con
tra eum alleg. Deci in conſi. 472. verſi. 2. reſpōderi poteſt, nu.
17 & in conſi. 402. nu. 13. Iaſ. in d l. de quibus. nu. 89. Card Pa-
ril. in conſi. 158. in col. 2 in 4. li. Hte. Cag in l. 1. ff. ſi quis ius di.
& mouetur ex eo, quod non creditur alicui, niſi cum iura-
mēto, & legitime deponēti, etiam q eſſet religioſus, & in di-
gnitate conſtitutus, & doctorū authoritas eſt pbabilis in his
q̄ ſunt iuris, ſed non ī his, quæ in facto uerſantur, q ſæpe pru-
dētiſſimos quoq; falli l. 2 ff. de iu. & fa. ign. quod & nulli vi-
detur probabilius, maxime quia conſuetudo modo eſt nigra
86 modo eſt alba, vt inquiūt Doctores, vbi ſupra Aliqnādo † ēt
pars prætēdit conſuetudinem eſſe notoriam, & eam probari
minime opus eſſe, Bart. in l. 1. verſic. vigeſimo quinto quæro,
nu. 29 C. quæ ſit lon. conſuet. Thom Giam. in cōſil 60 nu. 3.
in conſi eius poſt Bal. vbi ſæpe citatum. circa quod aduertas
in primis, quod multa aſſeruntur notoria, quæ non ſunt. cap.
conſuluit. ext. de app. Abb. in conſil. 33. videtur primo. lib 1.
ideo declaratoria iudicis, quod ſit notorium, eſt opus. Bar in
l. fi. ff. ſi cer. pet. in l. ſtipulatio habet. §. habet. ff. de ope. noui
nunc. Deci. in conſi 483. ad fi num. 28. & Iaſ. in d. l. ſtipulatio.
Alex. in conſi 109 lib 4. & præſertim, cum ageretur de probā
da ɔſuetudine alterius loci & regionis Deci. in d conſi. 402.
uerſi. prædictis nullo modo obſtantibus. nu. 101. Non nega-
rem tamen, quod ſi notorium adeo eſt, ut ab aliquo quicquā
opponi nequeat, nec id inficiari poſſit, tunc ſit verum proba-
tione opus non eſſe. Dec. in l fi. nu. 16 ff. ſi cer. pet. & de huiuſ
modi notorio iudicem ſe extraiudicialiter informare poſſe
per famam notorij, ut poſt Cy. dicit Alex. in ɔſi. 14. viſo pro-
ceſſo, lib 1. & ſm hoc debet recipi dictum Bald. in d. l 1. C. vt
quæ deſunt aduoc Bar. in d. l. teſtium. C. de teſtibus. Aret. in
conſi. 27. in col. 2. & Alex. in conſi. 1. lib. 6. Soc. in conſi 65. in
col. fi. lib. 1 & Haym Crau. in conſi. 104 in col. pen. Quando-
87 que aſſeritur ɔſuetudinem probari † per exhibitionem plu-
rium inſtrumentorum, pone enim quod plurima exhibean-
tur inſtrumenta a x. xx. vel xxx. ann. & citra confecta ſuper
inuentariis, non ſeruata iuris communis ſolemnitate, vtrum
ex eis probata conſuetudo cenſebitur, & plura ſunt, ut dica
tur legitime probata per hūc modum. nam eo ipſo, quod for
ma iuria in actibus hominum longo tempore omittitur, ad-
uerſus iuris formam videtur præſcribi. l. tribunus §. fin. ff de
mili. teſtam. & obſeruantia in quibuſdam videtur cætera de-
ſtruere. l. fi C. de teſtam. vt dicit Bal. in l. de quibus. num. 21. &
hoc oſtēdit ea ipſa ſcripturarum inſpectione, ſm tradita per
Soc. in conſi. 94. præſtātiſſime. nu. 7. verſi. circa ſecundum, li.
1 ubi tenuit, quod per libros officij, in quib. apparebit abſq;
teſtibus fideiuſſores ſemper fuiſſe receptos, probatur conſue
tudo non adhibendi teſtes in fideiuſſione ſcribenda, & Hay.
Crauet. in conſilio 134. numero 9. verſiculo, amplius poſito.
dixit, quod ex plurimis inſtrumentis productis, in quibus ap
paret de aliqua obſeruantia, conſuetudo talis obſeruantiæ
probatur, & allegat Ang. in l. vetuſtiſſima. C. de lu. dom. im-
petr. & Bal. in l. 1. verſi. ſed quæro nunc. numero 5. C. de ſen.
conſi.

conſ. Velleia. dicit, quod conſuetudo conficiendi inſtrumen
ta renunciaoonis mulierum coram duobus tantum teſtib.
probatur ex inſpectione plurium inſtrumentorum hoc mo-
do confectorum, adeo quod alia probatione non ſit opus, ſi
mile dictum habetur per Ang. in conſi. 140. ſtatutum, in col.
2. Dec. in conſil. 163. in cauſa matrimonij. in col. 6. uerſicu. pri
mo, quod ex conſuetudine. num 8. allegando aliqua ex præ-
dictis. dicit conſuetudinem reddendi ius in camera probari
ex diuerſis, & pluribus actis in camera geſtis per ipſorum ex
88 hibioonem. Contrarium † mihi videtur in terminis ooſtris
verius, cundo in ſententiam Abb. in conſi. 73. in col. 3. uerſi.
primo namq; dicitur. lib. 2 Rolan. a Valle in d. conſi. 73. uerſi.
num 42 in 3. lib. & Ant. Capic. in conſi. 101. & Natta, in con-
ſil. 574 & conſil. 575. in lib. 3. ubi probamnt conſuetudinem
non concludi ex hoc ſolum, quod a 30. annis & citra, & vl-
tra plura inuentaria confecta minus ſolemniter exhibeãtur,
niſi etiam probetur, quod talibus inuẽtarijs ſolitum fuerit io
iudicio fides adhiberi, tanquam ſolemnibus ſeu legitime cõ-
fectis, nam ius nõ eſt, quomodo ſcripta ſeu confecta fuerint,
ſed qualia fides eis fuerit præſtita, & an habita fuerint pro le-
gitime confectis, nam non eſt nouum notarios vel per incu-
riam, ſeu per ignorantiam conficere inſtrumenta minus ſo-
lemniter & legitime, ac ſic inualida, quorum errore non eſt
mutanda forma iuris. l. fin. C. de fideiuſſ. & notarij ſoli etiam
volentes nequeunt ius commune mutare concercens vni-
uerſum populum, a quo pendeat poteſtas inducendi conſue
tudinem contra ius commune. d. l. de quib. & ibi not. d. l. om-
nes populi. ff. de iuſt. & iu. hoc etiam dixit Pan. de Caſt. in cõ
ſi. 417 viſo caamine, in col. 1 uerſicu. nam dicit, in antiquis, &
conſenſus populi nullo modo comprahendi poteſt ex ipſis
ſolis inſtrumentis, quandoquidem priuaõm conficiãtur, &
nemini innoteſcant exceptis illis perſonis, inter quas confi-
ciuntur, & non facile tranſire queunt in totam hominum no
titiam, qui faciunt maiorem partem populi, & ſi ſimul om-
nes collecti facerent, parum nihilominus id releuaret, quo-
niam non omnes eodem tempore & loco potuerunt inſtru-
mentorum illorũ confectioni intereſſe, ſed aliqui vno tem-
pore, & vni inſtrumẽto, & aliqui alio tempore, alij inſtrumẽ
to, & tamen ſcientia populi & eius conſenſus requiritur, ut
ſit eodem tempore omnium ſimul hominum, vel ſaltem ma
ioris partis, vt diffuſe probat Natta, in d. conſil. 574. & 575. &
ceſſante ſcientia, & conſenſu populi conſuetudo non poteſt
introduci, not. in d. l. de quibus. & Natta, in d. conſi. 575. reſpõ
det ad Rolandinum, & Iaſonem. dum dicunt val. re inuen
tarium ſecundum morem & conſuetudinem Notariorum
loci, q debet intelligi, quando eſt conſuetudo populi præſcri
pta, quia Notarij non habent ius neque auctoritatem indu-
cendi cõſuetudinem aduerſus ius commune. ut eſt dictum,
tametſi aliud fateatur quoad eorum ſtilum, quod non nega
tur eorum ſtilus, quia ſeruandus ſit, ſed is non eſt conſuetu-
do, & verſatur circa eorum clauſulas & nõ circa hoc, ut per
eum ibi Reſpondet etiam dum dicebatur, quod conſtitutio
Iuſtiniani de inuentar. o nunquam fuerat eo in loco io vſum
89 † recepta. Quod lex non dicatur vſu recepta, latiſſime decla-
rat Borgn. vbi ſup. nu. 4 cum multis ſubſeq q lex cõis obli-
gat, & in vſum pſumitur ab initio recepta, & is qui dicit con
trariũ, debet pbare, & quidem de eo tpe quo fuit lex condi-
ta. Dec. in cor. l. 534 per not in ca 1 de tre. & pa. & debet pro
bari de actibus contrarijs ipſi legi, & nõ ſemel ſeu de vno, ſed
de pluribus vicibus, & per ſpatium decem annorum & vltra,
ut concludatur legem communẽ non eſſe in vſu, uel nunquã
fuiſſe receptam in vſum, vt conſuluit Alci in reſponſo. 52 nu.
24. Dec in conſi. 149. Roland. de luc. dot. in quæſt. 99 in fi. &
Rodo. Suar. in proç. fori nu. 3. vbi latiſſime iſtud proſequitur.
Pro prædictis faciunt quæ conſulendo dicit Abb. in conſil.
57. lib. 2 ubi plene probat conſuetudinem non apponendi no
men Imperatoris in inſtrumento, prout de iure requiritur,
authen ut præpon. nom. Imperat. colla. 5. handquaquam iu-
ſtificari ea eo quod plurima inſtrumenta tali nomine caren-
tia ſcripta reperiantur, ſimiliter Arch in conſi. 178. viſis dili-
genter, dicit nõ probari conſuetudinem teſtamentorum ſo-
lemnitati derogantem ea productione plurium teſtamento-
rum uel ſolemnium, niſi etiam probetur eis tanquam ſolem-
nibus dari fidem in iudicio ſolitũ eſſe. quia effectus ipſe, quẽ
ſcriptura habuerit, inſpicitur, ait Dec. in conſ. 11. nu. 10. & 12.
& in conſi. 402. nu 13. poſt Bal. in d. l de quib. nu. 20. uer. & in
ſtrumenta taliter facta. Idẽ concludit Io. Neuiz. in conſi. 9. te
nendo q per exhibitionem plurium inſtrumẽtorum non p-
betur conſuetudo, niſi probato, quod effectum in iudicio
habuerint. Pariter ad conſuetudinem probandam, q liceat
emphiteoſim in remotiores alienare, ſatis non eſt alienatio
num in extraneos, vel remotiones factarum inſtrumenta o-
ſtendere non probato, quod ſtantib. proximiorib. illas conan

tibus improbare effectum in iudicio habuerint. Albe. Brun.
in conſi. 38. in col. pen. idem de pluribus ſententijs pro con-
ſuetudine probãda firmat Io. Bap. Ferr. in conſi. 178. pro quo
faciunt ea, quæ adducit Haym Cr. in conſi 197. num. 12. His
ſtantibus ad authoritates ex aduerſo citatas poteſt reſponde-
ri, quod procedunt vel in concernentibus ſtilum notarij, vel
in caſibus & factis iudicialibus, vt in exemplo Soc. conſi. 94.
& Dec. in conſi. 163. ex ſe enim concludunt, q eſt ſecus in ca-
ſu noſtro, vt eſt dictum, vel ſi quis loquitur in noſtris termi-
nis non eſt attendendus, quia ſententia plurium ſe habet in
oppoſitum, vt patet ex præall. & quia de ſe nullatenus con-
90 cludit, & ſic caret ratione. Poſtremo cõſuetudinem per † te-
ſtes aliquando probari dicendum eſt, animaduertendo in pri
mis non ſufficere, quod teſtes deponant conſuetudinem ſic
eſſe, vel ſe habere, quia per iſtum modum non probaretur.
Bal. in d. l. de quib. nu. 32. uerſi. ſed debent deponere. Dec. in
d. conſi. 402 nu. 13. Alex. in conſi. 45. viſis atteſtationibus, lib.
2. Rocch. de Cur. vbi ſupra, in col. fi. nam iſtud eſſet iudicare
& non teſtificari, quod teſtib. non pertinet ſecundum eos ẽe
ſi teſtes eſſent iuriſperiti, ſecundum Dec. in d. conſi. 402. nu.
55 ea ratione, quia teſtis debet deponere de actibus particu
91 laribus † per ſenſum corporis, & non iudicare, & in hoc re-
probatur opinio Bar. contraria vbi ſupra. Actus vero, ut id in
ferant, tales eſſe oportet, ut tacitum populi oſtendant conſen
ſum circa conſuetudinem inducendam, qui conſenſus certe
deprahendi non poteſt, niſi data eius ſcientia, atq; patientia,
quando ſcilicet populus, vel maior illius pars ſcit contra legẽ
fieri, ſeu iudicari, & patitur per longum tempus, ideo teſtes
debent dicere, quod viderunt iudicare ſæpe ac ſæpius, vt pu-
ta, quod tale & tale inuentarium carens tali iuris ſolemnita-
te habitum fuit pro legitime confecto, & ei fidem præſtari in
iudicio, & ſic a tanto tempore & citra ſolitum fuit, &c. palã
& publice ſciente populo, ſeu eius maiore parte & non con-
tradicente Et quomodo ſcientiã maioris partis populi oſtẽ-
dere valeamus, dicit Bart. in d. l ſecunda, num. 23. uerſi. redu-
camus ad practicam, quod ſi teſtes dixerint ſententias latas
fuiſſe coram tot hominibus, qui faciant maiore partem po-
puli, erit probata ſcientia populi, & ſi interrogati de numero
eorũ, qui præſentes extiterunt ſententijs latis, reſponderint
ſe neſcire. eorum dictum nõ vitiabitur, ſecundum eum, quo
niam iudex, inquit ipſe, debet extimare, quot poſſint fuiſſe
præſentes illis ſententijs, conſiderando quot in iudicio con-
ſueuerunt eſſe præſentes communiter, & frequenter tempo
re ſententiarum, & inde arbitrari, ſi maior pars populi inter-
uenerit, quo comperto habebit conſuetudinem pro proba-
ta, & non aliter Sed idem Barto. in d l. de quibus, numero 21.
verſicu. quandoq; reperitur ſcriptum, melius quidem meo
indicio ſenſit, nam tenuit neceſſario non requiri præſentiam
populi, maiorique partis ipſius in actu ferendi ſentẽtias, alio
quin nunquam probaretur conſuetudo, quandoquidem po
pulus, eiuſue pars maior in ſententijs nũquam adeſt, ſed vult
taliter ſententias eſſe latas, quod veriſimiliter & præſumpti-
ue deuenerit in notitiam populi, vel ſaltem conſiliariorum,
qui repræſentant populum, & ratione officij præſumptio eſt
de hoc, quod ſciant ea, quæ in palatio, & in communi gerun
tur, arg. l. de tutela C. de in inte. reſtit. & iſtud videtur proba-
re Corn. in conſi 293 circa prædicta, num 22. vſque ad fi. lib.
1. vbi ex qualitate actus, & tex. eius iteratione ponderat ſi ve-
riſimiliter potuit in populi notitiam deueniſſe, quod ipſe iu-
dex arbitrari debet, alioqnin difficillimum eſſet aliter proba
re populi ſcientiam. Subiungit ipſe, maxime in ciuitatib. ma-
gnis, & ſic Doctores cõmuniter ſentire refert, & in iſta opi-
nione, quod ſufficiat populi ſcientiam probare per veriſimi
litudinem, & præſumptionem, facit Bal in d. l. de quib. in col.
3 ad fin. & Rocch. de Cur. in tract. de conſuetu. in q 6 in col.
3. & 4 allegando Ant. de Butr. Abb. & alios de quib. per eũ, &
frequentia actuum plurimũ valet adhoc, nã in his quæ tot
ſunt ſpectata oculis & tot inſinuata aurib. populi ſcientia fa-
cile præſumiĩ, & q ratũ habuerint, quia homines ſciũt, quæ ſæ
pe fiunt. l. ſi tut. C de peric. tut. Ita trad. Bal ubi ſ. & de hoc nõ
põt tradi certa doctrina, dicit ipſe ibi, vbi cõſiderat qualitatẽ
actuũ, p ut ſunt in populo multũ, vel parũ notabiles, q a agã
tur in cauſis grauiorib. vel leuiorib ut latius ibi per eum, nuo
92 quid autẽ † per teſtes ſingulares, vel cõteſtes oporteat actus
probari. Bar. in d. l. a. nu. 35. uerſi trigeſimo quæro, & in d. l. de
quib. nu. 24 uerſ. depone, negauit teſtes ſingulares ſuper quo
libet actu ſufficere. idem firmat Dec. in d cõſ 402. nu. 15 di-
cendo ſic ſe hẽre cõem, Sed Rocchus de Cur. vbi ſ. cõcludit
cõtrium ex eo, q ad probandum q in genere teſtes ſingulares
ſufficiunt, ut latiſſime per Alex. in cõſ. 175. viſis, & oportune
diſcuſſis, in col. fi. in 2 li. & in cõſ. 72. li. 1. quæ opinio ſit verior
93 relinquo cogitandum. Verum illud non † eſt prætereundum
qñ ſcilicet variatũ fuiſſet ſuper eo, ſuper quo de cõſuetudine

introducenda diſputatnr, & aliqui dixerunt inſpiciendum eſ
ſepro qua parte ſtent plures actus,an contra,uel pro conſue
tudine.Bal in l. 1.C.quæ ſit lon. conſuet. Nos uero breuiter
dicemus inſpici oportere,in quo ſit uariatum, ſi in effectu,
& executione actibus danda utputa pro teſtamento carente
aliqua ſolemnitate iuris, aliquando fuit iudicatum, & aliquã
do contra huiuſmodi teſtamentum, & tunc conſuetudo ne
quaquam poterit induci.Bart.in l.2.ff. ſolu. matrimo. & in l.
ſolent.§.non uero.ff de offici.proconſ.Bal.in d. l. de quibus.
nu.29.uerſi.3.quærit Alex.in conſi.2.li.5.Fely.in c.cum acceſ
ſiſſent in col.15.ex1. de conſtit. nam ex diffiormi vſu intentio
populi depræhendi nequit,vt conſuetudo inducatur, ut per
Nattã, diffuſe in d.conſ.575.num 23.lib.3.ſi autem variatum
non ſit in dando effectum actui, ſed in modo conficiendi a-
ctum, veluti in loco teſtamenta quandoque rogata fuerunt
a duobus notarijs,quandoque ab uno,& in hoc fuit variatio a
vtique tamen fuit data debita executio,quia vtrumque pari
ter effectum iuris obtinuit, in hoc caſu non impeditur con-
ſuetudo induci pro teſtamento, quod non eſſet tam ſolem-
ne, nam quod vnum fiat cum maiori, & aliud cum minori
ſolemnitate,& vtrumq; valeat,minime iuri repugnat. l. quæ
dubitationis,& ibi no.de reg.iur.l.teſtamentum. C. de teſta-
94 men.ita determinat Dec. in conſi.11. verſicu.quia † reſpon-
detur, nume.12.& effectus ipſe eſt id,quod dat robur conſue
tudini,iux.not. per Bar. in d. l. 2. verſicu. vigeſimo iuxta hoc
quæro,num 24.& id,quod dicit Bal.in d l. 1. poteſt procede-
re in caſibus in quibus conſuetudo introducenda non uenit
ad derogationem iuris communis,tunc inconueniens mini
me foret attendere pro qua parte reperirentur plures actus,
ad diiudicandum pro qua parte conſuetudo videretur intro-
ducta. Et in materia noſtra cõſuetudo eſt ad derogationem
95 iuris communis,ut de ſe patet. † Ergo & hoc in loco incon-
gruum non videretur formulas & proceſſum inuentarij de-
ſcribere,ſed ego qui non libẽter me occupo in his, quæ ſunt 3
facti ſolius,duco melius fore te remittere ad eos,qui hæc ea
tenſe exararunt ad practicam pertinentia. Videas igitur de
hoc Guid.Pap.Porcell.& Specu.in locis præallegatis. Ang.in
l 1. §. hæc ſtipulatio.ff.ſi cui pluſquam per legẽ falcidiam, &
Leo.Spelunc.in tract. de ar. notar. in form. inſtrum. aditio-
nis hære.Hier.Cagno.in l.ſi quis maior nume.110 C.de tran-
ſact.à quibus plane poteris ſatis ſuperque te informare, & in
actu pratico nihiI ultra deſiderabis:ſolum te hoc admonere
96 volo,quod conſummato inuentario porrigas preces princi-
pi,ut ex certa ſcientia illud confirmet, ſupplendo omnes iu-
ris defectus, ſi qui per incuriam incidiſſent, vt aduertit Hier.
Cagno. in d. l. ſi quis maior, nume. 112. ne quando contin-
gat, cum ipſo hæres vſurus eſt, impugnari. & hactenus de
iſta parte.

Quartæ partis

SVMMARIVM.

1 *Dilatoria dua conceduntur hæredi durante hoc tempore faciendi inuentarij.*
2 *Limitationes reſpectu dilatoria iudicij.*
3 *Prima, cum rei uendicatione agitur, qua per autorem damnatur, & declaratur. num 4.*
5 *Rei uendicationi pro legatis datur hac dilatoria.*
6 *Limis.2. quando ageretur pro impenſa funeris.*
7 *Limi. 3.quando ageretur pro diſpoſitis ad exonerationem animæ.*
8 *Limit 4.quando ageretur pro alimentis.*
9 *Limit.5.damnatur.*
10 *Limit.6 cum hæres ipſe ageret ut tunc recounenire queat: niſi tamen neceſſitatem ageret.num.11.*
12 *Item limitatur quod pro cauſa inchoata in uita defuncti poſſit hæres durante hoc tempore conueniri, quod ab autore non probatur. nu.13.*
14 *Proceſſus valet ſi iſta dilatoria non opponatur.*
15 *Dilatoria datur reſpectu executionum.*
16 *Abſoluto inuentario ſtatim ceſſat hac dilatoria.*
17 *Præſcriptio non currit durante hoc tempore.*
18 *Hæreditate opulenta expedit etiam hæredi hoc inuentarium facere.*

His cognitis, eſt vt quarto loco dicamus, dum hæres occupatur in conficiendo inuentarium,
quodnam Ius, vel priuilegium habeat. Imperator ſatis cla-
re id explicat in d. l. fin. §. donec, per verba infraſcripta vi-
delicet.
Donec tamen inuentarium conſcribatur, vel ſi res præſto
ſint intra tres menſes, vel ſi abfuerint intra annale ſpatium,
ſecundum anteriorem diſtinctionem, nulla erit licentia, ne-
que creditoribus, neque legatarijs, vel fideicommiſſarijs eos
vel inquietare, vel ad iudicium vocare, vel res hæreditarias,
quaſi ex hypothecarum auctoritate vendicare, ſed ſit hoc
ſpatium ipſo iure pro deliberatione hæredibus conceſſum,
nullo ſcilicet ex hoc interuallo creditoribus hæreditarijs cir
ca temporalem præſcriptionem præiudicio generando. Ex
quo textu inprimis colligitur manifeſte, quod duæ conce-
1 duntur hæredi † dilatoriæ. altera reſpectu iudicij, altera re-
ſpectu iudicij, altera vero reſpectu executionum, vt adnotat
ibi Bald.Corn.& alij. Montic.hic fol.152.nu.159.diffuſe tra-
dit, quod a quoque non poteſt hoc tempore durante inquie
tari, & quod datur duplex dilatoria ſcilicet iudicij & ſolutio
nis, ſeu executionis, & ponit aliquas limitationes vt infra.
2 Et primo † quo ad dilatoriam iudicij aliquæ limitationes tra
duntur,& prima quando hæres conueniretur, non tanquã
hæres, ſed tanquam tertius rei poſſeſſor actione reali, ideſt
rei vendicatione, tunc tali dilatoriæ nullus locus foret, ita de
terminat Bal.Odofr. Pau.de Caſt.Saly.Alexan.Fulgo.Guliel.
de Cuneo.Nic.de Matta.Alb Iac.de S.Gem.& alij hic. Por-
cell.in d.tract.in cap.4.Marc. Ant. Blan. in tract. de compro.
int.coniunct in quæſt.4.num 62. verſicu. inuentarij. Bartol.
Caſſa.in conſuetu.Burg in rubr. 8. des ſucceſions,in glo. par
benefice de inuentayre,in colum.2.& reprobatur opinio Cy
ni,qui contradixit ex generalitate textus noſtri, & ex eo, ꝙ
Imperator pro actione quoque hypothecaria prohibuit inte
tim hæredem moleſtari, quæ eſt actio realis competens con-
tra quemcunque tertium poſſeſſorem l eos.C. qui potio. in
pigno. l. ſi venditor. C. de euictio. nam ad hoc reſpondebat
Bald quod licet ſit actio in rem, ex contractu tamen defun-
cti hæreditario,& eius obligatione deſcendit, & eſt acceſſo-
ria obligationis hæreditariæ perſonalis, nimirum, ſi quemad
modum pro principali obligatione moleſtari nequit, ita nec
3 pro iſta acceſſoria poteſt inquietari, quæ ratio ceſſat † in rei
vendicatione ratione dominij intentanda quæ nulli obliga-
tioni hæreditariæ adhæret, & quod textus iſte, cum loquatur
de creditoribus, non videtur in tali vendicatione verificari, qui
non dicitur creditor eius, a quo tanquam tertio rei poſſeſſo-
re tentat auocare rem. §.1.& ibi no.inſtitu.de actio ſic arguit
Alexan,hic & Ang.& Ioã.de Imo.in d.§ hæc ſtipulatio. Hinc
inferunt aliqui pro reſtrictione huius textus in eo, quod nõ
vult hæredem moleſtari actione hypothecaria, quod proce
dat, cum is, qui hypothecariam contra hæredem intentaret,
eſt creditor hæreditatis, & pro eo, quod ſibi debetur ab hæ-
reditate, illam intentat, non autem quando alius hypotheca-
riam intentaret non creditor hæreditatis, & non pro aliquo
debito hæreditatis, ſed pro debito alterius, qui forte rem ob-
ligaſſet, antequam res deueniret ad defunctum, ut Odofr.&
Bened.de Plumb.velle ait Corneus hic in principio. Tu co-
4 gita † ſi melius dici poteſt huiuſmodi reſtrictionem non eſ-
ſe veram, quod immo quilibet etiam non creditor hæredita
tis hypothecaria agens pro re, quæ ſit in hæreditate, repella-
tur hac dilatoria, tum ex eo, quod intelligendo textum hunc
ſecundum iſtam reſtrictionem pene ocioſe ſtarent huiuſmo
di uerba, ac fuiſſent de indubitabili. quis enim dubitaſſet ex-
ceptionem, quæ admittitur contra actionem perſonalẽ prin
cipalem, oportere etiam admitti cõtra hypothecariam eius
acceſſoriam? ſecundum communes iuris regulas, & neceſſa-
rio hoc intelligendum erat, ne per indirectum hæres moleſta
retur in perſonali? tum etiam quia textus ibi uel res hæredi-
tarias, videtur ſe fundare in dando dilatoriam in eo, ꝙ ſit res
hæreditaria. quoties ergo res eſt hæreditaria interim hæres
nõ dẽt pro eo moleſtari, ſiue agens prætendat ſe eſſe credito
rem hæreditatis, ſiue non, indiſtincte ſonant verba legis, er-
go indiſtincte debent intelligi. l.de precio, & ibi Bar.ff.de pu
blicia. inrem, quod non caret ratione animaduertendo dili-
genter, quod Imperatori fuit cordi durante hoc tempore cõ
ficiendi inuentarium conſeruare hæredẽ ab omni moleſtia,
ſcilicet quæ proueniret, uel ab aliquo cõtractu defuncti, uel
a re hæreditaria, ideſt a re quam defunctus reliquiſſet in hæ-
reditate ſua. nam tam in hoc caſu militat ratio (ſcilicet quan
do res aliqua hæreditatis petitur) ne hæres inquietetur,
quam cum pecunia ex aliquo contractu defuncti peteretur,
ſi illa ratio dici poteſt, quod hæres eget dilatione ad perqui-
rendum iura, quibus ſe tueatur. l. qui in alterius, de reg. iur.
& ibi not. vel quod decet eum, non moleſtari occaſione
hæreditatis, dum vacat confectioni inuentarij, & in eius per
quirendis rebus occupatur, & mihi quidem videtur incon-
ueniens, quod res hæreditatis quauis de cauſa recipiant, &
patiantur iudicialem controuerſiam, dum hæres de illis in
inuentarium redigendis iuxta Imperatoris legem ſollici-
tus eſt, ideo opinio Dyni etiam mihi placet, quod nec
quidem

quidem rei vendicatione ratione dominii, vel ſimilis iuris in
tentata permittatur alicui durante hoc tempore contra hæ-
redem quæſtionem moueri, cum ſcilicet petitur res, quam
hæres habet ex cauſa hæreditatis, & in defuncti hæreditate
adinuenit. ſecus fateor eſſe cum rem illam ex cauſa hæredita
tis prædictæ non haberet, & in eius hæreditate non inueniſ-
ſet, & tūc pcedat altera opinio, ſicut in pſonali diſtinguit an
ex cauſa hæreditaria, idest ex contractu, & obligatione hæ-
reditaria, vel non, & ita intelligo hunc textum, quicquid alij
dixerint, & ideo Montic. hic, fol. 153. nu. 164 non recte ſen-
ſit, quod ſi res depoſita, commodata, vel locata inter bona
hæreditatis reperiatur, ſtatim hæres cogi queat ad reſtituen-
dum, ſi quidem pro rebus, quæ ſunt in hæreditate dilatoria
hæc detur, & tales res tanquam hæreditariæ veniant in hoc
inuentario deſcribendæ, vt dictum eſt ſupra in præcedenti
5 parte. Retenta tamen communi † limitatione, Doctores præ
allegati ipſam ſublimitant, quod non procedat quando hæ-
res conueniretur rei vēdicatione pro legatis, ex eo, quod iſta
datur ex teſtamento contra hæredem uti hæredem, ut plene
per eos vbi ſupra, volentes in hoc caſu dilatoriam dari. Secū
6 do † limitatur quando hæres pro impenſa funeris conueni-
tur, quod tunc hæc dilatoria non competat, Ang. in d. § hæc
ſtipulatio. Alex. Bal. Iaſ. & Corn. hic, Porcell. ubi ſupra. Caſſ.
vbi ſupra, Rodo. Suar. in d. l. poſt rem iudicatam, in declarat.
l. regni, in prima extenſione. nu. 5. uerſi. aduerte tamen ſingu
7 lariter. † Tertio limitatur, quādo conueniretur pro diſpoſitis
ad exonerationem conſcientiæ animæ teſtatoris, ueluti pro
reſtituendis male ablatis, quoniam ne interim anima defun-
cti torqueatur in altero ſeculo non eſt differenda executio
diſpoſitorum per eum, quia cunctis rebus anima eſt præfe-
renda, l. ſancimus. C. de ſacroſan. Eccle. & tormentum quod
interea pateretur anima, eſt irreparabile, ut & aduertit Bald.
in conſ. 82. factum proponitur, li. 1. & ſi quis prouocationi.
C. de appell. l. pen. ff. de appell. recip. ita concludit Iaſ. Pau. de
Ca. Corn. & alij in locis præall. & Bald. in conſ. 83. in primis
8 lib. 1. Duen. in ſuis reg. Quarto limitatur † quando peteren-
tur alimenta, quoniam ea non debēt differri, ne interim alē-
dus fame pereat, ſecundum Doctores vbi ſupra. Idem in re-
lictis ad pias cauſas concluditur, ut late per And. Tiraquel. in
tractatu de priuileg. ad pias cauſas, in priuile. 24. & Doctores
9 vbi ſupra. Aliam quoq; † limitationem tradit Caſſan. vbi ſu-
pra, uerſi. 6. limita. nempe, cum hæres conueniretur pro re de
functo cōmodata, & allegat ad hoc Pau. de Caſt. in d. §. hæc
ſtipulatio. & deciſ. Toloſ. 258. quod certe dici ibi non reperi,
ſed in add. ad deciſ. 257. notantur aliquæ ex prædictis limita-
tionibus: nec iſtud mihi ſapit iuris rationem. Vltimo limita-
10 tur, cum hæres alios conueniret † ex cauſa hæreditaria, tunc
ſimiliter reconueniri poſſe:, nō obſtāte dilatoria ex hoc tex-
tu. l. 2. §. ſed ſi aguit. ff. de iudi. auth. conſequenter. C. de ſent.
ita tenent Ang. & Io. de Imo. in d. l. 1. §. hæc ſtipulatio, & Ful.
ibi per tex. in l. ſeruum quoque. §. ait prætor, de procur. & iſtā
limitationem approbant etiam Rodo. Suar. vbi ſupra nu. 8.
Blanc. vbi ſupra 67. Porcell. in d. c. 4. num. 9. verſic. item fallit.
Caſſan. vbi ſupra, verſi. 5. fallit. Corn. hic in ſi. primæ col. Hoc
11 tamen hoc latam procedere, quando † hæres ſponte conue-
niret alium, non autem quando coactus aliqua neceſſitate
hoc ageret ex eo, quod eſſet periculum in mora, ueluti ſi ere
ditor fugeret cū pecunia, vel ſi domus vicini minaretur rui-
nam, tunc non poterit recōueniri, tametſi agat ex cauſa hæ-
reditaris ſecundum prædictos, & Vit. ubi ſupra nume. 20. vbi
aliquot ex prædictis ipſe etiam ponit. Nec obſtat, quod ex
rubro, & nigro ff. quod quiſque iuris contra arguatur, nam
reſpondetur id procedere, quādo quis vtitur aliquo iure ſpe-
ciali per impetrationem cōtra aliquem a Principe, tūc com-
pellitur illudmet ius contra ſe etiam ſeruare, nō autem quā-
do quia vtitur iure communi, in hoc enim caſu ſuccedit alia
iuris regula, quod inductum in fauorem, non debet in odiū
retorqueri. l. quod fauore. C. de legi. ita dicit Porcel. vbi ſupra
in c. 4 nu. 10 verſi. ſed quæro licet, & poſt Bar. Guid. Pap. in de
ci. 591. Nic. Boc. in deciſio. 53. Andr. Tiraqu. in tract. le mort
ſayſit le vif in 2 par. in decla. 11 nu. 14. Non obſtat etiam tex.
in l. die ſabbati. C. de iude. & no. per Bar. in l. fina. C. de fruct.
& lit. expen. nam illud, quod iudeus conueniri nequeat die
ſabbati procedit ob religionis cauſam, ne violetur ſabbatū,
quod utiq; violaret iudeus, tam agendo, quam excipiēdo in
iudicio ſe defendendo, ideo vtrunque ſibi prohibetur, quæ
quidem ratio ceſſat in hoc caſu, quia agitur de priuilegio, &
non de aliquo prohibito. Poſſemus etiam nos dicere, quod
agens ex neceſſitate excuſatur, ideo priuilegium non debet
amittere, quandoquidem neceſſitas non habet legem. ca. ſi
quis ext. de fur. & ibi not. Non eſt etiam ignorandum in hac
re, quod ad limitationem præfatæ concluſionis receptū fuit
12 † quod licet hæres durante hoc tempore inuentarium conue

ciendi conueniri pro aliqua cauſa nequeat inchoanda con-
tra ipſum, ſi tamen inchoata prius fuerit aduerſum defunctū,
poterit interim ad reaſſumendum proceſſum citari data ſibi
dilatione vnius menſis ad deliberādum ſuper hoc, infra quē
debet uel repudiare, vel reaſſumere, & ſi reaſſumpſerit datur
ei alia dilatio ad procedendum in cauſa ſine præiudicio iuris
inuentarij iuxta retroacta hoc dicit Nic. Boer. in deciſ. 10. &
deciſ. 13. Gueſi. in tract. ad form. Camc. oblig. vbi citando has
deciſiones ait, hæredem iſto etiam tempore durante cogi ad
reaſſumendum proceſſum, contra defunctum inchoatum.
13 quod † eorum dictum in qua iuris ratione fundetur, ego nō
percipio, iſtud poſſet forte dici ſecundum ius antiquum du-
rante tempore ad deliberandum, ſed hodie videtur aliud ſua
deri ex lege inuentarij ſecundum hunc textum, qui loquitur
pro cauſis tam inchoatis quam pro inchoandis contra hæ-
redem, quod patet, quia negando executiones etiam fieri cō
tra hæredem, videtur præſupponere contra defunctum cau-
ſas fuiſſe inchoatas, quarum executio contra hæredem tente
tur, ut intelligit Montic. hic fol. 152. nume. 160. ſi quidem de
executionibus cauſarum inceptarum, & proſequutarum nō
erat opus meminiſſe, quia negato principio, ideſt quod non
poſſet inchoari cā, ſatis erat prouiſum, quod non poſſet exe
cutio fieri, quia ſine eo non poterat ad executionem proce
di. l. ſed cum nulla. ff. de re iud. & ſic ſuperfluo de executionib.
his cautum eſſet, niſi ſic intelligeremus, & no. in l. 1. C. de pro
hib. ſeque. Limitat etiam Nico. aliter ſed inepte, quo ad hoc
14 propoſitum, ideo non refero. Ignorare tamen non † debes, ꝙ
ſi iſta dilatoria non opponatur, proceſſus ipſo iure erit vali-
dus, vt per Toloſ. deciſ. 257. item illa. Non prætereo quod
Montic. hic fo. 155. num. 172. ait, quod proprij creditores hu-
ius hæredis non poterunt moleſtare hæredem ſuper bonis
hæreditarijs, durante hoc tempore. ſed ego dico, nec poteſt,
donec conſtiterit legatarijs & creditoribus cumulatè fuiſſe
ſatisfactum, vel ſatisfieri poſſe, non enim prius ad hęredē per
tinere poſſunt, & per conſequens neque ad eius hæredis cre-
ditores, ſed inter ipſos, & creditores hæreditarios ſit locus
edicto de ſeparatione bonor. tit. ff. de ſepar. bon. Secunda di-
15 latoria eſt reſpectu executionum † quod executiones duran
te hoc tempore ſuſpendantur contra hæredem, vt notatur
hic per Bart. qui infert ad inſtrumentum quod habet ex for-
ma ſtatuti paratam executionem abſque citatione, vt Lucę:
quod hoc tempore eius executio negabitur, quod ait eſſe
notandum, & tota die praticari Rodo. Suar. vbi ſupra, & di-
cit ſe mirari id a nemine animaduerſum fuiſſe. at ego miror
de Rodorigo alioquin viro doctiſſimo, & religioſiſſimo,
quod non viderit poſt Bart. id adnotari etiam a Pau. de Caſt.
ibi verſi. item dicunt Docto. & Corn. in col. 2. & Iaſ. ibi nu. 6.
verſic. ſexto nota, qui hunc §. legit ſub § licentia, & ſequun-
tur Blan. & Caſſan. vbi ſupra, ponderantes verbum inquieta-
re, quod pertinet ad factum executionis: Et iſta concluſio
limitatur per Matt. de Afflic. in deci. 145. lata, non procede-
re, quando peteretur executio alicuius ſententiæ contra ip-
ſum defunctum latæ reſtringendo textum ad executionem
ſententiæ latæ contra hæredem, & alleg. Paul. de Caſt. hic
qui hoc non dicit. Item Ioan. de Imo. in c. quia. verſi. de iu-
di. vbi de inuentario nihil meminit, & ideo hæc limitatio mi
hi non placet, iuxta prædicta. Et demum aduerte ſi complea
16 tur hoc inuentarium priuſquam † labatur hoc tempus trium
menſium vel anni ſtatuti hæres poterit a creditoribus con-
ueniri, ſecundum Cepol. in caute. 223. inſtitutus, vbi propte
rea admonet hæredem, ne ipſum abſoluat niſi in fine tempo
ris, ſi vult interim non conueniri, & ſequitur Montic. hic fol.
56. nume. 6. idem firmat Borg. vbi ſup. tit. 109. aliud iſte tex-
17 tus dicit. † notandum, quod durante hoc tempore creditori-
bus, è conuerſo non decurrit tempus præſcriptionum, iuxta
iuris regulam, quia non volenti agere non currit aliqua præ-
ſcriptio l. fin. C. de annal. except. & formatur regula, quod
quando ipſamet lex ſuſpendit exercitiū actionis per al. quod
tēpus de præſcriptione illud ſubducitur de medio, & differt
a caſu, quando quis aliquo non iuris, ſed facti impedimento
agere non potuit, tunc enim tempus currit ſed reſtituitur. ex
clauſula, ſi qua iuſta cauſa eſſe videbitur, de qua in l. fin. ff. ex
qui. cauſ. maior. l. j §. ſi quis autem propter. ff. de itin. actuque
priua. l. Atrilicinus, de ſerui. ruſt. præd. & diximus ſupra in pri.
par. Notatur etiam ex hoc textu, quod expedit pro hæredita
18 te etiam opulenta † velle inuentarium facere, quod interim
non conuenietur, & tale beneficium nemini eſt negandum,
vt voluit Bal. hic, & Vital. vbi ſupra, nu. 61. & voluntas eius in
hoc quando nullam rationem ſeu cauſam haberet potiundi
hoc beneficio, habetur pro ratione, quia ſic ei placet. l. quia
poterat. l. cogi. ff. ad Trebel.

Quintæ partis

SVMMARIVM.

1 *Hęres cum inuentario an ſit hęres impropriè.*
2 *Statutum loquens de hęrede, habet locum in hęrede habente beneficium inuentarij.*
3 *Retractus rei venditæ an habeat locum in hærede vendente cum iure inuentarij.*
4 *Res hæreditatis iacentis non dicuntur in bonis.*
5 *Poſſeſſio continuatur in hæredem cum beneficio inuentarij.*
6 *Conſuetudo Galliæ in impetrando hoc beneficium inuentarij.*
7 *Hæres cum beneficio inuentarij excluditur à quolibet alio extraneo volente ſe facere hæredem ſimpliciter.*
8 *Cohęredibus non præiudicatur per aliquem ex eis impetrantem beneficium inuentarij.*
9 *Pars accreſcens an diuerſo iure poſſit acceptari, atq; propria, ſcilicet una iure inuentarii, alia ſine.*
10 *L. cum hæreditatem ff de acquiren. hæred. non corrigitur per legem inuentarij nu. 12.*
11 *Subſtitutus cohæres cogitur acceptare hæreditatem, id eſt partem cohæredis.*
13 *Hæreditas habetur pro iacente vigore inuentarij.*
14 *Actiones non confunduntur in effectu, & non ſubſtantia.*
15 *Lex poteſt facere, quod quis deſinat eſſe hæredes.*
16 *Differentia quando confunduntur in ſubſtantia, & non in effectu, uel quando non confunduntur aliquo modo*
17 *Hæreditas ſi euincitur, uel tranſit in alium, reſuſcitantur actiones hæredi, niſi cum ab indigno aufertur.*
18 *Hæres poteſt implorare officium iudicis, ut ſibi aſſignetur aliqua res hæreditaria inſolutum.*
19 *Hæres cum beneficio inuentarij poteſt petere ſeparationem pro ſibi ſatisfaciendo in bonis.*
20 *Filius poteſt pro legitima ſeparationem ſimilem petere.*
21 *Creditor habens hypothecam poteſt vnam rem ſui debitoris ex pluribus eligere.*
22 *Iudicium cum curatore hæreditatis iacentis an præiudicet creditorib. non citatis.*
23 *Citandus eſt is, quem res tangit, & non alius contra quem non dirigitur petitio.*
24 *Citandus eſt is etiam, qui ſecundario læditur, vt ei præiudicet ſententia.*
25 *Sententia lata contra principalem præiudicat etiam in citatis venientibus in conſequentiam, declaratur, nu. 32.*
26 *Sententia contra principalem lata facit ius etiam quo ad eos qui læduntur in conſequentiam.*
27 *Citatio per proclama eſt ſuperflua reſpectu eorum, qui in conſequentiam læduntur.*
28 *Pau. de Caſt. conſ. 141 damnatur.*
29 *Differentia inter ſententiam ius priuatorum concernentem, & ſententiã ius pub. concernentem.*
30 *Colluſio & fraus debet abeſſe ut ſententia præiudicet.*
31 *Per contumaciam ſententia lata non præiudicat aliis non citatis.*
33 *Conſilium, vt ſemper citetur tertius, ut ſemper ei ſententia præiudicet.*
34 *Liquidatio crediti cum curatore dato hæreditati facta præiudicat creditoribus hæreditatis, & legatariis.*
35 *Legatariis licet aſſiſtere in iudicio cum hærede moto.*
36 *Hæres in expenſis in cauſam hæreditariam factis eſt potior ob beneficium inuentarij omni creditore habente etiam hypothecam anteriorem.*
37 *Retentio datur ſcriptori pro impenſa ſcribendi, & ſtabulario pro impenſa alendi equum.*
38 *Pecunia ratione in refectionem nauis mutuata creditor omnibus præfertur etiam anterioribus.*
39 *Impenſa facta in curando infirmum non habet iſtud priuilegium ut præferatur omnibus.*
40 *Priuilegium iſtud non datur mutuanti hæredi facienti tales impenſas.*
41 *Impenſa teſtamenti extrahendi an deducatur per hæredem.*
42 *Legatarij an debeant contribuere ad expenſas teſtamenti extracti.*
43 *Impenſa in lucrationibus bonorum hęreditatis deducitur.*
44 *Impenſæ litis an deducantur per hæredem cum beneficio inuentarij uel cũ litigatur de aliqua re hæreditaria, uel cum litigat hæres ex eo quod dicat hæreditatem ad ſe pertinere*
45 *Prælatus expenſas in cauſa factas ſe defendendi in prælatura deducit contra eccleſiam.*
46 *Euentus ſolus litis non inſpicitur quoad repetendum expenſas ſed an utiliter negotium geſtum ſit.*
47 *Fideicommiſſarius repetit expenſas in cauſis hęreditariarum rerum factis.*
48 *Impenſæ factæ quomodo probentur.*
49 *Obligatio fideiuſſoria in principalem obligationem non confunditur facto per hæredem inuentario.*
50 *Beneficium vni conceſſum non debet ad alterius iniuriam conuerti.*
51 *Hæres facta inuentario poteſt vtraque obligatione conueniri, hæreditaria vſque ad vires, fideiuſſoria inſolidum in . . ta uiro obligationis ſuæ.*
52 *Card. Pariſ. conſ. 121. damnatur.*
53 *Hæres, quod nomine fideiuſſorio defuncti ſoluitur, pro eo concurrit aliis creditoribus.*
54 *Correi obligatio confunditur per ſucceſſionem unius in alium.*
55 *Fideiuſſor reputatur alter ex correis, ad quem commodum & utilitas illius contractus non peruenit, ſed ad alterum correum.*
56 *Actio pro pœna dupla an vi inuentarii conſeruetur.*
57 *Baldi diſtinctio in hac re: quæ damnatur. nu. 62.*
58 *Pœna conſeruatur per inuentarium, ſi ante hæreditatem fuit commiſſa.*
59 *L. cum emptor ff ad l. falc. intellectus.*
60 *Hæres ex confectione inuentarij non debet aliquid lucrari.*
61 *Pœna contractus iudicatur ut de damno euitando.*
63 *Filius uel alius hæres quando contrauenire poſſit facto defuncti.*
64 *Hæredi obſtant tres regulæ volenti contrauenire.*
65 *Gloſ. d. § in computatione, difficilis, ut alta ingenia in eius intellectu defecerint*
66 *Gloſſæ prædictæ ſenſus & declaratio.*
67 *Gloſſa ei. d. §. in computatione. d. leg. cum a matre, notantur pro contrarijs.*
68 *Gloſſę ſaluantur a contrarietate, & reconciliantur.*
69 *Hæres cum beneficio inuentarii repellitur pro modo emolumenti.*
70 *Emolumenti calculandi habetur ratio fructuum.*
71 *Valor hæreditatis non æſtimatur ex eo, quod per fatuitatem emptoris fuiſſe vendita.*
72 *Emolumentum ſi aſcendat, uel excedat ualorem ſuæ quotæ ad ualorem totius fundi, hæres tamen non repellitur niſi ad rationem quotæ hæreditariæ.*
73 *Filius reſpectu cohæredum, uel legatariorum ſi non habet legitimam, habet actionem pro fundo alienato.*
74 *Pater defunctus tenetur filio duplici onere ad recompenſationem pro fundo alienato. Item ad legitimam.*
75 *Emptoris reſpectu uarie intelligitur per Doctores, ſecundum unam opinionem filius deducit legitimam, & fundum alienatum.*
76 *Filius non poteſt habere fundum alienationum & legitimam ob beneficiũ inuentarii ſecundum ueriorem, & receptiorem ſententiam.*
77 *Contractus ab initio ſunt uoluntatis, ex poſt neceſſitatis.*
78 *Opinio Bar. & ſeq. falſa in hac re.*
79 *Legitima filia an ſit æs alienum.*
80 *Legitima arrogati an ex conſtitutione, uel contractu dicatur debita.*
81 *Alienatum in fraudem legitimæ retractatur.*
82 *Hæres quando habet ſolam falcidiam poteſt uendicare fundum a defuncto alienatum. quantum ſit reſpectu legatariorum.*
83 *Hæres quando habet ultra falcidiam tunc patitur exceptionem.*
84 *Inuentario non facto hæres repellitur a uendicando fundum etiam quod aliquid boni ex hæreditate non capiat.*
85 *Alc. conſ. 135. lib. 5. damnatur.*
86 *Hypothecaria datur inſolidum.*
87 *Hypotheca pro legatis datur pro quota, ut perſonalis.*
88 *Actio perſonalis aliquando datur inſolidum.*
89 *Filius an præſumatur adiuiſſe, ſeu ſe immiſcuiſſe.*
90 *Hęres ex beneficio inuentarij utrum poſſit offerre intereſſe emptori pro modo emolumenti, & rem ſuam euincere.*
91 *Euincere aliquando licet ſoluendo intereſſe.*
92 *Hęres ex beneficio inuentarii an poſſit offerre æſtimationem rei hęreditariæ creditoribus hęreditarijs retinendo pro ſe eis inuitis.*
93 *Lucrum reputatur facere uoluntatem ſuam adimplens.*
94 *Statuto ſtante, quod hęres nequeat aduerſum factum defuncti uenire, an hoc intelligatur non facto inuentario nu. 97.*
95 *Diſtinctio Bal. in hoc, quæ non probatur nu. 96.*
98 *Statuti diſpoſitio loquens indeterminate uelſitur a iure communi.*
99 *Statutum quod hęres teneatur inſolidum.*
100 *Inſtrumentum ſimplex impugnatur ex defectu cauſę.*
101 *Inſtrumentum guarentigiatum, uel confeſſionatum, nunquid poſſit impugnari ex defectu cauſæ.*
102 *Inſtrumenti debiti confeſſi uel guarentigiæ qualitas.*
103 *Confeſſio & pręceptum inſtrumenti reputantur in iudicio facta.*
104 *Inſtrumenta debiti confeſſi, uel guarentigiati impugnantur ex defectu cauſę.*
105 *Differentia inter confeſſionem per modum uoluntariæ iuriſdictionis factam, uel contentioſæ.*
106 *Regula, quod ex defectu legitimæ cauſæ contractus, uel obligatio impugnatur, amplius num. 107 num. 108. numero 109 numero 110. num. 111. nume. 112.*
113 *Regula prædicta declaratur. numero 114. numero 115. numero 116. numero 117. numero 118. numero 119. numero 120. numero 121. nu. 122. num. 123.*
124 *Cauſa ſufficiens ad obligandum non reputatur mandatum ad accipiendum de recipiendo ad cambium.*
Item ſi ſub cauſa exprimenda. nu 125.
126 *Fideiuſſoriæ obligationis cauſa non requiritur ſi in obligatione principali, cui accedit, adſit.*
127 *Statuto dicente, quod inſtrumentum mandetur executioni per detentionẽ perſonæ*

perſona debitoris,id intelligitur ſaluo iure inuentarii.

128 *Clauſula non obſtante.l.vel ſtatuto in contrarium faciente non tollit quin intelligatur ſecundum legem antiquam.*

129 *Executiue proceditur contra hæredem ex inſtrumento,præcedente tamen ſummaria cognitione quod ſit hæres.*

330 *Contra hæredem habentem inuentarij beneficium quomodo procedetur ad capturam.*

335 *Aſinius reprahenditur arguens, non incarcerari habentem beneficium inuentarij.*

332 *Se debitorem confitens cum beneficio inuentarij non poteſt iurari ſuſpectus, niſi prius oſtenſo, quod non in hæreditate adfuerint bona ſufficientia.*

333 *Falcidia conſeruatur per inuentarium.*

334 *Falcidia an debeatur hæredi ob factum inuentarium etiam in caſibus, in quibus alias de iure antiquo non dabatur.*

335 *Hæres ex beneficio inuentarij ſoluens primo venientib. liberatur ab aliis ſuperuenientibus.*

336 *Limitatur hoc quando ſciuit,ſed hoc damnatur ab auctore.337.*

338 *Limitatur.2.ſi primo veniens liquidauit,alioquin non debet ei ſoluere.*

339 *Limitatur.3.in reſtitutione uſurarum,quod non probatur ab autore.*

340 *Creditoribus ex variis cauſis inſtantibus quid ſeruandum in eis ſatisfaciendo num.148.*

341 *Creditores contra legatarios, qui exegiſſent legata habent regreſſum.*

342 *Hipothecaria etiam datur excuſſione præcedente contra hæredem.*

343 *Creditori contra alium creditorem datur regreſſus ſi ſit potior aliquo modo.*

344 *Aequalis etiam ſi ſit datur regreſſus ad auocandam partem ſecundum autorem.*

345 *Legatario contra legatarium datur regreſſus.*

346 *Remedium nouum an detur per conſtitutionem inuentarij.*

347 *Hypothecaria an auocetur per anteriorem creditorē pecunia exacta per poſteriorem a communi debitore.*

349 *Hæres aliud pro alio ſoluere poteſt inuito creditori beneficio inuentarij.*

350 *Limitatur ſi res ſint penes hæredem,alias ſecus.*

351 *Limitatur ſi hæreditas non eſt ſoluendo.*

352 *Hæres cum beneficio inuentarii non cogitur uendere.*

353 *Limitatur,ubi non promittitur de euictione,cogitur uendere.*

354 *Emptori quæritur plena ſecuritas,quantum ſit reſpectu hipothecæ creditorum.*

355 *Securitas quæritur emptori ſi res uendatur cauſa ſatisfaciendi creditoribus hæreditariis.*

356 *Precium eſſe conuerſum in eorum ſatisfactionem debet conſtare, ſic in re eccleſia,& minoris nu.157.*

358 *Præſumptiua probatio de hoc ſufficit.*

359 *Hæres inſolutum accipiens an reddatur tutus.*

360 *Hæres emens cum beneficio inuentarii,& precium conuertens in ſatisfactionem crediterum redditur tutus.*

361 *Emptor reſpectu domini alterius non redditur tutus.*

362 *Hodie non facto inuentario alienatio per hæredem facta dicitur uoluntaria,& non neceſſaria.*

363 *Hæres non poteſt uendicare rem uenditam cauſa ſatiſfaciendi creditorib. hæreditariis.*

364 *Emptor non redditur tutus niſi reſpectu hypothecæ a defuncta conſtituta non autem conſtituta ab alio.*

365 *Beneficium iuris in damnum alterius non interpretatur.*

Explicitis inuentarij ſolemnib. eoq; vndiq; conſumato,& abſoluto,neceſſe eſt dicere in primis quæ ſit eius virtus, & in quibus afferat hæredi beneficium, & vtilitatem, in quibus autem nullum pariat effectum dicetur in ſubſequēti par-
1 te.Quæro itaque † vtrum inuentarium efficiat vt hæres non dicatur proprie hęres,ſed improprie,& ſecundū quid,& ego hanc quæſtionē diſputatam reperio per Caſſ.in conſuet. Burgun.in rub.10. dens retract. §.1.in glo.ſon heritage,vbi concludit non eſſe proprie hæredem,vel verum hæredem, inſerendo ad caſum retractus per conſuetudinem conceſſi, ut ſi contingat hæredem cum hoc beneficio uendere rem hæreditariam,eius agnatus, vel proximior iure dicti retractus nequeat illam rem auocare,quia conſuetudo eſt ſtricti iuris, & non habet locū niſi in caſu proprio,& vero, & aliis rationib. de quibus per nos infra,Borg vbi ſ. num. 327.vult hæredem cum beneficio inuentarij non eſſe proprie hæredem , & non compræhendi a ſtatuto diſponente,quod debitor poſſit carcerari pro debito.allegat multa,tu videto, ꝙ non poſſit carcerari facile cōceditur, ſed negat quin dicatur ꝓprie hæres, vtcunq; dicat Caſſaneus infra,& Vgon. Celt.in conſi. 1.nu. 27 eū referendo & ſequendo.Iſtud aūt ꝙ non ſit proprie hęres dicit ſuaderi,ex eo ꝙ is hęres non nominatur ſimpliciter hæres,ſed cum adiuncto,ſcilicet,cū bñficio inuentarij,nā qñ aliquid non appellatur ſimpliciter tale,ſed cū aliquo adiūcto: non eſt proprie tale.Iaſ.in l patris & filii.n.3.ff.de vulg.& pup. Itē quia nō eſt hæres naturalis (ait ipſe)ſed ciuilis,qa talis hęres reputatur hrs de iure prętorio,hrs vero ſimplex de iure ciuili.Itē quia differt in multis ab hærede ſimplici , ut de ſe paret,ſi differt,ergo neceſſe eſt ut ſit alius, & ſimilitudo in aliquib. indicat,quod non ſit idem, quia nullū ſimile eſt idem. l.quod Nerua.ff.depoſ.& quia ſimilitudo eſt intellectus ſubauditus,ergo & improprius.Itē quod gl.in d.l.fi.in d.§.in cōputatione,appellat eum quaſi hæredem,& dictio , quaſi, eſt nota improprietatis,Docto.in l. qui Romæ.§.duo fratres. de ver obl.l.ait præt §.itē,& ibi gl.ff.ex qui. cau. maio. Bal.in d. §.in computatione,dicit qđ hæres cum beneficio inuentarij retinet duntaxat merū nomē hrdis ſed non effectū,qūi proprium fundum a defuncto alienatum poteſt vendicare,ſecūdum Docto.ibi.Et conſiderando hunc hæredē ex conſuetudine Galliæ,quia ſi alius ſe offert , velle hæredem eſſe abſque beneficio inuentarij,ipſe ab hæreditate & eius bonis excluditur, & iſte ut fictus hæres inferior reputatur , quā ſit ſimplex hæres,& quaſi cuſtos bonorum,ſecundum Caſſan.& in conſi.21. & ſeq. vbi eaſdem pene rationes ꝑ hoc adducit. Verius tamen ego opinor eſſe , quod is etiam dicatur uerus & proprius hæres,ut probat And.Tiraq.in trac.le mort ſayſit le viſ in 2.par.in decla.xi.ex eo quod Imperator vbique eum appellat hæredem abſque aliqua improprietatis nota.d.l.ſi per totam,pro quo facit gl.in l.pro hærede.§.Papinianus.ff.de acq. hæred.vbi enumerātur hæredes nomine tantum inter quos iſte non recenſetur.Item quia in eum tranſeūt actiones actiuæ,& paſſiuæ,etiam quo ad omnem effectum,quando hæreditas eſt ſoluendo,no.in d.§ in comparatione, & patebit ex infra dicendis,& falcidiam detrahit, & hæreditas aditur nec non petitione hæreditatis ipſe agit,quod non poſſet, niſi eſſet verus hæres.l.regulariter.ff de petitio. hæred. l. hæres. C. in quibus cauſ. & non dubitatur quin in materia etiam ſtricta ſub nomine hæredis compræhendatur hæres cum beneficio inuentarij,ſecundum And.Tiraq.ibi allegando Alex in conſi.19.ſuper eo,lib.5.& Cur.Sen.in conſi.83. in col.2.ex qbus concludit,quod eſt proprie hæres. idem vult Machelus in patrocinio. 35.nume. 18. Nec obſtat quod dicatur hæres cum iſto adiuncto,& non ſimpliciter,uel quod differat a ſimplici hærede,hæc enim oſtendunt ſolum differentiā in accidenti,& non in ſubſtantia. ſi quidem natura ſunt omnes pares licet non quo ad effectum,ideſt quo ad iſtud accidēs, qa vni competit exceptio , ne cogatur vltra vires hæreditarias, alteri non,ſed non fit ex hoc, quominus dicaē verus hæres, quēadmodum is , qui reſtituit hæreditatem alteri ex ſenatuſconſ. Trebelliano,in quo caſu non cogitur a creditorib. hæreditatis,dicitū nihilominus verus hæres ,& non improprius, & Epiſcopus nullatenus non eo minus dicitur Epiſco Ripa, latc in vlti.reſp.ſub rub.de legib. & conſuetud. & denominatio cum illa qualitate,eſt ad oſtendendum, quod alius eſt cū illa exceptione, & alius eſt ſine ea , & non ut inducat in alio improprietatē,vel ut aliter magis proprie altero dicatur hæres,ſicut non eſt plus homo,qui eſt liber, quā qui eſt ſeruus. Ad illud Accu.reſpondit And.Tiraq.quod non debet id eſſe in conſideratione,quia non ſunt verba legis.Itē ad illud conſuetudinis Galliæ dicunt, quod non arguit id magis proprietatem in uno,quam in alio,ſed importat,ut plus iuris ſeu priuilegij detur vni quam alteri, quod nihil ad rem , ex quibus infertur ad quæſtionem retractus de qua per Caſſan.in d.conſi.23.ubi concludit contra hæredem cum beneficio inuentarii vendentem rem hæreditatis locum fore iuri retractus,cuius tamen reſolutio alias quoque patiebatur difficultates ex verbis ipſius conſuetudinis, & potiſſime quod in ea aderant verbum ſuum , & ſua , quæ ſunt uerba poſſeſſiua dominium importantia,ac poſſeſſionem denotantia.l. Quintus. §.argento ff de au.& argen.lega. Docto. in rubr.de ope. no. nunciat. Abb.in cap pro illorum.ext.de præben.vnde videbatur intelligendum duntaxat in eo, qui effectus eſſet uerus dominus & poſſeſſor rerum hæreditatis , ſed hæres cum beneficio inuentarij non efficitur rerum dominus, propterea quod per huiuſmodi aditionem hæreditas dicitur iacens , & non adita,& res conſiderantur ut hæreditatis iacentis,& non ut talis hæredis,quod oſtenditur,quoniam hæres ſuper eis ſibi ſatiſfacit,ut infra dicetur,quod alioquin non poſſet ſi eſſent ſuæ. l.frater a fratre.ff.de cond.indeb.cum concor.ſicut econuerſo per ſimplicem aditionem res hæreditariæ efficiuntur ipſius hæredis , & de illius patrimonio. l. 5. §. veteres. ff. de acquiren. poſſeſſio. l. & ſi plures. §. filio. ff. de vulga.& pupilla. & quæ ſunt de hæreditate iacente non ſunt ipſius hæredis , vel in eius bonis. l. precia rerum. ff. ad leg. falcid. Iaſ. in
4 l.emancipata. C qui admitti. Bartol. in l. poſt. ff. de lib. lega. ex perſona ergo talis hæredis non videbatur locus retractui. Item nec etiam ex perſona ficta hæreditatis, quoniam hæreditas ipſa non habet nec uelle,nec nolle,nec etiam poſſidet.l.j §.Sceuola ff ſi qs teſtam.li. eſſe iuſſus . ideo nec quo

ad eum illa verba quadrare videbantur. Item quia emptor ſit
ſecurus ab hypotheca alterius,ergo a condictione illius ſtatu
ti,quæ eſt actio perſonalis, quæ facilius ſubmouetur, quam
ius reale, ut per Caſſan.in d.conſi 22 & ſubiungit, quod cum
ex ſtilo Franciæ beneficium inuētarij impetretur,videtur ex
iure ſpeciali ipſum competere,& ideo non debet extendi. In
his tamen non reſidet negando in primis, quod talis hæres
non efficietur rerum hæreditatis dominus verus, quia imo
aſſerit dominium officij, & ſic ſtatutum retractus in eo locū
habere, prout inquit in quadam apoſtilla ſe reperiſſe adnota
tum, quod ipſe ſuadet ea ratione, quia inducta ad fauorem &
augumentum non debent in contrarium verti. l. quod fauo
re.C.de leg.l.legata inutiliter.de lega. 1. & hæreditas uere eſt
adita,& ipſe poſſidet,ideo ius & dominium rerum hæredita
tis in ipſum transfertur, & ipſe tanquam dominus venit, ac
creditoribus hæreditatis ſatisfacit, transferendo dominium
in emptorem, quinimo fortiori modo quam ſimplex heres:
quia ſimplex heres nō transfert niſi cū ſua cauſa,ſcilicet one
re hypothecæ cui ſubiacet.iſte uero ſecus, vt per Doct. in d.
§.& ſi præfatam,vel ſaltem eſt dominus improprie ſubroga
tus in defectum ſimplicis hæredis, & militat ratio conſuetu-
dinis in hoc caſu, ſicut in caſu ſimplicis hr̄dis, ut ſcilicet res
maiorum inter agnatos & coniunctos conſeruentur, & ſta-
tutum ex identitate rationis extenditur ad caſum impro-
prium.l.libertum.§ ſenatuſconſ.ff de ritu nuptia.Iaſ.in l.1.ff.
de vulg & pup. his & alijs per ipſum deductis plene conclu-
dit Caſſan.pro retract.in d.conſi 23 ego autem exiſtimarem
in hac re diſtinguendum eſſe inter caſum, quando ſimplici-
ter pro ſe venderet,& inter caſum quando venderet pro cre-
ditoribus hæreditarijs, ex iure inuentarij cauſa ſatisfaciendi
creditoribus,ad trad.in d §.& ſi præfatam,quoniam in primo
caſu proprio nomine vendere cenſetur tāquam verus rei do
minus,ut effici vere poteſt,nihil enim repugnat,ꝙ hæres cū
beneficio inuentarij dominium rerum hæreditatis vere acq
rat,ſicut ſimplex hæres, quod tunc indubitatum eſt,cum hæ
reditas eſt opulenta. in ſecundo autem caſu cēſetur vendere
nomine creditorum, quod clare depræhenditur, cum ipſe
tunc nolit de euictione obligari, & ſolum perſonam in con
tractu accommodat, vt plenius dicetur infra, in primo caſu
ex perſona ipſius hæredis ius retractus cur dari non debeat,
nihil proponitur,ſed in ſecundo ſecus, tunc enim illius per-
ſona ut executoris & adminiſtratoris cōſideratur,& ſic aliud
reſultat,hāc diſtinctionem facere videtur Bar.& alij in d.§ &
ſi præfatam,tam & ſi in alio propoſitu,& Caſſan.in conſi.Bur
gu.vbi ſupra,& ſi quis diceret ex perſona defuncti vel ipſorū
creditorum, in quorum gratiam venditur res, ius retractus
5 competere,ego in præſentiarum relinquo cogitandū.† Non
eſt prætereundum quod Andr.Tiraq. in d.tract. le mort ſay
ſit in 2.par in 12.declarat. quærit, an ſi hæres cum beneficio
inuentarij effectus, excludatur ex Galliæ conſuetudine per
volētem ſe facere hæredē abſq; eo beneficio,poſſeſſio defun
cti cōtinuetur in iſtum ſimplicem hæredem, & arguit & re-
ſoluit ut ibi per eum. Circa autem illam Galliæ conſuetudi-
nem nō eſt ignorandum,quod nemo poteſt in Gallia inuen
tarij beneficio frui,niſi illud per reſcriptum a Rege impetra-
6 uerit † ob quam quidem impetrationem fit, vt illud in Gal-
lia dicatur de iure prætorio, quoniam ex ſtilo Franciæ reſcri
pta ſunt annalia,& quæ ſunt annalia dicūtur eſſe de iure præ
torio. Bar.in l.v.de uerb.oblig.& in l.1.ff.de bon.poſſ. & in l.
fi.de pen.& in l.2.§ pen.ff.pro empto. Bal.in l.certum. in col.
3.C.vnde legit.& tunc hæres dicitur ſuccedere de iure præ-
torio,ſicut econuerſo adiens ſine inuentario dicitur ſucce-
dere de iure ciuili,ita tradit Caſſan.in d. conſue. in rub. 7. in
§.13. in gl. ſi aucuns veult porter pour heretiers, ſuper qua
mouet etiam aliqua dubia, primo nūquid ſi in illo reſcripto
conceſſionis huius beneficij omittatur illa clauſula ſolita, de
beat ea ſubintelligi.& ſuppleri ex ſtilo.& concludit ex obſer-
uātia generali haberi pro appoſita,vt latius ibi per eum. Se-
cundo,an quilibet extraneus, qui ſe offert hæreditatem acce
ptare abſque hoc beneficio excludat hæredem cum tali be-
neficio inuentarij ab ea hæreditate,& ipſe putat oportere, ꝙ
is,qui vult excludere iſtum adeūtem cum hoc beneficio ſit
in pari gradu defuncto, alias non audiatur, & mouetur quia
in illa clauſula pour neu qu'il ny ait autre quæ ſe porte hære-
tier ſimplement.illud verbum autre,quod latine ſonat alius,
importat ſimilitudinem,Doctores in l. ſi fugitiui. C. de ſeru.
fugit. & in c.ſedes,& ibi no.ext. de reſcri. quod ſcilicet exclu
dere volens hæredē cum beneficio inuentarij ſit ei ſimilis,&
par in cognatione cū defuncto,de cuius hæreditate agitur.
Et primo dubitat ɔ̄trium ſeruari in toto Regno,tandem reſi-
det in hoc,ꝙ conſanguinei dūtaxat excludere queant hmō-
di hr̄dem,& refert ſe vidiſſe reſcripta,in qb.hæc clauſula ade
ſit Pour veu que ſy'l y ha autre du lignage du defunt que ſe
vueille porter heretier ſimplemente.Nic. Boer.in conſil. 93.
mentionē faciens de hac conſuetudine impetrandi.ſ. bñficiū
inuētarij per reſcriptum dicit in literis Regijs apponi ſolere
clauſulam,dūmodo nemo alius ſit,qui velit eſſe hr̄dem ſim-
pliciter,citando dicta per ſe in conſuetu.Bituri.in §.6.in ad
dit.ad teſta.Et Manſue.in tract. de ſucceſſio.fo. 33. in col.3.
Alia ſubiungit Caſſ.ibi ſe ipſum non bñ explicans.Vnde ope
ræ preciū fore exiſtimo,ſi illa breuiter aperiamus. Primo dū
ibi in gl.ſi aucuns ſe veullent,dicit,ꝙ ſi vnus ex plurib.cohæ-
8 redib.obtinuerit prius beneficium † inuētarij cæteris nō præ
iudicatur,quominus illud ipſum & ipſi valeant impetrare, vī
mihi hoc trāſire ſine dubitatione,quamquam ille multa uer
ba effundat.Dum uero dicit,ꝙ ſi nolint illud impetrare, eo-
rū portio tanquam non petentium accreſcit alteri, ſubaudi,
& ꝙ nolint eſſe hæredes,non.n.poteſt intelligi, ꝙ ſi nollēt in
uentarij beneficium,& vellent eſſe ſimpliciter hæredes,hoc
eis prohibeatur ex eo, ꝙ vnus eorum prius impetrauerit be
neficium inuentarij,nam certe iſtud eſſet ex omni parte irra
tionabile,& dum vult partem accreſcentem per repudiatio-
9 nem aliorū † diuerſo iure haberi non poſſe, vt ſ.vnus ſit hæ-
res pro parte cum beneficio inuentarij, & ꝓ parte ſine eo be
neficio,aduerte,ꝙ in terminis iuris communis illud poteſt
contingere,vt ſtatim dico,& multo magis in plurib. hoc da-
tur,ꝙ vnus ſit hæres cum hoc beneficio,& alius ſine,iuxta ea
quæ diximus in tertia parte,& Nic. Boer. in d.conſi. 53. eo ꝙ
alteri per alterum iniqua conditio non debet inferri.l. nō de-
bet,de reg.iu.nec iuris beneficiū ex facto alicuius debet amit
ti.c.indultum,de reg.iur.in 6.ſicq; ſi placet meo cohæredi ac
ceptare ꝓ ſua quota hæreditate abſque iſto beneficio, debet
ſibi & non mihi illud exoptanti præiudicare,nec ea hoc con
uenit conditionem meam fieri deteriorem, ſed in terminis
iſtius moris concedendi hoc beneficium,cum hac conditio
ne,niſi alius exiſtat hæres ſimplex. difficultas eſt, quomodo
id procedat,nam cum vnus ſe fecerit hæredem ꝓ ſua quota
ſimpliciter,quotam alterius cohæredis acceptatam cum eo
beneficio auocat, ſi eam vult ipſe ſimpliciter habere virtute
reſcripti Regij talem conditionem continentis, quod ei co-
hæredi non conceſſerat aliter beneficium inuētarij, niſi qua
tenus alius non adiret ſimpliciter, & ſic illius gratia fuit reſo-
luta acceptante iſto hærede ſimplici eius partem ſimpliciter
abſque iſto beneficio, ſed ſi iſte hæres ꝓ quota ſua ſimplex
vellet alterius portionem habere,& auocare proteſtando cla
re,ꝙ ipſa non vult habere,niſi cū dicto beneficio inuentarij,
ꝙ ille impetrauit,& tūc oportet dicere, ꝙ aut dicta proteſta
tio nō operatur aliquid,aut operatur,ſi non operatur,ꝙ in-
uito ſibi accreſcat portio talis cohr̄dis, ex eo quod eius gra-
tia in habendo priuilegium inuentarij ſit reuoluta, ex quo
eſt purificata conditio reſolutiua, ꝙ ſcilicet extat alius hæ-
res ſimplex,& ipſe reputatur repudians, & tunc ille erit inſo-
lidum ſimplex hæres,& vtranq; partem habebit abſq; benefi
cio inuentarij.forte tamen poterit dici, hoc intelligi oporte-
re iuxta terminos textus in d.l.cum hæreditate.cum.l.ſeq. ff.
de acq hære.ut ſtatim declaro,aut operatur,& tunc, quoniā
ius auocandi partem cohæredis non videtur ex conſuetudi-
ne Regni,& vigore dictæ clauſulæ dari,niſi velit partem auo
catam habere ſimpliciter,fieri non poteſt, ut ipſam ille obti-
neat,& ſic quod vnam partem habeat ſimpliciter,& aliam in
re inuentarij:remanebit ergo penes hæredē, qui obtinuit eā
habere cum beneficio inuentarij, & in pari cauſa debet eſſe
potior conditio poſſidentis iuxta iuris regulam, vis omnis
eſt,an talis ꝓteſtatio debet operari, quod ſibi talis portio nō
accreſcat ſimpliciter,vel potius talis proteſtatio vitiet,& ego
crederem ipſam vitiari,ſi illa portio, pro qua fuit impetratū
beneficium inuentarij,fieret vacans,ut dicit Iaſ. & alij in l. 1.
ff.de acquir.hær.cum hæres filius repudiat hæreditatem, ſal-
ua legitima,quam vult habere, vel acceptat hæreditatē pro
legitima tantum,& nō vltra, quod nihilominus in vtroque
caſu ſit hæres inſolidum,non attenta tali proteſtatione, ne
aliqua pars fiat vacans. ſed, quod fiat vacans in hoc caſu hē o
exploratum,quia conſuetudine illa Franciæ, nec tenore ver
borum talis reſcripti depræhenditur,ſeu cauetur hic, ꝙ ve-
lit eam portionē eſſe vacātem, ſed potius infertur, ꝙ ab alio
caueat auocari,volenti eſſe hæredem ſimpliciter: ſi ergo nō
reddit vacantē,& alias non poteſt dici vacans Doct.in d.§.in
cōputatione.nos hoc dicere non debemus, quia conſuetu-
do eſt ſtr.cti iuris.Doctores in l.oēs populi.ff.de iuſt. & iu. &
in l.de quib.ff.de legi.& in l.2. C quæ ſit lon. conſue. proteſta
tio igiť ꝑdicta dēt ipſum releuare,eius animū declarās, ut nō
dicat illius partem hēre uoluiſſe, ut non habere poteſt velle,
quia id poſitum ſit in eius poteſtate & arbitrio ex forma re-
ſcriptorū prædicta. ſicut.n.non negatur, quod poteſt totam
hr̄ditatem,quam impetrato hoc inuētarij beneficio agnatus
hæres inſolidum inſtitutus adiuit, non auocare,& uelle,non
habere

habere,ita quoque ſi ipſe eſt hæres pro vna quota poteſt non
velle alterius partem,& contentum eſſe,quod cohęres illam
habet cum eo iure inuentarij impetrato, quia argumentum
de toto ad partem valet.l.quæ de tota.ff. de rei vēd.& diſpoſi
tioni iuris communis nequaquam refragatur talis cōcluſio,
quæ plane poſſet ex alijs cōfirmari, quæ breuitatis cauſa præ-
termitto. Sed ſi is qui adiuit ſuam quotam hæreditatis ſim-
pliciter,vellet partem cohæredis ſub beneficio inuentarij ha
bere,& non aliter,& eſſemus in caſu, in quo cohæres abſolu
te repudiaſſet, vtrum hoc ſibi liceret, & ego credo, quod, cū
de iure communi,id ſibi non negaretur, nō ſit etiam negan-
dum in iſto caſu, quia in iſto caſu ceſſat cōſuetudo Franciæ,
cum nemo ſe pro ea portione hæredem facere velit,& repu
diata deferatur ad eum tanquam vacans,negari autem de iu-
re communi id ei dicendum nō uidetur (in caſu tamē in quo
contingit repudiatio illius partis poſt aditionem propriæ par
tis factum) quia ſicut de iure Digeſtorum quippiam tale to-
lerabatur vt vnam portionem haberet diuerſo iure atq; aliā
quam iam acceptaſſet,ita de iure nouo, quod introduxit be-
neficium inuentarij dicere hoc poſſumus. tolerabatur antē,
ut hæres portionē cohæredis, quæ poſtquam ipſe ſuam adi-
uerat portionem ,ſibi accreſcebat,haberet tali iure,vt pro ea
10 ipſe cogi nequiret vltra † vires hęreditatis, tametſi pro quo-
ta propria actiones,ſuſciperet inſolidum.i.ſine tali beneficio
vt eſt tex.in l.cum hæredit.& in d. l. ſeq. ff.de acqui. hære. &
poſt glo.not.Barto.Pau.de Caſt.& alij ibi & glo. & Doct in l.
ſi duo.ff.eo.tit.qui tamen tex.d.l.cum hæred.dicit ſolū(quod
aduerte)conditionem deferri,quod hæres aut recedat à tota
hæreditate, aut portionem cohęredis etiam agnoſcat, ſed ſi
creditores hæreditatis malint ſe contentos eſſe portione adi-
ta,id eſt eum conuenire pro quota antea adita, vtiq; poſſunt,
quia ab hoc hæres nō poteſt ſe exonerare. quid autē de quo-
ta accreſcente ſit dicēdum:non plene aperit iureconſ.ibi.con
cedendum ergo videtur,quod ſi hæres portionē accreſcen-
tem poſt aditionem de propria quota factam, vult habere
ſub iure inuentarij, & hoc proteſtetur, beneficio inuentarij
dictæ portionis accreſcentis reſpectu potiri valeat: illa enim
ratio à Caſſaneo, ac alijs deducta, quod vna res diuerſo iure
haberi nequeat, ceſſat in his,quæ contingunt ex poſt facto,
& procedit pro vt res eſt ab initio. hinc uidemus quod licet
hæreditas diuerſo iure deferri nequeat, id eſt partim ex cauſa
teſtati, & partim ex cauſa inteſtati, ab initio,tamen ſecus eſt
ex poſt facto,vt per Dec.in l ius noſtrum, in 2.limit. de regu.
iu.Cagno.ibi, nume.10.Pau.de Caſt. in l.nam & ſi filius. ff.de
inofficio.teſtam. l.cum duobus.C.eod.quando autem hæres
nondum acceptaſſet,ſeu adiuiſſet ſuam quotam,cum cohæ-
res ſuam repudiauit, tunc nos fateri oporteret, ei non licere
iſtas quotas diuerſo iure capere,ſed alteram ſimpliciter, alte-
ram vero cum beneficio inuētarij,per iam dictam rationem,
maximè quoniam portio repudiata cum alia adeunda vni-
tur ſtatim ipſo iure per ius accreſcendi.l.ſi totam. l.ſi ſolus.l.ſi
ta ex parte.ff de acqui.hære. adeo quod effecta una, uidetur
de iure impoſſibile cōſiderare eas portiones vt ſeparatas,vnā
acceptando ſub inuentarij beneficio, aliam acceptando ſim-
pliciter.l.s.& s.ff.de acquiren.hæred.& ibi not.& in hoc caſu
proprie militer iuris regula , quod vna & eadem res diuerſo
iure nō debeat cēſeri.l.eum qui ędes.ff.de vſucap aut utranq;
acceptet ſub tali beneficio,aut neutram ; & vereor, ne ſi vnā
tantum dixerit ſe acceptare ſimpliciter , & alteram cum be-
neficio inuētarij, pro utraq; obligetur inſolidum,i.in utraq;
careat eo beneficio,quia altera,quam acceptauit ſimpliciter,
non poteſt nō eſſe ſimpliciter acceptata,& pro ea non poteſt
illud beneficium competere, quia noluit ipſum pro ea habe-
re:alteram autem,quam acceptauit ſub tali prætextu inuenta
rij,cum talis acceptatio non valuerit, ratione partis prędictę
ſimpliciter aditæ,haud facere poteſt,quin velit,nolit, ſibi ha-
beat,iuxta notata in d.l.j.ff.de acquiren.hære.& illud videtur
obiici poſſe,quod potui, nolui,quod nolui adimplere nequi-
ui,vt dicunt Docto.in l. 1.§.ſi quis ita.de uerbo.obliga.l.mul-
tum.C.ſi quis alte. uel ſibi, & hoc uidetur uerum , cum ſim-
pliciter dicit ſe adire unam partem cum beneficio inuētarij,
aliam abſque eo beneficio : ſed, ſi dixiſſet vnam ſe adire cum
inuentario,& alteram abſque eo, adiecta clauſula,& non ali-
ter,nec alio modo: per quæ uerba actus redditur cōditiona-
lis per glo.& Bal.not.in l.ſi quidem.C.de excep. Pariſ.in cōſi.
3. in lib 2.ſicq; reſolubilis ſit,ob huiuſmodi verba reſolutiua,
vt plene per Rip.in lib.3. reſpon.c.1.nu.3.& aditio conditio-
nalis non ualet.regu.actus legitimi, & ibi notat.in 6.l.cum §.
vult.ff.de acquiren.hęre.aliter uidetur concludendum,quod
nulla ex parte cenſeatur adiuiſſe:& ſic,nulla ex parte hæredi-
tatis ipſe obligetur.adde clauſulam, nō aliter,nec alio modo,
importare,quod ſi non valet actus,vt agitur, non ualet ut ua
lere poteſt,Alexan.in conſil.3.viſo inſtrumen.lib.1.Bal.in c.1,
§ denique.quę fuit pri.cau.ben. amit. Borg. in tract.de cura;
num.251. Cum autem vnus hæres partem ſuam adiuit cum
beneficio inuentarij, & vult alterius cohæredis partem ſimi-
liter aditam impetrato beneficio inuentarij habere, quod di
cat ſe in ea gerere velle pro hærede ſimplici, & pro ea obli-
gari ultra uires hæreditatis,ego opinor audiendum non eſſe,
quia dignus non ſit tali beneficio , quandoquidem pari mo-
do ipſe pro quota ſua adiuerit hæreditatem,quaſi quod nihil
Cathelina Cethego,& in pari verſentur nota.l. viro.ff.ſoluto
matri.l.ſi duo.ff de dolo.l.1.§. idem ait. ff ne quid in loco pu-
blico.vbi mutua compenſatione paria delicta tolluntur, &
quodammodo delictum conſideratur in hoc, quod.ſ.fiat in-
iuria defuncto non adire ſimpliciter eius hæreditatem , ſed
de illius bonis inuentarium facere,& iuxta illorum vires tan
tum obligari ſe uelle : ut aliqui aduerterunt, prout refert Io,
Maur.in tract.de reſtitu. in integ.in c.130.vt quæ . hoc enim
illi concesſo,ex diuerſo concedendum etiam foret alteri co-
hæredi,ſ.auocandi partem eius ſub tali prætextu : & conſue-
tudo prædicta non dat illud ius auocandi niſi ei , qui adiuit,
eſtq; aditurus & habiturus hęreditatem ſimpliciter,& quan-
quam expediens magis videatur vel ſit ipſis creditoribus hę-
reditatis cōtrarium ſeruare , propterea quod ſaltem pro vna
quota poterunt id,quod ſibi debetur , inſolidum exigere, vt
aduertebant aliqui citati à Caſſaneo, tamen quoniam hoc à
iuris ratione uidetur diſcrepare , & lege non poteſt compro-
bari,non debet attendi.l.illam. C.de collat. & oportet vt ipſi
habeant vnam bonam patientiam(ut ita dicam.) Et priuſquā
vlterius progrediar ad tex.in d. l.cum hæreditate, & l.ſequen
ti,uelim notes, quod diſpoſitio.d.l.nō eſt hodie correcta per
11 legem † & introductionem huius inuentarij,& etiam hodie
poteſt locum ſibi vendicare ſecundum Bart. Paul.de Caſt.&
Aret.ibi,in colum fin.& Gul. de Bened.in c.Raynutius,in 4.
prælud.in verſicu.vxorem nomine Adelaſiam, num.135.ubi
ait eodem tempore, vel ſimul non dari, quia competente be
neficio inuentarij non habet opus d.l.cum hæreditate , ſed
poteſt hæres alterum eligere . Et dum à Pau.de Caſt.in conſ.
321.viſo puncto ſupraſcripto & dubijs. in colum fin. verſic.
breuiter iſtud in antiquis.limitatur iſte textus,quod nō pro-
12 cedit, quando ſubſtitutus eſſet ipſi cohæredi,quoniam † por
tio repudiata (vt ipſe inquit ibi) non obuenit ei ex improui-
ſo,cum per ſubſtitutionem de ſe factam potuerit de ea cogi-
tare, & propterea adeundo ſuam portionem hæreditatis ui-
deatur ſe obligare ad illam acceptādam:aduertas etiam,quę-
ſo, quod hoc eſt falſum , quicquid dixerit Caſt. & Guliel.de
Bened.ubi ſupra . ex hoc enim nihilo magis obligatur ad ac-
ceptandam partem cohæredis,in qua ei fuit ſubſtitutus, ut di
xi,in ſequenti parte : ergo in iſto quoque caſu factæ ſubſtitu-
tionis procedit diſpoſitio d.l.cū hæreditate. quod. ſ.pro por-
tione accreſcente poſt aditam hæreditatem hęres cogi ne-
queat vltra vires hæreditatis. Et redeundo ad explicandum
13 uim, & effectum inuentarij, ſciendum † eſt potiſſime verſari
circa hoc, quod hæreditas adita habeatur pro non adita, ſeu
quod reputatur iacens,& conſequenter hæredi cōſeruantur
omnia eius iura illęſa, perinde ac ſi hæreditatē non adiiſſet,
vt per illum textum ibi tradunt Bal.Alexan. Alber.Corn.Iaſ.
& alij in d.l.fin.§.in computatione. C.de iu.delib. Docto.in l.
debitori.C.de pact.quod ſane oportet intelligi,non abſolute,
& vere,ſed reſpectu cuiuſdam effectus, & ſecundum certam
iuris fictionem,& non ſecundum veritatem, quia ſecundum
ueritatem hęreditas eſt adita,& non iacens,vt ait Pau. de Ca.
in d.§.in computatione , & Corn.ibi,in colum.3.etenim hu-
iuſmodi hæres poteſt agere,& conueniri,ut aduertit Rimi.in
d.l.debitori,in colum. 2. & eſt proprie & vere hęres , vt dixi-
mus ſupra contra Caſſa.& fictio vt habeatur pro hærede , eſt
reſpectu certi caſus,quando.ſ.hæreditas non eſt ſoluēdo , ne
hæres aliquod damnum ex aditione hæreditatis patiat. Hinc
14 Accur. † in d §.in computatione. dum textus ibi dixit actio-
nes non confundi,certe declarat non confundi reſpectu effe-
ctus prædicti , ſed quatenus hæres damnum aliquod non pa-
tiatur,ſed quod bene in ſubſtantia actiones confunduntur ip
ſo iure:nam talis hęres vere defuncti perſonam repræſentat,
qui cum eſſet eius debitor , & ipſe creditor eius , neceſſario
ſequitur actionum confuſio.l.hæres à debitore.§.fina.l. Vra-
nius.ff.de fideiuſſo.l.Stichum §.aditio.l.in omnibus. ff. de ſo-
lut.l.frater à fratre ff.de condi.indeb.& vbiq; not.quia actio,
& paſſio reſpectu eiuſdem ſubiecti in vna & eadem perſona
ſtare nequeunt,ſecundum Bal.in l.ſi uxor.C.de bo.auct.iud.
poſſ.& in l.cum ſecundum.C.de fideicommiſſis.in colum.1.
& hæc Accurſij declaratio communi ſcribentium calculo
eſt recepta,vt atteſtatur Alexan.ibi,nume.5.verſicu.in glo.in
verſi,confunduntur,quem ibi probat Bart.in colum 2.nu.5.
& in d.l.debitori,ubi poſt Bar.Pet.& Cy.idem firmant Alex.
& Fulg Pau.de Ca in conſ.78.viſa facti.& in conſ 187.dubiū

facit,

ſapit,in antiquis.Saly. Alber. Corn.& Pau.de Caſt. in d §.in
computatione, & mihi videtur veriſſima, & nõ obſtantibus
iis,quæ pro opinione contraria adducuntur, quibus facile re
ſpondetur. Et primo ad illud Iaſ. quod hæreditas habeaē pro
iacente,quod non in omnibus, nec ſemper reputatur iacens,
ſed ſolum reſpectu dicti effectus. vnde eius conſequentia nõ
valet.ad illud vero Bal.in d.l.ſi vxor, quod non eſt uerum,&
textus per eum citatus in l.mortuo. ff. de fideiuſſ. loquitur in
hæreditate nõdum adita,omni reſpectu uere iacente, in quo
caſu ipſa hæreditas, & non heres repreſentat perſonam defun
cti.l.hæres.ff.de vſucap.& ibi Pau.de Caſt not. ſed in iſto caſu
hæreditas eſt adita,licet ſub eo iure inuentarij,non etiam va-
let ponderatio verbi confunduntur, de quo in d §.in compu
putatione.quoniam, cum illa conſtitutio non loquatur niſi
de effectu inuentarij,illud verbum debet intelligi probatum
ibi reſpectu prædicti effectus, quoniam verba accipiēda ſunt
ſecundum ſubiectam materiam. l.ſi vno.ff.locati. ſimili mo-
do reſpondetur ad glo. in d.l.ſi debit. verſicu confuſa, quod
non ſimpliciter dicit actiones non extingui, ſed dicit non ex-
tingui quin deducat,& ſic loquitur reſpectu dicti effectus. &
ita eam glo.ponderat Deci.ibi,nume.15 concordando illam
cum glo.in d.§.in computatione. Non obſtat, quod Rimin.
15 in d.l.debitori. dicat legem † efficere poſſe, vt in aliquo caſu
quis deſinat eſſe heredem.l.in ſubſtitutione.ff.de vulg.& pu-
pil.& Ruin.in conſi.160.num.18.lib.2.nam non ſufficit,quod
lex hoc poſſit, niſi oſtēdatur,quod & id velit, & contrarium
voluiſſe ex prædictis oſtenditur. Quibus ſtantibus fruſtra la-
borat Decius,ibi concordare opiniones ſibi aduerſantes in
hoc,dicendo alteram opinionem ſaluari in caſu, quando in-
uentarium ante aditionem hæreditatis factum fuerit, ex ea
ratione,quod,ſi illud habet vim ſecundum aliquos reſoluen
di confuſionem actionum iam ex aditione hæreditatis ſub-
ſequutam, multo magis poterit impedire confuſionē facien-
dam,id eſt ne fiat confuſio earum.l patre furioſo ff de his,qui
ſui vel alie. iur. ita quod actiones non confundantur, nec in
effectu,neque in ſubſtantia. alteram uero opinionem proce-
dere, quando prius adiſſet hæreditatem, & poſtea confeciſ-
ſet inuentarium infra legitimum tempus, ex eo quod tunc
actionum confuſio iam ea aditione præcedenti inducta ex
ſuperueniemti inuentario,ſeu ea eius iure reſcindi nequit,ni-
ſi reſpectu effectus, ſiquidem futuri euentus nulla eſt certi-
tudo, ſeu determinata veritas, ut inquit Philoſophus.l vni-
uerſa C.de precib.Imper.offe.talis enim conciliatio opinio-
num, vt eſt ſuperuacanea,ita vera eſſe non poteſt, tum quia
inuentarium hoc non poteſt fieri ante hæreditatis aditionē,
vt probauimus in prima parte,tum etiā quia confuſio actio-
num non poteſt ab alio prouenire, quam à repræſentatione
vtriuſque perſonę debitoris,ac creditoris,ut paulo ante dixi,
& ab eo,quod ante, vel poſt aditionem fuiſſet inuentarium
confectum,ſi proueniret,vtique ſequeretur, quod aut omni
reſpectu,ſ.in ſubſtantia & in effectu confunderētur actiones,
16 aut nullo reſpectu:tene ergo communem. Quid autem † in-
terſit actiones non confundi, niſi quo ad certum effectum,
confuſione earum admiſſa quo ad ſubſtantiam: aliqui dixe-
runt, quod quando non ſunt confuſæ & extinctæ in ſubſtan-
tia poteſt agi actione priſtina, ſecus quando nedum quo ad
effectum, ſed etiam quo ad ſubſtantiam ſunt extinctæ, tunc
priſtina actione agi nequaquam poſſet. Alex.& Pau.de Caſt.
in d.l.debitori Alij communiter volunt nihilominus actione
priſtina agi poſſe, quaſi tamen reſuſcitata, vt refert Curtius
ibi in colum.3.verſicu.quarto ſucceſſiue, & Iaſ.ibi,quoniam
vbi lex non obſtante aditione hæreditatis, concedit hæredē
pro eo, quod ſibi debebatur agere poſſe, hoc non poteſt in-
telligi, niſi mediante priſtina actione. l.propter venenum. ff.
ad ſenatuſconſul. Sylla.in §.nepris.l.hæredem.ff.de his quib.
ut indig.& Curtius hoc probat exiſtimans aliud eſſe quando
ex contractu, & ſic ex facto hominis in alium transfertur hæ
reditas,tunc ex quo actiones ipſo iure confunduntur, hæres
actione nequeat experiri, ſed ei actionem præſcriptis verbis
dari,& in hoc caſu procedat opinio Barto. contraria. Atqui
Decius ſequendo ſimpliciter opinionem communem, vult
& in iſto caſu priſtina actione agi poſſe,quia ex contractu ori
tur actio, ex uendito, qua mediante contra hæreditatis em-
ptorem agit,qui cum locum hæredis teneat, actione priſtina
tanquam hæres cogitur illud debitum hæreditarium ſolue-
re,& Papien. in practi.in for. libel. in cauſa empt. in ver. pro-
17 nutrens, nu. 6. dicit, † quod quotieſcunque hæreditas euin-
citur,ſeu ad alium tranſit hæres ſemper habet ſaluam actio-
nem pro ſibi debito inuentario etiam non confecto (dum-
modo vt debes intelligere, non auferatur tanquam ab indi-
gno. l.indigno. l.eum §.bonis. ff.de his quib. ut indig.) quod
Aret.in conſi.149.in colum.2.& Corn.in conſi.14.nume.11.
lib.3 probant.quaſi quod actio reſuſcitata cēſeatur,ſed quic-
quid ſit in caſu,quando hæreditas ex facto hominis in alium
transfertur,in hoc caſu, in quo lex vult haberi pro non con-
fuſis, certum eſt agi priſtina actione perinde ac ſi hæreditas
non eſſet adita,ut ait Cur.Iun.in d l.debitori, nu.12. vbi pro-
pterea dicit,quod ipſe non intrat diſputare,nunquid actiones
hæredi competentes in ſubſtantia nõ confundantur, ex quo
omnes Doc.conueniunt,quod heredi ſuccurratur ob inuen
tarium confectum, perinde ac ſi aliqua confuſio facta non
fuiſſet. Aliud ex prædicta concluſione inferebat Alexan.in d.
18 l.debitori. nempe † quod hæres citatis citandis implorando
iudicis officium poteſt inſtare, quod ſibi pro eo, quod ſibi
debetur aliqua res hæreditaria aſſignetur in ſolutū, ſed iſtud
quomodo inferatur non uideo, tam enim in caſu in quo di-
catur eos non confundi, niſi quo ad effectum ſolum, quam
in caſu in quo non confunduntur,nec etiam in ſubſtantia pa
riter idem infertur,ſi in altero inferri poteſt. Quantum uero
attinet ad talis illationis veritatem, eſt in primis ſciendum,ꝙ
Bal in d.§.in computatione, uerſicu.ex hoc ſequitur.dixit ex
eo,quod hæreditas ob inuentarium confectum reputatur ia
cens, & actiones non confunduntur, hæredi licere ſibi ipſi
pro ſuo credito ſatisfacere de bonis hæreditatis eligendo ali-
quam rem in ſolutum,argu.l.creditori.ff.de pigno.l.Marcel-
lus.§.res quæ ff.ad Trebel.l fiſtulas.§.j.ff. de contrahen.emp.
ſi tamen creditum ſit liquidum, alioqui curet (inquit ipſe)il-
lud liquidare dato curatore hæreditati quaſi iacenti, & ipſo
ac alijs creditoribus hęreditatis,& legatarijs citatis,& in hoc
caſu conſiderat actionem inter hæredem & hæreditatē qua-
ſi iacentem,ita. tex in l.ſi ei cui. § ſi is qui.ff.de euictio.ibi ſic
actio quædam inter hæreditatem & hæredem proponit &c.
19 Similiter † idem Bal.in d l.debitori, num.4.uerſi. pone quod
adiuit,dicit,quod hæres,qui adiuit hæreditatem cum bene-
ficio inuētarij, poteſt citatis creditoribus,ac legatarijs ſuum
creditum à bonis hæreditatis ſeparare, implorando iudicis
officium ſuper ſeparatione bonorum, & uirtus inuent. hoc
operatur(ait ipſe)ſubijciens, quod hoc petet iure creditoris,
& non hæredis fundando ſe per illud dictum de ſeparatione
bonorum, pro qua Baldi doctrina facit, quod ſeparatio bo-
norum conceditur non ſolum ipſis creditoribus, cum bona
hæredis ſeparati à bonis defuncti petunt, verum etiam ipſi-
met hæredi quotieſcunque aditio hæreditatis per eum facta
habetur aliqua ratione, perinde ac ſi non eſſet facta, ſeu eſt
inualida l.1.§.fin.ff.de ſepar. bono.l.ait prætor.§.non ſolum.
ff.de mino.l abſtinendi.alias.l.Iulianus. ff de reſtitu. in integ.
vt contra bona eiuſdemmet hæreditatis ſatisfactionem eius
quod ſibi debetur, hæres commodius aſſequatur, & ſepara-
tio in hoc caſu non proprie ſeparatio eſt bnorum ex eo,ꝙ in
hoc caſu non eſt facta immiatio bonorum ſecundum glo.in
d.l.1.§.ſed ſi quis ſuſpectam.Iſtam Bal.concluſionem ample-
ctitur Alexan.in d.l.debitori,dicens in facto ſic ſe obſeruaſſe,
quod ſcilicet heres cum beneficio inuentarij valeat aliquam
rem hæreditatis petere pro ſuo credito ſibi aſſignari, tenet
idem Corn.& Iaſ ibi, in colum.2.nume.3. Pau.de Caſt.ibi &
in l.quoniam in prioribus.ad fin.per illum tex.de inoff.teſta.
& Curt. in d l.debitori, in fine, atteſtando communiter ita
Doctores tenere Anto. Trigo. in lib. ſingu.in ſingu.4. Card.
Pariſ.in conſil. 69 lib.2. Arno. in caut.70. ſi creditor Stepha.
Bert.in conſil. 304.in lib.1.vbi addit in hoc caſu inhibēdum
eſſe alijs iudicibus,ne contra hæredem in aliquo procedant,
& iſtam concluſionem tenet etiam Ruin.in conſi.57.in fine,
lib.2.& in conſi.39.in colum. fina.eod.lib Caſſan in conſue.
Burg.in rub.7.§.13.in glo. par benefice d'inuentayre. in glo.
3.verſic.quinto limi.num 10. Ang de Gamb.in trac.de teſta.
in glo.112.num.6.& ſeq.Montic. hic fol.64.num.13.& Rui.
in d.conſil.57.adducit caſum ualde ſimilem uidelicet, quan
20 do filius grauatus onere fideicommiſſi uniuerſalis † vult pe-
tere,quod tot pro legitima ſibi aſſignentur ſeparatim à cęte-
ris bonis defuncti,vt de aſſignatis pro legitima valeat ipſe di
ſponere in contractu inter uiuos, & in ultima uoluntate pro
ſui libito,non obſtante prędicto fideicommiſſi onere,quod
ego Ianuæ ſeruaui iudicando, dum enim filius quidam vellet
hæreditatem repudiare retenta legitima, & ego oſtēderem
eius aduocato, id fieri non poſſe prout infra dicam in 7.par.
ſermo incidit de hoc puncto:quo intellecto mutauit petitio-
nem prędictam proponendo,ſuper qua ad eius fauorem pro-
nunciaui,iuxta Ruin.in conſi.57.præalleg. Quod ſimile addu
cit Corn.in d.§.in computatione,in colum.3.& Iaſ.in conſil.
28.in fi.lib.3.ubi hanc concluſionem firmat. Aduerſum quā
arguit Dec.in d.l.debitori, quod aut Bal.& Doc.intelligunt
huiuſmodi aſſignationem fieri per hæredem cum conſenſu
aliorum ſ.creditorum,& tunc hoc nihil eſt,quoniam de cō-
ſenſu partium quęlibet ſententia poteſt fieri.l.ſi conuenerit.
ff de re iud.l.1.§.item quęritur.ff.de oper.no. nun aut intelli-
gūt eam cōcedi hęredi cōtradicentibus etiam creditoribus,
& hoc

& hoc nullibi probari ait, quinimo contrarium patere: dicit
ex ipſo tex. in d. § in computatione, vbi cauetur expreſſim hę
redem ob factum inuentarium parem cum cęteris ſortiri for
tunam, ſolum tamē cuiuſque creditoris prærogatiua, & cum
nihil lucrari poſſe ſtātibus creditoribus, traditur in d. l. fi. §. &
ſi præfatam, & in §. licentia. tu ergo ipſam declara, quod pro-
cedat vel reſpectu legatariorum, vel fideicommiſſariorum,
vel etiam creditorum, qui tamen aliqua ratione ſunt eo infe-
riores, reſpectu vero alicuius creditoris habentis ius potius
& anterius credito hæredis, dicta concluſio nō procedat iam
dicta ratione, quoniam re vera hæres non habet ex inuenta-
rio hoc priuilegium, vt creditum ſuum, quod erat cæteris
poſterius, & inferius, efficiatur anterius & potius, vt no. Pau.
de Caſt. ibi, quatenus vero hæres eſt in ſuo credito anterio-
ri, & potior cæteris, quia per aditionem hæreditatis damnū
ſentire nequaquam debeat. d. §. & ſi pręfatam. & d. § licētia,
& ſic oportet ipſum in ſuo gradu conſeruari. d. §. in compu-
tatione, poteſt vt creditor dictam aſſignationem petere ſibi
fieri: quoniam † hoc regulare eſt, quod creditor habens hy-
21 pothecam in omnibus bonis ſui debitoris, poteſt unam rem
ex pluribus eligere vt in ea ſibi ſatisfiat. Bart. in l. Moſchis. ff.
de iu. fiſci. l. creditores ff. de diſtract. pig. Lud. Roma. in conſi.
128. pro ut ex tenore. Neguſ. in tract. de pig. in 2. memb. 8. par.
num. 47. & 48. vbi dicit, quod, cum qualibet res ſit creditori
inſolidum obligata, in ipſius creditoris electione eſt, dicere
in qua re velit ſibi ſatisfieri: & enim ob defectum pecuniæ cō
pellitur inſolutum accipere aliquam rem debitoris, licet ſibi
meliorem accipere, Bar. in §. quod autem, in Auth. de fideiuſ.
Anto. Capic. in deciſ. 24. num. 5. vbi allegat Lucam de Pēna,
in loco, de quo ibi per eum, nimirum ergo, ſi hæres, qui eſt
creditor defuncti valeat ſua hypotheca anteriori, vel alio iu-
re potiori obtinere prædictam aſſignationem ſibi fieri, & ex
hoc opinio Montic. hic fol. 546 num. 130. apparet falſa, dum
diſtinguit inter pecuniam ſeu alias res fungibiles, & aliquam
ſpeciem negās ſuper ſpecie ſibi ſatisfacere poſſe, ſed ſolum re
tentionem dari, licet id cōcedat in pecunia & in ſimilib. Duo
alia tangit Bal. in propoſito ſeparationis faciēdæ: vnum in l. j.
C. de bo. auth. iud. poſ. & aliud in l. 2. C. eo. quæ tu ipſe videas,
primum eſt verum, ſecūdum eſt falſum, & forte eſt error im-
preſſoris, quod uerba ita ibi ſe habeant. Cæterum in liquida-
tione ſui crediti faciēda, cum meminerit Baldus ultra cura-
torem hæreditatis quaſi iacentis datum citandos eſſe credi-
tores, & legatarios, dubitatio oritur, an hoc ſit de neceſſita-
te, vt iudicium eis præiudicet, & Pau. de Caſt in cōſi. 241. eſte
ctus primi, in antiquis, tenet, quod iudicium factum cum cu-
ratore hæreditatis iacentis nō poteſt præiudicare creditorib.
nō citatis, ſeu tertio nō citato, ſed idem Pau de Caſt. in d. §. in
computatione, in colum 5. verſicu. ex his determina, quem
refert, & ſequitur Corn. ibi, in colum. 3. verſicu. & ſubdit no-
tabiliter: tenet in his terminis ſufficere, quod iudicium fiat
22 cum curatore hæreditatis † citato, & præiudicare alijs nō ci-
tatis, quia læduntur in conſequentiam & non principaliter.
Montic. idem ſentit ubi ſupra, cuius quidem quæſtionis reſo
lutio difficilis eſt, & cum ſimilis quæſtio ſęp:ſſime contigerit
mihi Ianuæ reſoluenda, & multa hinc, & inde per aduocatos
partium adducta viderim, noui equidem eius difficultatem.
Nam eſt ibi mos, quod creditor coram Rota liquidat ſuum
creditum cōtra debitorem, uel eius curatorem, per teſtes vel
inſtrumēta, & ſentētia obtēta in ſui fauorem, poſt coram Vi-
cario intentat hypothecariam cōtra tertium poſſeſſorem, cō
tra quem citatum producit proceſſum pro liquidatione ſui
crediti in Rota factum, & facta probatione cum tertio poſſeſ
ſore reo cōuento, quod res petita fuerit in bonis ſui debito-
ris, & ſibi hypothecata, inſtat in ſui fauorem pronunciari, in
hoc caſu, quia probationes crediti non fuerant factæ parte
citata, ideſt hoc tertio poſſeſſore, ſæpe ſolitū fuit in dubium
refricari, ei nō pręiudicare, quia res inter alios acta & c. at ego
poſt maturam diſcuſſionem ſolitus ſum firmare, quod immo
debeat ei præiudicare, omni tamē abſente colluſione, & frau
de, & ſtantibus probationibus, adeo quod ſententia valeat
ex eis probabiliter iuſtificari & ſalua reo conuento poteſta-
te contrarium probandi, vt ex infra dicendis patebit. Et ad
hoc in primis animaduerti tres concluſiones Doctorum, ſeu
axiomata, de quorum ueritate eſt cognoſcendum, quia ab
ea pendet ſolutio totius difficultatis, & noſtræ ſentētię com
23 probatio. Primum † eſt, quod citandus eſt is duntaxat, cōtra
quem petitio dirigitur, non autem alius aliquis, cui poſſet ea
res in conſequentiam tangere. gl. in l. de unoquoque. ff. de re
iud. quam omnes ibi approbant. Hinc Bal. in rub. C. de ſuc-
ceſſ. edi. dixit in legitimatione ſpurij illos ſolum citandos eſ-
ſe, ad quos primum ſucceſſio defertur. Item in l. iubemus,
num. 4. C. ad Treb. ait citari eos, ad quos primo pertinet con-
tradictio, atq; defenſio, uel item qui principaliter læduntur,

non etiam, qui ex tranſuerſo, vel occaſionaliter læderentur,
vt per eundem in l. curatoris, C. de iu. delibe. & in l. ſuſpecta.
in fi. ff. de inoffic. teſtamen. & in rub. ext. de reſcri. nume 8 in
idem dictum conueniunt Dom. de S. Gemin. in c. vlti in fi.
poſt glo. ibi, de elect. in 6 Alexan. in conſi. 58. nume. 6. lib. 5. &
plene And. Barba in conſil. 1. in colum. 3. lib 2. & in conſi. 49.
in colum. 1. & 2. lib. 2 Fely. in c. de cauſis, in colum 3. uerſicu.
vltima declaratio. ext. de offic. deleg & in c. illa, verſicu. item
dicas. ext. de accuſa. glo. in c. quamuis. de pact. in 6. Iaſ. in l nec
quicquam §. vbi decretum, num. 34 ff. de offic. procon. & le
ga. & in l. ſi quis nec cauſam, num 7 uerſicu. 6 adde ff ſi cer.
pet. Bal. in l. ab eo, ad fi C. quomo. & quan. Doct. in l. filiusfam.
§. diui. de leg j. Pau. de Ca. in l. in concedendo. ff. de aq. plu. ar.
Fely. in cap. humilis. ext de maio. & obed. & alibi per ſcrib. in
mille locis, per iuris regulam, quod in conſideratione non
ſunt ea, quę veniunt in conſequentiam ſecundario, ſed ſolum
lex prouidet ei rei, quæ principaliter agitur, vt per exempla
per Iaſonem allata in d. l. ſi quis nec cauſam, & per And. Tira.
plurima more ſuo congerēdo in tractatu, res inter alios acta.
24 Secundum axioma eſt, quod † iſtud primum videtur decla-
rare, & reſtringere, quod ſcilicet non ſit opus citare alium,
quam eum, cui res principaliter pertinet, quantum ſit reſpe-
ctu ualiditatis illius proceſſus, & actus, ut nihilominus valeat,
quamuis citatus is non fuerit, quem res tangit in conſequen-
tiam, ſed vt eis præiudicet & pro extenſione præiudicij, ne-
ceſſarium eſt & eum citare, alioquin actus ei non citato pręⁱ
iudicare nequibit, ita dicit Alexan. in conſil. 84. in cauſa, quæ
uertitur, in colum. 3. nume. 10. lib 3. & in l. de unoquoque ad
fi Iaſ. in l. reſcriptum, nu. 7. ff. de pac. & in d. l. nec quicquam §.
vbi decretum, nume 35. Alexand. in conſil. 85. ponderatis, in
colum 2 uerſicu. nec ad ſubſtantiam, nu. 7. lib. 6. Dec. in conſ.
367. in fi. & in conſil. 445. num. 23. Ant Capic. in deciſ. 107. cir
ca medium. Cur. in trac. feu. in 7 par. in quæſt 9 ad fi. Soc. Iun.
in conſil. 182 & in conſi. 183. lib. 2. Felyn. in d. c. humilis, num.
5. in colum 2 & Iaſ. in §. diui. in 2. lec. num 93 uerſic. ſi autem
25 quærimus. Tertium eſt illorum, qui in ſpecie † ſiue in indiui-
duo dixerunt ſententiam latam aduerſum principalem præ-
iudicare etiam alijs non citatis venientibus tamen in conſe-
quentiam, & quos ſecundario res tangit: ita firmat Alexan. in
conſil. 123. diſcuſſis hæſitationibus, colum. 3. uerſic. bene fa-
cit id quod dicimus, lib. 1. & in conſil. 126 in cauſa & lite, lib.
2. & in conſil. 156. ſtantibus his, in colum. 1. eodem lib. Iaſ. in
d. l. ſi quis nec cauſam, nume. 7. & in d. l. nec quicquam. §. ubi
decretum, nu 35. Bart. & Raph. Cuma. in d. l. in diem ff. de aq.
plu. ar. Pau. de Ca. in l. in cōcedēdo. ff. eo. & Raph. Cum. notat
propterea differentiam inter contractus, & iudicia, quod in iu-
dicialibus, ut omnibus officiat actus venientibus in conſe-
quentiam, & ſecundario, ſufficit citatos fuiſſe & in iudicio
interueniſſe illos, quos res tangit principaliter, & de quorum
intereſſe principaliter agitur: in contractibus vero, vt valeat
eos, qui habent intereſſe in conſequentiam ſiue ſecundario,
in dicto contractu obſtringere, & ipſi quoque debent voca-
ri, & in eo contractu interuenire, alioquin eis non præiudi-
cabit, & idem vult Rui. in conſil. 174 num. 10. lib 1. vbi dicit,
quod ſententia contra eum lata, ad quem cauſa principaliter
26 pertinet, facit ius etiam † quo ad eos, qui prætendunt ius in
conſequentiam, tametſi hi citati haud fuerunt ex authorita-
te Alexand. Ioan. de Imo. Anto. de But. in locis, de quibus ibi
per eum, & idem Dec. in conſi. 342 ad fi. tenet, vbi dicit ſen-
tentiam aduerſum hæredem inſtitutum latam, præiudicare
ſubſtituto fideicommiſſario non citato, & ad hoc adducit ra
tionem, quod lex præſumit ab eo, ad quem res principaliter
pertinet, acrius cauſam defendi, adeo quod videtur ſuperua
caneum, & præter iuris rationem, vt iterum defendatur ab
alio, in cuius damnum redundat, idem tenet Augu. Bero in
conſil. 30. lib. 2. & conſilio 102. nume 46. eodem lib. & Ruin.
conſil. 202. ad fin. lib. 2. in iſtam ſententiam uenit etiam Sigiſ-
mun. Neap. in conſil. 10. in 1 & 2 colum. inter conſilia feudi,
& firmatur hoc ipſum communiter per Doc. in § diui ut re-
fert Iaſ. ibi, in 1. lect. nume 47 vbi citat Ang. Flo. Raph Cum.
Alexan. & alios dicendo omnes ſic tenere, & idem Iaſ. ibi, in
2. lect. num. 60. verſicu. contra Barto. ubi ſimiliter dicit om-
nes indifferenter ſic tenere, & Rip. ibi, num 60. uerſic. contra-
riam opinionem atteſtatur etiam communem, pro hac parte
ſcilicet, quod ſententia lata contra hęredem præiudicet ſub-
ſtituto fideicommiſſario, & ita clare probatur per tex. in l. ex
contractu. ff. de re iudic. ubi dicitur, quod ſententia obtenta
contra pupillum hæredem per creditorem, executioni man-
datur contra ei ſubſtitutum. Item l. ſi patroni. §. fi. ff. ad Treb.
iuncta glo. ibi, idem pene traditur. Item l. 1. § denunciari. ff. de
vent. inſpicien. quatenus denunciatio pro uentre cuſtodien-
do iubetur tantum fieri hæredi primo loco inſtituto, vel in
caſu ſucceſſionis ab inteſtato, ei ſolum ad quē hæreditas pri-
mum

mum deſertur. Item l.Papinianus. §. qui repudiantis. in fi.l.
ſuſpecta.ff.de inoffic.teſta.vbi reſciſſo teſtamento cum hære
de per ſententiam præiudicatur legatarijs in conſequentiam
venientibus ex illo teſtamēto,idem habetur in l.circa.ff eod.
& in l.cum duobus.C eod l.j.ff de excep.rei iud. item l.inge-
nuum. ff. de ſta. homin. ubi dicitur ſententiam in cauſa ſta-
tus facere ius quo ad omnes. Nec reſponſio, quæ datur his
iuribus eſt bona. & primo ad d.l.ex contractu: quod proce-
dat, quia vbi fuerat ſubſtitutus citatus non eſt verum: tum
ex eo, quod textus id non dicit, & eſſet hoc diuinare, vt ait
Iaſ.in d.§ diui,num.92.& Alexan.ibi,num.9.tunc etiam quia
redderetur de indubitabili,vt inquit Iaſ.in l.decem, num.47.
de verb oblig.Item ad d.§.denunciari, quod procedat reſpe-
ctu modici pīudicij,non video quomodo verificelur ſecun-
dum caſum ibi: Ad ea vero iura ex titu. de inoffic. teſtamen.
reſponſio nō eſt ſufficiens,quod loquantur in reſciſſorijs,vbi
dicebat Paul.de Caſt.in d.conſil.241.effectus primi, niſi affe-
ratur ratio, quæ inferat ad diuerſitatem iuris, & hoc vnum
quia agatur de reſciſſorijs,ſi ſufficeret, vtique ſequeretur, ꝙ
reſciſſo teſtamento cum vno hærede ſententia de hoc lata
præiudicaret etiam alij hæredi non citato,vel item lata con-
tra legatarium officeret hæredi, & alteri collegatario, quod
eſt prorſus falſum, vt patet ex tex. in d.l.j.& trad.per Paul.de
Caſt.& Soc.ibi, de except.rei iudi.fit enim ibi pōſſime hæc
differentia vt lata contra vnum hæredem non præiudicet alij
hæredi,ea quo ei principaliter res pertinet, ſed officiat lega-
tarijs,quia de eorum intereſſe, non æque pr ncipaliter agitur
in eo iudicio teſtamenti reſciſſorio, ſimili modo dicitur re-
ſponſionem ad tex. in d.l.ingenuum; non ſufficere, quia alle-
gare,quod eſt cauſa ſtatus, huius rei non dicere rationem,nō
eſt ſoluere:nam ſcire leges, non eſt verba earum tenere, ſed
vim,ac poteſtatem,ideſt rationem.l ſcire.vbi glo & Doct. ff.
de legib.reſponſio ergo Caſt.in d.conſil.251.ad has leges nō
eſt bona vel ſufficiens. Sed ex eorum ratione per nos perpen
ſa replicando confirmatur prædicta concluſio, quam diuer-
ſitatis rationem etiam ponderauit Cot.in conſi. 60.multum,
lib.3.Socin.Iun. in conſil.181. num.93.lib.2.Bal.in l.in cauſæ.
§.interdum,in fi.pri.lec.ff.de mino.Alexan.in d.l.ſæpe, num.
25.verſic:nec ſecundum,in colum.mihi 7.de re iud.& Anto.
de But.in c.quamuis.ext.de ſenten & re iudi.nitentes in hoc,
quod quoties id,de quo eſt iudicatum,nō tangit alium ęque
principaliter,ſed in conſequentiam,ſeu per indirectum,tunc
ſententia contra principaliter interuenientem in cauſa lata,
tali perſonæ etiam non citatæ officiat in conſequentiam, ſe-
cus ſi ipſum æque principaliter tangeret iuxta prædicta. Nec
obſtant aliqua quæ contra adducuntur,& primo de tex.in l.ſi,
C ad l.Corn de falſ.& in l.3.in fi.ff.de Carb.edi.quia in eo iudi
cio contra matrem agitato de partu ſuppoſito nō fuit diſcre
patum de bonis,quæ mater non poſſidebat. nimirum,ſi illud
iudicium filium quo ad bona non afficit.Secundo ad tex.in
l.ſi cum miles.& ibi glo.ff quib.cau.maio,& in l.ſi deſerta.C.
ſi prop.pub.penſ.quia ius ibi competebat ęque principaliter;
nec gl. aliter ibi aperte, quomodo illius quem citandum eſſe
dicebat, intererat. Tertio ad id, quod iniquum videatur ſen-
tentiam officere non citato,patebit reſponſio ex infra dicen
dis. Item quod ſaltem interuenire debeat citatio per procla-
27 ma, vt dicebat Ioan. Cro. in d. §. diui. in † colum. 16.& Soc.
in l.cum filiusfam.num.12.verſicu. 3.principaliter, de verbo.
oblig.& Alexan.in d.l.de vnoquoque,in fi.& Soc.Iun.in cōſ.
182.num.98.lib.2:per tex.in l.ſi eo tempore.C.de remiſſ.pig.
reſpondetur,quod ea citatio eſt ſuperflua, & dicere, ꝙ alias
ſententia non valeat præiudicare,eſt falſum ſecundum præal
legata:nec tex.in d.l.ſi eo tempore, cōtradicit: quia loquitur,
quando erat neceſſaria,quoniam ibi nolens uendere pignus,
intendebat eos, qui ſuper pignore ius aliquod habebant, ex-
cludere, & ſic in hoc agebatur de eorum præiudicio princi-
paliter, & citatio fit ibi per proclama generale ea ratione,
quoniam perſonæ, quæ ius poſſēt ſuper pignore habere igno
rabantur probabiliter,quos ſi nominatim ille ſciuiſſet,talis ci
tatio reſpectu cognitorum reorum non ſuffeciſſet. Quarto
28 ad id, † quod Pau.de Caſt.in dicto conſi.241.effectus primi,
dicebat citationem requiri ex eo,quod, cum citatio non ope
ratur niſi vt probatio fidem faciat, & ſic vt præiudicet cita-
to,nihil plus operaretur citare,quam non citare: reſpondeſ,
quod immo operatur aliquid vltra,reſpectu.ſ.aliquorum ef-
fectuum,nempe, quia ſi citatio eius interuenit, ſententia &
contra ipſum poterit executioni demandari,virtute citatio-
nis abſque alio proceſſu,ſecundum Dec.in conſil.700.in col.
2.Paul.de Caſt.in d.l.cum filiusfamil: & Dec. in d.conſil. 187.
Ioan Neuiza.in conſi.20.num.15.Item contra aliquid dedu-
cere,& probare amplius ei non licebit, poſtquam ea ſentēṫia
tranſiuit in rem iudicatam.l.res iudicata, & ibi not. ff.de reg.
quæ in iſto caſu certe non aſſeruntur, non ſolum dicitur, ꝙ

probatio & liquidatio facta in iudicio agitato cum eo, ad
quem res principaliter pertinet, alijs, qui ueniant in conſe-
quentiam,præiudicat,ideſt fidem facit, quamuis ad id nō fue
rint citati, & liquidatio etiam quo ad eos habetur pro uera,
donec ipſi non doceant contrarium. Ad alia Caſt.argumen-
ta per eum ibi facta non reſpondeo,quia ſunt valde leuia,ſed
ad unum,quod in hoc me turbauit,oportet nos reſpondere,
nempe,dum Barto.in d.l.cum filiusfamilias, in colum.2. ff.de
verbo.obliga.quem ſequitur Iaſ.ibi, numero 14 atteſtans de
communi pro eo, & Ruin.in conſilio 140.numero 7.verſic.
præterea, & ſecundo, libro primo, & Hippo Marſi. in d.l.de
vnoquoque,numero 96.verſicu. quadrageſimus quintus, &
Alexan.in conſilio 84.in cauſa, quæ vertitur. verſi. nec etiam
29 ſufficit contradictum,lib.3. facit † differentiam inter ſenten-
tiam,& condemnationem ad publicam vtilitatem reſpicien
tem,& ſententiam priuatorum ius concernentem,ut primo
caſu noceat alteri in conſequentiam, ſed non in ſecundo, ſe-
cundum glo. in l.in cognitione. ff. ad Sylla: quod aūt hæc di-
ſtinctio,& doctrina ſic ut ſonat non eſt uera, aut debet intel-
ligi, quod alijs in conſequentiam non præiudicet ſententia,
quantum ſit reſpectu, quod executio eius valeat ex illo pro-
ceſſu fieri in cauſa priuatorum,ut fieri poteſt in cauſa cōcer-
nente publicam utilitatem, & hoc pacto detur, uerificetur
differentia, quam facit Barto. & communiter Docto. in leg.
præallegatis inter unam & aliam ſpeciem cauſarū, & ad hoc
facit, quod dicit Iaſ. 113.ad finem,lib. 1. Hinc tres poſſ fāce-
re concluſiones. Primam de tertio, qui non læditur in con-
ſequentiam,ſed æque principaliter, & non habet cauſam ab
aliquo citato in cauſa, & quo ad ipſum procedat regu. inter
alios acta &c ita quod nec ſententia, neque probationes fa-
ciunt ei non citato præiudicium, not.in l.2.C. de eden. & in
c.quamuis.extra; de ſenten. & re iudi. niſi forte quale quale
præiudicium in inducendo iudices pro qualiquali præſum-
ptione contra ſe, ſecundum Curt.Sen.in dicta l.2. Alexand.in
conſilio 86.in colum.2. libro ſecundo, & Docto. in d.l.ſæpe.
Secundam de tertio, qui læditur in conſequentiam,ſeu per
indirectum, & agitur inter priuatos, quod tunc etiam non ci-
tatus præiudicium patiatur ex iudicio agitato cum eo, ad
quam res principaliter ſpectat, vt ea liquidatio & probatio
mihi facta plene probet contra ipſum, licet non citatum, ſal-
ua tamen facultate contrarium probandi. Tertiam, quando
ſententia eſt lata in cauſa publica, quod faciat præiudicium
alijs in conſequentiam etiam quo ad ipſam ſententiæ execu-
tionem abſque nouo proceſſu. Defenditur itaque iſtud ter-
tium axioma, ſeu concluſio, quod in conſequentiam alijs
nullo modo citatis ſententia lata contra principaliter, ut ita
dicam intereſſatum in cauſa queat præiudicare. Quam ple-
ne intelligas (& ex hoc apparet minime continere aliquam
iniquitatem, abſurditatem, vel irrationabilitatem) procede-
30 re, dummodo omnis fraus, & colluſio abfuerit, † qua appa-
rente nequaquam alijs noceret, Signo.in conſ.257.& Alexan.
in conſilio 21.viſo,lib.1. Dec.in conſilio 445.nume.39. Soci.
Iun.in dicto conſilio 182.nume.49.lib. 2. Et ideo ſi ſententia
appareret iniqua, ideſt non iuſtificaretur aliqua probatione
præcedente, tametſi lata reperiretur cum legitimo & iuſto
contradictore, haud faceret alijs præiudicium, vt per Dec.in
dicto conſilio 445.numero 41.verſicu. quinto reſpondetur.
Sigiſm Neapo.in dicto conſilio 10.inter conſi. feud. Bald. in
conſilio 143.in cauſa, quæ vertitur, nume.7.lib.quinto, ubi
dixit, quod ſi hęres apparet iniuſte condemnatus, illud lega-
tarijs non nocet,ſicut etiam econuerſo,ſi aliquid iniuſte ob-
tinuiſſet,eis non proficeret.idem dixit Paul.de Caſt.in conſi.
228.ad primum reſpondetur,in colum.3. & Bald.in l.prima,
de falſ.allegat.à Dec. in dicto conſilio 445.numero 41. hinc
idcirco dicimus per huiuſmodi ſententiam non impediri
reum, qui non fuit ad eam citatus, & in conſequentiam ex
ea ſenſit damnum, docere de eius iniuſtitia, & contra ipſam
probare, ſi poteſt, ſin minus ei ſtandum eſt, apparente pro
ea probatione legitima. Vnde, quando ſententia eſſet fun-
31 data in ſola † contumacia, & non in aliqua probatione, di-
citur quoque alij præiudicium non afferre. Bar.o. Soc. & alij
in l.cum filiusfamil de uerbo.obligatio. Hipp.Marſil.in ſing.
4.Abb in conſil 66.in lib.2. Alciat.in tract. præſump.in reg.2.
in præſump 22 Ludo.Roma.conſil.154.Ant.de But.in conſ.
5.Fely.in c. cū Bertoldus,in col.4.de ſent.& re iudi. eſt tex.in
l.qui repudiantis.ff.de inofficio.teſtamen.l.ſi ideo.C.de euic.
l.quamuis.C.ad l.Iul.de adult.intantum, quod Natta,in con-
ſilio 540.numero 29.lib.3. dixit, quod,ſi ultra contumaciam
extarent apertæ probationes, quibus condemnatio &
ſententia iuſtificaretur, etiam alijs in conſequentiam præiu-
dicaret, ut per allegata ibi per eum, ſimiliter ſi eſſet lata per
ſolam partis confeſſionem alio non conſtito de agenda iu-
re,cōſuluit Ant.de But.alij non officere, ut per eum in dicto
conſi.

conſi.5.viſis.l.ſi dictum.§.comptomiſſio.ff.de euic.& ad hoc
faciunt not.in l.certum. §.ſed & an ipſos. ff.de confeſſ. & per
Pariſien. in conſil.115. numero 51.lib.1. & Stephan. Bertran.
in conſil.60.& in conſil.340.num.18 lib.2. & Corn. in conſil.
268.in colum.1.lib.1.& Doct.alibi, & ſic declarando dico, q
dicta concluſio nihil habet iniquitatis, vel irrationabilitatis,
ex quo ſupponimus eam iuſtificati probationibus,& eam la-
tam fuiſſe cum eo, ad quem negocium principaliter ſpectat,
ideſt(vt Doctores appellant) cum legitimo & iuſto contradi-
ctore, & cum poteſt dici cauſam fuiſſe defenſam, iuxta trad.
per Alexand.in conſil.84.in cauſa, quæ uertitur, in colum.2.
lib.3.Dec.in dicto conſil.445.nume.36.& Homod.in conſil.
257. maxime, ſi continet iuris declarationem, ſi contineat
ſimplicem abſolutoriam non præiudicaret, Socy Iu.in dicto
conſil,185 nume.97. Quinimo irrationabile quidem videre-
tur, quod quis teneretur, ſi creditor hæredis eſt, poſtquam
liquidaſſet creditum in iudicio cum hærede, hoc ipſum li-
quidare etiam cum legatario reſpectu eius præiudicij,ex quo
ſcilicet poteſt in eius damnum redundare in caſu,quando fa-
cta ei ſatisfactione non eſſet de bonis hæreditatis remanſurū
tantum, ea quo valeat legatum ſibi præſtari. l.ſi uniuerſæ. C.
de lega.quod dictum intellige etiam, ſi quis ſe aſſereret alte-
rius perſonæ creditorem, quod facta legitima liquidatione
ſui crediti cum debitore non eſt cogendus de nouo liquida-
re cum alijs,quia in eorum damnum id redundet,vel quia eo
admiſſo pro creditore ipſi minus ſint aſſecuturi ſatisfactio-
nem crediti ſui, vel quia hypothecaria moleſtari timeant, in
aliqua re,quæ fuerit communis debitoris. Si enim probatio,
vt inſtrumenti publici, quod inter creditorem & fideiuſſo-
rem ei ſoluentem conficitur,probat & fidem facit de debito
ſoluto contra debitorem,vt per Paul de Caſt.in conſi.278.in
cauſa iſta quinque,in colum.7.verſicu.nunc ad obiectus ue-
niendo,in antiquis, & eſt probatio extraiudicialis, ideſt ex-
traiudicialiter comparata. cur iſta probatio & liquidatio per
viam ſolennis iudicij mediantibus etiam legitimis teſtium de-
poſitionibus fidem facere non debet reſpectu etiam aliorum
quis dicet me non eſſe debitorem Titij, ſi de hoc oſtendero
publicum inſtrumentum inter me & ipſum confectum? &
inſtrumentum ſi facit fidem quo ad omnes, quod emerim
ab eodem rem,de qua in eo: & probat titulum cum quibuſ-
cunque perſonis, cur non etiam iſta probatio, quæ ex actis
iudicialibus reſultat, & conficitur? ſi preterea acta iudicij &
ſententia inter euincentem & emptorem rei poſſeſſorem la-
ta facit fidem,in alia cauſa mota per ipſum emptorem contra
vendirorem, ſecundum Pau.de Caſt in dicto conſil. 278 cur
non in iſto etiam caſu? in quo,vt dicebat Bal.in l.cauſæ.§.in-
terdum,in fi.ff.de minori.aliquis non habet ius contradicen
di,& loquitur Bal.etiam in caſu hypothecæ contra rei poſſeſ-
ſorem intentandæ,quod donec agitur de ſola debiti liquida-
tione preambula ad iudicium hypothecarium,tertius poſſeſ
ſor non habet ius contradicendi, nec eſt citandus ſecundum
ſuperius firmata, ſicque cum iſto tertio axiomate defende-
bam reſolutionem cauſarum hypothecarum,quā iam ſæ fre-
quenter faciebam: vt paulo ante retulimus. Quibus ſtanti-
32 bus primum † axioma concordabam cum iſto tertio, quod
in effectu eandem concluſionem importaret, licet non tam
ſpecifice,& in indiuiduo non loqueretur. ſecundum autem,
quatenus ex eo negaretur generaliter & indiſtincte, q non
poſſit in aliquo caſu ſententiæ præiudicare nō citato, & con
tra non citatum fidem non facere, dicebam eſſe manifeſte
falſum,vt ea prædictis undique conuincitur,ſed quatenus in-
telligamus dictum ex eo, quod plerunque ſententia non ſo-
ler præiudicare alii iuxta iuris regulam.d.l.ſæpe,& d.c.quan-
nis,& rub.nig C res inter alios acta: poterat ſubſtineri,quod
ſcilicet procedat affirmatiue, quod vt ſemper ſententia præ-
33 iudicet, tertius ſit citandus, & † hoc pro conſilio accipiamus
traditum, ut pro conſilio hoc traditum fuit a Pan. de Caſt.in
d.l cum filiusfamil. & Dec.in dicto conſilio 187.& in conſil.
700.in colum.2.& ita accipi debent Innocentij uerba in d.c.
humilis,extra,de majo & obedien.dum dixit pro extenſione
præiudicij tertium fore citandum, vt ſcilicet præiudicium
ſententiæ ad tertium extendatur, hoc enim dixit, & dixiſſe
præſumendum eſt reſpectu regulæ ſtantis, quod tertio non
citato non ſolum præiudicare, non autem vt vellet firmare,
nunquam præiudicare alicui,niſi citato: nam tantus uir præ-
ſumitur ueriſimiliter non ignoraſſe plures eſſe caſus, etiam
vltra prædictum eorum,qui læduntur in conſequentiam, in
quibus tertio fit præiudicium per ſententiam inter alios la-
tam. & faciēdam eſſe differentiam inter tertium,& tertium,
vt probatur etiam per tex. in d.l.ſæpe.in cuius caſu talis etiam
diſtinctio poteſt adnotari;ubi ſi victus habet cauſam ab uno,
& tertius cauſam ab alio, ſic unus eſt æque principalis, vt
alius ſententia contra unum,alium non citatum, non afficit

etiam,quod ille ſciuiſſet cauſam agi.econuerſo tertius poſſi
dens,ſi ſciat cauſam agi, & defendi per ſuum autorem, & pa
titur, ſibi præiudicat,ſed ſi ignorat. ſecus ſecundum textum
ibi,& in l.ſi ſuperatus.ff.de pigno Et non modo de ignoran-
tia tot uirium Innocentius à quo ſumpſit originem axioma
prædictum, veniret notandus, verum etiam de ſenſu abſur-
do, uidelicet quod ob aliquos non dubitauerit ſententiam
præiudicare ei, qui fuiſſet citatus in cauſa, cuius præſertim
defenſio ad ipſum principaliter ſpectabat: nam ſi fatuum eſſe
dixit Bal.in authen. ſi omnes. C ſi ut ſe abſti.ab hæred dubi-
tare, ſententiam afficere, citatum ex eo, quod aliquis æque
principalis non fuit citatus. quanto magis eſt fatuum dubi-
tare de hoc, quia non fuerit citatus ille, qui in conſequen-
tiam poterat lædi: unde qui uerba Innocentij intellexerunt
in eum ſenſum, quod uoluerit tale dubium dirimere, meo
quidem iudicio, arguunt ipſum de ſupina legum ignorantia,
ac de fatuitate,ultra quod & dicunt unum quod ipſi non ui-
dentur intelligere, & continet in ſe miram, & abditam per-
plexitatem,quatenus ſcilicet dicunt actum quidem reſpectu
tertij ualere, ſed ei non præiudicare: quid enim eſt ualere,
ſeu tenere actum reſpectu alicuius, niſi ei præiudicare? vt in
d l.de unoquoque, ibi inter præſentes tenet, &c.ff.de re iud.
vbi ſic actum ualere inter aliquos accipitur pro præiudicare
& afficere, & quando non afficit & non præiudicat, dicitur
actum non ualere, & non tenere, in alium ergo ſenſum, ut
uerba Innocentij accipiamus, eſt neceſſe, quod nos admo-
nuerit conſulendo, quod ſi ſemper uolumus tertio præiu-
dicare,& ad ipſum extendere futuræ ſententiæ præiudicium,
debemus ipſum citare: & ſecundum hoc, & cæteros, qui
ſuper uerbis Innocentij prædictam concluſionem firmarūt,
concordando dicta Doctorum, intelligere etiam oportet,
vtcunque ipſi loquantur, & notabis hæc, quoniam hucuſ-
que non fuerunt ab alijs animaduerſa. Ex quibus potes eli-
cere deciſionem ſupraſcriptæ quæſtionis, in materia inuen-
34 tarij motæ, quod † cum liquidationis cauſa circa creditum
hæredis principaliter ueniat defendenda per curatorem da-
tum hæreditati quaſi iacenti,& creditores & legatarios tan-
gat in conſequentiam, ſufficiat ad ea tantum citare dictum
curatorem, & ſententia contra ipſum lata prædictis poterit
præiudicare,ut vult Caſt.& Corn.in dicto §. in computatio-
ne, opinione Baldi recepta non niſi, quatenus quis ex abun-
danti cautela,& cauſa maius præiudicium eis inferendi,uelit
eam ſequi: Non negabitur econuerſo legatariis & credito-
35 ribus,in iudicio aſſiſtere ſi uelint † pro ſuo intereſſe, ad trad.
in c.cum ſuper, de ſenten.& re iud. Baldus in conſi. 40 man-
dato,libro 2 & in rubr. C.de ſucceſſo.edic Item ab huiuſmo-
di ſententia pro ſuo intereſſe appellat. Fely.in d.c.cum ſuper.
Bario.& alij in l à ſententia.ff.de appell. Alexand.in d.§ diui,
in col.16.Soc.in d.l.cum filiusfam.numero 13 uerſicu, tertio
principaliter. Reliqua modo tangendo, quæ in ſpecie magis
pertinent ad rem noſtram,non ab re mihi uidetur in primis
ob oculos ponere verba ipſius textus, quæ præcipue hanc
partem attingunt, & ſunt hæc uidelicet. In computatione
„ autem patrimonij damus ei licentiam excipere & retinere,
„ quicquid in funus expendit, vel in teſtamēti inſinuationem,
„ vel inuentarij confectionem, uel in alias neceſſarias cauſas
„ hæreditati approbauerit ſe ſoluiſſe. ſi uero & ipſe contra de-
„ functum habeat actiones, non eæ confundantur, ſed ſimi-
„ lem cum alijs creditoribus per omnia habeat fortunam tem-
„ porum tamē prærogatiua inter creditores ſeruanda. Ex quo
tex atu ſane colligitur in duobus hæredi beneficium dari ex le
ge inuentarij. Primo pro his retinendis,deducendiſue,quæ
cauſa hereditas neceſſario impendiſſet, ſecundo reſpectu
eorum, quæ à defuncto ſibi antea debebantur. Quoad pri-
mum de impenſis, quarum cauſa exceptionem hæreditatis
36 bonorū dari ei Imperator ait, litera tex. † uidetur innuere, in
his hæredem fore potiorem omnibus creditoribus etiam ha
bentibus hypothecam anteriorē qa ſi voluit ſaluā eſſe prære-
gatiuam temporum reſpectu actionum, quas habebat cōtra
defunctum antea,uel quas ipſi creditores habent contra de-
functum,ſeu eius hæreditatē,ita vt nemini præiudicium eſſe
voluit,reſpectu expenſarum, aliud uidetur plane ſenſiſſe, qñ
quidem unius incluſio eſt excluſio aliorum. l.cum prætor.ff.
de iud.c.non ne,extra,de præſumpt.quod.ſ queat hæres non
obſtante hypotheca anteriori alicuius creditoris hereditatis
dictā retentionem facere, ita intellexerunt hunc tex. Porcel.
in d.trac.de inuent.in c.4.nu 7.Aug.Bero.in q.63.nume.4.&
conſulendo probat Rolan.à Val.in conſ.14.num.23 lib.1.ubi
pro hoc citat Pau.de Caſt. Corn & alios hic, & ratio diuerſi-
tatis inter hunc caſum & alium poteſt eſſe, quia ſi non feciſ-
ſet ſe hæredē,utiq; tales impenſas ipſe non feciſſet,& cum iu
re inuentarij ſit ab omni damno ſeruandus indemnis, quod
facto aditionis pateretur,ſequitur,ut omnino ab iſto diſpen-
dio

dio factarum expenſarum veniat releuandus, ex quo incidit
in illud ob aditionem hereditatis, ꝙ profecto dici nequit de
his, q̃ ſibi debebant antea à defuncto. horum.n. reſpectu nihil
damni potuit aditio ei afferre: ergo nec cõmodi, ut eorum re
ſpectu magis ipſe præferatur alijs creditorib habentibus an-
teriorem hypothecam. hanc rationem tangit Corn. hic, nu.
3. aliam etiam, quam certe excogitaueram priuſquam legiſ-
ſem Corneum, animaduerto rationem: nempe, quod pro im
penſis io rem factis retentio eius rei detur facienti, contra
37 † dominum, vt ſcriptori datur retentio quinterni pro im-
penſa ſcripturæ, & ſtabulario retentio equi pro alimentis &
pabulo. l. in rebus. §. poſſunt. ff commod. Bar. & Iaſ plene in l.
ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condi. indebi. & cum ob in-
uentarium reputetur iacens, vbi non eſt ſoluendo, ſicq; ui-
detur in effectu bona hæreditatis pertinere ad eius credito-
res, retentio pro impenſis contra eos fieri conſideratur, qua-
ſi contra dominos bonorum, vel eos ad quos ſpectant bona
hæreditaria. d. l. § & ſi præfatam, & ideo ad eos hoc impenſa-
rum onus cum hæreditate deuolutum pertinet. l. non ſi ſer-
uus §. qui negocia. ff. de nego. geſt. & ibi not. & pro hoc facit
38 etiam quod traditum eſt de impenſa & † pecunia in refectio-
nem nauis mutuata, quod pro ea creditor præfertur alijs etiã
expreſſam hypothecam anteriorem habentibus. Bar. l. inter-
dum. ff. qui potio. in pign. hab. Iaſ. poſt alios in l creditor. ff. ſi
cer. pet. Neguſa. in tract. de pigno. in 5. par. in 2 memb nu. 15.
verſ. & primo fallit. Alcia. in reſp. 763. vbi ſic reſpondit reſpe-
ctu melioramentorum, quod in his præfertur cuilibet credi-
tori alias anteriori, quod ſaltem eſt verum abſque dubio, cũ
res eſt penes talem, & agit de ea re retinẽda. & adnotabis, ꝙ
quanquam actio funeraria non ſit alias priuilegiata, vt credi-
tor pro impẽſa funeris præferat̃ alijs creditoribus expreſſam
hypothecam anteriorem habentibus, ſed ſolum habenti taci
tam, ſm glo. in l. impenſa. ff. de relig. & ſump. fune. glo. in l. pri
uilegia, & ibi Rip nu 46. & nu. 62. ff. de priuil. cred. Corn. in d.
§. in computatione. Neguſa. in d. tract. de pigno. & hypo. in 2.
memb. in 5. par. nu. 28 attamen in iſto caſu hæredis habentis
hoc inuentarij beneficium, eſt ſecus. omnibus enim præfere-
tur per iam dictam rationem, quicquid dicat contra Rolan à
Val. in d. conſi. 14. nu. 24. quoniam adducta per eum non lo-
quuntur in caſu facti inuentarij, in quo militat alia ratio, vt à
regula iuris & eius diſpoſitio, ne recedatur præſertim in fa-
uorem rei funerariæ prout eſt declaratum, & probat̃ ex ipſo
textu ibi in funus. Adde, ꝙ Borg. vbi ſup. dicit funeris impen-
ſam præferri omnibus anteriorem hypothecã habentib. ex-
preſſam, & idem pro impenſa pro conſeruatione rei facta cõ
cludit, nec non pro impenſa pro curando defunctum facta in
eius infirmitate, quod ultimum non eſt verum. Quid autem
39 † ſit de impenſa quæ fuiſſet in defuncti infirmitate facta, vtrũ
eius cauſa ſit omnibus præferendus, & cum tex. in l reſtituen
da C de petit hære. hanc impenſam æquiparet ſumptibus fu
neris, adeo quod tabernario, & hoſpiti detur retentio bono-
rum defuncti contra omnes pro impenſa. l. in ipſum curando
facta, vt ibi Bal & alij notant, dicendum uidetur de ea, & de
funeris impenſa, vt ait Iaſ. hic, in §. in computatione, l. legatũ,
C. de relig. & ſump. fun. l. impenſa ff. eod glo. in d. l priuilegia.
ff. de priuil. cred. & ſequitur Rolan. à Val. in d conſil. 14. num.
26. quod ipſe declarat ibi hoc eſſe intelligendum de impen-
ſa cauſa infirmitatis vltimæ ex qua deceſſiſſet, adducendo ſi-
mile, quod in ultima infirmitate prelati, ſi quid eſt impẽſum,
id omne pertinebit ſoluẽdum ſucceſſori in eius eccleſia. Iaſ.
in conſ. 222. in lib. 2. Abb. in c præſentium. ext. de pig Sed con
trarium mihi uidetur verius, propterea quod in hanc impen
ſam hæres non incidit ob ipſam hæreditatis aditionem, ſed
eam fecit ipſe vt extraneus in vita vſq; teſtatoris, unde eius
cauſa haud eſt ei fauendum, ſeu opitulatur beneficium in-
uentarij, ſed relinquitur in terminis, in quibus foret, ſi hære-
ditatem non adijſſet. Quærit Caſt. hic, vtrum hoc priuilegiũ
40 detur ei, qui † pecuniam mutuo dediſſet huiuſmodi hæredi
cauſa faciendi dictas impenſas vt funeris. & reſpondet dari,
quia conſtito de tali mutuo maxime facto paulo ante dictas
impenſas præſumitur illas fuiſſe factas ex ea pecunia mutua-
ta, arg. l. ſi ventri, in fi. ff de priuil. cred. & not. in l. poſt contra-
ctum ff. de donat. & aliter putat Caſt. ſi hæres accepiſſet mu-
tuam pecuniam antequam hæreditas ſibi deferretur, quod
tunc illa præſumptio ceſſat, ait ipſe, quia hæreditatem ſibi
obuenturam eſſe non poterat diuinare. l. ſi putaret. ff. ad leg.
Aquil & quod ſic dici nequeat in eam impenſarum cauſam
accepiſſe dictam pecuniam, ego non ſolum in caſu pecuniæ
mutuatæ ante delatam ei hæreditatem (quoniam iſte caret
omni dubitatione) verum etiam in altero primo caſu credo
non dari tale priuilegium, quia talis mutuans efficitur credi-
tor tantum ipſius hæredis, cuius fidem eſt ſequutus mutuan-
do. l. nam & Seruius § qui negocia. ff de neg. ge. quantum ſit
reſpectu hæreditatis caret actione, niſi aliter appareat hære-
ditatis contemplatione pecuniam ei mutuaſſe, l. liberto. ff de
neg ge. & heres potuit alia de cauſa quam dictarum impen-
ſarum faciendarum accepiſſe pecuniam: ideo illa preſumptio
non concludit in propoſito. quoniã non probatur hoc eſſe,
quod interdum contingat abeſſe. l. non hoc, & ibi not. C. vn-
de legit. in hoc ergo ſententia Caſt. minime probatur, ſi ex-
penſas hæres adhuc non perſoluit, ſed pro eis ſe obligauit, an
poterit hæreditatis res retinere. Monti. fol. 147. nu. 139. tenet
quod ſic, quod ego puto verum. Cæterum quatenus etiam
41 † de impenſa teſtamenti meminit iſte textus, no. Barto. quod
impenſa extrahendi teſtamentum de protocollis notarij, qñ
hæreditas non eſt ſoluendo beneficio inuentarij, deducitur
ex bonis hereditatis. ſi vero eſſet opulenta hæreditas, vel inuẽ
tarium non fuiſſet confectum, huiuſmodi impenſam hæres
ſubire tenetur, quemadmodum & alias ſubſtinet impenſas.
Aret. in conſ. 116 viſo teſtamento Cor. hic, & Pau. de Caſt. in
l. ſi quis ſeruũ. §. ſi cui certum. de le. 2 & legatarij, ſi adſunt, in
42 portionem talis † impenſe coguntur concurrere, & contri-
buere arbitrio iudicis, quatenus eo teſtamento uolunt vti. l.
alienam. §. fi ff. de neg. geſt. l. 3. §. fi. ff fin. reg l. ex parte. ff. famil.
erc. l. fi. § 1. C. de bo. auth iu. poſſ. Bar. in l. pure. §. fi. ff. ad Treb.
Et cum tex. generaliter de alijs impenſis loquatur, Doct præ-
fati ponũt exẽplum in expenſis proxenetarũ, atq; gabellarum
pro reb. vendendis cauſa ſatisfaciendi creditoribus heredita-
43 tis. Item in eo, † quod in licitatione plus offerenti donatur, vt
Ianuæ moris eſt, nam ſepe licitando dant rem ementi, vt ipſi
appellant cum partito lucrandi certum quid, verbi gratia ꝙ
res ſit uendita pro ſcutis mille cum partito lucrandi centum,
quo pacto intelligitur conuentum, quod ſi alius offerat vltra
mille, ipſe lucratur centum, ſi etiam non adinueniatur plus
offerens, ipſi remanet in effectu vendita pro noningentis ſcu
tis, quoniam ex partito debet cẽtum lucrari, & de iſtis lucris
per plus offerentem faciendis loquitur Bart. in l. quantitas pa
trimonij ff. ad l. Falci. per tex. in l. 1. in fi. & in l. 3. ff. eo. & Corn.
hic, quæ ideo iuſte conceduntur, vt licitantes fiãt animoſio-
res, & promptiores ad offerendum, & multas expenſarũ ſpe-
cies in hoc propoſito ponit Mont. hic fol. 145. nu. 131. vſque
ad nu. 39 Quid dicemus de impenſis litis, quas faceret hæres
44 † iſte beneficium hoc habens inuentarij, vel ſe defendendo
ab alio, qui aſſereret ſe hæredem. vel defendendo ſeu agendo
pro aliqua re hæreditaria & de impenſa facta. In primo caſu
quæſtio eſt magis dubitabilis, quia vt Bal. hic in 3 not. dicit,
hæc impenſa videtur facta in cauſam propriam, & pro ſe, &
non in cauſam hæreditatis l. fi. ff. de peti. hæred. l. ſed ſi lege §.
quod autem. ff. eo l fi C. de erog. mili. anno. lib. 10. ideo habet
eam ſibi imputare ſm eum, nam quod quis facit ſua propria
contemplatione, etiã ſi illud ſit alteri profuturum ab illo nõ
repetit. l. creditor. § ad eum ff. mand. & propria contempla-
tione, & principaliter ad ſui commodum & fauorem vr̃ hæ-
res egiſſe cauſam hæreditatis, vt ea ad ſe ſpectare declararet.
vnde non vr̃ potuiſſe hæreditatẽ his expenſis grauare. l. ſi pu
pilli. §. ſi quis negocia. ff. de neg. geſt. ad hoc facit, quod ſi quis
vadit ad curiã, ut principaliter negocium ſuum tractet, licet
ſecundario & tractauerit negocium eccleſię, non propterea
repetet expenſas, niſi quatenus plus expendiſſet occaſione
negocij eccleſiæ. Hoſt. in c præteritæ. ext. de elec. l. ſi commu
nes. ff. de neg. ge c. cum pro cauſa. ext de procu. & in c. cũ ve-
niſſent. ext. de eo qui mit. in poſſeſſ. & in c. cum dilecti. ext. do
do. & contu. Attamen contrarium noluit Ang. ibi, cum quo
tranſeunt Alex. & Pau. de Caſ. ibi, & Cor. dum ibi dicit, quod
neceſſario uidetur heres ſe defendere ob impenſas, quas fe-
cit adeundo cum beneficio inuentarij, quandoquidem ſi ſe
non defenderet earum iacturam ipſe faceret, quod imputan
dum veniret ipſi aditioni: à quo debet de iure releuari ſm
prædicta: iſtam concluſionem tenet etiam Iaſ. & Porcel. in d.
trac. in 4. c. nu. 7. uerſ. & pro intelligenda & mouentur prædi-
45 cti Doct potiſſime hoc ſimili, † quod prælatus expẽſas, quas
feciſſet in lite pro ſe defendendo in prælatura. i. in obtenta di
gnitate, deducit aduerſum eccleſiã ſuã, dummodo probabi-
lem modum non excedat, quia in neceſſariam cauſam eccle-
ſiæ reputantur factæ, Docto. in d. c. præteritæ. Fede. de Sen. in
conſ. 119 nulli, in prio Soc. in conſ. 29 viſo, nu. 2. & in cõſ. 15.
viſis, num. 28. lib. 1. & Ang. in conſ 245. omne datum, in col. 3.
verſ. 50 dicẽdum eſt. vbi talem queſtionẽ ad partes diſputat,
& ſic eã reſoluit, eã tñ poſtea limitando, & reſtringendo, ut
ibi per eum, & Dom. de S. Gem. in conſil. 55. quidã populus.
idem vult conſulendo pluribus argumentis, quod expenſæ
factæ per populum ſeu plebem alicuius eccleſiæ in lite facta
contra eius rectorem, ut ab eccleſia tanquã indignus remo-
ueatur, debent ab eccleſia reſarciri & refici, quaſi in ſuum ne
gociũ erogatæ idẽ vult in conſ. 48. pro examinatione, in col.
pen. ubi tñ in ſuo caſu reprobat quaſdam expenſarũ partitas,

vel

vel vt immoderatas,vel exceſſiuas,vel tanquam nõ legitime
factas, quod eſt pulchrum annotare pro calib. ſimilium par-
titarum quas in facto contingeret aliquando produci : hoc
idem tenet Car.Zab in conſil.5.gl.& Doct.in c.cupientes.de
elect.in 6. & ab hac opinione minime recedendum eſſe pu-
to,dum tamen omnis abſit temeritas & calumnia per ea,quę
ſtatim ſubijcio. De expenſis vero factis in defendendo res hę
reditarias, idem dicendum eſt,nam quanquam quis arguere
poſſit,quod aut iuſtã cauſam hæres eſt proſequutus, & tunc
ſi lata ſit ſententia contra ob improbitatem, vel imperitiam
iudicantis, uideatur ſorti ſuæ imputandum. l.& ideo. C. de
euic.l.exceptione.ff.de excep.& not per Doc.in l.2.§.item ſi
ex facto.de verbo.oblig. Bar.in l.nã & Seruius.ff.de neg.geſt.
aut iniuſtã & temerariam, & tunc minus mereatur illas con-
ſequi: quaſi in cauſam neceſſariam factæ dici nequeant. ad
hoc tamen poteſt reſponderi ea iura in prima parte argumen
ti non procedere in his terminis,quoniam in hoc caſu,ſi per
improbitatem, vel iniuriam iudicis malum exitum cauſa ſor
tiatur,ipſi, qui ſuum negocium non dicitur gerere , non po-
teſt imputari,nec ad eius damnum cedere,quoniam non de-
buit ius hæreditatis indiſcuſſum relinquere.l.illo quoque, &
ibi Caſt. & alij.ff.de peti.hære.nec quia dubius ſit ſemper litis
euentus.c.fraternitatis.ext.de frigid. & malefi. clem. ſi duob.
§.ſi uero alter,vt li. pend. l.quod debetur. ff. de pecu.expẽſas
ſubminiſtrari prælato cauſam ſuæ promotionis agenti de bo
nis eccleſiæ negatur,ſecundum Doct.in locis prællegatis.&
46 maxime Ang.in d conſ.24.in col.3.ad fi.Etenim non † euen-
tus ſolus rei inſpicitur , ſed an utiliter negocium geſtum ſit,
attenditur.vt in expenſis litis repetendis, dicit Bar.in l.ita ra-
men.§.in hoc,ſla 2.ff. iudi.ſol. And.Barba.in conſilio 46 illud
adducam, in col.1.lib.4 glo.in l.ex parte.ff.famil.ercil. & in d.
§.in hac. vtcunque poſtea res ſuccedat,quicquid enim boni
vel mali ex negocio rationabiliter geſto proceſſerit , id totũ
ei,pro quo geritur , debet pertinere. l.ſed an ultro.§ j.l.debi-
tor.ff.de nego.geſt.& ita in terminis noſtris determinat Bald.
in conſi.73.Loyſius,lib 3.in nouiſ.alias,eſt in antiquis conſi.
221.lib. 1.vbi dicit beneficio inuentarij hæredem deducere
litis expenſas , quas feciſſet in cauſa alicuius rei hæreditariæ
agitata non tenere,vel per calumniam, ſed probabiliter, & iu
ſto rectoque conſilio : quas autem per temeritatem feciſſet,
ſentit ei reficiendas non eſſe, tanquã in neceſſariam cauſam
minime factas: de hac re ſcripſit Emilia.in conſi.15.an recte.
tu ipſe videris hoc non prætenbo ad confirmationem prædi
47 ctæ concluſionis, † quod fideicommiſſo grauatus , ſi expen-
ſas facit in cauſis rerum hæreditatis, eas deducit aduerſum
eum , cui hæreditatem debet reſtituere , nec cum fructibus,
quos ipſe percepit conditione fideicõmiſſi pendente , tene-
tur compenſare, vt reſpondit Grat.in conſil 9.num.17.verſi.
eodem modo,lib.2.ſimiliter uſufructuarius expenſas litis de
ſuo facere non tenetur in cauſis hæreditarijs præſertim ma-
gnas, ſed de ſubſtantia bonorum hæreditatis debent fieri , ut
per Ludo Goza in conſi. 94 num.37.verſicu.quoad ſextum,
vbi dicit ita communiter teneri allegando Mod. in l.Titia.§.
Titia.de lega 2. & Alexan. & Ang. in l.j.ff.de uſufru.§.uſufru-
ctuarius.quapropter minus mirum ubi uideatur,quod hęres
tales impenſas litium , virtute inuentarij valeat in primis de-
ducere ex bonis hæreditatis , ſicut de alijs diximus, & late
oportet eas intelligere , vt omnes, quas optimus paterfamil.
probabiliter feciſſet deducere hæredi maxime liceat , ut ait
48 Corn in d.§ in computatione.Quæſtio difficilis eſt, † quan-
do probentur , & plene tradit Corn. hic , qui recenſet plures
modos Bal.voluit probationem coniecturalem ſufficere, in
l.in reſtituenda.C.de petit.hære ſequitur Monti.hic,fol.147.
nu.139.Idem uoluit Fede.de Sen.in conſil.119. præalleg ubi
dicit,cum agitur de expenſis,ſiue ſint litis,ſiue propter litem,
ſiue extra litem ad quemcunque finẽ, ea probatio debet ſuf-
ficere, quæ poteſt haberi,ut latius ibi per eum , & ſacramen-
to partis probantur,quando ſunt partitæ minutæ , pręſertim
aliquot verificatis,ut per Barto.Bal. & alios in d.§.in compu-
tatione. Ang.& Ioan.de Pla.in l 2.C.quando & quibus quar-
ta pars,lib.10.Anch.in conſil.18.& Bal.in conſil.285.& plene
per And. Tiraq.in tract.de iudicio in reb. exig.in 6.col.uerſi.
quid cum tractatur de paruo præiudicio, & in hoc nõ poteſt
certa doctrina aſſignari, multum deferendum eſt arbitrio iu
dicis,conſuli poteſt, ut acta, & proceſſus, & ſimilia, quorum
cauſa dicuntur impenſæ factæ,exhibeantur coram iudice,vt
inde arbitretur , & æſtimet expenſas , quæ fieri potuerint in
cauſa: nullumque aliud genus probationum , ſi quod habet,
non prætermittat facere, quoniam pro qualitate earum ma-
gnam pati poſſent difficultatem,de qua per Gem. in d.conſi.
48.eſt bene uerum, quod, quando opus reperitur factũ,præ-
ſumitur factum de pecunia ipſius agentis.Bal. in d l.reſtituẽ-
da.l.fi.& ibi not. C.de alim. præſta. l.ſi quis pro redemptione.
C.de dona.iuncta.l.cum ſeruus.de verb. oblig.l.fi.C.de pign.
& not.per Bart. & alios utrobique.l.ſi ventri, in fi.ff.de priuil.
cred. Pau.de Caſt.hic, & opus ſi reperitur factum, & ignoratũ
à quo,pręſumitur factum ab eo cui incumbebat illud facere.
l.2.ff.de cond.& demon.Barto. Are. & alij in d l.quod ſeruus,
de verbo.obli.& Corn.in conſi.81.quãquam, lib.4.ubi plura
de modo probandi expenſas factas, & Aret.in conſi.160.lon
ga,in col.Quod vero attinet ad illam partem tex. diſponentis
actiones,non confundi ob inuentarium, priuſquam ulterius
progrediamur,te admonere uolo,quod non modo actiones
ei competentes aduerſum hæreditatem,ne confundantũ ope
ratur, vt dicit textus hic,in §.in,computatione,quod certe ad
hæredis vtilitatem eſſe patet,uerum etiam efficit,vt una obli
49 gatio ſcilicet fideiuſſoria non confundatur in aliam † ſcilicet
principalem,quod ſane admittere, hæredi nequaquam expe
dit,ſed immo officit . Vnde Bar.in l.generaliter.ff.de fideiuſſ.
& l.Stichum aut Panphilum.§.quod vulgo.ff.de ſolu.arguen
do pro hærede beneficium inuentarij habente dicebat , ꝙ, ſi
creditor contra ipſum ageret actione principali,l.ea actione,
qua defunctus ſibi tenebatur:hæres poſſet reſpondere,quod
ex beneficio inuentarij non poteſt ipſe compelli ultra uires
hæreditatis illius defuncti. ſi uero actione fideiuſſoria uue-
retur aduerſum eum,poſſit etiam dicere,quod actio ſeu obli
gatio fideiuſſoria ſit confuſa in obligationem principalẽ hæ-
reditariam,& ſic extincta ſit,& quod ſic inepte agatur : nã de
iure,cum fideiuſſor exiſtit hæres debitoris principalis,obliga
tio fideiuſſoria confunditur in principalem , adeo quod hæ-
res nõ poteſt amplius, ut fideiuſſor uigore obligationis fideĩ-
uſſorię,conueniri à creditore.d.l.generaliter, & tradit Card.
Pariſ.in conſi.121.lib.1. Nihilominus Barr.ubi ſupra reſoluit
contrarium ſtante inuentarij beneficio,quia beneficium, in-
50 quit ipſe, uni conceſſum non debet † ad alterius iniuriã con
uerti.l.impuberi.ff de admini.tu.l.nec auus.C de emancip.li.
ſi enim prædicta confuſio unius obligationis in aliam tunc
fieret,ſeu admitteretur,iam patet ex prędicta argumentatio-
ne præiudicium generari creditori,ergo non eſt ea admittẽ-
da.etenim quando præiudicium aliquod creditori infertur,
quod obligatio fideiuſſoria intelligatur in principalem con-
fundi,nunquã talis confuſio admittitur , ſed admittitur ſolũ,
cum non eſt præiudicialis creditori.l.debitor, vbi gl.& Doc.
ff.de ſepa bono l hęres.§.ſtipulator.ff de fideiuſſ.iuncta.l. Sti-
chum, aut Pamphilum.§.quod vulgo, de ſol Bal.in l.ſi uxor.
C.de bo.auth iud.poſſ.Dec.in l.debitori, nu.51.uerſ.in fi.glo.
not.ff.de pact.& Pau.de Caſt ibi, in col.1.verſic.ratio quare,
& Iaſ.ibi,in col.2.uerſicu. tertio limita , dicit hoc ipſum uelle
Bart.Cyn.Saly.Alexan.& Mod.ibi, Curt ibi,nu.16.verſic.te-
rentia tamen communi, Bar.Pau de Caſt.Ang.& Imo.in d.l.
generaliter. Et propterea in terminis huius quæſtionis,ita cõ
cludunt Docto.quod ſcilicet obligatio fideiuſſoria non con-
51 fundatur in principalẽ † ſtante beneficio inuentarij, ſed vtra-
que hæres conueniri ualeat à creditore uidelicet principali
pro uiribus hæreditatis defuncti,ac fideiuſſoria, quatenus ea
ſibi opus eſſet ob deficientes defuncti facultates cõtra ipſum
ut fideiuſſorem agere, vt de propria ſubſtantia iuxta vim obli
gationis proprię fideiuſſoriæ , pro qua inuentarium nequaq̃
ſuffragatur : creditori ſatisfaciat,hoc poſt Dyn.& Bart. in d l.
generaliter,& in d.§ quod vulgo.tenent Ang.in tract.de teſt.
in glo.1 1 a.nu.19.Alexan. & Dec.in d.l.debitori.Bal.in d l.nõ
uxor.Card.Pariſ.in d.conſi.121.Cyn.& Abb.hic,& Specu.in
titu.de fideiuſſ.§.j.verſ.item pone,citatus à Bart.in d.§.quod
vulgo,& hoc idem vult Montic.hic, fol.76.nu.72 & pro iſta
concluſione ego conſidero hanc rationem urgere , quod ſi
inuentarium operatur, ut dicunt omnes hic,quod hęreditas
habeatur pro iacente,& quod habeatur ipſe pro non hęrede,
ſeu pro non habente in ſui perſona effectualiter obligationẽ
principalẽ hæreditariam,neceſſario ſequitur,ut ceſſet confu-
ſio unius obligationis in aliam : nã ea ſane fit ob effectualem
duplicis perſonæ repręſentationẽ,quæ in unam perſonã non
poteſt cadere ſcilicet, quod quis ſit fideiuſſor pro ſemetipſo.
l.hæres.§ quod ſi ſtipulator. ff de fideiuſſ. Hac de re reſpon-
det Card. Pariſ.in conſi.121.præallegato , quod quia ſtantib.
52 † uiribus hęreditatis opulentæ hęres effectualiter repręſen-
tans obligationẽ principalẽ debitoris defuncti, poteſt cogi
ad ſoluendum non obſtante inuẽtario : confuſio præfata fiat
adeo quod libellus creditoris non procedat , in quo ipſe pe-
tat contra hæredem actione fideiuſſoria,ut contra fideiuſſo-
rem, quaſi quod agat in hoc caſu actione confuſa , & extin-
cta, quod ego non facile dicerem,quia ſtante inuentario po
teſt vereri, ne aliquo caſu appareat hęreditas minus ſoluen-
do forte ob æs alienum latens. vnde obligatione hęreditaria
agendo minus obtineat oppoſita inuentarij exceptione , &
fruſtra egerit, & ſtante huiuſmodi dubietate excipitur libel-
lus,qui alias reijceretur.l.ubi autem.§.illud,& ibi not. de ver.
oblig.

oblig.l.1.§.qui autem.ff.quo.lega & ibi Rip.Quod autem hę-
res non releuetur inuentario, quo ad obligationem fideiuſ-
ſoriam, intelligas reſpectu illius, apud quem fideiuſſit. ſed
per indirectum pro eo, quod illi ſoluit, quia efficitur hæredi-
53 tatis † creditor, inuentarium hęredi ſuffragabitur, ut ipſe pro
eo ualeat concurrere cum cęteris creditoribus hęreditatis,
ſalua inter eos iurium prærogatiua, ut & uoluit Montic.ubi
ſupra, qui aduertit, quod fideiuſſor poteſt ſoluendo petere à
creditore ſibi actionem cedi non ſolum pro iam ſoluto po-
teſt vti retentione, ſed etiam pro nondum ſoluto, ſi immi-
neret coactio contra ipſum ſolutionis faciendæ, quod tunc
etiam retentio bonorum hæreditatis ſibi daretur, iux. d.§.
in computatione, & hoc cum fideiuſſor ſuccedit debitori
principali, econuerſo autem ſi debitor ſuccederet fideiuſſo-
ri, & ex obligatione fideiuſſoria, quæ eſt in ea hæreditate con
ueniretur, nulla ſibi daretur retentio, ſed immo in eam hęre
ditatem tenetur de ſuo inferre tantum, quantum de bonis
hęreditatis ex ea obligatione præſtitiſſet, quia efficeretur de-
bitor hęreditatis in hoc, & ea hæreditas, ſi ipſe non fuiſſet ſol
uendo, non potuiſſet ob factum inuentarium ex obligatione
fideiuſſoria, vt hæres cogi, & tantum fuiſſet conueniendus,
vt debitor principalis nomine proprio, & vbi in hoc ſecun-
do caſu nequeat aſſignari aliquod præiudicium creditorum
in admittendo cõfuſionem obligationis fideiuſſoriæ in prin-
cipalem. dici debet, quod fideiuſſoria confundatur in princi-
palem obligationem, iux.d.l.generaliter, & alia ſupra citata.
Non omittam etiam aduertere, inuentarium efficere, ne di-
cta confuſio obligationum fiat, vel cum fideiuſſor ſuccedit
creditori, quia hæreditas fit ditior ex eo, ꝙ ſoluatur ex obli-
gatione fideiuſſoria ſibimet hæredi, quod quidem pertinet
ad rem creditorum, & legatariorum eiuſdem hæreditatis,
vel cum econuerſo creditor ſuccedit fideiuſſori, quod ex hac
hæreditas redditur pauperior, dum hæres contra hæreditatē
ex fideiuſſione defuncti debitricem detrahit. eſt autem bene
verum, quod hæreditas habet regreſſum contra rem princi-
palem pro eo, quod hæres deduxit, & in ſuis caſibus excuſſio
prius debet fieri, & actio cedi, prout alias ſi creditor hęredi-
tatem non adiſſet prout & ſentit Montic.hic, fo.77.num.75.
54 & ſequen. Quid autem, † in caſu duorum reorum, ideſt cum
ſe obligaſſet principaliter, & inſolidum cum defuncto, eſt di-
cendum? & puto pro modo emolumenti, quod ſenſiſſet de-
functus ex ea obligatione cui hæres ex proprio ære ſatisfeciſ-
55 ſet ſimilem ei dari retentionem, † nam in eo reputatur illius
fideiuſſor, & habet actionem repetendi Ludo. Bolo in conſi,
44. in col.4 glo in Authen. de fideiuſſ.in princ. Alex.in conſi.
66. uiſo, nu.4.lib.4 Barb.in conſil.12.in col.7 lib.4 Bal.in conſ.
67 Soc. in conſil.71.in colum.2.lib.3. Roncheg. in l.duobus,
§.vbi duo, nume 158.vſque ad 179.de duo.re. & in cæteris iu-
dicandum eſt, ſi dubitari contingat in iſto caſu, (cum alter
correus alteri correo ſuccedit) prout alias iudicandum foret
ſi hæreditatem non adijſſet, & hoc ob beneficium inuenta-
rii, ſtante hæreditate non ſoluendo, & hæc mihi videtur ex-
peditior reſolutio quam illa, quæ habetur per Montic.vbi ſu
pra, fol. 74 nu.62. Nunc autem attingendo rem actionum hæ
56 redis ob inuentarium † non confundendarum prima ſit quę-
ſtio, vtrum actio pro pœna dupli in uenditione promiſſa ex
beneficio inuentarij conſeruetur, vt quemadmodum illam
petens contra defunctum obtineret ſi viueret, ita in hoc caſu
contra eius bona. Accurſ.hic, in d.§ in computatione, mouit
iſtam quæſtionem, & arguit pro opinione negatiua, per text.
in l.cum emptor.ff.ad l.Falci.ubi ſimplum, & non duplum im
putat hæres ex eo, quod ex cauſa rei euictæ ſibi duplæ nomi-
ne debetur, mox contrarium reſoluit reſpondens ad illũ tex.
d.l.cum emptor, quod procedit, forte quoniam ibi hęres nõ
fecerat inuentarium; quod iureconſultus in caſu non facti in-
uentarij loquatur minime eſt dubitandum. ſiquidem de eo
tempore illud ius nondum fuerat cognitum ſeu inſtitutum,
hæc ergo glo. dicere non debebat ſub dubio forte, & eſt ad-
uertendum, quod hoc dicendo eſiſtimauit.d.l.cum emptor.
non procedere in caſu facti inuentarij, quod non eſt verum,
prout tamen ipſe mox declarabo: iſtam autem gl approbant
Dyn.Cyn.Saly.& Barto.ibi, nu.5.verſ.venio ad glo. magnam,
refert Doc. tranſire cum glo. ipſe vero diſſentit ab ea uolens,
quod inuentario etiam confecto hæres ſimplum duntaxat,
& non duplum computare ſibi habeat, & mouetur ea ratio-
ne, quoniam operatur inuẽtarium, ne actiones hæredis con-
fundantur, quando hęres aliquod eſſet paſſurus dãnum, dam
num autem pati aliquatenus non cenſetur hæres ex eo, quod
ipſe pęnam ſibi in contractu promiſſam minime aſſequatur,
quia pęna eſt lucrum, & quidem odioſum: concludit igitur
aduerſum gl. quod immo text. adhuc incorrectus maneat in
d.l.cum emptor. Pro quo adde Pau.de Caſt. rationem ibi, in
colum.2. ibi dicit aduerſum defunctum, ex quo ipſum teſt-
quit hæredem eſſe ita rigoroſum, vt velit hęres pœnam ob-
tinere, nequaquam ei conuenire, & quod licet olim non de-
ducebat niſi ſimplum, ita & hodie, ſiue faciat inuentarium,
ſiue illud permittat, non debet velle pęnam habere, quod &
diſerunt Bar. & Ioan.de Imo. in d.l.cum emptor. Verum Bal.
reprehendens Bar. quod immo in pęnis conſequentis bene-
57 ficium inuentarii locum habeat diſtinguit, quod † aut poſt
aditam hæreditatem fuit euicta res, & tunc, cum in vna, &
eademmet perſona cauſa euincentis, & vẽdentis de euictio-
ne obligati concurrat, & confluat, ſtipulatio duplę committi
nequit, & in his terminis ait loqui textũ in d.l.cum emptor,
ponderando ibi uerbũ euicto homine, quod reſoluit vt par-
ticipium præteriti imperfecti, ideſt cum euincebatur &c. &
ſubdit, quod in iſto caſu, in quo ſtipulatio duplæ non cõmit-
tebatur, dumtaxat iuret eſſe ſimplex debetur, & ſentit Bald.
non cenſeri cauſam uendentis & euincentis confluere in ea-
demmet perſona in ſubſequenti caſu, ſicut in iſto: aut euictio
contingit ante aditam hęreditatem, cum nondum eſt hęres,
& ſic ſolam perſonam emptoris ſuſtinet, & tunc pœnam du-
plæ poterit aſſequi ob inuentarium confectum. tenendo cũ
glo. quia in hoc caſu ceſſat ea ratio impediens commiſſionē
ſtipulationis ſuperius relatam, & iſtam Bal. diſtinctionem am
plectitur Pau.de Caſt. & Alex.in d.§.in computatione, & Iaſ.
ibi referens omnes Doct. cum ea tranſire, quod etiam tenet
Ang. & Fulg. ibi & Pau.de Caſt. & Vinc. Herc in d.cum em-
ptor, & Card. Pariſ. in conſ. 100. nume. 10, lib.4. conſulens, ꝙ
58 † pœna conſeruatur hæredi per inuentarium, ita demum ſi
ante hæreditatem fuerit commiſſa, & Pau. de Ca. conſiderat,
qd, quando actio dupli eſt orta uiuo adhuc teſtatore, vel eo
mortuo adhuc tamen eius hæreditate iacente venit conſer-
uanda, quaſi ius ei quæſitum, & quoddam lucrum radicatũ,
de quo iudicatur ut de damno, iuxta gl. in l.j.§.ſi quis autem,
in ver. in integrum.ff.de itin.actuque priua. l 3. § merito. l.ſi
quis à Principe ff ne quid in loco publi. & quod, quando res
poſt aditam hęreditatem euincitur, tunc actio, quæ eſt in fie
ri, ſeu naſci propter aditionē hæreditatis impeditur, ne oria-
tur uel producatur, niſi ad ſimplum, d.l.cum emptor. Verum
enimuero hæc ſunt aperta commentitia, & à vero tam lon-
ge abſunt, vt nihil magis, & mirum eſt, ac difficile dictu, quã
facile in grauiſſimos errores labantur & incidãt noſtri inter-
pretes, & hic foret contra eos declamandum oratione non
breui: non quod ſupina notandi ſint ignorantia (omnia enim
iura nouerunt) ſed quod interdum ita ducuntur, ſeque duci
aſſentiunt auctoritate alicuius præcedentis Doct. ut prorſus
quidem cæci videantur, non inſpicientes ea, quæ ſunt luce
meridiana clariora, ſed implicantes ſe concluſionibus nõ ve-
ris, & de iure impoſſibilibus, uel etiam ineptus, effantur ſtulta.
59 † Tu vero aduerte, quod tex. in d.l cum emptor. clare loqui-
tur in caſu Falcidiæ deducendæ ex legatis, ſcilicet quod in ra
tione ineunda quantitatis bonorum à teſtatore relictorum,
cauſa computandi Falcidiam non habetur ratio omnium, q̃
à defuncto debent ipſi hęredi (dum ſcilicet iureconſulti con
ſiderarunt credita hæredis eſſe inſpicienda in Falcidiæ com-
putatione, ut alioquin ipſum debita Falcidia carere in effectu
contingeret, eis non deductis) ſed ſolum habetur ratio eius,
quod ſimpli nomine hæredi debetur, non ergo duplæ, quæ
pęnæ nomine ei deberetur noluit igitur hæredem obtinere
poſſe Falcidiam atque ſimul pęnam, ideſt quod ſibi deberẽ
pœnæ nomine, vel ex cauſa pœnali. Quare hoc ſic ſtatutum
ſit Iureconſu. in d.l cum emptor. certe aperit, uidelicet quod
ex benignitate ita viſum eſt, ne hæres vtrunq; deducat, & ha-
beat, ſcilicet Falcidiam, & debitum pœnale. Iſte eſt caſus pla-
nus & verus d. l.cum emptor. cuius determinatio hodie ſal-
uo iure inuentarij poteſt etiam locum habere, & ſimul com
patiuntur. nam quoties hæres etiam hodie confecto inuen-
tario, velit Falcidiam ex legatis deducere, atq; ſimul id, quod
pęnæ nomine ſibi debetur: merito obſtabit diſpoſitio.d.l.cũ
emptor, quia ex beneficio inuentarij non fuit auctum aliquo
modo ius Falcidiæ, ſed duntaxat conſeruatum, prout ex iure
Digeſtorum antiquo deferebatur: nec enim voluit Impera-
tor hæredem ex confectione inuentarij plus iuris acquirere
60 ſeu lucrari. d § licentiam. & in d §.etſi præfatam d l. fi. C. de
iure deliberan & alias in dubio correctio legum eſt euitanda
iuxta vulg. quoties autem hęres velit id quod nomine pęnæ
ſibi debetur, abſque Falcidia aliqua habere, vel quia de ea
non curet, vel quia aliqua de cauſa in caſu agendi de Falci-
dia minime ſit, profecto id non poteſt ei negari, neque per
ius antiquum Digeſtorum, (quoniam hoc, in d. l.cum em-
ptor. non tollitur ibi uel alibi) nec etiam per ius nouum Co-
dicis, ſeu in toto corpore iuris non negatur, quin debitum
pœnale ſit debitum de iure exigibile: & cum ualeat hęres in
ſuo caſu, (vt cum hæreditas ad alium transfertur) ſicut cæte-
ra ſibi debita petere, ac obtinere: quod cum abſque dubio

ita

teta ſibi debita petere, ac obtinere: q cum abſque dubio ita
ſit,ſequitur neceſſario,quod inuentarium iſtud debitum pę-
nale ita conſeruet hæredi, ne propter aditionem hæreditatis
confundatur, ſicut cætera iura & actiones d.§. in computa-
tione,& ibi notat.alioquin verum non erit dicere, q ab om-
ni damno conſeruet hæredem indemnem,vt pollicetur Im-
perator in d.§.& ſi præfatam.& in d.§ licentia.nam nemo nõ
fatetur,quod,ſi hæres non adiuiſſet hæreditatem, pœnam a
defuncto ſibi debitam poſſet petere,& hoc omnes ſupponũt
pro abſoluto.ſi ergo propter huiuſmodi aditionem fit, quã-
uis valet pœnam aſſequi,damnum vtique patitur. Præterea
nec verum eſſet,quod ex notatis cõmuniter per omnes Do-
ctores in d §.in computatione,diximus ſuperius, inuentariũ
ſcilicet operari,quatenus præiudiciũ infert aliquod in actio-
nibus & iuribus hæredis,perinde ac ſi hæreditas non eſſet a-
dita,cum,ſi non eſſet,hæredi liceret pro pœna aduerſum de-
functum,ſeu eius bona experiri,& agere. Nec releuat, quod
Bar.dicat,pęnam lucrum reputari,& pro lucro faciendo non
ſuffragari inuentarium,quoniam immo vere damnum infert
adire cum inuentario,ſi in pęna conſequenda maxime ex ꝯ-
61 tractu permitteretur aliquod præiudicium generari † hære-
di,quandoquidem de pęna ex contractu debita iudicetur,vt
de damno.Bal.Ang lo.de Imo.in l.non amplius ff.de legat.1.
Bal.in l.cum te C de donat an.nup.gloſ in d.l.j ff. de itine. &
actu.in § ſi quis autem. Et textus in d.§.licentia,& in d § &
ſi præfatam,debet intelligi,dum ibi Imperator vult damnum
non fieri, quod ſcilicet non fiat præiudicium hæredi in ſuis
iuribus,& actionibus,& pariter dum de lucro dicit per hęre
dem non faciendo oportet intelligi de eo.quia intenderet ſe
propter inuẽtarium adeptum fuiſſe plus iuris,quam ante adi-
tionem,vel non adita hæreditate haberet, Bartolus ergo ma
le intelligit tex.ibi, negãdo per illum textum non conſeruari
hæredi actiones contra defunctum ſibi competentes pro lu-
cro faciendo,præſertim ex iure conuentionis contractus: &
quiſque exiſtimet,ſi talis ipſius ſenſus admitteretur, quantæ
abſurditatis foret, & quam magnum inconueniens pareret
contra ius inuentarij. Stat igitur concluſio,quod inuentariũ
conſeruat actiones pœnales non minus quam cæteras hære
dis.ſed ſi vellet hæres pęnam,& Falcidiam ſimul,ex bonis hæ-
reditatis obtinere,certe non audiretur, non propterea quod
ex beneficio inuentarii minus conſeruetur actio pęnalis, q̃
aliæ actiones,ſed quia vtrunq; ſimul habere ex iure antiquo
non conceditur,vt dixi,& iſta eſt veritas tenenda in reſolutio
ne huius quæſtionis,qua ſic ſe habente cõſidera,quæſo,quo
62 modo diſtinctio Baldi † vtcunque communiter recepta, nõ
mille modis ſecum pugnet, confodiatur & occidat. Nam ſi
negat ſtipulationem eſſe commiſſam, vel cõmitti, ſi euictio
rei contingit poſt aditam hæreditatem, cur vult committi
quo ad ſimplum,& non ad duplum? profecto ſi nõ commit-
titur quo ad duplum,non committi quo ad ſimplum dici de
bet,quia ſtipulatio,quando cõmittitur,quo ad partem eius,
quod continet, non committitur, ſed committitur quo ad
totum. Et ſi non committitur quo ad totum,vtique non cõ-
mittitur quo ad partem, quanam ergo ratione probabit Bal.
ſtipulationem pęnalem committi reſpectu ſimpli, & non du
pli? cur præterea illo verbo,euicto homine,ponderat,vt ma-
gis importet tempus imperfectum,quam tempus perfectum
quandoquidem ſit participium propriẽ prẽteriti temporis,ſe
cundum Grammaticos? & vtcunque illud capias,ſi vult fun-
dare ſuam diſtinctionẽ in eo, quod primo caſu ſtipulatio nõ
cenſeatur commiſſa, ſecus in ſecundo: quonammodo Iure-
conſultum ibi defendet? quod fatue non dubitauerit, vtrum
pœna eſſet imputanda,vel ne,in rationem ineundam bono-
rum pro falcidia deducenda: ſi non debebatur,id eſt, ſi ſtipu-
latio pro ea non fuerat commiſſa? quia non entis &c.& nun
quam ad caſum,in quo redarguatur Iureconſultus de fatuita
te,debemus eius legem trahere,arg. l.Domitius Labeo.ff.de
teſtam.l.quod Labeo.ff.de Carb.& patet ex verbis ipſius tex.
d.l.cum emptor.quod Iureconſultus præſupponit pœnã fuiſ-
ſe debitam,& ſtipulationem duplæ cõmiſſam, ſed ipſam non
imputari,vt ſupra retuli.Rurſus Baldus & Pau.de Caſt.diſtin
ctionem ſuam fundant in ratione, quia aditio hæreditatis,
propter quam fit,vt cauſa vendentis, & euincentis confluat
in eademmet perſona,non permittit oriri actionem & ſtipu
lationem committi ad pęnam. ſed quæſo, ſi iſta ratio proce-
dit,cum res euinceretur poſt aditam hæreditatem, cur non
etiam,cum res euicta fuiſſet iacente adhuc hæreditate, id eſt
ante eius aditionem? quandoquidem ob iſtam rationem, q
in vna & eademmet perſona non poteſt confluere cauſa vẽ
dentis & euincentis,ſeu habentis actionem de euictione,id
eſt cauſæ contrariæ,ex quibus generatur actionum confuſio
ac extinctio. Bal in d.l.ſi vxor,& diximus ſupra per not. in d.l.
debitori.& in d.§.in computatione.non fiat huiuſmodi diffe

rentia,quod ſtipulatio eius de quo agitur,committatur ante,
vel poſt aditionem hæreditatis,quia quandocunq; commit-
tatur,incipiatque actio, ſeu obligatio de aliquo in perſonam
cadere,quæ repræſentet in eadem debitorem, & creditorẽ,
ſtatim ipſo iure & natura generatur confuſio, & extinctio a-
ctionum, vt ſupra recenſuimus, vt hoc impediat tam actio-
nem quandocunque naſcendam, quam natam eadem vi ra-
tionis; vtrunque ergo caput diſtinctionis ea ratio deſtrueret,
ſi in iſto caſu procederet,quam omnino procedere negamus
quia potiſſime hoc ipſum operatur beneficium, vt in eadem
met perſona hæredis vtraque cauſa poſſit conſtituere, ſcilicet
debentis,& eius cui debetur,ideo tam natam,quam naſcitu
ram actionem quantumuis ſit hæres,conſeruat,& hæres po-
teſt ſuſcipere & intentare contra defunctum & eius bona,
not.in d.§ in computatione & in d.l.debitori,& ſi non loque
remur in caſu facti inuẽtarij, vtique illa ratio Bal.procederet
non modo ſi res euinceretur poſt aditam hæreditatem,verũ
etiam ſi ante,vt ſcilicet hæres pœnam pro re euicta obtinere
In neutro caſu poſſet per rationem prædictam. Poſtremo di
cam,cur Baldus non aduertit expreſſam in d.l.cum emptor.
rationem,quæ ſe fundat in benignitate, quæ ratio eſt deciſio
illius quæſtionis,ergo non illa Baldi, & plane iſta ſecundum
textum tam conuenit,quando res euincitur ante aditionem
quam cum euictio poſt hæreditatis aditionem contingit. in
vtroque caſu pariter ex benignitate eſt, ne vtrunque hæres
obtineat, ſcilicet falcidiam, & debitum pœnale.etenim per
illum textum talis determinatio nequaquam reſtringitur ma
gis ad vnum caſum,quam ad alium,ſed indiſtincte loquitur,
& indiſtincte debet intelligi,iuxta vulg.& quidem ridiculum
mihi videtur inſpicere,quo tempore fuit res euicta & ſic pœ
na commiſſa,tam enim de commiſſa in vita vendentis,quam
de commiſſa poſt eius obitum ante hęreditatem aditam,vel
poſtea quandocunque hæredi actionem dari in caſu,in quo
alias non confundantur actiones,nemo vnquam dubitauit,
vel dubitat,vel etiam quiuis idiota, ex quibus ſic breuiter ea
diſtinctio Bal.prorſus confutatur. A qua quidem confutatio
ne dignoſcitur caſum quoq; conuerſum peſſime per eoſdẽ
decidi,nempe dum quæſtionem, an ſi venditor exiſtit hæres
emptoris,cui promiſerat in caſu euictionis pœnam duplæ,re
euicta teneatur iſtam duplam in falcidiam imputare,uel ſim
plum tantum,dicunt reſoluendo,q non:inſiſtentes in ea Bal.
diſtinc.vt per Herc.in d l.cum emptor, Albe & alij in d.§.in
computatione.nam vltra,q ea Bal.diſtin.eſt falſiſſima, vt ſu-
pra demonſtrauimus,cum ceſſet ratio d.l cũ emptor. in hoc
caſu contrario,quia fauorabilius eſt pro falcidia,vt minus de
ducatur, q ſcilicet dupla inferatur, & computetur in bonis
hæreditatis,non poteſt dici, niſi q de iſta dupla ſit habenda
ratio in calculando falcidiam,prout negari non poteſt hære-
ditatem tanto cenſeri opulentiorem,ac ditiorem,quãto plus
reperitur hæredem illi debere. l. ſi ei vendidi.§. ſi is qui fun-
dum.ff.de euict.Soci.Iun.in conſi.57.nu.5.lib.3. Porro diffi-
63 cilior,& magis intricata eſt quæſtio,qñ hęres,vel filius, † vel
extraneus vult ob factum inuentarium contra defuncti ꝯtra
ctum venire vendicando aliquam rem propriam a defuncto
alienatam,vel quippiam tale, vtrum,& qñ hæres repellat̃.Ete-
64 nim tres regulæ ſolent ei obſtare, † prima eſt de l. vendican-
tem.ff.de euic.ſ.quem de euictione tenet actio, eundem ex-
ceptio repellit agentem.ſecunda ex eo,q ipſe vna, & eadem
perſona cum defuncto reputatur §.primo,in auth de iureiu.
a mo.præſtito.ita vt quemadmodum defunctus poſſet repel
li,ſi viueret,quia ꝯ propriũ factum venire prohibetur. l. poſt
mortem,& ibi no.ff.de adopt. ita eius hæres repellatur, & ꝯ
eius factum venire non permittatur.l.cum hæres.ff.de diuer.
65 & temp.præſcr.l.venditrici.C.de reb.alie.non alie.l. cum ma-
tre.C.de rei vend.l.j.& l.fi.ff.de excep.rei vend. Tertia eſt re-
gula.l.ea qua perſona,de reg.iu.l.ſecundum naturam eod.tit.
videndum eſt ergo in caſu facti inuentarij,quonam pacto di
ctæ regulæ euitentur,vt hæres exceptionem ex eis non patia-
tur. Et Accurſius iſtam quæſtionem tractans in d.§.in com-
putatione.magiſtralem doctrinam ponit,ſed adeo obſcuram
& conciſam,& ita(vt noſtri Doctores dicunt)intricatam, vt
in eius intelligẽtia alta quoq; ingenia defecerint,vt meminit
Iaſ.ibi Fulg.dicere,ac in eo in quo verſat̃ articulus principali-
ter,a pleriſq; uel ab omnib.reprehenditur, & approbat̃ gl.in
d.l.cum a matre,q̃ pro ei ꝯtra ſignant.In qua quidem re opor
tet nos ſic ꝓcedere,ut in primis mentem gl. breuiter explice-
mus,& intelligamus,& mox ea, & ex dictis Doct. ꝯcluſiones
66 eliciamus.Et ſane hic eſt eius † verus ſẽſus videlicet dũ primo
loquẽs de filio,dicit q hẽs,quatenus hẽt de bonis defuncti vl-
tra debitũ naturæ ſubſidiũ, eatenus ſi vẽdicando fundũ a de-
functo alienatũ repellat̃,exceptionẽq; patiat̃ ꝑ iura ibi alleg.
ab eo res caret omni ꝯtrouerſia,omnib. Doctorib. in hoc ꝯ-
uenientibus.Secundo dum ſit,quod,ſi duntaxat habet debi-

tum naturæ ſubſidium, in nullo patiatur exceptionem, quia legitima debetur abſque onere. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſta. & quod ſine onere non haberet, ſi alienationem ſundi proprij a patre factam approbare cogeretur. quod dictum adnotant pro contrario ei, quod dicit gl. in d. l. cum a matre, quatenus ibi dicit, quod filius hæres non poteſt fundum ſuum a patre alienatum vendicare, quanquam de eius bonis non habeat niſi legitimam, ſed quod nihilominus patitur exceptionem, quia tametſi pater nequeat ſuper legitima onus apponere, creditores tamen illam minuere, vt ibi dicitur, queunt vel agendo, vel excipiendo, quandoquidem ipſorum cauſa præfertur legitimę,

67 & his glo. † ſignatis pro ad inuicem contrarijs, factum eſt, vt Doc. in diuerſas abierint ſententias circa hoc, & plerique probent glo. in d. l. cum a matre. & damnent glo in d. §. in computatione, vt per Rodo. Suar. in d. l. quoniam in prioribus. in ampl. 7. nu. 11. vbi affirmat glo. in d. l. cum a matre, dicere puram veritatem, & ab omnibus recipi. At animaduertatur diligenter,

68 quod illæ duæ † glo. minime ſibi aduerſantur, & in earum intelligentiam falluntur ſcribentes nam gl. in d. l. cum a matre, id dicit reſpectu ipſius emptoris, vt quo ad ipſum nequaquam ſolenet filium, allegare, quod ipſe non habet quicquam ſupra legitimam iam dicta ratione, volens aliud reſpectu cohæredis, vel legatariorum, vt ex illius ſubſequentibus verbis patet, dum ſubiungit filio dari regreſſum contra cohæredes vel legatarios pro fundo proprio a patre alienato, quem vendicare non poſſet, quoniam tantum de ſua legitima videtur euictum, quantum eſt pretium fundi, quem non valet vendicare. l. ſcimus. C. de inoffic. teſta. vt Accur. ibi ſubiicit, & notant Pau. de Caſt. & alij, ſed gloſ. in d. §. in computatione idem vult, quia in parte ſupra relata loquitur reſpectu legatariorum, quod ſi filius ſolam legitimam habet poteſt pro re ſua alienata agere, aliud in fine ſentiens reſpectu emptoris quod manifeſte colligo. Primo dum præſupponit, quod filius ſolum habeat quartam bonorum intelligit ergo alias tres quartas eſſe penes legatarios vel cohæredes, vel item dum ſubiungit, quæſtionem de quarta Falcidiæ comparat me ad caſum debiti naturæ ſubſidij, vel etiam dum in verſ. & hæc omnia ait, quod quæ dixerat in hac prima parte procedant, quando hæreditas eſt ſoluendo, & ſic quando nullus adeſt, qui aduerſum defunctum ſeu eius hæreditatem aliquid prætendere poſſit, cui facile non ſatisfiat. nam alioquin ſoluendo non dicitur is, qui ſolidum præſtare nequit. l. ſoluendo. ff. de ver. ſignif. & ſic quando emptori potuit ſatisfieri, vel non moleſtatur, non ergo reſpectu emptoris ſe id dicere intelligit, ſed duntaxat reſpectu legatariorum, & cohæredum, ſimiliumve perſonarum, quod & clarius explicat ibi in verſ. ſi vero hæreditas non eſt ſoluendo, dum vult, quod cum hæreditas non eſt ſoluendo, haud oporteat de aliqua legitima tractari, quia creditores ipſam exhauriunt ære alieno, in quo præferuntur filio quo ad legitimam. l. Papin. § quarta ff. de inoffi. teſta. & loquitur in iſta quæſtione de filio hærede cum beneficio inuentarij, intelligens, quod filius hæres nequeat vnquam legitimam habere, donec adſunt creditores hæreditarij, tametſi fecerit inuentarium, vult igitur legitimam, & fundum alienatum habere non poſſe in præiudicium emptoris, qui per euictionem fundi futurus eſt creditor hæreditatis, creditor enim efficitur quis non ſolum ex cauſa pecuniæ mutuatæ, ſed etiam ſi quid ei debeatur ex quauis cauſa. l. creditori. de ver. ſig. ſed in præiudicium legatariorum, & ſimilium perſonarum, ſecus Sequitur in glo. ver. item quid ſi extraneus. quod ſi extraneus eſt hæres inſtitutus, & de bonis non habet, niſi quartam Falcidiam, aliud eſſe dicit gl. ibi, quod ſcilicet pro illa quarta patiatur exceptionem volens proprium fundum uendicare, ſeu pro eo agere: quoniam iſta quarta poteſt, ſubiungit gl. cum onere dari atque grauari per iura, quæ allegat ibi intelligens cum teſtator iuſſiſſet eam cum fundo alienato compenſari, dictum enim gloſſæ intelligi debet ſecundum iura, quæ allegat Bar. in l. non ſolum. §. liberationis. ff. de lib. leg. vnde glo. ſentit, vbi teſtator hoc non mandaſſet hæredi fas eſſe quartam Falcidiam de iure habere, nec non propriam rem a defuncto alienatam, vt expreſſim dicit Bart. in d. §. in computatione, quia hæres & Falcidiam, & id quod ſibi debetur contra legatarios deducit. l. imponenda. C. de l. Fal. Rui. in conſi. 206 in 2. lib nu. 9 & ex iſta differentia glo. inter legitimam & falcidiam facta oſtenditur eius mens, quod ipſa loquebatur reſpectu legatariorum, & non reſpectu emptoris. & in filio fingit quæſtionem in terminis, quod pater ei mādauerit fundum a ſe alienatum compenſari, cum legitima, & quod nihilominus vtrumque valeat aſſequi, & quod ſecus ſit in quarta Falcid. Nunc proſequamur reliqua, ſi autem, ſubijcitur in gl. habet vltra quartam, & tunc pro toto, quod quaſi hæres habet, exceptionem patietur, quod plane tranſit abſque contradictione, aliter vt dixi teſtatore non diſponente. Sequitur in gl. ibi verſi. Vbi vero nunc fecit inuentarium &c. lege illam dictionem nunc, pro non: errarum enim impreſſoris id eſſe opinor alioquin ex ea nullus ſenſus conſiſteret, quod ſcilicet vbi hæres non fecit inuentarium repellatur inſolidum etiam quod ſolam quartam habeat, vel vt nos oportet intelligere, etiam quod nihil haberet hæres, patitur exceptionem ſupplēdo ad dictum gloſ. quæ voluit caſum & determinationem contrariam referentis iiſdem terminis ponere videlicet, ſicut in caſu facti inuentarij dixit exceptionem pati pro toto eo, quod vltra quartam habet hæres, id eſt pro modo emolumenti ſupra quartā obuenientis, in caſu non facti inuentarij, ita dicit inſolidum repelli, & non pro modo emolumenti. Sed ſi vltra, ſubiungitur in glo. habet &c. hic eſt repetitio eiuſdem dicti ſimul cū animaduerſione, quod ſi hæres, eſt hæres inſolidum patiatur pro toto fundo exceptionem inſolidum, ſed ſi pro quota eſt hæres, pro ea rata repellatur ab eius petitione, pro qua eſt hæres, etiam quod illa quota hæreditatis tanti non valeret, quanti valet quota fundi alienati, pro qua vt hęres repellit, & illud de valore intelligas etiam, cum eſſet ſolus hæres, & quod tota hæreditas non valeret, quanti valet fundus alienatus, ſeu non eſſet valoris vnius denarij. Poſtremo in fi. gl. dicitur ibi in verſ. Et hæc omnia quod quæ dixerat antea in filio locum habent, quando hæreditas eſt ſoluendo. quod tunc illa cōcluſio de debito naturæ ſubſidio fiat: ſed ſi hæreditas non eſt ſoluendo, ſecus, quia tunc nulla legitima poteſt deberi iuxta ſuperius recenſita, & hactenus de ea gloſ. non enim attingere volui Doctorum commentaria in eius ſenſu declarando, quia in ipſorum recitatione te, & me impleuiſſem confuſione, ſi putas ea plus lucis, vel claritatis in hac re tibi afferre poſſe, tu ipſe per te legito. Nunc deſcendens ad ponendum concluſio

69 nes, pro faciliori cauſarum deciſione. Prima † ſit concluſio, quod hæres quicunque ſit, ſiue filius, ſiue extraneus, pro modo emolumenti, quod capit ex hæreditate facto inuentario patitur exceptionem in vendicādo rem ſuam a defuncto alienatam, & iſtud dico nunc circumſcripta quæſtione legitimę de qua infra dicam. iſtam concluſionem faciunt poſt glo. omnes in d. § in computatione. Raph Ful. in conſi. 67. paterfam. in col. 2 Corn. in conſi 301. in princ. lib. 1. Ruin. in conſi. 7. in fi. & in conſi. 176. ad fi. & in conſi. 208. nu. 16 lib. 1. & in conſilio 51. nu. 22. lib. 5 & in conſi. 25. nu. 10. eod. Lud Rom. in cōſilio 18 Pau de Caſt. in conſi. 263. circa principium, in col. 3 in antiquis, & in conſi. 167. quia ſupraſcripto. Alex. in conſil. 165. circa, in col. 2. lib. 5. Ruin. in conſi. 42. in col. 3 lib. 5. Lud. Bolo. in conſi. 50 & Docto. alibi paſſim. loquentes de re ad hæredē ſpectante, ſiue ex fideicomm. ex alterius teſtamento debito, ſiue ex qua vis alia cauſa, & per defunctum alienata. & caue,

70 quod in calculo emolumenti † hæreditatis faciēdo ad iſtum effectum habetur ratio fructuum, ex quo eos hæres non poteſt lucrari, item æſtimatio non rei ſed iuris, quod hæres habet ſuper re alienata, cum in totum & libere ad eum res non pertinet, fieri debet cum emolumento hæreditatis, compenſando, ut dicit Lud. Bolog. in conſi 43. in col pen. & valor hæ

71 reditatis æſtimatur, non ex eo † quod forte hęres ex ea percepiſſet fatuitate alicuius, qui emiſſet rem precio longe maiori quam valeret, quoniam id imputatur fortunæ, & ſibi. l. ſi hæres inſtitutus. ff ad leg. Falci. Iaſ. in l. quamuis. C. de lega. & ſic de iſto pluri vltra iuſtum hæreditatis valorem non tenetur creditoribus hæreditarijs. ita firmat Gulie. de Bened. in d. ca. Raynu. in ver. mortuo itaque teſtatore, nu. 397. loquens in iſto caſu facti inuentarij. Et quoniam poteſt eſſe in caſu, in quo quis eſt hæres ſolum pro parte, quando autem eſt hæres inſolidum, hæc quæſtio non cadit, quod portio hæreditatis ſit lō

72 gę maioris valoris, quam ſit illa quota rei alienatæ, adeo † quod emolumentum ſuæ quotæ hęreditariæ aſcendat ad valorem totius fundi alienati a defuncto, poteſt dubitari nunquid in iſto caſu ob emolumentum excedens precium dicti fundi repellatur ab eius petitione in totum. & certum eſt, quod ex iure antiquo non repellitur niſi ad ratam quotæ hæreditariæ. d. l. cum a matre. l. ſi vxor. C. de bon. auth. iud. poſſi. l. ſi aduerſa. l. pro hæreditarijs. C. de hæred. actio l. ſi ab eo. C. de neg. geſt. l. ſiue poſſe. C. de euict. Dec. in d. l. debitori. Ruin. in conſil 421 nume 15. libro primo, & in conſilio primo, nume. 13. eo. glo. Pau. de Caſt. Bal. Ial & alij in dicto. §. in computatione. Anch. in conſilio 365. in columna quarta, ergo idem nos oportet ex iure nouo dicere, quia non reperitur in hoc mutatum per legem inuentarij, argu. l. præcipimus. in fi. C. de appell. l. ſancimus. C. de teſtamen. vt in terminis tenuit Ari. Pinel. in l. prima, numero 80. in tertia parte, verſicu. Aliud etiam memoratu. C. de bon. mat. vbi ait idem ſenſiſſe Alber. in dicto. §. in

73 computatione, in colum. prima, in fi. & refert neminem aliū animaduertiſſe hoc, & magis ſibi videri alios indiſtincte loquentes diſſentire, ac ipſe mouetur, quod inuētarium a lege fuit introductum in fauorem hæredis, & non ad diminutionem iuris ſui, ſicque non ad tollendum beneficium iuris, quod habet auocandi eam partem fundi, pro qua non eſt hæres, illud ergo ſibi

go ſibi ſaluum eſſe debet.l.3.§.ſi emancipatus,ff.de bon.poſſ.
contra tab.ibi,quo magis admittatur, & non quominus &c.
& præſertim quoniam ille habet,ſeu habere poteſt regreſſum
pro parte ab eo vendicanda ɔ̃ alios hęredes ad intereſſe,& ſic
ei nulla fit iniuria,nullumque ex hoc damnum infertur.l.3.fa
mil.erciſ.& in hoc reſidet,ꝙ & mihi placet,& vr̃ res indubita
73 bilis. Secunda ſit † concluſio ſuper quæſtione legitimæ debi
to naturæ ſubſidio,qn̄ filius non habet de bonis hæreditatis
paternæ,niſi vſque ad legitimam.primo ſcilicet reſpectu co-
hęredum legatariorum,ſimilium vero perſonarum,ꝙ valeat
rem ſuam a defuncto alienatam vendicare, vel eius iuſtam re
compenſationem habere cum legitima,quoniam abſque du
bio,ſi iuſta recompenſatio pro ea re ſibi non daretur, profe-
cto integram legitimam non haberet,ſed ei vere abeſſe tantũ
dici poſſet,quanti valet fundus per patrem alienatus, vt vo-
luerunt gl.& Pau.de Caſt.in d.l.cum a matre.Bar.Alex.Iaſon,
Corn.& Bal.necnon & glo.prout ipſe ſupra declaraui,in d.§.
in computatione. & Franc.Turza in libel.comm.opi.in c.23.
mater,& nemo ɔ̃dicit,nam in computando legitimam prius
deducitur ꝙ filio debetur,& ꝙ filius poſſet ɔ̃ hæreditatē pe-
tere ſi non adijſſet,& deinde ſuper bonis calculatur. Alex. in
conſi.57.verſi.quo ad ſm̃.lib.3.Haymo.Craue. in conſi.165.
nu.3.Corn.in conſi 190.nu.7.lib.2.Rui.in conſi.206.nu.9.li.2.
& pulchre animaduertendo dicit ideo Bal.in d.§ in compu-
74 tatione,nu.12.verſ.ſed ɔ̃,† ꝙ defunctus ſeu hæreditas eius re
netur filio duplici onere primo ad recompenſationem præ-
dictam faciendam pro illius re a patre alienata, ſecundo ad le
gitimam,& in primis eſt habenda rō prædictæ compenſatio
nis,& ei ſatisfaciendum eſt,deinde in reſiduo bonorum cal-
culatur legitima,quanta ſit,vt eam integraliter filius habeat,
& hoc inquit eſſe faciendum,qn̄ hæreditas eſt ſoluẽdo,& æri
alieno ſufficiens,ſin minus ius legitimæ prius deficit, q̃ ius p̄-
dictæ recompenſationis aſſequendæ,cũ autem in aliquo hæ
reditas non eſt ſufficiens,tunc filius ſubdit ipſe,ob factum in-
uentarium rē ſuam a patre alienatam poterit vendicare,hoc
intelligit ipſe in præiudicium ipſius tp̄is, de quo nunc dico.
75 Secundo quantum ſit reſpectu † emptoris hæc noſtra cõclu-
ſio non vno modo firmatur per Doc.aliqui enim reſpectu ēt
emptoris,& in eius præiudiciũ dixerunt filium fundum alie
natum,& legitimam ſimul obtinere poſſe,ita Barto. tenet in
d.§.in computatione.poſt Iac.de Bel.intelligendo gl.ibi hoc
velle.laboratq; valde ſaluare hanc opinionem a ɔ̃triis iuris re
gulis,& ſimpliciter ſequuntur ibi Ang.Alb.& Pau.de Caſt.&
Corn.Per.Anch.in c.1.ext.de teſta.Pau.de Caſt.in conſi.367,
quia in ſupraſcripto conſil in verſ.ſi vero extabunt.in antiqs.
vbi referi gl.& Doc.in d.§.in ɔputatione,velle,ꝙ filius,qn̄ nõ
hēt vltra legitimã facto inuentario non impediatur alienatio-
nem rei ad ſe ſpectantis,v.g.iure fideicommiſſi antiqui,a p̄re
factam retractare,idem vult in conſi.208 dico dictum. in an
tiquis,idem dicit Bat.in l filiusfamil.§.cum pater.de lega.j.&
in l.cum vir.ff.de viucap.Nico.Boer.in deciſ. 23. nu. 17. in fi.
vbi dicit iſtam opinionem eſſe communem,& eam conſolē
do amplectitur Alci.in conſ.556 teſtõ.in fi.vbi aſſerit iſtã ſen
tentiam,eſſe magis communem,& continere meram verita-
tem,& conantur eam defendere Bar.Alcia.& alij,in caſu tñ,
qn̄ defunctus non tenebatur de euictione, ſic ſaluantes gl. in
d.§.in computatione.ea ratione, quia tunc hæredi filio non
poteſt obſtare exceptio,iuxta.d.l.vendicantem,quem de eui
ctione tenet actio &c. Item ꝙ nec regula d.l.ex qua perſona.
obſtare põt,aiunt ipſi,quia filius accipit legitimam non tan-
quam lucrum,ſed tanq̃ debitum per gl.in l.2.C.ſi quid in frau.
patroni,q̃ ibi Ang.ſummopere commẽdat. Tertia autem re
gula ceſſare videbatur,vt ipſe aliquid pro eis adijciam,q̄a in-
uentariũ facit vt perſona hæredis alia cenſeatur,q̃ perſona de
functi,ſm̃ notata in d.§.in computatione. & pro iſta opinio-
ne nuperrime vidi Iac.Philip.Port.in lib.3. concluſio.in con-
cluſ.8.in verſ.hæres.allegare quamplures,ſed neſcio an ad ba-
76 liſtam.Sed † alij tenent ɔ̃trium,ꝙ immo filius nequeat legiti-
mam,& fundum vel ſuam rem a patre alienatam vendicare,
& ſimul habere,quantum ſit ad damnum illius,qui eum acq
ſiuit,& ſic variatum fuit inter Doc.vt atteſtatur Ruin. in con
ſil.159,nu.24.lib.3.& maior pars ſcribentium ſtat pro hac ſen
ten.q̃ velim,vt tu ſequaris,non modo,ꝙ ſit cõis, ſed ēt, quia
eſt vera in iure, & altera falſa.ipſam in primis probant Bald.
Alex.& Fulg.in d.§ in computatione.Bal.in d.l.cum a matre
Rodo.Suar.in d.l.qm̃ in prioribus. in limit.7. nu. 15. verſ.hæc
limitat.Iaſ.in d.§.in computatione,nu.10.And.Barb.in d.ɔſi.
66.in col.3.lib 4 Alex.in conſi.18.nu.9.lib.5. Io.de Imo. ĩn d.
c.1.nu.10.ext.de teſta.Alb.Bru.in conſi.18.in fi.ver.circa quar
tam.Pau.de Caſt. in conſ.263.circa primum quæſitum vr̃.in
col.3.in 2.q.in antiquis,& in conſi.218.præmitten.in col.a.in
antiquis.Ruin.in d conſi.159.lib.3.Lud.Bolo. in conſi.43. in
col.pen.ad fi Pet.de Anch.in conſi.152.in col.fin.in 7.dubio.
Natta in conſi.214.in col j.in primo tomo,vbi dicit hanc eſ-
ſe communem opinionem, & ibi tradit in practica fundum
extimandum eſſe,& ſm̃ illius æſtimationem fieri compenſa-
tionem cum bonis æquiualentibus hæreditatis paternæ,quę
penes filium hæredem reperiuntur, licet etiam ſub nomine
legitimę,iuxta tex.in d.l cum imperator.§.ſi centum.de leg.j.
& in horum authorum numero ponendus mihi videtur Ar.
Pinel.in l.j.in 3.par.nu.80.ver.in hac re.ꝙ licet ɔ̃ hanc ſenten
tiam inuehat plurimum, & in ipſam confutandam valde ſe
torqueat,& inuoluat,tñ concludit demum,ꝙ emptor,ſi res a
filio euinceiur habet regreſſum ɔ̃ hæredes, & hæreditatis bo
na pro ſuo intereſſe rei euictæ, etiam in præiudicium legiti-
mæ, quoniã iſtud intereſſe minuit, ſeu abſorbet ius legitimæ,
vt etiam ait ipſe,ſicq; in communem ſententiam incidit, q̄d
in præiudicium emptoris retenta legitima non liceat filio re-
tractare alienationem rei ſuę a patre factam,vt vtrumque ha
beat,rem,ſcilicet & legitimam, & Arius Pinellus in alio non
videtur in effectu diſſentire,niſi ꝙ filius præciſe non repella-
tur a vendicatione rei ſuæ,de quo mox dicemus. Quod aũt
hæc ſententia ſit vera,patet ex eo,ꝙ creditor præfertur filio
in legitima,& ius legitimæ non poteſt competere cum dam-
no & præiudicio eorum,qui aliquam habent actionem ɔtra
patrem defunctum,eiuſve hæreditatem.l. emancipati.§.cum
illud.ff.de collat.bon.d.l.Papin.§.quartam, prout dixi ſupra,
& emptor,vel alius habens cauſam a defuncto conſideratur,
vt creditor defuncti,quia defunctus & eius hæres eſt obliga-
tus eam rem non petere,& non ɔ̃uenire ɔ̃ctui, quia ɔ̃ctus a
77 † principio eſt voluntatis,ex poſtfacto ex neceſſitatis.l. ſicut.
C.de actio.& oblig.l.in commodato.§.ſicut.ff. de commod.
& ab eo non licet recedere,ſm̃ Doc.ibi,quia ex eo,ꝙ quis eſt
obligatus aliquid non facere,dicitur debitor, ſ.de non facien
do,vel de non petendo, & alter creditor,ne ſcilicet a ſe peta-
tur.l.Meuia.§.fundus,& ibi glo.Bal.& Imo. not.ff. ſol.mat.&
ius ꝙ eſt in exceptione tam reddit eum creditorem, quã ius,
ꝙ eſt in actione & petitione,vt in propoſito noſtro dicit Bal.
in d.l.cum a matre,in col. 2 ad fi.Alex.in d. §. in computatio-
78 ne.in col.3.Quod modo probetur opinio ɔ̃tria eſſe falſam † ex
hoc ipſo apparet,& quia fundatur in authoritate gl.in d.§.in
computatione, quæ hoc nequaquam ſenſit, vt dixi in illius
glo.explanatione,ſed voluit ɔ̃trium,quatenus ergo fabricata
eſt talis opinio,& indiget gl.prædicta,vt ſaluetur, ſentit ɔtra
ſe iuris rationem,& eſt violenta. Nec enim poteſt defendi ex
eo,ꝙ dicatur ceſſare regula l.vendicantem.ff.de euictio.quo
niam nec etiam quando defunctus nõ tenebatur de euictio-
ne,licet hæredi aduerſum eius factum uenire.d.l.cum a ma-
tre.nam tex.ibi procedit,quando emptor ſciuit rem eſſe alie-
nam,in quo caſu venditor non tenetur de euictione.l. ſi fun-
dum.C de euictio.ut eum tex.Iaſ.& alij intelligunt,reprehen
dentes ſaluationem Bar.in d.§ in computatione,& ego non
puto faciendam eſſe differentiã, vt & Alciato in d.reſp.556.
reſpondeam,inter contractum venditionis, & donationis in
iſto caſu,ſed mihi videntur,quo ad hoc propoſitum a pari p
cedere,ex quo in vtroque cõtractu ſuppoſitum ſit, quod de
euictione tradens non teneatur,& nihilominus ipſe, & eius
hæres teneatur ratum habere talem contractum,quandoqui
dem non minus prohibetur quis uenire contra proprium ɔ
tractum donando,quam vendendo, quia donatio perfecta
non poteſt reuocari,ſi aliud non obſtiterit.§.perficiuntur. in
ſtitu.de dona.& ibi no.& vinculo talis obligationis adſtringi
tur eius quoque hæres.l.ſi ab eo.C.de lib.cau.l.ſi fundum.C.
de reb.alien.non alien.cum concord.& hoc quatenus emo-
lumentum hæreditatis importat in hoc caſu facti inuentarij,
de quo nunc agimus.in caſu autem non facti inuentarij abſo
lute cogitur,iuxta prædicta iura, & hoc fundamento dituio
res omnis redigitur ad illud,quod legitima dicatur æs alienũ
79 & debitum & non † vt lucrum.ſuper quo aduerte primo, ꝙ
ſi opinio iſtorum defenditur ex hac ratione, ergo non ex eo,
quod defunctus de euictione non teneretur,ut nisi uideban-
tur prædicti per argumentum præcedens. Item & ſecundo ſi
hoc eſſet uerum,ſequeretur,ut in caſu quoq;, in quo defun-
ctus eſſet obligatus de euictione filius poſſet & legitimam,&
fundum alienatum habere in præiudicium emptoris,ſiquidē
omnes fatentur hæredi ſibi licere ui inuentarij ex bonis hæ-
reditatis indiſtincte deducere id,quod ſibi debetur,ut æs alie
num per tex.in d.§.in computatione,& tamen in hoc caſu,in
quo eſt obligatus de euictione defunctus, negant filio legiti-
mam, & rem alienatam, ut per eos,ergo legitimæ ut æs alie-
num non cenſetur deduci, & ſic eorum argumentum in ſe-
ipſo confunditur. Et profecto uerum non eſt, quia filius pro
legitima nunquam enumerabitur inter creditores defuncti.
l.tertia C.de iur. & fac. ignor.l. fina.§.primo. C. de cura. fu-
rio,quia legitima ſumitur de bonis, quæ non dicuntur, niſi
deducto omni ære alieno.l.ſubſignatum.de uerborum oblig.

l.mulier.ff de iure dot.iuncto tex. & ibi not.in l. Papinianus.
§.quarta.ff.de inoffi.teſta. & propterea conſuluit Iaſ.in conſi.
a8 t.in a.lib. ſtante ſtatuto, ꝙ vxori non poſſit relinqui vltra
quartam bonorum partem deducto ære alieno,non intelligi
vt legitima quaſi æs alienum debeat deduci. Non obſtat tex.
& glo.in d.l.a.quia primo poteſt dici,ꝙ loquitur in legitima
patroni,etenim iſta efficacius debetur,ſicut dicitur de legiti-
ma filio arrogato debita,ꝙ iſtæ duæ quartæ videntur deberi
titulo oneroſo,cauſa præcedentis ꝯctus manumiſſionis, vel
arrogationis vt dicit Hiero. Cagn.in d.l.Papinianus §.memi-
niſſe.nu.8.verſic.ſeptimo nota.Rodo.Suar.vbi ſupra,aliud er
go in legitima filij. Hanc tamen reſponſionem ipſe non fir-
80 mo,quia arrogati non † debetur ex ꝯctu,ideſt quia ſit ꝓmiſ-
ſa,ſed ex conſtitutione diui Pij,vt ait Alex.in conſi.55. conſi
detatis verbis,nu.1.lib.1.allegando.l.ſi arrogator.l.non aliter.
ff.de adoptio.glo.& Docto.ibi.& glo.in §.cum autem,in ver.
bonorum,inſti.de adoptio.& in l.1 §.ſi impuberi.in verſ.per-
ſonalis actio.ff.de collat.bono.& hoc,vt iuri magis conſenta
neum me credere iuuat quamquam non ignorem quamplu
res eaſtimaſſe potius ex contractu legitimam arrogato debe
ri,vt refert Arius Pinel.vbi ſupra,nu.76.ꝯ quos ipſe tenet, ne
gando differentiam dari inter vnam & aliam legitimam,vt la
tius per eum ibi.Secundo reſpondetur,ꝙ tex.& gloſ.in d.l.2.
loquitur reſpectu retractationis faciendæ de alienatione fa-
cta in fraudem, quando alienat patronus in fraudem legiti-
mæ debitæ,ergo ſecus ſi non per fraudem, tunc ius legitimæ
perimitur,nec filius præfertur creditorib. vel aliis,ꝙ & reſpe-
81 ctu filij etiam obſeruatur,vt ſi quid in fraudem † legitimæ fi-
lio debitæ pater faciat,per filium poterit retractari. Bart.in l.
non vſque adeo.ff.ſi quis a pa.fue.manum.Bal.Saly.Angel. &
alii in d.l.2.Rodo.Suar.in d.l.quoniam in priorib.l.fi.ff.ſi quid
in frau.Ari. Pinel.vbi ſup.nu.77.& nihilominus concedunt
omnes legitimam extingui per æs alienum.Vnde Bar. ſentiēs
iſtam difficultatem ab opinione,& ſaluatione ſua receſſit in
d.§.in computatione.alio modo laborans ſaluare,ꝙ exiſtima
uit dicere glo.ibi ponens exemplum in filio hærede inſtitu-
to in re certa quem actiones non ſequuntur.l.quoties.C.de
hære.inſtitu.l.1.§.hæres.ff.de hæred.inſtitu.ſed via credit(ſub-
iungit ipſe)glo.de hoc caſu ſenſiſſe, & demum perplexus ni-
hil firmat,quare noſtram ſententiam vndique firmari vides,
& ideo omnino eſt tenenda,circa iſtam quæſtionem nihil ad
duco tibi ex Monric.quia adeo confuſe loquitur de ea re, vt
melius duxerim te iudicem facere ipſius, quam meam ab eo
ſententiam proferre,vide eum fol.82.nu.95.& ſeq. Tertia ſit
82 concl.quando hæres extraneus † habet ſolam Falcidiam, nū
quid in præiudicium legatariorum valeat vtrumque habere,
ſcilicet Falcidiam & rem a defuncto alienatam, ſeu eius iuſtā
recompenſationem ex hoc inuentarij beneficio in præiudi-
cium creditorum,ſeu emptoris.non oportet quærere,qa cre
ditores faciunt ceſſare legata, & Falcidiam, vt de ſe patet , &
recenſuimus iam,ꝙ ſi teſtator non vetuit hæredi hoc, ſeu ſi
non iuſſit Falcidiam computari cum re alienata,hæres poſſit
vtrumque obtinere,recompenſationem ſcilicet rei alienatæ
& Falcidiam,glo.Abb.& Bar.ac Corn.in d.§.in computatio-
ne,& Bal.ibi,nu.15.verſ.modo forma, & quatenus Alex. Iaſ.
& Pau.de Caſt.ꝯ arguūt,eos intelligere oportet reſpectu em
ptoris loqui,alias ipſi fallerentur,quoniam hęres reſpectu rei
alienatæ dr̄ creditor defuncti,ſeu hæreditatis. vnde cū de iu-
re concedatur hæredi habere id,ꝙ ratione tamen ſimpli ſibi
debetur a defuncto,atque ſimul Falcidiam.d l. cum emptor.
ff.ad l Falcid.l.irritum.l.imponenda.C.eo.vbi ſupra firmaui:
neceſſario habere debet ex hęreditate iſtam recompenſatio
nem,& Falcidiam. Quibus autem verbis dici queat fuiſſe Fal
cidiam prohibitā,vel quippiam tale diſpoſitum , ex eo quod
Falcidia ꝓhiberi nequeat,niſi expreſſim. §.ſi vero expreſſim
in Auth.de hæred.& Falc.non eſt præſentis ſpeculationis,vel
83 indagationis.de hoc meminit plene Nic. Boer.in deciſ.4 † nu
me.32. Quarta eſt concl.quando hæres habet vltra falcidiā,
& tunc patitur indiſtincte pro illo ſupra pluri exceptionem
in re a defuncto alienata,tam reſpectu emptoris,vel credito-
rum,quam etiam legatariorum, prout diximus in prima con
num ei inferre quandoquidem Imperator noluit aliquod in
ter eos præiudicium generari, ea eo quod hæres ſoluerit pri-
mo venientibus. Nec obſtat tex. in d. §. ſin vero hæredes, qđ
loquatur de creditoribus potioribus, & non de habentibus
æqualia iura: nam, vt diximus, ſatis in iſto etiam caſu potior
videtur altero reſpectu, ſcilicet partis auocandæ, quam ab ini
tio concurrendo habuiſſet. alioquin prouiſio Imperatoris
fuiſſet manca, & non plena erga tardiores, vel poſt venientes.
Nec obſtat tex. in d. l. pupillus, & ſimil. quia procedit in caſu
non facti inuentarij, inter quem & hunc oportet eſſe differen
tiam, quoniam in eo non perimitur, ſeu tollitur actio contra
principalem, merito non datur tarde venienti aliquod reme
dium contra diligentiorem creditorem, & relinquitur in ſuo
ſtatu, quo erat, quod ſcilicet experiatur contra debitorem,
qui ſi non habet, quo ei ſatisfaciat, non debet in alterius dam
num redundare, ſed negligẽtiæ & ſorti ſuæ imputet, at in iſto
caſu tollitur ei actio conſtitutione ipſa Iuſtiniani, ne amplius
agere queat aduerſum hæredem, quem voluit ab omni mo-
leſtia & vexatione ſecurum eſſe, vnde oportuit pro actione
ſublata dari ei aliud remedium, vt ſicut Imperator cum pro-
hibet aduerſum hæredem agere, ita velit contra exigentem
conuertere poſſe actionem, quatenus ille ſua ſolertia præri-
puit aliquid de parte ad ipſum ſpectante, alioquin vix videtur
defendi, quin de iniuſtitia arguatur imperatoris conſtitutio
prædicta. Pro quo facit, quod ratio quæ mouit recitato Impe
ratorem, vt legatarius contra legatarium haberet regreſſum;
vt dicetur, eadem dictat, vt ſimiliter inter ipſos creditores ſer
uetur, cũ ſunt eorum iura æqualia, ſi quidem inter hos caſus
nulla diuerſitas poteſt oſtendi, ergo idem ius ſtatuendum eſt.
145 vulg. Legatario etiam aduerſum alium legatarium † qui ſo-
lidum legatum recepiſſet, datur idem regreſſus, vt aliis bonis
hæreditatis non ſuperexiſtentibus eum vocet in tributum,
ideſt ad partiẽdum pecuniam exactam cum ipſo pro rata cu
iuſq; legati vt modo in creditoribus diximus, olim hoc fiebat
mediante ceſſione facienda per ipſum hæredem legatario, de
actione vel condictione indebiti, quæ hæredi dabatur contra
legatarium, qui recuperat ſolidum legatum, cum aliis ſtantib.
tantum non eſſet et præſtandum. l. 1. §. 2. & l. ſeq. ff. de condict.
io ſeb. nunc legatarius recta via poteſt abſque vlla ceſſione
agere contra alium partem debitam auocando, Alex. & Pau.
de Caſt. in d. §. licentiam, & in d. § & ſi præfatam. numero no-
no, Corn. ibi in col. 3. in princ. & alij ibi, qui ita concludunt, iſ
etſi textus ibi hoc non exprimat, ex quo comprobatur con-
cluſio per nos facta de creditore habente æqualia iura, vt ſu-
perius dixi, Montic. hic folio 138. nu 89. Ex his alia ſuſcitatur
146 quæſtio, vtrum quid † cenſeatur hæc Imperatoris conſtitutio
aliam præbere actionem creditoribus vel legatariis expetũ-
di contra ſolertes exactores. Thomas Gram. in q. pri. poſt de
ciſ. impreſ. numero ſeptimo, verſi. nec obſtat l. ſi. dixit ponde-
rando textum in d. §. ſin vero hæredes. verba ibi ſecundum
leges eas abſtrahere, quod creditores ab his, qui ſolutionem
æris ſui ſunt aſſequuti poſſunt abſtrahere ſecundum eas le-
ges, ideſt pro vt eis alias de iure conceditur, adeo quod actio
nulla cenſeatur ex ea conſtitutione de nouo illis inducta, &
quod propterea qui vult inquietare alium creditorem, aliũ-
de quam ex hac conſtitutione opus ſit actionem ſuam oſtẽ-
dere. Quod ſi verum foret, grauis quidem eſſet hæc conſtitu
tio hiſ, qui poſt emenſum patrimonium comparerent corã
hærede, vt ſibi ſatisfieret. nam ipſe hæres cogi non poteſt, vt
eſt dictum. Item nec emptores bonorum hæreditatis, vt di-
cetur. contra vero illos, qui primo veniſſent, & exegiſſent ſibi
debita parum poſſent prætendere, vel ſperare. nam quatenus
ipſi intentarent indebiti cõdictionem, poſſet reſponderi, qđ
immo debitum ſibi receperunt. quatenus vero niterentur
actione hypothecaria vendicãdo pecuniam per priores cre-
147 ditores exactam, parum etiam proficerent, quoniam † ſi-
cut ob immixtionem pecuniæ receptæ cũ propria pecunia
extinguitur rei vendicatio, & perditur dominium pecuniæ.
l. ſi alieni. ff. de ſolutionibus. l. cum fundus §. ſeruum tuũ im-
prudens, & ibi not. ff. ſi cert. pet. ita etiam hypothecaria extin
guitur prætenſa in pecunia debitoris, quæ quidem hypothe-
caria eſt rei vendicatione, & dominio inferiori, quapropter
plerique tenuerunt, quod anterior creditori vigore ſuæ hy-
pothecæ nequeat extorquere pecuniam à communi debito
re exactam per poſteriorem creditorem ex eius manibus, vt
poſt longam determinat diſputationem Matt. de Afflict. in de
ciſ. Neap. 190. pulchrum. & Thom. Grammat. in d. q. 1. Cardi.
Pariſ. in conſ. 69 lib. 4 Arim. in tract. de bono. ceſſio. in q. 24.
principali, & Bẽuenu. Strach. in tract. de mercato. ſub Rub. q
potio. nu 60. decoct. animaduertens, quod alioquin totus mũ
dus inuolueretur litibus. idẽ voluit Anto. Capic. in deciſ. 78.
& Ioan. Cephal. in conſi. 86 lib. 1. aliud ſentiens in caſu pecu-
niæ receptæ à communi debitore ex cauſa lucratiua, ut ibi
per eum. Vt igitur hæc conſtitutio grauis non ſit uel iniuſta
alicui creditorum, oportet nos dicere ex hac conſtitutione
dari & introduci nouum remedium, ſcilicet ſubſidiarium ex
quo contra hæredem aliqua petitio non poteſt amplius da-
ri, ut uoluit Bar. in d. §. & ſi præfata, uer. item oppono, dicitur
hic. glo. in d. § ſin uero hæredes. & poſt eam Bald. Salyc. Al-
bc. Alex. & Paul. de Caſt. ibi in uer. per condictionem, & Bẽ
uen. Strch. ubi ſupra, dicit ex ea actionem in factum dari ante
riori creditori contra poſteriorem, qui exegit, & in hoc be-
ne loquitur, ſed non in eo, quod intelligit extra hunc caſum
inuẽtarij etiam dari hoc remedium omnibus creditoribus.
nam in alijs caſibus, cum cõſtitutio, uel lex nullibi tollat actio
nem aduerſum debitorem principalem competentem, haud
opus eſt indulgere talem actionem in ſubſidium introductã,
plane dẽt lex ipſa id introducẽs ceſſare. l. 1. & ibi not. C. de ca-
duc. tollen. & non extendi ad caſus diſſimillimam rationem
habentes. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ibi, ſed hæc diſſimilia
ſunt. de uer. oblig. & ibi not. cum concor. Nec obſtat conclu
ſioni noſtræ illa ponderatio Gram. de illo uerbo ſecundum
leges, quia talis dictio non ſemper ponitur reſtrictiue, ſed &
cauſaliter. c. Abbate Sancti. de uerb. ſignifi. & ibi gl. & Doct.

148 Dec.io conſ.402.numero decimo.† Quid aotem ſeruandum
ſit extra caſum non confecti inuentarij circa factum ſatisfa-
ciendi pluribus creditoribus,breuiter potes dicere in caſu, in
quo adhuc al:cui non fuerit ſatisfactum,ꝙ primo ſatisfit an-
teriorem hypothecam habenti,iuata tex.in c qui prior,de re
gulis iuris,in ſexto.& concord.& nulla ſtante anterioritate,ſi
pariter omnes vigilant ac inſtant ſibi ſatisfieri, omnibus ęq;
pro rata debet ſatisfieri,prout etiam cum habent par priuile-
gium,veluti ea cauſa depoſiti.l ſi ventri. §. in bonis l. priuile-
gium.ff.de priuil.cred.ſed ſi vnus eſt,habens priuilegium, &
alius non,priuilegiato prius eſt ſatisfaciendum,& poſtea chi-
rographphario non priuilegiato. Bal. in conſilio 432.caſus ta-
lis,libro primo,Pan.de Caſt.in conſilio 444 reſpondeo & di-
co.in antiquis.Corn.in d.§.& ſi præfatam. Sinautem quærit,
poſtquam alicui eorum fuit ſatisfactum,an alius ab eo valeat
auocare.& dicas ſecundum præfatos regulariter eum qui in-
uigilans exegit,alijs creditoribus non teneri pecuniam exa-
ctam communicare.d.l.pupillus,quando ſcilicet ſunt pares:
quando vero volens auocare eſſet hypotheca,vel priuilegio
anterior,tunc facta immiatione pecuniarum, & earum con-
ſumptione,ſecundum vnam opin oneoi non valet auocare,
vt dixi ſuperius,ne totus mundus litibus inuoluatur,ſecundũ
aliam,vtique poſſet hypoth ecæ ſuæ vigore, ſi ille, qui exegit
eam pecuniã præſertim habuit ex cauſa lucratiua, ſed in hoc
caſu eſt opus diſcutere bona debitoris, etiam quod alias ex-
cuſſio in loco regulariter eſſet remiſſa, ſecundum Ioan. Ce-
phal.in dicto conſilio 86 libro primo.fallit autem hoc,quan-
do fuiſſet ei ſolutio facta,dum inſtabant alij creditores ad ſo-
lutionem,vel item ſi is per modos illicitos extorſiſſet huiuſ-
modi ſolutionem a debitore.Pau.de Caſt.& Corn.vbi ſupra.
l.ait prætor.§.ſi debitorem.ff. quæ in fraud.cred.l.qui autem.
§.ſciendum.ff eod.vel quando eſſent ſocij.l.verum,§.ſi inter
tres.ff.pro ſocio,& dicit Corn.vbi ſupra,vel item ſi primo ve
niens,qui exegit habuit ex cauſa lucratiua, & alij oneroſam,
de quo dixi moa.vel item ſi miſſus in poſſeſſionem rerũ fue-
rit,nondum tamen ſolutionem habuerit.l.cũ vnus ff. de bo.
auth.iud.poſſ.Secundum Corneum, & Caſt. vbi ſupra.in his
omnibus cõtra illum qui exegiſſet,& alijs creditoribus repe-
tendi facultas dabitur de illo caſu, quando agens eſſet ante-
rior hypotheca,vel potior priuilegio,non eſt opus dicere, ꝙ
de eo iam diximus ſupra.

149 Vltimum † eſt inuentarij beneficium,quod,quamuis aliud
pro alio debitor inuito creditore ſoluere nequeat.l.2 §.1 ff.ſi
cer.pet.& ibi not.attamen in caſu facti inuent.fas erit hæredi
de ipſiſmet bonis hæreditatis ſatisfacere creditoribus ac lega
tariis,Bar.Bal Alex Pau.de Caſt Salyc.Iaſ.& cæteri omnes in
d.§ & ſi præfatam,per tex.ibi de rebus ipſis hæreditariis, vel
de pretio earum mediante vend.habito. Vnde And.Alciat.in
conſilio trigeſimo,libro tertio,reſpondit vxori teſtatoris vi-
duæ dotes repetenti,tametſi earum reſtitutio foret alioquio
facienda in pecunia numerata, nihilominus in caſu iſto facti
inuentarij de bonis hæreditatis poſſe hæredem ſatisfacere. &
in hoc magis alijs eſſe priuilegiatam ipſe negat. Et non ſolum
res ipſæ corporales poſſunt inſolutum eis dari, verum etiam
iura & nomina debitorum,vt per Iaſ.in dic.§. & ſi præfatam.
quia appellatione rerum veniunt etiam iura ſeu nomina.Bar.
in l.quintus,la ſecunda.§ argento.ff.de au. & arg. lega. Doct.
in l.prima.ff.de ſtatu homi.& non tenetur credita hæreditatis
exigere,vt plene per Monti.hic,folio 68. numero trigeſimo.
in ſimili habetur de hærede grauato reſtituere fideicommiſ-
ſario quod non tenetur nomina exigere,ſed ſufficit ei ipſa ce
dere,vt late per Card.Pariſ.in conſilio trigeſimoquinto, in a.
150 libro. Iſtud declaratur † & intelligitur ſecundum Roland. a
Valle,in conſilio decimoquarto,numero vigeſimo,libro pri
mo,dum ſcilicet res ſunt penes ipſum hæredem,& in eius po
teſtate.ſecus eum alijs iam eas tradidiſſet, tũc de illis non ha-
bet amplius,quid ipſe agat, nec poteſt de eis ſe intromittere,
vel actionem aliquam prætendere, contra illos, quibus iam
dederat.quod dicit Rolandus reſpondẽdo io caſu ſuper obla
tione per hæredem facta agenti Saluiano interdicto,vt ſubſti
neretur eius iudicium contra tertium bonorũ defuncti poſ-
ſeſſorem,in quo iudicio non fuerat facta excuſſio contra ip-
ſum hæredem,quod talis oblatio nihil releuabat. Item decla
151 ra,& intellige † id,ſi bona non eſſent tanta in hæreditate, vt
opulenta non videretur. vbi enim appareret opulenta ipſa
hæreditas,eſſet compellendus in pecunia numerata ſatisface
re creditoribus vel legatariis hæreditatis, vt dicetur infra, vel
etiam intellige niſi in hæreditate eſſet pecunia,tunc non lice-
bit ſoluere ſpeciem pro pecunia,vel e conuerſo ſi ſit res debi
ta,vt ſpecies legata in ea,ſoluere non poteſt pecuniã pro ſpe
cie debita,Montic.hic folio 63.numero octauo. Aliud hinc
elicitur inuentarii beneficium,prout in ſummãdo illum tex.
dicunt omnes ſcribentes ibi,oempe quod hæres non cogitur

152 ipſe vendere hæreditatis bona, id in eius arbitrio † ponitur,
adeo quod poteſt,ſi vult omnem curam & ſolicitudinem re
rum hæreditatis deponere,& abiicere illas penitus dimitten-
do creditoribus,atque legatariis,vt inquit Ang.in l prima.§.
hæc ſtipulatio.ff.ſi cui pluſquam per l Falcid. Lud Gozad.in
l.qui ſe patris,numero 149.C.vnde libe.poſt alios per eum ibi
citatos,intelligendo tex in d §.& ſi præfatam.diſponere, qđ
liceat hæredi facto inuentario derelinquere, atque dimitte-
re bona,curam eorum abiiciendo, vt ſolet dici de ſeruo no-
xa & tenuit Montic.vbi ſupra,folio 11.numero 40.fol.12. nu-
mero 43.folio 56 folio 67. vbi ea hoc dicit inuentarij benefi
cium præſtare,vt hæres poſt aditionem valeat hæreditatem
repudiare.ſed iu hoc non dicas,quoniam adhuc remanet hę
res,licet dimittat bona, quæ ſi eſſent plena ære alieno, cũ ef-
fectu eſſet hæres,& nullatenus poſſet pœnitere, quia inuen-
tarium non releuat,cum hęreditas eſt opulenta,vt dicetur in
153 fra. Veruntamen hoc pleriqueintelligunt,cum † hoc tempe
ramento,quod vbi hæres ſe obligare de euictione noo com-
pellatur,æquius ſit inſtantibus creditoribus ipſum cogere ad
vendendum,& in ɔ̃ctu venditionis nomen ſuum ponẽdum.
quandoquidem id ei nequaquam officiat, & illis proſit per
regulam,quod tibi nõ nocet,& alteri prodeſt, facere teneris.
l.quadam naturali.l,creditorem.C.de euictio.ita dicunt Bar.
Bal. Pau.de Caſt.Corn.Iaſ.& alij in d.§. & ſi præfatam, & vult
hoc Montic.vbi ſupra,Io.And. in addit ad Specul. in titu. de
inſtrum.edit.in §.fin.in addit.incip.Treb.Alex.& Io.de Imo.
in dicto.§.& ſi præfatam vbi Bald.numero ſecundo,dicit, qđ
hæres proteſtans de euictione ſe nolle obligari poteſt etiam
dicere creditoribus,vendite vos, & ego conſentiam.l.quam-
uis.ff.de pigno.actio.quod & refert Corneus ibi. In qua qui-
dem venditione non eſt neceſſaria ſubhaſtatio, vel aliqua io
ris ſolemnitas,ſecundum Bal.ibi in principio. Qua facta ven-
154 ditione † alius ex inuentario producitur effectus quod em-
ptori plena ſecuritas ex inde generatur.dicto.§.& ſi præfatã:
& omnes ibi hoc adnotant.Quod tamen intelligas quantum
ſit reſpectu hypothecæ,qua res vendita eſſet affecta: de quo
etiam valde miratur Iaſ.& alij ibi. Et hoc eſt verum quando
res venditur cauſa ſatisfaciendi creditoribus hæreditatis, ut
omnes ibi dicunt.& Rimi.in conſilio 398. libro ſecundo, &
hoc operatur virtus inuentarij,ſubiicit Salyc.ibi,quoniam ſi
emptor pateretur moleſtiam ibi euictionis cauſa, regreſſum
contra hæredem venditorem pro euictione haberet,iua. tit.
C.& ff.de euictio.ſicque id redundaret in hæredis damnum
a quo lex voluit ipſum indemnem conſeruare, melior ratio
mihi videtur, quod ex quo lex induait nouam actionem, vel
remedium, vt tardior in petendo,ſed in iure potior poſſet a-
lium creditorem, qui ipſum exigendo præuenit, cõuenire ad
reſtituendum ſibi habenti potiora,vel ad cõtribuendum ha-
benti æqualia,iuata ſuperius declarata,vel quod ipſorum qui-
dem gratia facta fuit ea venditio,ergo decet ab ipſis ratione
hypothecæ non impugnari,ſed vt emptor tutus ab eis redda-
155 tur. Proinde, quod † dicatur res vendita pro ſatisfaciendo
creditoribus,vel legatarijs.alias enim ſi res uenderetur, em-
ptor merito tutus ab eis non redderetur, oportet in primis
ſic exprimere, quod res venditur ab hærede cum beneficio
inuentarii pro ſatisfaciendo creditoribus hęreditatis,ut poſt
Pau.de Caſt.ibi dicit Corn.in dicto. §. & ſi præfatam,in col.
ſecunda,& Bar.Cepol.in caut 225.quando quis. Ac etiam nõ
ſufficit,quod hoc expreſſum ſit in inſtrumento uenditionis,
156 niſi quoque appareat † re uera pretium in ſatisfactionem cre
ditorum,& in extinctionem æris alieni hæreditarie conuer-
ſum,ut per Alber. & Bald.io dicto.§, & ſi præfatam,numero
ſexto,uerſi.in tex.ibi perſequentibus,& Corn.ibi in columna
ſecunda,& Salyc.in dicto §.ſin uero creditores, & Cepol. in
dicta caut.225. ubi dant conſilium hoc,quod in publicã ſcri-
pturam redigatur,qualiter dictum pretium pręſente hærede
& conſentiente fuit ſolutum talibus creditoribus hæredita-
tis ad extinguendum æs alienum hæreditatis, ut in ſimili,qñ
dicitur pecuniam ex re aliqua minoris uel Eccleſiæ,uel ciui-
157 tatis uendita in † utilitatem minoris eſſe uerſam, uel Eccle-
ſiæ, uel ciuitatis in ſuis quidem caſibus, quia alias non tene-
bat contractus.l prædiorum,& in l.ſi prædium.C.de præd.mi
no. Alex.in conſi.46.in libro quinto,Papię.io pract.in forma
lib in actio.hipo.in uer.mutuo,numero quinto,& in uer.ſub
eadem,numero undecimo,Pau.de Caſt.in conſil.342. aduer
tendum eſt,in colum.1.& in conſilio 341 conſideratum eſt,io
antiquis. Rip. in reſp.62.Docto in cap.1.ext.de depoſ. Socin.
in conſilio 29.uiſo,numero 24.lib.1.& in conſil.15.uiſis,nu.21.
22.& 26 eod.libro j.& Bal.in conſil.353 ſicut ciuitas,libro ter
tio,Cacb in deciſ. 169. numero octauo. ubi & alios citat, &
inferunt hoc etiam ad effectum,ut eccleſia, uel ciuitas ex pe
cunia mutuo recepta obligetur.ideoque uerſio in earum uti
litatem probetur,alioquin aſſerenti noo creditur. Et ex hoc
reſol-

reſoluo quæſtionem Guid.Pap.in d.tract. de for.Inuenta.nu.
36.dum ibi quæſijt, an ſi hæres vendidit cauſa ſatisfaciendi
creditoribus hæreditatis,pretium tamen poſtea in proprium
vſum conuertit, & non erogauit in ſatiſfactionem debitorũ
hæreditatis,emptor ab eis reddatur tutus,ille tripliciter argu
mentatur pro emptore per tres rationes ſuperuacaneas,& ↄ-
tra emptorem demum reſoluit per vnum argumentum non
valde releuans.nam hoc vno verbo reſoluitur, quod ad hoc
vt emptor ab hypothecis creditorum tutus efficiatur, lex re-
quirit,quod pretium rei venditæ ſit in eorum ſatiſfactionem
conuerſum,alias non diceretur pro eis ſatisfaciendis res ven
dita,quia lex intelligit,quod ita ſit cum effectu.l.j.§. hæc ver-
ba.ff.quod quiſque iu. & ibi not.& ſic aliter legi non ſatisfit.
Probati autem pretium exſolutum eis fuiſſe non modo po-
158 teſt † per Inſtrumentum publicum,ſi de hoc fuit celebratum
vt dixi,verumetiã præſumptione,eo ipſo, quod docebitur de
debito hæreditatis,& appareat ſolutum,licet aliud non appa
reat,quoniam præſumetur ex pecunia dicti pretij fuiſſe ſolu
tum & extinctum,ita tenet Bar.in d.§.& ſi præfatam,in verſi.
quis habeat,quem ibi ſequitur Corn.& Salyc.in d.§.ſin vero
hæredes. Et allegat textum in d.l.ſi ventri.§.fi.ff.de priu.cred.
& l.Iulianus.§.proinde.ff.ad Mace.quod & Cepol. dixit in d.
cau.225.& ad hoc ergo allego Bald.in dicto conſil.353.lib.3.
vbi dicit pecuniam in vtilitatem Eccleſię verſam probari nõ
ſolum per teſtes,verum etiam per coniecturas a poſteriori,
ex eo quod appareat refectio ædificiorum Eccleſiæ,quia ædi
ficia non reficiuntur de vento,ait ipſe.l.fi C.de alim.pup l.cũ
ſeruus.de verb oblig.l.j §.ſi autem.C.ad Maced.verum præ-
ſumitur etiam,cum reperitur ſatiſfactum creditori ſiue ex in
teruallo,ſiue incontinenti,vt per Bal.in conſi.257. dicta mu-
lier,in lib.4. Quid modo ſi non alius,ſed ipſemet hæres cum
159 † beneficio inuentarij emeret,inſolutumve acciperet rem hę
reditariam,an ſimiliter tutus redderetur ab alijs creditoribus
anterioribus,quemadmodum foret alius emptor. & Augu.
Bero.in quæſt.63.tenet etiam tutum fore dicens hoc proba-
ri ex trad.per Bal.Saly.Alex.Corn.& communiter Doctor.in
l.2.circa finem.C.de repud.hære.corroborans alijs argumen
tis,de quibus ibi per eum,& procedere id intelligit,ſiue prius
acceperit,& ſoluerit pretium, quam hæreditatem adiuerit,ſi
ue econuerſo prius adiuerit hæreditatem cum beneficio in-
uentarij,& ſoluerit,vt latius per eum ibi, quoniam in effectu
poteſt hæreditariam rem habere iure emptionis, ſicut quili-
bet alius qui non ſit hæres ſecũdum textum ibi Aduerte cir-
ca hoc Bero.dictum,quod non eſt verum, quando rem hę-
reditariam inſolutum acciperet pro eo,quod ſibi a defuncto
deberetur, quoniam hæres eandem fortunam cum cæteris
creditoribus habet in d §.in computatione, ſed ſic eſt, quod
creditor non redditur tutus ab alijs habentibus anteriora iu
ra,dum aliquam rem accipit hæreditatis pro eo, quod ei de-
functo ſibi debetur,vt per Ruin.in conſil.398.numero deci-
moquinto,ſed ſolum is,qui cum non eſſet creditor defuncti,
emit rem cauſa ſatisfaciendi creditoribus,& illis ſatisfit ex eo
in effectu,d §.& ſi præfatam,& per vos dicta,ergo nec hęres
in iſto caſu tutus erit.Ita aduertit Pau.de Caſt.in d.§.licentiã
160 ad fi.ſed ſi hæres † non eſſet creditor defuncti,& ipſe emeret
rem hæreditariam ſoluendo pretium ipſius creditoribus,ve-
re tunc in re empta tutus redderetur, prout quilibet alius, q
non creditor emeret,& hoc pacto ꝓcedat opinio Aug.Bero.
in d quæſt.63.per tex.in l.fi.C.de rep.hæred.& tenet ibi Saly.
& hoc ſit pro prima limitatione,quod ea concluſio non pro
cedat in creditore,qui emiſſet,vel inſolutum accepiſſet rem
hæreditatis pro ſuo credito.
161 Secundo præfata concluſio † declaratur & limitatur reſpe
ctu domini,quod ſcilicet emptor non erit tutus,ſi aliquis ve
lit vendicare rem illam tanquam ſuam,vt dicit Bar.in d.§.& ſi
præfatam,nu.2.verſi.item illud,idem firmat ibi Bald.in col.2.
verſi.quarto quæro, dicens quod procedit tantum in hypo-
thecatis rebus,non autem in his, quæ alio iure, quam hypo-
thecæ vendicarentur. Et hoc dixit,dicens quæſtionem eius,
qui emerat prædium cum beneficio inuentarij ſibi venditũ,
vt dotes,ad quas defunctus erat obligatus, ſatisfaceret. nam,
cum purificata eſſet conditio cuiuſdam legati, cuius vigore
cępit ad alium pertinere: dicit, quod talis legatarius poterit
nihilominus ipſum vendicare aliaſq; difficultates illius caſus
reſoluit,quæ cum non pertineant ad rem noſtram,nunc præ
teream,excepto dum facit differentiam inter alienationẽ ne-
ceſſariam cauſa ſatisfaciendi creditoribus,& aliam.nam ho-
die in caſu non facti inuentarij ſemper dicitur voluntaria, ex
162 eo,quod † lex præſumit adeſſe,quo ſatisfiat creditoribus, &
ſic non alienaſſe pro eis ſatisfaciendo,ita ait Bart.in l.pater fi-
lium de leg.3.& prædictam concluſionem Bar.& Bald. tenet
Montic.hic in fol.139.nu 97.vbi & mouet quæſtionem,an ſi
non exiſtunt ſoluendo hi contra quos daretur regreſſus,em-
ptor tunc reddatur tutus.& de ea ſe remittit, vt ibi per eum.
Et nedum alius, ſed etiam ipſe hęres vendens poſſet in tali ca
ſu vendicare,vt per Alexan.in conſil.53. nu.3. verſicu. & per
hoc patet.
163 † Tertio ego limito ipſam non procedere, quando aliquis
vellet rem emptam euincere iure hypothecæ ſibi conſtitutę
164 ab alio, † quam ab ipſo defuncto reſtringendo text.d.§ & ſi
præfatam,ad caſum hypothecæ prouenientis ex contractu,
& obligatione eiuſdem defuncti, quoniam in his,quæ proue
niunt aliunde,quam ex facto eius,de cuius hęreditate agitur
Imperator nihil innouare vel ſtatuere ſenſit, ſi quidem in his
omnis ratio inducendi huiuſmodi ſecuritatẽ,ceſſat, ergo eſt
legis diſpoſitio,& præſertim quia in dubio interpretamur,ne
beneficium alicui indultum in damnum alterius cõuertatur.
l.cum auus.C.de emancip.libe.l.j.§.ſi quis a Principe.§.meri
to.ff.nequid in loco pub.cum concord.

Sextæ partis

S V M M A R I V M.

1 *Inuentarium quando hæredi nihil proſit.*
2 *Hæreditate opulenta exiſtente non releuat hæredem ab obligationibus hę reditarijs.*
3 *Actiones alias ſui natura perituras inuentarium non conſeruat.*
4 *Hæredis ſi non intereſt non confundi,confunduntur actiones.*
5 *Inuentarium non facit, quo magis reuocare liceat legitime alienata.*
6 *Hæreditariarum rerum reſpectu non ſuffragatur.*
7 *Hæreditaria res quando cenſeatur quo ad effectum inuentarij.*
8 *Feudum hæreditarium eſſe multi dixerunt, & quo ad ipſum non proficere inuentarium,cum recipitur pro ſe & hæredibus.*
9 *Feudum in dubio cenſeri hæreditarium.*
10 *Feudum prædictum deferri iure hæreditario dixerunt,*
11 *Et in petitionem hæreditatis venire.*
12 *Opinio prædictorum reprobatur.*
13 *Feudorum triplex ſpecies.*
14 *Feudum ex prouidentia domini ſaluatur per inuentarium.*
15 *Feudum receptum ſub commemoratione hæredum abſque tamen poteſtate illud alienandi,quod dupliciter poteſt contingere ſimiliter ſaluatur.*
16 *Feudum, de quo potuit defunctus libere diſponere non ſaluatur ex beneficio inuentarij.*
17 *Vnum dicitur nullo modo hæreditarium.*
Aliud dicitur hæreditarium improprie ſecundum quid,uel mixtum.
Aliud uere eſt proprie hæreditarium.
18 *Alienatio feudorum prohibita.*
19 *Alienandi poteſtas non uidetur data ex eo quod recepit quis feudum pro ſe & hæredibus.*
20 *Verbum hæredibus,non importat in materia feudali, quod importat in materia allodiali.*
21 *Hæreditarium minus dicitur feudum, cum recipitur pro ſe & hæredibus, quam recipitur pro ſe,filijs & hæredibus.*
22 *Verbum hæredibus,non poteſt importare,niſi qualitatem & conditionem in ſucceſſuro quod ſit hæres autoris feudi.*
23 *Aliud,quod deferatur feudum ſub conditione prædicta,aliud res ſit defuncti,& hæreditaria.*
24 *Feudum non uenit in petitionem hæreditatis,niſi cum eſt proprie hæreditarium,ut res allodialis.*
25 *Alciati reſp.in conſi.1.damnatur ab authore.*
26 *Filius,licet habeat neceſſe hæredem patris ſe facere,tamen inuentario ſibi feudum conſeruat ſeparatim a bonis teſtatoris,ſeu paternis.*
27 *Feudum quæritur inſolidum,licet ſit hæres pro quota tantum, uel item ſi inſtitutus in re certa.nu.28.uel ſi non ſtat per eum.nu.29.*
30 *Hęredem eſſe primi authoris ſufficit ad acquirendum tale feudum,licet non ſit hæres ultimo decedentis.*
31 *Dec.conſi.185.comprobatur contra Curtium & Gratum.*
32 *Author feudi ſecundum unam opinionem poteſt de feudo diſponere ſi recepit pro ſe & hęredibus & quo ad ipſum eſſet uere hæreditarium,non ſuffragantibus inuentarium eius hæredi.*
33 *Alia opinio,quod author nullo caſu ualeat de feudo diſponere ſiue receperit ſub mentione hæredum,ſiue filiorum,& ſecundum hoc nec quoad eum eſſet hæreditarium proprie, & ideo hæres eius releuaretur per inuentarium.*
34 *Exempla feudi hęreditarij.i.alienabilis.nu.35.36.37.38.*
39 *Feudum uel res,ad quam electus fuit hæres ex authoritate ab alio defuncto data conſeruatur per inuentarium,*
40 *Electus dicitur creditor eligentis.*
41 *Eligens poteſt grauare electum, in fauorem tamen eorum, quos potuiſſet eligere.*
42 *Feudum familiare.*
43 *Alienandi poteſtas conceſſa authori non cenſetur conceſſa in feudo ſucceſſoribus.*
44 *Licentia in inueſtitura conceſſa alienandi an ſufficiat, ut poſſen non ſit neceſſarium requirere dominum in alienando.*

Caſtr en.

45 *Caſtren opinio damnatur.*
46 *Melioramenta non conſeruantur per inuentarium.*
47 *Pars feudi accreſcens ex beneficio inuentarij.*
48 *Vſusfructus quem teſtator ſtipulatus fuit pro hęredibus ſaluatur per inuētarium haredi contra nu. 49.*
50 *Expreſſa pro hæredibus promiſſio tantum operatur in non tranſitorijs ad hęredes, quantum ſimplex ſtipulatio in tranſitorijs.*
51 *Pariſu opinio falſa probatur.*
52 *Hæreditarium quid dicitur duplici reſpectu.*
53 *Vſusfructus aliud eſt, & aliud facultas percipiendi fructus.*
54 *Vſufructu rerum mobilium, & ſupellectilium finito, an vſufructuarius teneatur deteriorationem rerum deuaſtatarum vel æſtimationem penitus abſumptarum reſtituere proprietario. & nu. 55.*
56 *Statuto ſtante, quod niſi ab hæredibus occiſi pax habeatur &c. id quod accipitur ab hærede in dando pacem, cenſeatur hæreditarium.*
57 *Ius dandi pacem dupliciter poteſt competere.*
58 *Statuto ſtante, quod detur certo pars bonorum hæredibus occiſi, an id ſit hæreditarium, nu. 61.*
59 *Ius patronatus eccleſiarum vel libertorum, an ſit hæreditarium.*
60 *Ius repulſorum non venit in reſtitutionem fideicommiſſi.*
62 *Intellectus l. quia perinde, ad Treb. nu 65.*
63 *Ea, quæ non continent commodum pecuniarium, non veniunt in fideicommiſſum.*
64 *Ius patronatus eccleſiarum venit in fideicommiſſum, cum eſt inſtitutum pro hæredibus.*
65 *Ius patronatus prædictum non datur creditoribus inſolutum.*
66 *Ius patronatus eccleſiarum per defunctum alienatum, ſi hæreditarium eſt, hæres eius non poteſt reuocare, ſecus ſi non eſt hæreditarium, & fecit inuentarium.*
67 *Ius libertorum non eſt hæreditarium.*
68 *Ius ſepulturum aliquando eſt hæreditarium, aliquando non.*
69 *Conditionis implendæ cauſa datum hæredi dicitur hæreditarium, quo ad effectum inuentarij.*
70 *Tranſmiſſionis iure quæ capiuntur per hæredem, ſunt hæreditaria, & pro eis non prodeſt hæredi feciſſe inuentarium.*
71 *Hæreditas non adita non tranſmittitur ad hæredes, niſi in tribus caſibus.*
72 *Legatum vel fideicommiſſum regulariter tranſmittitur ad hæredes.*
73 *Tranſmiſſio fit de hæreditate, vel legato, vt acceptari uel repudiari per hæredem poſſit.*
74 *Relicta ſub conditione non tranſmittuntur, niſi paſſiue. nu. 75.*
75 *Legatum, vel fideicom conditionale, quod ex coniecturis aiunt eſſe tranſmiſſibile, an capiatur ex perſona decedentis ad fideicommiſſ ſub conditione vacati: & hæres uirtute inuentarij poſſit illud ſeparare a bonis talis decedentis.*
76 *Legatum ex coniecturis tranſmiſſibile, non eſt proprie tranſmiſſibile, ſed per abuſionem.*
77 *Tranſmiſſibile eſt uere, duntaxat cum coniecturæ tendunt, quod teſtator noluerit legatum ab incerto pendere. Sed omnino debitum eſſe legatario.*
78 *Tranſmiſſio eſt de eo, quod erat defuncti, uel ei debitum erat.*
79 *Verba licet in conditionem ſonent, non tamen important ſemper conditionem.*
80 *Caſus in quibus conditio non retinet ſuam uim ponendi relictum ſub incerto. & ideo uere tranſmittitur ad hæredes. nu. 81. 82. 83. 84. 85. 86.*
87 *Ad fideicom uocati ex coniecturata teſtatoris mente non capiunt iure decedentis ſub conditione uocati, ſed iure proprio ex perſona teſtantis.*
88 *Tranſmiſſione ſucceditur tranſmittenti fideicom. ex coniecturis tranſmiſſibili ſucceditur teſtatori.*
89 *Curt. Ian. in conſ. 96 reprobatur.*
90 *Mortuo non poteſt relinqui, nec ſtipulari.*
91 *Conditionis forma eſt quid indiuiduum.*
92 *Conditio in legatis non retrotrahitur.*
93 *Subſtitutio uulgaris & pupillaris tranſmittitur ad hæredes.*
94 *Coniecturæ in ſubſtitutione directa non ualent, niſi quo magis ſubſtitutus excludatur, non autem ut directa ſubſtitutio aliqua inducatur.*
95 *Ruin. conſ. 156 lib. 2. reprehenditur.*
96 *Ab inteſtato ſuccedens uidetur grauatus eo fideicomm. quo erat decedens pendente conditione.*
97 *Subſtitutio pupillaris tranſmittitur in uno tantum caſu ſingulari. l. qui patri ff de acquir hæred.*
98 *Vno inconuenienti dato dantur alia inconuenientia.*
99 *Hæres ſubſtituti pupillaris, an capiat hęreditatem ex ſubſtitutione, uel ex iure accreſcendi.*
100 *Subſtitutio directa uel obliqua coniuncta cum iure accreſcendi tranſmittitur contra nu. 101.*
102 *Ius coniunctionis ad ſubſtitutum tranſmittitur.*
103 *Subſtitutus ſubrogatur loco inſtituti, & capit quicquid erat habiturus inſtitutus.*
104 *Tranſmiſſio quæ fit de legato temporali.*
105 *Legatum factum Titio & hæredibus, an tanquam de bonis Titij, capi cenſeatur, an uero ut de bonis legatis.*
106 *Relictum alicuius contemplatione, an reputari debeat in bonis eius, cuius contemplatione alteri relinquitur.*
107 *Donata uxori contemplatione uiri, an quærantur uiro, an ipſi uxori, quærantur uxori.*
108 *Inuentarium non releuat hæredem quo ad propriam ipſius obligationem.*
109 *Inuentarium non prodeſt hæredi pro eo, quod ex propria mora hæres debet, licet ex contractu hæreditario.*
110 *Hæres ſi aliquid innouet, uel contrahat ſuper obligatione hæreditaria, tenetur inſolidum, inuentario non attento. nu. 111.*
112 *L. aliam. ff. de nouat intellectus.*
113 *Hæres quando enunciauit ſe hæredem cum beneficio inuentarij, & ſe obligauit, an uideatur ei beneficio renunciare.*
114 *Verba repugnantia beneficio inuentarij, nu. 115. 116. 117.*
118 *Obligatione mixta releuatur hæres per inuentarium.*
119 *Inuentarium pro quo debito releuet hæredem.*
120 *Inuentarium ſi cum uno hæres non fuit uſus beneficio inuentarij, an reſpectu aliorum releuet hæredem.*
121 *Hæres agnoſcens legatum cum uno ſibi non præiudicat quominus poſſit alia ſoluere recuſare.*
122 *Inuentarium an ſuffragetur ei, qui iurauit ſe non eſſe hæredem, & poſtea probatur eſſe hæredem.*
123 *Negans ſe talem, an perdat beneficium ob id conceſſum.*
124 *In pœnalibus ſit extenſio.*
125 *Reus poteſt intentionem partis negare.*
126 *Negatione debiti non amittitur beneficium induciarum quinquennalium, uel ceſſionis bonorum.*
127 *Beneficium iuris non amittitur, niſi ubi expreſſim hoc dicat.*
128 *Negando aliud, quam id, quod eſt cauſa ipſa beneficij, non perditur beneficium.*
129 *Pœna imponitur ob negationem, & mendacium doloſum.*
130 *Falſum non dicitur, quod admixtum habet aliquid ueritatis.*
131 *Fit extenſio in pęnalibus in his, quæ ſui natura ſunt delicta, ne remaneant impunita, ſecus in his, quæ non ſunt delicta, ſed in aliquo caſu lex punit.*
132 *Inuentarium non prodeſt ſi ei fuit renunciatum.*
133 *Renunciatio intempeſtiua non nocet.*
134 *Stante ſtatuto contra legem inuentarij, non proficiet inuentarium feciſſe.*
135 *Princeps an tali ſtatuto ligetur, ut ſi uelit ſecundum ius commune potiri beneficio, nequeat.*
136 *Statutum prædictum an liget ſubditos extra territorium.*
137 *Statutum attenditur ubi eſt maior pars bonorum hæreditatis.*
138 *Statutum ſicut tollit beneficium inuentarij illud facienti, ſic etiam tollit pęnas illud non facienti.*
139 *Statutum dictans, quod hæres inſolidum obligetur, an locum habeat facto inuentario.*
140 *Hæres ſtante ſtatuto de pręſcribendo actiones, an facto inuentario poſſit præſcribere id, quod ipſe debet.*
141 *Hæres cum beneficio inuentarij an poſſit complere uſucapionem rei a defuncto relicta, quam ipſe inceperat uſucapere ante eius mortem.*
142 *Inuentarium an operetur, ne mala fides defuncti noceat hęredi in præſcribendo contra aliquos. nu. 143.*

Hactenus vidimus, in quo beneficium inuentarij verſetur, quod in ſumma operatur, ne hęres compellatur pro debitis hæreditarijs ſeu lęgatis vltra facultates hæreditatis. Item vt ei conſeruentur omnia iura ſibi cōpetentia alias præſertim ex propria perſona, vt per Docto. in d. l. fin. §. in computatione, & Octa. Pedem. in deciſ.
1 181. nom. 13. Dicamus † nunc econtra quando hæredi feciſſe innentarium nihil proficiat, & hoc non erit fruſtra ex eo, ꝙ ſcribentes varia reſponderunt in hac re, & neſcio, an dixerim in hoc, me imitari velle Iſmeniam optimum tibicinem, qui vt ſuos diſcipulos perfecte doceret, dicere ſolebat, ad hunc modum canite, ad hunc vero nequaquam. vtrumq; ſimul eis demonſtrans, vt & nos vtrunque pariter ſciamus, qoando ſcilicet proſit, & quando non, confectio inuentarij. Et pro
2 cedentes diſtincte per caſus. Primum ponemus, quādo † hæreditas eſt opulenta, nā tunc obligationes hæreditarias, vel alia onera non euitat ob factum inuentarium. Aret. in conſi. 116. Ful. in conſil. 67. paterfamil. 10 col. 2. Soz. Iun. in conſil. 107. in fi lib. 3. Lud. Goza. in conſil. 25. nu. 20. vbi allegat Ale. & Cor. in locis, de quibus ibi per eum: ideo ſub prætextu facti inuentarij hæres non poteſt in hoc caſu legata quæ conſiſtunt in pecunia numerata, ſoluere in alia re. Bal. in l. ſi pecunia. de lega. 2. Albe. in d. l. fi. §. ſin autem dubius, poſt Iac. de Are. & licet Montic. hic, fol. 141. nu. 109 & fo. 138. nume 90. aliter videatur dicere, attamen non poteſt vere aliter in hoc caſu concludi: & ita vult Corn. in conſi. 195. circa, ad fin. lib. 4. vbi vult, quod, quando in hæreditate inſunt bona, inuentarium non operatur, quominus hæres teneatur legata ſoluere, proot ſunt facta. Nec eſt opus ingredi in illam difficultatem, vtrum, com teſtator iuſſiſſet quid ſolui de bonis ſuis, hæres liberetur ſoluendo in pecunia numerata forte de propria crumena deſumpta. de quo per Corn. in conſil. 132. lib. 4. & Haym. Crau. in d. conſi. 187. & Montic. vbi ſup. nam confectio inuentarij non pōt iſtam quæſtionem dirimere, vel alterare,

alterare: ſolum pendet à iuris communis diſpoſitione, quo-
modo oporteat tale præceptum teſtatoris intelligi alias extra
materiam inuentarij.

3 Secundus eſt caſus, cum † agimus de actionibus ſui natu-
ra peritutis. nam inuentarium minime efficit, quominus ta
les actiones ſuo tempore pereant, vt poſt glo. ibi tradiderũt
Bar. Bal. Cyn. Alex. Ioan. Cato Saccus in d. §. in computatio-
ne. l. 2 ad fi. ff. de hæred. & actio. vendi. ſed conſeruat eas dũ
taxat, quæ ob aditam hæreditatem alias perijſſent. l. 2. ad fin.
ff de hæred & actio. vend. & ita procedat text. in d §. in com
putatione. & not. ibi per Docto.

4 Tertius eſt caſus, cum hæredis non intereſt actiones nõ †
confundi, tunc licet inuentarium confecerit, actiones tamẽ
hæredi competentes confunduntur, prout in caſu non facti
inuentarij, ſecundum Alexã & alios in l. debitori. C. de pact.
quod dictum perpendens Rui. in conſi. 213. nu 6. li. 2. infert
ad pulchram ſui caſus reſolutionem ibi quod dicebat, actio-
nem pro fideicommiſſo auito cõpetentem filio fuiſſe per a-
ditionem hæreditatis confuſam, tametſi feciſſet inuentariũ
quoniam illius non intererat, eam actionem non confundi,
forte quia hæreditas erat opulenta. ſtante ergo quod eſſet a-
ctio prædicta confuſa, omnia illa bona cenſebatur a patre ha
bere, in quo caſu mater ei ſuccedens propter tranſitum ad
ſecunda vota, aſſequebatur ea dũtaxat quo ad vſumfructũ,
& non quo ad proprietatem, vt latius per eum ibi.

5 Quartus eſt caſus, † quod inuentarij confectio non præ-
ſtat, quo magis impugnare quicquam hæres valeat eorum,
quæ eſſent legitime alienata, vt dicebat Alex. in conſi. 32. in
fi. lib 3. vbi dum quidam crederent hæredem ob confectum
inuentarium alienationem factam de re hæreditaria eo faci-
lius impugnare poſſe, reſpondit eos decipi in hoc, quia nihi-
lominus firma manebit, ſi legitime eſt facta, vt ibi quantum
ſit reſpectu legitimę & trebellianicæ filio debitæ in bonis per
fideicommiſſum relictis, iuxta per eum ibi allegata.

6 Quintus eſt eorũ, † quæ ſunt, vel fuerunt defuncti, ideſt
rerum hæreditariarum. in his certe ſuffragari nequit inuen-
tarium, quominus teneatur hæres reſpondere pro earũ vi-
tibus, creditoribus hæreditatis, vel factum defuncti præſta-
re, ſi eas defunctus alienaſſet, vel alium de eis contractũ fe-
ciſſet. Docto. in d. l. fi. §. in cõputatione. Alcia. in cõſil. 1. nu.
29. lib. 1. Sigiſ. Neap. in cõſil. 14. nume. 43. inter conſil. feud.
Hier Grat. in conſi 138. in col 6. lib. 1. & in cõſil. 4. & in cõſi.
9. nume. 18. & in cõſil. 1. in col. 3. lib 1. Roland. a Vall. in cõſi.
97 nume 45. lib 1 Soz. Iun. in conſi. 42 lib. 3. Dida. Couar. in
lib. 2. Varia. reſol in cap. 18. verſi octauo infertur & alij in lo
cis infra citandis. & huius rei ratio de ſe patet, quoniam defũ
ctus potuit de re ſua diſponere. l. in re mandata. C. mand. & eo
cor & cõtractu celebrato nõ licet petere, & ab eo recedere. l.
ſicut. C. de actio. & obli. l. in commodato. § ſicut ff. commo.
ita nec eius hæredi ex quo non eſt maioris poteſtatis, quam
defunctus fuerit in ea re l. hæredem. ff de reg iu. l. nemo plus.
eo. tit. & hoc tranſit abſque vllius ſcribentis cõtrouerſia. Ve-
rum enim vero magna eſt inter ſcribentes quæſtio, quando
7 res cenſeatur hæreditaria, vt in ea locũ vendicare † ſibi queat
concluſio prædicta, & hæc quidem in feudo frequens fuit &
eſt. nam noſtri conſulentes a rei veritate, plerunque longe ab
errarunt in ea feudi ſpecie, quod fuiſſet receptum pro ſe, & hære
dibus, & neſcio an iuris difficultate, vel potius precio, & gra-
tia moti, vnde partes clientum ſuorum defendere ſtuduerũt
potius, quam vt eius rei veritas haberetur, & iuſtitia locum
8 ſuum obtineret. Nam quamplurimi dixerunt † huiuſmodi
feudum hæreditarium cenſeri, & ideo inuentarium quo ad
ipſum nihil proficere. Hier. Grat. in conſi. præalleg. Alex. in cõ-
ſilio 19. lib. 5. Natta, in conſilio 464. nu. 20. Sigiſ. Neap. in conſ.
34 & in conſ. 1. Affl c. in deciſ. Neap. 112. inter dominum. in
col 2. & in deciſ. 249 in cauſa Cubili. nu. 11. Ruin. in conſ. 208.
nu. 16 lib. 1. Curt. Iun. in conſi. 155. Ang. de Peruſ. in l qui ſe pa
tris. nu. 144 C. vn. lib. & firmat pluribus Roland. a Valle, in cõ
ſilio 44. in 3. lib. & tot alij, qui obiter hoc dixerunt, vt vix enu
merari poſſent. Et ad probandum hanc concluſionem pon-
derant imprimis illud verbum. hæredibus, quo declarat feu-
dum eſſe hæreditarium, vt per Soci. Iun. in conſi. 79. num. 17.
verſi & primo dici poteſt. lib. 4 & Alcia. in d. conſi. 1. And. de
Iſern. in cap. 1. an agnatus vel filius. Alex. Socin. Camp. Curt.
Iun. & alij citati a Soci. Iun in d. conſi. 79. quo in loco conclu-
dit emphiteuſim ſub talibus verbis, pro ſe & hæredibus, rece
ptam exiſtimari hæreditariam, vt & per Octa. Cach in deciſ.
Pedem. 161. idem vult plures citando Rolan. a Valle, in con-
ſilio 32. lib 3. & in conſi 1. & in conſ. 10 & 4. in conſi. 55. & in
conſi. 57. eod. lib. 3. vbi poſt alios vult, quod in feudo ſub tali for-
ma recepto non poteſt aliquis ſuccedere, niſi ſit hæres acqui
rentis mediate, vel immediate, quod & dicit in conſil. 29. nu. 12.
lib. 3 Secundo quoniam in dubio feudum cenſetur hæredi-

9 tarium, ideſt pro hæredibus receptum. † Soci. Iun. in conſil.
79. nu. 19. præall. Card. Pariſ. in conſil. 2. nu. 17. & in conſi. 3 &
4 lib. 1. & in conſi. 16. nu. 45 & in conſi. 106. Rod. & And. Al-
cia. in d. conſi. 1. vbi dicit, quod pater vt filiis ſtipulari potius vt hę
redibus, quam vt filijs. glo. & Doctor. in l. ſi tibi. §. ſi pactus. ff.
de pact hoc enim (ait ipſe) magis eius intereſt, vt in feudo ſuc
cedentes compellantur creditoribus hæreditariis ſatisfacere
ſic eorum clamores ſedando, & eius animam exonerando ab
ære alieno, & propterea communiter receptum fuit, quod & in
feudo, quod ſimpliciter fuit receptum, non expreſſo pro quibus,
intelligatur receptum pro ſe & hæredibus, & quod ſit hæredi
tarium, Roland. a Valle, in d conſi. 32. nu. 28. lib. 3. & in d. con-
ſil. 55. nu. 1. eod. lib. Alex. in conſi. 25. lib. 5 Cuma. in conſi. 166.
Curt. Iun. in conſi. 3. Gozad. in conſi 4. nu. 11. Riminal. in con
ſilio 267. nu. 21. & quamplures alij de quib. ibi per eum. Ad-
10 dunt prætetea, quod tale feudum defertur † iure hæreditario
Ruin. in conſi. 214. nu. 17. lib. 1. & in conſi. 2. lib. 4. Franc. Cur.
in tract. feud. in pri. par. in quæſt. 8. in col. 5. verſic. quarto ſub
hac prima. Ioa. Camp. in conſi. 11. in col 4 inter conſi. Alber.
Bru. & in conſi. 2. eod. in colu 3. & Albe. Brun. in conſil. 18. in
col. 3. & 4 & in conſi. 80. in col. fi. Alex. in conſi. 19. nu. lib. 5. &
in conſi. 28. nu. 17. & in conſil. 18. & in conſi. 26. Rod. Sigiſm.
Neapol. in conſi. præallegatis. Iaſ. in conſi. 7. & in conſi. 56. li-
bro tertio, Cur. Iun. in d. conſi. 155 Roland. a Valle, in d. conſi.
44. lib 3. & alij Doctores ſæpiſſime. quod ſi eſt verum, neceſſario
ſequitur, quod pro eo non poteſt inuentarium hæredi ſuffra-
gari: ſiquidem illud conſeruat hæredi ea dũtaxat, quæ iure hæ
reditario illius defuncti non capit, non autem quæ capit iure
hæreditario, ſecundum Docto. in d. §. in computatione. & in
locis præalleg. Et ideo Curt. Iun. & Roland. a Valle, in locis
præalleg dixerunt præ cæteris, quod tale feudum eſt vnum &
idem cum ipſa defuncti hæreditate, & quod in legitimam fi-
11 lij cõputatur. † & in petitionem hæreditatis venit, atque in fi
deicommiſſum de rebus hæreditatis factum. quod & recen-
ſet Octau. Cache. in deciſ. Pedem. 191. poſt Dec. in conſi 395.
& in conſi. 78 Cur in d. tract. feu. Soci. Iun. in conſi. 72. lib. 1.
ſubijciens, quod de feudo hæreditario iudicatur illud idem
quod de qualibet alia re, quod & dixerat Card Pariſ. in conſi.
106. lib. 1. Et quatenus obijci poterat ex eo, quod oporteret
ſucceſſurum in feudo eſſe hæredem acquirentis feudum, nõ
inferri neceſſario, quod habeatur ex iure hæreditario, quia fi
lius, vt ſuccedat in feudo per patrem quæſito tam ſimplici-
ter, quam ſub nomine filiorum debet eius hæreditatem adi-
re, & nihilominus tale feudum reputatur ex prouidentia Do
mini concedentis, & faciendo inuentarium hæreditatis pa-
ternæ ſe liberat ab obligationibus paternis, vt vltra eius uires
non teneatur, vt dicetur infra. Reſpondet Alci. in d. conſ. 1. quod
aliud eſt filium oportere hæredem eſſe patris ex prouiſione
legis, & aliud, ſi ex propria patris ſtipulatione, ſeu prouiſione,
vt in iſto ſecundo caſu exiſtimetur capere iure hæreditario
ex ſtipulatione paterna, & ſic vere eſſe hæreditarium, licet ali
ter in primo. & iſtam cõcluſionem facit Alciatus etiam cum
feudum receptum fuiſſet ſub forma fortiori, ſcilicet pro ſe fi-
lijs & hæredibus: vel pro ſe & legitimis hæredibus, ſeu hære-
di. maſculis, & ſimili. in quo caſu vltra qualitatem hęreditariã
alia in ſucceſſuro videtur requiri, vt dicetur, & nihilominus
propter iſtam hæreditariam vult cenſeri hæreditarium, & pro-
uenire ex acquiſitione hæreditaria, & iure hæreditario vt ibi
12 † per eum. Horum autem opin. probare haudquaquam ago
poſſum, & quamuis Arri. Pinell. in l. 1. in 3. par. a nu. 84. vſque
ad nu. 100. & præſertim, nu. 92. verſ. hæc omnia pro virili re-
ſoluta. C. de bon. mater. recitatis varijs ſcribentium in hac re
opinionibus, & notata per ipſum multiplici eorundem incõ-
ſtantia valde deploret denſiſſimam, & miſerãdam caliginem
circa hunc articulum obductam eſſe: nihilominus ego exiſti
mo veram reſolutionem iuris in hoc haberi poſſe, & noſtrã
ſententiam non dubito firmare, nec tu parui facere debes cã
dide lector, quod ſumus modicæ, vel nullius authoritatis. nã,
vltra quod firmabitur Doctorum noſtrorum authoritatibus
non leuibus, argumentis certis, ac clarius tibi oſtendam eam
eſſe veram, quod imprimis debes attendere, quoniam Sene-
ca inquit, vt refert Corneus in conſilio 51. nume. 3. libro quar
to, non te moueat præceptorum authoritas, ſed quis te melio
ri foueat ratione attẽdito, quia iuſtitia & veritas ipſa vt quid
melius, ſemper eſt attendenda, & communi opinioni præfe-
renda, vt dicit Soci. Iun. in conſilio 8 nu. 16. verſi. præterea & in
lib 4. & in conſil 89. verſ. ſed poſito. eod. Aduertas itaque in
hac materia, quod triplex eſt feudum, ſeu feudorum ſpecies,
13 altera eſt, quando in illius conceſſione fuit † dictum, quod re
cipiebatur, ſeu concedebatur pro filijs vel deſcendentib. nul-
la facta mentione hæredum. & iſtud filios capere & ſola pro-
uidentia domini concedentis proprioque iure, & non iure
14 hæreditario patris decedentis omnes Doctores † contentiũt
volentes

volentes pro eo proficere inuentarium filio hæreditatem pa-
15 ternam adeunti poſſe:altera eſt,cum † feudum recipitur ſub
commemoratione hæredum,ita tamen, vt decedenti nõ fue
rit facultas de eo diſponendi pro ſui libito,& hoc duobus mo
dis contingere poteſt. vno modo, quia fuit ſimpliciter rece-
ptum pro ſe & hæredibus,quoniam ex his verbis, uel ex alio
non habeat uaſſallus facultatem de feudo diſponendi ad ſui li
bitum.alio modo, quia vltra verbum hæredibus, expreſſum
fuit in inueſtitura aliud uerbum reſpiciens conſanguinitatẽ,
ut in exemplis ſupradictis,uelut i pro ſe liberis & hæredib. &
ſimili.quod feudum Doctores dixerunt mixtum,quia nõ ad
mittitur ad ipſum,niſi qui habeat utranque qualitatem, qđ
ſcilicet ſit hęres.item quod ſit de illis filiis.quod quidem feu
dum mixtum in extraneos transferri non poſſe, certum eſt,
& per conſequens uaſſallum liberam diſpoſitionem de eo nõ
habere,& pro iſta quoque ſecunda feudorum ſpecie inuen-
tarium confeciſſe,poteſt hæredi prodeſſe. Tertia eſt ſpecies,
16 quando uaſallus † defunctus potuit ad ſui libitum libere de
feudo diſponere,& illud alienare in quoſcunque etiam extra
neos.quod multis modis poteſt euenire, ut in exemplis infra
ſcriptis,& iſtud feudum dicitur uere, & proprie hæreditariũ.
& quo ad ipſum fruſtra facit hæres inuentarium ſicque colli
ge triplicis generis feuda,unũ, quod nullo modo dicitur hæ-
17 reditarium, ſed ex ſola prouidentia, & pro iſto † facere inuẽ
tarium expedit ſecũdum omnes.aliud, quod eſt hæreditariũ
non ſimpliciter ſed ſecundum quid,& improprie,ideſt eo re
ſpectu, quod in ſucceſſuro exigatur illa qualitas,quod ſit hæ-
res acquiſitoris feudi.& pro iſto quoque feudo feciſſe inuen
tarium, hæredi prodeſſe poſſe,nos contendimus. Aliud autẽ
eſt,quod proprie & uere,ac omni reſpectu dicitur hæredita-
rium,& quoad iſtud fatemur inuentariũ non proficere,hanc
doctrinam ego ſumpſi ex trad.per Soci.Iun.in conſil.112.lib.
ſecundo,per totum,& in conſi.103 nu.33.eod.lib. & in con-
ſilio 42.lib.3.& in conſi 72.lib.1.& Card.Pariſ.in conſi.65.li-
bro tertio,& Raph.Cuma.in conſi 163 Guarnerius.qui con
ſiderantes has ſpecies feudorum dicũt in ſumma,quod quo-
ties defunctus non potuit de feudo libere diſponere, hæredi
eius expedit inuentarium facere,ſecus ſi potuit,tunc nõ ma-
gis proderit inuentarium hæredi pro eo, quam pro qualibet
alia re hæreditaria,nec refert in altero caſu,quod feudum di-
catur hæreditarium,ſi defunctus non habuit ius de eo diſpo-
nendi,quod nihilominus per inuentarium, ab hærede ſolem
niter confectum fieri,vt hæres illud habere poterit ſeparatim
a bonis hæreditariis,& de eo non tenebitur reſpondere cre-
ditoribus hæreditariis.item nec factum defuncti,ſi forte illud
alienaſſet,ſeu aliquo modo diſpoſuiſſet de eo,præſtare niſi ꝓ
modo emolumenti,quod ex hæreditate percipit iuxta ea, q̃
diximus ſupra in 5.par.& hoc eſt,quod aliqui dixerunt,quod
cautela eſt hæredis facere inuentarium, ne teneatur pro feu-
do hæreditario,quod alias ad ipſum pertinet,vt dixit Alex.in
conſi.124.in col.3.lib.4 Iac.de S.Geor.poſt Iſern.& Cuman.
in conſilio 166.in 3.dub. Aliprand.in conſil.13.in a.par. Inter
conſi.ſtat.montis Ferr & And.Alci.in conſi.10.numero 55.
inter ead.in conſi.Præpoſi.poſt Aluar.prout allegat Roland.
a Valle,in conſi 44 in col.2 lib.3.& Alba.in conſi.76 ad fi &
Dec in conſi.185 qui quidem Doctores,& alij hoc dicentes
non poſſunt intelligi de alio feudo hæreditario loqui,niſi de
iſto improprio,de quo defunctus libere diſponere nequiuit,
intelligendo enim de hæreditario proprie ſumpto,de quo ſci
licet defunctus pro ſui libito potuiſſet diſponere, ꝓut de alijs
rebus allodialibus,profecto nimium erraretur in terminis iu
ris,ſecundum ergo iſtam declarationem firmatur noſtra cõ-
cluſio,quod,vbi defuncto non licuit de feudo diſponere ad
ſui libitum, hæredi expediat eius cauſa inuentarium facere,
vtcunque oporteat ad adipiſcendum tale feudum ſe hæredẽ
facere aut bonis feudi,ſeu vaſſalli decedentis, & reperio hoc
voluiſſe etiam Ruin.in conſilio 38.libro primo,Haym. Crau.
in conſil.pro genero,nume 481.ver.vtile plane.& Mat.de Af-
flic.in cap.primo,an agnatus vel filius.in col 4. & in cap. 1.§.
quid ergo,in col.3 de inueſtit.de re aliena facta.prout eum re
fert Soci.Iun.in dicto conſi.42.in fi.lib.3.& Iulius Clar. vere
intellectu,& doctrina clarus,in lib.4 ſenten § feudum.in quæ
ſtio.42.verſ.ſucceſſiue.& in quæſt 43 Apoſtillator conſiliorũ
Alex.in conſi.22.nu.19.& in conſi 50.a nu 41.vſque ad nume
rũ quinquageſimũ ſecundũ, ſuorum conſiliorum. qui ex iſta
ratione,an vaſſallus defunctus potuerit,vel non, de feudo li-
bere diſponere,reſoluunt hanc quęſtionem,an feudum ſit re
putandum in hoc propoſito inuentarij tanquam res hæredi-
taria,& propria defuncti vaſſalli,vt per beneficium inuentarij
veniat hæredi conſeruandum an non,vt cum potuit vaſſallus
getur, licet in perſona ipſorum incipiat eſſe hęreditariū, iuxta
prædicta. dum autem Pau. de Caſt. ibi ait eos habere ex pro-
prio iure proſequendo vlterius, ibi ſuper doctrina Bart. mihi
videtur ſeipſum confundere, & male ſe explicat de ea diffi-
cultate, quoniam præſupponendo aliquam differentiam in-
ter res tranſitorias & non tranſitorias ad hæredes dicit, quod
in non trāſitorijs, vt eſt vſusfructus, hæres non venit ex perſo
na defuncti, ſed ex propria, ſeu non ex iure radicato in perſo-
na defuncti, ſed ex eo, quod eſt radicatum in propria perſo-
na, ad quod ille venit tanquam quilibet ſecundum Bat. & re-
præſentat defunctum inſolidum in his, quæ à defuncto non
deſcendunt in ſtipulatione factum indiuiduum cōtinente,
ex quo indiuiduum trāſit inſolidum, & quod ſic quilibet hę-
redum repręſentat defunctum inſolidum cōcludens vni ſoli,
& nō alijs prouidere & ceſſare regulam prohibitiuam, ſuper
quibus tu aduerte repugnātiam, & perplexitatem eius: dum
enim ait, ꝙ venit quaſi quilibet, i. quaſi extraneus, ſibi ipſi re-
pugnat in eo, ꝙ poſtea ait defunctum repręſentare, quia ſi ex
repręſentata defuncti perſona capit, iam ergo nō quaſi quili-
bet, i. quaſi extraneus ex propria perſona venit, qm̄ hoc pa-
cto defunctum nullatenus repręſentaret, iuribus pręall. Dum
præterea ſubdit hoc ſe dicere ſm Bart. profecto non ſic Bart.
loquitur, vel ſenſit: nam Bart. vult vni hæredum aliquem ſti-
pulari nō poſſe, pluſquam ſit illius quota hæreditaria, & hoc
in re diuidua, in re autem indiuidua cuilibet inſolidū, ſi om-
nium intereſt illud indiuiduum factum præſtari, alioquin ei,
cui ſtipulatus fuiſſet, & dum hoc dicit, plane intelligit, ꝙ non
quaſi quilibet, i. quaſi extraneus, ſed immo, quaſi hęres ca-
pit, & quærit, & non aliter, quod Caſt. ipſe ſatis fatetur dicen
do, ꝙ in eo repręſentat defunctū. Ex his igit̃ conclude vſum-
fructum pro hęredibus ſtipulatum, eſſe rem hęreditariam in
inuentario rerum hæreditariarum ſcribēdum, quicquid Bal.
& Pariſ. in locis pręalleg. dixerint, & Card. Pariſij conſultatio
damnari etiam poteſt in eo, quod illud ius colligendi fructus
in alieno fundo dixit eſſe vſumfructū: nam aliud eſt ius & fa-
cultas pcipiendi fructus in alterius agro, & aliud vſusfructus.
53 † ipſe Barto. in d. l. ſtipulatio iſta. § ſi quis ita. l. ſi in ſingulis, de
an. leg. gl. in l. ſi quis ita. ff. de vſuf. & quemad. quis vtat, & ven
ditio fructuum nō eſt alienatio, ſicut vſusfructus cōſtitutio.
Item emens fructus colligendo, nō tenetur cauere de vtēdo
arbitrio boni viri, ſm Bal. qui hęc oīa recenſet in l. cū. in col.
2. verſic. ſed quid de eo qui emit C. loca. vbi ēt addit tale ius
continuatiue deſcēdere ad hæredes, ſentiēs ex hoc, ꝙ in per-
ſona defuncti fundatur & incipit deſcendens ad hæredes ad
differentiā vſusfructus, qui in pſona defuncti finit̃, & nouus
incipit in perſona hæredum, quib. defunctus ſtipulatus fuit,
vnde tanto magis dicēdum erat illud ius eſſe hæreditarium.
Et in eo quidē caſu ſi dubitandum erat, vtrum in fideicōmiſ-
ſum venirēt fructus illi per hęredem percepti, dubitatio exci
tanda erat nō ex eo, an eſſent quid hæreditarium, ſed ex hoc,
quia fructus percepti in eo curſu 16. anno. non erāt amplius
in rerum natura, & illud ius percipiendi tpe reſtitutionis fa-
ciendæ erat lapſu tpis finitum abſque culpa hæredis grauati,
qñ. n. res, vel ius abſq; facto grauati perit, pro ea non tenetur
hęres fideicommiſſario, vt per Card. Pariſ. in d. conſ. 55. & in
conſi. ſeq. lib. 3. ſuper quo tū cogita. Sed ex hoc, ꝙ æſtimatio
fructuum cōſumptorum videri poſſet reſtituenda, occurrit
mihi proponere determinationem vnius quæſtionis, quę in
practica tibi poſſet obuenire ſępius, cum ſ. vſusfructus eſt cō
ſtitutus in reb. quæ vſu cōſumunt̃, aliquo ſaltem tpis ſpatio,
vt ſunt arneſia & ſupellectilia, quæ vſu conteruntur & vete-
raſcunt: nam aliqui exiſtimarūt vſufructuarium nō teneri fi-
nito vſufructu earum rerum reſtituere, niſi talia qualia ſunt
54 eo tpe reſtitutionis faciēdæ abſque † refectione aliqua dete-
riorationis dictorum bonorū, dummodo vſufructuarius ea
dolo malo nō attriuerit. in iſta opinione fuit Cor. in cōſ. 119.
circa primum, nu 43. lib 3. Stepha. Bert. in conſi. 40. in 3. q. in
2. lib. & in conſi. 324 num 6. eo. & in conſi 22. lib. 3. Odof. in l.
ſi vſufructus mihi. ff. quemad. vſufruc. can per tex. ibi, Abb. in
c. fi. in 3. notab. verſ. ego dicerem ext. de pig. Ioan. de Imo. ibi,
nu. 24 vbi allegat Card & Flo. in locis, de quibus ibi per eum.
Fede. Scot. in quodam libel. Franc. Marc. in deci. Delfi. 818 tu
autem tene contrarium, quod immo teneatur reficere dete
riorationem huiuſmodi rerum, ſeu æſtimationem earum ſol
uere, prout valebant tēpore, quo fuerunt aſſignatæ in vſum-
fructum: nam pro forma vſusfructus eſt neceſſariū. quod ſit
ſalua rerum ſubſtantia. inſtitu. de vſufru. in princ. & concor.
forma enim dat eſſe rei. l. Iulianus. §. ſed ſi quis. ff. ad exhibē. l.
mulieris. ff. de verborum ſignificatione, & ſubſtantia rerum
ſaluatur ſi non per ipſa corpora, ſaltem per eorum æſtima-
tionem, vt cauit ſenatuſconſult. in vſufructu rerum, quæ
vſu conſumuntur. §. ſed vtilitatis. inſtitutio de vſufru. & to-
to titulo. ff. de vſufruc. earum rerum. ſi ergo ſupellectilia, &
huiuſmodi res temporales, quę vſu conteruntur paulatim,
liceret abſumere, & conterere abſque refectione deterio-
rationis, finito vſufructu non redderetur ſalua rerum ſub-
ſtantia, ſicque vſusfructus dici non poſſet, & ille non fuiſ-
ſet vſufructuarius, ſed rerum dominus, nec res in vſum-
fructum conſtitutæ dicerentur reddi, ſi deterioratæ red-
derentur. l. tertia, § primo, ff. commod. eſt ergo neceſſe di-
cere, quod precium attritionis, & deteriorationis ueniat
ſoluendum per vſufructuarium, ſicut & integra æſtimatio,
quando tempore finiti vſusfructus res eſſent penitus vſu at-
55 tritæ & conſumptæ, vt plerunque † contingit vſu longiſ-
ſimo: hoc probant plerique Doctores. Alciat. in libro 7 pa-
rerg. cap. 2. Socy. in conſilio 9. poſtremo, in colum. ſecunda,

verſ.ſed de mente magis, lib.4.vbi ait, pro hac ſententia ſtare
communem,allegando Ioan.Fab.Ioan.de Piat. Fede.de Sen.
Ange.de Peru Anto.de Butr.in locis, de quibus ibi per eum.
idem voluit Ruinus in conſilio.51.in 2 lib.& in conſilio vlt.
nume.25.eodem lib. Cardina. Pariſ.in conſilio 31.nume. 39.
in 2.lib.& in conſilio 96.num.5.eodem lib Socy. Iun.in con-
ſilio 115.nume.24.lib.j. Bal.in conſilio 451. hæres, lib.5.& in
conſilio 237.Paſtuccius, eodem, & in conſilio 485.in lib 4.
Alexand.in conſilio 58.verſicu.& hoc pro rebus,lib.3. Spec.
in titu.de diuor cautio.nume. 12. in colum.3. verſicu hoc ta-
men. Rolan à Valle,in conſilio 92.ad finem,lib.2. Federi.de
Sen.in conſilio 45.Berr.in conſil.81.in colum.1.in fine, lib.1.
Aret.in § conſtituitur.inſtitut.de vſufruc. glo.in d.l.ſi vſufru-
ctus.§ veſtis.ff.vſufruct.quemadmod.cau.Bal.in dicto §.con
ſtituitur. glo.in l hac edictali.§.bis illud. C.de ſecun. nupt. &
ibi Baldus numero 4. verſicu.eadem res vel precium.& Saly.
ibi, nume.13. Sylua.idem vult, in conſilio 37.in columna 2.
verſicu.& ita ex his,& Plot. videtur hoc velle in l.ſi quando,
C.vnde vi.§ 26. nume.8.ex quorum numero apparet iſta ſen
tentia receptior, pro qua olim ego diffuſiſſime conſului: &
nuper iudicaui Senis in Rota cum meis collegis,quod nota,
quoniam multi vulgares putant contrarium eſſe, iuſtius, ꝙ
ſcilicet nõ reficiatur deterioratio ſeu attritio, propter vſum
ſubſequuta, & dicunt non expedire alioquin huiuſmodi re-
rũ vſumfructum habere, quod certe non magis dici poteſt,
quam cum vinum, vel triticum, & ſimilia conſtituuntur in
vſumfructum, in quo caſu debet æſtimatio eorum ſolui, &
nihilominus viſum fuit expedire, etiam huiuſmodi rerum
vſumfructum habere propter interuſurium medij temporis,
ergo id abre dicunt.
56 Quæri poteſt etiam, nunquid ſtante † ſtatuto quod, qui
occiderit aliquem, occidatur, niſi pacem habuerit ab hære-
de occiſi, ius tale habendi pacem, ſit quid hæreditarium, &
an pecunia,quæ per hæredem interfecti caperetur ob datam
pacem homicidæ, cenſeatur hæreditaria. & ideo ad credito-
res pertineat: & videtur dicendum,quod non ſit quid hære-
ditarium.l.penult.ff de ſepul.viol. vt ait Bar.Bal.Iaſ.& alij in l.
ſi filius qui patri.ff.de vulga.& pup.loquentes de hoc ſtatuto,
quod filius, qui ab hæreditate paterna ſe abſtinuit, hanc pa-
cem dare poſſit, quia pax poteſt fieri citra ius & nomen hæ-
redis, & ex ea non inducitur aditio. l pro hærede.§.fina.ff.de
acq.hære Saly.in l.eum qui bonis.la j.C.arbi.tut.Caro.Ruin.
in d.§.Cato, num. 103. refert Bart.in d.l.ſi filius qui patri.& in
l.damni.§.Sabini.ff.de dam.infec.tenere, quod ius faciendi
pacem non eſt quid hæreditarium, & quod ita communiter
tenetur.Tu vero diſtingue,quod altero de duobus magis po
57 teſt † ius dandi pacem competere,aut iure ſanguinis,quia ſit
filius occiſi, vel aliter ei coniunctus ſanguine, & tunc dicas
non eſſe quid hęreditarium,& procedit id, quod diximus ex
authoritate prędictorum:aut non ratione ſanguinis,ſed me-
ra iuris diſpoſitione ſic ad hæredem ius vindictæ, vel pacis
deferente, vt.l.portiones. ff.de his quib. vt indig.& l.j C.eod.
& ibi glo & Doct.& tunc eſſe quid hæreditarium non poteſt
negari,ita diſtinguit Rip.in d.§.Cato,nu.102.verſ.conſidero:
vbi pro hac diſtinctione allegat text.in d.l.2. C.de iniu & in l.
ſororem.C.de his quib.vt indig. ſimilem diſtinctionem facit
Socy. Iun in d.§.Cato,nu.268.verſ.in quo breuiter. vbi dicit,
ꝙ aut loquimur de iure vindicandi necem defuncti, ſeu pa-
cem dandi non habito reſpectu ad aliquam diſpoſitionem,
& tunc nõ competit iure hæreditario ſed ſanguinis, hinc eſt,
quod filio etiam non hæredi (ſubdit ipſe) illud competit.d.l.
pro hærede.§.fina.aut loquimur de tali iure conſiderato quo
ad aliquam diſpoſitionem interpretandam, vt ſtatuti prædi-
cti,& tunc quia datur hæredi, dicitur hæreditarium, quando
quidem ſi hæres non eſſet,ei non competeret.d.l.portiones.
declarat tamen hoc ſe intelligere, quod ſcilicet ſit quid hęre
ditarium ſed non tale,vt dicatur à defuncto prouenire, & in
hæredem deſcendere, adeo quod ſecundum veriſimilem ſta
tuentium mentem non ſatisfieret dicto ſtatuto,ſi ab ipſo oc-
ciſo pax data fuiſſet,ut plerunque ſolet,dum lethaliter vulne-
ratus exhalat animam.Iſtud ergo ius eſt hæreditarium, & iu-
re hęreditario competit ſecundum Rip.& Soc.Iu.hoc ipſum
tenet Ioan.Cror,ibi,num.150 verſicu.ego tamen. And.Alc.
ibi,nume.226 verſi. ſed reſponde,& Caro.Rui.ibidem,num.
102.& num.115.conſiderando, quod ſtatutum defert id ſub
nomine hæreditario, & ex cauſa hæreditatis. d.l.1.& ibi gl.&
Docto.C.de his quibus vt indig.vnde ſic concludendo infer
tur,quod ex huiuſmodi pace data interfectori hæres,ſi pecu-
niam accepit creditoribus hæreditatis tenetur quaſi hære-
ditariam diſtribuere. nec vt propriam poteſt inuentarij be-
neficio ſibi conſeruare,niſi forte dixeris,quod accipiatur ex
turpi cauſa,quoniam non deceat pacem eſſe venalem: vt de
58 reconciliatione vxoris cũ viro alias diximus,ſuper quo † am-
plius cogita. Quid ſi ſtatutum diſponat quod de bonis ho-
micidæ detur certa pars hæredibus occiſi, vt in pleriſque lo-
cis vidi extare huiuſmodi ſtatutum, vtrum ea bona data hæ-
redibus, vigore talis ſtatuti ſint hæreditaria, & de eis hære-
des teneantur creditoribus occiſi reſpondere. & ego opinor
quod ſic: tam ex prædictis, quam etiam,quoniam in hoc ca-
ſu ceſſat omnis ratio turpitudinis. In materia prædicta pacis
dandæ, contendunt etiam Doctores, nunquid oporteat ab
omnibus eam obtinere, an vero ſufficiat à parte hæredum
maiori dari.Barto.voluit ſufficere ſi detur à maiori parte co-
rum,cuius opinionem Crotus ibi dixit eſſe communem re-
prehendendo Fely. in c.cum omnes. ext.de conſtitu. tenen-
tem contra Bar eſſe communem, ſed quicquid dicat Crotus
communis eſt, quod ſit neceſſarium ab omnibus eum obti-
neri,ut diſpoſitio ſtatuti ceſſet,ſeu illi ſatisfiat, vt per Iaſ in d.
§.Cato,vbi allegat Ange. Ioan.de Imo. Alexan. Cuma.Flor.
Lud.Rom.Pet. de Beſu & Soc.ibi,num. 16. dicit opinionem
Barto.communiter damnari, & Rip.ibi, nume. 103.verſ hoc
ſic diſcuſſo, idem atteſtatur Lud. Bolo.& Alcia. & Bal.Nou.
ibi, idem probant.
59 Nunc quarto, de iure † patronatus eccleſiarum, vel liber-
torum,vtrum ſit quid hæreditarium. & reperio,quod Seba.
Sap.in l.qui ſe patris,num.64.C.vnde lib.dicit ius patronatus
eccleſiæ, vel libertorum non eſſe quid hæreditarium. Bal.in
l.cum virum,nume.23.verſicu.nota, quod non.C.fideicom.
dixit,quod ius patronatus nõ venit in fideicommiſſum vni-
uerſale,quia non concernit corpus hæreditarium, quod re-
fert & ſequitur And.Barb.in l.acutiſſimi, numero 160.C.eo.
& in l.quia perinde, quam legit Alexand. ſub §. inſtitutio.l.
quamuis.ff.ad Trebel pro hoc conſiderat Alexan. quod licet
ius patronatus eccleſiarum tranſeat ad hęredes extraneos.
not.in clem.plures. de iure patron. ad eos tamen non tranſit
tanquam ad hæredes, quia non pro portionibus hæreditarijs
in eo ſuccedunt,ſed in ſolidum,& tranſit ex eo, quod ſunt hę
redes, vt in ſimili traditur de iure ſepulchrorum, quod tran-
ſit ad extraneos hæredes, non tamen tanquam ad hæredes,
ſed quia ſunt hæredes.d l.quia perinde.& l.vel quæ.ff.de reli-
gio. & ſumpt. fun. iſtam Alexand.conſiderationem refert &
ſequitur Rocchus de Curt.in tracta.de iure patron. In glo.in
verbo, ipſe vel is à quo,in quęſtione 9.numero 21.& pro iſta
60 arguitur etiam ex eo, quia ſicut ius ſepulchrorum † non ve-
nit in fideicommiſſum de bonis hæreditatis factum. d.l.quia
perinde, ita nec ius patronatus, ſecundum Barto.ibi hoc no-
tantem, quem ſequitur Alexand.in conſilio 73 in cauſa, &
lite,in columna prima, in libro 7. Decius in l.precibus,num.
30.verſicu.in eadem glo.ibi. C.de impub.& alijs ſubſtit. Pau-
lus de Citad.in tracta.de iure patron.in quæſtione 9 num.21,
& Rocch. vbi ſupra, atteſtando de communi. Iaſ. in l.ſi non
ſortem.§.libertus,num.25.verſicu in quantum glo.ff.de con-
di.indebi. Aſinius in d.l. vel quæ. § 1.refert omnes fere ſic te-
nere:& Haymon Crau.in rub.de lega.1 num. . . & Doctores
in l ſi patroni.ff.ad Trebel.Didac.Couar.in in d.lib.2. cap 18.
verſicu.4.conſtat,num.8.vnde infertur, quod non ſit res hę-
reditaria, quoniam ſi eſſet talis, in fideicommiſſum veniret,
ego autem dico loquendo imprimis de iure patronatus ec-
cleſiarum, quod quando non eſt inſtitutum ſub aliqua par-
ticulari forma extraneos hęredes ab eo excludente & poteſt
ad quoſcunque extraneos hæredes tranſire tam ex teſta-
mento, quam ab inteſtato, vt fit ex iuris communis diſpoſi-
tione,cum ſimpliciter inſtituitur, & reſeruatur ius patrona-
tus ſuper eccleſia epiſcopi authoritate. ad trad.per Cardina.
Pariſ. in conſilio 35. libro 4. & Ioan. Bapt. Ferret. in conſilio
134.clem.plures de iure patrona.cap.1.extra eodem.tunc ſic
vere hęreditarium & iure hæreditario deferatur, atque ip-
ſum hæredes aſſequantur iure hæreditario, & non aliter,
& miror de his, qui contrarium dixerunt: nam ſi iure hæ-
reditario non capiunt in hoc caſu: quo iure capiunt? ſi aliud
ius in quo ſe fundent pro eo adipiſcendo non habent? Item
ſi non capiunt tanquam hæredes, capientne tanquam ex-
tranei? & quo nam pacto? Si vero ius patronatus inductum
fuit pro aliquo particulari hominum genere, verbi gratia,
pro illis de familia, tametſi ſub requiſita etiam qualitate,
quod ſiant hæredes erigentis, ſeu ædificantis Eccleſiam,
vel altare: & ius patronatus acquirentis, & tunc dici po-
teſt non iure hæreditario, ſed ex iure particulari vigore ta-
lis inſtitutionis eos vocari ad ius patronatus. Cardi. Pariſ.in
conſilio 48.libro quarto, Calder. in conſilio 48. ut in mate-
ria feudali diximus quoad hos terminos. Sed ceſſante hu-
iuſmodi prouiſione de certis perſonis ſpecialiter facta, in
iuris patronatus inſtitutione ad illud iure communi nemo
admittitur, niſi is ſit eius hæres, ſecundum prædicta, &
illud non capitur, niſi iure hæreditario. Nec obſtat, quod
in eo non ſuccedatur pro quota hæreditatis, quoniam hoc
non

non infert neceſſario contrarium, ex quo in indiuiduis licet hæreditaria ſint, acquiſitio & ſucceſſio fit ob naturam ipſius rei eo modo, quo poteſt inſolidum. l. 4. §. Cato. de verb. oblig. l. 2. §. ex his. eod. & Iaſ. in l. eum qui ita. §. te & Titium. ff. eo. & ius patronatus reputatur quid indiuiduum. Curt. in d. tract. in glo. in verſ. ius, num. 19. Pau. de Citad. in eod. tract. in q. 9. in colum. 3. Vel etiam quod dicas pro virili vnumquonq; hære
61 dem habere vocem † ſm aliquos. Et quod hoc ius ſit hæreditarium, patet ex not. per Bal. in l. fin. in col. pen. verſ. idem ſi do tibi. C. de edic. diui Adria. tol. dum dicit, quod hoc ius patronatus ex hæreditate eſt, & nomen hæreditatis prędicat de eo non ratione nominis collectiui, ſed ratione proprię ſignificationis ipſius hæreditatis, & ſic vult eſſe quid hereditariũ: quod & probat Didac. Couar. in d. lib. 2. varia. reſolut. in c. 18. num. 6. verſicu. 12. non incongrue. vbi pro hoc quod ſit hęreditarium, allegat glo. in c. conſiderari 17 q. 7. Iaſ. in l. j. nu 71. & Card. in conſi. 152. & alios de quibus ibi per eum, dicendo eſſe communem, & infert ex hoc ad nonnullas quæſtiones, vt ibi per num, idem voluit Pau. de Citad. in q. 9. par. princ. conſiderando illud ius in hæreditate eſſe, atq; tranſire ad omnes, ad quos tranſit hęreditas, & hoc clarius dicit Rocch. de Cur. vbi ſupra in glo. in ver. pro eo quod dięceſani, in princ. vt mirum videatur, quo poſtmodum in alijs quæſtionib. uideatur aliud velle, quod plane contigit ex eo, quod neſciuerit ſe explicare à prędictis difficultatibus, quę verſantur in effectu circa duo, ſcilicet circa intellectum. d. l. uel quæ, & d. l. quia perinde, & not. ibi à Bart. per illum textum.

62 Qui ſi diligenter † perpendatur, prædictis nõ obſtare certe fatebimur: nam tex. in d. l. quia perinde, non loquitur de iure patronatus, ſeu iure ſepulchrorum, quod in reſtitutione hęreditatis ex fideicommiſſo facienda alteri remanere penes hæredem, & non reſtitui iureconſ. reſpondit. Nec illatio per Bar. ibi facta ad ius patronatus eſt neceſſaria, qñ diuerſitatis ratio, & quidem non leuis poteſt aſſignari. Conſiderando q̃ ius patronatus ex iuris diſpoſitione acquiritur abſolute, & ſimpliciter pro omnibus hæredibus & ſucceſſoribus indiſtincte, ius autem ſepeliendi comparari ſolet pro certis corporibus ſepeliendis, vt familiæ. d. l. vel quæ, & l. ſeq. aliquando pro pluribus, aliquando pro paucioribus ſtipulatio ſepeliendi cõtinet. tenor idcirco ſtipulationis inſpicitur, qui ſtricte intelligitur prout verba ſonant. l. quicquid, de verb. obli. nimirum ergo videatur, quod, ſi actum eſt inter partes de corporibus hæredum ſepeliendis, in ea ſtipulatione nõ comprehendatur corpus, & cadauer fideicommiſſarij, ſiquidem re vera cadauer vnius non eſt cadauer alterius, & vno deſignato uel oſtenſo nõ oſtenditur aliud, & contra eum qui potuit legem apertius dicere, fit interpretatio. l. veteribus ff. de pactis. Nec ſufficit quod fideicommiſſarius loco hæredis habeatur, uel quod dicatur hæres. l. ſi filiusfa. § j. ff. quod cum eo. l. poſtulante. §. ſed & in huiuſmodi ff. ad Treb. Bal. in conſ. 70. conceſſo, in col. 2. lib. 5. Ang. in conſ. 135. Doct. in l. j. §. de illo. ff. ad Trebel. nam illud procedit reſpectu iurium, quæ fideicommiſſarius eſt adeptus ſuper hæreditate reſtituta vel eius bonis, de quibus ageretur, nõ autem eum de perſona iudicãda agitur, quia perſona, & corpus vnius non eſt perſona, & corpus alterius, per ea quæ And. Tiraq. in tract. Le mort ſayſit le viſ. in 2. par. in decla. 10. vbi negat ſub perſona hæredis comprehendi perſonam fideicommiſſarij: ſtante ergo diuerſitatis ratione illatio Bart. non concludit. Quinetiam dico, quod ſi valet argumentum à iure ſepulchrorum ad hoc ius patronatus, non eo minus dicemus hæreditarium eſſe, quandoquidem ſepulchra cum acquiruntur pro hæredibus dicuntur hæreditaria, vt ad literam habetur in le. præallega. & in l. 3. §. ſi quis. ff. de ſepul. viol. Vnde nos dicere oportet ad intelligẽtiam d. l. quia perinde, quod iureconſ. ibi, aut nullo modo neget, ſed immo velit in fideicommiſſarium ius ſepulchri transferri, modo tñ infraſcripto, aut ſi id omnino neget non quidem ob eam rationem, quod ius ſepulchri hæreditarium eſſe nequeat, nam ex prædictis apparet de contrario, & quia ſi hæreditariũ non eſſet, nec certe penes hæredem maneret, ſed alia de cauſa in
63 fideicommiſſum non venire, vel vt aliqui † putarunt quia in illud nõ veniunt, niſi ea, quæ commodum pecuniarium concernunt, vt per Dec. in d. l. precibus, nu. 25 Rocch. de Cur. vbi ſupra, & Didac. Couar. vbi ſupra, nu. 8. per text. in l. plane, la 2. §. fi. de leg. j. & ibi concor. quæ iura tu melius pondera probaſſe, quod quis non poteſt grauari, niſi reſpectu eorum, quę afferunt vtilitatem pecuniariam, debet enim grauari in re eiuſdem generis. d. §. fin. non autem probant quin ea etiam, quæ non afferunt cõmodum pecuniarium relinqui per fideicommiſſum valeant: vel vtcunq; ſit, ſatis eſt quod non ex ea ratione, quod non ſit quid hæreditarium, negatur in fideicõmiſſum venire: & ideo concluſioni noſtræ obſtare non poteſt, de quo tamen, ſi liceret in medium ſniam meam afferre, aliter
64 reſponderem, quod immo veniat in † fideicommiſſum: nam in vniuerſitate bonorum illud transfertur non ſolum titulo vniuerſali ſucceſſionis. d. clem. ſi plures. d. c. j. de iu. patro. uerum etiam titulo particulari: vt venditionis. c. ex literis. c. de iure. c. cum ſecundum. ext. eod. tit. Item titulo dotis omnium bonorum conſtitutæ. Bal. in conſi. 1. lib. j. in antiquis. Item titulo locationis, & ſimilibus, ut per Rocch. de Curt. & Pau. de Citad. vbi ſupra. cur ergo non ex fideicommiſſo vniuerſali, & ſic ex iure hæreditatis reſtituendæ: quę nam ratio differẽtiæ inter hunc titulum & alios poteſt aſſignari, ſi in eo vniuerſitas bonorum æque transfertur? fortius ſi particulari legato ius hoc patronatus poteſt in alium transferri, ut per Cur. ibi, num. 17 Ioan. And. Cald. Flor. & Abb. in d. c. cum ſecundum. Cald in conſi. 6 Curt. Iun. in conſil. 87. num. 6. Steph. Bertr. in conſil. 148. in 3. lib. cur non etiam per fideicommiſſum vniuerſale? quin & multo magis, quandoquidem cum vniuerſitate tranſeat, & non enim contractu rei particularis, & hodie legata & fideicommiſſa ſunt ad inuicem ęquiparata. §. ſed noſtra. inſtitu. de lega. l. 2. C. commu. de leg. & Doctores in l. j. de lega. j. & Romæ cum iudicatum eſſet ius patronatus eccleſiarum pro tempore vitæ durantis ipſius fideicommiſſarij cedi poſſe. l. Statius Florus. §. Cornel. ff. de iu. fiſ. ſatis viſum fuit in fideicommiſſum venire poſſe.

65 Nec ab hac ſententia † diuellit tex. in d. l. quia perinde, q̃ dicat ius illud remanere penes hæredem, non tamen ex hoc negat, quin fideicommiſſario liceat etiam ex reſtitutione ſibi facta hæreditatis ſepelire: quoniam poteſt ſtare ſimul, q̃ iureconſ. voluerit ex reſtitutione hæreditatis non priuari hęredem eo iure ſepeliendi, quamuis ex reſtitutione hæreditatis illud translatum fuerit, quod ſcilicet vtrique remaneat commune: quod ſuadetur ex tex. in d. l. vel quæ. §. j. dum in ſepulchro hæreditario licere hæredibus atque cæteris ſucceſſoribus ſepelire reſponſum extat: ea enim verba, cæteris ſucceſſoribus, de fideicommiſſario intelligi conuenit. l. quędam. §. nihil, & ibi no. ff. de eden. & potiſſimum, attentis illis verbis, quæ ſtatim ibi ſubijciuntur, videlicet qualeſcunque fuerint, quorum verborum generalitas non poteſt verificari, niſi includat etiam fideicommiſſarium vniuerſalem, qui enim omnia dicit, nihil excludit. l. Iulian. de leg. 3. & concor. & ſic eum textus intelligit Ioan. Corra. in d. l. precibus, num. 75. concordando illum cum tex. in d. l. quia perinde. Nec obſtat, quod Aſinius velit huiuſmodi generalitatem reſtringere, quoniã qua ratione vel neceſſitate iſtud faciat, ego non video, & negari non poteſt, quin maior vis fiat text. in dicta l. uel quæ. ipſum reſtringendo contra vim verborum ibi expreſſorum ad perſonam ipſius hæredis, quam contra tex. in d. l. quia perinde, ſupplendo ipſum, quod etiam intelligatur concedere fideicommiſſario in tale ſepulchrum mortuos inferre: ſi quidem de iure permittitur, quod vnam legem ſuppleamus ex alia dum de earum intellectu agitur. l. quæſitum. ff. de teſtib. glo. in l. qui reſtituere. ff. de rei vendi. ſed non eſt conceſſum venire contra vim verborum. l. non aliter. de leg. 3. cum concord. iuncta. l. proſpexit. ff. qui & à quibus manum. reprobato igitur communi intellectu d. l. quia perinde, & illatione Barto. ex eo textu facta ad ius patronatus eccleſiarum: vndique noſtram concluſionem confirmari poſſumus dicere. Atqui quo ad rem huius inuentarij, quamquam ius hoc pa-
66 tronatus hæreditarium ſit, ex alio † tamen creditores, ni fallor, poſſunt exceptionem pati, quominus ſuper eo ſatiſfactionem pro eorum credito obtineãt, quia, cum ſit annexum & cohærens rei ſacræ, creditoribus in ſolutum dari non congruit, vt per Rocch. de Curt. in dicto tracta. de iure patron. in quæſtio. 31. numero 73. prout etiam in diuiſione bonorum non poteſt vni adiudicari data alteri parte bonorum grandiori, ne hoc pacto uideatur æſtimatione precioque rerum temporalium, commutari contra ſacrorum canonum diſpoſitionem. Rocch. de Curt. vbi ſupra, in quæſt. 13 num. 26. & Pau. de Citad. eodem, num. 24. ſed hunc effectum, quod ſit hæreditarium, reſultare, poſſumus concedere, quod ſi hoc ius patronatus defunctus alienaſſet, ſeu aliter de eo diſpoſuiſſet in vltima voluntate, & hæres aduerſum eius factum venire tentaret beneficio inuentarij, multum referret, an hæreditarium eſſet, vel non: quoniam in primo caſu inuentarium minime releuaret, ſecus in ſecundo, cum. ſ. non eſſet hæreditarium, quoniam eo confecto liceret hęredi contrauenire, vt in terminis concludit Ioan. Bap. Ferretus, in conſil. 134. per not. in d. §. in computatione.

67 Ius autem patronatus libertorum † fateor non eſſe quid hęreditarium, quoniam defertur filijs vt filijs, & nõ vt hæredibus. ita tenet hanc differentiam aſſignando inter vnum, & aliud ius patronatus, Pau. de Citad. in d. tract. in q. 13. nu. 21. glo. in l. ſi operatum, de ope. libe. l. Paulus. §. Paulus. ff. de bon. lib. l. ſi patronus. eod.

68 Circa vero ius ſepulchrorum † quod aliqñ eſt hęredita-
rium, aliqñ non, ideſt familiæ. l. vel quę. & l. ſeq puto etiam ani
maduertendum in propoſito rei noſtræ, ꝙ quatenus eſt res
religioſa, quod in ſepulchrum mortuos inferri cęptum eſt,
quaſi precio commutari vel diſtrahi nequeat, creditores ſu-
per eo nõ poterunt habere ſatisfactionem ſui crediti; quate-
nus vero tale nõdum eſſet effectum, & ut res profana adhuc
haberetur, ſecus eſt dicẽdum, qm̃ tunc poteſt, vt aliæ res pro-
fanæ, quæ in commercium cadunt, obligari, vendi, ac quouis
alio titulo alienari l. ſi monumento. C quæ res pig Bertach.
in tract. de epiſc. lib. 4 in quæſt. 13. Cæſar Lamb in tract. de iu
re patro. lib in 4. parte, in quæſt. 6.
69 Vtrum autem † quod accipit hæres cõditionis implendæ
cauſa ſit quid hæreditarium, & habemus ꝙ hæres illud non
imputat ſibi in Falcid. tametſi aliter grauatus alteri reſtituere
hęreditatem faciat, illud autem ſibi retinet, vt eſt tex. in l. qui
hæredi. §. cum hæreditas. ff de cond. & dem. Soc hoc ibi not.
Doct. in l. in quartam. ff ad l. Falci. vnde datur intelligi, ꝙ non
ſit quid hæreditarium: nam in cõputationem Falcidię, venit,
quod iure hæreditario capitur, vt in hæreditatis reſtitutionẽ
venit omne, ꝙ eſt hæreditarium. Nihilominus opinor reſpe-
ctu eius, quod capitur cõditionis implendæ cauſa parum, ſeu
nihil ſibi proficere inuentarium, conſiderando quod hęres
iſtud, ſi nõ in Falcidiam, certe in Trebellianicam computare
debet, vt eſt tex. in d. l. in quartam. & per ibi ſcrib. & ratio dif-
ferentiæ, eſt ſm Alex. in d. l. in quartam, in col. 2. quia Trebel-
lianica eſt portio hæreditatis, & ſic quid uniuerſale: & in vni-
uerſalibus vna res ſubrogatur loco alterius. l. Imperator §. fi.
cum lege ſeq ff de leg 2. l. cum pater. eod. l. ſi rem & precium.
ff de pet. hære & ſic quod capitur cõditionis implendæ cauſa
ſubrogatur loco rei datæ per hæredem quę quidem ratio in
legato particulari, & in Falcidia ceſſat, quia in eis nõ fit huiuſ
modi ſubrogatio. reſpectu igitur Trebellianicę, quãuis id hę
reditarium nõ ſit, inuẽtarium feciſſe nõ proderit, quominus
in Trebellianicam imputare teneatur. reſpectu quoq; Falci-
diæ idem in effectu ſibi cõtinget, qm̃ attento, quod cęteri le-
gatarij niſi ſuum integrum aſſequantur, contra legatarium
repetunt, ſi hæreditatis bona pariter oĩbus non ſufficiant, vt
d. l. fi. § et ſi prefatam, in verſ. licentia, & tit. ff ſi cui pluſquam
per l. Falc legatarius pro eo, ꝙ hæredi dediſſet cauſa cõditio-
nis implendæ, quatenus de legato ab alijs aliquid ſibi eminca-
tur, regreſſum cõtra ipſum habet, ſicq; res reincidit in dicm,
ac ſi eſſet quid hæreditarium: Reſpectu autem creditorum
eſt res expedita, quia nulla legata debẽtur priuſquam eis fue-
rit integre ſatisfactum l. debitor. ff. de ſepar. bono. l. uniuerſæ.
C. de lega. ſicq; cum hæres legatum hmõi nõ poterit pręſta-
re id, ꝙ ſibi per legatariũ cõditionis implẽdæ cauſa ſoluendũ
foret, haud obtinebit. & in effectu ſm Doc. id, quod capit cõ-
ditionis implendæ cauſa, eſt ſpecies relicti, & iudicio & facto
teſtatoris, nimirum ſi inuentarium pro eo releuare nequit.
70 Sextus eſt caſus eorum, quæ ad † hęredem iure tranſmiſ-
ſionis ex perſona defuncti deuenirent pro his ſane reb inuen
tarii beneficio nullatenus potitur, quod. n. iure trãſmiſſionis
capitur, certe ex iure tranſmittentis & illius perſona venit.
Bart. in l. i. in q. 4. prin. de vulga. & pup. Rui. in conſ. 39 viſo, in
col. 2. verſ. circa aliud, nu. 4. lib. 3. & eſt quid hæreditarium &
de bonis hæreditatis tranſmittentis, ut ait Rui. in conſil. 22. in
col. pe. lib 3. l. item videndum. § j. ff de pet. hære. Soc. In l. qui
duos, in col pe. in q. 7. de reb. dub. vbi infert ad quæſtionẽ, an
id augeat legitimam. & dubitatio nõ ſit, ex eo, quod iure hę-
reditario capi & de bonis tranſmittentis eſſe ambigatur. Sed
qm̃ in computandis bonis pro legitima taxanda tempus mor-
tis teſtatoris inſpicitur, de quo tempore hæreditas tranſmiſ-
ſa, cum tunc adita nõ eſſet in bonis illius defuncti nõ diceba-
tur. l. precia rerum. ff ad l. Fal reſoluit nihilominus contrariũ,
ex eo quod poſtquam eſt adita fingitur in illius bonis retro
fuiſſe, quæ quidem fictio in legato, vel fideicommiſſo, profe-
cto nõ eſt neceſſaria, quia legatum ipſo iure tranſit in legata-
rium ante ẽt acceptationem l à Titio. ff de fur. l. cum pater §.
ſurdo. de leg 2. tranſmiſſio autem cõtingit in utroq; in hære-
ditate. ſ. atq; in legato, ſeu fideicõmiſſo. verũtamen frequen-
tius in legato & in fideicõmiſſo, quam in hęreditate: nã hæ-
71 reditas nõ adita de iure nõ tranſmittitur, niſi † in tribus caſi-
bus, de quibus per Iaſ. In l. emancipata. C qui admit. Bart. in l. j.
C. de his, qui ante apertas tabu. videlicet in caſu tutatis ex iu-
re Digeſtorum item in caſu hęreditatis aſcendentium dcla tę
deſcendentib. d. l. j. item infra annum moriente hærede tranſ-
mittitur ad illius hęredes l. cum antiquioribus. C de iu delib.
hodie multis in locis per diſpoſitionem ſtatutorũ indiſferen-
ter hæred tates trãſmittuntur ad hæredes. legatum vero, ſeu
72 fideicommiſſum † regulariter tranſmittitur de iure ad hęre-
des in oĩbus caſibus præterquam cum eſt ſub cõditione reli-
ctum, & cõditione pendente legatarius moritur, tunc ad hæ-
redes eius nõ tranſmittitur, ſed fit caducum, & remanet pe-
nes grauatum, vt dicetur ſtatim. l. j. §. cum igitur. C. de cadu.
tol. Soc. Iu in conſ. 120. lib. 1 Rui. in conſ 28. in col. 1. in 2. lib.
Ripa, in l. hęredes mei. §. cum ita, & alij repet. ibi. ff. ad Trebel.
Dec in conſ. 490 Socy. Iu. in cõſ 141. nu. 87. lib 2. Cor. in cõſ.
28. lib 4. Iaſ poſt Bal & alios, in l cum ſm. C. de fideic. Cor. Iu.
in conſi 4. Gui. Pap. in conſi 22 Socy. in cõſ. ult. lib. 4. Mod. in
l. cum filioſa. de lega. j. Soc. Iu in conſ 155 in colum fi lib. 2. in
quibus locis inter alias ampliationes notant id locum habere
etiam quod legatarius vel fideicommiſſarius obiret antequã
notitiam de relicto haberet. l. ſi. C. quan. dies leg. vel antequã
hæreditas fuiſſet adita, gl. Bar. & alij. in l. congr. §. Metianus. ff.
ad Treb l. ſed ſi tempus. ff eod. Tranſmiſſio autem iſta fit nõ
73 † tanquam de adita hæreditate, ſeu de legato nõ tanquam de
agnito: ſed tanquam de adeunda vel de legato agnoſcendo,
adeo quod integrum ſit hæredi ad quem tranſmittitur, pro
ſui libito acceptare, uel repudiare hæreditatem, vel legatum,
prout poſſet defunctus, ſi uiueret. Soc in cõſ. 67. nu. 13 in col.
pe. lib. 4 Rui. in cõſ. 107 in col. pe lib. 2 Dec. in cõſ. 166. in col.
2. Alex. in conſ. 114. lib. 3. Hay. Crau. in conſi 210. Soc. Iu. in d.
l. cum filioſa. num 66 verſic. unum circa prædicta, in tantum
quod priuilegium trãſmittentis vna trãſit ad eius hæredem,
vt vt per Soc. in conſi 67 præalle. nu. 13, verſ. confirmatur. Iaſ.
in l. ſi infanti. C. de iu. delib. Rui. in conſi. 161. lib 3.
74 Quando autem aliquid relinquitur ſub † conditione, & is,
cui relinquitur, priuſquam exiſtat, & purificatur cõditio, mo
ritur, certe tale relictum nõ tranſmittitur ad hæredes legata-
rij vel fideicommiſſarium, vt eſt dictum ſuperius. l. 2. §. ſin au-
tem aliquid ſub cõditione. C. de cad. tol. l. 1. §. dies incertus ff.
de cond. & dem. l huiuſmodi. l. hæres. ff quan. dies leg. gl. com
muniter approbata, in d. l. 1. C de his qui ante apertas tab. &
firmant omnes Mod. in d. §. cum ita, damnantes gl quæ hoc
limitabat in filijs, in l. is cui. ff. de act. & obli. quam etiam dam-
nat Soc. in conſ. 54. nu. 13 lib. 4. Alex. in conſi 92. ſuper eo. lib.
3. Fulg. in conſ. 14. & in cõſ. 18. Alex in cõſ. 175 in col. 6. lib. 5.
Cor. in cõſ 180. multitudo, lib 4 Soc. in conſ. 77. lib. 1. Rui. in
cõſ. 181. lib. 2. Rub. Alex. cõſ. 35. Soletq; dici, quod relicta cõ-
ditionalia non tranſmittuntur † actiue ſed bene paſſiue, hoc
75 eſt, quod ſi moritur legatarius, ante euentum cõditionis, nõ
tranſmittitur ad hæredes, ſed fit caducum vt eſt dictum, ſed
ſi moritur hæres ad illud grauatus, bene tranſmittitur illud
onus ſoluendi legatum ad illius hęredes, vt illud præſtare co-
gi queant. Bar. in l. legato ſub cõditione. ff de cõdi. & demon.
Alex. in conſ. 105. in col 3 uerſ. & nihil refert, lib. 1. Rui. in cõſ.
83. nu. 12. lib. 2 & hoc nõ recipit aliquam dubitationem. ve-
rum quoniam ſæpiſſime Docto. noſtri dixerunt legatum uel
fideicommiſſum conditionale aliquando cenſetur tranſmiſ-
76 ſibile ex cõiecturata † mente teſtatoris, vt in locis infra alle-
gandis, incidit pulchra dubitatio, an hmõi legatum, ſeu fidei-
cõmiſſum capiatur ex perſona decedẽtis pendente cõditio-
ne, & ut ex eius bonis, an vero vt ex bonis illius teſtatoris qui
fecit tale legatum, vel fideicommiſſum conditionale. etenim
ſuperius diximus quod id, quod ex tranſmiſſione capimus,
ex perſona tranſmittentis, & ut de eius bonis capi cenſetur,
quod certe ueriſſimum eſt, nos oportet hanc quæſtionem
dirimere ad effectum inuentarij, vtrum tale legatum hæres
decedentis conditione pendente valeat ab eius bonis ſepa-
rare, uirtute inuentarij, vt rem propriam ab eo teſtatore ſibi
relictam. Et dicendum uidetur prima facie, quod vt rem le-
gatarij decedentis hæres eius capiat, quoniam ſicut legatum
vel fideicommiſſum alias tranſmiſſibile ex coniecturata te-
ſtantis voluntate fit non tranſmiſſibile: ſic econuerſo per
coniecturas contrarias illud, quod non eſt tranſmiſſibile, fit
tranſmiſſibile. l. in conditionibus. §. hæc uerba. ff. de condi. &
demonſt. vbi omnes hoc ibi notant. Dec. in conſilio 574. in
colum. 2. Bald. in l. 1. numero 19. verſicu quarto quæro. C. de
inſtitutio. & ſubſtitutio cuius doctrina ab omnibus ad hoc
ſolet allegari. Card. Pariſ. In conſilio 52 numero 18. libro 3.
Socy. Iun in conſilio 141 libro ſecundo, Alexand. in conſilio
93 libro primo. Ruinus conſilio 145. libro ſecundo, Decius
in conſilio 297. in colum 2. & in conſil. 465. nume. 6. Addunt
fortius in iſto caſu, quod capitur legatum uel fideicommiſ-
ſum ex tranſmiſſiue, & iure tranſmiſſionis, ut hoc modo
loquitur Dec. in conſi 515. in colum 1. Ruinus in conſi. 145.
numero 6 libro 2. & in conſil. 156. eodem, & in conſil. 858. in
colum. 2. in conſi. 179. eod. Socy. in conſi. 178. ad finem, lib. 3.
ubi aiunt filios uenire non ſolum iure tranſmiſſionis in eos
factæ per patrem eorum præmortuum, ſed etiam vt vocatos
iure proprio, & eam conſiderant ex perſona patris in filios
fieri, quaſi ex iure quodam patris, ut & apertius cæteris tradit
Ioan. Cephal. in conſilio 16 numero 65. lib. 1. & ſic intelligunt
non de iure fideicommiſſi filiorum, ſed de quodam iure
quæſito patri fideicommiſſario, quod tranſmittitur ad filios,

vt perſonas prædilectas. Dec. in conſi. 594. in colum. fin. vt ibi
per eum. Rurſus aiunt, quod, quanquam conditione penden
te legatum vel fideicommiſſum deberi nequeat ipſi hono-
rato, & nemo tradat, vel tranſmittat, quod non habet, & ideo
videatur illud tranſmitti non poſſe: attamen, quoniam quę-
dam ſpes generatur, & acquiritur legatario, in iſto caſu, illa
tranſmittitur ex perſona defuncti, vt quandocunque poſtea
conditione fideicommiſſi exiſtente aſſequantur ipſum reli-
ctum, & quod talis ſpes ſic tranſmittatur, dicit Rui. in conſil.
28. in colu. 2. ad fi. lib. 2. & Bal. in l. 1. C. vt actio ab hære. l. ſpem.
C. de donat. Hinc Curt. Iun. in conſi. 96. ſubtiliter conſulendo
conſiderauit differentiam inter caſum, quando honoratus
decedit adhuc viuo teſtatore: & caſum cũ decedit poſt eius
obitum pendente conditione fideicommiſſi: nam in iſto ſe-
cundo caſu dicit generari quandam ſpem, ex quo per mortẽ
teſtatoris teſtamentum eſt confirmatum, & factum irreuo-
cabile. c. cum Marthę. ext. de conſec. alta quæ quidẽ ſpes for-
matа tranſmittitur ad hæredes fideicommiſſarij: in primo au
tem caſu, cum per teſtatorem poſſit teſtamentum reuocari.
l. 3. § fina. ff. de adim. lega. non poteſt talis ſpes firmari, & ideo
nec tranſmiſſio aliqua poteſt fieri: quia quod non eſt (ut ibi
ipſe ait) tranſmitti non poteſt. Præterea dicunt, quod poteſt
relinqui poſt mortem fideicommiſſarij vel legatarij. §. poſt
mortem. inſtitu. de lega. l. 1. C. vt actio & Ruin. & Bal. ubi ſu-
pra, ergo tranſmitti poteſt, vt tunc fit Poſtremo dicũt, quod
is, qui vocatur ex coniecturis ad fideicommiſſum, cenſetur
contemplatione fideicõmiſſarij pendente conditione dece-
dẽtis, capere, & ab eo id habere vt eius rẽ: & ita eſt dicendũ:
Bal. in d. l. 1. in col. 2. vbi plures leges adhuc citat. Adde quod
Hiero Zanch. in d. § cum ita, nu. 206. dicit non eſſe inconue-
niens, quod relictũ conditionale, quo ad quid eſſet uere con-
ditionale, ſcilicet quo ad hoc vt actio, & obligatio non inci-
piat, niſi eueniente conditione, & quo ad aliud non ſit condi
tionale, ſ. quantum ſit reſpectu, vt tranſmittatur ex coniectu-
rata teſtatoris voluntate, vt dixerat Rui. in cõſ 85. nu. 8. lib. 2.
His non obſtantibus aliud dicere nos oportet animaduertẽ-
do, quod fideicommiſſum, ſeu legatum conditionale eo mo
do, quo prædicti intelligunt effici tranſmiſſibile ex coniectu-
76 rata mente teſtantis: appellari non poteſt † ullatenus tranſ-
miſſibile, & nimium ęquiuocarunt in hoc, ſeu nimis abuſiue
ſunt loquuti. Nam in primis ſcire debes, quod ita demum re-
77 lictum conditionale † efficitur ex coniecturis tranſmiſſibile,
ſi satis ex eis poteſt conſtare teſtatorem noluiſſe illud ſub in-
certo pendere, & conditionem ei appoſitam vim ſuam ſu-
ſpendendi, & ſub incerto ponendi non retinere, quaſi quod
legatario ſeu fideicommiſſario voluerit omnino id deberi,
& debitum eſſe, tametſi eius pręſtationem diſtulerit in diem
certam, vel caſum certum, vt pulchre animaduertit Hieron.
Torniel. in d. §. cum ita, nu. 62. & l. ab. Accorramb. ibi, no. 30.
& Hier. Torniel. ad hoc ponderat tex. in l. Seius Saturninus,
ff. ad Treb. vbi iureconſ. eam conditionem fideicommiſſi, ſi
ad ſexdecim annos peruenerit, reſpondit intelligi potius à te
ſtatore appoſitam cauſa prorogandi tempus ſolutionis, quã
vt ſub euentum & incertum conſtitueretur fideicõmiſſum:
& ſenſit Soc. in conſ. 92. in colum. 6. verſi. nam videmus, lib. j.
& in l. j. ad fin. ff de cond. & demon. Rui. in d. conſ. 85. lib. 2. l. ſi
Titius. §. cum ita, de leg. j. cum autem non ſatis apparet, quod
voluerit omnino fideicommiſſum deberi, ſed potius colli-
gitur teſtatorem non noluiſſe fideicommiſſum adipiſci rem
ei relictam, niſi purificata conditione, tunc impoſſibile eſt
alicui tranſmiſſioni locum fieri, ipſo moriente ante purifica-
tam conditionem, antequam. ſ. illud ei deberetur: nam tranſ-
78 miſſio eſt de eo, quod † ſaltẽ ei debetur, à quo volumus eam
fieri ad ſuos hæredes. l. ſi infanti. ibi, quaſi infanti quæſitum.
C. de iure deliberan. prout ibi nota. per Baldum, & dicit Rui.
in conſil. 25. in colum fina. lib. 5. vbi dicit tranſmitti etiam ad
extraneos hæredes, & Paulus de Caſt. dicit in conſi. 399. alias
in conſil. 400. in antiquis, & in l. ſi quis filium. C. de inofficio.
teſtamen & ibi Iaſ. in columna ſecunda, uerſiculo ſexto limi
ta, Haymon Crau in d. l. cum filiofamilias, in ſecunda parte,
nume. 340 Ripa, in dicto § cum ita, numero 63. Corneus in
conſil. 35. in caſu, in colum. fina lib. ſecundo, ideo ad conclu-
dendum, quod tranſmiſſio fiat, vel non, hoc potiſſimum con
ſideratur, an in uita legatarij debitum fuerit id, quod dicere-
79 tur tranſmiſſum vel non: & ſolent † de hoc plures caſus ani-
maduerti: in quibus licet verba relicti ſint conditionalia, &
in conditionem ſonent, tamen non in vim conditionis acci-
piuntur relictumque nihilominus interim debetur. ut quan-
80 doque illa verba, hac tamen conditione † fuerunt a Docto-
ribus accepta ob mentem contrahentium non in vim condi
tionis, ſed modi. Barto. in l. quibus. § Termilius, nume. 5. ff. de
conditio. & demonſt & in conſil 4. factum eſt, num. 4. Iaſon,
Dec. & alij in l. debitori. C. de pact. Haymon Crau, in conſi-
81 lio 59. Alexand. in conſilio 119. in columna prima, libro pri-
mo, Bald in l. cum res. C. de donatio. Item conditiones lega-
les: ut puta, ſi ſic legatum, ſi hæreditas adeatur: non habent
vim conditionis, & non ſuſpendunt legatum, & ideo tranſ-
miſſibile eſt. Paulus de Caſt in l. conditiones, per textum ibi,
ff de conditio. & demonſt. l. aliquando. ff eodem titu. l. 3. ubi
Moder. repe. de lega. 1. Ruinus in conſilio 85. in columna 4.
libro ſecundo, & in conſilio 83. lib. eodem. Alexandrinus in
conſilio 8. in colum. fina Fulgoſ. in conſilio 14. l. ſi dies. § fina.
82 ff quando dies lega. Hoc tamen intellige † niſi aliter, ſeu per
alium modum conditio expreſſa eſſet quam de iure tacite
ineſſet, ut ſi teſtator legaſſet alicui, ſi uolet, ſeu ſi declara-
uerit ſe velle illud legatum adeo quod uideatur ſub illud in-
certum voluntatis eius legaſſe, tunc enim legatum erit vere
conditionale, & ideo ante declarationem, ſi moriatur lega-
tarius, ad eius hæredes non tranſmittetur. Ange. in conſilio
29 a punctus, vbi vult hæredem non poſſe id declarare. l. in-
ter ſtipulantem, vbi glo. & Doct. de uerb. obli. l. id
eſt Pomp.
ff. de rei uendi. Socy poſt Bal. & Paul. de Caſt. in d. l. 3. Simi-
83 liter ſi conditionale eſt † & eſſe deſijt ſub incerto ex poſt fa-
cto, tranſmitti poteſt, vt cum habetur conditio pro adim-
pleta, ſecundum Socin. in conſilio 127. in colum. 3. lib. 1. ubi
declarat tex. in l. cui fundus ff. de cond. & demonſt. procede-
re propterea quod legatarius implementum conditionis ob-
tulerat, quo facto conditio habita fuit pro adimpleta, & cœ-
pit legatum deberi. l. ſi poſt diem. § item ſi qua ff. quan. dies
lega. Ang. in conſilio 293. ſicque tranſmitti poſſe, vt per An-
ge. ibi. aliud exemplum habes per Ioan. de Ana in conſilio 8.
& Paulus de Caſt. in l. ſi ita legatum. ff. de condi. & demonſt.
Dec. in conſil. 242 in colum fina. in illa, ſcilicet conditione ſi
cum puellis moraburur, & illæ mortuæ fuerint. E conuerſo
84 † legatum purum ſub conditione ademptum, non tranſmit-
titur ad hæredes, quoniam ſub contraria conditione datum
cenſetur, ſicque euentui ſubiacet, ut tradit Ruin. in conſilio
150. in colum. penul. lib. 3. & Dec. in l. pecuniam. ff. ſi cert. pet.
Haymon Crau. in conſilio 102. Barto. in l. ſi penum hæres. ff.
quan. dies lega. † Item cum relinquitur poſt mortem alicu-
85 ius eſt conditionale. l. hęres meus. ff. de conditio & demonſt.
l. huiuſmodi. l. ſi cum hæres. ff. quando dies lega. l. ſi Pontio-
nilla C. eod. Ruinus in dicto conſilio 35. nume 3 lib. Dec. in
conſilio 417 Alexand. in conſilio 2. libro primo, repetito in
conſi. 77. lib. 2. Nic. Boer. in deciſ. 154 ubi uolunt ideirco non
tranſmitti, quia pendet à futuro euentu, & interim non debe-
tur, & in ſumma ſemper conſideratur hoc unum, an interim
legatum vel fideicõmiſſum, ſeu hæreditas debeatur, vel non:
ad hoc vt ad hęredes tranſmiſſio fiat eius. vnde legatum mo
86 dale, quoniam † interim debetur ante implementum modi
tranſmitti ad hæredes poſſe omnes conſentiunt. Barto. in d. l.
quibus. § Termilius, in col. 3. ver. ſecundo principaliter quæ-
ſo, num. 13. de cond. & dem. Soc. & Cuma. ibi, Alexan. in l. hu
iuſmodi, in col. 2. de lega. 2. Alexan. in conſ. 13. in 3. dub. lib. 3.
Soc. in conſ 91. nu. 11. lib. 1. Retenta igitur hac concluſione,
quod tranſmiſſio fieri nequeat niſi de re debita, & quod reli-
ctum ſub conditione, dum conditio retinet vim ſuam po-
nendi rem ſub incerto non poteſt deberi, donec ea conditio
pendet, neceſſario infertur in quæſtione propoſita, quod in
eo caſu conditionalis relicti non ſit tranſmiſſio, ſeu ex tranſ-
miſſione illi qui ex coniecturata teſtatoris mente ibi ſucce-
dunt: non capiunt, ſed capiunt ex proprio iure, propriaq; no
87 catione ex bona illius † teſtatoris uocantis, & non ut bona il-
lius decedentis pendente conditione: nam ex coniecturę nõ
tendunt ad hoc vt uoluerit teſtator omnino deberi tale reli-
ctum honorato, & conditionem appoſitam ei non retinere
ſuam uim, ſed immo oppoſitum ſuadent. dum enim conclu
ditur in eo caſu, ex coniecturis teſtatorem uoluiſſe fideicom
miſſum, ſeu legatum deuenire ad certas prædictas perſonas,
ſatis concedi neceſſario videtur, quod uoluerit ei tale reli-
ctum deberi omnino, ſeu illud haberi pro non conditionali,
ſed quod immo uoluerit ſub incerto eſſe, donec impleatur
conditio appoſita: ſiquidem ſtante, quod ei relictum huiuſ-
modi diceretur debitum, non ad prædilectas à teſtatore per-
ſonas, ſed ad heredes etiam extraneos fideicommiſſarij vel le
gatarij, poſſet deuenire, ſeu trãſmitteretur, iux. ſuperius alleg.
& cũ aliud nõ adducatur in hoc caſu, non eſt, quare dicamus
conditionẽ nõ retinere ſuã vim, quæ eſt, ꝙ donec ipſa adim-
pleatur, cenſeatur abeſſe voluntas diſponentis, ꝙ id fideicõ-
miſſario ſeu legatario debeatur, ut probatur in l. ſi pendente,
ibi ac tuo actui conditio exiſtens &c. ff. de peri. & com. rei
vend. & ait Bal. in conſi. 9. factum eſt tale, lib. 1. in nouiſ. l. ſub
condi. l. qui promiſit. ff. de condictio. indeb. & dicitur, quod
nihil ponit in eſſe. l. ſi quis ſub condi. ff. ſi quis omiſſa cau. te-
ſta. quo fit, ut locus nullus tranſmiſſioni queat eſſe ex ip-
ſius teſtantis uoluntate, ſecundum Alexan. in dicto conſil. 8.

præſupponitur, in colu m. fi. vbi hoc pacto conſiderat ex eo,
ſcilicet quod reliquit ſub conditione, colligi euidenter, quod
voluit relictum transmitti non poſſe. Quibus ſtantibus pa-
tet reſponſio ad contraria. Ad primum, quod vis non eſt
quod ex voluntate teſtantis non transmiſſibile non poſſit fie
ri transmiſſi bile: hoc nõ negatur: ſed dicitur opus eſſe, vt hoc
fiat, quod te ſtator voluerit legatum omnino legatario debe-
ri, & condi tionem appoſitam non retinere vim ſuam. Illud
vero, quod aliqui dicunt in hoc caſu capi ex tranſmiſſione, &
iure transmiſſionis, falſum eſſe patet, & de iure impoſſibilia
dicunt, dum aiunt in illis caſibus perſonas prædilectas capere
fideicommiſſum non modo ex trãſmiſſione, & ex iure quo-
dam patri quęſito, ſed etiam ex proprio: nam vna res eodem
tempore non poteſt eſſe iuris duarum perſonarũ.l.ſi ut cer-
to.§ ſi duobus. ff.commod. l.cum quærebatur. C.vnde vi.&
ex tranſmiſſione ſucceditur tranſmittenti, & ex iure proprio
88 † quo vocatur ad fideicommiſſum, ſucceditur teſtatori.l co-
hæredi.§ cũ filiæ ff.de vulga.& pup.ita pulchre aduertit Cor.
in conſ.35.in caſu, in colum fi.lib.2. Pau.de Caſt.in conſ.399.
alias conſil 400.viſis his, quæ ſuperius narrantur, in antiquis,
& eorum dictum non poteſt ſaluari, niſi dixeris, quod ipſi lo-
quuntur de tacito, & expreſſo fideicom.ſ.ex tacito per coniu
cturas, & expreſſo per verba, per vtranque tamen fideicom.
ſpeciem ſucceditur teſtatori, & non fideicommiſſario præ-
mortuo.d.§.cum filiæ. Tertio, quod fateantur tranſmiſſioni
locum non fieri niſi prius fuerit defuncto debitum, & velint
id in dictis caſibus verificari, quia formetur ſpes, quæ tranſ-
mittatur, mihi videtur delirium: ſi enim formatur ſpes, pror-
ſus ea euaneſcit, cum moritur legatarius ante conditionem,
d.l.1.§ ſin autem aliquid. Iaſ.in d.l ſi is qui pro emptore, nu.
344.de vſuc.Fulg.in conſi.14 & in conſ.18. quia iſta ſpes non
eſt aliud, niſi illud ius conditionale.l.ſpem.& ibi gl.C de don.
quod ius expirat cum eius vita, & iura quæ ſimul cũ vita ho-
minis tranſmitteoris pereunt, non tranſmittũtur.Dec.in con-
ſil.502.in fi.Soc.in conſ.18 lib.1.l.ſed ſi manente. ff.de preca.
l.ſi Modeſtinus.ff de ſolu.Nec obſtat l.ſpẽ, quia procedit ſi in
vita vſque fideicommiſſarij ad fructum ſpes perducta ſit.i.ſi
eo adhuc viuente purificata ſit conditio, alioquin ſecus, &
de authoritate Bal. & Rui. non eſt curandum, ſiquidem ob
eorum ſubtilitatem, vel authoritatem auſi ſunt omnia dice-
re etiam contra claram iuris determinationem. Et Cur.Iun.
in d.conſi 96.vt inani motus fuit conſideratione, ita contra
communem conſuluit: nam plerique, vel omnes volunt ex
coniecturis eam (vt ipſi appellant) tranſmiſſionem fieri, non
ſolum, quando fideicommiſſarius deceſſiſſet pendente con-
ditione poſt obitum teſtatoris, verum etiam cum deceſſiſſet
adhuc viuo teſtatore, ſecundum Soc.Iun.in conſi.167.num.
21.in colum.penul.lib.2 & Dec.in conſi.574. & in conſi.369.
Ruin.in d.conſil.28.in 2.lib.& in conſil.156.in colum. 3 lib.2.
Appoſtil.ad conſi.Alexan.in conſil.109.lib.2. quos ego con-
ſulendo Ianuæ ſequutus fui reprobata Cur.Iun. opi.in d.con
89 ſil 96 quoniam † coniecturæ queunt in vtroque caſu milita-
re. illa ergo conſideratio de ſpe formata trãſmittenda eſt ima
ginaria & falſa, quandoquidem tam in vno, quam in altero ca
ſu poſſit euenire, quod conditio euaneſcat, & per conſequens,
quod nunquam defuncto legatario fuerit debitum, huiuſmo
di legatum. Quod autem poſt mortem legare liceat alicui, ni
hil in propoſito concludit: iſtud enim eſt verum ita demum,
ſi teſtator voluit ei in vita legatum deberi, licet eius ſolutio
ſeu præſtatio poſt mortem fuerit dilata, ſecus vbi voluiſſet,
quod poſt mortem legatarij deberi inciperet: nam mortuo
non poteſt relinqui, ſicut nec ſtipulari. Bal. in conſil.200.ver-
ba Cy. num.5.lib.5.Dec. & Hiero. Cagn.in l.Neraous.de reg.
iu.Hipp.Marſil.in l.fin.num. 4 ff de quæſt.l.diuus. §.fina.ff.de
iu. codi l quo loco, in fi ff.de hæred. inſtitu. l.1.§. in primo.
C.de cadu.tollen Hier.Torniel in d.§.cum ita, num 61.verſ.
ſed circa hanc limitationem. vbi dixit legatum deberi, poſt
mortem, non poſſe incipere quia ius antiquum legis Cato-
nianæ adhuc manet incorrectum in hoc.& correctio legum
eſt euitanda.l præcipimus.C.de appel.& late etiam per Aſin.
in l.4 §.ſed tunc. ff.de religio. & ſump. fun. & Bal quod nemo
mortuo ſtipulari valeat, dicit in d.conſi. 200.quod eſt alias in
antiquis conſi 63.lib.1.Vltimum minus cæteris vrget, quia ſi
90 non poteſt mortuo legari, multo minus fieri poteſt, quod ſi
qoid relinquatur contemplatione alicuius mortui, vt id ca-
piatur tanquam res illius mortui: nam ea concluſio procedit
duntaxat reſpectu viuentis, vt dicitur infra, vt per Hier.Torn.
in d §.cum ita, num.62.verſi.ſequitur etiam. Quod præterea
Hier.Zanch.ibi dixerit non eſſe inconueniens, quod ſit con-
ditionale reſpectu incipiendæ obligationis, ſed non reſpectu
tranſmiſſionis faciendæ: vltra quod incompatibilia dicit, quod
ſcilicet incipiat poſt mortem fideicommiſſarii, & quod trã-
91 mittatur iuxta prædicta: reſpondetur, quod † forma condi-

tionis eſt quid indiuiduum, ac ſcindi nequit, vt partim uno
modo, partim alio capiatur, vt per Ruin in conſi.48 nu.3 lib.
2.l.cui fundus.ff.de condi.& demon.& abſque re, ſeu neceſſi-
tate aliqua confugitur ad huiuſmodi anguſtias & commen-
titia. ſtat ergo concluſio noſtra, quod ex tranſmiſſione de-
functi fideicommiſſarii hæres eius capere non cenſeatur in
iſto caſu fideicommiſſi per coniecturatam mentem inducti,
ſed id dicatur habere ex propria vocatione à teſtatore de ſe
facta. Quod ampli a procedere, ſi teſtator etiam dixiſſet, quod
eueniente ea conditione ſub qua reliquit, ex nũc legabat, & c.
per quod verbum ex non, ſolet alias retrotrahi diſpoſitio: nã
non propterea, ſi conditio exiſtat poſt obitum legatarij, cen-
ſebitur legatum retrotrahi ad diem facti legati, vt in vita vſq;
legatarij debitum ei fuiſſe cenſeatur, ad hoc vt tranſmittatur
ſecundum Iaſ.in d.l.ſi is qui pro emptore, num.342.vbi com-
munem Bar. & aliorum ſententiam tuetur, quia conditio in
92 legatis † non retrotrahitur. Bart.ibi, in colum 18.verſic. aliud
mihi in facto contingens.& ibi Ioan.Crot.in colum.38.l.quę
legata, de reg.iu.& dum teſtator legatum voluit eſſe condi-
tionale, negauit illud tranſmitti poſſe, vt dixi ſupra poſt Alex.
in conſi.8.Hinc vide, dum Hiero.Zanch.in d.§.cum ita, num.
222.verſi.ſi diceres, declarat, quod tranſmiſſio non eſt aliud,
quam extenſio fideicommiſſi de perſona honorata ad alias
certas perſonas, quod longe errant Doctores in accipiendo
ius fideicommiſſi ad plures perſonas gradatim extenſum pro
tranſmiſſione, & rem deuenire de vno in alium ex coniectu-
rata teſtatoris mente habuerunt pro tranſmittere: quod nõ
eſt aliud niſi fideicommiſſum tacitum, quod in alio non dif-
fert ab expreſſo niſi quod, vt expreſſum denotatur verbis cla
tis teſtantis, illud vero coniecturis, & nutu.l.cum propone-
retur, de leg 2.l.nutu de leg.3. Dec.in conſ.53 & ideo Zanch.
hallucinatur valde negans ibi talem venire ex propria voca-
tione.Similiter ibi Zanchus, nu 246. verſic.facilius.non recte
in alio ſentit, dum ait, quod facilius præſumitur, & inducitur
tranſmiſſio, quam inducatur fideicommiſſum. Nam intelli-
gendo de hac abuſiua tranſmiſſione, neſcio videre, quomo-
do plus laboris ſit, niſi teſtator ſit mutus, fideicommiſſum ex
preſſum verbis facere: intelligendo autem de vera tranſmiſ-
ſione: etiam dico; quod teſtator poteſt ad ſui libitum facere
fideicommiſſum.l.verbis legis de verb. ſig l Labeo. de ſupel.
leg.l 3.C.de ſacroſanc eccl.ſed non poteſt efficere, quod quis
magis ad vnum quam alium tranſmittat bona ſua: tranſmit-
tere enim pendet à legis poteſtate.Rui.in conſi 146.in col:5.
in princ.lib.3 Bart.& alij in l.ſi fratris C de iu.deliberan.Iaſ.in
d.l.cum filiofamil nume 152.verſic. quid tenendum de leg.
1 & Doct.in l.filius qui.de vulga.& pupil.l.apud Iulia.§ idem
Iulianus.ff.ad Trebel.

Proinde cum & alia contingant circa materiam tranſmit-
tendi, quæ pariter ad rem noſtram pertinent, ea quoque attin
gere eſt neceſſe Et in primis concluſionem ſuperius à nobis
firmatam, quod ſcilicet ius conditionalis fideicommiſſi non
93 tranſmittatur amplia, vt procedat etiam in † vulgari, vel pu-
pillari ſubſtitutione: quod ſcilicet ius huiuſmodi ſubſtitu-
tionum non tranſmittatur.l.quia habebat. ff de vulg. & pup.
l.ſi ex pluribus ff.de ſuis & legit.l.ratres. ff.de acquiren. hęre.
Bal.in dicto conſil.9 factum eſt, lib.1. Alexan.in conſil.36.in
col.2.lib.3 & in conſil.30 lib 2 & in conſil.165.in col 5.lib 5.
Haym.Crau.in conſi.152 Alexand.in conſil 552 præclare, in
colum.2 lib 6 & in conſilio 62.in cauſa, nume.2.lib.7 Soc.in
conſilio 74 lib. 4 Guzad in conſil.29.nume.17.verſicu.ſexto
etiam non poteſt. Alexand in conſil 506 ponderatis, nume.2.
lib.6. ſicque ea concluſio formatur tam in caſu fideicommiſ-
ſariæ, quam directæ ſubſtitutionis. & quamuis reſpectu fi-
deicommiſſarię videatur limitari, quia Doctores dixerint ex
coniecturis tranſmitti: tamen, ut iam uidiſti, non eſt hoc
tranſmittere, niſi quando conditio non retinet vim ſuam,
ſed eſt aliud fideicommiſſum tacitum, quod certe cadere
non poteſt in ſubſtitutione directa: nam ea coniecturis uel
nutu induci nequit, ſed ad eam inducendam eſt opus uerbis
expreſſis, & quidem ad id aptis.l uel ſingulis.l poteſt.de vul-
ga & pup. Soc.in conſil.159 num.10.in col.5.verſic.ſed præ-
miſſi-,lib.2 & Soc.in conſil.76.in col.5 verſicu. item inſtitu-
tio, lib 3. Rodo. Suar.in alleg 2 verſicu.4.ſubſtitutio, num.5.
vbi plene probat ſubſtitutionem, vel inſtitutionem, non con
iecturis, ſed uerbis expreſſis fieri. Coniecturę plane valent in
94 caſu † directæ ſubſtitutionis, ut ſubſtitutio ad fauorem prędi
lectarum perſonarum facta de extraneo reſtringatur, ut faci-
lius extraneus excludatur, & prædictæ perſonę valeant ab in-
teſtato in eis bonis ſuccedere, ſed non vnquam, vt ipſæ cen-
ſeantur ſubſtitutæ. ſic procedat tex.in l.Lucius ff de hære.in-
ſti.l.cum acutiſſimi.C.de fideic.l.cum auus.ff.de cond.& de-
mon.in quibus caſib.filij ex veriſimili teſtantis mẽte faciunt
ad excluſionem extranei ſubſtituti ceſſare ſubſtitutionẽ, ipſi
tamen

tamen non cenſentur ſubſtituti. Sic etiam textus in l.ſi is qui
ducenta.§.item ſi pater. ff. de reb. dub. vult fauore filiorum
fieri interpretationem contra ſubſtitutum, vt cum alioquio
ad verificationem alternatiuæ ſuffeciſſet ſibi unum verifica-
ri, quod ſcilicet alter non extitiſſet hæres. d.l. ſi is qui ducen-
ta.§ utrum. in eo caſu filiorum exiſtentium opus ſit, utrum-
que caput verificari, quod ſcilicet nec filius, nec filia ſit hæres
reſoluendo alternatiuam in coniunctiuam, ſeu copulatiuã:
ſimiliter ſit, ut pluralitas, quæ poſſet alioquio reſolui in ſin-
gularitates. l. Lucius.§ Caio. ff. ad Trebel. l. fin.§. filium, de le-
ga.2. minime reſoluatur, ne ſubſtitutio extranei locum ha-
beat ſtantib. filijs a teſtatore veriſimiliter prædilectis, & nun
quam in iure reperies ob coniecturas induci ſubſtitutionem
95 directam, & propterea Ruin. nimium a veritate † iuris receſ-
ſit in conſi. 157. lib. 2. dum dixit filios vulgariter ſubſtitutos
intelligi, ex eo quod teſtatori fuiſſent prædilecti, tametſi om
nino verba de hac re deficerent ſcilicet requiſita pro ſubſti-
tutione vulgari inducẽda, ſicut etiam dum voluit ſpem ſub
ſtitutionis uulgaris de perſona eorum patris factæ tranſmit-
ti ad eoſdem. ut meminimus ſuperius damnantes hoc, quod
illa ſpes, id eſt illud ius cõditionale moriente fideicommiſſa-
rio ante euentum conditionis euaneſcit, & prorſus perit, &
ſic non tranſmittitur. Non tamẽ nego, quatenus eius filij po-
tuiſſent ex coniecturis vocari videri poſt dictum eorum pa-
trem ſubſtitutum, quin ij quibus hæreditas ceſſiſſet ab inte-
96 ſtato, teneantur † hæreditatem eis reſtituere ex fideicommiſ
ſo, quod intelligatur hæreditas ab inteſtato venientibus ceſ-
ſiſſe cum iſto onere fideicommiſſi, quo ſubſtitutus vulgaris
cenſebatur grauatus uel tacite. l. vnica.§. pro ſecundo, in ver.
ſed omnes. C. de cad. toll. Socin. in conſil. 49 pro clara. lib. 2.
Rub. Alexan. in conſi. 104. viſo caſu. Alex. in conſi. 1. lib 1 in
colum. 1. Dec. in conſi. 238. in colum 2 Soc. in conſi. 52. ad fi.
lib. 3. Dec. in conſi. 427. in colum. 2. num 6 Ruin. in conſi 28.
in colum. 2. lib. 2. & in conſi 94 eod. lib. & in iſto caſu non ac-
ciperet ex iure prædefuncti ſubſtituti, ſed ex iure proprio vi-
gore dicti fideicommiſſi ab eo teſtatore facti, iuxta prædicta.
Super præfata uero concluſione duæ per Doctores tradun-
tur limitationes. altera eſt in caſu pupillaris ſubſtitutionis, &
altera tam in vulgaris, quam fideicõmiſſariæ ſubſtitutionis
caſu, & de vtraque oportet veritatem iuris habere. Primam
97 fatemur † eſſe ueram in caſu tamen ſingulari tex. in l. qui pa
tri. ff. de acq. hæred. & eſt quando pater inſtitutis duobus fi-
lijs ſuis hæredib. ſubſtituiſſet impuberi filio pupillariter aliũ
filium puberem & adita hæreditate per vtrunque filiũ prius
decederet pubes, & demum impubes infra ætatem pupillarẽ,
certe hæredes illius puberis ſubſtituti poterunt aſſequi hære
ditatem pupilli, qui deceſſit infra ætatem pupillarem ex eo
quod illud ius ſubſtitutionis pupillaris ad eos fuit tranſmiſ-
ſum a pubere ſubſtituto præmortuo, ſecundum tex. ibi, ꝙ
eſt mirabile, quonam pacto hoc fiat, pulchrũ eſt ſcire. Hier.
Toroiellus in d § cum ita, nume 69. verſi ad tex. in d.l. qui pa
tri. mihi videtur veram huius tranſmiſſionis rationem atti-
giſſe, nempe, cum hæreditas per utrumque præſupponatur
adita, bona propria ipſius pupilli, ſeu eius hæreditas mixta fuit
cum portione hæreditatis paternæ ab ipſo adita. l. ſed ſi plu-
res.§ filio, & ibi not. de vulg & pupil. & iſta portio hæredita-
tis paternæ per mortem pupilli infra pupillarem ætatem effi-
citur vacans, & cohæres ei ſubſtitutus, dicitur inſtitutus in
teſtamento paterno in ea ſub conditione, ſcilicet ſi pupillus
in ætate pupillari deceſſerit, ut inquit Tornellus, ponderan-
do ad hoc tex. in l in ratione.§. quod vulgo dicitur, ad l. falci.
ibi legata, quæ in ſecundis tabulis relinquuntur, quaſi in pri-
mis ſub conditione relicta intelligantur. quod ergo pater de
bonis ſuis relinquit alicui ſubſtituendo ipſum pupillariter
pupillo, cenſetur in ſuo teſtamento reliquiſſe ſub conditio-
ne, ſi pupillus in pupillari ætate decedat, & ſic portio pater-
norum bonorum relicta pupillo, cenſetur filio puberi ſubſti
tuto relicta in teſtamento paterno ſub conditione prædicta
ſi deceſſerit &c. ſtante igitur hoc ſequitur neceſſario, ꝙ iſta
portio hæreditatis paternæ vacans, vt de nouo delata ſeu de
ferenda ob purificatam conditionem præfatam ad filium pu
berem, ex teſtamento paterno accreſcat portioni iam aditę,
per dictum puberem, & quod ſic ad hæredes tranſmittatur,
quia portio ex iure accreſcendi tranſmittitur, ut patebit inf.
At ex hoc, quod iſta portio hæreditatis paternæ tranſmitti-
tur, ſecum trahit hæreditatem, & bona pupilli, quæ cum eis
per aditionem a pupillo factam iuſta fuit, etenim magis di-
gnum trahit minus dignum. c. quod in dubiis, ext. de conſe.
eccl. vel alta. Iaſ. & alij in d.l. ſed & plures.§. filio de vulg. cap.
quanto. ext. de iudic. c. præterea, ext. de tranſa. dignius autem
reputatur teſtamentum paternum, tabulis pupillaribus, quo
niam hæ pendent ab eo vimque accipiunt. d. l. ſed ſi plures
§. ex aſſe.§. liberis autem Inſtit. de pupil. ſubſtit l. quod per ma
nus. ff de iu. cod. ſicque ius ſubſtitutionis pupillaris tranſmit
titur in hoc caſu ad hæredes ſubſtituti præmortui, adeo ꝙ ſi
vellent eam repudiare, certe non poſſent, ut habetur in l. qui
dam eulogio. C. de iure deliber. vt eſt proprium iuris accreſ-
cendi, quod etiam inuito accreſcit. l. toties. ff. de acquiren hæ
red. Nec obſtat, ſi negando aſſumptum prædictum dicatur,
ad tempus quem inſtitui non poſſe. §. hæres pure, Inſtitu. de
hæred. inſtitu. & quod ſic non ſit verum portionem impube
98 ris effici vacantem. Nam reſpondetur † id fallere in caſu ſub-
ſtitutionis pupillaris, in quo dantur & alia inconuenientia
præter iuris regulam, ut per Bar. in d.l. ſed ſi plures.§. ad ſub-
ſtitutos.§ in arrogato, de vulg. & pupil. Secundum autem ra-
tionem prædictam infertur, quod ſi pater pupillo, cui nihil
de proprijs bonis reliquiſſet (pater enim poteſt etiam exhæ
redato pupillariter ſubſtituere.§. non ſolum, & ibi no. inſtitu.
de pup. ſubſti. l. moribus.§. 1. ff. eodem) feciſſet ſubſtitutionẽ,
vel ſi pupillo, alium quam cohæredem pupillariter ſubſtituiſ
ſet, vel neuter eorum, ſeu alter tantum ex eis partem hæredi
tatis adiiſſet, profecto ceſſaret in his caſib. diſpoſitio d. l. qui
patri, & ſpes ſubſtitutionis pupillaris non tranſmitteretur ad
hæredes ſubſtituti, ſed efficeretur caduca ſecundum propo-
ſitam concluſionem ceſſant ratione iuris accreſcendi, ut per
nos ſupra animaduerſa, nam ceſſante ratione ceſſat iuris di-
ſpoſitio. l. adigere.§. quamuis. ff. de iure patro. cum concor.
Hinc reſoluitur quæſtio Doctorum in d. l. qui patri, an ibi
99 hæres puberis capiat † hæreditatem pupillarem ex iure accre
ſcendi, an autem ex iure ſubſtitutionis glo Barto. Oldrad. &
Ange. ibi. & Pau. de Caſt. in l ſi quis hæres, in columna ſecun
da. ff. de acquirenda hæred. dixerunt eum capere iure accre-
ſcendi, & iſtam opinionem amplectitur Haym. in d l. cum fi-
liofam. in 2 par nume. 347. Pau. de Caſt. in conſi. 114. proce-
dendo breuiter, in colum. 3. lib. 1. Curt. Iun. in l 1. C. quando
non pet par. Rui. in conſi. 202. lib. 2. Sed alij dixerunt eum ca-
pere iure ſubſtitutionis ſecundum alium intellectum, qui ẽt
dicitur communis, Ripa in l. re coniuncti, num. 202. de lega.
3 Ioan Crot. ibi nume. 112. poſt Pet. & Iac. de Rau & Rayn ip
ſe vero dixerim eum capere vtroq; iure ſimul iuncto ac mix
to legis opera atque miniſterio, non autem ex ſolo iure ac-
creſcendi, quod vtique ceſſaret ſi cohæredis ſubſtitutio pu-
pillaris non eſſet facta. Item nec ex ſola ſubſtitutione pupilli,
quoniam ad hoc de ſe ſolo neutrum ſufficeret, ut ex infra di-
100 cendis patebit Altera eſt limitatio, quod † quoties ſubſtitu-
rio directa, vel obliqua eſt cum iure accreſcendi coniuncta,
ſemper ad hæredes tranſmittatur, hoc voluit Bar. in l. 1.§. ſin
autem aliquid ſub conditione C de cadu. toll. Iaſ. in d. l. qui
plures. nume 2. ff de vulg & pupil. & in l Lucius.§. Paulus ff.
ſt. eod. & in l. ſi plures. eo. tit. & dicit in d.l. qui plures, quod ꝓ
hoc reputatus eſt textus ſingularis in d. l. qui patri. idem te-
nuit Soc. in d.§. cum ita, nume. 13. & poſt eum alij non pauci
ex Repeten. Rui. in conſi 85. nume. 10. lib 2 & in conſi. 181.
nume 7. ver. & impuberis, dum dicitur, lib. 2. Pau de Caſt in
l. toties. de acq. hæred & Ioan. Cephal. in conſi 114. lib. 1. vbi
num. 12. eſt nume. 15. dicit, quod, quia ſubſtitutus eſt cohæ-
res, virtute iuris accreſcendi tranſmittitur ius quoque ſubſti
tutionis, & ad hoc allegat Card. Pariſ. in conſi. 76. & in conſi.
ſeq. lib. 2 & in conſi. 5. lib. 3. Curt. Iun. in conſi. 16. Soc. in con
ſi 6 lib 3. Hie. Cagno. in l. 1 nu. 52 C. quando non per. par. Iaſ.
in conſi. 154. lib. 4. idem firmat etiam idem Io. Cephal in con
ſil. 16. num. 45 lib. 1. vbi atteſtatur pro hac opinione eſſe com
munem, & adducit argumenta, de quibus per Ruin. in conſ.
85. quam quidem limitationem aiunt imprimis probari per
tex. in d.l. qui patri, ipſum generaliter intelligendo, non ſtri-
cte, vt per nos in eo caſu ſingulari. quem textum mirum in
modum extollunt Bar. Pau. de Caſt. Iaſ. & alij. in l. qui plu-
res, num 2. & in l. emancipata. nume. 11. C. qui admitti Bal. in
conſi. 9. lib. 2. in nouis, alias eſt in antiquis conſi. 175 in 2. lib.
& pro hoc ſtat doctrina Bar. in l. teſtamento. C. de impub &
alijs ſubſtit. quam & firmat in l. ſi quis hæres, & in l. ſi tu ex par-
te, in ff. de acquir. hæred. dum dixit ibi, quod ſi is, qui cohære
di fuit ſubſtitutus, partem ſuam hæreditatis adiuit, & poſtea
conditio ſubſtitutionis exiſtat, eam partem ex ſubſtitutione
delatam non poterit repudiare, ſed ſi non adiuiſſet prius par-
tem ſuam, ſecus. Accedant alia, quæ deducit Ruin. in d. conſ.
85. vel dum affert ſimile, ex no per Bar in l 4 §. Cato. de verb.
obl. de actione ſtricti iuris, quæ vnita cum rei vendicatione
aſſumit eius naturam, ut ꝫ, hĩ dẽ qui poſſidet, dũtaxat detur
vel item de actione ſimiliter ſtricti iuris vnita cum actione
bonæ fidei, quæ tunc aſſumit naturam bonæ fidei. l. 2. C. de
pac. inter emp. Vel etiam dum ait ſubſtitutionem vnitam cũ
iure accreſcendi fieri potentiorem, & ab illo regulari. l. cohę
redi.§. diſcretaa. de vulga. & pup. idem repetit in d. conſi. 181.
num. 8 lib. 1. Ad quod etiam ponderatur tex. in d. l. ſi quis hę
res, vbi ſubſtitutus cohæredi, cum iam pro hærede ſe geſſiſ-

ſet an

ſet in parte ſua,dicitur omnino futurus hæres, etiam ex cau-
ſa ſubſtitutionis eo quod ipſi uel inuito accreſcit illa portio
p ſubſtitutionem delata. ſi ergo nequit ea repudiari, ad eius
101 hæredes tranſmittitur. Quibus non obſtantibus hanc † limi-
tationem eſſe falſam in iure facile pbari exiſtimo: tum quia
ei non ſuffragantur ex aduerſo deducta,tum etiam quia con-
trarium manifeſte ex pluribus legibus oſtenditur. Non enim
ſuffragatur aliquo pacto tex.in d.l.qui patri,quia loquitur in
illo caſu ſingulari,& ex ſpeciali ratione, prout nos ſupra de-
clarauimus,& falluntur omnes,qui eum textum generaliter
intellexerunt,vt & patebit infra. At doctrina Bar.in d.l.teſta-
ſtamento, & alibi debet intelligi quando non aderat aliquis
cohæres,& tunc licet, quoad effectum efficiendi hæredem
nihil interſit,an repudiet vel acceptet, partem ex ſubſtitutio
ne delatam,quia nihilominus fit hæres in totum, attamen ſi
voluerit ob alium aliquem effectum repudiare ex ſubſtitu-
tione nuſquam hoc ei prohibitum reperitur,qua ſubſequu-
ta repudiatione, portio ſibi ipſo iure accreſcet, & eam habe-
bit ex iure accreſcendi ſolo,& non ex ſubſtitutione, & quan-
do alium cohæredē haberet,quoniam portio repudiata utri
que accreſceret pro quota hęreditatia. l.liber homo. §.ſi ita.
ff.de hæred. inſtitu. & ibi not. plurimum intereſſe,quod por
tionem ex ſubſtitutione ei delatam repudiaſſet. Argumenta
vero Rui. in conſilijs præallega. non releuant, quoniam in
primis ſimilitudo per eum adducta non eſt bona,nam tamet
ſi ius accreſcendi,& ius ſubſtitutionis valeant ſimul concur
rere,ideſt eodem tempore deferantur, non tamen aliquate-
nus vniuntur,ſed ſeparatim competunt, quaſi contraria, ut
per electionem vnius ceſſet, vel tollatur alterum. l. nec is. §.
hæres l.quandiu.la prima.l ſi tu ex parte.& ibi Bar.ff. de acq.
hæred.idem Bar.in d l.nec is.§.hæres, quemadmodum dici-
tur in l.fi.C.de codic.& ceſſante ſimilitudine vnionis corruit
argumentum ſuper ea factum,vnio ſolum fit in caſu illo ſin-
gu d.l.qui patri,iuxta prædicta.
Illud prætereà de d § diſcretas, non vrget, quoniam ibi ex
ordine,quo teſtator coniunxit hæredes in certis portionib.
hæreditatijs ſumitur eius voluntatis declaratio, qualis fuerit
in ſubſtitutione inter eos ad inuicem facta, non autem verū
eſt ibi reddi potentiorem ob ius accreſcendi. Ad tex. in d.l.ſi
quis hæres.reſpondetur prout ſupra reſpondimus ad doctri-
nam Bar in d l. teſtamento.ſolum addam,quod etiam, cum
non haberet cohæredem, poſſet referre ex ſubſtitutione re-
pudiate,quoniā licet ipſo iure nihilominus accreſceret por-
tio repudiata:tamen poſſet adiuuare ſe pro portione iure ac
creſcendi deuoluta,iux.tex.in l.enim hæreditate, & l. ſeq. de
acquiren hæred.& ibi not.quod ſcilicet pro ea non cogatur
inſolidum,quod certe non poſſet,ſi ex ſubſtitutione illam ac
cep aret,ex quibus non modo vides non probari talem limi
tationem,ſed potius iuni contrarium, quod & clarius con-
uincitur per tex.in l.toties.de acquiren.hęred.vbi ſubſtitutus
cohæredi moriens ante conditionis euentum ſubſtitutionē
ad hæredes non tranſmittit,& tamen ibi ius accreſcendi cō-
currebat Ideo glo.ibi notat,ius quidem accreſcendi trāſmit-
ti,ſed non ius inſtitutionis,quam Bar.ibi perpendens ſecun-
dum noſtram ſententiam aduertit ſuper intellectu d.l.qui pa
tri, quod procedit ſolum in caſu ſingulari pupillaris ſubſtitu-
tionis,quando ſcilicet pupillus & ſubſtitutus iam paternam
hæreditatem adiuiſſent, & hoc pacto etiam Alex. ſtricte in-
telligit in l.qui plures.ff.de vulga.& pupil. Item per tex.in d.l.
ſed ſi plures,eod. ubi ad ſubſtitutionē,de qua ibi, ſcilicet pu-
pillari (prout intelligunt ibi Bar. Alex.Pau.de Caſt.& alij) ex
cohęredibus ſubſtitutis admittuntur ſolum ſuperſtites,& ex
perſona ſubſtitutorum præmortuorū nemo admittitur ibi.
ſubſtitutio ergo pupillaris etiam concurrente iure accreſcē
di,haud trāſmittitur ad hæredes,prout notat ibi Pau.de Caſ.
Item per tex.in l.qui plures.quoniam ibi pariter hæres ſubſti
tuti præmortui fuiſſet ad portionem repudiatam, una cum
alijs admiſſus,ſi tranſmitteretur ſubſtituto. ſimiliter tex. in l.
ſi ex pluribus.§.ex alia ff.de ſuis & legit. hoc idem cauetur,&
alibi ſæpe,in quib locis concurrit ius ſubſtitutionis, & ius ac
creſcendi,& nihilominus tranſmittitur ad hæredes ius ſubſti
tutionis Cōclude igitur indubitanter, prædictam limitatio-
nem falſam eſſe, vtcunque plurimi eam fuerint ſequuti, & q
dem inaduertenter decepti falſo intellectu d.l.qui fratri.Qua
ſe autem ſubſtitutio non tranſmittatur ad hæredes, & ius ac
creſcendi,ſic declarat Iaſ.in d.l.ſed ſi plures numero 2. nem-
pe quod ſubſtitutio ſit de perſona ex ſola teſtatoris volunta
te,ideo non poteſt ad aliam extendi,maxime ignotam teſta-
tori.l.a Titio §. 1 ff de vſufruc.ius vero accreſcendi prouē-
nit a legis diſpoſitione cauentis portionem portioni accreſce
re.d.l.ſi totam de acquiren hæred. Verum enimuero contin
102 ctionis † ius ad ſubſtitutum tranſmitti ad ſiſtar iuris accre-
ſcendi,certū eſt,veluti cum teſtator facit tres hæredes, Seiū,
Titium,& Caium,& Caio ſubſtituit Semproniū,ſi caſus ſub
ſtitutionis eueniret, Sempronius ſubſtitutus non modo ha-
bebit Caij partem, verum etiam portionem Seij & Titij, ſi il-
li portiones ſuas repudiauerint, quemadmodum haberet ip
ſemet Caius ſi ſuperuiueret. Iaſ.in l.licet imperator. numero
26.verſicu. hinc eſt quod ius, de lega.1 l.cum ex filio. §.fi.de
vulg.& pupil.vbi Bar. Bal.Pau.de Caſt. & alij hoc notant, &
103 hoc fit † propterea quod ſubſtituens ſubrogatur loco inſti
tuti,& capit quicquid erat habiturus ipſe inſtitutus,& non ſo
lum hoc procedit in ipſo ſubſtituto primo, verum etiam in
ſecundo,vt quicquid acceptaſſet primus,ſecūdus ſubſtitutus
accipiat.Iaſ.in d.l.Lucius § Paulus,de vulg. & pup l.ſi Titius
eo.& notant ibi Bart.Bal.Pau.de Caſt.Ang.& Alex.in l.cohæ
redi,eodem titulo.Soc.Iun.in conſi.122.nume.36.neſi. ſed
poſito.lib.3 quoniam ſecūdus ſubrogatur loco primi:poteſt
enim teſtamentum incipere a ſecunda,vel vlteriori ſubſtitu-
tione,ſeu inſtitutione l.ſi pater.la ſeconda,de vulg.& pupil.
Bar.& alij ibi notant.l. quandiu. la. 3.de acqui.hæred.& iſtud
procedit etiam in ſubſtitutione fideicōmiſſaria, licet ea iu-
ra loquantur in vulgari,ut firmat Soc Iun in d.conſi.122. ex
autoritate Bar Alex Soc.Dec.Cur.Iun & aliorum,de quibus
ibi per eum,& plene conſulendo probat Ruin. in conſil. 94.
lib.2.vbi vult fideicommiſſarium ſecundum capere, quicqd
primus fideicommiſſarius, ſi ſuperuixiſſet,erat habiturus,&
dicit non obſtare, quod ius conditionale non tranſmittatur
ſecundum iam dicta, quod ideſt verum reſpectu hæredum,
quod.ſ.ad hæredes non tranſmittatur, ſed non reſpectu ſub-
ſtituti.hoc modo reſpondet etiam Iaſon in l.qui habebat.nu
me.4.verſi.contra iſtam concluſionem,in colum.2 de vulg.
& pupill.& non capit is ſubſtitutus ſecundus ex perſona pri-
mi,vt eius hæres,ſed capit tanquam & ipſe vocatus a teſtato
re ad omnia prædicta,vt admonet Rui in d. conſi 94. ad fin.
Soc Iun.in d.conſi 122 Dec.in conſi.427. nume.17.quod tu
accurate notabis pro re noſtra,quando poterit inuentarium
104 prodeſſe.† Porro alterius eſt ſpeciei tranſmiſſio,quæ fit in ca
ſu,quando teſtator fecit legatum temporale,vt puta, quan-
do reliquit alicui rem pro certo tempore duntaxat habendā
vt ad quinquennium,iſto enim tempore elapſo finitur ius le
gatarij ad inſtar vſufructuarij,& conſolidatur cum hæredita
te,quemadmodum vſuſfructus cum proprietate rei.l. fin.vbi
omnes notant.C de lega.Dec.in conſi 598.nu.5. Alexandri-
nus in conſi 23 Soc.Iun.in conſi.131.lib.1. & plenius in con
ſi.54.in col 1 lib 4 Alex.in conſi.176.lib 7.& in conſi. 92 lib.
3 & in conſi.ſeq & licet And.Barb.in conſi.55.in col 3.lib 2.
dicat huiuſmodi legatum reuerti ad hæredem hæredis iure
temporalitatis finitæ,& non iure tranſmiſſionis. attamen eſt
aduertendum, quod iſtud ius temporalitatis finitæ non eſt
aliud,quam ius tranſmiſſionis,quia re vera ad hæredem hæ
redis legatum tranſmittitur,prout hæreditas,cum qua con-
ſolidatur,tranſit ad hæredem hæredis,& credo,quod Barba-
ſia negauit iure tranſmiſſionis pertinere ſcilicet eo iure tran
ſmiſſionis,quam ex coniecturis fieri dicūt Doctores, vt ſu-
perius recenſuimus.iſti ergo accipient vt hæredes illius dece
dentis,& hoc non habet difficultatem, quando liquido con
ſtat legatum eſſe temporale,ſed de hoc aliquando lis magna
quæſtio inter Doctores,vt per Soc in conſi. 102. viſis. lib. 3.
Picum,poſt Bar.& Pau.de Caſt.in l.Titia. §. Titia. de lega.2.
Rip.in d § cum ita,nume 69. Alex.in d.conſi.23.Soc. Iun.in
d conſi 54.lib.4 & Fulg in conſi. 70. quoniam,vbi iudicatur
perpetuum, & legatarius reputatur grauatus ipſe reſtituere
poſt certum caſum,ſtatim excitatur dubitatio,& concluſio,
quod interim decedens non voluerit ad hæredes tranſmitte
re,quod in præſentiarum ego non diſcutiam, plures quæſtio
nes mouet Hierony. Zanch. in d. §.cum ita, ſuper legato tē-
porali,ſed parum ſcite,ideo eas miſſas facio.
105 Quid dicemus,quando teſtator ſub conditione feciſſet le-
gatum Titio & eius hæredibus, nunquid hæredes Titij ha-
bebunt legatum tanquam de bonis eius,an vero tāquam de
bonis teſtatoris,& habemus Pau.de Caſt.in conſi 435.iſtud
relictum factum Laurentio,in antiquis,qui primo arguit ibi
contra hæredes a ſufficienti partium enumeratione,quod ex
perſona Titij non valeant obtinere, quia deceſſerit penden-
te conditione,& ſic nihil ad eos tranſmiſerit,ſed legatum ef-
fectum fuerit caducum.d. l.1. § ſin autem aliquid ſub condi-
tione, ex propria etiam perſona nō valeant obtinere,qm ip-
ſi non cenſentur vocati,quaſi quod illa expreſſio hæredū ſit
facta,prout de iure alias inerat,& ideo nihil debeat operari.l.
3.de leg.1.vt & dicebat Fulgo.in conſi. 17. teſtator. & Ruin.
in conſi.28.in colum.1.lib.2.Sed Paul.de Caſt.reſoluit ibi cō
trarium,& idem in conſi.399.viſis his,quæ ſuperius narran-
tur,in antiquis,quod ſcilicet immo cenſeātur a teſtatore vo
cati,& quidem ex propria perſona,& hæc eſt magis commu
nis opinio.Ripa in d.§.cum ita num.62.Hiero.Tornicl. ibid.
nume.

nu.63. Haym.Cra.in conſi.131.& ſentit Alex.in conſi. 36 li.
1 Docto in l Gallus.§.etiam ſi paternc.ff.de lib.& poſthum.
Soc.in conſi.349 in colum 8.Card. Pariſ.in conſi.58.in col.fi.
lib. 5.Bal.in conſi 267. proponitur, quod Manfredinus,lib.5.
& in conſi.583.verba teſtamenti,in 5 lib.Dec.in conſi. 539.
& in conſi.38.Iu.Cepha.in conſi.138.nume.31.Pau.de Caſt:
in conſi.114.ponderando breuiter,lib.1.in conſi. 46. videtur
dicendum,lib. 2.Alcia.in conſi.35.lib.9. Decius in conſi.94.
in quibus locis videntur firmare, quod in perſona hæredum
de nouo fideicommiſſum factum videatur & aliqui ex prædictis accipiunt illud verbum hæredibus,pro coniunctis ſanguine,quod aliam concernit quæſtionem.

Vnum ſupereſt explicandum ad ipſius ſexti caſus complementum,quod incidenter attigimus ſupra , nempe vtrum ſi
quid relinquatur contemplatione defuncti,cuius quis eſt hę
106 res,id debeat † imputare in bonis illius,& in repertorio bonorum hæreditatis prædicti deſcribere,& Baldus in d.l. prima.C.vt actio.ab hæred.dixit expreſſim id ponendum eſſe in dicto inuentario . Sed contra Hieronymus Torniel. vbi ſupra tenet,dicens iura ab eo allegata procedere quando contemplatione alicuius viuentis relinqueretur, ſeu daretur aliquid.ſecus ſi mortui contemplatione, quæ quidem reſpõſio mihi admodum placet,quoniam ſi mortuo legari nõ poteſt ſecundum allegata ſuperius , multominus relictum alteri factum,licet eius contemplatione, poteſt in illius mortui bonis computari. Nec dicatur,quod immo text.in d.l.ſed ſi plures.§.in arrogato,& in § ad ſubſtitutos,procedat in caſu , in quo contemplatione mortui datum,vel relictum aliquid foret ex eo,quod intelligendo de dato in vita patris , caſus ibi eſſet de indubitabili, eſt enim indubitatum rem datam filio contemplatione patris viuentis acquiri ipſi patri.l. placet. ff. de acquir. hæred.nam reſpondetur ex alio ibi dubitationem factam eſſe, nempe propterea quod filius vltra patrem arrogatorem habebat patrem naturalem,vt animaduertit ibi Iaſ. numero 6. verſicu. quarto nota.& ex hoc , quod quis habet duos patres (quod eſt inconueniens in natura) reſultat aliud inconueniens , ut Bartolus ibi notat , quod quis decedat cum duobus teſtamentis conditis , altero a patre naturali, & altero a patre legitimo , quo factum eſt , vt opus fuerit determinare , an quibus bonis pater arrogatur , & in quibus naturalis pater poſſit filio pupillariter ſubſtituere,in quo quidem determinando hoc rerum diſcrimen habitum fuit, cuius contemplatione ex res fuerint filio datæ , vel relictæ, an cõtemplatione patris naturalis,an vero patris legitimi,intelligendo tamen de datis,dum viuebant illius patres , ut eſt dictum,prout ponderat Iaſon ibi in ver.ad ſubſtitutos adeo quod tenet in pupillarem ſubſtitutionẽ non venire,quæ poſt arrogatoris mortem darentur , vel peruenirent ad filium arrogatum etiam ſi ipſius arrogatoris cõtemplatione fuiſſent data. Præterea dicta iura procedere dicitur, quando ille, cui datur contemplatione patris,eſt ſub eius poteſtate,& in his terminis loquitur tex.in d.§.arrogato,ſecundum Iaſ. & omnes ibi inferẽtes,quod aliud eſt in donatis vxori contemplatione mariti,quod non propterea marito id quæratur,ſed ipſi vxori,ex quo non eſt æqualis , & par ſubiectio mulieris vi-
107 ro ſuo † atque filij & ſerui reſpectu patriæ vel dominicæ poteſtatis , & iſtam illationem de donatis vxori contemplatione viri,facit Iaſ.in d §.ad ſubſtitutos,in colum. 2. poſt Ludo. Roma & Angel. in l. vt liberis, C de collatio.vbi dicit,quod Bartolus contrarium tenens fuit in magno errore , & quod non fuit recordatus de tex.in l.ſi ſeruus communis ff.de dona int. vi. & vxo. & contra Bar.conſuluit Lud.Rom.in conſi. 172 circa medium. & tenet Saly.in l.nec inter.C.de donat.inter vir & vxo.& Bal. in l.ſi cum ante.C de dona.an.nupt. Pro quo facit alia concluſio de donatis ambaſciatoribus , ſeu legatis principum, quibus tametſi donetur contemplatione mittentiũ, donata tamen ſibi quærũtur, & non principi eos mittenti.Bar.in l.ſi vero.§.item quicquid. ff. ſolu. matrimo. quem Doctores communiter ſequuntur,ut ibi dicit Alexan. & Iaſ.in d.§.ad ſubſtitutos.in colum.2.verſic.contra Bar pro quo poteſt induci tex.in l.ſocium qui § ſocius.in fi.ff.pro ſocio,quatenus vni ſociorum licet ſocietatis contemplatione donatum non quæritur ſocietati , ſed vigore pacti inter eos conuenti de communicando lucra, ille ſocius compellitur communicare:multum enim intereſt,vtrũ ipſi ſocietati quęratur,an vero non quæratur ei,ſed ratione præcedentis pacti veniat communicandum, ut aduertit Dec.in conſilio 66. in colum. 2.verſicu.& ita videtur l.ſi quis ſocietatem.ff pro ſocio. Accedat (& iſtud argumentum penes me multum valet) quod ſi non licet expreſſim & formaliter alteri ſtipulari, & quærere,niſi per perſonas ſubiectas.l.paciſci.ff.de pac.§. & hoc eſt.inſtit.per quas perſon.nob. acq §. item liberos. inſtit.per quas perſon.oblig § alteri.inſtit.de inutil.ſtipu.l.ſti-
pulatio iſta §.alteri & §. ſi ſtipuler,de verb obl.multo minus acquiri eis dicemus,quando quis pro ſe, & non pro eis ſtipulatus fuit,vel accepit,licet contemplatione alterius datum ſibi fuerit, vnde concluditur,quod datum vel relictum alicui, tametſi alterius contemplatione,nõ poteſt computari in bonis eius,cuius contemplatione,vel gratia datur,vel relinquitur,ſed in bonis ipſius accipientis, ſicque beneficio inuentarij poterit a bonis hæreditarijs ſeparari.ſ.talis,cuius contemplatione dicitur relictum,vel datum.

108 Septimus † eſt caſus,in quo fruſtra beneficium inuentarij hæres allegat,cum.ſ.aduerſum obligationem ſui propriam illud opponit,quominus ea cogatur,profecto inepte hoc tentaret ſecundum omnes,in d.l.fi.§.in computatione. ex quo pro obligationibus tantum hæreditatis introductum fuit, ideo ſi extitiſſet fideiuſſor defuncti, reſpectu talis obligationis fideiuſſoriæ , quatenus ea conueniretur , haudquaquam inuentarium ſibi opitularetur. Marc. in deciſ. Delphi. 313.& diximus ſupra in 5.par. Vel item ſi hæres in mora conſtitutus fuiſſet,ſoluendi,ut puta legata,pro eo , quod ex cauſa moræ commiſſę teneretur , beneficio inuentarij non adiuuaretur
109 † ut per Abb in conſi 73.ad fi.lib.2.Alexan.in l.poſtulante,in colum.3.ff.ad Trebel.Vaſq.in titu.de creat.ſucceſ.lib. 1.§.6. nume.46.Corne in conſi.31.nume.9.lib.3.& in d.l.fi.§. & ſi præfatam,in colum. 1.in verſicu.ex prædictis habes poſt Bar. vbi volunt id imputari ſibi quaſi ex facto , & culpa ſui ipſius hæredis. Similiter quo ad pœnam , in quam incidiſſet hæres ex inobſeruantia contractus non releuatur hoc inuentario , vt conſuluit Ang.in conſi.329.beneficium . Hinc etiam ſæpiſſi-
110 me reſponſum fuit in iure † quod ſi hæres ſuper obligatione hæreditaria egit aliquid,vt puta cõpromittendo, contrahendo,paciſcendo,addendo, vel mutando ex ea aliquid , perdit inuentarij beneficium. Ange.in conſi.31. Dominus Philipp. Aret.in conſi. 148.propoſita,in colum.fi. verſicu. & pro iſta deciſione adduco.Dec.in conſi.137.num.4.verſic.& iſta concluſio probatur,in colum.3.idem Dec.in conſi.300.nume.8. in colum.ſecunda,& in conſi.496.in colum.2.nume. 12. vbi allegat Cald.in conſi.ſub tit.de hæret.dum ille dicit quod beneficio inuentarij ita demum prodeſt,ſi ex cauſa immediate hæreditaria conueniatur,ſecus immediate ob debitum hæreditarium ex propria obligatione ſuper eo facta,hoc ipſum firmat Decius in auth.præterea,num 15 C.vnd. vir, & vx. Ludo.Bolog.in conſi 59.in colum.5 Corn.in conſi.146.lib. Soc. in conſ.160.li.2. quos ego ſequutus fui in trac. de lucro dot. in glo.8.nume.57.Pro quo ſolet allegari tex.in l.cum hæreditas ex fideicommiſſo,& in l.ſi hæres pecuniam,& in l.qui ita. § ſi damnum ff. ad Treb dum in eis legibus diſponitur obligationem ſuper hæreditaria re initam non venire in reſtitutionem hæreditatis ex fideicommiſſo faciendam,nec in fideicommiſſarium tranſire,ſiue actiua,ſiue paſſiua fuerit.ex hoc ergo datur intelligi,quod non eſt hæreditaria, ſed propria ipſius hæredis:ſi enim hęreditaria foret,vtique veniret in illam reſtitutionem , quoniam ex reſtitutione hæreditatis omnis actio hęreditaria tranſit in fideicommiſſarium.l.1.l.reſtituta, ff.ad Treb.ſed ſi non eſt hęreditaria beneficium inuentarij ꝓ ea nihil operatur. Contra iſtam concluſionem aliqua faciũt, quibus reſpondere oportet,ne contingat alicui ſuper ea titubare,& in primis contra inſurgit Ioan. Dilec.in tract.de ar.teſta.ſub rub.de acqu.hæred.in caut.9.vbi dicens hanc concluſionem ſibi ſemper diſplicuiſſe arguit,quod per compromiſſum non inducitur nouatio ex eo,quod ſe habet ad inſtar iudicij.l.1.ff.de recep.arb. & per iudicium actio non nouatur, & quia nouatio hodie nunquam inducitur,niſi expreſſim id agatur.l.fi.C.de noua.ſi qua præterea fit nouatio, non eſt extinctiua primæ obligationis,ſed accumulatiua , quia obligationem obligationi addit,ut per Specu.in titu.de arb.§.ſequitur.verſic.item quæro,& Iaſ.in conſi.168.ab ipſo alleg. Montic.quoque hic,fol.65.nume.3.& fo.110.nume.8. dicit prædictam concluſionem nimis rigoroſam,tum quia nouatio hodie non inducitur ſecundum prædicta, tum etiam quia non eſt ueriſimile voluiſſe hæredem beneficio inuentarij renunciare,quod tot laboribus atque ſumptibus conficitur. l. mater. ff. de inofficio. teſtam. Poſſet etiam adduci contra eum tex.in l.aliam.ff.de nouatio. iuncta.l.2 §.& parui.ff.de priuile. cred. vbi habetur,quod priuilegium ita demum perimit obligationem nouando,ſi animo abijciendi,& perdendi priuilegium nouatio fuerit facta,& glo.in d. l. aliam,in uer. dotis, ponit exemplum priuilegij marito competentis,ne cõueniatur,ultra quam facere poſſit,& ſecundum talem intellectum gloſſę Bar.& Ang.ſic illum textum ſummant. vnde, ſi nõ perditur priuilegium illud per nouationem,videtur dicendum, quod nec hæres omittat in caſibus prædictis beneficium in-
111 uentarij ei ſimile. Rurſus quando hæres promiſiſſet † quantitatem a defuncto debitam ſimpliciter ſoluere , non videtur

huic

huic beneficio renunciare,per tex.in l.ſi prior ff. ſolu. matri-
mo.vbi ſi prior maritus dotium debitor promiſerit ſecundo
viro dotem reddere, ſeu ſoluere pro uxore,non intelligitur
ex hoc ſibi præiudicare quo ad illud beneficium alias ſibi cō
petēs,ne ſcilicet compellatur ultra quam facere poteſt , pro
quo facit etiam illud ſimile , quando hæres ſimpliciter pro-
mittit legata ſoluere , quod ea hoc non amittit beneficium
falcidiæ,ut poſt Cyn.in l.fin.C.de le. falcid. dixit Alexand. in
conſi.133.ſuper quæſitis,in colum.2.num.4.lib 5.Nic.Boe.in
deciſ.44.num.31.Mat.de Affl in deciſio.399.His tamen argu
mentis pro noſtra ſententia tuenda ſic breuiter reſpōdeas ,
& primo ad illud Io. Dilec.quod ſatis'eſt ob iteratam obliga
tionem,ſeu promiſſionem,ut iuris diſpoſitione cēſeatur ob
ligatio effecta propria ipſius hæredis,ut legibus, ꝑ noſtra ſen
tentia allegatis,& ſola debiti recognitio de ſoluēdo hoc ope
ratur,ut cenſeatur velle omnino ſoluere abſq; vlla exceptio-
ne ,quamuis actio non diceretur nouata, ſeu mutata. Argu-
mentum Monticuli minus vrget,quia hoc determinatur nō
modo ea eo,quod veriſimiliter voluit facere , verumetiam
ea eo, quod lex in hoc caſu diſponit, quod ſcilicet propriam
obligationem ipſius hæredis fieri velit. Ad tex. d.l. aliam, re-
ſpondetur primo ſecundum intellectum aliquorum , quod
imo priuilegium actionis nouatæ perdatur, niſi aliter cautū
inter partes fuerit, ut recenſet ibi Pau. de Caſt. & ait ſic glo-
ſam ſentire, in d.§. & parui , qui intellectus'eſt uerior ſecun-
dum eum,ut differentia , quam textus ibi facere voluit inter
voluntariam,& neceſſariam nouationem ſubſtineatur,& ita
intelligit eum Aret.in rub.de acqu.hæred.in colum.6.Secū-
do reſpondetur ſecundum Are.in d.rub.quod tex.in d.l.aliā,
procedit reſpectu priuilegij competentis ipſi creditori , qd'
creditor illud non amittat ob nouationem non reſpectu pri
legij ipſius debitoris,illud vult indiſtīcte amitti, quicquid gl.
in uer'dotis,ſenſerit. Ad tex.autem in d.l.ſi prior & nota.in d.
l.ſi.reſpondetur procedere, quando in genere ſimpliciter ꝑ
miſiſſet,veluti ſi dixiſſet,ſoluam tibi dotem,vel legata prout
debeo,vel quæ ſeu quam debeo, per illam formam promit-
tendi debitor ſibi certe non præiudicaret in beneficio alias
ſibi competēti,ne ſcilicet cogatur ultra quam facere poteſt ,
vel in beneficio falcidiæ vel inuentarij,ſecus ſi certam,& de
terminatam quantitatem promitteret,in hoc enim caſu pro
cedunt allegata per nos ſupra, hanc diſtinctionē facit Bar.in
l.ꝙ nomine ff de cond.indeb.& eam refert,& ſequitur Aret.
in d.rub.in colum 6 quam dicit menti tenendam eſſe,& pul
cre Corn.comprobat pluribus,de quibus ibi per eum in con
ſi 36.videtur in hac.in lib.4.ubi loquitur in caſu,in quo vir ꝑ
ſua vxore hærede cum beneficio inuentarii,ſe obligauit vna
cum ea pro contentis in teſtamento,quod Corneus ibi intel
ligit quatenus vires hæreditatis patiantur, & vxor teneatur,
& non aliter in eo caſu promiſſum viden. & ſequitur Brunus
Arimi.in tracta de ceſſio.bono.in quæ 20.4.quæſt. princ.nu.
18.nec ſicu ſed huic obſtat,& hoc modo videtur diſtinguere
Pau.de Caſt.in d.l.ſi prior,poſt Bar.ibi & Ioan. de Imo.in con
ſi.102.& Rui.in conſi.314.num.61.& num.63.& oportet in
telligere tex.in d.l.pure.§.in eadē eā ff.de do. excep.& in l.Ne
ſennius.ff.de re iud.arg.tex.in l.eū qui. § ſi mulier. ff. de iure-
iur. Qñ igitur certā quantitatem hr̄s præciſe promiſit,benefi
cium inuentarij amittet , ſecus ſi perfunctorie , & in genere
abſque expreſſione alicuius quantitatis promiſiſſet ſic decla
rando procedere authoritates ſuperius citatas . Hinc caueat
hęres habens beneficium inuentarij a promiſſionibus,& ob
ligationibus renouandis,vel contrahendo ſuper obligationi
bus hæreditarijs,ne in hoc beneficio ſibi præiudicet,& opti
mum erit conſilium ſemper reſeruare ſpecifice beneficium
inuentarij .

113 Quid autem ſi in inſtrumento † cōtractus dicatur, Titius
hæres cum beneficio inuentarij deuenit ad talem conuētio
nem &c.vtrum ex huiuſmodi expreſſione beneficio inuenta
rij ſatis declaretur quod noluerit obligari , niſi ſaluo benefi-
cio inuentarij. & oportet dicere,quod quatenus id enuncia-
tur duntaxat in præfatione cōtractus,non ſufficiat, vt ei ius
inuentarij ſaluum ſit,imo arguit contrarium,quaſi quod hoc
enunciando in præfatione,poſteaq; ſimpliciter ſe obligando
videatur declarare,quod licet ipſe ſit hæres cum tali benefi-
cio,nihilominus velit illud debitum ſoluere ad maiorem ex-
preſſionem, quod non dicatur per errorem facta , ſed quaſi
ex certa ſcientia,ita probat Corn.in d.conſi. 31. lib. 3. quem
allegat Haym.Cra.in conſi.214 numē. 7. & Rimin.in conſil.
584.nam ut dicit Haym.Crau.in conſi.214.& Corn.in d.con
ſi.31.qui ſe obligat inſolidum,licet in inſtrumento ſe nomi
net hæredem cum beneficio inuentarij,non tamen eo bene
ficio ſe tuebitur,quoniam ea verba ſtant demonſtratiue , &
non diſpoſitiue. Sed quatenus in parte diſpoſitiua id dicere-
tur,ſecus,verbi gratia, Titius hæres cum beneficio inuenta-
rij promittit, &c. niſi tamen ex aliā deprehenderetur , illud
partes ſenſiſſe,tunc illa verba uenirent reſoluēda in cauſam,
ſcilicet quod,quia eſt hęres cum eo beneficio,ideo,&c.vt cō
ſuluit Ang.in d.conſi.31. dominus Philippus,adducens text.
in ſimili.l.cum filio.§.ipſi quoque. de leg.1.vbi damnatus, ut
hæres,quoniam illud grauamen ut hæredi non poterat con-
uenire,intelligitur grauatus , eo modo , quo conuenit reſol-
uendo ea verba in cauſam,quia hæres. Similem expoſitionē
facit Iaſon in l.quæ dotis.ff.ſolu.matrimo.& Ang ſic caſum
ſuum reſoluit,in quo hæres compromiſerat,ut hęres cum in
uentarij beneficio,vt ibi per eum. Verba autem repugnantia
114 beneficio inuentarij queunt eſſe † huiuſmodi , vt puta ſi ſe
obligat inſolidum ſoluere. Corn.in d.cōſi. 31. Pau de Caſt. in
conſi.75. Ti.nuncupatiue, in antiquis. vel ſi promiſiſſet con-
115 ſeruare indemnem.† Ang.in d.conſi.31.ad fi. Vel etiam quan
do propria bona obligaſſet pro obſeruantia contentorum
in promiſſione.l.& ſi is.C.de præd.mino.Soc.in conſi.154 in
116 colum.2.num.9.vel etiam renunciaſſet † omni legum, & ſta
tutorum auxilio.Corn.in d.conſi.31.Ludo. Gozad.in conſi.
69.nume.20 Ioan.Neuiza.in conſi.91.nume. 18. Vel item ſi
117 iuraſſet promiſſa † præſtare ſecundum Rimin.in conſi.584.
& tanto magis ſi in ſpecie renunciaſſet inuentarij beneficio.
118 Proinde quædam ſpecies obligationis partim † hæreditaria,
partim propria reperitur differens a prædictis,pro qua feciſſe
inuentarium,ſane poteſt proficere,ut habetur in l.quę dotis.
ff.ſoluto matrimo.nam ibi mulier dotem viro promiſerat ,
& maritus ſub ſpe futuræ numerationis dotem, quam non-
dum receperat partim mulieri, partim alijs quibuſdam ſtipu
latoribus a muliere adhibitis promiſerit ſoluto matrimonio
reſtituere,uxor viro inſtituto hærede vniuerſali obijt ea do-
te nondum ſoluta , illi ſtipulatores dotem a viro ſibi reſtitui
petunt,maritus cōtra eos excipit nunquam dotem ſolutam
fuiſſe, ſed ipſi replicāt,quod eſt hæres vxoris, & quod ob adi
tionem hæreditatis illud ius excipiendi de dote cauta nō nu
merata fuit confuſum & extinctū.not.in l.debitori.C.de pac.
& in d.l.ſi.§.in computatione. Africanus iureconſ. ibi in d. l.
quæ dotis,reſpondit aduerſum virum pro ſtipulatoribus , ꝙ
eis ſcilicet teneatur quaſi quod iſtam exceptionem nequeat
amplius allegare,& obijcere , ex eo quod extitit hæres vxo-
ris.in hoc ergo caſu,ſi facit inuentarium ſibi proderit, quo-
niam operantur effectum,ne videatur adiuiſſe,ſicque cōſer-
uando ſibi omne ius,quod alias competeret,ſi non adiuiſſet
hæreditatem vtique poterit opponere exceptionem contra
eos de dote cauta & non numerata, ut toto titu.C. de dotis
cau.non nume.& hoc pacto ſe tueri a dotis reſtitutione , ut
poſt gl.in d.l.quæ dotis, tenent ibi Bal. Pau. de Caſt. Ioan. de
Imo.Iaſon & alij,& Iaſ.in d.§.& ſi præfatam,in colum.2.verſ.
adde ſeptimum, Aret.in d.rub.ff.de acqu.hæred.in colum.6.
& Corn.in d.§.& ſi præfatam.in colum.2.poſt gl.ibi,& Ioan.
Campeg.in tract.de dot. in 3. par. in quæſtio. 114.vbi & citat
Ang.in conſi.238.Hinc Bal.in d.l.quæ dotis,ad fi.& ibi Iaſon
119 nume.52. in materia inuentarij hanc pulchram tradunt † do
ctrinam:quod interdum debitum eſt ipſius hæredis propriū
& ex ſola eius obligatione contractum,& tunc haudquaquā
inuentarium ſibi patrocinatur,quoniam ſeparandi ſunt cre-
ditores hæredis a creditoribus teſtatoris.l.1.§.ſciēdum.l.cre-
ditores. ff.de ſeparat.bonorum.interdum debitum eſt mere
hæreditarium ex cauſa hæreditaria tantum contractum , &
tunc pro eo ſuffragatur inuentarium,interdum autem debi
tum eſt ex coniunctione vtriuſque cauſæ , quia p aditionem
hæreditatis redditur efficax obligatio, quæ alioquin infringi
poſſet,& tunc etiam inuētarium opitulatur , quod vltimum
etiam aduotat Ioan.Campeg.vbi ſupra. & hoc pacto intelli-
gas,quod dixit Alexander in d.§ & ſi præfatam, an ſcilicet ꝑ
obligatione mixta inuentarium hæredi ſuffragetur vnde di-
co,quod Monticulus hic,fol.136 num.76 & fol. 62. nume. 2.
decipitur, dum ītellexit quo ad hoc propoſitū eum eſſe mix
tum creditorem,cum hæres correus defuncti in eo debito,
& de hac ſpecie creditorum loqui glo.& Doct.in d.l.quæ do
tis,diſtinguendo pro ſolutione huius rei, ut ibi per eum , ꝙ
certe abeſt quam longiſſime a Doctorū verbis , & mēte ibi.

120 Quod † autem diximus ob nouam hæredis obligationē,
ſuper debito hæreditario factam amitti beneficium inuenta
rij,dubitari contingit,nunquid intelligatur quo ad illum tan
tum contractum ſibi præiudicaſſe,an etiam indiſtincte quo
ad omnes,adeo quod alicuius reſpectu nequeat amplius eo
beneficio potiri,iſtam quæſtionem attingit Spec.in tit.de in
ſtrum.editio.in § fi.num.17.ver.quid ſi ſoluit,vbi dicit,quod
ſi hæres ſoluit vni legatū integrū, an habeat amodo pro alijs
legatis beneficium inuentarij, & arguit pro affirmatiua.l. vo
luntarie.C.de excuſa.tuto.l.1.l.fi.C.de his,qui ſpon. mun.l.fi.
C.ne vxor pro mar. item pro negatiua de tex. in auth. ſed cū
teſtator.C.de leg.fal.& non reſoluit.Sed Io.And.ibi in addit.
reſpon-

reſpondit ad text. in d. auth. ſed cum teſtator, quod loquitur
in eo, qui ſubtiliter uouerat defuncti ſubſtantiam, & quod ſō
aliud eſt in errāte, & profecto uerum eſt, quod ille textus nō
procedit in errante, vt paret etiam in corpore, unde ſumitur
videlicet in auth. de hæred. & falc §. nos autem dabimus, &
ibi notatur per Ang in §. ſi uero expreſſim. nume. 44. & Do
ctores ſic communiter tenere, ait Soc. Iun. in d. conſi. 19 lib.
3. vnde ſecundum Ioan. Andream, ibi videretur concluden-
dum, quod hæres vbi ſcienter ſoluiſſet, ſeu promiſiſſet vni ſo
lidum non attento inuentarij beneficio ſibi competenti præ
iudicium ſibi faceret quo ad omnes iuata tex. in d. auth. ſed
cum teſtator, & in d §. nos autem dabimus. At certe contra-
rium verius eſt, ut conſuluit Pau. de Caſt. in conſi. 223. ſupra
dicta omnia quæſita, in 4. dubio, in antiquis, quod eſt in no-
uis conſi. 115. in lib. 1. vbi dicit, quod prædicta iura loquunť,
quando per falcidiam uult hæres reſecare legata, quia reſeca
tio fit vi ciuilis obligationis, & quod attinet ad naturalē ob-
ligationem, non eſt locus reſecationi ſecundum opinionem
glo. in l. cum quis. C. de iur. & fac. unde hæres ſoluens inte-
grum legatum non videtur plus debito ſoluere, ſed potius fi-
dem adimplere. l. 1. C. de le. falc. nimirum ſi de facili ſibi prę-
iudicat quo ad omnes ſoluendo uni ſolidum, ſed nos loqui-
mur de reſecatione, quæ etiam de iure naturali inducitur ip-
ſo iure. l. ſi vniuerſæ, C. de leg. Corn. in conſil 36. in lib. 4. vn-
de ſoluendo ſolidum non eſt, quare aduerſus alios beneficio
inuentarij vti non ualeat, argu l. Lucius, de leg. 2. l. voluntarie.
C. de execu. tuto & alijs de quibus ibi per eum, iſtam ſenten-
tiam pluribus comprobat argumentis Haym. Crau. in conſi.
pro genero, nume. 450. verſi. reſponſiones alias, quorum po-
tiſſimum eſt. quod contractus non extenditur de perſona ad
perſonam, ſicuti nec de re ad rem. l. ſi vnus §. ante omnia. ff.
de pact. & concord. de quibus ibi per Docto. & renunciatio
iuris pariter ad alium non extenditur, vt per Dec in conſi. 31.
& alijs, de quibus per Hay. vbi ſupra. Item quod videmus in
121 ſimili, quod ſi hæres agnoſcat legatum † cum vno ei ſatisfa-
ciendo nō præiudicat quo ad alios ſibi quominus ualeat am
plius recuſare ſolutionem aliorum ex eo, quod nanciſcereť
eſſe inualida. Iaſ. in l. & ſi inutilior. nume 9 verſi in a parte. C.
de fideicom. l. Lucius, la 2. §. teſtator. de leg. 2. Ange. in l. 1. in
lect. Peruſ C. de fideicom. Iaſ. in l. non dubium nume. 5. uerſ.
in ſecunda parte gl. C de teſta. & pro veritate dico, quod plu-
ra ex adductis per Hay. Cra. vbi ſupra, & Caſt. in d. conſi. 213.
mihi ſuccurrerant ſuper hoc priuſquam ipſos legerem.

Octauus caſus eſt ſuper quo me cōſuluit Compater meus
Mag. D. Andreas de Nobilibus, Iureconſ. Excellentiſſimus,
Optimus Orator, ac vir ſummæ probitatis, & ſuis pro repub.
noſtra geſtis clariſſimus. Namque ſuis literis mihi ſignifica-
uit in executione cuiuſdam ſententiæ ad fauorem legatarij
contra hæredem latæ, coram Mag D Iudicibus Rotę Lucen
ſis dubitari, vtrum exceptio beneficij inuētarij ſuffragaretur
122 hæredi, qui † ante ſententiam forte in principio iudicij in-
terrogatus cum iuramento negauit ſe hæredem eſſe, contra-
rioque probato produxit inuentarium illud pro ſe allegans:
ſeque pro legatario ſcripſiſſe in iure contra hæredem nō mo
do ex hoc, quod videretur ob mēdacium indignus omni iu-
ris beneficio, uerum etiam quod aduerſum eum non leues
fraudes commiſſę, circa bona hæreditatis ſuſpitiones, ſeu prę
ſumptiones vigebant, ego reſpondi hunc punctum a nemi-
ne tactum me inueniſſe, neque ſuper eo quicquam ſcripſiſ-
ſe, ſed arbitrari beneficium inuentarii nō amitti ex huiuſmo
di negatione, & rogaui, quod me certiorem faceret quo mo
do D. Iudices Rotæ ſentirent, quos demum intellexi cōtra
hæredem pronunciaſſe. an ex capite fraudis, uel ex capite prę
dictæ negationis, ſciri non potuit Fundamenta autem, quib.
nitebatur contra hæredem reſpectu huiuſmodi negationis,
potiſſime conſiſtebant in his. Primo dicebatur de hoc eſſe
tex. expreſſum in l. de ætate. §. ſi cum eſſet, & §. ſeq. & ibi no.
per Bar. Alb & alios. ff. de interrog. acti. ubi dicitur, quod hæ-
res, qui negauerit ſe hæredem eſſe, cum eſſet pro parte hæ-
res, tenetur inſolidum, qui textus cum non ſit correctus per
legem Codicis, imo cum ea concordat, quia hæres cum be-
neficio inuentarij non tenetur inſolidum, ut per d. l. fin. C. de
iure delibe. hodie etiam habet locum, & iſtum caſum deci-
dit, quandoquidem hæres cum beneficio inuētarij videatur
in effectu hęres pro parte, ſcilicet pro qua facultates defun-
cti ſufficient.

123 Secundo quod † ille, qui ſe negat eſſe talem, ex cuius quali
tate habet iuris beneficium, quod ſcilicet non teneatur, niſi
in quantum facere poteſt, tale beneficium amittit, veluti cū
quis ſe negat, uel maritum, vel ſocium, & conuincitur de mē
dacio. l. ſunt qui. ff de re iud. cum legib. ſeq iuncta l. ſed ſi hoc
ita. §. fi. ff eod. l ſi vnus. §. fi. ff. pro ſocio. Bar. Pau. de Ca. Alex.
& alij, in l. etiam. ff ſoluto matrimo. in § fi. Aret. Iaſ. poſt alios
in d. l ſunt qui. §. verſicu. item ſi ſocius, inſtitu. de action. Hip
po. Marſ in rub de fideiuſſ. nume. 379. Tertio quia iſtud be-
neficium inuentarij ſecundum veriorem, & receptiorem ſen
tentiam proponi poteſt in executione, ad inſtar beneficij, ꝙ
aliquibus indulgetur, quod non cogantur ultra quam facere
poſſunt, vt dicemus infra in vltima parte. ſi ergo hæres propo
nit hoc ad inſtar illorum, ergo debet eum ſua qualitate illud
proponere, quod ſcilicet prius non ſe negauerit eſſe talem,
prout illi, qui, ſi ſe negauerint eſſe tales, amplius, quo ad illud
beneficium non audiuntur. Quarto quia, ſi hæres negat rem
eſſe hereditariam, & probetur contrarium, perdit inuentarij
beneficium Hiero Grat. in conſi. 25. num. 15. lib. 2. & dicimus
in 3. par. ergo & in iſto caſu. Nec obſtare dicebatur, quod li-
mus in pœnalibus, in quibus extenſio ſolet prohiberi, & ꝙ
non inueniatur in iure cautum, quod ex huiuſmodi negatio
ne perdatur inuentarij beneficium, vel quod non inueniatur
inter caſus à Marſilio enumeratos vbi ſupra, quia reſponde-
batur multipliciter, primo quod in caſu iſto habetur deciſio
per proprium textum, ſcilicet. d. l. de ætate. §. ſi cum eſſet, in-
ductum ut ſupra, & non per extenſionem aliarum legum ad
iſtum caſum. ſecundo, quia videtur traditum pro regula, ꝙ il
le, qui negat ſe eſſe talem, ex cuius qualitate habet beneficiū
& conuincitur de mendacio, perdat priuilegium illud, ut per
ſupra citata, quod ſi ſic eſt, iſtę caſus cenſetur compræhen-
ſus ſub ea non per extenſionem, ſed ex proprietate. Doct. in
l. regula. ff. de regu. iur. & in rub. eod. in 6. Tertio, quatenus di
catur, quod immo. i. extendere prædicta iura ad hunc caſum,
reſpondebatur, quod & in pluribus caſibus, qui non habent
legem de eis loquētem, hoc idem traditur, quod ſcilicet ob
mendacem negationem quis puniatur, de quibus per Hipp.
de Marſil. in d. rub. de fideiuſſ a nume. 322. vſque ad nu. 336.
ſecundum impreſſ. paruam, ſed ſecundum impreſſionem ma
gnam a nume 367 vſque ad nume. 394. & per Iaſ. in l. fi. C. de
fideicom. Guliel. de Bened. in cap. Raynutius, in verſi. ſi ab-
ſque liberis, in 2. de leg. & fideicomm. nume. 165. eat. de teſta.
Bal. & Saly. in auth. contra qui propriam. C. de non numero
pecu. & inter alia datur exemplum de vaſſallo, qui priuatur
feudo, vbi negauit rem eſſe feudalem cap. 1. §. vaſſallus, ſi de
feu. fuer. controuer. inter domi. & agn. vt hoc etiam intelliga
tur in emphiteota, quod ſi neget rem eſſe emphiteoticā pri-
uetur emphiteoſi Ang. Innoc. & Specul. prout refert Hippo.
Marſ. in d. rub de fideiuſ. num. 326. ſecundum impreſſionem
paruam, & ſic in hac materia non erit nouum, quod fiat ex-
124 tenſio. Quarto † quod imo etiam in pœnalibus fit extenſio
de vno caſu ad alium, & proceditur de ſimilibus ad ſimilia,
cum militat eadem ratio, ut dicit Bal. in ca. 1. §. porro. in ver.
prædictis, in uer. ſed quia natura, quæ fuit prima cau. benefi.
amit. in col. 3. vbi notat illum textum eſſe meliorem de mun
do, quod & in pœnalibus proceditur de ſimilibus ad ſimilia,
& vult Saly in l. 5. C. de noxal. & Alc. in auth. non licet. C. de
libe. præterit. & quod vbi adſit omnimoda ratio, ſemper pu-
niatur in amiſſione beneficij negans aliquid in iudicio per
mendacium. dicit Saly. in d. authen. contra qui propriam. Ve
rum his non obſtantibus meam opinionem facile defendi
125 etiam arbitror. Primo, quod in iudicio † reus poteſt impune
negare partis intentionem, & vna atque altera exceptione ſe
adiuuare, ubi lex expreſſim non dicat negantem tali pęna pu
niendum eſſe, ut ait Card. Pariſi in conſi. 100. nu. 11. verſicu.
præterea aduertendum, lib. 3. Dec. in l. nemo ex his. num. 7. de
reg. iu. Paul. de Caſt. in conſi. 10. in caſu præſenti ſi quæritur
vtrum, in antiquis, & in d. auth contra qui propriam, & Bal.
ibi. Vnde Card. Pariſ. in d. conſi. 100. conſuluit per negationē
debiti non amitti beneficium induciarium vel ceſſionis bo-
126 norum ꝫ aliquos aliter tenentes, quem ſequutus fuit † Rol.
a Valle, in conſi. 7. lib. 2 probat Matth de Affl. in deciſ. Neap.
379. vbi refert ita iudicatum fuiſſe in Regio Conſilio Neapo-
litano, & ibi dicit gloſſam contrariam communiter reproba
ri, & ita Romæ fuit iudicatum per Dominos Rotæ de anno
1529. decima Decemb. vt habeo in meo libro deciſionum in
deciſ. incip. decima præſentis, & ſequitur Arimin. in tract. de
ceſſio. bonorum, in q. 2. prine fol. & Deci. In d. l. nemo ex his,
de regu. iu. Similiter Iaſ. in l. quod te. ff. ſi cer. per. dicit, quod
negando debitum, quis non perdit iuris beneficium, quo ꝑ-
pter difficultatem debitor excuſatur a mora. Item in l. 1. C. de
tranſac. num. 11. verſ. circa prædicta moueor. dicit, quod ne-
gando quis ſe tutorem non perdit beneficia, quæ dantur plu
ribus tutoribus, de quibus per glo. & Doct. in d. l. 1. & ita Iaſ.
refert ſe cum alijs conſuluiſſe, & iudicatum fuiſſe in partibus
Pedemont. cum ergo in iſto caſu non reperiatur lex, quæ di-
cat ex hoc beneficiū inuētarij perdi, nos id dicere non opor-
127 tet attenta præfata concluſione, & regula. † Accedat alia cō
munis concluſio, quod nunquam beneficium a iure indultū
quis amittit, niſi in caſibus, in quib. expreſſim hoc a lege ca-
uetur,

uetur, vt eſt textus de hoc, in §. cum igitur, ibi nec quælibet
eſt lex aliquid tale dicens: in auth. de non eligen. ſecun. oub.
Bal. in authen. ex teſtamento, in colum. pe. C. de ſecun. nup.
Alex. in conſi. 103. videtur prima conſideratione lib. 1. & in
l. etiam. §. 1. in colum 3. ff. ſoluto matrimo. glo. & Docto. in c.
fin. ext. de iure patron. gl. in ſumma. 15. quæſt. 8. & in termi-
nis noſtris, quod pœna amiſſionis beneficij inuentarij non
ſit imponenda, niſi vbi expreſſim hoc dicatur, tradit Alex. in
l. fin. circa prin. C. de iu. delib. Pedem. in deciſ. 147. nume. 4.
Nec obſtant ex aduerſo adducta, & primum de tex. in d. l. de
ætate. §. ſi cum eſſet, quod non loquitur, nec loqui poteſt de
hoc caſu, quoniam eo tempore nondum cognitum erat ius
huius inuentarij: Neq; eadem, vel ſimilis eſt ratio in uno atq;
alio, ſi aduertatur, nam in d. §. ſi cum eſſet, quod propter mē-
dacium hæres pro parte conueniatur in ſolidū, non tam gra-
ue eſt, quam perdere beneficium hoc inuentarij: quia poteſt
ibi habere regreſſum pro eo, quod ſoluit vltra ſuam quotam
contra cohæredem, vel familiæ erciſcundæ, vel actione ne-
gociorum geſtorum, qui regreſſus non poteſt dari heredi in
ſolidum exacto propter inuentarij beneficium omiſſum. Præ
terea illud aſſumptum, quod hæres habens inuentarij benefi
cium dicatur hæres pro parte, non eſt uerum, ſiquidem eue-
nire poteſt, vt cum nihil reperiatur in hæreditate, in aliquo
non reputetur hæres. not. in d. §. in computatione: ideo
argumentum de d. §. ſi cum eſſet, corruit. Secundum tollitur
duobus modis, primo, quod eſt verum amitti beneficium,
iuris, cum per mendacium negatur qualitas, ex qua illud da
tur. Sed hoc procedit in caſibus in iure expreſſis, iuxta prædi
cta. ſecundo, quod hic non negatur qualitas, ex qua benefi-
cium inuentarij datur, nam cauſa huius beneficij non eſt, ꝙ
quis ſit hæres: iſtud enim infert ſimpliciter contrarium, ꝙ
ſcilicet quis cogatur vltra vires hereditatis. ſed cauſa vera hu
ius beneficij eſt ipſum inuentarium, & forma legis inuenta-
rij ſeruata, ex quo ergo negando ſe hæredem, non negauit
cauſam huius beneficij competentis, ne cogatur vltra vires
hæreditatis: adhuc dicere oportet illud competere, ſeu non
amittit, quoniam non perditur beneficium, licet neget aliud
per mendacium, quod non eſt ipſa cauſa beneficij, ut decla-
128 rat Bar. in d. l. etiam. §. fi. & Alexan. ibi, & † Bar. in d. l. ſi dubi-
tetur. ff. de fideiuſſor. Fely. in cap. cæterum, nume. 18. verſicu.
negans rem, ext. de iud. Iaſ. in d. l. ſed hoc ita. §. fi. incip. ꝙ au-
tem. ff. de re ind. Bru. Arim. in d. tract. ceſſio. bon. in quæſt. 24.
quæſt. 4. princ. Tertium minus obſtat, quoniam, licet in exe-
cutione ſententiæ proponi poſſit hoc beneficium, vt illud, ne
ſocius, vel maritus, ſimiliſue perſona cogatur ultra quam fa-
cere poteſt, non eſt tamen conſequentia, quod in hoc caſu ꝓ
datur tale beneficium, vt patet ex prædictis. Quartum nō ob
ſtat etiam, quia quando negatur rem eſſe hæreditariam, in
legem inuentarij peccatur, ex quo per eam iubetur res hære-
ditatis manifeſtari, quæ eſt cauſa illius beneficij, non ſic, quā-
do negat ſe hæredem, vt eſt ſuperius dictum, non mirum er-
go, ſi in vno, & non in altero caſu perditur hoc beneficium.
129 Præterea velim animaduertas, quod priuatio † beneficij im-
ponitur ob mendaciū, cum fuit doloſum ſecūdum Iaſ. in d. l.
1. nu. 15. uer. quarto moueor. gl. & Doct. in l. fi. ff. de rei vend.
c. vaſſallus. el primo, & ibi Bal. ſi de feu. fu. contro. inter dom.
& agna. Specu. Marſ. & Fely. in locis ſupra citatis, ſed in hoc,
quod ſe negauit hæredem, poteſt hæres ſaluari, & ſic a dolo
& pœna excuſari, ergo &c. excuſatur autem, quoniam hæres
cum beneficio inuentarij certo reſpectu dicitur non hæres,
vt notatur per omnes in d. l. fi. §. in computatione, & per nos
ſupra in v. par. & quando certo reſpectu poteſt dictum verifi
cari, ſaluatur a mendacio, & falſitate, ut per Ruin. in con-
ſi. 115. num. 16. lib. 3. & late per Thom. Gra. in voto. 36. nu. 10.
& nu. 11. & in conſ. 33. nu. 13. in conſ. crimi. Dec. in l. id quod
noſtrum. ff. de reg. iu. vbi aiunt falſum non dici, quod admix-
130 tum habet aliquid † veritatis vel implicite, vnde teſtis, qui
depoſuit rem eſſe Titij ſciens eſſe communem Titio, & alijs
ſaluatur hac ratione a falſitate, ſecundum eos ibi. Bal. in l. a. ff.
de cond. inſtitut. And. Alcia. in l. pupillus, ad fi. ff. de uerb. ſign.
in hoc igitur caſu ſaluatur hæres a mendacio, & ſic etiam a
pœna, per prædicta, quæ ſaluatio non cadit in caſu d. §. ſi cum
eſſet. Et ex his colligitur replicatio reſponſionib. contrarijs,
quod imo de iſto caſu non habetur textus expreſſus, nec re-
gula adeſt, niſi in contrarium, neque in iſta materia fieri ſolet
extenſio: & exemplum illud de feudo ad emphiteoſim dam
natur, ut per Iaſ. in l. emphiteoticarijs. num. 86. & num. 87.
uerſicu. trigeſimo ſecundo C. de iure emphi. Deci. in conſil.
22. in colum. pen. qui poſt Io. And. aduertunt, quod textus
Specul. in loco ſuperius citato eſt corruptus, & quod ſic non
eſt verum, quod Speculator ibi voluerit empiteotam ex
eo, quod per mendacium negauerit rem eſſe emphiteoti-
cam, amittere ius emphiteoſis: non enim in caſu dictæ ne-
gationis perdit quicquam, niſi quod poſſeſſio eius rei tranſ-
131 fertur in agentem, iuxta l. fi. ff. de rei vend. & ibi not. † Quod
vero in pœnalibus fiat ex identitate rationis extenſio, poteſt
eſſe uerum in materia, quæ ſui natura continet delictum, ea
ratione, ne alias delictum, vel crimen remaneat abſque coer-
ctione, ſiquidem intereſt reipub. delicta non transire impu-
nita. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. ſecus in materia, quæ ex ſe
non cōtinet delictū, ſed ſolū catenus, quatenus lex diſponit,
vt delictum haberi aliqua ue coerceri pœna: vt ſunt negatio-
nes iudiciales, quarum aliquæ permittuntur a iure, & pertran
ſeunt impunite, & ſolum Deum habent vltorem, ut dicitur
in l. 2. C. de reb. cred. & iureiu. & ibi not. aliquæ vero ſub cer-
ta iuris cenſura remanent, vt in exemplis, de quibus ſupra per
nos, & Hyppol. de Marſil. & alios in locis prællega. Præterea
non eſt, quare fiat extēſio, quoniam (vt eſt dictum ſuperius)
per huiuſmodi negationem non peccatur in cauſam, ex qua
conceditur iſtud beneficiū: Item eſt excuſabilis huiuſmodi
negatio, & ſic militat diuerſa ratio, vnde truncatur omnis an
ſa extendendi diſpoſitionem prædictorum iurium ad hunc
caſum, ſecundum omnes.
132 Nonus † eſt caſus clarus, quod inuentarium haud quaquā
proficit, quando ſcilicet eius beneficio renunciauit poſt ſcili
cet delatam ſibi hæreditatem. l. pen. & ibi not. C. de pac. &
ex multis alias ſupra deductis, quæ hic miſſa facio. ſed an vi-
133 uo adhuc teſtatore, † vel antequam hæreditas ſit delata, re-
nunciatio beneficij inuentarij præiudicet, quo minus heredi
tate demum delata valeat inuentarium hoc cōficere, & eius
beneficio potiri. & Monticu. hic fo. 110 num. 3. dixit talem re
nunciationem eſſe intempeſtiuam, ſentitque eam non præ-
iudicare, & ita ego verum eſſe puto, quia ius inuentarij fauo-
re publico eſt inductum a principio, licet ex poſt facto ſit iu-
ris priuati, ut diximus alias de lucro dotis ex forma ſtatuto-
rum faciendo. Item quia confectio inuentarij eſt quodam-
modo pars aditionis, vel conſequutiuum ipſius aditionis, idō
eſt iudicandum de eo, ſicut de ipſa aditione, ſeu iure adeun-
di, cui non valet quis renunciare, niſi poſtquam eſt delatum.
l. qui ſuperſtitis. & ibi no. ff. de aeq. hæred. & conceſ.
Decimus eſt etiam caſus indubitatus, quando in loco ad
134 eſt ſtatutum, vt Florentiæ & Senis, quod per † confectionē
inuentarij hæres non releuetur, quominus creditoribus hæ-
reditarijs ſatisfacere cogatur, nam ambigendum non eſt. ꝗn
ſtatutum queat iuri communi derogare, vt per Repe. in l. om
nes populi, per illum tex. ibi. ff. de iuſt. & iu. l. 1. & 2. C. quæ ſit
longa conſuet. & paſſim per omnes ſcribentes, & Montic. in
hoc propoſito, fo. 62. num 3. & pluries in d. ſuo tract. Verum
enimuero dubitatum ſcio, vtrum princeps huiuſmodi ſtatu
135 to ciuitatis ligetur adeo, † quod ſi conficere velit hoc inuen
tarium ad formam d. l. fi. valeat iure medio ſe tueri, quo mi-
nus cogatur vltra vires hæreditatis ſoluere: & confecto hoc
inuentario iuſte prætendat inuentarij beneficium ſibi com
petere. iſta quæſtio fuit propoſita in Rota Florentiæ. Nam
cum magnus Etruriæ Dux eſſet hæres inſtitutus ab Illuſt.
Domino Fabio de Monte Sabini, quæſiit, vtrum ſibi liceret
eo ſtatuto non obſtante adire hæreditatem prædicti cum be
neficio inuentarij ſecundum diſpoſitionem iuris communis
& Rota prædicta reſpondit id quidem ſibi licere, & abſq; du
bio recte: & motiua, ſeu deciſionis prædictæ rationes & au-
ctoritates nō vidi. at ego opinor, eam fundari, & probari his
in ſumma, quod quatenus illud ſtatutum Florētiæ poteſt cō
ſiderari, vt a populo ei ſubdito conditum, certe eum ligare
non poteſt. no. in c. 1. ext. de rapto. Bal. & Alex. in l. debitorū.
C. de pact. vbi dicunt ſubditos ſtatuere non poſſe, vt perſonā
principis, cui ſubſunt, innodent, ac ligent, cū inferior non ha
beat poteſtatē in ſuperiorē. c. inferior. ext. de maio. & obed.
& vult Rocch. de Cur. in c. fi. ext. de conſuet. in quæſt. 9. prin-
cip. vbi dicit, quod conſuetudo populi vires ſuas non exten-
dit, vt principem ſuperiorem includat, & complectatur, etiā
quod eius conſenſus ad eam inducendam interueniſſet, qđ
etiam comprobatur ex deductis per Rui. in conſi. 83. in col.
fi. lib. 5. Alber. Brun. in tract. ſtat. exclud. fœm. in artic. 6. prin. in
pri. quæſt. 7. Fely. in c. 1. in col. 1. ext. de conſtitut. Alber. Brun.
in conſi. 20. in colum. 2. Quatenus etiam cōſideratur tale ſta
tutum, tanquam ipſius principis, ſimiliter eius perſona ab eo
non ligatur, ut eſt tex. in l. princeps. & ibi not. ff. de legib. §. fi.
& ibi not. per Doct. inſtitut. qui. mod. teſta. infirm. quia in ge
nerali ſermone non includitur perſona loquentis. l. inquiſi-
tio. C. de ſolutio. l. 1. ff. de Senato. & pro hoc facit, quod Bal. di
xit in c. cum in iure, in colum. 1. ext. de electio. quod ſi rex ſta
tuit, quod omnes homicidæ ſint in tali bāno, in ipſo Rex ho-
micida haud comprehendetur, quia non cenſetur loqui con
tra ſe, l. ſi peculium. §. ſicut. ff. de pecu. lega. item Bal. dicit in
l. 1. §. ſimilique modo. C. de lati. lib. toll. quod, ſi epiſcopus
excommunicat facientes furtum, & ipſe furtum faciat, excō-
municatio

municatio eum non afficiet. ſimile traditur in cap cum om-
nes. in colum. 9 ext. de conſtitut. Ludo. Rom. in conſi. 444. in
vlt. dub. & Alex & Iaſ. in l. 1. ff. quod quiſque iur. Rui. in d. cōſ.
83 in colum. fi. lib. v. hæc & ſimilia procedunt dum princeps
non vult ſe ſtatuto ſubijci, & iure communi niti mauult, vt
ex præalleg. patet. Clericus quoque non ligatur hoc ſtatuto,
ad trad. in c. quæ in eccleſiarum. ext. de conſtitu. & ita obſer-
uatur in facto Senis, quod ſi aliquis clericus eſt hæres, ſi facit
ſolenniter inuentarium, non cogitur vltra vires hæredita-
rias iuxta iuris communis diſpoſitionem. Quod attinet ad
136 perſonas † ſtatuentibus ſubditas, quæſtio eſt, an eas liget ex
tra territorium ſtatuentium degentes. & Bal. tenuit, quod ſic
in conſi. 219 ſtatuto Ciuitatis Papiæ. lib. 1. in nouiſ alias in an
tiquis eſt conſi. 139 lib 3. ex eo quod perſonam hęredis reſpi
cit obligandam, & obligatio ſequitur perſonam ſicut lepra
leproſum. l. 3 §. 1 & ibi gl. & Doct. ff. pro ſocio l. quis ergo ca-
ſu ff. de pecul lega. Alciat. idem vult in reſpo. 55. niſi eum di
ſponeret in rē concernendo res immobiles, in quo caſu vult
reſtringi ad res ſitas intra territorium ſtatuentium, ſuper quo
137 etiam conſiderandum eſſe † arbitror, vbi maior pars bono-
rum hæreditatis exiſtunt, an intra vel extra territorium ſtatuen
tium, nam ſi intra territorium eorum exiſtat, ad bona, & cre
ditores alterius territorij etiam extendetur, vt in terminis ſta
tuti Florentiæ tradit Albe. Brun. in tract. de ſtatuto, quod ſtā
tib. maſcul. in quæſt. 25. num. 30 poſt Pau. de Caſt in l. ſi fidei
commiſſum ff. de iudi. per illum tex. ibi, pro quo allegat etiā
Ioan. de Ana. in conſi 4 & alia de quibus ibi per eum, & dif-
fuſe per Lud. Gozad. in conſi. 49 nu. 12 & ſeq. Aduerte quo-
que, quod tale ſtatutum tollens beneficium inuentarij exor
bitans a iure communi, & iccirco ſtricte oportet intelligi, ſe
cundum Ang. in conſi. 386. ſi dictum. Nota quod præfatum
ſtatutum Florētinum reſtringitur in pluribus caſibus vt per
Borgn in d. tract. de vſuf num. 85. & nu 93. & num 99.
138 Ac illud † intelligas hoc pacto, quod quemadmodum tol
lit inuentarij beneficium, obſeruantibus eius legem, ita quo
que omittentibus illud facere adimi pœnas iuris contra non
facientes inuentarium, vt conſuluit Paulus de Caſt. in conſi.
32 t. viſo puncto ſuprafcripto, in col. 2. in antiquis & Andre.
Alcia in conſi 62. lib. 8 inferēdo, quod filius ſtante huiuſmo
di ſtatuto non amittit legitimam propter non confectum in
uentarium, quoniam ante legem inuentarij conditam non
perdebatur hac de cauſa, & ſtatutum cenſetur hæredem ad
ſtatum illius temporis reducere, idem tenet Alcia. in conſi.
151. lib 9 quod alia comprobatione egere mihi non videtur.
139 Quid ſi dicat ſtatutum, quod hæres inſolidum † teneatur,
vtrum cenſeatur inuentarij beneficium auferre. & Bal in l ab
executione in colum. 2. C. quorum appell. dixit ex hoc non
cenſeri ſublatum quod poteſt probari ex eo, quod cum ſta-
tutum non meminerit quicquam de inuentario, loquatur
duntaxat in caſu non facti inuentarij, in caſu autem confecti
inuentarij ſit ipſum intelligendum ſecūdum iuris diſpoſitio-
nem, vt reſpondit in terminis Soc. in conſ. 301. videbatur pri
mo. in colum pen. ver. præterea & tertio reſpondeo. lib. 2 &
Rol. a Val in conſi. 55. nu 31 in lib 1. ſicut diximus ſecūdum
communem ſcribentium opinionem, in illa quæſtione ſtatu
ti dicentis quod hæres non valeat venire contra factum de-
functi, ſecundum glo. & Docto. in d. l. fi. §. in computatione,
quæ reſolutio mihi non videtur prorſus tuta: nam, cum ver
bum inſolidum, importet oppoſitum eius, quod præſtat in-
uentarij beneficium, vt probatur in d l. fi §. cum igitur. C. de
iure delib. Pau. de Caſt. in conſi 276. Ti. nuncupatiuę, & Cor.
in conſi. 31 lib. 3. nimium vacare videtur, ſi intelligatur ſtatu
tum non excludere inuentarij beneficium, quod non ſic po-
teſt in altero caſu dici, propterea ſuper eo amplius cogita.
Vigeſimus & vltimus caſus ſit in materia præſcriptionis
140 vel vſucapionis, quoniam imprimis pone ſtatutum † eſtare
(vt vbique locorum ſolet) quod infra certum tempus debi
tum præſcribatur, & in vita creditoris hæres cœperit prēſcri
bere, vtrum elapſo termino, ſeu tempore ad præſcribendum
præfinito, queat hæres dicere ſe præſcripſiſſe id, quod defun-
cto ipſe debebat, propterea quod inuentarij beneficium fa-
cit, vt hæres nullum præiudicium ex aditione hæreditatis pa
tiatur d §. in computatione, & ibi not & Romæ iſta quæſtio
fuit in Rota, quæ per dominos fuit reſoluta contra hæredē,
vt habetur in recollectis deciſ. per Dominum Achillem de
Graſſis. in deciſ. 228. eo, quod inuentarium conſeruat hære-
dem à damno, non autem præſtat, vt lucrum faciat. d. l. fi § li-
centia. Item quia hæres præſumitur in mala fide, ꝙ perſcruta
tus iura hæreditatis nouerit ſe illius debitorem & ſtante ma-
la fide omnis præſcriptio hodie reijcitur. c. fi ext. de præſcri.
& Docto. alibi paſſim & ſic fuiſſe obſeruatum, quamuis ali-
qui ex dominis contradicerent. D. Achilles refert in d. deciſ.
141 228. Huic † non longe diſſimilis caſus videtur, quādo hæres
aliquam rem defuncti in vita eius vſque cœpiſſet bona fide
vſucapere ignorans rem eſſe defuncti, & in ea bona fide con
tinuans tempus vſucapionis compleuiſſet, vtrum ex benefi-
cio inuentarij ualeat in tali vſucapione ſe fundare, defenden-
do ſibi eam rem vſucaptam tanquam propriam a creditori-
bus defuncti, quaſi quod ob vſucapionem deſierit eſſe hære-
ditariam. Nam in caſu non facti inuentarij, cum ex aditione
hæreditatis, & bonorum hæreditaris poſſeſſione quæratur
hæreditariarum rerum dominium hæredi. l. cum hæredes, &
ibi notatis ff. de acqui poſſeſ certe omnis vſucapio, vel præ-
ſcriptio, cōquieſcat oportet, ex quo ſemel effectus dominus,
iterum dominus effici non poteſt. l. & an eandem ff. de exce
ptio. rei iudi. l non ut es plurib. de reg. iur. & ibi no & in ter-
minis habetur tex. in l. neque pignus. de reg. iur. facto autem
inuentario, quoniam hæreditas pro iacente habetur, & hæ-
res pro non hærede, vt ſæpe eſt dictum, videtur inferri, quod
queat vſucapere, ne hoc præiudicium patiatur ex aditione,
alioquin vix videtur ſubſtineri poſſe, quin damnum aditio
dicatur in hoc caſu afferre hæredi, quod eſt cōtra tex. in d. §.
licentia, & §. & ſi præfatam. nec obſtat acquiſitio dominij, ex
quo eſt per creditores reuocabilis, in quo caſu non impedi-
tur vſucapio ſecundum Dec. & alios in d l. neque pignus, ſu-
per quo amplius cogita, quoniam nemo, quem viderim hu-
142 cuſque, in ſpecie hoc tangit. Verum † aliud in hac re Docto-
res quæſierunt, nunquid inuentario confecto mala fides au
toris noceat hæredi præſcribenti. ſcire namque debes, quod
ſi defunctus rem aliquam & mala fide poſſidebat, iſta mala
fides afficit hæredem eius adeo, vt eam rem præſcribere ne-
queat etiam, quod nolit acceſſione temporu defuncti auto
ris ſui vti, ſeu ex eo ſe adiuuare in complenda præſcriptione,
Alexan. in d l. Pomponius. §. cum quis. nume. 19. verſic. alte-
rius pro expeditione. ff. de acqui. poſſ & ibi Iaſ nu. 20. verſic.
in ea. glo. ibi. Ang. in conſi 229. quod etiam voluit procede-
re de iure canonico, ex cuius diſpoſitione in præſcribendo,
vel vſucapiendo non requiritur titulus, niſi cum ius commu
ne reſiſtit. cap. 1. de præſcrip. in 6. & ſic per Docto. commu-
niter firmatur opinione Dyni reprobata. Aleſand. in conſil.
99. lib. 2. & in conſil. 84 & in conſi. 100 lib 1. Ludo. Roma. in
conſi. 201. Aret. in §. ſed iſtę. inſtitu. de actio. Ioan. Cephal in
conſi 102. numero 32. Aſin in l. 1. numero 127. ff. de religio.
quando ergo hæres feciſſet inuentarium, quæritur, an talis
mala fides defuncti ſibi noceat. & concluſum extat, quod ſi
hæres non vult ex perſona defuncti complere præſcriptio-
nem, non nocebit ob confectum inuentarium, vt per Card.
Pariſ. in conſi. 13. numero 210 lib. 1. Alexan. in d. §. cum quis.
numero 21. verſicu. tamen in vno caſu, Mod in tract. de præ
ſcrip. & Feiy. in cap. ſi diligenti. numero 6. ext. de præſcrip.
vbi ſic limitant præfatam communem ſententiam. At ego
143 reor hanc limitationem aut eſſe falſam aut ſutilius momen
ti, quoniam aut hæres habeat alium titulum quam hæredita
rium, dicens forte aliunde ſe habuiſſe talem rem, & in hoc ca
ſu etiam abſque inuētarij beneficio poterit prēſcriptionem
complere, neque nocebit ei mala fides defuncti, ut per Iaſ. in
d. §. cum quis, numero 20 verſicu. limita dupliciter, & alios
communiter ibi, & Card. Pariſ. vbi ſupra, aut nullum alium
titulum habet, quam a defuncto, & profitetur eam rem ha-
bere ex cauſa eius hæreditatis ſicut cæteras res, & tunc non
video, quonam pacto ſuffragetur inuentarium ei, quoniam
in eis rebus, quæ ex hæreditate capiuntur, vel ſunt hæredita
riæ, inuentarium non releuat hæredem, vt alias in princi. hu-
ius partis diximus. ergo eſt falſa, & ita nouiſſime nactus fui
animaduerſum fuiſſe per Vaſquium in lib. 7. controuer. cap.
73 numero 15. verſicu. retenta & Didac. Couar. in reg. poſſeſ
ſor. in § 9. verſic. ſecundo ex ſuprafcripta. numero 5. qui ſunt
duo clara iuris ſcientiæ lumina in partibus Hiſpaniæ: Aliud
in hac re præſcriptionis animaduertit Sigiſ Neap. in conſi 4.
nempe quod inuentario confecto feudum ex prouidentia
concedentis poteſt præſcribi, feudum autem hæreditarium
non præſcribatur etiam confecto inuentario, qua ratione
ſic diſtinguat, ipſe non dicit, ſuper quo velim tu ipſe cogites.
Et hactenus de iſta ſexta parte.

Septimæ partis

SVMMARIVM.

1 *Caſus, in quibus omiſſio inuentarii hæredi non officiat.*
2 *Cohæredis reſpectu non officit omiſiſſe inuentarium.*
3 *Dote promiſſa genero, ſi filia ſit hæres inſtituta, non confunditur actio ge-*
neri pro dote ſibi promiſſa.
4 *Legitima filii an perdatur ob non factum inuentarium.*
5 *Perditur creditorum reſpectu.*

Fideicom-

6 *Fideicommiſſarij vniuerſalis reſpectu legitima non perditur ob factum inuentarium.*
7 *Legatariorum reſpectu tres ſunt opiniones in hoc.*
8 *Vna quod perdatur.*
9 *Idem in dote,quod loco legitimæ ſuccedit.*
10 *Iſta opinio declaratur per Corneum,quæ reprobatur per autorem.nu.11.*
12 *Secunda opinio,quod hodie legitima non perdatur*
13 *Tertia opinio media inter eas,quod legitima non perdatur ex omiſſione inuentarij,ſed altera manu nihilominus filius hæres debet legata integra de ſuo ſupplere.*
14 *Argumentum vt multiplicentur pœnæ,nullum admittitur.*
15 *Effectus quis ſit iſtius opinionis mediæ,& eius vtilitas.*
16 *Legitima minuit legata,vt verum debitum.*
18 *Legitima perditur omnino non facto inuentario,vbi concurrit ſuſpicio cōmiſſa per hæredem fraudis.*
19 *Filio agente pro ſupplemento legitimæ contra hæredem vniuerſalem, qui non fecerit inuentarium,legata minuuntur.*
20 *Filius,qui aliquam rem patris poſſidet hæreditariam , an ſe tueri poſſit ab eius creditoribus,dicendo illam ſe tenere poſſe pro legitima.*
21 *Legitima non poteſt ſeiungi a reliquo hæreditatis paternæ .*
22 *Pro legitima non datur actio.*
23 *Auth presbyteros.C.de epiſc & cle.in quo caſu procedat,ſeu quomodo intelligatur.*
24 *Legitima poteſt iure legati relinqui, ſed non legitima filij.*
25 *Trebellianica an perdatur omiſſione inuentarij,duæ ſententiæ contrariæ.*
26 *Opinio affirmatiua quod perdatur.*
27 *Inuentarij ſanctio introducta ſuit vt occaſio malignandi collatur.*
28 *Falcidia,& Trebellianica æquiparantur lege antiqua.*
29 *Dictio omnimodo importat omnem cauſam.*
30 *Dictio inſolidum,importat integritatem.*
31 *Negatiua ſententia, quod Trebellianica non perdatur omiſſione inuentarij,probatur.*
32 *Hæres reſpectu Trebellianica eſt cohæres fideicommiſſarij, cui reſtituit hæreditatem.*
33 *Inuentarij lex fuit introducta reſpectu creditorum & legatariorum, ſeu fideicom particularium.*
34 *Lex non præſumit in caſu inuentarij omiſſi fraudem.*
35. *Lex ab quod ſtatuens præſumendo non extenditur.*
36 *Æquiparatio falcidiæ ad Trebellianicam in materia inuentarij non eſt bona.*
37 *Sententia,quod Trebellianica non perdatur omiſſione inuentarij limitatur per Curt & alios,quod per autorem non probatur.*
38 *Opinio altera,quod perdatur ex hoc Trebellianico communiter limitatur in filijs primi gradus,quod ab autore reprehenditur.*
39 *Ius canonicum præſupponit Trebellianicam non perdi ob omiſſum inuentarium.*
40 *Opinio affirmatiua limitatur etiam,quando aliquod eſſet inuentarium confectum,licet non ſolemne,et dolus abeſſet,quod ab autore non probatur.*
41 *Hæres aduerſum fideic. vniuerſalem deducit quodcunq; ſibi debitum, non obſtante omiſſione inuentarij.*
42 *Dotes maternas deducit etiam omiſſo inuentario.*
43 *Statuto etiam ſtante vt Florentiæ,quod hæres inſolidum teneatur confecto inuentario.*
44 *Debitum,quod ſoluiſſet creditoribus hæreditatis , deducit hæres aduerſum fideicom vniuerſalem.*
45 *Fructus,quos hæres percepiſſet ex rebus hæreditatis,computare tenetur hæres in id,ſcilicet quod ſibi a defuncto uere debeatur, opinio magis communis eſt,quod non teneatur computare in uero debito.*
47 *Aug.conſi 299 improbatur.*
48 *Caſus ſingularis,quando hæres non deducit aduerſum fideicom. vniuerſalem quod ſibi debebatur ob non factum inuentarium.*
49 *Omiſiſſe inuentarium non facit præiudicium in his, quæ ex forma teſtamēti ſunt reſtricta ad vires hæreditatis,uel ad certa bona, ut*
50 *Legatum de pecunijs exiſtentibus in tali loco,item*
51 *Legatum de bonis meis,declaratur.nu. 52 53.*
54 *Legatum quando ex ſui natura non excedit hæreditatis vires non officit inuentarium vt*
55 *Legatum vſusfructus bonorum.Item*
56 *Legatum alimentorum,quod limitatur,num.57.Item niſi ſint ad tempus nume.58.*
59 *Legatum ex arbitrio alterius præſtandum.*
60 *Inuentarij omiſſio non nocet quando obligatio defuncti eſt reſtricta ad vires hæreditatis ex ſtatuti vel legis diſpoſitione. vt eſt*
61 *Dotandi filias obligatio, tunc hæres non magis tenetur omiſſo inuentario, declaratur nu 62.*
63 *Caſus,in quibus defunctus non poterit cogi niſi pro uiribus bonorum , an in his hæres non confecto inuentario inſolidum compellatur.*
64 *Priuilegium prædictum ſi tranſit ad hæredes indiſtincte, poterunt ſe tueri etiam non facto inuentario.*
65 *Priuilegium quando tranſeat,& quando non.*
66 *Beneficium ex ceſſione bonorum admiſſa reſultans,an ad hæredes tranſeat.*
67 *Hæres , qui non fecit inuentarium , bonis cedere non poteſt , ſed contra, autor.*
68 *Filiusfa. adeundo hæreditatem,an dicatur ex maleficio obligationem ſuam auxiſſe.*
69 *Obligatione ex iuris canonici diſpoſitione ob defuncti maleficium, proueniente,hæres conuentus non facto inuentario,utrum cogatur ultra uires hæreditatis.*
70 *Differentia iuris canonici , & ciuilis in obligando hæredem ex delicto defuncti.*
71 *Hæres ex delicto defuncti etiam lite non conteſtata cum eo , uel etiam q. ex eo nihil peruenerit:ſecundum ius canonicum cum teneatur uſque tamen ad facultates ad hæredem peruentas ex hæreditate defuncti.*
72 *Omiſſio inuentarij non operatur,ut ubi obligatio non adeſt inducatur,uel extendatur ad plus,quam ipſa ſe habeat.*
73 *Abbatis opinio improbatur nu 75.*
74 *Sacerdos habet officium publicum,& alteri poteſt ſtipulari.*
75 *Sacerdoti ſi promittatur per confitentem peccata ſua,non poteſt ex ea promiſſione obligari in foro contentioſo.*
77 *Cautio,de qua in c.quamquam. de uſu. in 6. præſtatur extra confeſſionem peccatorum,alias non releuaret.*
78 *Concluſio prædicta cogendi tantum uſque ad uires hæreditatis obligatum ex diſpoſitione iuris canonici non facto etiam inuentario , limitatur in uſuris,ſed hoc declaratur,ut per autorem nu.79.*
79 *Monaſterium,paterfam.& ſimiles perſonæ ſuccedentes monacho uel filiofam in bonis eorum non tenentur ultra uires hæreditatis inuentario etiā non facto.*
80 *Omiſſio inuentarij non nocet reſpectu alterius correi debendi,cui hæres nō ſucceſſit.*
81 *Alter correus per exceptionem poteſt aliquando liberari ex eo quod creditor alteri correo extitit hæres.*
82 *Fideiuſſor liberatur ex eo quod creditor exiſtit hæres abſq; inuentario debitoris principalis.*
83 *Actiones an confundatur quoad effectum agendi ſolum,& non quoad effectum retinendi.*
84 *Actio cum confunditur,non modo quo ad effectum agendi , ſed etiam quo ad effectum excipiendi ſeu retinendi confunditur.*
85 *Aug.Bero conſi.32 lib.1 reprehenditur.*
86 *Actiones reales non confunduntur inuentario non facto,ut rei uendicatio ex cauſa dominij.*
87 *Hipothecaria actio non confunditur,quod uarijs modis declaratur.*
88 *Debitor ſi extiſtat hæres eius,qui pro eo fideiuſſit,hipothecaria non confunditur .*
89 *Idem ſi alteri correo debendi ſucceſſiſſet.*
90 *Debitor,ſi ſuccedat creditori an hipotheca confundatur , & tunc confunditur .*
91 *Hipotheca utilis in alium ceſſa non confunditur.*
92 *Creditor quando ſuccedit debitori an hipotheca extinguatur, & tunc confunditur ſi hæres naneſcitur rem hipothecatam in hæreditate,& ſic efficiatur dominus rei hipothecatæ.*
93 *Creditor cum rem nō eſt adeptus in hæreditate, hipothecatam,& ſic hipotheca non eſt confuſa in dominio,alias tamen patitur exceptiones.*
94 *Creditor,quando adeptus eſt dominium hipothecatæ rei & alius habet hipothecam ab alio,an ipſius creditoris hæredis confundatur hipotheca .*
95 *Neguza.error notatur.*
96 *Hipotheca in dominio non confunditur,quando eſt reuocabile.*
97 *Aduerſarius cū habet hipothecam ab eo, cuius ſum hæres, an ualeat meā hipothecam anteriorem ab alio conſtitutam repellere.*
98 *Turpitudinem defuncti non licet hæredi allegare.*
99 *Res aliena non poteſt pignorari,ut ius conſtituatur , ſed non ut pignorans ualeat contrauenire hipotheca per eum conſtituta.*
100 *Pignus ſi euincatur datur actio contra debitorem : ſimiliter ſi ipſe uenditor,uel eius hæres contrauenires.*
101 *Ampliatur hoc,etiam ſi debitor ignoraſſet eſſe alienam.*
102 *Et actio iſta eſt pignoratitia contraria ad intereſſe , ideſt ad aliud pignus æque idoneum.*
103 *Creditor ſi ſciens rem eſſe alterius,accepit nihilominus in pignus, non habet actionem aliquam contra debitorem.*
104 *Actio inſolidum datur reſpectu hipothecæ.*
105 *Hæres quādo habet hypothecam a defuncto ſuo debitore, tunc illam amittit.ſicut actionem perſonalem inuentario non facto.*
106 *Succeſſio quando uim ſolutionis non habeat.*
107 *Hæres quādo habet hipothecam a defuncto,ſed pro debito alterius,quam defuncti,tunc non confunditur.*
108 *Hæres quando habet hipothecam,ab alio,quam a defuncto.*
109 *Omiſſio inuentarij non operatur,quo magis hipotheca cōpetat , ſi alias nō competeret.*
100 *L.cum a matre C.de rei uend materia,quando hæres ualeat,uel non,facta defuncti contrauenire inuentario non facto.*
111 *Regula,quod hæres non poteſt facto defuncti contrauenire.*
112 *Improbatum a iure poteſt hæres improbare,ut ſpurio relicta,non obſtante aditione hæreditatis abſq; inuentario,*
113 *Legatum coniugi factum,ultra.d.l.hac edictali.C. de ſecun. nupt. filij & hæredes poſſunt improbare.*
114 *Legatum contra ſtatuti prohibitionem factum uiro,uel econuerſo hæres legantis poteſt improbare.*

Limitatur

116 *Filius adiens hæreditatem abſq; inuentario ſibi non præiudicat in legitimam, vtcunque pater diſpoſuerit in teſtamento.*

117 *Confeſſioni in teſtamento factæ in caſibus prohibitis hæres poteſt contrauenire, iuratæ vel in præſentia partis factæ.*

118 *Confeſſio in teſtamento facta quid operetur inter perſonas non prohibitas: parte præſente, & acceptante, vel iurata præiudicat, alioquin ſecus, niſi in vim fideicommiſſi. nu. 19.*

120 *Confeſſio iurium fideicommiſſi ita demum ſuſtinetur, ſi vltra verba confeſſionis adſunt verba fideicomm. ſeu legatum importantia.*

121 *Legata ſtricte interpretantur cauſa filiorum hæredum inſtitutorum.*

122 *Trebellianicā, vbi de iure teſtator eam non poteſt prohibere, vt in filiis primi gradus de iure nouo, vel in omnibus ſecundum ius Digeſtorum: hæres poteſt deducere contra teſtatoris diſpoſitionem.*

123 *Opinio quod etiam filius primi gradus poſſit prohiberi deductio Trebellianicæ.*

124 *Opinio contraria eſt magis communis, & vſu recepta.*

125 *Trebellianicam prohibitam an hæres facto inuentario deducat in caſibus alias permiſſis.*

126 *Approbatio teſtamenti expreſſa non ſolum validam, ſed etiam inualidam defuncti diſpoſitionem confirmat, ut amplius impugnari nequeat ab hærede.*

127 *Trebellianicæ deductionem ſi prohibuerit, & filius approbet expreſſim teſtamentum, nullo caſu poterit eam deducere.*

128 *Approbatio teſtamenti an trahatur ad caſum legitimæ, ut nec legitimam quidem deducere queat.*

129 *Ang. Aro. conſi. 93 lib. 2. damnatur.*

130 *Approbatio teſtamenti, quando in eo non fuit Trebellianica prohibita: an præiudicet, quominus deducatur, ſecundum vnam opinionem præiudicat. numero 131. ſecundum aliam ſecus, quæ eſt magis communis, numero 132.*

133 *Approbatio expreſſa teſtamenti operatur in caſu facti inuentarij.*

134 *Approbatio teſtamenti expreſſa proficit etiam abſentibus.*

135 *Hæres poteſt contrauenire prohibitioni teſtatoris de non exigendo cautionem ab vſufructuario de utendo arbitrio boni viri &c.*

136 *Hæres quandoque tenetur contrauenire voluntati teſtatoris, quando continet aliquod turpe.*

137 *Diſpoſitio quando valet, hæres debet eam adimplere, ut cum rem hæredis legat. nu. 138.*

139 *Rem ſuam a defuncta legato poteſt hæres petere ſi nouit teſtamentum cū adijt hæreditatem.*

140 *Item ſi patet teſtatorem putaſſe eam rem eſſe ſuam.*

141 *Hæredis bona pignori ſubiacere, ſi teſtator iuſſit, pro legatis præſtandis, uel debitis ſoluendis, talis diſpoſitio erit per hæredem adimplenda, quod declaratur, quomodo procedat nu. 142.*

143 *Ex aditione hæreditatis ſolum reſultat conſenſus de adimplendo mandatum teſtatoris, ſed non quod transferatur ius ſuum.*

144 *Circuitus inanis euitandus eſt.*

145 *Fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora.*

146 *Bal & Neguſ. opinio, ſeu diſtinctio damnatur in caſu vltimæ uoluntatis, uel in obligatione generali bonorum hæredum.*

147 *Promiſſio de rato in pignore quando releuet, ſi n ſit neceſſaria.*

148 *De geſtis per defunctum inter viuos.*

149 *Actus nullus aliorum reſpectu, non autem contrahentis ſi fuerit, hæres ei non poterit contrauenire, ut in re fideicommiſſ. obnoxia & prohibita alienari.*

150 *Hiero. Grat conſi 91. lib. 2. reprobatur.*

151 *Nattæ conſi 470 reprobatur.*

152 *Ang. Aro. conſi. 129. li 2 reprobatur.*

153 *Feudi dotalis alienatio eſt nulla reſpectu mulieris, non autem uiri, uel alterius perſonæ alienantis, ideo hæres eius non poteſt illum impugnare.*

154 *Feudi alienatio reſpectu alienantis ualet, licet non reſpectu domini, ſeu aliorum.*

155 *Opinio eorum, qui dixerunt feudum a defuncto alienatum nulliter per hæredes alienantis poſſe uendicari ex iure proprio falſa eſt.*

156 *Arrius Pinellus reprehenditur.*

157 *Actus quando improbatur abſolute, nullam producens actionem, tunc hæres contrahentis poteſt illum impugnare.*

158 *Exemplum in donatione inofficioſa.*

159 *Item in re in fraudem patroni alienata.*

160 *Item in re in fraudem legitimæ filiorum. Item in relicto ſpurio facto. numero 161.*

162 *Regula, quod cum ex facto defuncti non formatur in eius perſona aliquod ius, hæres eius poteſt contrauenire.*

163 *Remedium recuperandæ non datur hæredi pro poſſeſſione occupata hæreditate iacente.*

164 *Ius paſſiuum nō formari in perſona defuncti, dupliciter poteſt contingere.*

165 *Defunctus, cum noluit perſonam propriam obligari agens alterius negocium, hæres tunc non impeditur ex eo contractu contrauenire.*

166 *Hæres non tenetur ratificare quod eius nomine defunctus geſſit niſi de rato defunctus promiſiſſet nu. 167.*

168 *Amplia hoc in quocunque alio gerente uel adminiſtratore.*

169 *Item in autorizante contractum alterius ex forma alicuius ſtatuti.*

170 *Filius hæres patris, an ualeat rem propriam ab eo alienatam uendicare.*

171 *Filij re, ut re filij uēdita adminiſtratorio nomine a patre nulliter, filius eius hæres admittitur ad retractandum talem alienationem.*

172 *Filius poteſt in uita patris talem alienationem retractare.*

173 *Re filij uendita a patre non adminiſtratorio, ſed proprio, ut re propria, filius eius tunc repellitur a uendicando eam rem.*

174 *Opinionum contrariarum reconciliatio ſuper iſta quæſtione.*

175 *Pater ex eo ſolum, quod adminiſtratorio nomine rem filij uendit, ipſe non obligatur.*

176 *Hæres non obligatur, quando defunctus ſe non obligauit, ut ex contractu prorſus ſimulato, & ſimili.*

177 *Ius paſſiuum non firmatur, quando lex uel ſtatutum penitus negat actionem, uel exceptionem ex eo dari reſiſtendo obligationi, & penitus annullando contractum.*

178 *Vſurarum promiſſio penitus improbatur.*

179 *Hæres contra promiſſionem uſurarum etiam a defuncto iuratam poteſt uenire.*

180 *Iuramentum defuncti non obſtat hæredi, quoties non tribuitur aliquid roboris contractui.*

181 *Donatio non inſinuata iuramento an reddatur efficax in ſuo caſu, quando, ſcilicet in eo de inſinuatione cenſetur cogitatum. affirmatiue reſoluitur, num. 185.*

182 *Solemnitas ex forma ſtatuti inducta, ut in contractu minoris uel mulierū quaſi fauore publ. & ad pub. bonum inducta iuramento non ſuppletur, ut contractus reddatur ualidus nu 186.*

183 *Inſinuationis renunciatio ſimpliciter facta non ualet.*

184 *Iudæus poteſt de inſinuatione opponere cōtra propriam donationem etiā iuratam.*

187 *Iuramētum ſupplet inſinuationis defectum, ſi ſpecialiter inſinuatione fuit renunciatum, & non aliter. nu. 188.*

189 *Iuramentum non trahitur ad ea, quæ ex poſt facto ueniunt facienda.*

190 *Inſinuatio poteſt a ſolo donatario fieri.*

191 *Clauſula renunciauit omni legum et ſtatutorum auxilio, in donatione iurata, an ſuppleat inſinuationem. tenetur quod non. nu 193.*

194 *Renunciatio generalis non trahitur ad ea, ad quæ non extenditur iuramētum, & de quibus partes non cenſentur cogitaſſe.*

195 *Inſinuatio cum ex forma ſtatuti debet interuenire in ipſo actu donandi, tunc ſimplex iuramentum eius defectum ſupplet.*

196 *Bar & Pau. de Ca in l Lucius. ſolu mat. declaratur.*

197 *Contractus quando ualet, ſecundum regulam ſuperius poſitam hæres facto defuncti non poteſt contrauenire.*

198 *Arrius Pinellus decipitur dicidens differentiam, an ex hæreditario iure, an uero ex proprio hæres contraueniat.*

299 *Diſtinctio quando hæres ualeat ex proprio iure contrauenire facto defuncti, uel non.*

200 *Alienationis contractu ſimpliciter factu de re aliqua ſtat regula, quod hæres nec ex proprio iure queat contrauenire.*

201 *In alienatione cum de iure alicuius non actum fuit, alienantis hæres poteſt contrauenire ex tali iure ueniens.*

202 *Euictio ex facto autoris ipſius emptoris contingens non uidetur promiſſa, ideo hæres uendentis ex ea poteſt contrauenire, quod etiam dicitur de euictione proueniente ex præordinatione & facto communis autoris, niſi in ſpecie fuerit de ea cautum. nu. 203.*

204 *Autoris communis autoris ordinatione ſi res ab aliquo euincatur, euictio non præſtatur per alienantem, uel eius hæredem.*

205 *Vendens rem, quæ ex iure fideicommiſſi. ſimiliue cauſa iuxta præordinationem communis autoris, debet ad ipſum poſt ſui mortem redire, poteſt eueniente caſu tam ipſe, quam eius filij, ſi ad eam rem uocarentur, licet hæredes eſſent abſq; inuentario, contrauenire.*

206 *Differentia, quando ſcienter euincitur ex præordinatione communis autoris, uel quando ſcienter emitur res aliena, & non euincitur ex facto communis autoris.*

207 *Cōcluſio procedit in dubio, ſecus ſi conſtet de contraria partium uoluntate, uel etiam ex coniecturis, ut in exemplis nu. 208 209 210. & 211.*

212 *Emēs uel eius hæredes poſſunt cōtrauenire contractui emptionis repetēdo precium, uel illud negādo ſoluere, ſi nōdum eſſe ſolutum, cum res empta ex fideicom. ſimiliue cauſa communis autoris ad eos eſſet peruentura.*

213 *Res dicitur ei abeſſe, ſi abeſt eius rei precium.*

214 *Iaſ. conſ pen ul. lib. 2. reprobatur.*

215 *Venditor non tenetur de euictione procedente ex decreto principis poſtea facto reſcindente alienationem.*

216 *Caſus fortuitus pertinet ad emptorem.*

217 *L. cum a matre, non habet aliquatenus locum reſciſſo contractu per factū principis.*

218 *Hæres uendentis retractando uenditionem debet precium ab emptore ſolutum defuncto uenditori reddere emptori.*

219 *Hæres uenditoris poteſt ex forma ſtatuti retractare, quatenus cōhæredis ius recompere, ut agnatis, & ſimilibus.*

220 *Euictio ſi ſit tantum promiſſa de ſuo dato, & facto duntaxat, an hæres uēditoris ex proprio iure euincere, receptior eſt opinio pro negatiua parte. num. 221.*

222 *Hæres non repræſentat defunctum niſi in his, quæ fuerunt defuncti.*

223 *Euictio certæ perſonæ ſi conuenit, ne præſtetur, utique nec precium erit reſtituendum.*

224 *Venditor non tenetur de euictione, quando dixit, quod nolebat alicui præiudicare.*
225 *Stipulationis committendæ contraria conſtituitur regula, quod non cenſetur in ea actum de iure extraneorum, quo contraueniretur.*
226 *L. cum matre a procedit ſolum in alienatione rei.*
227 *Clauſula, promittens per ſe ſuoſq; hæredes non contrauenire, non impedit, quin hæredes promittentis ex propria perſona & proprio iure non extranei ualeant contrauenire.*
228 *Stipulatio de non moleſtando per ſe ſuoſque hæredes, non committitur, ſi hæres moleſtiam exhibeat ex iure proprio.*
229 *Clauſula, per ſe & filios hæredis, impedit filium contrauenire ex iure propria ampliatur. nu. 230.*
231 *Obligatio hæreditaria, ut ad hæredes non tranſeat, non poteſt fieri.*
232 *Renunciationis effectus eſt, ut non extendatur de una re ad aliam, de una perſona ad aliam.*
233 *Filij & hæredes renunciantis poſſunt ex proprio iure contrauenire.*
234 *Renunciatia non extenditur ad ius ſuperueniens renuncianti.*
235 *Alter cum alteri renunciat in diuiſione tua feudi & ſimilis rei, non prohibetur ipſe uel eius hæredes uenire ex iure poſtea eis ſuperuenienti.*
236 *Renunciatio patris quo ad legitimam non obſtat filijs præmoriente patre petere contra auum legitimam, ex proprio iure.*
237 *Conſenſus ſuper alterius contractu eſt eiuſd effectus, quod non extenditur ad ius alterius, ſed reſtringitur ad conſentientis.*
238 *Conſenſus non eſt productiuus alicuius obligationis.*
239 *Conſentiens non obligatur de euictione.*
240 *Clauſula de non contraueniendo quid operetur.*
241 *Clauſulæ cum ſunt reducibiles ad naturam contractus, ſecundum eam debent intelligi.*
242 *Recognitio non impedit hæredem ex proprio iure contra rem a defuncto recognitam uenire.*
243 *Recognitio quid operetur.*
244 *Recognitio ex certa ſcientia præiudicat hæredi.*
245 *Dimiſſio eſt eiuſdem effectus & etiam minoris, quia non transfertur ex ea dominium etiam, quod eſſet dominus.*
246 *Dimittens in tranſactione non dicitur alienare & non obligatur de euictione.*
247 *Cedens iura, quæ habet, non transfert conditionem præſcribendi, non obligatur de euictia in aliquo.*
248 *Euictionis cauſa nolens teneri, obligatur tamen ſi ſciuit in ea re ius nullum ſe habere.*
249 *Sententia contra defunctum lata non præiudicat hæredi uenienti ex proprio iure.*
250 *L. Seya. ff. de euic. declaratio.*
251 *L. fin. C. de euict. declaratia.*
252 *Differentia inter hæredem venditoris, & hæredem fideiuſſoris.*
253 *Differentia inter contractum ualidum, & contractum inualidum.*
254 *Actione hæreditatis non transfertur dominium hæredis in eum, cui defunctus rem vendidiſſet.*
255 *Dominium non adijcitur niſi abdicetur, & econuerſa.*
256 *Rei hæredis legatæ dominium non tranſit in legatarium niſi poſtquam ei res tradatur per hæredem.*
257 *Ampliatur etiam in conſentiente dum legatum ſic.*
258 *Contractus defuncti confirmatur quo ad omnem effectum agendi & excipiendi per aditionem hæreditatis ſine inuentario factam.*
259 *Contractus pignoris an confirmetur quo ad vtrunq; effectum, ſeu quando.*
260 *Bar. Doctrina in l. cum ue. de vſucap. damnatur.*
261 *Epilogus errorum in hac re ſcribentium.*
262 *Differentia aliqua inter feudum hæreditarium, ideſt alienabile & feudum non hæreditarium in caſu conſenſus non requiſiti ſeu non adhibiti per dominum feudi.*
263 *Fideicom. cum libera poteſtate alienandi intelligitur factum, ut uocati ad illud ueniant, ſi alienatio non fuit facta.*
264 *Conſenſus domini non præiudicat in feuda non hæreditario ad illud uocatis.*
265 *L. cum a matre. C. de rei uend. an procedat in hærede hæredis. dic quod ſic.*
266 *Inuentarium aperatur ſeparationem bonorum.*
267 *Caſt. conſi. 199. reprobatur.*
268 *Hæres an valeat venditionem a iudice factam nomine debitoris ad inſtantiam creditoris, retractare.*
269 *Caſt. conſi 351 reprobatur.*
270 *Inuentarij omiſſio non nocet, cum dolo partis fuit inductus ad adeundam hæreditatem abſque eo.*
271 *Inuentarij omiſſio non nocet, quando in eo conficiendo plus expenderetur, quam ferrent uires hæreditatis.*
de Falcidia extendatur ad Trebellianicam: & præſertim quũ eſt materia pœnalis, & odioſa, vt per Rui. in d. conſi. 512. nu. 16. lib. 2. Bar. in conſi 2. Ant. de Bur. in d. ca fi. extra de conſil. Sayſel. in d. l. Marcellus, quandoquidem ex ſola diſſimilitudine in aliquo negant multi extenſionem fieri poſſe in materia etiam alias extendibili. l. Iulia. § hoc capite. ff. de nup. Soc. in conſi. 9. in col. fi. in 3. lib. Arc. in conſ. 25. ad fi. Dec. in conſ. 461. in col. 5. & in conſi. 584. in col. 1. Alex. in conſi. 29. in col. 2. lib. 6. Rolan. à Val. in conſil. 27. nu. 19. Tertium fundamentum eſt in omni ſui parte falſum, & tantum abeſt, vt in aliqua illius nouellæ parte, in qua Imperator de hæredis inuentario diſpoſuit, de fideicõmiſſario vniuerſali, & Trebellianica cautum aliquatenus dicamus, vt potius contrarium maniſeſte colligatur. Nam imprimis, quod attinet ad tex. in d. §. hinc nobis, nihil facit, quod præcipiat fideicommiſſarios conuocari ad intereſſendum inuentarium faciendo: nam ex hoc minime concluditur, ꝙ intelligat de fideicommiſſarijs vniuerſalibus, & poteſt, & debet intelligi de particularibus, non ſolũ ex his, quæ in contextu ſubſequuntur, vt dicetur, ſed etiam quũ cum relicta fiant ſub nomine legatorum, & fideicõmiſſorum, & per omnia iſta, quia particularia ſunt, adæquentur. d. l. 1 & ibi Doct. de leg. 1. Imperator de eis voluit meminiſſe, & non de vniuerſalibus quæ non habent aliquam ſimilitudinem cum legatis. Præterea reſpondetur ſecundum alios id non concludi, vel inferri neceſſario, quia alij quoq; vocantur ad videndum fieri inuentarium, quorum tñ reſpectu, ſi hæres illud non cõficiat nullum patiẽ prçiudicium vel pœnam, vt per Iaſ. in d. l. Marcellus, nu 62. Alex. in conſi. 29. in col. 2. in lib 5. & in conſi 67. in col. 2. lib. 4. Caſſad. in deciſ 3. de teſtam. Corn. in d auth. ſed cum teſtator. C. de l Falc. Rol à Val. in d. conſi. 27. num. 25. verſ non obſtat quintum: quam iñ reſponſionem ego nõ firmo, ſed arbitror ſuperuacaneam perſiſtendo, ꝙ nullo modo intelligatur de vniuerſali fideicommiſſario. Nam quatenus antea Imperator meminerat de fideicõmiſſo vniuerſali, ſ. in §. his igitur, & in §. ſi quis aũt, datẽ intelligi potius, ꝙ in §§. ſubſequentibus noluit loqui de eo, quia ſi voluiſſet, hoc ſciuiſſet dicere, ſicut in præcedentibus ſciuit dicere, & expreſſit, arg l j. §. ſin autem deficiẽtis. C. de cad. tol. c. 2 ext. de trãſla. epiſ. Dum vero ex ſubſequentib. §§. in quib. tractat de inuẽtario & meminit indefinite de fideicommiſſarijs, arguitur, ꝙ debet indefinite intelligi tam de vniuerſali, quam de particulari, reſpõdetur, ꝙ indefinita nõ æquipollet vniuerſali, quõ diuerſa militat ratio. ſm Dy. in rub. de reg. iu. in 6. & quũ poteſt ex alijs verbis deprehendi, ꝙ noluit generaliter diſponere. ꝙ autem militet alia ratio, iam ex prædictis patet quod etiam alia verba dictæ conſuetudinis dictent, & præſe ferant, ꝙ nõ intelligatur niſi de particularibus, primo perpendo ex eo, quod in tota illa inuentarij tractatione nunquam meminit de Trebellianica, ſed ſolũ de Falcidia, & Falcidia non eſt Trebellianica, alioquin ſi importaret Trebellianicam, cur diuerſo nomine cenſerentur. l. ſi idem C. de codic. vt dicit Cor. in d. conſi. 303. num. 8. ideo diſtincti ſunt tituli in ff & C. de Falcid. & Trebellianica, vtcunque interdum ſub nomine Falcidiæ, lato modo, Trebellianica etiam comprehendatẽ, vt late per Pedem. in deciſ. 147. Item quoniam ea ratio per Imperatorem ibi expreſſa, haudquaquam cõuenit Trebellianicæ, ſed Falcidiæ duntaxat, nempe dum ait, quod forte, ſi bona non ſubripuiſſet hæres, non foret locus Falcidiæ, cum, vt diximus, nõ eo minus, ꝙ bona fuerint ſubtracta, locus detractioni Trebellianicæ datur, ſi eam hæres habere vult, cum ſit ius vniuerſale, ideſt quota hæreditatis, quæ conſiſtere poteſt abſque bonis hęreditatis. d. l. hęreditas. ff. de pe. hæred. cum ergo illud præſuppoſitum non conueniat, ergo nec diſpoſitio, iuxta vulg & tam in caſu, in quo bona aliqua non ſint in hæreditate, quam in caſu, in quo plurima bona adeſſent, Trebellianica competit hęredi ſi pariter in vtroque ſibi libet eam habere, quod plane non eſt ſic in Falcidia. Accedat, ꝙ text. ibi meminit de legatis, quod quidem verbum nequit in fideicommiſſo verificari. vnde de Falcidia reſpectu legatariorum Imperatorem ibi loqui, exploratum ego habeo, & potiſſime dum mox mentionem facit de legatarijs ſolum, conquerentibus de bonorum ſubtractione perſiſtendo in eo ſenſu loquendi de Falcidia proprie ſumpta, vt aperte proſequitur vſq; ad d. §. ſi vero nõ fecerit, & in hoc quoq; §. idẽ proſequi, nos dicere oportet, propter vim aduerſatiuæ, ibi, ſi vero. de cuius natura eſt repetere qualitates pręcedentes. Bal. in l oẽs populi, in col. 15. ff. de legi. & conſuet. quem ad hoc citat Cor. in cõſi. 303. nu. 15. verſ. tu dicas. nec nõ propterea ꝙ Imperator ibi ſe refert ad præcedentia ibi, ſicut prędiximus non retinebit Falcidiam, &c. nam ponendo contrarium caſum, ſcilicet non facti inuentarij, idem thema de eadem, ſcilicet re, & perſonis, ideſt de falcidia & legatarijs retinet, alioquin intelligendo de fideicommiſſarijs vniuerſalib. non eſſet verum, ꝙ repeteret, ſed imo mutaret eiuſdem rei, vel perſonæ caſum, & non loqueretur Imperator, ſecundum præcedentia, prout ipſe præfatur ibi. de Trebellianica ergo in d. §. ſi vero non fecerit, non loquitur, ſeu eum loqui non poteſt intelligi: quod euidentiſſime oſtẽditur etiam eum loqui non poteſt intelligi, ſubijcit, ꝙ licet legatorum datio tranſcẽdat menſuram ſubſtantiæ a defuncto relictæ, ea nihilominus iubet ſolida præſtari, nam fideicommiſſum vniuerſale ſeipſum excedere nequit, nec præſtari ultra ſubſtantiam defuncti, vt dicetur infra ſic ergo iſtud, quod poteſt de legatis dici, & contingere, ꝙ ſcilicet fiant & præſtẽtur ſupra defuncti ſubſtantiam, haud poteſt in fideicommiſſo vniuerſali uerificari, ideo fatendum eſt Imperatorem de Trebellianica, & fideicõmiſſario vniuerſali non ſentire ibi, dum meminit de legatarijs, & fideicommiſſarijs, & non deſino ſatis de Ludo. Roma. & ſequacibus, quod ita miſerrime diſtorquendo tex. in d. §. ſi vero non fecerit, argumentati contra fuerint: vnde enim habent ipſi, quod illud verbum legatarios, importet fideicommiſſa particularia, ideſt denotet fideicommiſſarios particulares, ſi ex proprietate verbi non includit, qua iuris uel rationis neceſſitate arctantur dicere, ut præter vim verbi ea contineatur, ſi expreſſim & de fideicommiſſarijs ſimul meminit, quo verbo poteſt videri, & de particularibus fideicommiſſis clare diſpoſuiſſe, vt nõ ſit opus ad huiuſmodi interpretationem confugere. l. ancillæ. C. de fur. cur ſic argumentatur, vt ſenſus durus diſtortus ac difficilis, & ex alijs inſubſtentabilis exinde ſumatur ? quando planum, & omni rationi conſonum præſe ferat. Ad quartum reſpondetur, quod vtcunq; dixerit Ludo. Roma. in conſi. 276. vel alij, falſum eſt ob aliquam rem ſubtractam hæredem puniri in amiſſione Trebellianicæ, hoc de iure Digeſtorũ, uel Codicis non legitur, licet ſecus ſit in falcidia, qua ſecundum ius Digeſtorum punitur hæres, ut in re ſubtracta falcidiam nequeat deducere, ſecũdum vero ius Codicis, ſeu conſtitutionem de inuentario editam, prorſus priuatur iure falcidiæ, tanquam tranſgreſſor illius legis de inuentario, perinde, acſi illud non feciſſet, vt concluſimus ſupra in 3. par & ſicut tenemus in hoc caſu non facti vllo modo inuẽtarij ius detrahendi Trebellianicam, haud amitti, ita neceſſo fuit concludere in caſu rei occultatæ, ac ſubtractæ Trebellianicam non perdi. Nec obſtat tex in l. Paulus ff. ad Treb. quia loquitur quando hæres hoc feciſſet, & licet, cum hæres aliquid facit, ut fideicommiſſum intercidat, puniatur in hoc, ꝙ ab eo aufertur hæreditas. l. de beneficio. ff. ad leg. falcid. vel quippiam tale agit. l. reſcriptum. ff. de his quibus ut indig. nõ tamen hoc de Trebellianica reperitur in iure cautum. Quintum argumentum a ſimili, eſt nimium a remotis, & in pœnalibus non valet, iuxta ea quæ diximus ſuperius. Sextum argumentum non obſtat, nam tex. in d §. ſin autem hoc aliquis, debet intelligi de oneribus, quæ ſunt in hæreditate, ſcilicet de legatis, & fideicommiſſis particularibus præſtandis, & de ære alieno ſoluẽdo, quod omnia iſta onera ſubijt hæres non facto inuentario, non autem de fideicommiſſo uniuerſali, ꝙ eſt ipſa hæreditas, & debet neceſſario differre fideicommiſſum vniuerſale, ideſt hæreditas, ab onere, quod eſt in ipſa hæreditate, ſeu fideicommiſſo vniuerſali, ut continẽs differat à contento, & ex reliquo contextu patet ibi de eo Imperatorẽ nõ ſenſiſſe ſub illo verbo onerib. nec cõtigit de eo dici, quippe ꝙ lex inuentarij ad ipſum haudquaquã pertinet, iuxta prędicta, quo ſtante ceſſat etiã ponderatio illorum verborũ omnimodo, & inſolidum, quũ referuntur ad dicta onera, & non ad fideicommiſſum vniuerſale. Septimũ minus releuat, quia inuentarium ex iure Digeſtorum requiſitum ad alium finẽ, & alia ſolemnitate conficitur, vt ſ. reddatur ratio per hrdẽ de bonis ad ipſum ex hĩditate peruentis fideicommiſſario reſtituendis, ꝙ certe nihil habet cõe cum iſto inuentario, ergo nihil inferri poteſt ad trad. in l. naturaliter. §. nihil cõe, de acqu. poſſeſ l. fi. ff. de calum. ut & rñdit Rol. a Val in d. conſi. 27. nu. 22. verſi. nam poſito. Quinimo poteſt in ꝯtrium retorqueri, ꝙ quemadmodum de iure. ff. de quo ꝑ inuentarium hmõdi fiebat, Trebellianica ex eius omiſſione nõ ꝑdebatẽ, ergo nec hodie debet amitti ex hoc inuentario non ꝑfecto. Vltimum non eſt alicuius momẽti, quũ ex noſtro capite non debemus hmõdi rõnes fingere, ut ipſemet Bal. in hoc propoſito ait, in d. conſi. 101. in col. 2. ſed ſtandũ eſt iuris determinationi, maxime in hoc caſu, in quo conſtat optima rõne niti, ut ex prædictis. concludamus itaq; conſtantiſſime Trebellianicã non amitti ex nõ cõfectione inuentarij. Et quatenus ob ipſum nõ confectum ſuſpiceris hęredem fraudem aliquam in bonis hęreditarijs commiſiſſe, de ea ſubtili ingenio q̄rendum eſt, ut ait Bal. in d. conſi. 101. in col. 2. uer. ſed indiſtincte. lib. 4 & illis argumentis hanc rẽ agere conuenit, quib. alias ſolet extra inuentarij materiam, & hærede conuicto de fraude, procedi ꝫ cum poterit per iuramentum in litem, ut per eos, & Plotum

in tracta. de iureiuran. in litem, traditum eſt. Verum hæc noſtra † concluſio reſtringitur per infraſcriptos Doc. quod non
37 procedat vbi videretur alias per teſtatorem prohibita Trebellianica, quia coniuncto iſto argumento, quod per ſe conſideratum non ſufficeret ad impediendam Trebellianicę detractionem, cum opinione contraria affirmatiua ſuper iſto articulo inuentarij concludi debet, quod Trebellianica perdatur, ideſt ꝙ non detrahatur, ita dicit Curt. iun in conſil. 54. num. 11. allegando in argumentum, auth. itaque. C. commu. de ſucceſſ. idem in conſi. 120. num. 15. & Hiero. Grat. in conſi. 160. nume. 53. 26 lib. 2. & Marſ. in conſil. 1. pag. 19. in Epit. 48. vbi hoc paulo plenius tradit, ſed iſtud ego nunquam admitterem, quia ſi caput prohibitionis de ſe non concludit ad impediendam hanc detractionem. Item nec caput omiſſi inuentarij, ſecundum vnam magis veram, & communem ſententiam, non debemus moueri ad cotrarium firmandum ex eo, quod ex pluribus capitibus fuerit ſuper hoc dubitatum, & quidem non magis quam ex vno tantum, & hoc ſi veritatē, vt oportet, amamus, præ cæteris rebus, & falſis concluſionib. nos non oblectamur. Pro altera etiam opinione etiam ſcire debes, quod limitatur, dum illi dixerunt ex non confectione inuentarij amitti Trebellianicam, non procedere hoc in filijs primi gradus ipſi non amittunt Trebellianicam ob non factum inuentarium, ſecundum Bald. in d. conſi. 101. motus fuit ex quadam æquitate canonica, & ex iuris canonici diſpoſitione. d. c. Raynutius, & c. Raynaldus, extra de teſtam. dum ibi permittitur filijs deducere Trebellianicam, & tamen eos feciſſe inuētarium non dicitur, & iſtam limitationem tenuit Gui. Pap. in quæſt. 53. referendo in curia Delfinatus ita fuiſſe ſeruatum, & ſequuntur Curt. Iun in conſilio 54 in colum. 3. & refert Haym. Crau. in d. conſi. 17. Rub. Alexan. in conſ. 43. in colum. 3. num. 9. Card. Parıſ. in conſi. 43 nu. 77. lib. 3 Hiero. Cagn. in d. l. Papinianus. § meminiſſe, vbi allegat Iaſ. in conſ. 114. lib 2 & Ruin. in conſ. 57. lib. 2. & Octa. Cache. in deci. 147. refert Senatum Pedemontanum ita iudicaſſe, licet ipſe dicat eam ſibi non placere tenēdo indiſtincte tam filios quam extraneos hæredes, ob non factum inuentarium perdere Trebellianicam. Atque limitatio hæc improbatur à multis, vt à Decio in conſilio 495 num. 26 in colum. fin. & in conſil. 480. nume. 17. nume. 18. & in d conſ. 236. in colum. 4 verſi. alia eſt opinio principalis. Corn. in conſ. 168. in colum. 4 num. 10. lib. 3. Card. Pariſ. in conſ. 126. nume. 27. lib j. & in conſ i. nume 88. lib. 3. & in conſ 17. num. 33. eodem lib. dicendo eſſe communiorem, quod etiam filij perdat Trebellicam. ex non cōfecto inuentario, idem firmat Socy. Iun. in conſ. 88. viſo, in colum. fin. lib & Ferna. Vaſquius in tract. de ſucceſſ. crea. lib j § 8 nu. 13. & Didac. Couar. in loco præallegato, vbi dicit etiam, ꝙ in ſtius eſt filios, quam extraneos hæredes priuari beneficio, Trebellianico, ex non confecto inuentario, per ea, quæ ibi allegat, & ſanè quare filius in omiſſione inuentarij, non tam puniatur quam extraneus, nulla poteſt adduci probabilis ratio: non enim magis ei conceditur hæreditaria bona ſubripere & furari. item ſi fatemur filium in alias omiſſi inuentarij pœnas incidere, in hanc quoque incidat oportet ſi hanc inferri ex non confecto inuentario per legē diximus, quia nulla lex vel iuris ratio dictat, vt cum ab vna magiſquam à reliquis pœnis eximat (dicant ſentiantq; Doctores in hoc quicquid velint.) Nec obſtat text. in d. c. Raynutius. quia cum de inuentario non loquatur vel diſponat, non eſt, quod arguamus eum velle filios deducere poſſe Trebellianicam in caſu non facti inuentarij, dico magis quam cæteros hæredes, per ea, quæ ſtatim dico, ſed debet intelligi, de hoc tacite remittere ad diſpoſitionem iuris ciuilis, & id ibi dicere ſecundum terminos iuris ciuilis, quod immutare, & in aliquo corrigere mi
38 nime eſt credendum. Quinimo (vt habeas veritatem in † hoc iuris canonici) debes notabiliter animaduertere, quod in d. c. Rayn. præſupponitur ob non confectum inuentarium Trebellianicā non amitti ab aliquo hęrede, ſed quod bene amittitur Falcidia, ob non factum inuentarium, vt expreſſim dicitur in d. c. Raynaldus, ad fin. arguendo, quod ſicut expreſſit hoc in Falcidia, ita expreſſiſſet in Trebellianica, ſi ſenſiſſet hæredem ea priuari ex hoc, vt ad confirmationem ſententiæ negatiuæ per nos ſuperius probatę argumētatus eſt Aug. Bero. in conſ 79. verſ præterea pondero tex num. 47. lib. 2. Sicq; vides non probare id, quod Bal dicit in dicto conſ. 101. ſed probare ſimpliciter prælatam ſententiam noſtram negatiuam.

39 Ad alias rationes, † quas adducit Gui. Pap. in d. quæſt. 53. reſpondet Dec. in conſ. 480. nume. 17 & in conſ. 236. in colum. 4 verſic. alia eſt opinio principalis, & non eſt opus in re clara pluribus inſiſtere, & quod Senatus Delfinatus & Pedemontanus eam limitationē receperint, potius ex capite proprio, quam ex aliqua iuris authoritate id factum comprobat, dum neſcientes reſoluere quæſtionē de Trebellianica in caſu non facti inuentarij, in filijs primi gradus negatiuam ſententiam amplexi ſunt, qui forte, ſi veritatem nouiſſent ſtare pro nega-
40 tiua, in hunc errorem prolapſi non fuiſſent. Alio † etiam modo affirmatiua limitatur, ſcilicet quādo hęres aliquod inuentarium feciſſet, licet non ad formam d. l. fi. vt tunc non amittatur Trebellianica, vt conſulendo dicit Soc. Iu. in conſ. 132. nume, 5. lib. j. poſt Pau. de Caſt ibi citatum ab eo. Card. Pariſ. in conſ. 43. nume. 78. lib. 3. Corn. in conſil 303. pluta quæſita, lib. j & videtur voluiſſe Steph Bert. in conſ. 184. nume. j. lib. 1. dum ait hæredem tunc priuari Trebellianica, cum contra eū vrget ſuſpicio fraudis, vt puta, ſi nullum prorſus fecerit inuentarium, tunc oritur præſumptio fraudis. l. tutor qui repertorium. ff. de adminiſt tuto. & ex hac ſuſpicionis cauſa, Paul de Caſt. in conſ. 36 ſuper primo dubio, in antiquis. ait, quod hæres, ſi non attigit bona hæreditatis, & ſtatim ea adita ſolo verbo reſtituit hęreditatem, Trebellianicam non perdet, ſecus ſi attigit, & dudum poſt aditionem reſtitutio eius eſt facienda, quoniam ex non facto inuentario tūc militat ſuſpitio occultationis bonorum, quę ſufficerent ad quartam. Subdit Caſt. ibi. Sed hæc limitatio laborat ſimili morbo, quoniam ſi inuentarium factum aliter, quam ſeruata forma d. l. fin. efficeret, vt pœnam Trebellianicæ perdendæ hæres effugeret (pręſuppoſito quod alias amitteretur) vtique poſſet, & deberet alias pœnas imponendas in caſu non facti inuētarij euadere, quod eſt falſiſſimum, quoniam illud tantum quod cōficitur ad formam d. l. fi. C. de iure delibe. & non aliud genus inuentarij facit euadere pęnas hęredi impoſitas, à conſtitutione, in caſu huius ſolennis inuentarij non confecti, vt probauimus ſupra in 2. par. & ideo recte damnatur iſta limitatio per Dida. Couar. ubi ſupra, & per Rolan à Valle, in dicto conſil 27 & in effectu hæc & alia ſupradicta limitationes, qui recto tramite incedunt, per veras iuris concluſiones, placere non poteſt, ſed eis inſeruit qui claudicant in iure, & pede labili ambulāt, quibus quandoque neceſſe eſt proponere huiuſmodi falſa, vt in veris ſiſtant, ex Montic. nil tibi adduco ſuper hac q. quia nil releuans dicit.

41 † Quartus caſus proponitur valde generalis, quod hæres aduerſum fideicommiſſarium vniuerſalem, quāquam inuentarium facere prætermiſerit, deducit nihilominus quicquid ſibi debetur ex quauis cauſa à defuncto, vt per Pau. de Caſt. in conſi. 19. in antiquis, & in conſ 215. ſuper primo & ſecundo, in antiquis, & Mont. hic fo. 26. nu. 5. & alibi ſæpe in eo ſuo tractatu. Fulgn. in conſ. 81 Soc Iun. in conſ. 170 num. 5. lib. 5. Ang. in conſ 64 Com. in conſ. 180. nume. 9. lib. 4. Pau. de Caſt. in dicto conſ. 78. viſa facti, & in conſ. 187. dubium facit in omnibus, in antiquis. Bal Pau. de Caſt. Alexan. & alij, in l. debitori. C. de pact & Rolan. à Valle, in conſil. 65. in ſecundo tomo, Ruin. in conſ. 112 nume. 19 verſ non obſtat ſecunda, lib 2. & in conſi. 114. nume. 15 verſ. ſed tamen. eod. & in conſ. ſequen. nume. 11. Pau. de Caſt. in conſi 165. quæritur primo. Cuma. in conſ. 37 quidam legauit, in colum. 2 Card. Pariſ. in conſil 31. nume. 52. verſ. & ex his tollitur obiectio, lib 2. & in conſil 48. in colum. 2. nume. 8. verſ. nec obſtabit, lib. 3. & in conſilio 69. nume. 39 & in conſi. 25 lib 2 Socy. in conſilio 44. nun parua. lib. 3. Bal. in conſil. 241. lib 5 Stepha Bert. in conſilio 138 lib. 4. Hiero. Grat. in cōſil. 160. in fi. lib. 2. Iaſ. in cōſil. 28. lib. 3. Anto. Natta, in cōſil. 255 nume. 6. verſi venit etiam deducenda dos, Card. Pariſ. in conſil. 5. nume. 24 lib. 2. Socy. Iun. in conſilio 7. nume. 18. lib. 4 And. Alcia in conſ. 393. Pau. de Caſt. in conſi. 321. in colum 2. in antiquis. Auguſt. Bero. in conſil 97 in 2. Alex. in cōſil. 24 viſo, in fi lib. 7. & Franc. Marc. in deciſio. 331. nume. 16 Haymon Crau. in conſ. 144 Mag. nume. 5. & tot alij hoc diserūt, quos omnes ſi vellem adducere finem allegandi nūquam facerem, & ad hoc optime facit tex in l. ab omnibus. §. fi. de lega. 1. & ibi Paulus de Caſt. & in l. ita tamen § ſi ex Trebelliano. ff ad Treb. & ibi etiam, & in l. in ratione, § quod vulgo dicitur ff. ad l. Falcidiam, & ratio eſt, quia in fideicommiſſo non veniunt bona grauati. l. cohæredi. §. cum filiæ ff. de vulga. & pupil. & reſpectu eius, cui debet hæreditas res Titij, actiones hæredi competentes aduerſum defunctum in effectu nō cōfunduntur. l. cum hæreditas ex fideicommiſſo ff. ad Treb. & ita tradūt fere oēs in l. debitori. C. de pac. & ratio rationis eſt, quoniam alioquin ei, cui reſtitueretur hęreditas, plus certè veniret reſtituendum quam oporteret, quandoquidem propter debitum defuncti hęreditas redditur, ſeu fit exiguior, ſicut econuerſo propter creditum, quo eſſet hęres debitor defuncti dicitur opulentior. l. ſi ei cui. §. ſi is qui. ff. de euictio. Socy. Iun. in conſi. 57. in colum 1. lib. 3. hærede ergo non deducente in hæreditatis reſtitutione id, quod à defuncto ſibi debetur vbique plus reſtitueretur quam eſſet per fideicommiſſum relictum, adeo quod ei daretur condictio indebiti, ad repetendum contra fideicommiſſarium, ſecundum Bal. in conſilio 421. quod domina Conteſina. lib 5. l. qui

hæredi.

hæredi. § ſi pars. ff. de condi. indeb. in quo conſi. Bal. adducit
rationem ſupradictam, quod hęres non cenſetur grauatus in
ſuis proprijs iuribus, & facultatibus, ſed ſolum in bonis defun
cti, de quibus teſtator potuit diſponere, & citat plura iura, de
quibus ibi per eum. ſic quoque contingit in peculio legato.
l. ſi quis ſeruum §. fin. l. cum filius §. Lucio. de leg. 2. vt ad hoc
propoſitum aduertit Raph. Fulgo. in d. conſi. 82. & his ſtanti-
bus, cum omiſſione inuentarij nullatenus hęres obligeẽ pre-
ſtare vltra quam à teſtatore fuerit relictũ, nec creſcat ipſum
fideicommiſſum ex eo, quod hæres non confecerit inuenta-
rium, ſequitur neceſſario concluſio prædicta ſecundum om
nes, & hoc modo argumentantur poſſime Fulgo in dicto
conſil 82. Corn. in d conſil 180. & Pau. de Caſt. in d. conſ. 78.
viſa facti. Card. Pariſ. in d conſ 31. & Socy. in d. conſi 44 quod
argumentum eſt certe indiſſolubile. Hinc in facti contingen-
tia traditum eſt ſæpiſſime in ſpecie, quod ſi hæres vult aduer
42 ſum fideicommiſſarium vniuerſalem deducere † dotes ma-
ternas, ſibi a defuncto debitas, vbique poſſit, non obſtante ꝙ
inuentarium non fecerit. Dec. Alexand. Curt. Alcia. & alij in
d. l. debitori C. de pac. Natta in conſ 255. nume. 6. verſic. venit
etiam deducenda dos matris. Card Pariſ in conſ. 5. nume. 24.
lib. 2 Socy. Iun. in conſi 7 nume. 18 lib 4. Alcia. in conſi 393.
Hiero. Gra. in dicto conſil. 160 lib 2. & ita fuit iudicatum Flo-
43 rentiæ ſæpe, † ut ego vidi in motiuis illius Rotæ, in qua qui-
dem cum eſſet oppoſitum de ſtatuto, quo cauetur hęredem
teneri vltra vires hæreditatis etiam confecto inuentario, &
argueretur ſtatutum ex hoc velle quod hæres fideicommiſ-
ſario teneretur vltra vires hęreditatis, illi domini firmantes
prædictam concluſionem, etiam in caſu ſtantis huiuſmodi
ſtatuti reſponderunt, quod illud ſtatutum loquitur de cre-
ditoribus, quod ſcilicet inuentarij confectio non proſit hęre
di, quo ad creditores, & non debet extendi reſpectu fideicō-
miſſarij vniuerſalis. Paulus de Caſt. in conſil. 321. in colum. 2.
& quod debet recipere interpretationem paſſiuam, ſecundũ
ius commune. l. j §. lex Falcidia. ff. ad leg. Falcidiam, quia ex di-
ſpoſitione iuris communis, ſolis creditoribus obligantur ul-
tra facultates hæreditatis, ſed non fideicommiſſario uniuer-
ſali, & reſtringitur ſtatutum prędictum quantum ad credita,
ad quæ teneretur hæres ultra uires hæreditatis, vt per Caſt. in
d. conſ. 321. in colum. 2. adducunt ſimile not. in d. § in compu
tatione, per gl. & Doctores, quod plane dubium aliquod pę-
nes me non recepiſſet. Vltra hoc exemplum dotis notabiliter
exemplificabis concluſionem prædictam, in eo, de quo eſſet
44 creditor hæreditatis, † quia ſoluiſſet debitum aliquod defun
cti creditori hęreditario, nam ex hoc cōtra fideicom. vniuer
ſalem in hæreditatis reſtitutione poteſt deducere. Car. Pariſ.
in cōſ. 55. num. 26. lib. 3. Pau. de Caſt. in cōſ. 147 dubium facit
in omnibus, in antiquis. eſt tex. in l ſiquid poſſeſſor §. ſed & ip
ſi ff. de pet. hæred. & in l. ſi C. eod. Bal. Saly. & Pau. de Caſt. in l.
de hæreditate. C. eo l. deducta. § qui poſt. ff. ad Trebel. & alijs
commemoratis à Corna, in memor in verſ. hęres grauatus de
reſtituendo. Nec quod inuentarium non fecerit, poteſt di-
ci hæredem de pecunia hæreditatis, quam ſubtraxerit (ex eo,
quod nō faciens inuentarium pręſumitur ſubtraxiſſe. d. §. ſan
cimus) ſatisfeciſſe nam talis pręſumptio legis, quod ſubtraxe-
rit non inducitur reſpectu fideicommiſſarij vniuerſalis, vt in
iſto propoſito dicit Fulgo. in prælleg cōſ. 82. reſpōdendo di-
cto Bal in d. l filium quem, nu. 35. quod ipſe loquitur reſpe-
ctu duntaxat creditorum, ac legatariorum, & fideicommiſ-
ſariorũ particularium, quod. ſ. hæres præſumatur ex pecunia
hæreditaria ſatisfeciſſe ſibi, vel alijs. Etenim tex. in d. § in com
putatione, loquitur de inuentario quo ad creditores & lega-
tarios, vel fideicommiſſarios particulares tantum, vt au Rui.
in d cōſ. 112 in fi lib 2. Aug. Bero in cōſ. 97. lib. 2. & Cuma. in
conſ 125. propunitur, in fi. qui licet dicat hoc de creditorib.
tãtum, hoc tamen nō releuat nunc ob ius auth. ſm quod le-
gatarij rediguntur ad inſtar creditorum, ſed non vniuerſale a
fideicommiſſarij, vt ibi per eum, hoc etiam dicit Caſtr. in d.
conſ. 215. vbi affert rationem differentiæ, de qua per eum ibi.
& profecto ſi huiuſmodi præſumptio abſolute eſſet ipſa indif
ferenter attendenda, oēs præcedentes concluſiones deſtrue-
rentur Maior difficultas exorta eſt inter Doctores, vtrum hę
res id, quod ſibi uere debebatur à defuncto, poſſit etiam de-
ducere aduerſum fideicommiſſarium vniuerſalem; quando
ex hęreditate reſtituenda tot fructus percepit, vt ad valorem
debiti aſcendãt, & ſic vtrum teneatur in verum debitum ſibi
45 computare ad eius extinctionem fructus, † ex rebus hæredi-
tatis perceptos, & vna ſcribentium opinio eſt, quod ei impu-
tentur, ſecundum glo. Bar. Pau de Caſt. Alex. & aliorum, in l.
quod de bonis. §. quod auus. ff ad l. Falc. per illum text. ibi &
Socy Iun. in d. conſ. 57. num. 13. verſ. nam primo probatur, in
colum. 2. lib 3. vbi pro ea allegat Card. Pariſ in conſi. 25. vidi,
nume. 65. lib. 2 & ſequitur Rip. in d. l. an fideicommiſ. in col.

ſi. ff. ad Trebellia. & eſt communis, ſi credendum eſt ibi Soc.
Iu. hoc atteſtanti, & probatur per tex. in dicto §. quod auus,
ſecundum unum intellectum, & ſequitur Rui. in conſilio 79.
nume. 5. in 2. lib. & Natta, in conſ. 321. num. 3. verſ. quarto di-
citur, eſſe detrahendas, & hoc indubitanter aliqui tenent in
46 quaſi debito procedere Altera autem eſt † opinio, ꝙ immo
non imputentur fructus in vero debito, & iſta eſt magis pro-
bata, eam firmat Rui. in conſil 112 in colum. fin. in 2. lib. & in
conſil 115. nume 13. verſi. nō obſtat etiam, eodem lib. ubi ait
communiter Doctores ſic velle, & Rolan à Val. in conſil. 65.
nu. 24 lib. 2. vbi ait damnari conſil. 51. Socy. Iu. præallegatum,
& ſibi cōtrarius Socy. Iun tenuit pro iſta negatiua, in conſil.
170 lib. 2. idem conſuluit Por. Imo. in cōſ. 92. in quæſt 6 num.
92. Alcia. in cōſ 648. vbi conſultus pro deciſione cauſæ ei cō-
miſſæ ſic reſpōdit, idem Alcia. in reſp. 572. ad ſi. Crau. in conſi.
295 & Rimi. In conſil. 518. & intelligunt prędicti d. tex. in §.
quod auus, procedere ex eo, quod teſtator hæredem nō mo
do in ſuis bonis, ſed etiam in bonis ipſius hæredis grauaue-
rat. nimirum ergo ſi ibi imputat ſibi fructus in ſuum creditũ,
alias ſecus, & ſecundum hanc opinionem fuit iudicatum per
Rotam Florentiæ, vt ego vidi in illius motiuis, & pro hac nos
quoque in Rota Senenſi tenuimus, in cauſa D. Iacobi de To
maſijs, cum Ill. Comitibus de Ilcio. Stat igitur iſte quartus
caſus admodum generalis, quod reſpectu fideicommiſſarij
vniuerſalis nō noceat hæredi inuentarium prætermiſiſſe. Et
47 in hoc etiam caue, dum Ang. in conſil. 299. quidam † Ciolus,
cōſulum hac noſtra cōcluſione abutens hæredem, qui inuen
tarium nō fecerat, poſſe deducere cōtra creditores ac legata-
rios fideicommiſſum vniuerſale: nam non id, de quo agitur
deducendo inſpicitur an ſit quid vniuerſale uel particulare,
ſed perſona cōtra quam eſt facienda deductio, conſideratur,
utrum, ſ. ſit fideicommiſſarius particularis, uel uniuerſalis, ha
biturus. ſ. hæreditatem, ſi eſt vniuerſalis, prędicta noſtra con-
cluſio locum ſibi uendicat, ſin minus, ſecus: quantum enim
ſit reſpectu creditorum & legatariorum omnis actio hære-
dis per aditionem hæreditatis abſque inuentario factam ex-
tinguitur indiſtincte, ſiue ſit de aliqua re particulari, ſiue de
re uniuerſali, & ita procedit tex in d. § in computatione. d. l.
ſi. & ibi not. & in d l. debitori C. de pact. vt & per Are. in cōſi.
67 diligenter, in colum ſi. Et aliud prætereа eſt cauẽdum pro
48 limitatione † præfatæ concluſionis, quod conſulendo tradit
Rui. in cōſi 67. numero 13 lib. 2. ſcire enim debes, teſtatorem
poſſe legatum nominatim ab hærede præſtãdum relinquere,
& ipſum grauare hæreditatem alteri reſtituere, & in iſto ca-
ſu hæres poteſt in reſtitutione hæreditatis fideicommiſſario
facienda, retinere pro dicto legato præſtando, & ſi prætermit-
tat retinere legatarius eum pōt cōuenire, quaſi quod in cul-
pa ſit hmōi non feciſſe retentionem: & ipſe fideicōmiſſarius
eſt tutus iam à dicto legatario, quam ab ipſo hærede, ut ha-
betur in l Marcellus. in l. cogi. §. Neratius. ff. ad Trebel. de not.
per Doct. ibi, hoc modo, ꝙ hæredi prędicto moriente, nō fa
cta hæreditatis reſtitutione, nec ſoluto legato ſucceſſerit le-
gatarius, qui ut eius hæres debeat hæreditatem reſtituere,
vtrum valeat in hac reſtitutione facienda retinere ſibi tanꝗ
legatario illud legatum cōtra fideicom. vniuerſalem. & Rui.
exiſtimauit quod non, quia tale legatum fuit ipſo iure confu-
ſum ex eo, quod legatarius adiuit illius hæreditatem abſque
inuentario ad not. in d. §. in computatione, & in d. l debitori.
nam iſtud legatum eſt debitum illius hæredis decedẽtis pro-
prium, & nō hæreditatis reſtituendæ, ſeu reſtitutæ, vt opina-
tur Rui. nimirum ergo ſi cōfundatur. Vnde reſpondet ad ea,
quæ allegantur pro noſtra ſupradicta cōcluſione, quod pro-
cedãt in debito hæreditario, cuius ſolutio pertinet ex reſtitu
ta hęreditate ad ipſum fideicommiſſarium. cōtra tamẽ poteſt
inſtare, quod cum hęres ſit eiuſdem poteſtatis, cuius erat de-
functus. l hæredem. ff de regu. iu. & ibi not. & cum defunctus
hæres potuiſſet ſi vixiſſet, in hac reſtitutione facienda, retine-
re pro dicto legato, aduerſum dictum fideicommiſſarium, ut
eſt dictum, legatarius quoque valeat ex eius perſona eandem
retentionem facere contra dictum fideicommiſſarium, dum
ei reſtituit hæreditatem ex perſona dicti hęredis præmortui,
quod, nec prius quam dictam inſtitutionem fecerit, ac in cul
pa ſit fuerit in non faciendo dictam retentionem, dici queat
iam dictum legatum eſſe effectum proprium debitum ipſius
hæredis præmortui: ſiquidem non prius fideicommiſſarius
redditur tutus, & liber ab onere dicti legati, & conſequenter
in iſto caſu hæreditatis nōdum reſtitutæ, antedicta cōcluſio
noſtra adhuc militet, faciendo differentiam hoc pacto inter
iſtum caſum atque caſum, quando hæres præmortuus reſti-
tuiſſet hęreditatem, niſi replices defendendo ſententiam Rui
ni, quod etiam antequam fiat hęreditatis reſtitutio legatum
prædictum conſideratur vere vt debitum ipſius hęredis, ꝗꝗ
ei detur illa retentio cōtra fideicommiſſarium, quod cōfun-
ditur

ditur & extinguitur per aditionem eius hęreditatis, à legata-
rio eius creditore ſimpliciter factam, vt eſt dictum, quo pe-
nitus ſic extincto fit, vt ne quidem alicui retētioni locus eſſe
queat, per ea quę dicemus infra in octano caſu, quæ quidem
retentio poteſt hęredi ipſi alias cōcedi, quia tunc ceſſat cōfu
ſio, & extinctio actionis pro legato prædicto.
49 Quintus ſit caſus, in quo nō † feciſſe inuentarium non ge-
nerat hæredi præiudicium, videlicet quando ex forma & di-
ſpoſitione teſtamenti legata moderantur ad vires hæredita-
tis, planè tunc omiſſio inuentarij, quo ad huiuſmodi legata
nō facit, quo magis obligetur heres ad illa præſtāda, verbi gra
tia, ſi teſtator reliquit de pecunijs, quas habet in tali loco, ſi in
50 eo loco tot nō fuerint, quot teſtator † legauit, profecto hęres
de ſuo ſupplere nō cogetur, quamuis inuētarium nō fecerit.
Hercu. in d. l. io ratione. § quod vulgo dicitur, num. 27. verſi.
adde prędictis. ad l. Falcid. Ange. in tractatu de teſtam. in glo.
34 nume. 5. per tex. & ibi glo. & Bart. in l. qui uinum. ff. de vin.
& trit. lega. l. ſi ſeruus. §. qui quinque. de lega. j. & vult Pau. de
Caſt. in conſil. 253. ad primum reſpondeo, in antiquis. l. ſed ſi
certos, de leg. j. l. ſi ſic §. 1. eodem. l. ſi quis legauerit, de lega. 2.
& faciunt ad hoc citata per Haym. Cran. in conſi. 187. in col.
2. quoniam apparet tunc à teſtatore legatum reſtringi ad illā
ſubſtātiam à ſe deſignatam. Quod etiam receptum eſt cōmu
51 niter cū teſtator † ſimpliciter dixiſſet, lego de bonis meis, &c.
vt per Bal. io. l. j. C. de his quæ pœnæ nom. & in conſ. 115. lib. 4.
In antiquis, quod eſt inter conſilia Alex. conſil. 70. lib. 4. idem
Bal. in l. voluntas. C. de fideicom. Corn. in dicto conſilio 180.
nume. 9. lib 4. & in conſil. 227. quamuis, nume. 5. in 3. lib. & in
d. l. fi. §. ſi vero poſtquam. C. de iure delibe. Socy. Iun. in tract.
regu. in uerſicu. hæres inuentarium, in fall. 11. Pau. de Caſt. in
conſi. 405, quæro cum, in antiquis. Caſſan. in conſuet. Burgu.
io rub. 8. des ſucceſſions. § 13. in glo. par benefice de inuen-
tario, in colum. 2. Corn. in conſi. 39 addo, lib. 4. And Barb. in
c. Rayualdus, extra de teſtamen. & dixi in tract. de lucro dot.
in glo. 8. in verſicu. vir lucretur, nume. 61. quia videtur ex his
reſtringere legatum ad bona ſua. Super † quo etiam animad
52 uertendum duxi, ſecundum Franciſcum Pepum ibi per nos
allegatum, an ea uerba, de bonis meis, videri queant effuſa ex
quodam notariorum ſtylo pręter teſtatoris mentem, an ve-
ro ab ipſo teſtatore eum myſterio cauſa limitandi legatum
ad menſuram ſubſtantiæ hęreditariæ, vt in primo caſu buiuſ
modi verba nō ſint alicuius effectus, in ſcđo ſecus: vnde prę-
dicta concluſio firmanda ſit, quotieſcunq; ſatis apparet teſta-
torē voluiſſe ad vires hæreditatis legata reſtringi, & deberi,
alias ſecus. Hinc aduertatur, quod Corn. in dicto conſilio 39.
perpendit coniecturis præſertim concurrentibus, illa verba
53 fuiſſe prolata ibi, † non eo reſpectu vt prouideret contra le-
gem inuentarij pro hęrede, ſed eo reſpectu, vt alius ibi nomi
natus releuaretur ab ea præſtatione pecuniarum qua hære-
dem grauabat, & quod ideo omittendo inuentarium ibi te-
neretur inſolidum legatario, ſecundum d. §. ſi vero non fece-
rit, & dicit Bal. dictum procedere quando ſunt expreſſa ad le-
uandum hęredes a pęna inuentarij, vt eſt cum ſimpliciter ex-
primuntur, non autem cum exprimuntur ad leuādum alium
ab ea præſtatione, illius nomine expreſſo, vt ibi in ſuo caſu,
quam differentiam notabis, quoniam eam puto veriſſimam.
54 Idem arbitror abſque † dubio firmandum eſſe, etiam quādo
legatum ex ſui natura nō excedit vires hæreditatis, uerbi gra
tia, ſi legatur vſusfructus bonorum, certe in hoc quoque ca-
55 ſu quamuis nō fecerit inuentarium, hæres † non poteſt obli-
gari ad aliquid vltra quam in bonis fuerit hæreditatis, & ſic
ad aſſignandum uſumfructum aliquem niſi bonorum, quæ in
hæreditate deducto ęre alieno ſupererint, ſecundum Rapha.
Cuma. in conſi. 30. ſtatuto cauetur, io colum. 3. vbi hunc ca-
ſum notat pro ſingulari, & mouetur quia bona non intelli-
guntur, niſi ęre alieno deducto. l. bonorum. l. ſubſignatum. ff.
de verbo. ſignifi. & ſic huiuſmodi legatum non poteſt intel-
ligi factum, niſi de eo, quod ſupereſſet ſoluto ære alieno. l. fi.
ff. de vſufructu lega. & miror quod Alcia. in d. l. ſubſignatum,
tenuerit contrarium, videlicet, quod ſi non fecit hoc inuen-
tarium hæres obligetur inſolidum, citra vllam vſusfruct. di-
minutionem: non enim (ut ait Cuma. in d. conſi. 30.) hęres ob
omiſſionem inuentarij poteſt in plus obligari quam ſit lega-
tum, quia lex inuentarij noua non vult ex hoc plus præſtari,
ſed tantum vult legatum compleri, vt perpendit Fugo. in d.
conſilio 82, punctum, in colum. 4. d. §. ſi vero non fecerit. ibi
complebit legatarios, &c.
Aduerte etiam, quod ſi vſusfructus omnium bonorum ſit
legatus, & hæres debeat defuncto, vtputa ſcutos mille, quod
vſufructuarius non habebit vſumfructum ſcutorum mille
per hæredem debitorum defuncto, ſecundum Borg. in tract.
de vſufruc. mul. nume. 73. verſic. & aduerte, quia (inquit ipſe)
actio illa per aditionem hęreditatis fuit confuſa, & extincta,
iuxta vulg. & allegat Rolan. in conſ. 71. num. 60. & Aug. Bero.
in quæſt. 13. quod penes me non eſt clarum, quoniam licet
quo ad ipſum hæredem actio vere confundatur, non tamen
quo ad alios, in quantum hæredis debitum reddit hæreditatē
opulentiorem, & computatur inter bona hæreditatis in cal-
culo illius bonorum, ideo melius cogita. & addit quod facto
inuentario hæres poteſt deducere, quod ſibi à defuncto de-
betur, & ab eo inuita petere poſſet, & in hoc vxor vel alius,
cui vſusfructus omnium bonorum fuit legatus, non poteſt
vſumfructum conſequi, vt dicit Borg. in d. tract. de vſufruc.
num. 111. verſic. 7. deduceret, & econuerſo (ſubiungit) inuen
tario non confecto hæres non poteſt creditum ſuum, i. illud
quod defunctus ſibi debebat, in præiudicium legatariorum,
& creditorum teſtatoris deducere, vt æs alienum uxoris vſu-
fructuariæ omnium bonorum à teſtatore relictæ, & allegat
quam plures auctoritates, ſed an ad rem tu videto, aduertens
in iſto caſu adhuc vrgere rationem antedictam, quod in cal-
culanda ſubſtantia hæreditaria habetur ratio crediti, & debi-
ti ipſius hæredis, qua habita ſuper reliquo bonorum conſti-
tuetur vſusfructus, & nume. 221. verſi. aliqui tenuere, in quæ-
ſtione, an vſusfructus debeatur ex bonis particulariter aliis le-
gatis, dicit, quod, ſi propter legata particularia vſusfructus vni
uerſalis reddatur inutilis, tunc ex veroſimili teſtatoris men-
te hæres, ſi non fecit inuentarium, tenetur vſumfructum cō-
ſeruare. allegat auth. ſed cum teſtator. C. ad l. Falcid. Crau. in
conſil. 17. & conſil. 219. Crot. conſi. 67 Natta, conſi. 7. & alia,
de quibus ibi per eum: ſed an id probent, tu uideto, iſta ratio,
ne vſusfructus propter alia legata reddatur inutilis, non ſua-
det aliud, niſi quod ratio ęqualiter omnium legatariorum ha
beatur in diſtributione corporum hæreditatis inter eos iux-
ta iuris diſpoſitionem, non autem deſtruit concluſionem
per nos firmatam ſuperius, poſſet forte dubitari, quod ſi alia
legata eſſent facta in pecunia, ob nō factum inuentarium hę-
res teneretur illis ſolida præſtare, & corpora hæreditaria dare
in vſumfructum ei, cui teſtator vſumfructum reliquiſſet, co-
gita. Borg. in tract. de vſufru. muli. nume. 98. verſi. 5. deducet:
ponit diffuſe de vſufructu omnium bonorum, an cenſeatur
reliquiſſe vſumfructum ſuper bonis emphyteuticis & ſimili-
bus, & diſtinguit inter emphyteuſim nouam & antiquam,
ad hoc vt reputetur res hęreditaria, de quibus teſtator potue
rit diſponere. Item dicit quid iuris, quando particulariter re-
liquiſſet vſumfructum ſuper rebus emphyteuticis ad filium
pertinentibus, & ſimilibus, & filius eius hæreditatem adiuiſ-
ſet abſque inuentarij beneficio, volens in iſto caſu teneri ad
ratum habendum talem vſumfructum ſuper rebus proprijs,
quod certe verum eſt iuxta per nos trad. & allegat quam plura
de quibus ibi per eum.
56 Eodem modo † cōcluditur in legatis alimentorum, & ho-
rum reſpectu hæres ex non facto inuentario non patitur pę
nam & præiudicium Bal. in d. conſ. 70. & in d. l. voluntas. C. de
fideicom. Iaſ. in d. l. fi. § et ſi præfatam. Socy in d. regu. in fall. 7.
nam alimenta debent ex bonis hæreditatis, ſeu ex eorum fru
ctibus, & redditibus præſtari, ſalua rerum ſubſtantia, adeo quod
non cogitur hæres corpora hæreditaria vendere cauſa ſubmi
niſtrandi alimenta, vt ait Cuma in dicto conſilio 30. in col 3.
& hoc intereſt inter alimenta præſtanda ex bonis, vel ſuper
bonis alterius, ſcilicet hæredis, ſeu teſtatoris, & alimenta ero-
ganda ex bonis ipſius alēdi, quoniam in ſecundo caſu, ſi red-
ditus, & fructus eorum non ſufficiant, ipſorum bonorum di
ſtractio permittitur, ac iubetur, ſed non in primo. Pract. Pap.
in for. libe. pro lega. num. 99. verſic. nota quod. Ange. in l. qui
bonis. ff. qui bo. ced. poſſ. Barba. in l. pe. ff. de alimen. leg. l. Im-
perator. ff. ad Trebel. Marcus in deciſio. Delfi 323. vbi ſequen
do prędictam Bal. concluſionē, allegat glo. in § illud, in Auth.
de non elig. ſecu. nub. & ita conſulendo determinat Ioan. de
Ami. in conſi. 56 in curia. vbi cōcludit reſpectu legati alimen
torum, omittere inuentarium hæredi nō officere, ſuper qua
tamen concluſione mouit dubitationem Natta, in conſ 387.
numero 9. in ſecundo tomo dicens, quod Baldi dictum in d.
l. voluntas, eſt dubitabile propter iuris regulam, quod hæres non
confecto inuentario obligatur ad ſolida legata.
57 Præterea † & aliter euitat ipſe pro caſu ſuo, faciendo diffe-
rentiam inter caſum quādo teſtator ſimpliciter legat alimen
ta, & caſum, quando legatur ſecundum certum modum uel
taxationem, prout in ſuo caſu eſſe dicebat, in quo fuerant ali
menta relicta, prout in vita teſtator conſueuit præſtare. & ra-
tio differentiæ poteſt eſſe inter hos caſus, quoniam in iſto ſe-
cundo videtur legatum, & eius obligatio de aliquo certo, &
determinato, & propterea hæres non faciendo inuentarium
venit abſolute cogendus ad ea, quemadmodum pro alijs le-
gatis certis ac determinatis adſtringitur in tali caſu, quamuis
hæreditatis bona non ſufficiant. in primo autem caſu non vi-
detur hoc dici poſſe, quia legando ſimpliciter alimenta, deter
minatum

minatum aliqui non legat, vel quia ſecundum iuris diſpoſi-
tionem non debentur ſupra vires hæreditatis, vel etiam quia
poſſunt varie decerni, & præſtari, modo pinguiora, modo te-
nuiora, inſpecta qualitate, ſeu dignitate perſonæ, & defuncti
58 ſubſtantia. Et circa huiuſmodi † legata aduerte etiam, an ſi
ſunt temporalia poſſit dici, quod hæres, ex quo proprietas bo
norum eſt ſemper remanſura penes ipſum, debeat de ſuo ſol
uere, ſi fructus bonorum non ſufficiunt pro eis, & Paulus de
Caſt. in d. conſil. 405 primo quæro cum, in antiquis, tenet quod
ſic, quia debet id cum proprietate compenſare, dicit ipſe d. l.
filiusfa. §. Marcellum. de lega. j. ſi tamen finito tempore huiuſ-
modi legatorum, proprietas inutilis non eſt hæredi remanſu-
ra, vt in ſuo caſu ibi, ſuper quo etiam cogita. Huc etiam perti-
59 net † aliud dictum eiuſdem Bal. in d. l. voluntas. dum dixit, quod
ſi legatur quid, ex arbitrio boni viri præſtandum, omiſſio in-
uentarij reſpectu talis haud officiet, quia bonus uir non arbi
traretur legatum dari vltra vires hæreditarias ſed Iaſ. in d. l. fi.
§. etſi præfatam, verſicu. 4. limi. hoc improbat, quia immo (in-
quit ipſe) bonus vir, qui debet ſecundum leges arbitrari, vltra
etiam hæreditatis vires, ob non factum inuentarium arbitra-
retur, & eum ſequitur Natta, in d conſi. 387. nume. 9. ſed pro
Bal. poſſet replicari, quod bonus vir non arbitratur ſecũdum
rigorem iuris, ſed ſecundum æquitatem naturalem, vt Doct.
ſæpiſſime aiunt. loquitur præterea Bal. in materia alimento-
rum decernendorum arbitrio boni viri & alimenta (vt eſt di-
ctum) reſtringuntur ad facultates per defunctum relictas.
6u Sextus eſt † caſus, quãdo obligatio defuncti, ex diſpoſitio-
ne legis, vel ſtatuti, eſt ad vires patrimonij reſtricta, veluti obli
gatio dotandi filias, iux. tex. in l. qui liberos. ff. de ritu nuptia l.
61 obligamur § lege. ff. de † actio. & obliga. l. filiæ. de leg. 3 l. fi. C.
de dot. promiſ. quæ quidem dotandi obligatio ſupra id, quod
pater commode poteſt, non ſe extendit, ut per Matt. de Affli.
in deciſ. 179. in quadam Docto. in l. j. ff. ſolu. matri. & in d. l. fi.
cum igitur huiuſmodi obligatio transferatur ad hæredes, vt
plerunque contingit ex forma ſtatutorum excludentium fi-
lias ab hęreditate patris, grauando maſculos ad eas dotandũ,
ſi reperiatur hæreditas non ſolnendo, quamuis inuentarium
non fecerint hęredes patris non tenebuntur dotes filiabus
ſoluere, ſeu non ſupra certe quam facultates defuncti ferre
poſſunt, vt conſuluit Pau. de Caſt. in d. conſi. 321. viſo puncto
ſuprascripto, in colu. 2. verſ. ſed aduertendum eſt, in antiquis.
vbi conſiderat obligationes, quæ reſtringuntur ad vires pa-
trimonij, differentes ab obligationibus ſimplicibus, ſcilicet
ad vim bonorum non reſtrictis, & pro his omiſſio inuenta-
rij non nocet, ſecundum eum ibi. aduertendo tamen, quod
62 ſi dos in quãtitate certa eſſet filiæ à patre relicta † aliter opor
teret dici, quam concluſimus in caſu prædicto, cum ex ſola
legis vel ſtatuti diſpoſitione deberetur. quando enim eſt le-
gata, non poteſt de ea dici, niſi prout de alijs legatis, in quan-
titate certa factis, quæ ſi inuentarium non fiat, inſolidum de-
bent etiam vltra vires hæreditatis præſtari. §. ſi vero non fe-
cerint. de hære. & Falc. in Authen. vt concludit Caſt. in dicto
conſilio 321. in colum. 3. verſicu. ſed & tertio, ex eo, quod (vt
ipſe ait) hæres adeundo ſimpliciter hæreditatem ex teſtamen
to, creditur habere notitiam de contentis in eo, ad not. in l.
qui Romæ §. duo fratres, de verbo. obligatio. l. cum hæres. ff.
de libe. lega. & velle ſe ad legata teneri, quia cenſetur cum le
gatarijs tunc contrahere. l. apud Iulianum, in fi. ff. ex qui. cau.
in poſſ. ea. cum concor. & quidem ſecundum iuris cenſuram,
quod ignorare nefas eſt. l. leges ſacratiſſ. C. de legi. & ibi no &
hanc concluſionem facit Pau. de Caſt. ibi in terminis ſtatuti
Florentini, quod reſpectu legatariorum non aufert hæredi inuen
tarij beneficium, & ideo nec præiudicium vel pęnam in quã
inciditur ſatisfaciendi eis inſolidum, ſi illud facere omittat, ex
præmiſſa concluſione infertur etiam ad caſus, in quibus de-
63 functus non poterat, niſi pro viribus ſuæ † ſubſtantiæ cogi. &
profecto non pauci ſunt, vt pura filiusfamilias, qui per imperi
tiam iudicauit, ad patris intereſſe non condemnatur, niſi in
quantum facere poteſt, & ideo eius hæres, in tali caſu nõ co-
getur niſi pro viribus hæreditatis omiſſo etiam inuentario,
tradit Bal. in d. auth. ſed cum teſtator, nu. 22. C ad l. Falc. Item
exempla plura ſunt, in l. ſunt quidam, & in legib. ſeq. ff. de re
iud. nempe ſocius omnium bonorum maritus, & uxor, pa-
rentes, patronus & patrona, ſocer ex cauſa dotis, & donator
reſpectu donationis, miles armatæ militiæ. quæſtio ergo eſt,
vtrum eorum hęredes eo beneficio potiantur, ne ſcilicet cõ-
ueniatur vltra vires hæreditatum prædictorum, & non pau-
ci dixerunt, quod ex illa ratione, quia omiſſione inuentarij non
fit, quo magis hæres teneatur, quam defunctus ipſe teneret,
in his caſibus hæres non cogetur niſi pro viribus hæredita-
tis, tametſi inuentarium non confecerit. Anch. in conſi. 411.
& in c. peccatum, in colum. 27. verſic. quęro nono dicẽ. eſt de
regu. iu. in 6. & in c poſſeſſor, in colum. 8. verſic, in quæſtione
autem propoſita. eo. titu. Aret. in conſil. 148. Socyn. in d. regu.
170. in verſicu. hęres inuentarium, in fall. 5. Caſtan. vbi ſupra.
Vital. Camb. vbi ſupra. Ang. & Ioan. de Imo. in l. j. § hæc ſtipu
latio. ff. ſi cui pluſquam per l. Falcidiam Alexan. in rub. ff. de
acquiren. hęre. in colum. 2. verſic. ſecundo modo. Quod ſanè
veriſſimum eſſet, ſi illud defuncti beneficium, quod nõ cogatur
64 vltra quam facere poſſit, indiſtincte ad hęredes † trãſiret, ſed
in iure cautum habemus plerunque non tranſire huiuſmodi
priuilegium veluti perſonale: nam maritus tale priuilegium
haud tranſmittit ad hæredem extraneum, ſed ſolum ad filios
hæredes. l. maritum. l. etiam. l. rei iudicatæ. § fin. ff. ſolu. matri.
& non ad omnes quidem filios, ſed ad eiuſdem matrimonij
filios. Iaſ & Alexan. in d. l. non tantum. §. quod autem, num. 7.
verſic. & pro expeditione glo. & Bal in d. l, etiam. alij vero hu
iuſmodi beneficium non transferũt ad hæredem regulariter.
l. ſciendum l. ſi cum procuratore. ff. de re iud. & ibi gl. & Doc.
65 l. & ſi fideiuſſor. ff. eo. Vnde aduertit † Alexan. in d § etſi præ-
fatam, num 4. verſic alios caſus, quod ſuprascripta concluſio eſt
vera duntaxat in caſu filiorum hæredum, ad quos illud priui-
legium poteſt tranſire. d. l. ſciendum, & eum ſequitur ibi Iaſ.
in colum. 2. verſi. ſecundo limita, ſed Alexan. ibi contrarius,
in d. rub aliter concludit, nempe quod illud beneficium licet
non tranſeat ad hæredes, attamen quia defunctus non debet
eſſe melioris conditionis, quam eius hæres, adhuc tenen-
dum ſit, hęredem eius ſimiliter non grauari ſupra vires hæ-
reditatis, ſed hoc dictum mihi valde diſplicet: manife-
ſte enim refragatur diſpoſitioni clarę dictarum legum, quę
iſtam differentiam faciunt inter defunctum & hæredem, vni
indulgent illud priuilegium, & alijs negant, & expreſſim attri
bui perſonę ait tex. in d. l. & ſi fideiuſſor, & non eſt nouum ali
quando concedi defuncto vnum, quod negatur eius hæredi-
bus, vt per Aſin. in l. j. nume. 281. ff. de relig. & ſump. fun. & eſt
tex. clarus de hoc non citatus ab eo, in l ſi per imprudentiam,
§ non mirum. ff. de euictio. & Alexan. non confiſus hac ſua
ſententia aliter propterea diſtinguit, quod ſi hæres ſciuit hæ-
reditatis vires, & poſtea adeat abſque inuentario, tunc obli-
getur inſolidum creditoribus, ac legatarijs, quaſi videatur cũ
eis contraxiſſe ſecundum vulg. Sed ſi ignorauit ſecus, & in
dubio pręſumatur ignoraſſe, ex quo nemo ſuum factare pręſ-
ſumitur. l. cum de indebito. ff. de proba. quę diſtinctio in pro-
poſito nihil valet. teneas igitur tu indubitanter, quod vbi illud
beneficium eſt perſonale, hæres cogatur inſolidum, vt eſt di-
ctum: vbi autem ad hæredes eſſet trãſmiſſibile, ſecus, ſ. quod
hæres non obligabitur inſolidum, ſed duntaxat ad vires hæ-
reditatis, vt tradit Are. in l. cum hæreditate. ff de acqui. hęre.
& in rub. ff. eo. in colum penult. vbi ait legem inuentarij po-
nere hæredem, quando illud non fecit in ſtatu, in quo erat
de iure antiquo, vt valeat conueniri, quemadmodum alias
circumſcripta lege inuentarij poſſet, pręterquam in eo, quod
lex expreſſit, quod eſt, l. vt ſoluat legata, etiam excedentia de-
functi ſubſtantiam, quod vnum de iure antiquo non eſt. extra
hanc pœnam à lege expreſſam, conſtitutio inuentarij non in-
tendit aliquod beneficiũ iuris antiqui hęredi auferre ob non
factum inuentarium, ideo ſi habet huiuſmodi beneficium
hæres, ne valeat alias conueniri vltra vires hæreditatis, omiſ-
ſione inuentarij minime fit, quo magis conueniri valeat, &
tale beneficium perdat, & ſecundum hanc doctrinam opor-
ter accipi authoritatem, ſeu deciſionem Ancha. & aliorum
ſuperius citatorum, & in hoc puncto maior difficultas eſt in
diſcernendo, quãdo huiuſmodi beneficium, ne conueniatur
66 vltra quam quis facere poſſit, ſit perſonale, vel ne, vt pura in
debitore † cedente bonis, qui ſimiliter habet huiuſmodi be-
neficium. l. is qui. ff. de ceſſio. bono. & Bal. in l. fin. ad fin. verſ.
quæro addens. C. qui bon. ced. poſſ. habuit hoc beneficium
pro reali, & non perſonali, dum ibi dixit, quod hæreditas eius,
qui bonis ceſſit, ad hæredes deſcendit, cum ſua cauſa, ſuiſque
vitijs, qui propterea in plus nequeunt adſtringi quam ipſe
defunctus poſſet, ſi viueret, & quod beneficia per eum ade-
pta, tam quo ad agendum, quam quo ad excipiendum, om-
nia tranſeunt ad hęredes. l non ſolum. ff. de in integ reſti con-
cludens, quod ideo non præiudicet in hoc hęredi non feciſſe
inuentarium. in iſta opinione fuit Anch. in d. cap peccatum,
Socyn. in d reg in fall. 7. Ludo Roma. in d. rub. Alexan. & Iaſ.
in d. §. & ſi præfatam, verſic. ſecundo limita. At Brunus Arim.
in tracta. de ceſſio. bono. in quæſt 6. quartæ quæſt princip. di-
ſputando hanc quæſtionem, tenet huiuſmodi beneficium
eſſe perſonale, & non tranſire ad eius hæredes. l. non ſolum.
§. ſi puellæ. ff. de ritu nupt. & reſpondet Bal. quod aliud eſt in
reſtitutione in integrum, quia non tam perſonale, quam rea-
le reputatur in integrum reſtitutio, per ea, quæ ibi allegat.
ego autem in hoc, neſcio in præſentiarum quod verius ſit
determinare. Illud aſſerendum eſſe non dubito, quod ſi eſt
tranſitorium ad hęredes, ex inuentarij omiſſione hęres cę-
dentis

dentis bonis non magis obligabitur, quam ſi illud confeciſ-
ſet. Monticu.hic fol.28.& fol.29. numе.28 enumerat decem
perſonas, quę cum ex iure communi non cogantur vltra quā
facere poſſunt earum, ſimiliumque perſonarum hæredes, ait
in caſu etiam non facti inuentarij vltra vires hæreditatis non
cogi. verum poſtea ipſe aliter dicit, diſtinguendo ſuper cu-
iuſque fere perſonæ hærede, & eius conſideratio tendit in il-
lud ipſum, quod nos cogitauimus, an ſi illud priuilegium tran
ſiuerit in talem hæredem, vel non. Obiter tangam duo priuſ-
67 quam ad ulteriora † progrediar, primum, quod hæres, qui nō
fecit inuētarium, bonis cedere nequit, quia doloſus illud mi-
ſerabile iuris ſubſidium non habet. hoc tradit Bal. in l.j. num.
3. verſic. quæro an hæres. C. qui bon. ced. poſſ. Iaſ. in §. minus.
verſicu. quæro quoque, inſtitut. de actio. Atim. Monticu. hic
fol.79. nume.551 vbi ſupra, in princip. ego autem exiſtimo
contrarium verius eſſe, quod immo ex non confectione inuen-
tarij haud perdat hoc beneficium, quoniam pœnas, quas Im
perator appoſuit hæredi inuentarium non facienti, nos non
debemus ex noſtro capite augere, & multiplicare. c. odia, &
ibi not. de reg. iu. in 6. & cum tibi permittatur à lege viam iu-
ris antiqui amplectendo adire abſq; inuentario. §. ſed noſtra.
inſtitu. de hære. qual. & diffe. d. l. fi. §. ſin autem hoc aliquis, nō
poteſt eſſe in dolo aliquo. l. Graccus. C. de adult. qua ratione
Cuma. in dicto conſilio 30. & Fulgo. in dicto conſil. 82. nega-
runt contra hæredem non facientem inuentarium in litem
iuran, niſi in caſu vt dixi in præfat. quia non tenetur, ſi non
vult illud facere, vt ait ibi Cuma. & Montic. vbi ſupra, fol 25.
qui etiam magis probat, fol. 13. nume. 46 quod hæres, qui il-
lud non facit, ex hoc non eſt doloſus. ex hoc determino alte-
rum Bal. qui in d. auth. ſed cum teſtator, nume. 22. videtur te-
nere, quod filiusfamilias, adeundo hæreditatem abſq; inuen-
tario dicatur ex maleficio obligationem auxiſſe, ex eo, quod
68 lex † tunc præſumit bona ſubtraxiſſe, d. §. ſancimus, inferēdo
ad vnam quæſtionem, quam relinquit indeciſam. Nam re ve
ra lex nō præſumit ſubtractionem bonorum, ſed ex eo, quod
poteſt euenire, vt occultentur, & ſubtrahātur bona, inſtituit,
illam inuentarij conficiendi formā, vt aduertit Fernan. Vaſq.
in tract. de ſucceſſ. crea. lib. j. in § j. nume. 26. & Bal. ipſe, in con
ſil. 382. in quæſt. M. in colum. 5. nume. 19. verſic. item fallitur,
lib. 5. volētes, quod Imperator conſiderauerit poſſibilitatem
ipſam, quod ſcilicet hæres ſubtrahere potuerit, licet non ſub-
traxerit vere, non autem aliquam præſumptionem, quod ſci-
licet præſumatur ſubtraxiſſe. ſic ergo non eſt verum, quod præſu
matur, quicquid Doct. dicere ſolent in hac re, per tex. in d. §.
69 ſancimus. Proſequendo † autem rem noſtram etiam ſcien-
dum eſt, de iure Pontificio hæredes conueniri poſſe vſq; ad
facultates per defunctum relictas, in caſu quando defunctus
incendio, vel alio delicto intulit aliquod damni genus alteri,
etiam quod cum defuncto lis non eſſet conteſtata, vel ex eo
delicto non perueniſſet aliquid ad defunctum delinquētem,
ſeu eius hæredes, & notatio differētiam inter ius canonicum
& ciuile, quod de iure ciuili niſi cum defuncto fuerit lis con-
70 teſtata, † vel ad hæredes aliquid ex delicto peruenerit, hæres
delinquentis non tenetur. Henr. Bohic. in d. c. fi. ext. de ſepul.
Deci. & Hiero. Cagno. in l. pœnalia. de regu. iu. l. pupillum §.
hæres ff. eo. l. j. ff. de priui. delic. §. non omnes. inſtitu. de perpe.
& tempo. actio. l. j. & ibi Doc. C. ne ex delic. defun. l. defuncto.
de pub. iud. l. ſenatuſc. §. ſi propter mortē. ff. ad Turpil. & cum
agitur ad publicam vindictam, neceſſe eſt etiam quod con-
demnatio ſequuta fuerit, vt eius hæredes teneantur. Henr.
Boic. in d. cap. fi. l. a ſi. ſi appel. pend. l. iudiciorum. ff. de accuſa.
& hoc veriſſimum, quicquid dixerit Didac. Couar. lib. 3. va-
riarum reſolutio. in cap. 3. verſic 3. inquirendo, dum ſcilicet,
ait, poſſe attentari contra communem, quod immo ex iure
ciuili etiam hæredes tenentur ad emendationem damni ex-
tra caſus prædictos, nam ad hoc nihil adducit in iure releuās,
& in terminis oſtendit contrarium, Rui. in conſi. 20. in col. 1.
lib. 4 per tex. in l. inde Neratius. §. hanc. ff. ad l. Aquiliam. vbi
loquens de actione legis Aquiliæ pro damno illato, ait pro
emendatione damni dati non tranſire illam actionem in hæ-
redem. De iure autem Canonico aliud traditum eſt, quod qua-
tenus hæres habet de bonis defuncti tenetur illius animam
71 exonerare, † reſarciendo damna illata per eum proximo, ut
iſtam differentiam adnotando probat glo. in cap. fin. extra de
ſepul. & in cap. tua. extra de vſu. & in cap. epiſcopus. qui filios.
in verſic. ab hæredibus 12. quæſtio. 2. & in cap. ſi epiſcopum,
quod abſit, in verſicu. reddatur 16. quæſt. 6. & in cap. à nobis
el 2. extra de ſenten. excommu. & in cap. eccleſia quæ. § item
peccato 2. quæſtio. 4. in verſicu. conquiſita, & in ſumma. 2. q.
24. in verſic. quod autem. Domi. de S. Gemin. in conſil. 3. Iaſ.
in l. ſi eum. §. qui iniuriarum, numero 5. ff. ſi quis cautio. Deci.
in d. l. pupillum. §. hæres. & plene per Rodo. Sua. in allega 26.
verſi. ſecundo eſt aduertendum. Rolan. in tract. Hoſ. teſtam.

in rub. 28. numero 18 & alij plures de quibus infra in puncto
quæſtionis noſtræ, & optime probatur per tex. in d. c. fi. & in
c. literis. extra de rapto. dum ibi cautum eſt hæredes homici-
darum, incendiariorum, raptorum, ſimiliumq; perſonarum,
per cenſuram eccleſiaſticam compelli ad emēdandum dam-
na, per defunctum alteri illata vſque dum facultates præmor-
tui delinquentis ſuperſunt, & non vltra, idem traditur in hę-
rede viurarij, vt habetur per tex. in c. quamquam, de vſuris. in
6. & in c. tua. extra eo. hocque totum ſumma cum ratione, ac
mira pietate factum eſt, vt delinquentium animæ à peccatis
abſoluantur, vel à pœnis corū cauſa ſuſtinendis eximantur,
vt & ſcribentes omnes aduertunt. in hac itaq; obligatio-
num ſpecie reſtrictarum ad vires ſubſtantiæ per defunctum
relictę ſecundum diſpoſitionem iuris canonici, ſuccedit an-
tedicta concluſio, quod hæres, quamuis prætermiſerit inuen
tarium facere, in hoc caſu, in quo ſecundum ius canonicum
compelleretur pro delicto defuncti, non valeat cogi, niſi pro
viribus hæreditatis, vt dixerunt Anch. in conſilio 412 prima
facie. Aret. in conſi. 148. Corn. in d. l. fina. §. ſi vero poſtquam.
& Domin. de S. Gemin. in d. c. quamquam, num. 13. verſi. ſed
dubium non eſt. Ancha. in d. c. peccatum, & in d. c. poſſeſſor.
Bal. in l 2. C. ad l. Iul repet. & in l. fin. in princ. ad fin. verſ. ſexto
quæro. C. de iure deliberan. & in l furt. vbi ait hęredem de-
linquentis teneri de iure canonico, ſiue fecerit inuentarium
ſiue non, & vſque ad vires duntaxat bonorum defuncti, &
Negu. in trac. de pig. & hypo. in 2 par. in 4 memb. nume. 124.
verſic. & licet Bart. vbi refert hanc eſſe communem Docto-
rum ſententiam, & Anto. de Bur. in dicto c. literis. Feder. de
Sen. in conſilio 21. nunquid hæres, ad fi. Henri. Bohic & Abb.
in d. cap. fina. Abb. in dicto cap tua nos, numero 11 Ruin. in
d conſil. 20. lib 4 & Barto. Brixien in queſt. Ven. Bi & Docto.
alibi pluribus in locis, & defenditur optime ex illa ratione,
quoniam omiſſio inuentarij non operatur, vt vbi non eſt ali-
72 cuius rei obligatio, † ex eo inducatur, vel ſi qua adeſt, illa am
plietur & extendatur, vt in propoſito aduertit Anch. in dicto.
c. peccatum, & in d. c. poſſeſſor. Aret. in d. rub. de acqui. hære.
in colum. 3. Henr. Bohic Feder. de Sen. & Domin. de S Gem.
in locis pręallegatis. Sed ea obligatio de iure canonico ſic ſe
habet, ergo &c. Contra tamen inſurgit Abb. in dicto cap. fin.
& in d cap literis audacter tenens contrarium, cuius opinio-
nem verbis exornat Aſinius, in l j. numero 115. ff. de relig. &
73 ſump. fun. quem † videtur ſequi Bertach. in tractatu gabell. in
4 par. princip. in quæſtione 20. verſic. circa prędicta, num 31.
& Florian. & alij nonnulli ab Aſinio citati. Etenim dicit Abb.
ſemper prædictam concluſionem licet communem ſibi val-
de diſpliceuiſſe, & negat probari ex iuribus præallegatis. ſecun
dum Innocentium ab ipſo citatum, quod hæredes ibi non
cōueniuntur immediate ex delicto defuncti, ſed ex ipſa pro-
miſſione quam defunctus fecit ei confitendo propria pecca-
ta, & recipiendo abſolutionem eorum, ſiquidem ſacerdos di
citur habere officium publicū & pro omnibus ſtipulari poſ-
74 ſe, vnde † ex ea omnes quorum intereſt, agere queunt. l. non
quaſi ff. rem ſaluam fore. vnde ait non eſſe ſpeciale, in dicto
cap. quamquam, pro vſuris tantum, ſed eſt quid generale in
omnibus caſibus: nam regulariter Sacerdos poteſt alteri ſti-
pulari tanquam publica perſona Iaſon in l j. §. huius ſtudij, nu
me. 5. verſic. item per iſtum tex. ff. de iuſtitia & iure, vbi refert
ita tenere Barto. Guliel. de Cun. Io. And. Anto. de Bur. Inno.
Hoſtien Spec. Bal & alios, in locis de quib. ibi per eum. Spec.
in tit. de inſtru. edit. §. nunc vero, in quæſtio. 14 & tex in dicto
cap dudum. extra de conuer. coniuga. quod etiam intelligit
de ſacerdote non parochiali, per tex. in §. quantum autem, in
auth. quibus modis natura. effic. legit. & in cap. fina. extra qui
cle. vel voue. pro quo facit quod dicit Archi. in d. c. quāquā.
in fi. in colum. 1. dum ait ſacerdotem parochiæ eſſe iudicem
& miniſtrum eccleſiæ, & ideo alteri acquirere poſſe. l. enim.
ff. de in ius voca. Addit etiam Abb. quod etiam vbi ſacerdos
talem cautionem non exegiſſet, opinio ſua ſit vera, quia taci-
te cenſetur præſtita, ex quo eum pœnituit coram eo ſe pec-
caſſe, & à ſacerdote meruit abſolui, pœnitere enim non po-
teſt quis, niſi velit proximo damna reſarciri pro viribus ſuis.
c. cum tua, & ibi not. extra de vſur. vbi traditur, quod non di
mittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum pro viribus facul
tatum ſuarum, ſicque adhuc non ex delicto, ſed ex quaſi con
tractu videatur eius heres adſtringi, concludit affirmando
75 idcirco nullam eſſe differentiam in hoc, † inter ius Pontifi-
cium & Cæſareum. At contra Abb. omnis ſchola canoniſta-
rum & legiſtarum clamat, & mihi nimium hallucinari. Nam
vbi habet hæc quæ ipſe dicit? vbi habet de iure ciuili ſacer-
dotem alteri ſtipulari poſſe? tametſi legiſtæ id dixerint? vel
vbi habetur, quod id poſſit in foro pœnitentiali fieri? vel ſi
habetur de iure canonico hic? quomodo non eſt differen-
tia inter vnū & aliud ius? Prętęrea ubi habetur de iure ciuili
vel

vel canonico, quod cenſeatur pœnitens tacite mandaſſe, ſeu
promiſiſſe, dum peccata ſua confiretur emẽdare damna pro-
ximo data, ita vt ex ea queat ille agere? de iure ciuili in caſu
duntaxat dotis inducitur, ſeu fingitur tacita ſtipulatio. l.j.§.j.
C. de rei vxo. actio. extra hunc caſum ſtat in contrarium re-
gula, quod propoſitum in mente retentum nihil operatur. l.
ſi repetendi. C. de condi. ob cau. in iure ciuili quippiam tale
nuſquam reperitur. Dico etiam quod ex promiſſione facta ſa
cerdoti etiã expreſſa, dum quis ei peccata confiretur ſua, non
76 poteſt agi in foru contentioſo, vt † per Bal. in l. archigenriã.
C. de epiſco. aud. Ioan. Baptiſtam Ferre. in conſilio 62. Grama.
in conſilio 29. num. 10. Alcia. in reſpon. 21. vbi allegando Tin
darum Ioan. And. & Bal. dicit, quod ſi duo teſtes audirẽt con
fitentem peccata ſua, ſacerdoti aliquid promittere, & id in ſo
ro contentioſo atteſtarentur, non releuaret eorum dictum,
ſeu talis promiſſio per eos probata, & cautio de qua loquitur
77 tex. in d.c. quãquam, de vſu. in 6. vt ex ea queat agi, † oportet,
quod ſit extra confeſſionem ſacerdotalem præſtita, alioquin
non eſſet ſufficiens in foro contentioſo, ſecundum Domi. de
S. Gemin ibi, in colum. 3. in ver. in fi. glo. quæritur, nume. 10.
vbi dicit, ita Docto. id communiter intelligere. Præterea ve-
rum nõ eſt, quod hæres eius, qui deceſſit impœnitens, ſeu nõ
cõfeſſus peccata ſua, ad talem ſatisfactionem nõ teneatur, vt
patet ex tex. in d. cap. à nobis, extra de ſent. excommu. qui tex
tus loquitur de eo, qui mortuus fuit abſq; ſacerdotali confeſ-
ſione. item & in c. tua nos. extra de vſur. & nihilominus vult
hæredem taliter decedentis compelli ad eius animam exone
randam, nam huiuſmodi ſatisfactio quemadmodum & quæ-
libet alia pia actio pro defunctis geſta non modo exiſtentib.
in purgatorio prodeſt, verum, etiam ipſis damnatis in inſer-
no exiſtentibus, vt eis pœna æterna aliquatenus tolerabilior
fiat, ſecundum tex. & ibi glo. in c. tempus, in fi. 13. quæſtio. 2.
ſicut econuerſo poteſt grauior fieri cõtrarijs actionibus, ſe-
cundum Archi. in c. j. in quæſt. 2. & hæc opinio tanquam ma-
gis pia, & quidem tutior pro mortuis, atque pro adhuc viuen
tibus amplectenda eſt, vnde Abbatis opinio vndequaque
falſa probaẽ Quod Epſ debeat hæredem ẽt impœnitentis co-
gere ad exonerandum animam illius pro modo facultatum
ab eo relictarum, tenet Lupus, in rub. cap. per veſtras §. 65. 10
col 3. vbi dicit, ita omnes ſcribentes velle. Et prędictis addere
volo, quod adeo verum eſt confeſſionem ſacerdotalem non
attendi in foro contentioſo, quod ſi ſtatutum dicat ſtandum
eſſe confeſſioni ſacerdotali, vtputa de vſuris extortis, nihilo-
minus intelligetur vno ſaltem teſte concurrente, ſecundum
Bal. in conſilio 447. ad euidentiam, num. 9. lib. 5. Stat igitur ad
huc firma communis concluſio, & differentia inter ius cano
nicum & ius ciuile in hoc iuxta ſuperius dicta. Quam quidẽ
tametſi aliqui ex ſcribentibus velint reſtringere, vt nõ proce-
dat in caſu vſurarum, quia pro eis de iure ciuili daẽ condictio
indebiti ad illas repetendas. l. ſi non ſortem. ff. de cond. indeb.
78 † vt dicunt Aret. in d. rub. de acquiren. hære. Bart. in l. 1. in col.
2. verſic. vlterius quæro, num. 8. ff. de delic. priua. Pau. de Caſt.
& Alexan in d. rub. Alexan de Neuo, in conſil. 98. in 3. dub.
Aſin. in d. l. 1. nume. 47. verſicu. ne etſi inuicem. ff. de relig. &
ſump. fu. Bald. in l. j. nume. 13. in fi. C. ex delic. defun. Attamen
eſt aduertendum horum dictum procedere, quatenus corã
iudice ſeculari propoſita actione ciuili vſuræ repeterentur,
tunc verum eſt, quod hęres non facto inuentario conuentus
79 poſſet cogi † vltra etiam vires hæreditatis, ſecus ſi ageretur
hoc remedio eccleſiaſtico, quod & pro vſuris competere ne
quaquam poteſt negari, nam crimen vſurarum eſt eccleſia-
ſticum, i. pertinẽs ad forum eccleſiaſticum. d.c. quãquam. de
vſur. in 6. & ibi not. & eccleſia ſatagit nõ ab vna peccatorum
& criminum ſpecie tantum animas fidelium eruere & libe-
rare, ſed ab alia quacunque. c. eſtote, de regu. iu. in caſu ergo
vſurarum iſtud remedium dari nos dicere oportet, non tamẽ
negando remedium iuris ciuilis etiam in ſuo caſu per condi-
ctionem indebiti dari poſſe, glo. in c. Michael. extra de vſuris.
nam de eadem re plures actiones & remedia competere no-
uum minime videri debet. l. cum filius. §. varijs. de lega. 2. ſed
prout remedium eccleſiaſticum de iure canonico, & condi-
ctio indebiti de iure ciuili, tẽdunt ad diuerſos fines (iuris enim
Pontificij finis eſt animas fidelium à peccatis & à pœna æter
na liberare, iuris vero Cæſarei, vnicuique quod ſuum eſt tri-
buere) ita diuerſo modo intentantur: nam de iure ciuili con
dictio indebiti pro repetendis vſuris deſcendit in quemlibet
hęredum pro ſua quota hæreditaria. l. j. & l. 2. C. de hære. act.
& concord. & vltra vires hæreditatis in caſu non facti inuen-
tarij, vt eſt dictum, de iure autem canonico quiſq; hæredum
poteſt inſolidum grauari ad reſtituendum vſuras pro exone-
ratione animę defuncti, quatenus tamen de illius bonis repe
ritur habere, glo. & Docto. in c. cum tu. ext. de vſu. & in c. tua
nos. extra eo. & iudex eccleſiaſticus poteſt ex officio ſuo pro-
cedere contra hæredes ad hoc. d. cap. ſi. extra de ſepult. d. c. ex
literis, ext. de rapto. ſeu implorari poteſt eius officium, vt di-
cit Rui. in conſilio 20. in colum. 2. lib. 4. ſed de iure ciuili non
poteſt ex officio procedi, ſed iudex ſecularis procedit ſuper
actione propoſita inſtante parte. l. 4. §. j. ff. de dam. infec. & ibi
not. per repet. & in l. j. C. vt quæ deſunt aduoc. & iſtud reme-
dium iuris canonici compellendi hæredem ad exonerandũ
animam defuncti implorando officium iudicis non poteſt
niſi coram eccleſiaſtico intentari, vt dicit Rui. in d. conſil. 20.
in colum 2. & in colum. j. vbi dicit, quod per iudicem ſecu-
larem hæres eo remedio non poſſet compelli, vel coram eo
conueniri, ſed duntaxat coram eccleſiaſtico, quod & firmat
Corneus in conſilio 296. in præſenti, in colum. 7. nu. 12. verſi.
& iſtud puto in trepide, lib. 3. & in conſi. 277. ad euidẽtiam, in
colum. fin. num. 8. verſic. item ſimiliter non obſtat, lib 4 & in
conſilio 176. ad euidentiam, in colum. fina. lib. j. (vbi loquens
in præſcriptionis materia) quatenus allegabat, ꝙ hæres tenet̃
exonerare animam defuncti, iuxta d. c. ſi. & d. ca. in literis, ſm
concluſionem ſupradictam dicit, quod coram ſeculari iudi-
ce non poteſt id competere, ſed tale remedium, & via proce
dendi ad compellendum hæredem, vt exoneret animam de-
functi, intentatur ſolum coram iudice eccleſiaſticu, & id per-
tinet ad iudicem eccleſiaſticum, & iuriſdictionem eccleſia-
ſticam, quod eſt notandum pro eo, quod ſæpe in diſceptatio-
ne cauſarum ſolet allegari, vt hæres, contra quem deficiunt
actiones & remedia de iure ciuili, nihilominus cõdemnetur
à iudice ſeculari in peritis, nam ſæpe confugiunt ad iſtã con-
cluſionẽ quod tenetur exonerare animam defuncti, non ani-
maduertentes Doctores, quod de hoc non eſt agendum, niſi
coram iudice eccleſiaſtico, vt etiam dicitur de remedio de-
nunciationis euangelicæ. ex trad. in c. nouit. extra de iudi. ꝙ
inepte per ſecularem iudicem ad ipſam procederetur, & ex-
tra eius iuriſdictionem, id enim eſt ſolum iuriſdictionis ec-
cleſiaſticæ, & reperio hoc animaduerſum ab Aret. in conſil.
48. reuocatur, in colum. fin. verſicu. aliquando lex canonica,
vbi dicit, quod cum lex canonica inducit remedium contra,
vel præter diſpoſitionem iuris ciuilis, excitando officium iu-
dicis eccleſiaſtici, tunc coram ſeculari illud non poteſt inten
tari, vt ibi per eum, iſtud conſilium citatur & probatur per
Pedemon. in deciſ. 151. verſicu. quid dicendum, nume 7. vbi
& alios citant tenendo quod concluſio prædicta quod hęres
cogatur ex delicto defuncti pro viribus ſubſtantię ab eo ſibi
relictæ, ſecundum ius Pontificium procedit ſolum coram iu-
dice eccleſiaſtico, & non ſeculari, iuxta ſupra per nos dicta.
ex his igitur ſic concordabis opinionem contrariam cum no
ſtra, quod quatenus hæres conueniatur de iure ciuili coram
laico pro reſtitutione vſurarum, ſi inuentarium facere præ-
termiſerit compelli queat etiam vltra vires hæreditatis, ſed ſi
conueniatur coram iudice eccleſiaſtico remedio iuris Pon-
tificij, inuentario etiam non confecto reſtituere vſuras à de-
functo extortas non compellatur vltra eius facultates ad ip-
ſum obuentas iuxta præmiſſam concluſionem, ſic eam fir-
mantes indiſtincte in omnibus caſibus, in quibus videretur
anima defuncti grauata, & de eius exoneratione ageretur,
de qua cum agitur, conueniens non eſt hæredem cogere ad
aliquid ſoluendum de proprio, quoniam id non ſubleuaret
animam illius defuncti, vt aduertunt Doctores in locis pręal
legatis, immo eam grauaret, ut per Pet. de Ancha. in conſilio
411. præallega. & vltra quam lex ipſa canonica diſpoſuit circa
hoc intentans hoc remedium obtinere nequit, vt ex præal-
leg. Cęterum pro iſto ſexto caſu addendum eſt id, quod tra-
79 didimus de monaſterio ſuccedente monacho † de patre ſuc-
cedẽte filiofamilias, de fiſco & aliis bonorum ſucceſſoribus,
qui non tenẽtur ſupra vires bonorum. Itẽ quando quis non
obligatur niſi de eo, quod ad eum peruenit, quod tunc omit
tẽs facere inuẽtarium non magis obligetur, vt per Cur. in d. l.
fin. § ſi vero poſtquam. Itẽ ſeruus, cui bona defuncti cauſa li-
bertatis adijciuntur, impune omittere inuẽtarium poteſt ſe-
cundum Ang. in l. j. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi cui pluſquam. ſed Ia
ſon in d. §. eiſi præfatam, ipſum reprehẽdit in hoc, & quidem
recte, quod immo contraria concluſio ſit facienda, quod. ſ. ſi
feciſſet inuẽtarium ex eo nõ releuaretur, quin inſolidum co
gẽdus eſſet creditoribus hæreditarijs ſatisfacere, ſiquidem in
recipiẽdis bonis ſub tali obligatur forma ſeu conditione, ſub
idonea, ſ. cautione eis ſatisfaciẽdi. inſtitur. de eo cui liber. cau.
& ſenſit Corn. in d. l. ſi. in principio, in colum. 3. Septimus eſt
caſus in materia confundendarum actionum, quod licet per
ſucceſſionẽ in hæreditate illius qui eſt debitor hęredis actio-
nes confundantur. d. §. in computatione. d. l. debitori. l. hęres
à debitore. l. in omnibus. l. Stichum. §. aditio. ff. de ſolut. l. fra-
ter à fratre. ff. de condi. indeb. attamen cauendum eſt, quod ſi
cum defuncto alius erat obligatus æque principaliter & in-
81 ſolidum, † non confundentur actiones etiã non facto inuen-

tario

tàrio quo ad illum, quinetiam valeat ipſum cogere, vt cōſul-
uit Pau.de Caſt.in conſi.121.not.eſt, in colum 2,in antiquis,
& And.Barba.in conſi.51.in colum.penul.in lib.4.vbi dicit, ꝙ
hæres poteſt erga eum dicere, ego non conueniſſem illum,
cui ſucceſſi, ſed te: nam eſt in poteſtate creditoris, vnum ex
pluribus in ſolidum obligatis æque principaliter eligere quē
ipſe velit conuenire, & ad ſoluēdum compellere, ideo dicūt
Doctores ſucceſſionem tunc non habere vim ſolutionis, ſed
exemptionis, ꝙ eximit ab obligatione defunctum, tunc autē
habet vim ſolutionis, quando ſolus defunctus tenebatur, &
non alius correus, l. quæ dotis. ff. ſoluto matri. Pau.de Caſt.in
conſil.121. And. Barba.in dicto conſil.52. vbi referunt omnes
ſic tenere. l. Vranius. ff de fideiuſ. pro quo eſt illud dictum, ꝙ
quoties creditoris poteſt intereſſe ſucceſſionem non habere
vim ſolutionis, tunc illam non habet. Caſtr. in d. l. quæ dotis,
& in d. l. Stichum. § aditio. Doct. in d. l. debitori & in l. hæres.
à debitore § fi. ff. de fideiuſ. Cor. in conſil. 1. lib. 4 Barto. in l. is
qui pro emptore. ff. de vſucap. ſed propter correū, ne ſequa-
tur eius liberatio intereſt creditoris, qui eſt hæres debitoris,
non babere vim ſolutionis, ergo ſucceſſio talem vim non ha
bebit. Eſt tamen aduertendum, ꝙ licet ipſo iure, alter correus
in hoc caſu non liberet, tamē ope exceptionis poteſt aliquan
81 do † liberari, vtputa cum ſibi competere poſſet exceptio ced.
actionum, vel actionē negociorum geſtorum haberet repe-
tendi totum vel in partem, quia emolumētum obligationis,
ſeu pecunia in totum vel in partem perueniſſet ad correū, cui
creditor ſucceſſit, vt pulchre tradit Com. in conſi. 303. in hac
conſult. in colum. 3. lib. 4. vbi pro ſuo caſu dicit, pecuniā per-
ueniſſe ad alium, item exceptionem cedendarum actionum
non potuiſſe competere, & ideo alterum correum nō fuiſſe
liberatum aliquo modo, ſ. ipſo iure: item nec exceptione ali-
qua ex eo, ꝙ creditor extiterit hęres alterius correi, vt latius
ibi per eum. idē vult Io. Roncheg. in l. ſi reus, nume. 15. verſic.
82 hoc tamen. ff. de duobus reis. † Aliud eſt, quantum ſit reſpe-
ctu fideiuſſoris, & ſimilium, qui acceſſorie obligantur. quo-
niam obligatione principali vtcunq; ſublata, vel quia videa-
tur ſoluiſſe, vel quia cenſeatur exemptus, & liberatus, omnis
fideiuſſorum obligatio corruit, & tollitur. c. acceſſorium. de
regu. iu. in 6. l. cum principalis. ff eo. cum concor. & in termi-
nis ita conſuluit And. Barba. in d. conſilio 52. conſulens ſuper
pulchro caſu, in quo creditor dotium maternarum, pro qui-
bus habebat fideiuſſores, earum actionem ceſſerat titulo do-
nationis, ſub reſeruatione tamen, ꝙ eas ſibi in vita exigere li-
ceret, ac demum extitit hæres debitoris principalis dotium
abſque inuentario, dubitatum fuit vtrum ſucceſſio haberet
vim ſolutionis ſeu fideiuſſores viderentur liberari, & Andr.
Barba. reſpondit liberatos cenſeri per rationem ſuprà dictam,
idem tenet Monticu. hic, fo. 78 nu. 78. Octauus ponitur caſus
in eadem confundendarum actionum materia. ex dicto Bal.
in d. l. debitori, in colum 2 nume. 4. dum ait actiones per adi-
83 tionem hæreditatis † abſq; inuentario factam confundi quo
ad effectum agendi, ſed non quo ad effectum retinendi, ꝙ di-
ctum Porcell. in dicto tractatu de inuentario, habet ſępe in
ore, & alij nō pauci in pluribus locis, quorum verbis videtur
tenendum actiones non confundi, quominus hæres valeat
inuentario etiam non confecto pro eo, ꝙ ſibi debetur res hę
reditatis ſibi retinere. Hinc nos in tractatu de lucro dotis, in
glo. 8. nume 68 mouimus quęſtionis, nunquid maritus heres
vxoris abſque inuētario excludatur à lucro dotis, quia actio
ſibi competens pro lucro dotis, ob huiuſmodi aditionē con-
fundatur, & diximus ex opinione Caprę, in conſilio 143. eum
non excludi ex dicta ratione, ſcilicet quia actio non confun-
ditur quo ad ius retinendi, idem videtur firmaſſe Aug. Bero.
in conſil. 37. numero 11. lib. j. dum ibi concludit vxorem, quæ
extiterat hæres mariti ſine inuentario, pro dote ſibi debita
in caſu reſtitutionis habere retentionem rerum mariti, quia
licet actio pro dote reſtituenda confundatˀ ex aditione abſq;
inuentario facta, non tamen confunditur ius deducendi, &
ſeparandi bona, vt habeat dotem ſeparatim ab alijs bonis ma
riti, & hoc fauore dotis, de quo dicit eſſe caſum in l. j. §. igitur.
& ibi nota. per Docto. C. de rei vxo. actio. Verum enimuero
contrarium de iure tenendum eſſe puto, ꝙ immo vbi actio
84 confunditur, non modo quo ad effectum agendi, † verum-
etiam quo ad effectum retinendi confundatur, quia ius hęre
dis extinguitur, & non datur retētio, vbi ius nullum amplius
competit. l. ſi in area. ff. de condi. indebi. l. j. C. etiam ob chyro-
grap. qua de re Ang. in conſil. 209 Petrus de Sauona. dicit, ꝙ
filia quę pro parte extiterat hæres patris abſque inuentario,
actionem dotis pro ea rata perdit, & ex ea nullatenus poteſt
ſe adiuuare, & in caſu lucri dotalis ob non factum inuenta-
rium, maritus hæres vxoris lucrum amittit, ſecundū Monti.
hic, fol. 71. nume. 44 Quam quidem rem animaduertēs Curt.
in d. l. debitori, nu. 11. reprehendit præallegatum Bal. dictum,
& dicit, ꝙ vbi ſit actionum confuſio, non ſolum ſit ad effe-
ctum agendi, verum etiam quo ad effectum retinendi, & de-
clarat ibi, in colum. 3. nume. 14. quod ideo datur retentio ad-
uerſum fideicommiſſarium vniuerſalem, quoniam alias, ſi
hæres retentionem in reſtituendo non feciſſet condictio re-
petendi ſibi daretur, pro eo, quod potuiſſet retinere, Bald. in
conſil. 421. Domina Cornelina, lib. 5. Cuma. in conſil. 37. qui-
dam, in colum. 2. contra autem legatarios, & fideicommiſſa-
rios particulares, & creditores negatur retentio, quia & peti-
tio negaretur, ob confuſum & extinctum ius actionum, &
Bal Dec. & Soc. & alios ibi oportet intelligere reſpectu fidei-
commiſſarij vniuerſalis contra quem datur retentio, & repe
titio, ſecundum producta, & in terminis his loquitur Dec. in
d. l. debitori & Socyn. Bertran. in conſil. 138. in lib 4. Lud. Ro.
in dicto conſi. 276. Hier. Grat. in d. conſil. 160. lib. 2. & gl. quæ
communiter allegatur in l. ita tamen. §. ſi ex Trebelliano. ff. ad
Trebel. ideo Pau. de Caſt. in d. conſil. 121. expreſſim negauit
aliquā retentionē dari, quātum ſit reſpectu particularis fidei-
cōmiſſarij, legatariorū, vel creditorū, & lat. idē cōſuluit, in cō
ſil. 28. lib. 3. Non obſtant modo adducta in contrarium, & pri
mum illud Bal. & ſimilium, quod non eſt ſimpliciter verum,
vt infra, & illud etiam de lucro dotis, quicquid dixerit Capra,
in d. conſi. 143. cuius dictum non poteſt eſſe verum, niſi qua-
tenus reſpectu fideicommiſſarij vniuerſalis maritus hoc age-
ret, & melius iſtam rem declarauit Ang in conſi. 369. quæ do
mina. Nam ad fauorem mariti conſiderauit deductionem lu
cri dotalis facere reſpectu cohæredis, cuius reſpectu non ca-
dit actionum confuſio, vt & nos diximus, ſupra in primo ca-
ſu. & ſic per conſequens actione remanente viua, & efficaci
pro rata, pro qua non erat hæres adhuc eam partem lucri do
talis poterat aſſequi. ſed & fortius dicebat, quod ibi dos conſi
ſtebat in corpore, cuius dominium conſtante matrimonio
pertinebat ad virum. l. doce ancillam. C. de rei vendi. & ſolu-
to matrimonio ſtatim ex diſpoſitione ſtatuti ei quærebatur
dominium pro ea parte, pro qua ſtatutum diſponebat mari-
tum lucrari partem dotis, ita quod inſpecto vtroq; tempore
dominium erat viri, ſed per aditionem hæreditatis non con
funditur dominium hæredis, ergo adhuc poterat pro eo age
re, & fatetur, quatenus conſtitiſſet in quantitate ſeu in gene-
re, quod actio fuiſſet prorſus confuſa, vt pro lucro agere non
potuiſſet, ſed in caſu ſuo id euitare nititur, quia ſtatutum fa-
ciebat, vt minus dicatur de dote reſtituenda debere, vnde nō
eſt, in quo conſideretur actionis confuſio, & reſtringit Ang.
concluſionem ad terminos, cum maritus nōdum recepiſſet
dotem, & vellet ad promiſſam dotē agere, vt totam, vel eius
partem ipſe iuxta ſtatuti formam lucraretur, ꝙ tunc verum
ſit maritum ex eo, ꝙ extitit hæres vxoris ſine inuentario lu-
85 crum amittere propter actionis confuſionem. Ad illud † ve-
ro Aug. Bero. in d. conſil. 37. reſponde, quod ipſe decipitur,
quoniam tex. in d. l. j § igitur, nō probat eius dictum, quia lo-
quitur reſpectu legatariorum ſecundum illud tempus, quo
legata debiti non poterant vltra hæreditatis vires, & ad calcu
landum, an eſſent ſupra vires hæreditatis, habebatur id eius,
quod ipſi hęredi debebatur. l. imponenda. l. irritum. C ad leg.
Falci. & ſic in d. §. igitur. narratur, quod ſi mulier a marito fue
rit hæres inſtituta, & ratio legis Falcidiæ emerſerit, dotis de-
bitū ei liceat ſubtrahere, & Falcidiam deducere, quod eſt re-
gulare in omnibus hæredibus, ſeu caſibus. l. cum emptor. ff.
ad leg. Falci. quod, ſ. deducatur id, quod hæredi debetur, & ip
ſa Falcidia, & quod Imperator in d. §. igitur, non intellexerit
ibi aliquid ſpecialitatis recenſere, aperte oſtenditur ibi in tex.
ſicuti alia debita ex ſubſtantia defuncti poteſt ſubtrahere, fal
ſum eſt ergo quod id fauore dotis dicitur, & quod ſit ſpecia-
le in dote, ne mulier remaneat indotata, & in hoc Auguſt.
Bero. nimium à uero ſenſu illius textus receſſit. Stat er-
go noſtra concluſio, quod actio confunditur quo ad om-
nem effectum, ſcilicet agendi & retinendi in ſuo caſu, in
quo confunditur, extra ſcilicet caſum computandi Falci-
diam, & legata, & ſimilem, in quo ſi non eſſet facta retentio,
daretur condictio repetendi, vt alias ſupra diximus. Nonus
86 † eſt caſus actionum realium, quarum aliqua per aditionem
hæreditatis confuſio non poteſt reſultare, & vt dicamus in
primis de rei vendicatione concluſio eſt, quod ipſa non con
fundatur. dupliciter eam conſiderando, vel in actu, vel in ha-
bitu: nam ſi hæres habet rei vendicationem contra defun-
ctum poſt aditam eius hæreditatem etiam durabit, ex eo, ꝙ,
cui iure proprio queat vendicare nihil prohibet aditio præ-
dicta. cum poſſeſſio non tranſeat ipſo iure in hæredem, ſed
egeat apprehenſione rei. l. cum hæredes, & ibi not. §. de acq.
poſſ. ſicque adhuc ſibi durat, in habitu quoque & in poten-
tia hēt poſt adeptam rerum poſſeſſionem, quoniam in alium
transferre, & cedere eam poteſt, ita tradit Socy. in d. l. debito-
ri. l. fin. C. de hære & actio. vend. Deci. Curt. Alexan. & Rum.
in d. l.

in d.l.debitori, concludentes rei vẽdicationem non confun-
di,& hoc voluit Pau de Caſt.& Bal.in l.ſi vxor.C.de bo.auth.
iud.poſ.dum Bal.dixit iura realia non coofundi, & quod alia
ſunt boua defuncti,& alia bona ipſius hæredis,& quod antea
hæredis erat, poſt etiam hæreditatis aditionem eodem mo-
do remanet hæredis,quod & tenet Saly.io d.l.fi.§.ſin vero ip
ſe,io fi.C.de iure delib.& Aug Bero.in conſi.129 lib.2.& pul-
chre tradit Mant.Pata.in conſi.68.in fi.in 2.lib.

Hypothecariam actionem pariter dixerunt ex aditione hę
87 reditatis non confuudi omiſſo etiam † inuẽtario. Bal in d.l.ſi
vxor.Alexan.io l.omnibus.§.ex Trebelliano.ff.ad Trebellia.
Socy.in cõſi.43.lib.3.Hiero.Grat.in conſil.86.in 2 lib.vbi ait
communiter teneri per Docto.Ludo.Roma.in conſil.176 &
Ruin in conſi.17.num.16 lib.j.Rolan.à Valle, in conſi.65.lib.
2 Socy.Iun.in conſil.57.in colum.1.lib.3.& in conſil.35.lib.2.
Car.Pariſ.in conſi.25.& in conſi.69 lib 2.Alex.Iaſ.Dec.Socy.
Rimin.Cur.& alij, in d.l debitori.C.de pact.& Ioan.Neuiza.
io conſil.69 num.12.,& hoc facile defendi poteſt ad differen-
tiam,actioois perſonalis,quia io hypothecaria non contiogit
ea ratio cõfundendi, vt in perſooali, ꝙ ſcilicet actio & paſſio
non poſſunt ſtare in eodem ſubiecto, ex quo eſt actio in rem,
& ſic noo eſt perſona, quo fit, vt dici nequeat,ꝙ idem ſit de-
bitor & creditor io hypothecaria, vt aduertit Pau.de Caſt.in
d.l.cum quis.§.fina.ff.de ſolu. & poſt eum Neguza.in trac.de
pig.in quiota parte, in primo memb.nu.52.ſed ex alio poteſt
hæc quæſtio pati non modicam difficultatem, ao & quando
hypothecaria actio per ſuceeſſionem extinguatur, & in quo
caſu hæres valcat iure ſuæ hypothecæ oiti nõ obſtaote, ꝙ ei
extiterit hæres,à quo haber hypothecæ ſoæ cauſam, & pro
reſolutione huius difficultatis plures ſunt cõſiderandi caſus,
alioquin indiſcrete hoc accipiendo graoiter erraretur cõtra
88 plura iura. Sic † itaque dicas,ꝙ primus eſt caſus,l.cum quis.§.
fin.ff.de ſolu.quaodo debitor ſuccedit ei quem ipſe dedit alte
ri in fideiuſſorem:nam quamuis obligatio perſonalis fideiuſ-
ſoria cõfundatur in priocipalem per aditionem hæreditatis,
& abſorbeatur, nõ ſic tameo hypothecaria, quoniam adhuc
illius fideiuſſoris bona perueota ad debitoreoi principalem
durant obligata creditori, vt antea ſecundum tex.ibi Ideni di.
cas, † quando alter ex correis debendi ſuccederet alteri eor-
89 reo ratione prædicta. Secuodus eſſet caſus, quando debitor
ſuccedit creditori ſuo,cui ipſe obligauerat propria bona,cer-
tę in hoc caſu res deuenit ad eum caſum, ſeu ſtatum, à quo
non † poteſt incipere, ꝙ ſcilicet res propria ſit eidem domi-
90 no obligata, & quod in effectu rem propriam hypothecaue-
rit, vt dicit Dy.in conſi.30.ſuper,per tex.io l.neque pignus.de
regu.iur l.exiante § Latinus ff.de excep. rei iudi.quia nemini
res ſua ſeruit.l.ſi communi.ff.de ſeruit.ruſtic. præd. recadens
ergo per hæreditatis aditionẽ ius hypothecæ ad ipſum mer
hypothecantẽ neceſſario euaneſcit,& quemadmodum vſuſ-
fructus ad dominum rei reuertens cõſolidatur cum ipſa pro-
prietate.§.finitur, & ibi nor.omnes, ioſtitut.de vſufru. ita &
hypotheca, & in hoc caſu oõ contingit cõſiderare,an domi-
nium in eo ſit reuocabile, vel nõ, quia nõ eſt poſſibile dare,
ꝙ ea res ſit ei obligata à ſemetipſo, & ꝙ ſit perſona hypothe-
cans,& perſona,cui res eſt hypothecata:nam in contractibus
ſit perſonarum diſtinctio,ſcilicet dantis,atque recipientis,eſt
neceſſe.l.2.ff.de ſtip.ſer.l.fin.ff.de offic. præſi.l.nemo.C.de aſ-
ſeſſo.l.ſi plures.ff.de pact.c.per noſtras.extra de iu. patro.cap.
fio ext.de inſtitut. & forte cadit in hoc caſu obligationis hy-
91 pothecariæ confuſio per aditionem hæreditatis. Quid † autẽ
ſi creditor antequam moreretur, in alium hypothecam tran-
ſtuliſſet à debitore ſibi conſtitutam, qoem poſtea ſibi hære-
dem fecit, nunquid talis hypotheca cenſeatur ex hoc extin-
gui.penes alium exiſtens.& ſaoe dicas, ꝙ licet hypotheca di-
recta io perſona defuncti creditoris exiſtens extinguatur per
huiuſmodi ſucceſſionem debitoris, vtilis tamen io alium,
tranſlata haud ex hoc perit & ex eius extinctione ad perem-
priooem iſtius vtilis in alium tranſlatæ, minime infertur.l.ſi
hæres.la 2.& ibi Bart.ad Trebel l.hæreditatem,& ibi glo.in fi.
ff.de donat. l.quis ergo caſus. ff.de pecu.lega. Bart.in l 1.C.de
act.& oblig Neguſa.vbi ſupra, num.59.Pau.de Caſt.in conſi.
395.notandum primo. Tertius eſt caſus ex diuerſo, quando
92 creditor ſucced r debitori pignoranti,& tunc † etiam hypo-
theca confunditur, ſi creditor naneiſcẽs rem hypothecatam
in hæreditate debitoris efficitur eius rei dominus,quia hypo
theca confunditur in dominio, etenim dominium rei hypo-
thecatæ, quæ erat debitoris acquiritur creditori, eo ipſo, ꝙ
adit hæreditatem, rerumque hæreditatis poſſeſſionem nao-
ciſcitur.l.cum hæredes.ff.de acquiren poſſ & ibi glo. & Doc.
Bart. & alij in tub ſſ.de acqui. hære. ſed ſi creditor rem hypo-
thecatam non nanciſceretur in hæreditate,ꝙ penes tertium
poſſeſſorem reperiretur,in quo caſu dici nequit,ꝙ hęres eius
93 rei adipiſcatur † dominium, hypotheca non confuodetur

qoominus hypothecaria valeat hæres experiri contra tertiũ
eius rei poſſeſſorem, ſecundum Neguſa. vbi ſupra verſic.ter-
tius eſt caſus, quod ait eſſe verum quo per aditionem hære-
ditatis non cenſeatur inducta ficta ſolutio. Tu dicas eſſe ve-
rum,ꝙ non poteſt dici io dominio coofundi,tunc cum non-
dum hæres aliquod dominium rei hypothecatæ eſt adeptus.
Sed ei bene poſſunt alia obſtare in hoc,& primo quod extin-
cta actione perſonali intelligatur etiam extincta hypotheca-
ria,vt dicitur mox ſecundo, ſi tertius rei poſſeſſor haber cau-
ſam à defuncto hæres repellatur, quippe qui teneatur factum
defuncti firmum,& ratum habere.d l cum a matre.vel quod
obſtet ſibi regula,quem de euictione tenet actio, & e iuxta.l.
vendicantem ff de euictio.præſertim ſi ille eſſet creditor de-
functi, & rem à ſe poſſeſſam hypothecatam haberet, in quo
caſu hæres tenetur ei ſatisfacere etiam de proprio ære, ut &
aduertit Neguſan.ubi ſupra,ver.& ſi ille tertius. Cum autem
creditor rem inueniret in hæreditate, ſicq; dominus eius rei
hypothecatæ efficeretur,ad not.in d l.cum hæredes, & alius
94 † eſt,qui habet hypothecam ſuper ea re noo à defuncto, ſed
ab alio,poſteriore tamen, quam ſit hypotheca hæredis,quę-
ſtio eſt,utrum hæredi hypotheca cõfuſa videatur. Super hac
quæſtione Neguſan. vbi ſupra, verſicu.quartus caſus eſt figu
rat caſum,quando deſunctus noo fuit dominus ſed publicia-
nam babens hypothecam conſtituit,qui poſtea extitit ipſius
95 hæres,& alius † habens ſimiliter publicianam, ſecundo loco
obligauit eandem rem huic, qui haber hypothecam poſte-
riorem. & ab hærede habente anteriorem hypothecam nitit
rem auocare iuxta tex.in l.ſi non dominus.in ſecundo reſpoo
ſo.ff.qui potio.in pigno.bab.profecto Neguſanius errauit in
poſiioone huius caſus,ſeu exempli, tum ex eo, ꝙ prior & po-
ſterior non conſideratur oiſi ex ordine uenientium ab codẽ,
& non à diuerſis,& in habe- ib.cauſam à diuerſis nulla ratio
habetur anterioritatis.d.l.ſi non dominus,vbi cauetur, quod
ex duobus hypothecam habẽtibus à diuerſis ille pręferatur,
qui pignus poſſidet,& non ille,cui prius ab alio fuiſſet hypo-
theca conſtituta, tum etiam ex eo, quod præſupponit hære-
dem effectũ eſſe dominum rei hypothecatæ, ſuper quo prę-
ſuppoſito format quæſtionem, quomodo ergo poteſt eius
exemplum conuenire figurando caſum in publiciana,ꝙ ſcili-
cet deſunctus habuerit tantum publicianam, & non domi-
nium? Tu igitur planius declarando finges ſuper prædicta
quæſtione caſum hoc pacto, Titius dominus rei mihi prius
hypothecauit rem,mox Caio eadem rem obligauit, denium
eam rem vendidit Sempronio,qui moriens me reliquit hęre
dem. certe in iſto caſu efficior rei mihi antea hypothecatæ
dominus mediante hęreditate Sempronij, & hypothecam,
quam habeo anteriorem, plane habeo ab eodẽ à quo aduer-
ſarius meus habet hypothecam ſuam poſteriorem. aduerte
igitur in hoc caſu,ꝙ,ſi iſte creditor hypotheca, & obligatio-
ne vult me cogere vel ad ſoluẽdum ſibi,id non poterit, quo-
niam nõ ſum hæres eius debitoris,ſcilicet Titij hypothecan-
tis,ſed Sempronij.Item ſi vult hypothecã aoocare à me tanq̃
à tertio illius rei poſſeſſore dictam rem,etiam non poterit ob
hypothecam anteriorem meam. Nec obſtat, ꝙ rei ſuæ quis
nequeat hypothecam habere. d.l.neque pignus.ff.de reg.iur.
ſeu quod in dominium ſuperueniens confundatur hypothe-
ca antea competens:nam hoc procedit,quatenus res per aliũ
96 noo † auocetur,quatenus vero aliquis tentat rem vendicare,
licet domino ſe tueri anterioris hypothecæ exceptiooe.Hier.
Crau.in conſil.248.& in conſil.202.Ant.Capic.in deciſ.43 &
Mat. de Afflict.in deciſ 8 & in deciſ.16.Curtius,& Socynus
in l.debitori.C.de pactis.Ang.in conſil.208. Ioan. Neuiza.in
conſil 69 in fi.Nic Boer.in deciſ.47.num.4. vbi ait, ne acqui-
ſitio dominij ſit nociua creditori, conſeruatur ei ius hypo-
thecæ anterioris,qua defendat ſibi rem contra habentem po
ſteriores hypothecas.l.ſi potiores & ibi glo.Bart.& Saly C.ſi
antiq cred. Neguſan.vbi ſupra,num.52 Quid autem iuris ſit,
97 † quando aduerſarius meus haber hypothecam ab eo, cu-
ius ſum hæres & ego habeo hypothecam ab alio, quam à
defuncto,(de caſu enim, quando haberem à defuncto dicam
io ſubſequenti caſu) vtrum mea vetuſtiori hypotheca valeam
impugnare hypothecam à defuncto conſtitutam.& Neguſa.
ubi ſupra,verſicu.quiorus caſus, habet hanc rem pro abſolu-
ta, & expedita: primo, quod hæres tenetur ei ſoluere pecu-
oiam, pro qua fuit obligata, (quod tranſit citra aliquam con-
trouerſiam) ſecundo ex quo eſt hæres pignorantis approba-
re illud pignus tenetur,ut ſi ceſſaret iſtud primum, obſtet &
aliud. d.l. cum à matre. & d.l.vendicantem. ff.de euict. quod
ego dupliciter contingere poſſe cõſidero. primo eum defun
ctus ſe in aliquo oon obligaſſet, ſed pro aliena obligatione pi
gnus dediſſet,ut certe poteſt nõ magis pro ſua,quam alterius
obligatione. Neguſan.in tracta.de pign.in primo memb.ter-
tia parte,num.3.ſecundo, cum defuncti non eſt hæres in ſoli-
dum,

ctum,& pro ſua quota hereditaria defuncti debitum iam per-
ſoluiſſet. vtrum igitur hypothecam meam anteriorem valeã
in his caſibus opponere contra hypothecam à defuncto cõ-
ſtitutam & concludo quod non, quoniam obligans rem ali-
quam non poteſt quæſtionem ſuper ea re mouere creditori
aliquid contra allegando, quia ſuam turpitudinem detegeret.
Neguſ.in trac.de pig.in 3.memb.in 2.par.nu.63. quam defun-
cti turpitudinem nec eius hæredi licet allegare. Rui.in conſi.
98 32 nume 3 lib.4 & in conſi. 113.num. 11.lib.j.l.ſi creditorib.
C.de ſer.pig.dato,& manum l.filios. C.de his quę in frau.cre.
glo.in l.cum res.& ibi Barto.Bal.& Saly.C.de probatio. nam,
quamuis res alterius nequeat obligari.l.j.§.j.ff.de pigno.l.rem
alienam.ff.de pigno.actio.tub.& nigro.C. ſi aliena res pigno.
da. attamen hoc intelligitur, quantum ſit reſpectu, vt ius ali-
99 quod reale ſuper ea re † conſtituatur, quia nemo dat, ꝙ non
habet, ſed non quantum ad hoc, vt hypothecam conſtituẽs,
vel eius hæredes valeant contra eam quicquam allegare. Ete-
nim ſicut contra debitorem obligantem rem, daretur credi-
tori actio in caſu, in quo res hypothecata per aliquem euin-
ceretur quauis de cauſa, vt probatur per tex in l.in creditore.
ff.de euictio.& ibi glo.Saly.& Bal.glo.in l.j.C.credi.pigno.ita
100 actio quoque † datur contra eum vel eius heredem, ſi veniat
contra talem hypothecam, quoniam inter ipſum debitorem
hypothecantem & eius creditorem oritur actio pro pigno-
re dato in caſu, in quo euincatur, quæ dicitur pignoratitia
contraria. Neguſ in d.tract.de pig.in 6 par.in j.memb. nu.46.
verſic. ſimiliter. & in verſic.octauo addendum, per tex.in l.ſi
pignore.§.fi & in l.ſeq.& ibi Pau.de Caſt.de pigno.actio.& in
l.reſcriptum.§ fi.ff de diſtract.pig. Quod ampliatur procede-
101 re etiam quãdo pignorans ignoraſſet rem † à ſe pignoraram
eſſe alienam ſeu alteri prius fuiſſe obligatam, vt per Neguſ.in
d.tract.de pigno.in 7 par.in 3.memb.num. 19 & num.20.l.tu-
tor.§.contrariam ff de pigno.actio.vbi Barto.Pau.de Caſt.&
Salyc.conſiderant differentiam, quando ſciens quis pignorat
rem ad alium ſpectantem, vel quando ignorans. primo caſu
tenetur non modo actione pignoratitia, ſed etiam crimine
ſtellionatus.l.ſi quis in pignore.ff.de pigno.act. glo.in l ſi rem
alienam, la 1.in princ.ff.eod.iſta ergo actio pignoratitia, quæ
competit creditori contra pignorantem, obſtabit eius hęre-
di opponenti de iure ſuæ anterioris hypothecæ, ex quo ipſa
pignoratitia, ſicut cæteræ obligationes in eum deſcendit, iux
ta titu.de actio.hæred. & probatur in terminis per tex. in l.ſi
Titio.& ibi Saly.ff.de pigno. qui tex.clare determinat, quod
ſi res aliena per debitorem pignoretur, & dominus eius rei
102 debitori exiſtat hæres, non conualeſcit pignus, vt detur † hy-
pothecaria directa, vel vtilis in rem, ſed datur actio pignora-
titia contraria ad intereſſe: & Franciſ.Bal.in tract.de pigno in
c.12.& Neguſan.in d.tract. in 7 par.in 3.memb. nume. 19.&
nu.24. & iſtud intereſſe conſiſtit in dando aliud pignus æque
idoneum, vt per Neguſan. in 6 par. in 1.memb nume.46.quo
fit, vt hæres per indirectum cogatur pignus rei ad ſe ſpectan-
tis conſtitutum approbare, ex quo ad aliud æque idoneum
præſtandum eo euicto compelleretur, iuxta prædicta. Nec di
catur forte aliud eſſe, cum res pignoratur duobus, reperitur
tamen pignorãtis eſſe, quaſi quod liceat pluribus eandẽ rem
pignorari impune: nam immo dicitur, ꝙ hoc non licet, & ſe-
cundo creditori tenetur debitor pignorans, ſi non ſit ſuffi-
ciens pignus ad ſatisfaciendum etiam ipſi ſecundo creditori,
vt late per Pract Pap.in ſor.lib.in actio. hypo.in gl.ſub nu. 19.
verſi.amplius. vbi etiam vult in iſto caſu puniri, cum in ſpe-
cie duobus hypothecaſſet eandem rem, ideo adhuc procedit
concluſio prædicta, ſicut quãdo diceretur per ipſum, vel eius
hæredem pignus ad alium ſpectare iure dominij vel ſimilis.
Et hęc quidem procedunt, cum creditor accepiſſet ignorans
ad alium pignus pertinere, ſi vero ſciens pignus recepiſſet eo
103 contentus taliter, qualiter ſe habet, tunc † eſt aduertendum,
quod, quia non datur aliqua actio creditori, ſi illud euinca-
tur, ut ait Neguſ ubi ſupra, nu.20.verſic. ſi autem creditor,&
probatur in d.l.tutor.§.contrariam, & in l.j.ff.de pign.(quem
textum Vgo.Donel.in tract.de pigno.exponit ibi, ei uero qui
non ignorauit difficilius, &c) vt illud comparatiuum capia-
tur pro poſitiuo vt difficile dabitur, hoc eſt non dabitur (quo
reſpondendi modo Papinianus, vt ipſe ait, vſus eſt) nos aliter
in re noſtra dicere poſſums, quod, ſ.hæres ualeat de ſuo iure
opponere contra talem hypothecam, quodq; creditor con-
tra ipſum anteriorem hypothecam deducentem non habeat
quid replicet. Nec tex. in d. l.cum à matre, & ſimi.aduerſatur
quoniam in eis naſcitur quædam obligatio non ueniendi cõ-
tra illum actum, quæ deſcendens in hæredem ipſum impedit
ex iure ſuo venire, quæ quidem obligatio non naſcitur, ſeu
non datur forte in iſto caſu, proot mihi magis uidetur, ergo &c.
Aliud præterea conſiderandum eſt pro differentia iſtius ca-
ſus, i.pignoris, ad alium contractum, de quo in d.l.cum à ma-
tre, quod in alijs contractibus hæres nõ patitur exceptionem
104 niſi quo ad † ratam ſuæ quotæ hæreditariæ. d.l.cum à matre.
Bart.in l.2 ff.de prætor.ſtipu. l.ſi vxor.C.de bon.auth.iud.poſ.
ſed in caſu dati pignoris aliud videtur, ꝙ ſcilicet inſolidum re
pellatur, quia hypothecaria competit inſolidum cõtra vnumq-
quemq; hæredem.l.j.& 2.& ibi glo.& Doct. C.ſi unus ex plu-
ribus, hæred.cred.l ſolutum.§.ſi creditor.ff.de pigno.act.ſimi
liter & pignoratitia, qua per debitorem ageretur ad aliud pi-
gnus æque idoneum loco pignoris, quod euinceretur, hære-
di iccirco non ſufficeret partem debiti hæreditarij pro ſua
quota ſoluiſſe, ad hoc vt poſſet rem à defuncto hypothecatã
aliquo iure prius ad ſe ſpectantem vendicare, quod eſt ſum-
me notandum pro facti contingentia, & iſte punctus à Negu,
non fuit tactus. Quartus eſt caſus, quando hæres habet hypo-
thecam à defuncto, & contra alium eius rei poſſeſſorem agit.
105 & in iſto caſu † ſi res fuit ſibi hypothecata pro aliquo, quod
defunctus ſibi deberet, ego opinor, vtcunque dixerint conſu
lendo, Ioan Neuiza.in conſi.69. nu.12.& Rol.à Val.in conſi,
65.in 2 lib.quod hypotheca cenſeatur per aditionem hęredi-
tatis abſq; inuentario factam extingui,& confundi in conſe-
quentiam, ſ.actionis perſonalis, cui acceſſit, ſicut certum eſt
actionem perſonalem tunc extingui, d.l.debitori. d.l.fin.§.in
computatione, ita hypothecaria extinguitur ei acceſſoria,
quia corruẽte principali corruit acceſſorium.c.acceſſorium,
de reg.iu.in 6.l.cum principalis.ff.eo.& in terminis hypothe-
carię hẽ tex.de hoc in l.ſoluitur. §. fi.ff de pig.act.l.antep.l.iuẽ
liberatur.§.j.ff.qui.mo pig vel hyp.ſolu.ita determinat Ruin.
in hoc propoſito, in conſi. 17.lib.j Nico.Euer.in conſi 6.verſ.
non obſtat, nu.30. Non obſtant quæ Io.Neuiz contra addu-
cit,& primum de l.2.C.de luito.pig. quia procedit in caſu prę-
ſcriptionis, etenim hypothecaria actio eſt longioris vitę, quã
perſonalis, & cum præſcriptio non tollat naturalem obliga-
tionem: mirum non eſt, ſi adhuc durat hypothecaria etiam
obligatione ciuili perſonali ſublata, quia adhuc ſuper obliga-
tione naturali poteſt ſiſtere, & durare: nam ad ſubſiſtentiam
hypothecæ ſufficit naturalis obligatio. l.res hypothecæ.ff.de
pig.ſed in caſu iſto actio perſonalis totaliter extinguitur tam
quo ad ciuilem, ꝗ quo ad naturalẽ obligationẽ, ſiquidem nec
natura quidem patitur, ſicut nec iuris ciuilis ratio, quod quis
ſit ſibimet debitor, & perſonam debitoris, & creditoris reſpe-
ctu eiuſdem rei agat eodem tpe. l. Vranius.ff.de fideiuſſ.l.Sti-
chum §.ſi creditor.§.aditio. ff.de ſol. & ſic neceſſario in totũ
extinguitur obligatio quaſi per ſolutionem eo ipſo, ꝙ credi-
tor adit hęreditatem ſui debitoris ſine inuentario. Doct.in l.
quæ dotis.ff.ſol.mat. & per conſequens ſimul perit hypothe-
caria, iſtam reſponſionem tradit, licet non ſic clare, Rui.in d.
conſ.17.nu.13. Pet. Anch.in c.acceſſorium, in col.3.de reg.iu.
tur poteſtas de alijs etiam rebus ad alios ſpectantib.diſponen
di.l verbis legis,& ibi no.de verb.ſig.l.in re mandata C man.
& nihilominus ſi de eis diſpoſuit is, cui ea res pertinebat, ſi
hæres eius exiſtat abſq; inuentario, venire nequit aduerſum
defuncti contractum,ſeu alienationem, iurib. vulg. ſecundo
dum allegatur tex.in c.j.§.ſi Titius.ſi de feu.fue. contro.dico
minus ad rem noſtram facere, quod.ſ.ſit aliqua differētia in-
ter filios,& agnatos non infertur, vt eo magis liceat feudum
vendicare.Sicut nec tertio,quod ſoleat feudum pro honore
familiarum concedi,nihil releuat,quoniam plerunque fidei-
commiſſa fiunt pro honore familiarum conſeruando, & ni-
hilominus ſi res fideicommiſſaria alienetur, hęres alienantis
non poteſt facto defuncti contrauenire ex iure fideicōmiſſi,
vt ſupra concluſimus. Tertio dum pro ſe allegat glo.in d.c.j.
in ver.inueſtire.de ſucceſſ.feu.reſpondetur, quod aut eſt fal-
ſa,aut oportet eam ſaluare,& intelligi ſecundum iam per nos
dicta,ne labamur in deteriora omnem iuris rationem cōfun-
dentes, & quatenus ſubiungit Arrius puerile ſibi videri ius
reuocandi feudum à defuncto alienatum pendere à facto in-
uentario,& quod errant illi,qui putarunt inuentarium habe
re virtutes herbæ betonicæ, profecto ſic non loqueretur, ſi
guſtaſſet aliquid boni iuris legis inuentarij, & quanta ſit eius
virtus manifeſtiſſime demonſtrauimus ex prædictis.

Quando uero actus improbatur abſolute, & omni reſpe-
157 ctu eſt nullus, † tunc hæres contrahentis poteſt illum impu-
gnare non obſtante quod eius hæreditatem abſque inuenta-
rio adierit,& in primis do exemplum in donatione inofficio-
ſa, quam filius poteſt reſcindere † non confecto etiam in-
158 uentario.l Titia.§.Imperator,ibi Barto.not.de lega.2. Salyc.
in l.1.in quæſt 3 C.de inofficio.donatio.& Barto.in l 2 verſi.
opponitur quod hæres.C.eodem Bal.& Pau. de Caſt.in l 1.C.
eodem. Curt Sen.in conſilio 1.nume. 18.ſimiliter patronus
159 retractat alienationem † bonorum à liberto factam, quate-
nus eſt in fraudem legitimæ ſibi debitæ, non obſtante,quod
eius hæreditatem abſque inuentario adierit. l.defuncto.C.ſi
quid in fraud.patro.l.1.& 2.ff eodem.Bar.Bal. Pau.de Caſt.&
Salycet.in d l.defuncto.Rui.in coſilio 42 lib. 5. & Bal in con-
ſilio 215 proponitur,in colum.2.verſicu. tertio reſpondetur,
lib.2.Iaſon in conſil. 56.lib 3. Alexand.in conſi.57.viſa,lib.5.
Barto.in conſil.65.Petrus Nicol.in colum.j. Iacob. Mand. in
conſi.73.Quod & filio concedendum eſſe minime dubito,ſi
160 pater † in fraudem eius legitimæ fecit aliquam alienationem,

Bart.

Bar.in l.non vſque adeo.ff ſi à paren.quis manum. Alexan.in
conſi.26.lib.2.& in conſi.45.lib.j.& in conſi.18.lib.4 Aliud
161 affero† exemplum,cum pater filio ſpurio aliquid dediſſet per
contractum. non enim poteſt in eum aliquo quæſito colore
bona ſua transferre, quin prole legitima valeat ex legis pote-
ſtate id retractare, adita etiam hæreditate abſq; inuentario,
vt per Rui.in conſi.71. in colom.2 lib.3 Lau.Calca.in conſil.
58.& ſeq.idem concludas,quoties lex perſonam,in quam bo
na alienantur,reddit incapacem,vt per Pau. de Caſt.in conſi.
340 circa primum articulum, in col.j.in antiquis.l & ibi not.
C.de hære. inſtitu. quæ quidem exempla ſatis ad propoſitum
adaptantur, quatenus nullo modo heres adſtringitur ad fa-
ctum defuncti ſeruandum tibi, alia fateor magis congrua af-
ferri poſſe, ſed prinſquam ea attingam, aliud generalius tibi
proponendum in hac re duxi(candide lector)nempe quoties
162 ex facto defuncti non formatur aliquod ius,ideſt aliqua†obli
gatio,in perſona defuncti,hæres eius non prohibetur contra
illud venire,eſt tex.in l.Lucius.ff ſoluto matrimo & ibi not.
hoc glo.Bar.Pau.de Caſt.& Alex.& alij, quam quidem gl.mi-
rum in modum extollens Rode.Suar.in l.quoniam in priori-
bus. in ampl.7.verſ.adde tamen mirabile. C.de inoffi.teſtam.
dicit ex ea limitati omnes leges de mundo diſponentes here
des contra factum defuncti venire non poſſe, quod, ſcilicet
non procedant, quando defunctus ex eo facto nō obligatur
aliquo modo.idem vult Aret.in conſi.122.Corn.in conſi 92.
in fi.lib 4.& in conſi.301.lib.i.& Matt.de Afflic.in deciſ.240.
in cauſa Cubelli,num.8.& Aug.Bero.in cōſil.110.nu.12 lib.j.
& Mant. Parau in cōſi.j.num.21. lib.2.Rolan.à Val in cōſ.50.
nu.16 lib 2.& in conſi.6.nu 15.verſ.2.pro fundamento,lib.3.
ſiquidem ſtante, quod in perſona defuncti non fuerit aliqua
obligatio formata,nihil in perſonam eius hæredis potuit de-
ſcendere,quod eum à proſequendo iure ſuo impediat, vt di-
xit Mant.in d.conſ.j. nu.21.allegando Alex.in conſ 38 lib.3.&
Curt. Sen.in conſi.j. & quod præterea hæres non repræſentat
perſonam defuncti,niſi in iure formato actiue, vel paſſiue in
illius perſona. Vnde inferunt reſpectu iuris actiui ad caſum,
163 quod hæres egiſſet † remedio recuperandæ pro poſſeſſione,
quę fuiſſet occupata iacente hęreditate,quod ius illius reme
dij competere nequiuit defuncto, quia nunquam ipſe ceci-
dit à poſſeſſione, ergo illud ad hæredem non tranſmiſit, &
addunt hæredem ex propria perſona illud habere non poſſe,
quoniam ipſe nunquam in poſſeſſione fuit. concludunt er-
go,quod ius actiuum non fuit in eo caſu formatum in perſo-
na defuncti, & quod ſic hæres non valeat agere ex perſona
defuncti,vt plene per Rolan à Val.in d.conſ. 50. & in d.conſi.
6.Rui.in conſi.45.num.10 lib j.Natta,in conſil 430.nu.5 Cor.
in conſi.329.in colum.7.lib.j.Hiero.Cagn.in l.hæredem ff.de
regu.iu.Socy.Iu.in conſ.34 nu 13 lib.3. Alex.in cōſi.37 lib.1.
Matt.de Afflic.in deciſ.299 num.13 Hiero. Grat.in conſi.70.
lib.2 Card.Pariſ.in conſ.1.nu.157.lib j Corn.in conſ.18.nu.4.
lib.j.quemadmodum igitur ex iure actiuo nō formato in per-
ſona defuncti agere nequit, ita ex iure paſſiuo ſimiliter non
formato in perſona defuncti pati non poteſt exceptionem
iuxta præællegata Et ius paſſiuum in perſona defuncti non for
164 matū † poteſt altero de duobus modis contingere. Primo,ꝙ
defunctus non contraxit, vt ipſe aliquo pacto obligaretur,&
ſic eius perſonam nullatenus adſtrinxit.Secundo,quia lex pe-
nitus reſiſtat actui nolens ex ea dari aliquam obligationem,
uel ius oriri, & prius loquentes de primo, exemplum eſt in
165 † promptu,in d.l. Lucius,ſolu.matrim.nam ibi pater pro filio
abſente, cui ob repudiū temere miſſum ab vxore fuerat dos
quæſita, denuo ſponſalia contraxit.demum eo mortuo, cum
filius,qui eius extiterat hæres, illum contractum ſponſalium
à patre factum,nollet habere ratum,reſponſum extitit pro fi-
lio,quod non teneretur illum ratificare, propterea quod pa-
tris perſona in eo contractu nomine filij per ipſum geſto, nō
cenſebatur obligata,ſicq; ius paſſiuum non fuerat aliquod in
eius perſona formatum, & per cōſequens in hæredem nulla
obligatio deſcenderat, qua poſſet ad obſeruationem hmōi
contractus compelli,ex ſui autem perſona minus, quum ipſe
non interuenerat,& nemo cogatur ratum habere geſtum ab
alio,vel contrahere.l.nec emere.C.de iu.delib.cum concord.
ideo Barto.in d.l cum vir.in col.fi.& Cor.in d.conſ.301.circa
166 primum,nu.11.lib.j dicunt,ꝙ hæres, † cuius nomine defun-
ctus geſſerat negocium,ſi nolit tale negocium ratificare,non
cogitur ex antedicta ratione, quia gerens alterius negocium
ſimpliciter, ipſe ſeu perſona ſua nequaquam obligatur, niſi
promittat de rato,cum autem promitteret de rato,cum cer-
167 tum ſit ipſum obligari,hæres exiſtens eius, is pro quo promi-
ſerat de rato, neceſſario compellitur illud negocium ratum
habere,ex quo illa obligatio in ipſum tranſit,& eum obſtrin-
git,ſi non confecit inuentarium.Alexand in conſi.92.viſo,&
oportune,in colum 3.nume.4 lib 5.Rui.in conſi 42.nume.6.
lib.5.Natta,in conſi.214.Bart.in d.l.cum vir. Bal.in d.l.cum à
matre,num 4. Quod profecto ſeruatur generaliter in quoli-
168 libet alio adminiſtratore,& geſtore rerum alienarum,† vt in
inſtitore,dum enim ſolo inſtitorio nomine contrahit ipſe nō
obligatur.l ſi.ff.de inſtit act l.j.§.exercitorem.ff.de exer.ſimi-
liter & tutor, vt l.tutorem.ff.de his,quib.ut indig l.cum quę-
dam.C.de adminiſt.tuto.ſic & cæteri omnes, vt latiſſime per
Sylua.in conſi.8.eo quod negocium nō dicitur pertinere ad
gerentem,ſed ad eum,pro quo,ſeu cuius nomine agitur Pet.
Anch.in d.conſil.318. Qui tamen, ſi propriam fidem in con-
tractu nomine alterius geſto adſtrinxerunt,abſque dubio ipſi
obligantur.Socy.in conſ.154.lib.2 Rui.in conſil.94 lib.j Bal.
in conſil.366 lib.5.Matt.de Afflic.in deciſ.64 Barto.& alijs,in
l.procurator, qui pro euictione. ff de procura. vbi declarant,
quādo propriam fidem adſtrinxiſſe videantur, ſeque proprio
nomine obligaſſe intelligantur. Quod etiam ad authorizan-
169 tem † alterius contractum vt mulieris vel minoris deduci-
tur, veluti cum pater,vel propinquus ex forma ſtatuti requi-
rentis eius conſenſum ſeu authoritatem interuenire in huiuſ-
modi perſonarum contractu, interponit authoritatem, vel
conſenſum in tali contractu,certe non obligatur ex hoc, ſed
ſi in compromiſiſſet,verbi gratia,quod ille minor,cum ad ęta-
tem legitimam peruenerit,id ratum habebit, & c.ipſe obliga-
bitur de eo caſu, vnde ſi ille minor exiſtat eius hæres ſine in-
uentario non poterit vnquam tali contractui contrauenire,
licet alias eſſet inualidus & nullus, quia obligatio defuncti,
quæ in eum deſcendit impedit eum impugnare,vt conſulen-
do plene probat Haym. Crau.in conſi.poſt eius tractatum de
antiqui.tempo.impreſſo. Atq; pendet ab hac doctrina meo
quidem iudicio vera reſolutio illius controuerſę quęſtionis.
170 Vtrum † filius hæres patris ſine inuentario valeat rem pro-
priam ab eo alienatam auocare, ſeu vendicare. Nam pater,ſi
alienando ſe obligauit, vtique,quia talis obligatio deſcendit
in hæredem,filius eius hæres venit repellendus ab impugnā-
do huiuſmodi contractum, ſin autem minime obligauit, ſe-
cus ſecundum prædicta, omnis ergo difficultas eius quęſtio-
nis reſtringitur ad hoc,an vel quādo pater cenſeatur ſeipſum
obligare, & ad hoc decidendum ego diſtinguerem,quod aut
pater vendidit rem filij, vt rem filij adminiſtratorio, ſcilicet
nomine,aut vendidit vt rem propriam & proprio nomine,in
171 primo caſu † crederem, cum alienatio eſt nulla(quādo enim
eſſet valida, non eſt quid dicamus)& non apparet, quod in
eo propriam fidem adſtrinxerit, ipſum filium admittendum
eſſe contra huiuſmodi alienationum non obſtante, quod eſ-
ſet patris hæres ſine inuentario,quia pater ipſe,ſi viueret,etiā
adhoc admitteretur, argum.l.quemadmodum. C.de agrico.
& cenſ.lib.11.cap.ſi quis preſbyterorum, ſecundum commu-
nem intellectum. ext.de rebus eccle.non alie. glo.in princip.
inſtitu.quib.alien.licet,vel non.And. Alcia.in conſil 20 Rui.in
conſi.42.lib.5.& Arri.Pinel.in d l.j.nume.37 in 3.parte,dum
voluerunt iconomum,prælatum eccleſiæ, ſimileſque perſo-
nas rem à ſe alienatam nulliter ſub officij nomine, quo ille
fungitur, poſſe retractare. ſi igitur pater ipſe admitteretur
eo nomine adminiſtratorio agens pro filio,cur nō etiam ip-
ſe filius? immo multo magis, cum ſit eius rei dominus,& in
cōtractu nō interuenerit.Nec obſtat,ꝙ illud officium admi-
niſtratoris legitimi cohęrens perſonæ patris expiret per eius
obitum,& ad hęredem nō trāſmittatur.l.j C.ſi quis rem mu.
eme.l.eius bonis.ff de curato.furio.& quod ſic in perſona filij
hæredis nequeat illud oſtēdi,quo ipſe nunc experiatur: nam,
quamuis ipſum officium ad eum tranſire nequeat,attamen,
cum fatendum ſit eum perſonam geſtare, pro qua illud offi-
cium patri datur, & quod per obitum patris effectus ſui iuris
poſſit ea, quæ eius pater poterat ſub illo ſui adminiſtratorio
nomine,nō eſt,quare negemus filium poſſe in hoc caſu retra
ctare rem alienatam,vt pater eius ſub eo noīe poterat. Acce-
172 dat,quod † ipſe filius poteſt adhuc viuente patre cōtra hmōi
alienationē venire,vt per Arria. Pine vbi ſupra,nu.73.ſed his
nō obſtātibus,cur ergo nō etiam mortuo patre? cum tūc pa-
tria poteſtas,quæ ei poterat obſtare, ſublata ſit.inſti.qui mo.
ſolu.pat.pote.& concor.In ſecūdo autem caſu,cum vendidit
172 rem filij, vt † rem propriam, & noīe proprio, nihil eſt quare
dubitemus filium repelli à proſequutione rei ſuæ,adita patris
hęreditate abſq; inuētario,propterea quod pater ſic vendens
obligatur de euictione.l.nō dubitatur,vbi oēs not.hoc.C.de
euict.quæ obligatio deſcēdens in filium hæredē, implicat ip-
ſum,ne contrauenire ſibi liceat.d.l.vendicantem. ff. de euict.
cum vulga. idem ſi vendidiſſet ſimpliciter non expreſſo quo
noīe, in quo caſu cenſeretur etiam vt rem propriam & noīe
proprio vendidiſſe.Cor.in conſ.259.nu.14 lib. 1.& obligatur
vendens de euictione,vt per eum ibi. Et hoc pacto contrarię
174 ſcribentium opiniones conciliati ſimul † queunt, ut opinio
glo.Bal.& aliorum in d.l.cum à matre,procedat, quando pa-

ter rem filij adminiſtratorio nomine vendit, & non probatur
aliqua ex parte ſe ipſum obligare voluiſſe alienando rem filij.
Pauli vero de Caſt. opinio procedat, quando vendidit rem fi
lij proprio nomine, vel ſi vendidit adminiſtratorio nomine
excedens fines ſui officij propriam fidem adſtrinxit. Nec exi-
ſtimes ex eo duntaxat, quod pater alienat adminiſtratorio no
mine rem filij cenſeri propriam perſonam obligare, utcunq;
175 ſenſerit gl. in d. l. cum † à matre. hoc enim eſt aduerſum com-
munem iuris regulam ſuperius relatam, & contrarium elici-
tur per iura ſuperius allegata. Nec obſtat tex. in l. & ſi is. C. de
cred. pri. quia loquitur in caſu, quo tutor propria bona obliga-
uit, ex quo ſumitur, quod etiam voluerit propriam perſonam
obligare. ſecus ergo, vbi non obligauit propria bona, nec ali-
ter ſuam perſonam obligari voluiſſe nõ apparet. Adde in tu-
tore, quod Borgninus in tract. de tut. num. 172. dicit, quod tu
tor vendens nomine pupilli ipſe nõ obligatur de euictio. niſi
ſe & ſua bona obligauerit, niſi eſſet tutor falſus, tunc enim te
netur ad intereſſe alterius partis ſecum cõtrahentis ſecundũ
Corn. in conſil. 263. lib. 4. Benuen. Stracha de aſſecu. in præfat.
num. 74. Socy. in conſil. 2. num. 8. ipſe autem tenet cõtrarium,
qui cõtrahens debet percũctari, an ille eſſet legitimus tutor,
vel nõ, quod & alijs rationibus defendere nititur, de quib. ibi
per eum. Similiter nõ obſtat tex. in l. ſeruum filij. ff. man. quia
loquitur in procuratore, & non in legitimo adminiſtratore,
ſecundum gl. in d. l. procurator qui, relatam ibi à Bart. qui ha-
bet regreſſum cõtra ſuum principalem. Item ex aliquibus ibi
procurator obligabatur, quæ in hoc caſu ceſſant, & in cõtra-
rium ſtat antedicta iuris regula, & in terminis, quod pater ven-
dens rem filij adminiſtratorio nomine nullatenus ipſe obli-
getur, tenuit Iaſ. in cõſi. 56. in colum. 3. lib. 3. ſicque firma ad-
176 huc reſtat noſtra concluſio, quæ ſane certior † eſt doctrina
Nico. Boer. in deciſ. 33. Ad iſtud caput poteſt pertinere caſus
in ſpecie cõtractuum, qua cõtrahens nihil agere intendit ve-
re. de qua in l. imaginaria. ff. de regu. iur. in locis concor. quo-
niam nec in eis cõtrahens obligatur, & per conſequens eius
hæres cõtrauenire conceditur, vt & ipſi cõtrahenti liceret, quod
no habet vllum dubium. Secũdo modo nõ formatur ius paſ-
ſiuum in perſona contrahentis, vt quia lex omnino, & abſolu
177 te deneget omnem actionem ex tali † contractu ab ipſa im-
probato. exemplum dari poteſt, quando hoc agit, vel ob ga-
bellam de cõtractu non ſolutam, vel quia nolit ob publicam
vtilitatem res immobiles in alienigenas, ſeu forenſes alienari,
vt per Lau. Calca. in conſi. 125. vel nõ ſeruatas ſolennitates à
ſtatuto introductas, vt per Thom. Gram. in deci. 12. vel ob ip
ſam ſubſtantiam contractus à iure improbatam, vt eſt vſura-
rum promiſſio, quarum promiſſio de iure canonico nullam
prorſus parit obligationem, quod ius hodie ſeruandum eſt
vbique, vt in titu. de vſu. in decr. lib. 6. & in clem. & propterea
Guid. Pap. in conſi. 180. num. 4. in con. 81. nu. 5. verſic. ad quar
178 tum † dubium. & in deciſ. 143. pulchre argumentatus fuit in
propoſito caſu vſurarum, quod hæres poſſit negare illas ſol-
uere à defuncto promiſſas quia, ſi creditor ad eas vult hære-
dem cogere vi obligationis ex promiſſione per defunctum fa
179 cta, reſpondetur, † quod illa nõ eſt efficax, cum à iure ſit im-
probata, alleg. titulis & non ſtat tex. in d. l. cum à matre, quod
procedit in caſu, quando ex contractu reſultat aliqua efficax
obligatio, nõ autem, quãdo prorſus omnis obligatio, & actio
denegatur (vt ipſe ſubdit ibi) ſed ſi forte vult hæredem coge-
re vi iuramenti, quia defunctus iuraſſet eas ſoluere, in quo ca
ſu compellitur ſoluere reſeruata ei poteſtate illas repetendi.
c. debitores. ext. de iureiu. reſpondet Gui. Pap. ibi, quod iura-
mentum, cum ſit perſonale. c. veritatis. ext. de iureiu. nõ tran
ſit ad hæredes, ſcilicet quo ad reatum periurij, & ideo non eſt
ei opus ad euitandum periurium prius ſoluere, & poſtea re-
petere. Quod plane eſt generale in alijs caſibus quoties con-
180 tractus penitus à lege improbatur, † & iuramentum ei non
tribuit aliquod robur, ſed duntaxat à iurante metum periurij
incutiendi, ſi non obtinuerit iuramenti abſolutionem, ve-
nit ſeruandus, vt & in caſu Rui. in conſi. 71. in 2. dub. lib. 3. ſed
ſi iuramẽtum redderet cõtractum validum alias inualidum,
tunc dubio procul hæres ad obſeruantiam talis contractus
perpetuo compelleretur Socy. Iun. in conſi. 60. num. 24. lib. 3.
Card. Pariſ. in conſil. 51. lib. 1. Gram. in conſi. 100. nu. 73. Hier.
Grat. in conſi. 66. lib. 1. Cur. Iun. in conſi. 110. Rui. in conſi. 69.
& in ſequen. lib. 3. & in conſi. 125. & in conſi. 92. lib. 1. Socy. in
conſi. 48. & in conſil. 143. lib. 1. & Corn. in conſi. 6. lib. 1. Can.
in c. cum contingat. ext. de iureiuran. & in auth. ſacramenta
puberum. C. ſi aduer. vendi. Atqui contendunt ſæpe noſtri
Doctores, vtrum contractus reddatur iuramento validus, vel
non, vt ſi reddatur validus, eo hæres iurantis teneatur, alioquin
ſecus, vt eſt dictum, de quo nunc agendum mihi non videt.
diſputant de hoc Canoniſtæ in d. c. cum contingat. in c. 2. de
pact. in 6. & in c. quamuis. de iureiu. cod. Doc. in authen. ſacra-
menta puberum, & in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. & in cap.
non eſt obligatorium. de regu. iu. in 6. Vnum ſuper quo mihi
contigit meditari non prætermittam, ſcilicet an iuramẽtum
181 reddat validam donationem etiam † quatenus excedit quin
gentos ſolidos, non obſtante inſinuationis defectu, & hoc
propter antedictam concluſionem, quod, ſi reddatur valida,
hæres donantis compelletur eam obſeruare, alioquin ſecus,
iuxta prædallegata. quod dixerim præſuppoſito, quod dictum
iuramentum cenſeatur extendi ad caſum omiſſæ inſinuatio-
nis, de quo etiam deinceps dicam, & reperi Paulũ de Caſt. in
conſi. 195. viſia his, quæ narrantur, in colum. penul. in a. lib. in
nouiſ. qui dicit donantem teneri ad implendum ſeu ſeruan-
dum donationem non inſinuatam ſolo metu periurij euitan
di, non autem ex eo, quod ipſa donatio iuramento cõfirma-
tur, ſeu reddatur valida in illo exceſſu ſolidorum quingen-
torum, & mouetur, quia inſinuatio eſt inducta fauore publi-
co ad euitandas fraudes. l. data. C. de donatio. idem ait Duen-
nas in ſuis regu. & addit Caſtren. quod eſt etiam in odium re-
cipientis inducta, ſed quando contractus eſt nullus, uel fauo-
re publico, vel odio recipientis, tunc iuramentum non robo-
rat talem contractum, ſed iurans quatenus poteſt ipſum ſer-
uare abſq; interitu ſalutis æternæ ad eius implementum com-
pellitur, ne in periurium incidat, ad trad. per Barto. in dicta l. ſi
quis pro eo. & alios in locis præallega. & Grat. in deciſio. 15.
182 nume. 17. vbi dixit, † quod ſolennitas ſeruanda ex forma ſta-
tuti, vtputa in contractu filijfamil. quia cenſetur inducta fa-
uore publico, & ob publicum bonum, ſi non ſeruetur, con-
tractus non redditur ob iuramentum validus, & quod eſt
fortius, dicit quod habet lex vim apoſtolici, adeo quod nec
iurans ipſe tenetur aliquo modo ad illius obſeruantiam, quod
dictum mihi videtur nimis animoſum, ſicut nec tutum,
quod contractus non ſeruata forma ſtatuti iuramento non
confirmetur, quod impræſentiarum non diſcutiam, ſed ſuffi-
ciat dicere quod, quando aliquid prohibetur fauore publi-
co, contractus tunc non reddatur validus ob iuramentum
appoſitum. Et pro dicta Caſtren. opinione, poteſt addi, quod
inſinuationis renunciatio non ualeat ſimpliciter facta, ut per
183 And. Tiraquel. in l. ſi unquam, † in princip. nume. 138. C. de
reuoc. donat. cum iuramento autem quam plures etiam di-
xerunt ei renunciari non poſſe. Lau. Calca in conſil. 25. num.
60. Alciat. in reſpon. 759. Ioan. Crot. in l. nemo poteſt, de lega.
primo, & alij de quibus per And. Alcia. vbi ſupra, nume. 159.
& licet in hoc plerique contrarium teneant, ex quo tamen
mouentur ex ea ratione quia iſtud iuramentum poteſt abſ-
que interitu ſalutis æternæ ſeruari, videntur velle, quod con-
tractus ex eo non valideretur, ſed quod ob reatum periurij eui
tandum non liceat opponere de defectu inſinuationis. Hinc
Paulus de Caſt. in conſ. 91. viſa quadam ſcriptura, in antiquis.
conſuluit, quod Iudæus, quia de eius anima eccleſia non cu-
184 rat. cap. gaudemus, de diuor. † ſicque ceſſat ratio euitan-
di periurij, poteſt opponere de inſinuationis defectu contra
donationem à ſe factam, iuramento proprio non obſtante,
quod certe non poſſet ſi ex iuramento ualida redderetur.
Veruntamen mihi videtur, quod ubi iuramentum cenſetur
caſum inſinuationis comprehendere, dubio procul ipſa confir-
185 metur, ac reddatur ualida, † ita quod hæres non poterit
eam ex defectu inſinuationis impugnare, hoc uoluit Feder.
de Sen. in conſilio 281. caſus talis eſt, qui expreſſim hoc dicit.
eum referunt, & ſequuntur quamplurimi Corneus in conſil.
69. de duobus, in colum. fina. lib. 2. & in conſil. 186. nume. 18.
eodem lib. Socy. in conſilio 77. & in alijs tribus ſequentibus,
lib. 1. Dec. in conſi. 432. vult ipſam donationem validari, idem
ait Aret. in pluribus conſ. infra citandis. Nec enim eſt verum
inſinuationem introductam cenſeri in fauorem publicum
principaliter, vel in odium recipientis, vt probat Corneus
in dicta authen. ſacramenta puberum, & in conſil. præallega.
& Dec. in conſil. 431. in colum. penult. nume. 22. & 23. volen-
tes ſecundum magis communem inductam cenſeri principa
liter in fauorem priuatorum, & priuatam vtilitatem concer-
nere, & eſt quædam ſolennitas iuris ciuilis, quæ per iuramen-
tum poteſt ſuppleri, vt per Andr. Tiraquel. in tracta. de legi.
connub. in glo. 4. verſic. non deſunt tamen, nume. 28. vbi ſe-
cundum multos Docto. dicit ſolennitatem à ſtatuto requiſi-
186 tam † in contractu mulieris, vel minorum ſuppleri per iura-
mentum, ita quod contractus ex eo redditur validus, & trad.
per Can. in c. licet mulieres. ext. de iureiu. & in d. authen. ſacra-
menta puberum, & in d. c. cum contingat, ac poteſt dici, quod
hodie de iure canonico habet iuramentum maiorem vim, quam
olim de iure ciuili, vt dummodo non aduerſetur iuri diuino,
ſuper contractu nullo adhibito tribuat ei robur, vtcunq; ali-
ter iuris ciuilis ratio, ſeu diſpoſitio dictaret, vt inquit Pau. de
Caſt. in conſil. 380. circa primum, in colum. fina. in antiquis.
Proinde de veritate illius præſuppoſiti præſertim eſt videndũ

am & quando Iuramentum complectatur caſum inſinuatio-
nis,nam li in eo non cenſetur iuratum reſpectu inſinuatio-
nis deficientis,& de ea cógitatum, donans ipſe abſq; aliquo
metu periurij poterit excipere de non facta inſinuatione, ut
mox dicetur. Et ſcire debes,quod quamuis varijs in locis nõ
pauci Doctores ſimpliciter dixerint iuramentum in donatio
ne ſupplere defectum inſinuationis,tamen re uera propenſis
ſcribentium verbis hoc debet intelligi, ſi ultra iuramentum
187 † adeſt inſinuationis renunciatio,ut ſcias, quod non ſufficit
donationem eſſe iuratam,ſi de inſinuatione non eſt factum
aliquod verbum, ita in indiuiduo determinant infraſcripti
Doct. Fed. de Sen.in conſi. 28 t.caſus eſt talis. Ioan. Calde. in
colum.2.de iurein.And.Barb.in conſi 16.in col.9. nume.17.
verſi.item tollitur etiam lib.2.Anto.Capi.in dec.159.Soc.Iu.
in conſi.8.rub.17 ner ex his.lib.4.Ioan.Cephal.in conſi.218.
num.15.& nu.16.lib.2.ubi & ipſe aperte dicit,quod iuramen
tum non releuat,quando in donationis inſtrumento nõ fuit
expreſſim inſinuationis legibus renunciatum, & Port.Imo.
idem tenens,in conſi.36 nu.54.aduertit quod veteres,ita de-
mum voluerunt iuramenti virtute defectum inſinuationis
ſuppleri,cum ei donans ſpecialiter renunciauit allegãdo Fed.
de Sen. & alios antiquos,idem uult quidam Doct inter eius
conſilia,in conſi.80.num.16.verſic.tandem in hoc.& Hiero.
Tom.inter eiuſdem conſilia in conſi.81.nume.31. vbi dicens
illam opinionem,qua dicitur per iuramentum ſuppleri defe-
ctum inſinuationis eſſe dubiam,& ſe non audere illam firma
re,ſaltem eum non eſt in ſpecie & expreſſim inſinuationi re
nunciatum,audet ergo ſolum firmare, quando fuit in ſpecie
renunciatum inſinuationi.idem tenet Tobias Noni.in conſ.
152.num.7 inter conſilia eius ſecundum impreſſionem no
uiſſimam.lib 1.& Natta,in con.110.nu.16.Aug.Bero.in con-
ſil.56.uiſo.in colum 2.num.9.lib.1.ubi ait,quod ſolum iura-
mentum non ſufficit,ſicut nec ſola renũciatio inſinuationis
ad hoc,ut non ſit opus donationem inſinuare, ſed quod re-
quiritur vtrunque,ſcilicet renunciatio inſinuationis expreſ-
ſa,atque ſimul iuramentum,quia cum iuramento poteſt in-
ſinuationi renunciari ſecundum magis communem,& tunc
tenet donatio abſque inſinuatione.in hac ſententia etiã fuit
Rui.in conſi.159.nume.15.verſ.item non obſtat, dum dicit,
lib.4.Ant. de Cana.in tract.de inſinuatio.in a.par.in q.28.Ste
pha.Aufr.in add.ad deciſ.Toloſ.281.Io.Cro.in d.l.nemo po-
teſt.num.38.& ibi Ripa,num.58.& ibi Rui.in colum.15.uer.
& prædicta procedunt.Petruc.in tract.de virt.iuram.in 12.ef
fec.Ant.de But.in d c cum contingat. & ibi Ioã. de Imo.nu.
29.Ang.in conſi.59 quia filio.ad fi.Fran Zoan.in conſi.6.nu.
2.And Alci.in conſ.2 & in conſi.532.num.4 lib 1.Curt. Iun.
in conſil.141.in col.fi.And.Barb.in conſi.66.inter conſ. Curt.
Senio.in colum.fi.cui ſe ſubſcripſerunt Anto.de Placen Hio
ro.Tortus.& Nic de S.Nazar ideo dixit aduertẽdo nos And.
Tiraq.in d.l ſi vnquam.nu.143.in impreſſione Veneta, quod
maior pars eorum,quos ipſe citat pro opinione, qua dicitur
iuramento confirmari donationem non inſinuatam, loquitũ
in terminis,cum fuit in ſpecie renũtiatum inſinuationi:om-
nis enim quæſtio videtur eſſe vtrum renunciatio inſinuatio-
nis ualeat iurata,ſuper qua cõmuniter reſolutum eſt per ſcri
bentes affirmatiue,non autem eſt,quod ſolum iuramentum
confirmet donationem inſinuatione carentem.ſtat ergo di
188 cta concluſio tot autoritatibus firmata,† φ iuramẽtum nõ
ſupplet inſinuationis defectum ſi non adſit eius renunciatio
ſimul, quæ concluſio rationibus & argumentis optimis de-
189 fenditur † Nã iuramentum nõ refertur ad ea,quæ ſunt de fu
turo,& ex poſt facto contractu debet fieri,ut cenſeantur re-
miſſa,uel quominus ea fiant.Natta,in conſi.111.Nico.Boer.
in deciſ.204.num 22 Rimin.in § 1 num.258.inſtitu.de don.
And.Tiraqu.vbi ſupra,nu.166.Pedem.deciſ.122.quoniam in
iuramento ſubintelliguntur omnes ſuæ cõditiones intrinſe-
cæ ſecundum naturam actus,quod ſcilicet adimpleãtur,quę
ſunt adimplenda,ad not.in l.quod Seruius.& l.ſi donaturus.
ff d ocond.ſine cau.l.fi.C.de nõ nume.pecu.Docto.in c.quẽ-
admodum.ext.de iureiur & præſertim intelligitur hæc con-
ditio, dummodo culpa partis abſit, alias iuſtum locum non
habet. Alex in conſi.114.in col.2.lib.3.Soc.in conſi.70.Card.
Pariſ.in conſi. 109 num.38 lib.1.Iaſ.in l.1.in colum.3. uerſic.
confirmatur iſta ſolutio C.de inſtitu & ſubſtit. etenim nun-
quam ſupplet ea,quæ proueniunt ex culpa partis.ita dicit So
ci.Iun.in d.conſi.8.uerſi.ſed tertio. Crot.in d.l.nemo poteſt.
num.38.quod conſiderant in propoſito huius concluſionis,
quod quia inſinuatio eſt actus de futuro, qui fit poſt dona-
tionem perfectam qñcunq;, dum tamẽ fiat in uita donantis.
Soc.in conſi.78.lib.1.Corn.in conſi.221. quia in cauſa,in col.
2.lib.1.& in cõſi. 36.lib.3 in §.primo.numero 202. inſtitutio.
190 de donatio. Alb.in conſilio 4.numero 29 & † ſolus donata-
rius poteſt facere donationem inſinuari.Bald. in l. cum mul-
tæ.in prim no.C.de donat.propter nupt.Ange. in conſi. 179.
Alex.in conſi.157.in colum.2.num.9.lib.2. Rui. in conſil.34.
num.2.lib.2.Cor in d conſilio 221.num.6.Torniel.in d.conſ.
81.dicitur donatarius in culpa, ſi non fecit eam inſinuari, &
donans contra donationem veniens in hoc caſu dicitur re-
darguere donatarium de culpa in hoc, & non de inobſeruã
tia iuramẽti poteſt ipſe redargui, ſicque in reatũ periurij nõ
incidere,ſecundum Ang.in d.conſi 59 ad fi & poſt eum Al-
cia in d.cap.cum contingat,& in reſp.54.& Soc.Iun.in d. cõ-
ſi.8 & nõnulli alij ea ſuperius allegatis, & quatenus donatio
nõ eſt inſinuata animus donantis dicitur abeſſe,& ſic nõ do
naſſe, vt notatur per Bal.& alios in d.l.ſancimus.C de donat.
Soc Iun.in d conſi.8.nume.13.Porti.Imo in d. conſ.36. Pau.
de Caſt.in d.conſ 195.ad fi.ita quod obligatio,ne quidem na
turalis ex ea oritur,ſecundum And Barb.in conſi. 66. nume.
22.ver.ſed donatio non inſinuata.& in conſil. ſeq. in colum.
2. verſ. pro opinione Bar.inter conſi.Curt.ſen. Are. in conſi.
2 in colum.2 Calcan.in conſi.25.nu.61. Aret. in conſi. 77. in
fi.poſt Bar.in l.vt mihi donares.ff. de donatio. qui Aretinus,
& Bart.dixerunt,quod exceptio inſinuationis dicitur exce-
ptio intentionis & facti,intantum, quod etiam in foro eccle-
ſiaſtico donans cogi nequit,ut per Bal in d.l.ſancimus in co-
lum.1.uerſi nota quod lex.Soc.Iun.in d.conſi.8. Vital. Cãb.
in tract.clauſ.in clauſ.an legi inſinuationis.nu.19.nimirum er
go,ſi ipſe donans,necdum eius hæredes,poteſt talem donatio
nem improbare,& merito dixerint Ant.de Canar.vbi ſupra.
Io. Cephal.in d.conſi.208.Fern.Vaſqui.in tract.de creat ſuc-
ceſſ in lib 1.in §.v.verſ.tertio intelligitur.num.3.Soc.Iun.in d.
conſi.8.Curt.Iun.in d.conſi.141.Io Cro.in d.l. nemo poteſt,
& nonnulli alij, quod iuramentum non ſanat iſtam nullita-
tem inſinuationis deficientis,quia eſt de futuro, & non cen-
ſetur ex eo remiſſa: & de hoc mihi non videtur amplius am
191 bigendum. At probabilior eſt dubitatio,† vtrum ex clauſula,
quod renunciauit omni legum & ſtatutorum auxilio ſimul
cum iuramento donatio reſtet confirmata,ut non egeat inſi
192 nuatione †ſicq; videatur per huiuſmodi generalem clauſu-
lam renunciatum inſinuationis legibus, non pauci quidem
id dixerunt,ut Corn.in conſi.221.quia in cauſa. nu.3.4. lib.1.
& in conſi.69 de duobus.in colum.3.nume.16 lib.2.& in cõ
ſi.186.num 18.eod.lib.2.Ludo. Gozad.in conſi.87.nume.16.
Soc.in conſi. 80. nume.10.lib.1. & in 3.conſi.præced.Rui.in
conſi.180.num.14.lib.1.Com.in conſi.54.in themate.verſic.
ſed dubium remanet.lib.4.Rolan.a Valle,in conſi. 93 num.
4 lib.1.& in quæſt.de lucro dotis.in quæſt.42. num.11.Rimi
nal.in d.§.1.nu.261.inſtitut.de donat. Sed veritas mihi vide-
193 tur contra ſe habere,& Doctores communiter tenent gene
ralem renunciationem non ſufficere,ſed requiri particularẽ;
ſeu ſpecialem ipſius inſinuationis, vt donatio ſine ea valeat iu
rata,vt patet in locis per citatos ſuperius. & aſſerit Calde. in
dicto conſi.2 extra.de iureiur.quod optime ſuadent ea, quæ
de iuramento ſimplici diximus.caſus enim,quos non com-
plectitur iuramentum, generalis renunciatio non includit, ſi
de aliquo non cenſetur cogitatum in iuramento,nec in gene
rali renunciatione de tali creditur renuncians ſenſiſſe,Pede,
194 in deciſ.112.num. 30.ſed in iuramento non cenſetur,† vt di
ximus cogitatum de caſu inſinuationis,ergo &c. etenim re-
nunciatio generalis non ſe extendit ad ea,quæ partes cogitaſ
ſe non exiſtimantur Aug.Bero.in conſi.177.nume.31.lib.1.
Nec excludit renunciantem a iure, quod ortum habet a cau
ſa de futuro, ſeu ex facto, vel omiſſo aliquo poſt contractũ
faciendo. Lud Roma.in conſi.472. Hippolit.de Marſ.in rub.
de fideiuſ.num.28.Dec in conſi.27. & ubi requiritur renun-
ciatio ſpecialis,non ſufficit generalis, ut in hoc propoſito di
cit Rolan.a Valle,in conſi.95.nu.37.lib.1.tenens quod opor
ter in ſpecie renunciare inſinuationi, alias nemo ab ea rele-
uetur,ſeu remiſſa non cenſeatur, & cum renunciare inſinua
tioni ſit de prohibitis a lege,ſecundum Aug.Bero.in d conſi.
57.num 9.& alios omnes, qui negarunt inſinuationis renun-
ciationem eſſe validam abſque iuramento, per nos citati ſu-
perius, neceſſario ſequitur, quod in generali renunciatione
non continebitur, quoniam in generali ſermone nõ ueniũt
per legem prohibita,Haym.Cra.in conſi.200.arg. l. generali.
ff.de pigno.c.in generali,de reg.iu.in 6.& concord Accedat,
φ iſtæ renunciationes generales ſumuntur potius ex for-
mulis notariorum ſecundum ipſorum ſtilum, & morem
apponendi, quam ex deliberata & ſpeciali contrahentium
mente,& ſcientia,ideo de eis Doctores modicam habent ra
tionem,& eas parui faciunt,vt poſt alios dixit Ioa.Cephal.in
conſi.110.nu.84.lib.2.Ripa latiſſime in l.Centurio.num.81.&
num. 84 de vulg. & pupil. adeo quod non operatur aliquid
vltra principalem naturã contractus Io. Cepha. in conſi. 94.
num.28.lib.1.& in conſi. 16.num.13.lib.2. Dec.in conſi.305.
in col.fi.Corn.in conſi.139.in col,3. lib.1.And. Tiraq.vbi ſu-
pra,

pra.num.126.& in tract. de retract.ligna.§.1.in glo.18.nume.
16.vt potius cenſeantur ſuperfluo ſtare, quam inducant ali-
quid præter principalem partia intentionem. Natta in conſi.
372.nu.16.Dec.in conſi.388.num.4.Rui.in conſi.8.11.lib 1.
concludendum eſt igitur huiuſmodi generali clauſula renũ-
ciationum non cenſeri remiſſum onus inſinuandi donatio-
nem, & ideo adhuc ea non obſtante licere donatori inſiin-
gere donationem, quamuis iurata etiam fuerit, ob defectum
inſinuationis ſpecialiter requiſitæ, & ita in Rota Senenſi in
cauſa graui D Pandulphi de Petrucijs cũ illis de Finettis una
cum Excell. & Mag. D. meis collegis iudicaui ad fauorem, ſci
licet hęredis donantia contra donationem iuratam, & ſtante
d.clauſula generali renunciationum, quæ ſententia per Mag.
Rotam Florentinam fuit comprobata, cum enim eſſet lata
contra minores, placuit iuſtiſſimo & Sereniſſimo Principi
195 ad preces † prædictorum, vt ea reuideretur, & ſibi p̄ſati Ma-
gnifici & Excellen. Domini de Rota Florentiæ referrent, qui
retulerunt dictam ſententiam eſſe iuſtam, & poſtea fuit exe-
cutioni mãdata ex reſcripto Principis Sereniſſimi. Aliud pla
ne ſenſimus, ſi ex forma ſtatuti oportuiſſet iſinuationem fie-
ri tempore ipſius donationis, adeo quod facta poſt donatio-
nem perfectam uellet nihilominus donationem eſſe nullam.
in hoc enim caſu videtur ceſſare illud fundamentum, quod
iuramentum non trahatur ad id, quod poſt contractum ve-
nit faciendum, & quod de eo non fuerit in iuramento cogi-
tatũ: quia inſinuatio ſit quid de futuro poſt donationem ac-
cedens, ut iſtam differentiam conſiderando dixit Curt. Iun.
in conſi. 141. ad fi Iuli. Clar in §. de don. in quæſt. 18. & nota
etiam, quod quando donatio eſt ſuſpecta ex aliqua ratione,
prout fuit illa, de qua in cauſa D. Pandulphi pręfati, multo
promiores nos reddere debemus ad declarandum eam nullã
ut per Iac. Mand. in conſi 77. nu. 34.

196 Pro † complemento iſtius capitis velim etiam caueas ab
vno dicto Bar. Pau. de Caſt. in d.l. Lucius. ff. ſoluto matrimo.
dum ſcilicet dicunt ibi notando ex eo textu, quod hæres po-
teſt ſe tueri exceptionibus, uel defenſionibus, ſibi competen
tibus non vt hæredi. ſed ut extraneo, id eſt ex alia cauſa, quam
hæreditatis ea proprio ſcilicet iure, nam huiuſmodi dictum,
ſi ſimpliciter & indiſtincte accipiamus, vt eorum verba ſo-
nant, eſt falſum, vt elici poteſt, tam ex ſupra dictis, quam ex
ĩ dicendis, quod illud verum eſt duntaxat iuxta terminos. d.
l. Lucius, & ſimiles, cum ſcilicet in perſona defuncti formata
non fuit aliqua obligatio, tunc eius hæres poteſt ex proprio
iure ſe tueri contra factum defuncti, ſed ſi in perſona defun-
cti formata fuit, tunc ex ea impeditur vti exceptionibus, de-
fenſionibus ac iuribus extra nomen hæreditarium competẽ
tibus ſibi, ſcilicet ex iure proprio, & ſe ea illis tueri, iuxta ea,
quæ dicemus infra.

197 † Secundum eſt caput, quando cõtractus per defunctum
geſtus valet, defunctique perſonam obſtringit, & tunc iuris
regula, quod hæres eius nequeat ipſi contrauenire. d.l. cum a
matre l. ſi ab eo. C. de lib. cau. l. ſucceſſores. C. de ſolutio. &
alijs concord ex quibus fit mañ concluſio, quod ſi ego ven-
do rem Titij etiam ſcienti rem eſſe Titij, ſi vnquam extiterit
hæres mihi: contra talem alienationem non poterit venire:
quia contractus de re alterius valet etiam inter ſciẽtes. l. rem
alienam. §. item ſi emptor. l. rem alienam. ff. de contrah. emp.
Bar. in l. ſi is qui pro emptore. §. ſi ff. de vſucap. quamuis hoc
non præiudicet domino rei, quo minus ipſam valeat vendi-
care. l alienum. & ibi Bal C. de fur. l. item ſi res. ff. de alie. iud.
muta. cau. l. 1. ff de vſucap. l. id quod noſtrum. de reg. iu. & ibi
no & ita declarat Matt. de Affiic. in deci. 366.

Quæ quidem concluſio confunditur aliquando per Do-
ctores, dum interdum aiunt hæredem ex propria perſona, &
proprio iure contrauenire poſſe, licet non ex iure hæredita-
198 rio. interdum autem dñt nec ex iure ꝓprio, † ex ꝓpria vt per
ſona quidem audiri contra factum defuncti: & Arrius Pinel-
lus. in l. 1. in 3. par. num. 82. dendet, (quod eſt peius) huiuſmo
di differentiam, quaſi quod non ſit dare caſum, in quo fas ſit,
ea proprio iure contradicere facto defuncti, uel quod non
referat an ea iure, & perſona defuncti hæres cõtra nitatur, an
vero ex propria perſona, & iure. at ipſe quantum decipiatur,
facile dici non poteſt, & quis enim non percipit ex perſona
& iure defuncti hæredem audiri non poſſe? Siquidem non
audiretur ipſe defunctus, quia contractus ex poſt facto ſunt
neceſſitatis. l. ſicut. C. de action. & obligat. & concord. & hæ-
res in his, quæ fuerant defuncti, non poteſt plus iuris vel po-
teſtatis habere, quam defunctus ipſe habuerit. l. hæredem. l.
nemo plus ff. de reg. iu. & ibi no. & eſt fatuum de hoc dubita
re: ſed hoc nõ poteſt dici, cum hæres vult venire ex proprio
iure: quandoquidem defuncti factum poteſt huiuſmodi ſe
habere, vt non obſtet hæredi volenti de iuribus ſuis experiri,
199 † Quod quando ſit, ego plane declaro. Diſtingue igitur, ꝙ
aut agimus de ipſa rei alienatione, aut de aliqua obligatione
ſeu alio actu, in primo caſu conſtitue regulã, quod nefas eſt
hæredi aliquo modo, ſeu iure contrauenire. d. l. cum a matre
200 & alijs ſuperius citatis & ratio eſt † in promptu, quia, cũ quis
alienat, agit quidem vt res quęratur accipienti, ſicq; intendit
non modo de ſui iure, verum etiam cuiuſcũque alterius per-
ſonæ contrahere, adeo quod aliquo ſpecialiter non expreſſo
obligatur vendens de euictione ex cuiuſcunque iure cõtin-
gente. l. non dubitatur, vbi Bal. Saly. & alij not. C. de euict. ex
hoc ergo, quod in alienatione rei cenſetur actum de iure om
nium, & ſic de iure quoque hæredis, quod poſſet habere: hę-
res repellitur ne agat ea proprio etiam iure contra factum
defuncti, etenim de eius iure proprio cenſetur defunctus ob
ligatus, & per conſequens etiam ipſemet hæres. iſtam ratio-
nem animaduertit Rui. in conſi. 51. num. 22. lib. 5. & in conſ.
94. in colum. 4 circa me. lib. 1. & Dec. in conſi. 281 in colum.
1. nimirum ergo ſi dicat exceptionem in hoc caſu pati, in l.
201 vẽdicantem, & in l. Seia fundos. ff. de euictio. Vnde † aduer
te diligenter, quod quando poteſt dici actum de alicuius iu-
re non fuiſſe, tunc hæres, qui ex eo iure niteretur contra de-
functi factum, exceptionem non pareretur, vt puta, tu rem,
quã iamdudum Titio obligaueras, mihi vendidiſti, ego poſt
aliquod tempus eam tibi retro vendidi, ſi Titius hæres meus
vult aduerſum iſtam meam vẽditionem, ſeu retro venditio-
nem venire agendo ex illo iure hypothecæ a te ſibi conſtitu
tæ, non debet repelli, quoniam ego non videor voluiſſe me
tibi obligari de iſto caſu euictionis, quæ contingit ex tuo fa-
cto, & per conſequens nec meus hęres, ut eſt tex. in l. cum mi
hi. & ibi Cepol. not. ff. de ędilit. edi. l. fundũ meũ ff. de euictio.
l. ſi a me. ff. ad l. falcid. l. licet placeat. ff de dot. præleg.
202 Item infertur, † ſi ex facto auctoris illius, qui a me emeret
ſeu aliter acquireret, euictio contingat, quod nec de hoc ca-
ſu, vel iure inter nos actum cenſetur, quãdoquidem factum
auctoris ipſiuſmet emptoris, exiſtimeẽ factum ipſius empto-
ris. l. ſi ſeruus & ibi Bar. ff de cõd. fur. vt cõſulendo dicit Soc.
in conſi. 31. viſo. in col. 3 nu. 7. lib. 4.
203 † Quod ad euictionem quoque contingentem ex facto &
præordinatione communis autoris extenditur, quod ſcilicet
in promiſſa euictione non cenſeatur actum, vt præſtetur il-
la, quæ prouenit ex facto communis autoris, & ponam exẽ-
plum dupliciter, primo in diuiſione bonorum, moa in ven-
ditione. pone igitur, quod in diuiſione bonorum ſit aliqua
res emphiteotica, vel feudalis, vel etiam fideicommiſſaria,
alteriuſue generis cõdictitia, quæ poſt mortem diuidẽtium
debeat ad eorum filios ſeu ad alios forte de familia deuenire
ex præordinatione & diſpoſitione communis autoris, a quo
eam rem habuerunt, & quod talis res vni eorum diuidentiũ
aſſignetur, & tradaẽ, vel ſimpliciter vel ſub obligatione eui-
ctionis in contractu diuiſionis viciſſim facta. (nam ex contra
ctu quoque diuiſionis euictio præſtatur etiam quod nihil ex
preſſim de ea fuerit dictum. l ſi fratres. C. commu. vtriuſque
iud.) & demum contingat eum mori, in quo caſu res illa de-
uoluitur ex ordinatione communis autoris, ad alterum ſu-
perſtitum ex diuidentibus vel ad eius filios, ſeu alios de fami
lia: vtrumuis huius huiuſmodi obligationis impediat ipſum,
vel eius filios hæredes ipſius, quominus agat vel agant ad ta-
lem rem. & per Doctores fere omnes concluſum fuit frequẽ
tiſſime, quod quia non cenſetur cogitatum ſeu promiſſum
pro iſto caſu de euictione, ipſe, vel eius filij hæredes non re-
pellantur ab ea repetenda in ſuo caſu agentes, & niſi ſpeciali
ter de iſto caſu euictionis prouenientis ex facto communis
autoris fuerit inter contrahentes cautum expreſſim, non cen
ſentur talem euictionem præſtari voluiſſe, vt per Soc. Iun. in
conſi. 110. in fi. lib 3. Dec. in conſi. 411. ad fi. & Haym. Crau. in
conſi. 211. nume. 6. Alex. in conſi. 21. viſo compromiſſo. in co
lum. 1. nume. 3. lib. 5. Rui. in conſi. 11. num. 12. lib. 1. Iaſ. in l. qui
Romę. § duo fratres. nu. 35. verſi. prima concluſio, de verbo.
obl. & ibi Ripa, num. 43. verſicu. tertia concluſio, & ibi Pau.
Leon. in verſi. iſtis vero caſibus. nume. 298 & num. 413. ver-
ſi. & ampliatur ſecundo. Rui. in conſi. 72. prima. nu. 5. lib. 5 &
in conſi. 146 lib. 1. Soc. Iun. in conſi. 116 nu 63. lib 1. Card. Pa-
riſ. in conſi. 72 nu. 11. lib. 3. & eſt de hoc glo. communiter ap-
probata per Bar. Bal. Saly. Ang. & alios in l. ſi famil. C. famil. er
ciſ. idem vult Ripa, in c. 1. pro reſolutio. num 66. lib. 1. reſpon-
ſorum. Are. in conſi. 3. Corn. in conſi. 150. prima, in col. fi. lib.
3. & in conſi 42. videtur prima. nu. 11. lib. 4.
304 Quod eſt verũ etiam ſi alius † vt agnatus ex eodẽ iure præ
ordinationis communis autoris euinceret, vt aſſignans in di
uiſione vel eius hæredes de tali euictione non teneantur ei
cui obueniſſet in partem in contractu diuiſionis per ante di-
ctam rationẽ, vt in terminis dicit Card. Pariſ. in d. conſi. 72.
& Ruin. in d. conſi. 146. in colum. 2. vbi dicit nihil referre an
ipſe diuidens eiuſue hæredes, an alius euincat rem, dum ta-
men

men id contingat ex facto,& præordinatione communis au
toris.quoniam tunc militat eadem ratio (dicit ipſe) & qui-
dem recte.& hoc intelligunt præfacti Doctores,vt in hoc ca
ſu nequidem ad precij reſtitutionem teneantur, vt per Dec.
in d.conſi.411.& alios vbi ſupra.
205 In venditione quoque † ponere exemplum non dubita-
mus eiuſdem concluſionis. nam pone quod penes me hēns
talem rem cōdiuitiam,ego pro certo & conuento precio ti-
bi vendo,demum es tui motie, ex aliaue conditione debet
ea res ad me,vel filios meos hæredes per diſpoſitionem com
munis autoris redire,vtrum ex eo, quo adiuerint hæredita-
tem meam abſq; inuentario repellantur a petitione eius rei,
ad quam alias admitterentur.certe non repelluntur,cum nec
ipſe venditor veniret in tali caſu repellendus,quin aliss voca
tus ad eam admitteretur,quoniam (vt eſt dictum) de iſto ca
ſu non cenſetur promiſſum,vt concludit in terminis Rui.in
d.conſi.146.num.in colum 3.verſic.nec eſt fienda. lib. 5. vbi
expreſſim ait non eſſe faciendam differentiam inter contra-
ctum diuiſionis,vel contractum venditionis,quia in utroq;
militat eadem ratio,& fit eadem conſideratio, quod ſcilicet
euictio tunc fiat ex facto communis autoris. Idem vult Au-
gu. Bero.in conſi.41.nu.48.lib.1. & in hoc caſu loquitur Lu-
do.Roma.in conſi 503.diligenter,ad fi.quod cenſetur emiſ-
ſe cum illo onere, & periculo, quod eueniente conditione
debeat alteri reſtituere. l.& pnto.§.fi.ff.fam ercisc. & alijs per
Aug Bero.citans in d.conſi 41.
206 † Et quoniam Doctores prædicta intelligunt, ſtante ſcien-
tia inter eos,quod res eſſet talis,nota differentiam inter hūc
caſum,& alium,in quo is, cui euincitur,non habet autorem
euindem, ex cuius cauſa, vel facto euincitur, nam licet alias
emens ſcienter rem alienam agere nequeat de euictione cō
tra venditorem l.ſi fundum ſciens.C de euictio. & ibi no.&
d l.ſi fratres.C.commu.vtriuſque ind.poteſt tamen precium
repetere l.emptorem.§.fi.ff. de actio. emp. in prædictis vero
caſibus,in quibus euincitur res ex prouiſione communis au
toris,ne quidem ad precium actio datur, vt dixi ſupra. Item
quamuis venditor non teneatur alio euincente ementi ſcien
ter vt eſt dictum, tamen ipſe tenetur eam venditionem ratā
firmamque tenere, & obſeruare, & non poteſt contra factū
venire.d.l.cum a matre.l poſt mortem.ff.de adopti & in d.§.
in computatione,notatur per Doct.in his autem caſibus ip-
ſemet vendens,vel diuidens,ſeu eius hæredes poſſunt contra
uenire,quando vocātur ad eam rem ex prouiſione & diſpo-
ſitione communis autoris,vel ex prouiſione, & facto eius,q
eſt autor in ea re illius q euictionem patitur, & cui promiſ-
ſa fuit euictio, ſecundum Doctores in locis præalleg. in hoc
enim caſu non dicitur rem petendo venire cōtra proprium
factum, vt aduertens dicit Rui.in conſi.72 nu. 5.lib.5.ex quo
non cenſetur pro hoc caſu promiſiſſe: Porto hæc noſtra cō-
207 cluſio † procedit in dubio nō conſtito de cōtraria partiū vo-
luntate. Nam ſi appareat vendens,vel diuidens,quod volue-
rit etiam pro iſto caſu,in quo euinceretur ex communis au-
toris præordinatione,ſe obligare,procul omni dubio id erit
cuſtodiendum atque ſeruandum, quia contractus accipit le
gem a partium voluntate,& conuentione.l.legem. & ibi Do
cto. & præſertim Deci. hoc notat. C.de pac. l.3 §.ſi conue-
niat.ff depoſiti. Quod poterit nedum ex verbis claris & aper
tis contrahentium,ſi id expreſſim conuenerint,probari,ve-
208 rum etiam & præſumptionibus,& coniecturis † elici,vt poſt
glo.& Docto.in d.l.ſi familiæ,conſuluit Alcia.in conſi.138.&
209 in conſi.133.nu.5.& inter alias,† ea non erit modici momen
ti, quæ ex quantitate precij ſumetur, conſiderando, quan-
ti vendi potuiſſet illa res,ut res libera, & quanti fuit vendita,
ſāquā conditiua,vt coniiciamus quid veriſimiliter inter par-
tes actum intelligatur, quemadmodum ſolent aliat Docto.
arguere ex hoc loco.And.Barb.in conſi.36 in col.4. nume.7.
lib.5.l.1 §.1.& ibi gl in verſiculo,agendo.ff de ſuperfi.l.pupil-
lus.§.fi.de verb.ſignifi Dec.io l ſemper in ſtipulationibus,de
seg iur.Bal.in rub. C de contrah. emptio. Matt.de Afflic.in
deciſ 68.nu. 2.Aug.Bero.in conſi 159 lib.1.
210 Item ex clauſulis † prægnantibus in inſtrumento appoſi-
tis poterit idē deprehendi, quando ſub forma ampliſſima eſ-
ſet euictio promiſſā,ut per Soc.Iun.in conſi.116.num 64.li.3.
211 vel † ſi appareret eis datam fuiſſe poteſtatem de ea re diſpo-
nendi libere,vnde per eam reſultat renunciatio,& remiſſio
talis iuris.Haym.Crau.in conſi.24 Soc.in conſi 43.viſo.nu-
me.5.lib 4.Alex.in conſi.62.in cauſa & lite inter Chriſtopho
rum.nu.9.lib.7.Are.in conſi.3.Cor.in conſilio:42.lib.4.& in
conſi. 44.nu.12.lib 3.& in conſi.150.eod. Alcia. iod.conſilio
138.Soc.Iun.in d.conſi.116.num.3.Bar.Alex Iaſ.Ioan.Crot.
& fere alij omnes in d.§.duo fratres.ſicque ex eo iure prædi-
ctis ſtantibus non poterunt amplius agere vel niti, quaſi q
remiſſum illud fuerit, qua remittentibus iura ſua non eſt
dandus aliquis regreſſus. l. quæritur. §. ſi venditor. ff. de
ædilit. edicto.
212 Vice verſa † quod conceſſimus venditori, vel eius hæredi
bus in caſu prædicto, ipſi emptori, vel eius hæredibus reſpe-
ctu precij repetendi minime negari fatemur. verbi gratia, ſi
is,ad quem res ex iure fideicommiſſi,vel alio in certum euē-
tum erat peruentura, emat eandem rem, & demum condi-
tio extiterit qua ad eum res prædicta deuoluit.tam ipſe, quā
eius hæredes admittentur ad precium repetēdum pro ea re
ſolutum, vel ſi nondum ſolutum fuiſſet recte recuſabunt il-
lud ſoluere:vt habetur ex trad.in l ſi a ſubſtituto. de leg.1.Iaſ.
in l.huiuſmodi.§ qui ſeruum,poſt Bar. Bal.Ange & alios per
eum ibi citatos,de lega.1.& in l plane.§ quod ſi ven. num.4.
eo.Ripa,in d.§.duo fratres,nu.95.poſt Bar.& Dyn.de verbo.
obligat.& dixit Rui.in conſi.156.in quæſtione,per totum li.
5.& idem voluit in conſi.72.in colum 2.ver ſed contra præ-
miſſa,li.1.& Soc.hoc plurcre tradis in conſi. 16.in cauſa,a nu.
25.vſque ad fin.nu.30.in lib.3.& Corn. in conſi. 283. pars. in
colum.fi.in vol 4 & Rapha.Cuma.in conſi.33 quidam pona
mus,nam per huiuſmodi emptionem,& contractum, cum
non videatur remiſſum ius illud fideicommiſſi,vel ſimile ea
res iure fideicommiſſi adhuc ei pertinet,quæ cum penes eū
adſit ipſa nō eſt petenda,vel reſtituenda ſibi, ſed eius preciū
213 ab eo ſolutum,nā ea res dicitur abeſſe, † cuius rei abeſt pre-
cium Bar.in l.huiuſmodi.§.qui ſeruum.de leg.1.refert Rui.
in conſi 156 præalleg & probatur. l.Labeo & Sabinus.& ibi
no de verb ſignifi.& in hoc caſu videtur emptor eam rem ſi
bi euincere quodammodo l.Iulianus.§. ſi fundū ff. de actio.
emp. l.4.vbi glo.& Docto.ff.ad l.falc.l. ſi vendideris. §. ſi cui
ff de euictio. & propterea venditor illud precium debet ſibi
reſtituere & non vltra.quia emptoris non videtur plus inter-
eſſe ex quo penes ſe habet rem,& altera ex parte videtur ven
ditor precium adueniente conditione prædicta habere abſq;
vlla cauſa,& ſic contra eum agi poſſe l ſi me & Titium. ff. ſi
cer.pet.l.cum fundus.§.ſeruum tuum imprudens.& ibi trad.
per Docto.ff.ſi cer.pet.& iurib.concord. Atqui admonendū
de alio te volo priuſquam vlterius progrediar, q in alia ſpe-
cie contractus alienationis poteſt videri non cogitatum,vel
promiſſum de euictione,vt ipſemet vendens, vel eius hære-
ditatem abſque inuentario tanquam opulentam, ut per Bar.
Caſſa. in conſue. Burg. in gl. par benefice de inuentayre.
271 Duodecimus eſt, cum in conficiendo † inuẽtario plus ex-
penderet quam eſſet in bonis hæreditarijs, ut per Soc. in d. re
gu. in ver. hæres inuentarium, in vlt. fall. & ſequitꝰ Montic. vbi
ſupra, ſol 30. nu. 32. ꝙ ego non approbo, niſi in tutoris & alte
rius adminiſtratoris inuẽtario, prout de eo allegata per eum
videntꝰ loqui. & firmat Sigiſm. Neap. in conſi. 32 nu. 8. ut la-
tius ibi per eum, cuius occaſione quæro de veritate quæſtio-
nis deciſæ per Lud Bolog in conſ 29 an expenſam, quam cu
272 rator minoris † feciſſet in hoc inuentario conficiendo, licet
magnam, debeat minor reſtituere curatori, quamuis fuiſſet
opulenta. & Ludo Bolo reſpondit cõtra curatorem, quaſi ꝙ
inutiliter, & abſque neceſſitate, vel opportunitate eam fece-
rit. ex quo hæreditas erat opulenta, & poterat adire ſine tali
beneficio. Nec obſtare dicebat, ꝙ ob Trebellianicam, ne per
deretur inuentarij confectionem fuiſſe neceſſariam diceret.
nam ipſe reſpondebat. ꝙ ſecũdum magis communem, & ve
ram opinionem Trebellianica non perditꝰ ob non factum in
uẽtariũ. & ꝙ ideo nec, ex iſto capite vel ratione fuiſſe neceſſa
rium illud facere probabatꝰ. ego pro curatore potius conſul-
uiſſem. tum quia propter euitãdum periculum varietatis opi
nionum, cumque plurimi tenuerint, ex hoc amitti Trebellia
nicam, vt retulimus ſupra factum curatoris in conficiendo
inuentarium improbari non merebatꝰ, tũ ẽt quia cõfectio in
uentarij neceſſaria eſt ob æs alienum hæreditatis. ꝙ poſſet la
tere. §. ſciendum, inſtitut. de hæredi. qualita. & differ. ſicque
poterat adhuc cenſeri vtiliter & prudenter fuiſſe cõfectum.
274 Tertiuſdecimus caſus eſt, † in quo inuentarij omiſſio non
nocet, nempe cum res agitꝰ & terminari debet ſecundum fo
rum Poli. i. conſcientiæ, ꝙ in foro animæ nequit vltra vires
hæreditatis teneri etiam creditoribus, licet nullum fecerit in
uentarium ita tenet Abb. in cap fin. in fi. ext. de ſepul. Henri.
Boh. ibi & in c. ſ. i. ext. de ſolut. Bertach in tract de epiſc. lib. 4.
in par. 4. nu. 36. Haym Crau. in conſi. pro genero, nume. 409.
Bar. Alex. & Iaſ. in Rub. de acqui. hæred & ibi Iaſ. nume. 73 di
cit eſſe communem. Io. de Imo in l. gerit. co. Auchar. in capi.
poſſeſſor, in columna. 8 in verſi. aduerte latius, de regulis iu-
ris. Barto. in d l. gerit, & in l. 1. num. 45 C. de ſacroſan. eccl. vbi
refert in iſtam ſententiã conuenire omnes Theologos. Abb.
in conſi. 73 in col. pen. lib 2. vbi dicit ita communiter teneri.
Alex. in l. in ratione, in §. ꝙ vulgo dicitur, nu. 13. ff. ad l. falcid.
& ibi Hercul. in col. 29. ver. ſarendum, ſecundum Bal. in l ſi in
fi prin. C. de iu. delib. & in d. l. filium, quem in col pen. Corn.
in d. l. fin § ſi vero poſtquam, & in conſi. 39. adeo in lib. 4 An
char. in conſi 411. in col. 2. & in conſi. 402 Lud. Bolo. in con
ſi. 50 Pau. de Caſt. in conſi. 213. ſupra dicta omnia, in antiquis.
Hoſt. in ſumma de teſta. ver. ſi vero non fecerit Fed. de Sen.
in conſi. 21. Nic. Boer. in conſi. 53. nu. 4. Couar. in c. 1. num. 16.
de teſta. & alios quos citat Fern. Vaſqu. de erea. ſucceſ. lib. 1.
§. 1. num. 16. inferius vigeſimo ſecundo, ipſe tamen poſt Cu-
ma. Pau. de Caſt Arc. & Io de Imo. tenet contra ex eo, ꝙ lex
poſitiua condita ab habente poteſtatẽ legis condendæ obli
gat in foro conſcientiæ per ea, quæ ibi allegat. hæres autem
per legem ciuilem obligatur creditoribus vltra vires hæredi
tarias, ut de ſe patet, ergo & in foro conſcientiæ pręterquam
in caſu, in quo feciſſet inuentarium, quæ in hoc rationabilis

debet

debet videri,quia qui poteſt ex hæreditate lucrari,conuenit,
vt ſubeat periculum, ex ea ſubſtinẽdi damnum.l. ſecundum
naturam.ff.de reg.iur.& ut addebat Aret. in d. Rub.in col.3.
ius poſitiuum ſeruandum eſt in foro conſcientiæ,quia leges
ſunt diuinitus per ora Principum promulgatæ. cap.fi.16.q.3.
l.bene a Zenone.C.de quad.præſcr. & per canones approba-
tæ ſunt,quatenus homines nõ inducunt ad peccatum. c. de
capitulis,diſtinct.10.capit.1 extra,de oper.no.nunci. Verum
nos defendendo communem,ut ueram recte reſpondemus
ad prædicta.Primo ex noſtra opinione,ꝙ quando id,de quo
agitur diuerſimode determinatur expreſſim per legem diui-
275 nam, atq; per legem poſitiuam ciuilem, † tunc aliud dicere
nequimus,quam quod vnaquæque lex in ſuo foro ſit ſeruan
da,ſcilicet diuina in foro Poli, & ciuilis in foro fori: lex autẽ
diuina accipit hæreditatem,aliter quam lex ciuilis, vt præfati
fuimus in principio huius tractatus,ergo,&c.& in hoc verifi
catur illud Bar.in l.1.nu.45 C.de ſacroſanct.eccleſ. & dicta ex
aduerſo poſſunt procedere quando in ſpecie ſuper eo lex di-
uina nihil determinaſſet.Secundo reſpondeo ex mente Do-
ctorum,ꝙ quando lex ciuilis diſponit aliquid per viam præ-
ſumptionum non arctant in foro conſcientiæ veritate aliter
ſe habente quam ſit præſumptio, ꝙ in eo attenditur veritas,
de qua conſcientia eſt certa,cap.is qui fidem. ext. de ſpon. &
matrim.ca literas,ext.de reſtitut.ſpoli.c.inquiſitionis.extra de
ſenten.excom ca. vult.17.q.3.ca.veritate.diſtinc. 6. eſt enim
276 forum veritatis,ac boni,& æqui † tribunal Bal.in l.2 C.de ve
ctig.& commiſ.ſed lex inuentarij obligat hæredẽ in caſu non
facti inuentarij ex præſumptione, ꝙ in hæreditate adfuerint
bona.ergo, &c. & in hoc caſu reſultat quædam præſumptio,
vltra quam in veritate res ſe habeat, & contra eam non ad-
mittitur probatio Bal.in conſi.382.in q.M qui,in col. fin.nu.
39.in lib.5 Nec obſtat quod Are.in d.rub. dicat reſpectu cre
ditorum præſumptiue non diſponere ex eo, quod lex fi. in §.
cum igitur. C. de iure deli.dicit in eo caſu propria voluntate
ſe ſupponere æri alieno hæreditatis, ſic ſe fundans ſuper cer-
to. Item ex eo,ꝙ lex noua in tali caſu non facti inuentarij, di-
cit hæredem obligari ſecundum leges antiquas ſecundum
quas non obligabatur ex præſumptione.d.l.fi. §. ſin autẽ hoc
aliquis.Nam reſponderetur ꝙ diſpoſitio procedens ex præſum
ptione nõ eſt per legem Codicis,ſed per legem nouiſſimam
authenticorum per tex.in § ſancimus. in auth. de hæredi. &
falcid. quæ tametſi occaſionaliter reſpectu legatariorum id
dicere videatur,attamen procedit uere & reſpectu credito-
rum ſiquidem eorum etiam reſpectu fraus committi queat,
vnde adhuc poteſt argumentum ſtringi,ꝙ quamuis olim re
ſultaret ex aditione obligatio præciſa non fundata in aliqua
præſumptione,tamẽ ex iure nouiſſimo ſecus hodie videtur,
277 & propterea † procedat cõcluſio prædicta.nam præſumptio
cedit veritati,ſicut vmbra ſoli,vt att Are.in conſi.142.in co-
lum.3 uer.hæc autẽ veritas.vnde opinio Vaſq. & aliorum cõ
traria non eſt vera, ſicut nec dña conſtituta inter creditores
& legatarios per Aret.& ſequaces, quia iure nouiſſimo poſ-
ſunt dici legatarij,& creditores quodammodo adæquari,ex
quo pariter hæres eis obligatur vltra vires hæreditatis in ca-
ſu non facti inuentarii,& ſic ſe hẽt opinio communis,ex qua
infert pariter,ꝙ ſi creditor vel legatarius confiteatur in hære
278 ditate nõ fuiſſe plura bona, † hæres non compelletur eis ſa-
tisfacere niſi pro modo bonorum,quæ confeſſi fuerint in hæ
reditate fuiſſe Bal.in d.l.filium quem.in col.pen.verſ. ego bre
uiter.Corn.in d.l fi.in prin.nu.8.& in d.§. ſi vero poſtquam,
in fine.Alex. in d.rub.in col.2.Pau.de Caſt.in d.l.in ratione.§.
quod vulgo,& ibi Vinc Hercul.Ludo Ro.& Aret.in d.Rub.
Iaſ.in d.l.fi.§.& ſi præfatam. verſ.limita tñ id. Cepol. in caut.
22.Alex.in d §.& ſi præfatam & in d.§ quod vulgo.num. 13.
uer.tandẽ limitat.Corn.in d.cõſ.39 adeo,nu.8.Nico.Boer.in
d conſi.54.Ioã.Dilect.de art.teſta.ſub rub.de acq.hæredit.in
caut.8 nu.4.ver.quod ſi hæres.Couarr.in d.c.2.nu.16.& fun-
datur ex eo, quod ut Corn.& alij aiunt, contra præſumptio-
279 nem iuris,& de iure admittitur probatio contraria† per pro
priam confeſſionem partis, glo. communiter approbata,in
auct ſed iam neceſſe.C.de donat.ante nup.& in §. ſin autem,
in auct. de æqual. dot. & ita in terminis concludit Cepol. in
caut.7.hæres ſi non conficit,per totam.& Corn. in d.conſil.
36 & plenius Rip.l.1.§.ſi is,qui.ad fi.ff.ad Treb. Alcia.in tra-
cta.præſump in princ. & Docto.alibi paſſim.Sed dubium in
hoc ſit,utrum hæres queat eos compellere ad hoc confiten-
dum,& Caſtell.Cotta,hoc negat in memorab.in uer. inuen-
tarium,ſed Bal.in d.l. filium, quem.dicit iudicem ex officio
id poſſe, qa ad ipſum pertinet curare, ne illicitæ extorſiones
fiant.l.illicitas. ff. de offic. præſid. & cum eo videntur aliqui
tranſire,& in ſpecie Corn.in d conſi.39.& Maran.in Spec.au
reo,in 6.par.in 2. memb. nume. 12.ſucceſſiue infertur etiam
280 ex hoc,ꝙ cum eccleſia ſoleat in exigendo † forum conſcien
tiæ ſequi. Abb.in cap per tuas.ext.de donat. Iaſ.in §. ſed iſtæ.
inſtit.de actio.hæredem non vrgebit vltra quam hæreditatis
vires ferre ipſa nouerit,etiam ꝙ non cõfecerit inuentarium
Bal.in conſi.265.inuentarium.lib.3.& in conſ.145.ſuper pri
mo lib 4.Pau.de Caſt.in d.conſi.113 Nico.Boer.in d conſil.
53.nume 4.Corn.in conſi.39 num.8.lib 4. & vbi allegat Bar.
in l.1.num.45.C.de ſacroſan.eccle.Ludo. Roma.in d.Rub de
acquir.hæred.adde quod creditor ſecundum forum conſciẽ
tiæ debet reſtituere quicquid accipit ab hærede vltra vires
hæreditatis,licet inuentarium non confecerit,ſecundum id,
quod dicit Iaco.a Canibus,de executor.vltim.volun.§.con-
ſentaneum.num. 14. pro quo conſiderat etiam Aret. quod
ſolidum ab hærede petitur eo ꝙ ob non confectum inuen-
tarium de eo lex male præſumit,& ſic in pœnam,ſed pœnam
eccleſia non exigit.cap.dilecti.ext.de arbit.cap. fraternitatis.
12.q.2.quia in foro conſcientiæ non debetur, ſed ad hoc re-
ſpondet ipſe, ꝙ non valet iſta conſequentia, non debetur in
foro conſcientiæ,ergo nec in contentioſo.cap. calumnia ca.
tua nobis,ext.de pœn. Similiter infertur ꝙ Principes, qui ha
281 bent iudicandi poteſtatem ſola facti veritate inſpecta, † vt
Deus,nec non alij Magiſtratus, & iudices habentes ſimilem
poteſtatem, & auctoritatem,profecto poterunt omiſſione
inuentarij non obſtante hæredem non compellere niſi vſq;
ad vires hæreditatis, ut per Mar. Delphi. in deci. 434 Haym.
Crau.in conſi.pro genero.num.477.ver.tertio reſpondetur.
Vltimo etiam infertur ꝙ princeps poteſt aduerſus omiſſio-
nem inuentarij reſcribere,de quo diximus in 2 par.

Octauæ partis

SVMMARIVM.

1 *Lex inuentarij attenditur in foro eccleſiaſtico.*

2 *Inuentario producto cenſetur exceptio eius propoſita etiam quod aliud nõ dicatur.*

3 *Exceptio inuentarij poſt ſententiam in executione poteſt opponi.*

4 *Amplio id procedere etiam in iudicio executiuo.*

5 *Stante ſtatuto quod debitor obligatus ſcripturis pub compareat perſonaliter,an hæres poterit comparere per procuratorem allegantem beneficiũ inuentarij.*

6 *Vnum ſtatutum intelligi debet alio ſtatuto ſaluo.*

7 *Exceptio inuentarij non poteſt in executione opponi, quando fuit aſſignatus terminus ad opponendum omnes exceptiones.*

8 *Item ſi ſemel ſuper exceptione inuentarij fuit cognitum.*

10 *Allegare non ſufficit,ſi de exceptione allegata non cognoſcatur vt poſtea excludatur.*

11 *Item limitatur opponendo doli exceptionem,ſed hoc damnatur.*

12 *Sententia ſuper exceptione inuentarij eſt interloquutoria.*

13 *Appellare licet a ſententia ſuper exceptione inuentarii.*

14 *Minori datur reſtitutio in integrum propter euitandam uexationem & expenſas litis.*

Octauo & vltimo loco eſt quæſtio principalis,nunquid in foro ec-
cleſiaſtico lex inuentarij ſit obſeruanda, & quonammodo
eius beneficium,ac ius proponatur in iudicio.circa primum
conſultum extat in curia eccleſiaſtica, ſeu coram iudice ec-
cleſiaſtico illud non attendi.Bald. in conſi. 71. ſuper præmiſ-
ſo.lib 4.poſt conſi.278 lib.1.vbi loquitur de cauſa, quæ verte
batur coram capitulo clericorum,& mouetur ex eo, ꝙ corã
iudice eccleſiaſtico ſeruandum eſt ius canonicum, cuius di-
ſpoſitione nihil cauetur de inuentario. idem vult in conſil.
145.præallegato.& Hier.Grat.hoc etiam dicit in conſi.91.li.
1.conſulens pro cauſa uertente Bononiæ, quæ eſt ſubdita ec-
cleſiæ,cõtrarium de iure eſt verius & magis de iure receptũ,
1 † ꝙ etiam in foro cõtentioſo quam ĩnis eccleſiaſtico lex in-
uentarij regulariter ſit attendẽda Bal.in d.l fi. in fine prin. C.
de iu. delib.& in d l.filiũ quẽ.& Montic.vbi ſup.ſ.19.nu.7.di-
cit cõiter canoniſtas,& legiſtas hoc firmare,quod & ipſe cõ-
probat aliquibus ut ibi per eum,Rolan.in tract ſto.teſtam.in
rub 58. nume. 17.Abb.& Henr.Boich.in d.c.fin.de ſepul &
Panor.in d.conſi.73.in col.pen lib.2.& in conſ.34.lib.1. Ale.
in d.rub.de acquir.hæredit.nu.5.uerſ.& plura dicit,& ibidem
in col.3.& Vinc.Her.in d.§.ꝙ vulgo in col.27.gl. & Io. And.
in c.1.ext.de teſtam.And.Barb.in c.Raynutius eod. Bal.in d.l.
cum a matre, in fi. vbi dixit inuentarium de iure canonico
eſſe neceſſarium, ſed quod bene uerum eſt minus ſolemne
ſufficere in eo foro,quoniam ibi ſeruanda eſt illa iuſtitia na
turalis ne res hæreditariæ ſubripiantur,& in d.Rub.de acqui.
hæred.idem volens dicit,ꝙ de benignitate canonica remitti
tur ille rigor ſolemnitatum de iure ciuili ſeruandarum in il-
lius confectione,an iſtud ſit verum, cogitabis, & in ſumma
beneficium inuentarij locũ habere ẽt de iure canonico non

eſt dubitandum. ſi quidem leges ciuiles in eo foro etiam cu-
ſtodiuntur. no in c. 1 ext. de ope. no. nun. & in ca. quę in eccle
ſiarum. ext. de conſtit. Circa alterum, quod ſcilicet, benefi-
cium, & ius inuentarij liceat deducere ante ſententiam, non
modo in vim dilatoriæ, ſed etiam in vim peremptoriæ excе-
ptionis, eſt tex. d. l ſi. §. donec. & eo ipſo q̄ hæres producit in
uentarium, intelligitur eius ius deducere, quamuis hoc non
2 † exprimat. Pau de Caſt. in conſi. 100. in cauſa mihi commiſſa
in col. 2. in antiquis, quia animus, & intentio magis facto, quã
verbis declaratur. l. repræhendenda. C. de inſtit. & ſubſtit. ca.
dilect. ext. de app. cæterum aliqua difficultas fit, nũquid poſt
latã ſententiam in eius executione fas ſit de eo opponere &
faciant dubitationem ad notata in l. peremptorias. C. ſenten.
reſcin. non poſ. dum cauetur ibi exceptiones peremptorias
non admittu poſt rem iudicatam, pro quo arguit etiam Bal.
in l. ab executione. num. 15. C. quo. appel. quod beneficium
inuentarij reſcindit obligationem reducens exm ad minorẽ
quantitatem, q̄ etiam dicit in conſi. 382. pro parte. li. 3. in no
uiſ. videlicet, q̄ obligationem ſolidi redigit ad ſolidum. i. ad
vires hæreditarias, quo fit, vt videatur ſententiam condem-
nationis in ſolidum factæ reſcindere. ſentẽtia autem poſtquã
tranſiuit in iudicatum reſcindere nefas eſt, d. l. peremptorias.
ergo &c. ſubiungit præterea Bal. q̄ hæres in iudicio contra-
hit, vnde videtur ex quaſi contractu per ipſum geſto teneri,
at pro contractu & facto proprio inuentarium hæredi non
ſuffragatur, vt alias diximus, ergo &c. & in iſta opinione, q̄
nefas ſit de beneficio inuentarij opponere poſt rem iudicatã
fuit Pau. de Caſt. in l. ex diuerſo §. 1. ff. ſoluto matrimo. & in
l. 1 C. de iu. & fac. igno. & Ioa. de Imo. in d. §. ſi in iudicio, vbi
dicit, q̄ hæres habet ſibi imputare, q̄ ipſe hanc exceptionem
inuentarij prætermiſerit ante ſententiam opponere, & reſpõ
det ibi ad illum textum, quod ſit ſpeciale in marito, q̄ cũ ex-
ceptionem ne exigatur vltra quam facere poteſt, ualeat etiã
poſt ſententiam proponere, ob maritalem, ſ. reuerẽtiam, cui
non poterat expreſſim renunciare, l. alia. §. eleganter. ff. ſolu.
matr. ſimili modo reſpondet etiam ad textum in d. l. Neſen-
nius. § 1 ff de re iu. firmans regulam in contrarium. eandem
ſententiam firmat Alb. in d. l. ſi. §. & ſi præfatam, in fine, dicẽs
5 ſic communiter Doctores tenere. Verũenimuero, † q̄ imo
hæc exceptio inuentarij opponi poſſit in executione ſenten
tiæ tenent fere oẽs. Mar. Syll. Bar. Bal. Ang. Pau. de Caſt. in l.
1. C. de iu. & fac. igno Alex. in d l. ex diuerſo. §. 1. poſt Bar. Bal.
Pau. de Caſt & Ang. ibi Iaſ. in d. l. 1. nu. 17. ner. tertio in foro, in
col. 4 Mar. in Spec. aur. in 9. memb iud. de excep nu. 17. Brun.
Arim in tract. de ceſſ. bon in q. 20 4 q. principali. nu. 27. Sali.
in l. ab executione, ad fi nu 14. verſ. quæro quæ exceptiones
Specu in tit. de inſt tum. edit. §. ſi. num. 18. verſi. ſed nunquid
hæres, & ibi Io. And. in aditio. ſecundum Vber. Pau. de Caſt.
in conſi. 167. viſis actis. in col. pen. In antiquis. & in d. conſil.
300. In cauſa mihi commiſſa, in antiquis. Corn. in conſi. 147.
quia cauſa Soc in conſi 242. nu. 7. lib. 2. in col. fi. lib. 2. & in cõ
ſi. 14. in col. pen lib. 4. Bal. in conſi. 219. ſtatuto ciuitatis cane
tut. lib. 1. in nouis, quod eſt in antiquis, conſi. 189. lib. 3. Anch.
in conſi 6. Lau Calcan. in conſi. 18 in col. pen. Bal. in l. ab exe-
cutione. & in d. conſi. 382. lib. 3. Nico. Boe. in d. conſi. 53. Ca-
pella Toloſ. in q. 321. Caſſan. vbi ſup. Soc. Iun. in conſi. 48. nu.
20. verſi. modo hoc promiſſo. li. 1. Nic. Boe. in deciſ. 43. & Ro
lan. a Valle, in conſi. 78. lib. 1. alias lege 28 lib. 1. & adde Socci.
in conſi. 242. nu. 7. lib. 2. Alex. in conſi. 61. lib. 3. incip. & ſi pu-
tem. Bar. & poſt cum Card. Alba. in l. cum fideicommiſſum.
ff de confe. Fely. in c. exceptionem, ext. de exceptio. quæ qui-
dem concluſio, licet in indiuiduo non habeat textum eam
probantem, probatur tamen euidenter his medijs ſecũdum
Io. And ubi ſupra, videlicet quia beneficium inuentarij ſub-
rogatum eſt loco ſeparationis bonorum impetrandæ, quæ
poteſt allegari in executione ſententiæ, vt ex ordine titulorũ
colligitur, ſubrogatum enim ſapit ius eius in cuius locũ ſub-
rogatur. l. ſi eam §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. vbi gl. Bar.
In l. 1. §. hæc actio. ff. ſi quis teſtam. lib. &c. Item per tex. in l.
pen. ff. de confeſſ. ponderando, vt per Pau. de Caſt. ibi ad fin.
quod ſicut olim iure digeſtorum defectus facultatum efficie
bat, ut hæredes ad legata ipſo iure non tenerentur, & hoc li-
cebat allegare poſt confeſſionem & ſententiam in eius exe-
cutione ſecundum tex. ibi, ita hodie concludendũ eſt in hoc
inuentarij beneficio. Itemq; quotieſcunq; exceptio ſe com-
patitur cum ſententia, fas eſt eam opponere poſt ſententiam,
vt late p Bar. Bal. Saly. Iaſ. & alios in l. 1. C. de iur. & fact. igno.
& Nic. Boe. in d conſi. 45 Doctores in d. l. pen. & in d. l Neſen
nius. §. ſi. Ruin. in conſi. 51. in fi. lib 2 & exempla ſunt plura,
de quibus ibi per eos, quæ non redarguunt ſententiã de iniu
ſtitia, uel iniquitate, ſed pręſuppoſita ſententiæ iuſtitia, ipſam
moderatur ex aliquo capite aliunde prouenienre, quam ex
ipſa debiti obligatione, prout eſt exceptio inuentarij, quæ ne

quaquam negat, quin tot uere debeãtur, quot continet ſen-
tentia, ſed negat tot adeſſe in hæreditate, quib. ſatisfieri poſ-
ſit creditori, ſic factum executionis moderatur, ex quib. colli
gitur reſponſio ad contraria, ad primum q̄ ſi reſcindit ſentẽ-
tiam, non reſcindit de iniquitate redarguens, q̄ ea nõ debea
tur, ſed præſuppoſito, quod imo debeatur declarat tot non
adeſſe pro ſatisfactione crediti. Ad illud vero de quaſi con-
tractu reſpondet ipſemet Bal. in d l. ab executione, quod ſen
tentia ſuccedit loco primæuæ obligationis & originalis cau-
ſa inſpicitur, argum. l. ſin ritus. de conſtit pecu. ita etiam Saly.
ibi dicit. Ad ſpecialitatem caſus d. l. ex diuerſo. §. ſi in iudicio
reſpondet Ang & Alex. ibi illam negantes, quia allegare ſpe-
ciali autem eſt refugium miſerorum, ſecundum glo. in d l. filiũ
quem C. fam. ercíſ. & diſpoſitio, quæ fundatur iure commu
ni, & ex hoc poteſt defendi, non debet intelligi in ſpecialita-
te. ſtat ergo concluſio, quod cum hæc exceptio ſit huiuſmo-
di, proponitur recte etiam poſt rem iudicatam in executio
ne dictæ ſententiæ. Quam procedere etiam dicas non modo
4 in iudicio ordinario, ſed etiam † in ſummario executiuo, pro
ut in cauſis inſtrumentorum contingit, ut per Lau. Calca. in
conſi. 18. vbi ſtante ſtatuto, q̄ exhibito inſtrumẽto, uel teſta-
mento debeat præcipi debitori, quod infra 15. dies ſoluat, aut
cauſam dixiſſe, & probaſſe debeat, quare non teneatur, &c.
vult licere etiam poſt illos 16. dies opponere de hac inuenta
rij exceptione, dum de captura perſonæ & executione diſpu-
tatur. De ſimili ſtatuto loquitur etiam Bal in d. conſi. 219 ſta
tuto ciuitatis. lib. 1. vult tamen per allegationem huius benefi
cij præcludatur via opponendi amplius de eo, quod an verũ
ſit, vel quomodo, dicam mox. Nũc quæro de pulcro caſu, ſta
tutum dicit, q̄ debitor obligatus per inſtrumentum compa
reat perſonaliter, alioquin contra eum procedatur ad dam-
num, ſeu banniatur, ſtante alio ſtatuto, q̄ hæres, qui adiuit
cum beneficio inuentarij, non grauetur in perſona, ſed in bo
nis hæreditaris executio fiat, hæres citatus fuit pro debito in
ſtrumentali hæreditatis, & pro eo comparet procurator alle
gans inuentarij beneficium confitendo debitum, iudex eum
banniuit, eo, q̄ non comparuit perſonaliter, fuit dubitatum,
quid iuris in hoc caſu Petrus de Ancha. in d. conſi. 6. conſul-
uit pro hærede, q̄ contra eum Iudex nulliter proceſſerit ad
bannum, quoniam illud ſtatutum primum debet intelligi
quando opponeretur aliqua exceptio contra debitum, tunc
non audiatur per procuratorem, ſed ipſe principalis compa-
rere teneatur, ſecus quando non opponitur contra debitum
ſeu quando debitum confitetur, tunc illud ſtatutum ceſſare
debeat. Nam ſtatutum prohibens opponi contra inſtrumen
tum non cenſetur reijcere, niſi exceptiones reſcindentes in-
ſtrumentum, non autem eas, quæ ipſum limitant & moderã
tur eius executionem. Iaſ. in d l. 1. nu. 18. C. de iur. & fac. igno.
opponens autem de beneficio inuentarij non cenſetur contra
inſtrumentum vel debitum, in eo contentum opponere, dũ
maxime confitetur aperte ipſum debitum, & offert ſe paratũ
pro modo facultatum ſatisfacere, q̄ enim offert ſe paratum
ſoluere nõ dicitur excipere, & ſe opponere. l. ſi domus. §. qui
confitetur, de leg. 1. l ſi reus paratus. ff. de procura. & hoc po-
tiſſimum, ut ſalua foret alterius ſtatuti diſpoſitio, vnum eñ
6 debet † ita intelligi, vt exceptio proueniens ex alio ſtatuto lo
cum habere queat. Ruin. in conſ. 98. nu. 7. lib 2. Saly in l. Ita no
bis. C. de adult. Soci. in conſi. 3 & in conſ. 66 lib. 3. Sicque ſtã-
te eo banno nullo adhuc exceptionẽ inuentarij proponi poſ
ſe decebat. Ancha. ibi, ex quo ſuper tali exceptione non pote
rat dici cognitum, quia proceſſum fuerat cõtra eum, tanquã
contra contumacem, nec aliquo modo diſputatum fuerat,
an illud inuẽtarij beneficium competeret vel non, & in hoc
caſu vult ceſſare illud, quod poſſet dici, q̄ per proceſſum ad
vlteriora cenſeatur, ſuper obiecta exceptione pronunciatũ,
& recte, vt ſtatim dicam. Modo limita antedictam concluſio
nem, q̄. ſ. exceptio inuentarij queat etiã proponi in executio
ne, nõ procedere primo, cum Iudex prius ſtatuiſſet tempus
7 reo opponẽdi † omnes exceptiones, tam peremptorias, quã
dilatorias, vel anomalas, tunc ea non poterit in executione
proponi. Bal in d. l. ab executione. nu. 15. verſic. ſed dubitatur
de beneficio. C. quo. appell. Alex. in d. l. ex diuerſo. §. ſi in iudi
cio. in col. 2 Iaſ in d. l. 1. nu. 19 verſ. limita iſtã regulã. Gui. Pap.
in deci. 571. Capel. Tolo. in q 322 Nico. Boe. in conſi. 53. Io.
Dilec in tract. de arte teſtan li. b rub. de acq hær. in cau. 9 nu.
2 & Monti. hic fo. 111. n. 8. vbi vult hæredẽ poſt admonitio-
nẽ aut inuentariũ producat aut ſi negauit ſe habere, vel illud
pferre amplius eo uti non poſſe ſimiliter ſi poſt terminũ ad
opponendũ quaſlibet exceptiones ipſum producat. Alci. in
conſ. 64. in li 6. dicit vnum non longe diſcrepãs. ab hoc, nẽpe
q̄ poſt executorialẽ conceſſionẽ nõ licet earum executione
opponere de bñficio inuẽtarij, q̄a non conceduntur niſi trib.
aut quatuor terminis datis ad opponendũ eis, &c. infra quos

terminos

terminos ſi non oppoſuit de eo eſt, quod ſibi imputet, & me tito excludatur ab eo iure, ut per eum ibi.

8 † Secundo limitatur quando ante ſententiam exceptio inuentarij oppoſita, & reiecta fuiſſet, quod in hoc caſu repelletur hæres iterum volens eam proponere. Alex. in d. §. ſi in iudicio, in col. 2. uer. ſecundo limita poſt Bar. & Dyn. allega. ibi per eum ſic limitantes per tex. in l. quod ſi in diem. §. ſi rationem. ff. de comp. & Iaſ. in d l. 1. nume. 19. uerſic. ſecundo limita. Brun. in d tract. de ceſſio. bono. in quæſt. 20. 4 q. principa. nu. 27. verſi prout in exceptione. Bal. in d. conſi. 219. ſtatuto ciuitatis ſed in hoc dubitatio eſt, quando dicatur reiecta. nā Bal. in d. conſi. 219. dicit ꝙ ea eo ſolo, ꝙ fuit allegatum inuentarium, & contraria emanauit ſententia, cenſetur reprobatū indiſtincte, ſic arguendo, ꝙ aut ſuper inuentarij exceptione fuit aliqua probatio facta, & tunc Iudex contrarium pronunciando abſq; dubio videtur reprobare talem exceptionem, aut non fecit aliquam probationem & idem, quia debet hoc ſibi imputare, ſi deductum non curauit probare, at contra hoc Baldi dictum facit tex. in d l. ex diuerſo §. 1. intelligendo ꝙ ibi fuerat ea exceptio oppoſita, prout ibi ſentit Alex. alioquin non diceretur recte ibi Iudicem erraſſe condemnādo maritum inſolidum. ſiquidem nemo tenetur diuinare. l ſi putator. ff. ad l. Aqui. & Iudex in facto non ſupplet. C. ut quę deſunt aduo. l. 4. § hoc autem. ff. de dam. infec. & nihilominus ſuccurritur in ea exceptione marito, ut compellatur, ultra ꝗ̃

9 facere poſſit. & ueritas eſt iſta, quod non † ſufficit allegatum fuiſſe beneficium Inuentarij, niſi ſuper huiuſmodi allegatione & exceptione adhibeatur cognitio, & diſcuſſio, alias ſup incidenti propoſito non generatur præiudicium per ſententiam, quæ videatur ei contraria, ut eſt gloſa clara in l. ſi nautē. § ſi quocunque. ff. de neg. ge. & tradit Saly. in d. l. ꝙ ſi in diem §. ſi rationem. vbi loquendo de compenſatione dicit, quod aut ſuper incidenti fuit plene cognitum, & tunc ſententia ſuper principali lata præiudicat ſuper incidenti non fuit cognitum, & tunc ſecus, idem concludit Lau Cal in conſ. 144. licet copioſe, ubi dicit per proceſſum ad vlteriora exceptionem incompetentię oppoſitam non cenſeri reprobatam, ſeu reiectam, quando ſuper ea non fuit plene cognitum. Alba. idem vult in conſi. 14. nu. 6. verſic. reſpondetur. Pau. de Caſt. in l. fi. in princ. nu 7. ff. ſi cert. pet. Lud. Ro. in conſ. 410. Bar. in l. 1. a procedente. C. de dilatio. & Menoch. etiam aduertit in tract. de reme recupe. poſſ. in pri. remed. nu. 179. dum dicit, ꝙ ſi dominij exceptio eſt oppoſita & allegata duntaxat, non da aliqua dilatione ad probandum ſuper ea, per ſententiam non fit ei præiudiciū. Vnde reſponſio colligitur ad dicta Bal. in d. conſi 219. ꝙ ſola allegatio nō ſufficiat, ut poſtea reiecta videatur, & quod non debet excipienti aliquid imputari, ſi non fecit probationes ſuper exceptione, niſi ſuper ea probanda pręcipua dilatio aſſignata fuiſſet, ſecundum Menochi. vbi ſupra, vbi negat ſuper exceptione dominij licere ꝓnunciam ferre, cum ſuper eo data non fuit dilatio ad probandum, prout etiam quoad principale intelligitur, quod ſuper eo ſententia diffinitiue ferri nō poteſt niſi datis prius congruis dilationibus ad probandum, ut Iaſ. & Dec. in l. qui accuſare. C. de eoden Iaſ. in l properan. §. & ſi quidem. C. de iudi.

Quin etiam in occurrenti caſu vidi negari ſufficere, quod de exceptione inuentarij fuerit cognitum, ſed requiri etiam ꝙ fuerit expreſſim reprobata, ut amplius opponi nequeat, ſecundum tradita per Pau. de Caſ. in l. ex diuerſo. § in iudicio. ff. ſolu matrim. & Aret. ibi loquentes in terminis exceptionis inuentarij oppoſitæ, & ſecundum eos expreſſim reprobata diceretur, ſi dictum fuerit, non obſtante inuentarij exceptione, vel quod cogatur inſolidum, uel cōdemnetur ſoluere totam quantitatem, & de exceptione compenſationis hoc dicunt Bar. Pau. de Caſt. in l. ſi nautem. §. ſi quocunque. ff. de nego. geſt. quod. ſ. requiratur expreſſa reprobatio, ut dicatur reiecta: ſimiliter traditur de exceptione marito competenti ne cogatur niſi in quantum facere poteſt. Pau. de Caſt. Aret. & alij in d. §. in iudicio. Hinc traditur in materia exceptionū oppoſitarum huiuſmodi doctrina, quod aut ſunt compatibiles cum ſententia, prout ſunt prædictæ exceptiones, aut non ſunt compatibiles cum ſententia, prout ſunt prædictæ exceptiones, aut non ſunt compatibiles, ut eſt exceptio ſolutionis, & pacti de non petendo, in primo caſu nō cenſentur reiectæ niſi expreſſim dicatur, ſecus in ſecundo, Abb. in cap. ſuborta, num. 9. & ibi Fely nu. 3 & num. 4 ext. de ſen. & re iud. Ripa, in d. l. qui Romæ. §. duo fratres num. 26. de uerb. oblig. verum ego opinor contrarium de iure verius eſſe: & quemadmodum non eſt ſimpliciter approbandum, quod per ſolam oppoſitionem inuentarij & contrariam ſententiam ſuper principali latam cenſeatur reiecta exceptio inuētarij uel ſimilis, ita parum rationabile eſt, quod ubi de iure inuentarij fuit plene cognitum, dicamus quaſi ꝓ forma requiri, ad hoc vt dicatur exceptio Inuētarij reiecta, per iudicem expreſſim reprobari, & non ſufficere, quod per ſententiam ſuper principali prolatam tacite reſultet reprobatio talis exceptionis: nam ſicut pro primo caſu, quando de huiuſmodi exceptionibus compatibilibus cum ſententia non fuit cognitum, congruum non eſt, ut dicamus quod per ſolam ipſarum oppoſitionē iudex cēſeatur iudicādo ſuper principali eas reprobaſſe: quicquid dixerint Bal. in d. conſ. 219. & Pau. de Caſt. in conſi. 110. in cauſa mihi commiſſa, in col. 3. verſic. potius ergo, in antiquis, ut diximus ſupra: & pro hoc quadrat doctrina allegata Abb. Fely. & Ripę in locis ſupra citatis, ita in ſecundo qñ eſt cognitum de exceptione lōge probabilius eſt, ut dicatur iudex eam reieciſſe, quia ex quo de ea cognouit, iudicare ſuper ea teneatur. l. de qua re. ff. de iudi. & ſententia iudicis debet intelligi ſecundū eius mentem & intentionem, quæ talis eſſe præſumitur, qualis de iure eſſe debet, ut maxime non dicatur eluſoria: Bal. in l. 1. nu. 2. C. de nego. geſ. Deci. in conſil. 43. nu. 5. Cland Cantiunc. in conſi. 23. num. 16. 19. 20. & nume. 149. ergo cenſeri debet ſuper ea iudicaſſe, vt illam non admittendo, poſtquam plene de ea cognouit, cenſeatur reprobaſſe, & reieciſſe, quia non admittere exceptionem, eſt reijcere, atque reprobare, not. per Bal. in l. 1. in fi. ff. de nego. geſt. Fely. in d. cap ſuborta, num. 5. ver. et ſi diceret. Deci. in ca. ex parte, num. 3. ver. & idem ſi iudex. ff. de appella. & in his terminis minime refragatur allegata doctrina Abb. & Fel. & Ripę, vbi ſupra, quoniam ipſi non loquuntur, quando de exceptione fuit plene cognitum, ſed quādo fuit exceptio ſimpliciter oppoſita, & contraria ſententia poſtea emanauit, tunc recte procedit ea doctrina uel diſtinctio exceptionum compatibiliū atq; incompatibiliū vt per eos ibi. vis ergo omnis eſt, an de exceptione fuerit cognitum, vel nō, ut animaduertiſſe videtur Bal. in d. l. ſi nautem. §. ſi quocunq;. ff. de neg. geſ. vbi dicit quod quando fuit plene cognitū de exceptione, tunc in alio etiam iudicio oritur ſuper ea exceptio rei iudicatæ, & quod quando non fuit cognitum, ſolū fit præiudiciū in eo iudicio, in quo fuit oppoſita & non requirit ipſe, quod ſit expreſſim reprobata, quoniam de iure nuſquam legitur, quod de neceſſitate requiratur expreſſa reprobatio, vel quod tacite reprobari nequeat, ſed ratio dictat contrarium, quando eſt de ea cognitum ſecūdum prædicta, & prætertim quia iſta exceptio inuētarij conſideratur ut ius, quod nō poteſt deduci niſi per modum excipiendi, & quando ius eſt, quod non poteſt deduci niſi per modum excipiendi, tunc tacite poteſt reprobari, quod qualitercunque ſuccumbat vel per expreſſam, uel tacitam reprobationem, amplius non auditur. Pau. de Ca. in l. ꝙ in diem. §. ſi rationem. ff. de compe. & in l. ſi quocunq;. & in l. 1. poſt nu. 7. ver. ſecundus eſt articulus. C. de ord. cognit Soc. in conſi. 264. nu. 16. verſ. aliquando & primo. lib. 11. Fely. in d. c. ſuborta Nico. Boe. in deciſ. 43. num. 7. ꝙ non ſic eſt in exceptione compenſationis, illud enim ius poteſt deduci per viā principalis petitionis, vnde vtcunq; ſenſerit Bar. in d. §. ſi quocunque. vel alij poſt eum. in exceptione compenſationis ꝙ requirat neceſſario expreſſa reprobatio, non infertur, quod idem ſit dicendum in exceptione inuentarij. Et non obſtat, quod dicitur de exceptione, ne maritus cogatur ultra quam facere poſſit, quoniam non poteſt ipſe renunciare dicto priuilegio, quod eſt reuerentiale. l. alia. §. eleganter. ff. ſol. matrimo. ſ. nec expreſſe neque tacite, vt inquit Imola in d. §. in iudicio, verſic. tu ex glo. quo fit, ut videatur neceſſaria expreſſa iudicis reprobatio, quod in beneficio inuentarij dici non poteſt, qm̄ illud poteſt expreſſim & tacite amitti, & renunciari et per aſſignationem termini dati ad legitime docendum de inuentario. Io. Dilec. de ar teſta. ti. 11. caut. 9. nu. Boe. d. conſi. 52. poſt num 3. Steph. Auffr. in addit. ad capel. Tol cō. 322 & nos diximus ſ. ideo de vno caſu ad alium non eſt inferendū.

Quo circa ſuper quæſtione, an exceptio inuentarij cēſeretur reiecta per dños de Rota, per quam reformātes ſniam d. iud. a quo, dixerunt dictū laudū exequendum eſſe, ſubiungendo ſm prædicta bene vel male fuiſſe & eſſe iudicatum, & bene vel male fuiſſe & eſſe recurſum. & recurſui adhæſum reſpectiue oī meliori mō. ego ſum huius ſniæ, ꝙ d. exceptio intelligeretur reiecta, atq; reprobata, ꝗuis Mag. & Excel D. Lelius Taurellus, Hieronymus Pupponius, Ioānes baptiſta Aſinius ſub ſcriptione facta conſi. Mag. D. aduocati Lucenſis in cā ꝯriū ſenſerint. nā horū, quæ allegarunt, pro eorū ſnia nihil fuit, ꝙ ꝯcluderet de forma requiri, ut expreſſim reprobatio talis exceptionis fiat quin ēt poſſit tacite reprobatā eſſe ꝯcedi, & ī eo caſu urgebant plura, ꝙ cenſerentur tacite reprobata, & imprimis quod, cum D. Iudex a quo d. laudi executionem commiſiſſet iuxta uires hæreditarias, & ab hoc fuiſſet recurſum ad Dominos Rotæ per legatarium prætendentem mulieris de exuſis beneficium inuentarij non competere hæredi condēnato in d. laudo, & de hoc dūtaxat eſſet quæſtio inter

partes in dicto iudicio executionis: Rota pronunciando ſimpliciter laudum exequendū, nec non mandādo ſcutos duos reſtitui d. legatario recurrenti (qui duo ſcuti deponuntur ꝑ petentem recurſum, & ei reſtituuntur in caſu victoriæ, alioqui perduntur in caſu ſuccumbentię in recurſu petito iuxta diſpoſitionem capitulorum Rotæ:) cenſetur uoluiſſe, ꝙ exequatur ſimpliciter, & non iuxta vires hæreditarias, quoniam ſi voluiſſet iuxta vires hæreditarias exequi, ut pronunciauit D. Iudex a quo: vtiq; non verificaretur id, ꝙ important, verbū reformantes, & verbū male iudicatum, nam ſi idem ꝙ iudex a quo intellexiſſent pronunciare, in aliquo non dicerent mutaſſe illius pronunciam, vel ipſum male iudicaſſe: nam reformare eſt, nouam formam dare, addēdo vel minuendo aliqd ea eo, quod antea erat. l. vectigalia. & ibi gl. ff. de publica Berenga. in l. pacta conuenta, in par. pri. nu. 56. ff. de contraben. emp. Bar. in l. expreſſim. ff. de appell. Labienem C. de accuſ. & facit ad hoc tex. & ibi no. in l. ius ciuile. ff. de iuſtit. & iu. ſimiliter dicendo male iudicaſſe non poteſt verificari, niſi quod ipſi contrarium intelligant iuſtius eſſe, ꝙ ſcilicet executioni mittatur d. laudum, non iuxta vires hæreditarias, vt voluit iudex a quo, ſed ſimpliciter, ut ſimpliciter pronunciarūt Domini Iudices Rotæ iuxta ea, quæ tradit Bar. in l. 1. nu. 3. verſi. item ſententia appellationis & ibi poſt alios Deci. nu. 12. ver. tertia concluſio C. de erro. calcu. Alex. in conſi. 182. num. 5. verſi. præterea lib. 6. & conſi. 49. num. 9. lib. 7. Rimin. in conſi. 401 nu. 5 Rui. in conſi 135 nu. 2. lib. 4. Nec obſtat, quod dicatur Dominos iudices intellexiſſe reformare ſententiam D. Iudicis a quo in hoc, quod oppoſuerit dictam exceptionē inuentarij reſeruare alias decidendam. & in hoc ſenſerint eum male iudicaſſe, quia voluerint eam reſeruare: & quod ſic reſeruauerint, quia iudex non arctatur diffinitiue pronuntiare, niſi ſuper quæſtione principali, & ſuper incidenti non tenetur, niſi in caſu, ubi ad deciſionem cauſæ principalis neceſſario exigatur deciſio incidentis. Alber. in d. l. ſi autem. § fi. ff. de nego. ges. & oo Doc. in l. 1. C. de ordi. iud. & in dubio nō cenſetur ſuper incidenti pronuntiatum, cum de eo non ſit aliqua mentio in ſententia: quoniam, cum ſententia ſit ſtricti iuris. l. 1. 2. C. ſi plures vna ſent. l. Iulianus verum. ff. de condi. indeb. l. Paulus. ff. de re iud. omiſſum in ſententia habetur pro omiſſo, & a vi verborum ſententiæ non receditur, niſi quatenus de neceſſitate inferatur Deci. in conſi. 312. in princip. & ſemper interpreteratur ut minus noceat gl. & Doct. in l. hæ. n. ff de ſuſpe. tuto. Socci in conſi. 255 nu 6 lib. 2. Nam reſpondetur, quod non erat quæſtio an dicta exceptio eſſet reſeruāda, vel ne: imo iſta quæſtio fuerat ſublata, quoniam, cum antea D. Iudex a quo admiſiſſet capitula concernentia ius & exceptionem inuentarij pro parte hæredis oppoſitam, & a legatario fuiſſet recurſum ad Rotam, Domini de Rota iudicarunt d. capitula eſſe admittenda, & ſic dictam exceptionem admitti & cognoſci uoluerunt, non autem reſeruari in alio iudicio, cum autem eſſet de ea cognitum: oportebat tam ex forma ſtatutorum: quam ex diſpoſitione iuris communis ſuper ea pronuntiare negando, vel concedendo inuentarij beneficium prout clare pronunciauit iudex a quo: quia de qua re iudex cognouit. de ea compellendus eſt iudicare. l. de qua re. ff. de iudi. & legatarius recurſum fecit ad Dominos Rotæ duntaxat pro hoc, quod D. iudex a quo conceſſerat dictum beneficium negans illud ei competere, vnde ſuper eo, ſuper quo quis eſt interrogatus & requiſitus cenſetur in dubio reſpondiſſe. §. præterea, inſtitut. de inutil. ſtipu. l. 1. §. ſi quis ita: & ibi reper de verbor. oblig. enim concord. & quia ſuper petitis iudex tenetur ſuum officium impartiri. l. 4. §. hoc iudicium. ff. de damno infec. l. 1. & ibi no. C. vt quę deſunt aduo. debet ergo dici, quod domini de Rota pronunciauerint ſuꝑ quęſtione an beneficium inuentarij concedendum eſſet vel non. & quod illud negauerint Nec obſtat quod dixerint, d. laudum eſſe exequēdum, &c. & dictio dictum, ſit relatiua, & natura relatiuæ, ſit vt intelligatur in relato cum omnib. ſuis qualitatibus. l. aſſe toto. ff. de hæred. inſtitut. Doct. in l. at prætor. §. ſi iudex. ff. de re iud. Deci. in l. 1. in col. 2. C. de erro. calcu. Bar. in l. 1. ff. de receptato & in l. 1. §. fin. ff. ſi famil. fur. fecis. dica. Deci. in conſi. 434. nu. 5. Card. Paril. in conſ. 5. nu. 17. lib. 4. nā rñdetur ꝙ ſe referendo ad d. laudum: non ſe retulerunt, ꝙ velint de iure inuentarij etiam cognoſci, vel illud exequi ſaluo iure inuētarij: cum ex eo iudicio potiſſime fuerit cognitum ſuper eo, ſed ꝑ alia, quæ in d. laudo continētur, dixerūt dictum laudū &c. & argumētum ſumptum a relatione vtiq; procederet, ſi diſpoſitiue fuiſſet in eo conceſſum inuentarij bñficiū, ꝙ non fuit ibi conceſſum, ſed ſolū in eo dictum fuit, ſi & quatenus cōpetere cōſtiterit &c. & ſic ſub conditione q̄ nihil ponit Ineſſe. l. ſi quis ſub cond. ff. ſi quis cau. de qua cū fuiſſet actum, non ſupererat vñ poſſet relatio in hoc fieri aliqua, & dñi Iudices Rotæ ſi ſatis certi non erant de iurib. partium, i. ſi ſatis non liquebat eis, an cōpeteret tale bñficiū vel non, poterant clare reſeruare illud ius melius liquidandum: & ex hoc tollitur aliud, ꝙ fortius dicebat, ꝙ ēt ſine illa dictione dictum; per pronuntiam de exequendo laudum: non intelligeret bñficium inuētarij ſublatū, quia ꝓuenit ex eodem fonte. ſ. laudi, & exceptio, quæ ꝓuenit ex eodē fonte nunquā cenſet̄ ſublata etiam ꝙ ſubmoueatur oīs exceptio. l. j. §. & pacti: vbi gl. & Bar. ff. ꝙ vi aut clam. Alex. in conſi. 56. in col. 1. li. 2. Pau. de Ca. in cōſi. 371. lib. 2. nā hoc eſſet verū, ſi in d. laudo fuiſſet beneficiū inuētarij abſolute cōceſſum, ꝙ certe nō fuit ea quo arbiter loquutus eſt de eo conditionaliter, ſi & quatenus cōpeteret, hoc pacto nō concedēdo, vel negādo, quo fit, ut dici minime queat ex ipſo laudo cōcedi inuentarij beneficiū, & eius exceptionē cōpetere, ergo ceſſat dicta cōcluſio, & quatenus aliunde per ꝓbationes faciēdas pot̄uiſſet da ri ſeu cōpetere, per Rotæ ſniam ob ꝑcedentem de hoc cognitionem, fuerat hmōi exceptio ſublata, ut eſt dictū; utrum vero, cum de nouo fuiſſet intentatum ius inuētarij per viam principalis petitionis ab hǣde petēte declarari illud ſibi competere, iam pronuntia Rotæ obſtaret agēti ut exceptio rei iudicatæ, nō facile ego firmarē, quāuis Rota iudicauerit confirmādo ſniam Domini iudicis a quo, obſtare exceptionē rei iudicatæ ob dictā pronūciā, qm̄ in iudicio ſummario executio inſtrumentorū ex forma ſtatuti ſnīa lata nō ſolet exceptionē rei iudicatæ parere iudicio ordinario l. diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, & ibi trad. per Doct. ff. de re iud. gl. in l. ſi iudex. & ibi Odof. Alb. Bar. Bal. Ang. & alij. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. Alb. Odof. Pau. de Caſ. in l. 1. C. de ord. cognit. Abb. in conſ. 50 lib. 1. Ripa, in l. qui Romæ. §. duo frēs. nu. 19 & ibi Crot. num. 54. de uer. obl. Natt. in cōſ. 473. Alex. in d. l. ſæpe. num. 81. ff. de re iud & quāuis hoc non procedat ſm opinionem multorum, qñ in iudicio ſummarie fuiſſet de ea re plene cognitū Corn. in conſ. 126 n. 11. lib 4 Hippol. Marl. in ſingu. 555. Rui. in cōſi. 117. nu. 18. lib. 5. Alex. in d. l. ſæpe & in d. §. ſi ſuꝑ reb. Soc. Iun. in d. §. duo fratres. nu 60. Anto. Gabriel. in titulo de exceptio. in concluſ. attamen pro explorato non habeo, quod in eo iudicio fuiſſet plene cognitum adeo ut ex mente doctorum cēſeri poſſit etiam in ordinario iudice ſententiam hmōdi parere exceptionem rei iudicatæ, nā aliud eſt dicere, ꝙ de ea fuerit cognitum, & aliud, ꝙ plenarie fuerit cognitum. ad iſtū pręſertim effectum inducendi rem iudicatam in alio iudicio, ꝙ ſi nouerunt, vel illis, ſi verum eſt, ꝙ dixerint ea pronuncia ſe non perculſiſſe viam deducendi ius inuentarij & obtinendi eius beneficiū prębata ꝯſuetudine nō apponēdi valorē bonorū in codeſcriptorū, & ꝙ, cū poſtea, ꝑ hæredē id probatū fuiſſet prætexto rei iudicatæ, ob antedictā pronūciā ſemper eū repulerint ēt a iudicij principaliter ſuper cōpetentia talis benefici inuentarij ac mori limite. qñquidem, ſi non alia rōne ſaltē ob iam admiſſas probationes contrarias ſecurius, ac benignius feciſſent exceptionē rei iudicatæ nō attēdere, quæ quidem non debet attendi ſm doctores, quando contra rem iudicatā iudex admittit probationes, Soc. in cōſ. 99 n. 4. lib. 1. Corn. in cōſ. 126. viſo nu. 19. lib. 4 & in conſ. 62 eod. lib. Sep. Bert. in conſ. 81 lib. 1. Fulgo in conſ 66. Card. Pariſ. in conſi. 87 nu. 51. lib. 3. Bal. in conſ 200 Conſideraro lib. 1 Fely. Inno. & alij, in c. cū Bertoldus ext. de re iud. Iaſ. in l. patre furioſo. n. 22. ff. de his qui ſunt ſui. & caueant iudices ancipites & dubias ferre ſnīas, & imitari reſponſa diaboli, qui in illis oraculis gentiliō dubia reddebat ad homines eludēdū, ut illud, Aio te Aeacida Romanos vincere poſſe: Vel illud, Ibis, redibis nō morieris. cauſa. n. antedictæ pronunciæ in utranq; partem intellectæ, ſeu acceptæ multa diſpēdia partium, lites, iurgia atq; ſcandala ſunt orta, quæ hic recenſere non eſt opus, ſi conſciētiā ipſi læſam habēt, nouit Deus, cui omne cor patet, & ꝙ iudicium ſyndicatus euaſerint, neſcio, an euadāt iudicium diuinum, reminiſcātur ipſi, & oēs alij iudices, ſententiæ, a Leone & Alex Impp. in iudices prolatæ: quam ut memoratu dignā hic mihi placet inſerere. Exiſtimo & quidē meorū neminē, qui iudicario fungit̄ munere, eo vnq̄ ſtuporis, aut inſciniæ prorupturum, ut aliter, q̄ ea præſcripto legū, iudiciū ſniamue ferre audeat. Qđ ſi quis iotantam euaſerit dementiā reus peractus eas dependet pœnas, quæ legibus ſunt irrogatæ. Sin forte nos effugerint, peruigilem tō atq; inſomnē oculum cui nihil nō, quātumlibet occultum ſit: patere pōt, effugere nō poterit. Tāetſi idipſum imprecatio oib. quoq; diriſq; execrationib. ſtabilire ac firmare nō ab re alienū cenſuimus. Inueniat itaq; iſte & Deū & cæleſtes oēs atq; incorporeas poteſtates ſibi nunq̄ nō aduerſantes. Immature ex hac vita excidat potius q̄ excedat. Incōmodis ſemꝑ afficiat̄ ꝑpetuis. ipſius ædiū fundamēta ignis tandē deuoret, & poſteritas eo redigat̄ inopiæ, ut panē oſtiatim q̄ritet, atq; hæc iure ſane optimo, propterea ꝙ leges, quas liberrimas eſſe oportuit, ſeruas quodam modo & captiuas effecit fictorū, prauorumq; iudiciorum.

Tertio

11 † Tertio limitatur per Angelum, ut refert Alex. in d. §. ſi in iudicio, quando hæres opponeret doli exceptionem, allegando, ꝙ dolo facit exigendo ſolidum, cum ipſe fecerit inuentarium. Alex. tamen eam non approbat, quoniam iſta exceptio doli, quæ poſt ſententiam opponitur, eadem exceptio cenſetur, quæ competebat ante ſententiam, quia loco illius ſubrogatur, & ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, ſecundum vulgarem, concurritq; cum qualibet alia exceptione. l. ſecunda. §. generaliter. ff. de doli exceptio. & mihi non poteſt perſuaderi, quod, ſi exceptio inuentarij exploſa fuit ſemel, alia via proponi valeat ſub nomine generali, ſcilicet doli exceptione. argumen. cap. cum quid. ff. de regu. iur. in 6. & not. alioquin verbis non rebus, lex eſſet impoſita contra tex. in l. a C. commu. de lega. ideo nec ego eam vllatenus probare poſſum, ſtantib præſertim ijs, quæ dixit Alciat. in d. conſi. 165. lib. 6. vbi loquitur in caſu, in quo proponebatur doli exceptio. Nec obſtat tex. in d. §. ſi in iudicio, quoniam ibi non negatur ius proponendi illud beneficium ne cogeretur, vltra quam facere poſſet, alias competere, ſed ſub eo nomine doli exceptione intentatur.

Nouiſſime moueo dubitationem, de qua per Bal. in d. conſi. 382. pro parte. lib. 3. nunquid ſententia, qua pronunciatur aliquem eſſe hæredem cum beneficio inuentarij, ſit diffinitiua, vel interloquutoria. 12 † & Bal. diſtinguit, aut pronunciatur principaliter propter ſe, vt in petitione hæreditatis, & tunc eſt diffinitiua, aut pronunciatur incidenter propter aliud, & tunc eſt interloquutoria, quia omnis ſententia, quæ fertur ſuper emergenti, vel incidenti eſt interloquutoria, ut omne præceptum faciens ad cauſam, quod non definit negocium principale, no. in §. ad excludendas. in authen. de litigio. l. intra vtile. ff. de minor. Nec obſtat (ait ipſe) quod ſæpe vocatur pronuncia diffinitiua articulū definiēs. l. generaliter. l. ſi quis iuſiurandum. C. de rebus cred. quoniam ibi improprie hoc dicitur, ſiquidem diffinitiua eſt illa, qua iudex fungitur officio ſuo in principali, & non illa, quę ſuper vno articulo fertur maxime in præparatorijs iudiciorum. l. ita demum. C. de iud. 13 vult tamen, ſtante ſtatuto, quod † non liceat appellare ab interloquutoria, hæredi licere ab iſta appellare: quoniam ſi totam cauſam non decidit, quotam tamē decidere inficiari nequit. d. l. intra. l. arbitro. ff. qui ſatiſda. cogan. nam huiuſmodi ſententia auget effectum petitionis, & tangit ipſum negocium principale, ex eo, quod actionem reddit perſecutoriam ſolidi, cum alioquin ex beneficio inuentarij aſtringeretur ad vires hæreditatis, & ad prędictum ſtatutum reſpondit, quod intelligitur de interloquutoria, cuius grauamen poteſt per appellationem definitiuam reparari, ſed iſtud eſt irreparabile. Vel item tanquam quatenus pronuncia ſuper beneficio inuentarij concernit dilatoriam, ne interim cōueniatur donec tempus inuentarij conficiendi decurrat. l. fin. §. donec. C de iu. delibe. grauamen continet irreparabile hac ratione, quoniam fieri non poteſt, quin vexatio, quæ interim ſibi infertur dicatur indebite ſupportata, facta enim pro infectis reddi nequeunt. l. in bello. §. ſi facta. ff. de capti. & poſtli. reuer. l. ſi quis prouocauerit. C. de appell. Hinc eſt, quod pro præſenti vexatione euitanda, & pro expenſis, quæ contingunt fieri litigando, 14 † datur minori reſtitutio in integrum. l. minoribus. ff. de minor. Bal in d. l. finali §. ſed ſi præfatam, & propterea concluditur eſſe interloquutoriam in hoc caſu, ſed ab ea nihilominus dari appellationem tanquam continentē grauamen irreparabile, & his ſit abſolutus præſens tractatus ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, Patris, & Filij, & Spiritusſancti, & beatiſſimę, ac ſanctiſſimę Virg. Mariæ, per infinita ſecula. Amen.

F I N I S.

T R A C T A T V S
D E A D I T I O N E
Cum inuentario.
per D. Baldum de Peruſio.

Forma aditionis cum inuentario breuiter talis eſſe debet: Conſtitutus Lucius Caij, ciuis Peruſinus, portæ. S. Petri Parochiæ. S. Luciæ, coram ſapiente uiro D. Ioan. iudice communis Peruſij, ſuper his & alijs legitimis actibus conſtituto per d. Epiſcopum, pro tribun. ſedente in tali loco, in qua ciuitate & territorio ſunt facultates & bona, & maior pars hæreditatis D. Caij, dixit & expoſuit, dict. Caium deceſſiſſe condito teſtō, ſcripto manu Alexandri notarij, In quo teſtō ſibi hrdē vniuerſalē inſtituit prædictū Luciū. Vñ cū agnoſcat ad eū dicti Caij hrditatē ex teſtō inſolidū deuolutā, dubitās an dicta hæreditas ſit ſoluēdo nec ne, volēs prædictā Caij hrditatē inconſulte, ſed legis cōſilio ipſam hrditatē q̄rere, ne creditorib. & legatarijs vltra vires hæreditarias teneatur, cum beneficio legis & inuentarij ipſam hæreditatem acceptauit, & ipſi hæreditati ſe immiſcuit: & ad hoc, ut inuentarij beneficium a iure cōceſſum, & illæſum & integrum reſeruetur, petijt uocari & citari omnes & ſingulos creditores & legatarios, & omnes, quorum intereſt, vel intereſſe etiam poteſt: Quod ſi eſt aliqs vel aliqui, qui credāt ſua intereſſe, quod certo termino, arbitrio dicti iudicis moderādo, debeāt coram dicto iudice in dicto loco comparere, ad uidēdū dicti inuētarij inchoationē, & eius perfectionem & confectionem, ad opponendū & cōtradicendum quicquid uoluīt & poſſunt, quare dictum inuētarium fieri non debeat, vel non poſſit, & peremptorie: alias a dicto termino in antea procedetur ad inchoationem & pfectionem dicti inuentarij, & eorum & cuiuſcunque eorum abſentia & contumacia non obſtante, & ſpecialiter & nominati petijt citari A & B. legatarios. & C. & D. creditores quatenus ī dic. termino & perēptorie cōpareant ltīme & ad oīa & ſingula ſupra dicta, alias procedetur ut ſupra. Qui iudex viſo dicto teſtamento, & dicta aditione hrditatis, & audita petitione dicti hæredis, commiſit tali nuncio præſenti & intelligenti, quatenus in dicto termino & peremptorie ex ſui parte & mādato citet dictos An & Bern. legatarios, & dictos Chriſtophorum & Dominicum creditores, & quemlibet eorum ſpecialiter & nominatim perſonaliter, ſi eos perſonaliter inuenerit, alioquin ad domum eorum & cuiuſq; eorum ſolitę habitationis, & generaliter omnes, qui ſe opponere voluerint, & ſua crediderint, uel debuerint credere intereſſe, quatenus in dicto loco die tali dēant per ſe, uel per ſuos procuratores legitime & peremptorie cōparere, alias procedetur ad inchoationem & confectionem dicti inuentarij, eorum & cuiuſque eorum contumacia non obſtante, & ſchedulā portet & dimittat, & dicto domino iudici referat more ſolito, Die tali dictus nuncius iens & rediens, retulit ſe de mandato dicti domini iudicis citaſſe p̄dictos ſuperius nominatos, videlicet An. & Bern. pſonaliter, & Chriſtoph. & Domi. in eorum domo ſolitę habitationis, & in cōuicinia olim dicti Caij teſtatoris, & in alijs locis publicis dictæ ciuitatis Peruſij, & generaliter omnia alia feciſſe & dixiſſe, quæ habuit in mādatis. Et hæc ad petitionem dicti Lucij prę ſentis & petentis Die tali eiuſdem menſis in termino ſupradicto, dictus Lucius comparuit coram dicto iudice, ut ſupra ſedente, præſentibus honorabilibus viris D. Mar. Step. & Amb. ciuibus dictæ ciuitatis notis, & honeſtis, & immobile ſolum poſſidentib. & omni exceptione maioribus adhibitis, vocatis, & rogatis loco creditorum & legatariorum abſentium, & D. Franciſ & Iac. omnibus teſtib. adhibitis, uocatis, & rogatis per dictum hęredem, ut ſcripti inuentarij ſint teſtes. Et petijt primo interrogari per dictum iudicem dictos teſtes ſuo ſacramento, ſi pnſſident idoneam ſubſtantiam in dicta ciuitate Peruſ. & ſi cognouerunt dictū Caium teſtatorem, & ſi cognoſcunt præſatum hæredem, & ſi ſunt locupletes, fide digni, bonæ conditionis & famæ. Qui iudex dicta petitione audita, interrogauit dictos teſtes, prius eis delato & præſtito iuramento ſuper prædictis, qui teſtes & quilibet eorum de ſeipſo & de alijs cōteſtibus aſſeruerunt agnouiſſe dictum teſtatorem, & cognoſcere dictum hæredē & ſe poſſidere immobilia & eſſe bonæ conditionis & famæ, & habuiſſe notitiam de facultate teſtatoris. Poſt quæ immediate dictus dominus iudex interloquēdo pronunciauit, dictos teſtes fore idoneos ad vidēdum inchoationem, proſequutionem, & perfectionem dicti inuētarij: & hoc ad petitionem dicti hæredis præſentis, & petentis, & non comparentium contumaciam primitus & ante omnia legitime accuſantis. Poſt quæ īmediate dictus hæres volens ad inchoationem dicti inuentarij procedere, pro principio & præambulo dicti inuentarij fecit propria manu venerabile ſignū S. Crucis. Item dixit, eſſe & inueniſſe in dicta hrēditate res ĩ. ſcriptas, in primis unā domū cōfinatam ſic. Item vnā culcitrā de ſerico, & alia reliqua, & hoc præſentib. & videntib. ac intelligentib. dictis teſtib. adhibitis & rogatis, dñs iudex mādauit dictis teſtib. ꝙ debeant intereſſe vſq; ad conſummationē dicti inuentarij. Poſt quæ incontinenti Pa. legatarius coram præfato dño iudice comparuit, & proteſtatus fuit, ꝙ ſuum legatum ponatur in inuentario. Item comparuit talis creditor, & proteſtatus fuit, ꝙ ſuum creditum ponatur in inuentario, & hoc præſente dicto hærede, & dicente & pteſtante dicto legatario & creditori. ꝙ oſtēdāt iura ſua, & ꝙ eſt paratus ponere in inuētario quatenus de iure debeat po-

ni,& alias non. Principiato itaque inuentario, elapſo primo menſe, duo menſes ſunt ad perficiendum. Modus ergo tenẽdus in perfectione eſt iſte. Exiſtens dictus Lucius hæres corã dicto iudice, pro tribunali ſedẽte, vt ſupra, volens dictũ inuentariũ proſequi & finire, petijt citari & vocari creditores & legatarios dicti Caij, & generale proclama fieri. Quod ſi eſt aliquis &c. ut ſupra. Die tali in dicto termino comparuit dictus Lucius & citatorum non comparentium cõtumaciam accuſauit. Poſt quæ immediate infra ſcripta bona tanquam hæreditaria hæreditati d. Caij dictus hæres inſeruit, & talẽ uineã, item vnum inforiiatum, & reliqua, proteſtans quod ſi qua p errorem poſuit non ponenda, ex nũc leuat de dicto inuentario, & ſi qua per errorem omiſit ponere, cum ad notitiã eius peruenerit, ponet, & hoc pſente dicto domino iudice, & admittente dictam proteſtationem, inquãtum de iure teneatur & debeat. Poſt quæ incontinenti dictus Lucius hæres ſe ſubſcribat, ſi ſcit literas, ſi autẽ neſcit, dicat ſe neſcire. Subſcriptio hæredis hæc eſt. Ego Lucius hæres ex teſtamento Caij patris mei cum beneficio legis, & inuẽtarij prædictum inuentariũ incepi, & perfeci bona fide, & ſine fraude, teſte mihi exiſtente venerabiliſſimo ſigno crucis, quod præpoſui ſuprascriptis & ſubſcriptis teſtib. & a me adhibitis & rogatis ſecũ dum formam iuris. Si hæres neſcit ſcribere, alius ſubſcribat pro eo in prima vel in tertia perſona modo prædicto, ca. dudum, de cõuer. coniung. Subſcriptio teſtium hæc eſt: Ego d. Mar. teſtis præfatus, uocatus, adhibitus, & rogatus a dicto Lucio hærede & a dicto Iudice, vt ſupra, ſedente, in locũ maxime creditorum & legatoriorum abſentium ſubſcribo me, & iuramẽto præſtito corporaliter ad ſancta Dei euangelica, & per dictum venerabile ſignum Crucis iuro, dictum inuẽtarium ſecundum conſcientiam meam eſſe inceptum & perfectum a dicto hęrede, me pręſente, bona fide & ſine fraude, & me oĩa vidiſſe a principio vſque ad finem, & non eſſe cõſcium alicuius malignitatis. Ita iuuet me Deus, & hęc Sancta Crux, & euangelia: & aſſero me cognouiſſe dictum teſtatorem & dictum hæredem, & me immobilia poſſidere Et eadem forma cæteri ſe ſubſcribant, & ſi omittuntur illa verba, in locũ &c. non eſt vis, quia præſumuntur coram Iudice omnia ſolemniter acta. Quibus omnibus & ſingulis ſic peractis dictus iudex vt ſupra, ſedẽs, ſuam & dicti Communis authoritatem interpoſuit, & decretum Et ſi vis, quod nihil obijci poſſit, citẽtur de nouo citandi ad veniendum & opponendum, quare non debeat pronunciari inuentarium legitime confectũ, uel quare nõ debeat ſuper eo interponi decretum. Quo facto iudex pronunciet legitime confectum, argu. l. tutor a patruo, ff. de confir. tut. Sequitur videre de ſubſcriptione Notarij hoc modo: Ego talis Notarius &c. & nota quod vbi ſunt duo Notarij, non vr. neceſſarius aliquis teſtis pro reſcripto, §. ſi vero abſunt, in auth. de hær. & falc. ſed tres teſtes loco creditorum & legatariorum abſentium ſemper ſunt neceſſarij.

FINIS.

TRACTATVS
DE FORMA INVENTARII Conficiendi,

Ne hæres teneatur ultra uires hæreditarias, cum materia ipſius inuentarij, per d. Guidonem Papæ Delphinatem Iuriſconſultum.

SVMMARIVM.

1. *Inuentarij ad ſtylum curiæ Delphinatis, formula, ne hæres ultra uires hæreditarias teneatur.*
2. *Inuentarij confectio quot & quas citationes eorum, quorum intererit, requirat.*
3. *Citatio trina in cauſa feudi requiritur, & in quibus etiam debeat interuenire.*
Creditores & legatarij in confectione inuentarij quomodo citandi.
4. *Inuentarium inchoari, mediari, et compleri in una die & ſub una citatione an poſſit.*
Inuentarium an ualeat reſpectu non citatorum.
5. *Dolus hæredis, omittentis rem aliquam ponere in inuentario, quomodo probandus, & qualiter teneatur. 6.*
7. *Inuentarium nũquid vitietur per ſigni ſancta Crucis omiſſionem. Et quid, ſi ſit abſque hæredis ſubſcriptione.*
8. *Inuentarium an ſit perfectum, ubi eſt ſignum hæredis in calce abſque ſubſcriptione, & quid ſi allegetur conſuetudo ſic facientium 9.*
9. *Notarium debet in iudicio proponi, alias non releuat partem.*
Inuentarium tutoris ad proſequendam adminiſtrationem, an ſibi proſit & pupillo.
10. *Inuentarium per hæredem confectum, utrum proſit fideicommiſſario.*
11. *Inuentarium infra quod tempus inchoari & perfici debeat, & an tempus illud ſit in arbitrio iudicis.*
12. *Hæres qui infra tempus debitum omiſit facere inuentarium, an poſſit releuari per reſcriptum principis, remiſſiue.*
Inuentarij conficiendi tempus currit minori.
13. *Fiſcus hæres non conficiens inuentarium, an patiatur pœnas non conficientium, & quid de eccleſia, aut hoſpitali.*
14. *Eccleſia an reſtituatur contra præſcriptionem, & infra quod tempus.*
Inuentarij conficiendi tempus a quo die incipiat currere.
15. *Hæres an poſſit conueniri & conuenire infra tempus conficiendi inuentarij.*
16. *Inuentarium ſolemniter factum quod beneficium hæredi præſtet.*
Hæres poteſt bona hæreditaria uendere ſine ſubhaſtatione, ut creditoribus numeret.
17. *Hæres ae fructibus perceptis conueniri an poſſit per creditores.*
18. *Cautela pro hærede, ne uexetur litibus & expenſis per creditores & aſcendentes in bonis teſtatoris. 19.*
20. *Hæres an & quando teneatur uendere & ſoluere creditoribus quantitatem, & quam in illo debeat ſeruare cautelam.*
21. *Hæres an teneatur, non obſtante beneficio inuentarij, ſi defunctus tenebatur ad factum.*
22. *Inuentarij confectio an requirat unum aut plures notarios, & quid de teſtibus. 23.*
24. *Inuentarium quomodo conficiendum de bonis ſparſim ſitis.*
25. *Inuentarium diuerſis diebus & menſibus an poſſit ſcribi.*
26. *Creditores quando habeant regreſſum aduerſus emptores ab hærede bonorum defuncti debitoris.*
27. *Inuentarij confectio an poſſit per teſtatorem de bonis ſuis prohiberi.*

Conſultus ego Guido Papæ, inter legum Doctores minimus, dictare formã inuentarij conficiendi per liberos & hæredes Ioan Ondenodi, alias Roybat, ciuis quondam Gratianopolis, de bonis & hæreditate dicti eorum quondam patris ſecundum iuris formam, de qua in l. ſcimus, C. de iure deliberandi, ne in futurũ conueniatur vltra vires hæreditarias, ideo formam ipſius inuentarij ſecundum iuris formam & ſtylum curiarum pręſentis patriæ Delphina. dictaui hoc anno currente Dñi 1444 & die 7. menſis Aprilis. Et cuius formã inuentarij hic duxi ſubiungendam, cum diuerſis quæſtionib. neceſſarijs ad materiã ex dictis & opinionib. Doctorum, pro mei memoria, laborũque alleuiatione in futurum. Et cuius inuentarij forma ſequi
1 tur in hæc verba: † Hac die Lunæ nona mẽſis Aprilis, hora veſperarum, ad quos diem & horã per literas a uobis venerabili & egregio viro, dñ o Viceiudice pręſentis curiæ cõm. Gratianop. inſtãtib. prouidis viris, Claudio, Gonino, Iac. adultis, & Bernardino pupillo liberis vniuerſaliter inſtitutis hrdib. honorabilis uiri Io. Ondenodi, alias Roybat, quondam ciuis Gratianopol. citati & aſſignati creditores & legatarij dicti quondã Io. Ondenodi, ius habere p̃rendẽtes in ſuis bonis & hrditate præciſe & peremptorie vno edicto pro omnib. viſuri & audituri aditionem hrditatis dicti eorum quondam patris cum bñficio inuentarij. Necnon inchoationem, mediationẽ, & cõplementum ipſius inuentarij, q̃ dic fratres facere intendunt, put ĩ. continet, ne in futurum poſſint compelli, & ne teneantur vltra vires hrdiarias, ſiue compelli poſſint per creditores & legatarios, & alios ius habere p̃tendentes in dictis bonis & hrditate dicti eorum quondam pris, prout in dictis veſtris literis iudicialib. etiam declarat & continet. Cum patent ppterea coram uobis dicto domino viceiudice dicti Claudius, Goninus, & Iac. nominib. eorum proprijs, & dicti Claudius & Goninus tutores, & tutorio nomine dicti Bernardini, declarantes animos ſuos iudicialiter nominib. prædictis, q̃ ipſi volunt eſſe hæredes uniuerſales dicti eorũ quondam pris, iuxta eius diſpoſitionẽ teſtamentariam, de qua cõſtat inſtrumento recepto p Io. Luyriæ notarium Gratianopolis. Et ulterius in præſentia dictorũ creditorum, legatariorum, & aliorum ius habere prætendentium in bonis & hæreditate dicti Io. Ondenodi, eorum quondã patris, ad hoc, ut p̃mitti, citatorum, ſi compareant, alias, in eorum contumacia, quam accuſant. Loco quorum abſentium ſubrogant, adhibent, & inuocãt dicti fratres hrdes nominib. prædictis dictũ Io. Luyriæ, An Quoques, & Matthæũ Dalmatij, notabiles viros, locupletes, bonæq; opinionis & vicinos dicti quondam Ondenodi teſtatoris. De ipſoq; quondam teſtatoris & dictis ſuis hæredibus, facultatibuſq, & bonis dicti teſtatoris notitiam habentes, ad omnes effectus eis meliores & vtiliores, inuentarium & repertorium de bonis & reb. dictæ hrditatis, quæ repererunt, & ad eorum notitiam deuenerunt, in
2 choant, venerabili ſigno ſanctæ Crucis † præmiſſo, & per eoſdem hæredes facto, dicendo etiã, In nomine patris & filij & ſpiritus-

ſpiritusſancti, Amen, ipſumq; inuentarium continuant & cō
plent modo & forma inferius deſcriptis.

Proteſtatione tamen præmiſſa, q̄ ſi in huiuſmodi inuētario
aliqua bona ponant, ſeu deſcribi faciant, quæ non ſint de di-
cta hæreditate paterna, uel talia quæ in præſenti inuentario
apponi non debeāt, q̄ eiſdē hæredib. præiudicare non poſſit.
Et q̄ ſi aliqua ī hoc inuētario inuētarizare, & in dicto inuē
tario deſcribere, ſeu deſcribi facere, ex errore, ſeu inaduerten
tia, vel alias quouis modo omitteret, q̄ talis omiſſio dictis hę
redib præiudicare nō poſſit, quo minus, ea quæ dicta hæredi
tate fuiſſe & eſſe reperierint, & poſſint inuētarizare, & in prę
ſenti inuētario ponere atq; deſcribi facere: & quæ plus uel in-
debite appoſita fuerint, tollere, & de eodē detrahere, qn̄cun-
que, & quotieſcunq; talia reperiētur, & ad eorum notitiam
peruenerint. volentes ſemper in omnib. uti veritate, hoc pro
tanto ēt dicitur: quia domus, in qua deceſſit ab humanis di-
ctus teſtator eorū quondam pater, ſita Gratianopoli in char-
reria noua, iuxta domū domini Guidonis Papæ & ſuos alios
cōfines, non fuit in bonis & hæreditate dicti eorum quondā
patris, ſed fuit de bonis & hæreditate honeſtæ mulieres Ayn
ardæ filiæ & hæredis Petri Guicharelli notarij quondā Gra-
tianopo. matris dictorum Claudij, Gonini, & Iacobi filiorū
& hæredum dictæ quondam Aynardæ & ſimiliter utenſilia
& alia bona mobilia infra dictam domum, quæ quondā fuit
dicti Petri Guicharelli, nō ſpectabāt dicto Io. Ondenodi, ſed
erant de bonis dicti Petri Guicharelli, quę remanſerunt in di
cta domo tēpore mortis dicti Guicharelli. Et quæ bona mo-
bilia dictus Io. Ondenodi ex poſt renuit vſq; ad mortem ſuā,
adminiſtratorio nomine dictorum ſuorum liberorum, ex di
cta Aynarda eius prima vxore ſuſceptorum, ut eſt notorium
in hac ciuitate. Quibus proteſtationibus ſic præmiſſis, & in
omnibus & per omnia eiſdem hæredibus ſaluis, a quibus nul
latenus deſiſtere intendunt per quemcunque actum etiam
contrarium, dicunt & reuelant, ſe in bonis & hæreditate di-
cti Io. Ondenodi eorum quondam patris, repenſſe bona in-
ferius proxime deſignata & cōfinata. Et primo quandam do
mum ſitam &c. ſupplicando vobis domino locumtenēti, di-
ctum inuentarium admitti, & authoritatem iudiciariam pa-
riter & decretum ſuper eodem interponi, cum ſolēnitatibus
& clauſulis in talib. requiſitis & apponi ſolitis Et inde eiſdē
concedi publicum inſtrumētum per Claudium Monerij no-
tarium publicum, ſigillo præſentis curiæ ſigillandum, ſupra
nominatos & alios infraſcriptos hic aſtantes pro teſtibus in-
uocando Et ad maiorem firmitatem dicti inuētarij, prout ēt
ordo iuris poſtulat, dictus Claudius cohæres in fine præſen-
tis inſtrumenti dicti inuentarii ſe ſubſcribit manu ſua pro-
pria Claudius Ondenodi. Et ſimiliter dictus Goninus cohæ
res etiam ſe ſubſcribit pręſenti inuentario ſua propria manu,
Goninus Ondenodi. Et ſimiliter dictus Iacob. cohæres ſe ſub
ſcribit dicto inuentario manu ſua propria, Iac. Ondenodi. Et
quia dictus Bernardinus eſt pupillus & neſcit ſcribere, petūt
ideo dicti tutores dicti Bero. huic inuentario adiungi proui
dū virum Symondum Charpi notarium & conſcribam præ-
ſentis curiæ, qui ſe ſubſcribat huic inuentario cū dicto Clau
dio Monerij alio notario, pro & nomine dicti pupilli.

2 ET PRO introitu huius † materiæ inuentarij quæro, ſi ſuf-
ficiat citare creditores, legatarios, & alios ius habere præten
dentes vno edicto peremptorio pro omnibus, uel ſi requira-
tur trina citatio? Dic, quod ſufficit vna citatio peremptoria:
quia tantum valet vna citatio pro omnibus, quantum trina,
vt l. ad peremptorium. cum l. ſeq. ff. de iud. Et ita ſemper vidi
ſeruari etiam in materia inuentariorum in curia parlamenti
Delphi. a 34. ann. citra, a quib. incepi practicare, de ſtylo etiā
ipſius curiæ. Quod tamen nō ſufficeret in cauſa feudi, in qua
non ſufficit vnum edictum pro omnibus, ſed debet præcede
re trina citatio, ut eſt glo. ſingularis in c. 1. de milite vaſſallo
qui contumax eſt. ſuper uerbo, trinam. & nota quod carcera
tus & contumax reputatus habetur pro confeſſo, ita no. glo.
3 in l. 2. in §. diuus. in verbo, compræhendiſſe. ff. de iure fiſ. † Et
idem quando lex, vel ſtatutum datur formam in citando, req
ritur neceſſario trina citatio, nec ſufficeret vna peremptoria
vt eſt gl. ſingularis in verbo, nominatim, in cle. 1. de vita & ho
ne cle. & præmiſſa refert & tenet Ang. de Are. in l. contuma-
cia. in 4. no ff. de re iudi. Sed an ſufficiat, quod citentur credi
tores, legatarii, & alij ius habere prætendentes generaliter vo
ce præconia, vel ſi debeant nominatim citari? Dic, quod illi,
qui ſunt certi, debent nominatim citari, ut l. ſcire oportet. §.
oportet. ff. de exc. tu. & ff. de dā. inſec. l. 4 §. abeſſe. & C. de pro
cur. l. eum qui. & facit, quod dicit Archi. in c. fi. ſuper verbo,
uocationem, de elec. li. 6. Si autē nō eſſent certi, ſufficeret ge
nerale proclama. ita intelligitur l. ſi eo tempore. C. de diſtra.
pig & not. per glo. in l. inciuile C. de furtis. faciunt ea, quæ le-
guntur in c. Rom. de ſen. excom. lib. 6 & in c. 2. de offi. ordi &
de hoc etiam tetigi in apparatu meo ſtatuti, ſi quis per literās.
io gl. ſuper uerbis, etiam abſq; violenti euocatione in princ.
(Additio. Adde quia de hoc tangit Bal. in auth. ſed cū teſta
tor. C. ad l falc. & l ſcimus, in prin. C. de iure delib. ubi dicit, q̄
quando hæres ignorat nomina creditorum, ſufficit genera-
4 lis citatio.) † Sed an tale inuētariū poterit in una die inchoa
ri, mediari, & cōpleri, vel ſi requiratur, quod fiāt tres citatio-
nes, & in prima inchoetur, in ſecūda medieē, & in ultima cō-
pleatur. Hæc quæſtio dependet a prima quæſtio. circa quod
dic, quod in inuentario non requirūtur tres citationes, nec
debet neceſſario per interualla trium dierum, ſiue trium ci-
tationum fieri dictum inuētarium, ſed poteſt fieri, videlicet
inchoari & compleri in una die & ſub vna citatione. ita dicit
& tenet Ang de Peru in auth de hæredi. & fal. in §. ſi vero ex
preſſim. in fi. col. 1. vbi ponit de uerbo ad uerbum formam
inuentarij Ex quibus patet etiam, quod nō requiruntur tres
citationes, ſed ſufficit vna citatio peremptoria, ut dixi ſupra
in 1. quæſtione. An inuentarium ualeat reſpectu non citato-
rum? dic, quod valet reſpectu citatorum, & non reſpectu nō
citatorum, ſecundum Bal. in authen. ſed cum teſtator. ibi, po
ne, quod hæres fecit inuentarium plene. C. ad l. falcid. & cla-
rius in l. ſcimus. in prin. ibi, quæro ergo, nunquid ſit de neceſ
ſitate, quod creditores citentur &c. C. de iure delib.
5 † Quæro vlterius, ſi hæres conficiens inuentarium omittat
doloſe unā rem in inuentario deſcribere, an teneatur inſoli-
dum creditoribus hæreditarijs? dic quod ſic, ut tenent gl &
Iac de Beluiſio in d. authen. de hæredi. & falcid. in §. ſi uero
non fecerit. colla. 5 Idem etiam tenuerunt Dyn. Ray & Bar.
in l. reſcriptum. ff de his quibus ut indig. & ita pertranſit Sa-
li. in l. ſcimus. C. de iure deli. & in authē. ſed cum teſtator. C.
6 ad l. falc. † Sed qualiter cōſtabit, quod doloſe hæres omiſerit
vnam rem in inuentario deſcribere? Doc. non mouent hanc
quæſtion. quod viderim: ſed credo, quod dolus probabitur,
ſi appareat tempore confectionis inuentarij, quod ipſe hæ-
res ſciret alias res, quas non fecit in inuentario deſcribi, vel ſi
poſt confectionem inuētarij aliæ res peruenerint ad eius no-
titiam, & eas nō addat incontinenti in inuentario, ſed perſe
uerer in contumacia non faciendi ipſas res de nouo repertas
in inuētario deſcribi facere, pro quo l. 2 §. circa ff. de doli ex-
cep. ibi, dolo facere. Et ſequitur, ex quod perſeueret &c maxi
me quia hæredes conficientes inuentarium, communiter p
teſtantur, quod ſi alia bona ad eorum notitiam peruenient,
q̄ ea deſcribi facient. ideo prætermittendo deſcribi facere
res de nouo compertas, prēſumitur dolus in hęrede, cum nō
faciat, quod debuit facere, quia ex omiſſione illius actus qui
fieri debuit, & non fuit factus, dolus præſumitur l ſi procura
tor. §. dolo. ff. manda. & in l. qui repertorium. in prin. ff. de ad-
mi tut. & in l. qui non facit. ff. de regu. iur. cum ſeq. inconti-
nenti, q̄ talia de nouo reperta peruenīūt ad notitiam hære-
dis ipſe ea debet in ipſo inuentario addere, etiā ſi tempus cō
ficiendi inuentarium tranſierit: quia aditio retrotrahitur ad
tp̄s proteſtationis, ut dicit Bal. in l. ſcimus. §. 1. ibi, item pone,
quod hæres bona fide fecit inuētarium &c. Vel etiam dolus
poterit coniecturari, ſi hæres ſit filius defuncti, vel eius con-
ſanguineus, quia tales præſumuntur ſcire facta ſibi coniun-
ctorum, ut dicit Andr. de Iſer. in feudis, in titulo de ſucceſſio
ne feudi. circa finem. Vel etiam aliter dolus poterit coniectu
rari, ſi hæres non ſeruauerit omnes ſolemnitates a iure ſtatu
tas circa confectionem talis inuētarij, quia mala fides præſu
mitur, ubi in aliquo actu debita ſolemnitas non ſeruatur, ut
dicit gloſ. in l 1. ſuper verbo, mala fides. C. de fide inſtru. & iu.
haſtæ fiſca. lib. 10. & Bar in l. cum plures §. qui bona. ff. de ad-
mi. tut. Bal. vero in dicta auth. ſed cum teſtator. in quæſt. quæ
incipit, quæro ſi vnus ſubtrahat unam rem, videtur velle cō-
trarium, dicens, quod dicta proteſtatio ſolita fieri per hære-
des tollit doli præſumptionem. & quod hæres gaudet benefi
cio inuentarij, etiā ſi rem quā poſtea reperit, nō deſcripſerit
in inuentario, dicens quod legitime factum ex caſu ſuperue
nienti non debet vitiari, ar. in l. quid ergo. in prin. ff. de his q
no. infa. Sed credo, quod ipſe dominus Bal. in hoc male dixe
rit, quia cum ipſe hæres fuerit proteſtatus de addendo inuen
tario, ſi qua bona poſtea reperirētur, præſumitur eum ab ini
tio fuiſſe in dolo, niſi deſcribat ſeu deſcribi faciat, quæ ipſe
bona de nouo cōperta ad eius notitiam deuenerint, per d §.
circa. in l. 2. ff. de doli excep. & propterea nō debeat gaudere
beneficio inuentarij, ſed teneri inſolidum creditoribus hære
ditarijs, iuxta dict. l. ſcimus. in § cū igitur. & in § & ſi præfatā.
& ita alias conſului. Et ad illud, q̄ dicit, q̄ actus validus ex ſu-
perueniēti caſu nō debet inualidari, rōdeo, q̄ ille caſus videli
cet dolus hæredis nō ſupuenit poſt cōfectionē inuētarij, q̄a
imo præſumit ipſe hæres bona doloſe celaſſe, poſtquā ea po-
7 ſtea in inuentario nō fecit deſcribi, iuxta dictū. §. circa. † An
omiſſio ſigni ſācte Crucis habeat vitiare inuētariū. Salic. ta-

mẽ in d.l.ſcimus.in §.ſinautem dubius. in fi. tenet ꝙ imo illa
omiſſio uitiet inuẽtariũ ꝑ rationes ibi ꝑ eũ deductas. Et hoc
credo uerũ, maxime in hac patria Delph. vbi cõſuetudo hoc
ſeruat in confectione inuentariorum, quæ conſuetudo dãna-
tur circa confectionẽ inuentarij, ut dicit Bal. in d. auth. ſed cũ
teſtator. ibi, pone quod hæres fecit inuentarium plene &c.
Sed an neceſſario ad validationem inuentarij hęres debeat
ſe ſubſcribere in fine inuentarij. dic quod ſic, ſi ſciat ſcribere,
& ſi neſciat, debet adhibere vnum notarium, qui pro se ſub-
ſcribat, per tex. in d. l. ſcimus. in § ſinautem dubius. ibi, ſubſcri
ptionem autem ſupponere hæredem neceſſe eſt &c. vbi tex.
imponit neceſſitatem hæredi ſe ibi ſubſcribendi. ibi, dum in
tex. dicitur, neceſſe eſt & ratio vrgens ponitur in tex. ibi, ſi-
gnificantem &c. & Ange. de Peru. in d. authen. de hæred. &
falci. in §. ſi uero expreſſim. colla. 1. vbi ponit formam inuen-
tarij, dicitq; & tenet, talem ſubſcriptionem per hæredem ne
ceſſario eſſe fiendam, ut valeat inuentarium. videlicet, quod
ipſe hæres, ſe ſubſcribendo, fateatur res ipſas in ipſo inuenta-
rio deſcriptas penes ſe habere. Et quod nullam malignitatẽ
commiſit circa ipſas res, nec in futurum committet, vt dicit
tex. ad literam ibi, ſignificantem, &c.
8 † Sed pone ꝙ hæres ſe ſubſcripſit, ſed in ſubſcriptione nõ
poſuit uerba proxime præcedentia, quæ ſunt in tex. ibi, ſigni-
ficantem &c. An inuẽtarium erit nullum? credo ꝙ ſic de iu-
re, ſed de conſuetudine huius patriæ Delph. ſufficit, ꝙ hęres
in fine inuentarij ponat nomen ſuũ, & non verba ſubſcriptio
nis, de quibus in d. ver. ſignificantem &c. quę conſuetudo in
materia huius inuentarij derogat iuri, vt dicit Bal ubi ſupra.
Quæro, ſi hæres ſe non ſubſcribat in fine inuentarij, an inuẽ
tarium erit nullum? dic quod ſic, quia forma a lege ordinata
ſeruari debet, nec ab eo poteſt diſcedi, l. conſtitutionib. ff. ad
municipales. & l. cum hi. §. prætor ff. de tranſact. maxime quã
do forma eſt data & ordinata ad ſolemnitatẽ alicuius actus,
vt in caſu iſto, quia ſi aliquid de ſolemnitatibus a lege ordina
tis omittatur, totus actus vitiatur, per tex. ad literam in l. 1.
ibi, infirma ſit. erit c. venditio, ſi hæc fuerit forma neglecta
&c. C. de prædiis curialium. lib. 10. facit l. 1. & 2. C. ſi cen. uel re-
liqu. facit etiam l. 1. C. de fide inſtrum. & haſtæ fiſca. lib. 10.
Et eſt talis actus nullus ipſo iure per l. non dubium. C. de legi
bus & ponit Bar. in ſimili in l. 1. in 3. col. ff. de teſta.
9 Sed ſi prætenderetur conſuetudo in contrarium, † videli-
cet ꝙ valere deberet de conſuetudine inuentarium ſine ſub-
ſcriptione hæredis, nonne deberet illa conſuetudo in iudi-
cio proponi? dic ꝙ ſic, aliter nõ deberet parti ſuffragari, ſicut
in ſimili videmus, ꝙ notoriũ debet in iudicio proponi, aliter
non releuat partem, in c. 2. extra vt lite non conteſt. no. glo. in
cle. quãdiu, de appellatio. C. arb. tutelæ. l. fi. Et ſic patet differẽ
tia inter inuentarium hæredis & tutoris. Et ſic ſolũ eſt quæ-
ſtio an inuentarium tutoris ꝙ facit pro ſeipſo in conſequen-
da adminiſtratione tutelæ, proſit pupillo, ut ſic cedat pro du-
plici inuentario tutoris & hæredis? & dic quod non, quia ta-
lia inuẽtaria multum diſtant in cauſa & forma & in finali ef-
fectu. Niſi forte eſſent ſeruatæ ſolemnitates in utroque inuẽ
tario requiſitæ. nã tunc bene prodeſſet pupillo. in quibuſdã
tamen locis eſt conſuetudo quod inuentariũ tutoris proſit
pupillo, quę conſuetudo eſt ſeruanda, ſed debet probari, alias
ſecundum ius commune iudicaretur, ut notat Baldus in di-
10 cta auth. ſed cum teſtator. † Sed an inuentarium per hæredẽ
confectum, proſit fideicommiſſario, vel in ipſum tranſeat, vi
de Bar. in l. in ratione. §. quod vulgo ff. ad l. falc. & Specul.
in ti. de inſtrumen. edit. §. quod ſi hæres &c. & tangit idem
Bar. in l. 1. §. 1. ff. de iure deliberan.
Sed infra quod tẽpus debet inuẽtarium inchoari & comple
ri? dic ſuper hoc, quod aliqui voluerunt dicere, quod non va-
let inuentarium, niſi inchoetur inf. 30 dies, licet perficiatur
inſ. alios 60. dies per ea quæ notãtur in Auth. de hæredib. &
falc. in §. ſcimus. & videt caſus in d. l. ſcimus. in §. ſi uero poſt
quam. C. de iure delib. ſed Cyn. & Bar. tenẽt cõtrarium, ꝙ imo
ſufficit quod ſit perfectũ infra alios 60. dies, licet inchoetur
poſt 30. dies a die aditæ hæ̃ditatis. ita dicũt ipſi in d. l. ſcimus.
in §. ſi uero poſtquã. C. de iure delib. & pro hac parte facit in
arg. l. 1. §. fi. de vẽt. re inſp. & pro hac opinione iudicatur in cu
ria parlamẽti, ut ſcripſi in deciſionibus dictæ curiæ, quæſtio.
11 171. † An iudex poſſit abbreuiare, vel augere dictos 60. dies,
vĩ ꝙ ſic. arg. ff. de re iud. l. 2. C de dila. l. ſiue pars. econtra vide
tur in auth. de appellatio & infra quę tẽpora debet appellari,
§. 1. collat. quarta, quod verius eſt ſecundũ Odofredũ in d. l.
ſcimus, in prin. quẽ ibi ſequitur Bar. Nec obſtãt ꝑdictæ leges.
quia loquſitur in iudicijs, in quibus omnes dilationes ſunt ar
bitrariæ. ſecus in illis, quæ ſunt extra iudiciũ. Sed pone, ꝙ de
functus erat ciuis Lugdun vel habitator Vapien. vel alterius
loci remoti a præſenti ciuitate Gratianopolis, an detur hære-
di a lege longius tempus conficiendi tale inuentarium? Dic
quod ſic, videlicet vnius anni a morte defuncti, ut probat tex
tus in d. §. ſinautem dubius. ibi, ſinautem a locis, in quibus
12 &c. & ibi Odofr. † Sed quid ſi hæres omiſerit infra tempus de
bitum, dictum inuentarium conficere, an poterit hæres rele-
uari per reſcriptum principis? Vide, quæ plene dixi in tracta-
tu reſcriptorum & clauſularum derogatoriarum &c. per me
Guidonem Papæ compilato, in §. hæres omiſit facere inuen
tarium &c. Sed an illud tempus currat minori? Dic quod ſic,
ſecundum Bar. licet poſtea reſtituatur, ut in authent. de hæ-
redi. & falcid. § pupillus. & tenet gloſ. ff. de minoribus, in l. au
xilium. § 2. probata tamen læſione per minorem, ut plene di-
xi in dictis deciſionibus parlamenti, quæſt. 141. & quæſtio.
142 de materia præſcriptionis contra minorem dixi etiam
13 ple. in dictis deciſionibus, quæſt 435 † An fiſcus hæres inſti-
tutus patiatur pœna dictæ. l. ſcimus, ſi non conficiat inuenta
rium iuxta formam dictæ legis? Dic q uod non. & eſt ratio, q a
non tenetur ultra vires hæreditarias, per l. 1 §. an bona, & l.
non poſſunt. ff de iure fiſci. ita dicit Bar in d. § an bona, & de
hoc etiam ſcripſi in dictis deciſi. quæſtio 333. Sed quid de ec
cleſia, uel hoſpitali, ſi hæredes inſtituantur, an patiantur di-
ctas pœnas, ſi non conficiant inuentarium infra dictum tem
pus debitum? videtur quod ſic, per auth. de hæredi. & falc. in
§. fi. & hoc ibi tenet Iac. de Beluiſio in fi. ſuæ lecturę, quem ſe
quitur dominus Raymun. de Sabanco in d. l. ſcimus. in §. ſi
uero poſtquam, in ſua repetitione. Sed poteſt ipſa eccleſia re
ſtitui per Clemen. de in integrum reſtitutio. facit c. quia con
tingit § illi etiam. de relig domib. in Clemen. Hanc quæſtio.
mouet Bart. in d. authen. ſed cum teſtator. C. ad leg. falcid. ſed
14 non determinat eam, quia dicit ſe dubitare. † An eccleſia re
ſtituatur contra præſcriptionem, & infra quod tempus. Et
quid, ſi eccleſia ſuccedat priuato, vide ple. diſtinctionem Bar
to. in authen quas actiones. C. de ſacroſan. eccleſ. Sed a quo
tempore incipiat currere dictum tempus conficiendi inuen
tarium? Dic quod incipit currere a tempore aditæ hęredi. ita
dicit gl. quam ſequitur Bar. in d. l. ſcimus. § ſinautem dubius.
ſuper verbo, delatam & in hac opi. primo fuerat Odofr. e. in
d. l. ſcimus. in d. § ſinautem dubius, in gloſ. ſuper verbo, habe
15 bat. † Si hæres conueniatur a creditoribus infra tempus con
ficiendi inuentarium, an ipſe poterit opponere, quod ipſe eſt
infra tempus conficiendi inuentarium? & an hæc exceptio
impediat litis cõteſt. Dic quod ſic, ut probatur in l. ſcimus. in
§. donec tamen dum ibi dicitur, ad iudicium vocare &c. &
dum dicitur ſupra immediate inquietare &c. Sed an hæres
infra ipſum tempus conficiendi inuentarium, poſſit alios cõ
uenire? & videtur quod nõ per l. 3 ff. quod quiſq; iuris. In cõ
trarium eſt veritas, quia ille titulus habet locum, quando ali-
cui conceditur priuilegium ad eius poſtulationem, ſed bene
ficium d. l. ſcimus, non eſt huiuſmodi, igitur &c. licet contra-
riũ videt per l. die ſabbato, C. de iudæis. ſed dic, quod ibi fuit
introductum in fauorem Dei, nõ in fauorem Iudæorum: hic
autem fuit introductum in fauorem hæredũ, ſecundum Bar,
de hac materia inuentarij etiam ſcripſi in dictis deciſionib,
16 parlamenti, quæſt. 351. & quæſt 352. † Qui inuentarium ſolẽ-
niter facit, ultra vires hæreditarias nõ tenetur, & falcidia vti-
tur, & illis ſatisfacit, qui primo ueniunt de pecunia, vel de re-
bus hæreditarijs, quibus deficientibus, creditorib. contra le-
gatarios, quibus prius ſolutum eſt, vel contra creditores po-
ſteriores in tempore oportunis remedijs ſuccurritur. Cõtra
ipſum autẽ hæredem vel emptorem ab eo regreſſus non da-
tur, ita ſummat Bar §. & ſi præfatã. vſq; ad §. in cõputatione.
in d. l. ſcimus. C. de iure delib. Et circa hoc eſt aduertendum:
quia hæres poteſt vendere bona hæreditaria pro ſoluẽdo de
bita & legata, nec requirit lex aliquã ſubhaſtationẽ, vel aliam
17 ſolẽnitatem, ut dicit Bal. in d. § & ſi præfatã. † Sed circa hoc
quęro, quid de fructibus medio tempore per hęredem perce
ptis, videlicet a morte teſtatoris vſq; ad traditionem rerũ hæ
reditariarũ creditoribus inſolutum factã, nunquid hæres po
terit conueniri vſque ad valorem fructuum perceptorum?
Crederem quod ſic. ff de peti. hæredi. l. item veniunt. §. item
18 non ſolum. † Sed an cum hæres ſoluit primo venientibus ali
qui aſcendentes ſint citandi? Dic quod nõ, ne hæres in maio
ri uexatione ponatur, ſupponẽdo ſe litigijs plurimis, quia ius
abſentium eſt ſaluũ, & quia diligẽtia pertinet ad creditores,
& non ad hæredem, ut in d. §. & ſi præfatam. ſimile eſt C. de
bon. authorita. iu. poſ. l. fi. C. de petitione hæredi. l. fi. intereſt
enim noſtra, non vexari litib. & ſumptib. ff. de minorib. l. mi-
norib. ff. quemad. teſt. aperi. l. ſi quis ex ſignatorib. ff. de iud. l. ſi
longius, & maxime, quia hoc non requirit d. l. ſcimus, de iure
delib. ita dicit Bal. in d. §. & ſi præfatã. Veruntamẽ licet dicta
lex non requirat prædicta, propter hoc non eſt prouiſum hę
redi, quin ſemper hæres vexetur pluribus proceſſibus & li-
tibus ac ſumptibus, quando alij creditores, quibus non eſt ſa-
tiſfactum, ſemper uexabunt hæredẽ & litigabunt, & ſic opor

tebit,

tebit, quod hęres ſe defendat contra quemlibet creditorem venientem, & doceat ſatisfactum fuiſſe alijs creditoribus, adeo quod nihil ſupereſt de bonis. Et ita non poteſt eſſe quin ſemper vexetur litibus & proceſſibus. vnde non uidetur ſatisfactum dictæ l. ſcimus, quæ vult, hæredem non vexari propter quod non poſſit fieri, quin uexetur. Ad propinquius & melius ſatisfaciendum dictæ l. ſcimus. expediens fuit, reperire modum, per quem cum minoribus proceſſibus ſumpti-

19 bus & laboribus hæres uexetur. † Et pro tanto adinuentus eſt ſtylus hodiernus curiarum præſentis patriæ Delphinalis, & diuerſorum aliorum locorum, deponendo iudicialiter bona hæreditaria in declaratione creditoribus, & alijs quorum intereſt, vocatis. & ſic non fiet niſi unus proceſſus, in quo creditores, legatarij, & alij iura in hæreditate habere prętendentes, faciunt eorum petitiones, & qui allocabuntur per iudicem, quilibet in ſuo gradu, ita fuerat ſtylus curiarum. Circa hoc quæro, ad quem pertineat probatio. ſi legatarij & creditores dicant tot bona eſſe in hæreditate, quod ſufficiant, & hæres contrarium dicat, uide. ff. de probationibus. l. cum de lege, & dixi latè in dictis decisionibus parlamenti, quæſtione 143. in fine.

20 † Quæro vtrum hæres cogatur vendere & ſoluere creditoribus quantitatem, an vero econtra creditores teneantur recipere in ſolutum rem pro quantitate, vel pro re? Dic, quod ſi hæredi nihil nocet, tenetur uendere & ſoluere, ſi autem poteſt ei nocere propter promiſſionem de euictione, tunc non cogitur vendere, argumen. ff. ſolu. matrimo. l a. reſponſo 2. Et vt effugiat hęres periculum conſulo quod dicat creditoribus vendite uos, ego conſentio, proteſtans, quod nolo teneri de euictione, ita dicit Bal. in dicto §. etſi præfatam. Vlterius hæres qui conficit ſolenniter inuentarium, non tenetur ad vires

21 hæreditarias per præmiſſa. Sed pone † quod defunctus tenebatur ad factum præcisè, nunquid hæres tenebitur non obſtante confectione dicti inuentarij per eum confecti? Dic quod ſic, æquiparando beneficium inuentarij ad beneficium ceſſionis bonorum, quod non patiatur cedentem conueniri vltra vires bonorum, & tamen ceſſat ipſum beneficium ceſſionis in obligatione facti, ut not. Cyn. in l. j. C. de ceſſione bonorum, & per Henri. Boy in cap. Odoardus, extra de ſolutionibus. ſic etiam ceſſare debet beneficium inuentarij in tali obligatione facti. Vlterius quæro, ad quem pertineat periculum rerum hęreditariarum poſt aditam hæreditatem? Videtur quod ad hæredem, per l. in ratione, in princi. ff. ad l. Falc. ſed dic, ſecundum Doct. quod illa lex eſt hodie correcta per dictam. l ſcimus, de iure delib. in hærede conficiente inuen-

22 tarium. † Vlterius quæro, ſi ad conficiendum tale inuentarium duo notarij requirantur? Videtur quod ſic, per verba in d. §. ſin autem dubius. ibi, ſub præſentia tabulariorum &c. ſed dic, quod unus notarius ſufficit ad ſcribendum inuentarium, & ad ſubſcribendum ad probationem inuentarij, vt dicit Odofr. & ibi ponitur plurale pro ſingulari. ſic etiam alibi ponitur in l. orphanotrophos. C de epiſc. & cle. ibi dicit Odofr. poſt Azo. quem ipſe ibi recitat.

23 † Quæro vlterius, quot teſtes requirãtur ad ualidationem inſtrumenti inuentarij conficiendi. Dic quod tres ad minus, vt dicit Odofr. in dicto §. ſin autem dubius. ſuper verbo teſtibus. & hoc verum crederem vbi ex commiſſione iudicia inuentarium fieret extra iudicium. Sed vbi fieret inuentarium in iudicio iudicialiter iudice ſedẽte pro tribunali, crederem, quod duo teſtes ſufficerent, immo & forte ualeret abſque ſubſcriptione teſtium, per ea quæ leguntur & no. in c. quoniam contra falſam, extra de proba. & ita vidi ſeruari de ſtylo curiarum præſentis patriæ Delphinalis.

24 † Quæro, quando res hæreditariæ ſunt in diuerſis locis, vel territorijs, ſi erunt tot inſtrumenta, vel inuentaria, quot ſunt ciuitates vel territoria, ſiue loca, vbi ſunt res hęreditarię? poſſet dici quod ſic, arg. C. ſi cer. pet. l. eos. Vel poteſt dici, quod hæres faciat magnam chartam, & portabit ſecum in omnes ciuitates, vel ſingula loca, vbi erunt res hæreditariæ, & non faciet plura inſtrumenta, vel plura inuentaria, argu. pro hoc, ff. de euictionibus. l. cum plures fundi, & argum. d. l. ſcimus. §. licentia, ita dicit Odofred in dicto §. ſin autem dubius, ſuper verbo, mittendos. Sed ego Guido Papæ practicando ad euitandam iſtam difficultatem & multas alias, conſueui conſulere, quod fiat inuentarium iudicialiter in forma, ſupra in princip. tractatus deſcripta, videlicet, quod fiat vno contextu, vbi declarentur aliqua bona cum proteſtatione, quod poſſint addi alia bona in ipſo inuentario, quoties ad notitiam hæredis peruenerit, vt dixi plene de hac proteſtatione, ſupra in 6. q. &

25 ſic non fiet, niſi vnum inſtrumentum inuentarij. † Sed denuo quæro, nunquid diuerſis diebus & menſibus poteſt ſcribi tale inuentarium? dic quod ſic, ſecundum Odofred. ubi ſupra, dummodo ſcribatur infra tempus pręfinitum, infra quod confici & ſcribi debet. Et notarius ſcribat diuerſa loca & diuerſos teſtes ac diuerſos dies, quibus ſcriptus fuerit, licet lex dicat, quod ſi Miles per varios dies ſcripſit teſtamentum, varia teſt. videtur facere, vt. ff. de teſtamen. mil. l. in let. & ſic teſtamentum imperfectum relinquat. Vel aliter, ſecundum eundem Odufre. vbi ſupra, poterit fieri inuentarium vno die coram eiſdem notario & teſtibus, & notarius ſcribet bona in diuerſis locis exiſtentia, quæ hæres ſibi nominabit, licet teſtis & notarius ea non videant, ita ibi dicit ipſe Odofr. ex cuius dicto Odof. apparet, formam dicti inuentarij ſupra, in princip. præſentis tractatus deſcriptam, eſſe veram & bonam in eo, quod iudicialiter in ſcriptis traduntur bona abſque eo, quod

26 teſtes videant ipſa bona. † Denuo quæro, ſi hæres confecto inuentario vendidit res hæreditarias pro debitis ſoluendis, & non ſoluat, ſed efficiatur non ſoluendo, ſi creditores habebunt regreſſum contra emptores talium rerum hęreditariarum? videtur dicendum quod non, per d. l. ſcimus, in §. etſi pręfatam, quę ſaluos & tutos reddit emptores, cum dicit, nec aduerſus emptores &c. item quia ipſi emptores certant de damno vitando, ſicut ipſi creditores, & in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis. Item reis fauendum eſt. l. Arrianus. ff. de act. & oblig. Econtra videtur, quod in ſubſidium detur actio contra emptores ipſis creditoribus hæreditarijs. ff. de lega. j. l. plane, la 2 in princ. & ff. de eo per quem factum eſt. l. vltima. §. j. ita tenet Odof. in dicto § etſi præfatam. Et dixit ibi ipſe Odofr. quod conſulitur emptoribus, quia habebunt regreſſum contra hęredem, de euictione. Et ſi hæres non ſit ſoluendo, imputabitur emptori; quia voluntarie emit, nec procurauit ſibi prouideri de euictione cum fideiuſſoribus, quia damnum, quod quis ſua culpa &c. ff. de regulis iuris, l. quod quis.

27 † Quæro vlterius, ſi teſtator poſſit prohibere hęredem, ne ipſe faciat inuentarium de bonis ſuis ipſius teſtatoris ex forma l. fina. C. de iu. delibe. dic quod non, ſecundum Iac. & Ang. de Peru. vt plene ſcripſi in conſi. 63. conſiliorum meorum, in ſecundo dubio. Guido Papæ.

F I N I S.

T R A C T A T V S

DOMINI ANTONII PIAGGII Hiſpellatis, de Tutore, & Curatore.

P R Æ F A T I O.

Hic de tutore, & curatore tractatus, quàm frequens exiſtat, ex his, quæ quotidie in foro contingunt, facilè dignoſcitur; quam vero ſit latè patens, libri 26 & 27. ff. orum, liber quintus C. necnon quidam titu. in calce lib. 1. Inſtitu. poſiti apertè indicant. Quàm etiam ſit vtilis, & his maximè, qui ſalutem animæ ſuę exoptant, eo perlecto cognoueris. Illis enim ad cohibendos ingentes appetitus, qui ſuper alienarum rerum non proba adminiſtratione conſiſtere ſolent, frenum extuerit. Quam etiam quotidianus ſit, ex eo clare conſtat, cum non multa condantur elogia, quibus tutores, aut curatores, minoribus ſuperſtitibus deſiderentur, quibus etiam minimè relictis legitimè, & eo quo decet modo per iudicem aſſignentur, de quibus ſingulis per ordinem ſubijciamus.

S V M M A R I V M.

1 *Diſſinitio duplex reperitur, quid nominis ſ & quid rei.*
2 *Diſſinitio quid nominis præcedere ſolet diſſinitionem quid rei.*
3 *Ethymologia tutoris, & curatoris quæ?*
4 *Argumentum de pupillo ad eccleſiam, validum eſt in iure?*
5 *Diſſinitio realis tutoris quæ?*
6 *Diſſinitionem præcedit diuiſio regulariter.*

Q. I.

Pro dicendorum intelligẽtia in primis quęro, quoniam à tutela denominati ſunt tutores, & a cura curatores, quomodo diffi-

1 niantur? & quoniam duplex † in iure reperitur diffinitio, quid nominis, ſcilicet & quid rei, ſecundum Phyloſoph. ſiquidem diffinitio quid rei ponit ſubſtantiam & rei diffinitæ quidditatem. l. 1. ff. de iuſti. & iu. Diffinitio autem quid nominis ponit quid nomen ſignificet, ſiue per accidẽtalia, ſiue per eſſentialia. l a. §. appellata. ſi cert. pet. exordiendo à diffinitione † quid nominis (vt par eſt) ſ. j. in. pręcit. ideo tutores dicuntur

tur

3 tur † quaſi tuitores, ideſt defenſores, eo quod pupillum de-
fendere debeant.l.j.de mino.& l.j.de tutel.tradit Pract.Pap.in
for.lib.quomodo agitur ad red.rat.tut. verſicu. ſuos tutores.
in princ. ſed vereor cum Alber. de Roſ.in eius dictio.in verſ.
tutores,veriori ethymologia tutores dici quaſi tollitores,eo
quod plerunque bona pupillorum auferant,& tollant,quam
ethymologiam à ſe reijciant. qui Chriſtianam cum effectu
(vti omnes decet) profitentur religionem. Curatores verò à
cura dicti ſunt, quaſi cor vrat, maxime non tenendo illud il-
læſum à reb. minorum,aut cæterorum, quorum adminiſtra-
tionem aſſumpſerunt. Nam illis auferendo, eccleſiam ſe ſpo-
4 liare nouerint. Ad impatia † enim non iudicantur,ſecundum
Nico.Euer.in cent.leg.in loco, à pupillo ad eccleſiam. Diffi-
5 nitione quid rei † diffiniri ita tutores poſſunt. Tales enim
ſunt qui eam vim, ac poteſtatem habent, ex qua re ipſi no-
men acceperant,vt Inſti.de tute.in princ. Quæ quidem diffi-
nitio,licèt plures tutorum ſpecies reperiantur, tamen quia
generalis omnibus aptari poteſt,& ideo de diffinitione, poſt-
modum de diuiſione verba facere non curaui, licet aliàs
6 prius diuidere quàm diffinire † oporteat, vt ex Dialecticis patet.

SVMMARIVM.

1 *Quot tutorum ſpecies reperiantur, & nu 7.*
2 *Adminiſtratio licèt fuerit per iudicem decreta, legitimi tutores adhuc dicuntur.*
3 *Tutoris ſuper idoneitate iudex pronunciat.*
4 *Cautela pro iudice volente dare tutorem.*
5 *Qui tutores ſine inquiſitione dantur.*
6 *Et quo caſu.*
8 *Fœminæ tutrices eſſe non poſſunt.*
9 *Tutelæ officio magis idoneus eſt maſculus quam fœmina*
10 *Tutela munus eſt neceſſarium.*
11 *Mater cogi non poteſt ad ſuſcipiendam tutelam.*
12 *Quot ſint curatorum ſpecies.*
13 *Curatoris datio teſtamento facta non ſuſtinetur non ſequuta confirmatione, ſeq; adminiſtrationi tali ingerens negociorum geſtoris, non curatoris nomen meretur lim. nu.16.& 17.*
14 *Tutor datur pupillis etiam inuitis.*
15 *Curator regulariter datur tantum volentibus. lim: nu.53.*
18 *Ius canonicum in terris eccleſiæ ſeruandum eſt.*
19 *Curator legitimus regulariter non datur.*
20 *Limita in furioſo.*
21 *Diffinitio fatui, dementis, mentecapti, & ſtulti que, & quis furioſi, numero 23.*
22 *Qui curatores præfatis competant.*
24 *Ex diuerſis non eſt inferendum.*
25 *Furioſum quem eſſe quomodo probabitur,rem ſiue.*
26 *Furor eſt difficilis probationis.*
27 *Minores 25 ann.accipiunt curatores.*
28 *Item furioſi,& ad quid dentur tales curatores. numero 29. & quomodo, numero 30.*
31 *Prodigo dandus eſt curator, non tamen cum inquiſitione, ſed etiam fiat, numero 33.*
32 *Nicolai Boerij error.*
34 *Curatoris ita demum dantur prodigis, quando ſcilicet bonis eorum fuerit interdictum cum cauſa cognitione.ſ eis legitimè citatis, & ſi ritè fuerint dati,plenam habent adminiſtrationem,nu.35.*
36 *Curatores dantur bonis abſentis indefenſi.*
37 *Item mutis, & ſurdis.*
38 *Item filijs bannitorum.*
39 *Item ventri, & quam habeant adminiſtrationem,nu.40.*
41 *Item minoribus inquiſitis ſeu accuſatis.*
42 *Item hæreditati iacenti, amplia in not. caſu, numero 43.& quæcunque neceſſaria explicare poterunt, nume.44.& dabitur hoc caſu etiam debitor, num 45.*
46 *Item bonis abſentium ad inſtantiam creditorum.*
47 *Item bonis capti ab hoſtibus,& fit ex mero iudicis officio,num.48.*
49 *Item ad interponendum auctoritatem in contractu aliquo,lim nu.50.*
51 *Item dantur his,qui bonis ceſſerunt.*
52 *Item regibus minoribus,etiam inuitis,nu 53.*
54 *Item bonis illius,qui neſcitur,an ſit viuus,aut mortuus.*
55 *Item ad negocia prætextu tamen magna eorum poteſtatis alienare immobilia non poſſunt,nu.56.*
57 *Item impuberib. & ad quæ, nu.58.declara, nu.59.*
60 *Item ad litem.*
61 *Curatores ad litem dantur etiam inuitis, & non dantur habentibus tutorem,num 62.*
63 *Limita not.*
64 *Curatores ad litem dantur præſentibus,ita petentibus, nu 65.*
66 *Curatores furioſis & prodigis etiam non petentibus dantur.*
67 *Iudex etiam delegatus dat curatorem ad lites.*
68 *Curatores dantur filijsf.in bonis, quibus patri non acquiritur vſusfructus.*

Q. II.

Quæro quot tutorum, & curatorum ſpecies reperi-
1 antur? Circa primum dicas diuerſi generis † reperiri. Non-
nulli enim ſunt teſtamentarij, & hi dantur à patre teſtamen-
to,de quibus habetur toto titu. ff.& C de teſtamen. tut. qui-
dam ſunt legitimi, qui ſcilicet ad tutelam à lege ſunt vocati,
toto titu. ff & C.de legit. tut. & quidem iſti tale nomen reti-
2 nent, licet adminiſtratio eis per iudicem fuerit † decreta, ſe-
cundum Phil.& Corn conſi.282.præmittendum eſt,in prin.
verſic.item neque,lib.j. Alij verò ſunt datiui,& de his loqui-
tur totus titu.C qui da.tut.poſſunt. quorum quidem datiuo-
rum alij ex inquiſitione, cæteri vero ſine inquiſitione dan-
tur, ex inquiſitione tunc proceditur, quando cauſa cognita,
ſcilicet iudice inquirente,an ſit idoneus,an patiatur al.quam
iuris exceptionem, & ſi idoneus repertus fuerit, ſuper illius
3 idoneitate † dictus D. Iudex pronunciare debet ſecundum
Bal.in l.tutores,in princ.ff.de confir.tut. Caueat tamen in pri
4 mis iudex † in datione tutoris,& curatoris,vt faciat citari cõ-
iunctos,& amicos minoris ad hoc,vt inueſtiget, quis ſit ma-
gis idoneus,ſecundum Philip.Corn.conſi.163.viſo ſupraſcri
5 pto ſtatuto,prope fi lib 4 ſine inquiſitione † autem qui ſim-
pliciter,& non aliter quæſito, an ſint locupletes, vel ne, de-
6 creti ſunt.l.j.eo.titu.de confir.tut.hoc autem fit † in caſibus;
quando ſcilicet à patre datus eſt tutor filio emancipato, vel
naturali: is enim abſque dubio ſine inquiſitione confirman-
dus eſt, vt Inſtitu.de tute.in fi. & quidem iſti quaſi teſtamen-
tarij tutores nuncupari ſolent, de quibus meminit Panorm.
in cap.ex parte,nume.4.de appella & ultra iſtas tutorum ſpe-
cies poſitas,per gl.in l.j.C.de teſtamen. tuto.per Ange.in §.
actionum. nume.69. Inſtitu.de actio. Pract. Pap.in for.libel.
quo agitur ad red. rat. tut. poſt princ. nume.2. Sum. Arm.in
verſicu.tute.& Cur. Iun.in conſ.29 habita diligenti conſide-
ratione,nume 8.1.par.cum concordantibus. Quartam addit
7 Barto in auth.matri,& auiæ.C.quando mul.tut.offic.fun.po-
teſt, & ante eum Specu.in titu.de tutore, §.nunc dicendum,
in princ & ponit Hierony.Grat.in conſil.115.in præſenti cap,
1.par.& iſta dicitur tutela anomala, ſiue extraordinaria, ſeu
mauis irregularis,in qua ſpè matres pupillorum continentur,
ſecundum Socy.Iun.in conſil.153 pulchra,& ſubtilis, nume.
38 lib 2 extraordinaria vero dicitur: quoniam non eſt teſta-
8 mentaria, cum lex prohibeat dari tutrices mulieres † teſta-
mento. l.iure noſtro. de teſtamen. tut. ex quo tutelæ officio
9 magis idoneus eſt maſculus quàm fœmina,† ſecundum Phil.
Corn.conſi.284 in præſenti conſultatione,nume 6.lib.3.legi-
tima non eſt,quia lex dicit tales poſtponi omnibus tutoribus
teſtamentarijs,& legitimis.l.2.§ his illud.C.quando mul.tut.
offi.fun.poteſt, quamuis hoc eſt correctum per ius nouiſſi-
mum,auth.quo ad legitimos, quos præcedunt matres. d.au-
then.matri, & auiæ,& in auth.vnde ſumit,ut de hæredibus ab
inteſt.veni.§.ex his datiua neque munus eſt,quia tutelæ mu-
10 nus † eſt neceſſarium l.fina.in princ C.de adminiſt. tut. ma-
11 tres autem inuitæ huiuſmodi tutelam † aſſumere non cogun
tur,ſed tantum eis permittitur,ſi velint.d.auth. Circa ſecun-
12 dum,ſcilicet,quot curatorum ſpecies † reperiantur. Dic,quod
datiuus tantum reperiri videtur, ſecundum Specu.in titu. de
curat.§.cum autem, nume. 19.teſtamentarius enim curator
13 (ſicut tutor) non reperitur, & ſi teſtamento fuerit relictus:
talis datio † ipſo iure non ſuſtinebitur,niſi iudicis fuerit ſub-
ſequuta confirmatio.l.curatorem. C.de nego. geſt l.penul.in
fi.C.de teſtamen.tut.& tradit Alexan.conſi.3. in cauſa,& lite
vertente, num 8.lib.2.ſi autem confirmatus adminiſtrationi
ſe ingeſſerit,negociorum geſtoris,non curatoris nomen me-
rebitur,ſecundum Socy.Iun.in conſ.79. perſpectis omnibus,
nume. at.lib.2.& ratio eſt, quamobrem curator (ſicut tutor)
14 teſtamento dari nequit, quia tutor datur pupillis † etiam in-
uitis, vt l.nec non.ff.de tuto & curat.dat.ab his.diuerſum ta-
15 men contingit in curatore,qui tantum uolentibus † datur §.
item inuiti.Inſti.de cura & tradit idem Soc.Iun.in conſil. 97.
pro reſolutione,nu.15.lib j.
16 Limita † in curatore furioſi, qui teſtamento per patrem
dari poteſt.l ſi.§ & ſi quidem.C.de curat.fur.cuius limitatio-
nis rationem ponit Ang.Inſti. de fiduc.tut. in prin.
17 Limita † ſecundò, & vltimò de iure canonico indiſtinctè
ſecundum Ioan. And.in cap. fina. de iudic.lib 6. in nouel. &
huic non temerè in foro quotidie videmus curatores in te-
ſtamento relictos, & tamen de illorum datione non occur-
rit dubitandum, cum ſimus in terris eccleſiæ, in quibus ius
18 canonicum † ſeruandum eſt, iuxta tradita per Philip. Dec.
conſi.452.viſa,num. 6.& per Carol. Ruin.conſi.70.quoad pri
mum,nume.5.lib 4.
29 Quoad legitimum verò dicas non dari, † niſi furioſo, &
prodi-

prodigo, de primo loquitur Alexan.in l.curatorem, nume.s.
20 C.de nego.geſt. † & de ſecundo meminit Ioan.And.in addit.
ad Spec.in ritu.de cura.§.dantur, in princ. vbi expreſsè ponit,
quod proximior agnatus ad illius curam vocatur, ſequitur
Nico.Boer.quæſt. 23.motus fuit in curia, nume.35.in prima
parte, & ideo non abſque ratione fuit appoſitum.ff.& C.de
legiti.tut.non etiam curatoribus, cum regulariter legitimus
curator non detur, vt etiam tradit Aleaan.conſi.221.ponde-
ratis verbis, ſub nume.5 lib.6 Sed quid in alijs huiuſce gene-
21 ris curatoribus, ſcilicet in datis fatuo, † qui dicitur inepta lo-
quens, quaſi à fando dictus: quid in demente, qui neſcit aut
nequit exprimere, quod velit, aut nolit, ſecundum glo.in cap.
paſtoralis, in verſi.remitti, de cler.ægrot.lib.6.in mentecapto,
cuius mens ex eius poteſtate abijt, ſecundum Feſtum, & in
ſtulto, qui dicitur inſanus in factis, ſecundum Dominic.in c.
Conſtantinopolitanæ. 12 diſtinct.& quidem Barto. expreſsè
hoc decidit in l.ſi furioſi. C.de nupt. vbi licet competere cu-
22 ratores præfatis fateatur, tamen inquit non legitimos † ſed
datiuos aſſignari, & ad hoc allegat glo.j.in §.j.Inſtitu. de cur.
vbi aſſeuerat iſtos duos iam dictos legitimos curatores repe-
riti, furioſi ſcilicet & prodigi & licet dici poſſit prædictos fu-
rioſo æquiparari poſſe, nihilominus cum diuerſa competat
23 diffinitio furioſo, quam his, cum furioſus † ſit qui omnino
mente alienatus eſt, iuxta illud Virgilianum, ſecundo Aenei.
Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Chorœbus, tanquam
24 ex diuerſis † non eſt inferendum. l.naturaliter. §.nihil com-
mune.cum ſimilibus.ff.de acquiren. poſſeſ ſed ex aduerſo re-
plicatur, hoc dictum Barto.nunquam ſuſtineri poſſe, & hoc
aperte oſtenditur lege, & ratione: lege per tex.in Authen.vt
hi qui obli.§ & hæc dicimus. vbi ad literam habetur dari cu-
ratores à lege non tantum prodigis, & furioſis, verum etiam
amentibus, & huiuſmodi. Ratione etiam probatur, quare
cum tales curatores dentur perſonæ principaliter, vt notiſſi-
mum eſt, plus compatietur talibus agnatus, quam extraneus,
maioremque in eo gubernando adhibebit diligentiam, &
patientiam. Vnde per hanc rationem cenſeo fuiſſe aſſignatos
curatores per legem furioſis, & prodigis etiam, licèt in cæte-
ris caſibus lex ſiluerit, vt ſupra dictum eſt. Nec obſtant dicta
per glo. pro opinione Barto. ſupra allega. quoniam loquitur
ſimpliciter, & non per dictionem taxatiuam: & quando etiã
ita loqueretur, nihilominus caſus ſimiles nunquam cenſe-
rentur excluſi ſecundum glo in l.ob æs C.de præd.min.& tra
dunt Franciſ.Rip.& Ioan.Crot ad l.ſi conſtante.ff.ſolu.matr.
quemadmodum ſimiles ſunt præfati inter ſe in quantum om
nes carent intellectu.
25 Sed quomodo probatur † quem eſſe furioſum, dementẽ,
ſtultum, & eiuſmodi impoſſibile enim videtur iſta poſſe pro-
26 bari, † ex quo intellectu conſiſtunt, & talia quæ in ſenſum te-
ſtis cadere non poſſunt, ſecundum Card. conſilio 56.in elu-
cidatione, in fi. quoad hoc (quia extra materiam egredi non
intendo, quamuis conſequutiuè de hoc veniret dicendum)
videatur Caro Ruin.in conſil.67. in q.propoſita, per totum
lib.j.& Philip.Dec. conſi.448.vis 101a, ad quos quoties caſus
euenerit, recurrendum eſt.
Datiuorum ergo multæ reperiuntur ſpecies, de quibus ſin
gulis ſeriatim tractemus, &
27 Primò dantur curatores minoribus † 25.ann. vt Inſtitu.de
curat. in princ. & iſti quidem dantur iſtis minoribus propter
rei familiaris adminiſtrationem, ſecundum Socyn. Iun.in di-
cto conſilio 97.numero 6.
28 Secundò dantur furioſis † per iudicem deficientibus legi-
timis ſecundum Specu.in ritu. de cura. §.dantur, in princ.&
tradit Franc. Rip.in l.is cui bonis ff.de verbo.oblig.& iſti qui-
29 dem principaliter dantur † perſonæ ſecundum Bart.Saly.in l.
in copulandis. C.de nupt. danturque etiam non petentibus,
30 † ſecundum eundem Rip. in l.4. § hoc autem iudicium, ſub
nume.40.ff.de dam.inſec.
31 Tertio dantur prodigis, † quibus etiam prius de legitimo
curatore prouidebitur.l.j.de cura.furio.& §.j.Inſtitu.de cura.
32 quicquid falſo aſſeuerauerit † Nicol. Boer.quæſtio.23.nume.
35 licet enim multa alleget; tamen non faciunt ad propoſi-
tum, ad quod ipſe inducit, ſed aliud longè diuerſum, ſcilicet
quoad interdictionem adminiſtrationis, quæ in furioſo fit ſta
tim adueniente furore per legem, in prodigo verò per iudi-
cem, & hoc eſt quod voluit glo.per præfatum Docto.ibi alle
gata in l ſi quis cum ſciret, in verſic.luxurioſo, in princip.ff.de
vſucap. pro empt. & ſic clarè patet Docto iſtum in terminis
æquiuocaſſe: Illud verò non ignorandum eſt, quod legiti-
mis deficientibus iudex venit ad dationem curatorũ, & hoc
33 per eum fit non tantum ex inquiſitione, † ſed etiam ſine, ſe-
cundum Alexan.conſi.86.viſis dubitationibus, nume.7.lib.2.
34 Præfati autem curatores † prodigo dari nequeunt, antequã
bonis illius fuerit interdictum, in qua interdictione cum cau
ſæ cognitione procedendum eſt, ſcilicet prodigi citatione
præuia, ſecundum Ange Imo.Pau. Caſtren.& cæteros Doct.
in l.is cui bonis.ff. de verbor.obligatio & taliter dati plenam
35 † habent adminiſtrationem.l.inter bonorum.ff de admi.tut.
36 Quartò dantur curatores bonis † abſentis in defenſi. l.j.&
2 de curat.bon.dan.& caueat aduocatus, vt bonis illius non
autem tali perſonæ curatorem dari petat, vt aduertit optimus
Prac. Ange.in §. præterea, nu.58.Inſti.de excep.
37 Quinto dantur curatores mutis † & ſurdis ſecundum Spe.
in tit.de cura.§ cum autem, in prin.& tradit Alex.in l.j.nu.4.
ff de verbo. obligatio.
38 Sextò dantur filiis bannitorum † ad inſtar eorum, qui habent
patrem apud hoſtes.l.muto.§.ei cuius, de tut.& tradit Iac.de
Are.in tract.de Bannit nu 4.
39 Septimò dantur † ventri ſecundum glo.in Rub.ff.de tute.
40 & iſti non plenam, ſed qualemqualem habent † adminiſtra-
tionem, d.l.inter bonorum.
41 Octauo dantur minoribus † inquiſitis ſeu accuſatis, & hoc
diligenter præcauendum eſt per iudices, ne proceſſus contra
minores per ipſos formati euaneſcant, & hæc ſunt multum
no.pro iudicibus, quibus ſæpe accidit in facto, ita poſt alios,
quos allegat, tradit Hyppo.Marſil.in Pract. crimin.§.nunc vi-
dendum, numero 31.
42 Nono dantur hæreditati † iacenti, & hoc fit ad inſtantiam
creditorum hæredibus deliberantibus ſuper adeunda hære-
ditate ſecundum Franciſ.Rip in l.4.§.ſi quis cum tutor, nu.8.
ff.de priuileg.credi.
43 Amplia † procedere etiam in ſuis hæredibus, ſecundum
Paul. Caſt. in l.cum hæreditas. C. depoſ & licet ea ratione,
quia hæreditas hoc caſu non dicitur iacens, ſed continuari in
ſuis, nonnulli contrarium tenere attentauerunt ita, vt dixerit
Iaſ.in l.in ſuis, numero 10.ff de libe & poſthu. eſſe caſum pro
amico, tamen ſupra relata opin. verior videtur, eo quoniam
ſuis competit ipſo iure remedium abſtinendi beneficio præ-
toris, quando tales hæreditati ſeſe non immiſcuerint, per §.
ſui, Inſtit.de hæred.qual.& differ.& ponit Ang in §.ſui Inſtit,
de hære.quæ ab inteſt defer. iunctis his quæ habentur in l.fi.
C.de iure deliberan. Vnde videtur incongruum, vt quando
creditores ſunt in aliqua neceſſitate conſtituti, debeant expe
ctare quouſque fuerit per hæredem deliberatum, an velit adi
re, vel ne. Vt ergo ſuum facilius conſequi valeant, dabuntur
44 curatores, per quos quæcunque neceſſaria explicari † pote-
runt, ſecundum Philip Dec.conſ 401.licèt in cauſis, nume.2.
& vnum not.eſt ſpeciale in iſtis curatorib. ſcilicet quia etiam
45 debitores † dari poterunt l.debitor ff.de neg.geſt. quem tex.
ſingularem dicit Lud. Ro.not. 231.volo tibi dare.
46 Decimò dantur curatores bonis † abſentis ad inſtantiam
ſimiliter creditorum, ſecundum Alexand.in conſi.222.Pon-
deratis verbis, ad fin.lib.6.vbi etiam ponit, quid ſi non om-
nes concordant.
47 Vndecimò dantur curatores bonis † capti ab hoſtibus ad
hoc, ſ.ne bona eius diſſipentur, & hoc fit ex mero iudicis of-
48 ficio † alio etiam non petente, ſecundum Ang.in conſi.194.
mortuo debitore, cum concor. per Philip. Dec.in conſi.575.
in caſu, numero 2.
49 Duodecimò dantur ad interponendum † auctoritatem in
contractu aliquo qui veriſimiliter pupillo expedire poſſit, &
50 idcirco non daretur † curator ad interponendum auctorita-
tem in contractu donationis ſimplicis: tunc enim (ſicut de tu
tore ſupradictum eſt) talis datio non tenet, eo quoniam do-
nare ſine cauſa eſt dilapidare.l.ab agnato.ff.de cura.fur & vo-
luit Alex. in l.j.nu.15.de verb obli.cum concor.
51 Decimotertiò dantur bonis † eorum qui ceſſerunt. l.j.&
fi.de cura.bon.dan.
52 Decimoquartò dantur Regibus † minorib. vt habetur in
c.grandi, de ſupple. negl. prælat. lib.6.& tradunt Docto in l.
licet.C.de teſtamen mili.& iſti quidem dantur etiam inuitis,
53 † ſecundum Oldra.conſilio 52.quæſtio talis, quem habes re-
latum ad literam, per Ioan. Andr.in addit.ad Spec. in rub.de
tuto.& hæc ſunt multum not.pro limitatione. § item inuiti.
Inſtitut.de curato.
54 Decimoquintò bonis illius † qui neſcitur, an ſit viuus vel
mortuus, ſecundum Bart.in l.ſi pupillus §.ſi tutor, nume.2.ff.
de tute.& rat.diſtr.
55 Decimoſextò ad negocia, † qui quidem licet magnam vi-
deantur habere poteſtatem, ita vt tutoribus æquiparari vi-
deantur, iuxta not.in l.cum vos minores.C.ſi aduerſ.rem iu-
56 di. non tamen poſſunt † vendere, aut alienare aliquo pacto
bona minorum niſi iuſta, & legitima cauſa ſubſiſtente, & iu
dicis accedente decreto, quando.ſ.res ſunt immobiles, & in-
corruptibiles tempore.l.magis puto.§. ne paſſim.ff.de reb.eo
rum, & l.lex quæ tutores. C.de admi.tut.
57 Decimoſeptimò dantur curatores impuberibus, & † hoc
non

58 non tantum ad lites fieri poteſt, ſed etiam † ad negocia peragenda.l.j.§.ſi curator.ff. de eo qui pro tuto.

59 Declara † quæ ſupra proximè dicta ſunt de curatore dato
impuberi ad litem procedere, ſi maior ſit ſeptennio, nam ſi
eſſet infans, omnino dandus eſſet tutor non curator, ſecundum
Alexand. conſilio 122. Videtur prima facie, ad fin.lib. 1.
& Matt. Afflic. deciſ 262. fuit in conſilio dubitatum, nu 4 rationem
huius pronunciari aſſignat Rot. Pedem. dec. 89 cum
mater vidua, in princ.

60 Decimooctauò dantur curatores ad litem, † & quidem
melius eſt, vt vnus tantum detur, quamuis etiam plures dari
poterũt, dummodo inſolidum hoc fiat per rationem, quam
ponit Barto.in l. cum ſemel, in fine, de tute. Nomen verò ne-
61 ceſſariorũ potius quam voluntariorum merentur, eũ † den-
62 tur etiam inuitis, † dicto §.item inuiti. nec dantur his qui ha-
63 bent tutores, niſi ſit lis cum eis, † ſecundum Socy. Iun. con-
ſilio 46. Magnifice, ac illuſtriſſime, nu 4 & 6.lib.j. Cauendum ta-
64 men eſt, vt quando tales curatores dantur ſint præſentes, † &
ideo ſit diligens notarius, vt in inſtrumento curæ apponat,
quod præſens datur præſenti, ſecundum Barto.in l 3 §.ſi pupillus,
nu.2. de tur. ſequitur Matth. Afflict. deciſio. 292. ſupra
allega num. 5. Inſuper etiam bene faciet, ſi apponat & petenti
65 † maximè in pupillo, vt eſt tex.in l. qui haber. §.ſi pupillus, el
ſecondo, eodem titu. quamuis ſecus dicendum ſit in curatore
dato furioſo, vel prodigo, quibus etiam non petentibus
66 † dantur per rationem quam ponit Franciſc. Rip.in l 4. §. hoc
autem iudicium, nume. 41. ff de dam infec & iſtum quidem
curatorem ad lites dabit iudex, qui liti præeſt, etiam quod ſit
67 † delegatus, ſecundum Bart.in l fina. § ſed & ſi quis, per illum
tex. C. de adminiſtratio. tut. quem tex. non eſſe alibi teſtatur
Alex. in l.j. nu. 21. ff. de iuriſd. omn iud. & Ang. Inſti. de cura. in
prin. nu. 5. & tamen in ceteris caſibus curatorem dabit iudex
ordinarius, & idem qui dat tutores, ſecundum Spec. in tit. de
cura § viſo, in princ.

68 Decimononò, & vltimo dantur curatores bonis † filiorumfam
in quibus patri non acquiritur vſusfructus, iuxta tradita
per Docto. in l. fin. §. ſin autem patre recuſante, per illum
tex. C. de bon. quæ libe.

S V M M A R I V M.

1 *Clerici prohibentur eſſe tutores & curatores quamquam de legitimis eſſe poſſunt, ſi nolunt, nu 3.*
2 *Sepultura eccleſiaſtica priuantur dantes tutores, aut curatores clericos.*
4 *Clerici tutores. & curatores egenorum eſſe poſſunt.*
5 *Intellige requiſito prius conſenſu ſuperioris.*
6 *Eo caſu quo nolint, cogi poſſunt.*
7 *Clericos tutores in caſu de quo ſupra dat iudex eccleſiaſticus.*
8 *Minores 25. an. prohibentur eſſe tutores, & curatores.*
9 *Ratio quia eſt onus.*
10 *Amplia in matre.*
11 *Conſuetudine induci poteſt, quod minores 25. ann. poſſunt eſſe tutores, & curatores.*
12 *Poſſidens res maioris non poteſt eſſe tutor, & curator.*
13 *Item nec debitor.*
14 *Limito in tutore teſtamentario.*
15 *Declaro hanc limitationem.*
16 *Limito 2 in matre, & auia.*
17 *Limito 3. in dato ex inquiſitione.*
18 *Limita 4. in dato hæreditati iacenti.*
19 *Limita, quando modicum eſſet debitum.*
20 *Fideiuſſorem non inuenientes repelluntur a tutela, & cura.*
21 *Limita in teſtamentario.*
22 *Poſſidens minus quam pupillus, aut adultus, non eſt idoneus tutor, aut curator.*
23 *Limito in caſu 5. quando cum alijs daretur.*
24 *Pauper tutor, aut curator ali poteſt de bonis pupilli, aut adulti.*
25 *Salarium poteſt decernere iudex tutori.*
26 *Excommunicati non poſſunt eſſe tutores, aut curatores.*
27 *Tutor aut curator datus filio emancipato uel naturali, et non confirmatus, a tutela, & cura repellitur.*
28 *Mater ſi reliquit tutorem, aut curatorem filio cui ſolam legitimam teſtamento aſſignauit, nihil agit, & non meretur talis tutor, aut curator confirmari.*
29 *Tutor relictus a matre filio etiam in totum inſtituti eſt inanis, niſi confirmetur.*
30 *Fœmina non poteſt dari tutrix, aut curatrix, niſi ſit mater quæ Velleiano S C & omni alij legum auxilio in mulierum fauorem inducto renunciet, numero 31.*
31 *Teſtamentifactionem non habentes a tutela, & cura repelluntur.*
32 *Furioſus tutor, aut curator eſſe non poteſt.*
33 *Mutatio cauſæ repellit quem a tutela, & cura.*
35 *Tutor uel curator datiuus ceſſat teſtamentario, uel legitimo exiſtente,*
36 *Tutorem habenti alius tutor, aut curator dandus non eſt.*
37 *Iudex delegatus non habet facultatem dandi tutores, aut curatores.*
38 *Limita in dato in litem.*
39 *Iudex dare non poteſt curatorem minori alterius iudicis iuriſdictioni ſuppoſito.*
40 *Declaro.*
41 *Tutor uel curator ſub conditione non datur, limita in teſtamentario, numero 43.*
42 *Conditio quæ ineſt tacite actui non facit actum conditionalem.*
44 *Cauſæ cognitio præcedere debet dationem tutoris, aut curatoris ad requiſitionem matris tranſeuntis ad ſecunda uota.*
45 *Interuertendo uitiat dationem tutoris, aut curatoris.*
46 *Amplia.*
47 *Limita, niſi mater eſſet conſcia, de quo intellexerit teſtator, nam ſtabitur eius declarationi.*
48 *Limito, niſi ex coniecturis apparere poſſit, quis datus fuerit tutor, aut curator*
49 *Surdus, & mutus repelluntur a tutela, & cura. Amplia, nu. 55. Declara, numero 57.*
50 *Verbum poteſt, quandoq; exponitur pro debet.*
51 *Lex intelligitur ſecundum tit. ſub quo ſita eſt.*
52 *Fieri facilius aliquid impeditur, quam quod factum tollatur.*
53 *Furioſus ſponſalia nec per uerba de præſenti, nec de futuro contrahere poteſt, ſed iam contracta tenent.*
54 *Tutela, aut cura non uitiatur, ſi peruenit ad caſum a quo incipere nequit.*
56 *Audiri quid dicatur.*
58 *Valetudinarius tutor, aut curator eſſe non poteſt.*
59 *Item nec iudæus, & quæ ſit ratio, nu. 60.*
61 *Item teſtamento non ſolenni tutores, aut curatores dari.*
62 *Item nec prodigus, & qua ratione.*
63 *Item nec is, de quo eſt timor, ne dilapidet.*

Q. III.

Quæro qui poſſunt eſſe tutores, & curatores? Reſpon. quod
cum regula ſit permiſſiua, quicunque non reperitur expreſſe
prohibitus, tutor, & curator eſſe poteſt. l.j § j. & ibi not. ff. de
tut. & ab iſta regula plurimi excipiuntur, &

1 Primò clerici † qui nec teſtamentariam nec datiuam recipere
poſſunt tutelam, immo puniuntur dantes illos tutores,
2 aut curatores. Priuantur enim eccleſiaſtica † ſepultura, cap.
neque apud. 88. diſtinct. & tradit Hoſtien in ſumma, de ſepul.
verſic. quibus interdic. eccle. ſepul. nu 4 poſſunt tamen ſi vo-
3 lunt legitimam † tutelam recipere, ſecundum glo. in cap fin.
86. diſtin. & iſtud eſt priuilegium clericorum: quoniam licet
poſſint ſuccedere alicui ab inteſta. non tamen tenentur recipere
tutelam, & ſic in eis non habet locum quod dicitur in l.
ſicut hæreditas. C. de legi tut. & in §.i. Inſti. de legi. paren. tut.
ita dicit not. glo. in c generaliter. 16 quæſtio. 1. Ratio autem
quamobrem ita ſancitum fuerit, illa eſt, ſcilicet ne clerici à di
uinis diſtrahantur, vt eſt tex. apertus in cap. Cyprianus. 21. q. 3.
limita prædicta non procedere in minoribus qui ſint paupe-
4 res, † & miſerabiles perſonæ, vt not. in dicto cap. fina. 86. diſt.
& in cap. j. 88. diſtinct. Debet tamen in hoc accedere ſuperio-
5 ris † conſenſus, ca. monachi. 16 quæſtio. 1. quinimo ſi ipſi no-
6 lunt, cogi poſſunt per epiſcopum ad talium egenorum † curam,
tutelamve ſuſcipiendam, cap. decreuit. 88 diſtinct. & iſti
quidem hoc caſu nominari non poterunt, niſi per iudicem
7 eccleſiaſticum, † eo quod laicus nullam in clericos habet iuriſdictionem:
ita tradit Carol. Rui. conſil. 89. quamuis copioſe,
in princip. lib. 5.

Secundo prohibentur tutores, & curatores eſſe minores
8 † 25. ann. Inſti. de fiduc. tut. in princip. & ibi glo. tradit Ange.
9 conſilio 102. teſtator adultum. Ratio autem eſt in promptu:
quia cũ tutela, & cura ſit onus, † idcirco minoribus non committitur.
l tria onera. ff de excuſa. tuto. Philip. Corn. conſilio
281. præmittendum eſt, numero 3. libro primo, & conſil 17.
viſo proceſſu, num. 24. lib 2. & conſilio 207. de pluribus hæreditatibus,
nume. 14 eo lib 2 Franc. Aret. in conſil. 26 factum
ſuper quo, num 5 Hierony Grat. conſi. 115. in præſenti cauſa,
numero 18. libro 1. & Carol. Ruy conſi. 123. eſt primo videndum,
col 1. libro 5.

10 Amplia procedere etiam in matre † quæ minor ſit: nam
neq; ipſa ad tutelam, aut curam admittitur. l. fina. C. de legit.
tut. tradit Bal. in l omnem, col. 4 C. de ſenatuſconſ. Tertul. &
in authen. iiſdem pœnis. vbi cæteri ſequuntur, de ſecun. nup.
Dicas tamen, quod delata tutela, aut cura datiuo, ſecundum
Philip. Corne. conſilio 284. in præſenti conſultatione, per totum,
lib. 3 mater poſtmodum maior effecta admittetur: ſpes
enim legitimi tutoris multum operatur. l. j. §. ſi apud hoſtes.
ff de legit. tut. & §. furioſus. Inſtitu. qui teſtamen. tuto. dare
poſſunt, cum limitibus,

Limita,

11 Limita, niſi contraria conſuetudo † adeſſet, quod mater
etiam minor aſſumeret tutelam, aut curam filiorũ. Hoc enim
caſu illa attendenda eſt, ſecundum Nico. Boer. q. 134. tẽſia. or
in teſtamento, nu. 7. t. par.
12 Tertiò à tutela, & cura repellitur poſſidens † res minoris,
ſecundum glo. Bart. & cęteros Doctο. in authen. minoris. C.
qui da. tut. poſſunt.
13 Quartò illius creditor, aut debitor, † ſm Iaſ. in l. fideiuſſor,
in prin. nu. 4. ff. de leg. 1.
14 Limita primo in teſtamentario. † Non obſtante enim, ꝙ
ſit debitor, tutor, aut curator eſſe poterit, ſm Bar. in l. poſt le-
gatum. §. amittere, nu. 3. de his quib. vt indig.
15 Declara † ſi teſtator ſciebat eum eſſe creditorem, aut de-
bitorem, vt ibi, ſecus ſi neſciebat, aut vero creditũ, aut debi-
tum poſtmodum fuit contractum, quàm conditum ſit teſta-
mentum, ſm Bal. in l. j. ff. de confir. tut.
16 Limita † ſecundo in matre, & auia, vt not. in auth. ad hæc.
C. quando mul. tut. offi. fungi poteſt, & tradit Ang. in §. actio-
num, nu. 72. Inſti. de actio.
17 Limita † tertio in tutore datiuo ex inquiſitione: quoniam
pariter eius fides videtur approbata. l. ſi à furioſo, in fine,
de curato. furio.
18 Limita † quarto in dato hæreditati iacenti, vt ſupra dixi-
mus, in proxima præced. q. nu. 40.
19 Limita † quinto, & vltimo, quando modicum eſſet debi-
tum, ſm Bal. in l. cum in eo, nu. 2. ff. de pact.
20 Quintò à tutela, & cura repelluntur non inuenientes † fi-
deiuſſorem, ſm eundem Bal. in l. j. nume. 4. C. quod cum eo, &
hoc adeo verũ eſt, vt etiam ſi velint iuratoriam cautionem
præſtare, non admittãtur, ſm Doctο. in l. vulgo. de adminiſt.
tuto. quinimo ſi dederint fideiuſſorem pauperem reſpectu fa-
cultatum minoris poterunt remoueri à tutela, & cura, vt no.
in l. paupertas, de excuſ. tut. quãuis ſi de hoc non opponatur,
poſſint adminiſtrare. l. mulier. C. de iure dot.
21 Limita in tutore, & curatore teſtamẽtario, † vt ſcilicet non
teneatur dare fideiuſſorem, ſecundum Spec. in titu. de tuto.
in princip. numero 5.
22 Sextò prohibentur tutores, & curatores eſſe qui non ha-
bent in bonis † tantum, quantum minor, ſecundum Iaſ. in l.
ſi conſtante, num. 154. ff. ſol. matri. & in l. fideiuſſor, in princi.
numero 2. qui ſatiſda. coga. Philip. Corn. conſilio 17. viſo pro-
ceſſu, numero 7. libro 2.
23 Limita † quando tutor, aut curator ſolus daretur, ſecus ſi
cũ alijs, qui aliquid poſſideret: Tunc enim pauper non repel-
leretur ab adminiſtratione rerũ minoris. l. j. C. de peric. tut. &
§. j. Authen. vt diffcren. iudi. Quinimò ſi eſt vir probus, non
obſtante, ꝙ ſit inops, poterit eſſe tutor, & curator, ſecundum
Philip. Corn. conſilio 198. quamquam in hac conſultatione,
num. 8. verſic. nec obſtat, quod tertio loco, libro 3. & inſuper
24 erit alendus † de bonis minoris, quando aliunde non habet,
vnde ſe alat. l. à tutoribus. §. fina. de adminiſtra. tuto. & tradit
Vital. de clauſul. tit. in ſub anturi alimen. renunc. poſſ. num. 55.
25 Vlterius etiam ſalariũ † ei conſtitui poterit per iudicem, ſe-
cundum Bal. in l. j. nu. 4. ff. mand. & hoc ea cauſa, quando ſi res
minoris optime geſſit, & iſtud erit in arbitrio iudicis, ſecun-
dum Philipp. Corne. conſilio 65. videtur prima facie dicen-
dum, prope fin. libro quarto.
26 Septimo repelluntur excommunicati, † ſecundum Philip.
Dec. in c. intelleximus, nume. 56. de iudi. Ratio eſt, quia cum
ei non communicemus, interponere auctoritatem nequiret,
ſecundum Lanfranc. in repetit. cap. quoniam contra, cap. 4.
numero 17. de probatio.
Octauò repelluntur à tutela, & cura hi, qui in teſtamento
27 dati ſunt † minori non retento in poteſtate, vt puta quia erat
emancipatus, vel filius naturalis, non etiam legitimus. l. j. in
prin. de teſta. tut. & tradit Card. Pariſ. conſi. 11. cum iſte infans,
nu. 8. lib. 2. declara, niſi confirmati ſint per iudicem. l. j. de con-
fir. tuto. tradit Spec. in tit. de tut. in prin.
Nonò remouetur à tutela, & cura qui relictus eſt à matre
28 filio, cui ſolum legitimam † teſtamento aſſignauit, non mere-
tur enim confirmari. l. peto §. in rem. de lega. 2. & tradit Lud.
Roma. in conſi. 188. in hac cauſa, nume. 3. Quinimò etiam ſi
29 in totum illum hæredem † inſtitueret, nihilominus non va-
let talis datio, niſi confirmetur, ſecundum Bald. in l. mulier.
ff. de confirma. tuto.
30 Decimò repellitur fęmina † Ratio eſt, quia virile officium
eſt tutelam, & curam gerere, vt not. in l. fęminæ, ff. de reg. iur.
& Doctο. alibi paſſim.
Amplia in tantum hæc vera eſſe, vt neque etiam mater
poſſit dari tutrix, aut curatrix per iudicem, niſi prout iure vo-
catur, non autem vt extranea. l. tutela plerunque, de tutel. &
tradit Pau. Caſt. conſi. 413. viſo dicto caſu, nu. 2. lib. 2. In data
31 autem prout iure dari debet requiritur vt renunciet. † ſecun.
nup. Velleiano, ſcilicet. & omni alii legum auxilio in ipſarum
mulierum fauorem inducto, ſecundum Bart. in l. ſi quis in 2. b.
nu. 15. de teſta. tut. quem refert & ſequitur Paul. Caſtr. dicto
conſi. 413. poſt nume. 2.
32 Vndecimo repelluntur, qui non habent teſtamenti † factio-
nem. l. teſtamento tutores, de teſta. tut. quod intellige de paſ-
ſiua, ſecundum glo. ibi. cuius opin. communiter à Doctο. re-
cepta eſt, & hinc infertur, filioſfa. poſſe eſſe tutores, & curato-
res, ſecundum Philip. Corn. dicto conſilio 17. nu. 14. lib. 2. &
licet ab hac regula quidam excipiantur, quos teſtamenti fa-
ctionem ſimiliter paſſiuam contingit habere, quemadmodũ
mulier, & quidam alij, de quibus ſupradictũ eſt, nihilominus
hinc eſt ex aliquo accidenti. filiosfam. autem quare tutor, &
curator eſſe non prohibentur: ratio eſt, quia in his quæ pu-
blici iuris ſunt, non curatur patria poteſtas. l. nam quod. §. fin.
ff. ad ſenatuſconſul. Trebell. & l. filiusfamil. ff. de his qui ſunt
ſui, vel alie. iur.
Amplia, quod dictum eſt de ſuppoſito poteſtati patris, ſci-
licet filio, procedere in ſuppoſito poteſtati domini, & ſic ſer-
uo, non quod tanquam ſeruus ſit capax huius officij, ſed quia
cum primus tutor, aut curator relictus eſt, libertatem aſſe-
quutus videtur. l. pen. §. cum igitur. C. de neceſſa. ſer.
33 Duodecimò repellitur furioſus, † § furioſus. Inſtit. qui te-
ſta. tut. da. poſſunt.
34 Decimotertiò qui cauſam mutauit, † vt puta quia de ami-
co factus eſt inimicus, aut ex diuite factus eſt pauper. l. pater-
fa. in fi. ff. de teſta. tute. & ꝙ ob inimicitiam inter patrem mi-
noris, & tutorem, & curatorem contractam præfatis admin-
ſtratio remoueri poſſit, tradunt Bart. & Doctο. in l. tutor. § ſi
tutor, de ſuſpect. tut. & ſequitur Socy. Iu. conſi. 59. Circa pri-
mam dubitationem, nu. 39. lib. 3.
35 Decimoquartò datur à iudice teſtamentario, † vel legiti-
mo exiſtente. l. ſi tutor. §. j. de tute. & rat. diſtrah. Ratio eſt,
36 quia tutorem, vel curatorem habenti † alias tutor, aut cura-
tor dandus non eſt. l. licet. C. in quibus cau. tut. & §. interdum.
Inſtit. de curat. tradit Cardina. Pariſ. conſilio 125. viſo proceſ-
ſu, numero 25. libro primo.
Decimoquintò qui datus eſt à iudice non habente ius dan-
37 di, vt puta, quia eſt delegatus † Præſidis. l. ius dandi, & l. man-
dante. ff. de tut. & cura. dat. ab his.
38 Limita in curatore dato ad litem, † vt ſupra, in fi. proximę
præcedentis q. dictum eſt, eodemque modo non valet datio,
39 ſi minor ſub alterius iudicis iuriſdictione † maneat. d. l. ius
dandi. l. etiam, & ibi glo. de tut. l. neque. C. qui da. tut. poſſunt.
l. fi. C. vbi pupil. educ. deb. & tradit Pract. Pap. in for. libe. quo
agitur ad redd. rat. tut. verſ. eodem Iacobo, nu. 4.
40 Declara † prædicta locum habere in datiuo ſimplici, ſecus
in legitimo, quem conſtitueret iudex: licet enim eſſet ſua alie-
na iuriſdictione conſtitutus, tamen quia lex vndique ſuã exce-
cet poteſtatem, optimè aſſignatur dicetur. l. fi. C. de præſcrip.
lon. temp. & tradit Alexan. in conſi. 161. ſuper primo dubio,
num. 6. cum ſequen. lib. 5.
41 Decimoſextò qui ſub conditione † datur eſt. l. actus legi-
timi, de regulis iuris.
Declara in conditione, quæ ſit extra actum, ſecus ſi actui
talis conditio ineſſet, quia diceret iudex, do tutorem, ſi ſatiſ-
dederit. talis nanque conditio non vitiat tutoris dationem,
42 ſecundum Philip. Dec. in c. ſignificaſti, nu. 38. de elect. Ratio
autem eſt, quia conditio † quæ ineſt tacitè actui, ſi exprima-
tur non facit actum conditionalem, ſm Alexan. Iaſ. & alios in
l. qui liberis, in princ. ff. de vulg. & pup.
Limita ſupra firmatam concluſionem procedere in tuto-
re, & curatore, qui ſit datus per iudicem, ſecundum Cardina.
Pariſ. conſilio 11. cum iſte infans, numero 7. libro ſecundo,
43 ſecus in eo qui eſſet datus in teſtamento, † is nanq; ſub qua-
cunque conditione etiam extra actum dari poteſt, ſecundũ
Socy. Iun. conſilio 85. Conſideratis verbis, numero 5. libro 3.
Ratio autem diuerſitatis inter vnum, & alterũ eſt, quia quan-
do teſtator dat tutorem, vel curatorem minori ſub condi-
tione, non bene prouidet: vnde tunc ſuccedit prouiſio iudi-
cis, qui conditione nondum purificata de tutore, aut curato-
re prouidet, & ſic pupillus hoc caſu nunquam reperietur ſine
tutore, aut curatore: at in eo qui ſub conditione per iudicem
datur, ſecus eſt. Pendente enim conditione minor tutore, aut
curatore careret, quod valde damnoſum eſſet minori, cum
de alio ſibi prouideretur, ita tradit Ang. in §. ad certum, in
prin. Inſtit. qui teſta. tut. da. poſſunt.
Decimoſeptimò tutor, aut curator datus ex abrupto, &
44 abſq; cauſæ cognitione † ad requiſitionem matris tranſeun-
tis ad ſecunda vota: loco enim illius legitimus admitten-
dus eſt, ſecundum Philipp. Dec. in conſil. 674. in teſtamen-
to Bernardini, in fine.
45 Decimooctauò reijcitur incertè † datus, ſecundum Bart. in

Lduo

l. duo ſunt Titij. ff. de teſtamen. tuto.
46 Amplia † in eo qui aliquo futuro euentu veniret certifi-
candus, ſecundum eundem Bar. in l. quidam, de reb. dub. licet
valeat legatum incerte factum quoad perſonam exinde cer-
tificandam, vt not. in l. j. de leg. 2. & tradit Ioan. Fab. in § tutor
aũt. Inſti. de leg. tamen ſecus eſt hoc caſu per rationem quam
ibi præfatus allegat: & adeo verum eſt, vt declarationi alterius
ſtari non debeat, ſm Bal. in d. l. quidam, de reb. dub.
47 Limita † primo in tutore, aut curatore incerto à teſtatore
relicto, & à matre conſcia voluntatis teſtatoris declarato: hic
enim omnino confirmandus eſt, ſecundũ Philip. Corn. conſ.
210 repetito diuino numine, nu. 2. lib. 3.
48 Limita † ſecundo, & vltimo, niſi ex coniecturis appareret,
de quo teſtator ſenſerit, vt puta propter amicitiam quam ha-
bebat magis cum vno quàm cũ alio, vel adſint aliquæ conie-
cturæ, de quibus in l. ſi ſeruus plurium. §. fi. de leg. j.
49 Decimonono ſurdus, † & mutus. l. j. §. mutus, de tut. & hoc
ſecundũ Barto ibi intelligitur, etiam ſi quis poſt tutelam, aut
curam aſſumptã effectus fuerit mutus, & ſurdus. Iſtud tamen
dictũ Bart. (licet magna videatur eius auctoritas) non cenſeo
verum, nec tenendũ, eo quia tex. in l. poſt ſuſceptam. ff. de ex-
cuſa. tuto. permittit eũ qui poſt aſſumptam tutelam effectus
eſt ſurdus, & mutus, poſſe ſe excuſare: ergo videtur ſtare in
eius arbitrio, vtrum velit ſe excuſare vel ne, quo non neceſſi
tatur, vt dicit Barto.
50 Nec dicatur iſtud verbum, poteſt, † exponendum eſſe pro
debet, vt exponitur in l 4. §. pen. ff. de dam. infec. in l. ſi manda-
uero. §. fin. manda. in l. ſi ex cauſa. §. nunc videndũ, de minori.
& paſſim habetur in iure. Quoniam reſpon. quod verbum po
teſt, regulariter denotat actum voluntariũ, non autem neceſ
ſitatiuum, à qua quidem regula tunc recedimus, quando ver
ba aliter verificari non poſſunt, l. quibus diebus. § dominus
ſeruo, & ibi Bart. ff. de conditio & demonſtra. l. hæredibus. §.
fina. ad ſenatuſconſul. Trebellia. l fundus, qui locatus. de fun.
inſtru. & l. mulier. §. j. de condi. inſtit. cum ſimilib. In quo qui-
dem caſu ad præſens non ſumus. Præterea hanc neceſſitati-
uam expoſitionem hoc caſu faciendam eſſe minus ſuadet
præfatum verbũm, poteſt, ex quo ſimpliciter, & abſq; vlla ne-
gatiua ponitur, quæ ſi præcederet, tunc neceſſitatem impor-
taret, ſecundum Ioan. And. in cap. j. de regu. iu. in 6 Prædictis
51 accedat, quia verba legis † ſunt intelligenda, ſecundũ titu. ſub
quo ſita ſunt, ſecundũ Bart. in l. Imperator. ff. de in diem adie.
Cum ergo. d. l. ſit poſita ſub titu. de excuſa. tuto. datur nobis
intelligi, vt ſi velint, poſſint illam continuare, & pariter ſi no-
lunt, ſe excuſare. Nec obſtat tex. in dicto §. mutus, negãs mu-
tum & ſurdum tutelam aſſumere poſſe: quoniam d. §. loqui-
tur in terminis longe diuerſis, cum aliud ſit, an quis tutelam,
aut curam à principio aſſumere nequeat, aliud vt iam ſuſce-
52 ptam amittat: facilius enim aliquid impeditur fieri † quam
quod factum tollatur. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel
53 alie. in exemplum patet in furioſo, qui ſponſalia, † nec per ver
ba de præſenti, nec de futuro contrahere poteſt, & tamen iam
contracta tenent. l. furor. ff. de ſponſ. & l. oratione. §. fin. de ritu
nupt. Sim l que modo ſuadetur alia ratione: Nam tutela, &
54 cura non vitiatur, ſi peruenit † ad caſum à quo incipere non
potuit, ſecundum Bar. in Auth. vt hi qui obli. in prin. nu. 2.
55 Amplia, † ſurdum, & mutũ à principio datum non poſſe
eſſe tutorem, nec curatorem, etiam quod intelligeret ad mo-
tũ labiorũ Ratio eſt, quia tutor, & curator debet audire, quæ
56 fiunt, & audiri non dicitur † quod per ſenſum auditus non
percipitur. Bar. ad d. §. mutus.
57 Declaratur † præaſſerta concluſio procedere in eo qui pe
nitus eſſet ſurdus, aut mutus, non autem in ſurdaſtro, aut mu
taſtro. l. fi. C. de legi. hære.
58 Vigeſimo repellitur à tutela, & cura aduerſa † valetudine
impeditus l. 2. §. his illud. C. quando mul. tut. offi fun. poteſt.
& tradit Soc. Iun. conſ. 16. viſo themate, nu. 25. lib. 2.
59 Vigeſimoprimo repellitur Iudæus, † ſecundũ Bar. in Rub.
ff de iuſti. & iu. & ſequitur addit ad Bar. in l. ſpadonem. §. iam
60 autem. de excuſa. tuto Ratio † eſt, quia per tutorem & pu-
pillum, curatorem, & adultum adeſt nimia familiaritas, quæ
interdicta eſt Chriſtianis cum Iudæis. c. ad hæc, de iudi. & c.
nullus. 28. quæſtio. j.
61 Vigeſimoſecundò, qui teſtamento † non ſolenni datus eſt,
& ideo tutoris, aut curatoris extranei datio non ſuſtinetur vi-
gore. §. ex imperfecto. l. hac conſultiſſima. C. de teſtamen. &
hoc ſecundũ Bar. Saly. Phil. Cor. & Cur. Iun. ibi: quæ quidem
datio licet nulla ſit, tamen reuiuiſcit per confirmationẽ poſt-
modũ factam per iudicẽ, ad quod omnino tenebitur, ſecun-
dũ Alex. conſ. 140. ſuper teſtamento, nu 2. lib. j. & probat Iul.
Clar. in §. teſtamentum. q. 10. verſ. ſecundo infertur.
62 Vigeſimotertiò prodigus. † Ratio autem eſt manifeſta:
quoniã qui non parcit ſibi quoad perſonam ſuam, minus al-
teri parcere creditur, ſecundum Socy. Iun. conſi. 59. Circa pri
mam, nu. 41. lib 3.
63 Vigeſimoquartò maritus † prohibetur eſſe curator vxo-
ris ſuæ l. maritus. C. qui da. tut. poſſunt, & tradit Bal. in §. idem
reſcriptum, Inſtit n. de excuſa. tuto. Philip. Corn. in conſil. 20.
licet in præſenti, nu 4. lib. j.
Vigeſimoquintò, & vltimo repellitur à tutela, & cura ille,
64 de quo eſt timor † ne dilapidet bona minoris: Nec vlla tenus
erit admittendus etiam cum cautione, ſecundum Hier. Grat.
in conſ. 115. in præſenti cauſa, nu. 31. prima par.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus indiget tutore.*
2 *Tutor principaliter datur perſonæ.*
3 *Tutorem habenti tutor non datur.*
4 *Limita primo.*
5 *Limita multis modis remiſſiuè.*
6 *Tutor non datur illi qui non ſit remanſurus ſui iuris.*
7 *Limita quando pater diſſiparet omnia bona filij.*
8 *Curator quibus dari debeat?*

Q. IIII.

Quæro, quibus tutor, aut curator dari debeat? Quoad
1 priuiũ dic, q † pupillo. §. eſt autem. Inſti. de tut. & quidem iſte
2 tutor principaliter † datur perſonæ, l in copulandis. C. de nup.
& tradit Iaſ. in l. ſi quis in fundi vocabulo, nu 46. ff de leg. j. quę
quidem perſona debet eſſe impubes, aliàs datio redditur nul
la. l. Sciæ egreſſę, de tut. & cura. da. ab his.
Secundò non habenti tutorem: eo quoniã habenti tuto-
3 rem † alius tutor dandus non eſt, l. licèt. C. in quib. cau. tut.
4 Limita † quod proximè dictũ eſt, quando fuerunt dati plu
res teſtamento, & tamen vnus ex his remouetur, aut decedit,
tunc poterit dari alius tutor, quantumcunque pupillus tuto-
res habere dicatur, ſecundũ Corn. conſi. 175. in præſenti con-
ſultatione, in prin. & nu. 8. lib 3.
5 Limita † multis alijs modis, vt per Spec. in tit. de tut. §. ge-
neraliter, nu. 8. Adde tamen quod quando pupillus habet tu-
torẽ impeditũ, in eius locũ datur ſibi coadiutor, ſecundum
Bar in l. ſolet, nu. 3 de tut. & iſte quidem tantum durat, quan
tum neceſſitas. l. neque. C. de procu.
6 Tertiò, & vltimo, tali dari debet † qui non ſit recaſurus in
patris poteſtatem l. fin. in prin. C. de cura. furio. & tradit Iaſ. in
l. more. nu. 45. ff. de acquiren. hære. Philipp. Dec. in repet. l bo-
norum, nume. 11. C. qui admi. & pulchrè Socyn. Iun. conſilio
77. viſo puncto, nume. 92 lib 3 & Philip. Corn. conſil. 55. Re-
perio, nu 8 libro ſecundo.
7 Limita, † quando pater diſſiparet omnia bona filij: Tunc
enim propter malos mores patris dari poſſet curator bonis
pupilli, intelligendo prout vult Bart. in l. in quæſtione, nu. 2.
C. de ſenten. paſſ.
8 Circa ſecundum principale dubium, † vide ſupra, in quæ-
ſtione 2. latiſſime.

SVMMARIVM.

1 *Tutor, aut curator non datur ab eo, qui aliquem non retinet in po-
teſtate.*
2 *Minores viginti quinque annis etiam poſſunt dare tutores, & curatores
teſtamento.*
3 *Datiui tutores, & curatores nõ aſſignantur niſi per iudicem ordinarium*
4 *Poteſtates terrarum poſſunt dare tutores, & curatores, declara nu. 6.*
5 *Cautela pro iudice dante tutorem, aut curatorem.*
7 *Notarij etiam dant tutores, & curatores.*
8 *Iudex volens dare tutores, aut curatores in caſu exiſtentię matris, debet
eam citare.*

Q. V.

Quæro, à quibus poſſint dari tutores, & curatores?
Reſpon quod ſi loquimur de his qui teſta-
mento relinquuntur, & quidẽ tales non ab alijs dari poſſunt,
1 niſi ab his † qui habent illos in poteſtate. l. j. & l. naturali. ff. de
confir. tut. & hoc ſufficit tutores teſtamento aſſignantibus.
2 Nec refert, an ſint † minores 25 ann. l. 3 §. quãuis, de admini.
tuto. Datiui verò decernuntur per iudicem habentẽ iuriſdi-
3 ctionẽ ordinariã † non delegatã, ſecundũ Bart. in l. j. in prin. ff.
de tuto. & curato. da. ab his. Alexand. & Iaſon in l. j. de iuriſdi.
omn. iud. idẽ Iaſ. & Philip. Dec. in l. j. de offi. eius: Non obſtan
te eo, quod dicit Barto. in l. inter tutores, nu. 5. de adminiſt.
tuto. vbi aſſeuerat competere iure magiſtratus, & tamen in-
telligitur

telligitur accedente iuſſu Præſidis, ſecundum eundem Dec.
in d.l.j.numero 4.

4 Dantur etiam per iudices ciuitatum, qui vulgari ſermone
nuncupantur poteſtates † terrarum, ſecundũ Barto. in l.j.de
tuto.& cura.da.ab his. In iſta aũt datione mature procedant,
vt ſcilicet detur aliqua perſona idonea, alias teneretur iudex
pupillo ad intereſſe propter inſufficientiã tutoris, vt per Phi-
lip.Corn conſilio 163.viſo ſuprateripto ſtatuto, nu.6.lib.4 &
5 ideo cautus ſit iudex † vt faciat citari conſanguineos,& ami-
cos minoris à quibus ſe informet de idoneitate, vt ibi per eũ
& ſi plures concurrant,magis idoneũ eligat, ſecundũ eũdem
Corn.conſi.284 in præſenti conſultatione,nu.5.lib.3.

6 Declara † prędicta vera eſſe. quãdo tutor,aut curator dan-
dus eſſet pupillo,aut adulto laico,ſecus ſi clerico: tunc.n.da-
retur à iudice ordinario eccleſiaſtico,ſecundum Caro.Ruin.
conſi.89.quamuis copioſè, in prin.lib.5.

7 Vlterius poſſunt etiam dari à tabellionibus † habentibus
poteſtatem ordinariam à Principe,vel à Comite Palatino, ſe
cundũ Ange.in § actionũ, nu.70.Inſtitu.de actio.qui omnes
prædicti facultatem hanc dandi tutores,habentes, in caſu exi
8 ſtentiæ matris ad tutorem dandũ deuenire non debent † niſi
ea citata: quo facto ſi apparebit eam eſſe negligentem,iudex
dabit tutorem legitimo nõ exiſtente, ſecundũ Bar.in l.tutor,
nu.4.ff.de tut.& cura.da.ab his,& in auth.matri,& auię, ad ſi.
C.quando mul.tut.offi.fun.poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Tutor,& curator etiam in eccleſia dari poteſt.*
2 *Item diebus feriatis.*
3 *Declara.*
4 *Amplia.*

Q V I.

Quæro, an tutor, & curator quocunq; loco, & tempore dari poſ-
1 ſit? Circa primum reſpon. † quod ſic. Ratio eſt, quia cum
ſit actus pietatis, in quocunq; loco pio, religioſove explicari
poteſt, l qui habet.§ quoties, de tut.& tradit Panor.in c.cum
eccleſia,nume.6.de immuni.eccleſ.& Bald.in l.nemo,nu.10.
C.de ſacroſan.eccle

Quoad ſecundũ pariter affirmatiuè dicendũ eſt, ſcilicet,ꝙ
2 quouis tempore † etiam feriato dari poſſint,ſecundũ Spec.in
tit,de ferijs §.ſequitur,nu 8. Bart.in l.nec mandante. §.dari. ff.
de tut.& curato da.ab his.Bal.in l.actus,nu.3.C.de ferijs,licet
contrarium in l.j.de iuriſd. omn.iud. idem Bal. ſibi more ſuo
parum conſtans,ſenſerit.

3 Declara † in eo qui dandus eſſet ſine inquiſitione ſm Ang.
in §.appellantur,nu.31.Inſti.de excep.

4 Amplia † ita declaratam concluſionẽ procedere etiam in
diebus feriatis in honorẽ Dei, & Sanctorũ, ſecundũ Bal.in l.
qui habet. §. quolibet,nu.j.de tut. Ange.in l.j.in prin.ff.de fe-
rijs, & Albe.de Roſ.in l. a.co.rit.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis decretum requiritur quando tutor, & curator accipit adminiſtrationem rerum minorum,limi 1 nu.3.limi.2.nu.4.*
2 *Verbi publicè,ſignificatio quæ ſit?*
5 *Teſtatoris voluntas pro lege habetur.*
6 *Inuentario deſcribenda ſunt res minorum per tutorem, & curatorem.*
7 *Inuentarium quamprimum conficiendum eſt.*
8 *Inuentario non omnia apponens tanquam ſuſpectus remouendus eſt.*
9 *Limita.*
10 *Inuentarium non conficiens multas patitur pœnas.*
11 *Donatio, an præſumatur, quando in inuentario bonorum minoris tutor, aut curator apponit aliquam rem ſuam.*
12 *Conſuetudo excuſat a non confectione inuentarij.*
13 *Inuentarium non conficit curator ad litem datus.*
14 *Item nec datus ad vnum articulum tantum.*
15 *Item nec is cui per teſtatorem remiſſio facta eſt.*
16 *Limita 1.*
17 *Limita 2.*
18 *Limita 3.*
19 *Rationum liber per tutorem,& per curatorem confici debet.*
20 *Præſumptio eſt contra tutorem,aut curatorem qui dicit perdidiſſe librum, quod malitioſè occultauerit.*
21 *Liberatio a reddenda ratione quid operetur?*
22 *Tutor, aut curator iurat minori vtilia facere & inutilia prætermittere.*
23 *Satiſdatio legitima per tutorem, & curatorem offerri debet, alias proceſſus vitiabitur,nu.24.*
25 *Limita 1.*
26 *Limita 2.*
27 *Limita 3.*
28 *Limita 4. & vlt.*
29 *Defenſionem pro minore ſuſcipiendi promiſſionem tutor, & curator dare debet.*
30 *Bal maxima auctoritas.*
31 *Pecuniam minoris tutor & curator non debent tenere otioſam.*
32 *Fœnerari,an teneatur tutor,& curator.*
33 *Tutor, & curator debet eſſe diligens in rebus minoris aquè ac in rebus ſuis.*
34 *Declara.*
35 *Negocia minoris tutor, & curator celeriter expedire debet.*
36 *Auctoritas per tutorem,& curatorem præſtanda eſt in caſu expediente minori.*
37 *Præceptoribus tutor,& curator mercedes conſtituere debet.*
38 *Pupilli,vel adulti vita,a quibus ſeruari debeat.*
39 *Mater tutelam,aut curam filiorum aſſumere volens,quid facere debeat.*
40 *Limita,ut ad iſta non teneatur,ſi ſuit teſtamento relicta.*
41 *Exceptiones contra tutores, & curatores non tantum ante litem conteſtatam,ſed etiam poſt opponi poſſunt.*

Q V I I.

Quæro, quę requirantur, vt tutor, & curator
poſſit adminiſtrare? Reſpon.quod plura. In primis, vt res mi
1 noris cum iudicis decreto † accipiat.l.fin. C.arb.tut.qui tex.
licet ſimpliciter à Doct.allegatus, nec aliter inductus eorum
intentionem probare non videatur,cum in eo tex.de iudicis
decreto nequidem verbum vllum: recte tamen animaduer-
tendo probatur eorum dictum ponderando dictionem pu-
2 blicè, † quæ quidem iudicis decretum præſupponit.l.fina.ff.
vt in poſſeſ.leg.& tradit Bal.in l.orphanotrophos. C.de epiſc.
& cle.& in l.facultas.C.de iu. fiſ.lib.10.vbi aſſerit, quod vltra
iudicis decretum requiritur,vt per ipſum decernatur admini
ſtratio. Non enim debet adminiſtrationem propria auctori-
tate occupare,etiam quod datus fuerit in teſtamento,ꝙ nul-
lum inualiditatis patiatur defectum.l.4.vbi not. ff.de auc.tut.
& l.ſi.§.illo procul dubio.C.arb.tut.& tradit Pau.Caſt.in con
ſi.356.poſtquam iſti, nu.4 lib.j.

3 Limita † primo in matre, cui ipſo iure à lege tutela deferẽ,
nec iudicis decretum requiritur,ſecundum Phil.Corn.conſ.
164.Videtur in hac conſultatione, in prin.lib.4

4 Limita † ſecundo, & vltimo, quando per teſtatorem fuit
diſpoſitum, vt propria auctoritate adminiſtrationem aſſu-
5 meret,ſi vellet,hoc caſu,quia teſtantis voluntas † pro lege ha
betur.c.vltima voluntas.13 quæſtio 2.& §.diſponat. Authen.
de nuptijs,aſſumere poterit tutelæ & curæ adminiſtrationem
abſq; eo,ꝙ per iudicem decernatur, vt per Caro.Rui.conſil.
126.quamuis ille, in prin lib.5.

Secundo requiritur, vt huiuſmodi rerum, vt ſupra acce-
6 ptarum tutor,& curator,conficiat † Inuentarium.l.tutor qui.
& l.rationes.ff.de adminiſtra.tut l.ſi C.arbi. tut.& tradit Bart.
in l.j.nu.5.ff.de cura.furio. Pract. Papi.in for. libel. quo agitur
ad redd.rat.tut. verſi.& curatores erant,nume.5.Ludo.Rom.
conſi.425.quoad primum,poſt princip. Philipp. Corn.conſil.
238. Reperio ſuperiori anno, nu.12.lib 4 vbi loquitur in for-
tioribus terminis,ſcilicet in teſtamentario Philip. Dec.con-
ſilio 178.in cauſa quæ proponitur. in princip. Cardina Pariſ.
conſi.74.concluſiue,nu.19.lib.j.Socy.Iun.conſi. 148.in cauſa
hæredum,nu.5.lib.1. Duran.de arte teſtan.tit.7.cau 3 in prin.
vſque ad nume 4. Et tutor qui non facto inuentario admini-
ſtrat,vt ſuſpectus remouendus eſt, ſecundum Philipp. Corn.
conſilio 175.in præſenti conſultatione, nume.4. lib. 3. Si vero
plures ſunt tutores,aut curatores,omnes conficiunt,ſibique
imputet,qui non confecerit. Non enim poſſunt cogere con-
tutores, aut concuratores ad dandum ſibi copiam, ſecundũ
Bart.in l.actus.ff.de adminiſt.tut. Illud autem quamprimum
7 † conficiendum eſt.l.tutores,la 2.vbi not. C.eod titu. & hoc
fit,vt ipſi poſſint adminiſtrare, cum ſit quod ante inuentarij
confectionem adminiſtrare nequeunt, ſecundum Bal in l.ſi
tutor.C.in quibus cau. Matth. Afflict.deciſ.285.Balij & tuto-
res,num.22.& quod per ipſos fit,nullum eſt, ſecundum Phil.
Corn.conſilio 136.viſo puncto, in princip.lib. 3. Thob.Non.
conſi.108.viſo inſtrumento pacis,nume.14.& ideo prius nec
conuenire, nec conueniri poſſunt, ſecundũ eundem Corn.
conſil.207.videtur prima facie,poſt nume. 4 lib.3. licet bene
fructus ante illius confectionem vendere poſſint, ſecundum
Bar.Bal.Ang. Alexan. & cæteros Doct.in l.procuratorem. C.
de procura. cum ſit, ꝙ in his quæ dilationem non recipiunt
tutores,& curatores plenè diſponere poſſint,& hoc procedit
etiam in fructibus qui biennio non corrumperentur, ſecun-
dum Docto.in l.fin.ff.de tuto.& curato.qui ſatis non dede.in
quibus

quibus vendendis non requiritur aliter iudicis decretum, ſe-
cundum Bal.in l.ſancimus.§.omnem, in prin.C.de adminiſt.
tuto & quidem generaliter quæcunque ſunt viſſia explicant,
ſecundum Bart.in l.tutor qui.colum. fin.ff.de adminiſt. tuto.
& l.legitimos.de legi.tut. quinimo de neceſſitate tenentur ea
ad finem perducere, quę dilationem non recipiunt, ſecundū
Carol.Ruy.conſi.108.viſo inſtrumento,num.13.lib.j.In con-
7 fectione ergo inuentarij nihil ex his † quæ apponenda ſunt,
omittere debent, ſecundum Bar. in l.j.§.ſolent.ff de offi. præ-
fec.vrb.alias vt ſuſpecti remouebuntur, ſecundum Benincal.
de Pauper.q 9.ſpeciali 10.nu.52. ex quo dolo omiſiſſe præſu-
muntur ſecundum Hiero.Grat.in conſi.25. videtur hæredes
Iaco num.6.ſecunda parte.
8 Limita, † niſi ex aliqua legitima cauſa venirent excuſandi,
vt puta ſi tempore quo conficitur inuentarium illę res omiſ-
ſæ,fuiſſent ſibi occultæ,ſecundum Panor. conſi 73.Ieſu Chri
ſti, nume.7.lib.2. Debet ergo inuentarium recte fieri, ne præ-
fati doloſam ſuſpicionem incurrant.l.3.§.tutores.ff de ſuſpe.
tut. non minus quam hæres,qui nec ipſe inuentarium confi-
ciens ſuſpicionem furti rerum hæreditariarum incurrit iure
communi ita præſumente §.ſancimus.Auth.de hære. & Fal.
quãuis alias recte confecto inuentario non teneantur ſi tem-
pore quo tutelam vel curam aſſumpſerunt erant valde pau-
peres,ac inopes, tempore autem finitæ tutelæ & curę reperi-
rentur diuites, & multa bona poſſidere. Iaſ.enim hoc caſu
præſumit eos de ſuo acquiſiuiſſe, non autem de bonis mino-
rum, cum non prætermiſerit facere quicquid lex ſibi man-
dat.l.ſi defunctus.C arbit.tut.& tradit Fran.Crem.inter con-
ſil.Alexan.conſi.62.Sereniſſimus,num.13.lib.4 quæ quidem
præaſſerta iuris pręſumptio,cum ſit liquidiſſima probatio.l.ſi
tutor. C.de perit.tut. & habetur per glo. in l.licet Imperator.
de leg.j. operabitur,quod eo caſu,quo inuentarium recte cō-
10 fectum non eſt, iudex poſſit pluribus pęnis † dictos tutores,
& curatores afficere: & primo ſubijcere eos poterit torturę,
ſi res hæreditariæ, in quibus inſtitutus eſt minor, non repe-
riuntur,ſecundum Ludo. Roma. conſil. 118.quoad primum
quo quæritur,nu.3.
Secundò detinebunt eos in carceribus. d.§.tutores. quam
poenam ſubibit etiam mulier fauore tutelæ & curæ ſecun-
dum Barto.in authen.matri & auiæ C quando mul.tut. offi.
fun. poteſt. licet alias non ſubeat, vt in anthen.ſed hodie C.
de offic diuerſ.iud.
Tertiò, perpetuæ infamiæ nota afficient iure ſuadente.l.
fin.C.arbi.tut.
Quartò, & vltimò, aduerſus eos iurabitur in litem per ma
iorem effectū tanq̃ contra doloſos ſm Soc. Sen.conſi.159.in
conſultatione,colum.j.lib.a Cardin.Pariſ.conſil. 21. Viſo te-
ſtamento,nu.53.lib.2 ęſtimando,ſcilicet litem, quanti ſua in-
tereſt, inuentarium non fuiſſe confectum propter res & bo-
na quæ amiſſa apparent,ſecundum glo.in l.j.§.officio, verſic.
tenebitur. ff.de tut.& rat.diſtrah.ſequitur Alexan. conſil.74.
in cauſa,& lite,num.2.lib.7.Socy.Sen.conſi.46. Cum in prę-
ſenti,nu.4.lib.j.Ludo.Goza.conſil.17.prima facie,nu.9.Caro.
Ruyn.conſil.29.plura proponnutur, nume.12 lib.5. Quo ad
agendum tamen, non eſt neceſſe, vt perfecerint: Poſſunt
enim cum primum illud inchoauerint agere, ſecundum Pa-
nor.in c.ex tenore,num.5.de temp.ordi. Sed modo occurrit
11 pulchra dubitatio,ſcilicet ſi vltra res minorum ſuas † quoq;
ponunt in inuentario, an cenſeantur illas præfatis tacite do-
naſſe? Ad hoc videatur Soc. Sen.præalleg.conſil. 159.in prin.
And.Alcia.in tract.pręſump.2.par.nu.13.cum concord.ſupra
firmatam autem concluſionem
12 Limita, quando in loco adeſſet conſuetudo † non confi-
ciendi inuentarium; tunc.n.non conficiens excuſabitur ſe-
cundum Panor.in c.ex parte, nu.6.de appella. vbi ponit hoc
pro admodum ſingulari, & not. dicto in practica, ſequitur
ſum.Armil.in ver.tutor,nu.4.
13 Limita ſecundo,in tutore, & curatore dato † ad lites ſecū
dum Bar.in l.tutor qui,nu.5 de admin.tut.io l.etſi ad ſpecies.
ff. rem pup.ſal fo.in l.j.nu.5.de cura. boo. dan.& in l.ſi vacan-
tia,nu.21.C.de bo.vacau.lib.10.Simile firmat in dato ad vnū
14 articulū tantum † veluti ad adeundum,vel quid aliud, quā-
uis cautius eſſe, inquit, ſi conficeretur.
Limita tertio, & vltimò, in eo cui per teſtatorem inuen-
15 tarij confectio remiſſa † eſt,ſecundum Docto. communiter
in l.nemo poteſt, de lega.j.Bal.in l.cum. §.Titius.ff.de condi.
& demonſtra.per tex.in l.fina.C.arbi.tut.& hoc non tantum
procedit in teſtamentario, cuius fides per teſtatorem appro-
bata eſſe cenſetur, in Inſtitu.de atilida.tut.in princip ſed etiā
in legitimo, & datiuo ſecundum glo.in l.tutores, in uer.pu-
blicatum,in fine.C.de adminiſt. tuto. Iaſ.in dicta l.nemo po-
teſt,in prima lectura,num. 51 & in ſecunda,num 70 & Franc.
Rip.ibi,nume.82.

Declaratur præcedens limitatio locum habere tunc,& eo
caſu,quando.ſ.teſtator expreſſe prohibuit fieri inuentarium
ſecundum Bart.Salyce.in l.fin.per illum tex. C.arb.tut. Ang.
in §.præterea, nume.52.Inſtitu. de except. vbi hoc pro valde
not. tradit dicens multos etiam peritiſſimos in hoc erraſſe,
ſequitur Franciſ.Rip.in d.l.nemo poteſt,nume. 84.Durant.de
ar.teſtan nt.7.cau.4 num.2.Iul.Clar.in §.teſtamentum, q.66.
verſic.quo ad tertium.
16 Sublimita † primo,niſi appareret noua cauſa,quæ non fuiſ
ſet cognita teſtatori, quod.ſ.talis remiſſio eſſet damnoſa mi-
nori. Tunc enim cogi poteſt tutor, & curator per iudicem
ad inuentarium conficiendum, ſecundum Franciſ.Aret.con-
ſil.21 diligenter,& mature,poſt nu.5.Philip. Dec.conſil.349.
conſuluit,nu. 5.Aymon Crau.in conſi. 190.quod in pręſenti,
nume.6. prima par.
17 Sublimita † ſecundò, quando adeſſet præiudicium credi-
torum,ſi non conficeretur inuentarium, ſecundum Bal in l.
fin.§ cum igitur.C.de in.delib.licet ſecus eſſet,ſi ſolummodo
legatarijs præiudiciū afferret: iſta nanq; non eſſet cauſa legiti-
ma,& ſufficiens ad impediendū voluntatem teſtantis, cū illis
potuerit non legare ſecundum Pan.Caſt. in d.l.nemo poteſt,
& tradit Alex.conſi.82.Perſpectis his,nu.15.lib.2.
18 Sublimita † tertiò, & vltimò, quando adeſſet ſuſpicio, ꝙ
tutor & curator ſupprimerent res minoris. Tunc enim iudex
haberet iuſtam cauſam, ſi recederet à voluntate teſtatoris, ſe-
cundum Bal.in l.fin.C.arbi.tut.& Ang conſi.114.
19 Tertiò principaliter requiritur, vt librum † rationum con-
ſcribat, in quo omnia data, & accepta, redditus & exitus, &
quæcunque adminiſtrauit, deſcribat.l.j.§ officio. ff de tut.&
rat.diſtrah.l.ſi quis ſub. de condi. & demonſtra. l.ſi ſtatulibe.
§ fin.de ſtatulibe. tradit Bal.conſilio 353.præſupponendum,
lib.1.Ludo. Roma.conſilio 118. quoad primum, in ſecundo
dubio.Franc Aret.conſi.31. Conſiderata diligenter, ſub nu.
6.verſic.Nam per librum. Hiero.Grat.conſi.23.in cauſa illu-
ſtrium Comitū,nu 8.prima par.& conſil.105.caſus hic rarus
eſt,num.10.ſecunda par.& ſecus faciendo dicitur doloſus,&
contra eum poterit in litem iurari, ſecundum Thob. Non.
conſi.67.Viſis his,nu.2 Cui quidem libro ſtabitur de expen-
ſis factis pro minore, quando ſunt veriſimiles, ac etiam ma-
ior pars illarum verificatur,ſecundum Philip. Corn.conſilio
81.in hac conſultatione, nume.9.lib.4. Et hæc quidem vera
ſunt,ſiue producantur ab eo,ſiue ab eius hæredibus,loquen-
do ſecundum eum de paruis, & non de his, quæ ſunt magni
momenti,ſecundum And.Alcia de pręſump.reg.3.pręſump.
4.num.6. ſcribendo autem redditus, & fructus quos reponit
pro minori in eius bonis ſecundum Bar. conſi 150.cum præ-
dicta: ad fi.Per.de Anch.conſi.317.ex prædictis, ſpecialiter,&
non generaliter facere debet,dicendo à quibus fructus perce
pit,quot,quo loco,:& loci loco: ſimiliter expenſas debet no-
minatim, & ſpecifice deſcribere, pro quibus, ſcilicet expen-
dit. Alias ſi generaliter & permixte prædicta faciet, dabitur
contra eum iuramentum in litem.l.j.§.officio, & ibi Barto.
& Bal.ff.de tut.& rat.diſtrah.Socy.Sen. dicto conſi.159 num.
3.cum concord.per Matth. Afflict. dec.ſ 360.inter Marcum.
nu.2.Et ratio eſt, quare iſta ſpecificatio ſit neceſſaria illa eſt,ſ.
ne poneret ad rationem pupilli aliquid indebitè, ſecundum
Bal.in l.Stichus.§.tutor ff.de condict.indebi.Huiuſmodi au-
tem librum taliter confectum diligenter cuſtodire debet: &
ideo dicenti ſe confeciſſe,poſtea perdidiſſe non creditur etiā
cum iuramento ſecundum Hiero.Grat.d.conſilio 23.nu 20.
20 prima par.Imò eſt pręſumptio † contra ipſum,quod malitio-
ſe occultauerit,niſi probet caſum, quomodo amiſit, ſecun-
dum Socy.Sen dicto conſilio 159 nume.5. Quinimo fortius
iſtum librum rationum cum ipſius tutelæ & curæ admini-
ſtratione reddere tenetur etiam non requiſitus ſecundum
Docto. communiter in clem.quia contingit, de relig.domi.
Philip.Dec.conſi.178.in cauſa quæ proponitur, in prin.Card.
Pariſ. d conſilio 21.nu.55.lib.2. & ſi quid reddita ratione da-
tis.& receptis remanet penes tutorem, aut curatorem, reſti-
tuendū erit, ſecundū Philip Corn.conſi.62.videtur prima fa-
cie,nu.4.lib 4. Rationem aūt ſi non ſufficienter reddiderit, ad
iterum reddendum cogi poteſt.l.quoties.ff.qui ſatiſd. cog. &
l.qui per ſalutem de iureiur.
Limita prædicta non procedere in eo cui per teſtatorem
legata eſt liberatio à reddenda ratione. Talis.n remiſſio ope-
21 ratur,vt ſcrupuloſa inquiſitio † tm̄ remota videatur, non aūt
tollitur, quominus rationes ſint reddendæ, & reliqua reſti-
tuenda,vt no.in l.quidā decedens,in prin.ff.de admi. tut.& l.
ſi ſeruus vetitus, de lega.j. & ideo tanq̃ doloſus ad oīa poteſt
conueniri, quæ penes eū reperiuntur de rebus minoris,cum
ſit,ꝙ huiuſmodi liberatio à culpa non à dolo tueatur,ſecun-
dū Card Pariſ.d.conſi 21.nu.58. & Philipp.Corn. pulchrè in
conſi 313.in hac conſultatione,nu.2.lib.j.

Quartò

22 Quartò requiritur, vt iuret † vtilia minori facere, & inutilia prætermittere. § ſi. Authen. vt hi qui oblig. & hoc generaliter intelligendum eſt in quolibet tutore, & curatore, quãuis de iure Cod. erat hoc ſolum diſpoſitum in curatore furioſi. l. de creationibus. C. de epiſco. aud. & l. fi. § & ſi quidem. C. de cura. furio.

23 Quintò requiritur, vt legitimam offerat † ſatiſdationem, ſ. rem pupilli ſaluam fore, ſecundũ glo. & Bart. in l. legitimos. ff. de legit. tut. Bal. in l. j. rem pup ſal. fo. Alias neque procuratorem, neque actorẽ in iudicio facere, neque per ſeipſum com
24 parere poteſt, & ſi cõpareret, proceſſus † redderetur nullus, ſecundũ Sebaſt. Vant in trac. de nullit. in rub. de nullit. ſententiæ ex defectu inhabil. ſeu mand. compar. nume. 128. & ante hanc ſatiſdationem non adminiſtrat, niſi tempore peritura, ſecundum Bal. in l. tutor qui, in princip. C. de tuto. & curato. qui ſatis non dede.

25 Limita † primò in tutore, & curatore teſtamentario, ſm Philip. Corn. conſil. 198. Quãquam in hac conſultatione, ſub nu. 8. verſicu. licèt & ſi non dediſſet, lib. j. Ratio eſt, nam cum ſemel approbatus fuerit pro idoneo, & ſufficienti à teſtatore, non eſt amplius vt ſuſpectus cogendus ſatiſdare, ſm Soc. Iun. conſi. 5. viſa reſolutione, nu. 2. lib. 3.

26 Limita † ſecundò in eo cui remiſſa eſt ratio à reddenda ratione adminiſtrationis, ſm Philip. Corn. conſil. 173 Circa primum conſulia. articulum, nu 3 l. b 3.

27 Limita † tertiò in dato ex inquiſitione, ſm Bar. in §. fi. nu. 9. Auth. vt hi qui oblig. quãuis hodie oĩs datiuus ſatiſdar. §. nos autẽ. Inſtitu. de Attil. tut. & tradunt Docto. cõiter ad. l. ſi nemo. §. hoc edictum ff de teſta. tut. exceptis tantum caſibus, ſ. quando mater dat filio curatorem. l. j C. de confir. tut. ac etiã quando tutor, & curator eſt locuples, l teſtamento, circa fin. ff de teſtamen. tut.

Declaratur tamen iſta limitatio locum habere, quando, ſ. tutor, aut curator à maioribus iudicibus datetur ſatiſdare. n. tunc non tenebitur, licet ſecus ſit, ſi ex minoribus fuerit datus, licèt cum inquiſitione. l. j. §. ſi curatores. ff. de magiſt. conuen. l. pen. C. de tut. & cura. qui ſatis non dede.

28 Limita † quartò, & vltimò in legitimo, qui eſſet multũ fidelis: ex hoc enim remittitur ſatiſdatio, ſecundum Bal. in l. tutores, in ſecundo not. ff. de legit. tut. & Iaſ. in l. iubemus. num. 13. C. de iudic.

29 Sextò requiritur, vt promittat defenſionem † pro minore ſuſcipere. l. fin. § defenſionẽ. C. de adminiſt. tuto. tradit Bal. in l. legitimos, in princ. ff de legi. tuto. Pau. Caſtren. conſilio 356. poſtquam iſte tutor, nu. 4 lib. j. Ioan. Bapt Ferre. conſilio 312. Magnifica D. Marietta, nume 12. ſecun. par Nec ſufficeret, ſi promitteret vtilia facere, & inutilia prætermittere, niſi pariter defenſionem polliceretur, ſecundum Barto. Paul. Caſtren. Alexand. Iaſ. & alios in l. prætor. ff. de no. oper nunc. Matheſ. not. 107. nota tex. ſingularẽ, vbi teſtatur antiquos practicos in hoc erraſſe, obſeruantes quod loco promiſſionis defenſionis ſufficeret præaſſerta promiſſio, ſcilicet vtilia facere, & inutilia prætermittere, vt ibi confirmat Gabr. Saray. in addit. &
30 hoc nullam habet difficultatem: Quamuis autem Bal. † (cuius tanta videtur eſſe auctoritas, vt quando illius deciſionem habemus, vlterius non videatur laborandum, ſecundum Philip. Deci. conſilio 65 pro tenui facultate mea, ad fin.) contrarium dicatur tenuiſſe, vbi ait, nihil referre, quid ex æquipollentibus fiat. cap. tua, de conſangui. & affini. l. certum. ff ſi certa petatur. nihilominus Bald. non ita loquitur. Cum. n. dicit, iſtam defenſionem poſſe per verba æquipollentia promitti, optime eſtatur: ex hoc tamen non dicit, quod iſta verba vtilia facere, & inutilia prætermittere, æquipolleãt promiſſioni defenſionis, nec eſſet verum, licet hoc diceret, ſm Alex. in d. l. prætor, & in conſi. 129. Ponderatis his, nu. 3 lib. j.

Septimò requiritur, vt quemadmodũ eius patrimonium prudẽter collocat, ita debet de pupillari facere, & ideo debet
31 taliũ pecuniam † in prædiorũ emptionem conuertere: nec refert ſi apponat pactũ de retrouendendo: ſufficit enim quod emat, ſecundũ Cur. Iun. conſilio 146. præſupponitur in facto, nu. 3. ſecun. par. aut mercatori eam dare ad honeſtũ lucrum. l. fin. §. vlti. C. de adminiſtra. tuto. fœnerari enim non tenebi-
32 tur † hodierno iure. tex. eſt in authen. nouiſſimè. C. eod tit. Si tũ dederit, cuius futurũ ſit lucrũ, ponit Bar. in §. quoniã, nu. 3. & 5. Auth. vt hi qui oblig. In relatis ergo duobus caſibus pecuniam minorum collocare debet, quod non faciens ad intereſſe vti negligens conueniri poterit, ſecundum Ludo. Ro. conſi. 28. viſa facti ſerie, in prin. Nec audiendus erit aliquo pacto, ſi allegauerit ei datum non eſſe modum prudentis collocationis, maximè ſi res ſuæ melius geſtæ reperiantur. l. tutor, ſm dignitatem § non eſt. ff. de admi. tut. & ratio eſt, quia non
33 minorem in † rebus minoris, quam in proprijs diligentiã adhibere debet. l. à tutoribus, eo. tit.

34 Declara † prædicta locũ habere in caſo dubio, ſecus in caſu claro, videlicet quando pecuniam minoris collocare nequiuit, ſuã verò ſic. Hoc. n. caſu non dicitur in culpa, ſi vtilitatem ſuã prætulit vtilitati minoris, ne alias officiũ ſuũ eſſet ſibi dãnoſum, ſecundũ Bar in d §. non eſt. limita prædictũ requiſitũ non procedere, quando modica eſſet pecunia. l. ita autem. C. de admini. tu. vel ſaltem eam mutuat ſine decreto, ſm Bar in l. ſi ex legati, nu. 5. de verb. obli.

35 Octauò requiritur, vt negocia † minoris regulariter expediat: & ſi ipſe ſolus non poſſit, ea diligentibus perſonis, non aũt deſidioſis, & negligentibus cõmittat. l. ſi procuratorẽ. § ſi tutores. ff. mand & l. nam & Seruius. §. fin de nego. geſt.

36 Nonò actui minoris, vt expedit, auctoritatẽ † præſtare debet. l. ſi tutor nolit de auct tu. & ideo inuigilãdũ eſt, vt in caſu quo minori hæreditas defertur, bene aduertat, an minori expediat agnoſcere, aut repudiare. l. ad pupillam, in tu. præcit. & hoc ne culpæ obnoxius iudicio tutelæ, vel curæ teneatur. l. quicquid. C arb. tut.

Decimò ſi non habet magiſtrũ gratis minori edocentẽ,
37 conſtituere debet mercedẽ alicui præceptori, † & eam quidẽ iuxta facultates minoris. Ratio eſt, quia non tantũ rebus, verum etiã moribus dantur tutores, & curatores. l. in copulandis. C. de nup & §. certæ. Inſti. qui da. tut. poſſunt.

38 Vndecimò aduertere debet, vt vita † minoris à criminib. & res ab iniuria impiorũ ſeruentur, c. j. 12. quæſt. j. & ideo tutores, & curatores puellarũ raptarũ poſſunt occidere raptores in ipſo actu deprehenſos, ſecundũ Bal in l. raptores, nu. 2. C. de epiſco. & cleri. ſi autem ipſi fuerint deprehenſi ſtuprare minorem, plectuntur pœna deportationis & confiſcationis bonorum. l. vni. C. ſi quis eam cuius tut. fue. Bal. in l. ſi tutor, nume. 1. C. ad leg. Iul. de adulte. cum concord. per Iul. Clar. in pract. crim. §. fornicatio, nu. 21. cuius deportationis loco ſucceſſit decapitatio, ſecundum Auguſt. ad Ange. de malefi. in ver. falſario, nu 48.

39 Duodecimò requiritur in matre, † & auia, vt volentes aſſumere tutelã filiorũ, vel nepotũ reſpectiue, renuncient ſecundis nuptijs, Velleiano ſenatuſconſul. & omni alij legũ auxilio in mulierũ fauorẽ inducto, ſecundum Barto. Ange & Saly. in auth. matri, & auiæ. C. quando mul. tut. offi. fun. poteſt. & hoc ſtatim cum accipiunt tutelam faciendum eſt. Non. n. valeret talis renunciatio, quæ fieret ſequenti die, ſecundum Præpoſi. in c ea parte, col pen de appel.

40 Limita † niſi prædictæ mater, & auia fuerint relictæ tutrices, aut curatrices teſtamento, quoniam de opi. quæ conſuetudine ſeruatur, non tenentur iſtis hoc caſu renunciare, ſm Nico Boer. quæſtio. 124. teſtator, in teſtamento, nu. 13. Et iſta quæ ſupra dicta ſunt, propter multa expedit ſcire, & maximè quia in litis initio de omnibus iſtis tutori, & curatori opponitur, eo quod in tutelæ, & curæ aſſumptione in aliquo iſto-
41 rum ſit defectũ, de quibus non ſolũ ante, † ſed etiã poſt litem conteſt. ratio haberi poteſt, ſm Rob. Maran. de ord. iud. 6. par. 9. memb. & 104 par. 16. diſt nu 52.

S V M M A R I V M.

1 *Tutoris appellatione, an veniet curator.*
2 *Curatoris appellatione, an veniat tutor.*
3 *Curator non datur impuberi.*
4 *Error an vitiet dationem curatoris.*
5 *Furioſus, aut mentecaptus tunc quis dicetur, quando curatorem habuerit.*

Q. VIII.

Quæro, an tutoris appellatione veniat curator: & econuerſo, an curatoris appellatione veniat tutor? Circa primum affirmatiue
1 reſpond. eſt † tex. eſt in l. pater Seuerinam. § conditionũ verba. ff. de conditio. & demonſtra. quem dicit multum not. Iaſ. in l. quod dicitur, numero 2 2. de verbo. obligatio. l. ſi quis in fundi vocabulo, numero 46. & in l. qui quarta, in ſi. princi. ff. de lega. primo.

Secundo verò caſu ſimiliter vno verbo dicendũ eſt, quod
2 curatoris † appellatione non veniat tutor, ſecundum Bart. & alios in l. tutores. § j. de adminiſt. tut. vbi prædictorum rationem vide, & ex hac regula (vt res ad practicam redigatur) infertur, non valere dationem curatoris factam ei qui ſit impu
3 bes, † cum eius perſona indigeat tutore, vt ſupra firmatũ eſt,
4 & ſi fuit erratũ, vitiatur datio: † ſed quid ſi fuit erratũ in proprijs curatorũ ſpeciebus, vtpura quia fuit datus curator, vt furioſo, qui in veritate erat prodigus, & vti prodigo, qui in rei veritate erat ſurdus, & mutus & eiuſmodi, vitiabitur ne talis datio? Circa quam perueſtigationem Iuriſconſultiſſimorum

hinc inde dicta reperiuntur, adeo vt videatur difficile cognitu, quæ nam opi. ſit magis attendenda, tanta eſt Doct. perplexitas, vt per Docto, in l. is cui bonis. ff. de verbo. oblig. concludens tamen cum Ioan. de Imo, concordando opi. ſ. quod ſi iudicatus prodigus, aut ex alijs de quibus ſupra dictum eſt, contradixit ſententiæ, & tunc fit irritatio dationis propter contradictionẽ, & quia curatoris appellatione non venit ſpecies de qua non fuit cogitatum, aut verò non fuit contradictum, & tunc tenet curatoris datio, quam diſtinct. Imo. in d. l. is cui bonis. ſequuntur recentiores ibi: Dubium. n. non eſt, quod primo caſu non tenet taliter facta datio curatoris, ea quo fuit erratum, & errans non conſentit. l. non idcirco. C. de iu. & fa. igno. Secundus quoque caſus verus eſt, ſi quis velit probare, quod aliquis ſit furioſus, ſufficit vt dicat eum habere † curatorem, ſecundum Philip. Cor. conſi. 23. viſa dicta repudiatione, cum concord. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentarius tutor, & curator præcedit quemcunque, etiam matrem.*
2 *Mater ſtatim poſt teſtamentarios locum habet.*
3 *Legitimus tutor, poſt teſtamentarium, & matrem.*
4 *Tutela deferuntur per conſequentias hæreditatum.*
5 *Ciuitas etiam illa dici poteſt, quæ hodie caret epiſcopo, & tamen antiquitus habuit.*
6 *Datiuo locus eſt omnibus deficientibus.*
7 *Confirmatus tutor, vel curator qui ſit teſtamento datus, teſtamentarius, non datiuus eſt.*
8 *Teſtamentario deficiente cui erit locus.*
9 *Cuiue deficiente matre.*
10 *Cui deficiente legitimo.*
11 *Cui demum deficiente datiuo.*

Q. IX.

Quæro, quo ordine deferatur tutela, & cura? Reſpon. quod
1 in primis locus eſt teſtamentario † ſi extat, qui non tantum legitimo, ſed matri præfertur, ſecundum Philip. Corn. conſi. 168. in præſenti, nu. 13. lib. 2. Soc. Iun. conſi. 85. conſideratis verbis, nu. 13. libro 3.

2 Secundò locus eſt matri, † in qua procedit tutela anomala, ſiue irregularis, & hæc ſtatim poſt teſtamentarium admittitur, ſecundũ eundem Socy. Iun. poſt d. nu. 13. & iſta minimè cogi poterit ad iſtud officium ſuſcipiendum, ſicut coguntur legitimi tutores, vt not. in anthen matri, & auiæ, in ver. permutimus. C. quando mul. tut. offic. fun. poteſt. qua ratione volens tutelam aſſumere, dicitur habere filios in poteſtate, ſecundum Philipp. Dec. in cap. ea parte, el ſecondo, in primo not. de appellat.

3 Tertio ſuccedit legitimus † tutor, & quidem proximior,
4 quemadmodum proximior ad hæreditatem † vocatur, ſecundum eundẽ Dec. in conſilio 16. & diligenter, in princi. & Bal. in l. meminimus, nu. 3. C. de legi. hæred. Hinc eſt, quod ſi per ſtatutũ agnati præferantur cognatis, quemadmodũ extat in ciuitate mea, ſequitur, quod agnati pariter in tutela præferentur, ſecundũ Anch. in c. j. verſic. quid ſi lex prouidit. de conſti. quãuis etiam, quod non adſit tale ſtatutum, ſemper defertur tutela ad agnatos excluſis cognatis, ſecundum Bald. in l. j. in princ. C. de legi. tut. & hoc intellige, ſecundũ glo. in l. j. in ver. conſanguineis. ff. eo. tit. ad quam adde Phil. Corn. conſi. 281. præmittendũ eſt, in princ. lib. j. qui licet videatur aduerſari dictis Bal. recte tamen intelligendo ſunt concordes.

Limita hæc non habere locũ in matre. Ratio eſt, quia hodie mater non datur tutrix propter hæreditatẽ, ſed reſpectu affectionis, quam habet ad filios. Anthen. vt ſine prohib. ma. deb. circa princip. Vnde ſi extaret ſtatutum excludens matrem, quemadmodum pariter extat in patria mea in reformatione Carlina, ſuper qua conſuluit Socy. Iun. in conſilio 342. Vis reformationib. libro 3. non ex hoc excluderetur mater a tutela per rationem prædictam, vt tradit Philipp. Corn. conſilio 101. Videtur prima facie, per totum, libro 3. vbi conſuluit ſuper ſtatuto ciuitatis Fulginatenſis, & pulchrè Phili. Deci, conſilio 16. Nec mireris, quod patriam meam Hiſpelli nuncupauerim ciuitatem, eo quo epiſcopũ non habeat. Nam cum priſcis tẽporibus habuerit, vt pro certo dici à maioribus
5 audiui, adhuc retinet nomen ciuitatis, † vt no. in extrauag. qui ſint rebel. in prin. in ver. Lombardiæ.

6 Quartò, & vltimò locus eſt datiuo, † ſm Phil. Cor. d. conſi. 281. in prin. lib. j. Ang. Inſti. de Attil. tut. in prin. nec habet locũ niſi poſt prædictos. l. ſorores. vbi not. C. quida. tut. poſſunt. habetur per Alex. conſil. 161. ſuper primo dubio, nu. 3. lib. 5. Soc. Iun. in d. conſi. 36 nu. 10. lib. 3.

Conſtat autem tutorem confirmatum præferri legitimo, ſecundum Barto. in l. j. nu. 2. ff. de pecul. Ratio autem eſt, quia
7 iſte confirmatus dicitur teſtamentarius † non datiuus: ergo non mirũ ſi legitimo præferatur; ſi enim datiuus dici poſſet, ſequeretur legitimũ, ſecundũ eundem Bar. in l. 2. C. de confir. tut. & ſequitur Alex. conſil. 140. ſuper teſtamento, nu. 4. lib. 2. vbi de cõi atteſtatur, & in iudicando dicit ab ea nullo modo recedendum, quãuis bene antequam iſte confirmetur, alius à iudice dari poſſet. l. 3. eo. tit.

8 Sed pone extinctũ eſſe teſtamentariũ † cui nam erit locus, legitimo, an datiuo? Diſtingue, quod aut morte caſſata eſt tutela, tunc peruenitur ad legitimũ, & hoc procederet, quando vnus eſſet tutor teſtamentarius. Quando vero aliquo eorum decedente aliqui remanerent, ſi quidem ſunt ſufficientes, vt ex ſeipſis gerere poſſint, alia non fiet prouiſio: ſin autem de datiuo prouidetur. l. ſi quis ſub. in fi. ff. de teſta. tut. aut vero iſte teſtamentarius tutor ſe excuſauit, ſeu vt ſuſpectus remotus eſt, & tunc pariter ſuccedit datiuus, ſecundum glo. in l. 1. in fi. C. de teſta. tut.

9 Quoad tutelam † anomalã dic, quod quando mater tranſit ad ſecunda vota, in eius locum ſufficitur legitima, niſi ipſa ante adiuerit iudicem, vt alium daret tutorem, ſecundum Barto. in d. l. ſi quis ſub. col. fina. & Pau. Caſt. conſil. 127. ex capite, nu. 2. libro j.

10 Deficiente verò legitimo † ſerua diſtinctionem, ſupra allegatam quoad teſtamentarium.

11 Vltimò circa datiuum † concludas, quod illo deficiente peruenitur ad legitimum, ſi extat, ſin autem ad alterum datiuum, ſecundũ Barto. in d. l. ſi quis ſub. col. 2. vbi quoad oẽs tutelarũ ſpecies ſuas reaſſumit diſtin. quas (ne ad inſtar Ang. in §. quod autem. Inſti. de legi. agna. tu. videar nudus tranſcriptor) conſultò prætermiſi.

SVMMARIVM.

1 *Excuſationes a tutela, & cura intra quinquaginta dies tutor, & curator proponit, ad proſequendum habet quatuor menſes, illi quinquaginta dies connumerantur.*
2 *Excuſare ſe amplius quis non poteſt acceptata tutela, & cura, limita remiſſiuè, nume. 5.*
3 *Excuſationes qua forma tutor, aut curator proponat.*
4 *Excuſationes plures proponenti ſufficit, ut unam uerificet.*
6 *Excuſationes a tutela, & cura, multa ſunt.*
7 *Cautela ut excuſatio non reddatur nulla.*
8 *Confirmari ſe non permittat, qui inutiliter datus eſt: excuſatio enim poſtmodum non recipietur.*
9 *Cautela an detur, ut quis indiſtinctè, & omni caſu ſe a tutela & cura excuſet.*

Q. X.

Quæro, quomodo proponendæ ſint excuſationes à tutela, & cura? Reſpond. quod in primis tutor, aut curator nominatus
1 debet venire ad iudicem intra quinquaginta † dies, ſecundũ Specu. in titu. de tuto § ſi autem, numero 6. Ang. in §. qui autem, numero quarto, Inſtitu. de excuſa. tuto. & Panorm conſilio 90. Omnipotentis Dei, numero quarto, libro ſecundo. Ad proſequendum autem excuſationem propoſitam habet quatuor menſes, in quibus illi quinquaginta dies connumerantur. l. quinquaginta. ff. de excuſa. tuto. & tradit glo. in dicto §. qui autem. alias intra dictum tempus non ſe excuſando videtur tutelam vel curam acceptare, ita vt amplius ſe
2 excuſare † non poſſit l. ſi pater. § oportet, eo. tit. vt enim non videatur acceptare, debet ab adminiſtratione ſe abſtinere, ſecundum Curt. Iun. conſi. 29. habita diligenti conſideratione, nu. 6. prima parte.

3 Debet ergo excuſationem proponere, † vel cautius dicere dationem nullam, & ſi aliqua eſt excuſationem proponere, ſecundum Barto. in l. qui teſtamento. § item quæro, numero ſexto, titulo allega. & quidem rectè faciet, ſi plures allegauerit, nec ſibi præiudicabit, ſi non omnes proba-
4 uerit, cum ſufficiat, vt vnam † tantum verificet, ſecundum Ange. in §. qui autem, el primo, numero quinto. Inſtitut. de excuſatio. tuto facilè itaque à tutela, & cura nondum ſuſcepta quis ſe aliquo iuris opportuno remedio excuſare poteſt, ſed tamen ſuſceptam regulariter non dimittet, per rationem quam ponit Dyn. in l. prima, in princip. ff. de adminiſtratio. tuto.

5 Limita † prædicta in caſibus quos ponit glo. in l. verum. §. ex facto, in verſicu. depouere. de minor. Cauſæ autem excu-
6 ſationum hæ ſunt, † ſcilicet ſi quis ſit cæcus, ſurdus, mutus, furioſus; nam non tantum hi ſe excuſant à ſuſcipienda,

verum

verum etiam à iam ſuſcepta. l. poſt ſuſceptam. de excuſa.tut.
item excuſatur pauper, l. paupertas. eod. titu. item abſens cau
ſa Reipublicæ. l. non ſolum, tit. cit. & §. Item qui Reipublicæ.
Inſtitu. eo Item ſenex qui ſit maior ſeptuaginta annis. l. 2. in
prin. eo. & § item maior. Inſtitu. eo. item inimicus capitalis.
§. item ſi propter. Inſtitu. eod. Item Philoſophi, Grammatici,
cæterique liberalibus artibus operam nauantes. l. ſi duas §. phi
loſophi. ff. eo. item habentes litem cum minore. l. ſi vt allegas.
C. eod. item plures liberos habens. ſ. tres in Vrbe, quatuor in
Italia, & quinque in Prouincijs. Inſtitu. eod. in princ. item qui
geſſit tres tutelas, vel curas. l. tria onera. la 2. ff. eod. item infir-
mus. l. non ſolum. §. ſi 1. eod. item miles emeritus. l. ſed & mili-
tes. eo. item ex banniti d. l. §. ſcribit autem. qui quidem vltra
quod à tutela, & cura excuſantur, ſunt etiã immunes, vt non
teneãtur petere tutores, aut curatores minori, eo quod pro-
pter bannum impediti ſunt, ſecundum Bal. in l. planè, nu. 4. ſæ-
pius alleg. tit. de excuſa. tuto. & præaſſertæ excuſationes bre-
uiter his verſibus continentur:

Cæcus, mutus, ſurdus, furioſus, pauper & abſens,
Senex, inimicus, Philoſophus, Grammaticuſq;
Qui litem, & liberos habet, pluresq; tutelas
Geſſit, & infirmus, miles, bannitus ab Vrbe
A tutela queant accipere immunitatem.

Illud autem animaduertendum eſt, quod habens prædictas
7 excuſationes † non poteſt propria auctoritate ſe tutela, vel
cura exonerare prætextu alicuius prædictorum: ſed hoc iudi-
ci debet denunciare, vt ſ. det curatorem, vel coadiutorem. l.
ſolet, & l. ſi quis alicui. §. ſi mandatum. ff. mand. not. in l. j. C. de
tranſact. & pulchrè habetur per Pau. Caſtren. in conſi. 302. ad
bene examinandum, numero 5. lib. 1. Hi enim ideo dantur, vt
excuſatio non reddatur nulla tanquam lata contra minorē
indefenſum: & hanc practicam per tutores, & curatores eſſe
obſeruandam tradit Matthe. not. 135. nota practicam. ſub-
dens circa hoc aduocatos ſæpe erraſſe, & tanquam vtilem
commendat elegans. I. C. do. Gaſp. Caball. ad conſtitu. Marc.
libro 5. cap. 9. numero 7. Ad illud tamen aduertat tutor, & cu
8 rator, vt ſi inutiliter † datus ſit, non permittat ſe confirmari.
Ratio eſt, quia non poſſet ſe poſtmodum excuſare, vt not. in
l. Caius. de excuſ. tut.

Limita, niſi confirmatus fuerit inuitus: Tunc. n. non clau-
ditur ſibi via ad excuſationem allegandam, ſecundum Barto.
in l. ſcire etiam oportet. §. qui autē. tit. præcit. Sed pone, quis
9 non habet excuſationem legitimã, eſt ne cautela † aliqua, vt
inuitus quis non cogatur ſuſcipere tutelam, vel curam? Dic
ſecundum Barto. Cæpol. caut. 16 quod ſic, procurando. ſ. ut
non reperiatur aliquis qui velit pro eo fideiubere. Sed hanc
tanquam doloſam non probo, etiã quod hoc non deregeret,
quando non adeſſent aliquæ circunſtantiæ Malitijs enim nul
lo modo eſt indulgendum. l. in fundo, verſi. neque enim. cum
ſimilibus. ff. de rei vendica.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtrationem tutores, & curatores habent inſolidum,*
2 *Auctoritatem quiſq; interponit meliori modo quo poteſt.*
3 *Limita in reſolutione tutelæ.*
4 *Adminiſtrationem iudex vni tantum decernere poteſt.*
5 *Declara cauſa ſubſiſtente.*
6 *Negligi ſolet, q communiter poſſidetur.*
7 *Segnius expediunt commiſſa negocia plures,*
8 *Cautela pro non adminiſtrantibus.*

Q. XI.

Quæro, quibus ex tutoribus, & curatoribus
adminiſtratio deferat? Reſp.
1 quod hanc poteſtatem habent † inſolidum. l. fin. vbi Bal. C. de
aucto. tut idem Bal. in l. j. in princ. C. ſi ex plur. tut. Ang. conſi.
56. Quidam. Franciſ. Aret. conſi. 66. viſo puncto, col. 3. & ideo
2 quiſq; videtur interponere auctoritatē meliori modo † quo
poteſt, ſecũdum Panor. in cap. ad probandum, in fi. de re iud.
& in cap. prudentiam, num. 14. de offi. deleg. Hoc tamen non
ſemper verum eſt, & ideo quando eſſemus in caſu per quem
3 tutela, & cura finiretur, † aliud dicendum eſſet. Nam tunc oēs
debent cõſentire d. l. fi. Iſto aũt caſu excepto, generaliter hoc
4 procederet: poſſet. n. iudex † vni tãtum adminiſtrationem de-
cernere. l. ſi plures. la 1 ff. de admini. tut & l decreto. §. fi. ff. eo.
tradit Bal. in l. legitimos §. in legitimis ff. de legit. tut. & hoc ſa
5 cit iudex ex cauſa, † quando. ſ. alij ſunt impediti, ſecundum
Barto. in d §. in legitimis, nu. 2 & certè videtur, vt plurimum,
melius vni tñ adminiſtrationē committere expedit. n. mino-
ri vt res eius per pauciores adminiſtrentur, cũ naturale vitiũ
6 ſit negligi † quod cõiter poſſidetur. l. 2 poſt princ. C. quando,
& quib. quar. pars. lib. 10. & vulgare dictum eſt, quod ſegnius
7 † expediunt cõmiſſa negocia plures. Illud etiam ignorandum
non eſt, q etiam hi qui non adminiſtrant tenentur, ſi malè
per eum (cui adminiſtratio eſt cõmiſſa) res geſta ſit. d. l. plures,
8 in princ. Caueant igitur † non gerentes, vt ſi adminiſtrantem
malè in rebus verſari videant, illum tanquam ſuſpectum re-
moueri curent. d. l. ſi plures.

SVMMARIVM.

1 *Tutor, aut curator datus filijs in genere, an cenſeatur datus filio ignorato.*
2 *Voluntas teſtantis ſectanda eſt, ſicut venator ſequitur leporem.*
3 *Poſthumi appellatione quid propriè veniat.*
4 *Tutor vel curator datus poſthumis, an competat im propriè poſthumis*
5 *Tutoris & curatoris datio eſt cauſa fauorabilis.*

Q. XII.

Quæro, an tutor, & curator datus filijs in
genere cenſeatur datus fi
lio ignorato? Dic quod licet Doct. in l. Titius ff de verb. obli.
videantur inter ſe inuicem pugnare, tamen caſus iſte (vt mea
fert opin.) nullam habet dubitationem, ex quo eſt deciſus per
Iuriſconſul. in l. ſi quis ita. §. ſi quis cum ignoraret. de teſta.
1 tut. vbi dicitur, tutorem filijs in genere relictum filio † quem
teſtator ignorabat ſe habere, datum non cenſeri. & certe fie-
ri poteſt, quod Docto. qui contrarium cenſuerunt, non ad-
uerterint ad illum tex. vt videtur annuere Iaſ. in d. l. §. Lucius,
2 nu 6. Ratio eſt, quia voluntas teſtantis ſectanda eſt † ſicut ve-
nator ſequitur leporem, vt habetur a Barto. in l. 3. C. de liber.
præter. quæ quidem voluntas cum in præſenti caſu non in-
teruenerit, facit vt filio ignorato tutor, aut curator datus
non videatur, quantumuis improprientur verba fauore da-
tionis tutoris, & curatoris. Exemplum, ſi datus ſit tutor, aut
3 curator poſthumis, licet poſthumi appellatione † veniat tan-
tum natus poſt humationem, ſci. mortem patris. l. 3. in princ.
verſic. poſthumos. ff. de iniu. rup. & irrit. fa. teſta. tamen com-
4 prehenditur poſthumus † impropriè dictus, ſecundum Alex.
in Rub ff. de libe. & poſthu. num. 5. Iaſ. in l Gallus. in princip.
nu. 52 eod. titu. & ratio eſt hoc caſu, quia in teſtamentis lata
fit interpretatio, maximè in fauorabilibus, vt eſt cauſa tuto-
5 rum dationis, † & curatorum: qua ratione non tantum na-
to, ſed etiam naſcituro dari poteſt. l. ſi quis filiabus. de teſt. tut.
& tradit Iaſ. in l. qui filiabus, nu. 11. de lega. j. Dummodo ergo
ſit ſpes quod aliquis exiſtat vel futurus ſit, ſuſtinetur datio tu
toris, & curatoris non propria: ſecus ſi nulla adeſſet ſpes, vt
diximus ſupra de filio ignorato.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius non acceptans tutelam, aut curam, legato priuatur, limita, nu. 6 7. & 8.*
2 *Amplia etiam ſi teſtator fuiſſet alias relicturus.*
3 *Contrarium tamen vt verius firmatur.*
4 *Doctores plerunque aues imitantur.*
5 *Correctum quod expreſſe non eſt, quare ſtare prohibetur?*
6 *Aequiparati ſunt in iure miles armatæ, & cœleſtis militia.*

Q. XIII.

Quæro, an tutor, vel curator, cui ali-
quid relictum eſt, tutelam, aut curam non acceptans, priuetur
legato? Circa hoc communiter Docto. dicunt, quod de iure
1 nouiſſimo authen. venit † priuandus, ſecundum Iacob. de
Beluiſ. in §. his igitur. Auth. de hæred. & Falc. quem ſequuti
ſunt Bar. Bal. Alex. Iaſ. & cęteri in l. ſi legatarius. C. de leg. idē
Bald. in l. qui tutelam. ff de teſta. tut. & tradit pulchre Carol.
Ruy. conſi. 49. quantum ad id, in prin. lib. 2.

2 Amplia, † iſtam opi. procedere, etiam ſi teſtator fuiſſet alias
relicturus, ſecundum Ludo. Ro. conſi. 234. quo ad primum,
col. 1. Philip. Dec. conſ. 192 in caſu propoſito, nu. 4. & de cõi
teſtatur Soarez in theſ. recep. ſententiarum, in ver. tutor, nu.
323. quorum omnium opi. fundata eſt, in d. §. his igitur.

3 Contrariam † autem opi. puto veriorem, & (ni fallor) in iu-
dicando, & conſulendo tenendam: & licet grauis exiſtima-
tionis ſint Docto. ſupra ex aduerſo citati, tamen quia Docto.
4 † plerunque aues imitantur, quæ præuolantem ſequuntur,
nec aliter perpendentes rationes cum alijs tranſeunt, ut per
Philip. Dec. conſilio 499 in cauſa, nume. 12. ideo de hoc non
eſt curandum. Intrepide igitur concludat, quod quando
teſtator erat alias relicturus, ob hoc quis non priuabitur,
eo quod tutelam, aut curam non aſſumpſerit, vt eſt tex. aper-

rus in l. Neſennius. verſi. non ſemper.ff.de excuſa.tut.& licèt
dicatur,tex.hunc de iu.nouiſſimo auth.fuiſſe correctum, tñ
5 hoc ibi expreſſe non dicitur: ergo quare † ſtare prohibetur?
l. præcipimus. C.de appella.cum ſimilibus: & durum quidem
videtur, vt ligatæ eſſent manus teſtatori, quominus poſſet de
ſuo ad libitum diſponere. Corrigerentur enim iura dicentia
voluntatem teſtantis quoad diſponendum de rebus ſuis haberi
pro lege.§.diſponat, Auth.de nup. Non tamen, ꝙ difficile
ſit cognoſcere, quę nam fuerit mens teſtantis,ſ.an voluerit
etiam non aſſumpta tutela,& cura deberi legatum: ſed poſito,
ꝙ clara ſit, vt præſupponunt Docto.præcitati,non videtur
modo aliquo dubitandum,quin debeatur legatum ſtante
voluntate teſtantis.

6 Limita † primò iſtam principalem concluſionem, niſi legatum
huiuſmodi eſſet alteri reſtituendum,ſecundum Lud.
Rom in auth ſimiliter. ſpeciali 35. circa vltimas voluntates.
C.ad leg Falcid.

7 Limita † ſecundo,in vſufructuario: fauore enim alimẽtorum
præſumendum eſt onus nõ fuiſſe impoſitum ob iſtud legatum,
ſecundum Carol.Ruy.conſilio 38. Viſo teſtamento,
numero quarto,libro 2.

8 Limita † tertiò, & vltimò, in milite. l.ab adminiſtratione.
C.de leg.Bal.conſi 356 licet allegatum, in princ.lib. 4. Ange.
conſilio 166 ſi teſtator,poſt princ.Hiero Grat.conſi.84 arbitror,
circa ſi 2.par. Et ratio eſt, quia lex prohibet eum eſſe tutorem,
& curatorem.d.l.ab adminiſtratione.vnde in caſibus
qui a voluntate legis dependent, non priuatur quis legato
propter recuſatam tutelam, & curam.d.§.his igitur. Simile
dicendum eſt in clerico,qui dicitur miles celeſtis militiæ, &
9 in iure paſſim habetur,æquiparatos eſſe † milites armatæ, &
cœleſtis militiæ, ſecundum glo.in l.miles, in princip.ff.de re
iudi.Andr.Barba in cap Odoardus.de ſolu.Præterea in clerico
militat eadem ratio quæ in milite, ergo eadem iuris diſpoſitio
adeſſe debet.l.adigere.§.quamuis.de iure patro.Clerici
enim aſſumere tutelam, & curam etiam ipſi prohibentur:
ergo non debet obeſſe: & iſta ſunt multum not.quia in facto
ſæpe contingunt.

SVMMARIVM.

1 *Tutela,uel cura teſtamentaria ſimplex à die adita hæreditatis defertur.*
2 *Conditionalis purgata demum conditione.*
3 *Legitima locum habet ſtatim cum a lege defertur,& ideo ſtatim petat ſibi adminiſtrationem decerni.*
4 *Datiua ſi acceptatur, quamprimum defertur: ſed ſi reſpuitur,tenetur tutor, aut curator poſt tempus non verificatæ excuſationis,nu 5.*

Q. XIIII.

Quærro, quo tempore incipiat deferri tutela, & cura?
Circa teſtamentaoiam dic,quod cùm duobus modis dari ſoleat,
duplex quoque eſt adhibenda inſpectio. Prima eſt, quando
tutor,& curator fuit ſimpliciter datus,& tunc à die aditæ
1 hæreditatis † defertur,vt no.in l.ſi nemo.ff.de teſtam.tut. Ad
adeundam tamen hæreditatem,quia ſine tutoris auctoritate
fieri nequit.l potuit.C.de iure delibe.dabitur tutor,ſecũdum
Bar.& Doct.in d.l.ſi nemo. Secunda eſt inſpectio, quando.ſ.
fuit datus ſub coodıtione aliqua, & tunc purificata condi-
2 tione † incipiet eſſe tutor,& curator, ideoq; eo tempore excuſationem
proponere debet, quando eam ſuſcipere oolit,
non autem cum creatur,ſecundum Bart.in l.ſi cui legetur,in
prin. nu 19 de leg.3.

3 Circa legitimum † dicas, quod ſtatim cum a lege defertur
ſibi tutela,& cura,ſtatim eſt obligatus ad petendũ,vt ſibi per
iudicem adminiſtratio deferatur,alias de neglectis interim tenebitur.
l.ſi ſororis.C.qui da tut poſſunt.

Quantum autẽ ad datiuũ diſtingue,ꝙ aut ſtatim acceptat,
4 & tunc ſibi ſtatim defertur adminiſtratio.† Aut vero eam reſpuit,
& tunc poſt tps non notificatæ excuſationis tenetur:
5 † & hoc intellige in caſu, quando ſine inquiſitione ſit datus.
Nam ſi cum inquiſitione daretur, non prius ſibi adminiſtratio
deferretur, quam per iudicem fuiſſet de illius idoneitate
pronunciatum, ſm Bar.in l.tutores.ff.de confir.tut.

SVMMARIVM.

1 *Litem gerit tutor,& curator cum aduerſario minoris.*
2 *Tutor,& curator, an minor in lite conueniatur.*
3 *Liti curator datus in ca plenam habet adminiſtrationem, non tamen poteſt tranſigere.*
4 *Litem calumnioſam præſati non eligant.*
5 *Compromittere tutor,& curator poteſt in caſu dubio.*
6 *Declara.*
7 *Subdeclara.*
8 *Limita.*
9 *Litis qualibet parte auctorari debet tutor,& curator,& nu. 12.*
10 *Contrahere minoris nomine ille dicitur, qui ſuper re ad eum pertinente ſe immiſcet.*
11 *Litis quilibet actus fundandus eſt in perſona tutoris, & curatoris.*
13 *Inuentarij de confectione ſi tutori, & curatori opponatur, quid faciendum ſit.*
14 *Cautela pro tutore,& curatore, ut eligat aduocatum peritum.*
15 *Litem male tractans tutor,& curator,ſolum in expenſis condemnatur.*
16 *Expenſas in iudicio factas regulariter luit minor, & non tutor, & curator.*
17 *Cautionem iudicatum ſoluendi non præſtant in lite tutor, & curator.*
18 *Limita in not.caſu*
19 *Cautionem de iudicio ſiſti pręſtare tenetur tutor,& curator.*
20 *Culpa alterius tertio nocere non debet.*
21 *Iuramentum calumnię tutor, & curator recipit etiam minore conuento.*
22 *Amplia in not.caſu.*
23 *Iuramentum calumniæ tutor, & curator ſubire compellitur.*
24 *Iuramentum ſimiliter ueritatis.*
25 *Limita.*
26 *Iuramentum,an tutor,& curator deferat aduerſario minoris.*
27 *Actionem minori competentem ſolus tutor,aut curator cedere nequit.*
28 *Pactumq; de non petendo minimè facit.*
29 *Tutor, & curator dicitur dominus, & habere mandatum à lege cum libera.*
30 *Tutor,& curator tenetur minori utilia facere, & inutilia prętermittere.*
31 *Donare res pupilli non poteſt, limita primò, numero 33. limita ſecundò, numero 35.*
32 *Donare eſt perdere & ſpecies furoris.*
34 *Patrimonium minoris diminuere poteſt tutor, & curator pro ſalutę ipſius.*
36 *Delictum etiam remittere poteſt.*
37 *Declara.*
38 *Limita.*
39 *Pacem facere poteſt tutor, & curator de iniuria minori, aut eius patri illata.*
40 *Declara.limita nu.42.*
41 *Tutori omnia iure adminiſtrationis competunt,quę minori expediunt.*
43 *Tutor, & curator pro defenſione honoris pupilli, aut adulti, poteſt omnia bona illius obligare.*
44 *Procuratorem conſtituit tutor,& curator poſt lit.conteſt.non ante. Amplia nu 43. & quæ ſit ratio, nu 50.*
45 *Tutor ſiue curator dicitur dominus,& quomodo hoc intelligatur,nu.47.*
46 *Procuratorem qui conſtituant.*
48 *Cautela ut conſtituatur per tutorem, & curatorem procurator ante litem conteſt.ſeu talis qui ante litis conteſt. pręſit negocijs minoris.*
51 *Procuratorem,an ſolus tutor,& cur remoueat.*
52 *Contrahere,quando pręfati poſſint cum minore,& nu 61.*
53 *Auctoritatem quoq; pręſtant in mutuo.*
54 *Emere quo caſu poſſint res minoris.*
55 *Auctores ſibi ipſis eſſe nequeunt.*
56 *Matrimonium contrahere nequeunt ipſi,nec eorum filij cum minore, effecto autem maiore, non prius niſi reddita ratione adminiſtrationis, niſi etiam tranſierit quadriennium ad reſtitutionem petendam datũ,nu.57.*
58 *Declara,uerum de iure ciuili,ſecus de iure canonico.*
59 *Matrimonia debent eſſe libera ſecundum ius canonicum.*
60 *Ius cano.in materia matrimoniali attendendum eſt.*
62 *Tutor,& curator de quibus rebus ſibi ſoluat in caſu permiſſo, & an requiratur iudex,nu.64.*
63 *Pecunia ad prędiorum emptionem deſtinata inter immobilia computatur.*
65 *Contractum clandeſtinum non facit tutor,& curator.*
66 *Contrahere clam quis dicatur.*
67 *Iudicis decretum quid operetur.*
68 *Quid etiam matris,& conſanguineorum pręſentia & conſenſus.*
69 *Neutrum prædictorum requiritur in ultimis uoluntatibus.*
70 *Bonorum poſſeſſionem agnoſcit tutor,& curator.*
71 *Et a lege dicitur habere mandatum cum libera.*
72 *Scientia ſola tutoris,& curatoris ſufficit quoad tranſmittendum ius bonorum poſſeſſionis.*
73 *Amplia.*
74 *Bonorum poſſeſſionem non repudiat tutor,& curator.*
75 *Bonorum poſſeſſionem quã ſolus poteſt agnoſcere, poteſt & ſolus repudiare.*
76 *Minor reſtitui poteſt aduerſus agnitionem factam per tutorem, & curatorem,quando ſit damnoſa.*
77 *Minor non reſtituitur re non integra.*
78 *Leg is poteſt, declaratio.*
79 *Hæreditatem ſolus tutor, aut curator adire nequit ſine minore, & numero 81*
80 *Amplia.*
83 *Hęreditatem adit adultus curatorem non habens.*

83 Bono-

83 *Bonorum poſſeſſionem quare ſolus tutor, aut curator agnoſcat, non autem adeat?*
84 *Hæreditatem quemadmodum ſolus non adit, ita nec ſolus repudiat.*
85 *Exigendi pecuniam ius habet.*
86 *Scandali effugiendi gratia poteſt minorem de manibus matris eripere.*
87 *Monaſterio etiam offerre poteſt.*
88 *Dotem etiam minori conſtituit.*
89 *Contractus uerba ſolet in propria perſona concipere.*
90 *Hæreditatis reſtitutionem facit.*
91 *Limita.*
92 *Tutor, & curator acta per furioſum dementem, & alios eius generis euertere poteſt.*
93 *Iurare quo caſu poſſit.*
94 *Curator furioſi, & aliorum eius generis, intentat act. l. ſi C. de reuoc. don. in caſu quando donatarius iniuriatus eſt donatoris effecto furioſo, aut mentecapto.*
95 *Auctoritatem tutor, & curator præſtans, an neceſſe habeat loqui.*
96 *Tacens quandoque dicitur conſentire.*
97 *Auctoritas tutoris, & cura. in quibus requiratur.*
98 *Auctoritas iſta qualiter interponenda ſit.*
99 *Tutor, & curator præſumitur decretus ex temporis diuturnitate.*
100 *Auctoritatem interponere neceſſe habet tutor, & curator, pro minore.*
101 *Auctoritatem qualiter dicatur interponere cum cauſa cognitione.*

Q XV.

Quæro, quibus actibus tutoris, & curatoris aucto
ritas ſit neceſſaria pupillo, aut adulto? Reſpon. quod in quocunque actu, quo præiudiciũ reportare poteſt Non enim ad alium effectum dantur tutores, & curatores, niſi quia ex ſe ipſis gerere nequeunt.
1 Primò enim in iudicio † ſtare non poteſt ſine his, alias ſen
tentia lata contra eos nulla eſt ſecundum Spec. in titu. de primo decreto. §. reſtator, nume. 11. & in iudicio non minores
2 † ſed ipſi conueniuntur, ſecundum Ioan. Fab. inſtitu. de his
per quos agere poſſ. in princip. nume. 2. & tradit Philip. Dec. in c. edoceri, nu. 5. de reſcripi. poterunt que auctoritate pro-
3 pria quæcunq; ad litem ſpectantia † explicare, licet non tran
ſigere, ſecundum Alexan. conſi. 92. perſpectis diligenter, nu.
4 9. lib 6. Aduertant tamen, ne eligant litẽ calumnioſam, † quo
niam ipſi in expenſis condemnabuntur. l. non eſt ignotum C. de adminiſt. tut. Panor. in cap. j. nu. 34. vt li. non conteſta. & in cap. fina nu. 22 de iuram calum. Maran. de ordi. iudi. 6. parte, 3. actu, numero 39
5 Secundò poſſunt compromittere, † quando pupilli, aut
adulti iura ſunt obſcura, ſecundum conſi. 47. nunquid tutor. Abb. conſil. 39 duo ſunt, libro j. Philip. Dec. conſilio 297. non patitur, colum. fina.
6 Declara, † compromiſſum poſſe fieri in arbitros, non in
arbitratores committendo ſe illorũ poteſtati, ſm Carol. Ruy. conſi. 159. Viſo compromiſſo, nu 6 lib. 5.
7 Subdeclara, † quod ea ſe neque minus in arbitros com-
promittere poſſunt, niſi ex ſtatuti diſpoſitione arctentur, ſecundum Philipp. Dec in conſilio 255. Caſus de quo quæritur, In princip. Marcus Anto. Blanc. de compro. quæſt. 3. nu. 55. fol. mihi 276.
8 Limita, † cõpromiſſum fieri non poſſe ſuper rebus, quæ ſi-
ne certa ſolennitate alienari non poſſunt, ſm Abb. in c. cum tempore, nu 3 de arbi. cum concor. per Hiero. Grat. conſi. 8. Viſis capitulis, nu. 36. i par. in caſu verò quo litigare tenentur, aduertere debent, vt in libello ſeu petitione, & generaliter in
9 quocunq; actu † dicant ſe facere tutorio noĩe pupilli, & cura
torio nomine adulti, aut alterius cuius curã gerunt. l. Polla. C. de his q. lib. vt indig. quãquam eorum noĩe dicatur cõtrahe-
10 re † qui ſuper re ad eũ pertinente cõtrahit l. poſt mortẽ, & ibi
no ff. quando ex fa. tut. tradit Pau Caſt. in conſ. 249 Viſo quodam compromiſſo, nu. 2 lib. j. & fundandũ eſſe actũ in perſo-
11 na † tutoris, & curatoris, tradit optimus practicus Ang. in §.
actionũ, nu. 109. Inſti. de act. vbi iſtũ procuratorũ ſtylũ cõem
12 eſſe aſſeuerat, & in qualiber parte litis † eſſe prædictis aucto-
randum, dicit Spec. in tit de act. In prin. nu. 41. Aduertere etiã
13 debent, vt ſi his de inuentarij non confectione apponatur † vt
in principio fieri aſſolet, illius copiã non denegẽt aduerſario: nec vero totius copiam tradere teneb untur: quoniam eſſet minoribus valde damnoſum, quorum intereſt, ne eorum patrimonij ſecreta pandantur. l. 2 C. qñ, & quibus 4. pars, lib. 10. & tradit Doct. Iaſ. in l. ſi. C de precibus Impera. offer. Viſa legitima illorũ perſona, poſtmodũ ad libellum deuenitur, in quo quidem primum inſpicitur, an rectè fuerit cõceptus, & ideo
14 cautos eſſe oportet tutores, & curatores, vt eligãt † aduoca-
tũ peritum: Si. n libellus tanq̃ malè conceptus foret emẽdandus, q̃q̃ minoris noĩe hoc fieret, tutores tñ & curatores expenſas luent, ſm eundem Iaſ. in l. edita, nu. 40 C. de eden. & ad id ex eo tenebuntur; quia tutores, & curatores malè litigan-
15 tes † ſoli in expenſis condẽnantur, ſm Bar. in l. qui ſolidum. §.
etiam, nu 3. de leg. 2 licẽt. n pro expenſis in iudicio factis non
16 ipſi, ſed minores † teneantur, alioquin eſſent principales & ideo
17 nõ tenentur dare cautionẽ de iudicatũ † ſoluẽdo. l. ſi. §. defen
ſionem. C de admi tu. hĩ per Spec in tit. de ſatiſd. § expedito,
18 nu. 5 & hoc procedit in his, qui litigant per ſe ipſos: ſecus † ſi
per procuratorem, ſecũdum Pau. Caſt. quem ſequitur Alex. licet nõ per rationem, quam ipſe allegat in l filiusfa. ff. qui ſa-
19 tiſda. cog. quamuis de iudicio ſiſti † cautionem præſtare te-
neatur, ſecũdum diſtinctionẽ, quam ponit idem Alex. in d. l. nu. 8. Tamen de his quę tanquam culpoſi odu erint, omnino
20 teneñ Culpa. n alterius † tertio nocere non debet, reg dam-
21 num, in 6. libello autem exhibito de calumnia iurare † debet,
ẽt q̃ minor cõ teneatur. l. 2 § quod obſeruari. C. de iu. calum.
22 Amplia † etiam ſi in iudicio minor cum tutoris, aut cura-
toris auctoritate interuenerit. nam hoc quoq; caſu iurant, ſecũdum Bar. in l. j. § ſufficit, nu 6 ff de admi, tu. vbi hoc multũ
23 cõmendat, quinimo fortius ad iſtud præſtandum † cogi poſ-
ſunt, ſecundum Doct. communiter In l. videamus. ff. de in lit. iur. q̃ ſi noluerint iurare, minoribus non nocebit, neque ob hoc cauſam perdent, ſecundum Spec. in tit. de iuram. calum. §. ſupereſt, nu 4 eodem modo pręſtare tenentur iuramẽtum
24 veritatis. † l. generaliter § j. C. de iureiu.
25 Limita, † niſi iudicium cœptum ſit cum minore, tutore,
aut curatore auctorante: tunc n. pupillo, aut adulto defertur, vt not. in l. certum. §. ſed & an & ipſos. ff. de confeſſ. iuramentum aũt licet aliquo caſu (vt ſupra dictum eſt) ſubire tutores,
26 aut curatores poſſint, aduerſario tamen minoris deferre † nõ
valebunt, niſi in ſubſidium, deficientibus ſcilicet alijs probationibus. l. tutor. de iureiu. Per minorem vero etiam alijs probationibus exiſtentibus cum tutoris, & curatoris auctoritate deferri poterit, & ſi in integrum reſtitutionem petat, vt. l. iuſiurandum quod ex cõuentione. § pupillus. vbi gl. & Doct. de iureiur. l. 1. quarum rerum act. non da. & tradit Alex. in conſil. 254 abunde ſatis, numero 5. lib. 6. Quoſcunque igitur actus minoris vtilitatem, & commodum concernentes gerere poterunt tutores, & curatores, non autem damnoſos: & idcir-
27 co actionem minori † competentem abſque eo iudicisque
decreto cedere nequeunt, ſecundũ Barto. in l. neque tutores, nu. 18. in antiq. lect. de procu in l. reſtituta. §. pupillus. ad ſenatuſcon. Trebel. Ludo. Ro. conſi. 386 in conſultatione propo
28 ſita. Præterea neque minus poſſunt facere pactum † de nõ pe
tendo, vt tradunt Doct. & maximè Iaſ. in l. pactũ curatoris C.
29 de pac. licet enim dicantur dñi. † l. qui fundũ. §. ſi tutor. ff. pro
emp. & à lege habere mandatum cum libera, ſecundum glo. in l. mandato generali. in fi. de procu. tamen actus tales explicare nequeunt, vt per Iaſ. in l. contra iuris. §. ſi filius, num. 3. de pac. Et ratio eſt, quia iſta ſunt dãnoſa, ipſi aũt actus vtiles pro
30 minore, & cæteris facere debent, † inutiliaque prætermittere; quod non facientes ſunt periuri, cum (vt ſupra dictum eſt) iurent vtilia facere, & inutilia prætermittere. §. fin. Auth. vt hi
31 qui oblig. Ex prædictis ergo infertur, tales † nõ poſſe donare,
ſm Alex. conſilio 125. viſis, lib. j. Afflict. deciſio. 87. magnum eſt dubium, nu. 3. Rot. Pedem deci 57. mater ſuſcepta, nu. 31.
32 Ratio aũt eſt in promptu: quia donare eſt † perdere. l. filiusfa.
ff. de donatio. tradit Ludo. Roma. conſil. 290. in caſu, nume. 6. Imò eſt ſpecies furoris, ſecundum Socy. Sen. conſil. 73. Circa primam, nu. 18. libro 1.
33 Limita † primò, niſi expediret minori donare, ſecundum
Panor. in c. cęterum. ad fi de dona Ratio eſt, quia tutores, &
34 curatores poſſunt diminuere patrimonium † minoris pro il
lius ſalute, ſecundum Alex. in l. præſes, nu. 5. C. de tranſa.
35 Limita † ſecundo, & vltimò in tutore, & curatore regis,
9 † Si autem pater emancipauerit filium ſuum, & tutorem teſtamentarium illi reliquerit, erit confirmandus a iudice, aliter non valebit tutela, nec erit hoc caſu neceſſaria ultra confirmationem inquiſitio, hoc eſt, quod iudex inquirat, an talis
10 tutor ſit diues, vel non, aut dederit fideiuſſorem, † quia quoquomodo reperietur iſte tutor erit relinquēdus, licet in matre dante tutorem filio ſuo in teſtamento non procedat, ſed debet confirmari a iudice cum inquiſitione, vt per glo. fina. in §. fina inſtitu. de tutel. & ibi per Doc qui ponūt rationem diuerſitatis, & eſt tex. in l prima. C de confir. tutorum, ubi iudex confirmabit illum cum cognitione cauſæ, & tutor ſimiliter poterit ſe excuſare, & erit iſto caſu neceſſaria ꝑpinquorum citatio, ut per Alex. conſi 86. viſis dubitationibus, col. 1. volum. 2. Tiraq. in ſuo tract. res inter alios acta, in limitatio. 43. col. mihi 25. addent. ad Matheſila. ſingu. 107. numero 5. & Deci. in l. quo tutela §. nemo, numero 2 ff de reg. iur. vbi dicit procedere filio hærede non inſtituto: nam in inſtituto requiritur confirmatio cum minori inquiſitione, vt per Bart. l. puto. § mater, nu. 2. ff. de leg. 2.

Et intellige, matrem poſſe filio inſtituto dare tutorem in teſtamento, niſi pater prius in ſuo elogio tutorem teſtamentarium feciſſet, quia iſto caſu non poterit mater alium dare
11 tutorem in teſtamento ſuo, nam † tutorem habenti tutor dari non poteſt. §. interdum, inſtitutio. de curato. niſi quem velit, tutorem dare hærede̅ inſtituat, & roget, ut filio ipſius teſtatricis cum is ad pubertatem venerit hæreditatem plenam reſtituat, & exprimat ſe ita teſtamentum facere, ut melius filio cōſulatur hærede ſcripto adminiſtrante bona dum filius ſit pubes, & mandet interim pupillo alimenta præſtari ex fructibus hæreditatis, quia iſto caſu hæres ſcriptus, & rogatus reſtituere filio cenſebitur adminiſtrator, & ſic tutor electus potius quam hæres, & reſtituat filio hæreditatem vna cum fructibus perceptis abſque detractione Trebellianicæ, l. fideicōmiſſi § cum Pollidius. ff. de viur. gl. in l. in fideicommiſſaria. §. fi. ff ad Trebell. in verbo fideicommiſſum cadit, & ibi Alexan. & prædicta refert, & ſequitur Duran. de Arte teſtan. titulo de tutore, caut. 4. pupillo, nume. 2. & ſeq. vbi dicit procedere etiam inter partes cupientes filios ſuos bona non dilapidare, quam cautelam, etſi videatur vtilis, non approbo propter dubium litis euentum.

An hæres inſtitutus, vt inſtitutus faceret fructus ſuos vltra alimenta, & præmoriente filio ante pubertatem tota hæreditas ad ipſum hæredem remanere debeat, & non ad hæredes filij impuberis iure tranſmiſſionis, iuxta late tradita per
12 Rui. conſi. 54. & conſi. 206. vol. 2. vbi concludit, quod † ſi vſufructuarius ſit hæres inſtitutus in vſufructu, & poſt eius mortem Sempronius hæres vniuerſalis, quod ſi Sempronius moritur ante vſufructuarium, quod vſufructuarius erit hæres vniuerſalis bonorum, & vſusfructus, & ad eius hæredes tranſmittet hæreditatem, de quo late dixi in titu. de vſufructu, ca.
13 9. num. ... verſi. ſi autem mulier, ideo † melius erit dare curatorem bonis vſque ad legitimam ætatem, tanquam datus filio dilucida interualla non habenti, propter fragilitatem, & debilitatem intellectus, ad notata per Are & Chriſto. Porci. §. furioſi, inſtit. de curat. & per Dec. in l. quo tutela. §. nemo. ff. de reg. iur & per Alex. conſi. 189. viſo ſtatuto, numero ſecūdo, volumine 7. & Crau de indemnit. mulier. numero 8. car. 240. quamuis hoc remedium etiam non videatur tutum, cū tutor, aut curator iam a patre ſit conſtitutus, ut per Iaco. Machel. patroci. 2. numero 9. & ſeq. ſed vide Roderic. Soarez. in l, quoniam in prioribus, limit. 1. nu. 10. C. de inoff. teſtam. & §. interdum, & ibi glo. inſti. de curatori.

14 † Et eſt aduertendum, quod quando plures ſunt dati tutores in teſtamento, licet nō teneantur ſatiſdare de adminiſtratione reddenda etiam quando confirmari debeant cum inquiſitione, vel ſine. §. primo, & 2. inſti. de ſatiſda. tut. gl. in d. §. fi. inſti. de tutel. & Bar. in l. 1. ff. rem pupil. ſal. for.

Tamen quando vnus vult adminiſtrare, tenetur alijs contutoribus ſatiſdare de indemnitate pupilli, & ipſorum contutorum, niſi a teſtatore fuerit aſcriptus ad adminiſtrandum. § de iis, inſtit. de ſatiſda. tuto.

15 † Quia omnes in ſolidum tenentur reddere adminiſtrationem pupillo infra triginta annos, ut per Arc. §. actionum, nu. 37. verſi. decimoquarto, inſtitu. de actio. Boeri. deciſio. 59 & Vant. de nullit. ex defe. inhabilit. numero 80. verſicu. præmiſſa. car. 150.

16 † Tametſi poſſit petere beneficium diuiſionis, ſi ſunt ſoluendo de adminiſtratis infra pupillarem ætatem, & non vltra vt per Boer. deciſio. 59 Hippoly. in rubrica de fideiuſſori. nu. 188. verſi. nam connexorum.

17 † Et hoc niſi in huiuſmodi tutelis adeſſet iuramentū, quia tunc beneficium diuiſionis non poteſt peti, cum ſit ſeruandum in ſua forma ſpecifica, & non poſſit adimpleri per æquipollens, & propter huiuſmodi iuramentum cenſeatur expreſſe conuentum de non petendo beneficium diuiſionis, ſecundum Bal. in l. 1. § ſed ſi. ff. quemadmo. teſtamen. aper. & ita tenet Fran. Marc. deciſ. 217 quæritur ſuper cauſa compulſoriarum, in 2. par. faciunt late tradita per Rolan. a Valle conſi. 13. nu. 14. uol. 1 & conſi. 31. nu 6. vol. 2.

Et aſcriptus ad adminiſtrandum quis cenſetur, quando teſtator reliquit uxorem vel aliam perſonam dominam, maſſariam, adminiſtratricem, & gubernatricem domus, & filiorum ſuorum, vt per Boer. deciſio. 124 addit. ad Roma. ſingul. 165. committo, & Capic. deciſio. 129.

18 † Si autem iſte tutor allegaretur ſuſpectus, dubium facit, an in totum eſſet remouendus, uel alius aſſociandus. In tutore non coniuncto, nulli dubium eſt, quod in totum remouēdus. Si autem eſt coniunctus eſt ei dandus conſocius, ſi ſuſpitio ſit debilis, & parui momenti, vt dicit Barto. in l. ſi tutor

ab

ab alio,ff de ſuſpe.tut.& in l.vero procuratori.§. ſunt quidã,
& ibi etiam Pau.de Caſt.ff.de ſolutio.& Are.§.ſciendum,ſub
nu.4 in glo.in verbo dicendum,inſtit. de ſuſpec.tuto.& ideo
19 † pendente lite ſuper ſuſpitione huiuſmodi non debet ei ad-
miniſtratio interdici,vt per Bar.in d.l ſi tutor ab alio,nu.ter-
tio,& in d.§.ſunt quidam,nu.3 & 4.& in l.ſi forte.§ primo,ff.
eod.& Manſuer.in ſua praxi.titu.de tutore, & curatore, nu.
13.car.19.licet Are.in §.ſuſpectus autem.nu.2 inſtitutio.de
ſuſp.tuto.& Afflic.deciſio.307.nu.quinto,teneant in totum
eſſe remouendum,& lite conteſtata adminiſtrationem inter
dicendam,vbi alios allegant,tamen a prima opinione nõ eſt
recedendum,quia eſt communis,quam etiam ſequitur,& te
net Specu.titulo de actore,verſicu. item quod eſt tutor,ſub
nu.15.& Affl.c.in trac de iure prothomiſ.in rub.num. 18.&
præcipue (ut dixi) quando tutor eſſet ſuſpectus ex debili cã,
vt etiam conſiderat Pau. de Caſtro, conſilio 355. poſtquam
iſte tutor,vol.2.in antiquis,ſecus ſi non fecerit inuentarium,
vel bona dilapidauerit,aut pupillum ante tẽpus,uel non con
digno maritare voluerit,quia tunc in totum eſt remouendus
tutor,etiam quod eſſet mater.aut auia,ut per Afflic. deciſio.
207.in fine,& Boer.deciſ.13.nu 100.& ſequenti,& Crau. cõ-
ſilio 190.& Soc.conſilio 193.nu.ſecundo,vol.ſecundo, & ita
poſſunt concordari contraria,ſupra allegata,& Corn.Benin-
caſ.tract.de paupet.q 9. ſpeciali 10.nu.32. vbi loquitur in in-
uentario non pleno,& imperfecto,& Bar.l. 1.§. ſolent,nu. 3.
3.ff.de off.præſe.urb.

20 † Sed ſi iſte tutor antequam accuſaretur ſuſpectus ſolẽnia
non facta fecerit , non poterit per hoc accuſari poſtea ſuſpe-
ctus,& admittetur ad agendum,& ad adminiſtrandum,Bar.
in l.tutor,qui repertorium,columna ſecunda.ff.de adminiſt.
tuto.quem refert,& ſequitur Capici.deciſio.50.in cauſa Iaco
bi,nu.3.Deci.conſi.274 ſub nu.6 Ruin.conſi.29 nu.10.conſi
lio 89 nu.9 vol.quinto,& conſilio 108.nu.15. vol.1.attento
quod non reperitur iure cautum,infra quod tempus debeãt
iſta ſolemnia fieri per ſupradicta, merito ante exceptionem,
& oppoſitionem factam ab accuſare nolente audiendus erit
tutor prædicta adimplere volens, ſecus ſi poſt querelam fa-
ctam de remouendo eum a tutela ob ſolemnia non facta vo
luerit adimplere, & facere,quia tunc non erit audiendus, &
vt ſuſpectus remouendus,propter ius quæſitum dicto pupil-
lo,& querelanti,ut per Bello.conſilio 54 nu.11.vbi conſuluit
21 † quod vxor vſuſructuaria omnium bonorum allegata ſuſpe
cta propter dilapidationem,& ſatiſdationem ac inuentarium
non factum non debet audiri,ſi voluerit poſt oppoſitionem
factam ab hærede facere inuentarium, & ſatisdare , & ſimili-
ter habetur per Doctores,quod donatio excedens ſummam
quingentorum debeat inſinuari,aliter non valeat ſi non fue
rit inſinuata,& opponatur ad præiudicium excipiẽtis,cui fuit
per exceptionem ius quæſitum,& ſic re non integra,non ad
mittitur pœnitentia,l.videamus,§ penul.ff.loca.& tradit Pau.
de Caſtro conſi.260.ſub num. ſexto,volumine primo. Alex.
cõſilio 237.perſpectis,numero 13.volumine ſeptimo,& Hip
poly.ſingula 489.quando a lege,& faciunt adducta per Dec.
in l.in ambiguis,§.non eſt nouum,nu 4.& ſeq.ff.de regu.iur,
22 ubi † factum illud quod eſt prohibitum a lege, parte non op
ponente,valet,& tenet opponente parte non valet,& maxi-
me prædicta procederent , ſi iſte tutor ante ſolemnia cœpiſ-
ſet adminiſtrare.ad notata per Plot.l.ſi quando,nu.389. verſi,
tertiodecimo C.vnde vi,& quando differt,dicitur eſſe in do
lo,ad notata etiam per Do.Bero. q 62.nu.tertio,

De iſtis autem tutoribus teſtamentarijs,legitimis , dati-
uis,& anomalis habetur etiam per Paulum de Caſtro dicto
conſi.355.in ſecundo vol.in antiq quod eſt in nouis in conſ.
* vol.* * & plene habetur per Spec.in tit.de tutore.

23 † Et debet tutor,& curator ad hoc,ut poſſit adminiſtrare,
& gerere ſe pro tutore,& curatore . Primo ſibi decerni face-
re tutelam etiam teſtamentariam,& illius adminiſtrationem
cum decreto iudicis. Secundo inuentarium facere. Tertio ſa
tiſdare rem pupilli ſaluam fore. Quarto iurare utilia facere,&
inutilia prætermittere. Quinto promittere expreſſe defenſio
nem pro pupillo ſuſcipere. Alias ſi prædicta non fecerit,& ꝓ
tutore ſe geſſerit, iudicium erit nullum , & adminiſtratio in-
ualida,etiam quod poſtea omnia prædicta feciſſet,ut per Bar
tol.in l.legitimos,in princ.nu.7.& ſequen. ff. de legit. tuto.la
te per Are.§.actionum,nu.33.in fi.& nu.ſeq.inſtit.de action.
Rui.conſi 29 nu.10 volu.5. ubi pulchre. & Stepha. Aufre.in
additio,ad Capel.Tholoſa.deciſio 63.& infra tangam,nu.57,

24 † Et ſi eſt mater,aut auia,quæ velit eſſe tutrix,poſtquã cæ-
teris præfertur. Afflict.deciſio 281.debet ultra ſupradicta pro
mittere,cum expreſſa hypotheca bonorum ſuorum,& renũ
ciare Velleiano, ſecũdis nuptiis,& omni legum auxilio.alias
non erit legitima tutrix,ut per Are.in d. § actionum,ſub nu,
41.& Capi.deciſ.59.in cauſa Iacobi,ubi hæc omnia cõgerit,

& Deci.in l.fœminæ,nu.18.& ibi apoſtilla,ubi dicit hoc non
procedere in alijs fœminis propinquis, quæ non poſſunt eſſe
tutrices,& Rolan.a Valle conſi.76 nu.5.uol.1.

25 † Et ſi hæc ſolemnia mas & fœmina non fecerint,acto-
rem etiam pro pupillo conſtituere non poterunt, & omnia
acta,& actitata,ac geſta in iudicio , & extra erunt nullius va-
loris,& momenti,quo ad præiudicium ipſius pupilli. Non au
tem quo ad eius commodum,& fauorem,vt per Afflic.deci.
262. Are.§ præterea,il ſecondo, nu. 39 & ſequen.inſtit.de ex
ceptio.Pau.de Caſtro,d.conſi.355. volum ſecundo. Alexan.
conſ.129.ponderatis,volum.1 Aretin. in tracta.de teſtamen.
gl 96 Maran.Spec.aur in quarta parte,16.diſtinct. num 33.
verſi.decimoquinto,& Fran.Marc.deciſ.99.ſub nu 6.in 2.par.
qui dicit,poſſe tamen huiuſmodi tutorem repelli a limine iu
dicii,licet acta remaneant valida , & numero quinto dicit,ꝙ
26 † iſta exceptio falſi tutoris, & procuratoris poteſt opponi in
quacunque parte litis,nec poteſt procurator,aut tutor dice-
re poſtea ſe agere uelle vt coniuncta perſona, poſtquam egit
27 tutorio nomine,alias ſecus eſſet cum promiſſione rati,& † ꝙ
ſi aduerſarius ſcienter omitteret opponere hanc exceptionẽ
vſque ad finem litis,videretur eſſe in culpa,nec haberet actio
nem ad expenſas,vel intereſſe ſecundum Baldum, & Barto-
lum in l.licet. C.de procur.quia dolus cum dolo compenſa-
retur,ad notata in capitulo,exceptionem,de exceptio. ſecus
ſi ipſa pars differret producere eius iura,inſtrumenta, & ſen-
tentias vſque ad finem litis, quia tunc licet obtineret in cau-
ſa,deberet condemnari in expenſis, poſtquam doloſe diſtu-
lit producere eius iura contra actorem cauſa eũ vexandi ſum
mis ſumptibus,ut per Dec.nu.nono,& Cagnol.nu. 24.& ſe-
quenti,in l.qui in alterius,ff. de regulis iuris, addent. ad Mat-
thæi.ſingul.53 nota practicam,& Maran.Spec.aur. in 6.par,
memb 7.nu 2 cum ſimilibus.

Et hoc procedere debet,quando prædicta iura, & inſtru
menta fuiſſent celebrata cum alio, quam cum actore, ſecus
ſi cum ipſo actore , qui habuit , ſeu potuit habere ſcientiam
prædictorum,& aduerſarius copiam dare non tenebatur, vt
voluit Bal.in l.2.ff.de edendo. Alexan.d.conſilio 206 nu.7.&
8.vol.7.ſentit Dec.conſilio 303.pro tenui facultate,& Franc.
Turzan.in ſuis comm. opinio. quæſtione 149. regula,in fine.
& Prac.Pap.in for.oppoſi.contra inſtrumen.in gl.cum anno
nu.7.merito fac regulam,quod differẽs proponere exceptio
nem vſque ad finem litis doloſe non debet obtinere in expẽ
ſis,& intereſſe,& differens producere eius iura, & inſtrumen
ta occulta parti aduerſæ,licet obtineat,debet in expenſis, &
intereſſe condemnari,ſi autem vtraq; pars erat ſciens,& vtra
que doloſe tacuit,neuter eorum debet in expenſis,& intereſ
ſe condemnari per prædicta.

28 † Et ideo aduerſarius caute agendo copiam ſimilium tute
læ, & curæ petere debet ad effectum videndi , nunquid vali-
dæ ſint,& repellendi eos,qui ſucceſſu temporis geſta cum il-
lis impugnare velint,ut per Aretin.d.§.præterea,nume.35 &
ſeq.inſtitutio de exceptio & § actionum,nu.5.verſic.quid ſi
tutor,inſtitutio.de actio.Maran.Spec.aur.in ſexta parte,in 9.
memb.nu.3.Crauc.conſi.225.lib.2.& late per Sebaſtia. Van.
de nullit.ſent.ex defe.inhabil.ſeu manda. comp.nu.148.& ſe
quen.verſi.inſuper ſi actor,vbi præd. loqui videtur in reo ex
cipiente,& tangam infra nu.63.& ſequen. & Are.in § actio-
num,ſub nu 50.uer.quid ſi tutor,inſtit. de actio.dat modum
excipiendi,& Fran.Hercul tract.de modo proban. nega.nu-
mero 68.

29 † Actor uero debet citare minorem , ut legitime compa-
reat,& ſi comparet cum tutore, poteſt opponere de tutela il
legitima, quia non fecit facienda, & ideo audiendus non eſt
minor,uel tutor,donec copiam tutelæ non dederit, ne iudi-
cium pro ſui parte ſit eluſorium,& ne ipſe actor condemne-
tur in expenſis,iuxta not.per Barto in l hæc autem.§ non de
fendi,ff ex quibus cauſis maior.in poſſeſſ.eat. Tiraquel.de re
tract lignag.§.1.gl.13.nu.17.& ſeq & Crauet.d.conſi.225 nu.
3.& per Are.d.§ actionum autem,ſub nu.50.ver. quid ſi tu-
tor,inſtit.de actio.ubi dat practicam excipiendi.

30 † Quia debet actor eſſe inſtructus,& paratus ad iudicium ,
& conditionem aduerſarij diligenter perſcrutari,per tradita
per Lanfrancum in capitulo,quoniam contra , de probatio.
tit.de expen nu 4 verſicu notate ſingulariter circa materiã,
vbi ponit multa exempla,& dicit quod iſto caſu condemna-
ri debet in expenſis actor ex capite temerario,& non ex capi
te præſumptæ calumniæ,quia debet in primis cõſiderare om
nia quæ de iure impediunt actorem agere, ſi verificarentur
per aduerſarium,& ponit exemplum in emptore agente cõ-
tra conductorem habẽtem ius in res quia debet iſte emptor
conſulere aduocatum,& videre , an conductor habeat bona
conducta ſibi obligata.

Et licet acta facta in fauorem pupilli valeãt per tutorem
illegiti-

illegitimum,& ipſe repelli poſſit,ut ſupra dictum eſt ; tamen
hoc intelligi debet pupillo uolente , & ratum habente ante
31 oppoſitionem factam ab aduerſario de inualiditate actus,† q
ſi ratificare noluerit,actus non ualebit, nec tranſibit ad hære
des minoris talis ratificatio,ut dicit D.Beio.quæſtio, 103.fa-
cta fuit.Plot.l.ſi quando,nu.12.C. vnde vi, & pulchre,ac late
per Arri.Pinel.l.1.in 3.par.nu. 31.& ſeq C.de bon.mater.
32 † Nec fructus faciet ſuos ille, qui habuerit rem minoris &
in ſolutum a tutore falſo,vel illegitimo, ſi minor non ratifica
uerit tempore habili contractum , & poterit contra empto-
rem,& venditorem iurati in litem circa fructus, damna , ex-
penſas,& intereſſe per ipſum minorem.Pet.Duen.regu.186.
Decretum,amplia.2.apoſtilla ad Bar.in l.ſi ſe non obtulit,nu
me.1.ff de re iudic.& not.tex.in l. ſi contra.C ſi quis pignor.
rem minor.Dec.cõſilio 403.numero 11 & numero 19 & per
Plot.in l.ſi quando , numero 203. verſiculo,& ſicuti poteſt.
C.vnde vi , qui a numero 198. vſque ad numerum 234 plura
etiam congerit contra tutores , & curatores in fauorem mi-
33 norum † quia emptor tenetur ſe informare prius de poteſta
te venditoris,& de auctoritate tutoris, & curatoris,ad nota-
ta per Lanfranc.capitulo,quoniam contra, de probatio. titu.
de expenſis, numero quarto , verſiculo,notate ſingulariter,
34 & † tutor à die petitionis,vel exceptionis factæ per actorem
& emptorem tenetur oſtendere inſtrumentum tutelæ,& da-
re copiam modo prædicto. Aretinus,§.actionum, nume. 50.
inſtitution.de action.Fran.Hercul.de modo probandi negati
uam, nu.88.verſi.ex hac limitatione, & nu. ſeq & Rota Bo-
non deciſion. 18.& Fran.Marc. deciſio. 131. in prima par.&
deciſio.592.in ſecunda par.
35 † Et ideo contrahens cum tutore,curatore,& procurato-
re abſque eo quod faciat exhibere, ſeu ſibi oſtẽdere tutelam
curam,aut mãdatum,dicitur eſſe in dolo,& mala fide, & fru-
ctus non lucratur, ut dixi,& l.quod ſi minor,§ reſtitutio, &
ibi gl.ff de minor. & ſequitur Dec.conſi. 255. ſub numero 3.
Afflic.deciſio 87.num.5.pulchre Rolan.a Valle conſi. 18 nu.
86.volum 2.& per Bar.in l.patri,§.ſi pecuniam,ff. de minori.
Roma ſingul 534.tu habes. Pariſ.conſilio 100 nu. 33. vol 1.
Ruin conſi.168 nu 23.uolumine primo, & Iacob Menoch.
in tract.de recupera.poſſeſſio.in 15.remedio,quæſtio 40.nu.
580.& ſequen.verſic.Secunda eſt concluſio, & nu.607.qui di
cit procedere annullato contractu , & non ſequuta ratihabi-
tione,& in procuratore,& fratre alienante nomine ſuo pro
prio,& nomine alterius,loquitur Baldus de præſcriptio,in ſe
cunda parte. 3 part quæſtio.1.nu. 5 & Rota Bonon.deciſ. 18.
quidam emerat,& Rui.dicto conſilio 168.numero 23. uolu-
mine primo.vbi dicunt emptorem non lucrari fructus, quia
debebat uidere,an venditor poterat dicto nomine vendere ,
& quod titulus non excuſat a fructibus in re minoris , tenet
etiam Fran.Cremen.ſing.134.tu ſcis quod titulus, & non ua-
let venditio etiam pro parte venditoris emptore nolente,&
etiam ſi venditor promittat emptorem manu tenere in re
vendita,ut per Plot.in l.ſi quando,num.500.verſiculo,tertio
etiam.C.vnde vi.

Et ideo dixi Petraſanctæ quod inſolutum factum in bonis
Dominæ Iuliæ de Nutis citato Hieronymo , vti tutore, cum
ſolemnia non fecerit, erat nullum,& inualidum,& cõſequẽ-
ter emptio poſtea facta per ſer Vincentium de Gerrinis , &
locatio ab ipſo ipſi Hieronymo dicto nomine , poſtea facta
cum pacto alteri non vendendo, donec maritabitur Domi-
na Iulia minor, poſtquam ipſa non ratificauit , nec ratificare
irreuocabiliter potuit,propter minorem ætatem , ad notata
per Plotum in l.ſi quando,nume.12 uerſic ſic & donatio,C.
vnde vi,& Ari,Pinel.in l 1.in 3 par.nume.36. C. de bon ma-
ter. Nec fructus lucratus fuit. licet ad hoc aduocati non ad-
uerterint,quamuis a iudice fuiſſet inſolutum datum,& facta
immiſſio,per d.l.ſi contra.C.ſi quis igno.rem minor. & l.ſed
ex cauſa.ff.de minor.in principio.Alexander cõſilio 67.vide-
retur,uolumine quinto Pariſ. dicto cõſilio 100. numero 33.
volumine primo.Afflic.deciſio.218.numero 4. & 5. Felin.in
capitulo,conſultationibus,numero 8. de officio iudic. dele-
ga Dec.conſilio 60 ſub numero 20,conſilio 481.numero 3.
Maran.ſpec aur.in 4.par.in 16.diſtinc.numero 33. & Franc.
Marc deciſio.21.an iuramentum,in fine,in prima parte,tex.
in l.quod ſi minor,& §. reſtitutio, ff. de minori. qui uidetur
36 innuere † quod ſi pretium ſolutum minori aut tutori illegi-
timo fuerit conuerſum in utilitatem minoris, quod propter
intereſſe pretij ſoluti fructus non erunt reſtituendi, per gl. in
capitulo,conqueſtus,de vſur.tanquam uſuræ recompenſatio
riæ,quæ omni iure admittuntur,quæ dantur in compẽſatio-
nem eius,quod iuſte competebat,l.curabit,& ibi Cagnol,co
lumna ſecunda C.de actio.empti & plura accumulat diligen
tiſſimus Didac.Couar varia reſol.capitulo quarto , libro ſe-
cundo,numero 1.3 & 5.& Rota Bonon.deciſio.29.numero
6.niſi dicas loqui in emptione facta ſine dolo cum omnibus
ſolemnitatibus,ſed ex capite læſionis reſcindi per reſtitutio-
nem in integrum,vt ibi dicit Fran.Marc dicta deciſio. 21.qui
recte intuenti loqui non poteſt de venditione perfecta.cum
præſupponat precium reſtituendum per minorem,alias vide
37 retur male loqui,† quia minor poteſt duobus modis reſtitui
in integrum aduerſus venditionem,vno modo,quia non fue
runt obſeruata ſolemnia,nec facta fienda. Alio modo, quia
male vendidit,& perfecta fuit venditio. Primo caſu reſtitui-
tur aduerſus venditionem per titulum, C.ſi aduer. vendi. ut
ipſe hẽat rem,ſicut ſi uẽditio facta nõ fuiſſet. Et ſic remedio,
ordinario,l.ſi cauſæ cognitione & hoc verſabit,ff.de minori
bus.Secũdo caſu reſtituitur in integrum, ut pretium ſupplea
tur,vſque ad congruam,& idoneam æſtimationem, & valu-
tam,non tamen ut venditio reſcindatur, quod eſſet notãdũ,
ut dicit Banol in l.ſi quidem C.de præd.minor Abb.in cap.
conſtitutus,in fin,column.de in integ.reſti.& pulchre habe
tur per Rolan.conſi 39.num.3.4.volum.1. & per doctiſſimũ
Roderic.Soarez in ſua allega. 21.in cauſa iſta,nume 5. & ſeq.
& infra nume.77.& in diuiſione loquitur Villalob.in ſuis cõ-
munibus opin.verbo diuiſio,num 87 ideo cogita, quia non
videtur æquum,ut minor recuperet fructus, & pretium con
uerſum in eius vtilitatem emptori reſtituet abſque aliqua re
compenſatione,iuxta not.per Didac.Couar.d cap.num. 1.&
ſeq.& Roder.Soarez in allegatio.26.nu.3 car.277. & Didac.
c.peccatum,in tertia parte,§.1.nume 3 de reg iur.in 6.& præ
cipue cum ſit locupletatus,alias ſecus videretur dicendum ,
ut no.Plot.in d l.ſi quando,nume.546.verſi.negotiorum ge
ſtorum,C.vndè vi,& Didac.uariar.reſolu.lib.1 cap.3 nume.
6.uerſic.tertia concluſio,& eſt glo.in l.ſed ubi,ff de minorib.
vnde cõſidera,an ex illo pretio ſit emptum prædium, aut res
fructuoſa,& fructus perceperit,quia tunc reſtituet fructus.
38 † Poſtquam vero tutor , & curator fuerit legitime conſti-
tutus,& fecerit ſolemnia,poterit adminiſtrare bona pupilli,
& eſſe in iudicio,& actorem conſtituere, non autem procu-
ratorem,& bona pupilli recte,& fideliter adminiſtrare debet
& non minorem curam,affectionem,& diligentiam habere
in gubernando & adminiſtrando rem pupilli,quam propriã.
Aliter de neglectis,& male adminiſtratis , & conſumptis in
debite tenebitur, § igitur inſtitut de obliga quæ ex qua cõ-
trac. naſcun Dec.conſi.192 ſub numero 5.in fin. & Plot. in l.
ſi quando,numero 214.uerſicu tutor,ac curator,C vnde vi,
vbi ſub nu 440 & ſeq.& nume. 546. & ſeq. dicit poſſe contra
ipſum iurari in litem de damnis,expenſis, & intereſſe, niſi eſ-
ſet ruſticus groſſus,& Bar in l fin ff de adminiſt tuto. & in l.
quod Nerua,nu. 33 ff depoſi & Dec.in l.contractus,nu. ... ff.
de reg.iur.Aloyſ de Albert.ſing 70.
39 † Et ideo ſi mouerit litem pro pupillo contra aliquem, te-
netur cauere de iudicio ſiſti,& iudicatum ſoluendo, l ſanci-
mus,§ defenſionem,C de adminiſtra. tuto. Nepos a Monte
in tract.de exceptio.artic.11. nu.13 facit quod dicit Spec titu.
de procura.§ 2.ſub nu.6 verſicu item quod conſtituens, &
Barto.in l ſi tutor,num.2 C.in quib. cau.in integ. reſtitu.non
eſt neceſſ.
40 Quod intellige,ſi petitum fuerit,†quia quælibet diſpoſitio
arctans aliquem ad fideiubendum,vel iudicem ad aliquid fa
ciendum in iudicio intelligitur,ſi petitum fuerit citata parte
alias non tenetur fideiubere,& iudicium valebit, ut l. 1. vbi
Barto.C.de Magiſt conuen.Felin cap ſignificauerunt,de ex-
cep.Alex.conſi 183.ſub nume 1.uol 6. Corſet. ſing. in uerbo
index,il primo.Paris a Put de ſind in c. poteſtas cum annua.
col.2.in fi & in cap.an,& quando,Pau.de Caſt.in l.peto,§.fra
tre,in fi.ff.de lega.2 Dec conſi 276.nu.3.Hippoly.in l.vnius fa
cinoris,§.cognitiorum,nume.12.& ſequen.ff.de quæſt.Miſin
ger.Centuria prima,obſeruat 6 Rota Bonon.deci.55.& pul-
chre per Alexan in conſi 96.viſis narratis,nume.1.volum.4.
conſi.45.viſis atteſtationibus,uerſicu.non probat etiam alia
41 ratione,volum.2 vbi dicit quod ſi extat ſtatutum,quod ſo
ror non ſuccedat in hæreditate fratris,aut matris, & oppona
tur,quod hoc ſtatutum non fuit in vſu , & quod (caſu eue-
niente) quælibet ſoror ſucceſſit in hæreditate fratris,aut ma
tris,non obſtante prædicto ſtatuto,tamen prædictum ſtatu-
tum habebit locum , niſi primo probetur , quod hoc petitũ
fuerit,& conceſſum,& quod a principio dictum ſtatutũ non
fuerit moribus utentium approbatum , & ſequitur pulchre
Benintend. in Ror.Bonon. deciſio. 13. numero 9.& plura
congerit Roderic.Soarez in proœmio Fori,numero 12.& ſe
quen.quod facit ad deciſionem ſtatuti Vulterrani poſiti ſub
rubrica 99.incipien.Quomodo filiæ dotatæ ſuccedant in do
te earum matri,vbi habetur,quod filiæ dotatæ in tanta quan
titate,in quanta erat dotata mater earum,non poſſunt ſucce
dere in dote materna ſtantibus maſculis,& tamen Dominus
Camillus ſocer meus,ac I.V.D. celeberrimus,mihi dixit hu-
iuſmodi

iuſmodi ſtatutum Volaterris non obſeruari, & habere cau-
ſam in promptu propriam ſi obſeruaretur, ad quod reſpondi
difficillime poſſe probari huiuſmodi ſtatutum non eſſe in ui
ridi obſeruantia, & quod a principio ſtatuti conditi non fue
rit moribus utentium approbatum, cum lex totum contra
42 rium præſumat † & qui contrarium dicit, ei incumbit onus
probandi, l. Arriani C. de hæreti. Benintend. decisio. 10. num.
10. Iaſ. in l. rem non nouam, C. de iudic. Rolan. a Valle conſil.
90. nume. 54 volum. 1. & de luc. dot. q. 99. in fin. Deci. conſi.
649 colum. pen. Alexan. conſi. 132. num. 2. & 3. uolum. 1. & la
te per Parid. de ſind. c. ſtatutum, colum. 1. Nam debet proba
re caſum eueniſſe, & fuiſſe peritum contradicendo, & conceſ
ſum propter huiuſmodi conſuetudinem ſtatuto derogato-
riam, & non ex alia cauſa, ut per Crauet. conſi. 171. num. 14.
& conſi. 197 ſub nume. 12 & ſeq. vol. 1. Bello. conſi. 8. nu. 15.
& quod a principio huiuſmodi ſtatutum non fuit moribus
utentium approbatum per ſupra allegata, & per Ferta. caut.
52. numero 4. & quinto, & Rolan. a Valle conſilio 69. nume.
5. & nu 39. vol. 2.

Et ita ſunt intelligenda adducta per Rolan a Valle, conſ.
99. viſo ſtatuto, nume. 9 volum 2. & in ſuo tracta. de luc. dot.
q. 99. proponitur, & per Plot. in l ſi quando, nume. 321. uerſic.
primo quotieſcunque, C. unde vi qui concludunt, ſtatutum
per decennium moribus utentium non approbatum nō va-
lere, nec attendi debere, quia loquuntur, quando a principio
non fuit vſu receptum, & ſic initium ſtatuti, & non medium,
aut finis eſt probandum ab omnibus non fuiſſe approbatū,
alias deficeret in ſalutari ſuo, & dato quod eſſet probatū vſu
non receptum, tamen videretur dicendum ſtatutum Vulter
ranum habere locum circa illas perſonas tantummodo, quę
obtinuiſſent contradicendo, nam in aliis hæreditatibus ſimi-
libus ſufficeret eis probare, ita alias obtinuiſſe propter non
vſum, ſecus quoad alias perſonas ad notata per Abb in capit.
43 cum olim, colum. 2. de cler. coniuga. ubi dicit † quod vbicun
que lex generalis recipitur in vſu a certo genere perſonarum,
& a certo non recipitur, non recipientes non peccant poſt
multa tempora, niſi in eodem genere perſonarum a maiori
parte fuiſſet recepta, & dixit Bello conſi. 2 nume. 17 & conſi.
8. nume. 13. & ſequen. quod præſcriptio eſt reſtringenda tan-
tum ad eos, qui fuerunt in poſſeſſione, & nō ad alios, & ideo
ſi plures nobiles in aliqua ciuitate præſcripſiſſent ius non ſol
uendi collectas, vel cuſtodiam non faciendi, nō poſſet alius
nobilis, qui veniret habitatum in eadem Ciuitate tueri ſe a
ſolutione propter immunitatem aliorum ratione nobilita-
tis, quia quo ad eum dicere poſſet ciuitas, ſeu ſtatutum, quo
ad te liberum eſt ius noſtrum, quod tamen non puto uerum
in caſu ſtatuti Vulterrani, cum omnes ſint præſentes, & aga-
tur de conſuetudine inducenda ſuper iure vniuerſali per ſu-
pradicta, & per Craue. conſi. 55. lib. 1.

44 Et corroborantur ſupradicta ex eo † quia agitur de cōſue
tudine probanda contraria ſtatuto, quæ reſpicit deciſionem
cauſæ, & litis, quæ in facto conſiſtit, & illa plene debet proba-
ri, ut per Bar in l. de quibus, colum. 12 uerſi. & probatur con
ſuetudo per teſtes, ff de legib & in l. 2. in 28. q. in fin. C quæ ſit
longa conſuet. & talis probatio debet fieri cum omnib. eius
qualitatibus, vt per Soci. in conſi. 111. in 4. volum. & plura re-
quiruntur, adeo quod difficilis reputatur talis probatio, ut la
te tradunt Doct in d. l. de quibus, & in d. l. 2. Deci conſi 215.
conſi 420. ſub nume 8. conſi. 473. & conſi. 538 & Roch. de
Curte in ſuo tract de conſuetudi. in 6. q. capitulo fi. & præci-
pue quod appareat tacitū conſenſum populi, vel maioris par
tis interueniſſe, ut ſignanter tradit Cyo. in d. l. ſecunda, col. 12.
verſiculo, ſed quæro, quod deponant teſtes. Alexan conſilio
173. viſo, & diligenter conſiderato, vol. 6. & in conſi. 131. co-
lumna penul. uerſic. Nec obſtat ſi diceretur, & in conſi. 136.
In cauſa, & lite, uolum 2 & late per Villalob. commu. opi. in
45 uerbo conſuetudo, nume. 181. ubi dicit cōmunem, & † quan
do inducere uolentes conſuetudinem non habent facultatē
condendi ſtatuta, niſi cum confirmatione ſuperioris, tunc
non poſſunt inducere talem conſuetudinem ſine ſcientia ſu
perioris, ut per Alex d. conſilio 173. ſub num. 8. Corn. conſil.
293. col. 10. lit. A. uerſic. nec etiam obſtat dicta obſeruantia,
volum. 3. ſentit Roch de Curte tract. de conſuetudine, ſectio
ne 4. numero 24 verſiculo, quartum requiſitum, ibi, Ad-
uertendum tamen. car. 55. & Pet. a Raue. tract. de conſue.
ſectio. 3 car. 132.

Quod ſecus eſſet, ſi ſtatuentes poſſent de per ſe ſtatuta cō
dere ſine approbatione ſuperioris, ut pro regula poſuit Petr.
Duen regul. 141. conſuetudo, & Rolan. de luc. dot q. 99 nu-
46 me. 12. & † tali caſu quando agitur de vſu, aut conſuetudine
inducenda a populo, qui non habet iuriſdictionem abſolute
condendi ſtatuta, nō ſufficit tempus decem annorum, ſed re-
quiritur, quod ſit præſcripta per tempus quadraginta anno-
rum: ita tradit Aret. in conſi. 23. colum. 4. uerſic. ſed quando
vniuerſitas, dicens quod ita diſtinguit notabiliter Bal. ſi recte
inſpiciatur in rubrica, C quæ ſit longa conſuetud. Pet. Duen.
regula 140. conſuetudo. & ratio eſt, quia tunc non poteſt dici
conſuetudo, nam illa tantum conſideratur in his, ſuper qui-
bus populus inducens vſum, aut conſuetudinem poſſet ex-
preſſe diſponere, & ſtatuere, alias autem dicitur præſcriptio,
vt per Barto. in conſi. 136. Lapus, in fine, & ſequitur Crauet.
de antiq. tempo. 104 par. in princip. in 4. & 5. differentia, nu. 7.
& ſeq. car. 132.

47 † Vnde colligitur ſupra allegata de decennio non habere
locum in vſu, & conſuetudine contraria ſtatuto, ſi populus
non habet abſolutam facultatem condendi ſtatuta, & proce
dere quando huiuſmodi conſuetudo eſt præter ius, & nō cō
tra ius, vt dicit Ioan. Bapti. a Villalob. ſuis commu. opin. ver-
bo conſuetudo, numero 183. merito caſu eueniente ſemper
ego conſulerem circa ſtatutum Vollaterranum in fauorem
maſculorum, cum ſit fauorabile propter conſeruandā agna-
tionem ſecundum magis communem opin. ut per Decium
conſi. 22. numero 7. & in l. venia. nume. 7 & ſequenti. C. de in
ius vocan. & Syl Nupt. libro primo, nume. 169. car. 83. cum ſi
48 milibus, & aduerte † quod prædicta etiam non procederent
ubi ſtatutum diſponeret, ꝙ non poſſit conſuetudo, nec præ-
ſcriptio introduci in contrarium, ut per Petr. de Rauen. tra-
cta. de conſuet. nume. 45. ver. conſuetudo non derogatur. So
ci. conſi. 7. nume. 8. & ſeq. volu. primo. Ruin. conſi 41. nu. 50.
vol. 1. conſi. 13. nu. 30. vol. 2. conſi. 32 nu. 1. vol. 5. Petr. a Duen.
reg. 144. conſuetudo.

49 † Et quādo tutor, & curator agit pro minore, ſi ſuccubue
rit in cauſa, erit obligatus reſtituere dicto pupillo omnes pe
cunias ſolutas in tali cauſa, cum fouerit iniuſtam cauſam, &
non conſiderauit, an dictus pupillus obtinere debeat in dicta
cauſa, nec ne. Iaſ. in l. omnibus. §. ſi procurator. nume. 21 ff. ſi
quis iuſdi. non obtempera. Bartol. in l. ſi ſe non obtulit, nume
ro primo. ff de re iudicata. Capel. Tholoſa. deciſio. 40 & ibi
Stephan. Aufreran additio. Pet Duen. reg. 275. numero octa
uo, in uerbo executio limit. 8 Ruin. conſilio primo, numero
23 volumine tertio, & Maran. Spec. aur. in ſexta parte, in 3.
& vlt. actu, nu. 38. & ſequenti, vbi dicunt eſſe ſecus, ſi habuiſ-
ſet iuſtam cauſam litigandi.

50 † Et in dubio præſumitur mouiſſe litem animo calumniā
di, & iniuſte, ac temere, gl. in l. ſi bonam, C. de adminiſt. tuto.
& eſt tex. in cap. primo, de elect. in 6 Didac. tractatu pract. q.
cap. 27 ſub nu. 2. columna quinta, verſi. ſexto condemnatio
expenſarum, car. 416.

51 † An autem executio dictarum expenſarum, in quib. fuit
tutor condemnatus, debeat concedi in bonis pupilli, vel tu-
toris, tradit Bar. in d. l ſi ſe non obtulit, nu. primo, & Maran.
Spec. aur. d. vltimo actu, nu. 38 & ſeq. & vide Petr. Duen. re-
gula. 276. verbo executio, in octaua limitatione, qui tenet cō
tra tutorem.

52 † Et ſimiliter expenſas reficere tenebitur tutor, ſi mutaue
rit, aut emendauerit libellum nomine pupilli. Iaſ. in l. edita a-
ctio, nu. 40. & ibi etiam Doct. C. de ed.

53 † Et idem ſi fuerit condemnatus in expenſis propter inſtā
tiam peremptam, ut per Iaſ. in l. imperatores, ſub nu. 11. ff. de
re iudic. Bar. l. properandum, § fi. C. de iud.

54 † Vel ſi non appellauerit, aut appellationem non fuerit ꝓ-
ſequutus. d. l. ſi bonam, C de adminiſtratio. tut. Spec. titu. de
aduocato, §. vtriuſque quanquam, nu. 15. ver. item etiam ca-
ueat, in prima parte, & Rui. conſi. 119. vol. 5.

55 † Tenetur etiam ad damna, & intereſſe tutor, ſi in clatis, &
non in caſu dubio ſecerit compromiſſum, & trāſactionem
pro minore, quia nō poteſt præiudicare pupillo, cum iuraue-
rit rem pupilli ſaluam fore, vt per Dec. in conſi. 298. nu. 5. ſen
tit Rol. a Valle, q 76. nu. 3. 4 & ſeq. vol. 1. ubi dicunt etiam in
caſu claro tutorem non poſſe compromittere, ſi non fece-
rit prius ſolemnia.

56 † Iuuabit tamen minori huiuſmodi tranſactio in hoc, ꝙ
ſi minor noluerit ratificare tranſactionē, & in reuiſione fuiſ-
ſet in plus condemnatus, quam quod in tranſactione prædi-
cta continebatur, tunc ſententia condemnatoria non noce-
bit dicto minori, ſed minor poterit dicere, ego volo ſtare trā
ſactioni, & non ſententiæ, & ſic poterit reſtitui in integrum
vſque ad ſummam tranſactionis, ut eſt tex notab. in l. ſi ex cā.
§. nūc videndum, ff. de minori. & pro ſingulari tradit Ro. ſin-
gu. 403. Fran. Cremen. ſing. 29. & ibi addeo t. pro cautela tra-
dit Cepol. caute. 6.

57 † Et ſi non confecerit inuentarium, librum rationum, &
alia requiſita poſt dationem tutoris, de quibus ſupra dixi, nu.
23. & litigauerit pro pupillo faciendo proceſſum nullum, de
ſuo expenſas ſoluere tenebitur ſecundum Bart. in d. l. legiti-
mos, d. numero 7. & ſeq. ff. de legit. tuto. Sebaſt. Van. de nul-
lit. ex

lit.ex deſe.inhabi.manda.nume.148. Apoſtilla ad Barto.in d.
l.ſi non obtulit,nume.1.ff.de re iudi.Maran.ſpec.aur. in quarta
par. 16. diſtin.numero 53.& Plot.l.ſi quando, nume. 194.
C.vnde vi.quia ante confectionem inuentarij nõ poteſt age
re,conuenire,neque conueniri in præiudicium pupilli,vt ſu-
pra dixi,nume.33.& Bar.in l.quod plerunque,C. de alim. pu-
pil.præſtan Ruin.conſi.28.numero 10.volum.5.& Boer.deci
ſio.53. numero 5. & ſi aliter ſit factum iudicium eſt nullum,
Corne.conſi.164.volum.4. Alexan.conſilio 119.num.39. vol.
6. Maran. diſtinct.16 numero.33. & Iaco.Nouel. regula 10.
hæres.nume.2.

58 † Quod inuentarium quomodo fieri debeat,& quæ ſolem
nitates requirantur in confectione illius,plene habetur per
textum in l.tutor,qui repertorium, ff. de admin. tuto.& per
Barto.in l tutoris,C.eodem,& pulchre per Plotum in l.ſi qñ,
numero 237.verſi.inuentarium autem, vſque ad numerum
243.C vnde vi.vbi colligitur, quod debet fieri per publicum
inſtrumentum coram iudice,cum eius decreto,& quod de-
bet eſſe purum,liquidum,& clarum,& omnia bona mobilia,
& immobilia,præſentia,& futura deſcribere debet tutor per
ſigna,& confinia cũ æſtimatione.& tangit etiam Pet.a Duẽ.
regula187.decretum, nu.15. & ſentit pulchre Rolan.a Valle,
q.73.nu.43.uol.2.& Pet.de Raue.ſing.90.

59 † Quod ſi aliter factum fuerit, & plenum inuentariũ non
confecerit,dicetur tutor iſte eſſe in dolo,& bonorum vſurpa
tor.Aflic.deciſio.13.nume.17.deciſio 44.nume.33.& deci-
ſio.360.Corn.conſi.216 nume.6.vol.1.Iaſ.in conſi.219.vol.2.
& Hierony.Grat conſi.25.nu.6.volum.2.Rolan. a Valle con
ſi.49 nume.18.vol.1.& Corne.Benincaſ. tracta. de pauperta.
q.9.ſpeciale 10.nu. 31.car. 210. ubi dicit puniri debere in du-
plum rei non deſcriptæ in inuentario.

Et contra eum vti ſuſpectum poterit in litem iurari de
omnibus damnis,expenſis,& intereſſe,ut per Aflic.deciſio.
207.nume 4.Ruin.conſi.29.nume.10 volum. 5. & Plot.d.l.ſi
quando,nume.240.verſic.& ſi in ipſis,nume.546.& 547.ver
ſic.negotiorum geſtorum,C.vnde vi.niſi eſſet iſte tutor ru-
ſticus,non ſquadratus,& non poſſet conſulere peritos,Alex.
conſi.119.numero 39.volum 6 & Plot.d.l.ſi quando,d.nume
60 ro 440.& ſeq.vbi declarat.Et † iſto caſu non poſſet iſte tutor
probare præſumptiue bona mobilia fuiſſe vſu conſumpta,ut
voluit Aflic.deciſio.13 nume.27.. per doctrinam Barto. in l.
quo ad præſens,C.de Murilegulis,lib.11.quem ſequitur Ale-
xand.conſilio 45.numero 3.volum.1. quia præſumptio con-
traria inſurgit contra tutorem, videlicet doloſe occultaſſe,
conſumpſiſſe,& vſurpaſſe, & contra eum poſſe iurari in litẽ,
ob rationem non redditam,vt per Rui.conſi 69. numero 4.
volum 2.Afil.deciſio.15,numero 17. & per Plotum in dicta l.
ſi quando, numero 750. verſiculo,quinquageſimo ſecundo,
& per Crauet.conſi.286.ſub numero 2.verſicu.quarto dubi-
tatur de bonis mobilibus,lib. 2.& ita obtinui in fauore Do-
minæ Fœlicianæ de Caſtro Schitonij de anno 1569. quod vi
detur procedere probato illo per minorem & ſic quod do-
loſe omiſerit bona in inuẽtario, quia pro eo præſumitur po
ſteaquam fecit inuentarium,ut per Bello.conſi.30.nu.6.

61 † Et licet poſſit iurari in litem contra tutorem, tamen cõ
tra hæredem tutoris,& tertios poſſeſſores vniuerſales,vel ſin
gulares bonorum d.tutoris lite non conteſtata cum tutore,
niſi eſſent etiam ipſi in dolo,non poterit iurari in litem,ut di
cit Plot.d.l ſi quando,nu. 772.& ſequen.verſiculo,infero ẽt,
& etiam ſi bona pupilli eſſent parui momenti,& modici præ
iudicii,ad notata per Tiraquellum in ſuo tract.de iudic.in re
bus exig.verſic.quadrageſimoquinto,& ſeq.

62 † Et debet hoc inuentarium fieri expenſis pupilli, vt p An
dream de Iſern ſing.5.verſi virum,vbi dicit hanc quæſtionẽ
fuiſſe de facto Neapoli,& ita fuiſſe iudicatum.

Et quando aduerſarius caute agere vult,& petit inuenta
rium exhiberi,& copiam ſibi decerni cum termino ad oppo
nendum,debet tutor eſſe cautus, & totum inuentarium nõ
exhibere,ſed ſolum principium,& illud in genere, & non fi-
63 nem exhibere, quia † expedit pupillo ne ſecreta hæreditatis
ſuæ paudantur,& ideo non tenetur, niſi in genere illud exhi
bere.Barto.in l.tutor,qui repertorium,numero 24.ff. de ad-
mini.tutorum,vbi etiam numero 25.dicit procedere, etiam
quod peteret copiam d inuentarii pro accuſando tutorem
de ſuſpecto,cum omnia in inuentario non appoſuerit,iuxta
tradita per Aflic.deci. 207.numero 4.quod eſt notandum,
& Corſet ſingu.verbo inuentarium,Barto.in l.1.ff. de curat.
bon.Aretin.§ actionum,colum.24.numero 50. verſic. quid
ſi tutor agit contra me,inſtitut.de actio.& Iaſ.in l.inſtrumen
tum,nu.3.C.de precib.imper.offer.& ibi etiam Bal. & idem
Iaſ.in l.argentarius,nu.13.ff.de edendo.

Quod mihi videtur contra aliam opinionem Doctorum
ſupra relatorum, videlicet,quod tutor ſi non fecerit inuenta
64 rium non poſſit conuenire, neque conueniri † & facere in-
uentarium,& in eo non ponere omnia mobilia, & ſe mouen
tia talia qualia cum æſtimatione,& immobilia, iura, & actio-
nes cum decreto iudicis non ſit facere inuentarium, & per-
inde habeatur iſte tutor, ac ſi nullum feciſſet inuentarium,
vt late per Plotum d.l.ſi quando,nu.240 verſi.& ſi in ipſis in
uentariis,C.vnde vi,& Grat.conſi.25.nu.6 uol. 2. & pulchre
per Rolandum a Valle,conſi.73.nu.28.& ſeq.vol.2.

Et reus hac de cauſa poſſit facere ſibi oſtẽdere tutelam,
& inuentarium,& expenſis tutoris, ad hoc ut cautius agere
poſſit,& recte formare iudicium,ut dixi numero 28. & ſequi
tur Sebaſt. Vant.de nullit.ex defe.inhabilitat.manda. nume.
149.verſi.& præmiſſa procedunt, & ſic apparet, quod non
dare copiam totius inuentarij, ſit potius in vtilitatem pupil-
li,quam damnũ nam ſi non reportaret ſentẽtiam pro ſe, poſ
ſet dicere de nullitate,ſi inuentarium non fuiſſet plenum, &
cõfectum ſolemniter,per ſupradicta,vnde videtur poſſe co-
gi ad exhibendum inuẽtarium cum omnibus ibi deſcriptis,
ne iudicium reddatur inualidum,iuxta tradita per Soc.in cõ
ſi.159.nu.17.18.uol.2.& Bar.l.3.C. creditor. euictio.pign.per
illum textum.

65 † Quod inuentarium etiam factum ſine decreto iudicis
plenam faciet fidem contra tutorem,& eius heredem, quod
etiam habebit locum in libro rationum,& contra quemlibet
adminiſtratorem,l.ſi.C.arbit.tut.Aflic.deciſio. 13. nume.1.
& ſentit Petr.Duen.regula.187.Decretum,nume. 15. vbi di-
cit,non procedere contra debitores deſcriptos in huiuſmo-
di inuentario,quia iſto caſu debet fieri coram Iudice,vbi al-
legat Franciſ.Porcell.in ſuo tractatu de inuentario,capitu 2.
numero 9.

66 † Et omnia bona deſcripta in huiuſmodi inuentario, præ-
ſumptione iuris,& de iure cenſentur fuiſſe, & eſſe pupilli.
Adeo quod non poterit probari contrarium per tutorẽ, ſeu
adminiſtratorem ſcribentem, & ſi probaretur contrarium
per eos,præſumerẽtur donata ipſi minori, vt per Paulum de
Caſtro ſingu.17.contra inuentarium,& Plot. in l. ſi quando,
nume.237.verſicu.inuentarium,C.vnde vi,Socin.conſi.159.
nume.1.vol.2.& Alcia.de præſumpt.regula prima, in ſecun-
da parte,præſumptio.13.videndum eſt nunc.nu.13.verſi.po-
ne,quod tutor,licet circa donationem videatur tenere con-
trarium ibi Alcia.

67 † Debent etiam iſti tutores, & curatores in adeundo hæ-
reditatem minoris videre,& diligenter perſcrutari,an ſit lu-
croſa,vel damnoſa,& ſi cognoſcũt illam damnoſam, debent
cum beneficio legis, & inuentarij dictam hæreditatem adi-
re,alias tenebuntur ad damna,expenſas,& intereſſe minorũ,
& contra eos poterit iurari in litem,ut per Paris.conſi.25. vi-
di,num 44.cum ſeq.vol.3.& per Plot.in l.ſi quando, nu.328.
verſi.minorib C.vnde vi.

68 † Quæ hæreditas, ſi pupillus eſt infans, debet adiri per pa-
trem,vel tutorem ſolum,cum infans non habeat nolle, neq;
velle,& quidquid videt ignoret,l.ſi infanti,C de iure delibe-
rand.vbi Bartol.ſi autem minor eſt maior infantia,tunc ipſe
adire debet,cum auctoritate tamen patris,& tutoris, & vter-
que ſolus eam non poteſt adire, vt tradunt communiter Do
cto.in l.bonorum,C.qui admitti,Aretin.§.neque, in fine,in-
ſtitu.de auctorita. tuto. quia hæreditas debet fundari in per-
ſonam pupilli,cum intelligat, & tutor, aut pater tantum au-
ctoratur,vt conſuluit Paulus de Caſtro conſilio 355.ſub nu-
mero 4.in prima parte. Corne. conſi. 164.volum.4 & Socin.
conſi.215.volum.12.Bello.conſilio 24.numero16. verſiculo
eſt tamen differentia. & Iaſ.l. pro hærede, numero 10. ff.de
acquiren. hæredita. Attento quod hæreditas non poteſt adi
ri per procuratorem, l Paulus,procuratorem,ff.de acquiren
da hæredit.vbi Aretin.numero 2 qui dicit communem, Ale
xand.conſilio 136.in principio,volum.7.Corn. conſi. 239.lit.
C.& D.volum.4 & Iaſo.l.qui in aliena,nume. 32. & numero
34.ff.de acquiren.hæredita & in l.1. nume. 3. C. de procura.
Cæſar.D.pater meus reſponſo 232. Ioannes Andreas, libro
primo,vbi dicit,quod caſu,quo poſſit adiri per dominum,q
iudicio pendente poterit adiri,& proderit, & tenet Bal.poſt
Cyn.& ibi ſequitur Imola in l hæres quoque,ff de acqui.hæ
red.& ibi late per Aretin.& Alexand.conſi.177.in fi. vol. 2. &
Aret.§ actionum autem,nu.69.verſi.quod egi,inſt. de actio.
69 & ſi non fuerit adita hæreditas per pupillum,† tamen ad quo
ſcunque ſuos hæredes paternam hæreditatem tranſmittet,
vt not.Bar.& Alex.Iaſ.& docto. in d.l. ſi infanti,& late tradit
Dec.conſi.250.331.nume.5.vbi extendit etiam ad hæredita-
tem obuentam filio infanti virtute alicuius ſtatuti, & dicit
cõmunem,& ſequitur Rol.a Valle tract.de lucro dot.quæſt.
47.nume.4.& ſeq.licet contrarium voluerit Salic.in l. 1.in vl
tima quæſt.C.de adulte.Thomas Grammar.deciſio.63.num.
8.& Marant.in ſua diſputa.10.nume. 37.tamen primam opi-
nionem

nionem eſſe magis veram, & communem in infante, nullum dubium habet, ut etiam ſequitur Phanuc. de lucro dot. glo. 4. num. 8. vbi nedum in minore, ſed etiam in maiore illud, ꝙ a ſtatuto defertur, oſtendit habere locum ex eo, quia iure hę seditario non defertur, ſed iure particulari, & ſic ſtatutario, an autem iſta hæreditas tranſmittatur in præiudicium matris, & aſcendentis, tradit Bertran. conſi. 254. vol. 3. & an tranſeat ad hæredem hæredis, vide Ruin. conſi. 161. nume. 9. volu. 3. Practi. Papien. in forma libel. hæred. ex teſtamen. uel ab inteſta. nu 7. & Dec. in l. quia legata, nu. 3. ff. de reg. iu. vbi vidētur concludere ꝙ non, & tradit Paul. de Caſt. conſi. 405. non eſt dubium, uol. 2.

70 † Et quamuis minor hę reditatem aui, & patris tranſmittat ad quoſcunque eius hæredes, etiam extraneos, tamen ius dicendi reſtamentum nullum ooo tranſmittit, niſi ad liberos, vt per Baldum conſilio 410. nume. 2. in tertia parte. Bertran. conſilio 213. uerſiculo præterea, in tertio volumine, Iaſ. in l. cum mota, numero 16. C. de tranſact. & in l. ſi arrogator, ſub nu. 6. ff. de adoptio. & in l. ſi enim, num 6 ff de libe. & poſthu.

71 & licet † tranſmittat ius adeundi hæreditatem paternam, tamen hæreditatem maternam non tranſmittit, niſi ad deſcendentes, ad extraneos vero nequaquam, ut eſt textus in l. 1. C. de his, qui ante aper. tabul. & ibi Bar. & in l. ſecunda. C. ad Senatuſconſultum Orfic. & in l. ſi mater, C. de ſuis, & legi. tradit Pau. de Caſt. conſi. 304. nu. 3. in prima parte, vbi potuit etiam remedia, Corn. conſi. 42. plura. litera L. in tertia par. Rolan. à Valle de luc. dot. quæſtione 47. nu. 9.

72 † Niſi ignoraſſet hæreditatem ſibi fuiſſe delatam; quia tūc tranſmittit ad eius hæredes ius petendi reſtitutionem in integrum ad hoc, ut de nouo poſſint nomine minoris, & etiam maioris petere, & adire hæreditatem, & eſt communis opinio, ut dicit Duran. de arte teſtan. titu. de acquiren. hęredita. cautela prima, hæreditas non adita, nume. 2. & nume. 4. Bart. Pau. de Caſtro, Alexand. & Docto. in l. ſi infanti, ubi Iaſ. num. 17. C. de iure deliberand. Pau. de Caſtro conſi. 298. nume. 2. conſi. 204. nume. 3. in prima par. Corn. conſi. 87. circa princ. & in conſi. 275. conſtat, in prima parte, qui atteſtatur de cōmuni. Alexan. conſilio 79. numero 12. uolumine ſexto. Rub. conſilio 56 numero 2. Socin. in l. qui duos, numero 16. ff. de reb. dub. & Corne. conſilio 200. litera E. in ſecunda parte, & in conſi. 312. litera G. in quarta parte, & hanc ſequitur, & dicit communem Honorandus pater meus, Dominus Carolus in Reſponſo 72 quærebatur hodie, libro primo, & in reſponſo 309. hæreditas deſcenderit, libro ſecundo, vbi allegat Paulum de Caſtro in conſilio 86. numero tertio, volumine ſecūdo, & Dec. conſilio 87. numero ſecundo, & dicit, quod debet adire per reſtitutionem in integrum, nomine minoris, & nō proprio nomine & adhibere omnes ſolemnitates requiſitas in aditione hæreditatis fienda per minores, ſecūdum Anchatan. conſilio 104 pro declaratione, colum. 2. uerſi. quo ad tertium pactum, & in conſilio 362. de viſibus. ex quibus etiam

73 colligitur † quod tale tempus a principio eſt vtile, & poſt factum eſt continuum, & non incipit currere, niſi a die ſcientiæ: Adeo quod ſi per centum annos ignoraret, poſſet adhuc petere huiuſmodi reſtitutionem in integrum, ut etiam dicit Duran. dicto titulo de acquiren. hæredi. dicta cautela prima, numero 4. verſiculo, & nota, & dicit communem, & Balb. de præſcriptio. in prima parte. 6 par. princip. in 22. caſu, numero 28. & allegatis per Decium conſilio 36. columna fina. & per Beuinten in Rota Bononien. decıſ. 99 niſi eſſet craſſa, & ſupina ignorantia, ad notata per Tiraquellum de Retrac. lignag. §. 35 glo. quarta, numero 24 & ſequen. & niſi iſte minor defunctus habuiſſet legitimos tutores, & curatores, qui eorum negligentia diſtuliſſent adire hæreditatem, & eſſent ſoluendo, quia ſucceſſori ſuccurreretur contra tutores, & adminiſtratores, ut late per Rol. à Valle conſi. 10. nu. 8. & nu. 20. & ſequenti, volum. 2.

74 † Et ſi in teſtamento fuiſſet poſita clauſula codicillaris cōcepta per verba futuri temporis, ſi non iuuabit reſtitutio in integrum, iuuabit dicta clauſula, nam poterit hæres hæredis ſcripti ex fideicommiſſo petere a uenientibus ab inteſtato dictam hæreditatem, & teneretur eam reſtituere retenta Trebellianica propter onus reſtitutionis, ut per Alexan. in l. cum filio, columna nona, ff. de legatis primo, qui dicit eſſe cōmunem opinionem contra Bartol. in l. 1. quæſtione prima. C. de iur. cod. & ſequitur Durant. dicta cautela prima, nume. 5. uerſiculo, ſi tamen ex teſtamento, Pau. de Caſtro conſi. 15 volu. ſecundo, Alex. conſi. 50 uol 6 Dec. conſ. 490. & conſi. 369. iuridicas, col. fi. vbi dicit talem clauſulam operari etiam mortuo hærede in vita teſtatoris.

Adita tamen hæreditate per minorem, uel tutorem ſecundum ſupra allegata dubium facit, an poſſit repudiari per reſtitutionem in integrum vſque ad vigeſimumnonum annum,

75 pro cuius deciſione aduertendum eſt, an † agatur de reſtitutione, aduerſus hæreditatem tempore minoris ætatis, & facto poſt maiorem ætatem ratificatam, videlicet, petendo pretium, exigendo, aut ſoluendo credita, & debita hæreditaria, aut agitur de reſtitutione aduerſus hæreditatem aditam tempore minoris ætatis, & poſt maiorem ætatem ſilentio ratificatam, aut de reſtitutione reſpectu minoris ætatis. Primo caſu videtur dicendum, reſtitutionem aduerſus huiuſmodi ratificationem facto habitam dicto maiori competere propter damnum, & læſionem, attento quod dicta aditio fuit perfecte adita in minori ætate, quo fit, quod illa exactio, & ſolutio nihil tribuit, nec detrahit ipſi aditioni iam perfecta, in qua initium, non finem ſpectamus, ita videtur decidere tex. in l. tertia, § ſcio, ff. de minori. 25. annis, qui dicit minorem, qui hæreditatem adiuit, & factus maior, debitores hæreditarios exigendo, aditionem confirmat, adhuc tamen in integrum ſtituit. quod ſecus erit, ſi aditio a principio ſolemniter facta nō fuerit, nec perfecta, quia tunc vti imperfecta finem aditionis inſpicimus, qui ſi perficiatur tēpore maioris ætatis, non principium, ſed finem inſpicimus, ut ſentit Iacobus Cuiacius in dicto §. ſcio, cum ſit actus aditionis a principio ipſo iure nullus, & ideo valet ut ex nunc, non ut ex tunc, ut dicit Decius in l. quod initio, ſub numero duodecimo, & in l. ſemper, qui prohibet, ſub numero 16. ff. de regulis iuris, & Iaco. Menoch. tracta. de recuper. poſſeſſ. in 15. remedio, quæſtione 15 num. 153. verſi. tres hæ ſpecies, licet iſto caſu videretur totum contrarium poſſe dici, cum a principio actus aditionis hæreditatis fuerit perfecte, ſolemniter, & ſecundum iura celebratus, quo caſu non datur reſtitutio aduerſus actum perfecte, & ſolemniter celebratum ex capite reſciſſorio, ex ſingulari theorica Barto. in l. ſi quidem, C. de prædi. minor. quem ſequitur doctiſſimus Redericus Suarez Hiſpan. in ſua allegati. vigeſimaprima, in cauſa iſta, numero quinto, & etiam, quia minor a principio vſus fuit iure communi, aut ſtatuto adeundo perfecte, quo caſu non datur reſtitutio ipſi minori, & tanto magis effecto maiori, per tex. in l. fin. C ſi maior fact. & l. inter eos. §. cum inter, vbi etiam glo. ff. de fideiuſſ. ubi habetur, ꝙ deceptus non videtur iure communi vſus, quem tex. ad hoc allegat Tiraquel. de retract. lignag. ad finem tituli, nume. 51. verſicu. ſed hæc in re. & etiam quia non debet eſſe melioris conditionis iniquus, & malus, quam bonus, & iuſtus, ad notata per Crauet. conſi. 18. nu. 15. & conſi. 203. nu. 37 per Alexan. conſi. 145. viſis, nume. quinto, volum 6. quod eueniret, ſi ille, qui iuxta mandata legis contraxit, non intellexiſſet confirmaſſe tacite actum poſt maiorem ætatem, imo magis perfectum, & ille, qui contra leges contraxit, & doloſe cenſuiſſet, maiore effecto contractum confirmaſſe, & ſic melioris eſſent conditionis cōtrahentes cum minore ſine ſolennitatibus, quam cum ſolennitatibus, quia primo caſu, poſt vigeſimumquintum annum minor effectus maior exigendo, ſol- 76
uendo, pretium petendo, dilationem concedendo, fructus colligendo, & redditus recipiendo cenſeretur contractum ratificaſſe, & nulla daretur reſtitutio in integrum, cum actus denominaretur a maiore, & non a minore, & ut contractus de nouo factus a maiore nulla indigeret reſtitutione, ut per Albericum in l. 2. C. ſi maior fact. Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. glo. 2. numero 64 verſi. quod autem, & infra dicam numero 146.

Secundo caſu, etiam poſt maiorem ætatem ratificando, poſſet iſte minor effectus maior petere reſtitutionem in integrum, ut actus a principio validus, Franc. Aretin. in l. pro hærede, §. ſi ſepulchri, ff. de acquiren. hæredita. dicit quod maior reſtituitur aduerſus aditionem per exactionem facta in maiori ætate, ex eo quia minor a principio non erat tutus ipſo iure, cum ſolenniter adiuerit, & ideo opus erat reſtitutione in integrum, & non remedio ordinario, quod ſecus eſſet, ſi a principio non adiuiſſet ſolemniter, quia tunc remedio ordinario, & non extraordinario utendum eſſet, & tunc exigendo poſt minorem ætatem voluntarie, & non neceſſario adiuiſſe, & approbaſſe hæreditatis aditionem, dicendum eſſet, quod ſequitur Tiraquell. in l. ſi vnquam, verbo reuertatur, numero 459. verſicu. nonageſimum annum, C. de reuocan. donatio. & ſentit Iacob. Menoc. de recuperand. poſſeſſio. remedio 15. quæſtio. 15. numero 125. verſicu. verum nulla ratihabitionis ſpecies, Docto. vero in d. §. ſcio, dicunt procedere ex eo, quia illa exactio eſt actus neceſſarius ad aditionem hæreditatis, & ideo quotieſcunque actus conſequēs eſt neceſſarius ad principium, ſemper attenditur initium, & non finis. mihi autem ſemper viſus fuit diabolicus iſte §. ſcio, & neſcio videre differentiam inter aditionem hæreditatis factam a minore, & approbatam in parte, ab eo facto maiore, & inter alienationem, aut emptionem, cum ita inducitur approbatio aditionis hæreditatis poſt maiorem ætatem ob ſo-

lemni-

lemnitatem non adhibitam, ſicut alienationis bonorum, vt ſentis, & bene, Tiraq. in d. l. ſi unquam dicto uerbo reuertatur, nu. 457. ver. ex quo unum & ita iudicauit Rota Florentina de anno 1567 in cauſa illorum de Cocconib. contra illos de Nanis de Montepuliciano: quo ſtante quæro, cur minor effectus maior reſtituitur aduerſus aditionē hæreditatis ob exactionem factam in maiori ætate, & non aduerſus alienationem ob exactionem pretij factam, cum ita ſit actus uoluntarius in uno caſu, quam in alio, nam ita poterat minor factus maior non exigere a debitorib. hæreditatis, ſicut ab emptorib. l. uoluntarie, C. de excuſat. tutor. l. ait prætor, §. permittitur, ff de minori. & ſi dicas, ibi minor perfecte adiuit, & cum ſolemnitatibus, & ideo non erat tutus ipſo iure remedio ordinario, ſed extraordinario indigebat auxilio, ut dicit Franc. Are. in d. l. pro hæde, § ſi ſepulchri, ff de acq hered replicatur, ꝙ idem erit, ſi alienatio bonorum fuerit perfecte, & ſolēniter facta, quia tunc reſtitutio aduerſus læſionē, & non officiū iudicis, aut actio in rem dat, l. in cauſæ cognitione ēt hoc uerſabitur, ff de minorib. Bar in l. ſi quidē, C. de præd. minor. & ibi ēt gl. & Tiraq. dicta l. ſi vnquam, dicto uerbo reuertatur, nu. 457. uer. et quo vnum, & tñ ſi minor effectus maior alienationem ſolēniter factam tacite ratificauerit facto, aut ſilētio, aduerſus læſionē non dabitur ei reſtitutio in integrum, niſi ex capite l. 3 C. de reſcind. uend. ut ꝓbat tex. in l. 1. & 2. C. ſi maior fact. rat. habue. & ſequitur Iacob. Menoch. de recuperan. poſſeſſ. remedio 15. q. 15. nu. 110. ver. primum quis caput, & nu. 184. uerſ. declarantur quarto relati caſus, qñ, & Iaſ. in l. nam & poſtea. §. ſi minor, ff. de iureiur. ſentit Rol. conſi. 59. nu. 3 & ſeq. vol. 1. uellem; ut dares mihi circa hoc congruum ſēſum; ego ſomniaui, an poſſit dari ſolutio, & intellectus ad dictū § ſcio. hoc modo, ꝙ minor effectus maior reſtituitur vſq; ad vigeſimumnonum annum de eo, quod ſolēniter fecit in minori ætate, & non ratificauit in perfecta ætate, ſecus de eo, ꝙ tacite ratificauit; quia ad illud non datur reſtitutio, dicta l. 1. & 2 C ſi maior fac. rat. habuer. & ideo aduerſus illam exactionem non datur minori reſtitutio, nec creditorib. hæditarijs actio aliqua aduerſus alios creditores exigentes. text. eſt in l. ſi mulier, ff de minori. & ibi Bar & Doct. ſed bene datur reſtitutio aduerſus aditionē hæditatis ex capite læſionis circa debita ſoluenda, & credita exigenda, cum plura reſpiciat capita iſta aditio hæreditatis, licet ſit vniuerſalis, & indiuidua; tñ factum proprium, & actio, & ſic exactio eſt diuidua, l. ſecunda & tertia, C. de hæred. actio. & ita dicendū eſt circa alienationem & ɔ̄ctum factū a minore, ſeu a tutorib. cōtinētem plura capitula diſiuncta, quia ſi in ætate perfecta minor tacite unum capitulum ratificauerit, aduerſus illud non dabitur reſtitutio, dicta l. ſi mulier, aduerſus alia non ratificata dabitur reſtitutio, dicta l. tertia. §. ſcio, ff. de minori. & uſ tex. in
76 l. prima §. fin. ff de reb. eorum, & ibi Docto. quia † ratificatio vnius capituli non inducit aliorum confirmationē, cum ſcriptura plura cōtinens capitula poſſit ꝑ parte ꝓbari, & pro parte improbari, ut eſt tex. & ibi no. Bar. in l. Publia, §. fi. ff. depoſi. Alexan. conſi. 71. nu. 5. uol. 3. Bello. conſi. 46. vidi reuerēde, nu. 15. uerſi. tunc ſuccedit. Boer. conſi. 7. Lanfr. c. qm̄ contra, de proba. tit. de cōfeſſis, nu. 28 Fran. Viuius ſuis comm opin. in uerbo, ſcripturam. & faciunt adducta per Ari. Pinel. l. 1. in tertia parte, nu. 52. C. de bon mater. & in ſeparabilib unum non vitiatur pp alterum. Crauet. conſi 203. nu. 21. de neceſſitate ergo eſt intelligendum d. §. ſcio, loqui de reſtitutione aduerſus aditionem hæditatis poſt ætatem perfectā per quadriēnium a die ſcientiæ, ſi aditio fuit perfecta, uel per quinquennium eſ cā oneroſa, aut per decennium inter præſentes, & vigeſimum annum īter abſentes, ex cā lucratiua, ſi aditio fuit imperfecta, ad notata per gl. Bar. & Bal. in l. fi. C. ſi maior fac. aliena. ſine decreto. D. Bero. q. 43. nu. quarto, & nu. quinto, & Craue. conſi. 102. nu. ſeptimo, libro primo, & ſic patet, ꝙ Fr. Are. in dicto § ſi ſepulchri, non bene cōſiderauit uerba tex. dicti §. ſcio, nec oculatiſſimus Tiraq. in d. l. ſi unquam, dicto verbo, reuertatur, nu. 456 & ſeq. nec Doctores alij in dicto §. ſcio, alias nunquam poteris ſoluere contrarietatem legiſlatorum, in l. ſi filius emancipatus, ff. de minori. l. fin. C. ſi maior fact rat. hab. & l. fi. C. ſi maior fact. aliena. ſine decre. rat. hab. vbi minor factus maior, de eo quod fecit, uel tacuit in maiori ætate, non reſtituitur in integrum, ſiue actus a principio fuerit perfectus, ſiue ipſo iure nullus, ut ſentit etiam Iacob. Menoch dicto remedio 15. q. 15. nume. 140 & ſeq. & numero 148. circa finē, uerſi. primo æs alienum, & hoc modo intelligendo dictū § ſcio, poteris ſaluare uerba illius tex tus, ibi, putamus tamen reſtituendum initio inſpecto, hoc eſt inſpecta hæreditatis aditione, & non exactione facta, & ſic reſtituitur aduerſus hæreditatis aditionem circa futura, & non præterita, per textum clarū; a nemine ponderatū in d l. ſi mulier, ff. de minorib. ubi minor non reſtituiř aduerſus ſolutionem factā hæreditario nōie, licet reſtituatur aduerſus aditionem hæreditatis, & eſt rōnabile; quia de eo, ꝙ non approbauit, non debet pari pœnam. hinc eſt, ꝙ ſi vſufructuarius deteriorauerit aliqua bona, & aliqua nō, & pro aliquib. ſatiſdederit, pro alijs vero non ſatiſdederit, ꝙ non amittit vſumfructum oīum bonorum, ſed ſolum illorum bonorum, quæ deteriorauit, & ꝓ quib. non ſatiſdedit. Pariſ. conſi. 37. nu. 13. uol. 3 & Rui. conſi. 48 nu. 12. uol. 2. & faciunt notata per Corn. Benincaſ. de paupertia q. 9. ſpeciale 10. nu. 31. 32 & ſeq. car. 210. & ideo nota, & tene menti hanc nouam inſpirationem, a nemine, quem viderim, deguſtatā, & ex tex. d. l. ſi mulier, ff. de minori. pullularam, & admittendam, ut per Barto in l. in ambiguo, ff de reb. dub ubi in dubio eſt accipiendus iſte intellectus.

Et idem Bar. in conſi. 154 nu. 8. uol. 1. ubi conſuluit, ꝙ accipiens hæditatem cum beneficio legis, & inuentarij, ſi non citauerit certos creditores, quo ad illos tenebitur ultra uires hæditatis, quo ad alios erit tutus beneficio legis, & inuentarij. & ratio mihi videtur, quia a principio declarauit nolle adire hæreditatem ſimpliciter, ſed cum beneficio legis, & inuētarij, ideo in perfectis ſibi non præiudicat, in alijs ſic: & ſentit Craue. conſi. 89. nu. 6. uol. 1.

Et faciunt adducta per Bar. & Doct. in l. fi. ff de interroga. actio. quos refert, & ſequiř Iac. Macbel. Patroci. 60. num. 4. & ſeq. uerſi rurſus, ubi hētur, ꝙ repudians hæreditatē, ſi poſtea dicat alicui, ego ſum hæs, uolo tibi ſoluere, & ſic hæs exigat, uel ſoluat, ſibi præiudicat, quo ad illos tantummodo, & non quo ad alios, qa quo ad alios, non declarauit ſe hæredē, & nō dř ꝓprie hæres, nec exercet actionē hæreditatis quo ad oēs, ita dicendū eſt in intellectu tex. d. l. 3 §. ſcio, ff. de minorib. Nā ibi a principio in minori ætate perfecte & cū omnib. ſolemnitatib. adiuit hæreditatē, vñ exigendo, uel ſoluēdo credita, & debita hæreditatis poſt maiorē ætatē ꝫ. quadriennium, non dř de nouo adire, poſtquam ſemel perfecte adiuit, ſed dř exercere actiones hæditarias, quæ ſunt diuiduæ. d. l. 1. 2. & 3 C de hæredita. actio. Ideo in alijs actionib. non exercitatis ſibi nō præiudicauit, & non dř adiuiſſe, merito non eſt mirum, ſi dař reſtitutio in integrū aduerſus hæditatem a principio aditā, & ꝙ non dicař adire exigendo, & ſoluendo poſt maiorē ætatē, ſed exercere actionē hæditatis iam aditæ, colligiř ex natis ꝑ Bart. & Doct. in d. l 3. d. §. ſcio, ff. de minori. qui dñt, ꝙ ibi datur reſtitutio in integrū, ex eo, qa illa exactio eſt actus neceſſarius ad aditionē hæreditatis iam aditæ Et ideo dñt, ꝙ quotieſcunque actus conſequens eſt neceſſarius ad principium, ſemper attenditur initium, & non finis, ſecus ſi principium non eſſet perfectum, & ualidum, unde ex iſtis datur reſponſio, & decla ratio ad adducta per Fr. Are. in l. pro hærede, § ſi ſepulchri, ff. de acqui. hæred. & per Tiraquellum in d. l. ſi vnquam, uerbo reuertatur, nume. 457. C. de reuocan. donatio. qui voluerunt quod ſi hæreditas non eſſet a principio perfecte, & cum ſolemnitatib. adita, & factus maior debita exegiſſet, hæres non poſſet amplius petere reſtitutionem in integrum aduerſus hæreditatem aditā in minori ætate, quia a principio fuit imperfecta aditio. & licet nihil aliud dican', tamē eſt ratio, quia illa aditio imperfecta fuit habita pro non aditione, cum paria ſint non adire, & adire, ſed nulliter adire. l. quoties. ff. qui ſatiſda cogan. & quod nullum eſt, nullum producit effectum, l. quarta §. condemnatum, ff. de re iudic. & Rolan. a Valle cōſilio 73. nu. 28. & ſeq. uerſic. præmiſſis non obſtantib. volum. ſecundo, & cum non adiuerit in minori ætate, exigendo, uel ſoluendo ut hæres, in ætate perfecta dicitur tunc temporis vere adire hæreditatem, Bart. in l. frater a fratre, ſub nu. 38. de condictio. indebi. Alex. conſi. 35. viſo proceſſu, num. 1. verſi. & ſimiliter exigendo, uol 3 & Pariſ. conſi. 16 circa præſentē, numero 41. volum. 2. a qua aditione, tanquam perfecte facta, nulla poteſt peti reſtitutio in integrum. l. fin. C. ſi maior fac. aliena ſine decre. rat. hab. & ibi Docto. & per Docto. ſupra allegatos. & in hac opinione fuerunt ſemper venerandus Dominus Camillus ſocer meus, & Dominus Dionyſius gennaanus, aſſerentes aliter ſaluari non poſſe d. §. ſcio, aut allegare ſpecialitatem illius.

77 † Circa uero reſtitutionē in integrum aduerſus actum factum a minore, & poſt maiorem ætatem ſilētio ratificatum cōcluditur, ꝙ ſi actus, ſeu aditio hæreditatis nō fuerit a principio ſolemniter, & perfecte facta, ꝙ ſi infra quinquennium, decennium, & vigeſimum annum ex cā oneroſa, uel lucratiua reſpectiue non tacuerit, minor ſciens poterit per actionē in rē, vel officio iudicis, aut poſſeſſorio recuperādæ tueri ſe aduerſus actum factum, tanquam tutus ipſo iure remedio ordinario, & non per reſtitutionem in integrum, quę iſto caſu non competit uti auxilium extraordinariū, ad notata per textum clarum in l. in cauſæ cognitione verſabitur, vt rum ſoli, § interdum, & ibi gloſ. in verbo præterea, & gloſ. in l. verum, §. ſciendum, ff. de minoribus. Tiraquell. in l. ſi vn-

quam, in uerbo reuertat, nu.457. verſi. ex quo vnum. C. de re
uocan. don. & Rol. a Valle, conſ. 59. nu. 2. & ſeq. uol. 1. Poſt di
ctum vero tempus non audietur, cum cenſeatur oĩa appro-
baſſe, & ratificaſſe, d. l. fi. C. ſi maior fact. aliena. ſine decre. rat.
hab. & ibi gl. & Doct. & Iac. Menoch. d. remedio 15. nu. 140.
& ſequitur Craue. dicto conſi. 102. nu. 7. lib. 1.

Si vero a principio fuerit actus perfectus, ſed facilitate mi
noris, uel dolo aduerſarij læſio interuenerit, tunc a die ſcien-
tiæ poſt maiorem ætatem infra quadriennium poterit reſtitui
in integrũ ex capite læſionis, iuxta tradita per Bar. in l. ſi qui-
dem. C. de præd. minor. Alc. regula prima, præſumptio. 42. nu
me 3. & ſeq. Corn. conſi. 135. de plurib. col. 2. uol. 2. Roderic.
Suarez in ſua allegati 21. nu. 5. & ſeq. Iac. Menoch. ubi ſ. nu.
114 & ſeq. & tangam ĩ. nu. 144.

78 † Minor aũt, ſi poterit reſtitui in integrum aduerſus hẽdita
tem aditam, non effectus maior poterit reſtitui ex capite re-
ſciſſorio actione in rem, vel officio iudicis, ſi ſolẽnia nõ fece
rit: ſi autem perfecte eum ſolemnitatib. fecerit actum, & adie
rit hæreditatem, & uere reperiatur circumſcriptus, & læſus
infra dimidiam iuſti pretij, reſtituetur in integrum ex capite
læſionis, l. 1. & 2. C. ſi minor ſe ab hæred. abſtin. Tiraq. de re-
tract. lignag. ad finem tituli, nu. 54 uerſi. quod autem dicitur,
& Iac. Menoch. dicto remedio 15. q. 5. nu. 106. & ſeq. uerſic.
quæro quid ſi minor, vel pupillus, & Rodericus Suarez di-
cta allega. 21. numero. 5. & ſequen. & faciunt quæ infra di-
cam nume. 97.

Si autem fuerit læſus vltra dimidiam iuſti pretij, tunc re-
ſtituetur ordinario remedio, l. 2. C. de reſcin. vend. & nõ alio
extraordinario remedio, ut conſuluit Craue. conſi. 7. nu. 1. &
2. libro primo, & Rol. a Valle conſi. 59. nu. 3. & 4. uol. 1. & dixi
infra nu. 144. & hoc habebit locum aliquo iuramento non
obſtante, ut dicit Dominus Pileus Gloſator antiquus in ſua
q. 20. minor. & alij ſupra relati.

79 † Quæ oĩa habent locum, & ſi ſtatutum daret modũ adeũ
di hæreditatem, quia non comprehenderet minorem, nec
reſtitutionem in integrum prohiberet, niſi facta eſſet expreſ-
ſa mentio, ut per Alexandrum in conſi. 165. dubitatur. colũ-
na prima, in fine, verſiculo ſupereſt videre alterum, vol 6. Ti-
raq. de retract. lignag §. 35. gl. 2. nu. 3 & ſeq. uerſi. nam & in ſi-
mili. Rom. conſilio 90 nu. 3. Pet. de Rauen. ſing. 286. minor,
q̃ eſt notandum pro ſtatuto ſancti Miniatis, ſub rub. 52. q̃ fa
cit mentionem in repudianda hæreditate & de minorib. &
tangam tit. de pœnis tranſeun. ad ſec. nup. c. 9. nume. .... licet
Pau. de Caſt. in l. pupillorum. C. de repud. hæred. teneat quo
ad hæreditatis aditionem comprehendere etiam minorem,
vt refert Rol. a Valle de lucro dot. q. 44. nu. 8. ſed reſtituitur
in integrum, ut per Afflict. deciſ. 370. tria dubia, nu. 1. & ſeq. &
per alios ſupra proxime allegatos.

80 † Et q̃n hæreditas eſt adeunda cum beneficio legis & in-
uentarij, debet inuentarium, ſm vnam opinionem inchoari
infra triginta dies a die ſcientiæ, uel aditæ hẽditatis, & finiri in
fra tres menſes, ſi bona ſunt in eodem loco, uel parum diſtan
ti, alias infra annum a die mortis defuncti, etiam q̃ ſimplici-
ter a principio dictam hæreditatem adiuerit, & abſq; aliqua
proteſtatione, ut per Paulum de Caſtro, in conſ. 268. num. 6.
uol. 2. Boer. deciſ. 168. nu. 4. Durant. de arte teſtan. tit. de aeq.
vel repud. hæredi caute. 8. nu. 2. & caute. 15. nu. 4. Ant. Bard.
in tracta. de tempo. utili, & continuo, c. 3. ſub nu. 7. Bello. con
ſi. 68. Cepol. caut. 24. inſtitutus, & Emanuel Suarez commu.
opinio in uerbo inuentarij, nu. 175. ubi dñt communem, &
Rol. a Val. q. 73. uol. 2. & Bero. q. 62. an tempus.

Et ſm aliam opinionẽ ſufficit, q̃ infra tres mẽſes inchoe
tur, & perficiatur, ut per Paulum de Caſtro dicto conſi. 268.
nu. 6. ubi dicit eõem, q̃ etiam tenet Bar. in l. fi. §. ſi vero poſt-
quam, nu 4. C. de iure delib. & Com. Benincaſ. in ſuo tract. de
pauper. q. 9. ſpecia. 10. num. 18. & ſeq. vbi dicit tale tempus eſſe
utile, & non continuum, & allegat hoc dicere So. iun. conſi.
19. videtur, lib. 3.

Tñ prima vr̃ magis cõis, & tenenda, per Cepol. d. caut. 24.
& per alios Doctores ſupra allegatos, qui ſubiungendo dñt,
iudicẽ non poſſe tale tp̃s alterare, ut & refert Rol. a Val con-
ſi. 18. nu. 16. uol. 1. Capic. deciſ. 87. in cã Magnifici, nu. 3. Quã-
81 uis † hr̃s non inchoando infra triginta dies nõ per hoc tenẽ
vltra uires hẽditarias, cũ ſit talis omiſſio leuis ſolemnitas, &
ſufficiat intra tres menſes feciſſe, l. fi. §. ſi uero, C. de iure deli
beran. & ibi Bar. & Docto. Mar. Frec. de præſen. inſtru. 4. par,
nu 8 9. late Rol. a Valle conſi. 73. nu. 20. & ſeq. uol. 2.

Quod tp̃s attendi deberet, niſi ſtatutum eſſet in ↄtrariũ,
q̃ maius, aut minus ip̃s deſideraret, nam tunc illud deberet
attendi, ut per Baldum in tract. ſtat. in uerbo ſtatuere, nu. duo
decimo, & ſupra tetigi nu. 7. q̃ eſt notandum pro ſtatuto Flo
rentino, ſub rub. 29 ſecundi libri. q̃ diſponit, maiorem decẽ
& octo annorum, qui ſe immiſcuerit in hẽditate, & bonis de
functi, per quindecim dies a morte defuncti, intelligi debere
hẽdem, & teneri ad onera hæreditaria, aliquo inuentario nõ
obſtante, nam licet hẽditatem cum bñficio legis, & inuenta-
rij acceperit, ſi bona aliqua defuncti poſſederit ultra quinde-
cim dies, tenebitur ad debita hẽditaria, ad legata, & fideicõ-
miſſa, ut ſimplex, & purus hr̃s, & ita fuit etiam iudicatum in
Rota Florentina de mẽſe Martij anno 1566 ↄ̃ Benedictum,
& Bernardum fratres, de Riccobaldis, de Volaterris, ad fauo-
82 rem Dominæ Titæ eorum cognatæ. † q̃ ſtatutum intellige,
primo habere locum ſe immiſcẽdo in bonis defuncti, & non
ſi debita ſoluerit, & bona defuncti nõ poſſederit, quia iſto ca-
ſu ſtatutum non loquit̃, & hoc vr̃ omiſſum, & remiſſum ſub
diſpoſitione iuris cõis, l. ſi extraneus. ff. de cond. cau. data, l.
cõmodiſſime, ff. de liber. & poſth. imo a cõtrario ſenſu vr̃ ex-
preſſe diſponere, q̃ ſi ſe non immiſcuerit, & bona non poſſe-
derit, licet debita defuncti ſoluerit, poſſit infra ip̃s bñficij le-
gis, & inuentarij hẽditatem repudiare, aut illam adire cũ be-
neficio inuentarij, ut per Plotum in conſi. 108. nu. 10. volum.
83 1. conſi. crim. diuerſo. auctor. cum † per hoc argũ reuertatur
ad ius cõe Romanorũ, ad notata per Iaſ. & Doct. in l. 1. § eius,
84 ff. de offic. eius. & Rol. a Valle de lucro dot. q. 43. nam † q̃ ve
nit a ↄtrario ſenſu dr̃ contineri in ſtatuto, ut not. gl. & Archi.
in capitulo, humanũ genus, prima diſtinct. & ſequitur Afflic.
de prohibi. feu. alien. ſub nu. 31. & hẽtur pro expreſſo, ut eſt
gl. in l. qui teſtõ, §. mulier, de teſtam. quæ dicit, q̃ contrarius
ſenſus legis pro lege accipitur, quam ſupplẽdo, dicit ibi Pau.
de Caſt. q̃ id quod tacite colligitur a contrario ſenſu, pro ex
preſſo habetur, & probatur iſtud in l. poſſeſſorium, §. 1. ff ex
quib. cauſ. in poſſ. eat, & in l. apud antiquos, ibi per coniectu-
ram, C. de furt. & ibi dicit glo. ordinaria, q̃ coniectura eſt, q̃n
ſenſus tacite ex litera elicitur, & non eſt in litera expreſſum,
& etiam probat̃ in l. his ſolis, ante finem, in uerbo tacitum pu
tamus, C. de reuoc. donatio. & in l. aliquando, in fi. ff. de con-
ditio. & demon. & in l. q̃ pure, in princ ff. q̃n dies lega. ced. &
eſt tex. clarus, & apertus in l. inter ſocerum, §. cũ inter, ff. de
pact. dota. ubi tex. formaliter ſic inquit, cũ inter partẽ, & gene
rum ↄuenit, ut in mr̃imonio ſine liberis defuncta filia dos pa
tri reſtituat̃, id actum inter ↄ̃hentes intelligi debet, ut liberis
ſuperſtitib. filia defuncta dos nõ reſtituatur. Dum. n. dicitur,
id actum inter ↄ̃hentes intelligi dẽt, clare apparet, q̃ ſenſus
ueniens a contrario ſenſu uenit ex mente, & perinde hẽtur.
ac ſi ueniret ex uerbis, q̃ eñ tacite agitur, habetur p̃ expreſ-
ſo quo ad iuris effectũ, l. cum quid, ff. ſi cer. pet. & c. ex parte,
de ſponſali. & vult Panormi. in c. cũ apoſtoli, de his, quæ fiũt
a præla. ſine cõſen. c & in ſtatutis mẽs magis, quam verba at-
tendi debet, ut l. ſciendum, ubi Bart. & late Hippoly. ff. de ſi-
car. & q̃ venit ex mente legis, vel ſtatuti, dicit̃ diſpoſitum, &
prouiſum a lege, vel ſtatuto, & hẽtur pro expreſſo, l. prætor,
& ibi gl. uerbo expreſſum, ff. de no. ope. nunc. & ibi not. Bar.
Bal. Ang. Imo. Alex. & oẽs, Sufficit. n. quid eſſe exp̃ſſum men
te, licet non uerbis, ut ibi per gloſſam, quæ dicit expreſſum ta
cite, quaſi dicat, id tacitum, q̃ uerbis non cõprehenditur, ſed
expreſſum tñ, quia patet manifeſte de mente legis ex uerbis
in ea poſitis, ut declarat Are. in l. illud, ff de acqui. hæred. poſt
Ang. ibi, & & conſuluit Dy. ut refert apoſtil. ad Alberi. q. ſtat.
in prima parte, q. 9. nu. 4. & tenet idem Craue. de antiq. tem-
po. ſectione ampliatur, nu. 38. & ſeq. car. mihi 34.

85 † Et q̃ tale argũ a contrario ſenſu ſumat̃ in ſtatutis, con
tractib. & ultimis uoluntatib. & dicatur a ſtatuto prouiſum,
& expreſſum, conſuluit Pau. de Caſt. conſi. 88. viſis dictis, nu.
6. uol. 1. Alex. conſi. 129. puto de iure concludendum, uol. 2.
Corn. conſi. 213, col. fi. litera K. vol 3. Dec. conſ. 364. viſis, nu.
3. & maxime q̃n per illud ſaluatur ius cõe, & nõ læditur, alias
ſecus, ut ſenſit & D. Bero. q. famil. 97. in lege locationis, ubi di
cit, q̃ locatio facta ad nouennium cum pacto, q̃ locator an-
te quinquennium rem locatam vendere nõ poſſit, & ſi infra
illud tempus vendiderit, teneatur conductori rem aliam ſuf-
ficientẽ aſſignare vſq; ad finem locationis ſub pœna conuẽ-
ta, q̃ ex pacto actum eſt inter partes, q̃ ante quinquennium
alienare non poſſit, & in caſu alienationis locator rem ſuffi-
cientem conductori præſtare teneatur. a contrario ergo ſen
ſu ex huiuſmodi pacto infertur, q̃ ſi poſt quinquennium lo-
cator alienauerit, ipſe non teneat̃ ad præſtandam rẽ ſufficien
tem, prout in pacto continebatur, propter hoc tamen nõ in-
fertur, q̃ ipſe locator nõ debet teneri ad intereſſe, & damnũ
conductoris, ſi locat, prout de iure cõi tenetur, ne corriga-
tur ius cõe, & dixit Plot. in conſi. 108. Ieſu filij, num. 10. volum.
1. conſi. crimin. quod conſtitutio prohibens alienari bona im
mobilia in non ſubditos videtur concedere, quod res mo-
bilis poſſit alienari non ſubdito, & Lauren. de Palat. in tract.
quod ſtantibus maſcul. numero 101. determinat, quod ſi ſta
tutum determinat, quod nulla mulier ſuccedat, extante
maſculo; quod mulier, etiam quod ingrediatur monaſte-
rium,

rium, excluditur, & a contrario ſenſu, ſtatutum ſi maſculus
non extat, defert ius ſuccedendi mulieri, & ꝙ non dicitur de
ferre tunc mulierib. de iure cõi, ſed ex forma iuris municipa
lis, & ideo eo ipſo ꝙ mulier naſcitur, infligitur ſibi a ſtatuto
hæc potentia ſuccedendi, ſ. in totum, ſi non extiterit maſcu-
lus, & immobilia ſi extiterit, & Afflict. deciſio. 202. conſuetu
do, nu. 2. dicit fuiſſe deciſum, ꝙ facto pacto, ꝙ ſi filij moriun-
tur ab inteſtato, dos reuertatur ad proximiores cõſanguineos;
a ↄ̃rio ſenſu dictum pactum excludit conſanguineos, ſi filij
moriunt̃ cum hrēde teſtamentario, & eſt tantæ efficaciæ hoc
86 argũ, ꝙ ſi ſtatutum inferioris ita loqueretur, non eſſet recur-
rendum ad ſtatutum Ciuitatis ſuperioris, uti ꝓuiſum expreſ-
ſe per ↄ̃rium ſenſum adicto ſtatuto inferiori, Corn. conſ. 65.
qm̃ præſens, ſub nu. 6. & 7. uol. 4. Nicol. Euerar. in conſi. 81. &
Fran. Viui. comm. opin. verbo ſtatutum, car. mihi. 231. col. 2.
& pulchre conſuluit Gozad. in conſi. 37. vbi etiam per quam
plura alia fundamenta concludit, ſtante ſtatuto Plebis ſancti
Stephani, ꝙ filiæ fœminæ, uel deſcendentes ab eis ad ſucceſ-
ſionem patris, aui, vel proaui ab inteſtato defuncti non ue-
niant, exiſtentib. filio, uel filijs, ſiue liberis maſculis per lineã
maſculinam ex defuncto, & alio ſtatuto diſponente, ꝙ ubi ſta
tuta non loquerentur, debeat ius reddi per poteſtatem dicti
loci ſm̃ formam ſtatutorum cõis Florentię: & ſtante ſtatuto
Ciuitatis Florentiæ, ꝙ filiæ non ſuccedãt exiſtẽte patruo, eſi
euenerit caſus, ꝙ quidam deceſſit relictis filiab. & fratre ip-
ſius defuncti, & ſic patruo, ꝙ filiæ ipſæ debeant ſuccedere vi-
gore dicti ſtatuti Plebis ſancti Stephani, & non patruus, quia
talis caſus erat prouiſus per dictum ſtatutum a cõtrario ſen-
ſu, ex quib. poteſt decidi, ꝙ ſtatutum Florentinũ loquẽs, ꝙ
ſcripturæ priuatæ adhibeatur plena fides, & habeat executio
nem paratam, ſeruatis ibi ſeruandis, de qua meminit Dec. cõ
ſi. 73. Soci. conſi. 240. nu. 1. vol. 2. & Boer. deciſio. 205. nu. 18.
19 & in fi. cum ſimilib. non habet locum in terra Fiuizani,
& eius Curia, cum per dictũ ſtatutum Fiuizani, ſub rub. de
executione ſententiarum, laudorũ, inſtrorum, & vltimarũ
voluntatum, ſit facta mentio de talib. ſcripturis per diſpoſi-
tionem contrariã, poſtquam diſponit, ꝙ Dominus ius dicẽs
ad petitionem cuiuſcunq; habentis inſtrum publicum cam-
bij, mutui, depoſiti, uenditionis, vel alterius cuiuſcunq; rei te
neatur pronũciare inſtrum exequendum eſſe, vel non, infra
menſem; nam a contrario ſenſu expreſſe diſponit, ꝙ ſi inſtru
mentum non fuerit publicum, ꝙ non tenetur pronunciare
87 exequendum, cum † de iure cõi ſcriptura priuata non merea
tur executionem, ẽt ꝙ ſit recognita, licet faciat plenam fidẽ
via ordinaria. Didac. Couar. uariar. reſolut lib. 2. c. 11 ſub nu. 3.
car. mihi 578. & nõ dicitur inſtrum publicum etiam ꝙ a No
tario eſſet ſcripta. Tiraq. de retrac. ligna. §. 2. gl. 1. nu. 29. 30. qa
de eo quod non eſt rogatus Notarius, non facit publicam fi-
dem, ut per Bal. in conſ. 438. vol. 3. Rui. conſi. 134. nu. 3. uol. 5.
& in conſi. 147. nu. 12. vol. 1. Cagnol. in l. ſi librarius, nu. 40. ff.
de reg iur. Dec. conſi. 55. nu. 10. Hippoly. in rubrica de proba
tio. nu. 281. ergo ſtatutum diſpoſuit a contrario ſenſu, ꝙ ſi in-
ſtrumentũ non erit publicum ꝙ non ſit exequendum, ut vo
luit Alex. conſi. 166. uol. 2. conſi. 82. & in conſi. 101. uolum. 4.
Barb. conſi. 15. uol. 1. & Tiraq de retract. lignag §. 2. glo. 1. nu.
29. & nu. 1. & ſeq. ubi oſtendit etiam aliud eſſe inſtrumentũ,
88 & aliud ↄ̃ctum, tanquam continens, & contentum: † & ꝙ in
ſtatutis appellatione inſtri non uenit cõtractus, niſi ea cõie-
cturis, & mente ſtatuentium appareret uoluiſſe contractũ in
telligere pro inſtro, & idem dicẽdum eſt de ſtatuto Volater-
rano ſub rub. 99 qũo filię dotatę, qđ diſponit, filias dotatas in
tanta quantitate, in quanta fuit dotata eorũ mater, non poſ-
ſe ſuccedere matri, extantib. filijs maſculis ex alio mrĩmonio
viri ſui, ꝙ ſi non extiterint filij maſculi, vel non fuerint in tan
ta quantitate dotatæ, ſuccedere debent matri, a cõtrario ſen
ſu, ut etiam loquitur Dec. in conſi. 481. nu. 10. & vidi conſul-
tum per Magnificũ Dñm Guidonẽ Orſellũ Cortonæ, & ſub
ſcriptum per excellẽtiſſimum Dñm Marcum Aſininm, Do-
ctorem Florentinum, in fauorẽ cuiuſdã Tiberij Baldaſſaris,
& eius filiorũ, qui conſuluerunt, uxorem non potuiſſe face
re aliquã ſubſtitutionẽ de ſuis dotib. in præiudiciũ ipſius ma
riti, & filij, ſtante ſtatuto Florẽtino, ſub rub. 129. qualiter ſuc-
cedat̃ in dote uxoris præmortuæ, ubi diſponitur, ꝙ maritus
lucretur totam dotẽ, ſi filius vel filia, vel alij deſcendentes ex
eis, tẽpore mortis ipſius uxoris non extarent, & ꝙ nulla mu
lier in dote, uel de dote, uel eius parte in caſib. ſupraſcriptis,
vel aliquo eorum poſſit condere aliquam ultimã uoluntatẽ,
nec aliquid ẽt inter viuos quoquomodo diſponere de dicta
dote, uel eius parte in præiudiciũ viri, uel filiorũ ſuorum de-
ſcendentium ex eis; Quod ſtatutum (dicebant ipſi) in præ-
ſenti cõſultatione eſt attendendum, cum diſponat vltra illud
quod diſponit ſtatutum Cortonæ, ꝙ de huiuſmodi prohibi-
tione teſtandi, aut alienãdi in præiudicium mariti, & filiorũ

minime loquitur, & ſic in omiſſis recurri debere ad ſtatutũ
Ciuitatis Florentiæ, ad notata per Cu. in conſi. 144. & Pau. de
Caſt. conſi. 140. in 1. par. & conſequenter dictã uxorem dicti
Tiberij nõ potuiſſe talẽ facere ſubſtitutionẽ in pręiudicium
eius filij, & mariti, & vertẽte cauſa corã doctiſſimo iurecõ-
ſulto Domino Mario Tholoſano, Iudice dictæ Ciuitatis or-
dinario, de an. 1562. fuit lata ſententia cõtra dictũ cõſilium, &
declaratũ ꝑdictum ſtatutum Ciuitatis Florẽtiæ, nõ habuiſſe,
nec habere locum, & cõſequẽter dictã uxorem dicti Tiberij
potuiſſe dictã ſubſtitutionem virtute ſtatutorum Ciuitatis
Cortonæ facere, & in cauſa appellationis, iterum cõfirmata
per excellentiſſimum, & ſubtilem Doctorem Dominũ Pau-
lum Vintbã Volaterranũ, licet alijs rationib. moti fuere, ſed
ſola hac reali ratione ita erat iudicãdum, quia ſtatutum Cor
tonæ a contrario ſenſu diſponit, ꝙ mulier poſſit ex teſtamen
to diſponere ad eius libitum de dotib. ſuis in præiudicium fi
liorum abſq; conſenſu alterius perſonæ, patre non exiſtente,
cum ꝑ illud argumentum reuertatur ad ius cõe Romanorũ,
89 quia nulli dubium eſt † ꝙ mater põt diſponere de dotib. &
bonis ſuis ad eius libitum in præiudicium liberorum vſq; ad
legitimam, etiam proijciendo ea in mare de iure communi,
& filij non habent vnde conquerantur, ut per Cra. conſ. 241.
nu. 1. vol. 2. & Rol. a Valle conſi. 62. nu. 25. uol. 1.
90 † Et põt plus uni, quã alteri filio ẽt ſecundi matrimonij re
linquere, & maiorem dotem vni filiæ, quam alteri concede-
re, ut per Dec. in conſi. 246 in conſi. 557. nu. 7. Pr. Marci deci-
ſio. 27 in 2. par. & Crauc. conſ. 40 ꝓponit, nu. 10. Alex. ↄſi. 217.
nu. 1. vol 6. Duran. de arte teſtan. tit. de lega. cau. 65. nu. 2.

Et in patre loquit̃ tex. in l. hac edictali, ubi Cy. Iac. Butr. &
Bal. nu. 67. C. de ſecund. nupt. Corn. conſ. 115. in fi. in 3. Bal. cõ-
ſi. 328. nu. 3. uol. 3. Rui. conſi. 56. uol. 3. & Maran. in ſua diſput.
10 nu. 33. car. mihi 317. & ẽt poteſt per hoc argũ a ↄ̃rio ſenſu
decidi ſtatuta illa duo Ciuitatis Florentinæ, quorum vnum
diſponit ſub rubrica de prohibita alienatione irrequiſito cõ-
ſorte, circa ædificia, muro mediante, & altera circa poſſeſſio
nes, & terras ↄfinatas a duob. uel trib. laterib. ſub rub. 108. de
teuenditione terræ fiendæ conuicino, non habere locum in
terra Fiuizani propter ſtatutum Fiuizani, ſub rubrica de vẽ-
ditione fienda in agnatos, & confines, ꝙ diſponit, ꝙ ſi aliq́
voluerit vendere aliquã domum, ædificium, terrã, ſeu poſſeſ
ſionem aliquã teneatur vendere proximiori agnato maſcu
lo, & ipſo nõ exiſtente, ſeu emere nolente, teneat̃ vndere con
finatis: a contrario ſenſu diſponit, ꝙ ſi noluerit vendere, non
teneatur vendere, & ꝙ ſi nõ extiterint agnati, aut cõfines, aut
emere noluerit, ꝙ poſſit vẽdere, cui ſibi placuerit, aliquo alio
ſtatuto ſuperioris non obſtante, tanquam expreſſe prouiſum
a dicto ſtatuto: & ita conſuluit in caſu contingenti Dñs pa-
ter meus, in conſi. 16. incip. de anno 1560. Ioannes Baptiſta
91 Bornia. vol. 2. in meis, & fuit ita iudicatũ ĩ curia Fiuizani † ꝙ
argũ in ſtatutis a ↄ̃rio ſenſu, nedum habet locũ, qñ reducit
diſpoſitio ↄ̃ria ad ius cõe, ut ſupra dixi, ſed ẽt qñ corrigeret
ius cõe, ſi ſtatutum in ſenſu directo nihil operat̃, ut eſt exem
plum in ſtatuto Florentino diſponẽte, ꝙ quælibet mulier in
hr̃ditate patris poſſit ſuccedere, ſi non extiterint filij maſcu-
li, nam ſi extiterint filij, non poſſunt filiæ fœminæ ſuccedere,
quia ſtatutum in ſenſu directo nihil operatur, cũ de iure cõi
filiæ ſuccedant patri, de quo ſtatuto loquitur Capici. deciſio.
21. in cauſa Liſæ, nu. 3. Alber. Bru. de ſtat. exclud. fœmi. in 7. ar
tic. nu. 3. & ſeq. & ita dicit Bal. in l. conuenticulam. C. de epiſ.
& cler. & Craue. conſi. ant. nu. 12. vol. 2. & late dixi in tit. de
vſufruct. c. 9. nu. ... verſi. tamen ex eo, qa tale ſtatutũ, quæ oĩa
fac, ut intelligas de argumẽto a ↄ̃rio ſenſu ꝓcedere circa ma
teriam, de qua loquit̃ ſtatutũ, aut pactũ ſolum, & non circa
alia iuri ↄ̃ria, & non ſuppoſita reuolutioni ↄ̃rię, licet annexa
fuiſſent cũ diſpoſitione ↄ̃ria, quorum exempla hñtur per, D
Bero. d. q. 97. nu. 7. 8. Dec. conſi. 232. dura admodum, nu. 7. &
nu. 8. conſi. 110. nu. 1. Bero. q. 37. nu. 4. & Dec. conſ. 484. nu. 6.
& ſeq. & late per Rodericũ Suarez allegat. 2. teſtõr filio ſuo.
& Craue. conſ. 203. nu. 8. vbi concludunt, in connexis nõ ſup
poſitis argumento a ↄ̃rio ſenſu attendi dẽ re ius cõe Roma-
norum, ſeu ſtatutũ ſuperioris, vti caſus omiſſus a ſtatuto, ſen
tit Alex. conſi. 17. viſis, & opportune, nu. 1. 2. vol. 2. Et cautela
eſt ad euitandũ hæc oĩa, ꝙ hęres accipiat bona cum bñficio
legis, & inuentarij, & faciat infra quindecim dies ſe dari cura-
torẽ bonis, nõ ut hr̃s, ſed ut ꝓpinquus, & teneat amhore ꝑ-
tore dicta bona, iuxta l. iuſte poſſidet, ubi Bar. & Docto. ff. de
acq. poſſ. l. non vſ. §. qui iuſſu ff. de reg. iu. & Iac. Mach. patro.
5. nu. 2. & 3. & Rui. conſi. 151. nu. 1. vol. 3.

Quæ oĩa diligenter cõſidera, quia ſunt aurea, & cordi im
primẽda, nec alias inuenies ita ſcite deciſa, & declarata, & his
medijs poteris decidere mille caſus, ſi memoriæ mandabis
omnia prædicta, & non paruum facies tibi honorem, ac bur-
ſam implebis aureis, crede mihi, cũ prima fronte videtur totũ

dicendũ contrariũ, tanquã caſus omiſſus a ſtatuto, cum uere
92 non ſit omiſſus, ſed expreſſe prouiſus a contrario ſenſu † Ni-
ſi huiuſmodi argumentum a contrario ſenſu eſſet prohibitũ,
quia tunc non haberent locum prædicta, cum argumentum
reperiretur prohibitũ, & qñ, ac quomodo dicitur, no. Alex.
in l. 1. nu. 13. & Iaſ. col. 10. ff. de officio eius, cui manda. eſt iuri
ſdict. & ibi Doc. ubi etiã Dec. nu. 60. ver. poſtremo, Alex. cõ-
ſi. 45. vol. 7 conſi 192. nu. 3. & ſeq. conſi. 80. nu. 9. & 10. uol. 1.
Brun. de ſtat. exclud. fœmi. in 5. artic. verſ. vigeſimonono quæ
ro, Paris. conſi 69 nu. 18. & ſeq. vol. 4. & Craue. conſilio 236.
nu. 12 & ſeq. vol. 2. Verum quia ſtatutũ prædictum loquitur
de poſſeſſione bonorum, & hæreditate tenenda, ideo puto
habere locum etiam nedum in ſolutione, verum etiã in ſim-
plici retẽtione hæreditatis, adeo ꝙ ſit opus infra quindecim
dies illam repudiare, alias inuentario non obſtante intelliga-
tur hæres in totũ, quia hæreditas animo aditur, & animo te-
netur, animoq; repudiatur, ad notata per textum in l. iam di-
buari. ff. de hæred. inſt. & pulchre per Benedict. in ca. Raynu-
tius, verſi. mortuo itaq; teſtatore, il primo, ſub nu. 361. & ſeq.
& nu. 357. & ſequenti, car. 121. Villalob. commu. opin. in uer-
bo hæreditatis, nu. 29.

Scdo intellige dictum ſtatutũ Florentinum circa hæredi
tatem adeundam, ſeu aditam, hẽre locum in ſua iuriſdõne,
& non in locis ẽt ſubiectis, ubi reperiretur ſtatutum de adeũ-
da hæreditate mentionem faciens expreſſe, ſeu cõpræhenſi-
93 ue, † quia iſto caſu, in prouiſis a ſtatuto loci inferioris, ſtatu-
tũ ſuperioris non habet locum, ſed ſtatutũ loci debet atten-
di, tanquã ius ciuile illius territorij Mart. Lauden. in conſi. 6.
nu. 14 Alex. conſi 34. nu. 5. conſi. 148. num 1. vol 6. in l. ſi cre-
ditori, nu. ... col. 2. ver. nota. ꝙ honoraria. C. de leg. Paul. de
Caſt. conſi. 140. in 1. parte, ſentit Bal. in l. 1. §. excipiunt. in fi. ff.
de ferijs, & Corn. conſi. 151. in 5. par. & ideo non haberet locũ
dictum ſtatutum Florentinum in caſtro Fiulzani, in quo eſt
prouiſum per ſtatutum Fiulzani directe, expreſſe, & cõpræ-
henſiue a contrario ſenſu, per rubricã ꝙ contractus mulie-
rum, & minorum ualeãt, ut infra, vbi ſtatuentes æquiparãdo
maſculos, & fẹminas minores, diſponũt directe & expſſe cir-
ca modum ꝯhendi, ſe obligandi, & adeundi hæreditatẽ volẽ-
tes, ꝙ maſculus minor 18. annorum, & fẹmina minor 16. nõ
poſſit facere aliquem contractũ, obligationem, finẽ, uel re-
miſſionem ſine authoritate patris, aut aui, in cuius poteſta-
te erunt, & ſi patrem, aut auũ non haberet, ſine authoritate
tutorum, vel curatorũ, & authoritate dñi iuſdicentis, ac ma-
riti ſi fœmina maritũ hẽret, & ſi mas, & fœmina erunt ma-
iores 18 & 16. annorum reſpectiue, ſi patrem, aut auum habe
rent, & eſſent in poteſtate eorum, non poſſint aliquem con-
tractũ, obligationem, vel remiſſionẽ facere ſine eorum ꝯſe
ſu, & ſi illos non haberent, ſine authoritate duorũ ex meliori
bus propinquis ſuis, ſi poterint inueniri, alioquin cum conſi
lio duorũ ex melioꝛib. vicinis. At ſi fẹmina maior 25. annis
facere noluerit aliquẽ ꝯctum, obligationem, & finem, tenet
facere cũ conſenſu patris, aut aui, & mariti, & ſi patrem, aut
auum non habuerit, cum conſenſu propinquorum, aut vici-
norum, & mariti. Maſculus vero maior 25. annis non poſſet
ꝯhere, ſe obligare, remittere, vel facere aliquid ſine conſenſu
patris, aut aui, ſi in eius poteſtate fuerit, & ſi mulier habuerit
maritum in lõginquas partes, poſſit per ſe, & per procurato-
rem agere, petere, & requirere, hæreditatem adire in iudicio,
& extra, & ſe, & ſua obligare, ſicut ſi facta fuiſſent in præſen-
tia, & cum cõſenſu mariti, dummõ faciat cum authoritate
patris, aut aui, & decreto iudicis, & ſi in aliquo defecerit ſo-
lẽnitas, ut ſupra requiſita nõ valeat ꝯctus, obligatio, finis, ſeu
remiſſio, vel quodlibet aliud, & ſiat nulla, & irrita ipſo iure.
Quo caſu aperte demonſtrat̃ quo ad minores 25. an. poſſe ſe
obligare, finem facere, adire hrẽditatem, vel qd aliud cũ præ-
allegatis authoritatibus, & licet circa adeundã hæreditatem
ſtatutũ loquat̃ in pſonam mulieris maritatæ, & non maſculi,
tñ idem dicendum eſt, ſtatuentes ſenſiſſe in maſculis, poſtq̃
ſemper illos ad inuicem æquiparauit in æquiparandis, uñ fit,
ꝙ quotieſcunq; lex, ſeu ſtatutum duas perſonas in principio
aut in aliqua eius parte, per uiã regulæ æqparant diſponendo
vno, & eodem mõ circa illud, ꝙ utriq; conuenit, tunc ualet
argm̃ de vna ad aliã, & ꝙ habet locum in una, dicit̃ habere lo
cum in alia, per textum l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. vbi
Iaſ. in 6. not. eſt tex. bonus in l. in cauſæ cognitione, etiã hoc
uer. item relatum, ff. de minor. & idem Iaſ. in l. in teſtamento,
la. 1. in 2. no. C. de teſta mil & eſt cõis opinio, ut per Fran. Vi-
ui. in ſuis comm opinio. in uerbo ſtatutum, qñ duo, & Petr.
Beninten. in Rota Bonon deciſio. 78 lata ſententia, nu. 6 nã
qñ ſtatutũ format duas quæſtiones, & reſpõdet ſolũ ad vnã,
illud idem rñdet ad aliam. l. 1. C. de diuer. reſcr. Alber. Brun.
de ſtat. exclud. fœmi art. 8 q. 22. nu. 110 & Syl. N·tp. lib. 1 nu-
95 me. 185. & ſeq. attento † quod, circa obligationem, finẽ, adi-

tionem hæreditatis, & quid aliud faciendum per minores, &
maiores, & intelligendum per ſtatuentes, nõ poteſt maior ra
tio conſiderari in fẹmina, quam in maſculo, quod uoluerunt
fœminam poſſe adire cum dictis ſolemnitatibus hẹreditatẽ,
ſm iura, & non maſculus, cum a principio uoluerit prouide-
re indemnitati, & utilitati dictorum minorum, tam maſculo
rum, quam fœminarũ, & ubi eſt eadem ratio, licet de uno tã
tummodo fiat mẽtio, id factũ videtur exemplariter, & non
reſtrictiue, ut tradit Alex. conſi. 89 nu. 12 uol. 6 Craue. conſi.
183. ſub nu. 3. & Tiraquel. in ſuo tracta cauſa ceſſante, in pri-
ma parte, ſub nu. 149. & ſeq. & in maioribus 25. annis, cum au
thoritatibus parentum, & propinquorum loquunt̃ ſtatuẽtes
etiam circa hẹreditatem adeũdam, & aliud quid faciẽdum.
quæ verba, quid aliud faciendum, ſunt vniuerſalia, & comprẹ
hendunt omnes actus inter uiuos fiendos, ad notata per Hie
ronymum Gig. in ſuo tracta. penſio. q. 19. q. 28. & q 97. ubi lo
quitur de importantia iſtorum verborum, & dixit Craue. cõ
ſi. 29. nu. 6. lib. 2. ꝙ uerba vniuerſalia cõpræhendunt ea, quæ
excogitari poſſunt. cum ergo poſſint facere quid aliud, vel
aliquid cum dictis ſolemnitatibus, nulli dubium eſt, ꝙ adeun
do hæreditatem ſimpliciter, vel cum beneficio legis, & inuẽ-
96 tarij (prout iura diſponunt) dicuntur aliquid facere † quia
dicuntur quaſi ꝯhere, §. hæres, inſtit. de obliga. ex quaſi con-
trac. Bart. & Docto. in l. more, ff. de acquiren. hæred. Iaſ. l cũ
res, ff de lega. 1. Afflict. deciſio. 260. ſub nu. 6 & dato quod ſta
tuentes non expreſſiſſent illa uerba aliquid facere, vel adire
hæreditatem, tamen intellexiſſe, de aditione hæreditatis, etiã
eſſet dicendum propter illa verba, aliquam obligationem fa
cere, vel ſe, & ſua obligare, quod uerbum importat nedũ cõ
trahere, ſed etiam quaſi ꝯhere, & quidem ꝓpriẽ, ut dicit Bar.
in l apud Iulianum, §. ſi. per illum textum, ff. ex quib. cauſis in
poſſ. ſ eat. & in l 1. in prin. ff. de actio. & obligatio. Aret. in §.
a. ſub nu. 5. Inſtitutio. de actio. Matheſil. ſingu. 167. quod eſt
differentia, Bar. & Docto. in l. more, ff. de acquiren. hæred. So
cin. conſi. 112. nu. 8. in fi. & nu. 9. vol. 1. & ſic verificat̃ etiam in
aditione hæreditatis, ut per Bartolum, & Docto. in d. l more,
ubi Iaſ. nu. 19 & late Ludouic. Gomes. in § omnium, ſub nu.
92. inſtitu. de actio. & Dec. in c. qua fronte, nu. 4. & nu. 5. de ap
pellatio. & præcipue cum actus tendat in fauorem adeuntis
97 hæreditatem, & minoris, † quia poteſt etiã minor, & mulier,
quo ad eius commodum retinere hæreditatem patris ſine
ſolemnitatibus ſtatuti, quanto fortius cum ſolẽnitatib. & ita
eſt intelligendus Dec in conſi. 331. ubi dicit, ꝙ ſtatutũ, ꝙ mi
nor non poſſit ſe obligare ſine certa ſolẽnitate, locum nõ hẽt
in filio retinente hr̃ditatẽ patris, videlicet, ꝙ non põt opponi
ꝯ filium minorẽ adiuiſſe, retinendo hr̃ditatem patris ſine ſo
lemnitatib. & ſic nulliter, non aũt quo ad eius damnũ, quin
ipſe minor poſſit obijcere retentionẽ hmõdi eum non effi-
cere, & nulliter hr̃ditatem fuiſſe aditã ſine dictis ſolẽnitatib.
ut ſentit Are. §. ſui aũt hr̃des, in fi inſtit. de hæred. quæ ab in-
teſt. defer. & ita declarat Pau. de Caſt. conſ. 90. nu. 5. in prima
parte, & tradit Cor. conſ. 337. litera B. in prima parte. Barbat.
conſi. 5. vol. 3. & Dec. 442. nu. 17. & Dñs Carolus pr̃ meus, in
rñſo 297. ſtatuto Fiuizani, libro primo, & faciunt adducta p
An. Pinel. l. 1. in 3. parte. nu. 30 & ſeq. C. de bon. mater. & ſic
ſtatutũ vult, ꝙ poſſint adire hr̃ditatẽ, ꝓut de iure ꝯcedit, hoc
eſt ſimpliciter, & cũ beneficio inuentarij, & eo modo quo ſi
bi vtilius fore videbit̃ ſe immiſcendo, & nõ immiſcẽdo, poſ-
ſidendo, & non poſſidendo, cũ indiſtincte pmittit, poſſe ſe ob
ligare, & aliud facere, & adire hr̃ditatem cum dictis ſolẽnita
98 tib. † quia verba ſtatuti gñaliter ꝓlata, gñaliter dẽnt intelligi,
& ꝙ non diſtinguit ſtatutũ, neq; nos diſtinguere debemus. l.
ſi ſeruũ, §. non dixit prætor. ff. de acq. hære. Bal. in l. oẽs popu
li. circa finẽ ff. de iuſt. & iu. & Tiraq. in l. ſi vnq̃, in verbo liber
tis, nu. 4. C de reuoc. donatio. & ſtatutũ dẽr intelligi ſ̃m ius
cõe, & ab illo recipit interpretationẽ paſſiuã. Alex. conſi. 85.
nu. 10. uol. 4 conſi. 137. uol. 1. & Dec. conſi. 356. nu. 4. ver. non
obſtat, ꝙ ſtatutũ, & ita dr̃ ſe obligare, & aliquid facere adeũ-
do hr̃ditatẽ cũ bñficio inuentarij, ſicut ſimpliciter, & pure,
licet primo caſu ſit obligatus ſolum vſq; ad vires hr̃ditarias,
& bona defuncti, & nõ ultra, ſcdo caſu vltra vires hr̃ditaris
de ſuo ꝓprio. l. ſi. §. ſi autẽ, & §. & ſi præfatã C de iure delibe.
ubi Iaſ. Duran. de arte teſtan. tit de acq. hæred. caute. 8 nu. 1.
ergo ſufficit verba ſtatuti verificari poſſe, ẽt in hr̃ditate adeũ
da cũ bñficio inuentarij ad hoc vt a ſtatuentib. ita diſpoſitũ
eſſe intelligat̃: quia vbi verba ſtatuti conueniunt, ibi quoq; ip
ſum ſtatutum habet locum; & ubi non conueniunt, ibi quo
que ſtatutum non habet locum, per late tradita per Tiraquel
lum dicta l. ſi vnquam, in verbo libertis, numero ſecundo, &
tertio, per textum in l. quarta §. toties, & ibi Bartolus. ff. de
damno infecto. quod procedit etiam in tacita mẽte ſtatuti,
procedente a ratione generali, ut per Alexandrum conſi-
lio 111. ponderauit, ſub numero 3. Bero. conſi. 26. numero 4 &

Decius conſi.520.nume.4 & ſequen & Craue.conſi.236.nu.11.volum.2.nam idem operatur diſpoſitio in genere, quod operatur diſpoſitio in ſpecie, late per Aſſi.deciſio.44.nu.11.& ſeq.& illud quod compræhenditur ſub diſpoſitione generali, dicitur expreſſum, & ſpecificatum. Ruinus conſilio 40. & conſi.35.nu.9 volumine ſecundo, & etiam apparet eſſe prouiſum per aliud ſtatutum ſub rubrica, quod mulieres nubant & dote ſint contentæ, ubi in fine dicit, Et in omnibus caſib. ſucceſſionis ſuccedant ſecundum ius commune Romanorũ, & ſic vult, ꝙ quilibet circa ſucceſſiones ſuccedere poſſit ſecundum ius cõe Romanorum, & ſic cum beneficio legis, & inuentarij, prout de iure communi diſponitur. Et ſatis in propoſito conſuluit ſubtilis Decius in conſilio non impreſſo, circa ſtatutum Fiuizani, quod conſilium ad maiorem præcedentium corroborationem hic tranſcribere propoſui, vt in caſu contingenti bonus iudex habeat authoritatem tanti viri, & eſt tale.

Iuridicam eſſe arbitror concluſionem ſuperius firmatam per Dominum Nicolaum Altouitam Iuriſcõſultum celebratiſſimum, uti fratrem maiorem honorandum, & per Iuniorem Dũm Carolum Caualcanum, olim diſcipulum meum, ingenij perſpicaciſſimi, cui nomen Caroli Rui. imprimere laudabile eſſet. Nam de iure communi res clara videtur per auct. defuncto. C. ad Tertullia & tradit Bened. Capra in conſi.137.& conſi.51.uiſo, in principio. ſed difficultas facit, quia in noua reformatione capitulorum Fiuizani ordinatum fuit quod recurratur ad ſtatuta Florentina in caſib. non prouiſis per ſtatuta Fiuizani, & aliorum locorum; & talis vltima reformatio videtur derogare priori ſtatuto, quo cauetur, quod in omnibus alij caſibus ſuccedant ſecundum ius commune Romanorum, quia in ſtatutis contrarijs vltimum attenditur, vt no. per Cy.l.2.C. de teſtamen.tut. Bart. in l. omnes populi, verſiculo, circa quartum, columna.. nu. ..ff. de iuſtitia, & iure, & in l. ſi certarum. §. finali, ff. de teſtam militia.

Ad hoc reſpondetur, ꝙ verum eſt, ꝙ ultimum ſtatutum derogat priori, niſi reduci poſſint ad concordiam, quia tunc debent concordari, & vtrunq; ſeruatur, vt Bar. dixit in l. omnes populi, in loco ſupra allegato, in fi. per tex. in §. quibus, in prima conſtit. C. & idem no. Bar. in l.1.§ & paruu, colum.2 ff. quod vi, aut clam, & Abb. in cap. gratum, in prin. in cap. ſuper quæſtionũ, in princip. in tertio notab. de offi. delega. Vnde in caſu iſto conſiderandum eſt, ꝙ prima reformatio, quæ dicit, quod recurratur ad ius commune Romanorum, loquitur ſpecialiter in ſucceſſionibus, & vltima reformatio, quod recurratur ad ſtatuta communis Florentiæ generaliter, & vniuerſaliter in omnibus caſibus non prouiſis per ſtatutum dictorum locorum, & ideo prima reformatio debet ſeruari in caſu ſuo, in ſucceſſionibus, prout loquitur, & poſterior habebit locum in alijs caſibus, qui non concernunt ſucceſſiones; quia cum prima reformatio ſit ſpecialis, & poſterior generalis, ſpeciei per genus non derogatur, ut in ſtatutis not. Bar. in l. ſed & poſteriores, ff. de legibus, per illum tex. & idem Bart. in l. ſciendum, in prin. ff. qui ſatiſda. cogan. per gloſſam ibi, & ad id gloſ in auct. offeratur. C. de lit. conteſt. in §. ſed hodie, Iuſti. de ſatiſda. in uerbo, pro qualitate, & in §. ſuſcepto modo libello, in auc. de exhib. reis, in gloſſa prima, & not. Bat. in tract. ad reprimen. in uerbo non obſtantib. cum ſimil. vt tradit Alex. in conſi.80.viſis, colum ſecunda, uol. primo. Rom. conſi.321. in caſu propoſitæ conſultationis, in prin. & in conſilio 40. viſis, columna ſecunda. Abb. in conſilio 24. illud de iure, columna ſecunda, libro ſecundo.

144 † An autem reſtituatur ad rem, aut ad precij ſupplementũ ob læſionem hanc Doctiſſimus Roder. Soarez in dicta allegatio. 21. nu. 5. tenuit in propoſito, minorem læſum ſolum in valore rei alienatæ, & non in re, nec in ſolennitatibus prę allegatis reſtitui debere ad ſupplementũ precij, & non ad reſcindendũ contractũ, & ita ſupra tetigi, nu. 77 in fi. & ſentit Rol. à Valle conſi. 59. nu. 7 volu. j. Bar. in l. ſi res. §. ſi mulier, nu. 4. ff. de iure doti. Sed Didac. Varia. reſolu. dicto cap. 3 ſub nu. 11. verſicu. tertiò hinc deducitur, tenet præciſe, emptorem teneri ad rem reſtituendam, & allegat rationem diuerſitatis inter reſtitutionẽ in integrũ aduerſus læſionẽ rei minoris à minore intentatam, & inter læſionẽ vltra dimidiũ iuſti precij, quã etiam ſequuntur Pantaleo in repetitio. l. 2. extentione 12. col. 17. C. de reſcind. vend. & ibi etiam Vincen. Paleot. num. 13. & nu. 14 & Ari. Pinel. ibi in 3 parte, cap. 1. num. 20. ac Menoch. de recuperanda poſſeſſione, Remedio 15. quęſtio. 15. nu. 138. & ſequen. & Crane. conſi. 7. nu. 12. verſic. & ſi dicas. volu. j vbi ponit etiam modũ formandi libellũ. Nam primo caſu cõpetit ſpeciali priuilegio, ſecundo caſu via ordinaria. Tamen mihi videtur magis æquum fore in iudicando tenere primam opinionem, cũ à principio contractus fuerit ex cauſa neceſſaria, & ſolenniter celebratus, & ſi emptor vti bonæ fidei poſſeſſor iuſte emit & poſſedit adhibendo omnes ſolennitates iuris, quo caſu non debet pati hanc pęnam reſtitutionis, nam quod fit lege permittente, legitime dicitur fieri, & pœnã non meretur, nec aliquod damnũ. l. Gracchus. C. de adult. Alias ſequeretur, quod nullus ferè contractus quãtuncũq; perfectus cũ minore celebratus robur, & firmitatẽ haberet, & ad bene placitũ minoris poſſet corroborari, & reſcindi, & ſic emptor magna cũ difficultate poſſet ad vnguẽ valorem rei ſoluere. & ideo cũ læſio ſolũ reperiatur in precio, & contractus de per ſe ſit validus, & perfectus, iuſtũ videtur, quod illud, quod eſt læſum, reſtituatur, ſed preciũ reperitur læſum, ideo in precio debet fieri reſtitutio, vt dicit Bar. in d. l. ſi quidẽ. C. de prædio. mino. & Abb. in c. conſtitutus, col. fi. de in integ. reſti. nã reſtitutio ſolũ reddit illud quod abſtulit læſio. l. j. & l. quod ſi minor. § reſtitutio. ff. de mino. & ſentit Tiraq. in l. ſi vnquã. verſ. Reuertatur, nu. 456. & ſeq. C de reuoc. dona. & videtur tex in l. in cauſæ cognitione etiam hoc verſabitur. ff. de minorib. & Rolan. d. conſi. 59. nu. 7, vol. j.

145 † An autem pro rata pretij reſtituendi debeat emptor reſtituere fructus perceptos ex re empta, videtur dicendum, ꝙ ſi cũ emptor poſſidens rem emptã teneatur fructus reſtituere, aut eorũ ęſtimationẽ pro rata precij non ſoluti, vt per Cur. conſilio 130. col. 2. volu. 4. & Pet. Benintend. in Rota Bonon. deciſi. 29. in cauſa Ioan. And. ſub nu. 3. & nu. 6. & Didac. Var. reſolu. lib. 3. cap. 4. nu. 12. verſic. ſi curabit, inquiunt Cæſares, & quod fructus pro rata precij iuſti non ſoluti debeant reſtitui per emptorẽ eligẽtem vellerem, & non preciũ reſtituere tenet, & dicit iure veriorem. Didac. Varia. reſolu. lib. 2. cap 3. nu. 9. verſic. ſi eſt, & aliud hoc in tractatu diſputatione dignũ, qui cæteros allegat. Contrariũ autem dicit, & ſequitur in foro fori Cępol. de ſimula. contract. in primo caſu principali, ſub nu. 7. verſic. ſi verò contractus eſt tantummodo illicitus, & cõem eſſe opinionem, & in praxi receptã tradit Ari Pinel. in repetitio. l. 2. lib. 2. in ſecunda parte, cap. vlt. nu. j. & ſequen. de reſcind. vend. quem refert & ſequitur Emanuel Soarez in commu. opi. in ver. fructus, num. 353. & allegat optimã rationem, quæ eſt, quod contractus à principio eſt validus, & tenet, & emptor ſolũ detecta iſta læſione tenetur, vel reſcindere contractũ, vel iuſtũ preciũ ſupplere, & cũ tenuerit ipſo iure venditio, & ſic emptor perceperit fructus rei ſuæ, eos reſtituere non tenetur, quam opinionem communem intelligo veram emptore ignorante valorẽ rei emptæ, & ſic venditorẽ eſſe læſum vltra dimidiũ iuſti precij, quia tunc vti bonæ fidei poſſeſſor, & emptor facit fructus ſuos conſumptos, non autẽ extantes, nec ſi de eis factus eſt locupletior, ſecus eſt, ſi ſciuerit precium, & extimationem rei emptæ; vt ſi eſſet extimator, & agri menſor, aut alias petias terratũ in dicto loco emiſſet eiuſdem bonitatis maiori precio, quia tunc vti malæ fidei poſſeſſor & emptor teneretur minori de iure canonico ad reſtitutionem fructuum pro rata precij iuſti non ſoluti, ſicut tenetur eos reſtituere eadẽ ratione à die precij oblati per venditorem, vel à die litis motæ, ſeu conteſtatę, vt ſentit Didac. d. cap. 3. nu. 9. & lib. j. cap. 3. & D. Bero. quæſt. 98. quamuis in maiore læſo vltra dimidium iuſti precij etiam emptore ſciente non procederent prædicta, quia licitũ eſt inter ſe decipere in precio, vt dicit Rolan. dicto conſ 96. nu. 36 & ſequen. volu. 2. & in caſu contingenti vltra præallegata vide Docto. in c ad noſtram, & in c. cum dilecti, vbi Imo. & Do. Bero. de emptio. & venditio. Iaſ. in §. fuerat, nume. 86 & ſequent. Inſtitutio. de actio. & in conſilio 134. in quarto volum. Boer. deciſio. 44. numero 23. & ſequen. & Docto. in dicta l. 2. C. de reſcinden. venditio. vbi latè per Ari. Pinel. in ſecunda parte, cap. 4. & 3. parte, cap. j. numero 20.

146 † Si autem alienatio non fuerit perfecta, & ſolenniter, nec a legitimo tutore facta, & titulo lucratiuo alienata fuerit, ſi minor effectus maior tacuerit per decem annos inter pręſentes, & viginti inter abſentes, non poterit amplius contrauenire, & ratificaſſe alienationẽ cenſebitur per lapſum dicti temporis. l. fi. C. ſi maior fac. aliena. ſine decret. rat. habue. vbi glo. Barto. Bal. & Salyc. Bero. quæſtio. 44. nu. 5. Iacob. Menoch. de recupe. poſſ. Remedio 15. nu. 158. verſicu. ſecundus eſt caſus. Dec. conſi. 232. nu. 5. & Craue. conſi. 102. nu. 7. lib. 1. At ſi res minoris alienata fuerit titulo oneroſo, & tacuerit per quinquennium poſt ætatẽ perfectam ratificaſſe dictã alienationẽ ipſo iure à lege præſumetur, adeo quod maior nõ poterit amplius aliquam petere reſtitutionẽ in integrũ aduerſus alienationem factam tempore minoris ætatis, per tex. clarum in d. l. fi. C. ſi maior factus aliena. ſine decre. rat. hab. Alexand. conſi. 117. nu. 2. volu. j. & Dec. conſ. 232. nu. 4 quæ lex finalis habet locũ, quando contractus eſt factus ab ipſo minore ſine conſenſu curatoris, aut ab ipſo tutore, & curatore nomine pupilli abſque præſentia minoris, & iudicis decreto, vel ab ipſo minore curatorẽ non habente, & non impetrata venia alienandi, vel abſque conſenſu propinquorũ, vt affirmat glo. Bart. & Saly. in dicta l. fina. C. ſi minor fac. Capic. deciſio 13. nu. 1. 2. & Ruin. conſilio 63. numero 21. in fine, volu. j. & Iaco. Menoch. d. remedio 15. conſilio 15. numero 140. & ſequen. verſicu. ſecundum caput quæſtionis, licet aliqui voluerint. d. l. fina C. ſi minor fac. non habere locum quando, tutor non feciſſet inuentarium, non ſatis dediſſet, & non fuiſſet factum prius inſtrumentum, quod non aderant nomina debitorũ, bona mobilia, & minus damnoſa, & ſic cũ cognitione cauſæ, & ei adminiſtratio à iudice non fuiſſet decreta, vt conſuluit Corne. conſi 207. col. j. verſicu. eſt regula, nu. 7. & ſequen. vol. 3 Pariſ. conſi. 110. volu j. ſentit Cyn. in d. l. ſi quando, C. ſi maior fac. vt refert Roderic. Soarez titu. de las Arras, ſub numero 67 car. mihi 467. & ita iudicatum vidi per Excellen. Iureconſultum D. Lelium Taurellum Sereniſſ. Magni Ducis Florentiæ Auditorem primarium, licet Dom. Carolus pater meus in dicta cauſa contrarium conſuluerit, & quidem melius per tex. in l. 2. C. ſi maior factus alien. ſine decre. rat. habue. vbi expreſſam ratihabitionẽ tacitæ æquiparat. At per expreſſam verbis, aut facto inductam omne nullitatis vitium ex quouis capite eo in caſu tollitur, idem ergo ex tacita, vt ęquiparatorum eadem ſit virtus: ita dicit Dom. Bero. quæſt. 43. quidam in contractu diuiſionis, nu. 4. & 5. & perbelle, ac docte declarat, & ſequitur delicatus Do. Iacob. Menoch. dicto conſilio 15. num. 140. & ſequen verſicu. ſecundum caput quæſtionis, vbi ſub num. 148. in fi. dicit ſatisfactum fuiſſe ſeu argumentationi Corn. in dicto conſilio 207. & quod idem Corn. conſilio 36. num. 22. lib. 2. tenuit contrarium, & quod idem conſuluit Pariſ. conſi. 49. nu. 58. volu. j. & ſic habes, quod alienatio facta de re minoris ſine cognitione cauſæ, & ſolennitatibus iuris non obſeruatis, & ſic ex quouis capite nullitatis per ratihabitionem expreſſam verbis, & facto inductam, & etiam per tacitam, hoc eſt per lapſum quinquennij, in titulo oneroſo, & per annos decem, & viginti in lucratiuo confirmatur, niſi in contractu adeſſet dolus verus, & non præſumptus, aut contractus eſſet

pigno-

pignoratitius,vel ſimulatus, quia tūc nec tacite,nec expreſſe inducitur ſimplex ratificatio, nec etiam d l.fi. C.ſi minor ſae. habet locum,ſi minor non fuerit præſens alienationi,& ignorauit contractū,quia ignorans non dicitur ratificare, ita hæc omnia notat Iaco. Menoch.vbi ſupra, nu.177 & ſeq & Pariſ. conſi.49.vol.j.& ſentit Alcia.in regula j.præſum.42.nu.7.ver. pro quo facit,dummodo non ſit craſſa, & ſupina ignorantia, vt per Iaco.Menoch.vbi ſupra,nu.115.& nu.116.& Tiraq.de retract.lignag.§.35.glo 4.nu.34.& ſeq. & Benint. rot. Bonon. deciſ.69.Agebat,nu.2.

147 † Quæ ratificatio tribus modis, vt dixi, inducitur, duobus modis ab homine, & tertio modo à lege Ab homine fit primò verbis expreſſis poſt perfectā ætatem, ſecundo modo facto,vt ſi ſoluit,vel ſolutionem recipiat rei alienatę,vel reddirut,penſiones,aut fructus percipiat, aut eos reſtituat,vel dilationē faciat,aut petat ad ſoluendū,vt per Alex.conſ.117.nu.2. lib.5.Brun.conſi.15 nu.4. Dec conſil.232,nu.4.Bero.d. q.43. nu.4 Craue.conſi.226 nu.6.volu.2.Grat.conſi.47.nu 22.lib.j. Craue.conſi.159.nu.5.Bello.conſi 28.nu.17.& Iaco.Menoc. d.15 remedio.quæſt.15.num.118.ver.tertia eſt ratihabitionis ſpecies, & iſta ratificatio procedit etiam in hærede minoris ſtatim mortuo minore,& adita hæreditate, & ſciente alienationem.Tiraquel.de iu.conſtitu.tertia parte 30 limi. num.12. Tertio modo inducitur ratificatio ob curſum tēporis quinque,vel decē, aut viginti annorum poſt ætatē perfectā, & iſta dicitur tacita ratificatio inducta à lege, vt eſt tex. in d.l.fin.C. ſi maior fac.alie.ſine decre.rat.habue.& eſt valde notandum

148 † quod ratificatio inducta ab homine non retrotrahiē à die contractus,ſed ratificatio à lege inducta bene retrahiē à principio celebrati contractus, etiam quod contractus ſit ipſo iure nullus à principio ex cauſis ſupradictis, vt docte tradit Aret.conſi.128.numero quinto,& ſequitur pulchrè, ac diſtincte Iacob. Menoch. vbi ſupra, numero 149.& ſequenti, verſiculo, in hoc ergo ſecundo capite, quo fit, quod declaratur illa communis ſententia, quæ eſt, quod ratihabitio cōfirmat actum ipſo iure nullum vt ex nunc, non vt ex tunc, vt dicit Roma.ſingu.772.iudex. Dec.in l.quod initio,ſub nume.12.& nu.13.& in l.ſemper qui non prohibet,vbi etiam Cagno.ff.de regu.iur.& Per.Duc. regula 31.in quarta fallentia, quod non procedit in ratihabitione tacita inducta à lege, ſed in illa inducta ab homine, vt dicit Iacob.Menoch. d.numero 149.& numero 156. & 157.

149 † Nec mala fides impediret hanc ratificationem, ſicut impedit præſcriptionem, quia iſta ratificatio eſt ipſo iure curſu temporis inducta a lege,& tanto magis ſi iuſtum precium ſoluiſſet emptor,vt late declarat Iacob Menoch.d.remedio 15. num.187.& ſequen.verſicu. Declaratur ſexto,& faciunt quæ dixi infra,numero 158.

150 † Et agitur iſto caſu ad reſciſſionem contractus,ſeu ad declarationem nullitatis contractus,& non ad læſionem precij, adimplendam iure dominij, vel poſſeſſionis, vel quaſi, et dicit Iaco Menoch.dicto remedio 15.nume.191.verſicu praxis, quæ in primo vt experiatur minor,vbi dicit,quod poterit minor,ſeu alter ſuo nomine agere remedio c.reintegrāda.tertia quæſtione prima,ad rem recuperandam, ſed mihi magis placet praxis tradita a Pau. de Caſt.in conſilio 105.ſi non interueniſſet iuramentum,colum.fina.verſic.ſuper ſecundo, nume. 2.volu.2.& relata,ac ſequuta a Ploto in l.ſi quando, nu 205. verſicu.vnum perpetuo notabis.C.vnde ui.qui concludunt, quod tutius eſt,quod actor formet ſuam petitionem,narrando contractum nullum, & iniquum minus rite, & minus recte factum fuiſſe, narrando cauſas nullitatis & iniquitatis ſimul, vel diuiſim, prout erit in pacto, & implorabit officium iudicis petendo declarari,aſſertum contractum nullū, & ipſe non teneri ad illius obſeruantiam requirendo etiam ſucceſſiue eadem ſententia condemnari illum,qui contraxit, ſeu acquiſiuit nulliter ad ipſa bona reſtituendum, & ipſorū bonorum poſſeſſionem relaxandum ſibi, & ita petendo non poterit ille, qui contraxit, vel acquiſiuit contra agentem referre quæſtionē dominij,vel poſſeſſionis,ex quo ab eo, uel ab aliis ſuo nomine cauſam habuit,& eſt ratio,quia agēs non fundat ſe ſuper dominio uel poſſeſſione, nec ſuper aliqua actione, ſed ſuper cauſa prędicta ſolum,& ſufficit,quod cauſa ſit talis, qualem proponit ad obtinendum, vt ibi dicit Plo. dicto numero 205.qui cæteros allegat: nam ipſo iure annullatur contractus cauſa probata.l. in cauſæ cognitione etiam hoc verſabitur. § item relatum.ff de mino.& hoc eſt intelligendum, ſi minor prius pro ſua parte adimpleuerit reſtituendo precium receptum,vt per Cranet.conſi.7.nu.14.uolu.j.& Rolan. a Valle conſi.59.nu.7.volu.j.& Grammat. deciſi. 66.nu.22.& ſequen. & nu.61.Ari. Pinel. l.a.parte 3.cap.j.nu.64. & ſequen. C.de reſcind. vendi.

151 † Alias ſi remediū poſſeſſorium reintegrandæ intentaret, poſſet fortaſſe emptor obijcere cōtra venditorem exceptionem dominij,vel quaſi: cum contractus ſit inualidus,& non legitime factus,ad notata per Bart. in l.ſi quis conductionis, in fi.ver. ultimò oppono. C.locati. & per Iacob. Menoch. de recupe.poſſeſſ remedio 11.num.38.uer.declaratur primò non procedere, vbi legitur,quod licet conductor non poſſit contra locatorem refricare quæſtionem dominij, tamen ſi locatio non fuerit legitime facta, poterit cōductor refricare quęſtionem dominij, quod tamen non puto verum in poſſeſſorio recuperandæ,& reintegrandæ,ut per Iac.Machel. Patro, 13.Et ſic hæc remedia poterunt intentari contra tertios poſſeſſores, & quoſcunque habentes cauſas a primis emptorib. & ab alijs: cum alienatio a principio fuerit ipſo iure nulla, & læſio facta in re, & in ſolennitatibus, & non in precio, & ſic perinde habetur dicta alienatio, ac ſi non fuiſſet facta, vnde vti res aliena nunquam exiuit uirtualiter ex oſſibus vendito-

152 ris, nec dominium in emptorem fuit tranſlatū † quia ex inutili contractu non transfertur poſſeſſio,nec dominium, nam ſi contractus non ualet,nec eius quoque acceſſorium, quod ſui principalis naturam ſequitur,ut eſt poſſeſſio, & dominiū, ita refert Tiraquel.de in.conſti.in tertia parte, 6.limi. num.16. & ſequen. verſicu. nec tunc longe diſtat,& nu.50.verſicu.denique,quia ſupra tractauimus,per tex.in l.3.§.ſi ſtipulanti.ibi, non fieri eius appareat. ff.de donatio. inter vi. & vxo.& dixit Barto.in l.Emilius.verſicu.item reſtitutio.ff.de minori. quod reſtitutio in integrum operatur contra quemcunque poſſeſſorem,& ſentit Iaco.Menoch.dicto remedio 15.numero 191. verſicu.praxis quæ, vbi dicit tali caſu competere remedium reintegrandæ, quod cōpetit etiam contra tertium poſſeſſorem iuſto titulo,& bona fide poſſidentem, vt Plo.l.ſi quādo, nu.65.verſi remedium.C.vnde vi. & Rolan.a Valle conſi.50. num.11.volu.2.& Beninten.in rota Bonon. deciſ.33. & quod non transferretur dominium,& poſſeſſio,dicit Rolan.conſi. 33.nume.22.volu.j.

153 † Et fortificatur, quia oritur officium iudicis, ſeu actio in rem,& ad rem, & non actio perſonalis,quę non datur contra tertium poſſeſſorē,niſi in ſubſidium, vt annotarunt in remedio.l.2.C.de reſcin.uen.& in pacto de retrouendendo, Doc. in d.l 2.& Didac.Varia.reſolu.lib.2 cap.3.nume.10. verſicu.ſupereſt ad eiuſdem conſtitutionis, & Iaſ.in l.j.§.ſi hæres.ff ad Trebel. Alexan.conſil 1n.uidetur fortaſſe,uolu.1.Dec.conſil. 187.& in l.certi condictio.§.depoſiti.nu.6 ff ſi cert.pet.& per patrē meū D.Carolum in reſpon.14.domina Diameta,in 3.dubio.& in reſponſo.308.Ioānes Antonius de Luſignano, lib.j. per tex.in l.precibus. C.de re.permut. & quod oriaē officium iudicis,aut actio realis ob rem alienatam ſine ſolēnitatibus, uel a perſonis non legitimis, tradit Plo.in d.l ſi quādo, dicto nume. 205. C.unde ni.uideē tex.in l.in cauſæ cognitione uerſabitur.§.interdum autem,& ibi glo.in uer prætoria.ff.de mi, cum ſit tutus ipſo iure iſte minor, & ideo non competit reſtitutio in integrum, ut per textum in l. in cauſæ cognitione etiam hoc, in princ. & ibi glo.ff.eo. Tiraquel.in l.ſi unquam, in uerbo, Reuertatur,nu.456.& ſequen. C.de reuocan.dona, at actio realis datur contra quemcunque poſſeſſorem. l.fi.ff. de ope.no.nun.ubi Bar.& Cranet.conſil.298. ſub nu.7.uolu. 2.& eſt tex.in §.omnium,inſtitu.de actio.& in propoſito tradit Egid.Boſſi.in pract.crimi.titu.de bonorum publica.num. 77. Ergo & reſciſſio & annullatio cōtractus inualidi reſpectu rei reſtituendæ,ut ſentit etiam Tiraquel. de retract.lignag.§. 8.glo.5.nume.6.& ſequen. uerſic. porrò Cæpola bis,ubi dicit

154 † actionem ex lege, aut ſtatuto eſſe in rem ſcriptam, & dari contra quemcunque poſſeſſorem. Doctiſſimus uero Roder, in pręallegata allegatio.21.num.7.uerſi.plus dico:tenet reſtitutionem in integrum ex capite læſionis, & etiam ex capite reſciſſorio non dari contra tertium bonęfidei poſſeſſorem, per textum ſingularem in l.in cauſę,la ſecōda §. Pomponius, cum l.ſequen ff.de mino.niſi in ſubſidiū primo emptore non exiſtente ſoluendo, ut ibi dicit textus,& ideo ſi ſecundus emptor ignorabat uēditionem factam a minore,uel de re minoris,aut ignorare poterat; tunc cōtra tertium poſſeſſorem primo emptore exiſtente ſoluendo non datur reſtitutio,aut poſſeſſorem reintegrandæ,ſi autem ſciebat alienationem, tenēē ad rem reſtituendam una cum fructibus,& ipſe poterit cōtra uenditorem agere, & redire, ita hæc probantur per textum In dicto §.Pomponius, & l.planè, & l.ſed ubi. & l.quod ſi minor.§.reſtitutio.ff.de mino.& l.minor, in princip. ff. de euict. qui tex.ſunt multum clari,& aperti,licet §.interdum. dic. l.in cauſæ, uideatur de directo aduerſari. §.Pomponius, immediate ſubſequenti,nam §.interdum.vult indiſtinctè,quod minor poſſit agere contra ſecundum emptorem actione prætoria,uel actione in rem. & §.Pomponius, vult,quod contra ſecundum emptorem poſſit agere minor,ſi ſecundus emptor ſciuit alienationem, ſi aūt ignorauit, ꝙ non deē actio contra

ſecun-

ſecundum emptorem, ſi primus emptor eſt ſoluendo, tamen
ſecundum glo. in verbo emiſti, & in verbo vendidit, videt. §.
interdum, loqui de alienatione facta ſine ſolennitatibus, & §.
Pomponius, de alienatione facta cum decreto iudicis. & ſic
cum ſolennitatibus & in caſu iſto loquitur Crauet. conſil 7.
num. 15. lib. 1. & glo. in dicto §. Pomponius, in ver. ſciendum,
& in d. l. planè, in ver. in eum, intelligunt hoc procedere, niſi
minori interſit rem propriam habere, & dicit intereſſe ſibi, ſi
grande dãnum ſit minoris. l. ſi ex cauſa, in princip. ff. de mino.
quod grande damnum iſto caſu intelligo arbitrio iudicis p-
pendi debere, per latè tradita per Didac. Var. reſolu. lib. i. cap.
3 nume. 11. & per Docto. in l. ſcio. ff. de in integ. reſti. & in ter-
minis ita conſuluiſſe reperij patrem veritatis Do. Alexand in
cõſil. 67. videret, nu. 2. & ſeq. volu. 5. vnde ex his poteris colli-
gere, an † & quando poſſit minor agere contra ſecundũ em-
ptorem, cui ſubijcio, quod quando à tutore, vel curatore fal-
ſo, & nõ legitimo, qui non fecit fienda, alienatio ſequatur mi
nore abſente, licet precium eſſet conuerſum in vtilitatem mi
noris, tamen hoc caſu minor poterit agere ad rem contra
quoſcunque poſſeſſores, & ad fructus, vti res vendita ab eo
qui non habuit authoritatem alienandi, licet de rato promi-
ſiſſet, vt per Rolan. a Valle conſi. 76. nume. 3 & 4. volum. j. &
per ea, quæ ſupra dixi, num. 32. & ſeq. & faciunt ad notata per
Ruy. conſi. 168. nu. 23. volu. j. & Pet. Benintend. Rota Bonon.
deciſ. 38. quidam emerat, vbi concludunt, rem alienatam per
fratrem aut procuratorem nomine domini pro quo de rato
promiſſum ſit domino non ratificante, non afficere verum
dominum, nec eum impedire ad agendũ contra quemcunq;
poſſeſſorem ad rem, & ad fructus, quia non potuit in præiudi
cium domini dominium, & poſſeſſionẽ trãsferre bona fide,
& titulo in emptorem, ad notata per Doct. in l. rem alienã. ff.
de contrah. empt. Barto l. mater. C. de rei vend. & Afflict. dec.
369. nume 2. Circa verò fructus intellige contra emptorem,
& vniuerſalem ſucceſſorem, non autem contra ſingularẽ bo
næ fidei ſucceſſorem, ad notata per Iac. Menoc. de recuperan.
poſſ. remed. 15. quæſt 40.

156 † Et omnia prædicta procedunt etiam in minore cõuerſo,
& religioſo, vt per Pau. de Caſt. conſi. 452. volu. j. Duran. de ar
te teſtan. titu. de iis, qui non habent teſtamenti factionẽ, cau.
2. Alex. conſi. 143. nu. 4. vol. 7. licet in conſi. 212. põderatis, vol.
2 teneat contrariũ in religioſo. & Maran. in ſuis diſpu. q. 8. nu.
15. qui loquunt in religioſo nõ conuerſo & in ſacris ꝯſtituto,
& in ꝯuerſo non profeſſo loquit Bar. in auth. ingreſſi, nu. 56.
ver. quæro quid ſi ingreſſus. C. de ſac. ſanc. eccl. qui dicit idẽ te
nere Cy. ibi. colum. 7. in fi. nam ante profeſſionẽ quis non dr̃
ingreſſus, vt per Bar. in authen. ſi qua mulier, col. fina. C. eod.
Dec. conſi. 330. num. 4 Marc. Anto. Bard in tracta. de tempo.
vii & contin. cap. 3. ſub nume. 10. & latè diſputat Phanuc. in
tractatu de lucro dotis, glo. 5. num. 24 & faciunt adducta per
Abb. in cap. non dubium, de ſenten. excommu. vbi habetur
quod diſpoſitio odioſa loquens de monacho, non habet lo-
cum in cõuerſis, & ſequitur Egid. Boſſi. in pract. crimina. titu.
de coitu damnato. in fi. & Gui. Papa deciſ. 563 in fine, vbi di-
cit, quod non ſunt religioſi, & poſſunt contrahere matrimo-
nium, & habere proprium, & Marc. Anto. Bard. dicto c. 3. ſub
nume. 7. car. mihi 31. dicit, quod debet ſtare continue in reli-
gione per annum ad hoc, vt dicat profeſſus, vel profeſſa. &
in donatione loquit Ancha. conſi. 69. incip. contra donatio-
nem, & Cranet. conſi. 525. colum. 2. & Iul. Clar. §. teſtamen-
tum. quæſt. 28. Et ſic patet, quod conſenſus propinquorum
à ſtatuto requiſitus, & quælibet alia ſolennitas ſtatutaria, & le
157 galis haberet locũ in conuerſo religioſo non profeſſo, † alias
alienatio per eum facta vti nulla ipſo iure remanebit penes
monaſterium, ſecundum Iacob. Pet. & Cy. in d. auth ingreſſi,
quos ſequitur Iacob. Nouel. regu. 27. in verbo ingrediens, &
ideo non gaudeant parentes, ſecundum iſtos Docto. de filia-
bus eorum monialibus minoribus, & non profeſſis deceden-
tibus, quia dotes earum non poterunt repetere, ſed mona-
ſterio remanebunt, & præcipue cum ſint veſtitæ habitu mo
nialis, & cum ſolennitatibus monialium receptæ, & ſub obe-
dientia collocatæ, quia tunc habentur pro religioſis, & ac ſi
profeſſionem feciſſent, vt dicit Archid. in cap. nunc autem
19. quæſt. 3. quem refert, & ſequitur feſtiue Roderi. Suarez in
ſua allegat. 30. nume. 29. verſic quarto, & hoc eſt notandum.
Et iſte minor nedum nõ poteſt bona ſtabilia, & mobilia, quæ
ſeruando ſeruari poſſunt alienare ſine ſolennitatibus, & cau-
ſis ſupradictis pro indigentia ſua, ſed etiam nõ poteſt pro do
tibus reſtituendis, nec pro dote ſoluenda ſorori ſuæ ſine de-
creto, & ſolennitatibus aliis alienare, nec tacitam inducere
obligationem, vt per tex in l. lex quæ tutores. C. de adminiſt.
tuto. & ibi not. Barto. & Bal. in l. nulla, in fine. C. de iu. dot. &
in conſi. 108. volum. j. Dec. conſi. 302. in cauſa, quæ Ferrariæ
1 agitatur. Ant. de Fan. de pigno, in ſecunda parte 4. membro 6.

nume. 74 & ſequen. verſic. ſed dubium eſt, quid in muliere, &
in 8. p. 1. memb. num. 26. verſicu. inſuper. Barto in l. 1. in fine.
C. ſi aduer. dot. & ſentit Tiraquel. de tetract lignag. §. primo,
glo. 14 num. 91 & ſequen. Rolan. a Valle de luc. dot. quæſt. 45.
quid iuris. & Phanuc. dicto tract. de luc. dot. glo. 10. num. 17.
158 verſicu. tertio dabitur, & num. ſequen. vbi † concludunt etiã
non habere locum ſtatutum de lucro dotis, niſi ſtatutum ip-
ſum dotẽ conſtitueret, quia tunc vti conſtituta à lege præter
hominis voluntatem non indigeret ſolennitate aliqua ſtatu-
taria, aut legali, vt conſuluit etiam Ruy. conſi. 61. vol. 3. quod
videtur durum circa lucrum dotis non cõſequendum, cum
maritus ita ſupportat onera matrimonii, & multo plus in æta-
te adulta, & in pubertate, ſicut quando ſunt in ætate perfecta,
159 & matura, vt experientia docet † & ſtatutum de lucro dotis
ita habet locum in muliere viri potente minore, ſicut in ma-
iore 25. annis, vt late per Rolan. d. tracta. de luc. dot. quæſt. 44.
cadit quoque alia dubitatio Et tale lucrum principaliter con
ſtituitur propter huiuſmodi onera matrimonialia, & ſic ex
cauſa oneroſa, & nõ lucratiua, ſecundum Adden. ad Matth.
ſingu. 73. nota quod ſtatutum, nume. 2 & ſing. 75. vbi dicunt
communem, & Rolan de luc. dot. quæſt. 4 quoniam in ſtatu-
to, ſub nume. 9. & ſequen. vbi dicit, quod eſt communis opin.
& quod ab ea nullo modo in iudicando eſt recedendum, &
ita ſentit Phanuc. de luc. dot. glo. 8. nume. j. & ſequen. & num.
11. vbi dicit, quod reſpectu mariti eſt lucrum, ſed datur pro-
pter onera matrimonij, & ita poſſunt concordari alij Docto.
tenentes quod huiuſmodi lucrum ſtatutarium ſit, & proue-
niat à cauſa lucratiua, & non oneroſa, vt voluit Boerius dec.
185. ſub numero 10. verſicu. Sed ſi donatio. aſſerens eſſe ma-
gis communem opinionem: nam procedit reſpectu mariti,
ſed reſpectu oneris matrimonij eſt oneroſum, & procedit a
cauſa oneroſa. Circa vero reſtitutionem dotis, aut lucri con-
ſequendi de dictis bonis immobilibus bene videntur deter-
minare Docto. per textum in d. l. lex quæ tutores. C. de admi.
tuto. quod conſtitutio dotis bonorum immobilium debeat
fieri cum authoritate tutoris, & decreto iudicis, alias non ua
leat, videlicet ad hoc vt faciat emptionem, maxime in præiu-
dicium minoris, & ſic quod maritus de dictis bonis aliquid
non poſſit lucrari, & illa reſtimere teneatur, & non æſtima-
tionem, ſed quod nõ debeat ſaltem lucrum dotis conuent ꝗ
conſequi poſtquam eſt conſtituta dos, hoc nõ dicit Roland.
de luc. dot. d. quæſtiu. 45. Nec bona ipſius minoris ſunt tacite
obligata pro dotibus, vt per Bart. l. ſi conſtante, nume. 74. ff.
ſolu. mat. tamen communis eſt in contrarium, vt per Ant. de
Fan. de pig in 2. par. 4. memb. nu. 73. & 74. vbi loquitur etiam
in vxore minore. car. 101.

160 † Et prædicta extende etiam ad augmentum dotis bonorũ
ſtabilium, aut mobiliũ, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, ad no-
tata per Rolan. dicto tractatu de luc. dot quæſt. 100. nunquid
ſtatutum de luc. dot. Iaſ. rub. ff. ſolu. mat, nume. 39. & ſequen.
Patiſ. conſi. 126. volu. j. & Cagno. in l. cum principalis, ſub nu.
3. ff. de regu. iu. vbi dicit, quod augmentum dotis efficitur ip-
ſa dos ſubſtantialiter, cum dos ſit vniuerſale quoddam, quod
reſpicit diminutionem, & incrementum. Cor. conſi 302. nu.
13. & ſeq. & conſi. 240. nu. 4. vol. 3. & faciunt tradita per Boe.
deciſ. 50 nu. 19 & ſeq.

161 † Et licet dos æſtimata data a minore marito in bonis im-
mobilibus, & mobilibus, quæ ſeruando ſeruari poſſunt abſq;
ſolennitate legali, & ſtatutaria, non faceret emptionẽ, & eſſet
nulliter in dictis bonis conſtituta, tamen ſi dos ſemel fuiſſet
cum ſolennitatibus facta alienabilis, & conſtituta primo ma-
rito, poſſet poſtea ſecundo, & tertio viro conſtitui abſq; alia
ſolennitate, vt per Ruin. conſi. 61. volum. 3. & Phanuc. vbi ſu-
pra d. glo. 10. nume. 27. & ſequenti, carta mihi 435 quod videt
procedere reſpectu prioris obligationis, quo caſu minor nõ
tenetur etiam extra dotem adhibere ſolennitatem ſtatuta-
riam, cum ſit facta ſimul alienabilis cũ omnibus ſolennitati-
bus, vt per Pau. de Caſt. conſi. 183. nu. 6. in prima parte. Dec.
& alii in l. ſi tibi, num. 5. ff ſi certum peta Tiraquel. de legibus
connubi. in glo. 6 ſub nu. 181. & ſequ. vbi extendunt etiam ad
eccleſiam alienantem in emphyteuſim cum ſolennitatibus,
& poſtea ſine ſolennitatibus.

162 † Nec poterit iſte minor repelli a limine iudicii per aduer-
ſarium ex eo, quia venit contra factũ propriũ, vel eius defun-
cti, quo caſu nõ deberet audiri, ẽt quod alienatio ſit inutilis,
& prohibita, ad notata per tex. in l. ſi vſusfructus. ff. de iu. dot.
& l. per fundum. ff. de ſer. ruſti. præd. vbi quis nõ poteſt venire
cõtra ceſſionem a ſe factã, licet ea p ſe non teneat, & id ſentit
tex. in l. quidam. §. j. ff. de don. vbi ſi quis rẽ donauerit eius, cu
ius ſucceſſurus eſt, licet donatio nõ valeat, tamẽ ei ẽt poſtea
illi ſuccedẽti denegãdæ ſunt in totũ actiones hæreditariæ, &
dicit tex. in l. quod meo. §. ſi furioſo. ff. de acquiren. poſſ. quod
ille, qui rem tradit furioſo, poſſeſſionem perdit, licet in furio-
ſum

ſum non tranſferat, & alia ſimilia adducit Tiraq. in retractu ligna.§.j.glo.a nu.7.& ſequen.& §.26.glo.a num.7.8.vbi dicit Bar.poſt antiquiores Vltramontanos in l non dubium,col.3. verſicu.oppono,quod ſecundum.C.de legibus,tenere, quod contractus factus contra legem, aut ſtatutum licet ſit nullus quantũ ad cõmodum eorũ,qui ita contrahunt, valet tamen quantũ ad eorum incõmodum. Nam illud procedit, quando ſtatutũ, aut lex ſimpliciter prohibet fieri contractũ, & ſic in pœnã transfertur ad proximiores,non aũt quando ſtatuit fieri contractũ cum ſolennitatibus, & decreto iudicis, vt eſt in alienatione bonorũ minoris, eccleſiæ, pij loci, & vniuerſitatis, quia iſto caſu contractus eſt ipſo iure nullus, & poteſt ab ipſo contrahente annullari,& retractari. Tiraq.de retract.lig. §.26 glo.2.nu.11.verſicu.quæ autem dicta ſunt, quia quando actus eſt ipſo iure nullus, ſic poteſt quis venire contra factũ propriũ,aut defuncti,l.poſt mortẽ,& ibi not.Bart.ff.de adop. Abbas in cap.noſti.de elect.late per Bertach. in tract.de epiſ. in 4.parte,4.memb ſub nu.79.Alexan.conſil.66.nu.5. volu.6. & in conſi.123.nu.5.vol.j.Sebaſt.Van de nullit.ſenten.quot. & intra quod tẽpus,nu.51. Dec conſi.187.col fin.verſi.ſecundo reſponderetur.& late per Tiraquel.de retrac.§.j.gl.11.nu.13. Boer.deciſ.102.in fi.& Patil.conſi.53. num.15. & nu.16.vol j.. & ideo agens ad reſcindendum contractũ ſimulatum poteſt venire contra factũ propriũ,vt per Bar in l filios.C.de reuoc. ijs,quæ in frau. & in l.poſt contractũ,col.3.verſic ſed an venditor ipſe,nu.6.ff.de donat.& maximè quando ipſe venditor, aut eius hæres vult dicere contractũ fictitium,& ſimulatũ,ut ibi per eũ,& idem dicit in conſilio 565. Pet.Nico. Pau.de Ca. in l.eum legem,verſiculo ex hoc ſic infertur.ff.de legibus, & Dec.in conſi.13.ad fin.& in minore,& eccleſia alienante ſine ſolennitatibus ſtatutarijs,& a iure requiſitis habet per tex.in l.in cauſæ cognitione verſabitur.§.interdũ,& § Pomponius. ff.de mino.Iaſ.in l.ſi donatione,nu.7. C.de collatio.Tiraq.in l.ſi vnquã,nu.406.& nu.420 C.de reuoc.don. & in trac.de retrac.ligna.d.§.26 gl 2.nu.5.& ſequen. verſic.ſed dubitari poſſet, vbi pulchre, & diſtincte loquitur, & pro ſingulari tradit
163 Cremen.ſing.113 ſtatuto cauetur,vbi dicit, † quod ſi minor aut mulier, aut eccleſia alienat bona liuellaria abſque ſolennitatibus,quod per hoc non cadit a iure ſuo ob contractum nullũ,& ibi addentes extendunt ad retractũ reſpectu propinquioris,& vicini,ſequitur Ioan.Trigo. ſing.38.bene tcis. Tiraquel.d.§.j glo.2 & §.26.dicta glo.a. & Iul.Clar.in §.emphyteuſis.quæſt.13.verſic.item quæro,quia dicunt ſtatutum, & quamlibet aliã diſpoſitionẽ intelligere de actu valido, & non de inualido. Afflic.deciſ.21.nu.13 deciſ.283 nu.j. & late conſuluit pater meus in conſilio mihi primo,incipiẽte, agitur de nullitate inſtrumenti,volu.2.& in reſponſo.309. Petrus olim S.Matthæi in primo dubio, lib.1. vbi dicit hoc maxime procedere,ſi iſta alienatio fienda cum ſolennitatibus fuerit facta reſpectu,& in fauorẽ minoris,mulieris,& eccleſiæ, & hoc caſu dicitur ordinata ob minorẽ ætatem,fragilitatẽ ſexus,& ne decipiantur, & circũſcribantur eorũ facilitate, vt per Iaſ.in l. ſcien.nu.11.ff.de leg.j.Alexan.conſi.189. viſo ſtatuto,num.2. vol.7.& Dec conſi.612.& Craue.de indem.mulier.nu.8.quo caſu poſſet dici prędicta non habere locũ in alienatione facta a minore Doctore effecto,& in ſcholare, quia ceſſant prædicta,vt per Io Fab §.item Seruiana.ſub nu.7.inſti.de act.Curt. Iun in l.item quia,nu 49 ff.de pact.Barto.in l.ſed, & reproba. nu.3 ff.de excuſat.tuto & Chriſtophorus Por.in § fi.ſub nu. 6.inſtitu.de legi.par.tut. Aluiſ.ſing.87. Doctor, & Per.de Rauenna lingu.284 minor.& Pau.Leo.de ſubſtit.compendioſa.

164 † Quæ autem ſolennitates requiruntur in alienatione bonorum eccleſiaſticorũ, late tradit conſulendo doctiſs.Rode. Suarez in ſua allegat.21 in cauſa iſta,num.1.vbi allegat tex.in c. tua nuper. de his quæ fiunt à Prælat. vbi requiritur authoritas,& conſenſus prælati,aut capituli,vel conuentus cũ cõfirmatione Põtificis,& melioratione permutationis,aut alienationis bonorũ eccleſiaſticorum,& Aen.ſing 66.& ſing.72.& Beuiuten.Rota Bonon.dec.13.vbi loquuntur de Paulina Põtificis.& Pet.Anch.Regienſ.q.52.& ſeq.in 2.par.

165 † Nec poteſt emptor, & poſſeſſor bonorũ minoris, mulieris,aut eccleſiæ retinere dicta bona pro melioramentis factis per eum in dictis bonis,nec pro expenſis neceſſarijs, quia cũ bona ad eũ peruenerint cũ vitio, aut delicto, non poterit ea retinere ope exceptionis, ſed neceſſe habebit illa reſtituere, c.fin.de ord.cogni.Iaſ.in l.1.num.30.C de ſer.fug.Capic.deci. 179 Iacob.Menoch.de recup. poſſ remedio 11 nu.21.ver.declaratur nunc non procedere,licet poſſit ea conſequi officio iudicis,vt per tex.in l.domũ.in fi.vbi omnes C.de rei vend.& pulchre & diſtincte loquitur Iacob. Menoch. de recup.poſſ remed.15.nu.514.verſic.ſecundus eſt caſus, & nu.537. verſic quintus eſt caſus,vbi ſub q 39.nume.499.& ſequen.latiſſime declarat, quando bonæfidei poſſeſſor, & quando malæfidei poſſeſſor repetunt melioramenta,& expẽſas neceſſarias, vtiles,& voluptuarias,& latius dicam in titu.de re furata, vel nõ reſtituenda.c 6.vbi colligitur etiam quæ ſint melioramenta, & aliæ expenſæ neceſſariæ,vtiles,& voluptuariæ, & quõ æſtimantur,& hĩ etiã per Pau.de Caſt.conſ 377.vol.j.conſi.170. volu 2 Bero q.96.& Boer dec.84.nu.12.& Neguſ.de pig.in 5. pat.memb 4.nu.9.& ſequen.

166 † Et in cauſa reſtitutionis prædictæ malæfidei poſſeſſor tenebitur fructus perceptos compenſare cũ melioramentis,& expenſis neceſſarijs, attento quod fructus tunc temporis nõ ſpectabant,nec pertinebant ad ipſum malæfidei poſſeſſorem, ſed ad ipſum minorẽ,cum ſit facta alienatio ſine ſolennitatibus a iure & ſtatuto requiſitis, vt ſupra demonſtraui, nu.32. & eſt tex in l.quod ſi minor §.reſtitutio, & ibi glo. ff de min. cum ſit in mala fide iſte, qui emit ſine ſolennitatibus iuris, & ſtatuti,vt dicit Iacob. Menoch.dicto remedio 15.nu.177.&
167 ſequen.ver.declarantur duo relati caſus, & † quando fructus ad ipſum percipientẽ non ſpectant tẽpore perceptionis ſemper compenſantur cũ melioramentis & expenſis neceſſarijs, etiam quod percepiſſet domino ſciente, & tacente, vt tradit pulchre Anto. de Fan.de pigu.num.12 & ſequen. ver.quinta concluſio in quinta parte,4 memb.& Bero.q.22.maritus.vbi loquitur in marito percipiente fructus bonorum tacite paraphernalium eius vxoris,in quibus fecit melioramenta, & determinat, quod maritus compenſat fructus tacite perceptos cum melioramentis ex eo, quia eos ipſe nõ faciebat ſuos muliere nolente,& Afflict.deciſ.87.num.6 & ſequen.& ſic clare habet determinatum, quomodo bona minorũ debeant alienari, & per quas perſonas, & quæ requiruntur in hmõi alienatione,& quõ ſit agendum ad annullandum contractum,& ad rem recuperandam,& ſi ſubtilius, ac copioſius cupis intelligere,vide pulchre per Iac.Menoc.de recup.poſt.remed.15. q 15.vſque ad q.16.vbi ad ſaturitatem.

168 † Quę autem procedunt in contractu & alienatione nõ iurata,ſecus autem in alienatione iurata a maiore, quia tunc videtur huiuſmodi alienatio vti facta à maiore valere, cũ iuramentum faciat minorem eſſe maiorem.c.ſi vero.& c.ſi debitores ex.de iureiu.& ita ſentit plura adducendo Crau.cõſi. 112.Io.conſi.7 nu 4.lib j.& Pariſ conſil 97.nu.j volu.j. niſi in die feſto iuratum fuiſſet, vt per Ferrar cautẽ 3 communiter, & Plo.in l.ſi quando,nu.755 C.vnde vi.tamen cõtrarium tenuit Bar.in l 2 colu 2.verſic.quæro quid ſi minor. & ibi Doc. C.de reſcind.vendi. & Petrus Ancha. Regien quæſtione 20. cum quidam. in prima parte, attento, quod lex,& ſtatutum prohibet minorem, & mulierem contrahere ſine quibuſdã ſolennitatibus,quo caſu contrafaciens,dicitur peccare mortaliter,& ideo contra peccatum non poteſt operari iuramentum,quia magis peccaret,vt dicit Bar.in l ſi quis pro eo.in 3. col.verſic.tertiò dicit,ibi,aduerte tamen.ff. de fideiuſſ.vbi dicit, quod vbi lex non ſolum prohibet contractum, vel alienationem tantum, ſed etiam pręceptum dirigitur ad perſonam prohibitiue, puta quod mulier, aut minor non alienet, vel non emat,& ſic de ſimilibus, tunc talis contractus nõ poteſt iuramento firmari: eo quia præceptum legis factæ ab habente poteſtatem ligat,& contrauenient peccat mortaliter, cum ſcriptum ſit, qui non obedierit Principi morte moriatur c.2.de maio.& obe. Sed iuramentum interpoſitum ſuper obſeruatione peccati mortalis eſt nullum, cum ita demum debeat obſeruari, ſi non vergit in diſpendium ſalutis æternę, & ideo hoc volo te notare multum propter ſtatuta diuerſa, quæ ſiunt per mundum,vt ſemper inſpicias,an ſtatutum prohibeat perſonas contrahere, puta vt nullus ɔ̃here audeat cũ muliere,vel vt mulier non ɔ̃fiat niſi certo modo,quia ſi contrafiat,contractus non firmatur iuramento, & idem dicit in quinta columna,in fine quintæ quæſtionis,vbi dicit, quod ſi prohibitio fiat ex parte debitoris, puta vt nullus minor, vel nulla mulier poſſit aliquem cõtractum facere ſine certa ſolennitate,ſi contrafiat, nõ firmabitur contractus iuramento propter peccatum mortale inde reſultans, quod iterum commendat propter multa ſtatuta terrarum,& pulchre,& diſtincte ſequitur doctiſſimus Roderic. Suarez in tit.de las Arras, nume.23.& ſequenti,verſic.quæro tertiò, carta mihi 427. vbi dicit ſub nume 25.opinionem hanc Bartoli communiorem, & melius fundatã,& eam fuiſſe ſequutũ Alexan. in conſi.59. viſo inſtrumento,ſub nu.3.col.2.verſic.ſed ſi loquatur, vol.1. & ab iſta opinione non eſſe recedendum dicit Rota Bonon deci 47.& ita fuiſſe iudicatum,dicit Graminat.deci.12. & ita practicari,dicit Apoſtilla ad Dec.conſi.45 quod ſupra mature,numero 2.vbi aſſerit inanem videri, authen. ſacramenta puberum.C ſi aduerſ.vendi.& non eſſe authen. ſed fragmentum ex,trauagantis Federici Barbaroſſæ, & in Regno ſuo nunquã fuiſſe receptã,& quia latiſſime de materia iuramenti ſuper contractu nullo interpoſito ſum loquutus in titulo, de

dote

dote marito conſtituenda, c. 7. nu.   ver. Nec etiam proce-
dit tale ſtatutum. Ideo vlterius non inſiſtam, vide ibi, & Ari.
Pinel. in l. 2. in ſecunda parte, cap. primo, numero 9. & ſequen:
verſicu. ſecunda inſpectio. C. de reſcinden. vend. Retenta ta-
169 men præallegata opinione & petita ad cautelam, † abſolu-
tione à iuramẽto ad effectum agendi, & excipiendi, quæ mul
tum operatur, vt per Afflic. dec. 263. numero 4. & deciſ. 32 a.
nu. 12. Pariſ. conſil. 75. volu. 3. & Rota Bonon. deciſ. 14 quidã
fuit, & dixi d. c. 7. nu.   & per Crauer. conſ. 7. nu. 6. & ſeq. vol.
j. & prædicta oĩa procedunt etiã inter emptores, & vendito-
res minores, quia iſto caſu vtitur priuilegiatus beneficio ſuo
contra priuilegiatum, vt per Bar. in auc. quas actiones, nu. 3. C.
de ſacroſan. & in l. verum. §. fi. ff. de min.

170 † Intellige autem alienationẽ ſine ſolennitatibus factã non
valere in præiudiciũ minoris, & in eius fauorem bene quidẽ
ipſo minore volente, & non aliter, vt per Bar. in l. ſi is. ff. de eo,
qui pro tutor. vel cura. in l. j ff quod cum fal. tut. & in l. 2. & ibi
glo. C. qui legit. perſo. hab. ſtan. in iudi. & l. non ideo minus.
C. de procu. vbi Doct. & hoc re integra, hoc eſt, antequã pars
aduerſa opponat de nullitate contractus, licet Bal. in d. l. non
ideo minus, dicat, quod ſi aduerſarius minori aſſerit acta nõ
valere, & reuocari petat tanquã facta pro minore à curatore,
vel procuratore ſuo non legitimo, & minor cõtradicat, quia
fauorem ſuũ contineant, illa non ſunt reuocanda, ſed valent,
& late habetur per Anto. de Tremol. in Apoſtil. ad Vber. de
Bonacurſ. in ſua pract. ciui de imped. execu. lit. d. nu. 14. quia
contrarium voluit Iaſ. in d. l. non ideo minus, nu. 1. ver. limita.
C. de procu. & eſt in l. in cauſæ cognitione etiã hoc, in verbo
nec inter. ff. de minoribus, & late conſuluit Rolan. à Val. con
ſi. 99. nu. 33. & ſeq. volu. j. & tradit ſubtilis Ari. Pinel. in l. j. in 3.
parte, nu. 32. & ſequen. verſic. hæc tamen intelligit. C. de bon.
mater. vbi ſub nu. 36. dicit, quod minor quando approbat cõ
tractum in eius fauorẽ factũ ſine ſolennitatibus, debet decla-
rare cũ ſolẽnitatibus, & facta declaratione ſi reperitur læſus,
quod poterit variare, etiam ſi renunciauerit reſtitutioni in-
integrũ, per tex. in l. & ſi ſine. §. reſtitutus. ff. de min. facit Capi.
dec. 119. in cauſa Nicolai, nu. 2. quod notabis perpetuò.

171 † An aũt teneatur minor prius agere contra tutores alie-
nantes, quã contra emptores, vide Guid. Pap. ſing. 700. ſi fue-
rit, Alc in l. pactũ curatoris. in fi C. de pac. & Plo. in d. l. ſi quã-
do, nu. 203. verſ. & ſicuti poteſt. C. vnde vi. vbi videtur eſſe in
electione ipſius minoris, quod corroboratur per ea quæ ſu-
pradicta ſunt de ſecundo emptore, an minor poſſit agere cõ-
tra ſm emptorẽ, vt dixi ſupra nu. 151. & tradit Bar. in l. tutorẽ,
nu. 4 ff. de his quib. vt indig. ſentit Rol. à Val. conſi. 10. nu. 18.
& ſeq. vol 2. & vide quæ ſupra dixi, nu. 100.

172 † An autẽ tutor, & curator teneatur de euictione empto-
ri propter huiuſmodi alienationem, diſtinguẽdũ duxi, aut lo
quimur de tutore legitimo, qui ſolennia fecerit, aut de illegi-
timo, qui non fecerit ſolennia: ſi de legitimo, & iuridico tuto
re intelligia, & in alienatione non fuerunt ſolennia adhibita,
ſi minor vendicat bona alienata, vel tertius contradictor, &
ſe, & bona non obligauerit tutor, tunc de euictione nõ tene-
bitur, vt per Doctores, in l. j. C. cred. euic. vbi Bar. dicit milies
allegaſſe, tutorem in ſui ſpecie non teneri pro venditione fa-
cta nomine pupilli, & ſequitur Iacob. Nouel. regu. 230. in ver
bo venditor, in prima fallentia, & eſt tex. in l. illicite. ff. de reb.
eorum, ſecundũ Bart. in l. cũ vir. ff. de vſucap. & ſentit Crau. de
indemni. mulier. nume. 14. & ſequen. verſicu. tertiò fundatur,
car. mihi 241. Secus ſi ſe, & bona ſua obligaſſet, quia teneret ẽ
de euictione propter pactũ, & conuentionem, cum alias em
ptor non emiſſet dicta bona minoris. l. & ſi is. C. de præd. min.
& ibi Baldus, & Docto Boer. deci. 80. in prima parte, & deciſ.
273. in ſecunda parte, late, & pulchrè Soc. conſi. 2. vol. 2. Saly.
l. & qui, colum. fin. C. quod cum eo. & Craue. vbi ſupra, nu. 14.
& ſequen. in tertio, quarto, & octano fundamento, & nu. 39.
vbi loquuntur de procuratore, & alio adminiſtratore nedũ
neceſſario, ſed etiam voluntario, de quibus etiã late dixi infra
titulo de procuratore, cap. 3. nu.   verſic. & in contractibus
venditionũ. Si autem loquimur de tutore illegitimo, & falſo,
qui non erat tutor, aut non fecerat inuentarium, vel ſolennia
ad tutelam. Io. And. in addit. ad Specu. titu. de ſenten. prola. §.
quoniã, verſi. quid ſi procurator, & Socy. dicto conſi. 2. nu. 8.
verſic. tertius caſus. & Coru. conſil. 263. his tamen, volum. 4.
Beneuenu. Strac. in tract de aſſecuratio. in præfatio. num. 74.
tenent procuratorem falſum teneri ad intereſſe, & ſic de eui-
ctione, etiam quod preciũ ſit verſum in vtilitatem domini:
mihi tamen in propoſito caſu videtur tenendũ tutorẽ illegi-
timũ, & quemcunque aliũ vendentem nomine alieno nõ te
neri de euictione emptori, ſi ſe, aut bona ſua obligauerit, cũ
nomine officij ſui hoc fecerit, vt per Bart in d. l. cum vir. ff. de
vſucapio. Crau. vbi ſupra, nu. 18. & 20. & in octauo fundamẽ-
to, nu. 28. verſ. ruſus illa ratio, & per Doct. ſupra allegatos, cũ
emptor ſciuerit bona vẽdere voluiſſe tutorio nomine, & ſic
nomine alieno, ideo debebat perſcrutari, an erat tutor legiti-
mus, & an poterat alienare dicto nomine, & ſi non poterat,
debebat facere ſibi obligare ſe, & eius bona, alias dicitur in do
lo, & non poteſt contra venditorem agere ad intereſſe, ad no
tata pulchre per Lanfranc. in c quoniã contra, de proba titu.
de expenſis, nu. 4. verſ. notate ſingulariter. vbi inter alia dicit,
quod debet emptor ante emptionẽ conſiderare omnia, quæ
eũ impediunt agere, & ſic videre an venditor ſit talis, qualem
ſe facit, & faciunt adducta ſupra, nume. 30. verſic. quia debet
actor, & ſentit Franciſ. Marc. in deciſ. 99 nu. 5. ſecunda parte;
& deciditur per tex. in l. fin. C. commu. de lega. & Aret. in l. ſi
aliquã rem, nu. 5. ff de acquiren poſſeſ. vbi emptor, qui ſcien-
ter emit rem alienã à domino, non poteſt agere de euictione
contra venditorem, ſed ſolũ ad precij reſtitutionem, vt ſequi-
tur etiã late Didac. Varia. reſolutio. lib. 3. cap. 17. num. 1. & ſeq.
& ſcire, aut ſcire debere æquiparantur, nã non excuſatur præ-
textu ignorãtiæ, qui ſcire potuit, quod ignorat. l. reg. ff. de iu.
& fac. igno. Guido Pap. ſingu. 227. non excuſatur. & Rota Bo-
nonien. deci. 69. agebat, num. 2. & ſequen. faciunt adducta per
Tiraquel. de retract lignag. §. 35. glo. 4. nume. 34. quod intelli-
go, etiam ſi iſte venditor preciũ non conuertiſſet in vtilitatẽ
domini, ſed in vſum propriũ, poſtq̃ emptor ab eo emit vti tu
tore, vel adminiſtratore, & ſic ei vti alienæ perſonæ, adhiben
do ei fidem ſoluit precium, de cuius exitu ſcire haud ſpectat
emptori, poſtquã rei emptę accepit poſſeſſionẽ, & quo ad eũ
liberas habeat ędes venditor. Aret. in §. retinendæ, nume 63.
inſti. de interdi. & faciunt notata per Bart. in auct. hoc ius por
rectũ, nu. 17. C. de ſacroſan eccl. & Dec. conſi. 330. concluſio,
173 nu. 3. vbi † ſolutio facta procuratori ex vna cauſa apta ad reci-
piendum precium liberat ſoluentem, & valet, licet cauſa alle-
gata non ſortiatur eius effectum, & ita videtur dicere Barto.
l. Lucius §. tutelæ ff. de admi. tuto. & vide pulchre per Beneu.
tract. de adiecto, nume. 27. & ſequen. verſic. vndecimo relata
regula, car. 202. & Ari. Pinel. in l. 2 in ſecunda parte, c. j nu. 29.
& ſequen. C. de reſcind. vendi. bene verum eſt, quod tenetur
venditor ad reſtitutionem precij, & nõ ad intereſſe, quia res
euincitur nõ propter precium vero domino nõ ſolutum, ſed
propter ſolennitatem nõ obſeruatã, & actum imperfectum,
ac ratihabitionem non ſequutã, vel obligationem anteriorẽ,
quod ſecus eſſet ſi ſolum propter cõuentum precium in eius
vſum res imperfecte alienata, euicta fuiſſet à vero domino,
quia tunc ad intereſſe, ad damna, & ad expenſas teneretur, &
contra eum poſſet iurari in litem, ad notata per Craue. conſi:
286. col. 2. & Plo. d. l. ſi quãdo, num. 209. verſ. poterit etiam in
litem. C. vnde vi Barto. in l. tutor, qui repertorium. § ſi quas
vſuras. ff. de admini. tut. & in l. quod ſeruus ff. depoſi. & ita eſt
intelligendus Bart. in l. ſi in rem, C quæ res pig. oblig. poſ nam
ibi tutor ſine præſentia minoris imperfecte vendidit. Nec ha-
bent locum adducta per tex. in l. rem alienã. ff de contrahen.
empt. & per Anto. de Fa. de pig in 6. parte, memb. j num 4. &
174 ſequen. verſ. quinto quæritur, car. mihi 431 vbi † vendens rem
alienã, & debitoris tenetur de euictione, quia ibi emptor eſt
in bona fide, cum venditor præſumitur dominus, & creditur
rei alienatæ, vt per Afflict. deciſ. 373. fuit, & Crauet. conſil 111.
nume. 18. & Calca. conſi. 100. ſub num. 8. & ſentit Plo. l. ſi quã-
175 do, num. 204 fallit. C. vnde vi. fac vt ſcias tamen, † quod licet
minor, aut mulier poſſit contrauenire alienationi factæ per
tutorem, aut adminiſtratorem non legitimum, nõ tamen po
terit tutor, & quilibet alius venditor nomine pupilli, aut filij
contrauenire, & petere annullationem contractua ex capite
reſciſſorio, mortuo minore, aut filio, & ei ſuccedẽte propter
conſenſum, & factum ſuum. Nam licet ex parte minoris non
valuerit alienatio, tamen ex parte alienantis etiam nomine
alieno ualuit alienatio, adeo quod talis alienans factus domi
nus rei alienæ non poterit contrauenire, cum ex facto ſuo ua
luerit acceſſorie alienatio, vnde ne alleget eius turpitudinẽ,
exceptione remoueretẽ ab impetitione huiuſmodi, iuxta tex.
in l. quidã. § j. ff. de dona. & ita dicit Barto. in d l. cum vir ff. de
vſucapio. Bal. in l. ſi is C. de præd. minor. & pulchre, ac late ſe-
quitur Crauer. de indemnit. mulier. in quarto fundamento,
numero 31. verſic. quano reſpondeo, & nume. 14. & ſequen.
quod eſt notandum perpetuo, quia milles euenire potent in
facto, attento quod à principio quilibet diceret contrarium,
cum viuo minore poſſet tutorio nomine venire contra fa-
ctum proprium, ſicut ipſe minor poterat. Tiraquel. de retrac.
§. 26 glo. 2. numero 51. & in l. ſi vnquam, numero 406. & nu-
me. 420. C. de reuoc. donatio. ſentit Ari. Pinel. in l. 2 in tertia
parte, nume. 73. verſic. circa eandem. C. de bo. mater. car. 493.
& videtur tex. in l. tutorem. ff. de his quibus, vt indig. vnde ſi-
cut minori permiſſum erat, ita etiam eius hæredi conceſſum
dicendum eſſet. l. hæredi. ff. de regu. iu. & per Crauet. conſilio
200 libro 2. quibus contrarijs reſpondet idem Crauet. dicto
tract.

tract. de indemnit. multer. num. 10. & ſeqnen. verſic. ſed præmiſſis non obſtantibus, & plura etiã notatu digna de conſenſu præſtito alicni actui actumular doctiſſimus Rode. Suarez in l. quoniam in prioribus, in 5. limita. nume. 13 & ſequen C. de inoffic. teſta. car. 328.

176 † Facta verò alienatione bonorum ſine læſione ſolenniter ſecũdum ſupra deducta, emptor erit tutus, etiam ſi in cõtractu conſtaret de ſolutione precij per confeſſionem, & nõ per verã numerationem, & lucrabitur fructus tanquã bonę fidei poſſeſſor, ſecundum Iaſ. in l. 1. §. creditum, nu. 10 ff. ſi cer. pet. Egid. Boſſi prac. crimi. tit. debito. an delinq. num. 10. car. mihi 307. de qua confeſſione dicam latius infra nu. 274. verſ. an autem tutor legitime conſtituus.

177 † Et ſi fuerint ad incantum dicta bona ſeruatis de iure ſeruandis, & nullus obtulerit precium, vel licitauerit dicta bona, aut emptor precium non ſoluerit, tunc iuſte abſque alia ſolennitate poterit tutor, vel curator precium iuſtum ſoluere, & ponere in vtilitatem minoris, aut ęs alienum ſoluere, & bona pro ſe retinere, & valebit venditio, & alienatio, poſtquam dicta bona ſemel fuerunt facta alienabilia, & pro ſingulari tradit Pet. de Raue ſing. 760. tutor poteſt licire, vbi dicit eſſe caſum ſingularem in l. tutor rerum. ff. de admini. tut. Pet. Girar. ſing. 57. qualiter tutores, num. 3. Iaſ. in l. filiusfamilias. § Diui. num. 28. in ſecunda lect. ff. de leg. j. & Phan. de Ine. dot. glo. 10. num. 17 car. mihi 435.

178 † Quãuis non poſſit regulariter tutor emere bona pupilli, nec eius filij, aut alia perſona ei ſubiecta, nec per interpoſitã perſonam, vt per Iaſ. in l. ſi mihi, & tibi §. regula, nume. 5 ff. de leg. j. Pet. Duen. regula 31. in verbo adminiſtratores, & in ſecunda concluſione, & eſt tex. in l. pupillus § ſed ſi per interpoſitam. ff. de aucto. tuto. vbi Bart. & Docto. & ita conſuluit Bal. in conſi. 347. in quarta parte. Rip. reſponſo 15. nume. 11. in 3. lib. & ſequitur D. Pater meus in reſponſo 192. ſer. Hiero. Raphaelis de Bagnono, lib. 2.

179 † Sed quia bona fide, palam, iuſto precio, & cum ſubhaſtatione ſeruatis prius de iure ſeruandis emit, valet emptio per ſupradicta, & ẽt procederet, ſi iſte tutor dicto modo ſibi ſolueret, quod pupillus ſibi debebat. Nam tutor hoc caſu poteſt ſibi authorari, ſecundum communem opinionem, vt dicit Iaſ. in l. j. §. fuit quæſitum, nume. 7 & nume. 16 & ſequen. ff. ad Trebel. Bal. ſing. 50 quęro tutor non poteſt. Bart. in l. quoties. §. ſi temporalis, num. 1. ff. de admini. tut. & in l. ſi procurator, nu. 11 & ſeq. ff. de condi. indebi. & Per. Duen. reg. 31. in verbo adminiſtratores, in ſecunda concluſione, & in tertia fallentia; & ſic habes, quod tutor creditor poſt durante tutela ſibi ſoluere, & ſatisfacere, vt dicit etiam Are. § actionum, num. 46 & nume. 47. inſtitu. de actio. Niſi pecunia, in qua vult ſatisfieri, eſſet deſtinata ad emptionem prædiorum, quia in illa non poteſt ſibi ſoluere, niſi in ſubſidium, vt per Rom. ſingu. 104. ubi habes, quod pecunia.

180 † Et tunc debet tutor adhibere ſolennitatem ſtatutariam, authoritatem contutoris, & iudicis, & alias ſupra allegatas ſolennitates per ſupradicta, & ſentit Afflict. deciſ. 13. nu. 24 maxime in bonis immobilibus, & mobilibus, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, ad notata ſupra nume. 125. & ſub nume. 157 & ſi non adeſt contutor, debet dari à iudice, vel curator ad litem, ne pupillus indefenſus remaneat, iuxta tradita per Mattheſi. ſing. 135. Nota practicam, & ibi per adden. & per ea quę infra dicam, numero 191.

181 † Quamuis videntur ſupradictis obſtare ea quæ late tradit Afflict. d. deciſio. 13. num. 16. ex doctrina Ang. in l. ſed ſi damnum. §. peculium, verſic. nam eleganter. ff. de pecu. vbi tutor vel adminiſtrator bonorũ præſumitur ſibi ſatisfactus de credito ſuo, quod extendit ad mulieres adminiſtrantes bona pupillorum circa repetitionem ſuarum dotium, vt dicit etiam Alex. in l. venditores. ff. de verbo. oblig. Ioan. Neuiz. conſi. 57. nume. 11. & Crauet conſi. 127. lib. 1. Sed prædicta procedunt in dubio, non autem in claris, videlicet quando iſte tutor, creditor, aut adminiſtrator probaret contrarium ex rationibus adminiſtrans, & calculo facto, & fiendo, quod de debito non fuit ſatisfactus, & ſic ſibi non ſoluit, & hoc modo probatur negatiua contraria præſumptioni iuris, niſi pupillus probaret poſtea contrarium, per ea quæ tradit in propoſito Franc. Hereu. in ſuo tract. de modo probandi negatiuam, num. 167. & ſequen. verſic. ſeptimus modus, & nume. 176. verſic. nonus

182 modus: quia tunc præſumptio cedit veritati, & plus non operatur quam veritas, vt per Dec. conſi. 400 nume. 8. conſi. 464. num. 32. Crauet. conſi. 35. nume. 6. & in conſi. 146. nume. 7. & Afflict. deciſ. 44. nume. 9. & ſequen. & Rolan. à Valle conſilio 99. num. 10. & ſequen. volu. j. & Tiraquel. de legibus connubi. glo. 5. num. 60. Et ideo fac ut cordi ſemper habeas hanc limitationem, quia multes euenire poteſt, quod tutor aut adminiſtrator non fecerit inuentarium, vel librum rationum, de qua re non poterit iuridice reddere rationem adminiſtrationis, vt ſupra docui, nume. 58. & infra nume. 205. quo caſu non erit audiendus, ſi petierit creditum ſuum aliquod tanquam ſatisfactus iuris præſumptione, per quę videretur omnino tenendum, mulierem non poſſe agere ad dotes, donec per eam fuerit reddita ratio adminiſtrationis tutelæ, tanquam ſatisfactum iuris præſumptione, & ideo iuſte coarctatur præſtare idoneam cautionem, de compenſando vel reſtituendo dictã dotem, reddita ratione adminiſtrationis ſi reperiatur debitrix, vt dixi infra, nume. 219.

183 † Et licet ita dicatur tutor legitimus auus maternus, ſicut paternus, & coniunctus ex latere fęminino, ſicut maſculino, & in pari gradu concurrere habeant, nulla data differentia agnationis, & cognationis, toto titulo in inſti. de legi. agnato. tut. & titulo de tute. tamen eſt aduertendum, quod ſi ſtatutũ in ſucceſſione pfert agnatos excepta matre, & auia, quæ omnibus præferuntur, non obſtante huiuſmodi ſtatuto, niſi expreſſe de eis faciat mentionem, vt per Ange. Aret. in tract. de teſtam. in glo. 96. numero 2. Dec. conſilio 16. & in l. fœminæ, numero 18. & ſequen. & in l. quo tutela. ff. de reg. iu. Soc. conſilio 163. in fi. lib. 3. Gozad. conſi. 53. in hac cauſa. Durant. de arte teſtan. titulo de tut. & cura. cau. 1. Iac. Machel. in ſuo Patroci. 3 nume. 12. verſic. rurſus poſito. & Afflict. dec. 281. verſi. vbi ẽt decidit. quis nã pręferri debeat mater, vel auia, & Alex. conſ. 109 viſo ſtatuto, dicit procedere, etiam quod ſint debitrices, vel creditrices. vol. 3.

184 † Quæ mater, & auia non veniunt ad tutelã ſi luxurioſe viuerent, vel trãſirent, aut trãſire vellent ad ſecũdas nuptias, ut per Rui. conſ. 87. nu. 11. vol. 5. & Crau. conſ. 190. lib. j. & faciunt quæ dicam infra nu. 307.

185 † Nec etiã veniunt, ſi ipſæ mulieres eſſent minores, vel indigerent conſilio, aut conſenſu propinquorum in eorum alienationibus, vt dicit Alcia. regula 1 præſumptio. 52. nume. 7. & videtur ſentire Roderic. Suarez in l. 13. titulo de las deudas, nume. 17 verſic. ſexto poteſt hæc lex, car. mihi 497. præſuppoſito quod ibi filiusfamilias non habeatur pro patrefamilias, licet illa ratio mihi non ſatisfaciat, quia dato etiã quod in his, quæ ſunt publici iuris, nõ curetur patria poteſtas, & fingatur paterfamilias, non per hoc ſequitur quod ſe poſſit obligare

186 in perſonã reſpectu bonorum ſine ſolennitate ſtatutaria, † quia ſtatutũ poteſt etiã maiorem, & patremfamilias ligare ad non poſſe ſe obligare abſque certa ſolennitate, & valebit ſtatutũ, cum poſſit etiã auferre in totum liberã teſtãdi, aut relinquendi facultatem, per Bal. in l. Archimedorã, colu. fi. verſ. ſed nunquid. C. vt in poſſeſ. leg. Dec. in l. nec ex prætorio, nu. 6. & ſeq. ff. de reg. iu. & ibi Cagno. num. 6. Dec. Socy & Moder. in l. pactum quod dotali. C. de pact. & Ange. conſilio 313. Dominus Blanchi. & ita alias conſului circa ſtatutum Cecinari, & obtinui. Quãuis mihi videatur durum, & conſiderabile, quod propter conſenſum à ſtatuto inductum non poſſit mater, & auia maior eſſe tutrix filij minoris vel proximus, vt etiã conſiderat Roderic. in loco præallegato, & Alcia. in d. præſump. 52. in fi.

187 † Sed quia accipiendo tutelã ſe obligarent tacite, & expreſſe, vt per Rui. conſi. 97. circa primum, vol. 5 & eſt tex. in l. pro officio C. de adminiſt. tut. & tenet late Anto. de Fa. de pig. in ſecunda parte, in 4 memb. num. 6 car. mihi 75. & tacita oriretur à die tutelæ, & curæ acceptæ, & non à die bonorum adminiſtrationis, vt ibi dicit Anto. de Fa. nume. 12. verſic. ſed dubitamr, & dixi infra num. 2.5. ideo concludunt, cũ indigeat alieno conſilio non poſſe alios gubernare, & adminiſtrare tutorio nomine, & nota hanc limitationem, quia fere per totam Italiã ſunt ſtatuta, quod mulieres non poſſint ſe obligare ſine mundualdo & conſenſu propinquorum, & in ſtatu Florentino adeſt noua prouiſio, & conſtitutio circa obligationes mu-

188 lierum, † quia qui non poteſt contrahere ſine conſenſu alterius, non poteſt ẽt alienationi conſentire. Dec. l. aliud eſt, nu. 4. ff. de reg. iu. Et in cõſtitutione tutoris non eſt neceſſe, quod pupillus vadat ad iudicem, ſed ipſo minore abſente poteſt ſibi dari tutor, vt dicit Bar. in l. non eſt agendum. ff. de tut. & vide quæ dicam infra nu. 328.

189 † Et ſi habet tutor legitimam cauſam, poteſt ſe infra quinquaginta dies à die conſtitutionis, & ſcientiæ excuſare, aliàs confirmatus cenſetur, quæ cauſa dicitur legitima, ſi tutor haberet annos ſeptuaginta filios quinque legitimos, & naturales extra Romã, reipublicę cauſa abeſſet, Magiſtratum exerceret, cum pupillo litigaret, tres tutelas haberet, pauper & infirmus eſſet, inimicus patris, aut pupilli reperiretur, vt hęc oĩa colliguntur ex tit. inſti. de excuſ. tut. vbi ex glo. & Doc. habetur veritas omnium, & tangit Iaſ. in addi. ad Chriſt. Porc. in §. dari autem, nu 6. inſti. qui teſta. tut. da. poſſ.

190 † Et ſe excuſando tutor teſtamentarius non poteſt petere legatum, & ſolutum reſtituet. Rui. conſi. 38 nume. 2. & 3. & conſilio 49 num. j. volu. 2. Dec. conſi. 192 & Emanuel Suarez

inſuis

in ſuis commu.opi.in verbo tutor,nu.323.ubi dicit commu-
nem,& Tiraquel.in tract. cauſa ceſſate, in j.par.nu 121.ver.
legati cauſa, car 41. qui videtur intelligere circa legatum fa-
ctum cauſa tuendi minorem,& non firmat pedem,& in trac.
de priuileg.piæ cauſæ,in 71.priuileg. car.105.vbi dicit nō pro-
191 cedere, † ſi tutor ſit obligatus reſtituere legatum piæ cauſæ.
Modus autem ſe excuſandi omnibus non eſt cognitus : ideo
volens ſe excuſare ſi nō habet contutores, debet facere dare
tutorem,vel curatorem huic liti pupillo, & cū illo curatore
litigare cauſam excuſationis,& ſententia debet ferri diffinitiua,
alias ſententia excuſationis non prodeſſet ſibi, & non va-
leret ipſo iure tanquā lata cōtra pupillum indefenſum, quod
eſt memoriæ mādandum in practica ad omnia,quę facere vo-
lueris contra pupillū,ita docet Matth.ſing.138.& Aret.§ de-
ſinunt,nu.j,inſti.quib.mod.tut. Et alium modum ſe excuſan-
di ponit Cæpol. caut.16. Ne quis inuitus.qui dicit, ꝙ ſi nemo
pro eo fideiubeat,tunc excuſabitur, quia ille, qui non reperit
fideiuſſorem, regulariter excuſatur à tutela, quod mihi non
placet,ſi iſte tutor habet bona aliqua : nā ſtaret tm̄ detentus,
192 quod illum inueniret,ne pupillus remaneret indefenſus, † cū
quilibet fideiuſſor eſſet acceptādus,ſi tutor tm̄ haberet in bo
nis,quātum minor haberet, alias nō eſſet idoneus fideiuſſor.
Nā ille dicitur idoneus fideiuſſor,qui ipſe,vel eius principalis
tantum habet in bonis,quātum eſt debitū cum fructibus.ita
egregie loquitur Rodeil. Suarez tuu de los emplatimentos,
num 14.& ſeq.verſ.adde prædictis, car.mihi 768.& Iaſ.in l.ſi
conſtante,nu.134.ff.ſol.mat.& l.fideiuſſor,nu.2.& nu.5 & ſeq.
ff.qui ſatiſd.cogan.vbi declarat.
193 † Et iſta excuſatio debet fieri à tutore ante acceptationē,
& non poſt, quia ſi ſponte receptauerit, non poterit poſtea
infra quinquaginta dies ſe excuſare, per tex. in c.quod ſemel,
de reg iu.in ſexto, & in terminis ita dicit Iaco.Machel in ſuo
patroci.3.nu.9.& nu.10.& Crau.de tndem.mulier. ſub num.
41.car.mihi 248.Et fortificatur per ea,quæ tradit Tiraquel.in
trac de retrac.§.8.glo.3.nu.15. Maran. Spec.Aur.106.par.ſub
194 nu.332.car.mihi 254 & Bart.in ſing 105 filius,vbi † ſi agnatus
fecit citare emptorem infra menſem ad retrahendū, & poſtea
citationi renunciauerit,non poteſt amplius retrahere, & ap-
pellans ſi infra decem dies ad appellandum renunciauerit ap-
pellationi, non poterit poſtea etiā inf. 10.dies appellare, & ſi
filius dixerit ſe nolle adire hæreditatē patris,poſtea pœniten-
tia ductus non poterit ad re. Barto. in l ſi quis ſuus.ff.de iure
delibe. & notatur plene per Bal. in l.qui ſe patris. C. vnde lib.
Iac.Machel.patroci 60.num.4.licet idē Bar.in ſing.105.filius,
voluerit filiū poſſe adire hęreditatē,& dato ꝙ ſit verum,intel
lige infra triennium.l.fin & ibi gl.Bar.& Doct.ff.de interrog.
actio. Iac Mach.patroci.60 nu.6.
195 † Si aūt ſponte non acceptauerit, poſt tēpus quinquaginta
dierū tacite acceptaſſe erit dicendū,vt no.in l.ſcire.§.50 ff de
excuſ.tuto.vbi Doct.nā taciti,& expreſſi idem eſt iudiciū, &
eadē eſt virtus.l.cum quid.ff.ſi cer.pet.Ant.de Fa.de pig.in 2.
par.4 memb.nu.81.vbi dicit,ꝙ qui contrariū dicit,habet pro-
bare,& eſt tex.in l.5.C.ſi maior fac.alien.ſine decre.rat.hab.
vbi æquiparat expreſſam ratihabitionem tacitæ, & eſt tex.in
l.ſcire oportet §.multa.ff.de excuſ. tuto.
196 † Et in reuocatione iſtius tutoris, aut curatoris requiritur
decretum ſicut in conſtitutione. Pet. Duen. regula 187.nu-
mero 18 decretum.
197 † Et ſi fuiſſet datus tutor aliquis,qui nō eſſet de agnatis, vel
de propinquis, & alter propinquior vellet conſtitui tutor, &
curator excluſo remotiore in gradu iuxta tradita per Corne.
conſi 210 in fi.vol.3 & Alex conſi.141. ſuper j.vol.& Bart.in
l.ſi impuberi,nu.5 ff.de tut & cura.da.ab his.debet talis agna-
tus propinquior infra quatuor mēſes à die ſcientiæ hoc pro-
ponere iudici,alias dicto tempore elapſo non audiretur talis
propinquus agnatus,licèt videretur dicendum prima fronte
ſolum infra quinquaginta dies poſſe petere ſe dari tutorem,
& non vltra, per textum in l.j.§.ſi quis tutor, in verbo cauſa
immunitatis ff. quando appell ſit,& ibi no Imo.& Ang Aret.
198 vbi habetur, ꝙ † exemptus ſciens ſe poni in libro debentium
ſoluere gabellas, ſi non appellat infra decem dies, ſibi præiu-
dicat,& perdit priuilegium exemptionis, & ſequitur Alex.in
conſi.101. col.10 volu.j.& Iaſ.in l.falſo aſſeueratur, nu.3 C de
diuer.reſcrip.vbi dicit,teneas firmiter cordi, & eſt communis
opinio,vt per Aegidium Boſſium in pract crim.tit.de princ.
& priuileg nume.166.& ſequen. Franciſ. Balb.de præſcrip.in
quarta par.4 par.princ. q.30.nu 2 car mihi 124.& idem tenet
D.Pater meus in reſponſo 152.quidā exemptus à gabellis,lib.
199 2 & etiam quia tempus,& dilationes datæ actori, aut reo, ita
ſunt cōes reo ſicut actori.l petendæ, cum ibi not. per gl.Bart.
Salyc.& Docto, C.de tempo.in integ.reſti. Pe. Aret.§.ſi mi-
nus,ſub nu.11.verſ.ſed quæro,data eſt dilatio.inſtitu.de actio.
Bart.de Capua ſing 104 pone,& notat Tiraquel,in ſuo tract.
de retract.conuenti.§.j.glo.vnica,nu.66.& ſeq. verſ. & hanc.
quod tempus retrahendi, & recatandi rem alienatā ita currit
ſecundo, & tertio agnato remotiori, ſicut proximiori, adeo
ꝙ omnes poſt tempus ſunt excluſi à retract. Tiraquel.retract.
lignag §.11. glo.4.
200 † Tamen his non obſtātibus agnatus proximior poſſet in-
fra quatuor menſes petere ſe admitti in tutorem,aut curato-
rem,vt in terminis dicit Bar & Saly.in auct. presbyteros,la 2.
C.de epiſco.& cle.& in l.tutor ſi peritus ff de tuto. & curato.
da.& idem Bart.Ang.& Doct.in auct matri,& auiæ,nu.18.C.
quādo mul.tut.offi.fun Io.de Anan.conſi.100. viſa,& late ita
dicit Fernan Hiſp in l.j §.j tit.qui teſtari non poſſunt, num 77.
car.19.Alex.conſi.140.ſuper teſtamento,nu.5.verſ.aliud etiā
videtur, vol.j & pulchre in conſ.161.ſuper j.vol.5.& conſ 109.
viſo ſtatuto,nu.j.& ſeq.volu.3.& Dec.conſ.16. col.fi.nu 7.vbi
dicit,non habere locum in matre, & auia,quia poſſent ēt vl-
tra quatuor menſes petere admitti, ſm̄ Bal.in auct.preſbyte-
ros.C.de epiſc.& cle.quod non eſt tutum, per ſupradicta.
205 † Et hoc officium tutoris,& curatoris eſt publicum,& ne-
ceſſarium,& poteſt inuitus quis à iudice, & à lege conſtitui,
& decerni.Alex.conſi.26.nu.7.volu.3 & Iaſ.in l.cum qui res,
nu.7 C.de procu.Alex.conſi.109 num 3.vol.3 conſi. 161.vol.
5.etiam ꝙ abſens eſſet tutor,& ignoraret,vt per Aret.§.idem,
nu.4 inſti.de excuſa.tuto.
202 † Et tenetur ipſe tutor, & curator, ac quilibet adminiſtra-
tor, & eius hæres reddere rationem adminiſtrationis mino-
ri,aut eius hæredi petenti vſq; ad triginta annos, & debet ex-
hibere inuentarium,ac librum rationum, & pati quod copia
omnium extrahatur per partem ſibi contrariam, & ſimiliter
omnes actus ſuæ adminiſtrationis oſtendere, & inſtrumen-
ta, res, nomina debitorum, bona, & reliqua omnia reſtituere
dicto minori, vel adulto : alias non dicitur reddita ratio, &
dicitur talis tutor & adminiſtrator eſſe in dolo, vt per Socy.
conſi 54 viſis,col.11.verſ.& ideo,vol.j. Iaco.Machel.patroc.
18.num.7. Rol.à Val.conſi 49.vol.j. Plo.in l.ſi quando,nu.194.
verſic.item iurari,nu.233.verſi.tutor, aut curator,& nu 246.
& ſequen, C.vnde vi.vbi dicit, quod poteſt contra talem ad
miniſtratorem iurari in litem,per tex.in l.alio iure.C.de in lit.
iuran.vbi etiam Doct.Iaſ.conſi.100.volu. 4 conſi.219.volu.2.
Ruin conſilio 135.volu.j.vbi late. Corn.conſi.63.quanquam,
volu.4 Dec conſi.110 numero 7.& ſequen. Crauc.conſi.531.
num 14.& num.15. vol.2.
203 † Et ſi fuiſſet facta quietatio adminiſtrationis redditæ ab
officialibus pupillorum,vel ab aliis perſonis,aut à minoribus
cum conſenſu propinquorū & iuramento & cum pacto de
vlterius non petendo, talis quietatio & liberatio nō nocebit
pupillo,quin ēt ipſe poſſit iterū dictū tutorem,& adminiſtra-
torem cogere ad ei reddendā rationē ſuæ adminiſtrationis
docto de errore rationis redditæ, vt per Rui.dicto conſi 136.
num.7.vol.j. Pariſ.conſi.96.num.28.& ſeq.vol j. Hyp.ſin.646.
num.4 Rol à Val.conſ.49.num.49 vol.j.& Plo.in d.l.ſi quan-
do,nu 547.verſ.minus etiā, & præcipue ſi non fecerit ſolēnia
talis tutor,aut negociorū geſtor,vt per Dec.d.conſ.110 nu.7.
& ſeq Rol.à Valle d.conſi.49.num.39 & ſeq.nu.66 vol j.vide
pract.Papi.for.lib. quo agi.vt pact.ſerue.in glo. diſcuſſis, car.
mihi 570.& ſi eſſet tutor abſens non teneretur venire ad red
dendam rationem ſuis expenſis, ſed expenſis pupilli, vt per
Anch.Regienſ.q 62 in 2 par.quod intelligo,ſi non erit in do
lo,alias ſecus,quia quis non debet fructū ſuę malignitatis cō-
ſequi,ad notata per Corn.conſ 92.in fi.vol.4 & faciunt addu
cta infra nume.286. Nec extenderetur talis quietatio ad bona,
quæ apud tutorem reperirentur, vel in libro rationum non
deſcripta eſſent,vt not.præallegati Docto. & ſequitur Franc.
Marc.deciſ 608.in 2.par.Bal.l.cum alter.C.de fide inſtrum.&
in l Aurelio.§ Caio.ff.de libe.leg.& Dec.conſi.110. num 7 &
ſeq.& Rolan.dicto conſilio 49.ſub numero 54 & ſequen.ver-
ſic.vlterius quod non.
204 † Nec excuſabitur prętextu ignorātię,aut ꝙ inuentarium,
vel librum amiſerit,vel lacerauerit poſt redditā rationem ad-
miniſtrationis,vel quod dimiſerit penes factorem, vel eſt ab-
ſens,vt per Rol.à Val.d conſi 49 nu.35.& ſeq.& Plo.in d.l ſi
quādo,nu.246.ver.nec excuſantur tutores,& nu.ſeq.C.vnde
vi.& licet poſt ſententiam latā circa adminiſtrationis rōnem
& trāſactam in rem iudicatā fortaſſe prædicta non procede-
rent,ne lites immortales fierent,per ea quæ late tradit Corn.
205 d.conſ.63.q̄q̄,volu 4.& conſi 43.in.D.in j.par.vbi † de errore
calculi ſemp,& qñcunq; poteſt cognoſci vſq; ad ſn̄iam,& nō
vltra.no. Bar.in l.2.C de iu.fiſ.lib.10. Doc.in l.j.vbi Dec.C de
erro.calc.Bal.in l error.C.de iu.& fac.igno. Nec ēt in tranſa-
ctione facta ſup calculo impugnato,vel ſup lite inchoata ſup
calculo,vt per Rui.conſi.71.nu.4.vol 4.Anch.Reg q.56.duo
fratres,ſub nu.14.niſi calculū iniuſtū appareret,qa tunc ēt pa
ctū,& trā.actio iurata nō valeret. Rolan d.cōſ.49 n.65.& 66.
vol.j.

vol. 1. qui videtur loqui de liberatione facta in vim pacti, &
non de pacto, & tranſactione facta ſuper calculo, & liberatio-
ne iam facta.

206 †Si autem teſtator remiſerit confectionem inuentarij, nõ
tamen intelligitur remiſiſſe librum rationis tanquam diuer-
ſum ab inuentario, vt dicit Plot. d. l. ſi quãdo, nu. 245. ver. me-
moriæ ſeruabis, & nu. ſeq. C. vnde vi, vbi ſub nu. 243. ver. liber
rationum & Dec d. conſi. 110. nu. 7. & nu. 8. docent quomo-
do debet fieri, & ꝙ debet eſſe candidus, clarus, liquidus, & ſi-
gillatim, ac diſtincte confectus, & data, ac accepta ordinatim
continere, adeo ꝙ ea eo abſque alia probatione poſſit tutor,
& adminiſtrator conueniri, aut liberari, vt idem Plot. in d. l. ſi
quando. nu 237. verſ. inuentarium autem declarat.

207 Sed † ſi teſtator remitteret inuentarium, & rationem ad-
miniſtrationis, & ab ea eum liberaret cum legato de omni eo
in quo eum condemnari contingeret: Tunc ſi inuentariũ tu-
tor, & librum rationum non fecerit, excuſabitur a dolo, & ꝯ
eum non poterit iurari in litem ob dolum cõmiſſum in omit
tendo, ſecus in committendo, & in eo in quo locupletior fa-
ctus reperiretur, quia in hoc non valet talis liberatio, & lega-
tum, ne detur materia delinquendi. Alex. cõſ 6a. ſereniſſimus
vol. 4. conſi 74. in cauſa, & lite inter hæredes. nu 3 & 4. & con
ſil. 192 viſis narratis. in fi. vol 7. Pau. de Caſt. conſi 86. dubita-
tio. nu. 11. vol. 1. Iaſ. conſi. 14. ꝙ dicit tutores. vol. 3. Pariſ. conſi
lio 21. no. 55. & ſeq. vol. 2 Ferrat. caute. 51. ſi quis. Alcia. reg. 1.
præſump. 6. nu. 3 Duran de Arte teſtan. titulo de tutor. caute.
2. Dec. conſi. 192. Craue. conſi. 193 nu 9 vol. 1. & Plot. in d. l. ſi
quando, nu. 252. verſ. Tertio contra, nu. ſeq. & nu. 268. ver. ſed
redeundo. C. vnde vi & hoc eſt ꝙ voluit dicere Aretin. in §.
primo, ſub nu. 4. inſtit. de vſufru. vbi extendit etiam ad vſufru
ctuarium, de quo dixi in titulo de vſufructu. c. 9.

208 Nec † etiam talis liberatio, & legatum valebit in fauorem
hæredis tutoris condemnari ad reddendam rationem admi-
niſtrationis; cum verba remiſſionis, & legati non ſint conce-
pta etiam in perſonam hæredis, alias ſecus, vt per Duran. de
arte teſtan. tit. de tutor. & exequuto. caute. 2. nu. 4. per tex. in l.
qui Romæ. § Augerius. & ibi Iaſ. & Doct. ff. de verb. obl. vbi
admonet tutorem facere ſcribere a teſtatore in eo, in quo ip
ſe tutor, aut eius hæres condemnari contingat, ꝙ eſt notan-
dum; quia pauci Notarij ad hoc aduertunt, vt ignorantiæ pa
tres, ꝙ corroboratur per ea quæ conſuluit Pau de Caſt. in cõ-
ſil. 326. in ſecunda par. & Corn cõſi. 280. vol. 3. & tradit Marc.
209 Mant ſing. 625. nu. 1 vbi † legatum factum a creditore debito
ri de omni eo, in quo facto calculo remanebit debitor, non
habet locum, ſi debitor in vita non fecerit calculum, faciunt
adducta per Beneuenut Strac. In ſuo trac. de adiecto. in 3. par
te, nu. 88. & ſeq verſ. tranſgrediamur nunc. car. 220. & Pet. Ge
rat. ſing. 27. libero arbitrio, nu. 4.

210 †Et licet teſtator poſſit remittere confectionem inuenta-
rij, & libri rationis tutori teſtamentario, legitimo, & datiuo,
iuxta glo. in l. tutores. C. de admini. tutor. Guliel. de Lodo, ſin
gu. 100 gloſſa eſt, 1 Duran. de arte teſtan. tit. de tuto. caute. §3.
tutor. nu. 2. Bernar. Diaz regula 769. tutor Iul. Clar. §. teſtamẽ
tum. quæſt 66 verſ. quo ad tertium. vbi dicit communem in
tutore, & hæredes; ſecus in vſufructuario. Tamen ſi eſt ſuſpi-
tio de ipſo tutore, ne ſuppnimat, & dilapidet res pupilli, pote-
rit iudex ex officio non obſtãte huiuſmodi remiſſione eum
cogere ad conficiendum inuentarium, & librum rationum
pro vtilitate pupilli, expenſis pupilli. Bar. in l. penul. nu. 1. ff. de
confir. tuto. Bernar. Diaz d. regula 769. Iaſ. in l. nemo poteſt,
in 1. lect. nu. 45. & in 2 lect. nu. 53. ff. de leg. 1. Duran. de Arte te-
ſtan. d. caute 3. nu. 4. Aret. §. actionum, ſub nu. 34. inſti. de act.
Craue. conſ 190. nu. 9 & in conſi 193. nu. 9. vol. 1. & Iul. Clar.
d. §. teſtamentum. d. q. 66. ver. ſed quid ſi teſtator, vbi dicit cõ
211 munem Sicut habemus in ſimili † ꝙ hæres grauatus reſtitue
re, & liberatus a confectione inuentarij a teſtatore poterit a
fideicommiſſario, non obſtante remiſſione, cogi ad conficiẽ
dum inuentarium pro ſuo intereſſe expenſis ipſius fideicom
miſſarij, vt per Bar. in conſi. 43. nu. 18. vol. 2. deciſ. Tholoſ. quæ
ſtio. 314. & ibi Steph. Aufrer Mod. Pariſ. in conſuetudi. Pariſ.
tit. 1. §. 6. glo. 6 ſub nu. 35. & Plot. in l. ſi quando, nu. 598. verſic.
vbi tamen. C. vnde vi. vbi dicit cõmunem. & ſeq. Pater meus
in reſpon. 181. quidam grauatus. lib. 2. & ita eſt intelligendus
Octauia. Pedemon. deciſ. 147. nu. 7.

212 †Aduerte ꝙ liber rationum tutoris, & adminiſtratoris vi-
ui, aut mortui, facit fidem in expenſis factis pro pupillo, & ma
xime quando expenſæ ſunt veroſimiles, & maior pars earum
verificatur, vt per Bar in l. 1. § officio. nu. 1 & ſeq ff de tutel. &
ratio. diſtrahen. Alc. reg. 1. præſum. 4. nu. 6. car 94. etiam quod
a tertio fuiſſet ſcriptus. Bar. d. l. 1. §. de ſeruis, nu. 2. & Craue. cõ-
ſil. 275. nu 4. vol 2. Pet. Anchar. Regienſ. q. 55. inter hæredem
in 1. par. Craue. conſi. 158. nu. 6. lib. 1. Beneuenut. Strac. de aſ-
ſecuratio. glo. 11, nu. 54. car. 91. Et hoc procedit in paruis ſum
mis, in magnis autem ſecus eſſet, abſq; alijs coniecturis, vt per
Tiraq. in tract de iud. in rebus exiguis. verſ. ea hoc fit. car. mi-
bi 29. late Are. § actionum autem, ſub nu. 36 verſ. 33. inſtit. de
actio. Craue. de antiq. temp nu. 27. & ſeq ſectio. quarto limita
tur. in 1. par. verſ. ſecundo aduertẽdum eſt. car. mihi 70 & Ro
ta Bonon. deci. 43 in cauſa mota. nu. 12. & Beneuenut. Strac.
d. glo. 11. nu. 54. Et hoc procedit In lib. rationum ſolenniter ꝯ-
fecto, vt per Plo. in d. l. ſi quando, nu 243. verſ. liber rationum.
C. vnde vi. ſentit Rol a Valle, conſ 49. nu 22 & ſeq. volu. 1.

213 Quæ † autem dicatur ſumma magna & parua conſideran-
da eſt perſona minoris, an ſit pauper, vel diues, an ruſticus,
vel ciuis, ad notata per Mattheſ ſing. 1. & ibi Addent. nu. 16. &
Pariſ. de ſyndica. c. ſententia iudea. col. 2. & ibi additio. & Gui.
Pap. deciſ. 564. vtrum index. & Bar. auth. niſi breuiores C. de
ſenten. ex breuicu. recita & Anch. Regienſ. d. q. 55. nu. 11.

214 Nec † poteſt tutor, aut curator, & adminiſtrator pro rebus
claris, & liquidis expreſſis in inuentario conueniri a minore,
& domino ante redditam adminiſtrationem, & ſic cogi ad il
las via executiua reſtituendum, cum poſſet eſſe ꝙ minor, &
dñs reddita adminiſtratione reſtaret debitor, & ſic ſolueret,
ꝙ habere deberet, vt conſuluit Alex. in conſ. 192 volu. 7. Iaſ.
conſ. 100 vol. 4 Craue. conſi. 231. nu. 16 & 17. & conſi. 275. nu.
13. col. fi. vol. 1. & Ant. de Fa. de pignori. in quinta parte, mem
bro primo, nu 37. verſ. præterea. car. mihi 269. Et etiam quia
in inuentario, & inſtrumento tutelæ promittit bona inuenta
riata, & deſcribenda in libro rationum reſtituere, & reddere
rationem adminiſtrationis, & ideo tanquam copulata debẽt
concurrere, per ea quæ tradit Plo in l. ſi quando, nu. 35. verſ.
& donatio. & nu 345. verſ. immo quod notandum eſt. C. vn-
de vi. & ita dicit Craue d. conſi 231 & conſi. 275. lib 1. Alexan.
conſi. 192. viſis narratis. vol. 7 Mar. Frecc. in ſuo tract de præ
ſenta. inſtrum. in ſeptima parte, quæſtio. 12. Quod procedit ẽt
in hærede tutoris, vt per Pao. de Caſt. conſ. 370. iſte, qui. nu. 1.
vol. 1. Dec. conſi. 110 nu. 7 & nu. 8. Quamuis Socin. in conſ. 42.
col. 11. volu 1. teneat contrarium, videlicet ꝙ bona clara, & li-
quida in inuentario deſcripta ſunt reſtituẽda minori, & dño
ante redditam rationem adminiſtrationis, quam opinionem
dicit magis communiter receptam. Bencintend. in Rota Bo-
nonien deciſ 90 tutor, vel alius, in fi. nu. tertio Tamen ma-
gis mihi placet, & puto veriſſimum, ꝙ ſi iſte tutor rationem
hanc poteſt infra tempus inſtantiæ executionis petitæ redde
re, & ſic creditum ſuum liquidare, quod poſſit hoc facere,
per ea quæ tradit Corn. conſi 223 in ſecunda par. & Alex. cõ
215 ſilio 99 vol. tertio, vbi habetur † quod liquidum non retarda
tur per illiquidum, niſi in breui ſit liquidandum; quia paria
ſunt inſtrumentum eſſe liquidum, vel de breui liquidandum.
l. ſi. cum ibi nota. C. de compenſatio. & ſequitur Capic. deciſ.
48. nu. 2. & Ant Maſ Galeſi. de inſtrum ad for. cam oblig. ver.
ſecunda conſideratio. nu 10. & ſequen. car. mihi 193 Franc.
Vini. in ſuis commu. opinio. verbo, ſtatutum diſponens quod
inſtrumentum car. mihi 221 vbi dicit communem, quamuis
Miſinger. centuria ſecunda, obſeruatio ſexta, incip quãdo ꝓ-
ducitur inſtrumentum, videatur ſentire cõtrarium ex eo, qa
iſta rõ reddenda eſt a principio incerta, & ꝯtinet ius incertũ
ſingulare. ſed Ant. Galeſ. ſentiens hanc difficultatẽ, vbi ſupra
nu. 11. tenet, ꝙ poſſit, ſi eadẽ inſtantia iſtud ius incertũ liqui-
dari poſſit, & faciunt adducta per Dec. in l. fin. C. de edic. diui
Adri. tol. in c. prudentiã, in 3. notab de offi deleg. vbi dr incõ-
216 tinenti probari illud, ꝙ eadẽ inſtantia ꝓbatur Et hoc † teneo
verũ, niſi tutor ꝓmiſiſſet dicta bona reſtituere cũ iuſo; quia
tunc teneret̃ pciſe ad reſtitutionẽ dictorũ bonorũ deſcripto
rũ in inuentario, & nõ hẽret locũ cõpenſatio crediti tutoris;
nã iuſm obligat pciſe quẽ ad factũ, vt p Abb. in c. veniẽs, de iu
reiu. & ibi plena Apoſtilla: & iõ neceſſe hẽt dictus tutor ſoluе
re dictas res, & poſtea creditũ ſuũ petere: ita dicit Ant. de Fa.
de pig. in 5. par. 5 memb. nu. 15. ver. adde ẽt ꝙ veritas, car. 406.
Affli. deciſ. 381 q dã Hippo. Boeri. conſ. 14 nu. 8. & ſeq. & Rol.
a Valle conſ. 6 nu. 32 vol. 1. faciunt no. per Octauia. Pedemon.
217 deciſ. 92 Franc. Varletus. Qđ † ꝓcedit ẽt ꝯ hæredes, tũ qa ꝯ-
ctus eſt ad hr̃des trãſitorius, quia tenent̃ ẽt ipſi reddere rõnẽ
adminiſtrationis, & eſt licitus & validus de p ſe ſine iuſo, tũ
etiã quia eſt promiſſum reſtituere p ſe, & ſuos hr̃des, & ita iu-
ratũ, vt p Ang. conſ. 326 Ex themate, col. 1. Soc. in conſ. 38. In
cãdñorum, in princ. in lib 3 Bauer. de virtu. iuram. ver. Qua-
dragesimoquinto. Capic. deciſ 174 nu. 11 & ſeq. Affl deciſ. 381.
nu. 8 Deci. in l. ſemp in ſtipulationib. nu 4. ff. de reg. iur. & late
dixi in tit. de dote marito ꝯſtituenda c 7. num. Si aũt tutor
aut eius hæres non põt rõnem reddere, & liquidare ſuũ cre-
ditum infra rp̃s executionis ſufficit minori, aut eius hæredi,
& dño deponere aliquid cum proteſtatione, ꝙ ſi apparebit
plus teneri, ꝙ ſoluet, & dẽt incõtinẽti dare fideiuſſorẽ d ſoluẽ
do dictum reſiduum, vt per Ang. & alios in l 4. §. aut prætor.
ff. de re iudi. Iaſ in l. 1. col. 1. verſicu. Nota tamen. ff. qui ſatiſda.

cogan. & Rota Bonon. in deciſ. 77. capta fuit tennta nu. 2.
218 Sed † ſi iſte tutor, aut adminiſtratot non feciſſet inuentariũ
& librum ratiouum, & ſic ea quæ facere debebat, tunc non
poſſet retardare execurionem rerum minoris liquidaratũ ex
quauis cauſa debitarnm; quia tunc non poterit tutor excipe-
re fuiſſe conuentum de reddenda ratione adminiſtrationis,
& de rebus poſtea reſtituendis, vt ſentiebat Crauet. d. conſil.
231 & conſil. 275. immo vti bonorum vſurpator ſtatim erit
cogendus via executiua ad reſtituendum omnia deſcripta in
inuentario, ſeu eorum æſtimationem, ſi non probauerit incõ
tinenti fuiſſe conſumpta in vtilitatem minoris. ita ſentit Ale.
conſi. 192. nu. 3. & per totum vol. 7. Dec. conſ. 346. nu. 10. ſen-
tit Crauc. d. conſi. 231. nu. 9. & nu. 9. & ita iudicaui in ciuitate
Politiana de menſe Martij 1566. ꝯ Magiſtrum Vincentium
Laurencinum ad fauorem Benedicti Chriſtophori de Mon-
te, qui fouebat ius nedum circa prædicta, ſed etiam circa me-
rita cauſæ, vt docui ex meis allegationibus & ratio poteſt ẽt
colligi ex eo, quia in dicto inſtrumento tutelæ promiſit inuẽ
tarium facere, & alia ſolennia, & cũ in primis teneretur dicta
ſolennia facere, & ſic pro ſui parte adimplere, cum non adim
pleuerit, non potuit amplius executionem inſtrumenti pete
re, ſed bene minor agere executiue potuit contra dictum tu
torem, vt pro ſingulari tradit Mathes. ſing. 50. magnum. & ibi
addent. Plo. l. ſi qn nu. 543. actio C vnde vi. & Dec. conſi 442.
nu. 8. & ſeq. late Rol. a Valle conſi. 31. vol. 2.
219 Vnde † ex ſupradictis patet, ꝙ ſicut non poteſt tutor exci-
pere de ratione adminiſtrationis nondum reddita, ita etiã nõ
poterit minor opponere contra tutorem creditorem ex alia
cauſa, quam tutelæ ſe non teneri ad ſoluẽdum, niſi prius red-
dita ratione adminiſtrationis, vt in propoſito tangit Anto de
Fa. de pign. in 5. par. memb. 1. nu 36. car mihi 267. vbi tenet, ꝙ
mater agens via executiua ad dotes mortuo marito non po-
teſt impediri propter non redditam adminiſtrationem legiti
mæ tutelæ ſuorum filiorum, & etiam iudicauit Rota Floren-
tina de anno 1570. de menſe Auguſti in fauorem D. Lucre-
tiæ de Piſtorio, quam opinionem teneo veriſſimã ſicut Euã-
gelium, ſequenti etiam ratione a nemine quem viderim de-
guſtata, credito minoris liquido non exiſtente. Nam iſta ma-
ter, aut aliuor creditor petit ſuas dotes, & ſuum creditum vti
mater creditrix, ſeu vti Sempronius creditor, & minor petit
creditũ ſuũ, & rationẽ adminiſtrationis a dicta matre vti tu-
trice, & Sempronio vti tutore, vnde cum vnus vno nomine
ſit creditor, & alio nomine debitor, & non repræſentet eandẽ
perſonam in debito, & credito, tunc non habet locum com-
220 penſatio, nec retentio: † & ideo ſi debeo tibi ex cauſa ſocieta
tis centum. & tu debeas mihi centum ex cauſa mutui, peten
do ego vt Borgninus, & non vt ſocius illa centum mutuo da
ta, tu non potes mihi obijcere exceptionem compenſationis
quia vnum debetur ex cauſa ſocietatis, alterum ex cauſa pro
pria. ita tenet Bal. in l. eius. nu. 3 C. de compenſa. quem refert,
& ſequitur Pet. de Vbal tracta. de duobus fratribus. in quinta
par. nu. 35. q. 32. verſ. ſocij habent. car. mihi 60 pract. Pap. for.
lib reſpon. rei in gl. ſaluis aliis, nu. 15. & nu 16 car 96. & faciũt
multum in propoſito adducta per Affli. deciſ. 16. quidam. &
Boer. conſi. 14 viſo proceſſu. ſed ſi creditum minoris eſſet li-
quidum & exequibile ratione hypothecæ. daretur retentio,
ad notata per Bal. in l. fi. C. commoda. & Hippol ſing 321 cre-
do te ſcire. nu. 23. & tangam infra titulo de vſufru c. 9. nu.
verſic. quia mulier. & nu ſeq. & ex his patet male ſentire prac.
Papi. in for. lib. quo vxor agit ad dot. in princ. nu. 13. vbi dicit
putare hæredem matris non poſſe priuilegium illud oppone
re, cum & ipſe eadem ratione poſſit ſe tueri. Quod eſt menti
tenendum, & digito ligandum, & hoc didici dum ſcholaris
eram a patre meo Domino Carolo, qui ita iudicauit in cauſa
ad conſilium ſapientis ſibi tranſmiſſa per dominos Antianos
Petræſanctæ, & ſic patet habere locum in fauorem matris, &
221 eius hæredis, † etiam ꝙ ipſa tranſiret ad ſecundas nuptias, aut
luxurioſe viueret, licet Bertran. in conſi. 158. vol. 5. videatur
contrarium ſentire in luxurioſa, quia licet amittat tutelam, vt
dixi infra nu. 307. non per hoc perdit dotem ſuam ſecundum
veram opinionem, quam tenui infra tit. de dote mulieri re-
ſtituenda, cap. 8. nu. & ſeq. late Rolan. a Val conſi. 86. vol. 2.
Pet Duen. Regula 12. verbo actio. nu 3. limit. 3 & dicit Boer.
deciſ. 338. nu. 9 & nu. ſeq bis ſecundum hanc opinionem fuiſ-
ſe per Arreſtum ſupremæ Curiæ Parlamenti iudicatum, niſi
infra annum luctus adulterium committeret, vbi dicunt Do
cto & ſequitur Octauia Pedemon. deciſ. 77. quæritur.
222 Nec † poterit tutor, aut eius hæres condemnatus ad reddẽ
dam rationem adminiſtrationis differre huiuſmodi rationẽ
vſque ad ſententiam confirmatoriam, ſi ſe appellauerit a ſen
tentia iudicis a quo; quia licet poſſit appellari a pronuntia de
reddenda adminiſtratione, tamen nõ poteſt retardari execu-
tio, vt dicit Maran. in ſexta parte, in ſecundo actu princi. nu.
187. car. mihi. 239. verſ. decimooctauo limita, vbi allegat hoc
tenere Angel. in §. œcononius. in fi. in authen. de ſanc. epiſco.
223 Nec † etiam poterit peti compromiſſum fieri in reddenda d.
adminiſtratione, vt per Hippol. ſing 467. nu. 8. reddita vero ra
tione adminiſtrationis per tutorem, aut adminiſtratorem, ſi
iſte tutor, aut adminiſtrator reperiatur factus diues, cum an-
te tutelam eſſet pauper, non præſumitur per hoc factus locu-
pletior, & diues de bonis pupilli, & domini, niſi probationib.
& coniecturis manifeſtis hoc colligeretur, ſed de bonis ſuis
proprijs, & ſua induſtria hoc feciſſe præſumeretur, vt pro ſin-
gulari tradit Fran. Crem. ſingu. 9 tu ſcis quod quicquid, in fi.
Roma conſi. 159. ſuper eo. col 2 Federic. de Senis conſi. 57. vi
detur, in tertio dubio Franc. Cur conſi. 71. Princeps. col. 4. in
7. concluſ Alex. conſ 62. nu. 13. vol 4 & in conſi. 51. vol. 6 late
habetur per Craue. conſi. 191. ſub nu 8. & conſi. 129. nu 3 vol.
primo, vbi plures coniecturas ponit. & Syl. Nuptial. lib 4 nu-
me. 20. in fi. car. 269. vbi dicunt, ꝙ erit coniectura contra eũ,
ſi non fecerit ſolennia. inuentarium, & librum rationum: & ſi,
eius facultates non ſufficerent ad victum, & veſtitum totiuſ-
que familiæ cum eius exercitio, habita conſideratione ad il-
lius, & ſuorum filiorum vitam, & exercitium, & pulchre ſeq-
tur Rolan. a Valle in conſ. 46 nu. 24 & ſeq. vol. 1 Pariſ. conſ. 80.
nu. 8. 12. & ſeq. vol. 1. & faciunt adducta per doctiſſimum Ro-
deric. Soarez tit. de las ganaucias. nu. 30 & ſeq. car. 371. vbi in
ſimili loquitur de confeſſione dotis facta a marito mulieri,
& de emptione bonorum facta a marito nomine vxoria, de
pecunijs vxoris, vbi dicit non prodeſſe talem confeſſionem
vxori ſtantibus ſupradictis coniecturis in cõtrarium, ad quas
admonet iudices multum aduertere, quibus ceſſantibus tu-
tor de bonis, & eius induſtria factus diues erit præſumendus.
224 Attento † quod nemo locupletior factus ex re aliena, ſeu ex
fructibus alienis præſumitur, niſi probetur. Fely. c. de quarta.
colum. 10. verſiculo, ſecunda reſtrictio. de præſcrip. Gomes. §.
actiones. numero 21 inſtitu. de actio. late tradit Roſre. in ſua
pract. rubrica, de officio iudi quo per. fruc. a poſſeſſ. nu. 3. ver.
ſed quomodo. car. mihi 273 & Iac. Menoc. de recup. poſſ. re-
med. 15. q. 40. nu. 586 car 171. Franc. Balb de præſc in 4 par. 4.
par princi. q. 35. & venerandus Pater meus de præſumptio. in
verbo locupletior. & vide ſemper dictum notabile Roderic.
Soarez allegati. 26. nu 3 car 277. vbi ponit, quando etiam qs
dicatur factus locupletior indirecte, & Didac. c. peccatum. in
tertia parte, nu. 3. de reg. iur. in 6 & late tradit Ari. Pinel. in l.
ſecunda, in tertia parte, cap. primo, numero 64. & ſequen. C.
de reſcind. vendi.
225 † Et bona tutoris, & adminiſtratoris ſunt tacite obligata pu
pillo pro adminiſtratione, vt per Iaſ. in l. ſi cõſtante, nu. 22 a.
ff. ſol. mat. Dec. conſ. 349. nu. 10. verſ. in tertio dubio. Pariſ. cõ-
ſilio 80. nu. 34 & ſeq vol. 1. & Bar. ſing. 72 in bonis, vbi dicit,
quod tutis priuilegia conſequitur, & ſeq. Ant de Fa. de pigno
ri. in 2 par. 4. memb. nu 6. & ſeq. & nu. 98. car. 117 vbi dicit, ꝙ
præfertur cuilibet habenti poſteriorem expreſſam, etiam ꝙ
eſſet fiſcus, & quod iſta tacita hypotheca oritur a die datæ tu
telæ, & adminiſtrationis, & poſt eum tradit Franc. Bal tract.
de Pignorib. car 672. & tetigi ſupra nu. 187.
226 † Vnde poteſt dubitari, ſi tutor reddita adminiſtrationis ra
tione reperiatur debitor in aliqua quantitate grani, vini, olei
& fructuũ, an teneatur, ſi illa ſint conſumpta, edita, aut alie-
nata, reddere æſtimationẽ quanti plurimi a die perceptionis
vſq; ad petitionis tẽpus iuramento minoris, vel tantundẽ ſo-
lũ in genere ſit reddere obligatus. Et primo videretur dicen-
dũ, tutorem, & quẽlibet adminiſtratorem teneri ad dãdũ fru
mentum, & fructus ſi extant cũ æſtimatione quanti plurimi a
die ſolutionis, ſeu receptionis nulla interpellatione interue-
niente, cũ re ipſa fuerit in mora conſtitutus, non conuerten-
do fructus in vtilitatẽ minoris, & pij loci, vt eſt gl. in l. cũ qui-
dam. §. fiſcus. ver. inferunt. ff. de vſur. Alex. in l ꝙ te, ſub nu. 8.
& in l. vinũ. vbi Doct. ff. ſi cer pet. vbi ẽt habetur materia æſti-
mationis quanti plurimi, & Rom. ſing. 117. & Matthe. ſing. 44.
nu. 4. Didac. variar. reſol. lib. 3. c. 17. col. 6. nu. 4. car. 1019 & tan
to magis ſi in eius vtilitatem tutor, & adminiſtrator conuer-
terit, quia dr̃ eſſe in dolo, & vt prædo teneretur ad vſuras vſu-
rarũ, & ꝯ cum poſſet iurari in litem, vt dicit Plot. d. l. ſi quãdo
nu. 209. verſ. poterit etiã iurari. C. vnde vi, & tetigi ſupra nu.
116. Tamen in hac facti ſpecie puto multum eſſe conſiderã-
dum, tã circa minores, quam maiores, an in obligatione, & re
ſtitutione veniant fructus in genere, aut in ſpecie, ſi in ſpecie
aut fructus ſunt conſumpti, aut extant, vel præſumuntur extare:
ſi extant, vel præſumuntur extare, vt qñ ſunt recollecti intra
trienniũ, & poma intra annũ, tunc tenetur illos reſtituere de
bitor, alias teneretur ad æſtimationem quanti plurimi, niſi ꝓ-
baret eſſe conſumptos abſque eius culpa. Si vero non extãt,
& ſunt conſumpti ab adminiſtratore poſt triennium, vel præ-
227 ſumantur a lege conſumpti, † cum vltra triennium regulari-
ter

ter durare non præſumuntur, vt no. in l. 1 & ibi gl C ſi aduer.
vſucap & in l. ſed ſi lege. §. ſcire. vbi Bar. ff de peti. hære. Corn.
conſi. 104 nu. 26. vol. 1 eqnſ. 183. quamuis. col. 1. vol. 1 Rui. cõ-
ſil. 56 no. 3. vol. 2. Pariſ. conſil 25. nu. 75. vol. 2. & Anto. de Fa.
de pignor. in 5. par memb. 5. nu. 12. ver adde ramen pro decla
ratione. car. 404 tunc tutor, vel adminiſtrator non tenetur ad
æſtimationem quantiplurimi a triennio vltra; quia licuit tu-
tori eos conſumere, & alienare quomodocunque, ne deuaſta
rentur, corrumperentur, & in puluerem reuerterentur: ſi au-
tem non conſumauit, nec alienauit, & dicat conſumptos fuiſ
ſe præſumptione legis, tunc teneretur ſolum ad æſtimationẽ
illorum tempore perceptionis, aut conſumptionis fiendum.
228 Nam † conſumptis fructibus æſtimatio non creſcit; quia
non recipiunt poſt eorum vitam amplius incrementum, ne-
que diminutionem, vt dicit Bar. in l. is cui. §. qui legatorum.
nu. 2. ff. vt in poſſeſſio lega. & in l. eum, qui. & ibi Apoſtilla. ff.
de his, quib. vt indig Cum in non entia nullæ ſint qualitates.
l. 1. ff. de actio. emp & granum, ſeu fructus mortui, & cõſum-
pti non dicuntur amplius fructus, nec retinet nomẽ fructuũ,
arg. no. per Bal in ſing. 86. Nota ꝙ lex, vbi dicit, ꝙ homo mor
tuus non dicitur amplius homo, ſed cadauer. & dixit Marc.
Mantua ſing. 330. hodie, ꝙ ſi teſtator legauit alicui centum,
quæ depoſuerat ſuper ſacro monte Pietatis, & ſi ea hæres nõ
præſtuiſſet eidem legauit domum, ſi hæres dicta centum exe
git, & expendit, legatarius non amplius centum, ſed domum
petere poteſt; quia dicta centum legata ſunt vt ſpecies, ita ut
commutationem non recipiunt, vt per Bart. in l. talis ſcriptu-
ra, nu. 3. ff. de lega. primo. & ideo cum illa ſpecies ſit conſum-
pta, impoſſibile eſt illam reuiuiſcere: & Tiraq. in trac. de iudi.
in rebus exiguis. verſ. 17. car. 52. dicit idẽ eſſe ſi nonaginta no-
nem dediſſet: quia nõ dicitur per hoc adimpleuiſſe mentem
teſtatoris, & ſequitur Pet. Pechi. in trac. de teſtam. coniug. li-
bro quinto, cap. 13. & faciunt etiam quæ habentur in l. ſi poſ-
ſeſſor. § fi. ff. de petit. hæred. vbi habetur, ꝙ licet iuretur in li-
tem propter rem furatam, vel non reſtitutam, ſecundum Do-
cto. in l. in actionibus. de in litem iuran. tamen dicit tex. ibi,
hoc intelligi debere ſi res extitit: ſi autem non extitit non iu-
ratur; quia non recipit incrementum, & licet Boeri. deciſ. 68.
nu. 5. Marc. Mant. ſing. 296. multum laborent, & Plot. in l ſi
quando. nu. 182. ver. aduerte. C. vnde vi. & Roderic. Suarez in
l. poſt rem iudicatam, in declaratione legis Regni, verſi. quæ-
ritur vlterius. ff. de re iudic. car. 273. velint æſtimationem fru-
menti, vini, & olei, & fructuum attendi debere tempore, quo
229 petuntur fructus vſque ad executionem, † tamen eorum di-
cta ſunt intelligenda ſi fructus extant, vel præſumuntur exta-
re, & non ſi ſunt conſumpti facto hominis, vel legis præſum-
ptione, vt eſt poſt triennium, niſi probetur minus durare, ut
eſt Piſis, & Maſſæ Senarum, ac in terra Petræſanctæ, vbi per
annum, & parum vltra durare dicuntur, & non plus, vt iudi-
cauit Excellentiſſimus D. Lelius Taurellus, vel probarẽ plus
triennio durare, vt eſt in ciuitate, & territorio Montis Poli-
tiani, vbi frumentum durat per annos quinque, ſex, & vltra re
ſpectu illius terreni, & etiam in Caſtro meo Fiuizani Lunen-
ſis Diœceſis, vbi in ſcrineis ligneis durat per annos quatuor,
& vltra, nam tunc præſumptio cedit veritati. l. in rebus. C. de
iu. do. & per Rol. a Valle conſ. 99. pro fundamento, nu. 10. ver.
230 vlterius dr, vol. 1. Et † ꝙ fructus conſumpti non recipiant in-
crementũ, & æſtimatio nõ creſcat, colligitur ẽt per tex. in l. 1.
C. de diſtra. pigno. & ibi per Doc. vbi fructus rei pignoratę ip
ſo iure compenſantur in ſortem, quando ſunt conſumpti: rõ
eſt, quia non dicuntur amplius fructus, ſed quantitas, & pars
ſortis, ꝙ ſecus eſſet, ſi non eſſent conſumpti, vel nõ pręſume-
rentur ꝯſumpti; quia tunc non compenſarentur in ſortem,
nec eam extenuarent; quia reputarentur vt ſpecies certa, ſed
de ſpecie ad quantitatem non fit compenſatio. l 3. C. in quib.
cau. pign. taci. ꝯh. & ſequitur Bar. in l. 1. C. de pign. actio. Ant.
Trigo. ſing. 61. fructus, & pulchre hr̃ per Ant. de Fa de pig. &
hypo. in 5. par. 5. memb. nu. 11. & nu. 12. verſ. limitatur autem
car. 404. & Bar. in l. neque ſcriptura, nu. 6. C. de compenſatio.
231 Si igitur † qñ ſunt conſumpti ipſo iure compenſantur in ſor-
tem, non poteſt dici attendi debere tempus petitionis, ſed ꝯ-
ſumptionis ꝑ illa verba, ipſo iure, quæ ſunt pręciſa, & non re
cipiunt ſuſpenſionem, nec interuallum, ſed ſtatim cõſumptis
fructibus fit quantitas, & ſic æſtimatio, vt per Feli. in c. nõnul
li. §. ſunt alij. nu. 48. de reſcrip. vbi dicit communem. Ergo cla
riſſime patet, ꝙ tutor poſt triennium, & fructus conſumptos
non tenetur ad ęſtimationem quantiplurimi, ſi reperiatur de
232 bitor de decem, vel duodecim annorum fructibus † qa poſt
conſumptionem illorũ nõ creſcit æſtimatio, vt dixi, & ſequi-
tur in tutore, & adminiſtratore ẽt Bar. in l. diuortio. §. ob do-
nationes. ff. ſol. mat. Soc. in conſ. 82. nu. 27. vol. 4. Boeri. deciſ.
68. nu. 2. & notabiliter tradit Are. in §. ſi quis a non dño. nu. 4.
inſti de rer. diuiſ. vbi loquitur in malæfidei poſſeſſore. & Pa-
233 ris. conſ. 87. nu. 18. verſ. in alia cã, vol. 4. Et † æſtimatio illorum
fructuum debet attendi, q̃ fuerit tp̃e quo percepti fuerũt, vel
conſumpti, & ſic a die moræ vſq; ad triennium incluſiue ſm
Bal. in l. 2 in fi. ver. quæro hæres percepit. C de fruc. & liti. ex-
pen. & ſeq. Iac. Meno in tract. de recuperan poſſeſ. remed. 15.
quæſt. 40. nu 598 & ſeq. verſ. declaratur quarto. car. 172. & vi-
detur tex. in d. l. prima. C. de diſtr. pigno. & colligitur ex addu
ctis per Doct. in d. l. quod te, & d. l. vinum. ff. ſi cer pet. vbi vo-
lunt æſtimationem quantiplurimi incipere a die moræ, vt ſẽ-
tit etiam Alex conſi. 178. nu. 7. & ſeq. vol. 5. Affli. deciſ. 316 in
fi. & D Boeri. d. deciſ. 68. nu. 6. vbi ponunt etiam, quomodo
probanda ſit iſta æſtimatio quantiplurimi. Nam conſumpti
fructus ante triennium mala fide habentur, ac ſi conſumpti
non fuiſſent vſque ad triennium. Bal. in l. prima, ſecundo ver-
ſiculo, & nota quod ad hoc. C. de vſur. & fruc. lega. & Iacob.
Menoch. vbi ſupra, nu. 597. Nec habent obſtare ſupra relata
in contrarium; quia procedunt, quando fructus debentur in
genere, & non in ſpecie, vt quando quis eſt obligatus dare ali
cui frumentum, vinum, oleum, & poma abſque aliqua demõ
ſtratione, & loci deſignatione, & non eſt obligatus dare ſpe-
cies certas, vt vinum, vel oleum talis prædij, vel quod habes
in tali domo, vel quod eſt in area, vel naui, & tunc non eſt mi
rum, ſi a die moræ habet locum æſtimatio quantiplurimi, nã
234 † genus ſemper eſt idem, & nunquam perit, & ſemper vſque
ad triginta annos, & vltra recipit incremẽtum, & diminutio-
nem, & ſtat firmum corpus principale inuiſibile, & de iſta ſpe
cie in genere loquitur tex. in d. l quod te & in l. vinum. & ibi
Doc. ff. ſi cer. pet. quæ leges non habere locum in caſu noſtro
expreſſe dicit Aret. in d. § ſi quis a non domino. d. nu. 4.
235 † Et etiam quia licuit dicto tutori, & adminiſtratori conſu
mere, alienare, & comedere poſt triennium, ne re ipſa corrũ-
perentur, ad notata per Alex in l. procuratorem, num. 4. C. de
procurato. & Roma. conſ. 415. vbi tutor poteſt ante confe-
ctionem inuentarij conſumere, & alienare ſine decreto bo-
na mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt propter cor-
ruptionis ſuſpectum, & ideo tutor; vel adminiſtrator ultra
triennium non tenetur ad æſtimationem regulariter quanti
plurimi; quia vita illorum fructuum vlterius non durat, ſecus
ſi duraret; quia vſque ad illorum vitam duraturam haberet
locum æſtimatio quantiplurimi, cum attendi deberet aut ini
tium fructuum perceptorum, aut æſtimatio medij temporis
vel tẽpus conſumptorum arbitrio minoris, & creditoris ꝑ
moram debitoris, per ſupradicta, & colligitur etiam ex addu-
ctis per Plot. in l ſi quãdo, nume 695 & ſeqn. ver. homicida.
236 C. vnde vi. vbi dicit † homicidam teneri hæredibus occiſi ad
æſtimationẽ operarum occiſi, & ad intereſſe pro tempore,
quo veriſimiliter vixiſſet ſecundum diſtinctionem tẽporũ. l.
hæreditatum ff. ad legem falc & non vltra, & conſuluit Rol.
a Valle conſil 39 nu. 10. & ſeq. vol 2 ergo pro tẽpore quo non
vixiſſet nolunt teneri ad intereſſe, neque ad æſtimationem,
237 † quia vltra illud tẽpus non recipit incrementum vita homi-
nis, tanquã cadauer effecta, quæ mora qñ, & quomodo com-
mittitur, & purgari poteſt, habetur per Docto. in d. l. quod te.
& d. l. vinum ff ſi cer pet. & per Plo. in d l. ſi qñ, nu. 182. ver. ad
uerte. C. vnde vi. Octauia Pedemon deciſ. 49. cum patet, & ip
ſa non commiſſa non habet locũ æſtimatio quantiplurimi,
nec intereſſe aliquod, l. inſulam. §. vſuras, vbi Imo. nu 8. verſi.
ſed iuxta, & alij Doct ff ſol. mat. & Plot. d. l. ſi quando. & num.
182. & nu 451 verſi. ſi vero maritus, & Boer. d. deciſ. 68. nu. 3.
Alex. d. conſ 178. nu. 7. ſeq. vol. 5. Craue. conſ. 87 nu. 5. li. 2. vbi
etiam dicunt, quod iuſta cauſa litigandi excuſat quem a mo-
ra; & ita ſunt intelligenda adducta per Didac. c. peccatũ. in 2.
238 par. § 6. nu. 2 de reg. iur. in 6. vbi dicit, quod † fur tenetur ad
rem reſtituendã cũ æſtimatione quantiplurimi a die rei abla
tæ. Vnde ex prædictis patet, Ruin. in conſ. 204. nu. 15. vol. 1. re-
latũ a Iac. Meno. d. remed 15. q 40. nu. 589. verſ. declaratur ſe-
cundo, non recte ſentire, & fruſtratorie aſſerere tutorẽ debe-
re prius probare ſe retinuiſſe fructus per 3. annos antequam
conſumpſerit, vel præſumantẽ cõſumpti: quia hoc nihil iuuat
petenti, iudicio meo, cũ teneatur ad æſtimationẽ, et non ad
fructus in genere, ſi illos conſumpſerit ante trienniũ, quo ca-
ſu illa æſtimatio non poteſt creſcere, niſi vſq; ad vitã frumen-
ti, vini, olei, et fructuũ naturalẽ, et cum non petierit infra tp̃s
vitæ naturalis illorum fructuum, non eſt curandum, an ante
triennium, vel in triennio conſumpſerit; quia non tenetur il-
los tutor vltra triennium conſeruare, ne corrumpantur, nam
ſi non conſumpſiſſet, a natura ipſa conſumpti fuiſſent, ut etiã
tenet Ial. in l. diuortio, §. interdum, nu. 12. ff. ſol. matri. et ideo
tenetur de negligentia tutor illorum trium annorum; quia
non vendidit, et pretium non conuertit in vtilitatem mino-
ris, et non poſt triennium; quia iſta etiam penes ipſum mino-
rem, vel creditorem corrumperentur, et cõſumerentur, quo
caſu non tenetur debitor de eo, quod etiam eueniſſet apud

dominium,& creditorem,vt in ſimili habetur per Bald.in l.q̃
fortuitis.C.de pign.actio.& D.Pile.Antiq.gloſſator, in q 104.
cum prouincial,& per Pet.de Vbal.de duob.fratrib in 8.par.
q.19 nu.20 & in 5.par.q.24.num.27.verſ. ſecus ſi moriantur,
239 vbi concludunt † conductorem animalium non teneri de
morte naturali;quia eodem modo mortua fuiſſent apud lo-
catorem,vnde Iaco.Meno.d.nu.589 putat dictum Rui. in d.
conſ.204.non eſſe verum,& contrarium videtur velle Are.in
d.§ ſi quis a non domino.& Ant.de Fa.de pign.in 5.par.5.mẽ
bro,nu.12.verſ.adde tamen.car.404.& patet ſenſui, quia ſi nõ
probaret tenuiſſe per triennium dictos fructus in borreo,qď
eſt difficile probare,ſequeretur,quod vt genus teneretur ſem
per ad fructus,& ad æſtimationem quantiplurimi, quod non
eſt dicendum per tex.in d.l.1.C.de diſtra.pigno. & per Bar.in
240 d.l.diuortio.d.§.ob donationes.ff.ſol.mat.vbi † fructib. con-
ſumptis non debentur fructus,ſed æſtimatio , & etiam ſequit
Iaſ.in d.l.diuortio.§. quod in anno,nu.6. dictum vero Rui. in
d.conſi.204.puto veriſſimum circa pretij reſtitutionem,caſu
quo tutor,vel commodatarius diceret bona eſſe conſumpta
præſumptione legis,& propter hoc vellet liberari etiam a pręſtatione æſtimationis tanquam corrupta abſque eius culpa:
quia tunc ſaltem debet probare per triennium retinuiſſe, &
in eius vtilitatem non conuertiſſe,non autem quoad æſtima
tionem quantiplurimi vltra triennium.Quæ omnia nota , &
perpetuo tene menti;quia de facili quis iuuenis diceret ꝯtriũ,
& ita iudicaui de anno 1563. Volaterris, dum ibi eram Aſſeſ-
ſor in fauorem Hieronymi de Incõtris,contra quem fuit mo
tum iudicium,& petebantur ſacci decem & ſeptem grani ad
rationem quanti plurimi a quodam maledicto, & auaro ruſti
co, qui ſteterat per annos decem , & vltra vſque ad tẽpus ca-
reſtiæ ad petendum dictum granum certum, & ſpecificatũ ,
& dixi quod ſolum teneretur ad æſtimationem frumenti vſ-
que ad tempus conſumptionis legalis,& nõ petitionis,& ſen-
tentia poſtea fuit confirmata,& propter hoc ego fui lucratus
ab aduocato Hieronymi vnam mihi chariſſimam vxorem,a
quo lucro liberat impatientes dominus: & etiam nouiſſime
iudicaui contra inceptatorem grani virtute legis inceptarũ ,
licet alij teneant æſtimationem grani inceptati debere attẽdi
a die inceptationis factæ,& non a die ſententiæ,& male,& ſi-
ne legibus,per verba expreſſa dictæ legis ibi,Sotto pena della
perdita di eſſo grano,& biade.& ſentit Aegidi.Boſſ.pract.cri.
tit.de bon.publi.nu.76 & ſeq.Ant.de Fa. de pigno. in 2.par.4.
memb.nu.115.& Iaſ.in l.ſi ita ſtipulatus, §. cum ſtipulamur ,
nu. 6 ff.de verbo.oblig.& Boer deciſ 68.nu 5.& 6 & per hæc
media,ſi erat vltra trienniũ,poterat decidi quæſtio Michae-
lis de Baua cum communitate Volaterra,& procedit ſiue re
ſtituere habens fructus ſit in bona,vel mala fide , quia cũ iſta
conſumptio ſit inducta a lege ,& poſt eam non creſcat æſti-
matio,non habetur in conſideratione mala fides , vt per Iac.
Menoch.d.remed. 15.q.15.num.187.& ſeq.verſ. declaratur 6.
car.148.& per ea,quæ ſupra dixi,nu.149 & nu.158.& ſup. Do-
cto.loquũtur etiam in malæ fidei poſſeſſore, quia iſta ſpecies
ſiue licite,ſiue illicite ſit recepta, non põt durare,niſi per triẽ
nium.d.gl.in d.l.1.C.ſi aduers.vſuca.

241 An † autem prædicta habeant locum in alimentis , diſtin-
guendũ duxi,an debeantur fructus in ſpecie,videlicet talis p̃-
dij,aut in genere.primo caſu concludendum eſt, vt ſupra, qď
vltra triennium non habeat locum æſtimatio quãtiplurimi.
Secundo caſu,ꝙ habeat locum a die moræ citra , tanquã de-
bitor eius,qui alimentari debet . & licet alimenta præſtentur
ſingulo quoquo anno,& pro quolibet anno debeant dari ad
conſumandum,qua conſumptione facta non videatur habe
re locum æſtimatio quantiplurimi,vt per Decium,& Iaſ.in l.
vinum,& l.quod te.ff.ſi cer.pet.& ſupradicta : & ita etiam te-
nuit Rota Florentina in cauſa cuiuſdam Piſtorienſis,ſub die
decima menſis Iunij 1565.allegando Aret.in d. §. ſi quis a nõ
dño,nu.4 tamen ꝯtrium omnino eſt tenendum,poſtquam illi
fructus non ſunt ſoluti creditori , nec video in hoc aliquam
differentiam inter fructus obligatos ex aliquo ꝯtractu, vel obli-
gatione,vel pro alimentis,& annuis præſtationibus, nam om
ni caſu eſt debitor fructuũ in genere,& tanquam moroſus eſt
condemnandus ad æſtimationem quantiplurimi,quando ali
menta debentur ex diſpoſitione hominis ; quia tunc debent
etiam pro temporib.præteritis,& ad hæredes creditoris tran-
ſeunt iure actionis,ſecus ſi iure naturæ,& miſerationis cauſa
& ſic officio iudicis deberentur , vt per Bal. in l.de alimentis.
C.de tranſac.Alex.conſ.7.viſis , nu.10.vol.2. in conſ.178.nu.7.
vol.7.Corn.conſ.183.vol 1.Bal.conſi.235.nu.1.vol.1.Deci.in
auth.præterea,ſub nu.20 C.vnde vir & vxor.Alci.reg.1. præ-
ſump.31.nu.8.Rolan.a Valle conſi.55.nu.5.vol.2.Rota Bono.
deciſ.29.& Hierony.Gig in tracta.de pẽſioni. quæſt.52.nu.5.
vbi dicunt communem,ꝙ eſt notandum in ciuitate Piſtorij
per Cauſidicos,& Procuratores, qui habent pro comperto,
ꝙ vltra annum æſtimatio non creſcat in alimentis,& aliquan
do(vt dixi)obtineretur,& male iudicio meo,quia ſi volumus
conſiderare fructus in ſpecie vſque ad triennium &t ꝙ ſint ꝯ
ſumpti,ante triennium æſtimatio creſcit,vt no.Bald. in l.1. ver.
& no.ꝙ ad hoc.C.de vſur.& Menoc.de recup.poſſ. reme.15.
q.40.nu.597.verſ.declaratur tertio. Si autem eos volumus ꝯ-
ſiderare in genere vltra triennium,& vſque ad ſolutionẽ,æſti
matio creſcit;quia genus nunquam perit.d.l.ꝙ te.ff ſi cer.pe-
ta.& ſupra late declaraui.Qď eſt notandum pro ſictuarijs , &
conductoribus partiarijs,qui præſumuntur obligati dare de
fructibus illorum locorum conductorum,vt per Bart. in l.do
mini prædiorum.C.de agric.& cen.lib.11.per illum tex.Pe de
Raue.ſing.22.Mayne.l.in condemnatione.§.verbum, ſub nu
me.16.ff.de reg.iur.& Gomes. §. item Seruiana. ſub nume 8.
inſtitut. de actioni.

242 Et † prædicta procedunt, quando fructus debentur iure a-
ctionis,ſecus ſi officio iudicis mora non cõmiſſa,quia ſi cor-
rumperentur, non teneretur poſt triennium ad aliquam æſti
mationem,vt per Doct.in d.l.ꝙ te,vbi Iaſ.nu.2 & 12.ff.ſi cer.
pet.& ſtaretur eius iuramento,ſi eſſet perſona fide digna , &
omni exceptione maior.§.cum autem emptio.inſtit.de em-
ptio.& vend.Bar.in l.ſi quis ex argentarijs.§ an vero.ff.de edẽ
do.Hyppo.ſing.273 notiſſimum eſt,nu.1.& Plot.in d.l.ſi qũ.
nu.792.& ſeq.verſ.ſeptimo principaliter. C. vnde vi. Et quo-
modo in caſu iſto debet formari libellus,ponit perbelle Are.
d.§.ſi quis a non domino,nu.3.& 4.inſtit.de rer.diuiſ.& Boe-
ri.deciſ.68.numero quinto.

243 Et † quando tutor,aut curator emit ſimpliciter aliquam rẽ
aut aliquem actum facit,qui ſpectat ad pupillum, tunc præſu
mitur nomine pupilli,& vti tutor hoc feciſſe & non nomine
proprio.Tiraq de retract.lignag.§.10.glo.vnica.nume.2.& ſe
quen.Bar.in l.poſt mortem.§.tutor.nu.1.ff. quando ex fac. tu
to.vel cura.mino.ag.Iaſ.in l.ſi fundum per fideicommiſſum.
nu.30 ff de lega.primo.Bar.in l.3.§ ſed & ſi contutor,num.1.
ff. iud.ſol.Corn.conſil.27.volu. 2.Alciat.regula 2.præſum.24.
nume.3.& Bart.in l.2.§.pupillus.nu 4.de accuſat. vbi dicunt
procedere,ſi ꝯtrahentes,& agentes ſciebant illum eſſe tutorem
& etiam præſumitur emiſſe de pecunia pupilli , vt per Alexã.
conſi.108.viſo themate.nu.10. vol.1. & late per Crauet. con-
ſil.129.lib.1.ſed ſi emptio , aut actus prædictus non ſpectaret
principaliter ad pupillum, ſed ad ipſum tutorem etiam perti-
nere poſſet,eo caſu ſuo proprio nomine præſumeretur feciſ
ſe,per iura ſupra allegata,& ſequitur Francia.Turtian.regu 6.
Tiraq.de retract.lignag §.10.glo. vnica.nu.2. & ſeq.verſic.ſed
244 quæritur an admittatur, niſi † iſte tutor ſcripſiſſet in ſuo li-
bro,ſe emiſſe tutorio nomine,vel nomine pupilli ; quia tunc
efficeretur ipſius pupilli,ꝙ extenditur ad quemlibet admini-
ſtratorem,vt per ſubtilem,& veridicum Doctorem D.Franc.
Porcel.in ſuo vtili tract.de duob.fratri.quæſt.prima,nu 72.&
ſeq.car.42 vbi dicit,ꝙ iudex faciat apportare libros mercato
ris,& ſubito apprehendat ex eis:& ſequitur Crauet.conſ.236.
col.1.nu.1.lib.2 & ſenſit Alex.conſ.142.circa primam. in fi.vo
lum.2.& vide Rui.conſi.19.nu.10.volum.5 & Hyppo.ſingul.
459.& Bar.in conſi.35 & prima facie.nu.4 vol.1.et dixit Aſfl.
deciſ.360 nu.7.ꝙ frater poſſidens bona communia patris, p̃-
ſumitur potius nomine ꝓprio tenere,et poſſidere, quam tu-
torio,vel adminiſtratorio nomine.Corn.conſ.213. vol.3. niſi
in libro ſuo aliud appareret,vel in æſtimo communi tanq; &
communia deſcribi fecerit , ad notata per Pet.de Vbal.tract.
de duob.fratri.in tertia par.ſub nu.34.& Alcia.reg.3.præſum
ptio.17 nume.4.

245 †Quod intelligo ſi ſeparatim , et disiunctim ſteterit a ſuis
fratribus,ſi autem omnes in communione ad vnum panem,
et vnum vinum ſteterint,tunc dico fratrem maiorem tenuiſ
ſe,et poſſediſſe dicta bona communia nomine communi, et
iure communionis,ac familiaritatis,quo ad portionem alio-
rum fratrum,et ſimiliter alij fratres vti hæredes poſſediſſe, vt
per Alex.in l.qui iure familiaritatis.ff de acq.poſſ.et plura cõ-
gerit doctiſſimus Roderic.Suarez titulo de las Herentias, in
primo notab.nu.8.verſ.hic intellectus. et numero 9. car 890.
vbi etiam declarai,quando quis dicatur poſſidere iure ꝓprio
et quando iure familiaritatis.

246 Et † emendo tutorio nomine ſi appoſuerit pactum de re-
trouendendo.Auge.voluit in l.ſi autem.ff de pact & ibi Pau.
de Caſt.nu.3.& idem Pau.de Caſt.in conſi.318.col.fina.vol.1.
& Iaſ.in l.contra iuris §.ſi filius.nume.11. ff. eod. & Tiraq.de
retract.conuent.§.1.glo.6.nume.28.in fine.& ad finem tituli
num.2.& 3 car.336.quod valeat tale pactum, & quod minor
tenetur retrouendere,& uidetur communis opinio ex rela-
tis per ſubtilem Ari.Pinel.in l prima,in 3 parte.ſub nume.52.
verſi.vides igitur,colum.2.car.390.C.de bon.mater.qui mul-
tum ingenioſe tenet , tutorem non poſſe apponere tale pa-
ctum reſolutiuum, per textum quem dicit ſingularem, & a
Doctoribus

Doctoribus non delibatũ in l.j.§.fi.ff de reb.eor. & vide Boe-
ri.deciſ.182.nu.3 & ſi tutor in eodem inſtrumento nõ appo-
ſuerit tale pactum, ſed poſt ɔ̃ctum, tunc tale pactum non va-
lebit, cum iam eſſet quæſitum ius minori poſt rogitum con-
tractus, per tex.in l.qui Romæ.§.Callimacus.ff. de ver. oblig.
& videtur tex. in d.l.j.d.§.fi.ff.de reb.eorum.quem text. Ari.
Pinel. d. nu.52. inducit habere locum etiam in eodem ɔ̃ctu
emptionis, & dicit Doctores quamplures fuiſſe immemores.
d.§.fi.& Tiraq.d.tit.ad fi,tituli,nu.13.verſ. ſed non video. di-
cit d.§ fi. de pacto reſolutiuo, ſeu pignoris poſito in eodem
ɔ̃ctu non putare loqui, & credere eſſe mancum ex mẽte Bal.
conſ.415.illa ſolennitas, vol.2.qui adducit d.§.fi.pro ɔ̃ria par
te, videlicet ꝙ poſſit pignus valere. Tamen ego intelligo d.§.
fin.hoc modo, Si minor vigintiquinque annis emerit præ-
dia rogato contractu, & ſtatim iiſdem teſtibus, & notario ſit
pactuo appoſitum, vt donec pretium ſolueret, eſſent pigno-
ri obligata venditori, non puto pignus valere; nam vbi domi-
nium quæſitum eſt minori, cœpit nõ poſſe obligari; quia ſi in-
telligere volueris tex.d.§.fi. loqui de pacto appoſito in codẽ
ɔ̃ctu & rogitu, nõ poterunt verificari illa verba. Nam vbi do-
minium quæſitum eſt minori: quia dominium non acquire-
retur niſi cum dicta obligatione pignoris, cum ita venditio
fuerit ordinata, & ɔ̃ctus non poteſt pro parte valere, & pro
parte non valere, & ſic claudicare l.cum quæritur.ff. de admi
niſtra.tutor.l.nam abſurdũ ff.de bonis liber. Tiraq. de retrac.
conuent. ad finem tituli, nu.4.verſ. huic quoque. & ideo ad
hoc vt dominium libere dicatur acquiſitum, intelligendus
eſt tex.d.§.fi.l.j.ff.de reb. eorum, ꝙ loquatur de obligatione
pignoris facta incontinenti poſt emptionem ab eodem nota
rio, & iiſdem teſtibus, vt ſæpius fieri ſolet, vt notat Rota Bo-
non.deciſ.29.nu.2.quamuis & melius videatur poſſe ſuſtine-
ri, ꝙ d.§.fi.loquatur de obligatione pignoris in codẽ ɔ̃ctu in-
terpoſita, putans dictus venditor potuiſſe huiuſmodi pactum
apponere conſentiente ipſo minore, vel tutore, & rogato ɔ̃-
ctu poſtea reperiatur non potuiſſe apponi tanquam appoſi-
tum ſine aliqua cauſa neceſſitatis, & pronuntia iudicis, quod
non eſt de melioribus bonis, vt ſupra docui in alienatione bo
norum minoris nu.129.& ſic ex lectura dicti contractus fuit
tranſlatum dñium in minorem, vti cõtractus validus ex par-
te vẽditoris; obligatio autem pignoris annullata uti ɔ̃ctus in
ualidus, & imperfectus ex parte minoris, ꝙ ſtare poteſt.gl.no
ta.in l.j.C.de reſcin.vend.& Egid.Boſſ.pract.crim.tit.de bon.
publica.nu.82.in fi.& ſentit Soci.ɔ̃ſi.53.volum.4.& Phanuci.
de luc.dot.gl.8.ſub nu.18.car.322.& Franc.Sarmen.tracta, de
reddirib.in prima parte,c 2.nu.18.& 19 nam a principio fue-
runt concordes putantes pro parte eorum contractum vale-
re, & poſtea celebrato contractu diſpoſitione. l. ob æs.C.de
prædio, minor.& l.magis puto.§. non paſſim.ff.de reb.eorum
fuit repertum huiuſmodi obligationem pignoris non vale-
re, & ſic contra voluntatem primæuam contrahẽtium, & ex
facto legis, & non hominis, l.in cauſæ cognitione etiam ver-
ſabitur.ff.de minoribus, ideo non eſt mirum ſi dominiũ fuit
tranſlatum, & acquiſitum minori, & iſta opinio eſſet ſequen-
da, & non communis opinio; quia illa eſt contra legem, vt di
cit Syl.nuptial.lib.5.nu.67.limit.3 tit.quomo.iud.debet iudi-
ca.quia vbi eſt caſus legis, ibi non cadit quæſtio iuris.l.ancil-
læ.C.de fur.& ſentit Rol. a Valle cõſi.100.nu.48.& ſeq.vol.2.
Alex.conſ.225.nu.13.vol.vj. vnde colligitur ex d.tex.l.j.d §.fi.
ff.de reb.eorum. ꝙ minor non poteſt apponere in contractu
pactum, conditionem, vel obligationem aliquam inordinatã
aut ipſum lædentem, & ſi fuerunt appoſita, pro non adiecta iu
247 dicabit Iuriſcon. Hinc eſt † ꝙ promittens non petere reſtitu-
tionem in integrum, aut abſolutionem a iuramento ſi erit læ
ſus, pacto non obſtante poterit petere, vt per Affli.deciſ.220.
nu.11.& ſeq.gl.in l.ſi iudex.vbi Bar.& DD.ff de minoribus, &
248 Capic.deciſ.110.in cauſa Nicolai.nu.2.vbi dicit † non proce
dere in mulieribus, quæ poſſunt renuntiare fauori ſuo, quo
caſu nõ procederet in eorum fauorem.d.§.fi. & eſſent obſtri
ctæ pactum obſeruare propter æqualitatem contractus.& iõ
dixi Volaterris, D.Titam vxorem Leonis de Riccobaldis te-
neri, & eſſe obligatam accipere eius dotes ab heredibus Leo
nis in tot bonis mariti ſecundum diſpoſitionem ſtatuti Vola
terræ, poſtquam approbauit conuentionem, & inſtrumentũ
factum inter patrem d D.Titæ, & eius maritum, in quo diſpo
nebatur dotem eſſe reſtituendam ſecundum ſtatutum Vola-
terrarum. Nam non poterat approbare pro ſui parte, & con-
tra eam improbare, cum in dote ſe præiudicare dicere nõ po
terat, vt ſentit Alex.conſi.69.ſuper primo, ſub nu.3.& num.4.
vol.2.& Tiraq.de retrac.lignag § 1.gl.14.nu.107.verſ.quid ẽt,
& faciunt ad notata per eundem Tiraq.de retract. conuenti,
ad fi.tit.nu.5.& 6 verſ.huc quoque.car.mihi 336.& dixit Bal.
249 in l.ſin autem.ff de pact.quod † is, cui ius quæritur ex cõtra-
ctu, debet illum acceptare cum omnibus ſuis pactis, & clauſu
lis in eo appoſitis.& ibi Alber ponit notabilem quæſtionem
conſimilem, & ideo petendo eius dotes ab heredibus Leonis
vigore illius inſtrumenti approbati a Rota Florentina cenſe-
tur approbaſſe dictum inſtrumẽtum cum omnibus ſuis qua-
litatibus, vitijs, & dependentibus.l.aſſe toto.ff.de hæred inſti.
Io.de Amic.conſ.44.col.2.Dec.conſ.647.nu.2.Pet.Duen.re-
gula 100 clerici.in vj fallen.Boeri. deciſ.33. nu.31. quia vtens
aliquo inſtrumento, aut ſtatuto pro ſe, cenſetur etiam illud
approbare contra ſe, vt late per Iaſ conſ.57. ſub nu.3. volu 1.
Alex conſ.30.nu.j.& ſeq.vol.7.Iac Machel.patroci.55.nu.16.
in fi.Rui conſ 136.nu.3 4.vol.4 conſ.114.nu.xiiij.vol.3 Boer.
deciſ 252.nu.4.& deciſ.33.nu.31.Deci.conſ.558. ſub nu 7 &
late Phanuet de luc, dot.glo 11.num.5.car.495.& pulchre per
Roderic.Soarez alleg.27.nu.4.verſ.& vltra hoc probatur, car.
284. vbi dicit procedere etiam quod pro parte producentis
non valeret, & ideo miror, quod iudices circa hoc dubitarẽt
Immo fuit male in parte iudicatum contra dictos hæredes
iudicando d. D. Titam debere conſequi eius dotes ſecũdum
ſtatutum in melioribus bonis dicti Leonis ad eius electionẽ,
tum quia ſtatutum hoc non dicit, ſtantibus creditorib.tum
250 etiam † quia quando quis promittit ſoluere de bonis ſuis,
aut ſecundum ſtatutum, & ſtatutum dicat dotes ſoluẽdas de
bonis defuncti, ſemper intelligitur de bonis mediocribus ar-
bitrio iudicis, & non de melioribus, etiam ꝙ fuiſſet dictũ ad
beneplacitum, & electionem creditoris, vt notat Bal.in auth.
hoc niſi debitor.ſub nu.1.C.de ſolutio.Bar.in l. ſi ex falſis. in
fi C.de tranſac Alex.conſ.125.col.fi.volum.i. Iaſ.l.ſed & ſi qs.
nu.5 & nu.6 C.communia de legat Boen.deciſ.46. Bernard.
Diaz reg.406.legatarius & Bar.in l.quoties, nu.2.ff. de optio.
leg 2.& Cranet.de antiqui tempor.in quarta par.ſectione, ma
teria iſta.ſub nu.cxiiij.verſ.duodecimo in contractu, car.220.
ergo non erat ſententiandum de melioribus bonis mariti, ꝙ
notatu Volaterrane pro alia vice, vt ſcias oſtendere iudici
deciſiones in terminis; quia ſunt ita põpoſi, quod niſi videãt
textum, nolunt credere vni Doctori, & ita habebis plures, &
251 erit coactus credere, † nam in ore duorum, vel trium ſtat om
ne verbum.l.vbi numerus.ff de teſtibus. Niſi in reſtitutione
doris pater, aut frater poſuiſſet onus, aut cõditionem aliquã;
quia tunc mulier non teneretur eam ſequi, vti excluſa a ſtatu
to, quæ ſuccedit loco legitimæ vſque ad legitimam, ad nota-
ta per Dec conſ 106 & pro tenui.& Beneuenut. Strac.trac.de
adiecto, tertia par.nu,ci.verſi num dos a patre.car.273. Paril.
conſ.36 ſtatutum. nu.5.vol.3. & Roderic. Suarez.l.quoniam
in prioribus in 1 quæſt. ſub nu.2. C. de inoffi.teſt.car.411. &
conſidera, an diſpoſitio.d.l.1.§.fi ff.de reb.eorum, haberet lo
cum, ſi in contractu fuiſſet dictum, quod vendidit minori cũ
hac conditione recatandi, & non aliter, nec alio modo, nam
dicta verba important, quod ſi non valet vt agitur, non intel
ligatur contractus celebratus. Alex.conſ.3 .viſo inſtrumento
nu.4.verſ.in tantum.vol. 1.Bal.c.1.§.denique verſi.ſed pone,
quæ fu.pri.cau, benefi.amit.& Beneuenut.Strac.de aſſecura-
tio.glo.35.nu. 2.car.136.

252 †Si autem tutor ſuo nomine de pecunijs pupilli emerit bo
na aliqua, hoc non obſtante efficientur ipſius pupilli ratificã-
do, & ſi noluerit ratificare, habebit hypothecam, & prælatio
nem in dictis bonis pro pecunia recuperanda, quod extendi-
tur etiam ad bona eccleſiaſtica l.ſi tutor. C. de ſer. pigno.da.
man. Bar l.ſi patruus. C. communia vtrinſq; iudi. Roma. ſin-
gu.166, ru ſcis.Per.de Raue.ſingul.192.ſingul.181.& Cortet.in
ſingu.verbo emptor.Crauet. conſilio ducenteſimooctuage-
ſimoſexto, volumine ſecundo. Anton. de Fa.de pignori.in ſe-
cunda parte, quarto membro, numero cẽteſimoſexageſimo-
tertio, verſicu.ſeptimuſdecimus caſus.car.158 & bene decla-
rat Corne.conſilio ducenteſimodecimotertio, numero ter-
tio, Pariſ.conſilio octuageſimo, numero decimo, per totum,
volumine primo, & Moder. Pariſien. in tract.de viur.quæſt,
ſeptuageſimoſexto, nume. 590.

253 Si † autem dicta bona fuerint empta a tertio ex pecuniis
dicti pupilli ei mutuatis a tutore; tunc dicta bona non erunt
pupilli, ſed ſibi hypothecata in ſubſidium cum dicta prælatio
ne, nam præferretur quibuſcunque creditoribus anteriori-
bus, diſtinguendo, vt facit Anto.de Fa.dicto quarto membro
numero 263 & numero 158. verſ ſubdit tamen, car.156.Corn.
conſ 213.lit. A.& ſequen.volumine tertio, Per.de Rane.d.ſin-
gul.192. Pari.dicto conſ 80.numero quinto, numero deci-
motertio, & ſeq.& Franc. Porcel.de duobus fratribus. q.1.nu
me.78.car.mihi 44.

254 †At ſi de ſuis pecunijs tutor emerit bona nomine pupilli,
& illis vtatur, fructuſq; percipiat, donec ſit de ꝑtio ſatisfactus
erit obligatus talis tutor fructus cõpenſare in ſortem non ex-
tantes, extantes aũt reſtituere, & ſic illud minus a dño reci-
pere, adeo ꝙ ſi per plures annos tenuiſſet dicta bona, reſtitue
ret ꝑdium abſq; pretio, etſi fructus excederent ſortẽ, vltra ſor

tem illos reſtitueret,ſeu æſtimationem, ad notata per Afflic.
deciſ.44.nume 31.verſic. circa tertium.nam emendo de ſuis
pecunijs nomine pupilli habuit animum illas mutuandi,& ſic
breui manu accommodare pupillo animo retrahendi, & pro
ſecuritate,& hypotheca retinuit bona empta, quo caſu tene
tur fructus deductis expenſis computare in ſortem, ad nota-
ta per Anto.de Fa.de pignori.in quinta par.memb. primo.&
ſeq.& quod in caſu propoſito teneatur tutor compenſare in
ſortem fructus prædij empti nomine minoris, ita dicit Bal. in
rub.C de contra.empt.in 15.quæſtio.Alex.ad Barto.in l. is qui
ſuis.ff.de manumiſſ.Iaſ.in l.non amplius.§.fi.col.1.ff.de leg.pri
mo.in l.2.§ 1.col fi.ff.ſi cer.pet.qui emendo pro alio videtur
mutuare,& ideo nihil præmij debet cōſequi,alias vſura eſſet,
iuxta illud,mutuum dantes nihil inde ſperantes, & quicqnid
accedit ſorti vſura eſt.l.rogaſti.§.ſi tibi.ff.ſi cert.petat. quam-
uis contrarium tenuerit Alcia.in d.l.2 §.1.& Moder.Pariſ.in
trac.de vſu.quæſt.86.nu.666.car 660.tamen prima opinio eſt
communis,& verior,vt pro ſingulari tradit Franc.Crem.ſin-
gu.169 Titius.& Pet.Gerar.ſingu.31.ſi mandaui.& eſt glo.in
l.Titius,in verbo,ex redditu.ff.de præſcrip.ver.& ibi Doc.vbi
Iaſ nu.1 & verā eſſe ait Dida.variar.reſolu.lib.3.cap.4.ſub nu
me.5 verſ.16.obſeruandum.car.mihi 306.& pro cautela mo-
net Ferrat.caute.54.tu cupis.

255 Adeo † quod ſi poſtea tutor fuiſſet ſpoliatus poſſeſſione
dictorum bonorum, minori competeret remedium reinte-
grandæ,& interdictum vnde vi,etiam non ſequuta prius rati-
habitione per dictum minorem,ſi venditor ſciebat emptio-
nem fieri nomine minoris,vt per Afflic.deciſ. 300. fuit dubi-
tatum.tangit Tiraq.de iu. conſt.26. amplia.nu.13 & ſeq.in 2.
par.car.49.vel ſi iuramentum in emptione eſſet appoſitum;
quia operatur præſentiam partis in conſtituto,vt per Rolan.
a Valle conſilio 19 nu.29 & ſequen.volum.primo, & in con-
ſil 6.nu.40.volumine ſecundo.

256 †Si autem non eſſet ſpoliatus, poſſeſſio minori per tutorē
ſtatim fuit acquiſita facta emptione,etiā quod venditor igno
rauerit tutorem emiſſe nomine pupilli;quia ſufficit,quod tu
tor ipſe ſolus habuerit hunc animum ad eius præiudicium;
ita dicit Afflic.deciſ.301 Fuit dubitatum in conſ. & in procu
ratore emēte nomine domini de ſuis pecunijs late dicā infra
tit.de procuratore,cap 3 nu. .... verſ.& ſi emerit de pecunia
ſua.& de materia tradit Tiraq.d.26 amplia.num.13 & ſeq &
ſentit tex in §.ex his itaque.inſti.per quas perſo.nob. acquit.
Alex.conſ.110 nu 3.vol.1.

257 †Quod ſecus eſt,quando tutor, aut curator vendit bona
minoris,& conſtituit ſe tenere, & poſſidere d. nomine dicta
bona nomine emptoris;quia non transferunt poſſeſſionem
nec dominium in dictum emptorem,quia per actus fictos ne
queunt poſſeſſionem transferre,vt no.Bar.in l.1.in princ.col.
pen.ff.de acq.poſſ.& ibi Alex & Doct.Mattheſ.ſingul.166.ſe-
quitur,Capic.deciſ.15.nu.xj.verſ.ſed dicta conſideratio.Villa
lob.comm.opin.in verbo poſſeſſio,nu.cxxix.rationem addu
cit Soc.conſ.239.nu 9.vol.2.Alex conſ.8.nu.xvj.xvij. vol.7.
Adeo quod ſi ipſi minores poſtea venderent dicta bona al-
teri cum conſtituto,ſeu reali traditione,iſte vltimus emptor
præferretur,& haberet potiora iura,ſi ſoluiſſet pretium ven-
ditori,per tex.in l.quoties.C.de rei vendi.Bal.in rub.de con-
tra.emp.in xvj.q.Alex.cōſ.xiij.circa primum.in fi.vol.j. Dec.
& Cagn.in l.contractus,nu.xiiij.ff.de regu.iur. vbi dicunt, ꝙ
258 †vendens,vel donans aliquam rē in duobus diuerſis tempo-
ribus,ille eſt præferendus, qui prius habuit poſſeſſionem, &
ibi res tradita fuit etiam per conſtitutum,ſeu precarium habi
le ad transferendam poſſeſſionem, licet ſit differentia inter ꝓ
carium,& conſtitutum, quam non conſiderant ignorantes
Notarij,vt per Dec.in d.l.contractus.numero xij.verſ.& nota
differentiam & Capic.deciſ.aiij.nu.xvj.vbi dicunt per preca-
rium transferri ſolum ciuilem,per conſtitutum utramque.
Et hoc procedit,niſi venditio,aut donatio duobus facta, fuiſ
ſet facta eccleſiæ,minori,Reipublicæ,Vniuerſitati,Hoſpitali,
& piæ cauſæ,vt per Didac.variat.reſol.li.2.c.xix.nu.2.car.683.
iunctis allegat.s per Plo.in l.ſi quando,nu.24.verſ.& vbi pro-
baretur.& nu.766 fallit in actione tutelæ.C.vnde vi, & niſi ꝓ-
tium non fuiſſet ſolutum,ſi non potuiſſet venditor habere fi
dem de pretio ſi contractus,aut conſtitutum eſſet ſimulatus
nullus,& nullum,emptor abſens,poſſeſſio non eſſet penes vē
ditorem tempore venditionis,vel res vendita eſſet incerta,vt
quando vendo,quicquid iuris habeo in tali fundo, & conſti-
tuo me tenere,& poſſidere,vel quando venditio eſt facta ad
menſuram, & æſtimationem,aut venditio eſt facta ab eccle-
ſia,& a perſona eccleſiaſtica,vel a Principe, & quando poſſi-
dens eſſet in mala fide a principio ſciens rem emptam fuiſſe
ab alio,& alteri prius venditam, quo caſu non poteſt etiam
agere ad reſtitutionem pretij,licet hoc non teneo.ita dicunt
Dec.in l.contractus,nu.xij.aiij.verſ.ea ſupradictis. ff. de reg.
iur. Doct.in l. a diuo Pio.§.ſed ſi emptor,vbi Iaſ.nu. 5. & vj ff.
de re iud. Didac.variat.reſol.c.xix.lib.2. & lib.3.c.xvij.col.j.3.
verſ.ad eam quæſtionem.car.1017 & Mode. Pariſ.in trac. de
259 vſur.q.xv.car.clxiij licet † circa emptorem abſentem conſti-
tutum operetur præſentiam per iuramentum ibi interpoſi-
tum,vt conſuluit Rol.a Valle conſ.xix.nu.xxix.vol.j.

260 †Et circa bona vendita ad mēſuram cum conſtituto,Bar.
in conſ.74.nu.2.vol.j.Petrus,tenuit quod venditio ſit incerta
reſpectu loci,& quotæ,& propterea non transferri poſſeſſio-
nem,& conſtitutum, niſi facta menſuratione, quem ſequi-
tur Anch.conſ.cl.& idem Bar.conſ.cxxj.in quæſtione Domi
ni Cioli.vol.j Hyppol.in Rub.de probatio.nu.400.verſ.item
ipſa incertitudo.Capic.deciſ.xiiij. Pariſ. conſ.lix. col.3. & ſeq.
vol.j & Didac.Prac.quæſt c.3.ſub num.vj.verſ. Nam ſecunda
pars.car.42. Et in venditione pro indiuiſo, & ſic non menſu
rata cum cōſtituto loquitur D.Bero.quæſt.cxvj. cum quidā,
nu.3 per tex.Bar.& Doc.in l.3.§.incertam ff. de acquir. poſſ.
& per Rui.conſ.cxliij.nu.j.vol.j.qui dicit, venditorem bene
teneri ad fructus pro rata pretij ſoluti:& ſequitur Rota Bono
nien.deciſ.xxix.nu.2.& ſeq. Alij vero dicunt,quod eſt incer-
titudo ſolum reſpectu loci,& non quotæ, et quod hæc duo
requiruntur ad hoc,vt poſſeſſio per conſtitutum non transſ-
feratur,et dominium, et quando duo copulatiue requiruntur,
tur,non ſufficit vnum,vt per Plot.in l.ſi quando,nu.35.et nu-
me.345.verſ.imo.C.unde vi.et Anchar.Regien. quæſt.ix.nu-
me.v.et ſeq.in prima parte,ergo poſſeſſio per conſtitutū trāſ
ferri poterit,nam per veram traditionem dubium nō habet,
ita conſuluit Dec.cōſ.clxxix.nu.2.Anch. Regien quæſt xviij.
in prima parte,ſentit Alex.in l locus.nu 2 ff de acqui.poſſ.So
ci.Iun.conſ 42.nu.12.vol.2 Corn. conſ.50.uidetur,lit.F.et Q.
uerſ.et qui credit habere.vol.j. Tiraq.de iu. conſti. in j.parte,
in fi.nu.77.verſ.nec quod, car.26.et Beninrend.in Rota Bo-
non.deciſ.xxix.nu.2 et hanc opinionem teneo vt magis cō-
munem;cum certe appareat de quantitate terreni,et loci ge-
neralis,licet non particularis.d.l.loco.et ibi Alex.dicto nume
ro ſecundo,et ſeq.

261 †Quando aūt venditio dicitur facta ad menſuram, et quā-
do ad corpus,tradit Alex.conſ.cvj uiſo proceſſu.vol.vj.Affli.
deciſ.280.Iaſ.in conſ.lv.nu 4 vol j.Benuenu Strac in tractat.
mercant.ritu.de nauibus,nu.vj.car.clvj.Rota Bononien. de-
ciſ.xxx.Pariſ.conſ.lxiiij conſ.lxv.uol.j. pulchre per Capic. de-
ciſ.14 Pract.Pap.in forma lib.in cauſa vend.in gl.perticarum,
car. mihi 279. et latiſſime omnium habetur per diligentiſſi-
mum Didac. Couat.in ſua pract.quæſt.c.3.his quæ proxime.
car.mihi 34. Et circa conſtitutum poſitum in re vendita ſe-
cundum æſtimationem faciendam, præſuppoſita validitate
inſtrumenti venditionis,iuxta ea,quæ conſuluit Cor. conſil.
quinquageſimo,videtur in hac conſultatione. uol.j. et Dec.
conſ.648 nu.j.et Emanuel Soarez in ſuis comm.opin.in ver-
bo,emptio nulla erit,nu.cxxxij et ſeq. Aliqui voluerunt non
transferri poſſeſſionem ante æſtimationem rationibus ſupra
dictis,et etiam quia talis venditio dicebatur conditionalis,
et non pura,et ante euentum conditionis res non dicitur per
fecta,et dominium,ac poſſeſſio transferri non poteſt.l.quod
ſæpe.§ in his.ff.de contra.empt.tamen mihi videtur talis ven
ditio pura,et non conditionalis, quia non eſt inconueniens,
quod venditio ſit pura,et pars pretij conditionalis.l.hæc cō-
ditio,et ibi Bal.in §.fi.ff.de ꝯh.emp.et l.ſi pl.§.pen.ff. de pact.
dota.et appareret de certitudine rei reſpectu loci,et quantitatis
ergo dñium,et poſſeſſio trāſmiſſibilis,vt p Dec.d.cōſ.clxxix.
et in conſ.ccccccxlviij.nu.j.Cor.d.ꝯſ.50.vī,volu.j.lit.A. F. et
G.Rui ꝯſ clj.nu 4. vol.3.et ita tenet Rota.Bon. deciſ.xxix. in
cā Io.And.nu 4.et v.maxime emptore poſſidente, quo caſu
transferī poſſeſſio,vt ſupra dixi,quia dr̄ ꝯſtare de loco, ut per
Alex.d.l.locus,nu.3.et ſeq.Balb.de pſc.in 2 par.prin.q.vi car.
27.et Rota Bon.d.deciſ.xxix.nu.5.et faciunt ad notata p Soc.
163 in l.pecuniā.ff.ſi cer.pet.et in conſ.cxxviij.col.penu.vol.3 et
Alex.conſ.8.uī fortaſſe,nu.xj.vol.4.vbi hr̄ † ꝙ ſi in aliquo in-
ſtrō reperit aliqua quantitas certa expreſſa cū clauſula, ſaluo
iure æſtimationis,menſurationis,calculi,vel plus, et minus,
ꝓut apparebat facto calculo,æſtimatione, aut mēſuratione,
ꝙ nihilominus huiuſmodi inſtrm̄ dicet̄ liquidū,et meret̄ exe
cutionē ꝓ parte certa expreſſa, donec de ꝯrio infra legitimū
tp̄s non fuerit doctū per excipientē,et per Dec.ꝯſ.618.in caſu
264 ꝓpoſito,nu.5.ꝗ pr̄tiū ꝯuētū inter partes ꝓſumit inſtū. Rol.a
Val.ꝯſ.92.nu.17.uol.2.et iſta eſt rō:ꝗ dēt fieri infra ſexaginta
dies,alias ſi ī inſtrō adeſſet aliqđ p̄tiū expreſsū, cēſeret̄ poſtea
a ꝯhentib.approbatū ꝓ iuſto p̄tio dictæ venditionis,ꝗ habe
bit locū ēt in menſuratione fienda expreſſa certa q̄titate men
ſuræ,ut ex facto tr̄dit Soc.in ꝯſ.vlt.vol.3.ſequit̄ Ancha. Re-
gien.d.q 18.nu.x.verſ.prædictis quoq;.vbi dicit, ꝙ ſi nō fuiſ-
ſet factū pactū de æſtimādo,vel menſurādo,ſed dictū ſimpli-
citer ad menſurā,vel in æſtimatū,ꝙ tunc poterit mēſurari,et

æſtimari

æſtimari infra triginta annos, & tradit Dec.conſil. 347.nu.1.
& D Bero.quæſt.5.in lege, vbi dicit, quod poteſt ſemper face
re æſtimare propter malam fidem promittentis.
265 An † autem pretium ſit ſoluendum ſecundum tempus mē
ſurationis, & æſtimationis, aut ſecundum tempus celebrati
contractus. Aretin in § actionum autem, il a.nume. 19.verſi.
quando dicatur.inſti.de actio. tenet attendi debere tempus
menſurationis, & æſtimationis, cum argumentum, & diminu
tio ſit in conditione, vti pretium poſitum ſub conditione, &
ideo videtur actum, vt augeatur, vel minuatur pretium iuxta
æſtimationem, vt ſequitur Per. Auchar. Regienſ. quæſtio. 18.
nume.4. verſ. imperfecta, in prima parte. Rota Bononien. di-
cta deciſione 29. nume. 4 Sed Paulus de Caſt. in l. ſicut. C. de
actio.empt. tenet quod debeat attendi valor rei ſecundum
tempus celebrati contractus, & non æſtimationis, aut menſu
ræ, nam dicit, puto quod habeat locum etiam quando vendi
tio fuit facta ad menſuram; licet enim vēditio non videatur
perfecta quantum ad hoc, vt periculum interitus, vel deterio
rationis vini pertineat ad emptorem, quantum tamen ad au
gumentum, vel diminutionem pretij cenſetur perfecta, vt ſic
ſi pretium poſtea diminuatur, nihilominus emptor tenetur
ſoluere pretium conuentum, & ſi augeatur, non tenetur plus
ſoluere quam conuenerit, quem refert, & ſequitur Afflic. de-
ciſ. 280. quondam Ioannes, nu. 5. vbi dicit non eſſe locus pœ-
nitentiæ, altera parte nolente. Didac. pract. quæſt. c. 3. ſub nu-
me 6. verſ. octauo in eadem diſputatione. car 41. & idem di-
cit Fran. Marc. deciſ. 28. quæritur quando vinum. ſub nu. 14.
verſ. quid autem in re immobili. in 2. par. Pariſ. cōſ. 64. nu. 45.
verſ. & iuſtum pretium, vol. 1. conſ. 100. nu. 26. vol. 2. Ioan. Bac
cau ſing. primo, nota quæſtionem. Affli. de iu. prothomiſ. §.
vt infra 30. dies, verſ nunc quæro de pulchra quæſtione, vbi
loquitur in Retractu: & in æſtimatione loquitur diligentiſſi-
mus Didac. Couar. practi. q c. 28. ex multis, ſub nu. 1. verſicu.
primum etenim conſtat, car. 423. vbi allegat Soc. in conſi. 56.
col. 5. & fina. circa medium, volumine primo, vbi dicit hanc
æſtimationem fieri ipſo iure a lege facta conuentione, & ſic
patet, quod periculum augumenti, & diminutioni pretij ſpe
ctat ad emptorem: periculum autem interitus, & deteriora-
tionis ad venditorem, circa quod periculum interitus, & de-
teriorationis rei mobilis vide ſemper Franc. Marc dicta deci
ſio. 28. in ſecunda parte, vbi multa bona loquitur, & hanc opi
nionem vti communem teneo ex rationibus etiam infra di-
266 cendis, & primo † quia valor verus rei venditæ inſpicitur tē-
pore contractus, & non poſtea, glo. & Docto. in c. cum cauſa,
extra de teſtibus. l. 4 § diui. ff. de iu. fiſci. Hinc eſt, quod reſcin
dere volens contractum venditionis propter læſionem de-
bet probare tempore venditionis, & ſic contractus demum
valere dimidium iuſti pretij. Aliter non obtinebit, vt conſul
uit Soc. conſi. 48. nu. 3. vol. 4. Pariſ. conſi. 128. nu. 35. vol. 2 Do-
cto. in l. 2. C. de reſcind. vend. & Didac. Couar. variar. reſolut.
car. 3. lib. 2. nu. 3.
267 Secundo † quia a pari procedunt, aliquid eſſe certum, vel
certificandum ea alio. l. certum, & ibi no. ff. ſi certum petatur
& talis certificatio, declaratio, & æſtimatio retrotrahitur ad
diem, in quo fuit pretium promiſſum, vt conſuluit Ruin. con
ſilio 225. viſis, volumine primo, vt refert, & ſequitur Phann-
cius de lucro dot. in rubri. in verbo reſtituenda, nume. 40. car.
mihi. 55. & colligitur ea no. per textum, in §. pretium autem,
inſtitu. de emptio. & venditio. vbi Chriſtoph. Pore. ſub nu-
mero quarto.
268 Tertio † quia quando eſt facta ad menſuram, hoc eſt pro
pretio æſtimando, vel prædio menſurando, talis venditio dici
tur imperfecta quo ad periculum interitus, ſeu deteriloratio-
nis rei, quod pertinet ad venditorem, quo ad vero augumen
tum, vel diminutionem pretij dicitur perfecta venditio; quia
ſi pretium poſtea diminuitur, nihilominus emptor tenetur
ſoluere pretium conuentum, & ſi augeatur, nō tenetur plus
ſoluere, quam conuenerit. Paulus de Caſtro dicta. l. ſicut. C.
de actio. emp. & ſupra dixi, vt tradit late Didac. pract. quæſt.
capitulo tertio, his quæ proxime, numero quinto, & ſequen.
verſ. 7. illud eſt obſeruandum, car. 39.
269 Quarto, † quia quælibet conceſſio facta præſumitur ſecun
dum ſtatum præſentem, & de rebus præſentibus, & non futu-
ris, vt per Iaſ. in l. quominus, nu. 136. & ſeq. verſ. quæro vigeſi-
moſecundo de alia pulchra quæſtione. ff. de flumini Franc.
Turzan. communi. opin. quæſt. 73 pactum, pract Pap. in for.
lib. in actio. confeſſ. in gl. ſeruitus. nume. 5. verſ. ſed circa hoc
quæritur. Vnde cum iſte vendiderit pro pretio æſtimando, in
telligi debet de pretio, & valore de præſenti, & non de futuro
& ſecundum tempus venditionis, & non æſtimationis poſt
longum tempus fiendæ.
270 Quinto † quia quando conditio eſt appoſita in fauorē ven
ditoris, & poteſt ad beneplacitum venditoris adimpleri, & ſi
non adimpleat, quamprimum poterit, ſtatim incipit currere
tempus, non expectato conditionis euentu. At tempus æſti-
mandi eſt in fauorem venditoris, & poteſt ad eius beneplaci-
tum facere æſtimare, ergo cucurrit ei tempus. Rolan. a Valle
conſ 73. nu. 35. volu. 2.
271 † Et fructus an ſint reſtituendi pro rata pretij non ſoluti, ſi
facta æſtimatione eſſent bona maioris valoris, videtur tenen
dum quod non, ſi a principio aliquod pretium interuenerit
ex eo, quia a principio eſt habita fides de pretio vſque ad tem
pus æſtimationis, & eſt emptor in bona fide, ad notata p Pio.
l. ſi quando. nume 451. verſ. ſi vero C. vnde vi. Affli. deciſ. 205.
Craue. conſ. 179 ſub numero ſeptimo. libro primo, per addu-
cta per Soc. conſ. 128 vol. 3. & l. pecunia ff ſi cer. pet. & Tiraq.
de retrac. conuent. § 2 glo. vnica. nu. 73 & nu. 74. verſi. ex qui
bus vides. & Iac Machel. patroci. 17. nu. 8.
272 † Si autem tutor, & curator bona minoris alteri. d. N. mu-
tuauerit, & accommodauerit, & conceſſerit, vel depoſuerit,
& recipiens promiſerit dicto tutori, aut pupillo reſtituere, ſi
non erit legitimus tutor, & curator, quia ſolemnia non fece-
rit, & ſibi a recipiente dicta bona receperit, recipiens erit libe
ratus, nec a pupillo poterit moleſtari ex eo, quia ſoluit non le
gitimo tutori, ita dicit Affl deciſ. 147. quidam gerebat, per do-
ctrinam Bart in l. filius. C. de pact. & in l. cum qui. §. 1. nu 2. ff.
de verb. obl. Ratio eſt, quia ipſe tutor fuit ille, qui dedit, & de-
poſuit, & non minor, licet nomine pupilli, & ei quærat actio,
vnde dicit, quod hac de cauſa Monachus, qui mutuauit, po-
teſt recipere ſolutionem, licet actio ſit quæſita Monaſterio,
& ſequitur Craue. conſi 6 nu. 112. lib. 1. late tradit Beneuen.
Strac. tract. de adiecto. in tertia parte, nume. 37 & ſequen. ver
ſicu. decimotertio, car 205. quod ſecus eſſet, ſi ipſe tutor ille-
gitimus non dediſſet; quia tunc ei non poteſt ſolui, & ſolutio
eum non liberat, cum non poſſit conuenire, exigere, neque
conueniri, ut ſupra pluries dixi, & per Decium conſil. 407. vi
ſis, & Rolandū a Valle conſ. nono, numero ſecundo, volum.
primo, vbi loquitur etiam in negotiorum geſtore, non ſequu
ta ratificatione, & in conſ. 76. nu. 4. eo volu. 1 & ſentit Decius
conſ. 25. vel niſi cōditio tutoris, aut Monachi eſſet facta dete-
rior. l. cum quis. ff de ſolut. & ibi Docto. vbi Bart. dicit, quod
ſi pecunia mutuata eſt a laico, & ipſe poſtea ingrediatur mo-
naſterium, ſolutio ei non poteſt fieri, vnde ſi accipiens a tuto
re nomine pupilli ſciebat illum non fuiſſe tutorem, vel non le
gitimum, & ſoluerit, non erit liberatus, vt etiam ſentit idem
Bart. in l. quod ſeruus. ff depoſi quod dubito, cum non fece-
rit deteriorem eius conditionem a die depoſiti, vel mutui ci-
tra: alias ſecus, & ideo in terra Petraſanctæ de anno 1567. iu-
dicaui ſolutionem, & reſtitutionem factam per Dominā Ca-
therinam de Alto paſſio monacho Amadeo conuentus ſan-
cti Auguſtini abſque noua licentia & mandato conuentus
poſt ſcientiam Concilij Tridentini, quod bona propria Reli-
gioſorum, & Monachorum debeant reuerti ad conuentum,
& monaſterium, & propria retinere non poſſint, fuiſſe, & eſſe
nullam, & non liberaſſe debitorem, cum iura & conſtitutio-
nes quilibet ſcire teneatur, & non excuſatur prætextu ignorā
tiæ, cum decretū ſit vniuerſale, & debitor reperitetur in loco
vbi poterat peritiores conſulere, iuxta notata per Alex. conſ.
165. Dubitatur an mulieri, volumine ſexto, Pio. l ſi quando.
nu. 442. ver. item ſi ruſticus habitaret. C. vnde vi. & Octauia.
Pedemonta. deciſ. 87. nu 9 & in propoſito quæſtionis prædi-
ctæ loquitur Beneuen Strach. trac. de adiecto. nu. 37. ver. 13.
car. 206. in 13 ampl. & in ſecunda limit. nu. 100. & ſeq. car. 224.
Attento etiam, ꝙ ſolutio apparebat per confeſſionem dicti
monachi Amadei factam poſt motū iudicium, per ꝙ fuit q̄-
ſitum ius monaſterio, & etiam quia dicta confeſſio non fue-
rat legitime iuſtificata, & recognita; quia teſtes, qui ſe ſubſcri
pſerunt dictæ apochæ, non fatentur de vera numeratione, &
de illo tempore, vt aſſerebat Reuerēd. Frater Amadeus, & iō
in fraudem Monaſterij fuiſſe factam dicendum eſt, & non ꝑ-
iudicaſſe monaſterio, ut per Craue. cōſ. 28 2. ſub nu. 6. volu. 2.
Tiraq. de retrac. lignag. §. 1. glo. 18. nu 83. & ſeq. car 144 & de
retrac. conuenti. §. i. gl. 7. nu. 42. & ſeq no Bar. in auc. ſed iā ne-
ceſſe. C. de don. ante nup. Alex. ꝯſ. 142 col. 2 vol. 5 & Egi Boſſ.
373 prac. cri. tit. debi. An delin. nu. 2. uer q̄ro ē, car 307 nā † ꝯfeſ-
ſio, & ſcriptura nō legitime recognita nullā facit fidē. Doc. in
l. ſcripturas. C. qui por. in pig. ꝑ illū tea. & Craue. de antiq. tēp.
par. 1. ſectio. q̄ritur, nu. 33. & ſeq car. 56. et Ruin. ꝯſ. 46 nu. 3. et
374 ſeq. vol. 4. An † aūt tutor legitime ꝯſtitutus obliget minorē,
et liberet debitorē ꝑ ſolam ꝯfeſſionē, ſi aliter nō appareat de
numeratione. Tiraq. de retrac. ꝯuen. § 4. gl. 6. nu. 12. et ſeq. ver.
ſicuti nec tutor. car. 316. dicit cōem, ꝙ non valet ꝯfeſſio in ꝑ
iudiciū pupilli, et debitorē non liberat, et dicit ꝓcedere ēt in
executore, neg. geſt. et adminiſtratore, licet dicant hr̄e mā da
tum cū libera; nā illud ꝓuenit a lege, et nō ab homine, ꝙ mul
tū intereſt, vt dicit Iaſ. in l. 2. §. creduū, col. 4 nu 20 et ſeq ff. ſi cer.

pet. in l. a diuo Pio. § ſed ſi emptor. nu. 9. ff. de re iudica. Fran.
Marc. deciſ. 248 quæritur in alienatione. in prima parte, & cō
ſidera late tradita per D. Mart. Lauden. in conſilio 50. Domi
nus Syrus, & ibi addit. Aretin. conſi. 4. Doctor. in apoſtilla ad
Bart. in l. Lucius. §. tutelæ. ff. de adminiſtra. tut. Aret. §. vendi-
tæ, numero quinto, inſti. de rer. diuiſ. Boueri. ſing. verbo con
feſſio, numero decimoquarto, & numero decimoſeptimo,
Egid. Boſſ. dicto titulo, debit. an delinq col fi. & Emanuel Soa
rez in ſuis communi. opin. verbo confeſſio, nume. 251. &
ita tenet Bart. in d. l. Lucius, & communem dicit ibi apoſtilla.
& vide Ari. Pinel. l. 2. in tertia parte, cap. primo. C. de reſcind.
vendi. & in vera numeratione non conuerſa in vtilitatem mi
noris loquitur late Beneuenut. Strac. tract. de adiecto, nume
ro vigeſimoſeptimo, & ſeq. verſiculo, vndecimo relata regu-
la, car. 303. per tex. in l. Stichum. §. vſufructu. ff. de ſolutio. vbi
Pau. de Caſt. & Docto. & Bar. in d. l. Lucius. §. tutelæ. vbi con-
cluditur, ſolutionem vere factam legitimo tutori cum ſolē-
nitatibus liberare debitorem, niſi ſub conditione eſſet ſoluē
dę pupillo, & vide Ari. Pinel. dicta l. ſecunda. dicto cap. primo,
175 tertia parte. Debet † etiam tutor, & curator habere curam
de pupillo, & illum mittere ad ſcholas, & ſecūdum illius qua-
litatem, conditionem, ingenium, & facultatem facere adiſce-
re aliquam ſcientiam, & artem, & debitas mercedes debitis
temporibus ſoluere magiſtris, & artificibus, alias teneretur
tutor, & curator de negligentia, & diceretur eſſe in lata culpa
& contra eum poterit iurari in litem per minorem ad dam-
na, & intereſſe, vt per Plo. in l. ſi quando, nume. 230. verſiculo
dare operam. C. vnde vi. quia iſti tutores nedum tenentur ad
hibere diligentiam in gubernandis, & adminiſtrandis rebus
minorum, ſed etiam in creandis, & bonis documentis, & ar-
tibus dandis pupillis, & in illis debitis temporibus maruādis,
alias vti ſuſpecti poterunt remoueri a tutela, & cura, ad nota-
276 ta per Crauet. conſilio 190. libro primo. Et † ſi vltra dotem
promiſſam pro pupilla munera nuptialia miſerit tutor pupil-
læ, vel ad domum ſponſi pupillæ, non poterit ad computum
pupilli ponere, ſed ſi miſerit, reſtituere de ſuo debebit dicto
pupillo, niſi eſſet conſuetudo in illo ſic faciendi, adeo quod
ſine verecundia ſua, & minoris non potuiſſet ſe ab eis abſtine
re, vt per Bartol. in l. tutor. § fi. ff. de adminiſtra. tut. vel niſi ei
fuiſſet commiſſum a magiſtratu, ſeu a iudice, vt per Barto. in
ſing. 70. inſtitui hæredem, vbi dicit eſſe caſum valde notabi-
lem in l. ſi tutor. §. ſi duobus. ff. de tuto. & ratio. diſtra. faciunt
notata per Egid. Boſſ. pract. crimi. titulo, debitor an delinq.
277 ſol. poſſ & † ſi pro pupilla maritanda aliqua pecunia ſibi data
fuerit, non tenetur illam reſtituere pupillo, glo. in l. ſi ſine vxo
ris. in fi ff. de neg. geſt. Guliel. de Ludo, ſing 41. gl. eſt.
278 An † autem poſſit tutor, aut curator ſibi, aut ſuo filio, uel
patri collocare in matrimonium pupillam, de iure ciuili eſt
prouiſum non poſſe niſi reddita adminiſtratione tutelæ, & ip
ſa pupilla effecta maiore annorum vigintiquinque, iuxta tex.
in l fina. C. de tempo. in integrum reſtitu. per. & Iaſ. in l. venia.
C. de in ius vocan numero ſeptimo, vbi ponit etiam, an idem
ſit in hæ:ede extraneo teſtatoris. De iure autem canonico
poteſt iſte tutor accipere in vxorem pupillam maiorem duo-
decim annorum, vt per Alexand. in l. ſi filius a patre. §. ſi quis
eo. numero primo, & ibi Iaſ. numero primo. ff. de lib. & poſth.
Quod ius canonicū iſto caſu attendi debet, cū circa ſpiritua-
lia diſponat, vt tradit Roland. a Valle, trac de luc. dot. q. 101.
& Phanuci. tract. de luc. dot. glo. tertia, nume. decimoſexto,
car. mihi 171.
279 † Quamuis non poſſit tutor inducere pupillam, & minorē
ad faciendum teſtamentum in eius fauorē, vt per Pet. Duen.
regula 31. verbo adminiſtratores, in ſecunda concluſione, nu
mero ſexto, ampliatione 6 licet poſſit blando ſermone indu
cere teſtatorem ad ſibi relinquendum illud, quod volebat,
aut debebat pupillo relinquere, vt eſt gl. in l. pupillorum. C.
de adminiſt. tut. Addentes ad Mathe. ſing. 44. nota quod ec-
cleſiæ. numero decimoquarto. Quod relictum conſequere-
tur tutor, ſi accepiſſet tutelam teſtamentariam, alias ſecus, vt
per Deci. conſilio 192. & Rui. conſilio quadrageſimonono,
numero primo, volumine ſecundo, retigi ſupra, nume. 150.
180 † Quia licitum eſt blanditijs alterum inducere ad teſtan-
dum, & ad ſe hæredem ſcribere faciendum. Bello. conſil 73.
numero ſeptimo, Duran. de arte teſtan titu. de acquir. vel re-
pud. hæred. caute 4. nume. quarto, verſ. & notandum eſt. Hip
pol. ſingu. 526. licitum Ioan. Bernat. Diaz in regula 798. vxo-
ri, & hoc niſi doloſe induceret teſtatorem ad ſibi relinquen-
dum; quia tunc dolus ſibi prodeſſe non poterit. Bal. in l. ſi fra
ter. C. qui teſtam. fac. poſſ. & doctiſſimus Roderic. Soarez al-
legat. 20. numero trigeſimo, & hac forte de cauſa motus fuit
Bart. in l. Titio. numero quinto. ff. ad municip. tenere tutorē
non poſſe allicere teſtatorem ad ſibi relinquendum illud, ꝙ
pupillo ſpectabat, & pertinebat, & puniri debere in duplum;
quod mihi placet, & teneo verum, & ſapit æquitatem, quia
fraus nemini debet patrocinari. l. ſi legatarius. C. de dolo. &
Mattheſ. in l. prima, numero nono. C. qui bon. ced. poſ. & eſſe
æquiorem opinionem dicit Gabr. Saray. in addi. ad Mattheſ.
d. ſing. 44 numero decimoquinto, ſentit Gloſſator Pileus in
281 q. 137. quidam. † Iſte autem tutor, quando eſt ſimpliciter cō
ſtitutus, cenſetur conſtitutus ad totum patrimonium vbique
locorum, etiam extra territorium poſitum ipſius pupilli. §. da
tus autem tutor. inſti. de excuſa. tut. Alber. in tract. ſtat. in ter
tia parte, quæſt. ſecunda, numero ſecundo, & 4. Alex. conſilio
127. ſub numero quarto, volumine primo, & Iaſ. in l. 1. lect. 1.
numero quadrageſimoſexto, & ſecunda lec. numero nonage
ſimotertio. C. de ſum. trini. & fide cathol. licet poſſint dari di-
uerſi tutores a diuerſis iudicibus reſpectu bonorum in diuer
ſis territorijs exiſtentium, vt per Iaſ. in dic. l. 1. ſecunda, lect. nu
mero nonageſimo, & Barto. in l. prima. §. pupillo. ff. de tut. &
curato. & Crauet. in conſilio trigeſimo, ſub numero primo,
volumine primo, & eſt cautela pro eo, qui vult agere contra
minorem forenſem, vt faciat per iudicem loci, vbi cauſa uer-
titur, dare curatorem ad illam litem tantum dicto pupillo fo-
renſi, & contra illum poſtea moueat cauſam, & proſequatur
iudicium, ſi eſt maior ſeptennio, alias tutor, & nō curator ad
litem dari debet, vt late tradit Aretin. § maſculi. numero ſex-
to, vſque ad finem, inſti. de curator. Affli. deciſ. 262. fuit in cō-
ſilio, numero quinto, & Maran. Spec. aur. in quarta parte, de-
cimaſexta diſtinctione, numero trigeſimoſexto, & Alexand.
282 conſilio 132. volumine primo, & † non ſolum poteſt curator
ad litem dari infanti maiori ſeptennio non habenti tutorem
ſed etiam habenti, ſed ſolemnia oſtendere nolenti, aut non
valenti, vt dicit Afflic. deciſ. 256. mater, vbi etiam tradit for-
mam petendi curatorem ad litem ſub numero ſecundo, vbi
dicit, quod ad inſtantiam actoris iudex faciat mandatum pu
pillo maiori ſeptennio, quod veniat ad petendum curatorē
ad litem, alias in eius contumaciam ipſe eliget, & dabit, quæ
forma colligitur ex tex. l. 1. C. qui petant. tut. vel curato. & de-
bet iudex loci ſcribere ad iudicem domicilij pupilli, vt citet
eum, & compareat modo prædicto, vt per Bar. in l. diui Seue
rus. §. præſidis, numero ſecundo, & tertio. ff. de requir. reis, &
in pupillo forenſe conſuluit Oldrad. conſilio quinquageſimo
nono, vertitur in dubium. Spec. tit. de curat. §. quarto. Are. §.
præterea, ſub numero trigeſimonono, verſi. non ſi eſt, inſtit.
de exceptio. & Miſinger. centuria prima, obſeruat 87. vbi ſe-
cus eſſet in curatore dando ad lites generales, quia tūc iudex
domicilij, vel originis pupilli debet dare, & ibi dicit Miſinger.
d. obſeruat 87. & colligitur ex ſupra relatis, & per Aret. §. ſed
hoc iure, inſti. de Attilia tut. & Salyc. in l. prima. C. vbi pet. tu
283 to. & curat. & † inuitus poteſt dari iſte curator ad litem, ut
per Neuiz. conſilio decimoſeptimo, numero quinquageſi-
moquinto, & conſilio 80. numero tertio, & late per Modern.
Pariſ. in conſuet. Pariſ. §. 6. glo. 6. numero decimoſexto, Marc.
Mant. ſing. 582 & Sebaſt. Vant. de nullit. tit. quibus modis ſen
ten. nul. reper. numero octuageſimoſexto, verſi. ſi vero, car.
mihi 261.
284 Nec † tenetur facere inuentarium iſte curator ad litem, vt
per Stepha. Aufrer. in addit. ad Cape. Tholoſ. deciſ. 72. Marc.
Mant. d. ſingu. 582. & Aret. §. 1. inſt. de curator. vbi ponit etiam
quæ tenetur facere, & eius bona ſunt tacite hypothecata pro
adminiſtratione, ſicut illa tutoris, vt per Anto. de Fan. de pig.
285 in 4. memb. in ſecunda parte, numero octauo, & † in minore
ſeptennio, ſi adeſt tutor legitimus, debet creditor facere cita
re legitimum tutorem alterius iuriſdictionis cum proteſtatio
ne, ꝙ ſi non comparuerit in contumaciam ſuam, aut mino-
ris, faciet dare ad cautelam tutorem, vel curatorem ad litem,
ſi erit maior ſeptem annorum iudici loci conuentionis, & ſic
iudici, alias tutela, vel cura non valeret, vt conſuluit Alex. cō-
ſilio 161. ſuper primo, numero ſeptimo, volumine quinto,
Franc Marc. deciſ. 251. numero tertio, in prima par. & ſentit
Iacob. Machel. Patroci. 3 numero nono, & ſeq. verſ. cum igi-
tur primus curator & Sebaſt. Vant. vbi ſupra, dicto numero
octuageſimoſexto.
286 Quando † autem tutor eſt allegatus ſuſpectus, & eſt remo
tus culpa ſua; quia non fecit ſolemnia, & non adhibuit diligē
tiam, nec curauit vtilia pupilli; ſi fecit expenſas in litigio ex
eo, quia non intendebat poſſe remoueri, ſi factę expenſę ſunt
de bonis pupilli, tenetur illas reſtituere, & ſuas repetere non
poteſt, cum culpa, & defectu ipſius hoc euenerit, vt per Marā.
Spec. aur. in 4 par. 16. diſtin. numero trigeſimotertio, & me-
lius in 6. par. in tertio, & vltimo actu, nume. 38. & numero 39.
verſ. quinto limita. car 267. & Pet. Duen. reg. 275. in ver. exe-
cutio, numero octauo, licet Bar. in l prima. §. ſi pupillus, nu. 2.
ff. de tute. & ratio. diſtra. teneat, quod non tenetur talis tutor
expenſas reſtituere, & quod poteſt ſolutas repetere, quia dā-
num, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi, & non alteri imputari
debet:

debet:regula,damnum,de regul iuris,in ſextu , &c faciunt ad-
ducta per Ruin.in conſilio primo, numero vigeſimoquinto,
vulumine tertio,& Plot.in l.ſi quando,numero 199. verſicu
lo,vbi ergo tutor.C.vnde vi.& fraus nemini debet patrucina
ri,& prius ſibi,quam alteri nocere.l.ſi legatarius. C.de dolo,
ne fructus ſuę malignitatis conſequatur,poſtquam dedit cau
ſam edicto,ad notata per Salyce.in l. cum neceſſitatem.C.de
fideicommiſſ.& Alex.cunſil.74. numero quarto, vulumine
quarto,& ideo ſtatim quod fuit allegatus ſuſpectus ex cauſa,
dēbat conſiderare,an cauſa erat vera, & iuſta,& lin renuntia
re,& nun temere litigare,vt ſentit Craue.conſilio 215.nume
ro trigeſimuſeptimo,volumine ſecundo,ſecus ſi in cauſa nō
ſuccubuiſſet tutor,vt per Ancha.Regicuſ.q 61.numero deci
mo,in ſecunda parte.

287 †Qui autem tutores,& curatores eſſe non poſſunt,ultra ſu
pra allegata ſub numero primo,tangit Aretin.§.præterea,nu
mero trigeſimonono,& ſequen.inſtitut.de exceptiu. & in §.
actionum,numero trigeſimotertio,inſtit.de actio. vbi punit
regulam,quod quilibet poteſt eſſe tutur,niſi expreſſe reperia
tur prohibitus,& diffuſe loquitur Specul.tim.de tutore,& ti
288 tu.de curatore,& licet Are.in conſilio vigeſimoſexto,colum
na quinta,verſic.circa ſecundum dubium, teneat† monachū
& clericum nun poſſe eſſe tutores,nec curatores,tamē intel-
ligendum eſt eius dictum,quod nun poſſunt cogi a iudice,
ſed ſi volunt eſſe tutores,bene poſſunt eſſe,habita licentia ſu
perioris,vt per Bar.in cunſi.143.Paulus filius, volumine pri-
mo,& ibi Addent.Bald.in conſilio quadrageſimoquinto,nu-
mero primo,in ſecunda parte,Bertran.in cunſilio 116.nume
ro primo,vulumine ſecundu.Aret.§.item maior.ſub nume-
ro tertiu,in fi.inſtit.quibus modis tute.fini.& in §.ſed hoc iu
re.numero tertiu,verſiculo,qui autem.inſtit.de Attilia.tuto.
vbi habetur etia diſtinctio tutorum legitimorum, datiuorū,
& teſtamentariurum,& quod a iudice laico poſſunt conſti-
tui,pro quo vide Bal.in l.generaliter.ad fi.C.de legit.tut.Dec.
cunſilio decimoſexto,ad finem.Ruin.cunſilio octuageſimo
nono,volumine quinto, & remiſſiue loquitur Apoſtilla ad
Barto.in dicto conſilio 143.& Alciat.regula tertia,præſumpt.
18.numero ſecundo,& Egid.Tom.trac.de muneribus, nume
ro decimo,car.276

289 †Vitricus etiam non poteſt eſſe regulariter tutor priuigno
ſuo.tamen Doctores daut cautelam,quud mater vadat ad iu
dicem, & dicat, qualiter intendit velle tranſire ad ſecundas
nuptias,& quod petit dari in tutorem, quem deſiderat acci-
pere in virum;nam tunc poterit eſſe tutor vitricus priuigni
ſui,ſi iudex illum admittat,ita dicit Sylua nuptia. libro ſecun
do,numero quinquageſimuprimo,verſ.immu ſi coutraxiſ-
ſet,car.mihi 153.Ruin.cunſiliu octuageſimoſeptimo, nume-
ro decimoquinto.volumine quinto,& Crauet. conſilio 19c.
numero ſeptimo,volumiue primo, vbi dicit, quod licet poſ-
ſit eſſe tutor,tamen pupillum educare nou debet. Et prædi-
cta procedunt alio legitimo tutore non opponente. Nam ſi
legitimus tutor oppoſuerit,& vuluerit præferri vitrico extra
neo,ipſe erit admittendus,ad notata per Alexan. conſil.158.
ſuper primo,volumiue quinto,& ſupra dixi numero 197. &
in terminis conſuluit Franc.de Piſis inter conſilia Bart. in cō
ſilio 145.factum ſic ſe haber. volumine primo. Niſi adultus
minor,& ſic maiur quatuordecim annorum ipſe petiiſſet ſi-
bi dari in curatorem vitricum.Nam tūc vocatus ab ipſo adul
to præſertur cuicunque legitimo,niſi iudici videretur fuiſſe
inductum a matre,vel ſimplicitate ſua ad eligendum vitricū,
aut redundare in damnum ipſius adulti, quod arbitrio iudi-
cis remittitur,vt per Alcia.regula.j. præſumptio 22.numero
quarto, vbi dicit Alber. in l.fi.de contrario iud.tut.dicere ſe
ita obtinuiſſe de facto,& faciunt,quæ infra dicam nu.308.

290 Excommunicatus † autem tutor, & curator eſſe non po-
teſt,hoc eſt exercere tutelam,& curam durante excommuni
catione,ſecundum Hierony.Giga.in tract.de penſione, quæ-
ſtio.trigeſimaſecunda, numero ſeptimo, quamuis videātur
obſtare adducta per Iaſ. in rubrica. ff. de iuſt. & iu. numero
decimooctauo,vbi dicit,quod infamis poteſt eſſe tutor,cum
291 tale officium ſit onus pluſquam honor. Pater† aut auus ſi ha
bet filium minorem emancipatum,tunc debet eſſe tutor ip-
ſius filij,& vti extraneus,& legitimus tutor tenetur omnia ſo
lemnia facere,& tenetur ad omnia,ad quæ tutor, & curator
alius teneretur,vt per Aufrer.in apoſtilla ad capel. Thol.de-
ciſ.105.in fi.Ari.Pinel.in rep.l.primę,in ſecunda parte,nume-
ro vigeſimoſeptimo, & ſeq. C. de bon.mat.car.194.& Ema-
nuel Soarez in ſuis communibus opinio.in verbo pater,nu-
mero quadrageſimuprimo. Quod iecus eſſet, ſi filius eſſet in
poteſtate patris:quia tunc ſecundum aliquos pater vti legiti-
mus adminiſtrator non tenetur in alienatione bonorū eius
filij minoris adhibere ſupradictas ſolemnitates l.prędium.C.
vbi decre.opus non eſt,& l.magis puro.§ ſi pupillo,& l.fin.ff.

de reb.eorum,& Roland.a Valle conſilio nonageſimonono,
numero trigeſimonono,verſ.vlterius, vulumine primo,vbi
videtur tenere,quod ſaltem debent interueniſſe ſolennitates
reales,ſi non perſonales,vt videlicet quod immineat æs alie-
num,& quod fiat alienatio ex vrgenti,& neceſſaria cauſa, &
quud primo capiantur nomina debitorum, poſtea mubilia,
quæ ſeruando ſeruari non poſſunt,& alia, quæ ſupra nominā
tur,numero 129.

292 An autem tutur † & curator poſſit nomine pupilli accuſa
re de damno dato,vel pupillus cum præſentia tuturis,aut cu-
ratoris.Barto.in conſilio nonageſimo,volumine ſecundo,te
net,quod minur debet accuſare cum authuritate tutoris;qa
tutur nou poteſt numine pupilli accuſare,ſed in l.diuus, nu-
mero primu.ff.ad Turpilia.in l.tutorem, numero primo. ff.
de his quibus vt indig in l.ſecunda.§.pupillus,numero quar-
to,& numero quinto.ff.de accuſatio. & in l. ſecunda. C. qui
accuſa.nun poſ.dicit,quod tutor poteſt accuſare numine pu
pilli,& quod cautela eſt,ut dicat,qualiter ipſe uti tutur mino
ris accuſat,nam tunc intelligitur nomine minuris,aut nomi-
ne pruprio,& ſic vtrunque ſaluabit.Iaſ.autem in l. Polla.nu-
mero tertio C.de his quibus vt indig. dicit cummunem eſſe
opinionem,quod poteſt tutur accuſare nomine pupilli,& ita
etiam tenet pater meus in reſponſo 195. ſtatutu,ſub rubrica
de damno dato,libru primo,vbi extendunt ad quamlibet ac
293 cuſationem criminalem, & † quando vult uenire minor ℨ
contractum ex capite reſciſſorio,aut læſiunis debet probare
ſe fuiſſe,& eſſe minorem tempure contractus, alias, vt con-
tractus factus a maiore valeret,& teneret, nam qui ſe fundat
in ætate,debet illam probare,ſicut ſi quis diceret, ſe vel alie-
rum eſſe maiurem,ut per Bar.in l.de ætate, numero vndeci-
mo,& ſeq.ff.de minoribus,& in l.cum te.C.de probat. nec ex
eo,quia quis præſumitur minor, dicitur fuiſſe probatam mi-
norem ætatem,quia iſto caſu attenditur ſolum cui ſit funda-
mentum intentionis ætas,vt dicit Bar.in d.l.de ætate,nume
ro duodecimu,vbi dicit,quud ſi minor petit reſtitui in inte-
grum aduerſus contractum,debet prubare minurem ætatē.
& ratio eſt,quia habilitas in perſuna pręſumitur,ubi actus cū
debita forma factus reperitur,& quilibet cuntrahens præſu-
mitur ætatis legitimæ,vt per Dec.in c.in pręſentia,in decimo
notab.ſub numero decimoquarto,de prubatio. & Alciat.re-
gula 2.præſumptio.14 & dixit Dec in conſi.582 ſub numero
decimoſextu,quod minor ætas nun præſumitur,ſed prubari
debet per excipientem,aut allegantem,& Pau.de Caſt.in d.l.
cum te,in fi.& Euerar.in locu 94.in fi. nam quæ ex curſu tem
poris mutantur,non præſumuntur in eudem ſtatu, vt late in
prupoſitu loquitur Alciat.regula 2 præſumptio.24.& Barto.
in l.ſi minutem,numeru ſecundo.C.de in integrum reſti.

294 Probatur † autem minor,aut maior ætas pluribus modis,
& primo prubatur per tutelam vel curam datam a iudice ēt
coutra tertium,quia inſtrumentum tutelæ, aut curæ nedum
probat minurem ætatem contra contrahentes, ſed etiam cō
tra tertium,niſi probetur cuntrarium.Salyce. in d. l. cum te,
columna fina.verſ.exemplum pune.Dec. conſilio 526.nume
ro quintu,in fi.late Pet.Ancharan Regienſ. quæſtione trige-
ſimaquinta,in prima parte. Alcia.d.præſumptio.34. numero
octauo,verſ.fallit quarto,& Benintend.Rota Bononien. de-
ciſ.octuageſimaſecunda.

295 Probatur † ſecundo per aſpectum arbitrio iudicis,intelli-
gendo tamen ſecundum declarationem traditam a Barto.in
d.l.de ætate,numero octauo,& ſequen.& in l. minor ætas,ff.
de minorib.& in l.pro emptore.§.si a pupillo, numero quar-
to,& ſeq.ff.pro emptore,& Alexan.in conſilio uigeſimono-
no,clariſſime,volumine ſeptimo,vbi etiam docet aduocatos
quomodo debent articulare.

296 Probatur tertio per librum ſacri baptiſmi,per obſtetrices,
compatres, coniunctos,per librum patris, per deſignationē
temporis,ut puta quia recordor, quod erat natus tempore
belli Florētiæ,ſeu Senarum,vel tempore peſtis,aut chareſtię,
aut tempore, quo Sereniſſimus Coſmus Medices, Magnus
Dux Etruriæ,dominus meus iuſtiſſimus,& Chriſtianiſſimus
a Summo Pontifice Pio Quinto fuit Romæ coronatus, qd'
fuit de anno 1569.ſub die 5.Martij, vel tempore quo Ciuitas
Ferrariæ a terræmotis fuit fere deſolata,& Ciuitates Flandrię
inundatæ,quod fuit de anno 1570.de mēſe Nouembris, & ēt
probatur ætas per alios modos traditos a Bar.in d.l.de ætate,
per Alciatum d.præſumpt.24. & Dec. conſilio 682. numero
decimoſeptimo.

297 Et eſt aduertendum † quod ſi tu litigas cum curatore, ui-
deris fateri principalem eſſe minorem, adeo quud non pote
ris poſtea ei impedire reſtitutionem in integrum, ſi eam pe-
tierit aduerſus ſententiam ; aut fatalia, etiam quod eum eſſe
maiorem incontinenti probaturum te offerre uolueris: nā
poſtquam permiſiſti eum cum curatore litigare, confeſſus
fuiſti

fuiſti eum eſſe minorem, & tibi præiudicaſti, vt dicit Baldus,
in l. ſecunda. §. quod obſeruari, verſicu. ſexto quæro. C. de iu
ramen. calumn. & Felinus in capitulo, cum inter, ſub numero
ſecundo, de exceptio. vbi dicit, ſis cautus, vt non litiges cum
curatore eius, quem putas maiorem, quia aperis ſibi viam ad
reſtitutionem in integrum, cum præſumitur minor præſum-
ptione iuris, ex quo habet curatorē, quia litigans cum aliquo
vti tali, fatetur eum eſſe talem, & Alex. conſilio vigeſimopri-
mo, numero quinto, volumine primo, conſilio nonageſimo
tertio, numero tertio, volumine quinto, & ſentit Benintend.
in Rota Bonon decis. 82. in fi.
298 Sic † etiam per dationem curatoris prodigo probatur quē
fuiſſe prodigum, vt per Deciom, in l. furioſi. ff. de reg. iur. & in
conſi. 274 & ita etiam tenet D. pater meus in reſpon. 173. fuit
litigatum cum curatore, lib. 2.
299 Sicut † etiam minor, quando contrahit, & allegat ſe eſſe
maiorem annorum viginriquinque, & ita iurat, quia tunc nō
gaudet beneficio minoritatis, & reſtitutionis in integrum,
& non poteſt venire contra contractum, vt per Pau. de Caſt.
in l. qui iuraſſe, & ibi Alex. columna prima. ff. de iureiur. & in
conſilio quinquageſimotertio, viſis actis, numero tertio, vo-
lumine ſecundo, & Cur. ſen. in repet. auct. ſacramenta pube-
rum, in quarta columna. C. ſi aduer. vendi. & vide quæ dixi ſu
pra, numero 147. quod primo fallit, quando contrahit cū
coniunctis, & aliis ſcientibus cum eſſe minorem, vt per Gui.
de Suza. in d. auct. ſacramenta puberum, per textū in l. octa-
ui. ff. vnde cogna. vbi coniunctus præſumitur ſcire facta con-
iuncti, & per Bartolum in l. minor ætas, num. fina. ff de mino-
ribus, vbi dicit, curatorem coniunctum præſumi ſcire ætatē.
minoris, & pro ſingulari refert, & ſequitur Anto. Trigo. ſing.
9. t. tu ſcis, Gramma deciſio. 12. nu. 7.

Secundo fallit, quando minor veniret contra contractum
ex capite imperfecto, & ſic via ordinaria vti tutus ipſo iure a
lege, & non ex capite læſionis; quia tunc ſibi non præiudicat
talis aſſertio iurata, vt terminauit Rota Bononien. deciſ. 47.
introducta fuit, quod eſt notatu dignum, & ſequitur Ema-
nuel Soarez in ſuis communibus opinio. in verbo minor, nu-
mero 167. & vide Iacob. Machel. Patroci. 53. Alexan. vbi loq-
tur etiam circa fideiuſſorem minoris, & Plot. l. ſi quando, nu-
mero 265. & ſequen. C. vnde vi, & Gramma. d. deciſio. 12. nu-
mero quinto, & ſequeo.
300 Debet † etiam multum animaduertere iudex circa habita
tionem minoris, & ponere illum ſub cuſtodia virorum bonę
conditionis, & famæ, & non commendare agnum lupo, vt fa
ciunt ſæpiſſime incauti Iudices, & prodigi tutores, vnde ſi eſ-
ſet altercatio inter cōiunctos, quis nam illorum debeat alere
minorem. & tenere in domo, & maxime quando pupillus eſt
diues; quia tunc omnes volunt illum tenere in domo, cauſa
vſurpandi ſub ſpecie charitatis, quod non euenit in paupere
pupillo, quia tunc nemo vult eſſe tutor, attento quod tuto
forte nō poſſunt, ne habeat cura a forte, & ideo tutores, & cu-
ratores ſæpiſſime in iſtis minoribus pauperibus non reperiū-
tur, niſi officio iudicis, vt experientia docet, quæ eſt mater
hoc caſu aſinorum, & contra iura, vt per Aretinum. §. ſed
301 ſi, inſtit. de ſuſpect. tuto. debet † iudex bonus arbitrari vtilita-
tem pupilli, quia relinquitur arbitrio iudicis regulato a iure
communi ſcripto, & non ſcripto, ſed approbato, & non arbi
trio iudicis ſui capitis. l. prima, in princ. ff. vbi pupil. educ. deb.
Alexan. conſilio tertio, viſo inſtrumento, numero octauo,
conſi. 140. numero octauo, & conſilio trigeſimotertio, nume
ro tertio, volumine primo, & in conſilio 131. numero octa-
uo, volumine quinto, & pulchre per Cœpollam in ſuo aureo
tracta. de extenſione, titulo quæ fuer. cauſa introduc. exten-
ſiones, numero ſexageſimoſecundo, & ſequen. verſicu. quar
to, & vltimo, car. mihi 38. vbi multum inuehit contra præ-
ſumptuoſos, & temerarios iudices aſſerentes ꝯtrarium ꝫ iu-
raſcripta propter æquitatem ſui capitis, dicentes non cura-
mus de legibus, ſed imus per æquitatem, quam non vident,
nec cognoſcunt, ſed credunt cā cognoſcere, vbi allegat Pau.
de Caſt. in l. placuit. C. de iudic. & Roma. conſil. 145. & plura
adducit D. Neningi, in ſua pract. ciui. in proœmio, & Cagn.
in l. in omnibus quidem, numero primo, & ſeq. ff. de regu. iu.
& Syl. nuptia. libro quinto, titulo, quomodo iudi. in dubio,
numero octuageſimooctauo, & ſequenti, car. 530. & ideo vi
detur mihi hoc arbitrium regulandum, vt primo apud eius
matrem honeſtam iſte pupillus ſit educandus, etiam quod ip
ſa ſit ei ab inteſtato ſucceſſura, per textum in dicta l. prima, &
ibi Doct. C. vbi pupil. educa. deb.

Secundo penes auiam, & auum maternum non obſtante
ſucceſſione aliqua ab inteſtato, per ea quæ tradit Corn. con-
ſilio 292 numero decimoquarto, volumine primo, propter
immenſum amorem, quem portant aſcendentes deſcenden
tibus ſuis, quibus perpetuatur eorum nomen, & ſucceſſio, &
nullus ſit amor, qui vincat parentum, & aſcendentium. l. fina.
C. de decurio. l. nec in ea. ff. de adulteriis, & colligitur ea ſen-
tentia Salomonis de vera matre circa diuiſionem filij, & di-
ait tex. in l. iſti quidem. ff. quod metus cauſa, quod pater amat
filium pluſquam ſe ipſum, vt refert, & ſequitur Roland a Val-
le conſilio quadrageſimoquinto, numero quinquageſimo-
octauo, volumine primo, & faciunt adducta per Pau. de Caſt.
in auc. de ſuo ecto, numero tertio. C. ad Tertullianum, & per Ti
raquellum in l. ſi vnquam, in princ. numero vigeſimoſexto, &
ſequen. C. de reuoc dona.

Tertio debet iſte pupillus educari penes patruos agnatos
non habentes filios, ſi autem haberent filios, & ab inteſtato
dicto pupillo eſſent ſucceſſuri, tunc penes auunculos nō ſuc-
ceſſores propter votum captandæ mortis, & violandæ pudici
tiæ, ſi pupilla eſſet maior decennio, aut pubes, vel natura ſup-
pleret ætatem, vt dicit Aret. §. actionum, numero quadrageſi
mooctauo, verſ. 30. inſtit. de actio. Corn. conſ. 292. vol. j. Alex.
conſ. 161. ſuper primo, nu. 10. vol. 5. & Pariſ. conſi. 56. nu. 15. &
ſequen. volumine primo.
302 Nam † propter votum captandæ mortis multa impediun-
tur fieri, & facta non valent, vt eſt pactum de futura hæredi-
tate viuentis iuramento etiam vallatum tanquam contra bo
nos mores factum. Anch. conſ. 403. viſo diligenter. Bar. & Do
cto. in l. fina. C. de pac. vbi Iaſ. num. 7. & Dec. Hippo. ſing. 333.
quia pactum Fran. Turzan. com. opin q. 83. pactum. & q. 101.
regulariter, col. 3. verſic. ſed adhuc. Dec. conſ. 351. nu. 1. conſi-
lio 448. nu. 19. & conſil. 494. numero duodecimo, & late per
Roderic Soarez in l. quoniam in prioribus, in quinta limita.
303 C. de inoffic. teſtamen. & † ſimiliter promiſſio facta genero
fatuo per ſocerum ſi eius filiam accipiat in vxorem de facien
do eum hæredem, ob quam multi incauti iuuenes decipiun
tur. l. hæreditas. C. de hæredita. vel actio. vendi. & not gloſ. in
ſtitu. de adoptio §. cum autem impuberes, verſic. iubetur, &
ibi no. Christopho. Porci. nume. 13. & ibi Iaſ. in additio. Bald.
conſilio 440. conſi. 455. volum. 1. Capel. Tholoſa. deciſ. 452. &
ibi Aufret. tradit Dec. conſi. 578. nume 5. Syl Nuptia. libro ſe-
cundo, numero octuageſimoprimo, car. mihi 174. & ſeq. Du
tan. de arte teſtan. ti. 2. caut. 10. nume. 2 & venerandus pater
meus Dominus Carolus in reſponſo 281. presbyter Baldi-
nus, in tertio dubio, & in reſponſo 713. Ambroſinus de Aio-
la, libro primo, & Dominus Pileus Gloſſ. antiq. in quæſt. 220.
quidam, & vide Dec. in l. pactum, quod dotali, nu. 8. & ſeq. C.
de pac. & Iaſ. in l. 1. §. fuit quæſitum, nome. 39. ff. ad Trebell. &
304 in conſi. 141 vol. 4 vbi † videtur generum poſſe agere ad in-
tereſſe, & propter violandā pudicitiā videmus, quod nouer-
ca iuuenis non tenetur ſtare cū priuignis, etiā quod teſtator
mādaſſet, nec filius tenetur ſtare cum patre, ſi habet vxorem
iuuenem, aut pulchrā, & pater habeat filios primi, & ſecundi
matrimonii iuuenes, ad notata per Bart. in l. Caio. § Impera-
tor. ff de alim. & ciba. lega Boer. deciſio. 195. num 6. & Bello.
conſi. 31 num. 4 & dicam in titu. de vſufructu, cap. 9. num.
& titu. de bonis quęſitis per mulierem, cap. 10. num. verſic.
& hoc niſi cum hærede. Et ſi plures ſint non ſuſpecti, qui vel-
lent educare pupillum, tunc bonus iudex debet certiorari à
non habentibus intereſſe de bonitate, dignitate, honeſtate,
integritate, & qualitate iſtarum perſonarum, & etiam conſi-
derare, quis iſtorū hominū meliorem cōditionem pupilli fa
cere velit, & ei conſignare etiā quod eſſet extraneus, & maxi
me ſtante controuerſia agnatorū, niſi a patre in teſtamento,
vel à matre fuiſſet alicui aſcriptus, quia tunc non eſt à volun
tate patris recedendū. d. l. j. C. vbi pupil. educa. deb.
305 † Nam propter altercationem, & diſcordiam agnatorum
poteſt iudex penes aliquem recōmendare pupillum, ad nota-
ta per Hyppo. ſingu. 545. maleficiis, nume. 2 & ſequen. vbi di-
cit, quod ſi inter duos cōtenditur de poſſeſſione, & eſt timor
armorum, quod iudex poteſt à ſe auocare poſſeſſionem, &
prohibere partibus, ne accedant ad locū, donec ſit diſcuſſum
de iure, & ſentit Crauet. conſi. 190. nume 9. vol. j. & hæc om-
nia colliguntur ex traditis per Docto. ſupra proxime allega.
& per Signorol. conſi. 43. inquiſitionibus omiſſis, num. 2 Iaſ. in
addit. ad Christ Porc. §. 1 ſub num. 2 col. 3. inſtit. de capi. dimi.
Pau. de Caſt. conſilio 374 ſub nu. 2. vol. 2. Crauet conſilio 18.
num. 3. lib. j. Pariſ conſilio 56 vol. 1. & Rui. conſilio 87. nu. 11.
vol. 5. & faciunt adducta per Barto in l. fin. ad ſi ff. de ap re. &
306 Felyn. in cap j. nume. 9. de pact. & treu. vbi † iudex poteſt pręs-
ſtare conſenſum in maritando puellam, quando agnati ſunt
diſcordes. Nec habent obſtare, quę ſupra dixi, de matre, auia,
& auo, quia lex ſe multum confidit in eis, quod non facit in
aliis conſanguineis trāſuerſalibus, vt per Deci. in conſilio 26.
ſub numero 2. & ideo dixit Io. And. in c j. de diſpenſatio. in 6.
quod licet pater poſſit matrimonium contrahere pro filia: ta
men hoc non extendunt ad conſanguineos, quia eadem rō,
& idem amor non militat, quem refert, & ſequitur Fely. in
repertorio

reptorio ſuo, in verbo matrimonium. in fi. Hippol. ſing. 147.
filius. & faciunt adducta per Aret. §. actionum, numero qua-
307 dragcſimoquarto, inſti. de act. & † intellige de matre, & auia
non ſuſpecta, quæ ante tempus non nupſerit alicui pupillam,
eamque male non tractauerit, alias ſecus; quia poſſet a tutela
repelli, vt per Soc. conſilio 193. numero ſecundo, volumine
ſecundo, & Craue. d. conſ. decimooctauo, numero tertio, &
conſilio 190. libro primo, vel honeſte vixerit, aut ad ſecũdas
nuptias non tranſiuerit. Nam ſi ad ſecundas nuptias conuola
uerit, aut luxurioſe vixerit, non erit legitima tutrix, & cura-
trix, & poterit remoueri etiam quod ſit teſtamentaria, vt per
Crauet. dicto conſil. 190 numero ſeptimo, & ſequen. Ruin.
conſilio octuageſimoſeptimo, numero vndecimo, volumi-
ne quinto, Aret. § actio. numero quadrageſimoprimo, inſtit.
de actionibus. Iacou. Nouel. regula 239. vidua. & tetigi ſupra,
nume. 148. & faciunt notata per Bar. in l. his ſolis. C. de reuoc.
douatio. in l. liberorum. in princip. ff. de his qui no infam. Bal.
in conſ. 161. quædam nobilis, volumine primo, Syl. Nuptial.
libro ſecundo, numero quadrageſimoſexto, car. 150. Hippol.
in l. prima, numero quinquageſimoquarto, & ſequen. C. de
rap. virgi. Plot. l. ſi quando, numero 361. verſ. mater. C. vnde
vi. & Ari. Pinel. in repertorio. l. quarta, numero decimoocta-
uo, verſiculo, ex eadem differentia. C. de bon. mater. car. mi-
hi 735. vbi æquiparant mulierem luxurioſam, & tranſeuntem
ad ſecundas nuptias, & dicunt etiam viduam luxurioſam nõ
308 gaudere beneficio viduitatis, & † prædicta omnia procedũt,
niſi adultus ipſe adiret iudicẽ, & peteret velle educari penes
matrem, vitricum, aut extraneam perſonam, quia iudex tene
tur ei aſſentire, & cõplacere, ſicut teſtatori, ad notata per Al-
beric de Roſa in l. fi. de cõtra. iudi. tute. vbi dicit, quod ſi adul
tus petat vitricum in curatorem, & agnati cõtradicant, quia
velint ipſi præferri, quod tamen debet iudex conſtituere vi-
tricum, & ita dicit ſe obtinuiſſe de facto, vt refert, & ſequitur
Alci. regu. l. præſump. 28. numero quarto, niſi facilitate, & per
ſuaſionibus fuiſſet inductus ad ita nominandum, vel niſi illa
perſona electa a teſtatore, aut ab adulto deteriorem faceret
conditionem pupilli, & eſſet inhoneſta, prodiga, & ſuſpecta;
quia tunc poſſet a iudice repelli pro vtilitate pupilli, vt dicit
Craue. dicto conſi. 190. numero nono, & conſilio decimo-
octauo, numero ſecundo, & ſeq. Ruin. dicto conſilio octua-
geſimoſeptimo, numero vndecimo, volumine quinto, Soci.
conſi. 193. numero vigeſimotertio, volumine ſecundo, Du-
ran. de arte teſtan. titulo de tutore, caut. 5. & Alcia. d. præſum
ptio. 2a nu. 4. & 5.

309 An † autem tutor & curator debeat alimentari de bonis
pupilli, vel aliquod habere ſalarium de huiuſmodi tutela, &
cura. Alex. conſ. 108. viſo themate. numero ſexto, verſ. circa
aliud dubium. volumine primo, tenet adminiſtratorem tene
ri ad reddendam rationem adminiſtrationis de fructibus cõ-
ſumptis pro victu ſuo, & ſequitur Chriſt. Porc. in §. dari autẽ.
ſub numero ſexto, verſicu. in gloſſa, perſonæ. in fi. inſtit. qui te
ſtam. tut. dari poſſ. Eſt tamen diſtinguendum, aut tutor, & cu-
rator eſt tam pauper, quod non poſſit ſe alimentare, aut po-
teſt, & bonis ſuis ſe alimentare, nam primo caſu de bonis pu-
pilli eſt alimentandus, ſecundo autem caſu non poteſt ſe ali-
mentare de bonis pupilli, & in iſto caſu loquuntur præællega
ti Doctores: & hanc diſtinctionem refert Spec. titulo de lib.
concep. §. in hoc titulo. columna quinta, verſ. item pupillus,
numero vigeſimoprimo, Bart. in l. atlethæ. §. tutela. ff. de ex-
cuiatio. tut. Aret. tract. de teſta. glo. 96. numero nono, per tex.
in l. a tutoribus. §. fina. ff. de admini. tuto.

310 Circa † vero ſalarium regulariter tutores, & curatores il-
lud petere non poſſunt, poteſt tamen iudex ex cauſa illis ſta-
tuere, ſed non poteſt cogi, vt per Iaſ. in l. item. numero ſecũ-
do. C. de procurat. & Corn. conſilio ſexageſimoſecondo, lit.
G. volumine quarto, quia non quicquid iudicis poteſtati p-
mittitur, id ſubiicitur iuris neceſſitati, l. non quicquid. ff. de iu
dic. Are. in tracta. de teſtamen. gloſ. 96. numero nono, & in §.
ſed & propter. inſti. de excuſa. tut. vbi dicit, quod hoc ſalariũ
poteſt etiam ex cauſa ei conſtitui a contutoribus ſuis, & iudi
cis officio illud petere poteſt, & Bar. in l. in eos, numero ſecũ
do, & tertio. ff. de tute. & in l. prima, nume. quarto. ff. mandati.
Pet. Anchara. Regien. quæſt. ſexageſimaprima, numero ſepti
mo, in ſecunda parte, & multum faciunt adducta per Corne.
Benincaſ. trac. de pauper. quæſt. ſeptima. ſpecia. 1. numero ſe-
cundo, & ſequenti, & de alimentis, & ſalario loquitur etiam
Aret. §. actionum. numero trigeſimoquinto, & ſequen. verſi.
undecimo, inſtitu. de actio. & tangam etiam in c. quarto, otu
lo de negotiorum geſtor. nume. .... & Alex. conſ. 109. volu-
mine ſexto. Quæ quidem procedunt in legitimo tutore, &
curatore ſolemnia faciente, ſi autem non fecerit ſolemnia,
nec inuentarium, & librum rationum, intrepide eſt tenendũ
ſalarium aliquod conſequi non debere, nec etiam alimenta

propter dolum, negligẽtiam, & malam curam, cum præſuma-
tur prædo, & vſurpaſſe bona pupilli, & ſatisfactus de ſalario; ita
dicit Corne. conſilio ſexageſimoſecundo, volumine quarto,
in fine. & tetigi ſupra, numero quinquageſimonono, & nu-
mero 181.

311 Si † autem factorem, ſeu caſtaldum conſtituerit pro admi
niſtratione magni patrimonij pupilli, & ei ſalarium promiſe-
rit tutor aut curator, ſi patrimonium expoſtularet, & require
ret factorem, tutor erit excuſatus, & expenſis pupilli conde-
centibus imputabitur, vt per Bart. in l. cum ad quemlibet C.
de condi. in pub. horre. lib. 10. Sed de neglectis, & de mala ele-
ctione tenebitur tutor pupillo, & contra eum poterit iurari
in litem, cum non fecerit fieri librum rationum, & ea, ad quę
tenetur iuris diſpoſitione, vt per Plot. in l. ſi quando. numero
223. verſ. cum perſonis. & nume. 248. verſ. & minus excuſan-
tur. C. vnde vi.

312 Si autem † pupillus, & adultus haberet patrem, vel auum
paternum, & eſſet debitor, vel creditor alicuius ex propria p-
ſona, vel defuncti: tunc non poteſt conueniri, neque conue-
nire abſque conſenſu ſui patris, & aui; quia ſine prædicto cõ-
ſenſu non poteſt ſtare in iudicio, neque ſecundum aliquos p
curatorem conſtituere ad agendum, ſicut & ipſe pater, vel
auus non poteſt agere ſine conſenſu ipſius filii maioris infan-
tia, nec ſola ſcientia & patientia operatetur conſenſum. l. fin.
§ vbi autem. & ibi Bal & Doc. C. de bonis quæ liber. Roman.
in conſilio 241. numero decimo, in fin. Lanfranc. de Oriano
ſingu. 34. Aret. § pupillus, numero ſeptimo, inſtit. de inutil. ſti
pula. & §. actiones autem, numero tertio, & quarto, & nume-
ro decimoquarto, inſt. de actio. Addent. ad Mattheſ. ſingula.
190. No. quod licet Boeri. deciſ. 100. numero vigeſimo, & ſe-
quenti. Ruin. conſ. 102. numero ſecundo, & numero tertio,
volumine quinto, & Ari. Pinel. in l. prima. in ſecũda parte, nu-
mero ſexageſimoquinto, & ſequẽ. verſ. ea enim forma. C. de
bo. mater. car. 231. Quod procedit nedum in iudicijs ordina-
riis, ſed etiam ſummarijs. Bald. in l. fin §. neceſſitate. & in l. nec
quicquam. §. de plano. ff. de offic. proconſul. late per Zuchar.
in repe. l. primę, numero quinquageſimonono. C. qui admit-
ti. & ibi Cur. Iun. numero trigeſimooctauo, & Dec. num. 87.
& licet Bal. in dicto. §. neceſſitate, voluerit ratificationem ta-
lis conſenſus valere poſt iudicium motum, quem ſequuntur
Anchara. conſilio 337. verſ. ſuper ſecundo dubio. Paul. de Ca
ſtro in conſ. 253. in ſecunda par. Zuchar. dicta l. prima, ſub nu-
mero quinquageſimonono, & Bal. in cõſ. 193. volumine ter-
tio, & Afflic. deciſ. 180. filiusfamilias. tamen contrarium te-
nuit glo. in d. §. neceſſitate. Angel. in l. quid ergo ff de his qui
not. infam. Lanfranc. in c. quoniam contra. ver. confeſſiones,
nume. .... de probatio. Arno. ſing. 32. ſæpenumero, & ſentit
Ari. Pinel. in dicta. l. 1. in ſecũda par. ſub numero ſexageſimo-
ſexto, maxime in his quib. vſusfructus patri quæritur filio ma-
iore effecto, & Capel. Tholoſa. deciſ. 306. item filiusfamil. &
vide Butriga. in conſilio decimooctauo. Are. §. pœnales, nu-
mero decimoſexto, inſtitu. de actio. Ioan de Amic. conſil. 8.
columna penultima, Bertran. conſ. 95. volumine primo, Gu-
liel. de Ludo, ſingu. 137. Corſet. ſingu. in verbo, licentia. Iaſ. in
l. vniuerſa. numero duodecimo, & decimotertio. C. de preci.
impera. offer. Hyppol. prac. crimi. §. diligenter, nume. 185. De
ci. in l. quod in initio. numero ſeptimo. ff. de reg. iur. vbi habe
313 tur ex dictis iurib. † quod vbi conſenſus propinquorum in 9-
ctibus minorum requiritur a principio, non poteſt interueni-
re poſt contractum, et ſic non poteſt ratificatio fieri, et ma-
xime poſt litem conteſtatam; cum talis conſenſus requiratur
ante litem conteſtatam, vt per gloſ. et Doct. in l. ſi quis mihi.
§. iuſſum. ff. de acquit. hæred. Hyppol. in l. ſi quis ne quæſtio,
nume 6 ff. de, quæſt. et ita dicit Guliel. de Ludo, d ſingul. 137.
gloſſa eſt, quod pater.

314 Et † quando conſenſus requiritur certo, et limitato tempo
re, tunc ſuperueniens ex poſt facto non valet, ita ſingulariter
dicit Aluil. de Albergot. ſingu. 105. quando. Ant. Trigo. ſing.
38. dicit, numero quarto. Arno. d. ſing. 32 et Plot. l. ſi quando
nume. 366. verſ. reſpectu vero ſponſaliam. C. vnde vi. At in
caſu iſto in iudicio requiritur conſenſus expreſſus patris, et ſi
lii, ergo ante litem conteſtatam debet apparere, vt dicit Ari.
Pinel. in d. l. prima, in ſecunda parte, ſub d. nume. 66. qui alle-
gat tex. expreſſum, licet dicat circa conſtitutionem procura-
toris receptiorem eſſe opinionem, patrem poſſe conſtituere
procuratorem ſine filij conſenſu, et ideo male a Doctoribus
fuiſſe, connexum articulum agendi, et defendendi in iudicio
per filium, ſeu patrem cum conſenſu filij, et ſic ex prædictis
colligitur, quod pater vt legitimus adminiſtrator pro ſuo iu-
re, et intereſſe, et nomine ſuorum filiorum cum illorum con
ſenſu debet agere, et defendere contra debitores, et credito-
res filij ſui, et poteſt captis pignoribus cogi pater ad præſtan-
dum conſenſum, alias iudex poſſet ipſe præſtare, vt per Seba-

ſtianum

ſtianum Vant.de nullit.tit.quibus modis, ſent.nul.nume.87.
315 †Creditores vero minoris ſi habent creditum hæreditarium, debent agere ꝯ minores,& patrem nomine eorũ,ſi ſũt
maiores infantia,ſi minores,contra patrem vti legitimum ad
miniſtratorem,vt per Afflı.deciſ.262.Franc. Marc.deciſ.828.
numero ſecundo,in prima parte,Ioan.Neuiz.in conſ 17.Ma
ran.Spec.aur.in quarta parte,diſtinctio.16.nu.36.Iacob.Nouel.de iur.prothomiſ §.3.nume.34.car.145.Miſinger.Centu.
2.obſeruatio 35.Quando pupillus.Sebaſtian.Vant.de nullita
ti.titulo quibus modis nullit.repar.nume.76.car.261. late per
Tiraquellum de retrac.lignag.§.1.gl.13.nu.16. & ſeq. & § 10.
gloſ.1.vbi loquitur de tutore,marito,& patre,& pulchre adducit Ari.Pinel.in d.l 1.d.ſecunda parte,nume 64.& ſeq.car.
230.vbi notat etiam nonnulla circa modum libellandi,& citandi minores.
316 Si † autem debitum minoris eſt ex propria perſona; tunc
obligatio non tenet,ſi eſt facta ſine conſenſu patris,& ſolemnitatibus ſupra alıis in locis allegatis, vt etiam ſentit Rulandus a Valle conſilio 99.nu 38 & ſeq.volu.1. Nec ad pretium
poteſt agere creditor contra bona pupilli patre,& pupillo viuentibus in præiudicium vſusfructus dicti patris, ſed bene ꝓprietatis,vt per Franc.Marc.deciſio.827.nu.2.in 1.parte,Sali.
in l.fi.C de vſufru.Zuchard.Curt.Inn.Dec.& Docto.in d.l.1.
C.qui admitti Doct.in d.l.cum non ſolum.§. neceſſitate. C.
de bonis quæ liber Anfrer.in additio. ad Capel. Tholoſa.deciſ.105.verſ.vnde Angelus videtur reſtringere,& eſt glo.2.in l.
filiusfamilias.ff.ſi cer.petat.& ſequitur Ari. Pinel. in l.1. in ſecunda parte,nu 40.verſ enim autẽ.C. de bon. mater.car.201.
& eſt tex.in l fi §.ſin autem.verſi.li quidem. C. de bonis quæ
liber.vt refert Rolan.a Valle in conſilio octauo, numero vigeſimoſecundo,volumine ſecundo,& in conſilio nonageſimonono,nume 38.vol.1.& Roderic. Suarez.l. poſt rem, in
notab.13 nu.4.ff de re iudic.& Iul.Clar.§.donatio,quæſtio.6.
317 Nec contra perſonam minoris poteſt creditor agere, vt carceretur,ſi a principio obligatio non valuit, ad notata per Afflic.deciſ.283.nume.1 & nume 4 & Rolan. a Valle conſil.63.
nume.23.& ſeq.vol.1.vbi inſtrumentum nullum,& imperfectum non producit obligationem, & executionem non meretur & ſi agatur ad pretii reſtitutionem, ſi filiusfamilias eſt
minor,multi voluere,minorem 25.annorum non poſſe pro
debito carcerari,vt per Roma conſi.120 col.2.& eſt gloſ. in
l.3 §.ſed verum.ff de minor. & maxime in minore filiofamilias,vt dicit Caccialup.in tract. de debito.ſuſpe.& fugiti.nu.5.
& numero octauo,& Patiſ.conſ.94 nu.41.vol.1.Tamen multi alij tenuerunt contrarium indiſtincte, videlicet minorẽ
ſui iuris,& in patris poteſtate potuiſſe,& poſſe pro debito carcerari,vt dicit Iaſ.in l.neque impuberes.ff.de in ius vocan.Pariſ.dicto conſilio nonageſimoquarto,numero octauo,& nono,& ſequitur Emanuel Soarez in ſuis communi.opi.in verbo minor annis,nume.161 & Pet.a Duena regula 259. in verbo ætas,in prima ampliat car.141.vbi dicunt communem, &
in maiore 25. annorum filiofamilias ſatis loquitur Pariſ.dicto conſilio nonageſimoquarto,& Franc.Marc.deciſ.827.numero tertio,in prima parte. Ego autem puto circa minorem
indifferenter eſſe conſiderandum, an ſit minor quatuordecim annorum,aut viginti quinque,ſi eſt pupillus,ſicut nõ poteſt cedere bonis,ita etiam non poteſt pro debito carcerari,
ſed pro debito defuncti patitur ſecundum decretum, pro debito proprio primum tantum decretum ſine præiudicio tamen vſufructuarij.ſi autem eſt adultus, & ſic minor viginti quinque annorum;quia valet ceſſio bonorum cum decreto
iudicis,ita etiam valebit carceratio:& ita poſt hęc reperij tenere doctiſſimum Roderi.Soarez in titulo de los Gouernos,
in quinta quæſt numero decimoſexto,& ſequen.verſ limi.6.
car.835.vbi dicit hoc procedere iudice authorante,& volente,& ſic reſidet in arbitrio iudicis,qui cõſiderabit aſpectum,
ætatem,negotium,debitum,cauſam,fragilitatem, & robuſtitatem dicti adulti:& tradit Matthe.Brun.tracta.de ceſſio.bonorum,quæſtio.tertia quartæ quæſt.princip.car.35.& intel-
318 lige in adulto non priuilegiato † ſecus ſi eſſet priuilegiatus,ꝙ
non poſſet conueniri pro debito,vt eſt doctor,clericus,ſcholaris,miles,mulier, filius, & famulus Doctoris, vt per Carol.
Carc.in reg.Franc.in 13.iure,& Caſſan.in cõſuet.Burg rub.5.
§.2.nu.14.& ſeq.Aret.§ actiones autem.numero ſecundo, ibi
Iaſ.& Doct.inſti.de actio.& in §.item ſi ſocius.inſtit. eod.Iaſ.
in §.item Seruiana.numero ſexageſimoquinto,inſtit. de act.
tex.& Docto.in l.miles ff de re iudica Bar. in l.medicos.C.de
profeſ.& medi.lib.11.Addcit.ad Bartol.in l.ſi quis.ff. de furt.
Mattheſi.ſingul.59 Nota quod legum Doctores.& in ſingul,
ſeq.& ibi Addent.& Alex.in l.non tantum,numero duodecimo.ff.de re iud.& Aret.in §.idem iuris,numero 51.inſtit.de
exceptio.vbi dicunt non poſſe etiam renuntiare huic priuilegio,tanquam inſerto in corpore iuris. & Matthe Brun. de
ceſſio bonorum,quæſtio.10.quartæ quæſt.princ.car.51.cum
319 ſimil.Immo † ſi ſtatutum diceret,quod quilibet debitor poſ
ſit capi,& carcerari pro debito,reiecto omni priuilegio, non
haberet locum in aduocato,clerico, & medico,& alijs priuilegiatis in corpore iuris,vt per Alex in dicta.l. miles.in fine:
Paris,de Sindica.c.mandauit.columna ſecunda, in fin.& columna tertia,in princip.car.120.& capitu.an Doctor.columna ſecunda,circa finem.car 44.& Matthe. Brun. dicta quæſt.
decima,ſub numero tertio,verſi.quod etiam procedit. & numero ſequen. & vide notata per Addent. ad Decium in l in
toto iure.ff.de reg.iur.Matthe.dicto ſingul.59.& Docto.in l.
ſecunda.§.omnes.vbi etiam Curtius,nu.fi.ff.de iudic. tamen
iſti priuilegiati ſi eſſent debitores minorum ob redditam administrationis rationem, videtur dicendum poſſe carcerari
320 priuilegio tutelæ,† quia videmus,quod mulier licet nõ poſ
ſit pro debito carcerari,tamen ratione tutelæ adminiſtratæ ſi
remanet debitrix poteſt carcerari ſecundum Bart.in d.l ſi qs
ſub conditione.ff.de teſtam.tute.& in auct.matri, & auiæ.C.
quan. mul. tute. offic.fun.& Iaſ.in l.ſi cgn. in vltima lectura.
col.2.verſ.adde tu alium.nu.4.ff ſi cer.pet.& Pet.Duen.regula 312.Fœmina.nu.2.in 2.limit.
321 Similiter † mulier,quæ tranſiuit ad ſecundas nuptias ante
redditam rationem adminiſtrationis,& reſtitutionem tutelę
non ſuccedit pupillo filio.gloſ.in l.ſi mater.C.in quib.cau.pi-
322 gn.vel hypo.& l omnem.C.ad Tertul. & bona ſecundi mariti ſunt tacite obligata pro huiuſmodi adminiſtratione mulie
re non exiſtente ſoluẽdo,per textum in d.l. ſi mater. & in §.ſi
autem tutelam,Auct.de nupt. & Maran.Spec.aur in 6 parte
in vltimo memb.nu.53 quod intellige, vt per Dec. in cõſilio
591.& etiam bona adminiſtratoris ratione tutelæ,& adminiſtrationis ſunt tacite hypothecata minoribus priuilegio tutelæ, vt per Antonium de Fa. de pignori.in ſecunda parte,4.
membro,numero ſexto,car.75.& per textum in l.pro officio.
C.de adminiſtra.tuto quibus tamen non obſtantibus teneo
iſtas perſonas a lege priuilegiatas non poſſe ratione tutelæ
adminiſtratæ perſonaliter detineri,& carcerari, cum hoc priuilegium ſit inſertum in corpore iuris,& conceſſum propter
dignitatem,& fragilitatem ſexus,quo caſu non poteſt per ſtatutum tolli hoc priuilegium,nec etiam per partes renuntiari expreſſe,nec tacite.vt dixi ſup.& hac de cauſa apparet Doctores aſſerentes mulierem tutricem poſſe carcerari,ſi renuntiauit Velleiano; & omni alij auxilio non bene dicere, licet
hæc renuntiatio ſit in fauorem pupillorum,vt voluerunt Bar
to in d.auct matri,& auiæ,numero decimotertio,Rom. Alexan.& Iaſ.in l.plerique.ff de in ius vocan & Dec.in l.fœminę,
numero ſeptuageſimoſeptimo ff.de reg.iuris,& Boer.deciſio.249.numero vndecimo,quia iſta mulier non potuit huic
beneficio renuntiare,vti non conceſſo in eius fauorem particulariter, ſed toti collegio mulierum propter ſexum,& ignominiam pudicitiæ,ſicuti eſt conceſſum Doctoribus, clericis,
& militibus,qui ſimiliter,vt dixi,non poſſunt renuntiare huiuſmodi priuilegio,vt ſequitur etiam Mattheſ ſing. 60. Nota
quod clerici,& ibi addent. & nota.in cap ſi diligenti. de foro
compet.vbi clericus non poteſt renuntiare foro clericorum;
& Pet.Duen.regula 100 in verbo clerici, in prima ampliatione:et ideo alij tenuerunt,iſtam mulierem non potuiſſe, nec
poſſe pro debito tutelæ carcerari, et detineri perſonaliter nõ
obſtante aliqua renuntiatione,vt per Barb. in c.lator, numero primo,de pigno.Bartolo.Soc.in d.l.plerique, num.40 vbi
dicunt, quod eſt in præiudicium ſexus, et ob ignominiam
323 pudicitiæ,et quod ſuccedit regula † quod vbicunque priuilegium eſt introductum propter dignitatem, honeſtatem perſonæ,ſeu ſexus,non poteſt tolli per renuntiationem, vt dixit
Bal.in l.1.C.qui bon.ced.poſſ.Gabri.Saray. in addit.ad Matthe ſ.ſing.108.nume 3 Pet.Duen dicta regula 312.in ſecunda
limit.et videtur tex.in c.2.§ fi.verſ.fœminæ,de iud.lib.6.ibi,
etiam ſi ad hoc voluntas accederet eorundem, niſi luxurioſe
viueret:quia tunc non gauderet beneficio mulierum, vt dicunt præallegati Doct.et Alex.in d.l.plerique.in fi.verſ. adde
quod licet mulieres ff.de in ius vocan.et ſentit Roderic.Soarez in rit.de los gouernos,in quinta quæſtio,nume.ſeptimo,
car.mihi 833.et ideo dixi,milites noſtri temporis non potuiſ
ſe,nec poſſe renunciare capitulis bandarum, vt poſſint capi,
et carcerari pro debito,cum hoc beneficium,et priuilegium
non ſit conceſſum particulariter illi debitori militi, ſed toti
collegio militari,cui non poteſt renuntiari.d.c.ſi diligenti, et
per Iaſ.in l.ad egregias,nu.2.ff.de iureiuran. et in pulcbro caſu conſuluit Craue.conſilio 243. duo videnda ſunt, numero
primo,et ſequen vbi concludit,non poſſe renuntiari beneficio ſtatuti prohibitionem actus inducentis,cum tale priuilegium,et beneficium reſpiciat vtilitatem etiam publicam, vt
per Bartolum in l.Seius,et Angerius,numero quarto.ff. ad legem Falc.et Matthe. Brun.trac.de ceſſio.bon.quæſtio. 12.4.

quæſt.

quæſt.princip.numero decimoquinto, & Prae Papien.in for
325 ma.reſponſio.rei,in glo.ſaluis alijs,nu.17. & † etiam intellige
non procedere in eo,qui non poteſt cōoceuri vltra qnam fa-
cere poteſt;nam illæ perſonæ, quæ non tenentur deducto ne
egeant,niſi in quantum facere poſſunt,etiam ſi non ſunt ſol-
uendo,pro debito detincti,& carcerari nō poſſunt,ut eſt Do
ctor,maritus,pater,mater,ſocius,filius,milites, & ſimiles.ita
ſentit Pet.Duen.dicta regu.312.in fin.verſicu. Dico autem.
Roderic.Suarez.d.quæſt.5. numero quinto, verſ.quam legē
limita car.831.& Matthe.Brun.in tract. de ceſſio. bono.q.10.
& q.11.quartæ quæſt.principa.& Gab.Saray.in addi.ad Mar-
theſ.d.ſingu.108.numero primo,& ſequen.vbi ex hoc cōclu
dunt,matrem,aut auiam tutricem non poſſe conueniri,deti-
neri,& carcerari pro debito adminiſtratæ tutelæ ex eo, quia
ſunt de illis,qui non tenentur deducto ne egeant vltra quam
facere poſſunt,per textum in l.ſunt, qui.ff. de re iudica.& ibi
Docto.vbi habetur de illis,qui non tenentur, niſi in quantū
facere poſſunt,deducto ne egeant:& ſi iſtæ perſonæ priuile-
giatæ poſſent cōueniri perſonaliter nomine minoris,hoc eſt
tutorio,& adminiſtratorio nomine, tunc priuilegio ſupradi-
cto non obſtante poſſent carcerari, quia tunc non gaudent
priuilegio eorum,ſed reputantur, vt pupillus, & dominus re
rum adminiſtratarum,per textum in cap primo.§.fina.de pri
uileg.libro ſexto,& Capic.deciſio.59.in cauſa,numero ſecun
do,& ſentit Afflic.deciſ.212.litigatur. quod ſecus eſſet,ſi ſim
pliciter tutorio nomine cōueniri poſſet; quia tunc executio
in bonis pupilli fieri deberet,& non adminiſtratoris,ſecundū
communem opinionem,vt notaui ſupra,nu.51.& tangit Pe-
326 trus Duen. regu.276.excuſatio.in 8.limit.Mortuo † vero fi-
liofamilias licet pater donec viuat ſit vſufructuarius bonorū
aduentitiorum filij,& proprietas ſit conſolidata cum vſufru
ctu,& videretur dicendum patrem non poſſe in vita grauari
pro debito eius filij, vti vſufructuarius dictorum bonorum;
tamen quia eſt hæres filij,& ſoluta eſt patria poteſtas, & bo-
na illa non dicuntur amplius bona filij, ſed ipſius patris.l.ſed
ſi plures.§.filio.ff.de vulg.& pupil.l.1.§.veteres,ubi gl.& Do-
cto.ff.de acquiren poſſeſſio. Deci.in l.qui ſe patris, nu.16.C.
vnde libe. & Rolandus a Valle conſilio 99.pro fundamento,
numero primo,vol.1.tenetur ſoluere debita illius filij defun-
cti,alias poterit carcerari pro debito,ſicut poterat filius debi
tor,& vti hæres condemnabitur etiam vltra vires hæredita-
rias.l.fina.§.ſin autem,& §.& ſi præfatam.C.de iure delibe. &
ibi Doct.Iaſ.in § fuerat,nume.61.inſti.de actio.in l.2.§.item
ſi in facto,nu.tertio.ff.de verborum obligatio.Pet. Duen.re-
gu 277.executio, & Dec.conſ.536.numero ſecundo, & ideo
dixi Florentiæ de hoc interrogatus patrem teneri ſoluere de
bita filij ſui præmortui non obſtante dote materna, cū vxor
præmortua fuerit filio,& ipſe pater ſit hæres filij, & per illius
mortem ſit ſoluta patria poteſtas, & extincta vſusfructus.§.
finitur,inſtit.de vſufruc.& Crane.conſi.84.nu.7.& octano,vo
lumine primo,Barto.in l. tertia,num.3. C.de vſufru.vide Ari.
Pinel.l.1.in prima par.nu.39. C. de bon.mater.car.142. Bene
327 verum eſt † quod ſi acceperit hæreditatem cum beneficio
legis,& inuentarij,non poterit carcerari ꝑ debito filij defun-
cti,cum non teneatur vltra vires hæreditarias, & niſi de bo-
nis defuncti ſine prioritate,& non ſit hæres proprie,& ſic cō-
prehenſus a ſtatuto,quod debitor poſſit pro debito carcera-
ri,vt per Socinum in conſ.231. columna ſeptima, volumine
ſecundo,Hippol.pract crimi.§.attingam, nume.60. D. Bero.
quæſt.57.& Rolan.a Valle conſi.14.nu.20.ver.non obſtat,vo
lum.1.Iacob.Machel.Patroci.35.nu.18.Pet.Duen.regula 277.
in 7.limit Caſſan.conſ.22.nu.2.& ſequen.& Plot.in l.ſi quao
do,nume.490.verſ.decretum Mediolani.C.vnde vi. & Iaſ. in
l.ſcimus.§.& ſi præfatam.C.de iure delibet.& vide Tiraquel.
tract mort.ſaiſit. in ſecunda parte,declar.2.
328 Aduerte etiam benigne lector, † quod & ſi plura dixerim
de tutore in hoc tractatu,quam de curatore, tamen ſimiliter
de curatore in æquiparandis intelligere volui;quia æquiparā
tur a lege,licet tutor detur pſonis,& curator regulariter bo-
nis minoris,& vnus durat vſque ad decimumquartum annū,
curator vero a pubertate vſque ad vigeſimumquintum an-
num,vt tradit Aret.in §.actionum autem, ſub num.33.inſti-
tutio.de actio.Bart.in l.licet.§.parui autem,nu.2 ff. de pecul.
& ita fere ſemper æquiparat Plot.in d.l.ſi quando,a nu.197.vſ
que ad numerum.234.C.vnde vi Quamuis in aliquibus caſi-
bus ſit aliqua differentia,vt per Decium in l.quo tutela.§.ne-
mo poteſt.ff.de regulis iuris,& ibi Cagnol. Nam tutor in te-
ſtamento dari poteſt,curator autem dari non poteſt,& ſi eſt
datus confirmatione indiget;quia non poteſt dari inuito pu
pillo.§.primo.§.item inuiti,inſtitu.de curato. Item tutor da-
tur non petenti,curator autem non datur niſi petenti, l. qui
habet.§.ſi pupillus,ff.de tutela.& hoc habet locum in curato-
re dato adulto,& non furioſo,nec mentecapto,vt per Areti
num in § furioſi.inſti.de curator.& per Deciū in dicta l. quo
tutela.Item tutor datur minori ſeptennio vſque ad puberta-
tem,curator autem poſt ſeptennium, & decimumquartum
annum:item tutor datur pupillo, curator vero veniti, vt per
Aretinum.§.cum autem.inſtit.de tute.& aliæ differentiæ ad-
notantur per ſcribentes vbique,quas breuitatis cauſa non re
fero: ſatis eſt,quod curator tenetur ſolemnia facere, prout tu
tor,& curam bonorum minoris habere uti bonus paterfami
329 liat,†alias teneretur ad damna,expenſas, & intereſſe, & con-
tra eum poterit iurari in litem ſecundum ſuperius pluries al
legata;bene verum eſt, quod ſi periculum immineret rebus
adulti,& ipſius curatoris,& non poſſit vnanimiter, & vnico
actu ſaluare bona minoris,& ſua,quod ſaluando ſua bona po
tius,quam illa minoris,nō poterit ſibi imputari, & ad damna
non erit obligatus,alias ſecus eſſet,vt dicit Barto.in l.tutor.§.
330 non eſt.ff.de adminiſtratione tuto.& † finita tutela, vel cura
non poteſt tutor,vel curator actiue,nec paſſiue agere, ſed li-
tes,& negotia inchoata ſolum proſequi poterit, alias faceret
litem ſuam.l.prima.C.vt cau. poſt pub. Specul.titu. de actio.
verſiculo,item tutor,& ſequitur Franc. Marc. deciſio.99.&
deciſio.515.quæritur,an finita tutela.in a. parte:
331 Si autem † minor vigintiquinque annis, aut maior ſit ab-
ſens,& vagabundus,& ſteterit per plures annos incognitus,
& de ſe aliquod nouum in patriam nō proficiſcatur,& agna-
ti velint bona vſurpare,alienare,vel cuſtodire,bonus iudex,
quando dubitatur de morte, vel de vita,& de longa abſentia
debet in curatorem bonorum eligere proximiores agnatos
ab inteſtato ei ſucceſſuros,ſi non adſunt filij, mater,aut auia,
vel ſi ipſe curatorem,aut procuratorem generalem ad nego-
tia non conſtituiſſet cum libera; & eo modo,quo ſupra dixi
circa educationem minoris debet iudex ſe gubernare, & ſi
vxorem reliquiſſet, debet bonus iudex illam facere commo-
rari in domo mariti,& ibi prouidere de alimentis ſecundum
gradum,conditionem,& qualitatem eius viri, & ipſius vxo-
ris,& de ſeruientibus ſi bona ſupperunt,ad notata per glo. in
auct.de non elig.§.ſi.in verbo,onera,& ibi Bart.Pau.de Caſt.
in l.ſi maritus.la 2.nu.2.ff ſolu.mat.Pariſ.conſ.98. vol 2 Alex.
conſi.70 in 4.parte,Soc Iun.in conſ 97.in fi,volu.1.Ro.ſing.
538.dicit textus.Corſet.ſing. in verbo, conditio perſonæ, &
pulchre per Io.de Amic.conſ.59.& Bello.conſilio 16.ſtat ſta
tutum,nu.quinto, & ſequen. Nam de iure debet curatorem
eligere non prodigum,nec bonorum dilapidatorem, & ſibi
magis propinquum,vt conſuluit in propoſito Dec. in conſi-
lio 575.in caſu,in quo terra Moduli.vbi etiam ponit quid fa-
cere debeat iſte curator,& procedit, etiam quod eſſet credi-
tor iſtius adulti abſentis,vel hæreditatis iacentis, ut pro ſin-
gulari tradit Roma.ſingu.131.volo tibi dare.vide Crauet.cō-
ſilio 225.ſub nu.1 Fely.in c.ſi.nu.8.de foro competen.Iaſ.in §.
rurſus,nu.29.inſtit.de actio.& Cæſar Contar. in repet.l.diffa
mari.in glo.nu.53.& ſequen.C.de ingen. & manumiſ.car.111.
332 vbi † poteſt dari inuitus,& a creditoribus petit ad hoc, vt de
debito ſatisfiant.et Boeri.deciſ.88.Dico tutelam, & Aret.in
§.furioſi.inſtit.de curato.et in diuiſione fienda cum abſente
loquitur Iaſ.in d.§.rurſus,nu.30.et Pet.de Vbal. de duob.fra-
tri.11.par.q.25.nu.26.
333 Et † ſi altercatio eſſet inter ſucceſſores abſentes de morte,
et uita abſentis,ille,qui ſe fundat in morte,debet eam proba-
re,ad notata per Bar.in l.de ætate.ff.de minori.quia in dubio
potius præſumitur vita,quam mors, vt per Bald.in conſi.145.
in cauſa vertente,volu.quinto. Nam quilibet præſumitur vi-
uere vſque ad centum annos, vt late tradit Capel.Tholoſ.de-
ciſ.312.et deci.316.et ibi Aufrerl.in additio.vbi habetur etiā,
quomodo probetur mors hominis,et per quot teſtes, et no.
Corſet.ſingu.in verbo mors.Dec.in conſil.575.et glo. et Do
cto.in l.ſi quidem.C.ſol.mat.Craue.conſil.127. nu.17.volu.1.
late Boeri.deciſ.288.Sed hic videtur.
334 Et aduerte † quod ſi aliquis adiret iudicem et produceret
teſtamentum abſentis non cancellatum, neque abolitum, in
quo eſſet ſcriptus hæres,et peteret ſe immitti in poſſeſſionē
bonorum teſtatoris,allegando illius mortē, quod iudex erit
coactus illum mittere in poſſeſſionem dictorum bonorum,
et mors per productionem teſtamenti erit ſufficiēter proba
ta,niſi probetur contrarium, vt per Aret.§. quadrupli.nume
ro quadrageſimoquinto,inſtit.de actio Bello.conſilio 35.nu
mero primo,et eſt rea in l.ſi.C.de edic.diui Adri.tol.et Fran.
335 Viui.in ſuis communi.opinio. in verbo iudex.an † autem tu
tela,et cura propter minorem bannitum perdatur,vide Nel.
in tract.de bannit.in 1.par.a.temp.quæſtio.40. car. mihi 215.
qui diſtinguit.
336 † Mortuo vero minore abſque hæredibus,et venientib. ab
inteſtato,dubium facit,an tutor,et curator debeat ei ſucce-
dere,vel fiſcus.glo.in l.quo tutela ff.de regul.iur. tenet tuto-
rem,et non fiſcum ſuccedere debere, quam ſequitur Bald.In
ſing. 8.

ſing.8. Pet de Raue. ſingu. 590. Amanel. ſing. 242. & Addent. ad Barto. in ſingu. 57. & Tiraquel. in tract. le mort ſaiſit. in ſecunda parte, 14. declara. numero 4 & 5. vbi allegat quam plures. Dec. vero in d.l. quo tutela, numero ſexto, verſiculo, infertur etiam, & dicit, quod opinio Barto. eſt communis cōtra gloſſam, quia tex dictę. l. quo tutela, loquitur de tutela legitima, quæ defertur venientibus ab inteſtato, & non de tutela datiua, & teſtamentaria, & ideo extendere ad tutores datiuos, & teſtamentarios exclusos a legitima ſucceſſione minoris eſſet diuinare, & ibi alios allegat. Ego autem in caſu contingenti, ſi cauſa eſſet mihi commiſſa, iudicarem hæreditatē hanc diuidendam fore inter tutorem, & fiſcum propter varietatem tantorum patrum, & gloſſæ, cum vtraq; opinio ſit grauioribus authoritatibus munita, & ita quilibet bonus iudex cum bona conſciētia hoc facere debet, quāuis fiſcus filchiat omnia pro ſe, & in dubio velit reportare ſententiam in fauo-
337 rem contra regulas iuris, † quia in dubio contra fiſcum in fauorem priuati eſt iudicandum, gloſ. in l. prima. C. de pact. Iaſ. in l. ſecunda, numero trigeſimooctauo. C. de iure emphyt. & maxime in cauſa lucratiua, vt per Anto. de Fa. in tract. de pig. & hypothe. in ſecunda parte, quarto membro, numero 117. & Roderic Suarez in procemio fori: ſub numero vigeſimo-
338 octauo. car. 346 & † quando hinc inde ſunt opiniones Doctorum magnæ authoritatis, bonus iudex debet iudicare cū bona conſcientia in fauorem vtriuſque per medium, vt iudicauit Pet. Ancha. conſ. 210 inter contraria, & dixit Boeri. deciſ. 42. numero trigeſimonono, & deciſ. 155. nu. 27 & ſeq. & Duran. de Arte teſtan. tit. de ſubſtit. caute. 6. ſub numero tertio, & Capic deciſio. 176. in cauſa domini Domitij. numero trigeſimoquarto, & ita fuiſſe iudicatum Ianuæ mihi retulit D. Dioniſius Germanus. I.C. celeberrimus.

Poſtquam vero mortuus eſt iſte minor fruſtratorium eſſe duxi amplius de tutore, & curatore pertractare, ideo ad laudem Dei, ſanctique Ioannis Baptiſtæ aduocati patriæ meæ finem huic titulo imponere propoſui his temporibus careſtię vniuerſalis omnium fructuum, & belli Francorum cōtra hęreticos, Hiſpanorum contra Granatenſes, Venetorum contra Turcas, ac ſemper memorandæ Coronationis Sereniſſimi Domini mei Coſmi Medices Magni Etruriæ Ducis, Anno 1569. de menſe Martij, & dare principium vtili, ac neceſſario titulo de vſufructu mulieri relicto, in curijs valde frequentato, & diſcuſſo.

TRACTATVS
PVPILLORVM PATROCINIVM,
Seu Commentaria Iodoci Damhouderij Brugenſis. I. C. in Titulum de Tutorum & Curatorum munere.

PRAEFATIO OPERIS,
Cum egreſſione, in laudem & vtilitatem huius materiæ.

CVm ita cōparatum ſit, vt vbi a maioribus receptæ ſunt leges, ſeu cōſuetudines, quæ inſtar legum ſunt. l. de quibus. ff. de legib. parum fructus aut commodi Reipub. Chriſtianę afferre poſſint, niſi ſint legum cuſtodes, qui iuxta earum præſcripta vniuerſas ſuas actiones moderentur, multis nominib. laudabiles illi ſint neceſſe eſt, qui dum hiſce legibus ſeu conſuetudinibus, quæ in mores tranſierunt. §. ex non ſcripto. Inſtitu. de iu. nat. gent. & ciui. præſunt & præfecti ſunt, tanquā viuæ voces, l. nam & ipſum. ff de iuſti. & iure. Cicero libro tertio, de legib. in hoc vnum præ cæteris incumbunt, vt ſecundum earum mentem, interpretationem, & exemplum, homines non ſolum in officio contineantur, ſed occurrentia negotia, & controuerſiæ humanæ, quæ infinitæ ſunt. l. 4. ff. de præſcrip. verb. Cicero lib. 3. de finib. bono. & malo. definiantur ac ſopiantur, hoc agit Præſes in ſua prouincia. l. illicitas. §. primo. ff. de offic. præſid. hoc ſtudet quiuis iudex municipalis, qui poteſtatem a lege, l. prima. ff. de iuriſdic. om. iudic. ſeu conſuetudinis arbitrio. l. penultima. ff. de iuſti. & iure. Doctores in l. Imperium. ff. de iuriſdic. omnium iudic. recepit. Qua quidem in re animaduertere non ſolum oportet maiorum noſtrorū prudentiam, ſed & agnoſcere & venerari diuinam prouidentiam, quæ præclaros ſemper huius ſuæ politiæ fundatores, & propagatores habuit, & de ſeculo in ſeculum, viciſſitudine quadam tranſmiſit, qui dum diuini & humani iuris. l. iuſtitiā ad finem. ff de iuſti. & iure. communicationem & ſocietatem legum, qua totus terrarum orbis in vnum quaſi corpus coaluit, & perpetuis mutuiſque fœderibus iungitur. Doctores in l. prima. ff de pac. l. iuriſgentium. §. Prætor ait. ff. eod. titu. de pact. poſteris tradere & commendare voluerunt. Ad certa ſe ſe principia retulerunt, quibus recte cognitis & obſeruatis, æternitatem huius politici ſtatus, quandam inuenirent. Quid quæris? leges præeſſe voluerunt, eaſque aut conſuetudines earum authoritatem & vim habentes fore perpetuas. l. 2. ff de ſtatu hominum. Nam in rebus nouis conſtituendis euidens eſſe debet vtilitas, vt recedatur ab eo, quod diu viſum eſt æquum. l. in rebus nouis. ff. de conſtitu. princ. Plato dialog 4. de legib. Ariſto. polit. libro ſecundo, cap. ſexto, & 3. & Ethicor. decimo. Et ſolet ea mutatio legum in Republ. maximas turbas parere, & ſummis regnis, ciuitatib. & municipiis eſſe exitio, vt domeſtica exempla demonſtrant, & quotidiana experientia, multa hiſtoriarū ſerie confirmata, indies ac indies magis docet & eloquitur. Eo autem tendunt noſtræ leges, eo omnes ſapientes rerumpub. gubernatores, ſcopum dirigunt, vt in altiſſima Chriſtianæ Reipub. tranquillitate. l. vt perfectius. C. de anna. exceptio. l. ſæpe. C. de præſcript. 30 vel 40 annorum Doctores ad §. primū, & ſecundū, in procemio Inſtitu. Sit rerum hominumque inter ſe concordia, vnde efficiatur vt & perſonarum & rerū habeatur ſumma ratio, & ęqualitas. l. prima. ff. de contrahen. empt. l. prima. ff. de rerum permuta. l. 2. C de reſcind vend. Ariſto. libro quinto Ethicor. cōfeſſionis conciliatria. Nam ad hæc duo velut iuris obiecta vniuerſa iuris conſtitutio refertur. l. prima. ff. de ſtatu hominum. Perſonæ porro aut publicę, a titu. de Senatoribus ad titu. de iuriſdic. omnium iudic. l. prima §. publicum ius. ff. de iuſti. & iur. Sunt autem priuatæ, titu. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. quemadmodum & res quoque diuiduntur, l. prima § primo. ff. de diuiſio. rerum & qualitat. & tandem ipſum ius noſtrum quo vtimur, dicta. l. prima. §. publicum ius. §. fina. Inſti. de iuſtit. & iure. Ita enim a natura conſtitutum eſt, vt quædā publice, quædam priuatim tantum vtilia habeantur dicto. §. fina. & §. ſingulorum Inſtit. de rerum diuiſio. In quo quidem tractatu, ea quæ de iuſtitia commutatiua & diſtributiua ab Ethicis ad conſultos transferri poſſunt, penitus abſoluuntur & continentur. l. iuſtitia. ff. de iuſti & iure. Acceſſere hiſce legibus, ſeu pijs boniſque ſtatutis per Iuriſprudentiam. l. prima. C. de acqui. & retinen. poſſeſ. in fine, hoc eſt, iuriſprudentum interpretationum certæ quædam formulæ, regulæ & ſolennia. l. non ex Prætorio. ff. de reg. iuris. l. ſecunda. ff. de orig. iuris, ab ipſis legibus tanquam a genere ad ſpeciem deducta, q̄ & ipſæ, tanquam authoritatem iuris obtinentes, a ſubditis ad vnguem obſeruandæ ſunt. §. ſed cum paulatim, Inſtit. de reſta. l. prima. ff. de verbo. oblig. l. an inutilis. ff. de acceptilationibus. quamuis hodie non ita ſtricte. l. 1. C. de formul. & impetratio actio. ſublat. vt olim, in rigido illo naſcentium legum ſæculo & ætate, per tantam enim ſolennitatum copiam & multitudinem, ipſæ leges non minimam reuerentiæ ſuæ partem acceperunt. l. legitima. ff de pac. præſertim apud bonos, & plebem nondum extraneis artibus & incantationibus ſeductā, & ſimplicitate ſua, ab impijs hominibus deperditam. Apud illos vero qui contemptis & naturæ & legum præceptis, nihil hanc humani & diuini iuris ſocietatem faciendam autumāt, ſed veluti furiæ quædam infernales ad compiendum totius orbis loca perturbationibus emiſſæ, ab illo qui omnis diſſenſionis magiſter eſt & caput, ſubdole & vafre ad delendā & penitus extirpandam concordiam enituntur & ſummo ſtudio contendunt: de hoc ample diximus in illo libello, quem Praxim rerum criminalium inſcripſimus. l. prima. ff. de iuſti. & iure. Ariſto. libro tertio. Ethicor. apud illos inquam pœnarum horror, qui a legum ſanctionibus, iſtiuſmodi factionis ingenijs indicitur, aliquouſque valet, & timorem quendā incutit, & certis limitibus conſiſtere cogit, vt non tandem in vniuerſi orbis exitium ruant, cum non vereātur integra ſæpe regna & prouincias nefarie ſumptis armis concutere, qui violant eſ ſponſionem. l. prima. ff de legib. illam quam communis reſpublica, legibus & principi, in quem omne imperium & poteſtas collata eſt. §. quod principi. inſtitu. de iure nat. gent. & ciu. l. ſecunda. ff. de orig. iur. præſtitit, ab ea, tanquam putrida membra abſcindenda ſunt, aut ſaltem ita coercenda. l. capitalium. § famoſos, ff de pœnis, vt deſinant male facere, & alij exemplo moniti diſcant, quantum ſit peculium & compendium, honeſte viuere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere. §. iuris præcepta. Inſtitut. de iuſti. & iure. Ad quæ fęliciter colenda habes in repub. leges earumque interpretes. d. l. ſecunda. ff. de orig. iur. l. ſecunda. C. de vete. iur. enucl. perſonas ſeu magiſtratus, qui eas in dijudicandis negotiorum controuerſiarumque certaminibus publice. §. 1. inſtitu. de offic. iudic. ſequuntur. Principem ac monarcham denique, qui cum ſe legibus ſolutum ſciat, legibus tamen viuere aſſerit. l. digna vox. C. de legib. & conſtitu. princ. & edic §. finali inſtu.

de

de vulga. ſubſtitu. Atque hinc eſt, quod quidam reperiantur ſupra legem, alij in lege, alij ſine lege. Auguſti. in lib. de ciuita. Dei. Primi quidem generis ſunt principes & viri boni, ſecundi mediocres, tertij mali, quarti furioſi, prodigi, pupilli & ſimiles. Et profecto cum præ cæteris illi de quibus ſupra diximus videant, quo ordine & iuſtitiæ tenore, cuncta procedũt, quæ cum hominibus aguntur & quantum ab iniquo æquũ diſtet, l. prima. §. primo, in ver. iuſtitiam namque colimus &c. ff. de iuſtit. & iure. tum & hoc naturæ quadam ſolertia & prouidentia, Deo ſic creante, effectum eſt, vt quilibet qualis tandem is ſit, in ſe notitias quaſdam, conſulti inſtinctum naturæ appellant, vt legem quandam agnoſcat & reuereatur, dicta. l. prima. §. ius naturale. §. primo, inſtitu. de iure natu. vt ſi quis prædicta iuris præcepta violauerit, iudicio proprio condemnandus veniat, l. vnica. C. de confeſſ. Quam quidem naturæ regulam & inclinationem, prudentes eatenus extendere ſtuduerunt, & ſtudio quod ſpectarunt conſecuti ſunt, vt illa naturæ principia omnium ſingularumque legum conſtituerint fundamentum & baſim. vnicum enim præceptum naturæ eſt, omnibus notum & a natura inditum & innatum. Qđ tibi fieri non vis, alteri ne feceris. l. nam hoc nat. ff. de condic. indeb. l. non hoc æquum. ff. de reg. iur. §. ſecundo, Inſtit. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. l. in creditore. ff. de euic. Quo factũ eſt, vt Iuſtinianus Imperator princeps Chriſtianiſſimus, illorum etiam reſponſis legis authoritatem tribuent, quorum authores Chriſtum nunquam cognouerunt, & locum apud Chriſtianos in decidendis controuerſijs eſſe voluerit, l. ſeptimo menſe. ff. de ſtatu hominum, l. 2. ff. de legibus. l. antiqui. ff. ſi pars hæredi. pet. §. item pretium, inſtit. de empt. & vendit. ꝙ illi præ cæteris & naturæ præcepta riman ſint. §. cum ex aliena materia. §. ſi quis in aliena tabula, Inſtit. de rerum diuiſ. l. in rem. §. ſed & id. ff. de rei vendica. & ſecundum eam inculpatiſſime vixerunt vt quoniam natura omnibus communis & vna eſt, præceptorum quoque inde deriuatorum vſus cõmunis ſit omnium gentium. Nam de ſingulis leges ferre impoſſibile eſt, l. non poſſunt, ff. de legib. l. neque eodem titu. nec vna lex omnes caſus comprehendere poteſt, tum deinde certius inueniri nullum iudicium poteſt, quam quod natura, tanquã fundamento innititur, eaque confirmatur. §. finali inſtit. de legiti. patro. tute. l. cum ratio. ff. de bo. damna. & per rationem, quæ peræque apud omnes pollet, iuuatur, dilatatur. § ius autem gentiũ, Inſtit. de iure natu. §. ſingulorũ inſtit. de rerum diuiſio. & ad ſenſum communem traducitur Et hoc modo, de qua tandem re ſtatuendum aut deliberandũ eſt antecedẽtia & conſequentia conſiderantur & examinantur, circumſtantię librantur, arg. l. quod contra rationem. ff. de legib. l. quod ꝫ ff. de reg. iur. vt tandem hæc vniuerſalia & generalia præcepta & dogmata particularia ſtatuta, & leges in ſingulis ſpeciebus efficiant & pariant. Quod tum fieri cęptũ eſt, cum homines ſyluis & vagis locis relictis ad pagos ciuitateſque ſe contulerunt, cætus, concilia, congregationeſque ex cuiuſque familijs deductæ, conuenire cœperunt, & quibuſdam veluti interuallis ac gradibus ſuperiora naturæ præcepta, executioni mandare, & quamplurima alia ſingularia inde ad vſum publicum ꝓut quiſque ſuæ Reipub. vidit eſſe conſultiſſimum deriuarunt. l. ius autem ciuile ff. de inſtit. & iu. Atque hinc ius ciuile antiquiſſimam ſuam ducit originem, cuiuſque ciuitatis propriũ. §. ius autem ciuile, inſtit. de iure nam gent. & ciuili, ac peculiare, quod vt natura humana nunquam eſt otioſa, ſemper nouas edere formas deproperat. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure, pro loci, temporis, perſonarumque circumſtantijs, ſæpe variat, mutaturque. dicto. §. ius autem ciuile. Naturæ autem ius Immobile perpetuumque ſemper permanet. §. fina. Inſtit. de legit. agna. tute. Natura quippe in rebus humanis perpetuitatem quandam ſibi imaginata eſt, vnde eſt quod pater (quod quidem naturale nomen eſt) per liberorum procreationem perpetuo viuere intelligitur. l. liberorum ff. de verbo. & rer. ſignifica. §. finali Inſtu. de teſta. tute. Quam quidem naturæ ſagacitatem ipſa quoque ars ciuilis, quod proprium eſt huius propoſiti, imitata eſt. §. minorem natu. inſtit. de adoptionib. dum ipſos filios adoptiuos, eo loco habet, quo naturales, ſi exiſterent, quemadmodum ipſos quos in poteſtatem noſtrã arrogamus. §. in plurimis autem cauſis, d. tit. nonnunquã vero meritum erga Rempub. tantum præſtat, vt ij qui non extant, ſed pro Republi. occubuerit, perpetuo in gloria viuere exiſtimentur. §. ſed ſi in bello, Inſtit. de excuſat. tuto. Et hoc quidem ars ipſa ciuilis quoad vſque naturam ipſam velut e longe ſpectans ſequitur, per quaſdam legitimas fictiones, vtilitatis publicæ gratia legum authoritate comprobatas & inductas. §. ſi ab hoſtibus, Inſtit. quib. mod. ius pat. poteſt ſolui. §. finali & ibi Doctores, inſtit. quib. non eſt permiſ. facere teſta. Natura autem ipſa ad ſui ipſius conſeruationem, Deo ſic prouidente, produxit legitimas viri & mulieris coniunctiones. §. primo, Inſtit. de iure natur. tit. Inſtit de nupt. connubia licita, nuptias ipſo thoro venerabiles. §. ſi aduerſus, dicto titu. indiuiduam vitæ conſuetudinem continentes. §. 1. Inſti. de pat. poteſt. necnon diuini & humani iuris communicationem. l. ſecunda. ff. de ritu nupt. cum animorum corporumque diuinæ & humanæ domus, vnione, vtriuſque fortunæ ſocietatẽ. Vnde Princeps quiſque ſuæ familiæ dicitur & habetur, qui cum principatum & poteſtatem habeat in eos, qui ſuæ ſunt familiæ, hoc eſt in liberos mancipiaque. l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verb. ſignifi. natum eſt ius illud patriæ poteſtatis, & illius quæ dominis in ſeruos de iure gentium tributa eſt tit. de pat. poteſt. tit. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Et quoniã natura cuique homini inſeuerit, ſiue indiderit vt ſe partumque ſuum tueatur. l. 1. § ius naturale. ff. de iuſti. & iu. Cicer. libro primo officio. defendat, tegat, & gubernet, l. vt vim, dicto tit. & quantum fieri poteſt bonis moribus & diſciplinis imbuat, fit vt hoc ſtimulo & inſtinctu moti ipſi parentes naturaliter illis ſtudeant acquirere, omnemque ſpem in illis habere poſteritatis. l. in ſuis. ff. de lib. & poſthum. l. placet. ff de acquir. hæred. tit. inſtit. per quas perſon Et id quidem durante patria hac poteſtate. l. ſi. C. de impub. & alijs ſubſtit. quam cum contingit morte diſſolui. §. ſi inſtit. quib. mod. ius pat. poteſt. ſolui. ibi tum egregie animaduertere licet parentum affectus, quibus compulſi, cum ipſi iam per naturam filijs liberiſque ſuis, quos in omni Dei timore parentumque reuerentia, erudierunt & continuerunt, amplius viui adeſſe non poſſint, moribundi adhuc ſollicite illis de ſecundo velut parente proſpiciunt, & tutores illis conſtituunt, Inſtit. de teſta. tute. qui in locum & officium parentum defunctorum porro ſuccedũt, ſeu teſtamento, ſeu ab ipſa lege ad id muneris vocati. Naturali enim rationi conueniens eſt impuberes eſſe in tutela, vt cũ ipſi ſe per ætatem defendere nequeunt, aliorum ope ac prouidentia regantur. §. penult. Inſti. de Attili tutor. Qua in re tantum valet defuncti, quantum legis ipſius prouiſio. Cuius quidem poteſtate furioſi & prodigi in curatione ſunt agnatorũ, & mente captis, ſurdis, & mutis, quia rebus ſuis ſupereſſe nõ poſſunt, curatores dantur, §. ſecundo, Inſti. de curat. Iſtorum autem de quibus modo diximus inſtar habent, & paribus paſſibus ambulant, hoſpitalia, menſæ ſancti ſpiritus, & alia pia loca, l. Fulcinius § adeo. ff. ex quib cau. in poſſeſſ. eat. & ibi Alex. l. qui neque. ff. de reb. eo. l. properandum, in fine, C. de iudic. Authen. minoris, in fine, C. quib. dar. tuto poſt quæ pari fauore in iure noſtro excipiuntur, nec minore pręmio digni ſunt, qui hiſce locis operam nauant quam qui minorum negotia & res fideliter adminiſtrant, Bal. in l. omnes, verſic. nullus. C. de epiſc. & cleri Sed non temere quibuſuis huiuſmodi eſt adminiſtratio credenda, aut leuius committenda, prius explorandæ vires hominis, probitas, induſtria, qui fidem integram ſeruat, & ab omni turpi lucro aut quæſtu abſtinere poſſit. l. creditor. §. finali ff. manda. Nam qui animo dilapidandi, ſiue deprædandi tutelæ curæve munus aggreditur, furis, non boni viri, loco habendus eſt. l. ſi pupilli. §. ſed & ſi quis, ff. de neg. geſt. Tutores enim, curatores, ſeu alij quiuis œconomi aut adminiſtratores ſeu rerumpub. ſeu priuatarum, patrum vices obire debent. l. ſecunda ff de adminiſt. tuto. Alias fit vt dum huic muneri ſeu prouinciæ præfectus, propria commoda venatur, non modo ciuitatum, pagorumque ac municipiorum æraria extenuentur & exhauriantur, ſed etiam vt reſpub. pro locupletibus pauperes ac inopes ciues habeat. Cum tamẽ vnice reipublicæ interſit diuites habere ſubiectos, arg. l. 1. ff ſolu. matr. Quamobrem cum hoc infœlici ſęculo, pauciſſimi reperiantur, qui non mallent ſibi bene eſſe quam alteri, & ex alterius iactura ſuum quærunt compendium, multis nominibus beati ſunt illi, qui tales nacti ſunt rerum ſuarum prouiſores, & tutores ac curatores, qui nominibus, ꝙ ſunt, rebus quoq; ipſis, ac factis comprobant ac declarant. arg. l. penult. ff de iuſti. & iure. §. j. tutores Inſti. de tute. Vt ex conuerſo multis modis miſeri & deplorandi ſunt illi, qui in huiuſmodi inciderũt, qui & pupillorum minorumque perſonam. § eſt autem tutela, d. ti. l. tutor. ff. de adminiſt. tut. cuius imprimis illis cura erat commiſſa, perdunt, ſed & vniuerſum ipſorum patrimonium abſumunt, ne dicam abligurlunt. Relegandi autem illi forẽt iudices, qui tam improbis magiſtris pupillorum teneram ætatem & illorum ſæpe opimam patris hæreditatem nullo habito delectu committunt. Officium autem tutorum & curatorum, in perſonæ minoris defenſione, §. j. de tute. tit. de curatorib. eiuſque patrimonij adminiſtratione conſiſtit & perficitur. Quia vero hæc poteſtas adminiſtrandi certis & legitimis modis finitur, tit. quib. mod tute. finitur. §. fi. inſti. de Attil. tuto. nihil tum reliqui eſt, quam vt ipſi ſuæ functionis rationes reddant. l. ita autem. § Iulianus. ff de adminiſt. tut. prout hoc lex vel loci conſuetudo declarauerit. Tutorem vero ſeu curatorem, nihil eſt, quod æque deceat, quam bonorum pupilli, aut

minoris,

minoris, cōpēdiū q̃rere arg. l. j. d. tit Inſt. de auth. tut. vt magis acqrere ſtudeāt, q̃ diminuere: nō anhelent ad turpe lucrū, nō excedāt illū, quē nutriendū ſub iuro ſolenni acceperūt: non p dant illū, cuius ſe parentes ꝓfiteri debēt: Nihilominus eſt hac in re ſaluberrime ꝫ iſtiuſmodi farinæ homines a legib. nr̃is ꝓuiſum, tn̄ eſt vt legū pœnæ & ſanctiones ꝫ illos illorūq; bona executioni mandent, tit. ff. & C. de magiſtratib. ꝯuenien. ti. de heredib. inſti. l. ex, depoſiti. ff. de cond. & demon. Nā ſi male administrant, remouendi ſunt, aut dū rōnes reddunt, ita vrgēdi ſunt. p ea, q̃ officij ipſorū reqrit rō, vt nihil tolereť in illis, q nō ſit rōni aut legū diſpoſitioni ꝯſentaneū. l. tutor q repтoriū d. §. Iulianus. Ibi demum exitus acta demōſtrat, & nū ſub fide adminiſtrarint minorū bona, an ſecus: ibi amici vel affines aut iudices, q audiendis rōnib adhibenť cauti & oculati ſint oportet, vt diligēter circūſpiciāt, q d quolibet quoq; anno pupillus aut minor deductis deducendis, ſuplucrari potuerit, nū pecunia ocioſa. l. a tutorib. §. fi. ff. de admi. tut. l. 2. § ſi pupillis. ff de rui c. & rōnib. diſtrah. d. l. tutor q repтoriū. apud tutores fuerit, nū ꝯuerſa in p̄diorū coēptionē, aut ad licitū fœnus data Nā ſi huiuſmodi a tutorib. aut curatorib. p̄termiſſa fuerint ipſi luūr. Mod. Galli, ī trac. de vſur. q. 76. l. q ſine. ff. d neg. geſt. l. tutor q repтoriū. § quidā ſolent, l. nō exiſtimo. ff. de admi. tut. aut ipſorū hr̃des, aut deniq; qui tales ꝯſtituerit, ipſe magiſtratus, vt paſſim in iure eſt decisum Aut ſæpe extraordinarie in illos animaduertiť. l. 1. § itē ſolent. ff. de off p̄fec. vrb. maxime cū de illorū dolo, malitia, aut fraude manifeſtius ꝯſtat Doc. ī §. fi. Inſt. de ſuſpe. tut. vel cur. Ex qb. clarū quoq; euadit q̃to ſe ſuoſq; hr̄des piculo obſtrictos relinquūt, q hmōi munera nō mō ſępe voluntarie amplectunť, ſed anaie quoq; ambiūt, ſeſe offerūt. Enimvero & illud ꝓ coronide addēdū, illos qui ꝓutdos viros nacti ſunt tutores aut curatores, oīb modu teneri ad remunerādū illorū curā & diligentiā, q ipſos ad eū ætatis terminū duxerūt, vbi iā ſuę vitę & bonoru modū hr̄e poſſint. Maxime aūt ad teferēdū tutorib aut curatorib. gr̄am obſtricti ſunt, ſi illud adniſi fuerint tutores aut curatores, vt q̃·ū debeant ipſi porro minores, tradiri & imbuti diſciplinis intelligāt, &c. quēadmodū dn̄s Deus ꝓbis pupillis, minorib. ac viduis, ꝓbis ēt eorū patronis tutorib ac curatorib. ſemp fauiſſe legit. Ita improbos patronos tutores & curatores, cū ſimilib. pupillis, minorib. ac vidnis deteſtať, qb. & dira minať Nā q̃·ū ad ꝓbos pupillos, minores, & viduas attinet, ſic illu fauet, vt pupillorū, minorūq; pr̄ & viduarū iudex voceť, ſic ſcribente pſalmiſta, Pſ. 67. Turbabunť. ſub. impii a facie eius. i a p̄ſentia dn̄i, pr̄s orphanorū & iudicis viduarū. Quorū cām tanq̃ patronus ſuſcipit ac defendit, quēadmodū idē Propheta teſtať dicēs Pſ. 145. Dn̄s cuſtodit aduenas, pupillū & viduā ſuſcipiet, & vias pctōrū diſpdet. Et Deuter 10. dr̄ q facit iudiciū pupillo & viduę Et hoc nō ſolū, verū ēt illis nocere vetat aut aliq̃ inferre iniuriā. Sic n p Zachariā Prophetā loqtur c. 7 Viduā & pupillū, aduenā & pauperē nolite calūniari. Itē Exod. 22. Viduę & pupillo nō nocebitis. Et Hier 22. Pupillū & viduā noli te ꝯtriſtari, neq; opprimaris iniq; &c. Deinde iubet Magiſtratib & Iudicib. vt taliū cās tueanť. Iſa. 1 c. Subuenite ait oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduā Et Eccleſ 4 in iudicādo, (inq̄t) eſto pupillis miſericors vt pr̄, & ꝓ viro mr̄i illorum. Demū taliū p̄ces nō deſpicit, ſed exaudit ad ſe clamātes, ſicut Eccle: 35. c. ſcribiť Nō deſpiciet p̄ces pupilli, nec viduā, ſi effundat loquelā gemitus Nōne lachrymę ad maxillā deſcēdūt, & exclamatio eius ſup deducentē eas? A maxilla. n. aſcēdūt vſq; ad cęlū, & dn̄s exauditor delectabiť in illis. Porro aūt ſicut ꝓbis pupillis minorib. & viduis fauet, ita ēt ꝓbis ipſorū patronis tutorib. ac curatorib qb. p Iſaiā prophetā abolitionē & remiſſionē polliceť pctōrū, ita dicēs, c. 1. Quęrite iudiciū, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduā. Et venite, & arguite me, dicit dn̄s. Si fuerint pctā vr̄a vt coccinū, quaſi nix dealbabunť, & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana, alba erūt. Itē q eiuſmodi ſunt, bonū nomē apud Deū & hoies ꝓmerenť, ſic dicēte Iob c. 29. Auris audiēs beatificabat me, & oculus vidēs teſtimoniū reddebat mihi. Eo q liberaſsē pauperē vociferātē, & pupillū cui nō eēt adiutor. Et quēadmodū dn̄s ꝓbis fauet pupillis, minorib. & viduis patronis quoq; tutorib. ac curatorib. eorū: ita & improbos pupillos, minores viduas & patronos tutores ac curatores eorū deteſtať. Nā q̃·ū ad improbos pupillos, minores & viduas attinet, aſſerit dn̄s p Iſaiā c. 9 ſe nō velle illorū miſereri, pupillorū ait eius & viduarū nō miſerebiť dn̄s Illarū inq̃ viduarū, q̃ ſuę ſalutis immemores a nuptiis dūtaxat abſtinent, quo illis ſuis voluptatib. liberiua vacare liceat, quas dānat apoſtolica ſnīa 1. Tim 5 c. Et q de improbis dictū eſt viduis, idē de malis pupillis & orphanis ſentiēdū ē, q ob improbā & inſolētē, q̃ ducūt vitā, raro ad maturā pueniūt ætatē. Quātū vero ad impios ſpectat patronos, & eos q pupillos minores & viduas opprimūt q quēadmodū Iob ſcribit c. 24. aſinū pupillorū abigūt, & auferūt ꝓ pignore

bouē viduę: q vim faciūt deprimētes pupillos & vulgus pauperū ſpoliāt, horu ac ſimiliū quilibet ī eodē Propheta ſic malediciť. Maledicta ſit pars eius ī terra, nec ambulet p viā vinearū Ad nimiū calorē trāſiet ab aquis niuiū, & vſq; ad inferos pctū illius, obliuiſcať eius mīa. dulcedo illius vermes: nō ſit in recordatione, ſed ꝯterať quaſi lignū infructuoſū. Aſſerit itē dn̄s Eccleſ 35. clamorē pupillorū & viduarū aduerſus opprimētes eos, īgredi ad ſe & vindicare illos. Itē Exo. 22 Viduę ait & pupillo nō nocebitis. Si lęſeritis eos, vociferabunť ad me, & ego audiā clamorē eorū & indignabiť furor meus, pcutiāq; vos gladio, & erūt vxores vr̄ę viduæ, & filij vr̄i pupilli. Hęc & ſimilia attēdētes viri pij ab oppreſſiōe pupillorū ac viduarū ſp abſtinuerūt, & ꝓ virib. illis ſuccurrerūt, vt in Iob videre eſt q de ſe loquēs c. 29. ait. Cor viduę ꝯſolatus ſū, oculus fui cęco & pes claudo, pater eram pauperum, & cauſam quā neſciebā, diligentiſſime inueſtigabam. Sic & de beato Iuone legimus, q pauperum & orphanorum ac viduarum cauſas pro virili ſemper tueri voluit. Sic decet Patronos tutores & curatores agere, ſi minas dn̄i euadere cupiūt, & bn̄dictionē ꝯſequi ſēpiternā. Et hęc hactenus, q̄ habuim', ꝓ p̄ſatiōe p̄ſentis materię.

SVMMARIVM.

1 *Tutela ac Curatela munera ſunt periculoſiſſima.*
2 *Tutelę atque Curatelę munus eſt perſonale.*
3 *Tutela Curatelaque munus, mixtum eſt cenſendum.*
4 *Autoris admiratio, cur multi tam temerè tutelas affectent.*
5 *Tutores aut Curatores non ſunt dandi, qui pupillum, minoremq; ſpoliant.*
6 *Tutores Curatoresue fidē integrā, & ab omni lucro vacuā præſtare debēt.*
7 *Dilapidandi gratia, qui tutela curaue munus aſſumunt, fures cēſendi ſunt.*
8 *Tutor vel Curatar, cum pupilli minoriſque iactura, diſcere prohibetur.*
9 *Lex vbi non diſtinguit, nec nobis diſtinguendum erit.*
10 *Dictio (nullus) omnia vniuerſaliter negat.*
11 *Dictio (omnis) vniuerſaliter omnia ponit.*
12 *In eos extra ordinem animaduertendum eſt, qui euidenti fraude pupillorum, adultorumque negotia gerunt.*
13 *Ingratitudine nullum tetrius vitium.*
14 *Agri fertiles multò plura proferunt, quàm prius acceperant.*
15 *Experimentum quo dinoſcitur, an quiſpiam deprędandi animo tutelam curatelamue in ſe ſuſceperit.*
16 *Celans res hæreditarias falcidiæ beneficium amittit.*
17 *Tutelę curęue munus appetens, inſanus habendus.*
18 *Tutela curaue ex munere, nullum commodum oriri poteſt.*
19 *Tutelę & curatelæ adminiſtratio, perpetuò periculoſa.*
20 *Ad munera ſeu onera tardos, non veloces eſſe conuenit.*
21 *Prępropera velocitas, non raro, damnoſa eſſe ſolet.*
22 *Inuitus cogitur quiſ, tutela curaue ſarcinam ſuſcipere.*

1 Munus †officiumve tutelæ ac curæ oneri haud mediocri, periculoq; minime modico ſubiacere, nemo ibit inficias, ꝯnumerari inter munera, & dici pſonale, †qm̄ animi prouiſione & corporalis laboris intētione ſine
2 aliquo gerētis detrimēto ppetrať l. j. munerū. ad exordiū. ff. de
3 muner. & honor. atq; mixtū cēteri, q̄nquidē nec honoris, neque dignitatis, nec ēt vilis ſiue ſorditudinis q cquā in ſe cōplectiť, idq; mortales nōnullos adeo ſtolidos, imo protſus demētes, veſanoſq; eſſe ſumme admiror, q cū tutelæ ſeu curæ ſarci
4 nā p̄grandē nonnunq̄ effugere & elabi poſſint, eā maxime appetant, & affectent, & q improbius eſt, lites p̄ſerentiæ ſeu prælationis cā inſtaurāt immortales. Vnde q̄ o, hæc lis? vnde hęc ꝯtrouerſia? niſi ex huiuſmodi hominū vitio, cordiſq; cęcitate, aut a ſiniſtro quopiā genio Quid iudicij, q̄ vt opinenť ex adminiſtratione ſibi ponus, q̄ pupillis, minoribuſq; proſpecturos, q tutores, curatoreſve nequaq̄, ſed impuberū ac puberū ſpoliatores, p̄dones, (parce interim pie Lector q durius verbū
5 excidit) verius appellari merent. † Tutores, curatoreſve dari nequaq̄ debent, q pupillū minorēq; ſpoliant, vt inquit. l. qui
6 fundum. § ſi tutor. ff. pro empto. q̄nquidem fidē integrā, omniq; ab lucro abſtinentiam præſtare debent. arg l. creditor. §.
7 fi. ff. manda Nā aīo dilapidandi ſiue deprędādi, delinquendiq; gratia tutelæ, curæue munus aſſumentes, furis, minime bonæ fidei officio funguntť. l. ſi pupilli. §. ſed & ſi quis. ff. de neg. geſt. Haud diſſimiliter conſuluit dn̄s Bald. in conſ. incip. Ex dicto
8 themate inſurgunt infraſcripta dubia. † Alias. n. materia cōmittendi dolum dareť tota in adminiſtratione, & applicandi ſibi bona pupilli minoriſve grati cum iniuria, iacturaque q expreſſe nedum pupillorum, minorumq; adminiſtratoribus, ſed & omnib. maxime Chr̄i fidem profeſſis prohibetur, vetatur, vulgatiſſima ac tritiſſima S. P. Bonifacij Octaui regula, locupletari, de reg. iur. lib. 6. quam interpretationem aperto patiur dicta regula ac canon: vulgare enim dictum eſt, vbi lex non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus, iuxta triſſimā. l. de p̄tio. ff de pub. in rē actio. Nec nō. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſol ma. D. Panor. ī c. ſolitę. vlt. i no. ext. de maio. & obed. & c. Si Rom. 19. di. l. adijcere āt diſt. p̄allegatę regulę, eēt ariolari ad

eam

eam. Deinde ſuffragatur textus præfatus, in verbo: Non ali-
30 quis, quod omnium iudicio onlius æquinalet, † quæ quidem
dictio, vniuerſaliter omnia negat, ſicuti notat D. Bartolus in
l.ſi is qui ducenta.§.vtrum. in prima columna, ff. de rebus du-
31 bijs. Sicut enim † dictio omnis vniuerſaliter omnia ponit. l.
Iulianus. ff. de legatis tertio, atque gloſ. priori in l. a procura-
tore. C mand. Nec ſimpliciter quaſi ſuſpectus remouebitur,
ſed quia grauiori animaduerſione iodiget, quàm vt ſufficiat
ei ſuſpecti infamia, remittitur cum elogio, bona fide conſcri-
pto: nempe, continente eius commiſſa & perpetrata, ad præ-
fectum, ſeu magiſtratum vrbis, vt habet. l. Diuus Adrianus.
ff. de custo. & exhib. reor. & inter Græcos græciſſimus, inter
latinos quoque latiniſſimus Gulielmus Budæus in annota.
ad l. ſecundam, ff. de orig. iur. Quatenus puniatur ea videlicet
pœna, qua ſolent affici, qui vel nummis datis tutelam curam-
ue occuparunt, vel accepto præmio operam dederunt, vt nō
idoneus tutor, aut curator alicui daretur, vel conſulto, circa
edendam patrimonij quantitatem minuiſſe, vt haud dubie &
liquido ſtatuit. l. 3. §. tutor. ff. de ſuſpect. tut. & curato. Cui ad-
iungi poteſt l. prima, §. item ſolent. ff. de offi. præfec. vrb. Atq;
32 in eos extra ordinem animaduertendum eſt, maximè qui eui
denti fraude, pupillorum, adultorumque negocia gerunt. l. j.
§. item ſolent. iam illā allegata, eorum præſertim quorū vel pa
trum ipſorū ſingularem erga ſe benignitatem, perpetuis ob-
ſequijs, nulla non occaſione data reponere deberent, nullum
enim tertius vitium ingratitudine, ſiquidem beneficio pro-
33 uocati, † fertiles agros imitari debemus, qui multo plus adfe
34 runt, † quam acceperint. Cice. j. Offic. & in Cat, maio. Qua-
35 liter autem ad id † officij genus animo deprædandi acceſſiſſe
probabitur tutor curatorve, docet ſummus ille pater verita-
tis Bartolus in §. ſed & ſi qui, 2 in l. ſi pupilli, præalleg. Nempe
ſi computus ſiue reddendæ rationis tempore quid celat &
ſi lectio prætereat, tum ab initio talem animū habuiſſe præ-
ſumitur, arg. l. ſed Iulianus § proinde ff ad Maced. ſenatuſcon
36 ſul. † haud diſſimile in res hæreditarias celante, occultante,
vel ſupprimente, qui falcidiæ beneficium ea de gratia amit-
tit. l. Paulus, & l. beneficio. ff. ad l. Falcid. aſtipulatur. l. ſcimus. §.
37 illo. C. de iure deliberan. † Nemo enim niſi demens, inſanus,
huiuſcemodi munus appetet ac concupiſcet, ex quo nullum
38 commodum, nullaque † vtilitas (niſi certis de cauſis forte)
merito conſequi poteſt, ſed periculoſa ſemper fuit eſt, ac
erit tutelæ, curæve adminiſtratio, & à paucis (quod ſciam)
39 decenter geſta, † quemadmodum non obiter, aut oſcitanter,
ſed preſſius ac penitius ex ſequentibus recluderur, notumq;
40 diligenter perpendenti euadet.] † Eapropter hac in prouin-
cia, atque ſimili ſuſcipienda, ſitis frigidi ac tardi omnino, nō
veloces ac alacres, pro virium mearum portiuncula conſulo:
nam velocitas ſeu feſtinatio, vt plurimum incommodo eſſe
41 ſolet, † argu. volg. l. tutor qui reperto. §. ſi tutor. ff. de admini.
tuto. vel curat. Nec enim omnino munus hoc recuſandum,
42 quandoquidē † tutor curatorque, tutelæ curæve munus in-
uiti & repugnantes ſuſcipere cogantur, ſecundū. l. j. §. ſi quis
tutor. ff. quando appell. ſit. Cui nec diſſentit. l. nullus. j. C. de
decurio. libro decimo. Atque Iuſtinianus ad exord. tituli, de
excuſ. tut. vel cura. Inſtit. lib. j. Sed huius materiæ varia colligi
poterunt, ex diligenti conſideratione paſſuum inferius de-
clarandorum. Quare ad munus ſuſceptum redeo.

CAPVT SECVNDVM.

SVMMARIVM.

1 *Iudicum atque tutorum officium quod ſit à morte parentum præcipuum*
2 *Ad tutela ac curatela officium aſſumendi viri gnari graues & periti.*
3 *Ruſticus licet illiteratus modo ſagax, tamen ad tutelæ curæue officium admittitur.*
4 *Ruſticorum illiteratorum, vſu tamen rerum peritorum, laus & commendatio haud modica.*
5 *Ruſticorum imperitorum, adminiſtratio damnoſa, nedum infructuoſa conſpicitur.*
6 *Prouerbium, neq; natare, neq; literas nouit.*
7 *Protectorib minorum ante adminiſtrationem quid potiſſimum faciendum.*
8 *Tutores curatoreſq; iuſiurandum præbere.*
9 *Minorum vtilitati ſeruiendum.*
10 *Tutorem, aut curatorem rectū, nihil decet, quàm bonorum pupilli, aut minoris augmentationi quàm maxime ſtudere.*
11 *Tutorum, curatorumque gubernacula ſunt tutiſſima, quæ iuſtitiæ æquilibrio nituntur.*
12 *Tutores curatoreſq; in adulterinos expoſtulatio.*
13 *Tutorum curatorumque adulterinorum praxis, ſiue rectius, damnata calliditas.*
14 *Cauſſarum patroni aduocati & procuratores ad multas technas ſunt inſtructiſſimi.*
15 *Aduocati parum ſyncera conſcientia eſſe præſumuntur.*
16 *Aduocati, quales eſſe debeant.*
17 *Aduocati iuri debent ſtuduiſſe quinquennio.*
18 *Aduocati & procuratoris munus ſimul ab eodem exerceri nequeunt.*
19 *Ducis Caroli de aduocatis & procuratoribus conſtitutio.*
20 *Aduocati quales admittantur in magno conſilio.*
21 *Aduocati quales admittantur Flandriæ in conſilio.*
22 *Aduocare & poſtulare in iure dicuntur eſſe paria.*
23 *Tutores & curatores ad omnium rerum pupillarium, minorumq; repertorium conficiendum aſtringuntur.*
24 *Repertorij confectionis quæ nam ſit ratio.*
25 *Statuta ciuitatum Flandriæ in quibus iuri ſint conformia.*

Poſt mortem alterius parentis, ſcilicet pa
tris, aut matris, pu-
pilli & orphani ſub poteſtatem tutorū veniunt committen-
di, vt hi ipſorum, ipſorumque bonorū curam & adminiſtra-
tionem aſſumant, inque demortui locū hac in re ſuccedant,
eiuſque vices poſt mortē tunc ſubeant. Hic ſi pater mortem
præſentem præſagiens, certos ſuis liberis à morte elegerit tu-
tores, quorū fidei ſuos relinquendos, ſuorumque bona tutan
da concredidit: iique boni, & idonei, & irrefragabiles vide-
buntur, erunt profecto iidem per alterū parentū relictū ſer-
uandi, & ad tutelæ curam per iudicem confirmandi, vt patris
extremæ voluntati piè ſatisfiat. l. j. ff. de teſta. tut. & §. permiſ-
1 ſum. inſti. de tut. † Porro ſi pater moriturus, hoc non præcaue
rit, ſed citra vllā tutorū conſtitutionē deceſſerit, tūc ipſius al-
terius parentis relicti, ſimul ac iudicis oneri & officio incum
bit primū, & ante oīa rimari, exquirere, & ſeligere conuenit
probos, pupillis & minorib. ſubditis tutores ac curatores, vi
ros graues, circūſpectos, doctos, & rerū gerendarum peritos,
atq; oībus numeris (quantū fieri poteſt) abſolutos: quiq; hoc
munere haberi poterūt digniſſimi, ſaltē tales, qui probi erūt,
2 qui iuſti, pij, & miſericordes erunt: quiq; eius muneris, ꝙ ſu-
3 ſcepturi erūt videbunī intelligentes & gnari. † Neq; tales om
nino reijciendi ſunt quantūuis fuerint illiterati, aut idiotæ, dū
modo periti cenſebunī, ac rerū experti. l. athletæ. § de ruſticis.
ff. de excuſ. tut. l. expertes. C. de decurio. lib. 10. §. ſimiliter eo:.
inſti. de excuſ. tut. Quid. n (inquit Iuſtin. in l. certi & ibi Doct.
C. de iudi.) obſtaculi eſt hoībus, qui cuiuſdā rei peritiam ha-
4 bent, de ea iudicare? ſæpe. n. cōmodius de re familiari & œco-
nomica à quibuſdam optimis viris vſu rerū peritis, q̄ ab vllis
philoſophis, vlla in ſchola diſputatī: vti deſcribit Romanæ fons
eloquentiæ Cic. Off. lib. j. & 2. Cui aſſociabis d. And. Alcia. vi-
rū doctū ac diſertū in l. inter ſtuprū, io ſi. ff. de verb. ſign. qui ſi
hmōi non ſint, ſiniſtre & improbe munus exequenī ſuū: quo-
5 rū † adminiſtratio proculdubio, ieiuna, infructuoſa, ſterilis,
& infæcūda tandē reperietur: exēpli gratia, ſi fuerit Barbarus
quiſpiam è triuio, & fruges cōſumere natus, quiq; (ꝙ prouer-
6 bio dī) neq; natare, neq; literas nouerit, † aut in quo nullus la
bor, nulla cura, nulla deniq; induſtria ſit, quiq; ob mētis ino-
piā nequeat diſpicere q̄d facto ſit opus, talis profecto ad tute
læ, curæve munus nequaq̄ admittendus cenſebitī. Principio. n.
7 anteq̄ ad adminiſtrationē vlli admittanī, aut † auſpicenī mi-
norū protectiones, aut defenſiones operæpreciū erit, imò ne
ceſſum erit eoſdē ad ſancta eloquia ſiue ſacroſancta Dei Euā
8 gelia iuſiurandū præbere, ſeq; quo ad fieri pōt fideliter, lega-
literq; impuberū, aut adoleſcentū pſonas gubernaturos, eo-
rundēq; ſubſtantiā adminiſtraturos, vtilia quæq; emolumēta
pſecuturos, & inutilia detrimēta, ſiue dāna euitaturos, nō ſe-
cus, q̄ ſi res eſſent ipſorū propriæ in Auth. vt ij q oblig. ſe ha.
perhib. res min. §. ſi col. 6. Aequū. n. eſt, & tō, & naturæ lex po
ſcit, vt quēadmodū ipſorū patrimoniū cōſideranter, obnixe,
cōſultò, & prudēter collocāt, ita quoq; & res pupillares non
ſecus qua ſuas curēt, adultorūq; cōmodis (quorū vtilitati ſer
uiēdō ſe dederūt) perpetuò quoq; inuigilēt, & ſummā operā
9 nauent. l. vtilitatē. ff. de confir. tut. & cu. † Nec erit audiendus
ſi quis tutor, curatorve hic dicat, ſeſeq; excuſet, nō ſe à diligen
tiori curatione abſtinuiſſe, ꝙ occaſionē modūq; idoneū nō
inuenerit quo ſuū ipſius patrimonium eo tpe circūſpecte ac
prudēter curaſſe potuiſſet, notabili. l. tutor ſcdm dignitatē. §. nō
eſt audiendus. ff de admi. tut. vel cu. Intabūt præterea, ꝙ pupil
lorū bona, ſeu eorundē ſubſtantiā curabūt augmentari, am-
10 pliari, & nullo modo minui. Nihil aūt eſt, ꝙ verū tutorē, aut
curatorē æque deceat, æque ornet, q̄ bonorū pupilli, aut mi-
noris augmentationē colere, obſeruare, & in id, quā maxime
ſtrenuā operā impendere. Nihil eſt tā propriū, tamq; pecu-
liare bonis tutorib. ac curatoribus, q̄ recta iuſtitiæ trutina pu
pillorū minorumq; bona adminiſtrare. Atq; tutiſſima ſunt
11 iſtorū gubernacula, & p̄clariſſima: imò piiſſime, Deoq; † gra-
tiſſima, vtque iuſtitiæ æquilibrio innitanī, tametſi hoc præſer
tim ſæculo nequā, infeliciſſimo, inq; nullas nō technas cōpo-
ſito, fieri videmus, vt horum officia à dignis & idoneis negli-

gantur & reiectent, ab indignis vero appetant & adminiſtrē-
tur, qui ita non raro pupillorum bona regunt, vt ea aut mi-
nuant, aut extenuent, aut prorſus perdant, & in nihilum re-
digant, quod profectò magnoperè nulli non deplorandum
12 puto. † Nec id artis eſſe alicuius exiſtimo, quum id fiat cum
iniuria eorum, qui per ætatem ſeſe defendere nequeunt,
quique agnorum inſtar ſe habent, qui ſeſe laniandos, iugu-
landos, mactandos, atque excoriandos alacriter ſine balatu,
aut reluctatione præbent, ob agninam ſcilicet ſimplicitatē,
per quam non capiant, nec peruideant mortem ſibi deſtina-
tam. Ita pupillorum ætas ſimplex eſt, infirma, nulliuſque
conſilij, ſed potius multis captionibus ſubiecta, multorum-
que inſidijs expoſita, l. prima. ff. de mino. vigintiquinque an-
nis. Porro ſi quando tales pupilli ad ætatem legitimam per-
uenerint, & ſeſe male curatos, bonaque ſua peſſime guber-
nata repererint, & de his meritò conquerantur, iſti iniqui tu-
tores tum vtranque in aurem obdormiunt, vtique pingues
effecti, atque ditati pupillorum, minorumque bonis, & quod
13 deterius † eſt, ex tam nefaria adminiſtratione, immo ex tam
immiti deprædatione gratiam venantur, & gratiarum
actione ſeſe interim dignos exiſtimant, & ſi quando pupilli
adulti iuridice cum talibus tutoribus agere tentent, mirum
quantis technis, quamque inſidioſis cuniculis his reſiſtant.
14 Aduocatos enim dolouoros, † procuratores male doctos
& irreligioſos, & id genus haud diſſimiles cauſarum patro-
nos peſſimos conſulunt, qui vniuerſas orbis machinationes,
technas, aſtutias, & fucos norunt, & ea omnia quaſi in expe-
ditiſſimo promptuario cuius parata ſeruant. gloſſa teſte in l.
ab Anaſtaſio. C. mandati. textus in Authent. de exhib. reis.
§. illud quoque. colla. quinta. Vnde occ produit Baldum præal
legatam l. ab Anaſtaſio, depingere, vtque contra huiuſmodi
aduocatos, ſeu prælocutores multum ſollicitos in cauſis
plurimum conducat, quia ab iis omnia mala excogitari præ-
15 ſumuntur, dicto §. illud quoque, cum § ſancimus, ſeq. † Vnde
(inquit) aduocati præſumuntur parum conſcientiati, qui li-
tem in annos, in luſtra, imò & in perpetuum protrahant, vt
reis miſerè defeſſis, rixandique contentione defatigatis, atq;
(vt ita dicam) ad oſſa vſque depauperatis, tectius, commo-
diuſque ſua latrocinia ſuaſque rapinas peragant, & tandem
quaſi de præclara victoria & re bene geſta ſua trophæa eri-
gant, quæ ob id honeſta putant quod ſecreta, quodque apud
imperitos virtutis & gloriæ quandam ſpeciem habent. Ita-
que tales malum malo accumulant, & tandem ad inferna de-
ſcendunt, vbi perpetuis flammis exurendi cruciabuntur, vti
16 ſacræ hyſtoriæ & Euangelia apertè teſtantur. † Sed quales
eſſe debeant aduocati, quorum hoc loco obiter memini-
mus, gloſſa in l. prima ff. de poſtulan. videtur aſſerere eos non
neceſſariò debere eſſe literatos & iuriſperitos, verum Barto.
& Doctores dictam gloſſam (vt digna eſt) eijciunt, & dicunt,
17 quod aduocati † prorſus debeant ad minus ſtuduiſſe quin-
quennium, quodque debeant examinari à Doctoribus, &
eorum iuramento probari. l. nemini. C. de aduocatis diuer-
ſo. iudic. Sed hodie in pleriſque locis, potiſſimum Galliæ, non
à Doctoribus, ſed à nummorum aucupatoribus, neque in
ſcientia, neque in quinquennio, ſed in marſupio, quid poſ-
ſint, examinantur. Idem cenſuit dominus Andreas Alcia-
tus, vir percelebris, in ſua V. I. praxi. Nec obſtat, quod dicit
gloſſa de iudice: Quod iudex peritiam habere poteſt per
ſuos aſſeſſores, quod in aduocato non requiritur. Prædi-
ctam igitur legem nonnulli limitare ſtudent, illiteratos in-
quientes poſſe eſſe aduocatos in locis, in quibus ius redditur
vulgari idiomate, alias minimè. gloſſa in dicta l. nemini. C. de
aduocat. diuerſo. iudic. Quæ quidem limitatio nequaquam
efficit, vt ego à prioribus authoribus, eius gratiam deſciſcam.
18 † Præterea, nullus & aduocati & procuratoris munus ſimul
19 exercere poteſt, ſed † vnumquemque neceſſum eſt, ſua con-
ditione eſſe contentum, iuxta Ducis Caroli conſtitutionem
20 in magno ſuo concilio † optime adobſeruatam, vbi nullus
recipitur, nec admittitur aduocatus, niſi aut vtriuſque, aut
21 alterius iuris Doctor, aut licentiatus. † In Flandriæ tamen
concilio admittuntur, non ſolum Doctores, aut licentiati,
aduocati, ſed etiam practici (vt vocant) & conſuetudinarij,
etiam ſi nullo promotionis gradu, aut laurea inſigniti exi-
ſtant, qui in iure etiam poſtulantes appellantur. l. prima, § po
ſtulare. ff. de poſtulando. Huic accedit canon, Infames, verſic.
eſt autem poſtulare, tertia, quæſtione ſeptima. Prædictis
Gregorij noni conſtitutionem ſubiunges, in canone, cum
22 ſacerdotis, extra de poſtulan. † In iure igitur paria ſunt, Ad-
uocare & poſtulare, aduocati, & poſtulantes. Multa præ-
terea aduocatis ſunt perneceſſariò adobſeruanda, quæ huc
23 colligere breuitatis ſtudium non permittit. † Hoc vnum
addam neceſſarium eſſe tutoribus vt rerum omnium pupil-
larium deſcriptionem, repertorium, ſiue (vt vocant) inuen-
tarium perſcribi curent, idque ſuperioribus tutoribus, ſcili-
cet magiſtratibus, fideliter exhibeant, & eorundem tuitio-
nem, & quaſi paternam protectionem & curam ſeſe habitu-
ros ſolenniter iurent, iuxta l. tutor qui repertorium. ff. de ad-
miniſtra. & peric. tuto. vel curat. l. tutores, ſecundo. C. eodem
24 titulo, & l. ſancimus, ſecundo. C. eodem tract. † Cuius rei iſtę
poſſunt aſſignari rationes. Primo, vt omnis vitetur macula,
omniſque fraudis tollatur ſuſpitio. Deinde ne pupillorum
adultorúque bona ſeu ſubſtantiæ temporis lapſu decreſcant,
aut in vniuerſum diſpereant. Tertio vt tutores loco & tem-
pore congruis fidelem ſuæ adminiſtrationis rationem & reli-
qua reddere poſſint: iſtis aſtipulantur Cynus, & Bartolus, in
dicta l. ſancimus, ſecunda, §. omnem autem dubitationem.
Auctius & vberius Manſuerius in ſuo libello practico ad fi-
25 nem rub. de tuto. & curat. † His conformia ſunt Gandenſis,
Brugenſis, necnon aliarum Flandriæ ciuitatum ſtatuta, ſeu
ordinationes. Ex quibus aperte patet tutorem curatorem-
que priuſquam adminiſtrationem tutelæ ſuæ ſuſcipiat, ac pu
pillorum minorumque adminiſtrationi ſeſe immiſceat, obli-
gari ad certa quædam prius pręſtanda, de quibus luculenter
meminit, immo & ea obſeruari præcepit Iuſtinianus 10 l. de
creationibus. C. de epiſcop. audien. de quibus in capitibus ſe-
quentibus, quantum materia ſubiecta poſtulabit, mentio-
nem fecerimus.

CAPVT TERTIVM.

SVMMARIVM.

1 *Tutorum primum officium.*
2 *Tutoribus de adminiſtratione reddenda ratio.*
3 *Repertorium non conficiens à tutela remouendus eſt.*
4 *Tutores nonnunquam in vincula ſunt conijciendi.*
5 *Tutela malè geſtę infamia ab Imp. abſolui non poteſt.*
6 *Repertorio confecto tutores, ab adminiſtratione non ſunt arcendi.*
7 *Repertorium ſemper eſt neceſſarium.*
8 *Formalia legis ſemper ſeruanda.*
9 *Quod lex, conſuetudo, aut ſtatutum requirit, id forma eſſe præſumitur.*
10 *Quando ſolennia legis omittuntur, omnis actus ſequens corruit.*
11 *Statuta cum ſint ſtricti iuris, interpretationem non admittunt.*
12 *Forma eſt quæ legi, ſtatuto aut conſuetudini dat eſſe.*
13 *Quod lex, ſtatutum, aut conſuetudo efflagitat id prorſus implendum erit.*
14 *Hęres repertorium non conficiens, in ſuſpitionem furti rerum hęreditaria-rum incidit.*
15 *Tutores, & curatores repertorium non conficientes in ſuſpicionem furti re-rum pupillarium, ac minorum incidunt.*
16 *Tutor, vel curator dolo quicquam repertorio inſerere omittens, hæredita-riis creditoribus in ſolidum cenſetur obligatus.*
17 *Quonam pacto conſtabit hæredem fraudulenter conſcribendo in repertorio quicquam ſubticuiſſe.*
18 *Flandriæ conſuetudo, & mos, in repertorio conficienda proteſtatio.*
19 *Ex omiſſione actus, qui fieri debuit, nec ſuit factus, dolus præſumitur.*
20 *Additio proteſtationis ad tempus retrotrahitur.*
21 *Alius modus percipiendi doli in repertorio.*
22 *Defuncti filius, aut conſanguineus, ſui prędeceſſoris facta ſcire præ-ſumitur.*
23 *Tertius modus præſumendi dolum in repertorio.*
24 *Actus validus ex ſuperuenienti caſu non debet inualidari.*
25 *Proteſtatio nullius cenſetur efficaciæ, vbi proteſtans facto contrario ſuæ proteſtationi directè obuiat.*
26 *Proteſtationis materia prolixa, multiſq; periculis obnoxia.*
27 *Inuentarium haudquaquam conficiendum, cum plus ſumptus ex eo, quàm vtilitatis excreſceret.*
28 *Ceſſante cauſa, ceſſare debet effectus.*
29 *Quicquid ex cauſa conceditur, aut ordinatur, id ſecundum eam regulari neceſſum eſt.*
30 *Repertorium non conficere doli ſuſpicionem complectitur.*

Poſtquam igitur tutores futuri cun-
cta pupillo-
rum, minorumque bona ex authoritate iudicis, prætoris,
1 aut præſidis in certum ordinem, ac libellum † inuentarium
redegerint, ſtatim eadem bona acceptare, & tutanda aſſu-
mere tenentur, & omnia ſub certa hypotheca pro ſua ip-
ſorum notitia & conſcientia diſponere. authenti. ſicut. C.
2 de legiti. tut. † Et poſtea de iis debitam rationem redde-
re, ne quid incuria, ne quid fraude diſpereat, iuxta l. ſe-
cundam, C. quando mulier tute. officio fungi poteſt. l. de
curationibus, præallega. & l. finali. C. arbit. tute. Porro ſi tu-
tores inuentarium non confecerint, ſed conficere negle-
xerint, tum hi quaſi ſuſpecti ſuo ab officio ſunt remouen-
3 di, eiſque interdicenda ac prohibenda merito omnis ſub-
ſtantiæ facultatiſque pupillaris adminiſtratio: immo vin-
culis

4 culis publicis(ſi vehemens ſit ſuſpicio)afficiendi, ita dilucidè
habet l.tertia. §. tutores. ff. de ſuſpect. tuto. Quem textum
optarim omnes tutores curatoreſque malæ fidei animo dili-
genter inſculperent, & iudices eiuſdem conſtitutas pœnas
diligentius executioni mandarent. Nequaquam profectò
tot rerum pupillarium minorumque ſpoliatores ac prædo-
nes paſſim reperirentur. Quod Iuſtinianus Imperator con-
firmat in l. finali, ad finem. C. arbit. tut. ſuperaddens quod ta-
5 les poſtea perpetua † infamiæ macula notabuntur, neque ab
Imperiali beneficio vlla abſolutione huiuſmodi notæ fruitu
ri. Hic pie lector nunc tecum reputa, ſi tam deteſtanda ne-
dum Iuriſconſulto, ſed ipſi Imperatori fuerit ſiniſtra, perfi-
da, adulterinaque tutorum adminiſtratio: multò ſane dete-
ſtabilior eadem erit Deo Optimo Maximo, grauiuſque ab
6 ipſo tandem punienda. Inuentario itaque manu publica, aut
alias legitime ſignato, oblato, & præſentato ab adminiſtra-
tione nequaquam arcendi ſunt, ſecundum vulgatam l. tutor
qui repertorium l. de creationibus, prælleg. §. nouiſſime. de
ſuſpect. tuto. Inſtitu. Imper. libro primo, & l. finalem. C. de cu
7 rato. furio. vel prodi. † Itaque ex his nunc patet inuentarii,
repertorijque confectionem prorſus eſſe neceſſariam, nedũ
vtilem. Nam formale, ſeu ſubſtantiale actus adminiſtrationis
tutelæ vel curæ cenſetur, dicta l. de creationibus, & in fronte.
l. tutor qui repertorium. ff. de adminiſtra. tuto Pręterea con-
ſtat inuentarijs confectionem neceſſariam eſſe, tam iure mu
nicipali, quàm ciuili, ex iuribus præallega. Atque ideo actus
per tutorem, curatoremve geſtos nullum ſortiri effectum,
ſed eſſe inualidos, repertorio inconfecto, ſatiſdationeq; non
præſtita: forma enim in lege ordinata, ſeruari debet, & ab ea
8 non diſcedere. l. conſtitutionibus. ff. ad municipa. l. cum hi. §.
ſi prætor. ff de tranſact. complectiturque regulam notatu di-
gnam, quam huic loco inſerere haud viſum eſt inutile. Nem
9 pe † quotieſcunque lex, conſuetudo, vel ſtatutum, in quo-
dam actu quippiam requirit, & efflagitat, id formæ vel for-
male eſſe præſumitur, ita vt ſi hoc ipſum non obſeruetur,
actus omnis cenſebitur, nullius eſſe momenti, aut efficaciæ,
maxime cum forma data, ordinataque ſit ad cuiuſdam actus
10 ſolennitatem, vt in præſenti caſu. † Nam ſi ex ſolennitatibus
à lege ordinatis, quicquam omittatur, vniuerſus actus cor-
ruit, & vitiatur, l. prima. ibi, infirma enim venditio erit, ſi hæc
fuerit forma neglecta. C. de prædi. decurio. libro decimo. Cui
ſeruit. l. prima, atque. l. ſecunda. C. de fide inſtrum. & iu. haſ.
fiſc. libro decimo. Eſtque huiuſmodi actus ipſo iure fruſtra-
torius, inanis, inutilis, & plane nullius momenti, ſecundum
vulg. l. non dubium. C. de legibus. Similitudinarie vult Bar-
tolus in l. prima, ff de teſtamen. cum forma certa, & ſolenni-
11 tas ibi introducatur. † Hinc quoque de iure claret. ſtatuta
ſiue conſuetudines(cum ſtricti ſint iuris) extenſiuam nequa-
quam recipere interpretationẽ. l. tertia, § hęc verba. (quem
vulgo ad id allegant Doctores) ff. de nego. geſt & l. quicquid
aſtringendæ. ff. de verbo. obligatio. Nec enim noſtrum eſt le-
gem extendere, ſecundum. l ſi vero. §. de viro. ff. ſolu. matrim.
& per notata ad l. conſtitutionibus. ff. ad municip. forma nan
12 que in iure eſt, † quæ legi, ſtatuto, aut conſuetudini dat eſſe.
l. Iulianus. §. ſi quis. ff. ad exhibendum. Ideoque nihil de for-
ma, aut de ſubſtantialibus, ſiue ſolennibus iuris eſt omitten-
13 dum, iuxta l. Diuus Antoninus. ff. de reſtitu. in integrum. † Et
iura ſanciunt vt vbicunque lex, vel conſuetudo, aliquid re-
quirit pro forma id debeat præciſe impleri, per gloſſam in c.
14 vt circa, in verbo corporali, de electio. libro ſexto. † Et quem-
admodum hæres inuentarium non conficiens in ſuſpicionẽ
furti rerum hæreditariarum incidit, iure communi ita pręſu
mente, Authen. de hæred. & Falcid. § ſancimus, colla. prima,
quæ quidem præſumptio cum ſit iuris, certiſſima cenſetur
probatio. l. ſi tutor petitus, iuncta ibidem gloſſa. C. de peri. tu-
15 to. & l. licet Imperator. ff de lega. & fideicommiſſ. † Ita quo-
que haud abſimili ratione, tutores, & curatores in ſuſpicio-
nem furti rerum pupillarium & minorum (ſi inuentariũ non
16 confecerint) incidunt. † Si autem tutor, curator, vel etiam
hæres repertorium conficiens, quicquam inſcribi debitum
eidem inſerere, inſcribereque dolo fraudeue omiſerit, præ-
terierit, ac ſubticuerit, aut indebita, falſaque eidem inſcripſe-
rit, hæreditariis in ſolidum obligatus cenſetur creditoribus,
teſtibus gloſ. & Iaco. de Bellouiſu, in Authent. de hæred. &
Falcid. §. ſi vero non fecerit, colla. prima, Bart. in l reſcriptum.
ff. de his quibus vt indig. Salyce. & Cyn. in l. ſcimus. C. de iure
17 deliberan. & in authent. ſed cum teſtator. C. ad l. Falcid. † ſed
quonam pacto quæſo conſtabit, apparebitque hæredem do-
loſe ac fraudulenter aliquid in repertorio conſcribendo ſub
ticuiſſe? Præſens quæſtio non leuis eſt, & ſubtilitate minimè
caret, ſed ingenij acumen ſummopere deſiderat, vt cuius ha-
ctenus deciſionem pauci (arbitror) tetigere. Primo itaque
dolum fraudemque probari, & conſtare ex eo opinor, ſi re-
pertorij confectionis tempore, alias res cognouiſſe hęredem
appareat, quam quas inuentario inſerere iuſſit, aut ſi poſt
repertorij editionem, aliæ res ad eius notitiam peruenerint,
quas non ſtatim, & quamprimum in inuentario inſcribi cu-
rauerit, ſed in dolo ſuo contumaciaque perſeuerauerit, reiq;
ipſas recenter repertas, in repertorio deſcribere neglexerit,
cui ſeruit. l. ſecunda, §. circa. ff. de do. ma. & met. excep. ibi,
dolo facere, ſubſequiturque eo, quod perſeueret, & cæ. Hinc
18 † fit vt hæredes, atque hæredum, pupillorum, minorumve tu
tores, ac curatores repertorium conficientes, communiter
de certitudine rationis proteſtentur (quod quidem proteſta-
tionis genus Flandrica etiam conſuetudo recipit) vt ſi alia
bona (præter repertorio inſerta) ad eorum notitiam, cogni-
tionemque nondum peruenerint, quod ea poſtmodum in-
uentario inſeri curabunt. Quod ſi hæc poſtea ab ipſis co-
gnita minime præſtentur, ſed res recenter repertas & adin-
uentas non inſcribant, dolus & fraus in hærede, ac in hære-
dis tutoribus, vel curatoribus præſumitur, cum nequaquam
efficiant, ad quod muneris ſuſcepti, prouinciæque ratione
19 obligantur. † Ex omiſſione enim illius actus, qui fieri debuit,
& factus non fuit, dolus ſubeſſe præſumitur, & colligitur. l. ſi
procuratorem. §. dolo. ff. manda. l. tutor qui repertorium, ad
exordium crebro præallega. l. qui non facit. ff. de regulis iuris.
Quapropter eiuſmodi bona nouiter reperta, quum primum
hæredis ad notitiam peruenerint (ſi ſe à falſi ſuſpicione pur-
garum cupit) ea repertorio ſtatim addere, adiungereque te-
20 netur, etiamſi inuentarium conficiendi † tempus elapſum
fuerit, & omnem proteſtationem fecerit, quæ quidem pro-
teſtatio ad temporis retractionem tantum facit, non ad do-
li eluendi ſuſpicionem, quemadmodum placet Baldo iuriſta-
rum ſubtiliſſimo, ſummique acuminis, ac dexterrimi inge-
nij Doctori, in l. ſcimus. §. primo, ibi, item pone quod hæres
bona fide fecit inuentarium. C. de iure deliberan. qui allegat,
in argumen l. aſſe. ff. de hæred. inſtitu. Eſto enim (inquit Bal-
dus loco præallega.) quod proteſtationis nulla prorſus facta
fuerit mentio, obliuionique plane tradita, adhuc tamen re-
rum nouiter repertarum additionem, ſeu adiectionem fieri
oportere, in aperto eſt, quo hæres eo oſtendat ſeſe malum
animũ, peruerſam mentem, ac ſiniſtram intentionem haud-
quaque habere, nempe ipſas celandi, ſurripiendi, amouen-
dique res, quapropter dupli pœnam minime patitur, mere-
turque, cuius meminit præalleg. l. ſcimus. § illo. C. de iure de-
liberan. Quo quidem loco opinatur Baldus in eiuſmodi ad-
ditione proteſtationis totam inuentarij ſolennitatem mini-
me neceſſariam, cum hæc pars primi ſit inuentarij, argumen-
to illius, quod voluit. l. hæredes palam. § ſed & ſi notam ff. de
21 teſtamen. ſecundum Nico. de Matt. † Secundo etiam dolus
coniecturari poterit, ſi hęres ſit defuncti filius, aut eius con-
22 ſanguineus. † Nam huiuſmodi ſibi coniunctorum, ſuorum-
que prædeceſſorum facta ſcire, cognoſcereque præſumun-
tur. Dictum eſt domi And. de Iſer. in feud in titu. de ſucceſ.
23 feudo. ad finem. † Aut dolus etiam & fraus alio quippe mo-
do coniecturari poterit, ſi hęres omnes ſolennitates in iure
ſtatuto, aut conſuetudine conſtitutas & ordinatas, reperto-
rij ad confectionem nequaquam obſeruarit, mala enim at-
que ſiniſtra fides pręſumitur, vbi aliquo in actu ſolennitas
debita & requiſita non obſeruatur, vt dicit gloſſa in verbo,
mala fide, in l. prima. C. de fide inſtrumen. & in haſ. fiſc. libro
decimo, Bartolus in l. cum plures. § quæ bona ff. de adminiſt.
tuto. & curato. Baldus vero in authentica, ſed quum teſtator.
C. ad l. Falcid. ad quæſt. incipien. quarto ſi hęres ſubtrahat, ap-
paret contrarium velle, proteſtationem inquiens, fieri ſoli-
tam per hæredes, doli, fraudiſque præſumptionem ac ſuſpi-
cionem velle amouere. notatur ad l j. C. vti poſſid. & l. ſi duo.
ff. eodem titulo, l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. hæredemque
inuentarij priuilegio debere gaudere, etiam ſi rem quam po
ſtea reperit repertorio non inſeruit, dicens legitimè factum,
24 ex caſu ſuperueniente, † vitiari nequaquam debere, argu-
mento. l. quid ergo, in principio. ff. de his qui notatur infam.
Sed dices fortaſſis in hoc Baldum (ſi quorundam Docto-
rum vocabulo vti, nefas non ſit) iudaizare, quia cum hæ-
res proteſtatione vſus fuerit, de addendo bona, ſi quę no-
uiter repererit, in dolo ab initio fuiſſe præſumitur, conie-
cturaturque, niſi deſcribat, ſeu deſcribi ſolicitet in inuen-
tario bona nouiter reperta, quæ ad eius notitiam peruene-
rint, dicto §. circa in l. ſecunda. ff. de doli excep. propterea-
que inuentarij beneficio gaudere minime debere, immo
hęreditarijs creditoribus in ſolidum obligari, iuxta dictam l.
ſcimus. § cum igitur, & §. etſi præfatam. C. de iure deliberan.
Et ad illud quod voluit Baldus ſubtilis, quod actus vali-
dus ex ſuperuenienti caſu, non debet inualidari, reſpondeo,
Actum illum, dolum nempe hæredis, inuentarij poſt con-
fectionem nequaquam ſuperueniſſe, quia imò pręſumitur,

hæres bona doloſe, fraudulenterque celaſſe, poſtquam ea po-
ſtea in inuentario deſcribi non ſollicitauit, iuxta dictum §. cir
25 ca. † Etiam proteſtatio non valet, nullius momenti, effica-
ciæque cenſetur, vbi proteſtans facto contrario ſuæ proteſta-
tioni directe obuiat, vt habet Pontificia conſtitutio Innoc.
III. in cap. ſolicitudinem. extra, de appella. & eiuſdem in cap.
olim cauſam. extra, de cenſibus, gloſſa ſingularis & notabilis
in verbo ſine præiudicio, in cap. cum M Ferrarienſis. extra, de
conſtitut. niſi id iuſta de cauſa faceret, dicta glo. in dicto cap.
26 cum M. Ferrarienſis. † Hæc autem proteſtationis materia,
multum eſt prolixa atque infinitis periculis ſubiecta, quam ſi
profundioris ingenij quiſquam ad plenum rimari deſiderat.
Ioan. And. poſt Ioan Mona. in regula, in generali, de regu. iu.
in Mercuria. Innocen. & alios in cap. Cumana. extra, de elect.
pleniſſime Abb. Panormita. & Modernos in dicto cap. cum
M. Ferrarienſis. Bartolum, Alexandrum, atque ſequaces in l.
non ſolum. §. morte. ff. de ope. no. nuncia. legendos omnino
conſulo. Nec prædictis refragatur, quod obijcere poſſet ſpino
ſus quiſquam, in inuentario conficiendo, ſumptus plerunque
maximus fit, quique hæreditatis portionem exhaurit. hinc
ait ſummus ille Bartolus (quem iuriſperiti pro numine co-
lunt) per tex. l. Mediterraneæ. C. de anno. & tribu. lib. decimo.
27 † haudquaquam inuentarium conficiendum, cum plus ſum-
ptus fieret, quam vtilitatis adferret. Idem habet Pyrrhus in
conſuetud. Aurelianen. tim. de ſucceſſ. capitulo 18. conſequi-
tur inuentarij confectionem tutori, ac curatori adminiſtrare
cupientibus minime pernecessariam, nec administrationis tu
telæ vel curæ ſubſtantiale vel formale dici huius obiectiun-
28 culæ facilis eſt ſolutio, ex illa vulgara iuris theorica, † ceſſante
cauſa, ceſſare debet & effectus, quę elicitur ex. l. generaliter.
C. de epiſco. & cleric. quam expreſsè ponit S. P. Innocen. III.
vulgato in cap. cum ceſſante. vbi Docto. extra de appella. cui
concordat idem Innnocent. III. in cap. magnæ deuotionis,
extra, de vo. & vo. redemp. ideo cum ceſſet hoc caſu cauſa fi-
nalis confectionis inuentarij, quæ eſt pupilli, minoriſque vti-
litas, ceſſare debet & effectus, qui inuentarij confectio eſt.
Neque enim ob pupillorum, minorum, aut aliarum huiuſce-
modi perſonarum damnum, incommodum, ac detrimentū
ſanxerunt leges inuentarium conficiendum, ſed potius ob
eorum commodum, emolumentum, & vtilitatem, dicta l. de
29 creationibus. cum ſimilibus. † Prætetea quicquid ex cauſa
conceditur, iubetur, ſiue ordinatur, id ſecundum illam regu-
lari neceſſum eſt. Bulga eiuſque ſequaces in l. prima, colum.
30 18. ff. ſolu. matrimo. ergo, &c. † Clarum, perſpicuumque enim
eſt, quod non conficere repertorium (caſu præallegato exce-
pto) ſit dolus præſumptus. l. tutores, ſecundo. C. de adminiſt.
tuto. vel curato. & dicta l. tutor qui repertorium. Suaderem
tamen dicendum, quod tutor, aut curator, qui ſemel tutelæ,
vel curæ adminiſtrationi repertorio inconfecto ſeſe immiſ-
cuerit, reiiciendus, & nequaquam admittendus veniat, quia
præſumitur dolus ex vno facto, ſuſpicione non carente. Atq;
hanc interpretationem recipit Vlpianus, aduerſus ſiniſtros &
adulterinos tutores ac curatores diligenter obſeruandus, in
l. 3. § tutores qui repertoriū non fecerunt. ff. de ſuſpect. tuto.
vel curat. Secus erit in eo qui ſe immiſcuerit, licet enim iam
diu tutor, aut curator factus fuerit, nullus tamen de eo do-
lus præſumitur.

CAPVT QVARTVM.

SVMMARIVM.

1 *Repertorij conficiendi tempora, intra atq; poſt quæ, ad id tutor, & curator compellantur.*
2 *Gandenſium ſtatutum de repertorij exhibitione.*
3 *Brugenſium ſtatutum.*
4 *Hyprenſium ſtatutum.*
5 *Franconatum, ſeu Francoſtarum, hoc eſt, Liberorum ordinatio, & ſtatutum.*
6 *Curtracenſium ſtatutum.*
7 *Aldenardenſium ſtatutum.*
8 *Repertorij cōficiendi tempus legale, ſtatutarium, ſiue conſuetudinarium, an per iudicem abbreuiari queat?*
9 *Lex ſupplet, quod homines omittunt.*
10 *Dominium transfertur in legatis & fideicommiſſ ſine traditione.*
11 *Dominus nequit vnius anni & diei terminum diminuere ad inueſtituram petendam.*
12 *Tempus ad repertorium conficiendum ſtatutis ordinatum non minuitur.*
13 *Legis factum iudex ex ſui capitis æquitate reuocare non poteſt.*
14 *Repertorij confectio, quando à teſtatore remitti poteſt, & quando non.*
15 *Quando iudex teſtatoris imperata non ſeruans, teſtatoris tamen voluntati non aduerſatur.*
16 *Caput rationis reddendæ, eſt inuentarium.*
17 *Inuentaria quare principaliter introducta ſint.*
18 *Fruſtra ſunt inuentaria, vbi ratio non redditur.*
19 *Inuentarij & rationis remiſſio, quando eſt valida.*
20 *Inter dare materiam, & tollere materiam, quod ſit medium.*
21 *Remiſſio inuentarij à teſtatore facta, quando ſit inanis, & inualida.*
22 *Infidelitas tutoris ob remiſſionem non manebit impunita.*
23 *Tutores ad rem attentiores ſunt, quàm ad præſtitum iuramentum.*
24 *In remiſſionem teſtatoris variæ diſtinctiones.*
25 *Repertorium hæredis, an per teſtatorem remitti valeat? remiſſiue.*
26 *Quando remiſſio, & ſtatuta concordant, quid iuris.*
27 *Quando remiſſio, & ſtatuta ſunt contraria, quid iuris?*
28 *Prætor ex cauſa, repertorij confectionem remittere poteſt.*
29 *Statuto Flandrico tutor ſine diſcrimine ad repertorij confectionem aſtringitur.*
30 *Cui repertorium exhibendum?*
31 *Loci conſuetudo, vel ſtatuta ad obſeruanda.*
32 *Flandriæ ſtatuta de exhibitione inuentarij.*
33 *Senatorum pupillorum variæ appellationes.*
34 *Brugenſium conſuetudo inuentaria exhibet etiam coram notario, aut ſcriba iurato.*
35 *Inuentaria nonnunquam falſa, ſubdola, & illuſoria.*
36 *Qui dolo vſus eſt in inuentario, in integrum reſtitui non poteſt.*
37 *Dolus & fraus nemini patrocinari debent.*
38 *Negligentia craſſa & ſupina dolo æquiparanda.*
39 *Contra charitatem faciunt, qui aliis faciunt, quod ſibi fieri nolint.*
40 *In integrum reſtitui non poteſt, qui fraudem commiſit, niſi abſolutionem prius ab epiſcopo impetret.*
41 *Abſolutio à iuramento non eſt concedenda temere.*
42 *Epiſcopus non debet eſſe author periurij.*
43 *Res ſeu negocium cum tempore factum conſulto & deliberato effectum præſumitur.*
44 *Vtrum in abſolutione à iuramento requiratur partis citatio, cuius intereſt.*
45 *Ea ſequenda, quæ veriora, quæq; ſenſui & rationi hominis magis accommoda videntur.*
46 *In iudicio, quaſi contrahitur.*
47 *Iuramentum obligatorium non debet reuocari, niſi vocata parte.*
48 *Nil debet fieri in præiudicium abſentis.*
49 *Iuramentum multa operatur.*
50 *Abſolutio non debet fieri, niſi cauſa cognita.*
51 *Epiſcopus non poteſt abſoluere, cauſa non exiſtente.*
52 *Cognitio cauſæ adhiberi non poteſt, parte non vocata.*
53 *Abſolutio facta, non vocata parte, eſt nulla.*
54 *Communis opinio tenenda.*
55 *Abſolutio à iuramento eſt inefficax ſi ſummo Pontifici fuit obreptum in illius impetratione.*
56 *Statuta* { *Gandenſium.* / *Brugenſium.* / *Hyprenſium.* / *Curtracenſium.* / *Aldenardenſium.* / *Aloſtenſium.* } *De certo tempore inuentarij exhibendi.*
57 *Cautela circa repertorij confectionem.*

Pro huius itaque materiæ apertiori ampliori-
1 que explicatione, inquirendū eſt de inuentarij, repertoriq;
conficiendi, exhibendiq; quo tempore, nēpe intra quantū tem-
poris ſpatium id tutores conficere debeant, & ad hoc com-
pelli poſſint. Huic quæſtioni faciunt ſatis glo. in verbo, mox
in l. tutores, ſecundo. C. de adminiſt. tuto. vel curato. ac poſt
eam ibidem Cyn. Barto. & alij iuris interpretes, ponderantes
tex. in verbo mox, id eſt, confeſtim, quamprimum, & ſtatim
niſi rationabilis, neceſſaria, vel iuſtiſſima cauſa inuentarij cō-
fectionem remoretur, eo enim caſu inuentarij exhibitio-
nem differre fas eſt & integrum. l. tutor qui repertorium, pæ-
pauſcule præallegata, vbi copioſè Bartolus inter iuris inter-
pretes præcipuus, huic ſeruit. l. ſecunda, §. confeſtim ff. ad ſe-
natuſconſul. Tertul. cuius verba ſunt hæc. Confeſtim autem
ſic erit accipiendum, vbi primum potuit, id eſt, prætoris co-
piam habuit & cæt. Accedat. l. ratum. ff. de ſolu. & libera. qui
exponit verbum mox, id eſt, quam primum, & ſubiungit, ſed
hoc cū quodam ſpatio temporis accipi debet, nec minimo,
nec maximo, quod magis intellectu percipi, quam locutione
exprimi poſſit, vulgata l. quod dicimus. ff. de ſolut. & liberat.
2 † Gandenſium vero ſtatuto, ſeu ordinatione (vt & infra quo-
que dicetur) quadraginta dies, ad repertorij editionem decre-
ti ſunt, ſub pœna ſiue mulcta decem librarum (vt vulgo apud
Flandros appellitant) Pariſienſium, quarum vnaquæque ſum-
mam decem ſtuferorum (ſi vulgi vti vocabulo liceat) com-
plectitur. Prætetea, vt arbitrio Decurionum, ſiue (vt vul-
go)

3 go) Scabinorum, puniantur. Brugenſium ſtatutis vnius men
4 ſis interuallum ſub ſimili prædicta mulcta decernitur. † Hy-
prenſium vero legibus quadraginta dies dantur, ſed ii tantū,
à tempore præſtiti per tutores, aut curatores iuramenti, nu-
merandi: atque hoc ipſum ſub pęna trium librarum Pariſien
ſium, per quemlibet tutorum, aut curatorum incurrenda,
5 † Francorum, ſeu Francoſtarū ſtatutis & plebiſcitis ſex heb-
domadarum tempus præfigitur, ſub mulcta arbitraria, quod
tantum tempus ipſis tutoribus ob rerum explicandarū diffi-
cultatem parum ſufficere videbitur, longioris temporis pro-
rogatio prorſus ab ipſis ſenatoribus Franconibus requiren-
6 da & impetranda fuerit. † Curtracenſium vero ſtatutis vigin
ti ſeptem dierum ſpatium præſcribitur, ſub pœna trium li-
brarum Pariſienſium, quod tamen nonnunquam ex cauſa
7 eſt prorogabile. † Aldenardenſium ſtatuta ſex hebdomadas
decernunt, ſub mulcta quinquaginta librarum Pariſienſiū,
idque ſine alia vlteriore dilatione, niſi fortaſſis dignior, ac po
tior alia ratio eam prorogationem legitima ex cauſa expo-
ſceret, quo caſu talis prodductio temporis, ipſis minimè dene-
ganda erit, ſed eadem ſemper ſub mulcta ad inuentariū con-
ficiendum legitimè concedenda. Prædictarum Flandriæ ci-
uitatum ſtatuta in inuentarij exhibitione ſequuntur pleræq;
ciuitates minores, & pagi ſinguli, quibus ſubiectantur. Ha-
rum ciuitatum & pagorum nomina aliaque Flandriæ terri-
toria expreſſe licebit cernere in chronicis rerum Flandrica-
rum doctiſſimi viri domini Iacobi Meyeri. Quo lectorem
his de rebus plura cognoſcendi cupidum remittimus, ad re-
liqua properamus. Ac primo hic mihi occurrit & alia quę-
8 ſtiuncula, huic loco minimè extranea. † Nempe, an prædi-
ctum repertorij conficiendi tempus legale, ſtatutarium, ſiue
conſuetudinariū per iudicem, prætorem, aut præſidem (cau-
ſa cognita) abbreuiari valeat? Omiſſis in vtranque partem
argumentis, quæ adduci potuiſſent, deſtructiuę negatiuęque
parti cenſeo adhęrendum, quoniam legale, ſtatutarium, aut
conſuetudinariū tempus non minuitur, diminutioniſque in-
capax cenſetur: imo ſi iudex, prætor, aut præſes id minueret
à lege, ſtatuto, aut conſuetudine ſuppleretur. l. ſi ſe non obtu-
lit §. ſi quis. ff. de re iudi. Sicuti claret ex authentica, hodie. C.
de appellat. & ex tex. vnde dicta anthen. deſumpta eſt, In Au-
thentica de appella. & infra quę temp. appel. debeat. §. primo,
colla. quarta, conſtitu. ſecunda. Necnon ex l. ſuperuacuam. C.
de temp. in integ. reſtit. peten. † Certum enim eſt legem ſup-
9 plere, quod omittit homo, ſicut in libertate, vt per vniuer-
ſum titu ff. qui ſine manumiſſione ad libertatē perueni. Item
10 † in legatis & fideicōmiſſis, in quos ſine traditione dominiū
transfertur. l. à Titio. ff. de fur. in ſimili dominus nequit vnius
11 anni & diei terminum diminuere, ſiue abbreuiare ad inueſti-
turam petendam, ſecundū Andream de Iſernia in capitulo
primo, quæ fuit prima cauſa benefic. amitten. Ideoque non
poterit dominus vaſallum cogere ad dictam inueſtiturā pe-
tendam infra annū & diem, atque ad fidelitatem præſtandā,
argumento. l. ſiue pars. C. de dilationibus, & §. in diem, de ver
bo obligatio. Ratio, quum id temporis videatur eſſe in ipſius
vaſalli fauorem, argu. l. eum qui calend. §. quotiens. ff. de ver-
bo. obligati. & l. cum tempus. ff. de reg. iu. Ita tenent Andreas
de Iſernia, Aluaro. & Nico. de Neapo. Atque hoc ipſum ali-
qui tot ibidē modis reſtringunt, ac limitant quos (ſi lubet) vide.
12 † Simili quoque ratione prædicta tempora ex ſingularū ciui
tatum Flandriæ ſtatutis introducta, & ordinata ad repertorij
confectionem nequaquam præueniri, nec diminui debent,
potiſſimū quod ea tempora ex legitimis cauſis ita inſtituta &
longa conſuetudine obſeruata videantur, in fauorem & gra-
tiam non tantū pupillorū, ſed etiam tutorum, ad inuentario-
rum confectionem obligatorū, ne inuentaria inique præci-
pitent, ſed ea decentius ac plenius conficiant. Huic opinioni
negatiuę etiam aſſentitur D. Bal. in l. ſcimus. §. cum igitur, in
tertia columna. C. de iure deliberan. vt hinc etiam clarū eua-
13 dat iudicem legis † factum ex ſui capitis æquitate reuocare
non poſſe. Sciſcitari hoc loco etiam lubet, nū inuentarij con
14 fectio à teſtatore remitti queat? † Hanc interrogatiunculam
pauciſſimis verbis omiſſa argumentorum & allegationum
pompa abſoluero. Reſpondeo igitur affirmatiue cū Iuſtinia-
no in l. fina. §. illo procuidubio, ibi, niſi teſtatores qui ſubſtan
tiam tranſmittunt, ſpecialiter inuentarium conſcribi vetue-
rint. C. arbit. tute. gloſ. eſt notabilis & ordinaria in l. tutores,
ſecundo, in verbo publicarū, ad fin. C. de adminiſtra tuto. vel
curat. idem ſentit glo. in verbo, non fecerunt. in l. tertia, §. tu-
tore. ff. de ſuſp. tutorib. & curato. & l. tutor qui repertorium,
ſępenumero pręalleg. Si tamen tutor, aut curator iudici ſuſpe
ctus eſſet, & ob aliquam iuſtam & latentem cauſam ipſi te-
ſtatori in perſona tutoris, aut curatoris electa, & conſtitu-
ta incognitā, iudici vero notiſſimā, aut ſuſpectam, eo caſu iu-
dex (non obſtante teſtatoris decreto & expreſſa voluntate
contraria) tutorē ad inuentarij confectionē compelleret, &
non quid teſtator ſtatuiſſet, ſed quid pupillis expediret, obſer
uaret, & eorū vtilitatem, & commodū prudenter proſeque-
retur, iuxta l. in confirmando, & l. vtilitatē. ff. de confirman.
tuto. vel curato. l. quidā decedens. §. Papinianus. ff. de admi-
15 niſt. tuto. vel curato. † Atque hoc faciens iudex, contra teſta-
toris voluntatem facere non cenſebitur, quod teſtatoris vo-
luntas non ſpectet in remiſſione inuentarij pupillorū ſuorū
vllam circumuentionem, ſed tantū hoc ſpectat ne patrimonij
ſecreta, id eſt opulentia rei familiaris, aut eiuſdem tenuitas,
aut occultū æs alienū contra voluntatem ſuā perfide pandan
tur, diuulgentur, atque in ora omniū rapiantur, quū ſtatum
rei ſuæ familiaris etiam poſt mortē ſuam velit eſſe omnibus
ſecretū. Quod & æquiſſimū & magnopere probandū vide-
tur. Ideoque hoc ipſum quoque prudenter ſtatuitur in l. 2.
C. de alimen. pupil. præſt cui nec diſcrepat. l. ſecunda. C. quan
do & quibus quarta pars debe. libro decimo, quo in loco re-
pertorij confectionis prohibitio non fraudē, aut circumuen-
tionem, ſed pupilli minoriſue commodū, emolumentum, &
vtilitatē reſpicit, cuius meminit Cyn. in l. fina. C. arbit. tute. &
D. Signorollus de Homodeis conſilio 110. incipien. Teſtator
in teſtamento tutores. Cæterū quoties teſtator tutorem fu-
turū ab inuentarij confectione abſoluit & remittit, ſimul cū
hoc teſtatores à reddendæ rationis onere abſoluit & remit-
tit. Et ſi à reddenda ratione abſoluit, etiam ab omni ſolicitu-
dine & vinculo inuentarij conficiendi liberat, ob id quod ca
put & fundamentū rationis reddendę ſit inuentariū. Vt dicit
Bal. in l. cū tale, § primo, de conditio. demonſtra. Ange. con-
16 ſilio 144. ad † finem. qui allegat. l. tutor qui repertoriū, de ad-
miniſtra. tuto. vel curato. Iaſon in l. Marcellus. ff. ad Trebellia.
Ita quod inuentaria principaliter propter rationes ſint intro-
17 ducta. Bened. de Peruſio conſilio 149. in ſexto dubio, quum
dicit, quod is qui ad rationem reddendā non obligatur, per
conſequens etiam non tenetur ad inuentariū allegat. l. orpha
notrophos. C. de epiſ. & cle. cum ſimilibus. Idem docet Spe.
in titu. de inſtrumen. edi. §. nunc aliqua, verſic. ſed an ſimplex,
18 quinta charta mihi. dū voluit † fruſtra fieri inuentaria, vbi ra
tio non reddatur. Et idem Iaſon in l. nemo, in ſecūda lectura,
columna 11. verſic. adde bonū ſimile, de legatis primo. Con-
ſequitur igitur, quod remiſſo onere d. rationis reddendæ,
19 etiā inuentaria remiſſa cenſeantur. † Porro quoties in perſo
nis tutorū iudici nulla obrepit ſuſpicio mali, aut futuræ frau-
dis, atque teſtator prius tutorem ab inuentarii confectione
voluerit eſſe liberū & remiſſum, ob certas cauſas ipſum teſta
torem mouentes, tunc iudex contra talem non poterit exci-
pere, nec ipſum ad inuentariū compellere, ſed liber & remiſ-
ſus erit, eo caſu tutor ad inuentarium exhibendum & ad ra
tionem reddendam. Signorollus conſilio 144 ad fin. qui alle
gat. l. quidam decedens. de adminiſtra. tuto. & curato. facit. l.
cū ſeruus & dicta l. cū tale, §. primo, ibi glo. de conditio. & de-
monſtra. Nec ſequitur (tametſi quidam ſecus opinentur) re-
pertorij, inuentarijve confectio, furandi deprædandique ma
teriam & occaſionē tollit, ergo eius prohibitio producit con
trariū & oppoſitū, nempe furandi deprędandique materiam,
quod lubens fateret, ſi hęc contraria eſſent immediata, nā op
poſitū in oppoſito operari debet, quod propoſitum in propo
ſito, ſiue diſpoſitum in diſpoſito. Ariſto. teſte quinto Ethic.
& l. quod merces. §. vis maior, & quod ibidem notatur. ff. loc.
20 † Sed in hoc loco, inter dare materiam, & tollere materiam,
datur mediū, ſcilicet nec dare, nec tollere materiā, quemad-
modū dicimus, quod interdum lex confirmat, nonnunquā
reſiſtit, interdū eſt mediū, quod nec confirmat, nec reſiſtit,
ſicut notatur in l. poſt mortem. ff. de adopt. & in l. ſtipulatio
iſta. §. alteri. ff. de verbo. obligatio. l. prima, §. ſcientiam. ff. de
21 tribut. actio. & in l. culpa caret. ff. de reg. iu. † Ex habitis igitur
hactenus clarum ac manifeſtū euadit, vt quoties iudici con-
ſtat tutorem eſſe talem, qui ob inuentarij remiſſionem inui-
tetur ad peccandum, & fraudem peragendam, quod tum ina
nis erit & inualida prorſus teſtatoris, aut prohibitio, aut re-
miſſio ad repertorij confectionem. At quoties hoc iudici nō
conſtat, nec de tutore ulla ſiniſtra concipitur ſuſpicio, tum
teſtatoris remiſſio firma erit & valida. Nec ob id quippiam
ſiniſtri, aut fraudulēti ſuſpicandū eſt, de tali bono tutore. Nec
talis ēt tutor ob id ſibi quippiā infidū atq; nefariū in ſua futu
ra tutela promittere debet. Quis. n. adeo rationis expers repe
riri poterit tutor, aut curator qui, etſi repertoriū cōficere nō
obligaretur, quia aut à teſtatore certis, iuſtiſq; de cauſis remiſ
ſum, aut prohibitū eſſet, geſtorū rationē atq; reliqua exigi à
ſe non deberi exiſtimet, & ſibi perſuadeat, quinquidē ad ratio-
22 nē, & ad † reliqua modis oībus, medijs, & vijs melioribus, qui
bus vtile, decens, ac neceſſarium videbitur, a iudice compel-
letur, ſi vlla doli ſuſpicio iudici ſuboleuerit, qui dolum malū
ac quoduis delictum in adminiſtratione ipſa commiſſum

nunquam ſinet eſſe impunitũ: multò magis ſuberit punitio-
ni ſi fraudis commiſſæ certa argumenta & indicia appareant.
Tum enim mea quidem ſententia (aliorum tamen iudicio
meliori ſemper ſaluo) pœnam præterea periurij omnimodo
incurrit, neque ad ea excuſari aliquo etiam fœliciſſimo mor
talis ingenio poterit, vti dilucide & manifeſte claret ex bis,
quæ ſuperius tradidi ad iuramenti materiam, vbi oſtendi pu-
23 pillorum, adultorumque † protectores attentiores longe
eſſe pecunijs numerandis, quàm perpendendis diligenter, ac
enixe maſticandis præſtiti iuramenti verbis, quod profecto
boc noſtro infeliciſſimo ſæculo impenſe deplorandum arbi-
tror. Nec me latet hodie reperiri paucos huic oneri & tam
claræ prouinciæ aptos & idoneos, ſed contra innumeros qui
id officij ambientes, principia, media, & etiam finem plane
ignorent: ideoque huic muneri non multo habiliores, aut
aptiores vacca. Sed ad inuentarij remiſſionem redeamus.
Baldus exactiſſimi vir iudicij, perpendens teſtatoris remiſſio-
24 nem poſſe à ſtupore mentis proficiſci, † aut ab animo parum
prudenti, quo caſu contingeret ſæpe talẽ remiſſionẽ eſſe ini-
quã & à vera, ac iuſta ratione alienã. Quocirca tales remiſſio-
nes diſtinguit & limitat hoc modo. Niſi teſtator aberraue-
rit ſine vlla cauſa, aut cum cauſa, ſed inſufficiente & illegiti-
ma, inuentarij confectionem, editionemque remittendo.
Eo enim caſu (teſtatoris remiſſione ſine probibitione non
repugnante) iudicis erit officium, vt tutorem, & curatorem
ad inuentarij confectionem cogat, aſtringat, maximè ſi de eis
vlla ſuſpicio exiſtat, quod de pupilli & minoris ſubſtantia
quicquam tutores curatoreſue ſint ſuppreſſuri, argu. l. penul-
timę. § primo. ff. vbi pupil. edu. deb. & l. defenſionis facultas,
alias facultas. C. de iure fiſci, libro decimo, Bartolus iuris in-
terpretum æquiſſimus, ſuis in commentarijs ad l. nemo po-
teſt. ff. de legatis primo, hanc limitatiunculam etiam inſe-
quitur, & approbat etiam in tutore, & curatore teſtamenta-
rija, quum remiſſionem, aut prohibitionem apparet eſſe pu-
pilli & minoris vtilitati, emolumentoque contrariam &
repugnantem. Tum enim iudex ſeu prætor talem remiſſio-
nem nullo modo obſeruare, aut obedire cogitur, argum. l. in
confirmando, & l. vtilitatem. ff. de confirman. tuto. vel curat.
Bartolus in l. finali. C. arbit. tute. Angelus ſuis in conſilijs, con
ſilio 144 incipien. reuocatur. Sit igitur perbreuis huius ma-
teriæ diſtinctio, talis. Nempe ſi iudex ſeu prætor repertorij
confectionem pupillo ac minori damnoſam eſſe perſpiciat,
defuncti teſtatoris voluntatem non inſequetur, iuribus præ-
allegat. alias vero eam ſequi neceſſum eſt, legibus etiam præ-
liba. Cynus ſuo more in l. finali §. illo proculdubio. C. arbit.
tutelæ. penè ſimili vtitur diſtinctione, eaque non aſpernan-
da, vt qua plurimorum obiectiones refellentur, multaque
dubia recluſa palam euadant. Scilicet cum teſtator quid fa-
ciendum remittit, tunc ea remiſſio, aut damnoſa erit teſtato-
ri tantum, aut hæredi tantum, aut vtrique, aut neutri, aut cer-
te vtri ſit damnoſa futura dubium apparet. Primo caſu &
quarto, licita eſt remiſſio. l. ſecunda. C. vt in poſſeſſ. legat. vel
fideicommiſſ. Secundo vero caſu illicita cenſetur remiſſio,
iuxta. l. primam C. de vſufructu & habit. Quarto caſu, incer-
titudinis ac dubij ratione teſtatori conceſſa eſt remiſſio, cũ
veriſimile ſit teſtatorem ſui bæredis vtilitatem deſiderare,
velleque eum ſcire patrimonij ſui vires, boc pacto intelligit,
dicta l fina. Diuus. Iaſon vero in l. nemo poteſt, præallega. in
decima columna, ait minimè ſat eſſe teſtatorem repertorij
confectionem tutori ac curatori remittere ac exonerare eos
à reddenda ratione, ſed expreſſe eum vetare & prohibere ne-
ceſſum eſt, quod quidem firmat & corroborat. l fina. C arbi.
tut. Hæc autem ſententia, an æquitati ac veritati innitatur,
præallegato loco diſputat ac diſſerit, ad quem compendij gra
tia vnumquemque eius diſputationis prolixioris auidum re-
mitto. Huic Doctori' adiungetis & aſſociabitis Andr. Bar-
ba. conſilio quadrageſimoſexto, incipien. Clementiſſimi, in
tertia columna, ſecundo volumi. & dominum Alexandrum
conſilio 72. incipien. Præfatos tutores, in ſecunda columna,
& do. Ioan. Sanſon ſuis in gloſſem. in conſuetud. Turon. titu.
Des tuteurs, & curateurs, artic. ſecundo, fol. 207. & Boerium
ſuis in Apophthegmatibus in conſuetud. Biturigum, titulo,
de conſuetu. iur. ſtatus, perſona. §. ſeptimo, in glo. Hæc enim
conſuetudo videtur probanda, vt quę habet ac continet de-
ſcriptionem bonorum fieri omnino oportere, dicta prohibi-
tione non obſtante. Atque bæc ipſa etiam mihi magnope-
re placet, ob pupillorum, minorumque (quam in ſe comple
25 ctitur) vtilitatem. † Præterea quæſtio hic oritur, an hæredis
repertorium, ſeu inuentarium per teſtatorem remitti valeat.
Hanc quæſtionem decidere non eſt præſentis inſtituti, quod
eius cauſa liceat ad Bal. confugere, qui illius meminit in l. fina.
§. cum igitur. C. de iure deliberandi, & conſilio 273 ſecun-
do libro. Ioan. And. in addit. ad Specu. in titulo, de inſtrumen.
edi. §. dicto, ad exordium. Sed in boc caſu alia ſuboritur quę-
26 ſtio. iſthæc. † Quid ſi ſtatuto municipali, vel iure conſuetu-
dinario caueatur, non aſtringi ad repertorij confectionem tu
tores & curatores, an ea gratia tunc excuſatione gaudebunt,
& liberi erunt, vt nullam in pœnam ſiue mulctam incidant re
pertorio inconfecto? Sunt qui affirmatiuæ parti hic inſiſtant,
argumento. l. ſi ſine. §. Lucius. ff. de adminiſtra. & pericu. tuto.
27 & curato. & l. tutor qui repertorium, prællega. † Porro ſi ſta-
tuta ſint contraria, quid iuris tunc erit? boc eſt. Si ſtatutum
complectatur, ſiue lege municipij cautum ſit, tutorem cura-
toremque ad confectionem repertorij obligari, & teſtator
remiſerit, nunquid ſtatuto obediendum erit? an potius vo-
luntati teſtatoris parendum? His duabus potiſſimum quæ-
ſtionibus, neque inhærere, neque eas tanquam tractabile co-
rium magno cum apparatu extendere volui, oleum & ope-
ram perditurus. Nam Gandenſem, Brugenſem, Hyprenſem,
Curtracenſem, Aldenardenſem, & aliarum Flandriæ ciuita-
tum populum ſapientiorem longe & prudentiorem cerno
& reperio, quam huiuſmodi ſtatuto, dictamini rectæ ratio-
nis contrario & repugnanti conſentiret, aut eo vteretur aut
vti permitteret. Lanam enim conchyliam tam quis in pri-
ſtinum candorem reuocaret citius, quam huiuſmodi ſtatuti
aſſenſum a populo impetraret, quod nemo non videt eſſe
delinquendi incitamentum, niſi forte iuſtiſſima neceſſariaq;
cauſa ſubſiſtente. Ita Barto. in dicta l. tutor qui repertorium.
Plures harum quæſtionum ſi quis deſiderauerit, ad Cynum
conuolet in l. veteris. §. illo proculdubio. C. arbit. tute. vbi di-
ſtinctionem cuiuſdam Mar. Sil. Bononiæ diſputantis & al-
tercantis recitat. Eo enim loco quęſtionis poſterioris diffi-
cultas omnis (modo bene ſyncereque maſticetur) ab eo ex-
28 plicabitur, & reſerabitur. Similiter nec abſurdum arbitror
ſentire cum Bartolo in l. tutor, qui repertorium, pręalleg. vbi
cenſet ipſum prætorem, præſidem, vel iudicem iuſtiſſima ne-
ceſſariave de cauſa repertorij confectionem aliquando poſ-
ſe remittere, nempe cum pupillo, vel tutori id expediat, aut
quando pupilli, atque minoris patrimonij quantitatem ma-
gnitudinem vel exiguitatem non manifeſtari conueniat. l. ſe-
cunda. § tractari, verſi. ergo etiam ſi mater. ff. ad Tertul. ſena-
tuſcon. & clare. l. ſecunda. C. de alimen. pupil. præſt. & l. ſecun
da. C. quando & quibus quarta pars deb. libro decimo. Hæc
tametſi iuris ſcripti ſint, nihilominus ciuitatum Flandriæ
ſtatuta ſeu ordinationes non facile ea admittunt. Indiſtinctè
enim & ſine vllo diſcrimine ſtatuto noſtro Flandrico ad re-
29 pertorij † editionem tutor, curator, atque aliæ ſimiles perſo-
næ, quæ alienarum rerum gubernationem ad ſe ſuſceperunt,
compelluntur. Poſtquam autem multa de inuentario con-
ficiendo locuti ſumus, non abs re me facturum arbitrabar, ſi
hic quæſtionem decidero huic propoſito neceſſariam, con-
gruam, ſcilicet, ſub cuius, aut quorum præſentia conficien-
30 dum, conſcribendum, & † edendum ſit rerum pupillarium,
aut adultorum repertorium. Huius quæſtionis diuerſæ ſunt
ſententiæ, & opiniones, vna eſt Bartoli & ipſius ſequacium,
dicentium in l. tutor qui repertorium, crebro præallega. in
ſecunda columna confici, conſcribi, & edi oportere coram
iudice, prætore, ſiue præſide. Alia eſt Ioan. Fab. & Salyce. in
dicta l. tutores, ſecundo, volentium confici, conſcribi ac edi
ſat eſſe graphiario præſente ex conſuetudine. Tertia eſt prio-
ris partis glo. in dicta l. tutores, ſecundo, poſſe confici coram
tabellionibus vel tabellione duntaxat, quod poſterius etiam
Bartolo placet in dicta l. tutores, ſecundo, & in dicta l. tutor
qui repertorium. Quarta eſt poſterioris partis glo. dicentia
inuentarium confici oportere coram, & ſub præſentia pu-
blicarum perſonarum, id eſt, tabellionum & magiſtratuum,
id eſt ordinariorũ iudicum, qui iuris dicendi negotijs interes
ſe debent. Solidius ſecuriuſque tamen inuentarium coram
& ſub præſentia iudicis, prætoris, vel præſidis id fiet, edetur,
& conſcribetur, quandoquidem eo caſu (ſi ex eo quid age-
re vel probare poſtea tutores aut curatores cupiant) id tali
modo tunc tutores facile poterunt, & ita intelligenda eſt. l.
chirographis. ff. de adminiſt. tuto. vel curato. Doctores enim
aiunt & colligunt ſic, ſi Barto. iuriſconſultorum iuriſconſul-
tiſſimo fidem adhibeamus in l. tutor qui repertorium, iam
ſæpius producta, quod quantum tutorem, curatoremque
concernat, ſat eſſe ſi iudice, prætore, vel præſide abſente in-
uentarium confectum exhibeatur coram Notario publico,
atque ab eo corroboretur. Sed vt tale inuentarium fidem fa-
ciat contra debitores, quorum nomina repertorio inſcri-
buntur, omnino neceſſum eſt, vt coram iudice, prætore, vel
præſide præſente conſcribatur, & exhibeatur. d. l. chirogra-
phis. Communi tamen obſeruantia, paſſim, & vt plurimum
arbitror confici, edi, & conſcribi oportere ſub tabellionis,
31 ſcribę, ſeu notarii publici præſentia. † Sed omiſſis iuris inter-
pretum multifarijs opinionibus, ego ſuaſerim loci conſuetu-
dinem,

dinem, vel ſtatutum, vbi repertorium venit conficiendum,
omnino obſeruandum eſſe. Gandenſium autem, Brugen-
ſium, atque reliquarum ciuitatum Flandriæ ſtatuta ſunt, vt
repertoria conſcribantur ac conficiantur per graphiarium,
penſionarium, vel alium ſcribam, ſeu (vulgo) clericum iura-
rum, ſub duorum Senatorum, ſeu Decurionum præſentia,
32 quos Gandaui Scabinos partitionis appellitant, Brugis† verò
pupillorum ſcabinos, aut pupillorum prouiſores, aut ſupre-
mos pupillorum tutores. Curtraci, & in ipſius cancellaria &
territorio vocantur pupillorum domini. Atque ita alijs, at-
que alijs in locis, alias quoque nominationes accipiunt. Por-
ro Brugenſes ſæpenumero repertorium abſente iudice, præ-
33 tore, † vel præſide edi, & confici permittunt à notario publi-
co, ſeu clerico Brugenſi iurato, atque hoc ipſum tunc in præ-
torio ſeu ſenatu, ijdem clerici, ſcribæ ſtabiliunt, & iuramen-
to muniunt, affirmantes, & aſſerentes repertorium tale obla-
tum, confectum eſſe & editum ritu ſolito, conſuetoque mo-
re, nempe ſeſe in eo prætermiſiſſe nihil prorſus, aut ſubticuiſ-
ſe, quod inſcribi manifeſtarique oportuit, & ſimiliter nec
ſuperaddidiſſe, ſeu inſcripſiſſe quicquam, quod omiſſum
decuit, quantum ad ea quæ ad ſuam ipſorum peruenerunt
notitiam. His omnibus ad prædictum modum ſic rite, & le-
gitime peractis, & abſolutis, omne debitum & æs alienum
inde deducitur, & quicquid bonorum reliquum, ſeu reſi-
duum fuerit, id pupillorum minorumque tutores, & cura-
tores ſtatim ad librum (quem vulgo appellant) pupillarium,
referri, ibidemque omnia, & ſingula, more, rituque conſuetis
inſcribi, & notari per eundem clericum coram ſenatoribus
pupillaribus intra certum temporis ſpatium, & ſub certa mul
34 ta compelluntur. Cæterum hic non prætermittendum pu-
taui vnum vulgatiſſimum, & pene quotidianum ſtatutum
(tametſi deplorandum) quod apud Brugenſes longa conſue-
tudine & decreto municipali inoleuit. Vbi ſtatuto coniu-
gum ſuperſtes intra ſex hebdomadas cogitur omnia bona,
domus ſuæ mortuariæ debita pariter & credita, mobilia &
immobilia, præſentia & abſentia, ad calculum & in inuenta-
rium conuocare, conſcribere, & ſenatui pupillari legitime
exhibere. Exhibitum iuramento affirmare, & ſtabilire, &
verificare, dicentes iuramento præſtito & conceptis verbis
ſeſe omnia fideliter conſcripſiſſe, ſeſeque in eo inuentario
prætermiſiſſe nihil quod inſcribi debuit, nec inſcripſiſſe quic-
quam, quod omiſſum oportuit, quantum ad ſuam peruenit
notitiam ac cognitionem. Atque ex hoc iuramento præ-
ſtito, validum habetur inuentarium, quum tamen in eo ſæ-
35 pe multa falſa, & periuria commiſſa reperiantur. † Nam vi-
dui, aut viduæ ſæpe multa ſupprimunt, vt hæredes ſuos frau-
dent, ſibi iniquis opibus, proſpiciant. Si verò aliquanto iu-
niores fuerint, & ad vlteriores nuptias animum adiecerint,
tum ſubinde multo plura inuentario inſerunt, quàm in rei ve
ritate inſcribenda, inſerendaque fuerunt, atque eadem ſacra-
mento aſſerunt, quo ditiores, locupletioreſque habeantur,
& facilius aliam iuuenculam, aut viduam, aut alium adole-
ſcentem, aut viduum decipiant ac circumueniant. Et poſt-
quam viduus aliam duxerit in vxorem, aut poſteaquam vi-
dua alteri nupſerit, potitique ſunt voluntate ac deſiderio
ſuo, cauſaque committendi periurij & fraudis commiſſæ,
ſuum ſortita ſit effectum, tum demum pœnitentia affecti ad
Principis gratiam confugiunt, & periurij remiſſionem implo
rant, & ab eo in integrum reſtitui poſtulant, allegantes ſeſe
plurima debita actiua & paſſiua, atque alia bona quàm re-
uera habuerunt, inuentario inſeruiſſe. Quæritur, an tales
36 debeant in integrum reſtitui? Pro † deciſione præſentis quę-
ſtionis apparet negatiue reſoluendum, quia dolus & fraus
(præcipue præmeditata) nemini patrocinari debent. Non
enim æquum eſt dolum ſuum quenquam releuare, vti eſt in
l. verum. §. hoc quoque. ff. pro ſocio, & in l. ne ex dolo. ff. de
dolo malo. Necnon apud Innocentium Tertium, in c. ſuper
literis, extra de reſcript. & io cap. primo, extra de eo qui duxit
in matrimon. quam polluit per adulter. Idem in cap. ex literis
extra de dolo & contumac. idem in cap. ſi vir, ad finem, extra
de cogna. ſpirit. & glo. in l. Titio, in princip. ff. ad municipa.
Nec iiſdem ſuffragari poterit, ſi aſſerant poſtea deſcripta ne-
glectaque eſſe, aut omiſſa negligentia, quoniam talis negli-
gentia nimis eſſet craſſa & ſupina, quæ haud dubie de iure do-
37 lo ac fraudi † æquiparatur, vulgata l. quod Nerua. & ibi ele-
ganter, & copioſe ſcrib. ff. depoſ. cum ſimilibus iuribus, & qui
in vno repertus fuerit infidelis, illi in eodem nunquam fidendum
38 dum. † Præterea faciunt contra charitatem, quia alijs faciũt,
quod ſibi fieri nolint. Deiu ſunt contrarij proprio iuramen-
to ſolenniter & coram ſenatu Brugenſi præſtito, quam ob
cauſam debent puniri, tanquam doloſi & periuri, quicquid
excuſationis habeant, aut verius prætexere ſtudeant, profe-
cto res eſt peſſimi exempli, quod quilibet ſanæ mentis facile
cognoſcit. Præterea, quod principi impoſuerunt, illuſerunt,
falſaque verba dederunt & perſuaſerunt, ob id ſunt periuri
ac doloſi cenſendi. Aut quia mentiuntur, mentiendoque
latenter furtum committunt, vt ſeſe à debitis paſſiuis exo-
nerent, ditioreſque credantur: veri fures ſunt æſtimandi
ac puniendi. Nam recte ſic furantur, aut proprijs liberis,
aut (ſi hi non fuerint) veris hæredibus, præter id quod coniu-
gem futuram quam ſyncere amare deberent grauiter frau-
dant. Et qui cum huiuſmodi falſa committunt, plerunque
ſunt epulones, comeſſatores, otioſi ac prodigi homines,
qui ſua male gubernant, & adminiſtrant, quemadmodum
docet ipſa experientia efficax rerum magiſtra, vt eleganter
dicit textus in capitulo, quam ſit, in principio, de elect. libro
39 ſexto. † His itaque perpenſis euidenter concludo (quicquid
dicatur, aut ſuſtineatur) tales non poſſe in integrum reſtitui,
niſi abſolutione prius habita & obtenta ab epiſcopo, aut alio
40 poteſtatem habente, † quæ quidem à iuramento abſolutio,
non debet facile per eum concedi, ne ſit auctor periurij, capi-
41 tulo, ſi vero, & ibi Butri. de iureiuran. Eoque minus, quod
ex ſtatuto Brugenſi ſatis longum temporis ſpatium habue-
rant ad perfecte inuentarium conficiendum, & id ſacramen-
to affirmandum, immò ſi longiori tempore indiguiſſent, id-
que expoſtulent (ex cauſa tamen ſufficiente & rationabili)
ſenatus, aut ex ſenatu ad hoc ordinati & deputati longius
tempus, ſecundum rei negocijque exigentiam conceſſiſſent
45 idque potiſſimum vt tutiores eſſent a periurio & dolo. † Res
enim ſiue negocium cum tempore factum, præſumitur con-
ſultius, perfectius, & deliberatius effectum, aut faciendum.
Sed hic exoritur aliud dubium non leue, videlicet: † Vtrum
43 in abſolutione, ſeu diſpenſatione a iuramento requiratur ci-
tatio partis, cuius intereſt? Circa huius dubij materiam, ſi
quis pergat omnes euoluere Doctores, & Doctorum diuer-
ſas opiniones, ad iuſtos commentarios deduceretur. In tan-
ta varietate in qua quilibet ad vtraſque partes pugnare poſ-
44 ſet, ego ea ſequar quæ mihi veriora, ſenſui & rationi homi-
nis magis accommoda videntur. Dimiſſis ergo varietatum
fluctibus, domi. Abbatem Panormit. & Felynum, eorumi-
que ſequaces, ſequor in capitulo primo, extra de iureiuran.
Necnon domi. Ioan de Selua, in tractatu de iureiuran. §. quę-
ro ſexto. atque domi. Cardin Floren. in capitulo, debitores,
eodem titulo, de iureiur. vt in caſu ſubiecto. Si iuramentum
ſolenniter præſtitum fuerit, & coram ſenatu, tunc ius eſt ac-
quiſitum parti, cuius intereſt, nempe hæredi, ſeu hæredibus
defuncti, aut defunctæ, ergo &c. Cui congruit illud vulga-
45 tum. † in iudicio quaſi contrahitur, l. tertia § idem ſcribit. ff.
de peculio, cum haud diſſimilibus iuribus. Eſt igitur ſecun-
dum præallegatos Doctores, concluſio hæc reſolutiua. Vbi-
46 cunque † iuramentum eſt obligatorium ex parte iurantis, &
aliquam vtilitatem continet ex parte recipientis, nunquam
debet reuocari, niſi vocata parte. Ratio eſt, quia ex quo per
abſolutionis actum præiudicium irrogatur parti, in eo quod
47 ſibi vtilitas adimitur, debet † pars vocari, quia nil debet fie-
ri in præiudicium abſentis, iuxta capitulum primum, extra de
cauſa poſſeſſ. & propriet. & capitulum, inter quatuor, de ma-
iorita. & obedien. & l. de vnoquoque. ff. de re iudic. Par-
tis autem recipientis videtur quaſi ſemper intereſſe, quia
vtile eſt habere partem vinculatam iuramento, cum mul-
48 ta iuramentum † operetur, & ſaltem accumulet forum fo-
ro, in capitulo finali, de foro competen. libro ſexto, & quod
ibi notatur, facit. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legatis
49 ſecundo, & quod ibi notatur, his ſeruit † Quod abſolutio
non debet fieri, niſi cauſa cognita, vt notat Innocentius in
capitulo, ad aures, quod metus cauſa, & Specula. in titulo, de
lega. § nunc oſtendendum, verſiculo vigeſimoquarto, & ſe-
50 quenti, & † cauſæ cognitio adhiberi non poteſt, parte inau-
51 dita, & non vocata. Nec † epiſcopus abſoluere poteſt cauſa
non exiſtente. l. in cauſæ. §. cauſa cognita, & quod ibi nota-
tur. ff. de minoribus, capitulo, tum ex literis, de in integr. re-
52 ſtitu. cum ſimilibus iuribus. † Hæc enim adeo vera ſunt,
quod abſolutio facta non vocata parte eſt nulla, quia ſecun-
dum Abbatem & Felynum hæc abſolutio non tenet, niſi
ſubſit cauſa, etiam ſi fiat per ſummum Pontificem, ſecun-
dum Innocentium in capitulo ſecundo, in fine, extra de re-
nuntia. Antequam ergo ſibi conſtet cauſam ſubeſſe, non
habet poteſtatem abſoluendi, præſuppoſito quod ſubſit,
quia ignorat id quod eſt fundamentum intentionis ſuæ, vt
in ſimili, per Barto. in l. multum. ff. de condition. & de-
monſtrationib. & traditur in capitulo, ex parte Aſtenſis, ex-
tra de conceſſio. præbendę. Nec poteſt ſibi conſtare de
cauſa, niſi uocata parte, ideo videtur magis iuri conſonum,
quod pars debeat citari. Citatus enim forte oſtendet eui-
dentem calumniam, petentis talem abſolutionem, idque
eum facere differendi ac procraſtinandi gratia, vt crimen

ſuum occultum maneat, & ita clam abſolutione impetrata, integræ famæ permaneat, quo caſu non debet audiri. l.ſatis apertè. C.de fal & hanc opinionem tenet veram, Do. Alexander in l.hæres. §.ſi quis tutelam, de iudic. vbi plene. eſtque communis opinio, ſecundum Ben. Cap. in dicto c debitores, & in dicto cap.j.extra de iureiur. & ideo tenenda & inſequenda. Vulgare enim & tritum eſt iudicem in iudicando ſequi debere communem Doctorum opinionem cap. nouimus, de verbo.ſignific. ibi, & quorundam ſit opinio à pluribus approbata l.j.ff.de offi. quæſt. ibi, & ſane crebrior apud veteres opinio, bonus tex. inſtitu. de hæredibus inſtituen. in princ ibi, plurium ſententias. Barto. in l.2.C.de pœna iudi. qui ma. ind. Priuſquam autem hunc abſolutionis paſſum abſoluamus ac prætereamus, lubet adijcere vnum hac tempeſtate admodũ quotidianum ac frequens, etſi vehementer periculoſum, ſcilicet.
54 † Quum in contractu iuratum eſt, non venire contra contractum, ac etiam ad effectum agendi non petere abſolutionem, ſi impetrauit abſolutionem à iuramento ad effectum agendi, & mentionem non fecit, quod iurauit non petere abſolutionem à iuramento non eſt abſolutus: nec vt poſſit agere habilis factus, niſi prius ſit abſolutus à iuramento de non petenda abſolutione à iuramento. Quemadmodum nec diſplicuit Do. Baldo iuris ciuilis interpreti acutiſſimo in repetitione. l.ſecundę ff.de iureiurando, necnon Baldo alio loco, & Ioan. Imolen. in l.hæc ſcriptura. ff. de condit. & demonſtr. firmatque Do. Felynus in cap. debitores, prælegato. Etſi Dominus Ludouicus Romanus conſilio 326 incipien. in præſenti conſultatione, dixerit, quod iurans non petere abſolutionem, cogitur tale iuramentum ſeruare, quod tamen dubium vertitur, ob id quod ſummus Pontifex à tali iuramento poteſt abſoluere, quum expreſſe ſibi narratum eſt, ſecundum Do Baldum in dicta l.2. Sed de his ſatis, ſufficit enim præſentem materiam vtcunque lectori aperuiſſe & loca & auctores ipſorum aperte indicaſſe. Qui enim longiores diſputationes, limitationes, & reliqua quæ hanc materiam concernere videbuntur, plenius cognoſcere volet, is loca & paſſus ſupra citatos conſulat.
55 † Ad intermiſſum igitur locum redeamus, qui erat de inuentarij exhibendi certo tempore. Nam de eo ciuitates variant. Statuto enim ciuitatis Gandenſis quadraginta dierum ſpatium conceditur, idque ſub mulcta decem librarum Pariſienſium ex bonis proprijs. Brugenſes quoque pene ſimile tempus conſtituunt, ſcilicet, ſex hebdomadarum. Intra quod tempus, ſi tutores bona pupillaria ad ſenatum libellatim non conferant decem librarũ Pariſienſium mulctantur ex ſuis proprijs bonis. Si vero nec intra alias proximas hebdomadas ſex inuentarium non exhibuerint, ſinguli duplici mulcta puniantur, ſcilicet viginti libris Par. hoc eſt vnuſquiſque viginti libris. Porro ſi ne tertijs quidem ſex hebdomadis inuentarium exhibuerint, iterum mulcta duplicabitur, vt vnuſquiſque eorum dependat quinquaginta libris Par. atque ſic deinceps ſemper duplicando, niſi rationabilis, iuſtiſſima, neceſſariave cauſa negocij differendi anſam præbeat, nempe ſi nequiuerint intrà tempus conſtitutum facultatum omnium partitionem, bonorumq; diuiſionem mature conficere, & articulatim legitimè diſponere, atq; ob id pupillorum bona inſinuare nequiuiſſe, quo quidem caſu prouiſorem, aut ſenatores pupillorum adibunt, à quibus facultatem, authoritatem, poteſtatemque petent ad alias ſex hebdomadas, aut certe ad trium menſium ſpatium. Sed hoc tribus duntaxat vicibus, & cum magna diſcretione & ex ſingulari prorogationis gratia, concedendum eſt. Hæc niſi tutores præſtiterint, haud dubie à prædicta mulcta non erunt abſoluendi. Hyprenſes, tempus quadraginta dierum conſtituunt, idque ſub mulcta trium librarum Pariſienſium, quod quidem tempus ſimiliter legitima ex cauſa, ad requiſitionem & ſupplicationem tutorũ in alios quadraginta dies protrahi poteſt. Curtracenſium vero ſtatuto viginti ſeptem dierum tempus conceditur, idque ſub mulcta trium librarum Pariſien. quod tempus etiam legitime ex cauſa prorogatur. Aldenardenſis ciuitatis ſtatuto, ſex hebdomadarum ſpatium admittitur, atque hoc ſub pœna ſeu mulcta 50 lib. Pariſienſium, ex cauſa tamen hoc tempus eſt prorogabile. Ex prędictis igitur nũc patet non ſat eſſe, quod tutores qualecunq; inuentarium conſcribant. Nam id eos à periculo non leuabit, aut à mulcta, niſi id ſolenniter coram notario, graphiario, aut iudice ſit conſcriptum & editum. l.tutores 3. C.de adminiſt. tut. vel cu.
56 † Atque hanc cautelam, imo potius prouiſionem fieri ſuſpicor, vt edatur coram iudice, aut eius graphiario, aut coram ſcriba præſente, quo tutius à mercatoribus, & ab alijs repertorij inſtrumento credatur, fideſque ipſi adhibeatur certior.

CAPVT QVINTVM.

SVMMARIVM.

1 *Tutores, & curatores, an conficiendo in repertorio neceſſario creditores omnes conuocare obligentur.*
2 *Hæres ante repertorij confectionem obligatur conuocare creditores omnes, quarum intereſt.*
3 *Mater, an tutrix eſſe queat.*
4 *Tutelam adminiſtrare virile munus eſt.*
5 *Defuncti teſtatoris voluntas omnibus præponenda.*
6 *Pupillorum debitor, aut creditor, eorundem tutor eſſe non poteſt.*
7 *Mater etſi a filij hæreditate ſtatuto municipali excluditur, nequaquam tamen a tutelæ munere ſe mouetur.*
8 *Mater non habet filios in poteſtate.*
9 *Filius patris, non matris familiam ſequitur.*
10 *Mater, an bonorum curatrix dari poteſt?*
11 *Mater, an tutrix eſſe deſinat, ſi impudice viuat?*
12 *In matre libidinoſa omnes pœnæ ſtatuuntur, quę in tranſeuntẽ ad ſecunda vota.*
13 *Luxuria ſuperſtitis coniugis, defuncti mariti memoriam denigrat.*
14 *Mater etſi effecta ſit viuus ſolius concubina duntaxat, a tutela remouenda venit, tanquam indigna.*
15 *Qui rerum, ac perſonarum gubernationem aliquando receperunt, ij ad tutelam ſuſcipiendam cogi poſſunt.*
16 *Mater, & auia, an compelli poſſint ad tutelæ curave munus.*
17 *Mater, & auia, ob debitum ex officio tutelæ curave contractum incarcerari poſſunt.*
18 *Mater, & auia, non vt mulieres, ſed tanquam parentes conueniri non poſſunt niſi, &c.*
19 *Mater ſi nec ſecundis nuptijs, nec Velleiani præſidio, nominatim, ſed generaliter omni iuris beneficio renunciauit, an valeat talis renunciatio?*
20 *Mater, vel auia, tutrix vel curatrix ad repertorij confectionẽ aſtringitur.*
21 *Mater legitima liberorum tutela ſuſcepta, ſi ad ſecundas aſpirauerit nuptias, tutorem alium conſtituere, eique rationem reddere debet &c.*
22 *Mater ſi ad ſecunda tranſierit vota, de iure, filij tutelam amittit.*
23 *Lex præſumit matrẽ cauſa ſecundi mariti, primi mariti filios denudaturã.*
24 *Pater ſemper vtilitati ſui filij fauere præſumitur.*
25 *Nullus amor, qui paternum in filios vincat amorem.*
26 *Quę de matre ad ſecundas nuptias conuolantę dicta ſunt, eadem quoque ad matrem ſponſalia tantum tractantem reducenda ſunt.*
27 *Pater ad ſecunda vota tranſiens, ius tutelę ſui filij amittit.*
28 *Statutum Brugenſium de parentibus, ſecundas nuptias auſpicantibus.*
29 *Maritus, an tutor curatorve vxoris ſuæ eſſe queat?*
30 *Maritus, an curator ſpecialis ſuæ vxoris eſſe poſsit?*
31 *In ſpeciali, eadem militat ratio, quæ in generali*
32 *Tantum periculi in particulari, quantum in vniuerſali imminet.*
33 *Lex generaliter loquens, generaliter intelligi debet.*
34 *Lex vbi non diſtinguit, nos diſtinguere non debemus.*
35 *Brugenſium, atque aliarum Flandriæ ciuitatum conſuetudo de curatela mariti & vxoris.*
36 *Conſuetudo in his caſibus, in quibus lex non diſponit, habet vim legis.*
37 *Conſuetudo, ſi de aliqua re nõ reperiatur, tũ cõſuetudinis ſimile ſeruabitur.*
38 *Si ſimile non inueniatur, vrbis Romæ conſuetudo obſeruabitur.*
39 *Conſuetudo inueterata, pro lege ſeruanda eſt.*
40 *Lex & conſuetudo, ex eodem fonte procedunt.*
41 *Lex ab expreſſa & ſcripta populi voluntate procedit.*
42 *Cõſuetudo eſt tacitus populi cõſenſus, et volũtas rebus & factis declarata.*
43 *Conſuetudo vbi eſt contra legem, vincit legem.*
44 *Conſuetudine Flandrenſi mater neque tutelam, neque curatelam, ſed adminiſtrationem duntaxat habet.*
45 *Mater obligatur ex conſuetudine Brugenſi & aliarum ſatiſdare res mobiles pupillorum atque minorum, quas cuſtodiendas habet, ſaluas fore.*
46 *Mater ex conſuetudine gaudet & fruitur vſufructu bonorum, pliũ ſuorũ.*
47 *Mater propter vſumfructum aſtringitur ad neceſſaria omnia pupillis adminiſtranda.*
48 *Ceſſante vſufructu, ceſſabunt & onera eiuſdem cauſſa ſuſcepta.*
49 *Quid iuris competat tutoribus in matrem vſufructuariam non adminiſtrantem prolibus neceſſaria ſecundum ipſarum qualitatem.*
50 *Tutor non rebus duntaxat, ſed etiam moribus pupilli pręficitur.*
51 *Tutor non dabit dotem forori pupilli, alio patre nata.*
52 *Tutor ſorori pupilli præſtare poteſt ad victum neceſſaria, quum ſemetipſam ſuſtinere nequeat.*
53 *Si eodem ex patre ſit ſoror, an tum tutori dotẽ dare ei ſorori pupilli liceat.*
54 *Paternum non fraternum, officium eſt dotare.*
55 *Frater ſororem alere obligatur.*
56 *Tutor res pupilli donare nequit.*
57 *Donare eſt perdere.*
58 *Tutor domini loco habetur, quum fideliter adminiſtrat, nequaquam quum pupillum ſpoliat.*
59 *Tutor in quibuſdam caſibus poteſt donare.*
60 *Iudicis autoritas, ſiue decretum, cuilibet iuſtã prębet excuſationis cauſſã.*
61 *Iudex quicquid fecit rectè feciſſe præſumitur.*

62 *Officium*

62 *Officium publicum bonæ fidei præſumptionem inducit.*
63 *Iudicis autoritas, permiſſio, ſiue decretum, a pœna mulcta ſeu damno excuſat.*
64 *Permiſſio, iuſſu, aut decretum iudicis efficit licitum quod alias foret illicitum.*
65 *Conſuetudine Ducatus Burgundię, fœmina, ut mater aut auia, tutrix eſſe poteſt.*
66 *An mater ſecundo marito defuncto, poſſit eſſe tutrix pupillorum prioris mariti.*
67 *Paupertas in tutelis ſuſpecta eſt habenda.*
68 *Electus ut idoneus ſatiſdatione non oneratur.*
69 *Mater poteſt ſuorum filiorum eſſe tutrix, tutela accidentali, non naturali, quæ alijs præfertur.*
70 *Mater ad ſecundas nuptias tranſiens, an teſtamenti ſui mariti executionē amittat, quæ in teſtamento electa fuerat executrix.*
71 *Modus & forma repertorij conficiendi.*
72 *Cauſa repertorij conficiendi.*
73 *Quilibet in repertorio conficiendo ſeruet modum, conſuetudinem, & ſtilū ſuę patrię.*
74 *A ſtilo & antiqua practica, non eſt recedendum*
75 *Rerum mobilium pupilli ante ſuſceptionem adminiſtrationis appreciatio facienda eſt.*
76 *Appreciatores rerum pupillarum ac minorum debent eſſe (ut dicunt) iurati, atq; a Senatu ſeu magiſtratu ordinati.*
77 *Cauſſa appreciationis faciendę.*
78 *Conſuetudo Gandenſis, Brugenſis, atq; aliarum Flandrię vrbium, circa venditionis rerum mobilium pupilli & minoris.*
79 *Vltimo appreciatori & plus offerenti in actionibus publicis bona addicuntur.*
80 *Ex pecunijs ex venditione bonorum conflatis, emendi ſunt pupillis redditus, aut fundi.*

1 Videndum quoque hic eſt & conſiderādū. † An tutores &
curatores ī ꝯficiēdo repertorio neceſſario creditores oēs ꝯ-
care obligentur? glo. in uer. inſtrumentorum, in l. tutores 2,
præ allegata quę loquitur negat ſic. Atq; huic opinioni ſub-
ſcribunt nonnulli haudquaquam infimæ autoritatis docto-
res communiter ibidem. Cy. Bar atq; eorum ſequaces, quo-
2 rum opinionem & ego quoq; conſector. † Secus tamen iu
dicandum eſt in hærede. Nam hic ante repertorij confectio
nem obligatur & aſtringitur conuocare citareq; creditores
omnes, quorum intereſt, ex forma tradita in l. fi. C. de iure de
liber. Ratio ſatis prompta eſt. Vtpote propter varias utilita-
tes ex repertorij confectione prouenientes, quas recitat & de
clarat D Iaſon in l. ſcimus. §. etſi præfatum, in 1. & 2. colum-
nis C. de iure deliber. Quem ibidem (ne ęquo ſim prolixior)
lectori conſulendum commendo. Satis enim arbitratus ſum
rem ipſam tetigiſſe & dubiorum explicationes, & loca com
monſtraſſe, vbi ea a iuris interpretib. late, diffuſeq; tractata,
declarata, & enodata ſunt, ita ut his atq; huic loco, ex meo te
nui ac perpuſillo ingeniolo quicquam adijcere, nihil aliud
eſſet quam noctuas mittere Athenas. Hoc loco & alia ſubo
3 ritur quæſtio, quia ſciſcitari & percunctari libet. † An mater
tutrix eſſe queat, iureq; filiorum, filiarumq; tutelam aſſume-
re poſſet? Sed huic quæſtioni reſpondendum eſt, quod cer-
tum eſt ab officio munereue tutelæ quamlibet mulierem. &
ita matrem remoueri. l. fœminæ. ff. de tutel. & l. 1. C. quando
mulier tut. off. fungi poteſt, quia id munus maſculorum eſt,
quod quidem abſolute uerum arbitror de iure antiquo ve-
tuſtioriq;. ff. & C Verum ſi mater ab imperiali ſplendore, ſeu
a Principe ſuo ſpecialem filiorum proliumq; ſuarum tutelā
poſtulet & eam impetret, d. l. fœminæ, tum confirmari non
oportet etiam adminiſtrationis decreto a iudice interpoſi-
to. Nam hoc quidem caſu priuilegium principis locū ſuum
præoccupat, legitimis iuribus non obſtantibus, ſeruataq; for
ma tradita in l 2. C. quando mulier tute. offic. fun. poteſt.
4 Vbi & rationem iſtius legis præallegatæ explicant. † Nam tu
telam inquiunt adminiſtrare virile munus eſt: & ultra ſexū
fœmineæ infirmitatis tale officium eſt. Iure vero communi
nouiſſimo & eo authentico ipſa mater, ac auia habilitatę, &
aptæ ſunt ad filiorum tutelam ſuſcipiendam, etiam abſq; im
petratione priuilegij principis, atq; eædem omnibus tutori-
bus legitimis & datiuis (non teſtamētarijs) præferuntur, de-
functi enim teſtatoris voluntatem omnibus præponi voluit.
5 Authentica, matri & auiæ † C. quando mulier tute. offi. fun.
poteſt, & per tex. vnde dicta authētica deſumpta eſt, in anthē
tico de hæredibus ab inteſtato §. ea his, colla 9. conſt. prima,
& notat Bartolus, iura, in l. ſi quis ſub conditione colum. 3.
ff. de teſta. tute. diſtinguens dummodo ſecundis nuptijs, Se
natuſconſulti Velleiani præſidio, omniq; alio iuris & facti au
xilio iiſdem competenti renuncient, quæ renūciatio magnæ
eſt efficaciæ omnibus in contractibus mulierum, iuxta Bou-
rium, in conſuetud. ſeptene Bituricen. titu. de conſuetu. iuris
6 ſtatus perſon. §. 6. in gloſſa regulariter mulieri. † Vbi etiam in
quit, etſi debitor vel creditor pupilli nequeat eſſe eiuſdem tu-
tor. ſecūdum authenticam, minoris C. qui dare tuto. vel cu
rat. & p tex. vnde d. authētica deprompta eſt, in Authentico,
vt ij qui obliga. ſe habere perhib. res mino. §. ſed etſi quis, col
la 6. conſtit. 2. Ratio eſt, quia tutor omnes res, omniaq; pupil
li uel minoris inſtrumenta cuſtodienda hēt etſi debitor aut
creditor pupilli, eiuſdē pupilli tutelam aſſumeret, facile poſ-
ſet in ſua tutela dolum aliquem ſtruere, & (ſi vellet) machi-
nari fraudem, nempe ſolutionem ſyngraphas inferendo, aut
crediti chyrographas intercipiendo, eaſq; ſupprimendo. In
matre vero, & in auias talis doli ſuſpitio non cadit. Ideoque
& ſi pupillo plurimum debeant, a tutela tamen ſuorum pu-
pillorum filiorum omnino prohiberi non poſſunt tex. in au-
thent. ad hæc C. quando mul. tut. off. fun. poteſt. & per tex.
vnde d. authēt. deprompta eſt in authēt. ut ſine prohib. mat.
debi. vel credit. §. finali. colla. 7. conſt 4 Bar. & docto. in d. au-
then. matri & auiæ Similiter Bar. in d. l. ſi quis ſub cōditione
verſi expedita eſt glo. quod extenſionem recipit (& piam q-
dem) per anthēticam. ad hæc, iuncta. l. ſeq. C. quando mul.
tut. off. fun. poteſt, in filijs naturalibus tantum, quorum ma-
tres etiam non prohibentur eſſe tutrices, etiamſi eorum
debitrices eſſent. Neque huiuſmodi tutela matri compe-
tens, poteſt ei a patre auferri, quemadmodum notat Bal-
dus in conſi 3c8. teſtator, lib. 5. quod tamen Bartolus pluri-
mum miratur, adeo ut cōtrariæ opinioni ſententiæq; potius
adhærere videatur in l. miles. §. ſexaginta, in fi. ff. de adulter.
7 † Hæc enim tutela adeo matri efficaciter competit, ut licet
ipſa filij hēditate, ſtatuto municipali excludatur, (ut plerunq;
fit in Italia) nequaquam tamen a tutelæ munere ſemoueri
poteſt, ſicuti notat Salic. in d. Authēti. matri & auiæ, in uerſ.
9. quæro. & ad finem authent. ſicut. C. de legit. tut. & D. Ale.
conſi. 121. viſo ſtatuto. lib. 3. & ita conſuluit (vt claret) con-
8 ſi. 3. & ita cōſuluit (vt claret) conſi. 16 † Nec obſtat lex quæ
dicit matrem nequaquam habere filios in ſua poteſtate per
tex. in §. fœminæ, inſtit. de adopt. & arg. l. penult. ff. ad Tertul-
9 lianum S. C. † Nec ea quæ dicit filium patris, non matris fami
liam ſequi. § 1. inſt. de legit. agnat. tute. neq; ea qua de matris
fami. dr̄ filius. l. 1. §. de mr̄is. & ibi Bar ff. ad Sillania qa talis lex
exceptionē patit, cum mr̄ aut auia tutrix filij aut filiorū eſt.
tex. eſt ſing. cum gl. ſm̄ Bal & Philippum Francū in c ex par-
te, extra de appell. quē allegat D. Iaſon in Authētica, ex teſta-
10 mento, in 5. colum. in apoſtillis ibi. C. de collat. † Sed ex hac
quæſtione naſcitur alia quęſtio, priori non diſſimilis, ſcilicet,
an ne mater bonorum curatrix eſſe poſſit? Cui reſpondendū
eſt, quod ſic. Nam ſi tutrix eſſe poteſt, tutelamq; filiorum ſu-
ſcipere (vti ſuperius claruit) ita etiam & filiorum, ſiue pro-
lium, & eorundem bonorum curam ſine ſolicitudinem ha-
bere poterit, uti notat Bartolus poſt glo. In dicta Autentica
matri & auiæ, 3 columna, & in d. l. ſi quis ſub conditione, co-
lum. 3. in uer. quæro an idem ſit in cura, & notat Abb in d.
c. ex parte. Specu. in tit. de curat. §. fi. verſi. ſed nunquid. Eiu-
ſdem ſententiæ & opinionis ſunt D Philippus Decius ad l.
fœminæ 18. & 22. numeris, ff. de regulis iur. & Bartholomeus
à Chaſſaneo ad commentaria in Burgundiæ conſuetudines,
titu. Des enfans de pluſieurs liſt 2 §. 6 numeris 1. & 2. Et An-
gel. inſtitu. de legit. patro. tute. Sed circa hanc matris tutelā
aut curatelam dubitatio oriri videtur, ſcilicet: † An prædicta
11 omnia locum † habere debeant, ſi talis mater inhoneſtam,
obſcœnam, impudicam, laſciuamque duxerit vitam, probro
ſamque conuerſationem, an inquam talis mater tutrix eſſe
debeat, aut tutrix prius effecta per talem improbam vitam
tutrix eſſe deſinat? Ad quæ reſpondendum videtur, quod ta-
lis mater nullo modo videatur admittēda, ſed admota pror-
12 ſus a tutela, ac curatela remouenda, ob id quod in matre libi
dinoſa, & diſſoluta omnes pœnæ ſtatuantur, quę in tranſeun
te ad ſecunda vota, vt eleganter notat Bart in l his ſolis, & ibi
Baldum, Angelum, & Salicetum legendos ſuadeo. C. de re-
no. dona gl. notat in Authentica, Sacramentum. C. quando
mul. tute. offi fungi poteſt, quam ibi approbant Bar. & Ang.
in §. actionum autem, in materia tut. inſtit. de actio, caſus ap
ret in l. finali C. quando mul. tut. off. fungi poteſt, ibi Sed pu-
dicitiam ſuam intactam con eruet, tenet Barto. in d. l. ſi quis
ſub conditione, in uerſi. quæro mulier quæ tranſiuit ad ſecū
da vota, quod quidem notandum ait. Nam multa ſecreta, ſi
eſſent patefacta, reuelata, ac promulgata, multæ tutelæ extin
13 ctæ atque exinanitæ eſſent. † Nec id admirandum, quoniam
defuncti memoria ea de caſa denigratur eiuſdemque anima
vxoris ſuperſtitis propter luxuriam opprobroſamque vitam
contriſtatur, & ob id vti ſuſpecta atque indigna ad tutelæ cu
ræue munus, remouenda venit, arg. gl notabilis in l. fideicō-
miſſo C de fideicom. & in l ſororem. C. de his quib. ut indig.
notant

notant Bar.& Docto.in l.licitatio §.quod illicite ff de publi-
34 ca. quod adeo verum eſt,ut nequeat officio tutelæ fungi ma
ter,etiamſi effecta ſit tantum vnius ſolius concubina dunta-
xat.Ita Baldus in authentica . ſacramentum C quando mu-
lier tute.officio fungi poteſt. cuius ſententiæ non poſſum
35 nõ aſſentire.† Cæterum hic quæri poteſt , an quemadmodũ
tutores,curatores,aliæq; ſimiles perſonæ, quæ alienarum re
rum gubernationem aliquando receperunt, tutelæ curæue
munus etiam inuiti ac repugnantes ſuſcipere coguntur.l. 1.
§.ſi quis tutor.ff. quando appel. ſit, & intra quæ temp cuius
36 ſuperius memini ,† an ita inquam eadem pariq; ratione ma
ter & auia ad tutelæ curæue officium aſtringi, cogi, & com-
pelli queant?Sed hic reſpondendum eſt,quod non.gl in uer-
bo,permittimus, in d.authent.matri & auiæ & in corpore,vn
de dicta authen.deſumpta eſt,verbo permittimus,non præci
pimus utitur,quod Bartolo placet in d.authen.matri & auię,
nu.8.& huic quoque ſententiæ ſuffragari videtur.l. 2 C.quã-
do muli.tutoris officio fungi poteſt,ibi,Sane in optione hu-
iuſcemodi nulla cogetur, ſed libera in conditiones quas præ-
ſtituimus voluntate deſcendat. aſtipulaĩ l.fi.C. quando mul.
offi.tu fungi poteſt,quamuis quidem (inquit gloſſa) contra
riæ parti adhærere ſtuduerint,verum hic neglectui dare non
decreui,quod licet mulier cuiuſcunque debiti obligationis
que cauſa capi , appræhendi,& incarcerari nequeat,l. 1. & in
authentica , ſed hodie C. de offi. diuerſo. iudicum.& in au-
then.hodie nouo iure C.de cuſto.reo.& per tex. vnde præfa
tæ authenticæ depromptæ ſunt. in authentico, ut nulli iudi
cum §. neceſſarium,colla.9.conſtitu.9 l.2.de exact.tribu. lib.
10.hoc noſtro tamen caſu,ac dictę authenticæ matri & auię,
17 mulier,vt mater & auia, quodlibet ob debitum muneris tu-
telæ,curæue ratione contractum,clauſtrorum tutamini ſub-
di,mancipari,& incarcerari poteſt, eo enim caſu ſublatum ,
extinctum , & annullatum apparet muliebre priuilegium ob
renunciationem authenticæ , ſed hodie beneficium ſub titu
lo de offi.diuerſo.iudic.C.ſituatum, quam ob rem in tali ca-
ſu,inque tali debito contracto virorum conditionib. ſubia-
cet , & nullo muliebri priuilegio gaudere dẽt, ut mulier,ſed
tanquam pareos,cui nec renunciatum apparet , quapropter
18 opinatur Bartolus in d. authentica, matri & auiæ, quod gau
deret beneficio,ne conueniatur,niſi inquantum facere põt ,
ac beneficijs parentib.& conceſſis & datis. Sed hic aliud du-
19 biũ oritur.† Fieri enim poteſt vt mater nec ſecundis nuptija
nec Velleiani pſidio , ſiue auxilio nominatim & ſpecialiter ,
ſed confuſe tantum & generaliter omni iuris beneficio,auxi
lio,ſeu præſidio renunciet. Quæritur an in tali caſu illa gene-
ralis renunciatio valeat & effectum ſortiatur? huius quæſtio
ois haud immemor Bartolus in d.authen.matri & auiæ , qui
ait haud neceſſe eſſe,ut exprimatur Velleiani beneficium,nã
ſi mulieri cuius indulgeatur ac concedatur id beneficij, au-
xilij,ſeu prædij genus,multo magis ipſa mater,quæ & mulier
eſt ſub generali quoque renunciatione includi ac compræ-
hendi videtur,ſecundarum vero nuptiarum mentionem fie
ri oportere ac exprimi prorſus eſt neceſſarium. Nam ad ſecũ
das nuptias trãſeundi poteſtas, beneficium eſſe nequaquam
meretur,ſed ſolummodo quædam facultas.Et ideo illam ſub
generali renunciatione minime includi & compræhẽdi per-
ſpicuum eſt.Sed eam expreſſe declarandam eſſe omnino ne
30 ceſſum eſt,Bartolo teſte,in d authen.matri & auiæ.† Ex præ-
dictis igitur nunc aperte ſequitur , matrem auiamq; tutricẽ
vel curatricem ad repertorij confectionem itidem aſtringi §.
finali,in Authentico,ut ſine prohibitio. matri debit. uel credi,
colla.7. conſt. 4.ſicuti ipſos tutores & curatores ad id aſtri-
ctos & obligatos eſſe ſuperius late diffuſeq; monſtraui. Ne-
31 que omittendum hic cenſui . † Si mater legitima liberorum
tutela prius ſuſcepta, poſtea neglecto priori coniugio ad ſe-
cundas aſpirauerit nuptias , tutelam priorem illico deſerere
debet,& alium pro ſe tutorem conſtituere, & iuridice ordi-
nare,cui mox ante conſummationem ſecũdi coniugij admi-
niſtratæ tutelæ rationem reddere debet,& credita prius per-
ſoluere.Cui rationi, ac perſolutioni etiam ſecundi futuri ma
riti bona iure pignoris obnoxia tenentur.l.ſi mater. C. in qb.
cauſ.pig.uel hypo.tacite contrahantur,quem tex. Baldus mi
rum in modum viduas in vxores ducere volentibus & deſi-
derantibus commendat,ne circumueniantur,fallantur & de
cipiantur , neue dãna , detrimenta & incommoda incurrant
ij & patiantur.Prædictam hanc ſnĩam confirmat §.ſi ante tu
telam,in authentico de nup.colla 4.conſtitu. 1. & ibi Bart. &
32 ſcribentium plurimi.† Sed hic rurſum alia quæſtio exurgit ,
ſcilicet. An mater, ſi ad ſecunda tranſierit & aſpirauerit con-
iugalia vota an ob ea de iure filij aut filiorum tutelam amit-
tat?hanc ad quæſtionem verborum compendio vtar, ne le-
ctorem ſuperuacaneis detineam,potiſſimum quod ad hanc
quæſtionem conducentia paulo ſuperius pro capacitate in-
genioli mei clarius,fuſiuſque expreſſerim. Supra enim roga
tum fuit an mater luxurioſe ac impudice viuens tutrix eſſe
deſinat ? Vbi reſponſum præfatæ quæſtioni fuit affirmatiue
iuxta tex.literalem,& ibi gl.& Docto.C. quando mulier tut.
offi fungi poteſt, ubi haud leni ſane brachio Bartolus & Bal-
dus cæteris perfectius & abſolutius eam quæſtionem enoda
runt,& declararunt & tex.vnde præalle.authentica deprom-
pta eſt,in authentico,ut ſine prohib.mat.debit. vel credit.§.
fi.columna.7 conſtit.4 Rationem quoque ſuperioris reſpon
ſionis affirmatiuæ hãc protulimus,quippe,quia lex præſumit
23 mulierem ſeu fœminam matrem ſecundi viri, ſeu mariti gra
tia primi viri ſeu mariti filium, filioſue denudaturam & ſpo-
liaturam,quod profecto pupillorum, minorumque vtilitati
non parum aduerſaretur, fraudique locus daretur , ſi id fieri
liceret. Atque huic ſententiæ ſubſcribit.l. lex quæ tutores.C.
de adminiſt.tuto. uel cura. aſtipulatur etiam Bartolus in au
thentica,matri & auiæ 2 in columna,hactenus periępe in me
dium adducta. Verum hanc rationem in patre eandem vim
& authoritatem habere non puto,ſicut in matre:matrum.n.
mollior eſt & leuior fides ac integritas, citiuſque ad præ.en-
tis mariti affectus pertrahitur. Patrum vero fides eſt plerun-
que integrior,& conſtantia maior,qui ſeſe non iam facile ad
quoſuis vxorios affectus deijciunt , atque hoc quoque Bal-
do probatur in l.precibus C.de impub.& alijs ſubſtitut. imo
24 certa quoque naturalis affectionis ratione fulcitur.† Pater.n.
in quocunque rerum ſtatu fuerit rem omnem penſiculatius
diſcutit & conſiderat,ideoque perpetuo vtilitati,& commo
do ſuorum filiorum omnium ſtudere & incumbere præſu-
mitur,l.in fideicommiſſi §. cum Pollidius. ff. de vſur.l. ſi fu-
rioſo puber.ff de cura.furio.nec non l.filijs matrem C.de in-
offi.teſta.Nam ſi amicus amico bona,vtilitatem ac fœlicita
tem opter & cupiat,multo magis bona quæq; pater optabit
25 filio aut filijs,l.quidam cum filium ff de hære.inſti. † Nullus
eſt enim amor ſeu affectus extraneus , qui paternum vincat
26 animum.l fi.C. de cura.furio.† Quocirca patrem in filij aut fi
liorum vtilitatem in quauis etiam rerum ac fortunarum vi-
ciſſitudine ſemper intentum ac propenſum fore, nulli meri-
to dubitandum erit. Verum has prædictas opiniones non
pauci legum interpretes conati ſunt extendere, dilatare . &
attribuere, potiſſimum ad matrem contrectantem dũtaxat,
& celebrantem matrimonij initia, primordia , ſeu ſponſalia,
nempe Specu.in tit.de tuto.§ nunc dicendũ.Baldus in l. pre-
cibus C.de impub. & ali. ſubſtitu. & Bartol. in authen.ſacra
mentum C.quando mulier tute.offic.fungi poteſt,cum alijs
innumeris , quorum opinioni ſententiæq; ego quoque libẽ
27 ter aſſentior & adhæreo. † Imo nec a ratione quidem abſurda
arbitror prædicta omnia itidem habere,& vendicare locum
non ſolum in matre,verũ etiam (quod pace aliorũ dixerim)
in patre tranſeunte ad ſecundas nuptias,nempe ꝙ tunc filio-
rum,filiarumq; tutelam plane deperdat non ſecus quam ma
ter,quæ ad ſecundas nuptias tranſuolat. Huic opinioni aſſen-
tiunt Bal.in authentica , eiſdem C. de ſecundis nupt. in pen.
col.& in l.fœminæ,& ibi Bar.& Bald C. eodem tractatu ſiue
tit. Pau.de Caſtro in l.mater C.ad Tertul. Alexan.in addit.ad
Barto.in d.authentica, ſacramentum. & Sali.in l.cum aucto
rib. C.qui petant tut.& Barto.in l.1.§.ſi vero maritus.ff.q pet.
28 tuto.† Vt autem omnis dolus,fraus,atque fraudis omnis oc-
caſio tũ a patre,tũ a matre , ante ſecũdas nuptias mature præ
ripiaĩ apud Flandros , præcipue apud Brugenſes recepto ſta-
tuto,& publica conſuetudinis lege cautũ eſt, ne poſt mortẽ
alterius coniugis,parentũ ſuperſtes ſeſe ad alteras conuertat
nuptias,niſi prius omniũ bonorũ domus ſuæ mortuariæ di-
ligentem ac debitam collectionem fecerit , eam in inuenta-
riũ redegerit,idq; magiſtratui legitime exhibuerit,ac idipsũ
iuramento præſtito probatũ, ratũ, ac verũ eſſe, quicquid in
eo inuentario ſcriptũ exhibet,iuridice profeſſus fuerit & cõ-
firmauerit,ac deinde tutores ſuis liberis conſtituerit, eos iu-
ramento per magiſtratũ adegerit, poſteaq; (debitis ac credi
tis inter ſeſe mutuo collatis,& defalcatis debitis) bi partitio-
nem eorũ bonorũ debite peregerit. In qua partitione alterã
partem ſibi reſeruet , alteram partem iuxta ſtatuta filijs ſuis,
aut eorũ loco filiorũ tutorib.aſſumptis, & iuratis aſſignaue-
rit,cũ ijs amice ac legitime tranſegerit , & pupillorum ſuorũ
bona eis tutanda,atq; amplianda commiſerit. Hæc inquam
omnia niſi prius effecta parens ſuperſtes curauerit,ad alteras
nuptias accedere iuridice prohibeĩ,idq; ſub pœna quinqua-
ginta librarũ Pariſienſium , & præterea ad pœnam aliam ar-
bitrariam, iuxta circunſtantiarum omnium qualitatem niſi
ſtatuto paruerit. Hic quoq; aliam mouere libet quæſtionem
29 nequaquam aſpernãdam. † An maritus tutor curatorue vxo
ris ſuæ eſſe queat? ad quam quæſtionem (vt eam quam bre-
uiſſime abſoluam) reſpondendum eſt de iure deſtructiuam
negatiuamq; partem amplectandam eſſe. Atque hoc ita ſen-
tit l.

cit l.virum ff.de cura.furio.l maritus. C.qui dare tuto. vel cu
rat.& qui dari poſſunt, vel non. & Imperaror in §.ijdem re-
ſcripſerunt,inſtitut.de excuſat.tut.vel curat. Ratio eſt prom
ptiſſima, nam ſi male rem gereret,atque adminiſtraret vir ſi
ue maritus,vxor propter maritalem affectionem remitteret.
30 † Libet quoque hoc loco recenſere aliam quæſtiunculam
haud infructuoſam,quam in medium adfert D.Angel. in §.
ijdem reſcripſerũt,pręallegato,nempe maritus,licet nequeat
eſſe curator generalis ſuæ vxoris (vti paulo prius common-
ſtratum eſt) an poſſit eſſe ſpecialis curator,& hoc vnicam ad
31 cãm duntaxat.† Ad quam quæſtionem D.Specu.in tit.de cu-
rat.§. vt autem, in uer. nunquid vir, affirmatiue rñdendum
eſſe cenſet. Sed D.Salicetus contraria gaudet opinione,ꝗ ea
dem militat ratio in ſpeciali,quæ & in generali , quapropter
nequaquam ad vxoris curam,etiam vnius tantum rei cauſa,
32 admittendus maritus † erit,allegat l. illud ff.ad l.Aquiliam.&
ita tantum periculi in particulari, quantum in vniuerſali im-
minet.Idq; Iaſ.& Baldus tenent qđ & D.Salicetus approbat
per dictam l.maritus,C.qui dare tuto.poſſunt, quæ indiſtin-
33 cte ſimpliciterq; loquitur , †| & (vt vulgo dici ſolet) lex ge-
34 neraliter loquens,generaliter intelligi debet. † Et vbi lex nõ
diſtingnit,nos diſtinguere non debemus,iuxta l.de precio ff.
de Publicia,in rem actio.& l.ſi vero.§.de viro ff.ſolu.mat.D.
Panor.iu c.ſolitæ,in vltimo notabili,extra de maiori. & obe-
dien.c.ſi Romanorum 19. diſtinct. cum pluribus iuribus in
hac re vulgatiſſimis.Sed tex.in d.l. maritus.ſimpliciter,& ab-
ſolute dicit,maritus curator uxori creari nõ poteſt,ergo nec
35 diſtinguendus , ſed ſimpliciter intelligendus. †.Adiicere au-
tem diſtinctionem aliquã , hariolari eſt ad eam legem mari-
tus,non finire,aut ſtatuere &c.Brugenſium tamen atque ce-
terarum Flandriæ ciuitatum conſuetudine introductum eſt,
vxorem dici,ac pro tua haberi ſub mariti cura. imo nonnun
quam,(quod omnium turpiſſimum eſt, ac quammaxime in
decorum) maritum ſub vxoris curationem , ac tutelam ali-
quando ſubijci,quod fit ex decreto, ordinationeq; iudicis,
cum cognitione cauſarum,& marito hoc ipſum conſentien
te,quæ tamen lex omnino obſeruanda eſt. Nam Iulianus in l.
de quibus.ff.de legibus,de viribus,ſiue conſuetudinis effecti
36 bus interrogatus,conſultuſque reſpondit.† Quod conſuetu-
37 do in his caſibus † in quibus lex non diſponit, habet vim le-
38 gis , & ſi aliqua de re nequaquam †;reperiatur conſuetudo,
39 tum conſuetudinis † ſimile ſeruatur,ſic ut ea res extendatur
& cenſeatur ad caſum ſimilem. Porro ſi nec ſimile inueniat
tunc vrbis Romæ conſuetudo obſeruabitur , inueterata. n.
longoque vſu recepta,& inolita conſuetudo, non immerito
40 pro lege vbique ſeruatur,& recte quidem. † Nam tam lex , ꝗ
41 conſuetudo,eodem † a fonte procedunt,hæc enim a conſen
42 ſu populi,† illa vero ſcilicet lex,ab expreſſa,& ſcripta populi
voluntate conſurgit. Conſuetudo vero legi coniuncta, hoc
eſt, tacitus populi & conſenſus,& voluntas,cum rebus,& fa-
ctis declarata,& ſcriptis excepta,dicitur ius moribus conſti-
43 tutum.† Vbi vero conſuetudo eſt contra legem , (vt in caſu
præallegato) tum ea conſuetudo legis vim infert,& vt ita di
cam legem vincit,ſuperior eſt,& ſibi eam poſtponit. Quocir
ca habet & vim in ſe , & efficaciam,qua ipſam legẽ aut inter-
pretetur,aut corrigat Sed de his obiter plus ſatis , ne curren-
te rota,dum vrceum facere tento,amphoram fingat manus,
Quiſquis plures deſiderauerit quæſtiones, huic loco non in-
gruentes,is iuris interpretes , & præſertim ipſum Bartolum ,
lucernam iuris conſulat quæſo,in authentica, matri & auiæ,
atque in l.ſi quis ſub conditione:& in §. ſi ante tutelam,præ-
allegatis.& Angelus in §.actionum autem,ad tutelę materiã.
inſtituti. imperialium lib. 4. quas breuitatis gratia nunc præ-
termitto,quod eas aut huic materiæ minime neceſſarias exi
ſtimauerim,aut quod (vt Tulij verbis vtar) ad huius libri in
ſtitutum ex neceſſario nequaquam pertineant; neque enim
in ſingulis locis omnia particularia dubia , neque omnes mi
nutias , ſed ſumma tantum , & præcipua, imo ea quæ quam
maxime neceſſaria videbantur,proſequi,& tractare cõſtitui,
quod ipſum candidum lectorem ſemel præmonuiſſe ſuffi-
44 ciat.† Ad reliqua pergamus.Gandenſium porro, Brugenſiũ,
Hyprenſium fœliciſſimarum,nec non & reliquarũ fere Flan
driæ ciuitatum iure non ſcripto,ſiue conſuetudine ,longoq;
vſu approbatum,vſurpatum,& obſeruatum eſt,matrem,ne-
que tutelæ,neque curæ munere vnquam fungi poſſe,ſed ad-
miniſtrationis officio duntaxat,ideoq; eam nec tutricẽ, nec
curatricem dici poſſe.Nam pupillus ſuis atque minorib. tu-
toribus,conſtitutis & curatoribus , conſultũ prius & proui-
45 ſum eſſe † oportuit,quibus mater priuſquam etiam rerum
pupillarium adminiſtrationem, ac tuitionem adoriatur,tene
tur , ſcripto tradere , & ſatiſdare, res omnes mobiles pupil-
lorum atque minorum, quas cuſtodiendas habet, eaſque ſal
46 uas tueri,idque propter prolis,aut prolium vſumfructũ, quẽ
mater habet,& quo quamdiu viuit gaudet & fruitur. Neque
hic putandum eſt,quod mater,in vſucapione bonorum pu-
pillarium teneatur præciſe omnia, etiam minima bona con-
ſeruare: ſatis enim eſt , quod præcipua atque capitalia pupil-
lorum ac minorum bona ſalua & in tuto habeat. Neque ipſi
matri obeſſe poteſt ad tam exactam petendam rationem, ꝗ
eorundem omnium bonorum vſumfructum , dum victura
eſt habebit.Nam talis omniũ bonorum vſusfructus ipſi ma-
tri,& conſuetudine, & ex ſtatuto omnino conuenit , ipſam
concernit,ipſique debetur, gratia quoque tenetur ſuis ſum-
47 ptibus (non ſolum ex cõſuetudine,† ſed etiã ex ſtatutis Flan
driensium potiſſimum Brugenſium) ipſis pupillis ſuis , om-
nia ſuppeditare neceſſaria,eos educare , eos alere , ad literas,
ad honeſta ſtudia,aut ad officia mœchanica prouehere,do-
nec adoleuerint,atq; per magiſtratum ex tutela libertati ſuæ
reſtituti fuerint. Quod quidem ſtatutum intelligẽdum eſt de
quouis vſufructu,ſiue is grandis fuerit,ſiue exiguus. poſtquã
autem ijdem pupilli adoleuerint, libertateq; per magiſtratũ
donati fuerint,tum mater ipſis omnia bona ipſorum cedere
cogitur,& vſufructu priuatur eorum bonorum,quorum ad-
miniſtrationem hactenus habuit,quæq; libellis tutorum in-
ſcripta fuerunt,& magiſtratui exhibita,nõ curando an ea bo
na vllo caſu,aut aucta, aut diminuta fuerint. Nam ea auctio,
aut diminutio,cedit in lucrum, aut detrimentum matris,aut
tutorum. Quocirca nec eius augmentationis aut diminutio
nis vllam rationem tradere mater debet . Neque etiam vlte-
rius pupillis ſuis ita liberatis, vllum neceſſario ſuppeditare cõ
48 modum aut ſubſidium. † Ceſſante enim commodo vſusfru
ctus,rationi maxime cõſentaneum eſt & per humanum ceſ-
ſare quoq; debere ſarcinam,& ea onera quæ occaſione eiuſ-
49 dem vſusfructus prius emerſerant. † Cæterum ſi mater obli
uioni tradiderit , eque ipſius memoria exciderit:imo ſi aut
volũtarie,aut ſponte quædam prætermiſerit,ad quæ ob vſus
fructus cauſam obligabatur. Nempe ſi res pupillorum non
ſaluas tueatur,nec eas integras ſeruet , dum ad virilem ætatẽ
peruenerit,ſed aut diſſipet, aut perire ſinat. Aut ſi pupillis gran
diuſculis,neceſſaria nõ ſubminiſtrauerit, aut ſuppeditauerit,
ſecundum ipſorum opulentiam , & ſecundum perſonarum
qualitatẽ,ſed potius eoſdem otiari, feriarive permiſerit , nec
ſtudio,nec artificio eos operam dare curauerit, iuxta tutorũ
curatorum,atque proximorum agnatorum, cognatorumq;
conſilium,tum in eo caſu tutores curatoreſue appræhendi -
re poterunt illũ matris aut patris vſumfructum, emolumen-
ta,& bona illa pupillorum,minorumue , quibus mater admi
niſtratrix aut pater gauiſus fuerant, aut ſi tutoreaad hoc ſum
mũ,& extremũ remedium procedere nolint, poterunt prius
patrem aut matrem in eo caſu compellere per iuſtitiã ad ſub
miniſtranda ea quibus ipſorũ pupilli honeſte educẽtur,alan-
tur,literis imbuantur , aut artibus mechanicis perdiſcendis
tradantur,iuxta capacitatem ingenij ipſorũ, ſcilicet vt inge-
nioſos,& acres,literis,ac vlterioribus etiã diſciplinis: tardio-
res vero ac ſtupidiores , aut mercaturæ , aut operi mechani
co,tradãt. Ne quid temere in his tentent, inuita Minerua ac
reluctante natura,aduerſus quã caſſa reperitur,& inutilis om
nis humana induſtria,iuxta illud. Tu nihil inuita dices facieſ-
ue Minerua . defectuoſos igitur tales , & ſegnes parentes ipſi
tutores ex ſuo officio patrem aut matrem in ius vocabũt, in
quo libellum ſuarum querelarum de parẽtum ſegnitia & cu
randi negligentia exhibebunt,iuxta quas querelas, magiſtra-
tus parentibus pœnas arbitrarias conſtituet,& ad maiorẽ,ac
diligentiorem ſolutionẽ , & ſuppeditationem neceſſariorũ
50 eos obligabit.† Atq; hæc faciendo, tutor veri parentis vices
induit,& ſuo officio digne perfungitur,qui non rebus dunta
xat,ſed etiam moribus,vitæ,& ſaluti pupilli præficitur,§.cer-
te,qui teſta. tuto. dari poſſ. inſtitutionum imperalium,lib. 1.
& l.in copulandis,C.de nuptijs.igit in primis mercedes præ-
ceptoribus non quamminimas poterit , ſed honeſtas , & di-
gnas pro facultate patrimonij,atq; pro dignitate natalium cõ
ſtituet,imo & nomine pupillorum,ſeruis libertiſque ipſorũ,
nõnunquam etiam exteris,(ſi hoc pupillo expediet) gratui-
ta donaria præſtabit,ſolennia munera parentibus cognatiſq;
mittet. Sed non dabit dotem ſorori pupilli,alio patre natæ,ẽt
ſi aliter ea nubere non poſſet. In ſoluendis etiam attendere
debet,ne cui indebitum ſoluat. Pręterea,ne nuptiale munus
51 aliquod matri pupilli mittat.† Sorori tamen,quæ ad victum
neceſſaria erunt præſtare poterit,potiſſimum ſi abſque his ſe
metipſam ſuſtinere nequeat. Ob hoc tamen ei auctoritatem
ad donationem faciendam præſtare nõ poterit.l.cum plures.
§.cum tutor ff.de adminiſtrat.& pericu.tuto. vel curat.& vul
gara l.tutor ſecundum dignitatem §.in ſoluendis ff eodem ti
tu.Nec his adijcere pperam arbitror l. 1.§. 1.ff de tute. & rat.
diſtrah Sed qđ ſi eodem ex patre ſit ſoror? an tum tutori do
52 tem dare ei ſorori pupilli non licebit,† apparet principio ne-
gatiuam

gatiuam partem, amplectendam, quum dotare vel dotem da-
53 re paternum, non fraternum, ſit officium.† Iuſtiniano impe-
rat. aperte liquidoque id atteſtante, in l. fin. ad medium C. de
dot. promiſſ. accedat l. neque mater. C. de iure dot. Ea aduer
ſo vero, affirmatiua reſponſio ſe profert a contrario ſenſu l.
54 tutores C. de adminiſtratione † tutorum. Præterea a maiori
frater ſororem alere obligatur, ergo multo magis & dotare,
cum dotis cauſa æque aut plus fauorabilis ſit, ſecundum D.
Cynum, in l non omni. C. de adminiſt. tuto. vel cura. ad hæc
addes glo. in ver abo patre, in l. eum plures, præallegat. & glo.
in ver. paternum', in d. l. fi. ex quibus apparet præiactam quæ
ſtiunculam dubio non carere, quam tamen hic inſerere vo-
lui, quo cæteris diligentius ea de quæſtiuncula cogitandi an
55 ſam præberem. † Certum enim eſt tutorem res pupilli citra
maioris commodi ſpem certam, aut citra excuſabilem hone
ſtatem (vt dictum eſt paulo ante) donare non poſſe, cum ta-
le temerarium donare ſit perdere, ſecundum vulgat. l. filiusfa
56 milias ff. de donationibus. † Vnde & tutor domini loco ha-
57 betur, cum bene, † fideliterq; adminiſtrat, nequaquam cum
pupillum ſpoliat, teſtu l. qui fundum §. ſi tutor ff. pro empt. Ia-
cobus Butriga. & Cynus in l. non omni. C. de adminiſt. tot. &
58 cura. † In quibuſdam enim caſibus poteſt donare, ut dictum
eſt paulo ſuperius, d. l. plures §. 1. & forte vbi donat, exigitur
quod iudicis decretum intercedat, licet ſit res mobilis, quod
Vlpiano minime diſplicet in l. 1. §. ſed nonnullos caſus. ff. de
tute. & rat. diſtrah. quod neminem latet viarum omnium tu
59 tiſſimam † eſſe, auctoritas enim iudicis aut decretum, cuili-
bet iuſtam præbet excuſationis cauſam, ita vult l. 3 ff. de quo.
quod met. cau. tex. in cano. q peccat 23. q. 4. adde l. iuſte poſ-
ſidet. ff. de acqui. vel amitt. poſſ. l. Pomponius §. ſi iuſſu ff. eo-
60 dem tit. & l. qui autore ff. de segu. ius. † Ratio eſt, quod quic-
quid iudex fecerit, aut decreuerit, id recte, riteq; feciſſe præ-
ſumitur, iuxta l. 2. C. de offi. ciuili. iudic. ponderando tex. (vti
ſcribentium fere omnes,) in ver. quod non arbitramur. Atq;
his opinionib. non male congruit, quod notanter voluit Bal
61 dus, in l. † errore, nu. 2. C. de teſtamen. publicum nempe offi-
cium, bonæ fidei præſumptionem ſemp. inducere. hinc quo-
62 que pater iudicis † auctoritatem, † licentiam, decretumque
regulariter, & plerunque ſuos obſequentes, a pœna, mulcta, &
damno excuſare iudicis enim licentia, iuſſu, aut decreto, fit
63 licitum, quod alioqui † fuerat illicitum, l. ait prætor §. pe iun
cta gl. in uerb. imputandum, ff. de minorib. 25 annis. l. a. §. caſ
ſius ff. de aq. pluuia arcen. l. furti §. qui iuſſu prætoris, ff. de
his qui not. infa. quod accipies, quum iudicis licentia aut au-
ctoritas, eſt rite, & ſolemniter interpoſita, adhibita, vtpote par-
te vocata, docet l. meminerint. C. vnde vi, alias ſecus, argumē
to eius quod placuit. l. eum putauit §. non quæuis ff. de bon.
poſſ. cont. tab. ibi tua. non quæuis exhæredatio ſubmouet fi-
lium a contra. tab. bo. poſſ. ſed quæ rite facta eſt. Adeo quoq;
64 valida eſt hæc iudicis licētia, † ut in Ducatu Burgundiæ, fœ-
mina, vt mater & auia tutrix eſſe poſſit, ſi expediens ei videa-
tur, capiatq; pupilli tutelam, ſed non niſi cum iudicis aucto-
ritate, cui bona cuncta relinquuntur, & traditur cum reper-
torio, cumq; cautione ſufficiente, reddendi computum, &
reliqua, ipſis filijs aut filio, ſiue filiorum aut filij hæredib. poſt
quam ad legitimam peruenerint ætatem, iure, ſtatuto, aut cō
ſuetudine ſtatutam, & ordinatam, niſi tamen pater alio id ꝓ
uiderit medio. ita habet textus. §. 6. conſuetud. Burgund. in ti
tu. Des enfans de pluſieurs lictz. Hic alia præterea non leuis
momenti quæſtio diſcutienda ſuccurrit: an mater quæ poſt
65 ſecundas celebratas nuptias ilico eodem † ſecūdo marito or
batur, poterit ſic orbata ſecundo marito, prioris matrimonij
filiorum ſuorum in ſe tutelam recipere, acceptamque conti
nuare? certe in promptu dicendum, ac reſpondendum eſt ne-
gatiue. Nam ſimulatque mater ſecundas auſpicata fuerat nu-
ptias, tutelæ ab officio prorſus excluſa, & deſtituta fuerat.
Huic aſſentiunt legum interpres Cynus, ad authenticam, ma-
tri, & auiæ. C quando mul. offic. tute. fungi poteſt. Neque vi-
dendum eſt, quanto tempore ſecundis nuptijs mater ea im-
plicata fuerat, ſed tantū an ſecundas amplexa fuerit: Hic poſt
quam ſeſe tradidit, ſtatim eodem temporis momento, tute-
læ priuilegium nullo modo recuperandum, perdidit, ſecun-
dum l. cum vxori. C. quando dies lega. vel fideicommiſ. ced.
l. ſi quis. C. de inſtitutio & ſubſtitu. & ita prædicta locum ha-
bent, matre ſtante, & permanente in viduitate. aſſentit Io.
Pet. de Ferra in ſua practica, in forma libelli, quo agitur ad
redden. ratio. tute. in uerbo, in ſuo vltimo teſtamento. Sed ſi
hæc mater poſt ſecundas nuptias diuitijs abundet, priori ex
matrimonio acquiſitis, parentes vero patrueles ſeu paterni
pauperes ſint, & multum inopes. Imo ſi ob improbam vitā
dubiæ ſuſpectæq; fidei appareant, quid iuris tūc erit? poterit
ne in caſu mater opulentior, & probior, reiectis pauperculis
& ſuſpectis propinquis, tutelam ſuorum liberorum aſſume-
re? In hoc caſu ego exiſtimo, matrem, & ſuſpectos quoque ꝓ
pinquos deferēdos eſſe, & iudicem poſſe perquirere aliquos
alios viros probos, & fidos, bonæque conſcientiæ, ipſiſq; eo-
rundem pupillorum tutelam, & curam committere, tutorē
vel curatorem idoneum, congruumq; inquiſitionis onere a
iudice ſuſcepto, paupertatis, inopiæ, propter ſuſpicionem, da
ri oportet, Ioan. Fabro, & Chriſto. Por. teſtibus, in §. 1. inſtitu
tio. de ſatiſdat. tuto. quantum enim ad hanc tutelam aſſumen
66 dam paupertas omnis ſemper † ſuſpecta habetur, ſecundum
ſcribentes loco præallega. qui quidem ſatiſdatione non one
ratur, quum vt idoneus electus ſit, iurib. vulgaribus. At tamē
ſi mater idoneam præſtiterit cautionem, iurauerit, & promi
ſerit ſuorum liberorum commodum & emolumentum ſer
67 uare, damnum † incommodum, ac detrimentum vitare, cer
te hoc caſu ego, matrem alijs præferendam, & anteponendā
eſſe credo, ſic tamen vt ſuorum filiorum poſſit eſſe tutrix,
tutela quippe accidentali, non autem naturali, qua alijs præfe
renda eſt, iuxta ſcribentes in d. authentica, matri & auiæ. Hic
68 quoq; quæri poteſt, an mater prædicta ſecūdis implicata nu
ptijs, & a primo marito electa, ipſius teſtamenti executrix,
eiuſdem quoque teſtamenti executionem, pariter cum ſecū
dis nuptijs amittat, ſicut tutelam ſuorum liberorum ex cau-
ſa amiſerat. Ad hanc quæſtionem negatiue reſpondendum
eſſe cenſet ſummus ille Bartolus, in l. a filio ff de alimen. & ci-
bar. legat quem inſequi haud dedignatur Baldus, in d. authē-
69 tica, eiſdem, C. de ſecundis † nuptijs. Cæterum hoc loco præ-
terire nolui (tametſi id ſupra t expreſſum oportuit) formā,
& modum inuentarij a tutoribus conficiendi, de quo Barto.
& ſcrib. meminerunt, in l. tutor. qui repertorium, ſæpius atq;
multoties præalleg. & Spec. in tit. de inſtrumen. edit. §. dicto,
& Angelus ſuo in tractatu inuentarij, ſed magiſter Nepos du
monte Albano, ſuo in libello fugitiuo. In rub. quomodo tu-
tores & curatores inuentarium formare debeant, ſcriptorū
omnium apertiſſime oſtendit, & faciliimum modum depin-
git & formam quam obſeruare omnino conſulo, vt quæ, nō
raro a magnis quoque legum doctorib. apud montē Peſſula
70 nū probata & obſeruata fuit. † Tenor cuius propemodū hic
eſt Quum ob doli maculam euitandā, omniſque fraudis tol
lendā ſuſpicionem, & ne pupillorū aut minorum bona, atq;
facultates tēporis lapſu diſpereant, tutores atque curatores
eorū bonorū occaſione, repertorium ſiue inuentariū confi-
cere obligantur, legitimas ſecundū ſanctiones. Ideo in Dei
noīe ego Titius, tutor ſiue curator Sēpronij pupilli vel adul-
ti, filij quondā Marcelli, facto a me propria manu ſanctæ cru
cis ſigno, legitimū infra tēpus, bonorū facultatūq; dicti Sem
pronij inuentarium, hunc in modū conficere adorior. in pri-
mis mi reperiſſe manifeſto, in ꝑfati pupilli, vel adulti bonis
ſiue facultatib. modios tritici 100. vineas 4. molendina 2. cli-
banos 3. libratū 20 groſſorū annuū redditū, pecuniæ nume-
ratæ 200. groſſorū libras monetæ Flandriæ, 18. dolia vini, cul
citras 4 lintaminū paria 6 puluinaria 4 boues 8. equos 3. por-
cellos 12. oues ſiue veruces 50 manutergia ſeu naſitergia,
34. mappas 6 argenteas amphoras 2. cyphos 6. mēſas 2. & quæ
cunq; de pupilli vel adulti bonis ſiue facultatibus, mei ad no
titiā poſtmodū peruenerint, ea oīa, atq; ſingula ꝓpalare, re-
cludere, & patefacere ſolicitabo, huicque repertorio, ac inuē
tario, manu publica aſcribi curabo, & Seiū tabellionē, Scri-
bā publicum rogo obteſtorq; pro me literarum ignaro, huic
inuentario ſubſcribat, ſignūq; ſuū apponat. Actum 6 Calen.
Maij, anno Incarnationis Dominicæ 1563. teſtes 2. aut 3. ſuffi
cet ad minus. Et ego Seius apoſtolica ac imperiali authorita
tibus Notarius publicus, a tutore, ſeu curatore præfato adhi
bitus, ad eius nomine locoque ſubſcribendū huiuſmodi in-
uentario ſubſcripſi, ac ſignum meum appoſui, atq; huius rei
negocijue teſtis interfui, alijs cum ſupradictis. Omnes res eo
nomine enumerari oportere, claret argu. l. fi. §. ſin autem du
bius C. de iu. delib. atq; l. ſi quis intra C. de bon. proſcrip. nec
non l. tut. C. de admini. tut. & l. 3. C. de bon. vacant. lib. 10. cō
ſuetudines tamen Flandriæ, ac maxime ciuitatis Brugenſis
(quantum huic congruunt ꝓpoſito) memoratæ ſunt a me
ſupra, ad quæſtionem illam: Sub cuius aut ſub quorum præ
ſentia veniat repertorium conficiendum? ad cuius quæſtio
nis reſponſionem haud diſſuadeo recurrendum. Verum cū
repertorij forma diuerſimode, & ſub diuerſis verbis, ſecūdū
71 regionum † varietatem concipiatur, non poteſt certa præ
ſcribi forma, ſed quilibet ſuæ curiæ ſeruet morem, conſuetu
72 dinem, † & ſtylum: a ſtylo enim, & ab antiqua practica nunq̄
eſt recedendum, Baldus in l. illud, per illum text, de excuſa. tu
tor. fa. l. Imperatores, in fine, de pollicit. l. 1. § finali, cum l. ſeq.
de aq. plu. arcen. & late de ſtylo, D. Felinus, ca. 2. de reſcript. in
ver. ſtylus curiæ, quem ſi placet, vide. Nobis vero conſulto eā
73 rem hic paucis vtcunque explicuiſſe ſufficiat. † Deinde poſt
tale inuentarium confectum, & ante adminiſtrationis aſſum
ptionem,

ptionem, fiet omnium pupilli rerum mobilium appreciatio,
74 per appreciatores pios, & ad hoc iuratos, quos ad talē † ap-
preciationem magiſtratus aſſumet, decernet, & deputabit,
75 maxime ob hanc cauſam, nec ultra inuentarij † aut apprecia
tionis expreſſam ſummam tutores, curatoreſq; obligentur.
Secū do etiam ab ipſorum eorundem bonorum mobilium
regularem conſeruationem. Atq; ex his agendi formis (ſi iu
xta prædictum modum cuncta peragantur) ſtatim innote-
ſcit vtriuſq; partis tam tutoris & curatoris, quam pupilli ac
minoris immenſa commoditas, vtilitas, & ſecuritas, potiſſi-
mum tutorum, ac curatorum, nēpe quod poſt defunctum
tutelæ officium, nullus ab ipſis tutoribus, plura, aut maiora
repoſcere poterit, quā quæ ipſis iuxta appreciationem ſunt
76 commiſſa. Gandenſibus autem Brugenſib. atq; reliquis Flan
driæ ciuitatibus, alij mores, aliaq; appreciationis fiendæ con-
ſuetudo inoleuit: qua plæraque mobilia, publice, propalam,
que per ſubhaſtationem venundantur, atq; haſtæ (ſi hoc io-
77 co eo verbo vti liceat) ſubmittuntur. † In qua ſubhaſtatione
vltimo appreciatori, & licitatori plus offerenti, ea bona tra-
78 duntur. † Atque tum poſtea tandem redditus, aut prædia, ex
pecunijs huius ſubhaſtariæ vēditionis confectis comentur
ſicuti tutoribus id pupillorum vtilitati expedire videbitur, &
ideo eam pecuniam ſeruabunt, donec aliquid (quod pupil-
lis profuerit) vænale reperiatur.

CAPVT SEXTVM.

SVMMARIVM.

1 *Satiſdationi idoneæ tutores, ac curatores obnoxij ſunt,*
2 *Satiſdationis cauſa.*
3 *Tutela, cur que munus, multis res eſt admodum amabilis, & plauſibilis.*
4 *Prouidendum, ne tutorum, aut curatorum adminiſtratio pupillis, adultiſue cedat in perniciem.*
5 *Quanto difficilius peccata præcauentur, tanto intenſius eadem ſunt obſeruanda.*
6 *Cautio idonea, quomodo intelligatur, remiſſiue.*
7 *In ſatiſdatione iudicio ſiſti ſufficit iuratoria cautio.*
8 *Satiſdatio non recipitur in tutelis, & curarum prouincia, niſi per fideiuſſores roborata.*
9 *Quot caſus, in quibus nequaquam iuratoriæ cautioni ſtatur, remiſſiue.*
10 *Tutor, ſi non poteſt idoneè cauere in ſuſcipienda tutela, non ſtatur eius cautioni iuratoriæ.*
11 *Verbum idoneè cauere intelligitur cum fideiuſſoribus vel pignorib.*
12 *Verbum cautio, quando profertur a lege, ſiue ciuili, ſiue prætoria, ea debet intelligi cum fideiuſſore.*
13 *Flandriæ verbium ſtatuta, circa cautiones.*
14 *Mutus in caſu poteſt dari fideiuſſor.*
15 *Tutores, & curatores teſtamentarij, ab onere ſatiſdationis eximuntur.*
16 *Patris conſilium firmum & cordatum.*
17 *Matris conſilium nequaquam.*
18 *Tutores, & curatores codicillarij ab onere ſatiſdandi eximuntur.*
19 *Tutores, & curatores, quos prætor conſtituit, ob inquiſitionem, a ſatiſdatione excuſantur.*
20 *Tutores, curatoreſq; reliqui, niſi ſatiſdederint, quicquid minorum nomine egerint, irritum eſt.*
21 *Magiſtratus eſt, minoribus de tutela, curaue per idoneam ſatiſdationem proſpicere, alias, damnum in ipſum, in hæredes ipſius & in fideiuſſores redundat.*
22 *Magiſtratus ſi a tutoribus, curatoribuſque legitimis, & datiuis, ſatiſdationem rem minoris ſaluam fore non exegerit, vel ſi monitus non dederit, dareue ultra quam iuſtum eſt diſtulerit, quicquid detrimenti minores ipſi patiuntur, magiſtratus ipſe luit.*
23 *Ordo conueniendi magiſtratum, & tutores.*
24 *Actio ſubſidiaria quare appelletur.*
25 *Tutores, & curatores quanta habeant oportet, priuſquam idonei & ſoluendo cenſeantur?*
26 *Locuples, & pauper quis dicatur?*
27 *Fideiuſſor iudicialis oportet ex duobus idoneus ſit.*
28 *Fideiuſſor idoneus facultatibus quis dicatur?*
29 *Tutor & curator ad hoc vt dicantur idonei, quanta habeant oportet?*
30 *Teſtis, ut dicatur idoneus quantum habeat neceſſum eſt.*
31 *Facilitas conueniendi ex quo attendatur?*
32 *Fideiuſſor abundans diuitijs, vir vſus tamen, an dicatur idoneus?*
33 *Iudex quid debeat conſiderare.*
34 *Fideiuſſores eiuſmodi, nonnunquam ſufficere cuiuſmodi dari poſſunt.*
35 *Intellectus limitatiuus Flandriæ ſtatutorum.*
36 *Moderatio duplex.*
37 *Facultatibus manifeſte idoneus, ad nullam ſatiſdationem tenetur.*
38 *An manifeſte idoneus teneatur ſatiſdare, ex forma legis, vel ſtatuti?*
39 *Pro forma quando aliquid requiritur, debet forma ſpecifice impleri.*
40 *Scholaſticus, ſi velit doctorari, debet examinari.*
41 *Manifeſte idoneus, fideiuſſorem dare minime obligatur.*
42 *Si ex forma ſtatuti teneatur poteſtas accipere fideiuſſores idoneos ab accuſato, & ſub certa pœna, excuſatur, ſi eos non recepit, quia principalis erat idoneus.*
43 *Lex licet requirat tutorem legitimum ſatiſdari, ſi honeſta tamen ſit perſona, & ſubſtantia modica, remittitur ei ſatiſdatio, maxime ubi concurrit pupilli fauor*
44 *Fruſtratoriis ſatiſdationibus non eſt vtendum.*
45 *Tutor principis difficile idoneos fideiuſſores dare poteſt.*
46 *Humilis conditionis, vtpote calcifex, habens 50. cenſetur diues.*
47 *Nobilis habens quinquaginta, vere egenus eſt.*
48 *Teſtator, ſi leget centum pauperibus puellis maritandis, tum ſi aliqua pro dote habens viginti in bonis ſi tamen perſonæ qualitas cōſideretur, erit pauper, an teſtamenti executor, tuta conſcientia poterit illi puellæ legatorum quid adminiſtraret?*
49 *Ex vulgi opinione habetur quis diues, quod allegari, & libello inſeri ſic debet.*
50 *Teſtis quando diues aut pauper cenſendus?*
51 *Paupertas ſola inſufficiens eſt, ad quem a teſtimonio repellendum.*
52 *Paupertas, bene corruptionis ſuſpicionem inducit.*
53 *In regno Franciæ, nunquam paupertatis exceptionem opponunt, niſi aduerſus mendicum.*
54 *Teſtes pauperes & viles nonnunquam admittuntur, ad teſtimonium ferendum.*
55 *Idoneus tutor aut curator in ciuitate ſi non reperiatur, an pupillus aut adultus in idoneo gubernandus ſit?*
56 *Lapidis precioſi datione, an ab onere ſatiſdandi excuſetur quis?*
57 *Statuta ciuitatum Flandriæ.*
58 *Statuta ſunt ſtricti iuris.*
59 *In ſtatutis fit arcta interpretatio.*
60 *Statuta generaliter loquentia generalem intelligentiam habent.*
61 *Leges, conſuetudines, aut ſtatuta, non eſt noſtrum extendere.*
62 *Statuta vim legis habent,*
63 *Statutorum uerba, prout iacent intelligenda ſunt,*
64 *Ad interpretationem non recurritur, quando ſenſus eſt clarus.*
65 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti an duret in cauſa appellationis?*
66 *Fideiuſſor an remaneat obligatus prorogato termino a creditore.*

1 Sufficienti ſatiſdationi, † & idoneæ tutores, ac
curatores prorſus ſunt obnoxij, ne ſcilicet minorum res, mi-
2 nus † diligenti adminiſtratione, aut decreſcant, aut in vniuer
ſum diſpereant, datis, & conſtitutis fideiuſſoribus res pupillo
rum, pupillarumue aut minorum tutiores ſunt, & omnia tūc
magis ſalua fore confidendum eſt, ob commune periculum
cui ſimul obnoxij ſunt fideiuſſores, ſi tutores parum diligen
ter curent. Et certe quomodocunque tutores ſe habeant in
adminiſtratione, pupillorum res ſaluæ erunt datis ſufficienti
bus fideiuſſorib l. 1. ff qui ſatiſda. cogan. l. cum oſtendimus,
§ fideiuſſores. l. pupillus ff de fideiuſſ. tut. vel curato. l. 1. C. de
3 tuto. vel curato. qui non ſatiſde. † Nam quum tutelæ, vel cu-
rationis munus oblatum, multiſq; ſuæ curæ commiſſorum
bona, impie cupiunt ad ſe conuertere res admodum amabi-
lis, & acceſſu ſit plauſibilis, quemadmodum etiam atteſtatur
Imperator iuſtinianus, in §. quoniam autem, in authentico,
ut hi qui obliga. ſe hab. perhib. res minor. colla. 6. diligenter
prouidendum eſt, ne tutorum vel curatorum adminiſtratio
4 pupillis, adultiſue ſit dānoſa, † neue cum patrimonij diminu-
tione, vel dilapidatione, cedat vllo modo in pupillorum per-
5 niciem. † quando difficilius peccata præcauentur, tanto intē
tius eadem ſunt obſeruanda, teſte M T. Cicerone oratorum
6 principe, in oratione pro Sex. Roſ. Amer. † Quomodo autē
intelligatur, aut firmetur cautio idonea, D. Iaſonem conſule,
in l. iubere cauere. 3. in colum ff. de iur. om. iudi. atque ſcribē
tium plurimos pleniſſime in l. ſancimus. C. de verb. ſignifi. &
D. Anto. Corſet. ſuis in ſingularibus, in litera. C. in verbo cau
7 tio. † Enimuero in reliquis ſatiſdationibus, vtpote, iudicio ſi
ſti, & id genus alijs, quamuis ſatiſdatio per iuratoriam cautio
8 nem perficiatur, † ſufficienſve fiat, in tutelis tamen & curatū
prouincia non recipitur ſatiſdatio niſi per fideiuſſores robo
rata, allegata l. 1. ff. qui ſatiſd. cogan. l. non quaſi. ff. rem pupill.
vel adoleſ. ſal. fore. l. 2. C. de tuto. vel curato. qui non ſatiſd. l.
9 ſuſpectum ff de ſuſpect. tuto. & curato. † Caſus autem repe-
ries (opinor) numero quatuordecim, in quibus nequaquam
iuratoriæ cautioni ſtatur, apud D. Iaſonem, doctorem. V. I. p
celebrem, ad l. 1. ff. qui ſatiſda cogan. quem (ſi lubet reconſu-
10 les.) † Et ita tutor ſi non poteſt idoneè cauere, id eſt, fideiuſſo
ria catione in ſuſcipienda tutela, nullo modo ſtandū eſt eius
cautioni iuratoriæ, ſecundum Iaſo. in l. 1. in penul. colum. C.
de procuratorib. & in l. 1. 5. colum. verſi. 8. limita. ff. qui ſatiſ-
dare cogan. quod bifariam inferius moderabuur. Et huic lo-
co non male quadrat id quod ſignanter voluerunt Angel. &
11 Imo in l † prætoriæ ff. de pretor. ſtipul. Quando quis tenetur
idoneè cauere, propter verbum idoneè, tenetur dare vel fi-
deiuſſores

deiuſſores,vel pignora,vt inquit gl.in l.ſi mandato Titij.§.fi-
nali.ff. manda. Videre etiam poteris D.Bartolum in l.diuor-
12 tio.§.interdum.ff.ſol.mat.vbi inquit.† Quãdo verbũ cautio,
profertur a lege, ſiue ciuili, ſiue prætoria, ea debet intelligi
13 cum fideiuſſore.† Atq; ideo huic legi, & decreto conformia
ſunt Gandenſium,Brugenſium,Hyprenſium,atque aliarum
14 Flandriæ vrbium ſtatuta ſeu ordinationes.† Sed rogari poſ-
ſet,quid iuris eſſet,ſi obligatus dare fideiuſſorem,mutum de
derit, opulentum ac locupletem tamen? Satis crederem fi-
deiuſſorem mutum (dum tamen alias ſit idoneus) ex facul-
tatibus,& conueniendi facilitate admittendum,præſertim ſi
ſcribere ſciat, ſeſeq; fideiubere velle ſuam per ſcripturam de
15 claret,licet articulate loqui neſciat. † Et ab hoc ſatiſdationis
onere eximuntur tutores, & curatores, qui teſtamento ſunt
dati propter fidem teſtatoris.Sed hoc intelligendum de teſta
mentarijs inquam a patre,non autem a matre datis.l. 1.ad cal
cem.ff. de confirman. tuto. vel curato.& l. 1. C. eodem titu-
lo. Ratio in promptu eſt naturalis, quia ſcilicet patris conſi-
16 lium firmum,validum,ac cordatum † cenſetur,& reputatur,
17 matris vero nequaquam.† Sed id plerunque mutabile, variũ
inconſtans,fragile,leue,ſæpe incontinens, plerunq; rima-
rum (vt Terentianus ille ſeruus) hac atque illac perfluens,
18 cui ſeruit.l.pater.ff.de teſta tute.& l.fi. ff. qui pet.tut.† Quod
itidem intelligendum arbitror in tutoribus in codicillis da-
tis l. nec limitem ff de teſta. tute ad quod etiã facit. l.de crea
19 tionib. C.de epiſco.audi. † Similiter de ijs quos prætor con-
ſtituit,ob inquiſitionem,qua ex pluribus ſunt delecti.l.in du
bium l.non omnium C.de tuto. vel curato. qui non ſatiſde.
20 & in titu. de ſatiſda. tuto. vel curato. † Quocirca quotquot
ſunt vel tutores vel curatores,niſi ſatiſdederint, vt prædictũ
eſt,hoc totum, quicquid minorum nomine egerint (quan-
tum hoc minores concernat) irritum erit,& nullo modo ra
tum habebitur.l.1.& 2 & l.finali. C. de tuto. vel curato. qui
21 non ſatiſdo † Sed quoniam magiſtratus eſt, minoribus de tu-
tela curaue,per idoneam ſatiſdationem commode proſpice
re,ſi tamen id pro officij ſui dignitate minime ſit factum,dã-
nũ omne ſi quod minores ob id patiantur,non ſecus in ipsũ
Magiſtratum,& hæredes ipſius redundabit,quam in fideiuſ-
ſores,ſi fuerint dati, idque ex ſenatuſconſulto Traiano , quo
actio ſubſidiaria eius nomine inducta eſt,per l.quod ad hære
dem.ff de Magiſt.conueniend.& in l.magiſtratus. C.eod.tit.
22 huius rationem ſic accipe. † Magiſtratus municipalis, aut is
cui per ſuperiorem committitur,ſi a datis tutoribus curato-
ribuſue legitimis atque datiuis,per ſatiſdationem rem mino
ris ſaluam fore,non curauerit,vel ſi monitus,tutores curato
reſque legitimis modis non dederit , aut dare æquo diutius
diſtulerit & procraſtinauerit, quicquid detrimenti minores
(quorum intererat id fieri) interim patiuntur , magiſtratus
ipſe luit.l.1.§.magiſtratus.ff. de magiſtra. conuenien.l.aduer-
ſus.C.eodem titu.l.Lucius 2.§.pe.& l. Aemilius dexter. ff.de
23 adminiſtra.& pericu.tuto.& curato. † Sed ordo conuenien-
di,ſiue actionem intendendi, aut citandi magiſtratum & tu
tores,hic ferme erit ſi minores ob non debite præſtitam ſa-
tiſdationem in damnum venerint, primo ex datis tutoribus
curatoribuſue cõueniendus,hoc eſt,citãdus erit ille, actioq;
iuridica intendenda illi,qui tutelam abſque ſatiſdatione geſ-
ſit,deinde conueniendi ſunt illi contutores qui conſcij non
præſtitæ ſatiſdationis diſſimularunt, & illum , non ut ſuſpe-
ctum traduxerunt,nec in Iuſtitiam conuocarunt.His omni-
bus in conuentis,& excuſſis (hoc eſt eorum bonis per publi
cam auctionem diuenditis) ſi necdum pupillis ac minorib.
plene ſatisfiat,conueniendus , ac impetendus tandem erit ip
ſe magiſtratus,qui ſatiſdationem non exegit , actione ſubſi-
diaria,in allegata l.aduerſus,& l 1.§.vſque.ff.de tute. & ratio.
diſtrah & d l.Lucius § fi.ff.de adminiſtra.tutor. vel curator.
24 l.ſi diuiſio.C.de diuiden.tute.† Actio ſubſidiaria hinc appel-
latur , nempe quod excuſſis primo tutoribus curatoribuſq;
collegis,tum etiam fideiuſſoribus,ſi qui ſint horum dati,ſed
minus idonei,ita ut minorib. necdum plene ſit per ipſos ſa-
tisfactum,tandem ad magiſtratum , ſeu ad extremum ſubſi-
dium & compenſatorem perpeſſi damni recurrẽdum ſit ,ut
pupillus ac minoribus plene ſatisfiat, vſque adeo legibus vi-
ſum eſt, intereſſe reipublicæ , ut res minorum prorſus ſaluas
eſſe velint pupilli autem, vel tutores vel hæredes ipſi aliquan
do ſunt in damno , vel (vt iuridice loquar) datur ſubſidia-
ria actio minoribus,cæteriſque aliena adminiſtratione indi-
gentibus , eorumque hæredibus per Senatuſconſultum, &
quandoque contutori non gerenti qui inſcius fuit,ſatiſdatio
nem non eſſe exactam,aut præſtitam aduerſus magiſtratum,
obſeruato rerum ordine,ſecundum l.proponebatur. & l.quod ſi
tutor ff.de magiſtrat.conuenien. & d.l.aduerſus.C.eodem ti-
tu.ſatiſdationem vero idoneam (quod obiter aduertas)ac-
cipimus. Si tutores aut fideiuſſores eo tẽpore quo conſtituũ
tur,aut tutelæ finitæ, ſunt ſoluendo:ſic enim magiſtratus libe
ratur,quod ſi conſtitutionis tempore ſoluendo fuiſſe abne-
gentur , magiſtratus eſt contrarium oſtendere , niſi ipſe ſuc-
cumbere velit,iuxta l.1.§.ſi magiſtratus, & §.ſed etſi.ff.de ma-
giſtrat.conueniend.l.in magiſtratus.C.eod.tractatu. hæc par
tim Io.Ferrarius Montanus, ſuis in annotationibus ad 4.In-
ſtitutionum Imperatoris Iuſtiniani libros,ſub titulo de ſatiſ-
25 dat.tuto.vel curato. † Sed quanta habeant oportet priuſquã
idonei & ſoluendo cenſeantur tutores curatoreſue? Huic quæ
ſtioni perutili antequam faciã ſatis, operæpretium duxi prin-
cipio vnum quotidianum huic quæſtiunculæ haud diſcon-
ueniens examinare,& diſcutere vtpote quis locuples,& quis
26 pauper dicatur?† Ad quorum cognitionem tibi tria ſunt ob
ſeruanda.Primo expreſſos in iure caſus.Secundo quomodo
ad iudicis arbitrium erit redeundum. Poſtremo cernendum
quibus ex cauſis,rationib iudicijs, aut circunſtantijs aliquẽ
eſſe aut fore idoneum iudex arbitrabitur. Nam in ijs caſibus,
in quibus lex expreſſit paupertatem , in ijs ſtare oportebit.
Hoc pacto cenſuit Bartolus ad exordium l.ſi conſtante.2.ad
q.primæ partis.ff. ſolu. matrimonio,& l.nonnulli ff. de accu-
ſa.& inſcrip. adde etiam caſum.§.ſed noſtra inſtit.de ſucceſſ.
27 liberto.† Similiter in fideiuſſore,qui vult fideiubere in iudi-
cio,quia fideiuſſor iudicialis eſſe oportet , neceſſumque eſt,
vt ex duobus idoneus ſit, nempe vt ſit idoneus & facultatib.
28 & idoneus conueniendi facilitate.l.2.ff.q ſatiſd.cogan.† Sed
idoneum fideiuſſorem dici facultatib. arbitror,qui tot in bo
nis habet,quot in fideiuſſione eſt,quod quidem mihi certiſ-
ſimum apparet, & plerique iurium interpretes id etiam fixo
pede tenent,eoque nihil verius haud verentur aſſerere, in d.
l.2.huic ſeruit,quod dicit Ludouicus Romanus in l. fideiuſ-
ſor.ff qui ſatiſdare cogan.Quod fideiuſſor iudicij debet hẽre
tot bona immobilia,quot ad valorem cauſæ aſcendant, pro
29 quã intercedit,† haud diſſimile in tutore aut curatore,qui ad
hoc,ut dicatur idoneus,oportet tãtum habeat in bonis,quã
tum pupillus vel minor.§. ſed & propter paupertatem. Et ibi
30 glo. inſtitut.de excuſat.tutor.vel curat.† Similiter, in teſte,q
ad hoc,vt dicatur idoneus,requiritur , quod habeat tantum
in bonis.quantum eſt valor cauſæ,in qua deponit.glo.ſingu-
laris in § ſi vero abſunt,in authentico,de hæred. & falci. licet
31 nonnullis id poſſet videri durum. † Facilitas vero conueniẽ-
di attenditur,inſpiciturque loci ratione, ita vt munitiſſimo
in loco aut Caſtro ſeſe fideiuſſor non contineat.item atten-
ditur priuilegij ratione, vtpote , ne ſit ſcholaris aut clericus,
glo. 1.in l.fideiuſſor.ff.qui ſatiſda.cogan.ſed hoc loco moue
32 ri poteſt quæſtio.† An fideiuſſor datus per tutorem,curato-
rem,vel etiam alium quemcunque, valde opulentus , diues,
opibuſque plurimum abundans, interim tamen magnopere
cauilloſus,& rixoſus,an inquam litigioſus diues,merito cen-
ſendus ſit idoneus?Bartolus ille eximius , negatiuam partem
amplectitur,in l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum.ff. de verb.ob-
ligat.quod adeo verum eſt, ut idem D. Ludouicus Roman.
oiulrum diſerte tenuerit,in l.finali.ff ſi cer. peta.ſi principalis
ſit hoc multum rixoſus,cauilloſus,ſeu litigio plenus,haud du
bie non eſt neceſſaria eius excuſſio , ſed poteſt recta via de-
ueniri ad fideiuſſorem,faciunt notata per Barto.in l.cum ſa-
tis,in 1.colum.in fine.C.de agricol.& cenſit.lib.11.& tex. in l.
ſi conuenerit,in fi.quodque ibi vult notabiliter Bar.ff.pro ſo
cio. concluſio alia quando non reperitur iure expreſſum,tũ
ad iudicis arbitrium recurrendum,ita glo.in verbo locuples
in authentica præterea.C.vnde vir & vxor.placuit,quæ itidẽ
nequaquam D.Bartolo diſplicuit,in l.ſi conſtante,præallega
ta. Arridet idem & Panormitano canoniſtarum ſummo , in
33 c.ſi qui teſtium.extra de teſtibus.† Aduertendum eſt iudicẽ
debere conſiderare principio id quod placuit iuriſconſultiſſi
mo Vlpiano in l. ſpaupertas.ff. de excuſa. tuto. & tempor.ca-
rum,& Imperatori,in §.paupertas,inſtitutio. ead.tractatu de
excuſat.tuto.vtpote,ſi ſit par oneri iniuncto,dicitur ſufficiẽ-
tia habere ad negocium ſubeundum,ita gl.& doctores in lo-
cis præallegatis approbant.D. Alexan.enim,Iaſon & Decius
aiunt tutorem , curatoremue oneri iniuncto eſſe imparem,
ſi minus habeat in bonis quam pupillus,quorum ſententiam
& opinionem ſumme admiror.Nam ſi id veritatem ſaperet,
pupillus,abundanſque diuitijs,nunquam aut perraro, tutorẽ,
aut curatorẽ conſequeretur.iudicio enim meo (licet tenui)
textus præallegati aliter meretur intelligi,quapropter recur-
rendum ſuadeo ad l.de creationibus.C. de epiſco. audieo.põ
derando textum,illis in verbis , ad fidem gubernationis ſiue
aliqua ſatiſdatione nominatio procedat,&c.& id eſt arbitriũ
ſecundum perſonæ qualitatem.Nam Principes,reges, Impe-
ratores,& his aut diſſimiles impuberes,tutoribus , aut pube-
34 res curatoribus reguntur,& an ea tutela tales fideiuſſores ſuf
ficere cenſendi ſunt , quales tunc commode dari ac reperiri
poterunt.Qui etſi oneri iniuncto ſint impares,quoad ſubſtã-

tiæ

tias &. facultates, ſi tamen gubernationis fidem habeãt, prorſus idonei cenſendi ſunt. Alioqui huiuſmodi Principes, Reges, aut Imperatores, minorennes, tutore curatoreue perpetuo carerent. huic ſententię & opinioni ſubſcribit Alberi. de
35 Roſa in l. de creationib. C. de epiſco. audien. † Quocirca noſtræ Flandriæ ſtatuta ego interpretanda, limitanda, atq; intelligenda cenſeo, de cautione ſufficienti atq; idonea, cum fideiuſſoribus, etiam idoneis, ſed in alijs quam in Principibus, Regibus, Imperatoribus atq; id genus alijs perſonis illuſtrib. & ſuperillustribus. vnde D. Iacobinus de S. Georgio, ſuo in feudorum tractatu, in uerb. Carolus, in principio meminit, cum Domina Blancha Francorum regina, filij ſui regis impuberis Huberti de Bobio tutrix eſſe deſideraret, & adnüeretur, fideiuſſoreſque ad eam rem quoſdam (quos arbitrabatur idoneos) dediſſet, fuerunt nonnulli, qui eam non admittendam, ſed repellendam eſſe pro tanto regno gubernando, aiebant. Alij vero contra, eam nequaquam ob id repellendam cenſebant, ſed fideiuſſores, quos dare potuerat, imo quos dederat ſufficere, alioqui quod ſuperius tetigi, abſurdum ſe-
36 queretur. † Ex opinionibus enim præcedentibus poſteriorē eſſe potiſſimã iudico, nempe vt quæ plus æquitatis, & rationis præ ſe ferat. Sed vti illæ opiniones fœlicius concilientur, bifaria moderatione diſtinguendæ ſunt. Primo, niſi talis eſſet notorie idoneus, argumento authenticæ, cui relictum. C. de indic. viduita. tollen. verſicu. ſi perſona eſt idonea, & ibi Paulus de Caſt. & Iaſon in l. 1. ff. qui ſatiſda. cogan. & in l. diuortio. §. interdum, verſicu. Adde ad idem ff. ſolu. matrim. facul-
37 tatib. manifeſte idoneus, ad nullam † ſatiſdationem tenetur. Cæterum non abſurdum erit hoc loco diſcutere, an is qui ex
38 legis, aut † ſtatuti diſpoſitione tenetur ſatiſdare, a ſatiſdatione liberetur eo quod ſit facultatibus manifeſte ſeu notorie idoneus? nempe quia eſt homo ducētarum librarum vel amplius, annui redditus, & vndique opibus affluens, ita ut ſit
39 vnus ex præcipuis Brabantiæ aut Flandriæ. † Apparet principio quod non, idque propter certitudinem idoneitatis, p immenſas opes, quibus abundat. Ratio tamen huic multum aduerſatur. Nam quoties aliquid requiritur pro forma, debet ea forma ſpecifice impleri, quãuis etiam videatur in aliquo caſu non neceſſaria. Ita firmat Baldus ſubtilis in l. 1. ff. de liber. & poſthu. facit bene l. ad teſtium. §. ſi quis ex teſtibus. ff. de te
40 ſta. † Hinc eſt, quod licet quiſpiam ſcholaſticus manifeſte habeatur, & cognoſcatur peritus, ſi tamen velit doctorari, ſiue laurea doctoratus inſigniri, neceſſum eſt ipſum examinari, quum id ſit formæ. Bald. in c. conſtitutus. 2. in 1. colum de appellat. Alia eſt & ratio, quia licet principalis nunc ſit ſoluendo, poteſt tamen fieri poſtea non ſoluendo: & quia noſtra intereſt hẽre plures obligatos, dato quod principalis eſſet idoneus, ut inquit gl. in l. penul. ff. ne quis eum qui in ius voca. eſt vi eximat. His tamen atque ſimilibus non obſtantib. opinatur oppoſitum D. Ioannes Sanxon, iuris vtriuſque conſultiſſimus, necnon practicus ſummus, ſuo in cõmento, in conſuetudines totius Præſidatus Turonēſis, titulo, Des droictz de baſſe iuſtice, articulo vigeſimoquarto, nempe quod ma-
41 nifeſte idoneus † fideiuſſorem dare non teneatur, quod quidem ſequentibus fundamentis comprobat, cuius opinionē ſequi ipſe non erubeo. Nam principio pro me, & pro hac opinione facit textus, in l. 1. § ſi magiſtratus. ff de magiſtrat. con-
42 uenie nd quo notat ibidem Baldus, † Quod ſi ex forma ſtatuti teneatur poteſtas accipere fideiuſſores idoneos ab accuſato, vel inquiſito, ſub certa pœna, quod excuſatur poteſtas, ſi eos non recepit, quia principalis erat idoneus. Facit item pro hac opinione ſtabilienda l. mulier, iuncta glo. C. de iure doti. deinde huc non immerito adduci poteſt. l. legitimos, in prin
43 cipio, & ibi clarius & expreſſius Bald. ff. de legit. tuto. † Quod licet lex requirat, quod tutor legitimus teneat̃ ſatiſdare (vbi tamen concurrit pupilli fauor, quod eſt plus) ſi perſona honeſta ſit, ab onere ſatiſdandi releuatur, remittiturq; ei ſatiſdatio, quod exordium d. l. legitimos, inquit l. C. Vlpianus maxime procedere, ſi ſubſtantia modica ſit. Si autem perſona vulgaris, vel minus honeſta ſit, ibi dicendum eſt ſatiſdationem locum habere. huic quoque ſeruit. l. 5. ver. aut propter ampliſſimas facultates. ff. de cuſto. & exhib. reor. Eſt & alia rõ haud aſpernanda. ſi hæc ſatiſdatio præſtatur, ut cautum ſit, ergo ceſſante cauſa, debet & ipſa ſatiſdatio ceſſare, tritiſſimo c. cum ceſſante, extra de appell. iuncto quod fruſtratorijs ſatiſdatio-
44 nibus ſiue cautionibus non eſt vtendum † l. non cogendũ. ff de procurat. Secundo, niſi eſſet tutor aut curator principis, nam cum is difficile idoneos fideiuſſores (principatus
45 reſpectu) dare poterit, † ſuffecerit dare tales, quales tutor aut curator, obtinere poterit ſecundum Iacobinum de S Geor. & Alberic. de Roſa. locis prænarratis. præterea deſumitur idoneitas ex perſonarum qualitate ac ſtatu perſonæ. l. ſed etſi ſuſceperit. §. 2. ff. de iudic. quod quaſi ſub oculos ſubijcere

46 iubet. † Nam ſi quis ſit humilis conditionis, nempe calcifex, habens quinquaginta, cenſetur diues ac pecunioſus, ſi vero
47 nobilis, inſignis, præclaraque † familia æditus habens quinquaginta, pauper, inops, & uere egenus eſt, iuxta. l. in cōdem natione. ff. de regu. iur. Baldus & Philoſophiæ, & legum periti ſſimus, inferebat vnum, huic propoſito ſatis quadrans, quæſtionemque quotidianam complectens, ad authenticam, præ
48 terea. C. vnde vir & vxor. † Si teſtator leget centum, aut mil le pauperibus puellis maritandis, tum ſi aliqua pro dote habens viginti in bonis, ſi tamen perſonę qualitas conſideretur & animaduertatur, erit pauper, & inops. Vtrũ teſtamēti executor tuta ſaluaq; conſcientia, poterit illi puellæ legatorum
49 qd ſubminiſtrare, & ſuppeditare. † Tertio ſumitur idoneitas, ex communi hominum ac vulgi opinione ſententiaq;, quia vulgus habet talem diuitem & locupletem, quod & Iudex conſiderare hãbet, glo. 1. in l. vbi. C. de iu. dot. allegare enim & libello interere debes, quod communis opinio ſic habet. Sed hic ſuboritur alia quæſtiuncula & frequens, & amplectē
50 da. † Quando teſtis aut diues, aut pauper dicendus, ac cenſendus erit, quantæque diuitiæ in eo requirantur? glo. in §. ſi vero abſunt, in uerbo, ſubſtantiam, in authentico, de hæred & falcid. mirabilis ad hoc eſt, quam D. Alexan. & recitat, & inſequitur in authentica, præterea C. vnde uir & uxor, quam ibidem nititur conaturque defendere atque tueri, ſummi & nominis, & iudicij vir D. Philippus Decius: qui tametſi eam rationibus veriſimilibus & apparentibus ſuffulcire nequeat, eã nihilominus inſequitur & ſeruat. Quocirca ego exiſtimo & cenſeo ſecundum D. Panor. in c. ſi qui teſtium, prælleg. hoc pacto eſſe de iure dicendum, & reſoluendum, ſententiam cu
51 ius omnino & ſequor & approbo, ſcilicet, † Quod paupertas ſola ſufficiens eſt, ad quem a teſtimonio repellendum, tex. literalis in c. ſi qui teſtium, ſæpiuſcule prælleg. extra de teſti-
52 bus & atteſta licet bene † paupertas corruptionis ſuſpicionē inducat, iuxta. l. 3 ff. de teſtib. Eam ob rē Imperator, in §. ſancimus, in authentico, de teſtib. colla. ſeptima, tria conſideran
53 da ait, quę compendij gratia prætereo. † In Gallia tamē, nempe in Franciæ regno, nunquam paupertatis exceptionem opponunt, niſi aduerſus mendicum, uti perſæpe audiui, cũ An-
54 reliæ diſciplinæ ciuili nauarem operam. † Pauperes tamen, & minus idonei teſtes interdum audiendi atq; admittēdi ſunt, nempe in illis caſibus, in quibus teſtes alij communiter non reperiuntur, vt probatio iudici conſtet, vt ſi de delicto quopiam in lupanari commiſſo, & perpetrato agitetur, viles, humileſque teſtes admittuntur. Si de maleficio, aut crimine in hoſpitali commiſſo, tum mēdici & id genus alij a teſtimonio ferendo nequaquam repelluntur. Sed horum plus ſatis. Nam currente rota dum vrceum facere cogito, amphoram finxit manus. Ex prædictis igitur deciſa eſt prætracta vtcunq; quæſtio, nempe quanta habeant oportet, priuſquã idonei, & ſoluendo cenſeant̃ tutor & curator, videlicet vt ſint oneri iniũcto pares, ſin minus (ob id quod multum diues ſit pupillus, aut minor) vt fidem gubernationis habeant, quod quidem
55 iudicis in arbitrio præcipue conſiſtit & reſidet. † Porro hic oritur quæſtio, ſi idoneus tutor, aut curator in ciuitate non reperiatur, an ab inidoneo pupillus, aut adultus gubernandus ſit? hæc quæſtio reſponſionem deſiderat negatiuam, nã tum ad exteros aut vicinos recurrendum eſt, ſi quando defuerint in ciuitate, ex qua pupilli adultiue oriundi ſunt, qui idonei videantur eſſe tutores aut curatores. l. Diuus Marcus ff. de tut. & cura. dat. ab his, & l. 1. §. ſi quando deſint. ff. de ma
56 giſt. conuenien. alia hic quoque naſcitur quæſtio, ſcilicet: † Si tutor aut curator fideiuſſoribus caruerit, ac propterea idonee ſatiſdare nequiuerit, idoneorum fideiuſſorum defectu, lapidemque precioſum fideiuſſoris loco ſeu pignori dederit, an ab onere ſatiſdandi excuſetur? Hanc q. ſicco pertranſeo pede, atque eiuſdem deciſionem deſiderantem remitto, ad notata in l. promiſſor. § conſtitutio ff. de conſtitu. pecu. in c. cum aliquibus, extra de ſen. & re iudi. huic deciſioni haud diſconueniunt, quę tradit Boerius ſuis in Apophthegmatib. in conſuetud. Bituricen. tit. de conſuetud. retract. § 4. vbi allegat Bar in l. quicunque. C. de fund. patrimo. lib. 11. & D. Io. Sainxon vir V. I. conſultiſſimus, ac practicus abſolutiſſimus, ſuis in commenta. in conſuetud. præſidatus Turonenſis, tit. Des droictz de baſſe iuſtice, artic. 24. liquido enim conſtat,
57 imo luce meridiana clarius eſt, † lapidis precioſi datione in pignus, quem ab onere ſatiſdandi, ſtatutis noſtris Flandricis minime excuſari, ad quod apertius dilucidiuſque commonſtrandum, duas, & ſuccinctas, & vulgares rationes in mediũ
58 adferre conſtitui. † Prior erit hæc, quoniã ſtatuta omnia ſunt
59 ſtricti iuris. l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. geſt. l. † conſtitutionib. ff. ad municipa. ideo arcte ſtricteq; intelligenda ſunt, atq; caſus in eis non expreſſi, pro omiſſis haberi debent, & l. quicquid aſtringendæ. ff. de verbo. obliga. ſi ergo Flandriæ ſtatuta
de

de lapide precioſo,aut de ſimilibus rebus diſpoſita, ac ſtatu-
ta non exiſtant,conſequitur ea ad lapidem, aut rem ſimilem
60 extendi,porrigiq; nequaquam debere. † Sed ſtatuta generali
ter loquentia, generalem intelligentiam habeant neceſſum
eſt,vulgata.l.de precio.ff. de publi.in rem actio. Altera ratio
eſt, quod non eſt noſtrum,neque in noſtro arbitrio ſitum,vt
61 leges,conſuetudines.aut ſtatuta extendamus,aut dilatemus,
l.ſi vero.§.de viro ff.ſolu.matrimo. Idcirco quum noſtra Flā
driæ ſtatuta habeant vim legis (quemadmodum ſtatuta om
nia reliqua) noſtrum nequaquam eſt ea extendere,ſed ſtatu
62 torum verba,† propriiſſime, prontq; iacent intelligēda ſunt,
63 maxime quum legis, conſuetudinis,† aut ſtatuti verba aper-
ta,dilucida,ac clara ſunt,atq; ob id ſeruanda, neq; vlla exten
64 ſiua interpretatio aſſumenda,† aut alia quæuis,quoniam nō
recurritur ad interpretationem,quando ſenſus eſt clarus,eui
dens,& apertus,argumento.l.continuus.§.quū ita.ff. de ver-
bo.obligat. Huic ſeruiunt notata Bartoli, ad l. omnes populi
decima octana in colum.ibi,Tertio quæro.ff.de iuſtit.& iur.
vbi inquit,Statuta interpretationem non recipere, niſi illius
vrba ſint obſcura,vbi vero ſunt clara,interpretatione non e-
gent. ſunt igitur ſtatutorum Flandriæ verba ſatis clara, nec
mentionis quicquam faciunt de lapide precioſo aut ſimilib.
vt omnibus eſt notiſſimum,& ſi de eo intellexiſſent,haud du
bie eadem expreſſiſſent. Et hanc opinionem ſeruat commu-
nis Flandriæ vſus,& praxis. priuſquam autem hoc cap.abſol
uam,adiicere conſtitui duas quæſtiones. Quarum prior erit
65 hæc † An fideiuſſor de iudicio ſiſti,duret in cauſa appellatio
nis? Hæc quæſtio non caret dubio, de qua nonnunquam vi-
di plurimum a multis dubitari, reſolutorie tamen negatiuā
tandem amplexi ſunt partem. Paulus de Caſt. & D. Iaſon in
dicta.l.fideiuſſor.§.in fideiuſſorem.ff.qui ſatiſda. cogant. Po-
66 ſterior quæſtio eſt:† An fideiuſſor remaneat obligatus, pro-
rogato termino a creditore? Hanc quæſtionem cenſeo mul-
tum ſingularem,in qua nonnunquam fui conſultus, eamq;
non infœliciter decidi huius igitur reſolutionis, vnicā & cō-
pēdioſam pono diſtinctionem, aut fideiuſſor obligauit ſe ad
tempus, nempe ad biennium,& non tenetur poſt tempus,ſi-
ue tempore elapſo. Aut obligauit ſe pure, ſed ſolutio differ-
tur ad certum tempus,& tunc remanet fideiuſſor obligatus
etiam in termino prorogato,eo ignorante. Ratio eſt,nā nul-
la facta temporis prorogatione, tenetur & obligatur fideiuſ-
ſor poſt tempus,veluti & reus principalis,argumento.c. cum
dilecti de dolo,& cōtuma.& in l.Celſus.ff.de arbit.& ita pro
prijs in terminis tenet D.Panormitanus, (cuius veſtigia nul-
lus non haud immerito imitatur,æmulaturq;) in c.conſtitu-
tus,in fine,extra de fideiuſſor, quam quidem diſtinctionem
ibidem ait eſſe D.Hoſtien.& communiter Doctorum, quæ
eidem D. Panormitano nequaquam diſplicet. non te pigeat
quoque hac in re videre D. Felin. in c. de cauſis,verſic.li-
mit Tertio,extra de offi. delega.qui de hac re copioſiſſime
ibidem differit,& permulta allegat,ad quæ, ne lectorem plu-
ribus hic morer,remitto.

CAPVT SEPTIMVM.

SVMMARVM.

1 *Tutores & curatores,quid & quomodo iurent.*
2 *Tutoris præcipuum officium eſt,indefenſum non relinquere pupillum.*
3 *Aliud eſt iurare,aliud promittere & ſatiſdare.*
4 *Tutor non eſt,qui pupillum,aut pupilli ſubſtantiam negligit.*
5 *Tutelæ ſuſcipiens prouinciam,ſuſcipit & defendendi ſarcinam.*
6 *Tutoris qualis habenda eſt diligentia.*
7 *Tutori allegant,ſe res alienas,vt proprias,cuſtodire nequiuiſſe, incumbit probatio.*
8 *Tutoris & pupilli rebus ſimul periclitantibus, vtrius a tutore præſeruanda?*
9 *Vbi certo conſtat non poſſe,niſi propriam pecuniam exponere commodo, tum pro prium commodum præferre iura non uetant.*
10 *Tutelæ curaue munus,tutoribus curatoribusq; non æquum eſt, eſſe damnoſum.*
11 *Gratificationi ac electioni nonnunquam locus eſt.*
12 *Arbitrio nonnunquam locus eſt.*
13 *Tutor,aut curator,quando excuſatur.*
14 *Bartoli authoritatem in re dubia ſequi,tutius eſt.*
15 *Bartoli laus.*
16 *Tutorib.aut curatorib.ex eorum officio ſollicitos eſſe congruit,circa omnes & ſingulas minorum facultates,& adminiſtrationes earundem.*
17 *In tutelæ ſiue negociorum geſtorum vtile iudicium,quid veniat.*
18 *Tutor curatorue ratione ſiniſtræ adminiſtrationis,doli, latæ & leuis culpæ reus cenſetur.*
19 *Tutor aut curator lata duntaxat culpæ obnoxius cenſetur in duobus caſib.*
20 *Leuis culpæ ratio,his caſibus minime redditur.*
21 *Pupillorum ſeu minorum defenſores,ſi per eos donationum conditio neglecta eſt,rei amiſſæ periculum præſtant.*
22 *Tutor & curator rei cenſentur,ſi non faciant,quod muneris ratione efficere obligantur.*
23 *Tutorum curatorumq; hæredes ex lata culpa ſolum conueniuntur.*
24 *Dolus & culpa,hæredis in perſona purgari poſſunt.*
25 *Tutelæ curaue actione reciproca.*
26 *Tutelæ curaue directa actio,leuiſſimæ culpæ occaſione non oritur.*
27 *Tutoris & curatoris munus,non voluntarium,ſed neceſſarium eſt.*
28 *Tutoris & curatoris munus neceſſarium,duplici ratione dicitur.*
29 *Oblatio ſiue præſentatio ad munus tutelæ ſeu curæ, operatur leuiſſimam culpam.*
30 *Aduerſus ingerentes ſe,vt creentur tutores aut curatores,adulterinæ militat ſuſpicio*
31 *Negligentia latæ culpæ an æquiparetur.*
32 *Quilibet in ſuo officio diligens,& nequaquam negligens eſſe debet.*
33 *Negligentia omnis lædit.*
34 *Negligenter ſe gerens in officio,dēt et honore,& adminiſtratione priuari.*
35 *Tutor aut curator ratione muneris,quo fungitur,rerum pupilli vel adulti fructus tempore perituros,diſtrahere obligatur.*
36 *Fructus tempore perituri,(vulgo) appellantur fructus,qui ſeruando ſeruari nequeunt.*
37 *Patria pupilli vel adulti conſuetudo inſpicienda.*
38 *Tutor aut curator pupillares debitores ac minorū exigere aſtringitur,loco & tēpore congruis,alias damnū ex ceſſatione pueniens reſarcire tenetur.*
39 *Tutoribus & curatoribus,caſus fortuitus non aſcribitur.*
40 *Tutelæ curaue munere finito,tutor aut curator ex tunc periculo eximitur.*
41 *Conſilium hoc infælici ſæculo perutile.*
42 *Actui pupillari cum expediat,auctoritatem præſtare neceſſitatur tutor.*
43 *Pupillus ſuam conditionem poteſt facere meliorem,etiam ſine authoritate,deteriorem minime.*
44 *Contractus vno ex latere conſtantes,ſecundum practicos,contractus claudicantes appellitantur.*
45 *Pupilli minoriſue fauor.*
46 *Fauor ampliandus, non reſtringendus.*
47 *Odia reſtringenda non dilatanda.*
48 *Minor iuramento in contractu appoſito,redditur maior.*
49 *Iuramentum vi aut metu præſtitum in contractu,eum non ualidat.*
50 *Contractus an,& quando vno ex latere conſiſtere ſiue claudicare queant, remiſsiue.*
51 *Tutoris curatoriſue præſentia cum taciturnitate minorum,in actibus, an ſufficiat?*
52 *Tutores vel curatores adoleſcentum,ſi eorum nomine, ſcientes calumnioſas inſtituunt actiones,expenſas e crumena propria perſoluere compelluntur.*
53 *Pupillis vel minoribus,ſi non ſufficiat eorum ſubſtantia, tunc in id in quo fuerint detrimentum perpeſſi,in integrum reſtitutioris auxilium eis ſupereſt.*
54 *Expenſæ quæ ortæ ſunt,ex ſcienter calumnoſa inſtituta actione,pupillis vel adultis,in reddenda ratione computari nequeunt.*
55 *Prælatus eccleſiæ,eccleſiam indemnem ſuo proprio patrimonio conſeruare obligatur.*
56 *Similitudo inter tutores,curatores,hoſpitalium rectores,eccleſiæ prælatos, fabricæ magiſtros,menſæ ſancti ſpiritus prouiſores,ac ſimiles piorum locorum adminiſtrationem habentes.*
57 *Idem dicendum in procuratore generali,ſpeciale mandatum non habente, ad calumnioſam actionem intentandam.*
58 *Sunt qui rixis litibus inſtar panis & uini aluntur.*
59 *Iura quæcunque, et denunciatio euangelica præter pacem deſiderant nihil.*
60 *Pupilli, minoris,aut prodigi bona inducta in domum conductam,num ſint tacite obligata pro domus penſione?*

1 Recte ordine nunc † ſubnectendum erit
inſiurādum ipſum, ad
quod præſtandū tutores,& curatores compellendi ſunt.con
ſtituti igitur tutores coram magiſtratu conuenient,manum
ſacro Euangelio,aut imagini crucis applicabūt,& conceptis
verbis iurabunt,quod recte,diligenter, fideliter, & vtiliter
ſuam aſſumptam tutelam gerent,& adminiſtrabunt cū ſum-
ma pupilli,aut minoris vtilitate, quodq; res pupillorum pro-
mouebunt,ampliabunt, & defendent,cū ſumma diligentia,
ac non minori fide, quam ſi res ipſis eſſent propriæ. nullaq;
prætermittere,quæ vtilia pupillo, ac minori eſſe putauerint
neq; admittere quæ non vtilia eſſe exiſtimauerint. l. de crea-
tionib. C.de epiſco.audien.aliud ſuperaddunt nouelli,Cyno
teſte in l.ſancimus. a. §. omnem autem dubitationem. C.de
adminiſt.tu.vel cura. quod obligentur eum ſatiſdatione pro
mittere pupillum minoremq; indefenſum nequaquam relin
2 quere.† Tutoris enim præcipuum eſt officiū, ne indefenſum
pupillū relinquat.l.tutoris ff.de adminiſt.& peric.tuto.vel cu
rat.ſed Franc.Accur.id ſub iuramento præmiſſo (quod ho-
3 die præſtant) cōprehēdi aiebat,q̃ † Dyno diſplicet,quū aliud
ſit iurare,aliud mentı tenendū plurimum ſuadet, quo haud

paucorum

paucorum tutorum, curatorumque facta & geſta reproba-
bis inquit. Sed ſalua pace tanti viri, ſatis arbitror ſub iuramē-
to præmiſſo id comprehendi, ſicut Franciſcus Accurſius id
cupit intelligi, modo iuramenti verba penitius inſpiciantur.
Tutores enim defenſores ſunt, ſecundum §. tutores. Inſtitu.
de tute. Et tutela poteſtatem & defenſionem ſignificat. do-
mino Viglio Zuichemo Phryſio Præſide, viro minimè pœ-
nitendæ eruditionis teſte, ad commentaria titu. Inſtitu. de pu
4 pil. ſubſtit. Non putemus igitur eum eſſe tutorem, aut cura-
torem, qui pupillum, aut adultum, vel pupilli aut adulti ſub-
ſtantiam negligit, vt vult domin. Andr. Alcia. ciuilis ſcientiæ
interpretum facile princeps, ad l. tabernæ appellatio. ff. de ver
5 borum ſignificat. Ex † quo enim tutelæ ſuſcepit prouinciam,
ſuſcepit & defendendi ſarcinam. Quocirca a tutoribus, & cu
ratoribus pupillorum, adultorumque, eadem diligentia exi-
6 genda eſt circa adminiſtrationem rerum pupillarium, & ad-
ultorum, quam paterfam. rebus ſuis proprijs, ac ſuis ipſis libe
ris ea bona fide præbere cognoſcitur. l. generaliter, & l. a tuto
7 ribus. ff. de adminiſtra. & pericu. tuto. vel cura. Quam ob cau
ſam ſi tutor, aut curator prætexerit atque allegauerit ſeſe res
alienas, ſicuti proprias cuſtodire nequiuiſſe, illi probationis
tunc onus, prouinciaque incumbet, quippe cum in contra-
rium militet præſumptio, iuxta l. tutor ſecūdum dignitatem.
§. non eſt audiendus ff. de adminiſtrat. & pericu. tuto. vel cu-
8 rato. Sed hic moueri poſſet quæſtio. Quid faciendum ſi pu-
pilli ac tutoris, aut adulti & curatoris res pariter periclitem-
tur, naufragioque ſimul exponantur, quæ nec ſimul, nec ſe-
mel cuſtodiri defendique queant, vtrius res atque bona præ
ſeruari à tutoribus, aut curatoribus merebuntur, aut debe-
bunt? Hæc interrogatio difficultate non caret, vt de qua ma
gna apud Doctores multos exiſtit controuerſia. Quibuſdam
(Cyno nempe eiuſque ſequacibus) expreſſim dicentibus, in
l. quicquid. C. arbit. tute. Tutorem curatoremve pupilli, mi-
noriſve vtilitati, commodo, atque emolumento debere ſtu-
dere, oportere, ſuam tamen ac propriam vtilitatem præferre
debere, allegat l. videamus. ff. de in litem iuran. Nec eſt quod
9 quis moueat ſcrupulum, & obijciat ea lege, tutor ſecundum
dignitatem. §. non eſt audiendus, præallegata, nam is modi-
cam præ ſe fert difficultatem, quippe quum loquatur in caſu
dubij, ſed vbi certo liquidoque conſtaret, non poſſe niſi pro-
priam pecuniam exponere commodo, tum proprium com-
modum pupilli aut minoris vtilitati, atque commodo præ-
ferre, haud quaquam iura vetant, neque tutor aut curator
hoc caſu, culpæ reus erit, ſi ſuorum bonorum conſeruatio-
nem præferat, ſecundum l. quicquid, iam iam præallegatam,
quam quidem hoc pacto intelligunt Doctores haud infimi.
Petr. & Cynus. Diſſimili haud quaquam modo ijdem ſcrib.
10 Id quod notatur in l. Titio quum eſſet Romæ. ff. ad munici-
pales, intelligunt Ne ſcilicet tutelæ curæve munus atque of-
ficium tutoribus ipſis, aut curatoribus damnoſum, & detri-
mentoſum foret, quod profecto fieri ratio ipſa ſtatim recla-
mat, argumento eorum quæ notantur ad l. ſi vt certo. § pla-
nè. ff. commoda. cuius opinionis apparet Pet. in dicta l. quic-
quid. alij autem aliter reſponſum conciliant: Bartolus enim,
& ipſius aſtipulatores volunt, vt quoties tutores ac curato-
res conſpiciunt res pupillorum, aut adultorum prorſus peri-
clitari, ſic vt & ſuas, & pupillorum res ſimul conſeruare ne-
queant, ſed alterutrius res neceſſum eſt perire, eo in caſu vo-
lunt quod tutores ac curatores debeant, imò compelli poſ-
ſint, vt cuſtodiam bonorum pupillorum, aut adultorum bo
norum propriorum cuſtodiæ præferant, & anteponāt, quod
in dicta l. tutor, ſecundum dignitatem, vt hæc opinio firmæ
rationi innitatur, duas recipit ſecundum Bartolum limita-
tiones, quarum prior eſt exceptiua, hoc eſt niſi tutoris, aut
curatoris res precioſæ, magnæque æſtimationis fuerint. Pu-
pilli vero aut minoris res viles, abiectæ, modicæque æſtima-
tionis, valoris pereaigui, & minimi momenti: tum enim ei tu
tori parcendum erit, ſi ſuarum rerum cuſtodiam præferat. Po
11 ſterior eſt, † vbi rerum pupilli minoriſve, & tutoris curatoriſ
ve precia ſunt paria, ibi gratificationi ac electioni locus erit,
12 vt ſi vtriuſque rem ſeruare nequeat, cuius vult tunc ſeruet.
Nam tunc eius arbitrio res committitur. l. tertia. §. ſecundo.
ff. ad Sillanian. Senatuſconſul. quæ habet, quod illud durum
crudelitatique proximum eſt dicere, ſi cum duobus auxiliū
ferre non poſſet, elegit alteri eſſe auxilio, electione crimen
eum contraxiſſe, &c. Gloſſa eſt ſingularis in l. ſi vt certo. ver-
ſicu. proinde, in verbo, ſaluas. ff. commodati. Ratio quippe
13 eſt, quia in re pupillari, vel adulti tutor vel curator, ſeu com-
modatarius excuſatur, ſi eam adhibeat diligentiam in re alie
na conſeruanda, quam quilibet diligens paterfam. ſuis rebus
adhiberet. Pro tutore eſt l. a tutoribus. Pro commodatario
eſt l. in rebus. ff. commodati. Sed quilibet diligens id face-
ret. ergo, &c. Harum opinionum poſteriorem amplectem-
14 dam cenſeo. Nam tutius ſanè fuerit, in re dubia (quemad
modum hæc) Bartoli authoritatem ſequi, cuius etiam opi-
15 nio receptior eſt, qui nihil non torquet (quum fieri haud im
poſſibile eſt) ad veritatis callem, hanc itidem inſecutus eſt
Bartholomeus Chaſſeneus iurium doctor, atque noſtræ æ-
tatis practicus ſummus, ſuis in Commentarijs ad Burgun-
diæ conſuetudines. §. quinto, fol. ducenteſimodecimooctа
uo, ſub ti. Des enfans de plusieurs lictz. Huius materiæ etiā
meminit Boerius, huius tempeſtatis practicus haud infe-
rior in conſuetud. Bituricen. titulo de conſuetud. iur. ſtatu.
perſo. §. decimotertio, in gloſ. & ſic videtur, quod iſte tu-
tor eſt, &c. Idem quoque tractant paſſim alij plures non ſo-
lum antiqui, ſed & etiam neoterici ſcriptores. Præterea
16 tutores & curatores eorum ex officio maximè ſollicitos eſſe
conuenit, circa omnes, & ſingulas pupillorum, minorum,
atque perſonarum ſimilium, quæ alienarum gubernationi-
bus ſubijciuntur, res, facultates, & earundem adminiſtra-
tiones. Quandoquidem quicquid tutoris, vel curatoris, vel
dolo, vel lata, vel leui culpa, minores amiſerint, ſic vt quum
poſſint, aut debeant, res eorum non acquiſierint: hoc in tu
17 telæ, ſiue negociorum geſtorum vtile iudicium venire, non
18 eſt incerti iuris, hoc eſt, tutores curatoreſque ratione ſini-
ſtræ, aut indiligentis adminiſtrationis, doli, latæ, & leuis cul
pæ rei cenſendi ſunt, l. tutori. C. de negot. geſt. atque l. con-
tractus. ff. de regulis iuris. Non tamen id perpetuum eſt iuxa-
ta notata Domi. Bartoli in l. quod Nerua. columna penulti-
19 ma. in decima quæſtio ff. depoſiti. Quo loco, duos excipit ca
ſus, in quibus tutor aut curator latæ dumtaxat culpæ obno-
xius cenſetur. Primo, ſi quando in exactione nominum ceſ
ſaſſet. l. a. C. arbit. tute. l. ſi tutor. ff. de adminiſtrat. tuto. vel cu
ra. Secundo ſi in prædiorū emptione captio fuiſſet His enim
duob. caſibus ſolum, lata culpa geſtum, tutor reſaciet. Atq;
hoc pacto ſtatuit. l. tutor qui repertorium. §. competit. ff. de
admin. tut. vel cura. Nam aduerſus tutores, curatoreſq; tute-
læ curæque actio competit, ſi malè contraxerunt, hoc eſt, ſi
prædia comparauerint non idonea per ſordes aut gratiam.
Sed quid dicendum, ſi neque ſordidæ, neque gratioſæ, ſed
tantum non bonam ſatis conditionem elegerint? rectè hic
quis dixerit, ſolam latam negligentiam, latam dicendam eſſe
culpam (iuxta. l. magna negligentia. ff. de verborum ſignifica
tio.) eoſque hanc latam culpam præſtare in hac parte debe-
re, neque leuis aut latæ culpæ hic damnandi ſunt, quum ſpe-
ciale tunc cenſeatur, quando prędia talia cōparauerint. Ideo-
que talis lata culpa vel talis lata negligentia ipſis eo caſu obe-
rit. Hanc rationem (etſi nuſellis communem) haud adducere
veretur ſummus legum interpres Bartolus, tritam ad. l. tutor
qui repertorium. §. competit. præallegatam. Aliam rationem
& ego addo, ſalua aliorum pace, ne ſummi odij, maximique
periculi circa prædia, aut id genus alia comparanda, tutelæ
curæve munus cenſeatur. Nam quocunque modo, & quan-
tumliber deligenter tutor curatorque ſuo fungerentur offi-
cio, cito, & perpetuo fere, & perfacile leuis culpæ in eos ſu-
ſpicio & iudicium caderet, ob quæ iuxta illos ſtatim in dam
num reſtitutionis reciderēt, quod contra æquitatis rationem
eſſe nemo non clare perſpicit. Quapropter ob hæc, & ſimilia
iniqua vitanda, non ſolum Iuriſconſultis, ſed & Imperatori-
20 bus ipſis (vt ex ſupra allegatis claret) receptum eſt, leuis
culpæ rationem in prædictis caſibus minime reddendam eſ-
ſe, vt & tradit Baldus, in l. quæ fortuitis, columna penulti-
ma. C. de pignoratitia actione. Angelus Aretinus in § actio-
num. columna vigeſimaquarta. Inſtitu. de action. omnium
apertiſſimè vulgata in l. quicquid. C. arbitr. tute. quod qui-
dem ſanam recipit (gloſſa teſte) interpretationem, in verbo,
non acquiſierint, quippe, quum quærendi conditio exiſte-
ret. Secus vero eſſet, ſi conditio, occaſio, ac quęrendi an-
ſa nullo vnquam tempore oblata fuiſſent. At huic conſen-
tiunt l. inde Neratius. §. idem Julian. l. ſi ſeruum meum. ff.
ad legem Aquiliam, & l. pupillorum. C. de adminiſtra. tuto.
21 vel curato. Pupillorum ſeu minorum defenſores, ſi per eos
donationum conditio neglecta eſt, rei amiſſæ periculum
præſtent, facit in argumentum, quod voluit. l. ſi tutoris. C.
eodem titulo. Vel vſuras ex re pupillari, aut id genus ſimilia
non acquiſierint, ſecundum. l. ſi ſine hęrede. §. Modeſti-
nus, & §. item reſpondetur. ff de adminiſtrat. tuto. vel cura-
22 to. Igitur † prædictorum tutor & curator, tum demum rei
cenſendi ſunt ſi id non faciant, ad quod ex muneris atque of
ficij ſui ratione efficere obligantur. Huic ſeruit. l. dolus. ff.
manda. Ratio autem cur in tutelæ quoque contractu leuis
culpæ nomine agi poſſe placuit, eſt; vt ſcilicet minoribus
atque id genus perſonis minimè diſſimilibus, magis ſuccur
23 ratur, adeo vt & tutorum quoq; & curatorū hæredes, ex hac

lata culpa conueniri poſſint.l.prima.per vniuerſum titulum.
C.de hæredibus tuto.vel curato. Diuerſa autem nec eſt ſen-
tentia.l. curatoris.C.de negot.geſt.l.ex depoſiti. Similiter.l.
ex contractibus.ff. de actio.& obligatio. tribus caſibus exce-
24 ptis,qui ſub dicta l.prima comprehēduntur.Neque †obſtat,
quod durum videatur,tutorum curatorumve hæredes leuis
culpæ obnoxios haberi, quum dolus atque culpa tutorum
hæredis in perſona purgari debent, quemadmodum etiam
25 notat † Baldus in l.curatoris,præallegata. Atque ideo huiuſ-
modi actiones reciprocæ dantur, ſcilicet pupillo contra tuto
rem,& tutori contra pupillum, tranſeuntque in eorum hæ-
redes tam paſſiuè,quam actiue.l.prima.§ hanc actionem. &
§.finali.ff.de tutel. & rationibus diſtrah. & per vniuerſum ti-
tulum præallegatum. C. de hæredibus tuto. Quapropter pu-
pillo,vel adulto actio directa poſtea competet in tutores ac
curatores ſuos,& (ſi iſti obierint) in ipſorum hæredes actio
manet ad talis damni reparationem,quod dolo, & lata, uel
26 leui culpa tutorum, aut curatorum obuenerit. Neque le-
uis culpæ prætextu talis actio infringenda fuerit, aut haben-
da inualida,ſed bene leuiſſimæ culpæ. Gloſſa eſt celebri in l.
quicquid.in verbo, leui. & ibi Cyn. ſcribentiumque plurimi
27 C.arbit. tute. Aſſignanda eſt ratio, quia tutoris atque curato
ris officium, non voluntarium, ſed neceſſarium eſt cenſen-
28 dum. Atque † hanc rationem complectitur l.tutori. C.de ne
got.geſt. Neceſſarium autem officium tutorum dicitur. Pri-
mo in ſubeundo,quia ab Inuito plerunque aſſumitur, & pe-
ragitur, vti ſuperius commonſtratum eſt. Secundo neceſſa-
rium dicitur,quia ea quo tutor, aut curator tutelæ, curæue
ſarcina grauatus eſt, tenetur officio ſuo durante neceſſario
omnia atque ſingula,tutelæ curęve oneri congruentia gere-
re & adminiſtrare,gloſſa eſt in dicta l. tutori. in verſicu mu-
neris, & Gloſſa notat in l. procurator, qui pro euictione. in
verbo,non releuabitur,ad finem. ff.de procurator. cui ſeruit.
l. poſt legatum.§.adnotatum.ff.de his quibus, vt indignis. ita
Barto.in l. quod Nerua. ff.depoſi. verſi.quæro quid veniat in
actione tutelæ,&c. Verum illud exceptione gaudet, quippe
quum vltro ſeſe offert tutor, aut curator ad id munus, obla-
29 tio enim iſthæc,ſiue præſentatio efficit, vt quis leuiſſimæ cul
pæ reus,obnoxiusque cenſeatur,l.prima §.ſæpe, & ibi Barto.
ff. depoſi. cui nec diſſonum eſt caput ſecundum,extra de de-
poſit. vbi dominus Abbas Panormit. Notatur per gloſſam,
in l. contractus.ff.de regul. iuris. Meminit Bartolus doctor
inſignis,in dicta l.quod Nerua, columna finali,in verſic.duo
30 decimo.quæro ff.depoſi. Aduerſus illos enim qui volūt inij
cere,vel ingerere ſeipſos,vt creentur tutores, aut curatores,
ſiniſtra ſemper & fraudis militat ſuſpicio,l.ſcire.§.finali.ff.de
tutore & curato.da. ab his, quod nec diſplicuit, immo arri-
ſit Philippo Decio iuriſperitorum haud minimo, ſuis in con
ſiliis,conſilio ducenteſimoſeptuageſimoquarto. in ſecunda
parte. Extremam huic materiæ manum his imponere con-
ſtitui,tameo ſi quis eidem materiæ haud incongruentia plu-
ra deſideret,nempe quid fraus,dolus,ſiue verus,ſiue præſum
ptus,culpæ ſpecies,quot,quæ atque quales,videlicet, lata, la-
tior,leuis,leuiſſima culpa,atque id genus alia, is Bartolū con
ſulat moneo,qui non minus prudenter, quam facundè ea de
pinxit, in dicta l. quod Nerua. Conſulat & Baldum Docto-
rem inſignem,in l.quæ fortunis. C. de pignora.actio. Conſu
lat & dominum Andream Alciatum, noſtræ tempeſtatis e-
ximium doctorem,ad l.magna negligentia.ff.de verborum ſi
gnificat.& ad l.primā.C.de tranſactionibus. Conſulat præte-
rea complures alios viros, & doctos, qui hæc fœliciter tra-
ctarunt,quos breuitatis gratia in medium producere nolui.
Porro huic materiæ interim obiterque aliquot quæſtiones
31 prius annectere placuit. Primò † an negligentia æquiparanda
ſit latæ culpæ? Secundo an tutor vel curator ratione negli-
gentię obligetur,ſicut obligantur ratione latæ culpę,uti pau
lo ante monſtratum eſt. De quibus quæſtionibus ſubtilem
dominum Baldum videndum ſuadeo,in capitu. plerumque.
ad finem tertiæ columnæ.: de reſcriptis, vbi vult latæ culpæ
negligentiam eſſe comparandam, & pari pœnæ ſubiectam,
ob id quod rationi conſentaneum ſit,& æquitas requirat, v-
32 numquemque † in ſuo officio diligentem, ac nequaquam
negligentem eſſe debere, vulgata l. diuus Marcus,ad finem.
ff.de offic. præſidis. & l.ſi duas.§. minuere.ff.de excuſat.tut.
& curat.l.quum plures.§. nimium. ff. de adminiſtratione tu-
to.& curato.l.ſi quos.C.de offic. præfec.præto. orient. & illi-
33 ri. Præterea negligentia omnis lædit, iuxta text. in Authent.
de quæſto.in principio,collat.ſeptima. Nec prætereunda hic
eſt l.penultima. C.de anna.exceptio.Hinc ait Iacob Rebuff.
34 in l. purpuræ, de veſtibus Holo. libro vndecimo. C. quod
qui negligenter ſe gerit in officio,debet & honore, & admi-
niſtratione priuari,dicta l. ſi quos.C. de offic. præfec. Præto.

Orient.& Illiri. A pari ratione,tutor,curatorve negligens at-
que ſegnis,tutelæ curæve ab onere, officio, ſiue munere ve-
nit priuandus, negligentes enim atque ſegnes adminiſtrato-
res,pupillo,minori atque id genus perſonis, prorſus inutiles
cenſendi ſunt,& perpetuo miſerabilibus perſonis,(nempe pu
pillis,minoribus,furioſis,atque alijs nequaquam abſimilib.)
incommodi plus quam commodi adferentes, vti hac noſtra
35 infœliciſſima tempeſtate ſæpiuſcule eſt cernere. Præterea, tu
tor.aut curator muneris officijque ſui ratione quo fungitur,
36 rerum pupilli,aut adulti fructus tēpore perituros (quos vul-
go appellitant fructus,qui ſeruando ſeruari nequeunt) ea ſub
æſtimatione, qua ad præſens communiter venduntur eo in
loco vbi ſunt, diſtrahere obligatur, quod ni faceret ipſemet
in periculum ac detrimentum caderet: debuit enim confe-
ſtim officio ſuo fungi,l.tutor qui repertorium,§. ſi tutor ceſ-
ſauerit,crebro præallegata.& l.finali.ff.de adminiſtratio. tut.
vel curat. Cui ſeruit quod alibi notat Bartolus, ille ſummus
legum interpres, ad l.iubemus.de erogatio.milite. anno.lib.
duodecimo.C.contra aduerſusque tutorem,qui poſt Kalen-
das Nouembris potari faciebat per familiam ſuam vinum ve
tus,vt de ſuo teneatur reſarcire,quia debebat facere bibi vi-
num nouum, quum erogatio veteris eſſet damnoſa,ratione
cuius pupillo,minorique competit actio tutelæ, aut curæ di-
recta,aduerſus tut.aut cura. in quorum fructuum atque alio
37 rum bonorum † non diſſimilium pupilli,aut adulti alienatio
ne,inſpicienda omnino eſt,patriæ pupilli, aut adulti conſue-
tudo: perfacile enim ruerent in ſcopulos pupillorum,aut mi
norum gubernatores & defenſores,ex quibus ſeſe abſque dā
38 no detrimentoque extricare, † ſubterfugereque nequirent.
Debent præterea tutores ac curatores pupillares, ac mino-
rum debitores,maturè,tempore, & loco admonere de debi-
to,illud diligenter exigere, & per iuſtitiam exoluendum cu-
rare. Nam ſi ob ſuam negligentiam in exigēdo commiſſam,
effecti ſunt illi debitores inidonei,& non ſoluendo,à tempo-
re ſuſceptæ tutelæ,aut curæ omne damnum, quod ex ceſſa-
tione pupillo, minorve accidit, præſtare & reſarcire tenetur
l.ſecunda. C. arbit. tute. vbi gloſ. in verbo. Negligentia, inter
pretatur negligentia, quæ eſt lata culpa, cui interpretationi
ſubſcribunt non pauci. Accedit quoque dilucida claraque l.
ſi tutor conſtitutus.ff. de adminiſtratio.tutor. vel curato.Cæ
39 terum ſi nulla præcedente tut. aut curat. negligentia †ſtatim
poſt aſſumptam tutelam aut curam caſu fortuito deficiant,
ſiue deſinant debitores eſſe ſoluendo & minus idonei,id pe-
riculum tutoribus, aut curatoribus non erit aſcribendum,
ſecundum l.etiam contutoris.ff.de adminiſtrat.tuto. vel cu-
rato. Cui ſeruit l.litis.§.ſi pecuniæ.ff.de negot.geſt. atque l.ſi
ſine hærede. §. Modeſtinus priori.ff. de adminiſtratio.tuto.
40 vel curato. Quinimo ſi tutelæ,curæve munere finito & ab-
ſoluto deſierint hi debitores eſſe ſoluēdo, quos tutor aut cu
rator eius officio durante non exegit,tunc tutor ipſe, aut cu
rator ex tunc periculo abſoluitur,quod atteſtatur l. quū poſt
mortem,in principio.ff.de adminiſtratio.tuto.vel curato. At
41 que † ob hæc cautè ac prudenter hoc infœlici ſeculo ambu-
landum eſt,videlicet,cum perſonis qui ſoluendo ſint idonei,
a quibus tutores aut curatores, citra periculum & damnum
debita recipere poſſint, vulgata l.tutor qui repertorium. §.
competit. ſæpiuſcule præallegata. Alioqui ipſe tutor, aut cu-
rator conueniendus eſſet,modo quo ſupra commōſtratum
eſt,& ad damni reparationem, & cæte. Neceſſum etiam eſt,
42 actui pupillari,aut minoris quum expedit, authoritatem ſuā
tutorem, aut curatorem præſtare, l. ſi tutor pupillo nolit. ff.
de authorita & conſenſu tutor. vel curator. ad quam autho-
ritatem tamen præſtandam per iudicem, prætorem, aut præ-
ſidem cogi compellique minimè poterit, quia iniquum eſt,
etiam ſi non expedit pupillo aut minori authoritatem præ-
ſtare. Deinde & ſi expedit, tutelæ aut curæ iudicio,pupillus
aut minor hanc iacturam,incommodum, & detrimentum
conſequitur.l ſi tutor pupillo nolit. præallegata. Et impera-
tor Inſtitut. de authoritate tuto. ad principium, quo quidem
43 in loco rationem annectit ac ſubiungit. Nam † placuit me-
liorem quidem conditionem licere eis facere etiam ſine tu-
toris aut curatoris authoritate: deteriorem vero non aliter,
quàm cum tutoris vel curatoris authoritate, vnde in iis cau-
ſis ex quibus obligationes mutuæ naſcuntur, ac prodeunt:
vt in emptionibus,venditionibus,locationibus, conductio-
nibus, mandatis,depoſitis, atque id genus haud diſſimilibus:
ſi tutoris aut curatoris authoritas non interueniat,ipſi quidē
qui cum his contrahunt,obligātur, at inuicem pupilli,mino-
reſve,non obligantur,nec aſtringuntur.l.pupillus.§.pupillus.
ff.de auth.tut.& curat. Ex qua l.notandum eſt contra contra
44 ctus (quos practici ꝯctus claudicantes appellitant) nonnun-
quā uno ex latere cōſtare exempli cauſa.Si quis a pupillo aut
minori,

minori,ſine tutoris, aut curatoris authoritate quid emerit,
vno ex latere conſtat contractus. Nam qui emit obligatus
eſt pupillo, aut minori, pupillus uero, aut minorennis non
obligatus eſt emptori.l.Iulianus.§ ſi quis a pupillo.ff. de acti.
45 empti. quod ſpeciale eſt, Angelo Aretino teſte, ad initium
tituli de authorita. titu. inſtitut. pupilli, minoriſve fauore,
cui iua commune in contrarium eſt, ac repugnat,l.ratas. C.
46 de reſcindenda venditio. qui quidem fauor non reſtringen-
dus, ſiue coarctandus, ſed ampliandus ac dilatandus perpe-
tuo eſt, ſecundum vulgatam ac tritam iuris pontificij regu-
47 lam. Odia † reſtringi,fauores conuenit ampliari, niſi pactum
48 ſeu contractus ſint iuramento firmati ac muniti. Nam † tum
iuramentum reddit eum maiorem, ac firmiorem, pulchrè
Innocentius in capitulo ſecundo, de iureiurando. Pau-
lus Caſtrenſis conſilio ducenteſimodecimoſeptimo. inci-
pien. Si non intereſſet iuramentum, quod quidem proce-
49 dit, quando licitè ac ſponte præſtitum fuerit: ſecus, ſi vi
aut metu præſtitum extiterit, tum enim minimè confirmat
ac validat eum contractum, cui adponitur, ſed id iuramen-
tum, per authenticam, ſacramenta puberum.C.ſi aduer.ven.
50 reprobatur, nulliuſque eſſe momenti aperto ſtatuitur. An au
tem & quando contractus vno ex latere conſiſtere queat,
ſiue claudicare, ad plenum D. Cynus Doctor inſignis,ad l.v-
nicam C.ſi ſeruus extero.ſe emi manda.Sed quæret forte ali-
51 quis, An ſufficiant,ac validæ ſatis ſint minorum actiones, fa-
ctæ in tutorum aut curatorum præſentia, ſi iſti obticeſcant.
& minorum actibus viua voce non obſiſtant. Ad hanc quæ-
ſtiunculam variè à iuriſperitis reſponſum eſſe comperies, vt
oſtendit D.Bar.in l.1.§.tutor ſi inuitus.& in l.etiam.ff.de aut.
tut. & cura.Sed reiectis eorum opinionibus ac ſententijs qui
affirmatiuæ parti aſſentiunt: ego eorum opinionem ſequen
dam atque amplectendam cenſeo, qui negatiuæ parti adhæ-
rent, quorum è numero eſt dominus Dynus,trita in regula:
qui tacet, de reg.iur.lib.6.inquiens, licet tutor ſit præſens his
rebus quæ per pupillum aguntur, & quamuis ita præſens ta-
ceat, ob id tamen non eſt dicendus conſentire in eodem pu-
pilli, aut minoris actu, niſi expreſſe loquatur, & dicat ſibi gra
tum, & ratum eſſe quicquid per minorem agitur, aut actum
eſt.l.1.§.tutor ſi inuitus,& l.2. & l.3.ff.de author. & conſenſu
tut. & cura. Neque huic repugnat, (tametſi prima fronte ita
appareat) communis iuris canonici regula, Qui tacet, is con-
ſentire videtur, ſicut expreſſe demonſtrat Domin. Dynus, in
præallegata regula, is qui tacet, ad quem breuitatis gratia, le-
ctorem remitto. Huius Dyni opinioni apertè ſubſcribit Do.
Bar.in l.1.§ tutor ſi inuitus, & in c.etiam præallegatis. Secus,
inquit, ibidem, mutus tutoris munere fungi quiret, & autho
ritatem conſenſumq; præſtare haud prohiberetur, cuius cō
trarium expreſſim ſtatuit l.1.§.mutus tutor.ff.de tutel. Quo-
rum opinioni negatiuę tanquam æquiori ac receptiori pror
52 ſus aſtipulor. Inſuper † perſpicuum eſt, tutores, uel curatores
adoleſcentium, ſi nomine pupillorum, vel adultorum ſcien-
tes ac volentes calumnioſas inſtituant actiones, aut ſi à iuſta
ſententia contra pupillum, aut minorem lata obſtinatè appel
lent, eoſdem tutores eodem nomine condemnari oportere,
quod ſub nomine & prætextu pupillorum ſuas ſimultates,
odia atque propriam litigandi libidinem exercere præſuman
tur, ideoq; & expenſas à condemnatione è propria crumena
& marſupio perſoluere compelluntur, atque breuiter omnē
iacturam, quæ hoc quoque pacto oritur, ad tutores, curato-
res, & fideiuſſores eorum, hæredesq; & res eorum, & ad om
nes quorum in cauſa legitimè intereſt redundare, legibus ſan
citum eſt, immo ſi non ſufficiat pupillis, vel minoribus eo-
rum ſubſtantia, tunc in id in quo fuerint detrimentum per-
53 peſſi. † in integrum reſtitutionis auxilium eis ſupereſſe, vul-
54 gata l.properandum.C. de iudi. Nec eas pupillis † vel adultis
in reddenda ratione computare queunt, immo aperto eis ꝓ-
hibitum reperitur, vulgata l.non eſt ignotum. C. de admini-
ſtratio. tutorum & curatorum. Cui nec diſcordat gloſſa, in
capit. placuit, in verbo, cauſæ, decimaſexta quæſtione ſexta.
55 Quæ † tamen quæſtio extenſione gaudet, ut ad prælatum ec
cleſiæ quoque ex ſimili ratione intelligatur, qui eccleſiam in
demnem ex ſuo proprio patrimonio conſeruare obligatur,
& aſtringitur, gloſſa eſt celebris, & ordinaria, in verbo, ſuas, in
dicta l.non eſt ignotum, cui aſſenſiūt ibidem Cynus, Baldus,
Angelus, Salycetus, & Doctores alij multi. Similiter dicen-
56 dum † arbitror de hoſpitalium rectoribus, fabricæ magiſtris,
menſæ ſancti Spiritus prouiſoribus, ac ſimilibus piorum lo-
corum adminiſtrationem habentibus, immo dicendum pu
57 to de procuratore generali, qui ſpeciale mandatum ad calum
nioſam actionem intentandam non habuit. Ita ſingulariter
domin. Salycet in dicta l.non eſt ignotum, præallegata, quem
inſequitur clariſſimus vir dominus Nicolaus Euerardi a Mid
delburgo, inſignis Louanienſis Academiæ quondam. I. V.
Doctor, ſuo in Topicorum libro, in loco, a pupillo ad Rem-
publicam, folio trigeſimonono. Quæ omnia ac ſingula mo-
menti quidem plurimum habent, contra tutores, curatores,
eccleſiæ prælatos, hoſpitalium rectores, ſabricæ magiſtros,
58 ſancti Spiritus prouiſores ſiniſtros adulterinoſq;, qui † rixis
atque litibus perpetuis gaudent, & ijſdem ita oblectantur,
vt ſine ijs omnis vita ipſis parum dulcis uideatur, aut ſuauis.
Talemque voluptatem ex litibus capiunt (quas plerunque
cum alienis pecunijs ac ſumptibus inſtituunt) vt ex ijs quo-
dammodo viuant, & ſi ſuis litibus diffidant, aut contrariam
ſententiam metuant, ſummis mœroribus ſeſe macerent, aut
duram mortem ſibi ex ijs plerunque contrahant. Sed quid
iſtis quæſo hominibus miſellis inſulſius? quid deploratius?
aut quib. magis impium? Nam iura omnia, & naturalia, &
gentium, & ciuilia, ſeu Cæſares, & Canonica, ſiue Pontificia,
59 ſimiliter ſacroſancta Euangelia, † nihil præter pacem, nihil
pręter animorum, mentiumque amicam tranquillitatem cre
pant, & præcipiunt, quapropter eos fatuos, veſanoſque arbi-
tror, qui rixam ſaluti ſuæ anteponant, quales ſunt, quorum
60 iam meminimus. A ſuperioribus † non extranea erit hæc quæ
ſtio. An pupillorum, minorum, aut etiam prodigorum bona
delata in conductam aliquam domum, tacitè obligata ſint
pro domus penſione? Pro huius quæſtionis elucidatione a-
nimaduertendum, quod res quæ alienari nequit (quia probi
bita eſt alienatio) non poteſt expreſſe obligari pignori, cum
ſub alienationis nomine etiam pignoris obligatio haud du-
biè contineatur, uti placuit imperatori Iuſtiniano in ſingula
ri ac notabili l. ſancimus.C. de rebus alien.non alienand. Ex
qua nonnulli colligere volunt, quod ſi pupillus, minor, aut
prodigus, authore tutore, aut curatore domum conduxit, &
in eam pupillus, minor vel prodigus res ſuas intulerit, quod
tunc res illæ tacitè obligatæ non erunt. Nam ſicut expreſſa
obligatio non videtur poſſe valere in rebus iſtius pupilli, mi-
noris aut prodigi, ita nec ualebit obligatio tacita, ſecundum
l.primā. §.vltimo. & l.ſequen.ff.de rebus eorum. qui ſub tute.
vel curat. ſunt. Sed tamen contrarium iſtius ſuſtineri poteſt.
Quia ſicut per authoritatem tutoris, aut curatoris cum ad-
iuncto iudicis decreto, pupillorum minorum, vel prodigo
rum res alienari permittuntur.l.prima.C.de præd. & alijs re-
bus minor. nec non l. lex quæ tutores. C. de adminiſtratio.
tuto. Ita quoque videtur, quod authoritate legis (l. item. ff.
de pact.) tales res alienari poſſint. Quia tacitè pupilli ac ſi-
milium perſonarum res obligari poſſunt. Præterea ſi aliquan
do authoritas ſolius iudicis ſufficiat, ut l.bonorum.C. qui ad
mit. ad bono. poſſeſſ.poſſunt. multo fortius videbitur, quod
ipſius legis authoritas ſufficiet. Præterea quia prædictus pu-
pillus, ac minor in prædicto facto vſus eſt non iure pupilli,
ſeu minoris, ſed iure maioris, uel iure communi, ob id non
videtur iuuandus quin ipſius bona ita alienari poſſint, & per
tutoris authoritatem defendi non poſſint l. vltima. C. de in
integrum reſtitutio. minor. Sed prior opinio communiter a
multis approbatur, tametſi dominum Rofredum poſterio-
rem opinionem magis approbaſſe compererim. Nam ex ſola
inductione, ſiue potius ex ſola illatione, rem ſuam obligare
pupillus non potuit, qui eandem rem prius ſimpliciter, & per
ſe obligare non potuit, l.obligatione generali.ff.de pignor.&
hypothe.

CAPVT OCTAVVM.

SVMMAE.

1 *Prodigorum vbique terrarum magnus eſt numerus.*
2 *Pupillorum minorum, prodigorum eadem eſt ratio.*
3 *Prodigi definitiones.*
4 *Prodigus ex factis, non ex verbis, cenſebitur.*
5 *Quæ requirantur, ut quis prodigus habeatur?*
6 *Teſtificatio de animi qualitate fieri debet per actus exteriores.*
7 *Curatoris datione aliquis prodigus uel furioſus probatur.*
8 *Prodigus quando a foro, ſeu iudicio arcendus.*
9 *Prodigus ante iudicis interdictionem contrahere, obligare ſe ac ſua poteſt antequam ei expreſſe interdictio à iudice fiat.*
10 *Non eſt facile recedendum à vulgata, communique Doctorum opinione.*
11 *Prodigo bonorum adminiſtratio per iudicem interdicitur.*
12 *Authoritate legis fit interdictio.*
13 *Prodigi ante interdictionem an ualeat donatio?*
14.19 *Prodigus notus licet ante interdictionem, contrahere alienareque poſſit, læſus tamen reſtitutionem petere poterit.*
15 *Prodigi curator per reſtitutionem reuocare & infringere poterit, quod inutiliter antea fecit prodigus, aut male peregit.*
16 *Lex actum prodigi ante interdictionem ratum habet, tametſi poſtea ſubſequatur interdictio.*

17 *Teſtamentum à prodigo conditum ante bonorum interdictionem, valet.*
18 *Notoriè prodigus ante interdictionem contrahere poteſt.*
20 *An præconaria iudicis interdictio ſufficiat, ne quis cum prodigo cõtrahat.*
21 *Prodigus ex maleficio obligatur, vt quiuis alij.*
22 *Vitium vitio coniunctum, maleficium non excuſat.*
23 *Alienatio quando prohibita eſt, fauore alienantis, tunc alienatio quæ fit de linquendo, non eſt prohibita.*
24 *Iudex ſi interdicat alicui tanquam prodigo adminiſtrationem qui in veritate non eſt prodigus, talis interdictio indiſtinctè non valet.*
25 *Tutoris vel curatoris datio eſt nulla, ſi cauſa ex qua dati ſunt non ſubſiſtat.*
26 *An prodigus reſipiſcens, ipſo iure, à bonorum interdictione, & cura abſoluatur.*
27 *Prodigus cui fuit bonis interdictum, ſi poſtea ad magiſtratum, aut ad ciuitatis decurionem aſſumatur, per talem aſſumptionem, aut honorem non extinguitur bonorum interdictio.*
28 *Commiſſarij Comitis Flandriæ, in renouatione ſenatus, omnia agunt cum ſufficiente examinatione.*
29 *Prodigus ſi poſt bonorum interdictionem cum aliquo contrahat, & iuramento interpoſito, iuret ſe contractum ſeruaturum, nunquid ratione interpoſiti iuramenti, valebit contractus?*
30 *Iuramentum interdicti non valet nec tenet.*
31 *Iuramentum debet habere tres comites,*
22 *Prodigus diſcretione caret.*
33 *Venire contra ſuperioris præceptum, eſt peccatum mortale.*
34 *Iurans ſuper contractu prohibito, iurat obſeruare, quod eſt peccatum mortale.*
35 *Prodigi perſonam lex inhabilitat.*
36 *Minorum contractibus lex non reſiſtit, ſicut prodigorum.*
37 *Mulieri non eſt prohibitum uendere, ſed ipſa alienatio, hoc eſt, dominij trãſlatio, à iure bene eſt prohibita.*
38 *Lex aut ſtatutum quoties prohibet aliquem contrahere, vel aliquid facere, ille hoc faciendo, & ſuper hoc iurando non obligatur.*
39 *Prodigus contrahens, & iurans cum auctoritate ſui curatoris, obligatur ſecundum quoſdam.*
40 *Statuta Flandrica, ſi quando curator prodigo contrahere conſentit.*
41 *Prodigus contrahens cum iuramento, & auctoritate iudicis obligatur.*
42 *Prodigus non poteſt uendere, etiam cum iuramento interpoſito.*
43 *Iuramentum prohibiti contrahere non ualidat contractum.*
44 *Prodigi cenſentur inſenſati.*
45 *Cum prodigo tractantes quomodo fallantur financiarij.*
46 *Prodigus in eccleſia non eſt eligendus.*
47 *Prodigi electio eccleſiæ multum eſt pernicioſa.*
48 *Prælati eccleſiarum quales inſtitui debeant.*
49 *Prælatus negociorum ſecularium peritia carens repelli poteſt.*
50 *Prodigus teſtari non poteſt, nec teſtis ad teſtamentum adhiberi.*
51 *Prodigus inter liberos teſtari poteſt.*
52 *Prodigus acquirere poteſt, obligari non poteſt.*
53 *Prodigus debet citari, quando iudex ei uult date curatorem.*
54 *Declarare aliquem prodigum res eſt magni præiudicij.*
55 *In actu præiudiciali debet pars ipſa citari, alioqui actus eſſet inualidus.*
56 *Prodigus furioſo æquiparatur, quantum ad curatoris dationem, & adminiſtrationem.*
57 *Prodigo etiam recuſanti curator dari poteſt.*
58 *Furioſo quemadmodum ſubſtitui poteſt, ita etiam prodigo.*
59 *Prodigus nequit adminiſtrationis interdictionem, aut curatoris dationem impedire.*
60 *Vbicunque abſenti incumbit ſui defenſio, ibi eiuſdẽ neceſſaria eſt citatio:*
61 *Quando ſumus in notorio, in quo nulla defenſio poteſt competere reo, tunc non requiritur citatio partis.*
62 *Furioſi ad prodigum æquiparatio procedit quantum ad hoc, ne prodigus faciat deteriorem eius conditionem.*
63 *Prodigus declaratus non cenſetur capite diminutus neque condemnatus.*
64 *Prodigus iudicio uulgi uilis perſona cenſetur.*
65 *Sententia lata à principe, quæ aliquem declarat prodigum ſine citatione caret robore.*
66 *Citatio eſt introducta de iure diuino.*
67 *Princeps ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, nequit procedere ad ſententiam, ſine partis citatione.*
68 *Princeps poteſt procedere ad ſententiam, ſine citatione ex cauſa apparenti, uel expreſſa.*
69 *Conſuetudo quæ non eſt cum ratione, & æquitate coniuncta, prorſus eſt inualida.*
70 *Mulieri nimium ſumptuoſe viuenti, curator dandus eſt, & bonis interdicendum.*
71 *Viuere in luxu, uel luxurioſè, quis dicatur.*
72 *Taxantur luxus, & prodigalitas mulierum noſtri ſeculi.*
73 *Quot mala oriantur ex mulierum immoderato luxu.*
74 *Viduas frugalitas ornat & continentia.*
75 *Viduarum eſt aſſiduè orare pro ſtatu eccleſiæ.*
76 *Qui in principio prodigalitatis, curationi ſubmittuntur, ſunt felices.*
77 *Omnium infœliciſſimum eſt, fuiſſe fœlicem.*
78 *Meticuloſitas parentum, ad conſtituendos curatores ſuis liberis.*
79 *Modus procurandi curatores, apud quoſdam.*
80 *Prodigorum curatela, quando finienda.*
81 *Qui ſemel declaratus eſt prodigus ſemper idem futurus præſumitur.*

De prodigis eadem eſt, quæ de pupillis, & minoribus rõ,
ſic vt quæcunque de pupillis atque minoribus ante
commemorauimus, eadem quoq; prodigorum curatelę faci
1 lè † attribui, & applicari poſſint, quorum Barbantia, Flãdria,
Hannonia, Artheſia, Hollandia, Zelandia, alijsq; in regionib.
ſimilibus (quod deplorandum eſt) magnus eſt numerus. Ger
mani enim ſunt, & in pleriſq; non ſolum iuriſconſultorum,
2 ſed † etiam & Imperatorum teſtimonio, pupillus, minor, pro
digus, & generaliter omnes, qui curatorum adminiculo, pa-
trocinioq; reguntur, æquiparantur, quemadmodum ad ocu
lum cernere eſt apud Vlpianum notabili ac vulgariſſima in
l. Fulcinius. §. adeo. & ſeq. quodq; ibidem Alex. Imo. adnota-
re haud prætermiſit. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. Idem in l qui
neq;. ibiq; D Bal. ff. de reb. eo. qui ſub tut. vel cura. ſunt. Qui-
bus accommodabitur Imperatoris Iuſtiniani l. properãdum.
§ ſi C. de iud. atq; aperto, & pulchrè in authentica, minoris
debitor, ad finem C. qui dare tut. uel cur. Nec non in corpo-
re, vnde authentica deprompta eſt, in Authentico, ut hi qui
obliga. ſe hab. per hib. res minor. §. ſed & ſi quis. colla. 6. conſt.
2. Porro quis prodigus dicatur, ipſe Cicero 2. offi. lib. apertè
expreſſit, ubi ait. Prodigi ſunt qui epulis & viſcerationibus, &
gladiatorum munerib. ludorum venationumq; apparatu pe
cunias profundunt, in eas res quarum memoriam, aut breuẽ,
aut nullam omnino ſint relicturi, præter morem tamen hoc
3 in libello adobſeruatum. Et certe † prodigus eſt, qui non ob
ſeruat, vel tempus, vel finem, uel rationem expenſarum, ſed
bona ſua inutiliter diſſipat, & dilacerando profundit, cui de-
ſcriptioni verbotenus ſubſcribit Vlpianus in l. ad exordiũ. ff.
de curat. furio. Vel qui expendit plura, quàm ferant faculta-
tes ſuæ, idq; ſine cauſa, & neceſſitate, ut implicitè aſtipulatur
imperator Iuſtinianus in § cum vero Deo amabiles Epiſcopi.
ver. nam ſi non aliquis ferret libenter eum qui vltra ſubſtan-
tiam ſuam expendit, &c. in Authentico, ut determina. ſit nu.
cleri. ibi Ang. notat illum tex. Quomodo debeant formari po
ſitiones ad probandum aliquem eſſe prodigum. Cuius deſcri
ptionem ſtatui in præſentiarum (quantũ huic propoſito con
ducere videbitur) explicatius diſtinguere, & tradere, nempe,
4 † vt prodigus dicatur ex factis operibusq;, & nequaquam ex
ſermonib. ſiue elocutionib. dinoſcatur, ſicuti id quoq; notã
dum ait eximius iuriſtatũ antiſtes Bar. ad l his qui. § diuus. ff.
de tut. & cura. dat. ab his. qui quidem textus ſic habet. Quod
D. Pius matris querelam de filijs prodigis admiſit, ut curato.
rem accipiant in hæc verba: non eſt nouum quoſdã, & ſi mẽ
tis ſuæ videbuntur ex ſermonib. compotes eſſe, tñ ſic tractã
re bona ad ſe pertinentia, ut niſi ſubueniatur his, deducãtur
in egeſtatem: eligendus itaq; erit, qui eos conſilio regat. Nã
æquum eſt proſpicere nos etiam eis qui quo ad bona ipſorũ
pertinet furioſum faciunt exitum, concordat gl. in ver. tut. &
curat. ibi. & interdum maiori furioſo, vel prodigo. in Cle. de
religio. do. c quia contingit. ver. illi etiam. Exteriora indicant
5 interiora. Sed † hic diſpiciendum eſt, q̃ nã potiſſimũ requiran
tur, ad hoc vt quis prodigus habeatur, & ex eo in curatelam
conijciatur. Principio igitur requiritur, vt affines, coniuncti,
& propinqui illum pro prodigo habeant. D. Ange. in §. Item
furioſi. inſti. quib. non eſt permiſſ. face teſta. Verum hic non
ſufficit ſimplex cognatorum iudicium, & aſſertio, ſed præte-
rea requiritur, ut iidem ipſi teſteſue certam rationem & cau
ſam prodigalitatis aſſignent. Nempe q̃d cum viderint ſua bo-
na quotidie dilapidantem, abligurientem & profundentẽ lu-
ſius, quàm ipſius facultates perferãt, vt inquit excellẽtiſſimus
D. Bal. ad l. vbi adhuc. col. antep. C. de iu. dot. Hinc eſt q̃ quã-
6 cunq; de quadam aĩ qualitate quæritur, aut interrogatur te-
ſtis, is teſtificari dẽt per actus exteriores, quos vidit alias eius
teſtimonium leuis cenſebiẽ momenti, quod D. Bar iuris ciui
lis interpretatori acutiſſimo placuit in l. is qui. in §. diuus p̃al.
7 Secundo † aliquis prodigus, aut furioſus conſtituitur, per da-
tionem alicuius curatoris, ſic enim pro decreto p̃ſumiẽ, quẽ-
admodum Bal. Ang. Sal. eorumq. ſequaces, notant ad l. cum
8 te. C. de proba. Cæterum quod prodigus arceaẽ à iudicio &
foro, id ſane intelligendum, tunc eſt, q̃n ipſi bonis à iud.ce
eſſet interdictũ. Si vero nõ eſſet bonis ei interdictũ à iudice,
poſſet iudicio intereſſe, quẽadmodum tũc & ↄhere & aliena
re poſſet. Eſt. n. approbata, & cõis Doctorum opinio: illum q
9 † palã, certo & manifeſtè ſit prodigus, ↄhere, obligare ſe, ſua-
q; alienare poſſe antequã ſibi expꝛ̃ſſe bonorũ interdictio à iu-
dice fiat, ſ̃m gl j. in l. Is cui bonis. ff. de uerb. obl & gl. in ver. l.
in l. 1. in prin. ff. de cur. fur. & hoc tenẽt Bar. Bal. Ang. Pau. Ca.
Lud. Ro. Io. Imo. & Ang. Are. dicentes hanc opinionem eſſe
10 ſeruandam in practica; & foro, quum non ſit facile recedẽ-
dum à vulgata, & communi doctorum opinione, Vlpiano to
ſte. in

ſta.in l.vnica. verſi. & ſanè crebrior apud veteres opinio eſt.
ff.de offic.quæſto.& hac pro opinione firmanda, eſt tex.in l.
ſi curatorem habens, in verſic.cui à prætore curatore dato,
bonis interdictum eſt C.de in integrum reſtitu.minor.vigin
tiquinque annis. Accedit his l.ſed ſi vnius permiſſu,§. filiofa
milias.ibi curator à prætore conſtituatur ff. de iniut. atque l.
certi condictio.§.quoniam.in fine.ibi,cui poſtea bonis inter
11 dictum eſt ff ſi cert.petat. Ex † quibus probatur,prodigo bo-
norum adminiſtrationem,per iudicem interdici, ergo priuſ-
quam illa interdictio fiat,bona ſua adminiſtrare, & de bis, vt
velit, & pro ſuo arbitrio diſponere poterit. Nec bis refraga-
tur quod ab ipſa lege interdicatur adminiſtratio prodigo, &
quod ita bonis ei cenſeatur interdictum, etiam ſi iudex non
interdicat,quemadmodum placuit l.1.ff.de curat.fur.in prin-
cipio, habenti,lege duodecim tabularum prodigo interdici-
tur bonorum ſuorum adminiſtratio.Nec non l.is cui lege ff.
de teſta.& qui teſta.face poſſ. Ad has enim leges reſponden-
dum eſt ſecundum Doctores,& gloſſ.in præallegata.l.1.ff.de
curat. furio.quod quum dicit tex. lege interdicitur, hoc di-
12 ctum † non ſimpliciter intelligendum eſt, quaſi lex per ſe ſta
tim quibuſuis rerum ſuarum profuſoribus adminiſtrationē
interdicat, ſed hoc intelligendum eſt ſic. Lege interdicitur,
hoc eſt, lege, ſiue authoritate legis declaratur, ſiue fieri de-
bet,ut per iudicem fiat interdictio ipſis prodigis, nempe, vt
per talem interdictionem factam, poſtea ipſorum prodigali-
tas coerceatur & incipiant eſſe frugi, interpretationem con-
firmant leges aliæ,paulo ante citatæ,quæ expreſſe volunt pro
digo debere fieri bonorum interdictionem à iudice, quæ ſi
aliter intelligerentur,ex diametro pugnarent cum d l.1.ff.de
curat.furio. Poteſt adhuc & alio modo conciliari d. l. prima.
ſi dicatur,ſcilicet,quod immo non refragetur, verum ſuffra-
gatur potius opinioni noſtræ. Dicit enim ibi in principio tex.
Quod prodigis lege duodecim tabularum interdicitur bo-
nis. Et poſtea ſubdit, ſed ſolent hodie prætores, vel præſides
eis dare curatores, exemplo furioſi & ſic tex. in illis verbis.
Sed hodie innuit mutatum eſſe illud, quod olim cauebatur
lege duodecim tabularum, quare opinionem noſtram ſoli-
dat, & confirmat, quam etiam tenet eximius ille Iaſon de
Maino in præallegata l.is cui bonis.qui refert inter cetera Bal
13 dum conſuluiſſe. Quid † ſi prodigus ante bonorum interdi-
ctionem,alicui omnes ſuas poſſeſſiones,prædia, agros,villas,
& arces dederit,denique totum ac vniuerſum ſuum patrimo
nium,nunquid valeat iſta donatio? Et primo dicit videri, q̄d
non valeat. Nam quis omnium magis prodigus eſſe poſſit,
quàm is qui omnem ſuam ſubſtantiam alteri inconſultè do
nando diſſipat, & profundit. Contrarium tamen ſecundum
eum concludit Bald. videlicet, quod talis donatio omnium
bonorum valere debeat,ſi tempore donationis, nondum il-
li bonis à iudice fuiſſet interdictum, modo tamen fraus, &
14 dolus tali donationi non interueniſſent. Ad † hoc tamen vnū
eſt obſeruandum, quod licet notorius, & manifeſte prodi-
gus, ante interdictionem factam à iudice, poſſit contrahere
& alienare,tamen poterit prodigus in integrum reſtitutionē
petere,de bonis alienatis ante interdictionē,ſi reperiatur gra-
uiter læſus,& deceptus,ſecundum gloſſ. notabilem.in l.patri
pro filio,in principio in ver. interdici. ff. de minoribus. ubi
15 vult g'oſ. Quod † curator prodigi per reſtitutionem in inte-
grum, poterit reuocare, & infringere omne id quod inutili-
ter antea fecit prodigus. Ita enim conſuluit Bal. & notat Lu-
do. Roma.in ſingularibus ſuis,ſingulari 223.qui tamen dicit
illam gloſſ. loqui de prodigo minore. Nihilominus ſi tamen
prodigus maior allegaret iuſtam ſuæ læſionis,& deceptionis
cauſam,eſſet eo quidem caſu in integrum reſtituendus, alias
vero minimè. l.1.& l. nec non.§.quod eis.ff. ex quibus cauſ.
maior 25.ann.in integ. reſtitu. Sed Aug. Arer. & Iaſon con-
tra in d.l.is cui lege bonis. Mouetur enim Iaſon hac ratione,
16 quod lex (vt dicit) habet ratum † omnem actum prodigi an-
te interdictionem factum, licet poſtea ſubſequatur interdi-
17 ctio.l.is cui bonis, vbi teſtamentum à prodigo conditum an
te interdictionem bonorum valet ff. de teſta. Et communis
18 omnium penè Doctorum concluſio eſt, notoriè † prodigū
ante interdictionem poſſe contrahere, & idcirco cum eo cō
trahentes per auctoritatem legis decipi non debent,l.1.in fi-
ne.C.de bis qui veni. ætat. imper. Fatetur tamen Iaſon, ma-
gnam eſſe Bal.& Ludou.Roma.auctoritatem. Federicus ta-
men Schenck ex Baronibus de Tantenburch. iuriſconſ. ne-
quaquam pænitendus,atque ſacræ Cæſareæ maieſtatis conſi-
liarius,& libellorum magiſter, in ſenatu curiæ ſupra modum
meritiſſimus,ſuo in libello,cui Triadis foren.ti.præfixit, æqui
19 tate motus,arbitratur † tali prodigo per reſtitut. in integ.vel
contrac. reſciſſionem ſubueniendum eſſe, ſi ex contractu e-
normiter eſſet læſus,& ultra dimidium iuſti precij fraudatus:
non enim uidet (inquit) quare huic ſuccurrere non debeat
beneficium l.2.C. de reſcind.uen.cuius opinionem ego quo
que laudo,approbo,& plane ſectandam cenſeo,ut quæ æqui
tati ſit maximè conſentanea. Porro hic alia ſuboritur non
inutilis quæſtio. Nempe, ſi iudex per præconem, nuncium,
20 oſtiarium, † aut per (vt vulgo vocant) Amannum,publicet,
& interdicat,nequis cum tali, ac tali ullo modo contrahere
tentet ac præſumat. An eo uidelicet in caſu,ſatis efficax eſſet
interdictio,ne prodigus contrahere poſſet,& quæ contractū
ipſius dirimeret: ad hanc quæſtionem fere Doctores omnes
reſpondent affirmatiuè,nempe ſi iudex id præcepiſſet præuia
cauſæ cognitione,ſicuti aperto commonſtrat l.obſeruare.ff.
de cura.furio.ad prædicta eſt argumentum in l.vero procura
tori.§.ſed & ſi quis.& ibi Bart.ff.de ſolut.ſecundum Iaſonem,
21 vbi ſupra. Sed hic obſeruandum eſt,† prodigum teneri obli-
garique ſemper ex maleficio,ſicuti quiuis alius,atque eundē
ideo delinquentem, tam pœna corporali, quam pecuniaria
puniri debere. Itaque prædicta ſibi locum dumtaxat vendi-
cant in contractibus,& nequaquam in delictis, ſiue malefi-
cijs,prout notat Ange. ad d.l. (iam ſæpius allegatam,) Fulci-
nius.§ adeo, circa finem. Tale enim poſſet eſſe prodigi com
miſſum, ut ob id etiam ad mortem condemnari poſſit, quia
virium vitio coniunctū,maleficium minimè excuſat,ſed ma
22 gis aggrauat. D. Baldo Doctorum ſubtiliſſimo teſte, in l.fu-
rioſum,ad finem.C. qui teſt.face.poſſ.& Paul.Caſt.ad ſæpiuſ-
cule præalleg.l.is cui bonis. traditque ibidem Alex. Imo.co-
lum. 4. Nam quando alienatio prohibita eſt,fauore alienan-
23 tis, (vt eſt in prodigo) tunc † alienatio quæ fit delinquendo
non eſt prohibita,quia ob delictum,fauorem perdit,& amit
tit,iuxta notata D.Bart.ad l.ſi quis in tantam. colum. 3. verſi.
Quæro an Dominus.C.unde vi. Videndus etiam D. Iaſon lo
co ſupra alleg. Et inter cætera ibi concludit Iaſon memora-
bili cum glo. Quod ſi iudex interdicat alicui tanquam prodi-
24 go adminiſtrationem,qui in veritate non eſt prodigus, talis
interdictio indiſtinctè non valet,& gloſ. t.in l ſi putas. & ibi
Cynus C.de petit.hæredi. & gloſ.ſuper ver. Palam,ad finem,
in l.a.& ibi Cy.C quando prouoca. non eſt neceſſ. & Ange.
Imo.& Alexan. in d.l.is cui bonis.& Ioan.Fa.in § furioſi.Inſt.
de curat. per tex.in l.ſere.& in l.tutor ſi petitus.ff.de tuto. uel
25 cura.dat.ab his,vbi datio tut.uel cur.eſt nulla,ſi cauſa ex qua
26 dati ſunt,non ſubſiſtit.Sed † hic rurſum quæri poſſet, ſi pro-
digus in curatela conſtitutus,poſtea tandem frugi uir fiat,at-
que ad ſanos mores reuerſus reſipiſcat, an eo caſu ab eodem
tollatur bonorum interdictio, & curatela ſub qua prius poſi-
tus fuerat. Huic ſatisfacit D. Bar.vir toto orbe celebratiſ. at-
que affirmatiuam partem amplectitur per d.l.1.ff de cura. fu
rio.ibi. Quod ſi euenerit ipſo iure deſinunt eſſe in poteſtate
curat.modo tamen ſit notorium eum ſanos ad mores rediſſ-
ſe,alioqui requireretur ſententia iudicis declaratoria De con
ſuetudine tamen,nec non ſtatuto nonnullarum vrbium Flā-
driæ,nempe Gandenſis,Brugenſis,Hyprenſis,ac ſimilium,in-
diſtinctè ac ſemper ſententia declaratoria vtuntur iudices,
quarumcunque etiam quis ad ſaniſſimos rediſſet mores,
antequam bonorum interdictio tollatur, & cura ſub qua eſt
poſitus.Nam quemadmodum dominus iudex ei prodigo ad
miniſtra.prius interdixit,ita ipſi denuo eandem concedat o-
portet, & ob teſtificationem proborum virorum,qui ipſum
frugi factum eſſe comprobent, iuxta tritiſſimam l. nihil tam
naturale eſt.ff. de regulis iuris.& capitu. primū, extra eodem
titulo, de regulis iuris. quod ſecuritate quoque minimè
27 vacat. Alia quoque hic quæſtio moueri poſſet, ſcilicet. Si ali-
quis prodigus,cui fuit bonis interdictum,poſtea ad magiſtra
tum, & reipublicæ gubernationē adminiſtrationemque aſſu
matur, vel ciuitatis decurio efficiatur, an per talem aſſum-
ptionem, & promotionem ad honorem liberetur ab omni
interdictione, ac curatela, quaſi illa pub. offi. per ſe ſatis te-
ſtentur,ac comprobent ipſum frugi factum, & ad probādos
rediſſe mores. Nam ſi per commiſſarios dignus, & idoneus
cenſeatur,ad adminiſtra.bonorum publicorum, multo ma-
gis dignus cenſendus erit, qui ſuas priuatas adminiſtret opes.
Ad hanc quſtionem rōdent negatiuè,quod per talē officio
promotionem nullo modo ſoluat a bonorū adminiſtr.inter-
dictione,neq; a curatela liberetur,argu.l.j.ad fi.C qui & adu.
quos in inte.reſt.uō poſtul.ubi D.Bar.eum tex.ad hoc notat,
dicitq; ſe de facto ita vidiſſe: Cōtrarium tn̄ in præclariſſimis
Gandauo,Brugis,Hypris,nec non alijs Flandriæ ciuitatib. uo
diq; tn̄ ſtatutis,ordinationib. conſuetudinib.atq; comitum,
ducum,principum,regum,& imperatorū priuilegijs adorna
tis,& munitis,vſurpari nullus ibit inficias.Cuius quidem cō-
ſuetudinis rectitudinē,firmitatem,robur,aut infirmitatē, ſi-
ue imbecillitatem perſcrutari,ſciſcitariq; hoc loco nolui, ne
rixatorib. litiū viā aperirē, aut ſaltem anſam occaſionemq;
& litigandi,& calumniandi illis præberem,quandoquidē hu-
mana natura ſit ex natura,ad ea ſummè pna, procliuiſq; exi

ſtat. Excuſari tamen dicta l. & Bartoli ſententia poterunt,
ſi cuiuis perſuaſum fuerit, quod res eſt. Nempe prodi-
gos per dicta publica officia ſatis eſſe purgatos & probatos
de reſipiſcentia certa, ideoq; ab interdicto, & curatela libera
tos, ob id quod nobiles viri, Commiſſarij Comitis Flandriæ
28 nullos ad talia publica munia aſſumeret† cēſentur niſi præco-
gnitos, fidelibus teſtimonijs comprobatos, & ad talia officia
dignos, & maxime habitos idoneos, ſicuti ipſorum quoque
haber a principe accepta commiſſio, quā quantū poſſent dili
29 gentiſſime perficere iurarunt. † Cæterū occurrit & alia hæc
quæſtio, ſi prodigus poſt bonorum interdictionem cum ali-
quo contrahat, & iuramento interpoſito, iuret ſe contractū
ſeruatū, an ratione interpoſiti iuramenti valebit contractus?
hæc quæſtio ex communi doctorū concluſione negatiuam
reſponſionē deſiderat, ſicuti meminit eximius D. Iaſon qui
eā reſponſionem negatiuā quinq; præcipuis rationibus con
firmat. atq; argumentum in contrarium ſoluit, ſicuti videre li
cebit per eum in d. l. is cui bonis, verſi. Tertio quærit Bar. an
30 prodigus, &c. ff. de verbo. obligat. † Iuramentum enim inter
dicti nō valet, nec tenet, prout perpulchre Bal. ad l. 1. ff. de cu
rato. furio. ad l. qui habet ff. de tute. atque per Bart. in prælle-
gata l. is cui bonis, hac in materia. quando iuramentū pariat
aliquam actionem vel obligationem de iure canonico vel ci
uili, videbis in l. 1 de oper. libert. nec non per Bar. in l. ſi quis
pro eo, in principio ff. de fideiuſſorib. per Innoc. & doctores
canoniſtas, in c. nouit. de iudic. in contrarium tamen eſt de-
ciſio Capel. Tholoſa. 498. & ibi latius in additione. Et vt non
nulla recenſeam, eximius Bart. in d. l. is cui ff de verb. obliga.
vtranq; partem & conſtructiuam, & deſtructiuam diſputan
do diſcuſſit, ſic tamen vt tādem negatiuam partē potius am-
plectatur, & cum Iaco. de Arena dicat prodigum non arceri
ſeu teneri ad obſeruantiam iuramenti, quum ei bonis ſit in-
31 terdictum: iuramentum enim non neceſſitat, nec † aliquem
cogit, niſi in ſe contineat iuſtitiam, veritatem & diſcretionē
ſeu iudicium, vt in c. animaduertendum, 22. q. 2. & in c. & ſi
32 Chriſtus, extra de iureiuran. † Sed prodigus non dicitur habe
re diſcretionem ſeu iudicium l. 1. ff de curat. furio. ergo nec
obligatur ad obſeruantiam iuramenti: & ſic ait Bar. reſpon
diſſe quendam valentem canoniſtā. Itaq; ſe conſuluiſſe ibi-
dem aſſerit idem Bar. ratione & argumento ſequentib. quū
talis actus ſit prodigo interdictus, & prohibitus per ſuperio-
33 rem. † Sed venire contra præceptum ſuperioris, eſt pecca-
tum mortale. qui enim non obedierit principi, morte moria
tur. capit. 9. extra de maiori & obedien. intelligiturque prin
cipi ſiue eccleſiaſtico, ſiue ſeculari, vt ibi notatur. Prodi-
34 gus ergo qui iurat ſuper contractu prohibito, † iurat obſer-
uare, quod eſt peccatum mortale, ideoq; ad eius obſeruan-
tiā non aſtringitur, cui etiam conſentit tex. ſingularis, in au-
35 thentica, quod eis. † & ibi notatur C. de nupt. & c. non eſt ob
ligatorium. de regu. iu. lib. ſexto. lex enim prodigi perſonam
inhabilitat. cum his etiam conuenit quod notatur in c. licet.
in vltima gl. de iureiuran. Nec obſtat vulgata authentica, ſa-
36 cramenta puberum C. † ſi aduerſ. vendi. quia lex non reſiſtit
contractibus minorum, ſicut prodigorum, quia minori eſt
factum præceptum ne contrahat, licet lex eius contractui nō
aſſiſtat. Nam contrahendo non facit contra legis præceptū.
idem in c. cum contingat extra de iureiurando, & c. licet. eo.
37 titu. lib. ſexto. atque ob † hanc rationem mulieri non eſt pro-
hibitum vendere, ſed ipſa alienatio, hoc eſt dominij transla-
tio, a iure bene eſt ꝓhibita. & ratione haud diſſimili adſtruit
38 idē D. Bartolus in d. l. is cui ff. de verb. obliga. † Quotiens lex
aut ſtatutum prohibet aliquem contrahere, vel aliquid face-
re, ille hoc faciendo, & ſuper hoc iurando, non obligatur, fate
tur tamen quod imponetur ſic iuranti pœna, ratione iura-
menti temerarij, quod ait ſignandum & notandum. Quam
quidem Bartoli opinionem Ang. Aret. doctor excellentiſſi-
mus ſuper d. §. item prodigus, inſtitu. quibus non eſt permiſ
39 ſum facere teſta. cenſet intelligendam, † ſi ſolus iuraſſet. ſi
enim contraxiſſet prodigus & iuraſſet cum authoritate, &
conſenſu ſui curatoris, tum firmiter valeret contractus, &
40 per iuramentum interpoſitum ipſe obligaretur. † Verum cō
trarium ſeruatur in noſtra Flandria, vbi per ſtatuta confirma
ta non permittitur prodigo interdicto cum conſenſu cura-
toris ſui aut contrahere, aut iurare, idque ob crebra pericu-
la, quæ ex eo ſæpe orta ſunt, vt prodigi per exiguū lucellum,
& commodum aliquod, curatores ſuos, aut nimium faciles,
aut nimium auaros callide corruperint cum ſummo ſuorū
prodigorum detrimento, qui talē conſenſum nacti ſtatim
ſua abalienare, & abligurire cœperunt. His atque ſimilibus
periculis, & malis, ſtatuta Flandrica repagulum, & hanc cau
telam obiectam eſſe voluerunt. ut curatoribus ſcilicet talem
41 conſenſum præriperent & inualidum cenſerēt. † Verum enī
uero prodigus ſi cōtraxiſſet & iuraſſet cum decreto ſiue au-
thoritate ſupremorum curatorum, hoc eſt, ſenatorum ſiue
iudicum, haud dubie obligaretur, quod quidem decretum
iudex ſeu iudices interpoſuit, præuia cauſæ cognitione, quo
caſu dolus abeſſe præſumitur, propter iudicis decretum, ta-
citq; ceſſare omnem fraudis ac doli præſumptionem. Paul.
de Caſt. in conſi. 165. & Bart. in l. 1. de prædi. curia. Similiter
& actionem de dolo, metus, & pleraq; alia Bar. in l. 1. C. de præ
di. decur. lib. 10. & in l. frater a fratre ff. de condict. indebi.
præſumiturq; ſemper decretum interpoſitum, ex iuſta cau-
ſa, & ſolenniter Bal. & Alex. viri per cuncta egregij in l. finali
C. de prædi. minor. & per eundem D. Baldum in l. quæcunq;
42 § finali, de publicia. † Et ſic prodigus non poteſt quicquam
vendere etiam cum ſuo iuramento interpoſito (niſi forte
modo duntaxat iam iam præſcripto de cōſenſu magiſtratus)
vbi dicit Iacob. Butr. in l. habet ff de tute. quem refert, & ſe-
43 quitur D. Baldus in l. ſciens ff. eod titu. de tutel. † Quia iura-
mentum prohibiti contrahere, non validat contractum, vt
in l. cum quis decedens, in §. Titiæ ff. de lega. 3. & l. qui teſta-
mentum ff. de prob. idem habet & tenet Bart. in d. l. is cui bo
nis. Addi poteſt & alia ratio, ſcilicet, quia prodigorum nullus
44 eſt ſenſus, † vt in l. mutum §. primo, ibique glo. & Bald. ff. de
acquir. hæredit. ideoq; talium prodigorum actus omnes fo-
renſes, merito irriti ſunt & inualidi, non ſecus quam aliorū
45 inſenſatorum hominum, & deſipientium facta. † Quocirca
hæc quoque attente ſunt obſeruanda, contra huius ſæculi
callidos & aſtutos mercatores. & quos honeſtiori Financia
rios, iuſtiori tamen vocabulo vſurarios appellamus, arbitran
tes ſeſe perbelle aſſecutatos, quum contractum inierūt cum
aliquo prodigo, qui iurauit ſe contractum ſeruaturum, putā
tes idem eſſe, & æque validum, ſi cum prodigo contrahant
cum iuramento interpoſito, ac ſi cum minore tranſigerent,
qui minor, iuramenti ratione efficitur habeturque maior, iu
re authenticorum, potiſſimum, cum licite ſponteque præſti
tum fuerit Verūm tales financiarij toto errant cœlo de vtriſ
que in contractibus idem exiſtimātes eſſe iudicium, quum
de prodigis longe aliter hic cenſendum atque ſtatuendum
fuerit, quam de minoribus, ideoque ſi res in contentionem
venerit cenſemus ſuademuſque iudicandum ac diffiniendū
ſecundum prællegata. Sed hoc loco prætermittendum om
46 nino non eſt. † Prodigum haudquaquam poſſe eligi ad præ-
turam, vel ad fraternam ſocietatem canonice factam, quod
atteſtatur D. Bal. in c. cum in cunctis de electionibus. Potiſſi
47 mum ſi inſigniter ſeu notabiliter ſit prodigus. † Nam tum
talis electi gubernatio, eccleſiæ eſſet luctuoſa, pernicioſa &
exitialis, ideoque huic quoque conſentit Imperatoris con-
48 ſtant. egregia l. finalis C. de ſenten. paſſ. & reſtitut. † Prælati
enim eccleſiarum tales debent inſtitui, qui non ſolum de
animarum ſalute, verum etiam de eccleſiæ extrinteca vtilita
te ſint ſolliciti, vt Gregorius inquit, cuius verba Gratianus
citat in c. Petrus Diaconus 39 diſtinct. & ibidem haud diſſen
49 tit Archi. † Prælatum poſſe repelli, quia ſecularium negocio
rum peritia caret. Et certe non video quomodo ei alicuius
eccleſiæ cura, aut animarum ſalus committi debeat, cui terū
temporalium cura non permittitur. quod velim exacte per-
pendant Epiſcoporum officiales, qui non raro ſuos ſacerdo-
tes ꝓdigos, & in curatela conſtitutos, intrepide ad parochias
regendas admittunt, ipſiſque curas animarum committunt,
quibus ne modicum quidem bonorum temporalium com-
50 mittere volunt. † Cæterum ſicuti prodigus non poteſt ad
pub. offi. eligi, ſic etiam nec poteſt teſtari, nec teſtis ad teſta-
mentum adhiberi, ſicut apertiſſime in l. is cui ff. de teſtamen.
& ibi Bar. Nec non in §. item prodigus, inſtitu. quib. non eſt
permiſſ. face. teſta. & ibi Ang. quæ certe intelligenda ſunt nō
51 abſolute, ſed conditionaliter, ſcilicet. † Niſi teſtaretur inter li
beros, vt conſuluit Bal. in conſilio 235 primo lib. & eſt deci-
ſio Rotæ in antiquis deciſi. 866. de teſta. quæ hanc materiam,
quam ſincere tractat. Præterea hoc quoq; de prodigis notan
dum eſt, quod quamuis prodigus acquirere poſſit, non po-
52 teſt tamen obligari. tex & ibi Bar. in d. l. is cui † ff. de verb. ob
ligationi. quæri hic quoq; poſſet ſecundum Ang in d. l. is cui
53 bonis. † An quando iudex vult curatorem dare prodigo, ci-
tari debeat ipſe prodigus? Ad quod affirmatiue reſponden-
dum eſt, & huic reſponſioni plerique interpretum accedunt,
vtpote Pau. Caſt. Imo. aliq; quamplurimi notæ prudentię pa
tres familias, quorum opinionem non ſolum ob id quod
communis ſit, ſed etiam quod ipſam veritatem, æquitatem
que exprimat, inſequendam cenſeo. Nam aliquem inau-
ditum declarare prodigum, res eſt magni præiudicij. Quan
doquidē per talem declarationem, oīs rerum adminiſtratio
ab ipſo ꝓdigo aufertur, iuxta D. Alex. in d. l. is cui bonis, ad fi
nem, poſt alios. Quamobrē neceſſario requirī ēt ipſius par-
tis citatio. atq; hoc ꝯfirmat plurimū iritiſſima l. nā ita diuus
54 ff. de adop. l. tres † denunciationes C. quō & quā do iudex l. ſi
qualibet

quando C.de teſtib. & c. quum olim.extra de teſtib. cum ſi-
ne numero,ſimilibus iurib.ex quibus omnibus iuribus,colli
55 gitur regula trita, † & vulgata.nẽpe, quod in omni actu parti
præiudiciali,debet ipſa quoq; pars citari,alioquin inualidum
eſſet quod ageretur. Huic congruit l. de vnoquoq; ff.de re
iudica.quæ habet. De vnoquoq; negocio præſentib. omnib.
quos cauſa contingit iudicari oportet, aliter enim iudicatũ
tantum inter præſentes tenet, &c. præſentibus (inquit gloſ.
ibidem) vere vel interpretatiue,propter contumaces,ſecun
dum vulgatam.l.contumacia ff.eo,de re indica.& authen,ut
omnes obed.iudicib.prouinciæ §.ſi vero neq; colla, quinta,
quod reſtringit Bal. in l. 1.ff.de cura.furio. niſi eſſet notoriũ
illum eſſe prodigum, quæ quidem Baldi reſtrictio Alex.di
56 ſplicet in d.l.is cui bonis,quem ibid conſulas. † Sed hic forſi
tan alicui leuiuſculum ſubrepere poſſet dubium de citando
prodigo Nam prodigus (quantũ ad cura.dationem & ad re
rum ſuarum adminiſtrat) plane in iure æquiparandus eſt fu
rioſo,iuxta l.furioſi.ff de regu.iur.atq; l. Fulcinius § adeo.ver
ſic.idemq; in prodigo.ff.quib.ex cauſ.in poſſeſſ.eat. Nec non
57 l.is cui bonia,præallegatam & l. 1.C.de curato. furio. † Igitur
non apparet prodigi citationem prorſus eſſe neceſſariã, ſi-
cut nec furioſi deinde quod furioſo compareturin hoc,vtri
que non petenti curatores deſignentur, Baldo teſte in l. qui
habet, in princip.verſi.quid in prodigo. ff. de tute. quoniam
furioſo (vt paruit prius) æquiparatur & aſſimilatur. Bar. in l.
hæc autem. ff.quibus ex cauſ.in poſſ.eat.ſimili modo,pariq;
ratione poſt antiquos concludit idem *Bartolus*, in l. ex fa-
58 cto,col.ſexta,verſi.† Quæro vtrum,de vulga.& pupill.ſubſti-
tu quod quemadmodum furioſo ſubſtitui poteſt,ita etiã pro
digo,&c.præterea in his conueniunt,quod neuter eorũ poſ-
ſet adminiſtrationis interdictionem aut curatoris dationem
59 impedire. † Atq; ideo citatio, ſiue (vt Gallis vulgo placet)
adiournatio prodigi nequaquam cenſebitur neceſſaria, non
magis,quam furioſi.l.ergo.§.1.ff.de fideicommiſſ.liber. Sed
his omnibus (quæ iam diximus) attente perpenſis,perfacilis
erit ſuperioris dubitationis ſolutio, potiſſimum cum in hoc
atq; in id genus ſimilibus,& ordo,& iuris,ſtatuti,conſuetudi
60 niſq; ſolennitas ad obſeruari debeãt. † Vbicunq; enim abſen-
ti competit,aut competere poteſt in iudicio defenſio,ibi ne
ceſſario quoque ſemper requiritur eiuſdem, abſentis cita-
tio præuia, etiam in notorijs, iuxta. capitu. finale, de offi.
delega. lib. ſexto, & capit. Tua, de cohabita. cleric. & mu-
lier. huic annotant Doctores in capitu.veſtra,eo. tit. atque
in c.ad noſtram.3.de iureiur.Fieri enim poteſt,ut aliquis fal-
ſo,& ex odio de prodigalitate apud iudicẽ deferatur, de qua
facile ſeſe poſſet defendere,modo ad defenſionem ſui perſo
naliter citentur. quamobrẽ iudex non debet temere ob quo
rundam fortaſſis maleuolorum traductionem, ad cõdemna
tionem prodigalitatis deſcendere, niſi accuſatum prius corã
61 ſe citari iuſſerit. † Sunt tamen qui dicant, quoties aliquis pa-
lam omnib. certo & manifeſtiſſime prodigus cognoſcitur,
& omnium iudicio talis condemnatur, quod tunc is prodi-
gus in quem competit defenſio ob fida proborum teſtimo-
nia,ab iud ice condemnari prodigalitatis poteſt, citra omnẽ
ipſius prodigi citationem præuiam.ita tenet D. Abbas in cõ-
ſi.ſuo.3.incipient.Nitar,in 2.col.in 3.vol.in conſil. 68 incip,
Quanquam ſuper vocatione,in 2. col. idemque voluit Spec.
in tit. de noto.cri.in §.5. verſic. ſcias ergo,& in d.tit.in §.iam
de Notorio,in 7.col.necnon Baldus in d.l.nam ita Diuus. ff.
62 de adoptio. † Sed hic ruſum oritur quæſtio, an talis furioſi
ad prodigum æquiparatio ſit valida, vbi eadem militat ratio?
ad quam dicendum eſt quod ſic,quantum ad bonorum ſuo
rum diſſipationem, ob quam illis bonorum adminiſtratio
Interdicta eſt,ne ſcilicet eadem bona ſua vlterius diſſipare p
gant.ita l.Iulianus,in principio.ff.de cura.furio.& l. his qui.§.
finali.ff.de tuto.& curat.dat.ab his,& eo indubitato pacto lo
quitur.d.l.furioſi. ſecus vero ſtatuendum eſt de furioſo & p-
digo,quo ad rerum acquiſitionem, ad quam neutri eorũ ſit
interdictio, ſ. ob rerum ſuarum (per interualla) augmenta-
tionem, ſed ob damnoſam & immodicã rerũ profuſionem,
dicta.l.is cui bonis. Adde.l.certi cõdictio. §.quoniam, verſi.
itẽ quæri poteſt.ff. ſi cer. peta. atq; ideo acquiſitionis reſpectu
prodigus pupillis verius æquiparatur,quia (vti ſuperiorib.lo
cis memini) non põt ſe obligare ſine tutoris auctoritate,tñ
que aliquid ſibi acquirere citra tutoria auctoritatẽ põt,iuxta
§.fi.inſtit.de autho tut.& l.pupillus.ff.de acq. re do. Et certe
prodigis in eorũ fauorẽ oĩno bonis interdicitur l.1.ff. de cu-
ra. furio. glo. in ver.expendit,in § ſi quis autem in authenti-
63 co,vt determi.ſit numerus cleric.collatio. 1. † Quocirca ta-
metſi aliquis prodigus declaretur,non tamen ob id cenſebi-
tur capite diminutus,aut condemnatus,etſi declaratus ſit p-
digus, ſicut notat Baldus in l. finali. colum. penulti. verſicu.
64 hic dubitatur quid de prodigo. C. vnde legi. † Aeſtimatione

tamen & iudicio vulgi, omnis prodigus vilis perſona cenſe-
tur,vt atteſtatur expreſſe l.non debet.ff.de dolo.ſed quid di-
65 cendum putas,ſi † Princeps ex ſua authoritate,abſque vlla ci
tatione aliquem declaraſſet prodigum,ca ne Principis ſentẽ-
tia,ac declaratio ſatis habebitur valida? Ad quam quæſtio-
nem ego (ne lectorem ſuperuacaneis onerem) negatiue re
ſpondẽdum arbitror, ob idquod ſententiæ etiam latę a Prin
cipe habeantur nullæ,cùm partes non fuerint ad hoc expreſ-
ſe citatæ,vt eſt tex.in clementina, Paſtoralis.§.cæterùm de re
iudica.& in c.1.de cau. poſ.& proprie. & eſt glo. notabilis,q̃
Baldus ibi multum notat,in l.finali. C.de legi. Ludo. in l. 1. in
6.colum.ff.de arbit.D.Abb.in ca. in cau. in 2. notabili, de re
iudi.ſeruit huic quod voluit Barto. in d. l. nam ita Diuus. ff.
de adoptio.& in l.Diui.ff.de libe.cau.atq; in l.Gallus.§. & qd
ſi tantũ.ff.de liber.& poſthu.Baldus in l.2. C. de tempor. ap-
pellat. Docto.in c.cum olim,de re iudica. & in c.in noſtra de
de procura.huic præterea conuenit & alia ratio, ſcilicet,q ci
66 tatio videatur eſſe † inducta de iure diuino. Deus enim cita
uit Adam,primum noſtrum parentem, hoc eſt, ad ſe voca-
uit,de mandati tranſgreſſione cum eo expoſtulaturus, & p
facto nefario pœnam irrogaturus,vt patet ex lib. Geneſis,&
eſt tex.in c.Deus omnipotens 2 q. 1.& firmat Bar. in extraua
gan.ad reprimendum.in ver.ſiue figura.in 2.colum.Ioan.de
Imo.in clement.ſæpe,in 4a colum.de verbo.ſignificat.Quo-
67 circa ne per principem quidem citatio omitti poteſt. † Quin
potens princeps ex certa ſcientia & de plenitudine poteſta-
tis,non poteſt procedere ad vllam ſententiam,ſine citatione
partis,vt eſt tex.in d clem.Paſtoralis.§.cæterum,de re iudica.
vbi ſummus pontifex expreſſe declarat,quod princeps nõ po
teſt ex certa ſcientia, citationis defectum ſupplere, non qui-
dem contra ſuum ſubditum, quia hoc eſſet in iudicio tolle-
re defenſionem ſui,quæ eſt de iure naturali, quo in iudicio al
teram autem accuſatoribus, alteram defenſoribus relinqua-
mus.ita adſtruunt,& tenent D.Cardinalis Florent. in c. 5. de
cau.poſſ. & proprie.& D.Abbas in d. c. cum olim.de re iudi-
ca. & notabiliter Aret. in conſi. 164. incipien. ſicut Ioannes
68 dicit in Apocalypſi, in 13.col in fine & ſequent. Et licet Prin-
ceps poſſit procedere ad ſententiam ſine citatione ex cauſa
apparenti,vel expreſſa,vt eſt gloſ. notabilis in l. antepenulti-
ma.ff ex quib cauſ.maio Baldus in l.2.C. quomodo & quan
do iudex, & in l. ne cauſas C.de appellatio. ſicut fuit in c cũ
olim de re iudica.vbi exprimitur cauſa omiſſæ citationis, ſci
licet,quia liquido cõſtabat de ſurreptione.Item licet in prin-
cipe in dubio præſumatur cauſa, ſecundum Cynum & Baldũ
in l.reſcripta C.ſi contra ius,vel vtilitat.public.Bald. in l.ſi te-
ſtamentum C.de teſta.D Anto.& Imo.in c. cum inter. de re
nunciatio.& in c.conſtitutus,de religioſ. domib. facit quod
voluit gl.in l.relegati.& ibi Bartolus.ff.de pœn.tamen ob has
duas prædictas cauſas in actibus, in quibus Princeps proce-
dit per viam iuſtitiæ,ſicut eſt in ſententia, in illis ſi tollitur ci
tatio,& per conſequens ſui defenſio,& ordo ſubſtantialis,In
ductus de iure, profecto non illud factum principis factũ, ſed
priuati cuiuſdam auſum,qui temeraria ex præſumptione au-
det procedere contra ſolemnitatẽ iuris ſubſtantialem, indu-
69 ctã de iure naturali.† Vnde a ſimili videmus,q quoties con-
ſuetudo aliqua,non eſt cũ ratione naturali,neq; cum æquita
te coniuncta (ſic vt ratio prægnans & rerũ æquitas eam po-
tius abrogatã requirerent) q ea certe cõſuetudo tum nõ eſt
magni facienda, ſed inualida æſtimanda potius, & prorſus re
probanda,ut in c.2.de conſuetud.lib.ſexto.ita ad literã ſignã
ter dicit Arę in præallegato conſ. 154 in 14 col. adde ẽt non
valere principis ſñiam,ſine partis citatione,ẽt de plenitudine
poteſtatis,niſi ex cã vere apparenti vel expreſſa,tenet D. Feli,
in c.quæ in eccleſiarũ,in 43 col.de conſtitut. Præfatorum ẽt
meminit eximius D.Iaſ.doctor non minus eruditione, inte-
gritateq;,q̃ ſtemmate clarus,ſuis in conſilijs,cõſilio 167.ſecũ
70 do,in vol.ſuperiorib. adijcies & notabis. † Mulieri luxurioſe
viuenti dandum eſſe curatorẽ,& de bonis dẽre interdici,ex-
preſſa.l.& mulieri.ff.de curat.furio.vbi luxurioſe viuens non
intelligitur pſtituræ pudicitiæ, & quæ corpore quæſtũ facit,
vt illic in prima expoſitione, (ſalua eius pace) delirat glo. &
Barbarorũ triumuiri illam ſequuti, ſed ſm genuinã illam pu
71 ritatẽ Romani eloquij luxurioſe viuens dr̃,qui in luxu,† hoc
eſt,nimia rerũ omniũ lautitia & ſumptu ſuperuacaneo,& ſu
perfluitate abundanti vitam agit ita ſm Ciceronem Deflue
re luxuria,eſt molliter ac delicate viuere. Et in Oratore, Læ-
tas ſegetes, & luxurioſa frumenta, & fœlicius expectatione
exorta, dixit Cicero, ita viuere in luxu, eſt nimia abundan-
tia, & vitæ ſplendore viuere. Luxus enim venereæ libidinis
ſpurcitiem,ſed ſplendidam & magnificam prodigalitatem ſi
gnificat,quique liberalitatem, vel potius auream mediocri-
tatem plurimum excedit. de tali luxu meminit & Virgilius
cùm ait, At domus interea regali ſplendida luxu. Sed hæc ad

Grammaticos mittamus. Certe iſthæc mulierum curatela &
bonorum interdictio parum arrident quibuſdã noſtræ tẽpe
72 ſtatis viduis matronis, plus æquo prodigis, & luſu perditis, vt
quibus prædicta coercio, & reſtrictio plurimum aduerſetur
& acerba videatur. Quæ tamen potius ſui ſexus rationem ha-
bentes conſiderare deberent, quantopere ipſas dedeceãt, de-
decorent, & perdant quotidianæ comeſſationes, epulatio-
nes ſplendidæ, conuiuia grandia, illuſtria & opipara, atq; ad
ea acceſſus frequentes, conuiuarum conuocationes & inui-
tationes mutuæ, quæ illuſtrib. ſumptuoſiſq; huiuſmodi con-
uiuijs, ſic ſua prodigunt ſemel, vt trimeſtri toto ſæpe egeant,
& impudenter menſas alienas captare cogantur, & poſtquã
ſua imprudenter dilapidauerint, imo decoxerint, tum & alias
73 quoq; ad ſimilem prodigalitatem, † aut alliciunt, aut inſolen
ti (pene dixerã meretricia) improbitate compellunt: nihil
aliud ſtudentes, quàm vt omnem vitam ſuam in luxu & vo-
luptatib. tranſigant, nihil interim de ſumptib. & gubernatio
ne familiari, nihil de honeſtate, nihil de maritorum, aut de fi-
liorum vel honeſtate vel ſalute cogitãtes, ita vt ob huiuſmo
di inertiam, & dedecoroſam vitam, ſeſe, ſuamq; familiam de
honeſtent, & (ſi viduæ fuerint) honeſtiſſimum viduarum
nomen haud immerito amittant, atq; ſibi luxuriantium no-
men quam optima de ratione potius aſciſcunt, per quarum
quidem prodigalitatem, & luxum immoderatiſſimum, innu
mera conſpicimus oriri mala, veluti impudicitias, impudici-
tiæ expugnatores, prodigioſa oſcula, amplexus meretricios,
fornicationes, occulta adulteria, & quod enormius eſt, ſuppo
ſititios partus, & ex alieno ſemine conceptas proles, eiuſque
generis, notæ ac farinæ venereæ libidinis innumeras ſpurci-
cies, quæ oĩa cœleſti Deo & Imperatori omnipotenti quam
maxime diſplicent, adeo vt ob hæc, & ſimilia homines varijs
& cognitorum & incognitorũ morborũ generib. inſigniter
puniat, & flagellet. ſunt porro a cordatis viris huiuſmodi vi-
74 duæ admonendæ, † vt ſuæ conditionis meminerint, vt nomẽ
viduarum, nomen plauſibile, & amabile eſſe cogitent, ꝙ fru-
galitate, ꝙ continentia, caſtiſq; morib. gaudeat, vt oẽs ſum-
ptus inordinatos, conuiuias, pompas, luſus, & quicquid eſt
prodigalitatis conſtanter euitent, quin potius Viduas eas ſtu
dioſe imitentur, quæ ſacro eloquio commendæ leguntur, ve
luti Annam propheteſſam, quæ (vt Lucæ in ſuo ca. ſecundo,
verbis vtar) ieiunijs & obſecrationibus viduitatis ſuæ tem-
pora expleuit, & D. Pauli admonitionem ſectentur, qui vere
viduas deſcribit, & regulam conſtituit. Debent enim viduæ
75 aſſidue in Dei opere eſſe, † & orationib. vacare, ſicuti innuit
Siricius Papa, 81. diſtinctione, ca. vltimo. quæ vero viduæ ſe-
cus faciunt, ſed luxurioſa prodigalitate ſeſe, ſuoſq; dedecorãt
his proculdubio curatores ſunt perneceſſarij, ſimul & bono
rum interdicto, (vt ex ſupra deductis clariſſime liquet.) Ve-
rum huiuſmodi viduæ, imo etiam perditi quidam viri, me-
tuentes ne huiuſmodi curatelis coerceantur, & ne nimis li-
bere ſuis (non dico vtantur) abutantur, ſolent huic repagu-
lo obijciẽdo aliud antidotum obtrudere, & ſuo malo peius
malum adiungere. conſpexi enim, quũ adiunctus eſſem Se-
natui Brugenſi a ſecretis, & a conſilijs, nonnullos prodigos eſ
ſe, adeo maleuolos, ac peruerſos, vt quũ reſciſcerẽt ſuos pa-
rentes, propinquos, necnon amicos, ſummo ſtudio ac cona-
mine admiti, vt ipſos in curatelam conijcerent, priuſquã oĩa
bona ſua aut maiorẽ partem (prout cœperunt) inutiliter diſ
ſiparent, ac dilacerando profunderent & antequam in gra-
uem, & intolerandam paupertatẽ conciderent (quũ nulla ſit
alia nec expeditior, nec cõmodior ad paupertatem via, ꝙ̃ hu-
iuſmodi prodigalitate oĩa ſua abſumere) Hi inquã præpro-
peri ad propriã ruinam graſſatores, ne non potirent ſuis deſi
derijs, ſua oĩa, aut præcipuam bonorũ partem in alios tranſ-
ferũt, priuſquam per iudicẽ declarẽtur prodigi, interim exul-
tantes ſeſe id egiſſe, in parentũ propinquorũ, aut amicorũ cõ
temptũ ac deſpectum, deq; hoc gloriantes Ah miſeros & ꝑ-
ditos hoĩes, qui ſibi ipſis potius ꝙ̃ alijs obeſſe, & officere tan-
topere gaudent, & geſtiunt. quocirca ne hæc clam cõmittan
tur, parentib. aut cognatis, vel affinib. prius euigilandũ eſt, vt
76 tales ſtatim in curatelã curationi ſubiectos fuiſſe circa prin-
cipium diſſipationis, ac dilapidationis, qui oĩum fœliciſſimi
in ſuo genere ſunt habiti. Alij circa mediũ decoctionis cura
telæ ſubijciunẽ, atq; hi partim fœlices, ꝙ aliquã bonorũ partẽ
ſibi reſeruatã poſtea conſpiciant, partim infœlices, ꝙ bonorũ
magnã partẽ ſibi deperiſſe (velint nolint) doleãt. ſunt poſtre
mo, q non niſi ad finẽ aut poſt finẽ, dilapidationis oĩum bo-
77 norũ curatelæ irretiunẽ, & hi ſunt oĩum infœliciſſimi. † Nam
oĩum miſeriarũ ſumma eſt miſeria fuiſſe fœlicẽ, vel ipſo Boe
tio teſte. Sed quominus pij quidã curatelæ ſubijciantur, per
vaorẽ aut amicorum inertiam non raro contingit. Noui n.
multas uxores, quarũ mariti ſuũ patrimonium, ac bona fortu
næ inutiliter diſſiparunt, & dilacerando profuderunt, inter
78 quas nonnullæ adeo ſuperbæ ac elatæ fuerunt, † aliæ tam pu
ſillanimes ac meticuloſæ, ut quoties illis ſuadebatur ac con-
ſulebatur vt de ſiniſtro regimine maritorum conquereren-
tur, quo ipſius certius proſpectũ manear, & ne poſtea eas pe-
nuria premi, & egeſtate rerum angi, ac cruciari contingeret,
non ſolum coertionem prodigalitatis, tunc ſuorum marito-
rum procraſtinando differrent, ut potius ad curatelæ mẽtio
nem incandeſcerent, eam ægre ferrent, eamq; reijcerent. Ve
rum huic ſuæ meticuloſæ ignauiæ, vel potius male ſane be-
neuolentiæ pœnam poſtea dederunt grauiſſimam. Et quod
vxoribus hac in parte contingit, idem ſæpe contingit vxorũ
aut maritorum parentibus, propinquis, & affinibus, vt ſimili
puſillanimitate corripiantur, & indigna tandem conſpiciant.
Vt igitur tum vxorib. tum liberis hac in parte prouideatur,
79 conſuetudine † Gandenſi, Brugenſi, atque aliarum Flandriæ
ciuitatum receptum eſt, vt vxor, parentes, propinqui, & non
nunquam etiam amici curent, & ſollicitent, eum citari corã
ſenatu ſeu iudice, ibidemque compareant, & ipſi allegantes
cauſas dilapidationis ac diſſipationis facultatum ac diuitia-
tum mariti prodigi. ſed talium maritorum prodigorum nõ-
nulli tam ſunt faciles, ut rationibus & conſilijs obtemperan-
tes ſtatim conſentiunt ſeſe poni in curatelam, quod non ha-
beant quod, excuſent ſuæq; prodigalitati prætexant. Alij ſunt
qui ſeſe excuſare contendant, nihilominus iudex, qui ſentit
& videt expediri, vt in curatelam ponatur, eiſdem (ſi poteſt)
perſuadere conatur, vt in curatelam conſentiant, quod ſi fa-
ciant curatela declaratur. Sin vero tam ſint pertinaces ac ri-
gidi, vt nullorum conſilijs obtemperantes curatelæ velint ir
retiri, tum Dominus iudex debet perpendere vtrorunque
tam accuſantium, quam excuſantium cauſas, ac rationes, &
ſecundum illas iudicare, prout de iure, conſuetudine, vſu, vel
ſtylo, expedire videbitur. ſed priuſquam hanc curatelæ mate
riam abſoluero, libuit prius hanc quæſtionem diſſoluere, ſci
80 licet, † Quando curatela prodigorum ſit finienda? Ad hanc
quæſtionem varij varie reſpondent, eam autem Bartolus di-
ſtinctiuncula abſoluit: hoc modo: aut prodigũ ſanos ad mo-
res rediſſe manifeſtum eſt, tum cura deſinit, aut incertũ eſt,
tunc iudicis declaratio requiritur. l. 1. ff. de curato. furio. Sed
Pet. & Bald. ibidem aiunt. quamuis omnino manifeſtũ nõ ſit
eum reſipuiſſe, ſi tamen teſtimonio fido probetur, eũ ſanos
ad mores rediſſe ac reſipuiſſe, quod tunc ex curatela liberan
dus erit, quemadmodum dicimus de furioſo qui habet dilu
cida interualla, quod cõtractus qui fiunt tempore ſanæ men-
tis, ſuo robore non careant, iuxta præallegatam. l. 1. quia nõ
debemus plura requirere, quam velit ille textus, quod credit
& opinatur verius Aug. Are ad finem. §. item prodigus, Inſti
tu. quibus non eſt permiſſ. facere teſta interim tamen contra
ctus effectu carebit, donec probatio facta fuerit, per fidos te-
ſtes, qui teſtentur, ipſum ad ſanos mores rediſſe, & ex certis
indicijs colligere eum fore ſanæ mentis, iuxta vulgatam. l. 2.
quam frequenter aduocati atque cauſarum patroni allegãt,
81 tam in iudicijs, quam extra iudicia, ff. de probationib. † Pro-
pter ſtatum enim priorem prodigalitatis, ſemper præſumi-
tur eundem futurum prodigum, præſumptione quidem iu-
ris tantum, & nequaquam iuris & de iure. Quia præſumptio
iuris tantum, illa eſt, ſuper quam legiſlator, animum ex veriſi
mili applicat, & onus probandi in aduerſarium trãſfert. Hu-
ius præſumptionis effectus eſt, ut ex ea, is contra quem præ-
ſumptio eſt condemnetur, niſi per eum, contrarium aliqua
legitima probationis ſpecie probetur. Præſumptio enim quã
lex facit, eſt liquida probatio, donec contrarium appareat, ſi-
gnanter gl. ordi. in l. ſi tutor petitus C. de pericu. tuto. ibid. per
Bal. Sali. & Doctores approbata, ꝙ legum probationes liqui-
diſſimę ſunt. Huius præſumptionis iuris tantũ, habetur exẽ-
plum in l. quicunque. C. de apoc. publi. lib. decimo. Vbi eſt ca
ſus ſingularis ac quotidianus, de qua ſi vis abũdãtius inſtrui,
Bartolum in tractatu p̃ſumptionũ, necnon Baldum in rubri
ca de præſum. ex quos doctores legẽdos non diſſuadeo. Præ
ſumptio aũt iuris & de iure, quæ eſt gemina præſumptio, dĩ,
qñ ius præſumit, & p̃ſumendo ſtatuit, huius p̃ſumptionis iu
ris & de iure effectus magni æſtimatur, q̃a in ꝯnum probatio
non admittiẽ, ex quo minime inepte ſequiẽ, ꝙ ex tali præſum
ptione is aduerſus quẽ præſumptio eſt, ꝯdemneẽ. huius p̃ſum
ptionis iuris & de iure exemplũ poniẽ in l. fi. C. arbi. tute &
in l. antiquę. C. ad Velleia. necnon vtrobiq; notata per glo.
hinc eſt, ꝙ periti aduocati anxie laborant ad colligẽdas præ-
ſumptiones ſeu coniecturas p ſe ẽt ſatis frigidas & fragiles. vt
p eas moueãt animum iudicis. Vtriuſq; p̃ſumptionis paſſim
ſine numero exempla, nõ ſolum in canonico ſeu pontificio,
ſed & Imperiali ſiue ciuili iurib. reperiũtur, quæ referre mihi
prolixum, lectori vero tædioſum foret, quamobrem ad ea
Lectorem auidum (ſi velit) remittimus.

CAPVT

CAPVT NONVM.

SVMMARIVM.

1 *Prodigus pater, & in curatela proclamatus, an poſſit promittere filiæ ſuæ dotem ſine ſuorum curatorum conſenſu?*
2 *Prodigus contrahere, obligare ſe, ſuaq; bona alienare non poteſt.*
3 *Prodigus & furioſus in iure æquiparantur.*
4 *Prodigus & furioſus à iudicio arcentur, vt nec agere nec cõueniri poſſint.*
5 *Actus redditur nullus, ob ſolennitatum requiſitarum defectum.*
6 *Cõſenſus curatorum in obligatione prodigi, requiritur tanquam ſolennitas, quæ eſt de forma actus obligatorij prodigi.*
7 *Actus cenſetur nullus, ſi non ſeruetur ſolennitas.*
8 *Conſenſus curatorum eſt neceſſarius, ad efficaciam actionis prodigi.*
9 *Contractus prodigi, ſi inſignem patiatur læſionem, non tenet.*
10 *Prodigaliter cõtrahens, etiam ante miſſionem in curatelam, reſtitutionem repoſcere poteſt.*
11 *Bona feudalia alienari nequeunt, niſi ſolennitates ad hoc requiſitæ ſeruentur.*
12 *Pater obligatur, de iure, dotare filiam, & ad id compelli poteſt.*
13 *Paternum officium eſt, dotem, vel ante nuptias donationem pro ſua dare progenie*
14 *Qui ſuum exoluit debitum, ſua bona amplificat, & non diminuit.*
15 *Reſcriptum contra legem indultum, non valet, niſi dicatur, non obſtante tali lege.*
16 *Clauſula derogatoria iuris vti, ſolius principis eſt.*
17 *Alienatio bonorum ad liberorum elocationem eſt prorſus neceſſaria.*
18 *Alienatio vtilis & neceſſaria non videtur prohibita.*
19 *Non alienat, qui ſua, & inter coniunctas perſonas confert.*
20 *Cauſa ob quam pater proclamatur prodigus ſemper conſideranda eſt.*
21 *Pater dotando filiam, non ſua dilapidat.*
22 *Filia obligatur patrem alimentare, ſi egeat.*
23 *Bona patris cenſentur eſſe filiorum.*
24 *Filius dicitur poſſidere, poſſidente patre.*
25 *Pater etiam prodigus, obligatur filiam alimentare.*
26 *Alimentatio eſt iuris naturæ.*
27 *Alimenta & dos, eodem iure cenſentur.*
28 *Habilitas perſonæ, ante omnia quærenda.*
29 *Quum quid non reperitur cautum iure, remanet ſub regula.*
30 *Prodigus non poteſt alienare, nec promittendo ſe obligare.*
31 *Prohibito aliquo, intelligitur prohibitum omne id, per quod ad illud peruenitur.*
32 *Prodigus non poteſt pro anima ſua legare magnam ſui patrimonij partem.*
33 *Prodigus non poteſt teſtari, etiam ſi relinquat eccleſiæ.*
34 *Alienare prohibitus, alienare nequit in eccleſiam.*
35 *Prodigus teſtari nequit, etiam inter liberos.*
36 *Defectus ſolennitatis, teſtamentum inter liberos non vitiat, diſpenſatiue.*
37 *Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis, an valeat ad pias cauſas, remiſſiuè.*
38 *Statutum, decretum, aut proclama, generaliter loquens, generaliter debet intelligi.*
39 *Statutum, decretum, aut proclama, quando non diſtinguit, diſtinguere non debemus.*
40 *Caſus non exceptus, debet manere ſub regula.*
41 *Statutum poteſt limitare, reſtringere, & tollere ius commune, & ſcriptum.*
42 *Semper & ante omnia actus debet ſubſiſtere ex perſona. alias corruit.*
43 *Melius eſt enim, ut filij tui te rogent, quàm te reſpicere in manus filiorum tuorum.*
44 *Filijs nequit paciſci de bonis patris, patre uiuente.*
45 *In alimentis non fit propriè alienatio.*
46 *Ab alimentis ad dotem argumentum robore caret, ubi diuerſa eſt ratio.*
47 *Dos ſi fuerit promiſſa, & ſoluta, maritus uxorem alere nõ tenetur, nec maritali affectu proſequi.*
48 *Dotare filiam pater etiam inuitus cogi poteſt.*
49 *Pro dote, in dubio ſemper eſt iudicandum.*
50 *Dotando pater dicitur ſoluere debitum naturæ.*
51 *Debiti naturalis ſolutio, nõ eſt liberalitas.*
52 *Prodigus poteſt matrimonium contrahere, etiam ſine curatorum cõſenſu.*
53 *Dos eſt ſequela matrimonij.*
54 *Idem ius in acceſſorijs, quod in principali eſt.*
55 *Legare eſt meræ voluntatis, dotare verò neceſſitatis.*
56 *Dotis cauſa fauorabilior, quàm alimentorum, vel etiam piæ cauſæ.*
57 *Dotatas eſſe mulieres & virgines, reipublicæ intereſt.*
58 *Vtilitas communis, neceſſario præfertur particulari.*
59 *Aliquid nõ facere, & aliquid facere, nõ tamen debito modo, paria ſunt.*
60 *Non facere, & facere ſed malè, & perperam, paria ſunt.*
61 *Conſuetudo ac uſus famigeratæ ciuitatis Brugenſis.*
62 *Vbicunque in aliquo actu requiritur authoritas ac cõſenſus, illis deficientibus actus eſt nullus.*
63 *Requiſito aliquo ad eſſentiam, formam ſiue ſubſtantiam actus, requiſito deficiente, corruit actus.*
64 *Mos & ritus, ciuitatis Brugenſis.*
65 *Solennitate requiſita non ſeruata, actus cenſetur nullus.*
66 *In omnibus promiſſionib. & priuilegijs, obſeruari debẽt ſolẽnitates de iure conſuetudine, aut vſu neceſſariæ.*
67 *Bonum fieri non ſufficit, niſi bene fiat.*
68 *Remunerator aduerbiorum & nõ nominum eſt Deus.*
69 *Inter omnes ſolennitates, præcipua eſt perſonæ habilitas & idoneitas.*
70 *Qui cum alio cõtrahit, eſt, vel eſſe debet nõ ignarus cõditionis eius.*
71 *Ignorantia non habet locum, neque præſumitur ſi in eo, quod publicè agitur.*
72 *Scire & ſcire debere, paria ſunt.*
73 *Conſuetudo ciuitatis Brugenſis.*
74 *Actus quando peccat in forma, ſi nõ valet, quod ago, vt ago, nec valere debet, vt valere poteſt.*
75 *Debitum principale, ſi nõ ualet, nec etiam valet conſtitutum.*
76 *Pater prodigus, & in curatela, cum cauſa cognitione poſitus, necnõ edicto publico proſcriptus, filiæ dotem promittere, dare, aut tradere ſine curatorum conſenſu, nequit.*
77 *Pater an teneatur dotare filiam, quæ ſine eius conſenſu matrimonium contraxit?*
78 *Filiam ſine patris cõſenſu matrimonium cõtrahens, facit ei iniuriam.*
79 *Lis nulla eſſe poteſt inter patrem & filiam.*
80 *Pater filiã dotare nõ obligatur, ſed iudicis officio duntaxat compelli poteſt.*
81 *Officium iudicis ceſſat, poſtquam filia ſeipſam maritauit.*
82 *Dos & alimenta æquiparantur.*
83 *Pater non tenetur filiam alimẽtare, quãdo aliunde habet, vnde ſe alat.*
84 *Pater quando filiã nubere diſtulit ad vigeſimumquintum annum vſque, eã nequit exhæredare, neq; alimẽta ei denegare, ſi poſtea in ſuum corpus peccet, aut ſi ſe libero, ſine patris conſenſu, copulauerit.*
85 *In cõtrahẽdo matrimonio, iure canonico, patris cõſenſus nõ eſt neceſſarius, ſed illorum cõſenſus, de quorum matrimonio agitur, ſufficit.*
86 *Quæ lege permittente fiunt, pęnam non merentur.*
87 *Correctio uitio, intelligitur etiam correcta pęna.*
88 *Delictum quotieſcunq; eſſe deſijt, deſijt & pęna.*
89 *Pater ad duo copulatiuè obligatur, ad filiam maritandam, & dotãdam.*
90 *Ad ueritatẽ copulatiuæ, requiritur utranq; partem eſſe ueram.*
91 *Filia, ſi etiã nubat indigno, nõ poteſt ei pater dotem denegare, quum nõ ſit ſufficiens exhęredationis cauſa, etſi eo caſu minor dos conſtitui poſſit ei ſecundum Io. Imo.*
92 *Filia ex quibus cauſis poſſit exhęredari, ex eiſdem poſſint ei alimenta & dos denegari.*
93 *Mulier indotata à uiro contemni conſueuit.*
94 *Pater uidetur prohibere nubere, qui conditionem non quærit.*
95 *Malum facere uidentur, qui non ſtudent ad bonum.*
96 *Mulieris nuptias oportet accelerari, ne quid committat turpius.*
97 *Mulieres ſunt de his rebus, quę ſeruando ſeruari non poſſunt.*
98 *In materia ſpirituali & canonica, iuri canonico ſtandum eſt.*
99 *Patri nõ facit iniuriam filia, quæ canonica utitur permiſſione.*
100 *Iniuria remittitur uocatione ad cœnam.*
101 *Filia, quę in corpus ſuũ peccauit, ſi in uita patris, ante ultimũ conditũ elogium pœniteat, & ſe humiliat, exhæredari nequit.*
102 *Filia, quãdo aliunde habet, unde ſe alat, nequit petere à patre alimenta: ſi ſit tamen diues, quę habet aliundè, quo ſe poſſet dotare, eſt nihilominus à patre dotanda.*
104 *Teſtator, ſi ſuo in teſtamento relinquat centum Bertę, pro ea maritanda, quæ tempore conditi teſtamenti iam erat maritata, quãuis cauſa relicti uideatur ceſſare, tamen debet habere legatum.*
105 *A communi Doctorum opinione ſin iudicãdo, nequaquam eſt recedendum.*
106 *In iudicando, non eſt ab opinione gloſſæ, habẽte poſt ſe unum famoſum doctorem recedendum.*
107 *Statutum Brugenſis & aliarum Flandrię ciuitatum, ſi quis prodigo certam crediderit ſummam 10. aut 100. lib groſſorum, aut aliud quicquam, quod eo caſu illi plenariè ſatisfiet quinq; ſolidis Pariſienſibus.*
108 *Curatores frequẽter dantur bonorum diſſipatoribus.*
109 *Forma edicti publici, ſeu proclamationis Brugis ac alijs in Flandria locis in prodigo adobſeruata.*
110 *Vxor prodigi ſimul curatela mancipatur, uno anhelitu, eadem ſub forma & modo, Brugis potiſſimum.*
111 *Statutum de prodigo prææallegatum, an obliget, non ſolum in foro fori, uerumetiam in foro poli.*
112 *Ciuitatum rectores & magiſtratus ſtatuta condere poſſunt.*
113 *Magiſtratus omnium Flandriæ ciuitatum & oppidorum, in dies ſtatuta condere, eademque publicare conſueuerunt, quæ perpetuò obligant.*
114 *Statutum factum à capitulo, ſede uacante, durat creato nouo epiſcopo, niſi reuocetur per epiſcopum creatum.*
115 *Publicatio, eſt quoddam notorium, qua probata, probatur ſtatutum.*
116 *Statuto in foro conſcientiæ an ſeruanda.*
117 *Qui à lege humana excuſatur, non peccat, niſi ſit legi diuinæ contraria.*
118 *Statuto etiam in foro conſcientiæ, pœnitentiali & animæ, ſeruanda ſunt.*
119 *Statutum quo ad loci ſubditos ubi uiget, apoſtolici uim habet.*
120 *Statutũ unũquemq; ſubditorum à peccato, in foro ẽt conſciẽtiæ, eximit.*
121 *Ignorantia non habet locum, neque præſumitur in eo quod publicè agitur.*
122 *Paria ſunt, ſcire & ſcire debere.*
123 *Edicta publica non debent ſingulorum auribus inculcari.*
124 *Qui cũ alio cõtrahit, dẽt eſſe certus de cõtrahẽtis, & cõdõne, & qualitate.*

Filio

ctoritate iudicis cum ſuo decreto derogare diſpoſitioni iu-
16 ris præallegati, diſponentis, † patrem teneri filiam dotare. Nã
talis derogatio ad ſolum ſpectat principẽ. Quinetiam etſi pręfatũ
decretum clauſulam derogatoriã præallegatam continerer,
eſſet adhuc nullũ & inefficax, tanquã à non habente authoritatem
legis tollendæ vel derogandæ poſitam. Quas ob cauſas,
ſi præfatus pater tenebatur filiam ſuã dotare, conſequitur
neceſſariò, quòd tenebatur ſua bona alienare (ſi hoc alienare eſſe
velis, & non potius iuſtiſſimè vſurpare, & in rẽ digniſſimã, &
iuſtiſſimam expendere) quibus filiam ſuã dotando prudenter
17 collocaret. † Alienatio enim hæc in filios prorſus eſt neceſſa-
18 ria, vt inquit l. in ſuis. ff. de libe. & poſthu. † Et ſi (vt dixi) hæc
alienatio eſt neceſſaria, igitur à iure non videtur eſſe prohibita,
aut prohibenda, ſicuti vult l. alienationes. ff. fam. ercis. &
quod notatur in. l. ſi quis prioris, §. ſi quis certum. C. de ſecũ.
19 nup. Et † ſi verius, ac æquius rem conſiderare velimus, non
dicendus eſt is bona ſua alienare, qui inter coniunctã perſonam
confert, vt Alexander Imperator in l. voluntas patris. C.
de fideicom. ad hoc facit quod nota in Authen. de teſt. fideicom
§ manifeſtum, & l. in ſuis. ff. de libe. & poſthu pręalleg &
l. nihil. C. de vſucap. pro hære. item in hac cauſa tam æqua, &
in quauis alia (vt certius de caſibus obuenientibus iudicetur)
20 ſemper † conſideranda eſt cauſa, propter quam pater in curatela
fuerit poſitus, quæ profectò hæc eſt, ne ſua ſcilicet bona
dilapidaret, & ne iis prodigaliter diſſipatis, tandem in grauiſſimam
redigeretur paupertatem, ac rerũ omniũ egeſtatẽ
& penuriam, vt ſtatuit. l. his qui. §. j. ff. de tuto. & curato. da. ab
his. Sed in hoc caſu memorato prorſus hæc cauſa, & periculũ
ceſſat: & ceſſante cauſa, meritò ceſſare debet & effectus,
vulgatiſſimo in c. cum ceſſante, de appella. in antiquis. Quod
autem in prædicto caſu, nec prodigalitatis ratio, nec etiam futuræ
egeſtatis periculum prætexi potuerint, ex duobus mani
21 feſtum eſt. † Primò enim pater per prædictam alienationẽ, &
filiæ ſuæ dotationem, non dicendus eſt ſua (vt diximus) dilapidare,
ſed potius conſeruare, vtiliter expendere, & quod maximè
ex paterno officio efficere debebat, ſapienter pręſtare,
& ſuum munus & officium diligentiſſime adimplere, & à na
22 turali debito ſeſe liberare. † Quiſquis autẽ debitum ſuũ fideliter
exoluit, is ſua non diſſipat, ſed conſeruat. Secũdò in hoc
caſu nullum egeſtatis periculum ratione talis dotationis patri
metuendum fuerit. Quia hac in re patri ſatis per leges proſpectum
eſt, quibus filij, ac filiæ parentes (ſi poſtea egere occę
perint) alere, alimentare, ſeruare, ac ab egeſtate defenderę debent,
ſecundum. l. 2 C. qui æta. vel profeſſ. ſe excuſ lib 10 Bal.
23 in l. qui ſe patris. C. vndę libe. † Et vt filius dicitur poſſidere,
poſſidentę patre, l. iſti quidem. ff. de eo quod met. cau. ſic &
pater lege naturali, & legibus humanis dicendus eſt poſſide-
24 re, quæ poſſident filij, aut filiæ, ſcilicet in † caſibus neceſſitatis,
ac egeſtatis, de quibus nunc ſermo eſt. Præterea prædictus
pater prodigus dando filiæ ſuæ nonnulla bona, non videtur
alienaſſe, quandoquidem permittit pater, & dat filiæ id, quod
ad ipſam pertinet. Nulli autem perſonæ in curatela exiſtenti
interdictum eſt, alien dare, quod ad ipſum modis omnibus
pertinet. Imo perſpicuum eſt, ſi tutores dicti prodigi voluiſſent
impedire dotationem filiæ ſuę, prodigus pater, & ipſa filia
potuiſſent coegiſſe ſuos curatores ad conſentiendum in
hanc tam æquam & dignam dotationem. Et ideo tantò magis
potuit dictus pater prodigus ſine conſenſu vel authoritate
ſuorum curatorum, filiam ſuam dotare, & tradere illud,
quod contractu antenuptiali promiſſum fuerit. Alia pręterea
ratio occurrit manifeſtiſſima, pro fauore dotationis filiæ à
25 patre prodigo, hæc, pater quantumuis † prodigus, iure naturali
tenetur alere ſuam filiam, igitur & eandem dotare tene-
26 tur, † quoties eam elocare ſtatuit, nempe vt per talem dotationem
ſeſe quodammodo ab vlteriori alimentatione redi-
27 mat, & eam in futurum generum transferat. † Atque hinc fit
vt Doctores alimentationem & dotem pari iure cenſeant
Baldus in l. neque mater. C. de iure dotium. Vlterius ex hoc
argumento noſtram ſic elicimus concluſionem, per enthymema
dialecticum. Pater ętiam prodigus filiam ſuam alere
poteſt, immo debet, citra vllum curatorum ſuorum conſenſum,
igitur & filiam ſuam citra curatorum ſuorum conſenſum
dotare poteſt, & debet. Et quamuis allegetur prodigum
contrahere non poſſe, per glo. in ver. lege, in l. j ff. de cura. fur.
hoc intelligendum eſt ſic, quod non ſit permiſſum facere cõtractus
ſibi damnoſos, quia contractus per eum vtiliter geſti,
valent, vt notant per do. Iaſonem, in ſæpe allegata l. is cui
bonis, in primo notabi. ff de verbo oblig. In caſu autem prædicto,
pater prodigus non prodigaliter, ſed vtiliter contrahere
dicendus eſt, quod per dotis collationem ſibi generum &
filiæ maritum acquiſiuit. Immo & medium, & occaſionem
ſibi comparauit, per quam & filiæ, & ſibi proſpexit, ſi ipſum
ad inopiam redigi contingeret, ob id quod filia iſthæc cum
ſuo marito patrem in neceſſitate alere deberet, vt paulo ante
monſtrauimus. Quod autem ſupra diximus prodigum furioſo
æquiparari, &c. Dicendum eſt id quidem verum eſſe, quo
ad diſſipandum, ſiue obligandum inutiliter. Secus vero quo
ad ſtipulandum, ſiue acquirendum, aut vtiliter obligandum,
ita domi. Iaſon in prædicta l. is cui bonis, in 6. notabi. Et ideo
vbi videtur præfata antenuptialis promiſſio ſeu contractus,
propter ipſius immenſitatem reſcindenda eſſe, aut reijcienda,
ad id reſpondendum erit, quod licet pater conſtituat filię
maiorem dotem, quam debeat aut liceat, non poteſt tamen
ob id iudex eam reuocare, neque venit ab eo reſcindenda,
ſicuti textus expreſſus eſt, in præalleg. l. fina. C. de do. promiſ.
& do. Philipp. Decius, ſuis in conſilijs, conſilio 35 in fi. Et ſic
non habet hic locum. l. 2. C. de reſcinden. vendi. ſæpenumero
præalleg. Cæterum hic obſeruandum eſt ad illud ſępe allegatum,
patrem de iure teneri dotare filiam, id non vniuerſaliter
eſſe intelligendum. Nam quamuis officium patris ſit, dotare
filiam, per iura latius prolixiusq; ante allegata, hoc tamen intelligendum
eſt in filia nondum nupta, ſecus enim fit in filia
iam nupta, aut defuncta, vt per Bartolum in quæſt. incipien.
Mulier habens amplum patrimonium per tex. in §. ſi mulier,
in Authen. de nupt. colla. 4 &c. Quocirca non valet hæc con
ſequentia. Omnis pater tenetur dotare filiam, ergo & pater
prodigus tenetur, aut poteſt dotare quamlibet filiam, abſque
authoritate curatorum, per regulam. Nam ante omnia prius
28 de † habilitate & qualitate perſonæ, & filiæ, & patris quærere
debemus, ſecundum. l. ſi quæramus ff. de teſtamen. notant &
hoc recentiores in rub. C. qui admit. ad bonorum poſſ. poſſ.
Dicunt enim quod iſte pater prodigus (ſolẽnitatibus ad hoc
29 requiſitis publice proclamatus) non potuit ſolus abſque authoritate
curatorum filiæ ſuæ dotem cõſtituere, ob id quod
hoc non reperiatur iure cautum. Et ideo ſub regula remanẽ-
30 dum eſſe cenſent, ſcilicet: † Quod prodigus nihil validè poteſt
alienare vel promittere. Imo non ſolum non poteſt prodigus
quicquam à ſe alienare, qui ne promittendo quidem
ſeſe obligare poteſt. Et quamuis promiſſio, vel obligatio, non
31 ſit omnimoda alienatio, † aut patrimonij diminutio, tamen
prohibito aliquo, intelligitur prohibitum oẽ id, per quod ad
illud peruenitur, iuxtiſſima. l. oratio ff. de ſponſalib. Do. Iaſon,
in d. l. is cui bonis, in 4. notabi. Sic à ſimili cauſa prodigus cui
legitimè per ſententiam iudicis cum cauſæ cognitione fuit
32 bonis interdictum (vt hic) non poteſt pro † animæ ſuæ ſalute
legare magnam ſui patrimonij & ſubſtantiæ partem, eamque
relinquere eccleſiæ, tametſi id facere cupiat in cauſa pia & fa
uorabili per do. Bartolum eiuſque ſequaces, in l. j C. de ſacroſanc.
eccle. vbi inquit, quod prodigus tanquam inhabilis ex
defectu ſurgente à ratione vel iure naturali, non poſſit ad
pias cauſas teſtari. Eam quoque opinionem etiam tenent
Pet. de Ancha. & Ioan. Imolenſis, in cap. quia ingredientibus,
33 de teſta. vbi expreſſe tenent, & firmant prodigum non poſſe
teſtari, etiam ſi relinquat eccleſiæ, quia prohibitus alienare,
34 non poteſt alienare in eccleſiam, allegant notata per glo. in l.
ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. obliga. tenet & Baldus, in d. l.
1. C de ſacroſanc. eccl. quia non habet adminiſtrationem bonorum
ſuorum, ergo minus poterit (maximè ſine conſenſu,
& authoritate curatorum) dotem filiæ ſuæ conſtituere. Præ-
35 terea ob eandem † rationem prodigus non poteſt teſtari, ne
inter liberos quidem, quia ſolum reperitur diſpenſatum, quod
36 defectus ſolennitatis non † vitiat teſtamentum inter liberos:
vti placuit vulgatæ l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto. C. de
teſtamen. necnon. l. fin. C. fam. hercisc. Atque hoc argumento
vtitur Baldus, in repe. l. 4. C. de ſacroſan. eccl. in j. q. dum quęrit,
an damnatus ad mortem poſſit teſtari ad pias cauſas, hoc argumento
etiam vtuntur Pet. de Ancha. & Ioan. de Imo. in d.
c. quia ingredientibus, de teſtamen. in ea q. qua quærunt, an
37 teſtamentum imperfectum ratione voluntatis, valeat ad pias
cauſas? Et ideo tanto magis valida ſunt argumenta prędicta,
quibus oſtẽdimus prodigum citra authoritatem curatorum
non poſſe per ſe cuiuis filiæ ſuæ, & quomodocunque velit,
dotem conſtituere. Nam ſi talis prodigi votum & mentem
proprius introſpicias, ſtatim animaduertes ipſius indignam,
indebitam, & imprudentem dotis promittẽdæ voluntatem,
qui potiſſimam, & maximam bonorum ſuorum partem in
filiam transfundere cupiat. Quod ſi ipſi facere fas eſſet, non
prudenter, ſed ſtultè, & prodigaliter rurſum faceret, filiam
ſuam taliter dotando, & ſeipſum depauperando, actus enim
talis tacitè indicat nouam ipſius prodigalitatẽ, & ob id ipſius
quoque promittentis inhabilitatem. Sicut in ſimili inquit
Bal. in l. furioſum. C. qui teſta. facere poſſ. cum ſimilibus. Nec
huic refragatur, ſi quis dicat, quod præfatum decretum, ſtatutum,
ſeu proclama, ſeſe non extendat ad caſum præſentẽ, &c.
38 † Quia illud ſtatutum, decretum, aut proclamatum factum
& celebratum cum ſolennitatibus ad hoc neceſſarijs (vt hic)
genera-

generaliter & in terminis generalibus loquitur,ac etiã pro-
hibitiuè, ergo & generaliter & prohibitiuè debet intelligi.
l.j.§ generaliter.ff.de lega. præſtan. c.ſolitæ extra, de maio.
39 & obedien.† Et quia ſtatutum,decretum,aut proclamatum
non diſtinguit,ſed indiſtinctè diſponit: ideo nec nos diſtin-
guere debemus. Textus eſt paſſim ad hoc allegatus, in l.de
precio.ff.de publi.in rem actio.cum haud diſſimilibus iurib.
40 † Itaque caſus non exceptus debet manere ſub regula, per
iura ad hoc vulgatiſſima. Quod autem ſupradictum eſt,ne-
quaquam fuiſſe,aut eſſe in poteſtate iudicis,ſuo decreto de-
rogare iuris ſcripti diſpoſitioni, diſponenti, patrem teneri
filiam dotare, ſed id ſolum ad principem ſpectare, &c. id à
41 veritate prorſus,alienum eſt, ſi iura introſpiciamus. † Certũ
enim eſt,ſtatutum poſſe limitare, reſtringere, & tollere ius
commune & ſcriptum, iuribus ad hoc vulgatiſſimis, quo-
rum meminerunt domini Fely. Barba. & Panor. in cap.j.de
reſcrip.in hoc itaque præſenti caſu tantum limitatur & de-
claratur ius commune & ſcriptum.Non enim prohibet ſta
tutum, ne hic pater prodigus omnino dotet filiam, ſed ne
dotet citra authoritatem curatorum. Nam ſi id faciat cum
curatorum authoritate,ceſſat ſtatutum,& ſic ſuperior obie
ctio ſoluitur. Porro quod ſpectare videtur ad iura prius al-
legata,mentionem facientia de alienatione neceſſaria in fi-
lios, &c. Reſpondendum eſt eadem iura eſſe ſecundũ hanc
limitationem intelligenda, ſcilicet quum illa alienatio neceſ
ſaria, fit à perſona habili, & non ab inhabili, hoc eſt, non à
prodigo,qualem hactenus depinximus. Nam à tali inualida
eſt alienatio,niſi curatorum acceſſerit authoritas. Præterea
illa iura intelligenda ſunt in actu vltimæ voluntatis,dummo
do pater etiam tunc ſit habilis, & ſecundum has limitatio-
nes, & intelligentias prædicta iura non obſtant. Cæterum
omnia allegata per actorem bene procedunt in patre habi-
li vel inhabili,etiam prodigo, dotante tamen filiam cum cu
42 ratorum † authoritate, quia ſemper & ante omnia actus
omnis debet ſubſiſtere ex perſonarũ qualitate, alioqui erit
inualidus. Pater enim prodigus tam peccare poteſt in dotan
do filiam exceſſiue, quàm in alia quauis alienatione. Et
tunc ſtatuti vigor non elangueſcit: quin potius ipſum cor-
roboratur, per illud eccleſiaſtici, capite trigeſimotertio
43 † Melius eſt.n.vt filij tui te rogent, quam te reſpicere in ma-
nus filiorum tuorum. Reliqua eodem loco perlege. Cæte-
rum vbi dictum eſt, quod bona patris cenſentur eſſe filio-
rum, &c. perfacile ad id reſponderi poteſt, id quidem verũ
eſſe,non propriè,ſimpliciter,& in effectu, ſed tantum quo-
44 ad ſpem & expectationem. Et ideo filius non poteſt paciſci
de bonis patris,patre viuente, quod ea needum habeat.l.fi.
C.de pact.cum innumeris ſimilibus iuribus. Quocirca ſupe
rius argumentum, quod colligit quemuis prodigũ pro ſuo
arbitratu quamlibet filiã dotare poſſe, ex eo, quod bona pa-
rentum cenſeantur eſſe filiorum, prorſus eſt inualidum. Sic
etiam inualidũ erit,ſi aduerſarius quiſpiam quemliber pro-
digum tueri conabitur,& argumentetur ab alimentis ad do
tem, ſic, pater prodigus filiam alere tenetur, ergo & eandẽ
45 dotare tenetur. † Ad hoc enim dicendum eſt, quod non ſit
vtrobique eadem ratio. Pater enim prodigus alendo filiam
nihil alienat,& non decipitur. Exceſſiue vero eandem do-
tando,decipitur,& ſua alienat, vnde ipſemet in ſenectute vi
uere poſſet. Quamobrem ſic ſua citra curatorum conſen-
ſum alienans, irritum facit & inualidũ, & ſic non eſt bonũ
46 in iure argumentum † ab alimentis ad dotem,vbi eſt diuer-
ſa ratio,vt per clariſſimũ virum do Nicolaũ Euerardi præſi-
dem, in loco ab alimentis ad dotem, ad finẽ. Porro vbi ad-
uerſarius nitebatur ſoluere illud allegatum, prodigum con-
trahere non poſſe, &c.intellexit hoc de contractu damno-
ſo, & non de vtiliter geſto, &c. Hic autem contractus pa-
tris prodigi, potuit eſſe damnoſus, & maximè caſu quo pro-
miſſio dotis exceſſiua(cuius nunc vertitur quæſtio)ſuũ ſor-
tiatur effectũ. Et do.Iaſon in loco ab aduerſario allegato,lo-
quitur in caſu,quo nullum damnum poſſit habere ipſe pro-
digus,& ſic hic, & ibi argumenta ſunt diuerſa,non aduerſa.
Verum enimuero, ſi pater non prodigus, aut pater prodi-
gus cum conſenſu ſuorum curatorum, quamlibet ingentẽ
& exceſſiuam dotem conſtituat, valida erit tunc ea conſti-
tutio & nullo modo reſcindenda, vt cui non obſtet talis
dotis immenſitas. Verum vt generaliter loquamur, nulla
bona nec mobilia,nec immobilia,nec feudalia,nec allodia-
lia, nec vlla alia his ſimilia poterũt valide & efficaciter pro-
mitti,aut conſtitui in dotem à patre prodigo, quia non ſo-
lum prodigus non poteſt alienare, ſed nec etiam poteſt ſe
promittendo obligare, nam licet promiſſio, vel obligatio
non ſit alienatio,aut patrimonij diminutio, tamen(vt & di-
ctum eſt ante) prohibito aliquo intelligitur prohibitum
omne id,per quod ad illud peruenitur. d.l.oratio. ff.de ſpon-
ſalib.Iaſon in d.l.is cui bonis,in 4.notabili. ff.de verb.obliga.
Actor enim,ſcilicet,gener, his viſis, pro ſe ſumpſit aduerſæ
partis confeſſionem (inquantum pro ſe facit,alias minimè)
qua confeſſi fuerunt præfati curatores prodigi in hac cauſa
rei,ſcilicet patrem de iure obligari & teneri dotare filiam.
Nec aliquid operari, quod hoc eſſet intelligendum de filia
primum nubenda, & nequaquam de aliquando nupta. Ma-
nifeſtum eſt enim ibi præfatam dotis promiſſionem fuiſſe
factam ante nuptiarum celebrationem, imò ante aliquam
obligationem matrimonialem, prout apparere potuit per
dotale inſtrumentum. Et actor hic non agit vt ſua vxor do-
tetur, ſed vt reus condemnetur tradere dotem promiſſam,
ſinatque ipſum eam dotem complecti,ob id quod ſuſtinuit
& pertulit matrimonij onera,tenendo eam & ſanã & ægro
tam veſtiendo,atque id genus alia ad eum ſtatum pertinen-
47 tia † & ſpectantia. Nam de iure,ſi dos fuiſſet promiſſa,& nõ
ſoluta,maritus vxorem alere non tenetur, per Bal.in d.l fin.
C.ad Velleia. imò ne maritali quidem affectu eam proſequi
tenetur.Bal.in l.de diuiſione.ff.ſol. matri. & in l. pro onerib.
ff.de iure dotium. Ad hoc autem vbi procuratores rei ſuſti
nent patrem teneri ad filiam dotandam,idque fieri non poſ
ſe per patrem prodigum ſine curatorum authoritate, &cæ.
Dicendũ eſt,quod in rebus quas aliquis neceſſariò facere te
netur & obligatur, non eſt neceſſarius, nec requiritur con-
48 ſenſus, aut † curatorũ authoritas, ob id, quod de iure pater
ipſe cogi poſſet,etiam inuitus,ad dotandũ filiam,per d.l.qui
liberos,ff.de ritu nup ergo ſi ad hoc cogi inuitus poteſt,non
requiritur conſenſus nec authoritas,quia ſiue conſenſus in-
teruueniat, ſiue non, poteſt in omnem euentum pater ad id
cogi.Quamobrẽ ſi ipſe pater poteſt ad dotationem cogi,po
terunt ſimiliter & cogi ipſi prodigi curatores, ad conſen-
tiendũ in eam dotationem,hoc eſt,ad id.ad quod pater pro-
digus iure tenebatur & obligabatur,non obſtante vlla cura-
torum oppoſitione ac contradictione. Imò deberent dictã
dotationem ratificare,& approbare, necnon tenere eã tan-
quam ratificatam,& approbatam,ob id,quod per talem do
tationis actũ, negari ab actore genero poſſit pater eſſe pro-
digus, aut in curatela poſitus. Sed potius contra quod tem
pore conſtitutionis præfatæ dotis habuerit liberam admini
ſtrationem ſuorum bonorum, ea dando in cenſum, emen-
do, vendendo, locando, conducendo, necnon alios contra-
ctus celebrando, non ſoluentes debitores in ius vocando,
inſcijs & inconſultis ſuis curatoribus: aut negare poſſet ge-
ner patrem fuiſſe tempore conſtitutionis dotis in curatela,
ſaltem ſibi actori genero tunc non conſtitiſſe quicquã de
ſoceri curatela,aut illius certam notitiam habuiſſe. Deinde
replicare gener poterit. Tametſi ſocer prodigus proclama-
tus fuiſſet, quod habuerit tamẽ liberam adminiſtrationem
omnium ac ſingulorum fructuum ſuorum bonorum, tam
mobilium,quã immobilium,feudalium, & allodialium. Ita
vt ad minus libere potuiſſet diſponere de fructibus. Sic vt
quamuis non potuerit alienare ſuorum bonorum proprie-
tatem,tamen licitum ei erat diſponere de fructibus,& id ge
nus aliis,ipſis quidẽ annexis. Quare ex his inferet quod de-
beat præfata dotatio ſuũ effectum ſortiri, inquantũ fructus
dotis promiſſæ concernat, ne illa dos ſit vel inofficioſa, ca-
duca,aut nihili,& hoc propter dotis fauorẽ, pro qua in du-
49 bio ſemper eſt iudicandum,c.fin.extra,de ſenten.& re iudic.
facit tex.in l.j.ff.ſolu.matrimo. Item quando aduerſarius in-
fert ſic. Prodigus alienare non poteſt, igitur nec dotare po-
teſt.ad hoc reſpondendum eſt, quod hoc intelligendũ eſt,
de extraneo prodigo,cui adminiſtratio vel alienatio inter-
dicta eſt.Nam ille non poteſt,ſine curatorum conſenſu,da-
re ſua bona mulieri extraneæ in dotẽ,ut alteri nubat. Secus
autẽ cenſendum eſſe monſtrat ratio naturalis in patre do-
tante filiam. Nam quamuis extraneus non tenetur dotare
extraneam, pater tamen tenetur dotare filiam, & hoc iure
50 naturæ, atque ſic dotando, † pater dicitur ſoluere debitum
naturæ, quemadmodum ait Bald. in l.ſi pater.C.de do.pro-
miſ.& non eſt liberalitas, quando naturæ debitum ſoluitur,
51 & in l.vnica. C.de imponen.lucra. deſcript.lib.10 vti in caſu
ſubiecto,vbi dotauit prodigus ſuã filiã unicã, promittendo
ei præfata eadẽ bona, (de quibus orta fuerat quæſt) ad quæ
iure ſucceſſionis venire debuerat. Quo autem loco curato-
res prodigi ſupra ſubuectunt, prodigũ furioſo æquiparari,ac
propterea non poſſe contrahere, vel promittendo ſe obli-
gare. Reſpondendum id non procedere in omni caſu, quia
52 prodigus bene poteſt matrimoniũ contrahere,vnde ſi ma-
trimonium poteſt contrahere,& ſine curatorum conſenſu,
& ſeſe bene & efficaciter obligare ſine curatorum conſen-
ſu pro dote, quæ dos eſt ſequela matrimonij,& idem ius eſt
in acceſſorijs,quod in principali, arg.l.inter. §.cũ interdica-
tur.ff.de pact.dota.Cum vero rei allegant, ꝙ ſicut prodigus
non

non poteſt pro anima ſua,& in pias cauſas legare,ita non po
terit citra curatorũ conſenſum dotẽ ſuæ filiæ conſtituere.
Dicendũ, diuerſas eſſe in iure Doctorũ opiniones contra-
rias. Nempe prodigũ poſſe legare in pias cauſas, etiam ſine
curatorũ conſenſu. Sed vt largiamur quod non poſſet lega-
re in pias cauſas,tamen non ſequitur,quod non poſſit dota-
re filiã ſuã ſine curatorum conſenſu, quia non tenetur neq;
obligatur quis legare in pias cauſas, ſed tamen pater tene-
tur & obligatur dotare filiam ſuam, per iura ſupra allegata.
Præterea legare eſt liberæ voluntatis, ſed quod pater dotet
filiã eſt meræ neceſſitatis. Nã ad hoc poteſt ẽt inuitus cogi.
Ad hæc eſt cauſa dotis fauorabilior, quã alimentorum, uel
etiã pia cauſa, vt per Baldum in l.legatum.C.de cond.inſer.
vel ſic reſponderi poteſt,quod interſit reipublicæ, mulieres
57 & virgines † eſſe dotatas,vt facilius maritum inueniant.Sed
dicto prodigo fuit interdicta alienatio in particularẽ profe-
58 ctum ac vtilitatem ſui. † Et de iure profectus ac vtilitas cõis
neceſſario præfertur particulari. Ita Baldus, in authent.res
quæ.C.cõmunia, de lega.quocirca prædicta interdictio (in-
quantum facta fuit) contigit non ſolum in fauorẽ dicti pro-
digi,ſed etiã in fauorem & cõmodum dictæ filiæ ſuæ, vtpo-
te ad eum finẽ, vt pater prodigus aliquid ſibi retineat, par-
tim vt filiam ſuam nuptui tradat, partim vt ipſemet habeat
vnde in ſenectute viuat. Ideoq; quod dictus prodigus pro-
miſiſſet litigioſa bona filiæ ſuæ, in hoc ſequutus eſt effectũ
& finẽ,propter quẽ interdictio ipſi facta fuiſſet, hoc eſt,ad
finẽ, vt ſua filia nuptura quicquã nanciſceretur. Quocirca
quicquid dedit, aut promiſit dictus prodigus in dotem ſuę
filiæ,id omnino præſtare obligatur. Atque ob hanc cauſam
negant curatores prodigi rei, aliquã confeſſionem feciſſe,
ſibiipſis præiudicialem,aut nociuam. Dein vbi actor dupli-
cando, meminit promiſſionis dotis & dicit, quod ea facta
fuerit ante aliquod matrimonij vinculum, vti conſtabit ſi
opus fuerit per inſtrumentũ dotalitium. Domini rei id ex-
preſſe inficiabuntur, & dicent, quod id non conſtabit, po-
tiſſimum vt iura,conſuetudinẽ, aut vſum inclitæ ciuitatis
Brugenſis ſequantur,in qua non ſolum prodigus, ſed etiam
ſui curatores ſemper fuerunt, & ſunt adhuc incolæ & ciues.
Et in qua dotis promiſſio (vt actor fatetur) ſtipulata fuerat à
notario publico,& ſic coram & à non iudice, ſine iudice in-
competenti,argumento gloſſæ notabilis in verbo, ſecundũ
in fine,inſtitut.de obligat. in §.j.quæ gloſſa Baldo teſte, in l.
actori.C.de reb.credi.in alijs autẽ ciuitatibus non fit ita pu-
blica ſtipulatio. Verum non raro conſtituuntur a patre prodi
go dotes in abſentia curatorũ, & ſine eorum conſenſu, aut
authoritate,aut ſine vllo propinquorũ permiſſu,aut conſen
ſu, quæ tamen omnia ad talẽ actum ac dotis conſtitutionẽ
prorſus ſunt neceſſaria, adeo vt eorum omniũ,aut ſingulo-
rum omiſſio,totum actũ infirmet, nulliuſque momenti ef-
59 ficiat. † Paria enim ſunt in iure: Aliquid non facere, & ali-
quid facere, non tamen debito modo, hoc eſt omiſſis om-
nibus,aut quibuſdã ad actum neceſſarijs.l.j.§ quod ait præ-
60 tor.ff.quorum lega. cum ſimilibus iuribus. † Similiter paria
ſunt,non facere, & facere, ſed male & perperã facere. Iaſon
in l.quotiens.ff.qui ſatiſd.cogan. cum alijs ſimilibus iuribus
vulgaribus. Et ideo inſtrumentum illud præfati contractus
antenuptialis (ſuper quo actor ſeſe fundat) quod per nota-
rium ſtipulatũ ac editum fuit in abſentia, & ſine cõſenſu,ac
authoritate curatorũ,propinquorum, & amicorũ,illud (in-
quam) non ſolum de iure,ſed etiã conſuetudine, ac vſu ciui
tatis Brugenſis,cenſendum eſt eſſe nullũ,ac nullius roboris,
& efficaciæ,ſed tanquam editum & ſtipulatum corã non iu
61 dice, ſine conſenſu, auctoritate, ac in abſentia curatorum,
propinquorum & amicorum, ſine quibus omnibus,aut ali-
quo illorum fieri non potuit. Certum enim eſt, prodigum
maxime publice, iuxta morem & ritum ciuitatis Brugenſis
proclamatum (quod indubie factũ eſt) nullam omnino alie-
nationem poſſe, aut potuiſſe facere aliquo modo, abſque cu
ratorum authoritate.l.j.ff.de cura.furio.necnon. l.is cui bo-
nis.ff de verbo.oblig.cum innumeris alijs iuribus. Ad hanc
opinionem faciunt notata do.Bartoli in l.ſi quis mihi bona
62 §.iuſſum.ff.de acquiren.hære.vbi vult. † Quod ubicunque
in aliquo actu requiritur auctoritas,atque aliquorũ conſen
ſus,illo deficiente,actus eſt nullus. Huic etiam conuenit, ꝙ
63 quandocunque requiritur aliquid ad eſſentiã,formam,ſiue
ſubſtantiam alicuius actus,illo requiſito deficiente, corruit
totus actus,vulgata.l.Iulianus.§.ſi quis,in fi ff.ad exhib. Sed
hoc in propoſito, curatorum authoritas, ac conſenſus,nec-
non eorundem præſentia, iudicis competentia, præſentia
neceſſariorum propinquorum,atque amicorum, hinc inde
64 † neceſſario iuxta morem & ritum ciuitatis Brugenſis requi
rebantur ad hoc,vt dictus tunc & adhuc nunc prodigus,pu
blicè,iuxta præfatæ ciuitatis Brugenſis conſuetudinem pro-
clamatus, edictoque publico proſcriptus, valide potuiſſet
conſtituere atque promittere filiæ dotem. Igitur curatorũ
authoritate, conſenſu, nec non eorundẽ atque propinquo-
rum & amicorum præſentia deficientibus (vt re vera defue-
runt) quoniam nunquam conſtabit de illis, aut illorum ali-
quo, deficit actus & eſt nullus, quæ omnia, atque ſingula re-
quirebantur,& ſimili in actu adhuc requiruntur, tanquã ſo
65 lennitates, quæ ſunt de forma actus, ideoq; cenſetur actus
nullus,ſi non ſeruetur ſolennitas,aut ſi non ſeruentur ſolen
nitates, ita Bal.in l.j.C.qui admit.ad bo.poſſ.poſſ. Aud.Barb.
ſuis in conſilijs, conſil. 12.in 3.col in 1.vol. Socy.ſuis in con-
ſi.conſi.112.& in conſi. 172.in 6.col.ver 6.difficultates,&c.
66 † His ſeruit,quod in omnibus promiſſionibus, & priuilegiis
obſeruari debent ſolennitates, de iure, conſuetudine, aut
vſu neceſſariæ, per notabilem.l.ſi quando.C.de inoffi.teſt.
necnon authen.omnes peregrini,iuncta ibi glo.C.commu-
67 nia, de ſucceſſ. vnde dicere ſolemus. † Non ſufficit bonum
68 fieri, niſi bene fiat, & alibi dicit † glo.Deum Opt.Maxi.eſſe
69 aduerbiorum & non nominum remuneratorum. † Nec du
bium eſt,quin inter omnes ſolennitates præcipua ſit, præce-
dereque debeat perſonæ habilitas,& idoneitas,per l.ſi quæ-
ramus.ff.de teſta.ibi tex. ſi quæramus an valeat teſtamentũ,
in primis animaduertere debemus, an is qui fecit teſtamen
tum,habuerit teſtamenti factionem. Et per.l.vt gradatim.§.
j.ff.de mu.& bon.ibi tex.ſi lege municipali cauetur, vt prę-
ferantur in honoribus certæ conditionis homines, atta-
men ſciendum eſt,hoc eſſe obſeruandum, ſi idonei ſint, &
ſic tales pręferri poterunt, idque ſine alterius præiudicio.
Quando autem dicitur patrem neceſſario teneri ad filiam
dotandam,id intelligi debet, actum eſſe in caſu ſubiecto, cũ
iuris ciuilis,vel municipalis ſolennitate, nempe cum conſen
ſu,auctoritate,atque præſentia curatorum, propinquorum
& amicorum, quæ nunquam poterint conſtare interueniſ-
ſe. Quare,&c. Atque ob hanc rem licet demus dotationis
actũ pręſenti in caſu eſſe neceſſarium,vel voluntarium,ſem
per tamen neceſſaria eſt illa ſolennitas, id eſt, perſonę habi-
litas & idoneitas,per iura pręallegata,& per hæc non eſt ma
gni facienda actoris diſtinctio, quam nec probat, nec do-
cet, quo ad ſubiectum caſum. Deinde aperte conſtare po-
tuit,imò notorium erat, prodigum fuiſſe publice proclama
tum, omnibus ad hoc ſolennitatib. requiſitis. Nec poterit
actori ſuffragari,ſua (vt ait) ignorantia, quæ fuiſſet tempore,
quo actor dicit dotẽ conſtitutã, prout adhuc eſt,in curate-
70 la, edictoque publico proſcriptus, ſeu † proclamatus, cuius
ignorantiã nullo modo prætendere poteſt,quia qui cũ alio
contrahit,eſt, vel eſſe debet, non ignarus conditionis eius,
expreſſa & vulgata.l.qui cum alio contrahit. ff.de regu. iur.
facit & confirmat hanc ſententiam cõe hoc dictum, quod
71 in re quæ publice agitur,non habet locũ ignorantia,imò ne
pręſumitur quidem ignorantia, quẽadmodum notat gl in
c.j.de poſtula.præla. & in l.ſed etſi pupillus.§.de quo.in ver-
bo,ne quis excuſari poſſit ignorantia. Qui quidem tex.ſem
72 per ad hoc allegatur.ff.de inſtito.actio. † Paria enim ſunt in
iure,ſcire,& ſcire debere.l.Iulianus ff ad ſenatuſcon. Mace.
notat Bal.per illum tex.in l.ſi dno.ff.de acquiren. hære. cum
nonnullis iuribus minime diſſimilibus. Imo inquantũ opus
fuiſſet, conſtitiſſet actorẽ ſciuiſſe prodigũ in curatela fuiſſe.
73 † Et ſic ex prædictis claret, quod contractus antenuptialis,
ſeu is actus peccauit in forma propter iudicis incõpetentiã,
& curatorũ propinquorũ,& conſanguineorũ abſentiã, quę
oĩa pro forma interuenire debuerunt, vt habet prędicta cõ-
ſuetudo, & ſic vbicunque actus peccat in forma, non valet
principalis conſtitutio dotis,quoad proprietatẽ, ideoq; mi-
nus etiã valere debet quo ad vſumfructũ,per regulã: Quan-
74 do † actus peccat in forma, ſi non valet, quod ago, vt ago,
nec valere debet, vt valere poteſt. tex. eſt notabilis in c.vni-
co,& ibi Domi.& Philip.Franc.not. de poſtula.prælat.lib.6.
75 Facit ad hoc etiã † argumen. l.Lucius.ff. de conſtitu. pecu.
Vbi ſi non valet principale debitũ,nec etiã valet conſtitutũ.
Et ad illud quod actor argumentatur, quod prodigus bene
poteſt matrimoniũ contrahere, ſine curatorũ conſenſu,er-
go poteſt ſe obligare pro dote, ſine conſenſu curatorũ, quia
dos eſt ſequela matrimonij,& idẽ ius in acceſſorijs, quod in
principali. Reſpondent curatores prodigi, quod non ſequi-
tur: prodigus poteſt contrahere matrimoniũ, ergo dotare,
quia poteſt prodigus acquirere,ſed non alienare,quod pro-
digus furioſo ſit cõparandus, quoad alienandũ, contrahen
dum,& diſſipandũ.l.is cui bonis, & l.Fulcinius, §.adeo.ff.ex
quib.cau.in poſ.eat.frequentiſſimè allegatis. Sed quoad ac-
quirendũ,pupillo cõparatur,d.l.is cui bonis, & l. certi con-
dictio.§.quando.ff.ſi cer peta.& ſicut pleriq; oẽs Doctores
ſentiunt,qui ẽt ad prędicta ſic reſpõdent. Quod quãuis dos
ſit fauorabilis,quodq; interſit reipublicę mulieres virgines
eſſe

eſſe dotatas, ac quod publicum ſit priuato commodo præfe-
rendum, &c. Illa omnia veniunt intelligenda, quando dos
eſt legitime & rite conſtituta, ſcilicet à patre habili, aut à pa-
tre prodigo cum conſenſu ſuorum curatorum atque alijs ſo
lennitatibus neceſſarijs rite obſeruatis. Non enim ſufficit ali-
qua eſſe bona vel vtilia, niſi bene, & legitime fiant, per prius
allegata. Cui ſuffragatur & hoc, quod talis interdictio fuerat
principaliter prodigo facta, ne ipſe in egeſtatem deueniret,
& nullo modo principaliter fauore filiæ (vti actor prætendit)
profundendo bona ſua exceſſiue etiam in filiam (vt hic) vbi
actor ſuo in libello plura petijt, quam tres quartas bonorum
prodigi, quod iniquiſſimum eſſe ratio ipſa conuincit. Qua de
cauſa multò melius eſt, vt filij, aut filiæ, ſuos parentes rogent
atque ab illorum patrocinio pendeant, quàm contra, vt pa-
rentes ſuis liberis tanta largiantur, vt ipſi poſtea egeant, & egen
tes ſuos liberos rogare, & ab illorum opitulatione pendere
cogantur. Tametſi hoc non rarò, tamen euenire conſpici-
mus. Quod profectò tam indignum exemplum magnopere
eſt deteſtandum. Prędictis ſolutionibus & hæc adijci poteſt.
Quod tempore interdictionis dicta filia nondum fuerat na-
ta, quare minimè ob fauorem filiæ dicenda eſt principaliter
dos conſtituta. Sed omiſſis tot tamq; varijs de dote hac con
ſtituenda, opinionibus, & controuerſijs, ego negatiuam opi-
76 nionem veriorem, ac tutiorem eſſe puto, qua cenſeo, † Patrē
prodigum, & in curatela cum cauſæ cognitione (prout de iu
re ac etiam conſuetudine) poſitum, necnon edicto publico
proſcriptum (quod Doctores nominant, publice proclama-
tum, palam in valuis curiæ denunciatum) filiæ ſuæ dotē pro-
mittere, dare, aut tradere, ſine ſuorum curatorum conſenſu
non poſſe, ſed tantum cum ipſorum auctoritate, & conſenſu,
vt ſupra latiſſime demonſtratum eſt. Quamuis autem de hoc
argumento ſatis multa dicta videri queant, tamen quia mi-
hi hęc ſcribenti materia quædam ſeſe obtulit, non prorſus à
propoſito aliena, multumque vtilis atque vſitata, libuit tamē
eandem longius protrahere, ac pluribus exemplis & reſolu-
77 tionibus explicare. † Primo igitur à quoquam rogari poſſet,
An pater teneatur dotare filiam, quæ ſine eius conſenſu ma-
trimonium contraxit? Ad hanc quæſtionem diuerſi diuerſi
78 ſentiunt, † & ſunt opiniones inter Doctores planè contrarię:
Alij enim partem tuentur negatiuam, tum propter iniuriam
patri factam, cuius conſenſus requiri debuit. l. Paulus. ff. de ſta
tu homi. & Iuſtinianus Imperator, inſti. de nup. in prin. Tum
79 † quia lis nulla eſſe poteſt inter patrem & filiam, vulgata. l. lis
80 nulla. ff. de iudic. Tum † quia pater non eſt obligatus dotare
81 filiam, ſed iudicis officio † duntaxat cōpelli poteſt. l. qui libe-
ros ff. de ritu nupt. Sed iudicis officium ceſſat, poſtquam vi-
rum ſeu maritum reperit, ſeipſamque maritauit. Tum etiam,
82 † quia dos & alimenta æquiparantur, tritiſſima l. ob ęs, iuncta
83 gl. C. de pręd mino Sed pater non tenetur alimentare filiam,
quando aliunde habet vnde alat. l. ſi quis a liberis. §. ſed etſi
filius ff. de liber. agnoſcen. Cum ergo filia habeat maritum, is
profectò eam alimentare obligatur. l. ſi cum dotem. §. ſi autē
in ſæuiſſimo, iuncta glo. ff. ſolu. matrimo. conſequitur ergo,
quod talis, à patre alimenta vel dotem petere non poſſit.
84 Cæterum † ſi pater filiam maritare diſtulerit, ad vigeſimum
annum vſque, tunc eam nequit exhæredare, neque alimenta
ei denegare, etiam ſi poſtea in ſuum corpus peccet, aut ſi ſe
liberè ſine patris conſenſu copulauerit. textus in authentica,
ſed ſi poſt C. de inoffi. teſt. atq; tex. vnde d. authen. deprom-
pta eſt, in Authen. vt cum de appel. cogno. §. ſi verò vſque ad
25. coll. 8. conſtitu. Ergo ſi non tanto tempore differat filiam
maritare, & interim nihilominus filia moræ impatiens ſe al-
teri contra voluntatem patris copulauerit, tunc ius cōe con
trariam opinionem poſtulat, ſ. quod pater tunc non tenetur
dotare talem filiam tam rebellem, & immorigerā. l. quod ve-
ro, & in l. ius ſingulare. ff. de legib. & huius opinionis ac ſen-
tentiæ fuerunt Barto. & Saly. in authen. res quæ. C. cōmunia,
de lega. idemque Bartolus, in l. obligamur. ff. de actio. & obli.
necnon idem Saly. in d. l. qui liberos, D. Panor. in c. accedens,
de procu. & in c. penul. de rapto. atque D. Matthæus Mathe-
ſilani, ſuis in ſingularibus, ſingulari 106. incipien. no. quod ſi
pater. Sed quantumlibet iſti ſuā opinionem ex cauſis tuean-
tur, veritas tamen contrariam opinionem mordicus ſeruat,
quæ itidē rationibus, necnon & auctoritatibus infraſcriptis
85 corroborabitur, ac ſtabilietur Prima eſt, † quia de iure cano-
nico, vt filia matrimoniū cū aliquo contrahat, non eſt neceſ-
ſarius ad hoc conſenſus paternus (tametſi condecens & hono
ſtum foret, vt vterque contrahentium, eundem conſenſum à
ſuis parentibus reuerenter expoſceret,) ſed tantum eorum re
quiritur conſenſus, qui ſeſe ambos matrimonio tradunt, quod
ēt confirmat vulgatum c. cum locū, extra de ſponſal. & mat.
& c. ſufficiat. 27. q. 2. cum innumeris alijs. Quocirca filia quæ
canonica permiſſione vtitur, ingratitudinis, aut inobedientię
vitium haudquaquā dicitur incurrere, nec pœnam vllā me-
86 retur. † Quæcunque. n. lege permittente fiunt, ea profectò pę
nam nullā merentur. Textus eſt, qui vulgo ad id allegatur, in
87 l. Gracchus. C. ad l. Iuli. de adul. & c. qui peccat. 23. q. 4. † Cor-
recto. n. & excuſato vitio, intelligitur etiā correcta & excuſa-
ta pœna, nota. cap. non debet, extra de conſanguini. & affini.
88 lictum c. de gradib. 35. q. 8. † Et quotieſcunque deſijt eſſe de-
iuncto, deſijt & pœna, vti voluit D. Bartolus, in l. decuriones.
C. ex quib. cau. infa. irrogat. Huic ſeruiunt etiā illa notata, in
89 c. penul. & fin. de ſecun. nup. Secunda ratio eſt. † Pater ad duo
ſimul & copulatiue obligatur, nempe ad filiam maritandam,
& ad eam dotandā. d. l. qui liberos, vbi eſt caſus. Ergo ſi quan
do filia ipſius eſt aſſociata viro, pater quidem ab vno, nequa-
quam tamen ab altero eſt liberatus. l. Celſus. ff. de recep. arbi.
& c. cum dilecti, extra de do. & contu. Ad veritatem. n. ora-
tionis copulatiuæ, requiritur vtranque partem eſſe veram, §.
90 penul. inſtitu. de hęre. inſtituen necnon. c. 2. cum ibi notatis,
extra de reſcript. cum infinitis alijs vulgarib. Tertiò iſtud au-
thoritatibus confirmatur, & in primis per iuris canonici gloſ-
ſam ordinariam, in c. hoc ſanctum. 32 q. 2. & in c. de raptorib.
36. q. 1. quæ glo. expreſsè voluit, filiam quæ ſine patris conſen
ſu viro aſſociata, ſeu nupta eſt, debere per patrem dotari, po-
tiſſimum quando nupſit digno, quod quidē minime etiam
D. Archidiacono diſplicuit, in prȩallega. c. de rapto. necnon
Io. And. iuris canonici fonti, ac ſummæ authoritatis viro, in
d. c. accedens, in finalib. verb. idq; ibidem ſequuntur Do. Ant.
de But. Ioan. de Imo. atque pleriq; Doctores alij. Iſtud idem
etiam gloſſæ ordinarię iuris ciuilis placuit in d. l. obligamur,
quam ſequuntur & ſingularem cenſent Bald. Ioan. de Imo.
Lud. Rom. Alexan. Imo. atque nouiſſimi in l. 1. ff. ſolu. matri.
& Baldus in l. fin. C. de ſenten. quæ ſine certa quanti. & in d. l.
qui liberos, eandem opinionem etiā tenent Bal. Ange. Pau.
Caſt. Iaſ. ac alij, in præalleg. authen. res quæ, & idem Bal. in c. in
rauit, in 2. col. de proba. & in rub. de offic. iudic. in 6. col. hanc
opinionem tenuit etiam Raph. Cuma. atque ſecundum eam
conſuluit ſuis in conſi. conſi. 131. incipien. Duo fratres habēt
bona cōia. Imò plus voluit Ioan. Imolen. in d. c. accedens, vbi
91 ait. † Quod pater non poſſit exhæreditare filiam etiā nuben-
tem indigno, aut eidem iuſtā denegare dotē. Impares enim
nuptiæ, & indignis nubere, non ſunt exhæredationis, aut do-
tis ſubtrahendæ cauſę ſatis idoneæ, ac ſufficientes Huius opi
nionē ſequitur D. Alexā. in d. l. j ff. ſolu. matri. Poſſet tamen pa-
ter ob indignā coniugij cōditionem minorē filiæ conſtituere
dotem, quā conſtituiſſet, ſi prorſus digno nupſiſſet. Verū ob
eā cauſam non licet patri filiæ indigno nubenti omnimodā
doris numerandę portionē denegare, non magis quā ob id
92 eandem exhæreditare poteſt. † ex quibus. n. cauſis filia poſſit
exhęredari, ex eiſdem cauſis poſſint ei alimenta, & dos dene-
gari, iuxta gloſſam notabilem, in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex
his. ff. de libe. agnoſcen. iuncta gl. per Bal. in d. authen. res quę.
Quum ergo dicta cauſa, nempe quod indigno nupſerit, mi-
nime ſit hodie iuſta exhæredationis cauſa. §. cauſæ, in Auth.
vt cum de appel. cognoſci. colla. 8. vti etiam voluerunt Hoſt.
Panor. & communiter omnes Docto. in c. j. de deſponſa. im-
puber. ergo etiam non eſt iuſta cauſa denegationis dotis, aut
alimentorum, licet (vt memini) minor dos conſtitui poſſit,
lex enim præſumit maritum melius tractaturum, ſi dotetur,
93 quia mulier † indotata à viro contemni conſueuit. l. v. rū ter
pem, ad finem. ff de verbo. oblig. id quoque maximè quadrat
ad caſum præſentem, in quo pater dicitur prohibuiſſe filiæ ne
nuberet, neve ſeſe vllo maritali coniugio copularet. Tametſi
interim elocandę filiæ patri multę honeſtæ & oportunę oc-
caſiones & ſponſiones fuiſſent oblatæ, vtpote cuius filiam
multi honeſti & digni ambiuerint, & in coniugē cum æquis
conditionibus popoſcerint. Quibus pater immodicè tenax,
& immitis aſſentiri in tempore noluit, ſed dotis numerādæ
æquā portionem, & occaſionem ſubterfugiens, elocationē
filiæ ſemper procraſtinare non erubuit. In quo caſu pater ta-
94 cite † filiæ nubere prohibet, qui elocandæ filiæ occaſionem
non quærit. Imò qui pulchras & ęquiſſimas conditiones ipſi
oblatas contentioſe reſpuit, vt pulchre inquit tex. in d. l. qui
liberos, & ibi gl. commendando textum ait eleganter nonſo-
lum, ſed & etiam admodum ſignanter, quod is malum ali-
quod facere videtur, qui non ſtudet contendere ad bonum
95 tali malo contrarium, † quod quidem verbum ibidem ma-
gnopere cōmendat Bal. mulieri enim oportet nuptias accele
rari, ne vtatur, neve aliquid committat turpius, & ſua paren-
tela indignius, vt inquit glo. ordinaria, in l. oratione. §. j. ff. de
96 ritu nup. † Sunt. n. mulieres ex numero earum rerum, quę ſer
uando ſeruari nō poſſunt, in quibus multa ſunt ſpecialia, quę
maturā elocationem depoſcant, vt habetur in l. lex quæ tu-
tores. C. de admi. tut. Cum ergo in caſu præſenti, prȩfata filia
viro digno, ſagaci, diligenti, ac in ſua arte experto nupſit, nul-
lum

lum dubium, quin debeat à patre digna, æquaque dote orna-
ri. Quod ſi impudens & inhumanus pater recuſauerit, poterit
quidem tunc ad hoc per cenſuram eccleſiaſticã cõpelli, iux-
ta iura & authoritates hactenus allegatas Neq; his aduerſan-
tur, quæ ſupra in contrariũ adduxiſſe viſi ſumus, veluti cũ pri-
mo diceremus, quod de iure ciuili requiritur conſenſus pa-
98 tris. Nam † quãuis de iure ciuili requiratur conſenſus patris,
tamen de iure canonico (cui hac in materia ſpirituali & cano
nica acquieſcendum eſt) conſenſus patris non requiritur, ac
matrimonium per eam ſine patris conſenſu contractum te-
99 net, ſuumque ſortitur effectum. Et patri non facit iniuriam,
quando canonica vtitur permiſſione, vt & paulò prius memi
ni. Et dato (non tamen conceſſo) quod aliqua iniuria patri p
præmiſſa fuiſſet illata (quod minimè tamen permittimus) ea-
dem tamen offenſio & iniuria cenſebitur remiſſa, poſtquam
100 ipſe pater † ductã ſuam filiam, eiuſque maritum ad cœnam,
cum alijs ſuis amicis vocauerit, ac cum eis hilariter genio in-
dulſerit. Eo enim actu notiſſimi iuris eſt oẽm remiſſa n eſſe
iniuriam. §. j. inſtit. de iniur. cum vulgarib. imò quod fortius.
101 † Filia quæ in corpus ſuum peccauit, ſi in vita patris & ante
vltimum conditum teſtamentum pœniteat, & ſe humiliet,
exhęredari per patrem non poterit, teſtatur D. Specu. in titu.
qui filij ſunt legitimi, verſic. quid ſi filia, & D. Baldus, in l. ſi fi-
lia. C. de inoffic. teſta. & Dominus Antonius de Butrio, in c.
Quintauallis, de iureiuran. Addam ex hoc & quod maius eſt
102 Si in caſu pœnitentiæ, pater exhęredare non poteſt, † nec do-
tem pœnitenti denegare non poteſt, ſed potius eandem do-
tare tenetur, vti nobiſcum cenſet D. Panormitanus, in dicto
c. Quintauallis. Cui ſeruit quamoptimè. c. ferrum. 50. diſtin.
in quo habetur Redemptorem noſtrum Ieſum Chriſtum,
potius elegiſſe in ſuum vicarium Petrum peccatorem poſt
pœnitentiam peractam, quam alios. Non enim deſpici debet
peccator pœnitens, aut ob id, quod peccator fuerit, quin po
tius ipſius pœnitentiæ congratulandũ fuerit, & ipſius reſipi-
ſcentia amanda, vt qui iã alijs ſit effectus, quã fuerat prius, nẽ-
pe probus & bonus, vt d. c. ferrum. Atque ob hanc cauſam
dicendũ eſt, patrem filiæ dotem denegare non poſſe, ſi in cor
pus ſuũ non peccauerit, ſed ſi matrimoniũ in facie ſanctę ma
tris Eccleſiæ cum viro digno contraxerit, & ſic non obſtant
dicta iura ciuilia. Neque etiã prædictæ huic opinioni noſtræ
aduerſatur ſecundum, quia iſte caſus matrimonialis eſt vnus
ſpecialis, in quo & poteſt eſſe lis inter patrem & filiam dicta l.
qui liberos, quemadmodum ſunt & alij plures caſus, qui no-
tantur in præalleg. l. lis nulla. Neque ſimiliter dictæ opinioni
noſtræ aduerſatur tertium, quia vt ſupra allegaui, pater obli-
gatur ad duo copulatiuè. Ideoq; contra eum officiũ iudicis
implorari poteſt, vt patrem cõpellat, vt faciat duo copulati-
uè. Pater. n. liberatus ab vno non liberatur ab vtroque, ſed al-
terum remanet. l. ſi domus. ff. de ſeruit. vrb. prædio. ſicuti cer-
nimus in ligato duobus vinculis, quorum vno ſoluto, alterũ
remanet, vt notatur in c. ira quorundã, de Iudęis. Quartum
etiam non obſtare demonſtrabimus, quia non eſt bonum ar
103 gumentum ab alimentis ad dotem. † Licet enim filia quan-
do aliũde habet vnde ſe alat, nõ poteſt petere à patre alimen-
ta, tamen filia diues, quæ habet aliunde, quo ſe poſſet dotare,
eſt nihilominus & dotanda à patre, textus eſt inſignis ac no-
tabilis, iuncta gloſſa, in l. fina. C. de do. promiſſio. crebro alle-
gata, ibique id D. Baldo, necnon Angelo placuit, atq; eidem
Angelo in l. à filia, ad exordium ff. ad Trebell. Huic ſententiæ
adſtipulantur D. Ludo. Roma. Ioan. Imo. Alex. & alij in præ-
allega. l. 2. Et pleniſſime hoc confirmat D. Iaſon in d. authent.
res quæ, in 4. ac 5. colum. Hinc etiam notabiliter ait Bal. in l.
104 fin. C. de ſenten. quæ ſine cer. quan. Quod teſtator ſuo in te-
mento relinquat centum filiæ ſuæ Bertæ pro ea maritanda,
quæ tamen prius tempore conditi teſtamenti maritata fue-
rat. In hoc caſu quãuis cauſa relicti teſtamenti ceſſare videa-
tur, legatum tamen Berta habere debet, per. l. ſi iam facta. ff.
de condit. & demonſt. Quintum ſimiliter non obſtat, ſ. præ-
dicta authen. ſi enim iſthæc authen. preſſius perpendatur cõ
peries eam ſolum permittere exhęredationẽ à contrario ſen-
ſu, quando filia ante 25. annum in ſuum corpus peccat, me-
retricaliter viuendo, aut quando ſe copulat ſeruo, patrique
inobediens, factum celat nil patri aperit, ſed propria ſua vo-
luntate, & conſilio freta, clandeſtinas nuptias init, paternæ re
uerentię oblita, quaſi patrem deſpicit, ipſique ne ſemel qui-
dem de ſuo facto loquitur. Dicta autem authentica, & textus
vnde deſumpta eſt, non loquuntur de hoc caſu præſenti, qui
eſt de filia, quę ante 25 annum ſine patris conſenſu matrimo
nium contraxit cum viro libero, digno, & fere ęquali, in tali
inquam caſu quęſtio fuit, an tunc pater talem filiã exhęreda-
re poſſet, aut eidem dotẽ denegare. Huic igitur caſui nec au-
thentica, nec textus applicari poſſunt, vt cui non ſeruiunt, ſed
de alio caſu loquuntur, vt iam dictum eſt. Imò glo. ordinaria
in d. authen. ſed ſi poſt, necnon Ioan. Fabri, in ſuo Breuiario
ibidem, qui illum textum interpretantur, expreſſe aiunt, pa-
trem nullo modo poſſe filiam exhęredare, niſi vel peccet in
corpus ſuum, vel ſeruo ſe copulet, quorum neutrũ eſt in ca-
ſu pręſenti. Quod autem filia non poſſit exhęredari, quando
ante 25. annum ſine patris conſenſu cõtraxit matrimonium,
tenent Hoſtien. Panorm. & communiter omnes Doctores,
in d. c. 1. de deſponſa. impuber. atque Ioan. Imo. in c. accedẽs.
pręallegato. necnon D. Iaſon, in adducta frequenter authen.
ſed ſi poſt. Et quod pater eam dotare obligatur, illo pręd. cto
caſu non obſtante, ſuſtinent omnes gloſſę ordinarię, tam ca-
nonici quam ciuilis iuris, ſimiliter & Doctores non ſolum ca
noniſtę, verumetiam & legiſtę, locis, paſſibuſq; ſupra admo-
dum latè commemoratis. Cum ergo hęc ſit Doctorum com
105 munis opinio, ab ea in iudicando † nequaquam eſt receden-
dum, iuxta not. Ioan. And. atq; aliorum ſcribentium, in d. c. 1.
& in c. ne innitaris, de conſtit. & Bart. in l. ſi. C. de pœ. iud. qui
ma. iudi. potiſſimum cum pro hac opinione (vti memini) ſit
gloſſa ordinaria, cui non ſolum vnus, aut alter Doctor cele-
bris, ſed plerique omnes adſtipulantur, ſecundum Iac. Butri.
doctrinam, plus ſatis commendatam, in l. j. C. qui pro ſua iu-
106 riſdict. quę eleganter habet: † In iudicando non eſſe ab opi-
nione gloſſę recedendum, quum habet poſt ſe vnum famo-
ſum Doctorem, ſed de his ſatis ſuperque, penè enim dilapſus
ſum in aliã materiã. Ad intermiſſam igitur prodigi materiam
reuertamur, & alias non inutiles quęſtiones diſcutiamus,
107 quarum hęc erit prima. † Quid ſi lege municipali, ſiue ſtatu-
to, caueatur (vt indubie Brugis, necnon alijs pluribus in locis
cauetur, quod etiam in hunc vſque diem eſt in viridi ac quo
tidiana obſeruantia) ne quis vlli prodigo crediderit ſummam
pecuniarum excedentem quinq; ſolidos Pariſienſes, aut vllũ
contractum cum eodem prodigo ineat ſimiliter quinque ſo-
lidos Pariſienſes excedentem, hoc eſt, quinque groſſos Flan-
dricos, idque ſub pœna ſolutionis ipſi creditori tantũ facien-
dę iiſdem quinque ſolidis Pariſienſibus, & non amplius, etiã
ſi cẽtum libras eidem prodigo credidiſſet, aut quemlibet in-
108 gentem contractum cum eo peregiſſet. † Huiuſmodi autem
edicta municipalia paſſim cernimus de bonorum ſuorũ diſ-
ſipatoribus frequenter euulgari, ipſiſq; dignos curatores con
ſtitui, qui ipſorum bona frugaliter adminiſtrent, quum ipſi-
109 met ſua regere nequeant, ſecundum. l. j. ff. de cura ſur. † Hu-
iuſmodi aũt edictorum ſiue publicatum proſcriptionũ pro-
digorum fiunt eodem in loco, vbi reliqua edicta promulga-
ri ſolent, & fere ſub hac verborum forma. Ob ſiniſtrum regi-
men N. Domini Senatores dictum N. ſuo interueniente con
ſenſu, aut de conſenſu, & ad ſolicitationem ac requiſitionem
ſuorum propinquorum, & amicorum, poſuerunt in curato-
la, edictoque publico vt prodigum proſcripſerunt. Quod vo-
bis hoc in loco notificari, & ad veſtram notitiam deduci vo-
luerunt, quo nemo illi poſthac credat, mutuet, aut cũ eo con
tractum aliquem ineat ac celebret, quinque ſolidos Pariſien
ſes excedentem, ſub mulcta ſperatę compenſationis, & amiſ-
110 ſionis totius crediti. † Porro ſi hic prodigus vxorem habue-
rit, hęc ipſa quoque curatelę ſimul, eodem loco, eodem tem
pore, & ſub ſimili verborum forma publice contraditur. Sed
111 in præſenti † loco moueri poſſet quęſtio. An hoc prefatum
ſtatutum municipale, & alia ſimilia à iudicibus cõſtituta va-
leant, & obligent, non ſolum in foro fori, hoc eſt iudiciali, ve-
rumetiam in foro poli, hoc eſt, pœnitentiali, aut animę, ſic vt
prodigus in foro conſcientię teneatur huiuſmodi parere ſta
tutis? Vel, an huiuſmodi ſtatuta ipſum in conſcientia ligent,
& cogant? Omiſſa (breuitatis ſtudio) diſputationũ vtranque
in partem, & allegationum pompa, hoc pro maiori notitia &
112 certiori reſponſione. † Primò ſciendũ eſt, quod ciuitatum re-
ctores & magiſtratus certa ſtatuta condere poſſint, vti habet
D. Alex. in l. j. in princ. poſt D. Bart. ff. quod quiſq; iuris. Idem
Alex. in l. 5. ad exordiũ. ff. de verb. oblig. necnon in l. fina. ff. de
pœnis. D. Ange. in l. apertiſſimi. C. de iudi. & in l. j. ff. de leg. &
Doct. in c. vt animarum, de conſtit. lib. 6. cũ infinitis alijs paſ-
ſibus haud diſſimilibus, quos paſſus loco ac tempore oppor-
113 tunis, quilibet videre & examinare prolixius poterit. † Ex his
nunc colligitur, quod magiſtratus & rectores ciuitatũ Flan-
driæ non perperã faciant, neq; pręter conſuetudinem, aut le-
gum authoritatem, quod ſubinde noua & vtilia ſtatuta con-
dant, & publicent. De quibus ſtatutis hoc nunc reſponden-
dũ cenſeo, ſi magiſtratus talia ſtatuta condere ob vtilitatem
reipub. poſſint, eadem quoq; in foro fori, & ẽt in foro poli pa
riter ligant. Quod in foro fori ligent, teſtatur D. Panorm. in c.
à nobis, primo, de ſenten. excomm. Niſi expreſſe reuocentur,
vt eſt tex. ſingulariſſ. ac perpetuò notandus in ſtatutorũ ma-
teria, in c. fina. extra de offic. le. Vnde ſecundum Fede. ſuis in
114 conſilijs conſilio 16 etiam ſtatutum factũ à capitulo, ſede va-
cante, durat creato nouo epiſcopo, niſi reuocetur per epiſco-
pum

pum creatum, quod patet argumento not. ne prę̄lat. vices
115 ſuas c.vlt.quorū publicatio eſt † quoddā notoriū,† qua pro-
bata,probatur ſtatutū,ſecundū D.Bal.in l.j.§ fina.C.de cadu.
116 tollen.† Quod etiā in foro poli & conſcientiæ obliget d.ſtatu
tum. Adeo vt prodigus in conſcientia obligetur dicto ſubeſ-
ſe,& parere ſtatuto, teſtanter confirmat Bal. in c.in omni,de
117 teſtibus.†Quod qui à lege humana excuſatur non peccat,ni-
ſi ſit legi diuinæ contraria. Porro ſi ea lex humana legi diui-
nę non ſit contraria,ab eius obſeruatione non excuſatur,ſed
eaſdē in foro conſcientię conſeruare tenetur. Quanto magis
illa ſtatuta,quæ ob vtilitatē reipub.aut ob ſalutē aliquorū piè
ſunt inſtituta, in conſcientia ab oībus ſunt ſeruanda,iuxta il-
lud D.Petri. Obedite prępoſitis veſtris,non tantum bonis &
modeſtis,ſed etiā diſcolis. Cæterū hæc legū humanarum ob-
ſeruantia,ad publicā tranquillitatē potius ſpectat,quā ad ſtri-
ctam conſcientiæ ligationem. Si.n humanæ conſtitutiones
omnes pariter ligarent conſcientiam ad gehennam,vt pręce
pta diuina,ſequererur,quod oīs legum forma,& ſubtilitas du
ceret nos ad inferos, & legū ſcientia magis eſſet nobis dāno-
ſa,ſic vt eā præſtiterit non conſtituiſſe. Et huius dicti D.Bal.
di meminit Fely.in c.j.col.13 de conſtitu.plura alia ex hoc di
cto inferens,de quibus apud eundem videre poteris. Adde ēt
118 quod no.in l.vnica,in 3.col.C.de cōfeſ. Vbi vult ꝙ ſtatuta iux
ta prædictum modū etiā in foro conſcientiæ ligent,& ſeruan
da ſint, pro quo dicto eſt gloſſa notabilis ac ordinaria, in c.
quæ in eccleſiarū,extra de conſtitu.& ibi Bal.in 1.col.ita no-
tat dicēs alibi non reperiri. Super hac re velim quoq; videas
D.Iaſ.in l.ſi poſt diuiſionē C.de iu & fac.igno.col.3.vbi mul-
ta quæ ad materiam conſcientiæ ſpectant elucidat. Conſule
præterea eundē D.Iaſ.in l.nemo poteſt. ff.de leg.1.a.in lectu-
ra 17.& 18 col.verſi.Similiter ſtatuta laicorū,vbi ſe prædictā
ſm gloſſam, conſuluiſſe conſitetur. Ad hæc item facit glo.illa
119 ab oībus habita ſingularis,in l.adigere.§.quāuis.ff.de iure pa
tro. quæ dicit,ſtatutum quoad ſubditos illius loci, vbi viget,
120 apoſtolici ſtatuti vim habere,†& quodāmodo eximere vnū-
quemq; ſubditorū a peccato,in foro etiā conſcientiæ. Si igī
ea ſtatuta obſeruata à peccato liberant, eadē quoq; non ob-
ſeruata, peccatis non ligant. Pro huius itaq; prædictæ gloſſæ
declaratione, ſuadeo omnino videndū D.Iaſ.in auth.ſacra-
menta puberum C.ſi aduerſus venditionem,col.penul quod
conſuetudines & ſtatuta in foro conſcientiæ ſunt ſeruanda,
placuit D.Bart à Chaſſeneo,conſuetudinū Burgundiæ com-
mentatori eximio, in titu. Des droictz & appartenances.§.j.
in ver. Ne peult faire, nu.6. ſol.126. & eod. titu.§.7.in verbo,
Prochains parens,nu.23.& 24.fol.164. Cæterum hic quęren-
dum eſt. An alicui ſuffragari poſſet credentis, mutuantis,aut
cū prodigo, edicto publico proſcripto & proclamato cōtra-
hentis ignorantia, ſcilicet per quā ignoraſſe prætexit taliū ſta
tutorū editionē,aut ignoraſſe illum fuiſſe publice proclama
tum prodigū. Ad quā quæſtionē prorſus reſpondendū eſt ta-
121 lem ignorantiam nulli ſuffragari poſſe.† Quia in eo quod pu-
blice agitur non habet locū ignorantia, neq; præſumitur iux
ta gloſſam notabilem,quā Doctorum nonnulli laudant,& in
cœlū vſq; efferunt, in ver.allegans, in c.j.de poſtula. prælato.
in antiquis, & in l.ſed & ſi pupillus. §.de quo, in ver. ne quis
excuſari poſſit ignorantia.ff.de inſtito. actio. quæ lex perpe-
122 tuò ad hoc in mediū adducitur. † Paria.n.ſunt in iure ſcire,
& ſcire debere, l.Iulianus.ff.ad ſenatuſcon. Maced.ſignat que
Bal.per eum tex.in l.ſi duo.ff.de acquiren.hæredi. Ideoque in
123 hoc caſu,iuſtæ cauſæ† ignorantia locū non habet,nec enim
neceſſe eſt, edicta publica ſingulorū auribus inculcari, vt in
c.j.de poſtula.prælato. in antiquis. Huic congruit tex.Baldo
applaudente in l.Diuus Claudius. ff.ad leg.Cornel.de fal.quē
ait eſſe ſingularē,necnon meliorē de iure,qui habet:Non da-
ri veniā his, qui ſe ignoraſſe edicti ſeueritatem, prætendant,
Itaq; nequaquā dicere conceditur. Ignorans mutuaui ac cū
prodigo contraxi. Quod & placuit D.Bal.in l.j.ff. de legib. ad
exordium, præfatā legē, Diuus Claudius,alleganti. Huius etiā
meminit Do.Antonius Corſetus, ſuis in ſingularibus,in ver.
ignorantia, incipien.ſtatutum diſponens. Hæc.n.ignorantia
haud dubiè ſimulata,craſſa,& ſupina cenſenda eſt,potiſſimū
in foro ciuili,& ea potiſſimum ignorantia qua prætexitur,ſe
ignoraſſe illum fuiſſe legitimè in curatela poſitū. Nam altera
ignorantia,qua diceret ſe ignarum fuiſſe de publicato illo ſta
tuto (ob id, quod eo tempore peregre egerit, aut apud exte-
ros tunc verſaretur, &c.) nonnihil excuſationis habere vide-
tur,maximè in foro conſcientiæ. Atque ideo etiam talis per
ignorantiam deceptus admittendus eſt ad probādum, quod
ita is edicti publici, ſiue conſtitutionis proclamatio ad ipſius
notitiam non peruenerit,ſm gloſſam ad notabilia,in c.vi ani
124 marū,crebrò allegato.†Porro illud vulgatum axioma,quod
dicit.Qui cū alio contrahit, debet eſſe certus de contrahen-
tis conditione, & qualitate, tritiſſima. l. qui cum alio. ff.de

regu.iur.ibique D.Philip.Dec.Hoc tantum locū habet in fo-
ro iudiciali,in quo oīa certa & aperta eſſe conuenit: & tantū
de perſonis ipſis,non de ſtatutis & edictis publicis.Hinc fit vt
125 ille † qui filiofamilias pecuniam mutuauit,mutuum recipere
nequit. Tametſi ſenatuſconſul.Maced.refragetur, quia illum
eſſe filiumfamilias ſcire potuit, ſm. l.Iulianus ſcribit.ff ad ſe-
126 ſenatuſconſul. Maced. † Et licet in foro ciuili habeat locum
d.Macedoniani exceptio, nequaquā tamen habet locū in fo-
ro aīæ ac conſcientiæ. Atque iſthęc eſt prędictæ quæſtionis
ſolennis deciſio D.Innocen.in c.plerique, de immu.eccle.in
antiquis,& Barto.in l.cum quis.C.de iur.& fac.ignor. quin &
D.Iaſ.eandem deciſionem refert in l.rogaſti. §.filiusfamilias,
127 ad principiū, 1.col.ff.ſi cer. pet. approbatque ibidē D.Innoc.
deciſionem. Et identidē de minore dicendū eſt, vti notatur
per glo.in l ſi Titius,in verbo,ætatis.ff de fideiuſſ. Quinetiam
128 de prodigo nequaquā abſimile cenſendum eſt. † Qui.n.pro-
digo mutuat, mutuū recipere non poteſt, nempe edicto pu-
blico prohibitiuo pugnante,& aduerſante. Vnde pręſumitur
129 quod ille † qui contrahit, habere eiuſdē prodigi qualitatē &
notitiā debuit,vt notat Bald.per tex.in l.in ciuilem. C.de furt.
130 Atque ab hoc edicto etiā forenſis oīs, exterraneus ſiue adue
na ſeſe excuſare non poteſt. Obligantur.n.oēs hi conditionē
eius cum quo contrahunt, inueſtigare ac perſcrutari, prout
131 notat Cuma.ſuis in conſilijs,conſi.26.incip. † Cum ſtatutum
Paduæ,col.j. At iſta ratione etiam iuſta cauſa,à cōuention ali
pœna,minime excuſationem tribuit,quemadmodū notabi-
liter tradit D.Alexan.ſuis in conſilijs,conſ.118.incip. Titulus
quæſtionis,col pen lib 2. Ad hęc ſatis quadrat, quod ſignan-
ter tradit Pau. Caſt.in l.j.§.non autem.in ver.item alias con-
132 ſului.ff.de exercit. Vbi inquit ſe conſuluiſſe: †Quod cum duo
mercatores iniiſſent,& feciſſent ſocietatem quinquennalem,
quod finito quinquennio, alter ex contractibus cū alio cele-
bratis non tenetur,neque obligatur, licet contrahentes fini-
tā eſſe ſocietatem ignorarent,quia perſcrutari, ſeſeque de ſo
133 cietatis qualitate informare debuerunt. Et licet † præfatū ſta-
tutū apud imperitos & vulgi homines videatur eſſe durū &
aſperū,tamen ſeruandū eſt,potiſſimū in foro ciuili, vt ſignan
ter ait D.Iaſ.in l.filio pater,col 2 ff.de leg.j. poſt Bal.in l.acce-
134 ptū.C.de vſu. † Quæ ſtatuta,niſi ſtrictè ſeruarentur,eſtiman-
da eſſent ſuperuacanea,& inutilia,quæ tamen(teſte D.Iaſ.no
tabiliter dicente,in l.ſi conſtante.ff.ſolu.matri.)de vento ſer-
uire non debent, poſt Ange. ſuis in conſilijs, conſil.62.incip.
Titius de Florentia. Dixi in foro iudiciali prædicta ſtatuta eſ-
135 ſe ſeruanda. †Nam(vt & Theologorum optimi quique cen-
ſent)in foro diuino & conſcientię crediderim præfatum ſta-
tutum, prorſus, & etiā probabiliter ignorantes (quibus licitū
eſt,iuſtā ignorantię cauſam pretendere) non ligare. Cęterum
qui ſcientes prodigi curatelā, eidē prodigo temere mutuant,
illi merito datū mutum recipere non debent,nec repoſcere,
neque in foro ſori,neque in foro poli. In eodem n.caſu ipſis
contrahentibus imputandum omnino eſt,ſi quid dāni ex eo
mutuo,aut alio contractu conſequantur. Et id homini Chri-
ſtiano ſecurū & tutum eſſe debet. Sed ex hac quęſtione na-
ſcitur alia quęſtio,ſcilicet. An ipſius prodigi confeſſio valida
136 ſit, an non? Et quando † valeat? & quando non? Huius quidē
quæſtionis meminit ſubtilis D.Bal in l.vnica,nu.51.C.de con
feſſ.eandem vna,aut altera diſtinctiuncula abſoluens, ad quē
breuitatis ſtudio, vnumquemque eius reſolutionem deſide-
137 rantem remitto. † Pręterea hic alia ſuccurrit quæſtio. An tu
tor,aut curator, alicuius actionis ceſſionem ſuſcipere poſſit,
contra pupillum,aut minorem? Et ſi illam receperit,an illa vti
poſſit? Ad huius q reſolutionem, omiſſa allegationum pro
vtraque parte congerie,quàm optime ſeruit authentica, mi-
noris debitor.§ item ſi debitor.C.qui dare tut.vel curat.poſ.
necnon in corpore vnde ſumitur, vbi etiam eſt tex.admodū
notabilis, dicens. Si tutor,aut curator actionis ceſſionē,ad-
uerſus pupillum,aut minorem ſuſcipiat, nec poſt curā depo-
ſitā ea permittitur vti,nec is qui ceſſerit agere debet, cum in
legem cōmiſerit, licet ceſſio pro iuſtis cauſis facta ſit,ſed mi-
nor lucrabitur. Et rationem aſſignat D.Ange.in dicta authen.
138 minoris † debitor, quia adminiſtrator dōo inſidiari non de-
bet,qui ad eius cuſtodiā datus eſt,huius ſententię & opinio-
nis eſt,necnon in ea reſidet do.Salyçe.in dicta authen.mino-
139 ris debitor,† dicēs,quod nec cedens,nec ipſe qui ceſſionem
habet tutor,aut curator,contra pupillum adultumve,poteſt
ea vti,ſed totum minori a lucro cedit,quod quidem habet lo
cum non ſolum in tutore, aut curatore non adminiſtrante,
ſed etiam in tutore, aut curatore non adminiſtrante, allegās
gloſſam ſuper verbo, ſuſcipiat, circa finem in dicta authent.
minoris debitor, quam quidem opinionem approbat domi.
Ange.in Authent. vt ij qui obliga.ſe perhib. hab res minor,
collat.6.Ibi, item quero, an prohibitio huius § dicens vltra
140 hoc idem Saly.quod ſi maior factus tutori,† aut curatori ſol-
uerit,

141 uerit, id pōt ab eo repetere, quia tutor aut curator ſuſcipien
do ceſſionē ꝯ minorē ipſo iure & facto ab actione cadit, qua
142 re minor ipſo iure liberat, itaq; oīs iā ciuilis, q̄ naturalis obli
gatio, auctoritate legis, eſt ipſo iure ſublata, ſcđm eundē D. Sa-
lic. in p̄fata Auth. Minoris debitor. ibi Quęro. 22. lōq; ſiue ſol
uit p iuris ſiue facti errorē, repetitio cōpetit, ſcđm Iac. de Bel.
in d. Auth. vt hi q oblig. ſe perhib. hab. res minor. allegantē. l.
ſi non ſortē. §. indebitū. ff. de cond. indeb. Aſſignant n. Doct.
143 rōnē, & maxime Dñs Ang. quia ius p̄ſumit & fingit ꝯtra tuto
rē aut curatorē actionis ceſſionem ſuſcipientē aduerſus pu-
pillū ſiue adultū, ꝯ q̄ in contrariū probatio nequaq̄ admittit,
q a qnū tutor aut curator res minorum eſt perſcrutatus (corū
pōt ſurripuiſſe documenta) p q̄ probari poterat minoris rei
ceſſę, ꝯ cedentē, liberatio, poſſetq; machinari ꝯ minorē ſolu-
tionis vel debiti inſtra intercipiendo, & pp hoc necnon frau
des, q̄ alias repertæ fuerunt, correcta eſt. l. non fit. ff. de reb eo.
144 qui ſub tute. vel cura. ſunt. Et q plus eſt tutor aut curator nō
pōt ꝯ pupillū vel adultū, ēt ſi velit eā officio finito exercere,
145 ceſſionem recipere, D. Bal. teſte in d. Auth. minoris debitor,
q in memoria, animoq; perpetuo habendū eſſe ſuadet ac cō
ſuluit, potiſſimū cū tutor aut curator tantā diligentiā pupilli
adultive in reb. quantā in proprijs, adhibere proculdubio de-
beat. l. a tutorib. in princ. ff. de admi. tuto. & cura. Nec licet tu
146 tori curatorive fundos, redditus, idque genus alia pupilli ſui
bona clam, ſecreto, tacite, malaq; fide, maxime ſine contuto
ris aut concuratoris auctoritate, paruo precio ſibi emere &
cōparare, iuxta notata. D. Bartol. in l. pupillus. §. itē ipſe tutor.
ff. de aucto tuto. & curato. Sed id licite efficere poterit palam
p ſubhaſtationē aut publice cū auctoritate cōtutoris aut cō-
curatoris, idq; decenti, rōnabili ac iuſto p̄cio & cū ſyncera ſē
per fide, ſecundū. l. pupillus. §. ſane ſiquidē. ff. de aucto. tuto. &
ibi D. Bar Cui ſubſcribit D. Panor. in c. vnico. nu. 20. ad finem
ext. vt eccleſ benefi. ſine diminu. conferan. Statuta tū ac con
ſuetudines Flandriæ id ſimpliciter non admitterent, niſi cū
p̄dictis iudicis decretū & auctoritas, cū cauſæ cognitione p̄-
147 uia ſimul concurrent. Et hæc eſt veritas, niſi velimus caulla
ri, & captioſis ſubtilitatibus diſceptare, quibus tamen plerun
que veritas opprimitur. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de ver. obli.

CAPVT DECIMVM.

SVMMAE.

1 *De tutelis, titulus duplex.*
2 *Actio tutelæ debet eſſe bonæ fidei.*
3 *In actione tutelæ, a tempore moræ vſuræ currunt.*
4 *In actione bonæ fidei, ex defuncti delicto obligantur in ſolidum. niſi, &c.*
5 *Actio tutelæ directa, non tantum aduerſus tutorem verum, ſed etiam contra putatiuum competit.*
6 *Tutor ſi pupillo ſuo damnum inferat, tenebitur actione tutelæ directa.*
7 *Tutor ſi paſſus eſt ſumptus aliquos, experietur contra pupillum, actione tutelæ contraria.*
8 *Actio protutelæ dicitur.*
9 *Actio protutelæ an etiam ſit bonæ fidei?*
10 *Non tutor, non debet eſſe melioris conditionis, quam tutor.*
11 *Actio tutelæ directa, ad repetendum id, quod tutor ſibi ſoluit, competit.*
12 *Actio tutelæ directa, contra tutorem datur, qui pupilli repertorium non confecerit.*
13 *Iuramentum in litem affectionis pupillo defertur.*
14 *Tutor mox ad repertorij confectionem obligatur.*
15 *Mox, aut ſtatim dictio, quid importat.*
16 *Repertorium non conficere, eſt dolus præſumptus.*
17 *Repertorium bonorum pupilli non ſemper tutorem ab actione tutelæ directa relevat, niſi id ſolenniter confectum fuerit.*
18 *Repertorium an debeat confici iudicis in præſentia?*
19 *Suaſio auctoris circa repertorium conficiendum.*
20 *Repertorium, vt non conficiatur, expreſſa repertorij remiſſio requiritur.*
21 *Repertorium mandare confici iudex poteſt pro pupilli vtilitate, licet remiſerit, vel permiſerit adminiſtrare inconfecto inuentario.*
22 *Prætor pupillorum vtilitatem, non ſcripturam teſtamenti vel codicillorum ſequitur.*
23 *Mens magis, quam verba attendenda.*
24 *Actio tutelæ directa, pupillo contra tutorem, prædia aut alia pupilli bona, iudicis ſine decreto alienantem competit.*
25 *Caſus plures in quibus rerum minoris, ſine decreto, alienatio permittitur.*
26 *In alienatione bonorum pupilli, patriæ conſuetudo ad obſeruanda.*
27 *Actio tutelæ directa, ad damni reparationem datur, quod ex dolo, lata, & leui, non ex leuiſſima culpa tutoris competit.*
28 *Officium tutoris non voluntatem, ſed neceſſarium eſt.*
29 *Tutor de lata, non de leui culpa tenetur, in duobus caſibus.*
30 *Actio tutelæ demum tutela finita oritur.*
31 *Actio tutelæ directa, vbi datur ad tutorem ſuſpectum remouendum, tum finitam ante tutelam, oritur.*
32 *Actio tutelæ directa, finitam ante tutelam competit, ſi tutor delictum aliquod, propter quod bona eius veniant confiſcanda, commiſit.*
33 *Actio contraria tutelę tutori competit aduerſus pupillum, ad ſumptus, tā in perſonam, quam pupilli ſubſtantiam, expoſitos, repetendos.*
34 *Actio contraria tutelæ, etiam nuncupatur bonæ fidei.*
35 *Actio tutelę cōtraria, tutori cōpetit ad ſūptus utiliter, et neceſſario factos*
36 *In tutelæ actiōe directa, quēadmodū ſpecialitatis nihil ē, ita nec in cōtraria.*
37 *Semel vtiliter factum ſufficit.*
38 *Actio tutelæ contraria, quoad tutoris ſalarium repetendum, nequaquam competit.*
39 *Tutorum curatorumve munus eſt pupillum minoremve bonis moribus inſtituere, præceptoribus mercedes conſtituere, alimenta miniſtris pupilli, vel adulti præſtare.*
40 *Pro impubere promittere, ſoluere, & iudicium contra alium intentare.*
41 *Alimenta pupillo dare.*
42 *Pecuniam dare ad vſuram, ſi pupilli ſubſtantia ſit mobilis, ſi neglexerint vt ſuſpecti remouentur. Et damna de bonis eorum, pupillo reſarciuntur.*
43 *Tutor aut curator, quando rem pupilli vel adulti emere poſſit?*
44 *Mala fides ex precij exiguitate, vel ex perſonæ interpoſitione, præſumitur.*
45 *Tutor aut curator, cui non eſt decreta adminiſtratio, vt extraneus, rem pupilli aut minoris emere non prohibetur.*
46 *Prodigus quidā, ſua ab uxore, ob adulterium & tyrannidē diuortiatus, uniū cū habēs filiū matrimonio aptū in quē omnia ſua bona, quo cōmodius doti uxori copulari poſſet, trāsferre cupit, an id poterit, ſine iudicis decreto?*
47 *Dictum memoratu dignum, Eccleſ. cap 33.*
48 *Tutor, &c. quo tēpore pōt, aut non pōt, pupilli, & c. frumentum vendere.*
49 *Tutor, &c. ſi quid acquiſiuit, an de bonis ſuis, an ex fortunæ munere, an ex induſtria acquiſiuiſſe præſumatur?*
50 *Pupilli, &c. maioribus ac ſui iuris effectis, vtrū remedium. l. 2. C. de reſcin. vendi competat, occaſione rerum per ſubhaſtationem venditarum per tutores & curatores ſuos, an non?*
51 *Pupillus ſi homicidium commiſerit, qua pęna punietur?*
52 *Vbi a lege certa pęna impoſita eſt, eandem iudex imponere neceſſitatur.*
53 *Iudex pęnam a iure ſtatutam alterare, aut in aliam commutare nequit.*
54 *Iudex nequaquam debet eſſe clementior lege.*
55 *Iudices ratione caſuum emergentium, licite leges tranſgrediuntur.*
56 *Pupillus an calumniæ iuramentum præſtare poteſt?*
57 *Pupillaris ætas ignorat, neſcitque, quæ videt.*
58 *Pupillus an poſſit præſentare, & quis pręferatur tutor an pupillus?*
59 *Minor quando pręſentat, an tutoris uel curatoris auctoritas requiratur.*
60 *Tutor aut curator, ſi quid pupilli aut minoris ex pecunia emat, res hoc pacto empta, cuius efficitur, an tutoris aut curatoris ementis, an pupilli aut minoris?*
61 *Præſcriptio legalis, ſtatutaria uel conſuetudinaria, an currat contra pupillū & id genus alios?*
62 *Præſcriptiones oēs a lege ſtatuto, aut cōſuetudine, poſt l ſi C. in quib. cau. in integ reſti. non eſt neceſſ introducta, contra pupillum, ac ſimiles, currunt.*
63 *Statuta & conſuetudines etiam arctant minores*
64 *Iura intacta ſeruari melius eſt, quam poſt cauſam uulneratam remedium quærere.*
65 *Præſcriptionem contra pupillum, ac minorem non currere, communi determinatur regula.*
66 *Præſcriptio currit contra pupillum aut minorem in lucro captando, ſed datur reſtitutio, ſed in amittendo ius iam quæſitum, non currit.*
67 *Præſcriptio 30 annor. contra pupillum non currit, ſecundum Bal.*
68 *Præſcriptio ſtatutaria currit contra pupillum ſecundum Alber.*
69 *Præſcriptiones temporales qualitercunque introducta, non currunt contra pupillum aut ſimiles, niſi merum inducerent lucrum, vel niſi ſint teſtamentarię vel conuentionales.*
70 *Præſcriptio ſtatutaria, vel conſuetudinaria currit contra omnes.*
71 *Tutor qui pupillā, cuius tutelā geſſit, ſtuprauit, qua pęna de iure mulctabitur.*
72 *Tutor datur loco patris, ad illam nutriendam, & honeſtis moribus inſtruendam, non autem ad ſtuprandam.*
73 *Quæſtiuncula minime aſpernanda.*
74 *Quem partim eſſe ſub tutela, & partim ab eadem tutela, ſolutum eſſe, rationi non eſt conſonum.*
75 *Pupillo ſine tutore, an inire pacem de morte patris liceat.*
76 *Filius an faciendo pacē de morte patris, hoc ipſo, patris hęreditatem adire cenſeatur?*
77 *Filius facit pacem de morte patris, accepta pecunia, an per hoc adire hęreditatem videatur, &c.*
78 *Prodigus nobilis & prępotens an poſſit exercere merum & mixtum imperium, inuitis curatoribus.*
79 *Prodigus nobilis, an etiam poſſit ſingulis annis Magiſtratum renouare, nolentibus curatoribus.*
80 *Prodigus nobilis, an etiam poſſit ſingulis annis Magiſtratus rationem, per ſe, aut per ſuos procuratores, inuitis curatoribus audire?*
81 *Prodigus nobilis an poſſit officiarios ac Senatores alios etiam conſtituere, & deſtituere, nolentibus curatoribus.*
82 *Prodigus nobilis, an quoquo is tempore concurrente, conferre poſſit quęque officia, inuitis curatoribus.*
83 *Prodigus nobilis, an conferre poterit etiam beneficia eccleſiaſtica, quorum eſt patronus laicalis, nolentibus curatoribus.*

Antequam huic titulo ſupremā imponeremus
manū,plura mihi ſuperioribus adij-
cienda videbant̃,q̃ tū ad ſuperiora tū ad inferiora capita nõ-
1 nihil lucis ꝯferre exiſtimauimus. Primo igit̃ ſciēdū eſt,dupli-
cē de tutelis eſſe titulū, vnū ſimpliciter de tutelis intitulatū,
tutelarū ac curatorū originē,& earundē effectū tractantē. Al
terū titulū de tutelis & rat.diſtrah.de tutelarū finib.& rationi
2 bus earundē agentem. Actio aūt tutelæ dr̃ eſſe bonæ fidei,
ꝯpetere pupillo ꝯ̃ tutorē,qui recuſat ædere libellos rõnum.l.
1 §.officio.ff.de tute.& rat.diſtra.Hanc eſſe bonæ fidei actio-
3 nem claret,expreſſo §.actionū,inſtit.de act. quia a tpe moræ
vſuræ currunt l.1.ad fi.ff.de eo qui ꝑ tuto vel curato neg geſ.
quia es defuncti delicto oēs obligant̃ & tenent̃ in ſolidū.l.1.
§ nunc tractemus ff.de tute.& rat.diſtr.ibique d.Bar.Hoc ta-
men non obſeruat̃ in actionib.ſtricti iuris,in quib. ex defun-
cti delicto nequaq̃ aliquis tenetur in ſolidū.Qđ aūt hęc actio
5 tutelæ pupillo ꝯ̃ tutorē cõpetat,id varijs modis declarabim⁹
& clarū efficiemus.Primo igit̃ dico ꝙ hæc actio tutelæ dire-
cta,non tm̃ aduerſus tutorē verū,ſed ēt ꝯ̃ putatiuū (qui ſ.ſe ꝑ
tutore geriti)cõpetat.l.1.ff.de eo qui pro tuto.vel cura.negot.
geſ. ſignant gl.& Doct.in l.pro officio.C.de adminiſtr.tuto.
& notant gl.& Bar.in l.dabimuſq;.ff.de priuileg. cred. cū vul-
6 garib.iurib his nõ diſſimilib.Certū.n.eſt, ſi tutor pupillo ſuo
damnū inferat,aut dāni occaſionē dederit, ꝙ is tunc tenebit̃
7 actione tutelæ directa. Cõtra vero ſi tutor ipſe dānum aliqđ,
is tunc eiuſdē dāni reſartionē intentabit ꝯ̃ pupillum actione
8 ꝯ̃ria.ff.de ꝯ̃.& vtil.actio.tute.ꝑ totū. Quęri poſſet,quid ſtatuē
dū ſit in hac re de actione protutelæ? Eſt aūt actio ꝑtutelæ,qđ
aliquis gerit tutelā pupilli, tanq̃ tutor, & qui in veritate non
9 eſt tutor,ꝯ̃ quē tm̃ datur actio protutelæ. Quærit̃ inq̃ an iſta
actio protutelæ ēt dicenda ſit eſſe bonæ fidei? Du c.in § actio
nū aūt,inſti.de actio. diſceptant. Sed ex ſnia D.Iaſ.quē ſequor
10 ēt dicet̃ talis actio eſſe bonæ fidei,& potiſſimū ſi is qui nõ eſt
verus tutor,ſed tm̃ protutor,melioris cõditionis ſit q̃ tutor.
Et ſic intelligit̃ titulus,de eo q pro tuto.vel cura nego geſſit,
ꝑ diſcurſum. Et huic nr̃æ ſnīæ aſſcribit D. Vdalricus Zaſius,
cuius ingenio nihil p̄ſtantius,in d.§.actionū,inſti.de actio. li-
cet D Dy ingenij claritate inſignis, ſemper ac firmiter talem
actionē eſſe ſtricti iuris ſuſtinuerit, nempe hac rõne motus,
ꝙ non ponitur,in d §.actionū,inter actiones bonæ fidei,dicē
dū tn̄ nihilominus eſt eandē actionē(vti iā diximus) eſſe bo-
næ fidei.Et mihi ſuffragat̃ Bar. qui dictā D. Dyni magiſtri ſui
opinionē refellit.Hanc igitur ſnīam alij ſequentes dicunt idē
eſſe,ſiue dicatur actio tutelæ, ſiue ꝑtutelæ, quia illam p̄poſi-
tionē voluntariæ eſſe adiectam aiunt, quēadmodū meminit
D.Iac.Roberti,V.I Doctor,meus quondā p̄ceptor,qnū Au-
reliæ.§ actionū aūt,inſti de act.me præſente & audiente in-
11 terpretaretur.Scđo declarat̃ & cõprobat̃, ꝙ hæc actio ēt ad
repetendū id ꝙ tutor ſibi ſoluit cõpetat.Et hoc maxime verū
eſt,ſi debitū illud ſit inter tutorē atq; pupillū ꝯ̃ctū. ita Bar.in
l.2.ff.de ſtipula.ſeruo.Secus.n.eſt, ſi inter patrē & pupillū ſit
ꝯ̃ctum l.Fiſtulas.§.1.& ibi Bar.ff.de ꝯ̃h.empt.Sed hoc vltimū
intelligendū eſt ꝯdõnaliter, ſ.niſi illud ꝯ̃ctū debitū inter pa-
trē & pupillū ſit publicę,& palā ꝯ̃ctum,tunc.n.pr̃ põt ſibiipſi
12 ſoluere & ſatisfacere. Tertio dicimus,ꝙ prędicta tutelę actio
det̃ pupillo ꝯ̃ tutorem, qui pupilli repertoriū non ꝯfecerit,
vulgata l.tutor qui repertorium,in princ.ff.de admini.tuto.vel
13 cura.& ibi Bar.& l.tutores.ff.eo.tit.ibiq; Doct. Pupilloq; affe-
ctionis iur̃m ī litē defertur d.l.tutor qui repertoriū ad exordiū
ex quo quidē iure ſatis liquet eſſe bonæ fidei actionē, ꝙ tu-
14 tor teneatur,& obliget̃ ilico(hoc eſt q̃ citiſſime † id fieri pote
15 rit)ad repertorij ꝯfectionē d.l.tutor qui repertoriū. & l. tutores.
2.C.de admin.tuto.vel cura.In hoc tn̄ Doct nonnihil variāt.
16 Pleriq; tn̄ in hoc ꝯſentiunt, ꝙ repertoriū non conficere ſit ſu-
ſpectus & habitus dolus.d.l tutor q repertoriū.& d.l.tutores.
Quocirca tu candide Lector hanc opin tuto amplectere, &
firmū habe, ꝙ tutor, qui ſemel ſe immiſcuit tutelæ admini-
ſtrationi,ſiue repertorij confectioni, q̃q̃ eam nõ exhibuit,tn̄
reijciendus & nequaq̃ admittendus eſt,quia tunc pręſumitur
ſubeſſe dolus Itaq; intelligit̃.l.3.§ tutores ff. de ſuſpect. tuto.
Secus aūt dicendū eſt,de eo qui ſe non immiſcuit tutelæ ne-
gocijs,tamet ſi iā pridē fuerit factus tutor,quia tūc nullus prę
17 ſumit̃ dolus. Aduerte tn̄ hic interim ꝙ repertoriū bonorū pu-
pilli,non ſꝑ tutorē ab hac actione releuat, niſi id ſolenniter,
corā notario,aut corā alia pſona publica legitime confectū
18 fuerit.d.l.tutores.2.Sed hic ſubtilis quiſpiā poſſet interroga-
re,vtrū ne debeat repertoriū confici iudicis in præſentia? Ad ꝙ
rñdebitur,non ſemꝑ id eſſe neceſſariū. Attamē ſi in eius præ
19 ſentia fiat,cautelā minime aſpernandam ſapit.Quocirca vt a
mercatorib. atq; ab alijs repertorij inſtrō citius credatur,fi-
deſq; maior,& tutior adhibeat̃,ego ob id ſuaſerim ꝑpetuo re
pertoriū ꝯficiendū,corā iudice,eiuſq; ſcriba,notario, penſio
20 nario,aut corā graphiario. Et q̃uis viuunt nite poſſet, vt aliqs
ad repertorij ꝯfectionē non teneat̃,ſed ab ea per teſtatorē libe
ret̃,& abſoluat̃,interim tn̄ non ſolū tacita, ſed ēt expreſſa ab
ipſis repertorij remiſſio requirit̃.d.l. Tutor qui repertoriū, &
melior tex.in d.l.tutores.2.videlicet,vetuit teſtator, ꝑ tutorē
inuentariū confici,ſicuti nec diſplicuit.l.fi.ad fi.C.arbit.tute.
in verſ.Niſi teſtatores(qui ſubſtantiā tranſmittūt) ſpecialiter
21 inuentariū ꝯſcribi vetuerint. Et q̃uis teſtator talē cõſcriptio-
nē remiſerit,& permiſerit,immo voluerit tutorē adminiſtra-
re ſine vllo confecto inuentario,Index tn̄ põt pro pupilli vti-
litate mandare tutori vt repertoriū conficiat,iuxta l.in confir-
mādo,& ibi Bar.ff.de confirman.tuto.vel curat.Huic ſnīæ ſuf
fragatur.l. vtilitatē.ff.eo.tit.de confirman. tuto. vel curat.ubi
22 ſic habet. Vtilitatē pupillorū Prætor ſequit̃,non ſcripturā te
ſtamenti,vel codicillorū,nā patris voluntatē Prætor ita acci
pere debet,ſi non fuerit ignarus,eorum.ſ.q̃ ipſe Prætor de tu
tore cõperta habet,&c. Cui ſeruit illud quoque in omnium
23 ore verſatum,ſ.ꝙ † magis mens ſit attendenda,q̃ verba,quod
que magis alicuius voluntatem,& mentis intentione, q̃ oris
ꝓlationē ponderare debemus.l.3.§.ꝯditio.ff de adim.leg.cū
plurib.concordantijs in gl.ibidē,in verbo magis,allegatis.Su-
periorib.ſententijs itē conſentit.l.7.§.fi.ff. de annu.leg. Quar-
24 to confirmatur, & probatur, ꝙ hæc actio pupilli ꝯtra tutorē
valeat,qui prædia aut alia pupilli bona ſine iudicis decreto a-
lienauit,idq; per l.1.& per vniuerſum tit.C.de præd.& alijs re
bus minor.ſine decre. non alienan. vel oblig. Verum & hoc
ꝑ diſtinctionem intelligendū eſt eſſe verū, veluti niſi ſint res
q̃ ſeruari non poſſunt, quales ſunt fructus. Eſt aūt hic obſer-
25 uandū plures eſſe caſus,in q̃bus tutori rerū minoris ſine de-
creto iudicis alienatio rerū pupillariū aut minoris ex cauſa ꝑ
mittitur. Primus,ſi teſtator pr̃q; pupilli alienationē talē admi
ſerit.l.vlt.ff.de reb.eor.qui ſub tute.vel curat. ſunt. Secundus
caſus eſt:In tranſactiõe eius q alterius fidei ꝯmittit̃,qq; pupil
lo ſub certa ꝯdõne relinquit̃.l.fideicõmiſſo. C. de trāſact.l.ſi
pr̃ puellæ.C.de inof.teſt.q̃ lege nõnulli aiūt dignā q̃ ſcribat̃ in
auro. Tertius ē caſus,q & anceps & dubius ē,nēpe,ī donatio-
ne antidorali,quē caſū nõ cõperio ſatis in iure probatū,quo-
circa hūc ſolū leniter meminiſſe ſufficiat. Porro ī hac aliena-
26 tione bonorū pupillariū,ſuaſerim vt patriæ ꝯſuetudinē,& ſta
tuta diligēter obſerues, in qua ipſi pupilli aut adulti degunt.
27 Quinto declarat̃ & extēdit̃,vt hæc actio ad dāni reparationē
det̃ & cõpetat,ꝙ qdē ex dolo,lata & leui,nõ ex leuiſſima cul
pa tutoris cõperit.l.q.c.q.d.C.arbi.tute & in l.tutori.C de neg.
28 geſt. Tutoris.n.atq; curatoris offīn,nõ volūtariū,ſed neceſſa-
riū ē.l.tutori.C.de neg.geſt.iuncta ibidē glo.in ver. muneris.
Reperit̃ tū caſus,in quo tutor,aut curator tm̄ leuiſſimæ cul-
pę obnoxius cenſeat̃,nēpe qñ ſe curatoris officiū ſuſcepturū
obtulit,quæ quidē amica,benigna, & beneuola oblatio effi-
29 cit,vt ſolūmodo leuiſſimæ culpæ re⁹ teneat̃ Atq; caſu iſthoc
non vr̃ pupillo cõpetere prædicta tutelę actio in ſuū beneuo
lū tutorem.l.1.§.ſæpe.ff.depoſi.c.bona fides, ext. de depoſit.
vbi Abbas not.per glo.in l.contractus.ff.de reg.iuris.traditq;
Bar.in l.ꝙ Neruа.ff.depoſi Philipp.Decius,conſilio 274.in 2.
parte. Duo igitur hic notandi ſunt caſus in quibus tutor de
lata,non de leui culpa tenet̃. Primus eſt in emendis prædijs,
ad minorū vtilitatem.l. tutor qui repertoriū.§. competit. &
ibi Bart.ff.de adminiſtra.tuto.vel cur.qui tex.ad hoc ſumme
notandus eſt,ſm̄ Bar.Secundus caſus eſt, in debitorū nomi-
nibus exhibendis.l nomina paternorū debitorū.C.arbit.tut.
Sed hi caſus ſane,& cum diſtinctione intelligendi ſunt,ſic vt
tunc tm̄ valere dicant̃,qñ tutela nondū finita fuit, nā poſt tu-
30 telā finitā,ſtatim hæc prædicta tutelæ actio vim ſuā acquirit,
& fit valida.l.1.ad finē,atq; vulgata.l niſi finita.ff de tute.& ra
tio.diſtra.l.actus.ff.de admin.tuto.l.rõnes C. eo.tit.§.fi. inſti
tu.de Attilia.tuto.l.aduerſus.C.de adminiſt.tut. vel cura.con
iuncta glo.ibidem in ver. non põt. Quæ quidē glo. ibi diſpu-
tat & examinat,an tutor aut curator officio durante conue-
niri põt q̃ gl.ibidē(ſi vacet)cõſulere licet.Eueniunt tū nihilo
minus caſus,in quib.hæc actio tutelę bono iure danda ſit pu
31 pillo,etiam ante finitā tutelā.† Primo quoties tutor hr̃ ſuſpe
ctus malæ adminiſtrationis,tunc.n.vt eundē ſuū ſuſpectū tu
torē remoueat,non eſt expectandus adminiſtrationis tutelæ
finis,ſed ilico ꝑ actionē tutelæ in tutorem agere pupillus põt
32 ꝙ cõfirmat Bar.in multis locis Scđo valebit hæc actio aō fini
tā tutelā Si tutor delictū aliqđ,ꝑꝑ ꝙ eius bona venirent con
fiſcanda,& fiſco appl cāda,cõmiſiſſet ac ꝑpetraſſet. Cęterū ſi
cuti hacten⁹ declarauim⁹ multis modis actione tutelę ꝯpete
33 re pupillo ꝯ̃ tutorē.Sic actio ꝯ̃ria tutelæ ipſi tutori ꝯpetit,ad-
uerſus pupillū,potiſſimū adſumptus,iā in perſonā, quā in ip-
ſius pupilli ſubſtantiam factos,ac expoſitos repetendos.l.1.ac
per totū tit.ff de ꝯ̃.& vtil.actio. tute. q̃ ēt bonæ fidei actio in-
34 dubie nuncupatur.d l.1.& ibi D.Bar. † Sed hæc actio tutoris
35 ꝯ̃ pupillū pro ſumptibus repoſcendis, tūc valere põt, ſi ſum-
ptus illi vtiliter, & neceſſario fuerint facti, alıter.n. hæc actio

tutelæ

tutelæ ꝯtrria inualida eſſet & nulla, l.3.§. iudicio. ff de ꝯtra. &
vti. actio.tute.tex.iꝗ arg.in l.non exiſtimo.ff de adminiſt.tu-
to.vel curato.quib probat, ꝙ quẽadmodũ nihil ſpecialitatis
36 eſt in tutelæ actione directa,ita nec in actione tutelæ ꝯtraria.
Neq; hic ꝯſiderandũ eſt, aut ęſtimandũ, an tutor cũ pupilli
bonis factus ſit locupletior,an non. Sufficit.n.ſi ꝯſtet,ꝙ tute-
lã ſuã ſemel vtiliter ac diligenter curauerit: Quãobrẽ hac in
37 re tandem per modũ reſolutionis dicendũ eſſe arbitror. Qđ
vbicunq; negociũ vtiliter geſtũ eſt in principio, licet poſtea
dubitet̃,an locupletior ſit factus l.3 §.ſufficit.ff. de contra. &
vti. actio.tute.Sufficit t̃n tutori fideliter & diligenter ſemel,
aut in principio negocia geſſiſſe,& ſi euentũ infęlicẽ habue-
rit,ꝙ geſtũ eſt,iũ tutori aduerſus pupillũ.ꝯtraria tutelæ actio
cõpetit,ꝙ indubitato vereque ſignandum eſt pro tutorib.&
38 id genus aliis. † Verũ enimuero hæc actio eidẽ cõpetere non
39 põt ad ſalariũ ſuũ repoſcendũ,ꝙ cõprobant notata D Bar ad
l. 1.ff.de vari.& extraordinari cognit. Tutorũ.n.curatorũve
ſiue ſint teſtamentarii,ſiue legitimi,ſiue datiui,munus eſt, vt
pupillũ,minorẽve bonis morib.inſtituendos cureut, ꝑcepto
ribus mercedem dignã ꝯſtituant, alimentaq; miniſtris pupil
li vel adulti ẽt præſtent.l cũ plures.§.cũ tutor. ff. de adminiſt.
tuto.vel curato.Itẽ vt corpus & ſalutẽ pupilli impuberis tueã
tur.l.conſilio in principio.ff.de curat.furio. Ad hæc vt impu-
berem defendant,& cauſam ipſius patrocinandam ſuſcipiãt,
ſi ab alio conueniatur.l.tutoris præcipuũ ff de adminiſt.tut.
vel curato.Tutor enim pupillũ ſiue impuberẽ non ſuis ſum-
ptibus defendit,ſed expẽſis ſumptibuſq; pupilli ſiue impube-
40 ris.l.a tutoribus.ff de adminiſtra.tuto. vel curat. † Eſt ꝑterea
tutorũ officiũ,vt pro impubere promittant, ſoluant, & iudi-
41 ciũ contra aliũ pupillorũ loco intentent. † Alimentationem
42 pupillo ſuo procurent.l.3.§.tutor.ff.de ſuſpec.tuto.Itẽ vt pu-
pillorũ pecuniam(ſi res ac pupilli neceſſitas ita poſcat) ſubin-
de ẽt ad vſurã exponant,præcipue ſi pupilli ſubſtantia ſit mo-
bilis,in eũ potiſſimũ finẽ, vt pupillus ex ea neceſſario alat̃ &
ſuſtentet̃. Auth.nouiſſime.C.de adminiſt. tuto. vel curat. Et
hoc ſi neglexerint tanq̃ ſuſpecti remouent̃. Et damna de bo-
nis ipſorum pupilli reſarciunt̃.l ſi.in principio.C de admini.
tuto.vel cura.Cæterũ hic & alia occurrebat non inutilis quæ
43 ſtio. † An tutor, aut curator rem pupilli vel minoris emere
poterit. Deinde quando eam emere poterit.Hanc qõnẽ clare
explicat D.Bar.in ſuis diſtinctionib. in l pupillus. §. item ipſe
tutor.ff.de authoritate tuto.& curat.Ex q̃bus notandũ eſt, ꝙ
quoties tutor aut curator emit rem ſui pupilli, aut minoris,
eã aut ꝑ ſe,aut ꝑ aliũ emit.Si ꝑ ſe emat, hoc fit tripliciter. Nã
tunc,aut ꝑ ſui ꝯtutoris,aut ꝑ ꝓpriã auctoritatẽ,aut ꝑ tertium
aliquẽ vendentẽ (nẽpe ꝑ creditorẽ) emit Primus hic caſus ſ.
qñ ꝑ ſe,& cũ authoritate ſui ꝯtutoris emit, ꝯtingit duplici-
ter.Nã ſic emit rẽ pupilli,aut bona fide,aut mala fide Quod ſi
eã rẽ bona fide emerit,valida erit emptio.l.pupillus.§.itẽ ipſe
tutor.ff.de auctoritate & ꝯſenſu tuto.& curat Porro ſi tutor
aut curator pupilli aut minoris ſui rem aliquã ſibi cõparaue-
rit,mala,parũq; ſincera fide,nẽpe vili, exiguo & iniquo pre-
tio,tunc nequaq̃ ſubſiſtit,nec valet emptio.prædicto.§. item
ipſe tutor.Ad hoc facit.l.1.& ꝙ ibi ſignatur.C.de vendi.pign.
necnon.l 3.& ꝙ ibi notatur,de iure fiſci.lib.10.C. Secundus
modus,ſ.quo ꝑ ſe rẽ pupilli emit,'ſua propria authoritate, fit
quoq; dupliciter.Nam ea res q̃ emit, aut prius alteri legitime
fuit vendita,aut nulli ante diuendita fuit. Primus hic modus
nonnihil fidei,ac efficaciæ habere vr̃,& in iure ſubſiſtere,prę
cipue ſi is cui res erat vendita aut ſoluere non potuit, aut ſol
uere noluit.l.tutor rerũ.ff.de adminiſt tuto.vel curato. Secũ
dus modus itẽ bifariã Nã ſic emit,aut palã,ac bona fide,& tũ
emptio valet, ſm opin.Io.& Glo.arg.l.non exiſtimo ff. de ad
miniſtra.tuto. vel curat & notat̃ in d.l.tutor rerũ. Notat̃ etiã
in l.quũ ipſe tutor C.de ꝯtrab.empt.& l.ſi in empt §.ſi.de cõ
trah.emp & hoc caſu ſibi ipſi auctorari minime ꝓhibet̃.Aut
emit ꝑdictã rẽ clã,ſecreto & tacite,& tũc emptio nullius erit
momẽti,iux § itẽ ipſe tutor,ꝑallegatũ,ad exordiũ. Atq;l.ſi.ff.
de ritu nupt.vbi ait.Nã ea q̃ clã fiunt, ea dolo, & ex certo fal
lẽdi ſtudio facta ꝑſumunt̃,ſed q̃ palã, & publice fiunt, ea rite
& decenter facta haud dubie ꝑſumunt̃. Tertio mõ. Tutor rẽ
pupilli emit ꝑ ſe & ꝑ aliquẽ tertiũ vendentẽ, i. ꝑ tertiã pſonã
interpoſitam,idq;dupliciter.Nã ea tertia pſona fuit ipſi ſubie
cta, aut non fuit ſubiecta. Primo mõ irrita, & inualida eſſet
emptio,ꝙ idẽ ſit ꝑ ſe emere,& ꝑ ſuũ ſubiectũ emere,vt patet
ꝑ ꝑdictũ.§.itẽ ipſe tutor in ſi.Scđo vero mõ,aut manifeſta eſt
emptio,aut occulta. Si manifeſtũ ſit ꝙ rẽ ꝑ aliq̃ tertiã pſonã
ſibi minime ſubiectã emerit,nomẽq; illius tertij in inſtrumẽ
tis inſcribi iuſſerit,valet emptio,d.§.itẽ ipſe tutor,verſ.Sane ſi
q̃ ndẽ.Si vero nõ manifeſta,ſed occulta fuiſſet,ꝑ tertiã perſo
nã emptio,ea prorſus eſſet inualida, eo.n. ipſo, ꝙ ꝑ interpoſi
tã pſonã emit,fraus indubie ſubeſſe ꝑſumit̃.d.§. itẽ ipſe tutor
verſ.Sed & ſi ꝑ interpoſitã.Cy.& Bal.in l. a.C.de repu. hær.no

tat Dy.in c ſi.de reg.iur in 6. & Bal.in repe.l.1.C. de ſacroſ.ec
cleſ.facit l.ſi is qui bonis.ff.de acqui.hær.l.3.in ſi.C.de nat.lib.
Sed hæc ꝑcipue intelligenda ſunt,ſi a ꝯtutore vendẽte emat,
iuxta tex d.§ itẽ ipſe tutor. Nã ſi emat vẽdẽte creditore, vali
da eſſet emptio, potiſſimũ ſi bona fide cũcta fiant. Si n.mala
fide fiãt,inualida eſſet emptio vt hr̃ ꝑdicto § Item ipſe tutor.
44 verſ.Sed & ſi creditor. Atq; hæc mala fides ex iniqua paruita-
te ſiue exiguitate ꝑcii,vel ex interpoſitione pſonę ꝑſumit̃.Cę
terũ hæc oĩa ꝑdicta intelligit d.Bar ĩ tutore aut curatore,cui
45 decreta eſt adminiſtratio. Cui.n. adminiſtratio decreta non
eſt,huic vt extraneo emere non prohibet̃.l.tutores ff de auc.
tuto.& cura.Hãc diſtinctionẽ vt melius intelligas, ſuaſerim,
vt relegas,q̃ in fine ꝑcedentis capitis noni expoſuimus, in ea
qõne.An tutor aut curator alicuius actionis ceſſionem ſuſci
pere poſſit ꝯ̃ pupillũ,minorẽ aut ꝓdigũ?Et ſi illã receperit,an
illa vti poſſit?vbi ponderant̃, quẽadmodum & in rei veritate
ſunt põderãdi tex.notatu haud indigni, nẽpe auth minoris
debitor.C q̃ dare tut vel cura.pñt. Necnon in corpore vnde
ſumit̃,tit.vt qui oblig.ſe hab.perhib.res minor.colla.6 conſt.
a.Deinde ad hæc plenius intelligẽda libuit huic loco annecte
46 re caſum,de quo nonnunq̃ ꝯtrouerſum fuit. † Quidã mari-
tus ex vxore vnicũ ſuſtulit filiũ,is maritus poſtea ob ſiniſtrũ
regimẽ ſuũ in curatela fuit poſitus,& edicto publico ꝓclama
tus & proſcriptus,necnon ob cãm adulterij, & ob tyrannidẽ
ſuã in vxorẽ ab eadẽ vxore ꝑ iudicẽ Eccleſiaſticũ, diuortiat⁹,
ac repulſus fuit. Deinde ex bonis æqua portio ipſi aſſignata
fuit. Tãdẽ ſolliciti curatores de ſalute & ꝯmodo ipſis filij, cę
ꝑe ſit tractate vt filiũ pupilli ſi honeſto mr̃imonio copularẽt,
& res eo ꝓceſſit,vt ipſi q̃ſita fuerit, & addicta vxor diues,bñ
dotata,ſuiſq; morib.apta,& digna. Ad hoc mr̃imoniũ auſpi-
catũ ꝓmouẽdũ.& ꝑficiẽdũ,tutores cũ pr̃e tractate ĩ hũc mo
dũ cęperũt,eũdẽ ſollicitãtes,vt ſingulos vniuerſos redditus,
ac domos ex dictis bonis ſibi ꝯpetẽtes ĩ cõmodũ dicti ſui filij
pleno iure trãsferret,& legitime trãſportaret,ſed ſub legibus
& ꝯdõnib.ſequẽtib.Primo vt ipſe filius eoſdẽ redditus, & do
mos hmõi alienare nõ poſſit,niſi ꝑ ea parte,qua viginti libras
groſſorũ excederẽt,q̃ viginti libræ alẽdo pr̃i, ſi neceſſitas in-
grueret,ꝯſeruãdæ ſunt.Scđo vt tutores & filius ſeſe obligent
eidẽ ſuo pr̃i loco alimẽtorũ,dũ vixerit,ſingulis mẽſib. trigin
ta ſolidos groſſorũ integre pſoluere,& pro maiori ſecuritate
eoſdẽ redditus ac domos legitime ad hoc obligare, & hypo-
thecare,necnõ in euẽtũ redẽptiõis eorũdẽ redditũũ ĩ parte,
vel in toto,pecuniã inde ꝓuenientẽ,in ſimilẽ vſum ꝯuertere
& q̃tũ ad hoc ẽt ꝑtinet pr̃i ſuo ſufficiẽter cauere. Sed hæc tñ
quorũdã ẽ opinio.Magiſtratus tñ pr̃is ꝓdigi regimẽ & cura-
telã ppẽdẽs,difficultatẽ facit,nec facile flectit̃,vt huic pr̃i ꝓdi
go,cũ ſuis curatorib bonorũ ac redditũũ ꝑdictorũ alienatio
nẽ ꝑmittat,põderat.n Magiſtrat⁹ q̃dã incõmoda hinc euẽtu
ra. Primũ eẽt,ꝙ hic pr̃ ꝑ hmõi alienationẽ, veriſimiliter ab oĩ
vxore,alioq ad eã admittẽdus,ſeparatus remaneret. Scđm. ſi
hac vxore defuncta,ſcđam acciperet,ꝓles ex ea poſtea ſuſci-
piẽdæ,nihil ex pr̃e bonorũ expectarẽt. Tertiũ,ꝙ ſi pr̃ ad ege-
ſtatẽ,vel ĩfortuniũ aliqđ redigeret̃, nihil hẽret quo ſeſe ab eo
incõmodo vel infortunio tueri,aut inde extricare poſſet,alie
nata.n.eſſe ſua tũc bona,q̃b.ſeſe iuuare alioq licuiſſet. Qđ ita
47 que ne fiat, ꝓhibet Eccleſ. c.33.vbi dicit. Audite me magna-
tes,et oẽs ppl̃i,& rectores Eccl̃iæ aurib ꝑcipite. Filio & mu-
lieri,fratri & amico nõ des ptãtẽ ſup te ĩ vita tua, & nõ dede-
ris alij poſſeſſionẽ tuã,ne forte pęniteat te, & depreceris ꝓ il-
lis. Ibidẽ paulopoſt. Melius eſt(inq̃t)vt filij tui te rogẽt,q̃ te re
ſpicere in manus filiorũ tuorũ. In oĩb.opib.tuis ꝑcellẽs eſto,
ne dederis maculã in gl̃iã tuã,&c. Porro his incõmodis nihil
obſtantib. ſunt tñ alii,q cẽſent ſic.Si q̃ſq; exiſtẽs ſui iuris,pro
pria auctoritate,& abſq; alterius ꝯſenſu,& licentia,ſuorũ bo-
norũ alienationẽ facere põt. Cõſequit̃ a fortiori, ꝙ Senat⁹ ad
req̃ſitionẽ tã pr̃is,q̃ ſuorũ curatorũ, in hmõi alienationem,
ſuũ decretũ & auctoritatẽ ĩterponere licite poſſet,potiſſimũ
ex certis cauſis,ac rõnib.ipſum ad hoc faciẽdũ mouẽtib quas
hic breuitatis cã omittimus. Senatus.n matura deliberatiõe
habita,& ſingulis ꝑmiſſis diligẽter excuſſis,tandẽ ꝯcludit, &
dicto ꝓdigo ac curatorib ſuis ꝑfatis in fauorẽ dicti ſui filij li-
cẽtiã,auctoritatẽ,& facultatẽ ꝯcedit trãsferẽdi, trãſportandi
& alienãdi ꝑdictos redditus,& domos ad eũdẽ ꝓdigũ, vt præ
fert̃ ſpectãtes,nullis ẽt legib.aut ꝯdõnib.ꝑſcriptis,ꝑmiſſis,aliiſ
que in ꝯ̃rium facientibus quibuſcunq; obſtantib. Hic alia ob
ſeruatio circa venditionẽ bonorum pupilli ſubit ſcilicet. Si
48 tutor aut curator frumentũ † pupilli, minoris aut prodigi, vel
quippiã aliud huiuſcemodi,t pe viliori vẽdat,haſtæq; ſubmit
tat,inualida erit vẽditio & a dolo ꝑſumpto excuſari non põt.
Si vero tpe caritatis dictũ frumẽtũ venundet,valet vẽditio,q̃
ad maiorẽ pupilli vtilitatẽ facta cenſebit̃,alioq dolũ ſubeſſe ſp
ꝑſumitur. Huic ſeruit eruditiſſimi Iuriſconſulti D.Bal notab.
in l.vlt.§.vltimo. C de adminiſtra.tuto.vel cura.quod proſe

ꝺ̃o diligenter notandũ eſt, ꝑ pupillis minorib. ac prodigis,
ad hoc. o ſꝑ recurrunt aduocati ac ꝓlocutores. Bal. aſtipulã-
tur D. Iac. Roberti, iuriũ Doctor inſignis, quondã meus dñs
& ꝑceptor Aureliæ. quũ §. plus aſit, inſt. de act. poblice ĩ Gym
naſio interpretaretᷣ His præterea adiungenda ſunt q̃ traduot
Bar. Saxoferratus Iuriſcõſultorũ ſupioris ſeculi indubie prin
ceps, in l. vlt in 4 not. C. de magiſtra. conue. necnon D. Bal. ea
dẽ in l. vlt. in 6 not. q̃ aiunt nullo vnq̃ tp̃e, obliuioni tradẽda.
Iſtẽ non alienũ erit a præſenti materia hanc frequentẽ qõnẽ
49 & perutilẽ adijcere. ſ. an tutor, curator vel adminiſtrator, qui
aliquas opes ſibi acquiſierit, ſiue conquiuerit. An inq̃ pręſu-
mendũ ſit ipſum eaſdẽ opes cõqueſiuiſſe ꝑ bona pupilli uel
ꝓdigi, an non potius per propriã induſtriã, aut per bona pro-
pria, aut certe a cæca & temeraria fortuna, q̃ vt ditat aliũ ſic
alium q; premit. Hęc qõ in vtrãq; partẽ eſt diſputabilis, & poſ
ſent vtræque partes ſolidis cõſtabiliri argumentis, q̃ breuita-
tis ſtudio omittimus & affirmatiue dicimus, ꝙ adminiſtrans
bona alicuius, ſi aliquid ſibi acq̃ſiuit, non pręſumitᷣ id acq̃ſi-
uiſſe de bonis pupilli aut minoris, ſed ſua ex induſtria & labo-
re, ac ex fortunæ munere. Cui irrefragabiliter aſtipulatᷣ l. ſi de
functus, ad finẽ. C. arbit. tute. ibi, Nec. n. pauperib. induſtria,
vel augmentũ pr̃imonij, ꝙ laborib. & multis caſib. q̃ritᷣ, inter
dicendũ eſt, & ibi D. Bal. præterea & alij ſcriptores q̃ plurimi.
Quẽ tex. aureũ cõmendauit & memoria ꝑpetuo tenendũ eſ
ſe dixit Louanij præceptor meꝰ, & D D. Io. Hazios, legũ Do
ctor, ac practicus præſentis ætatis inſignis, potiſſimũ proto-
ribus, curatorib. ac etiã receptorib. quibuſcunq;, nonq̃. o.
præſumere debemus aliquẽ q̃cq̃ lucratum, ꝙ delicti præſum
ptionẽ induceret. Nã ſi illud ꝙ tutor, curator, aut adminiſtra
tor hẽt, ex bonis pupilli, minoris vel prodigi hr̃e præſumeretᷣ
indubie, illis doloſe ac fraudulẽter ſubtraxiſſe videretᷣ, ſm̃ D.
Bar. iuris interpretẽ eximiũ, in l. cũ oportet C. de bo. quę lib.
q̃ ponit ibidẽ (ſuo more) diſtinctiunculã aſterisco ſignandã,
& notatᷣ in c. ſint manifeſtę res. 1 a. q r. maxime in Gl. ibidem
in ver probantᷣ, allegante d. l. ſi defunctus, quæ. l. vult, ꝙ tutor
q̃ ante tutelæ munus adeptũ, nihil oĩno bonorũ habuerat, po
ſtea tñ ſuã ꝑ induſtriã multa potuit fuiſſe lucratus, q̃ pupillus
non põt veriſimiliter præſumere, Tutorẽ ſuũ ꝑ ſua pupilli bo
na conquiſiuiſſe, atq; iõ ſua. Nã ſi hoc pupillus aſſerere vellet,
id prorſus ipſi probandũ foret, vt aperte inquit D. Panor. ca-
nonũ peritia inſignis, in ſolenni ſua repetitione. c. cũ eſſes, nu
me. 25. ext. de teſta. & vlt. volunta & in c. vt vnus, nu. 4. de pe-
co. cleric. notatᷣ ꝑ gl & Doct. in l. cũ oportet, præallegata, atq;
ẽt D. Bar. in l. facultas, in fi. C. de iure fiſci. lib 10. notatᷣ & in Au
then licentiã C. de epiſc. & cleri. & in c. cũ in officijs de teſta.
necnon idẽ ſignanter tradit D. Bal. ſupremæ auctoritatis Do-
ctor, in Auth. ex teſtõ, nu 9. C. de colla, verſ. Vndecimũ cap.
vbi vult, ꝙ agenti ꝯ poſſidentẽ oĩno incũbit onus hoc probã
di. Itaq; regulariter, & ſi q̃s alicuius bona ac facultates admi-
niſtrauerit, non præſumitᷣ de bonis eius acquiſiuiſſe, ſaltẽ vbi
ex ꝯiecturis aliud non appareat, atq; hoc idẽ placuit D Alex.
iuris ꝑitiſſimo, ac legũ ꝯſultiſſimo, ſuis in cõſilijs, conſ. 82. nu
mẽ. 15. 2. vol & in ꝯſil. 40 3. vol. nu. 17. Porro ſi aliud certo vel
ex ꝯiectura appareret, tunc proculdubio aliter iudicandũ fo-
ret. Superiorib. qõnib. hanc quoq; qõnẽ non inutilẽ adijcere
50 viſum eſt, ſ. An pupillis, minorib. prodigis, & illius generis ꝑ-
ſonis, maiorib. ac ſui iuris effectis, An inq̃ illis remediũ. l. C. de
reſcind. vendi. cõpetat, occaſione rerũ ꝑ ſubhaſtationẽ vẽdi-
tarũ ꝑ tutores & curatores ſuos, an non? Huic qõni vr̃ ſatisfa
cere D. Io. Imo iuris doctrina conſpicuus, in vulgata. l. precia
rerũ. § vlt. ff. ad l. Falci. inquiens, ꝙ poſtq̃ res fuit poblice ſub-
haſtata, non eſt locus remedio. l. 2 C. de reſcin. vẽdi. ratio ſm
eum hæc eſt, ꝙ tunc vr̃ venditio legitime facta. Nihilominus
Bar. iõ iuriſtarũ nequaq̃ minimus, ſed ſui tp̃is maximus, ꝯriũ
adſtruit, allegans. l. 2. C. ſi ꝑꝑ publicas penſitationes venditio
fuerit celebrata. Puto tñ priorẽ opinionẽ (nẽpe Imolę) eſſe ve
riorẽ & crebriorẽ. Rõ eſt in promptu. Quia res q̃ poblice ſubha
ſtatᷣ, datur plus offerenti, igitᷣ datᷣ ſm̃ ęſtimationẽ loci publici,
quæ dr̃ æſtimatio legitima & vera, ſcd̃m D. Bart. in d. l. precia
rerũ. §. vlt. Nihilominus præfatæ opiniones ꝯriæ hunc in mo
dũ poſſent ꝯciliari & concordari, (aliorũ rectius meliuſq;
ſentiẽtiũ iudicio ſꝑ ſaluo.) vbicunq; res venditᷣ ad publicam
ſubhaſtationẽ, dolo ac fraude ceſſantib. & hoc ob neceſſita-
tẽ, daturq; plus offerenti, tunc in illa non eſt locus remedio
d. l. 2. & hanc opio. oẽs obſeruant practici. Sed res q̃ non diuẽ-
ditᷣ ob neceſſitatẽ rei familiaris, ſed tñ ex quadã animi volu-
ptate, ſi ad ſubhaſtationẽ plus offerenti, ꝑꝑ ſtatutum loci, nõ
detur, tunc locus eſt remedio l. 2. præallegatæ. Atq; ita intelli
genda vr̃ opinio D. Bar. in l. 1. C. de præſcrip. 30. vel 40 ann. At-
que ſimiliter intelligenda eſt opinio Ang. ac Pauli in d. l. pre-
tia rerũ § vlt. Animaduertendũ tñ eſt, ꝙ in Francia, pro mo-
re ſꝑ habuerint, vt impetrent pro ꝯtrus reſciſſione, literas re
gias, quas literas regias reſciſſorias (vulgo) appellitant. Verum

has a paucis annis per nouas ordinationes regias, limitatas in
telligo, ſ. vt tñ eę literæ vim habeant vſq; ad decenniũ. Nam
poſt decenniũ, a tp̃e ꝯtrus celebrati, non hẽt locũ amplius re
mediũ præfatæ. l. 2. neque danᷣ hac tẽpeſtate huiuſmodi lite-
ræ, elapſo decennio in Francia, idq; ꝑꝑ hominis memoriã, q̃
labilis eſt, quẽadmodũ habet. l. s. §. ſed quid, & §. ſed q̃a. C de
vet. iur. enucl. Gl. in c. ſi teſtes 4. q. 3. per l. ſi arbiter. ff. de prob.
51 Præterea, hic memoriæ mandanda erit & ſubſequens q. Pu
pillus homicidiũ ſi cõmiſerit & perpetrauerit, qua pœna pu-
nietur, ac mulctabitᷣ? Prima. n. facie pęna capitis, vltimoq; ſup
plicio apparet puniendus, ſm̃ notabiliſſimã. l. nemo deinceps
ibi homicida ꝙ fecit, ſemper expectet. C. de epiſco. aud. Huic
52 † affine eſt, ꝙ vbi a lege certa pęna crimini eſt impoſita, ean-
dẽ Dñs iudex neceſſario imponere dẽt, nullo aũt mõ eã pro
ſuo arbitratu efficere aut duriorẽ, aut remiſſiorem. Neq; etiã
53 eã pęnã a iure ſtatutã alterare, aut in aliã cõmutare põt, c. li-
cet, de pęn. & l. quid ergo. §. pęna grauior ff de his qui notan.
infa. lõq; ait perpulchre tex. in Auth. de iudicib. coll 6 § opor
54 tet, iudicem nequaq̃ debere eſſe lege clementiorem. Dixit iõ
eximius Bal. in l. & ſi ſeuerior. C. ex quib. cau. infa. irrogat. Si
pupillus fecit homicidiũ, q̃ritᷣ an is punietᷣ pęna amputationis
capitis, vbi Bal. rñdet ꝙ non, ſed ꝙ talis impoſita pęna mitiga
ri debeat. Ad hoc valet etiã dictũ D. Innoc. admodũ celebre
& ad multa ſingulare, in c. 1. de conſtitu. allegans, vbi ait pro-
55 pter caſuũ emergentiã, licitũ eſſe iudici leges trãſgredi. Si tñ
caſus de facto contingat (quemadmodũ nonnunq̃ accidiſſe
ipſe cõperi) ad huius pleniorem notitiã ſuadeo conſulendos
eſſe. D. And. Barbatia in c. de cauſis, no. 37. de officio deleg. &
D. Alex. Imo. in l. hodie. ff. de pęnis, & ꝙ notatᷣ in dicto Auth.
de iudicib. coll 6. Bal. interim opi. tanq̃ mitiorem, amplectẽn
dã oĩbus modis ſuadeo, pro qua plurima allegari, & adduci
potuiſſent, ſi tp̃is penuria admiſiſſet. Deinde meminiſſe hic
nõ inutile erit huius quoque qõnis, ſ. An pupillus calũniæ iu
56 ramentũ (ꝙ eſt iurm̃ credulitatis) præſtare põt? Hæc qõ nega
tiuã partẽ deſiderat, nẽpe pupillũ calũniæ iurm̃ omnino præ-
57 ſtare non poſſe. Rõ eſt, quia hæc ætas ignorat, neſcitq; quę vi
det, vt meminit. l. 1. §. impuberes vero. C. de falſa mone. ibi,
quia ætas eorũ, q̃d videat ignorat. Præterea ſi pupillus vidẽs,
ignorare dr̃, ꝙ videt, multo magis cauſæ iuſtitiã ignorare di-
cendus eſt, ꝙ potiſſimũ in eo requiritᷣ, qui ad calũniæ iurm̃
admittitᷣ, ſ. vt ſciat iuſtitiã cauſæ, ſm̃ l. 2. § Quod obſeruari. C.
58 de iuramen. ꝑꝑ calum. dand. quare, & c. ꝙ perpetuo no. Quę-
ritur etiam an pupillus poſſit præſentare, & vter præferẽdus
59 ſit, an † tutor, an pupillus? Ad hæc quoties minor præſentat,
an tunc tutoris an curatoris potius authoritas req̃ratᷣ? Harũ
interrogationũ ac quæſtiuncularũ meminit D. Bart. a Chaſ-
ſeneo humanorũ iuriũ Doctor, in tit. des enfans de pluſieurs
lictz §. Sed breuitatis ſtudio, Rochũ de Curte, ſuo in trac. de
60 iure patro. in verbo cõpetens, q. 4. lubebit videre. † Alia præ-
terea hic oritᷣ qõ, ſ. Si tutor aut curator quippiã emerit cum
pupilli aut minoris pecunia, cuiuſnã hoc pacto res ea empta
eſſe cenſebitur, aut ad quẽ pertinere cẽſebitᷣ, ad tutorẽ ne, an
ad pupillum, vel minorem? Certe longis omiſſis ambagibus,
ego exiſtimo ꝙ quicq̃d tutor vel curator cum pupilli aut mi
noris pecunia conquirit, id indubie ad pupillum aut minorẽ
pertinere cenſendum eſt, expreſſa. l. ſi tutor. ff q̃n ex fac. tuto.
vel curato. & ibi Bar. l. curator. C. arbit. tute. his concordat. l.
ſi ex pecunia. C. de rei vendi. quæ habet, rẽ emptam cum pe-
cunia minoris, eſſe minoris, & ſi eius nomine empta non ſit.
Hanc ſnĩam ẽt ſequitᷣ D. Io. Manniers Iurium Doctor, præce-
ptor meus Aureliæ, cum interpretaretᷣ. l. ſi patruus. C. cõmu
vtriuſq; iudicij. Porro hæc diligenter notanda, & ab omnib.
obſeruanda ſunt, hac infœliciſſima potiſſimum tẽpeſtate, ad
uerſus tutores & curatores, q̃ plerunque ac paſſim cum mi-
norum, necnon ſimilium ſubiectarum perſonarum pecunijs
quęlibet pro ſeſe emunt, & cum pupillari pecunia diteſcunt.
61 Quæri hic ẽt poſſet, An præſcriptio † legalis, ſtatutaria vel cõ-
ſuetudinaria, q̃ eſt in odium ac detrimẽtum negligẽtis, an ea
inq̃ duret ꝯ pupillum, minorem, & id genus alios. Hæc qõ ta-
metſi longã req̃rat explicationem, eãdem tñ ſuccinctius ab-
ſoluẽdã curabo: Ac primo ſunt q̃ ad hãc qõnem affirmatiue
rñdent, pro quo hãc authoritatẽ citãt. Oẽs præſcriptiones à
62 lege, † ſtatuto, vel cõſuetudine, poſt. l. fi. C. in q̃b. cau. in integ.
reſti. non eſt neceſſa. introductas ꝯ pupillũ, minorẽ ac ſimiles
currere, & validas eſſe, atq; ita tenẽt Ang. Bal. Guid. de Suza.
Oldr. Alber. & Raph. in d. l. ſi. vbi Bart. opinio ꝯrium ſentien-
tis cõiter reprobatᷣ. Hæc ẽt eſt opinio Innoc. in c. conſtitutus,
63 de in integ reſti. † Huic affine eſt, ꝙ ſtatuta & conſuetudines
ẽt arctãt minores. l. ſi ſine hærede. § Lucius. ff. de adminiſt. tu
to. notat Ang. in l. ſi plures ff. de pac Alex ſuis in conſilijs, cõ-
ſilio 37. incip. conſideratis his. a. colum 4. volo. Sunt alij qui
ad ſuperiorẽ q. rñdent negatiue, qui ſe ſtabiliunt per regulã l.
fi C in quib. cau in integ. reſtit. non eſt neceſſa. quæ eſt, ꝙ me

liũs

lius eſt, intacta iura ſeruari, q̃ poſt cām vulneratā remediū q̃-
65 rere. Per q̃ quidē regulā concluditur, † Præſcriptionē ꝯ pupil
lū ac minorē nullo mō currere aut valere. Ac huic conſentit
c. 1. coniuncta gl. ſuper verbo. Non liceat, ext. de in inte. reſti.
Bart. vero in d. l. fi. quærit, an illa lex habeat locū in p̄ſcriptio-
ne ſtatutaria. Quā quæſt. D. Panor. ēt diſcutit & tractat, in ca.
conſtitutus, ext. de in integ. reſtit. atque tandē perpēſis ſingu
66 lis, ſic ꝯcludunt & dicunt, Qđ in lucro captando p̄ſcriptio cur
rat, iuxta caſum d. c. conſtitutus. Verū ne pars per p̄ſcriptionē
læſa hēat, ꝙ immodice doleat daī primo anno reſtitutio, eaq;
læſi proximis, ſic vt ꝓximi illi aut ꝯſanguinei, intra annū ean
dē rē vēditā, reſtitutione eiuſdē precij ſibi redimere, ac reci
pere poſſint. Verū in amittendo lucro, ius tā q̃ſitū non currit
vt tenet Ludo. Roma. in l. naturaliter. ff. de vſucap. & Alexan.
ſuis in conſilijs conſ. 3 t. vol. 5. atq; his opinionib. ꝯſentit no-
67 tabile dictū Bal. in c. 1. §. porro, in tit. † quali. olim ſeu po. alie.
Præſcriptionē 30. annu. ꝯ pupillū non currere. Sed huic opi
nioni aduerſatur Alber. de Roſ. in l. tutores. §. ab eo qui. ff. de
adminiſtratione tuto. aſſerens ibidē præſcriptionē ſtatutariā
68 debere currere ꝯ pupillū. His itaq; omnib. p̄miſſis, & opinio-
nibus collectis, hanc tandē concluſionē amplectendā cēſeo.
69 † Præſcriptiones tp̄ales qualitercunque introductæ ſunt non
currunt ꝯ pupillū, minorē, aut ſimiles, niſi eædē merū induce
rent lucrū, vel etſi ſint teſtamentariæ vel ꝯuentionales. Et ar-
gumenta illa paulo ſuperius adducta, aut q̃ poſſent allegari, &
adduci, potiſſimū ex c. ꝯſtitutus ext. de reſtit. in integ. ꝙ vr̄ ad
uerſari. d. l. fi. dicenti, nullā præſcriptionē tp̄alē, ꝯ minorē cur
70 rere, facillime ſolui poterunt. Illa n. lex fi. p̄fecto de p̄ſcriptio-
ne legali debet intelligi, non aūt de p̄ſcriptione ſtatutaria, vel
conſuetudinaria, quia iſthæc currit ꝯ oēs, d. c. conſtitutus, ſi
tō caſus de facto ꝯtingāt. illud itaq; caput, ꝯſtitutus, vt clarius
intelligas, D. Panor. ibidē ꝯſulas velim. Dicta vero lex finalis
nullius ſtatuti aut ꝯſuetudinis meminit, cū hæc duo in facto
ꝯſiſtant. Dicendū eſt igiī oēs validas p̄ſcriptiones, per ſtatu-
ta, aut ꝯſuetudines eſſe introductas, & ſic ſm̄ d. l. fi. C. in quib.
cau. in integ. reſti. nō eſt neceſſa. currere ꝯ minorē. Claudius
de Aquis, in l. naturaliter, poſt Ludo. Roma ff. de vſucap. nec
non D. Præpoſitus & Aluaro. in c. 1. § præterea, de ꝓhib. feu.
alie. per Feder. Neq; hic p̄tereunda erit hæc q̃ſtiuncula, ſ. Qua
71 pœna † afficiendus erit is tutor, qui pupillā ſuā, cuius tutelam
geſſit, ſtuprauit? Huic qōni facit plus ſatis l. vnica C ſi quis eā
cujus tutor fuerit corruperit, ibi deportatione ſubiugetur, at
que vniuerſæ eius facultates fiſci iurib. vendicent, hoc eſt, ta-
lis tutor deportandus, hoc eſt, in exiliū relegandus erit, & om
72 nia ipſius bona ꝯfiſcanda ſunt. Huius rōnē aſſignant, ꝙ tutor
pupillæ datus fuerit, parentis loco, vt ipſam defendat, alat, bo-
nis atq; honeſtib. morib. inſtructā curet, ab indignis iniurijs
vindicet, non aūt, vt nefario ſtupro ꝯtaminet. l. 2. ff. de admi-
niſt. tut. & inſti. de tute. in princ. Verū huic legi non ſubiacet,
nec ſm̄ eā puniendus eſt tutor Brugenſis, aut alius quiſpiam
cuius bona, rōne priuilegij, ꝯfiſcationi minime ſunt ſubiecta,
ſed ꝑ p̄ſus immunia atq; exēpta. Quāobrē in his tunc alia pœ
73 na, arbitrio iudicis imponenda foret. Alia p̄terea hic moneri
poſſet qō, ſ. Si tutores aut curatores pupilli ſeu minoris diui-
tis ac opulenti, & mercaturæ incūbentis videant eundē ſuū
pupillū induſtriū, & in mercaturæ negocio, mediocriter in-
ſtructū, ipſumq; non exiguæ ſpei atq; expectationis iuuenē ſi
ue adoleſcentē factū eſſe, atq; ob id matura inter ſe habita de
liberatione magiſtratū adeāt, ab eodēq; decretū, auctoritatē
ſiue licētiā poſtulēt, vt eidē pupillo aut minori ex ꝓprijs ſuis
bonis & facultatib. certā pecuniariā ſūmā, pūta centū libras
groſſorū monetę Flādriæ ſumere pmittāt, vt bis ad negociā-
dū & ad mercaturā exercendā libere vtaī, & vt p hoc ſuæ in-
duſtriæ & diligētiæ, aliqđ ſpecimē, & experimētū ſuis tutori-
bus p̄beat, & oſtēdat, q̃rit, vtrū in hoc caſu liceat dicto magi-
ſtratui, ſuū iuxta poſtulata, interponere decretū? Et caſu quo
poſtmodū p̄fatus pupillus aut minor ꝯtraheret aliquot debita
paſſiua, q̃ ſūmā p̄tactā cētū librarū excederēt, an inq̃ exceſſus
iſte ex reſiduo ſuorū bonorū veniret exoluēdus, an nō? Præ-
ſentē q. nō ſemel, ſed q̃ ſępiſſime, i Magiſtratu Brugēſi, ꝓ vtra
que parte vētilatā ac diſcuſſā eſſe audiui. Alij partē affirmati-
uā magis ꝓbabāt, dicētes. Hmōi decretū interponi qdē poſſe
nō tō eius decreti p̄textu bona pupilli reſtātia, ad hmōi exceſ
ſū vllo mō obligari poſſe, ꝯfirmātes ſuā ſniam p illud vulga-
tū axioma iuridicū. Limitatū decretū, limitatū ꝓducit & eſſe
ctū, vulgata. l. i agris. ff. de acq re. do. & l. cū ſeruo. ff. de ꝯ. emp.
& vēd. & l. ſta. lib. §. Stichū. ff. de leg. 2. cū multis arg. debiliter
fundatis, i eādē partē nihilominus adductis, ſed breuitatis ſtu
dio p̄termiſſis. Alij vero negatiuā & oppoſitā partē firmiter
tuebanī, & oīum optime dicebāt, tale limitatū decretū cuius
eſt qō, nihil opari in p̄iudiciū creditorū, q bona fide eidē pu-
pillo aut minori maiorē ſūmā crediderūt, q̃ q̃ p decretū ad-
74 miſſa & ꝯceſſa fuerat. Creditores. n. illū totū a curatela abſo-
lutū exiſtimāt, quē ſui iuris in aliqua bonorū ſuorū parte libē
rū fuiſſe intelligūt. Quocirca nullo mō rōni ꝯſentaneū eē pu
to, vt aliqs partim ſub tutela ſit vel cura, hoc eſt ſub alterius
ptāte, & partim ab eadē tutela vel cura ſit liber, ſolutus, & ſit
ſui iuris. Harū. n. rerū inter ſe naturalis pugna eſt, vt aliqs in tu
tela ſit vel cura, & extra tutelā aut curā ſit, arg. l. ius nr̄m. ff. de
reg. iu. cū ſimil. iurib. Præterea difficile admodū, p̄iculoſū, &
dānoſū foret, cū ſimil. pſonis ꝯtrahere, ꝙ cū eis ꝯtrahentes ſp cer-
tiores fieri dērent, nū ꝓ pluri mercātias exercuiſſēt, aut exer
cere poſſent, q̃ pro ſūma admiſſa & ꝯceſſa, ꝙ eēt abſurdum.
Quapp quoties hmōi caſus Magiſtratui proponiī, dico oīno
fieri no poſſe vt aliqs rōne certæ & determinatæ ſūmæ iuris
ſui fiat, & rel. quarū ſuarū facultatū ſub alteri⁹ iure remaneat.
Nā ſi hoc p magiſtratū pmitteref, nō raro plurimarū fraudū
& deceptionū occaſiones ipſis pupillis & adultis vere darent
qb. bonā integrāq; mercatorū fidē deluderent & circūueni-
rēt. Atq; hoc profecto cederet in Reipub. certū & euidēs di-
ſpēdiū. Nō. n. debēt doli, fraudes, ac deceptiones hmōi quo-
quō aut quouis tp̄e tolerari, ſed penitus reprimi, refrænari, &
75 iure puniri. Supeſt nūc † vltima huius tit. q̃ſtiuncula, nō pror-
ſus inutilis, ſ. an pupillo, aut minori ſine tutore vel curatore
paciſci, inireq; pacē de morte ſui p̄ris, liceat? Hāc qōnē diſcuſ
ſit D. Pau. Caſt. in l. cōuentionū aūt. ff. de pac. in 4. not. ſimili-
ter D. Spec. practicorū nec infimus, lib. 4. par. 4. tit. de homici-
dio, in ver. Illud aūt q̃rit, nu. 6. vbi poſt nōnulla alleg. tādē ne-
gatiuæ parti fauere oīno vr̄, nēpe, pupillū aut minorem, nullo
mō pacē inire, & facere poſſe de morte patris, niſi cū tutoris
aut curatoris auctoritate, & cū iudicis decreto interuenien-
tibus, quorū opinionē tanq̃ tutiſſima, ac maxime ſecutā inſo
qui nec ipſe vereor, Speculatorē iñ occaſione caſuq; facti ha
76 bitis inſpiciendū minime diſſuadeo. Huic † qōni cognata eſt
& altera qō, ſ. An filius ſic faciendo pacē iuxta modū p̄dictū;
p hoc ipſum p̄ris hr̄ditatē adiſſe cēſeaī? Hanc qōnē mouet D.
Pau. Caſt. loco ēt p̄allegato, & negatiue cōcludit, ſicut nec tā
eē do vindictā de ſepulcro violato. l. ſepulchri violati actio.
& vulgata. l. q̃ſitū ff. de ſepul. viola. ibiq; D. Bart. q huius per-
77 pulchræ meminit qōnis, † ſub hac forma, Filius fecit pacē de
morte p̄ris, accepta pecunia, an p hoc adiſſe hr̄ditatē videatur
atq; ob hoc ſe bonis p̄ris immiſcuiſſe cēſeaī, & p ꝯñs ad de-
bita p̄ris teneaī, & rñdet p d. l. quæſitū ad debita patris nō te-
neri, nec p hoc ſeſe immiſcuiſſe bonis p̄ris, ac eius adijſſe hæ-
reditatē cēſeri. Hāc ponit idē Bar. in forma qōnē. in l. pro hr̄-
de. §. fi. ff. de acq. hr̄di. vbi eſt idē caſus. Quia aūt ſupiorib. capi
tibus multa enarrata ſunt de prodigis, poterit quoq; huic lo-
co in fi. inſeri qō non indigna, nec ab hac nr̄a materia aliena,
nēpe talis. Si contingat virū aliquē nobilē, aut alioq p̄potentē
hr̄e vnū, aut plura dn̄ia, tā directa, q̃ indirecta, & ēt vtilia, nē-
pe ciuitates, caſtra, aut pagos, ſiue ex parētū ſucceſſione, ſiue
ex emptione, ſiue ex donatione inter viuos, ſiue ex teſtō, aut
alio quocunq; legitimo mō, ꝙ vel q̃ dn̄ia haberēt merum &
mixtū imperiū, ac ēt ſimplicē iuriſdictionē, vulgus altam, me
diā, & baſſam Iuſtitiā appellitat, p q̃ ptātē habeat animaduer
tendi in maleficos, ſm̄ l. Imperiū. ff. de iuriſdi. om. iud. Aut ha
beat iuriſdictionē, q̃ mixtū imperiū dr̄, quęq; in danda bono-
rū poſſeſſione, ſiue in iudicis dādi lnīa conſiſtit. Quā materiā
abūde tractauit Io. Lōgouallius in Senatu Pariſiorū aduoca
tus inſignis in ſua noua & facili declaratiōe ad d. l. Impiū. ff. d
iuriſd. om. iud & ad multas alias leges. Aut hēat ēt eā iuriſdi-
ctionē, qua poſſit ſingulis annis certo ſtatuto die, ſm̄ vniuſcu-
iuſq; loci antiq̃, inueteratā & laudabilē cōſuetudinē Magiſtra
tū renouare, eiuſdēq; rōoē, aut rōnes p ſe, aut p ſuos procu-
ratores, vocatis vocādis, aut ad hoc vocari ſolitis, audire, offi-
ciarios ēt cōſtituere, eoſdē Senatores, ac officiarios, cū matu-
ra & bñ deliberata cauſæ cognitiōe deſtituere & punire, aut
acriter, aut leuiter pro mō delicti, aut ſi hēat eā iuriſdictionē
qua quouis tp̄e occurrēte cōferre poſſit officia, ac reliqua ab
ijs depēdētia: Præterea bn̄ficia Eccleſiaſtica, quorū eſſent pa-
troni laicales, &c. Sicut legimus Moysē ſupremū a Deo iudi-
cē cōſtitutū ſup populū Iſrael īſtituiſſe iudices, Tribunos, Cē-
turiones, quinquagenarios & Decanos q iudicarēt populū om-
ni tp̄e, vt ſcribiī Exo. 18. c. q ēt & populi Principes & Iudices
ob ipſorū delictū extremo ſupplicio puniuit, ſuſpēdēs illos in
patibulis, vt hr̄ Num. 25. c. Quæſtio nunc hæc eſt. Si inq̃ talis
nobilis, aut p̄potens tale habēs dn̄ium, aut plura dn̄ia, poſtea
fiat rerū ſuarū prodigus, omniaq; bona ſua inutiliter profun-
dat, iuxta l. ad exordium. ff. de cura. furio. Vel expendat plura
q̃ ferāt facultates ipſius, idq; ſine cā, & neceſſitate, quēadmo-
dum ille de quo meminit dn̄s in Euāgelio Luc. 15. cap. dicēs.
Qđ diſſipauerit omnia bona ſua, viuendo luxurioſe, &c. & §.
Cū vero Deo amabiles Epiſcopi, ver. Nā ſi non aliquis ferret
libenter eū qui vltra ſubſtantiā ſuam expendit; &c. in Auth.
vt determinatus ſit numerus clericorū, ibi Ang. notat illum
78 tex. An inq̃ talis nobilis † prodigus ob hanc rerū ſuarū profu-

ſioneм merito in curatela cũ matura & ſincera deliberataq;
ex cauſæ cognitione,nulliſq; omnino ſolennitatib.ſm vniuſ-
cuiuſq; loci ſtatuta,ordinationes,ac ritus,prout de iure,ac ẽt
inueterata & laudabili cõſuetudine,omiſſis,ſed edicto publi-
co proſcriptus,ſeu proclamatus,poſſit, non obſtante tali ſua
curatela,ſeu adminiſtrationis bonorum interdictione,inui-
tis ac nolentib.curatorib. exercere merũ & miſtũ imperium
ac ſimplicẽ iuriſdictionẽ , habereq; gladij poteſtatẽ, ad añad-
uertendũ in facinoroſos homines, ad exercendũ iuriſdictio-
nẽ,& licentiã iudicis dandi,ex quorũ executione & actu mul
79 tũ cõmodi ſæpiſſime conſurgit. Præterea an etiã poſſit ſingu
lis annis,certo ſtatuto die,ſm vniuſcuiuſq; loci antiquã,inue
teratam,& laudabilẽ cõſuetudinẽ magiſtratũ renouare,eiuſ-
80 dẽ rationẽ,†aut rõnes,per ſe,aut per ſuos procuratores voca
tis vocandis & ad hoc vocari ſolitis , audire, officiarios alios
81 ẽt conſtituere,eoſdẽ Senatores†ac officiarios cũ matura , &
bñ deliberata cauſæ cognitiõe iterũ deſtituere & punire , aut
82 acriter,aut leuiter pro mõ delicti ? † Ad hæc an quoquũtãt pe
occurrente cõferre poſſit queq; officia?atq; alia ab iis depen
83 dentia? † Poſtremo an cõferre poterit ẽt beneficia Eccleſiaſti
ca,quorũ eſt patronus laicalis?&c. Ad hãc qõnem ſatis arduã
abſoluendã,ſciendũ eſt variari multorũ ſniãs. Nã multi Doc.
quos hic nominare non decreui,in ea ſunt ſnĩa,vt aſſerant ta
lẽ nobilem aut ꝓpotentem virũ omnino poſſe ſuperiorũ iu-
riſdictionũ actus exercere, vti ꝑdictũ eſt non obſtante ipſius
curatela legitime celebrata,dicentes,& concludentes ſic. Tã
metſi talis vir nobilis prodigua poſitua fuerit in curatelã , ea
curatela dũtaxat concernit adminiſtrationẽ bonorũ ſuorũ,
qua tunc omnino priuatus eſt. Ideoq; nullo mõ intelligenda eſt
ea curatela hr̃e eã poteſtatẽ, vt extendat ẽt ad ipſius tp̃alem
iuriſdictionẽ,ſic vt per eã ẽt priuandus veniat vllis ſuis prædi
ctis iuſtitijs,iuriſdictionib.aut hor tatib aut ſuperintendẽtijs,
quominus earundẽ iuſtitiatũ actus,ac legitima exercitia de-
bite,ac digne exercere valeat,ſ. magiſtratus renouare,Senato
res conſtituere,deponere, maleficos quoſq; punire, officia
cõferre tp̃alia, conferre bñficia Eccleſiaſtica,&c.potiſſimũ ſi
eadẽ iuſte,digne, ac debite faciat,deinde ea tollat, remoueat
ac mutet,q̃ iniuſtiora videbãt,aut minus tolerabilia Ego tñ
ſub correctione melius ac rectius ſentientiũ, aliter de ꝑdicta
qõne ſentio. Negatiuã partẽ adſtruendo ſ. nobilẽ talẽ ꝓdigũ
aut prodigos tales,quorũ iã paulo ante meminimus,non poſ-
ſe inuitis ac nolentib.curatorib.vti mero & miſto imperio,ac
ſimplici iuriſdictione, vt vulgo alta, media , & baſſa iuſtitia,
nec ſingulis annis poſſe renouare magiſtratũ Nec eiuſdẽ rõ-
nem aut rõnes,p ſe,aut p ſuos ꝓcuratores,vocatis vocandis,
& ad hoc vocari ſolitis,audire. Nec officiarios ẽt cõſtituere.
Nec eoſdẽ Senatores ac officiarios cũ matura , & bñ delibe-
rata cauſæ cognitione deſtituere,nec punire aut acriter, aut
leuiter ꝓ mõ delicti. Nec omni tp̃e occurrente cõferre offi-
cia publica,atq; alia ab ijs dependẽtia. Nec cõferre bñficia Ec
cleſiaſtica,quorũ ſunt patroni laicales. Ad ſniam aũt hãc meã
ferendã me cogunt ſequentes rõnes. Primo.n.prodigi de iu-
re diſcretione & iudicio carẽt,neq; dñr illa hr̃e.l.1.ff. de cura.
furio. Scdo ꝓdigorũ nullus eſt ſenſus,vt in l.mutũ.§.1.ibique
gl & Bal.ff de acq.hær. Tertio prodigi & furioſi in iure æqui
parant & adſimulant , adeo ꝙ vterq; a foro & iudicio pari rõ-
ne arceat,ſic vt neuter eorũ,aut agere, aut cõueniri poſſit. l.
admodũ notabili,Fulcinius.§.adeo,verſ.ideq; in ꝓdigo. ff.q-
bus ex cau.in poſſ.eat.l is cui bonis. ff. de ver.oblig.d.l.1.C.de
cura.furio. item lex ꝓdigorũ pſonas inhabilitat,ſic vt ꝓdigi
cõtrepniatione,viles pſonæ cenſeant.l.nõ dẽt.ff de dolo,cir-
ca mediũ. Itẽ prodigi teſtari nequeũt, ne inter liberos quidẽ,
niſi diſpenſatiue. Itẽ nec teſtes ad teſtm̃ adhiberi pñt. l. 1a cui.
ff.de teſta.& ibi Bart.§.itẽ prodigus. Inſti.quib. nõ eſt permiſ.
fac.teſta.& ibi Ang.ex quib.rõnib ſic colligo. Si nobiles ꝓdi-
gi ex iure cẽſeant carere diſcretione & iudicio. Si nullũ hr̃e ſa
nũ ſenſum dicant Si furioſis æquiparent,ſi agere,aut cõueni-
ri non poſſint in iudicio. Si iuſm ꝑſtare nequeant.c.licet, in
vlt.gl.de iureiur. Si viles pſonæ æſtiment. Si teſtari nequeant.
Si teſtes ad teſtm̃ adhiberi non debeant. Si deniq; bonorum
ſuorũ tp̃alium adminiſtratione merito priuent ob eaſdem
cauſas nunc ꝑdictas,multo magis ob eãs eaſdẽ priuari ſunt oĩ
priuilegio adminiſtrandi ius merũ, miſtũ, ac iuriſdictionem
ſimplicẽ. Itẽ priuati ſunt priuilegio ad recreãdos magiſtratus
& ad nouos officiarios cõſtituẽdos, & ad bñficia ꝯferẽda Ec
cleſiaſtica,&c. In quib.oĩb. plus ſalis,& prudẽtiæ requirit,q̃ in
adminiſtratione bonorũ tp̃alium , q̃ curatelæ tp̃e per ipſorũ
curatores adminiſtrari debẽt,igitur multo magis ſuperiores
iuriſdictionum & iuſtitiarũ actus p ipſos curatores exerceri
debent,non ſũt ab ipſis ꝓdigis,quantũuis nobilib. Nec huic
concluſioni,ac ſniæ aſtipulant multa ſacrarũ ſcripturarũ te-
ſtimonia,ac primo illud Luc. 16. Qui in modico iniquus eſt,
& in maiori iniquus eſt. Si ergo in iniquo mãmona fideles nõ
fuiſtis,quod verum eſt,quis credet vobis?iniquum mammo-
na vocans opes & facultates temporales. Verum autem vo-
cat authoritatem & poteſtatem alios regendi . Hanc ſenten-
tiam ſequi videtur Beatus Paulus.1.Timoth.3.cap. Epiſcopũ
Eccleſiæque rectorem ſuis depingens coloribus, dicens illũ
qui aſſumendus eſt in Epiſcopum,inter cætera debere eſſe ta
lem qui domui ſuæ, id eſt, familiæ rebuſque domeſticis bene
præſit. Nam ſi quis autem domui ſuæ præeſſe neſcit,quomo-
do Eccleſiam Dei curabit ? Quin & idem ad Galat.4.cap. ait
quod quanto tempore hæres paruulus eſt , nihil differt a ſer-
uo,ſed ſub tutoribus & actoribus eſt , vſque ad præfinitum
tempus a patre. Et prodigi habentur eſſe veluti ſine iudicio,
ſenſu,& ratione,ſicut paruuli,ergo idem iudicium erit feren
dum,de talibus prodigis,quod de paruulis. His omnibus non
obſtantibus,ſi contingeret tales nobiles prodigos prædictos
actus iudiciarios exercere,aut ſuos curatores in iiſdem acti-
bus præuenire,eorum tunc acta & facta habebuntur nulla,&
ipſi interim ob talem temerarium auſum arbitrariæ corre-
ctioni ſubiacebunt. Curatores vero eorum tunc omnia ipſo-
rum acta,& facta reſtringere(ſi volunt)poterunt , & omnia ꝓ
ſuo arbitratu aliter cõſtituere,quemadmodum ipſe aliquan-
do fieri conſpexi ſcilicet,quod virtute literarum clauſarum ,
ac apertarum declarabantur omnia nulla per prodigos præ-
uenientes facta,& mox per curatores eorum omnia fuerunt
reuocata,& renouata,& merito . Ob iſtarum itaque rerum
perplexam cauſam ſuaſerim ego pro maiori ſecuritate Au-
lam,aut gubernatorem patriæ conſulendum , eorundemque
authoritatem,& aſſiſtentiam prius impetrandam, antequam
quid temere in tam grauibus controuerſijs ab alterutra par-
te tentetur,potiſſimum in curatelis magnatum, quorũ actus
& conſilia propius Aulæ cenſuris,& ordinationibus ſubſunt.
Inferiorum enim nobilium curatelæ , & actus ad alios magi-
ſtratus inferiores referri primo poterunt. Et modo iamiam
præfato audiui & etiam vidi iudicatum fuiſſe , per illuſtriſſi-
mam,& Sereniſſimam Dominam, Ducem Parmę,Placentię
&c. Gubernatricem totius Belgiæ, Regiæ & Catholicæ Ma-
ieſtatis nomine,habitis prius opinione , & conſilio conſilia-
riorum Status & Priuati,penes eam exiſtentium. Bruxellæ in
conſilio Status.13.de menſis Septembris. 1563. De tutorum
autem & curatorum munere nunc finis eſto.

COMMENTARIA

IODOCI DAMHOVDERII

Brugenſis Iuriſconſulti, in Titulum , de tuto-
rum & curatorum ratione , eiuſdem
tempore,modo, atque forma.

CAPVT PRIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Ratio tutelaris,ob pietatem, digna eſt,in quam magiſtratus diligenter intendat.*

2 *Ratio tutelaris tota ex bono & æquo pendet.*

3 *Pupillaribus bonis & leges proſpiciunt.*

4 *Pupillaria bona,fraudibus multorum ſunt expoſita.*

5 *Ad rationem tutelarum Iudex non debet ſe reddere difficilem nec ſomnolentum.*

6 *Tutoris aut curatoris dolus ſemper eſt coercendus.*

7 *Adminiſtratores omnes obligantur fideliter & diligenter librum rationũ conficere,rationem reddere,& reliqua ſi quę ſint ſoluere,idque coram iudice competente,&c.*

8 *Sine redditione rationis,non pateſcit boni tutoris fidelitas, nec mali infidelitas.*

9 *Rationes cum die,& conſule,edi debent.*

10 *Ratio de iure non prius reddenda, quam poſt tutelam finitam.*

11 *Rationum libellus conficiendus eſt tantum ab adminiſtratore vniuerſaliũ plurium rerum,vel etiam vnius rei,quaque redditus & expenſas habet.*

12 *Gandenſium ordinatio ſeu ſtatutum.* } *de ratione tutelari.*

13 *Brugenſium ſtatutum.* } *de ratione tutelari.*

14 *Hyprenſium ſtatutum.* } *de ratione tutelari.*

15 *Franconatum ſeu Francoſtarum ſtatutum.* } *de ratione tutelari.*

16 *Redde rationem villicationis tuæ,ad rationem tutelarem applicatur.*

17 *Tutores,curatores,duplici ratione ad ratiocinia aſtringuntur.*

18 *Aliena ſeſe adminiſtrationi immiſcentes,ratiociniorum,reliquorumque reſtitutioni ſiunt obnoxij.*

19 *Omnis adminiſtrator,ex mala negligentique adminiſtratione obligatur.*

20 *Frater,qui adminiſtrauit,rationem quoque reddere debet.*

21 *Rationum redditio non minus tutorum,aut curatorum aſtringit hæredes, quam ipſos tutores,&c.*

22 *Contra adminiſtratoris cuiuſcunque hæredem,ſicuti contra adminiſtrato-*

rem

rem aliio intentari poteſt.

23 *In ratione non modo deducenda ſunt, quæ nomine pupillorum adminiſtrantur, verum etiam, quæ in rem eorum habentur impenſa.*

24 *In rationem venire debent, etiam geſta, aut deperdita, poſt pubertatis tempora.*

25 *Tutor functus officio, ad reddendam rationem, per Prætorem cogi debet.*

26 *Adultus ſi oblatam per tutorem rationem, ſuſcipere renuat, per iudicem ad audiendam compelli poteſt.*

27 *Rationes ſic reddendæ ſunt, ne cui detur conquerendi occaſio.*

28 *Principio qui geſſit, conueniendus, deinde magiſtratus, tertio tutor, qui non geſſit.*

29 *Pari culpa tutores omnes ex æquo ſunt obnoxij.*

30 *Poſt diuiſionem tutelæ factam liberum eſt adulto ad rationem, & ad damni reparationem compellere, quem ipſe volet.*

31 *Paris culpæ ſunt, non gerere, aut alteri male gerenti, committere.*

32 *Tutorum ac curatorum multorum ſupina ſimplicitas, qui ſe teneri non putant, quod omni adminiſtratione caruerint.*

33 *Tutorum ac curatorum prudentum eſt, ad pupilli, adultiue negocia vigilanter intendere, aliqui a tutela curaue periculo minime liberantur.*

Quoniam autem tutelæ ac curatelæ officia ſunt longe piiſſima, & hominibus Deoque gratiſſima, idcirco oōne
1 gligenter, † aut ſomnolenter, ſed potius intentiſſime, ac ſumma cum diligentia a magiſtratibus rationes tutorum ac curatorum cognoſcendæ erunt, expendendæ, atque iterum, iterumque videndæ, & recognoſcendæ, ne pupillis aut minoribus vlla fraude affectis, aut egeant, aut pereant, aut ſuis paternis opibus per aſtutiam vllam emungantur, præſertim hoc ſeculo longe corruptiſſimo, & ad nullas nō technas inſtructiſſimo. Sed vt omnibus dolis, ac fraudibus excluſis ſumma cū
2 æquitate eæ rationes tractentur, † & examinentur, quæ ita ex
3 bono & æquo † propendeant, adeo, vt nullæ non leges bonis pupillaribus, diligenter proſpicere, ac pie conſulere iuſſerint,
4 ob id quod † eorum bona plerunque tutorum, ac curatorū fraudibus (ne dicam rapacibus technis) ſint expoſita. Iudices
5 ergo † qui in huiuſmodi rationum tutelarium cauſa iudicare habent, minime ſe reddant difficiles, aut moroſos in vidēdis, ac diligenter reuidendis adminiſtratæ tutelæ, aut curæ rationibus, & in rationum computis repetendis, nempe vt in huiuſmodi cauſis (per quas minorum, atque ſimilium miſerabilium perſonarum indemnitatibus ſuccurritur) legaliter pro
6 cedant, † prouideantque (ſicuti leges volunt) vt tutoris, aut curatoris dolus, tum in adminiſtrationibus principio, tum in medio, tum in fine, omnibus tempore & caſu, ac omni ex parte coerceatur, & purgetur. Horret profecto animus ad commemorandum quantis verſutijs, quantis technis, quam fraudulentis modis pupillorum bona nunc paſſim oppugnentur, ac diripiantur, adeo vt mihi commemoraturo lachrymæ prius deficerent quam verba, ſi omnes cauſas, & fraudum iſtarum occaſiones, & modos explicare perrexero. Tantus præterea circa pupillorum, minorumque rationes reddendas miſero hoc in orbe eſt error, atque defectus, tum in tutorib. tum in magiſtratibus, tum in patriæ conſuetudinibus, aut ſtatutis, vt his explicandis nulla queat ſufficere oratio. Cæterū vt compendiaria via huius negocij veſtibulum ingrediar, precium operæ me arbitror facturum, ſi pro mei captus tenuitate prius oculis ſummatim expoſuero, quicquid huic noſtro propoſito ꝯuenire videbitur. Relictis ergo minutis a tergo di
7 uerticulis in ſacris legū voluminib. & in pluſq̄ ducentis locis ſole clarius occurrit, tutorem, curatorem, adminiſtratorēq; alienarū rerū, naturali ac ciuili rōne debere, librū rationū cōficere, rationē rerū a ſe geſtarū, plenā, fidelē, & diligentē reddere, & reliqua, ſi q̄ ſint, dēre pſoluere. Neq; dēt ſe quiſquam a tali rōne reddenda putare eſſe liberū, aut iure abſolutū, aut cū tuta ꝯſcientia. Quū. n. in rebus omnib. receptorū, & expenſorū exacta repoſcit̄ rō, multo magis ī hac pia adminiſtratione bonorū pupillariū vnicuique reddenda erit rō. ſ. vt boni adminiſtratoris appareat fidelitas, & integritas. Et vt mali adminiſtratoris coarguat̄ infidelitas, fraus, & rapacitas. Hæc. n.
8 duo † ſine rōnis redditione nec certo apparere nec certo co-
9 gnoſci poſſunt. Atq; idō vt dici ſolet, rōnes cū die & ꝯſule edi debent, qm̄ accepta & data nō aliter pñt apparere, niſi dies & ꝯſul fuerit editus. l. j. §. rōnes. ff. de eden. Nec. n. melius pōt reduci ad mentē accepta & data, q̄ declarato, quo die ſingula facta ſunt. Idq; corā iudice cōpetenti, tametſi corā viris bonis & calculi expertis, p iudicē ad hoc datis, id ēt fieri nequaquā prohibeatur. cauetur. l. 1. § officio. ff. de tute. & rat diſtra. quē tex. ad quēlibet adminiſtratorē extendunt Doct. atque. l. a. ff. vbi pup. educa. deb. necnon. l. Thais ancilla, verſ. Sorore ſua, ibi potiſſimū r̄ndit. Non ſpectandū q d hr̄dib. diſpliceat, ſed id
q bono viro poſſit placere, vt libertatē ꝯſequant̄. ff. de fideic.
10 liber. † Attamen hmōi rōnem, vt tutor reddat, in multis locis cogi nequaq̄ pōt, niſi poſt finitā tutelā, neq; curator niſi poſt curā. l. niſi finita, & l. ſi cū adhuc. ff. de tute & rat. diſtra. l. a. & l. rōoes. C. de adminiſt. tuto. vel curato. Idē in hoſpitalario vel orphanotropho. iuxta. l. orphanotrophos. C. de epiſc & cler. cle. 2. § vt aūt, de relig. domib. Idē in teſtamenti executore. l. nulli. C. de epiſc. & cler c. tua nobis, & c. Io. ext. de teſta. Simile in pcuratore, ſiue ad lites, ſiue ad negocia. l. q pprio. §. procurator. ff. de pcura. Et in ſimplici neg. geſt. l. a ff de neg. geſt. Et gñaliter, ſiue neceſſarius, ſiue volūtarius, ſiue a lege, ſiue a iudice, ſiue a teſtatore vel parte priuata cōmiſſus, ſiue ſine vllo mandato, & cōmiſſione adminiſtrauerit, ad hæc pdicta pr?ſus obligat̄. Sicuti tenent Iac. de Are Nicol de Neapo. in d. §. officio. Bar. in d. l. a. Bal. in conſ. 135. lib. 5. Ludo. Roma. conſi. 414. Quoad primū, in principio, late Soci. conſ. 46. cū in pſenti. lib. 1. q eſt duplicatū in conſi 213. lib. 2. idē Soc. conſ. 73. circa primā, lib. 1. conſ. 159. in pſenti. ꝯſ. 190. memini, lib. 2. Iaſ. ꝯſilio 115. colu. 1 lib. 2. Steph. Bertran. conſ. 136. non eſt dubium col. 1 lib. 1. Hęc aūt loca adduxi, nō ad ꝯfirmandā rē indubitatā, ſed vt illis, qui in materiarū tractatib. expatiari gaudēt lōgius, quaſi cāpū quendā inſigniorū locorū, & ampliſſimū, &
11 vberrimū, tanq̄ digito cōmonſtrarē, & ipſorū auiditati ſatiſfacerē. Superiorē aūt ꝯcluſionē intelligendā cenſeo, in adminiſtratore vniuerſali, vel gñali, vel plurium rerū, vel ēt. vnius rei quæq; redditus vel impenſas hēt. Secus ſi adminiſtrator vtroque careat. Tunc. n. inuentario, nec rōnum libro, nec calculo opus eſt. Aut certe (ſi vtilius ſic aut magis expedire videbit̄ ei cuius res adminiſtrant̄.) tunc nec inuentariū, nec rōnum libri erunt ꝯficiendi per. l. a. §. tractari. ff. ad Tertul. Bar. in l. tutor q reptoriū, col. 3. nu. 16 ff. de admin. tuto. & q notat Ludo. Roma. in ſing. 104 incip. Secundo q̄ro, Hippo. de Marſ. not. 302. nā̄. Cæterū hac de re ꝯperio ꝯſuetudines & ſtatuta nr̄a Flan
12 drico, inter ſeſe mirū eſſe diuerſa, & ꝯtra. † Gandenſiū n. ordinatione decretū eſt, tutorē, curatorēq; quēcunq; ſingulis annis, aut ad minus biēnio ſemel ad rōnē reddendā obligari, idque fieri neceſſe eſt corā Decurionibus (vulgo Scabinis) vel in ſupremis ipſis tutorib pſentib. Itē pſentib. agnatis, cognatis aut minorū amicis, ſub pęna, ſeu potius mulcta decē librarū Pariſienſ. & deinde ſub pęna Decurionū ſiue Senatorū arbi-
13 traria. † Brugēſiū vero ſtatuto ordinatū eſt, vt tutor, curatorque tutelæ curęve adminiſtratæ rōnes reddant, non corā magiſtratib. ſed in pſentia pximorū ppinquorū. Ob horū aūt defectū corā puiſore, & corā Senatorib. pupillorū, aut minorū, rōnem reddant oportet. Cuius rōnis ſummā vltimā vel ꝯcluſionē tutor ad clericū, vel graphiariū illico regiſtrādā defert, vt ea in lib. pupillario, vt moris eſt, inſcribat̄. Et rōne huius inſcriptiōis, is graphiarius nō amplius recipere pōt q̄ duos groſſos Flandricos, idq; ſub mulcta decē librarū Pariſienſiū ab ipſis tutorib. curatoribuſq; proprio e marſupio exoluēdarum.
14 Qui pterea pęnæ Senatorū, † (ſiue Scabinorū) arbitrariæ ſubiacent. Hyprenſiū aūt ſtatuto ordinatū reperimus, q tutores, curatoreſq; ſemel in anno, ad rōnē oīum, ac ſingulorū bonorū pupilli, aut minoris indubie obligent̄. Imò quācunq; ſupremis tutorib. id ipſis iudicare libuerit, atq; eandē in ipſorū Senatorū pſentia ſub mulcta triū librarū Pariſienſiū, a quolibet tutore, curatoreve defectuoſo, ppria e crumena exoluēdarū.
15 Porro Franconatū ſeu † Frācoſtarū ordinatione ſtatutoq; ordinatū atq; ſtatutū eſt, vt tutores curatoreſq; tutelari adminiſtratione fungentes quotannis, aut ad minus biēnio ſemel rōnē ſuā exacte reddant corā agnatis, cognatis, atq; alijs quos ad ea vocari operæprecium eſt, hoc eſt vt vulgo coram vocatis & vocandis pſentib. idq; ſub mulcta ſex librarū Pariſiēſiū, quolibet a tutore, curatoreve negligēte & defectuoſo, pprio
16 e marſupio exoluendarū. Qd aūt tutores ad rōnē reddendā obligent, ꝯuincit eos illud Euangelij. Luc. 16 Redde rōnē villicationis tuæ. Nā ſi is œconomus ſiue diſpenſator repoſcit̄ a dn̄o ſuo ad rōnē ſuæ adminiſtrationis, multo magis id quoq; faciendū vr̄ in adminiſtratione rerū pupillariū. Idq; & huius exēpli meminit quoq; c. qualiter & qñ. 2 ext. de accuſa. Hinc
17 clare nunc claret, tutorē, curatorē, † & alias tales pſonas, q̄ alienarū rerū gubernationē receperunt, duplici rōne ad rōcinia aſtrictos eſſe, primo, tanq̄ adminiſtratores. Scdo, veluti tutores, & curatores. Atq; hinc gñale ſimul & veriſſimum illud
18 axioma iuris effluxit, quo dr̄. Qui alienæ ſeſe adminiſtrationi immiſcēt, ij rōciniorū, reliquorūq; reſtitutioni ſunt obnoxij. Nā ſiue vt tutores, ſiue vt curatores, ſiue vt negociorū patroni, pupillorū bona adminiſtrauerint, ſp rōnē reddere obligantur. Adminiſtrator. n. qlibet ad id vti ſupius dixi, cōpelli pōt,
19 atq; † ea mala negligētiq; adminiſtratione, ad ꝯpēſationē, & ad reſtōnē obligat̄, vt eſt caſus, quē ibidē notabiliter declarat Bar. dum es illud ingeniū, ad pallēg. l. a. Similiter atq; in quibuſcūq; adminiſtratorib. ſibi vēdicat locū redditionis, rōnis neceſſitas, quēadmodū ꝯcludit D. Ludo. Rom. fęliciſſimo ingenio natus, in ꝯſ. 413 Quoad primum, in quo q̄rit̄. An hæres, in

principio,& in conſilio 168.ad exordium. Quo quæritur, in
20 tertio dubio,quo quidem loco concludit, † fratrem qui adminiſtrauit,rationem debere reddere. Tradit etiam D. Abbas,vir ſingulari ſapientia,doctrinaque præditus,in conſil. 12. vt clare materia thematis,in ſexto dubio,libro 10 Et Cumanus Doctor ſpectabilis doctrinæ ac ſapientiæ, in conſilio 87. in caſu præmiſſo,in principio. Et celeberrimus.I.V.Doctor D.Philip.Decius,in elegantiſſimis ſuis iuris reſponſis, ſiue cõſiliis,conſil.110 columna tertia,verſ.Circa ſecundam conclu
21 ſionem principalem.primo volumine, incip. † Diuino implorato præſidio Cæterum iſtius rationis reddendæ neceſſitas, non ſolum ipſos tutores,curatores,aut adminiſtratores ipſos ligat,& compellit,ſed etiam ligat ipſos tutorum,&c.hæredes, & in eorum bona ſuccedentes,quod contra eos eadem actio ſimul tranſeat,quæ aduerſus adminiſtratores,ſcilicet,vt rationem redderent.l.3.§.hæc autem actio.ff.de neg.geſt.& l.omnes tutores.necnon.l.tutelæ.C.arbit,tute.Apertiſſime.l.ſi.C. de hæredibus tuto.& curato notatque Ludo. Roma. in præalleg.conſil.413.in principio, quoad primum, in quo quæri-
22 tur, † an hæres. Ideoque nihil mirum contra aduerſuſque adminiſtratoris cuiuſcunque hæredem,aut hæredes,ſicuti ꝯ adminiſtratorem,actionem materiæ ſubiectæ congruentẽ, intentari poſſe,ſiue ob rationem reddendam ſiue occaſione
23 alterius cuiuſcunque cauſæ. Atque in eam rationem nõ modo deducenda ſunt,quę nomine pupillorum adminiſtrantur, verum etiam quæcunque in rem eorum habentur impenſa. Aequiſſimum enim eſt,ſumptus cum iis quæ recepta ſunt,ĕt hoc caſu æquari atque compenſari debere.l.2 ff vbi pup.educa.debeat.Accedit huic.l.ſumptus.C.de adminiſtrat.tuto. vel curato.His quoque ſeruit.l.prima § præterea.ff.de contra.& vtili actio.tute.facit.l quod in diem.§.ſi rationem compenſa-
24 tionis.ff.de compenſa Item in rationem venire debet, quicquid poſt pubertatis tempus (finita ſcilicet tutela) vel tutor geſſit,vel quicquid ex rebus minorum(dum non erant pen-
25 ti curatores) diſperiit.l. tutor poſt pubertatem.C.arbit,tute. Proinde,quemadmodum tutor functus officio ſuo,ad reddẽdam rationem, ſi ad hoc æquo tardior, negligentior, ac ſegnior eſſe pergat,per Prætorem cogi debet.l prima.§.officio
26 ff de tute.& ratio.diſtrah.Ita e contrario, † ſi adultus oblatã per tutorem rationem ſuſcipere cõtempſerit, is ſimiliter per iudicem compelli poterit,ne tutoris operam vel ludificet,vel diutius in ſuſpenſo teneat. Plurimum enim in rem tutoris eſt vt quam poteſt ocyſſime rationem adminiſtrationis reddat, ne bona ſua ſcilicet omnia,pro hac vna adminiſtratione, diutius interim maneant obligata.l.pro officio.C.de adminiſtr.
27 tuto.& l.ſi C.de viu.pupil †Et rationes ſic reddendæ ſunt,ne vel adminiſtrator,vel is ad quem adminiſtratæ res pertinent, habeat quod quæratur,vel quod merito alter poſſit reijcere, aut alter immerito inſerere.Nam ſicut in rationibus ad commodum rei geſtæ nihil præteriri debet: ita contra, ſumptus bona fide factos non oportet repudiare,vt indemnitatem ꝯſequatur adminiſtrator.l.prima.ff.de tute.& ratio.diſtrahen. Hæc quum ita ſeſe habeant,rogo perpendere velis, quid mereantur hi,qui non obſtante debita,decenti, ac ſufficienti ratione reddita ſuis quondam minoribus, atque ab eis (quemadmodum decet)habita liberatione,ſeu,vulgo, quietatione, nihilominus tamen eoſdem ſuos tutores, ac curatores quotidie vexant,moleſtant,perturbant, huc illucque diſtrahunt, ac malitioſe citare non deſinunt. Porro ſi plures ſint dati tutores,& tutela eadem fuerit diuiſa, ita vt ſinguli ſingulas re-
28 rum partes debeant adminiſtrare,vel vnus,omnes † res ſimul: tunc primo conueniendus eſt is,qui geſſit,atque eo non exiſtente ſoluendo,magiſtratus conueniendus erit, ea actione,
29 quam † ſubſidiariam vocant, & deinde tutores reliqui, qui non geſſerunt,de neglectis autem quæ in geſtorum numero non habentur: omnes tutores ex æquo ſunt obſtricti, & æ-
30 qualis † ſunt culpæ.Sin autem legitima tutelæ diuiſio per teſtatorem,aut iudicem non ſit facta,& vnus interim ex tutoribus ſolum geſſit,vel ſi tutores inter ſe rem pupillarem ſic partiti ſunt,vt vnus huius rei, & alter alterius rei adminiſtrationem gereret,nunc in arbitrio eſt adulti, vel omnes ſimul, vel quemlibet ex eis, etiam eum qui non geſſit, (quem honorarium appellat.l,tertia.§.ſi parens. ff. de adminiſtratione tuto.
31 vel curato) in ſolidum conuenire. † Vſqueadeo paris culpæ ſunt,non gerere,aut alteri male gerenti aliquid committere, quæ manifeſtiſſimo iure ſancita habentur, in l.ſecunda.C.de diuiden.tute.Atque in l.ita autem §.geſſiſſe.ff.de adminiſtra.
32 tuto.vel curato. † Quod quidem axioma iuridicum alta mente,tenacique memoria recondendum ſuadeo, cõtra autem fraudulentos,aut nimium ſtupidos tutores,& curatores, qui plerunque ſeſe purgatum iri putant,ob hoc, quod ipſam rerum præcipuam adminiſtrationem non geſſerunt. Atque in huiuſmodi ocioſa verba ferè prorumpunt.Si pupillus noſter tã tum paſſus ſit iacturam, ego ſuſque deque fero, nihilo irregetius dormiam,quum nihil de meo decidatur. Viderit ille qui vniuerſam rei adminiſtrationem ſibi aſſumpſit, male geſſit, peiuſque decoxit. Ego profecto nullam adminiſtrationẽ nec habui,nec habere volui. Is ſcilicet curet,& trepidet, qui tam male texit,videat is quomodo receptorum,& expenſorũ debitam ac legitimam rationem ſit redditurus. Mihi nec ſerit, nec metitur, ideoque nec quicquam mihi imputabitur. Ah ſtupidi,& imprudentes tutores, qui vos liberos & immunes exiſtimatis a culpa & pęculis,ob id quod adminiſtratione caruiſtis.Singuli enim tutorum, & curatorum, tam non adminiſtrantium,quam adminiſtrantium, iiſdem ſubiecti ſemper ſunt periculis,ſi per vnum ipſorum res pupillares male diſperreant.Quocirca prudentum tutorum,curatorumve eſt, tam etſi adminiſtratione carẽãt (quoniam honorarij ſunt)nõ minus ad,pupilli,adultive negocia aduigilare,quam eſt illius, ꝙ ſolus rei adminiſtrationem in ſe ſuſcepit. Hoc enim niſi fecerint,a tutelæ curæve periculo minime liberabũtur. Sed ſi ꝗd
33 ex rebus † minorum,(officio durante)ſit decoctum,atq; perierit,id omne tutorum curatorumve tam adminiſtrantium quam quieſcentium, hoc eſt honorariorum, damno atque periculo perit.Nec quiſquam eorum a talis tutelę curęve male geſtæ damnis aut periculis releuabitur,pręallegata.l.tertia, §.ſi parens.Hæc quum longe ſint certiſſima,optarem omnibus quoque eſſe notiſſima,potiſſimum illis,qui pecuniarum amore,tam temere ad tutelas aut curatelas quorundam opulentorum ſeſe tam faciliter ingerunt,vnde poſt ſe difficillime extricare queunt, ſicuti & in ſequentibus manifeſtius commonſtrabimus.

CAPVT SECVNDVM.

SVMMARIVM.

1 *Rationum redditio plurima requirit.*
2 *Rationum chartas reddere tantum,non eſt rationes reddere.*
3 *Reddere debita tantum,non eſt rationes reddere.*
4 *Non ſufficit in folle reliqua offerre.*
5 *Si tutor aut curator debitor in pecunia non reperiatur, nunquid ſaltẽ obligatur rationum codices oſtendere,dominumque inſtruere.*
6 *Deficiente eo quod eſt principale, atque cauſa alterius, deſtruetur & ſubſequens,ſeu acceſſorium annihilatur*
7 *Rationum redditio quatuor complectitur ſecundum Baldum,ſecundum vero Caliſtra.& Vlpia. duo.*
8 *Rationes reddere obligatus,poteſt impetrare a magiſtratu arbitrum vulgo calculatorem,qui de acceptis & expenſis duntaxat cognoſcat.*
9 *Rationes debent omnia recepta, & impenſa clare & ſingulatim exprimere.*
10 *Ratio debet continere nominatim a quo receptum,cui datum & quantum, & ex qua cauſa,& qua die.*
11 *Quomodo intelligendum eſt,quod dictum eſt de die.*
12 *Rationes reddere quid ſit?*
13 *Enarratio plurimorum inconuenientium,ab adulterinis tutoribus & curatoribus,in ſoluendo tardioribus prouenientium.*
14 *Valerij Maximi elogium.*
15 *Opinio authoris haud contemnenda.*
16 *Carius an liceat vendere,ob terminum ſolutioni adiectum.*
17 *Precium temporis,vſura eſt.*
18 *Quicunque rem pluris,aut carius vendit eo duntaxat reſpectu, quod emptori terminum ad ſoluendum tribuat, vſurariæ prauitati obnoxius cenſebitur.*
19 *Non debet quis crimen ſuum, commodis alienis palliare.*
20 *Abſque ſcrupulo poteſt quis merces vendere cariori precio Platoni,propria pecunia carenti,ſed terminum ſolutionis petenti, quam Socrati eaſdẽ prompta pecunia ementi, modo iuſti precij latitudinem non excedat.*
21 *Etiam iuſti precij latitudinem excedendo,poteſt licite carius merces vendere ad diem,vel certum terminum,ratione intereſſe damni emergentis vel lucri ceſſantis,quod propter ſolutionis dilationem patitur.*
22 *In mutuo licitum eſt,ratione intereſſe,quid ultra ſortem recipere, & in pactum hoc deducere*
23 *Videat quilibet ne mentiatur iniquitas ſibi.*
24 *Duæ regulæ Scoto teſte,vt licite aliqua res vendatur & ematur,ſine vſura & iniuſtitia.*
25 *Tempus nec uendentis, nec ementis eſt.*
26 *Venditor uel emptor non ponat ſe in tuto de lucro, uel ſemper, uel ut in pluribus.*
27 *De uenditore & emptore idem iudicium.*
28 *Optima doctrina Godſcalci, Si ſcire uelis, an fraudem uel iniuſtitiam uendendo committeris.*
29 *Conſcientia optimus iudex & teſtis.*
30 *Fac ſemper alteri,ſicut tibi uelles fieri.*
31 *Nomina ſi ſint in ratione ſuſpecta, tunc ab eo qui rationem reddit exigitur probatio,debitores fuiſſe tempore contractus idoneos.*

Tutores

32 *Tutores & curatores debent conſiderare perſonarum conditiones, cum quibus minorum nomine contrahunt.*
33 *Tutoribus ac curatoribus in emptione alicuius rei, quid primum incumbat.*
34 *Stricta & arcta nonnullorum practicorum opinio, & ſi multum ſecura.*
35 *Tutores & curatores, ſecundum quoſdam, minime obligantur ex contractu pupilli aut adulti nomine geſto, licet ei ſuccedat, quando factus eſt cũ conſenſu matris pupilli, aut adulti & coniunctorum.*
36 *Conſanguineorum et proximorum præſentia, inducit præſumptionem, quod abſuerit metus.*
37 *Iudex aſſeſſoribus conſiliariiſque quos habet de publico adhibitis, iudicando, non facit litem ſuam.*
38 *Iuſſus iudicis uel Senatus authoritas, excuſat, & facit licitum, quod alias foret illicitum.*
39 *Authoris animaduerſio.*

1 Multa ſunt quæ ad rationẽ † reddendam requiruntur. Hæc omnia ſingulatim (auſpice Deo) recenſere conſtitui.

Primo neceſſum eſt, vt rationales libelli, in quibus rationes conſcriptæ ſunt, magiſtratui exhibeantur, & poſtea ipſis pupillis, atque minoribus exhibitę tradãtur, alioqui tutores, curatoreſque tutelæ iudicio obligabuntur, iuxta l. finalem §. inter cętera, & ibi D. Bar. ff. de liber. lega. & l. ſi cui libertas, atque l. cum ſeruus. ff. de condi. & demonſt. idem Bar. in l. cum teſtamento. C. de teſta. manumiſ. & in l. ſi ita fuerit. §. quęſtio. ad finem. ff. de manu. teſtamen. idem Barto. in l. prima. § officio. ff. de tut. & ratio. diſtrahen. Ratio autem exhibitionis habetur ex præallegata l. cum ſeruus, ſcilicet vt rationes reddantur, quomodo reddi ſolent, nempe vt rationes primum legẽdæ, deinde computandæ ſic offerantur, vt diligenter examinari poſſint, an rationum formæ, & res probe ac fideliter, an infideliter, perperamque ſint digeſtæ, & compoſitæ: an accepta recte relata, an non recte. Atque ita debent res incipere a facto, id eſt ratiocinatione: vt deinde perueniatur ad pecuniã, id eſt, dationem & numerationem Ad quam rationum notitiam tutores inſtrui debent, vt Magiſtratus ſtatim videant, & ſciant, quid in quacunque ratione, ſeu rationum libro ſcriptũ ſit. Ita habet notabilis l. cum ſeruus. ff. de condi. & demonſt. his ſeruit l. ſi cui. ff. eodem titulo & l. ſi ita fuerit. §. quæſt. hæc. ff. de manumiſ. teſta. necnon l. prima. §. officio. & ibi D. Barto, 2 ff. de tute. & rat. diſtrahen. † Ex quibus prędictis manifeſtum omne euadit, quod rationum chartas ſolummodo exhibere, nequaquam ſit rationem reddere, quum is etiam exhibeat chartas, cui rationem reddere vetitum eſt. Sic etiam ſolum3 modo † reddere debita, non eſt rationes reddere, ideoque illud non ſufficit, ſed prætereа requiritur, vt dominũ inſtruat, ipſique etiam reliqua reddat, præallegata l. cum ſeruus. Non enim abſoluuntur rationes verbis duntaxat, vt vult textus no4 tabilis in d. l. cum ſeruus. † Neque etiam ſufficit in folle, vt dici ſoler, reliqua offerre, vt ibidem ait textus in illis verbis. Nã non vtique ſi ille in folle reliqua obtulit, liber erit: non enim teſtator hoc ſenſit, &c. Sed Dominus Baldus in l. cum teſta5 mento. C. de manumi. teſta. ſciſcitatur. † Si tutor aut curator debitor in pecunia non reperiatur, an ne ſaltem obligetur rationum codices oſtẽdere, dominumque antequam liber ſit, inſtruere? Qui in loco præallegato ſubtiliter, quemadmodũ frequenter ſuo more, reſpondet, negatiuam partem amplectens, ſic. Quamuis dicitur, tutorem aut curatorẽ teneri, obligarique ad duo, nempe ad reliqua, & ad edẽdos codices, hoc eſt, rationum libros, hæc tamen duo ſunt propter vnum, ſcili6 cet, propter reddenda reliqua. Ideoque deficiente eo, quod eſt principale, immo quod eſt alterius cauſa finalis, quia nihil debet, etiam ipſe effectus, ipſumque ſubſequẽs, & acceſſoriũ minus principale, merito deſtruitur & annihilatur. Baldum ſequitur D. Iaſon. ingenij dotibus cumulatiſſimus, conſil. 4. colum. 2. libro tertio, & conſil. 100 lib. 4. dicens: ad reddendas rationes omnino requiri quatuor, nempe codices edi, calculum poni, reliqua reddi, culpam purgari ſolutione eius quod debetur, quæ quatuor diligenter notanda ait, ſi fortaſſis aliqñ eueniant in facto. Mihi tamen magis arridet doctrina Iuriſconſultorum in dictis ll. maxime in l. cum ſeruus & l. qui ſub conditione. ff. de condit. & demonſt. & l. ſi ſtatulibera. §. fina. ff. de ſtatolibet. atque dicta l. ſi ita fuerit. §. quæſtio hæc ff. de manumiſ. teſtamen. Vbi tantum duo explicantur, quæ ad rationem reddendam requiruntur.

Primum conſiſtit in facto, hoc eſt, vt rationes, volumina, cautiones, inſtrumentaque actus ſui exhibeantur, & tradantur. Deinde vt rationes legendæ, percontandæ, diſpungendę, atque excutiendæ offerantur.

Secundum autem ſitum eſt in dando, videlicet vt reliqua ſoluantur. Vt autem iſthæc materia tum vtilis, tum facilius, tũ clarius illuceſcat, & cuius fructum pariat, quæ hic ſubiecimus obſeruanda ſuadeo.

8 † Primo is qui rationem reddere debet, is poteſt impetrare a magiſtratu arbitrum, quem vulgo calculatorem appellãt 9 qui de acceptis & expenſis duntaxat cognoſcat. l. ſi cui libertas. ff. de condi. & demonſtrat. & ibi D. Bart.

Secundo, in rationum ſuarum libris debet omnia ſingulatim, clare, & explicite deſcribere, & exprimere, tam in receptis, quam in impenſis, & in capitulis ab eis dependentibus, ad hoc enim edi & legi debet ratio, vt fiat per ſingula particularis percontatio & computatio, ſic vt per talem apte diſtinctum ordinem facilius quoque obſeruari poſſet, an computationes probe an improbe referantur, & an accepta recte relata ſint, an non recte, vt inquit textus in d. l. cum ſeruus. ff. de condi. & demonſtra. vti etiam paulo ante diximus. Poſtq̃ enim ſic per ſingula, & clare facta fuerit omnium narratio, declaratio, & computatio, facilius quoque veritas aut falſitas deprehendi poterit, quam ſi cuncta generaliter, confuſe, atq; indiſtincte, enarrata fuiſſent, & exhibita. Quocirca non ſufficit vt aliquis ſuam rationem exhibeat, ita confuſe digeſtam, vt receptorum, & expenſorum nullus conſtet ordo, ſed potius variis interruptionibus omnia permiſta appareant. Tales enim rationes merito, vt ineptæ, reijci poſſunt.

10 † Tertio curet vt in libello rationario ſuo nominatim exprimat, a quo receptum, quando receptum, ſcilicet in redditibus, cui datum, & quãtum, & ex qua cauſa, & qua die, vt notab. Bar. & Ioan. de Pla. in l. comperimus, per illum textum, de nauicula. lib. 11. & per l. apparitores, de exacto. tribu. l. neminem, de ſuſcepto. & archa. lib. 10. C. adde l. ſiue ex Prętoriano 11 de executo. & exacto. libro duodecimo. † C. quod autem dictum eſt, de die, intelligendum eſt ſane, ſcilicet quando ſine talis expreſſione diei non poteſt intelligi, quid ſit illud quod datum refertur, vel acceptum, ſed eſſet quędam incertitudo, ſicuti fere contingit, quoties mercatores aut nautæ varias mercium ſuarum ſpecies alio transferunt, aut inferunt. Tũc enim niſi illationis aut translationis diem exacte notarent, certam quoque illationem rerum per rationes docere non poſſent, nec quid illatum eſſet veris comprobationibus oſtẽdere, quemadmodum loquitur d. l. comperimus, quæ diei expreſſionem requirit, ſecus autem de diei expreſſione ſtatuẽdum eſt & cenſendum, ſi ob eiuſdem diei ſubticentiam, nulla emergere poſſet ambiguitas, aut rei incertitudo. Tunc enim ſufficit in ratione explicare annum, menſem, vel aliud tempus accepti vel dati, puta tempus vindemiarum, vel meſſium. Porro in redditibus recipiendis ſemper neceſſum eſt, & diẽ, & annum expreſſe præſcribere. In rationibus autem ſufficit, quod ratio æque diſpungi poſſit, & ita debent intelligi dicta Doctorum ibi, & Paridis de Put. eos ſequentis, ſuo in conſulſanco tractatu ſyndi. ſub tub. reddi. ratio. officia. adde ad hęc Bart. in conſil. 150. cum prædicta, ad fi. Pet. Anch. conſi. 316. in cauſa, columna prima, Soci. in conſil. 46 columna ſecunda, libro primo, Iaſ. conſilio quarto, columna ſecunda, conſilio decimoquarto, columna quarta, libro tertio. Quem modum fere contingere dicimus inter conſanguineos, præcipue nobiles & principes, nõ autem inter plebeios. Nam ſi frater vel ſoror bona communia adminiſtrant, reddere quidem rationem claram & diſtinctam tenentur, non tamẽ ita ſtricte, nec ita ſcrupuloſe eſt exigenda ab eis. Vnde ſufficiet ſi exprimant. quantum veriſimiliter in anno expenderint pro familia, aut pro agrorũ cultura, aut territorij cuſtodia, nec adigendi ſunt ad minutam rerum ſpecificationem, quemadmodũ pulchre decidit Panormit. conſilio duodecimo, vt clare, in ſexto dub. verſic. Tertius caſus, libro primo. Sequitur Socin in conſilio ſeptuageſimotertio, circa primum, columna prima, lib. primo, & in conſilio quadrageſimo, circa primum, numero ſecundo, libro quarto. Sed hæc ſincere & ſane interpretanda ſunt, & accipienda, ſcilicet vt illud generale capitulum catenus ſit amplectendum, quatenus contra illud non ſit ſiniſtra aliqua in contrarium præſumptio, ſiue ob rei, ſiue ob impenſæ, ſiue ob perſonæ aliquam qualitatem, aut alterius rei. Præterea niſi ad ſtricte reddendam rationem ſuſcepta fuerit adminiſtratio. Hinc eſt quod meminit Baldus vir ingenio excellenti, in l. cum teſtamento, præallegata, neceſſario requiri, vt pupillo minorive ſoluatur, atque etiam quicquid vſpiam ſoluendum aſt reddatur, id eſt, vt reliqua ſoluãtur, ſi quæ ſint reſtantia per contextum ſcriptum, hoc idem etiam placuit. l. non ſolum. 2 § is qui reddere rationes. ff. de liber. lega. necnõ l. ſi quis ita. §. ſi duo. ff. de ſtatuliber. Idem etiam non diſplicuit l. quamuis, & l. qui ſub conditione. ff. de condi. & demor. Atque hoc corroborarunt, & approbarunt, Seue. & Ant. Im12 peratores † in l. cum teſtamento. C. de teſta. manumiſ. quandoquidem rationes reddere nihil aliud eſt, quam reliqua ſoluere, quæ clare apparent per contextum rationum, nequaquam

quam culpa,dolo malo,fraude, ſiniſtra,ſed ſyncera,bonaque
fide exhibitum,& conſcriptum,eſſe exoluenda. Perfacile enī
eſt,quocunque modo rationes reddere, ſed omnium difficil
limum reliqua poſſe perſoluere,reddere,& reſtituere,præſer
tim nefarijs iſtis,atque ſubdolis adminiſtratoribus, quorum
numerus (quod magnopere deplorandum eſt)noſtra tempeſta
te,magnus eſt. Quorum tenacitas, & ſolutionis iniqua pro-
craſtinatio,adoleſcentibus ſæpenumero ruinæ occaſionem,
& deſperationis malæque vitæ amplectendæ materiam præ-
bent. Nam ſi reddituarij ſint, hoc eſt, ſi tantum ſuis proprijs
victitent redditibus,hi non raro ob talem tutorum tenacita-
tem, & ſoluēdi procraſtinationem,multa incommoda,dam-
na,plerunque patiuntur, & lucrum illud, quod alioqui ſibi
comparaſſent,ſi certa ipſis & debita contigiſſet ſolutio, pla-
ne tunc deperdunt,velnti nouos redditus,agros,fundos,præ-
dia,negociationis lucrum,atque alia huiuſcemodi plura,quę
ſibi cum præſenti pecunia conquirere licuiſſet. Per eandē
autem pecuniarum inopiam,& per tardam ſolutionem præ-
dicta diſpendia indigne patiuntur. Nam ſi iſti mercaturæ,ſeu
negociationi ſtudeant,ac operam nauent, quid quæſo lucri
ſperabunt,aut quid præclari in mercatura præſtabunt cū lo-
culis vacuis? Profecto ob ſuorum nummorum carentiā,mer
ces ſuas longe carius mercari compelluntur. Qua de cauſa,oſ
ſerenus a mercatoribus illis,quibus cum negociantur & qui-
bus fidem ſuam pollicentur,cotraduntur & plane conterun-
tur: vſqueadeo,vt non raro hanc ob cauſam inuiti ac dolen-
tes incidant in rerū omniū inopiam,paupertatem, & penu-
riam,immo quod deploratius eſt ac triſtius,ob hanc cauſam
ſæpe ita in ſummum miſeriarū fundū cōcidūt,vt ſeſe ab odio
ſa ignominia,ac a publica infamia non poſſint defendere, qn
ob graue æs alienum conflatum,& ob tardam ſuorū credito
rū ſolutionem,ſæpe cogantur verſurā facere, quod Bancum
facere appellitant. Cuius infamiæ nefandiſſimæ plerunque in
cauſa ſunt huiuſmodi alienarū pecuniarū peruerſi adminiſtra-
tores,qui ſuas rationes ſimul & reliqua loco, & tēpore con-
gruis,minime reddunt. Nam quēadmodū eſt cernere in no-
ſtri æui mercatoribus, ſi quid carius emant, idē quoque ca-
rius reuendant neceſſum eſt. Et plerunque fit vt ob mercū
caritatē auocentur potius,quā aduocētur alij mercatores &
emptores. Quare contingit,vt ſi tum vendere velint,vt certe
diuendere debent,vt inquam tunc cū magno ſuo damno re-
uendant: Nam ſi,vt ſors fert,tunc non reuendant,ſed merces
eas in aliud carius tēpus ſeruare velint,tunc immodica mer-
ciū varietate & copia onerantur & grauantur,qui quomodo
mercaturā ſuā exerceāt,in pauperiē,& egeſtatē incidāt opor
tet, quū veniente die ac ſolutionis promiſſæ termino,a ſuis
creditoribus obruantur,& dehoneſtentur, quod ob negatā
a ſuis debitoribus certo expectatā ſolutionē,viciſſim ſuis cre
ditoribus exoluere non poſſunt. Verum quia ijſdem omnino
ſoluere debēt,velint nolint,vt infamiæ notā,aut carceris vin-
cula effugiant,tandē ob æs alienum ſuas ædes, prædia, prata,
nemora,totos cenſus, villas, & breuiter omne ſuū patrimo-
niū,cæteraque fortunæ bona haſtæ ſubmittere, vendendaq;
eadem etiā minoris quā iuſto precio exponere cogūtur, aut
ad minus oppignerare,ſiue hypothecare,aut creditoribus vi
lius in ſolutionē dare,& concedere cōpelluntur,qui alioqui,
vt maxime credendū eſt,diuites,& opibus affluentes fuiſſent
atque prædicta omnia pericula,incōmoda, & dedecora fœli
citer effugiſſent,ſi ſuas expectatas,& debitas pecunias, tēpo-
re & loco congruis,a prædictis adminiſtratoribus, aut credi-
toribus ſuis recipere potuiſſent. Hæc miſeranda cū mecū p̄ſ-
ſius perpendo,me continere nō poſſum quin obſtupefactus
omnipotentis Dei optimi Max. clementiā ac longanimitatē
mecū ſummopere admirer,vt qui de illis adminiſtratoribus
in Repub. tā peſtiferis exēplo pœnas non ſumat. Verū in his
diuinis diſpenſationibus nulla perſcrutanda eſt ratio,ſed om
nia ipſius ęquiſſimo relinquenda ſunt iudicio. Metuentes,ne
in ipſos aliquando cōpetat illud Valerij Maximi elogiū. Len-
14 to gradu † ad vindictā diuina procedit ira,tarditatēque ſuppli
cij grauitate cōpenſat. Sed hic mihi pij omnes fortaſſis obij-
cient,leges huiuſmodi adminiſtratorū malitiæ debere occur
rere,eāque debere cōpeſcere,& grauiter punire. Audio: ſed
quid poterunt aduerſus huiuſmodi verſutos(non homines
15 dico,ſed peſtes)optimæ leges. † Profecto in omnibus totius
Flandriæ locis ſtatuta ſunt edita, vt adminiſtratores tales ad
ratiocinia,atque reliqua reddenda per leges cōpellant. Hæc
quā ex æquo & bono,quāq; dextere,ordinata,& ſtatuta ſint,
nemo non videt. Attamen multo dexterius fœlicius & ęquius
multo fieri putarē,ſalua interim pace tantorum Senatorum,
ob plurima,vtt cernere eſt,emergentia pericula,ſi ordinaret,
& ſtatueretur vt tutores atque curatores ſtatim finita, & ab-
ſoluta tutela & cura,per decretū iudicis, quā ocyſſime admi-
niſtratoribus conſtituatur tēpus,idque breuiſſimū,quo ratio
nes ſimul,& reliqua illico ſub graui pęna perſoluerent. Atq;
ſub eadē pœna ipſis pupillis aut minoribus mādaretur, vt ad
eaſdē rationes audiendas,& acceptandas præſto adeſſent, id-
que ſiue tutores,aut curatores referre rationē, ratiunculāq;
reddere ſeſe paratos præbuerint,ſiue non. Deinde ſiue etiam
pupilli,minoreſque ob quippiā detrectantes tergiuerſentur,
ſiue non. Hæc enī omnia,ſecluſis hinc inde cauſationib. cō-
putabuntur,& reddentur corā Senatoribus atque Scriba ad
ea ordinatis atque deputatis,præſentibus etiā ibidē vtrinque
agnatis atque cognatis minorū,quorū ratio tunc ſubducen-
da & reddenda proponitur, vt apertius, & decentius cuncta
& a Senatoribus,& ab amicis intelligantur, & examinentur,
quæ & quæ non in cōputū tranſire mereantur,idque,vt dixi,
ſub pœna ſeu verius mulcta grauiſſima,in contrariū agentes
ſine diſſimulatione infligēda. Quod autē ratio & reliqua ſub
ducenda ſunt,corā Senatoribus & cognatis,& affinibus,cau
ſa hæc eſt,vt illi certius cognoſcant,an rationes probe an per
perā ſint relatæ. Nā quāuis ipſi pupilli adulti plerunque inue-
niantur ſuis tutoribus magis gnari,acriores,& prudentiores,
in rationibus tamen non æque ſemper ſapiunt, atque in alijs
rebus. Quocirca adhibentur in rationū negocijs aliquot viri
cordati & exercitatiores, vt illi, incorruptius de rationibus
oblatis diiudicent: Porro ſi ipſi pupilli,adulti,ipſis tutoribus,
in rationū formis eſſe ingenioſiores, doctiores, aut certe mi-
nus ſtupidi habeantur,tū ipſi tutores magis ſegnes ſeſe ad ra-
tionis exhibitionē præbent,metuentes ne ipſorū exhibenda
ratio ab ijs quoque reprehendatur, quos prius incautos, &
ſtupidos ſperabant ſeſe potuiſſe fallere,& nūc eoſdem ſe gna-
ros magis metuunt. Sed quid hic machinantur putas? Alia
tunc via inſiſtunt,diffiſi enim ſuis fraudibus in rationū libel-
lis inſpargendis,ipſos quantūlibet acres pupillos adultos ad-
eunt,blanditijs alijſque ſtrophis,eoſdem circūueniūt, & aſtu
te remorantur,quoouſque debito, & conſtituto tēpore ſuas
rationes,& reliqua decenter abſoluant. Quoniā aūt paulo ſu-
perius meminimus de mercatoribus,qui ſuis debitoribus ob
æratis ſubinde merces vendant carius, non temere me factu
rū puto,ſi hac de re hanc quæſtionē obiter explicauero, ſci-
16 licet, † an quippiā carius liceat vendere propter ſolutionis ter
minū,longius protractū aut conſtitutū? Profecto ſi ipſos mer
catores hæc roges,haud dubie,& incunctanter reſpondebūt
affirmatiue,id ſibi licere maxime: idque ita diiudicantes ex
corrupta potius,& de recepta conſuetudine,quam ex rerum
ſyncero iudicio,ac notitia. Quocirca neglectis eorū mercato
rū corruptis iudicijs,quid hac de re potius cenſendū ſit, nūc
videamus: Ego itaque vel ijs inuitis, ad prædictā quæſtionem
negatiue reſpondendū dico,ſcilicet,ob tēporis ſoluendi pro
lixitatē,nullo modo ipſis licere diuēdere carius,ideoque om
nes cōtractus huiuſmodi vſurarios,illicitos,nefarios,& quo-
uis iure,ciuili,canonico,& diuino prohibitos, & reproban-
dos. Nam in his contractibus res carius venditur ob ipſum tē
pus,ſiue ob terminū longiorē ſolutioni deſtinatū, conceſſū
aut concedendū,quod fieri iura legeſque ſummopere prohi
17 bent, ob id quod in dictis contractibus ſit incluſum precium
tēporis,quod eſt vſura,quemadmodū clare continet c. in ci-
uitate,necnon. c. nauiganti. §. finali. & ibi ſacrorū canonum
explanatores,de vſur. quibus accedat. l. hactenus. §. fina. ff. de
conſtitu. pecu. Ex his igitur ita ſeſe habētibus, hoc certū axio
18 ma colligimus. † Quicunque rem pluris aut carius vendit,eo
duntaxat reſpectu, quod emptori tēpus terminūque ad ſol-
uendum concedat,& tribuat,is vſurā certiſſime cōmittit,vel
ob id,quod vt dicunt temperamēta recipit. Atque hoc axio-
ma magnis auctoritatibus,& multis iurib. innititur. Interim
hoc te obſeruare volo,quod prædicto axiomati non aduerſe
tur. c. per veſtras, de dona. inter virum & vxorem, quæ habet
dotem in caſu,negociatori aut mercatori committi poſſe,ſci
licet vt de honeſti lucri parte, maritus matrimonij onera ſu-
ſtentare poſſit. Quia autē meminit ibidē textus expreſſim de
honeſto lucro,igitur non putandū, quod maritus tunc dotē
fœneratl dicatur,aut de vſuris alere vxorē, argumento au-
thenticæ,nouiſſime. C. de adminiſtrat. tuto. ſed dicendum,qꝫ
dotē eā in ſocietatē honeſtā,commerciumve aliquod cōuer
tat honeſtū,vt vxorē ſic ex lucro quoque honeſto alat,argu-
mento in Authentico, vt hi qui oblig. hab. ſe perhib. res mi-
no. §. quoniā autem videmus,colla. 6. nec enim cogitur, nec
19 admittitur fœnerari. † Non enim debet aliquis crimen ſuū
commodis alienis palliare, ſicut nec ſuo ꝓprio cōmodo 46.
diſtinct. c. finali. quod haud diſplicet Goſ. Hoſtien. Ioan. And.
eorumque ſequacibus,quodque etiam confirmat Bal. D. ſub
tiliſs. ſuper rub. C. de conſtit. pecu. vbi inquit,d. c. per veſtras,
non pugnare,quia ibi ad rationem licitæ negociationis perti
20 nebant lucra,† non ad rationem temporis. Hic tamen ſciēdū
eſt,& notandum,quod quiſpiam licite,& abſque ſcrupulo,tri
ticum, pannos, aliaſve merces Platoni prompta pecunia ca-
rent: ,

renti,terminumque ſolutionis petenti,vendere quidem poſ
ſit carius,quam ſolcrati eaſdem prompta pecunia emẽti,mo-
do iuſti precij magnitudinem non excedat. Exemplum ocu-
lis ſubiiciam. Non enim eſt prohibitum,ſed permiſſum,ut ali
21 quis vendat Socrati vnum pannum pro 60 & Platoni pro 61.
Immo quod magis eſt,quoties ita iuſtum precium non enor
miter exceditur,dico mercatorem tunc licitè,& ſine ſcrupu
lo poſſe carius pannos,aut alias merces vendere ad diem vel
certum terminum conſtitutum, non quidem temporis cau-
ſa,ſed reſpectu damni,fortaſſis ob diuturnam credentiam e-
merſuri,aut ſaltẽ reſpectu lucri tunc ceſſantis, quod propter
ſolutionis dilationem patitur. Quamobrem ſi teſte conſcien
22 tia ingenuè,& ſyncere profiteretur aliquis, quod mallet ho-
juſmodi pannum,aut alias merces promptam recipiendo pe
cuniam, vendere pro 60. vel 61. (quæ ſtatuitur iuſti precii eſ-
ſe magnitudo) quam expectando ſolutionem in annum, aut
duos annos pro 64 vel 68. Is profecto tunc tutus eſt in con-
ſcientia,tunc enim propriè nõ accipit partem illam iuſti pre-
cii latitudinem egredientem,ratione precii aut temporis,ſed
ratione compenſationis illius damni,& detrimenti,& in mu
tuo licitum eſt,ſcilicet vt ratione damni aliquid vltra mutuũ
recipiat,atque in pactum hoc deducat. Atque hoc certum
& indubitatum eſt,nullumq; dubietatis ſcrupulum habet,de
intereſſe damni emergentis loquendo. Immo verum etiam
exiſtimo,intelligendo de intereſſe ueri lucri ceſſantis, tamet
23 ſi beatus Thomas aliique nonnulli oppoſitum ſentiant. Sed
uideat quilibet ne mentiatur iniquitas ſibi. Ea de re plurimi
aiunt intereſſe ſubeſſe propter ſolutionis dilationem ac uen
ditionem ad terminum. Vbi autem non poteſt contingere
verum intereſſe,aut vbi damnum, vel intereſſe non eſt tan-
tum,vt ratione illius carius merces vendant,tunc illicitum ꝑ
culdubio eſt, quandoquidem ſic principaliter ratione tem-
24 poris carius vendunt,& plus recipiunt. Nequis autem incau-
tius ad hanc vſuram ſeſe impingat,ſed ut licite,& abſque vſu
25 ræ ſcrupulo quippiam aut vendat,aut emat, duæ ſtatuuntur
(teſte etiam Scoto) regulæ. Prior eſt,ut non vẽdatur tempus,
26 quia non eſt ipſius vendentis,ſicut nec emẽtis. Poſterior eſt,
ne venditor ponat ſe in tuto de lucro,vel ſemper,uel vt in plu
27 ribus nec etiam emptor. Nam de uenditore & emptore ſimi
liter iudicandum eſt. Quemadmodum enim venditor plus
iuſto vendens,& recipiens vltra iuſti precij latitudinem,tene
tur & obligatur emptori reſtituere tantum,quantum plus iu
ſto receperit,ſi eundem reperire poſſit,alias pauperibus. Ita
ſimiliter emptor,ſi minus iuſto precio emat,ſub latitudine iu
ſti precii tenetur venditori refundere quantum minus iuſto
dedit pro merce. Huic ſniæ noſtræ aſtipulatur, ſacræ Theolo-
giæ profeſſor, magiſter Godſcalcus Roſemondus, in ſuo li-
bello de ratione confitendi,folio 104. De venditione ad ter-
28 minum,ad medium,nempe,ſi ſcire velis, an fraudem uel in-
iuſtitiam vendendo commiſeris, conſtitue te in locum em-
ptoris,& interroga propriam tuam conſcientiam, an ne iudi
cares te deceptum,ſi eaſdem merces tali precio ab alio emiſ-
29 ſes. † Vnde propria conſcientia optimus iudex, & teſtis erit
tibi,in his ac multis alijs. Si ergo iuſtus velis eſſe mercator, &
pro modico commodo,ac pro diuitiis terrenis nolis perde-
re nobilem theſaurum animæ,& cæleſtes,& æternas diuitias.
30 † Alteri ſemper vendendo,emendo,& quodcunque officiũ,
vel opus exercendo, feceris, quod tibi fieri velles, ſic tutius
mercaturam tuam exercebis,teſte tuapte conſcientia,& teſti
bus omnibus Theologis,& iuriſperitis. Sed ad rationes reuer
tamur. Si pupillorum, aut minorum debitores poſtea bancũ
fecerint (vt dici ſolet) tunc tutores & curatores in ſuis rationi
bus,euidenter oſtendere,& probare debent, quod debitores
pupillorum aut minorum, cum quibus pridem negociando
(pupillorum loco) contraxerãt,fuerant ſat diuites, & optime
ſoluendo,ac tales, vt ſagaciſſimus quiſque paterfamilias non
dubitaſſet cum iis contractare, ipſiſque firmiter credere. Nã
31 ab iis † qui rationem audiunt, diligenter obſeruandum eſt,
ne in ratione ponantur nomina ſuſpecta. Tunc enim ab eo,
qui rationem reddit,exigitur probatio debitores fuiſſe tem-
pore contractus idoneos. l. qui ſub conditione. ff. de condit.
& demonſtrat. Id autem ſi tutores aut curatores commõn-
ſtrare,docereque nequeant,damnum,periculum, & incom-
32 modum quod minores merito ſufferrent, ipſi ſubeant,& ſuf
ferant oportet. Quapropter tutores,& curatores curent, de-
que hoc ſoliciti ſint,vt diligenter obſeruent,& perſpectas ha
beãt eorum hominum perſonarumque conditiones,cum q
bus minorum nomine contrahunt,& negociãtur. Quod ni-
ſi fecerint non raro ſeſe grauibus periculis, & iacturis obie-
ctos implicabunt. Non igitur cum hominibus ſiue perſonis,
communi fama vilibus,indigentibus, miſeris, deque fuga ſu-
ſpectis,minorum nomine negociandum,ac contrahendum
33 ſuadeo. Pari ratione tutoribus † & curatoribus diligenter vi

dendum erit quales ſint ij,qui ipſis emenda offerunt prædia,
prata,aut his ſimilia,vt ea pupillis minoribuſque comparent,
& emant. Tunc enim ipſorum muneris erit, & officij,vt pri-
mum & ante omnia accurate diligenterque inueſtigent, nũ
redditus ſiue redditũum conſtitutio, villæ,cenſus,prædia, id-
genuſque alia minoribus conducant, & conueniant. Præte-
reaan eorum alienatores, eorum legitimi, veriq; domini
ſint. An ea alienare ſint potentes, & poteſtatem habentes.
Niſi enim in his tutores,& curatores oculatiſſimi fuerint,ſed
ſi per ipſorum ſtupidam inertiam & negligentiam,ipſi pupil-
li aut minores damnum aut incommodum aliquod ferant,
id omne profecto in caput ipſorum redundare debet. Cæte
rum his damnis & periculis non erunt obnoxij, ſi emptionis
tempore,de eo probe cautum fuerit, ac poſtea tandem per
alium colonum empta,comperiantur effecta minus vtilia,&
34 commoda. † Sunt tamen nonnulli ſtrictioris, arctioriſq; opi
nionis practici,indiſtincte, ſimpliciter,atque cathegorice di
centes,nullo quippe modo tutores, curatoreſque minorum
de bonis,quicquam ſine ſupremorum tutorum decreto,au
ctoritate,vel licentia diſponere poſſe, niſi quibuſcunque pe-
riculis aut damnis ſubiacere velint. Quocirca omnis generis
tutoribus curatoribuſque conſulo, vt in omni comparatio-
ne ſeu venditione,ſiue itidem emptione (pupillorum vel mi
norum nomine facienda) de reddibus,prædiis, nemoribus,
villis,cenſibus, ac de quibuſcunque rebus immobilibus, ſu-
premorum tutorum conſenſum,decretum, & auctoritatem
poſtulent,& expectent. Si rationabili legitimaque ex cauſa re
cuſauerint,illorum recuſationi obtemperandum omnino,&
nequaquam emendum,aut minorum nomine vendendum.
Secus ſi petitioni,licentiæ, auctoritatique petitæ ſubſcribãt,
& conſenſum permittant. Tunc a Scriba permiſſionis eiuſdẽ
conceſſæ,ſyngrapham (quam vulgo paſſim noſtra in Flandria
actam vocant) cum ſumma diligentia poſcant, quam obten-
tam diligenter cuſtodiant, ne ſi forte poſtea de cauſa lis, aut
controuerſia,quemadmodum frequenter contingit,oriatur,
ipſi tunc inermes comperiantur, quo minus ſe tũe contra le-
gum,aut maleuolorum controuerſias tutari poterint. Prædi
cta vero Acta muniti,omnibus litibus & controuerſijs per ip
ſos ſupremos tutores reſiſtendum,& reſpondendum erit,ad
quos hoc ipſum deuoluitur, ratione conſenſus, licentiæ, au-
thoritatiſque conceſſæ,& tributæ. Sunt tamen alii contrariæ
opinionis & ſententiæ,qui dicunt quod per perſuo tuente te-
nendum eſt,quod tutores vel curatores nullo modo obno-
35 xij ſunt prædictis † damnis & periculis, ratione illius contra-
ctus,quem pupillorum,aut minorum nomine geſſerunt,quã
tumuis male ille idem cõtractus pro pupillis aut minoribus
ſuccedat,aut eueniat,potiſſimum ſi talem contractum em-
ptionis aut venditionis feciſſent præſente pupillorum aut mi
norum matre & conſentiente, & conſentientibus etiam ip-
ſorum cognatis,& affinibus proximis, etiã ſine conſenſu ma
giſtratus,iuxta gloſſam magnam in l.s. in verbo,pupillo. C. de
his quib. vt indig quam ibidem Pau. Caſt. admodum ſingula
rem reputat. Similiter D. Iaſ in l. r. C de tranſac. eandem q; gl.
dicit eſſe celebrem doctiſſimus Boerius in cõſuet. Bituricen.
in tit. de conſuet. iur. ſta. perſona § 8. in gl. Hæc cõſuetudo vſ
etiam probari,in fi. illius gl. Porro aliquo prædictorum modo
rum ſolent vti cauti,& prouidi tutores, & curatores. Idq; nõ
ſolum laudabiliter & recte, ſed etiam ſibi admodum tute ac
ſecure. Addendum eſt hic quoq; aliud non inutile remediũ,
quo tutores,& curatores ſeſe facile a piculis, & a dãnis reſar-
ciẽdis defenderint. Nẽpe ſi ꝯctus oẽs faciãt,adhibitis pupillo
rũ,aut minorũ ꝓximis,& ꝯſanguineis,& ꝑterea adhibito iu-
riſperitorum conſilio. Hæc enim ſi fecerint, quicquid damni
poſtea euenerit,ab eo tunc tutores, & curatores liberi ſunt,
& excuſandi,vt habet glo. notabilis & ſignanda in l. Polla. in
verbo,pupillo. C. de his quibus ut indig. nequaquam diſſimi-
le tenet gloſſa,in l. tutor. ff. de bon. poſſeſ. quod dom Iaſon re
fert in l. bonorum. C. qui admit. ad bon. poſſ. poſ. Addendam
& aliud in ſimili quod habetur in l. tranſactione. C. de tranſa.
36 vbi præſentia conſanguineorum, & proximorum inducit ꝓ-
ſumptionem,quod abfuerit dolus. Hinc dom. Baldus diligen
ter obſeruandam ponit cautelam (quam ipſe quoque in ſcrã
cia ſubinde obſeruari conſpexi) in rubr. de pœna iud. qui ma.
iudica. C. ſcilicet,quod hoc quod ſupra dictum eſt. Quod iu
dex qui malè ſiniſtreque iudicauerit, ſoleat facere litem ſuã,
atque ex tali delicto teneri & obligari, verum tantum habea
tur,niſi ipſe ſic perperam iudicauerit,cum aſſeſſoribus,conſi
37 liarijſque (quos habet de publico) adhibitis, tum enim aiunt
iudicem nequaquam debere facere litem ſuã, nec eius ratio-
ne occaſioneque teneri aut obligari. Quia vero in hanc rem
tam variæ opiniones incidunt,propterea ego tutoribus & cu-
ratoribus ſuaſerim,vt omnium opinionum certiſſimam am-
plectantur, quæ dicit, quod in omnibus ſupremorum tuto-
rum

rum,hoc eſt,magiſtratus conſenſum,decretum, & authoritatem implorent,& conſequantur, antequam quippiam periculoſi ex ſua authoritate tentare præſumant.Idem quoque candidi & fideles quique aduocati,atq; alij cauſarum patroni,tutoribus,ac curatoribus ſuadere deberent,nempe, vt tutores,curatoreſque ad omnia,& in omnibus, quorum ſuperius meminimus,ſupremorum tutorum, ſiue dominorū conſenſum, authoritatem & licentiam requirant & expectent, potiſſimum cum tam ingens contra ipſos periculum vertetur.Immo non tantum in hac materia,ſed etiam in quauis alia optimum,atque tutiſſimum conſilium erit, vt quicumq; vlla in re periculoſa quippiam tentare velint, ijdem prius iudicis authoritatem poſtulent,ſibique procurent, quo iudex cum cauſæ cognitione decernat, quid potiſſimum facere ꝑſtet,deceat,& oporteat.tex. in argumentum in l.aut prætor.§.
38 permittitur ff.de mino. 25. ann. Iuſſus enim vel iudicis,ſenatuſve authoritas excuſat,facitque licitum, quod alias foret illicitū.l.ſi quis quaſi.ff.ad S.C.Silla.l.furti.§. qui iuſſu.ff.de his qui no.infa.l.a §.Caſſius.l.ꝙ principis,& l.quanq̄ ff.de aq.plu. arcen. Quibus adde iuris pōtificij vulgatā regulā,ꝙ quis māda.de reg.iur.lib.6.atque iuris Cæſarei regulā non minus vulgatam in l.non vī.§.qui iuſſu.& ib.dē g o.in verbo, qui iuſſu. ff.de reg.iur.longe melius text.in l. qui aūt.§. apud Labeonē. ff.quæ in frau.cred.necnon elegantiſſime in l. ſi ſtipulatus.§. ſi lancem.ff.de ſolu.& libera.cū pluſquam infinitis alijs iurib. quæ omnia dicunt,ꝙ omnium tutiſſimum,& optimū ſit,omnia per iudicem,magiſtratūve facere ne quis in obligationē, aut dānū incidat. Porro ſi tutū, atque omniū optimū eſt in
39 omnib magiſtratus decretū expoſcere,atque ex eo confidēter procedere. Igitur ꝯ periculoſum,dānoſum, & temerariū ſæpe eſt,magiſtratus authoritatem non aſſumere, ſed eā vilipendere.Quocirca longe imprudentiſſime faciunt hi adminiſtratores,qui in alienatione aut cōparatione rerū immobiliū,aut tanquā immobiliū minorū,iudicis,Prætoris,Præſidis, Magiſtratuſve conſenſum, decretū, & authoritatē expetere vilipendunt,idque plerunq; ob id,ne rerū bonitas, valor aut preciū,ſic certo cognoſcatur,aut pateſcat,deinde ne cui manifeſtū fiat,an hoc alienare, vel vendere,pupillo,minorive expediat,an non:atque hæc a nemine ſciri,aut examinari percupiunt,immo ꝙ execrabilius eſt. Sæpe rogati a nonnullis pecunijs egentibus,vt huiuſmodi redditus, cenſus ac eius generis haud diſſimilia,nomine ſuorū pupillorū aut adoleſcentū cōpararent,& ſcientes non admodū aut etiā nullo modo expedire vt emantur, cupiditate ac ardore xenioli ſeu munuſculi polliciti aſſequendi oblata emunt, & miſeros pupillos & minores ita in dāna protrudunt.Ah execrandā, iniquā, & ſummopere dolendam taliū adminiſtratorū ineſcationē,qua ipſorum animæ tā miſere captiuantur,& pupilli tā nefarie corraduntur. Sed hic mihi occinet quiſpiā, ꝙ huiuſmodi omnia faciunt cū conſenſu magiſtratus: Audio, ſed nondū excuſo. Nā ſi id efficiant cū iudicis aut magiſtratus decreto,ſiue authoritate: Ipſi interim iniuſtiſſimi haud verentur ſacramento ſolenni,& iudicialiter celebrato, ac præſtito affirmare, & aſſerere,id pupillo aut minori expedire,& cōmodū eſſe,quū tamen diuerſum oppoſitūque certiſſime, conſcientia teſte, ſciant. Ideoque ꝯ ſuas conſcientias,quæ optimi iudices ac teſtes ſunt,nequiſſimo periurio contaminare non metuūt,ſed vt viri improbi & proditoris officio ſeu munere fungentes, Iudicē,Prætorem,Præſidem,Magiſtratumque,falſis aſſertionibus circūueniunt,& fallunt. Quin & miſerabiles pupillos atque minores,qui ſe ac ſua propter ætatē tueri nequeunt fraudant,damnum & detrimentum, ꝯ ſua iuramenta,ad exordiū aſſumpti muneris præſtita illis inferunt. Quorum aſtutias & inſidias,hic longius aperire & taxare,liberet,niſi temporis anguſtia me nunc ad reliqua retraheret.

CAPVT TERTIVM.

SVMMAE.

1 *Ratio de non geſtis,attamen gerendis,non minus quam de geſtis, reddenda eſt.*
2 *Ratio etiam reddenda eſt eius, de quo tutor vel curator ex cauſa fideiuſſionis aſtringitur.*
3 *Lata culpa cenſetur,omittere in alienis,quæ adminiſtrari oportuit.*
4 *Ad quorum rationem aſtrictus fuit tutor, ad tandem aſtringuntur eiuſdē tutoris hæredes.*
5 *In ratione reddenda ſunt omnes ſyngraphæ, & inſtrumenta ad pupillos ſpectantia.*
6 *Diſtinctio inter tutorem,& tutoris hæredem, quantum ad culpam.*
7 *Iuratur in litem contra non conficientem,aut non exhibentem librum rationum.*
8 *Præſumitur contra non facientem librum rationum,ſicut contra non facientem inuentarium.*
9 *Qui non facit id,ad quod ſcit,vel ſcire debet ſe obligatum ex officij ſiue publici,ſiue priuati ratione,eo ipſo in dolo eſſe præſumitur.*
10 *Inuentarium non faciens,eo ipſo de dolo conuincitur. & propter dolum ac probationis difficultatem,ad omne detrimentum obligatur,&c.*
11 *Non conficiens,vel non exhibens cum effectu computationis ac plena examinationis librum rationum,etiam de dolo conuincitur,& ad detrimentum obligatur.*
12 *Qui nullum penitus inuentarium,aut rationum librum confecit,& qui obſcurum libellum edit,ita vt ex eo de rerum quidditate, ac valore, aut de redditus & impenſa quantitate,non clare appareat,pariter in dolo ac detrimento eſſe cenſetur.*
13 *Ratio eſt reddenda omnium fructuum,qui percepti ſunt,& qui conſuetudine communi ex re adminiſtrata percipi potuerunt.*
14 *Reddenda eſt ratio non vnius partis,ſed totius adminiſtrationis.*
centem,quod arbitrator pręſumitur in dolo,ſi enormiter lę-
26 ſit.Bar.in l.qui ſub condi.in fi.ff.de condi & demon.† Eſſet.n.
periculoſum,temerarium, & multis fraudibus expoſitum,ſi
ſimpliciter diceretur, ſine ſpecificatione ſtandum eſſe ſolo
iuramento, quemadmodum magni papalardi volunt,inquit
Io.And in d loco poſt Iac.de Rau. referens de quodã qui vo
lebat ſibi credi expendiſſe duo milia in minutis diſtributio-
nibus,ſiue aliqua alia ſeu vlteriore declaratione. Sed huic tñ
ſublimitationi certus imponendus eſt modus, vti in hoc titu
27 lo,ſed paulò inferius latius cõmonſtrabimus. Res autẽ ſubli-
mitabis hoc modo,dummodo hæ impenſæ minutæ & ſpeci-
ficatæ ſint rationabiles,rationi conſonæ, & veriſimiles,alio-
quin.n.ſi non eſſent hmõi,vt quia non debuerant fieri, tunc
ẽt probatæ non deberent approbari. Pan.& Iaſ.in d.l.fin.§.in
computatione,col. 1.C.de iu delibe.Quod ſi rectè potuerant
fieri,ſed non conſtat eſſe factas,imò veriſimilius eſt omnino
factas non eſſe,tunc non probantur iuramento. Saltem ſi ſi-
mul unitæ aſcendant ad magnam vel notabilem quantitatẽ,
28 ſm Bal.in conſi.117.inter,lib.2.Eſt.n.maxima.Quod vbicũq;
de iure, ſtatuto,vel conſuetudine ſtandum eſt iuramento ali
cuius,intelligitur,dummodo veriſimilia aſſerat, ſecus ſi pre-
ſumptio ſit in contrarium,ſecundum Bart.in l.inter omnes.
§.recte,nu 3.ff de fur.in l quẽadmodum, in fi.1. col.de agric.
& cenſi lib.11.C Ludo.Rom.conſi 480.Pręſentis dubitatio-
nis,col fin. Alex.in l.j §.per procuratorem,col. 2.ff de acquir.
poſt & in conſi.47 in cauſa & lite,col.2 verſicu. Tertia cauſa,
lib 6 Iaſon in § ſed iſte,col.18.nu 92 inſtitu.de actio.Anto.de
Pet.in repetitione l.j.de iureiuran in 72.effectu, verſicu 9 &
14 Facta autem limitabis hoc modo. Si apparet id eſſe factũ,
cuius impenſa rationibus infertur,tunc enim id ipſum pręſu
mitur factum opera & impenſa adminiſtratoris,ad cuius cu-
ram & officium ſpectabat hoc facere, vt eſt doctrina Bar.in
29 l.cum ſeruus.ff de verb. oblig. quando id quod requirit ſum-
ptum apparet factũ ab eo & eius expenſis, ad quem eos ſum-
ptus facere ſpectabat,idque tam ad obligationem & actionẽ
acquirendam, quam ad pœnam euitandam, tex. in l.2.C.de
alimen pupil pręſtan.idem Barto in l.nomina. C.arbit. tute.
ubi infert. Si teſtator iniunxit hæredi ſuo, vt curaret pingi
quodam in loco,certam figuram,certa ſub pœna,poſteaque
eadem figura picta reperiretur,ſed non ſatis cõſtaret per quẽ
depicta fuiſſet, eo caſu præſumitur per hæredem fuiſſe depi-
ctam,& ſuis ſumptibus qui ad hoc ex mandato tenebatur, &
obligabatur, ſequ.Bal.in dic.l 2.& in l.id quod pauperibus,in
fi.C.de epiſco & cleric.vbi refert quod ſi executor conſtitu-
tus eſt ad ſacellum aliquod conſtruendum,idque poſtea ap-
pareat conſtructum,per quem vero, & cuius ſumptibus fue-
rit extructum non appareat,tunc præſumitur factum ab exe
cutore,& cum eiuſdem impenſis.Et in conſil. 378. Sequitur
aliud,lib.j.Vbi uult hoſpitale pręſumi ędificatum per eũ qui
tenebatur & obligabatur,iuxta D.Bartoli doctrinam, in pre-
allegata l.cum ſeruus.quem ibi ſequuntur Imo.Pau. Alexan.
Arc.& Iaſ.idem Arc.in cap.j colum. 4.verſicu. Tu autem,de
Iudic.& ibi Fely. Ex quibus claret, quod in hoc caſu,non te-
nebitur rationes reddens, pluribus certioribuſque teſtimo-
nijs,quam prædictis, probare,quin à ſe, & cum ſuis impenſis
factum fuerit. Sed hoc ego ſanius intelligendum arbitror,ſci-
licet,quando de hoc etiam ſunt veriſimiles coniecturæ. Hæ
enim niſi fuerint,profecto tunc teneretur probare id a ſe vel
ab alio quopiam pro ſe factum eſſe. Ita dictam Barto doctri-
nam limitat,& declarat Io.Imo.in l qui ſub conditione.ff.de
condi.& demonſt.ſeq.Alexand.in d.l.cum ſeruus. Itaque te-
nendum eſt, quãuis Philip. Cor.in conſilio 45.licet in hoc,
colum.penult.& fin.libro 4 doctrinam Bartoli impugnare,&
reſtringere ad terminos d.l.2. C.de alimen. pupil. pręſtan.ni-
30 tatur. Cæterum probato a quo quid factum ſit, id ſemper
pręſumitur eiuſdem impenſis & pecunijs eſſe factum. Bald.l.
in reſtituenda.C.de petitio.hęre.l.finali, §.in computatione,
colum.1.C.de iure deliberan.vbi ad hoc allegat.l.ſi uenitri,in
fine,ff.de priuileg. credito.ſed melius facit ac quadrat.l.cum
proponas.C pro ſocio, & l.fina.C.de pignoribus. Quamuis
autem de impenſę quantitate liquido & minutim non ap-
pareat, & forſitan, nec rationarius minutatim per ſingula

exprimere poſſit, non tamen reijcitur articulus huiuſmodi
impenſæ, ex quo non eſt dubium, niſi de ſola quantitate, ſed
ſatis erit probare, quod in ea re bonus paterfamil. tantum
expendiſſet, vel fiet æſtimatio per duos tali in opere peritos,
ſecundum Barto. in dicta l. id quod pauperibus, in fine. Facit
huc quod vult idem Bartolus, in l. ſi quod ex Pamphila. ff. de
32 legatis ſecundo. † Quod licet valor rei vel damni quantitas
non ſit probata, iudex tamen ex officio debet æſtimare. l.
ſemper § officio, in fine, ff. quod vi, aut clam, atque per om-
nes ſcribentes in l. vnica. C. de ſentent. quæ pro eo, quod in-
33 ter. limitatur etiam † prædicta. l. in conſanguineis, à quibus
ſicut non exigitur tam ſtricta ſpecificatio, vt ab extraneo, ſic
nec tam ſtricta probatio, vti decidit Pau. Caſtren. in conſi-
lijs ſuis, conſilio duodecimo, in ſexto dubio, in fine, libro pri-
mo Socy. ſuis in conſilijs, conſilio 73 libro primo, quemad-
modum allegat Bald. ſuis in conſilijs, conſilio incipien. Ad
primum, quod ſecundum nouam impreſſionem eſt in ordi-
ne 418. libro tertio, vbi Baldus dicit, quod etiam in non mo-
34 dicis ſtatur † iuramento, ſi perſonæ qualitas, veriſimilitudo,
& iudicis motus cum hoc concurrant. Socyn. tamen ſuis in
conſilijs, conſilio 46. Cum in præſenti, libro primo, columna
prima, intelligit iſtud procedere, ſi conſanguineus, puta, fra-
ter adminiſtraſſet tantum iure fraternitatis. Secus ſi admi-
niſtraſſet vt tutor, vel curator. † Tunc enim vult eum teneri
35 ad diligentiorem, & ad exactiorem rationem reddendam,
quoniam expreſſa & ſolemnis obligatio, forma & vis publici
officij magis obligant & plus operantur, quam priuatim ſu-
ſcepta negociorum adminiſtratio, quod tamen intelligen-
dum puto, niſi illi quorum bona adminiſtrauit fuiſſent mi-
nores, quorum tutelam, vel curam tunc prorſus ſuſcipere,
vel quibus tunc prouidere tenebatur. Eo enim caſu arbitror
ipſum in nullo eſſe releuandum, aut abſoluēdum. Non enim
ob id melioris conditionis eſſe poteſt, ſed prioris, quod con-
tra ius neglecto officio tutelari, & authoritate iudicis, priua-
tim ex proprio motu, & ratione conſanguinitatis tantum,
talem fraternorum bonorum adminiſtrationem in ſe ſuſce-
perit, ſicuti liquebit per ea, quæ fortaſſis alio explicabuntur
loco, ſi temporis ratio permiſerit, atque Deo Optimo Maxi-
mo, ita tandem placuerit. Cenſeo tamen hanc limitationem,
atque illud dictum Baldi non ſolum locum habere in admi-
niſtrante bona maioris iure fraternitatis, ſed etiam (ſi bono
iudici id æquum videbitur) in adminiſtrante bona minoris
nomine tutorio vel curatorio, licet hoc non ita prompte &
facile, nempe propter iuramenti, & publici officij vinculum.
36 † Limitatur præterea prædicta lex in eo, cui rationum redden
darum prælegata fuiſſet liberatio, non enim tunc is tenere-
tur rationem ponere, nec probare, niſi quatenus dolum & la
tam culpam a ſeſe excluderet. Nihilominus tamen libros, &
rationem codices exhibere, & reſtituere tenetur vna cum re
liquis. Et etiam cum his, quæ ſuas ad manus peruenerunt,
quæque damno eorumque dolo & lata culpa vel fecit, vel ali
quando omiſit l. quidam decedens, in exordio. l. qui plures
ff. de admin. tuto. vel curato. l. non ſolum 2. § ſi hæres l. fina-
li, §. inter cætera. ff. de de libera. lega. Quocirca, de his omni-
bus rationem reddere neceſſario obligatur, & aſtringitur
quantumuis teſtamenta & legata his iſtis imprimis refragari
videantur, atque hoc pacto decidunt Angel. in conſilijs, con
ſilio 175. Viſo dicto ſtatuto. Alexan. ſuis in conſilijs, conſilio
74. In cauſa & lite, libro ſeptimo. Pract. Papien. In libro ad
red ratio. tute. in ver. Analogiſtas. Ad hoc autem operabi-
tur huiuſmodi legatum, ne ſcilicet nimis ſcupuloſa ſpecifica
tio, uel ne nimis anxia probatio ab adminiſtratoribus requi-
ratur, ita, vt ob leuiuſculam culpam, aut negligentiam con-
demnari non debeat, vt eſt pulcher textus, in l. ſi ſeruus veti-
tus ff. de lega. 1. ibique Bartolus, atque pulchre Salycet in l.
cum neceſſitatem. C. de fideicommiſ. vbi Philipp. Corn. ex-
preſſe vult latam culpam minime eſſe remiſſam, ſicuti etiam
memini in titulo proximo. Limitatur etiam & explicatur
prædicta lex, quando manifeſtum eſt certum aliquod opus,
atque impenſam factam eſſe, nec commode potuit, aut nūc
non facile poteſt rationarius eam impenſam ſpeciatim ac
minutatim perueſtigando cognoſcere, tunc enim ſufficit, ſi
dicat in tali ædificio tantum impenſum eſſe, potiſſimum ſi
id p inſpectionem & per veriſimilitudinē, aut per æſtimatio-
nem peritorum probare poterit. Bartolus in dicta l. qui ſub
37 conditione ff. de condit. & demonſtrat. Ex ſuperioribus au-
tem habitis atque ex D. Bartolo in l. 1. §. officio. ff. de tute. &
ratio diſtrah. per breuis hæc naſcitur quæſtio, ſcilicet, an li-
bro rationum, in expenſis omnimode ſit credendum? Hanc
quæſtionem ita diſſolues. & diſtingues, aut expenſæ ſunt ma-
gnæ, & tum non creditur. Aut ſunt modicæ, & tunc ratio-
num libello in expenſis creduntur, per ea quæ no per Raij. in l.
finali, §. in computatione. C. de iure deliberandi. Attamen in
hoc caſu, ideſt in leuibus expenſis, etiam iuramentum adhi-
bendum eſt, argumento eius quod notatur in l. diuus ff. ſi cui
plus quam per l. falcidiā, & l. ſi quis pro redemptione C. de do
nat. coniuncta gloſſa in l. vxori ff. ad l. Corn. de fal quæ fidei-
38 commiſſariū, & tutorem æquiparat. Præterea in paruis expen
ſis etiam & de quibus vix probationes requiri cōſueuerunt,
39 fidendum eſt libro rationario tutoris paulo ante defuncti, vt
notat Bartolus in dicta l id quod pauperibus, in fine, & in l.
nulli, in tertia columna, C. de epiſcop. & cleric. atque quod
nota. in Specu. de inſtrum. edi. § nunc vero aliqua. verſicu.
ſed nunquid ſecundum dictum, & cæte. & quod nota. in l. fi-
nali, § in computatione. C. de iure deliberandi. Huic autem
non obſtat, quod dictum eſt. Id paruis impenſis etiam adu-
ciendum eſſe iuramentum, vt hanc ob cauſam ſimul cum
libro requirendum eſſe videatur iuramentum tutoris, quod
quia præſtare non poteſt, ob id quoque ipſius libro, etiam
in paruis omnino credendum non eſſet. Nam illud adiectum
de iuramento quoque præſtando, tantum locum habet de
viuentibus, non autem de mortuis, qui iurare non poſſunt,
argumento. l. cum non facile. ff. ſi cui plus quam per l. Falcid.
Atque quod notat. eodem titulo, l. niſi §. quamuis. Et quam-
40 uis † mortui iurare non poſſint, ipſorum tamen mors non
minorem fidem rationario libello adhibet, quam iuramen-
tum, iuxta notata per Bartolum in l. admonendi. ff. de iure
41 iuran. qui ibidem dicit † pro defuncti ſcriptura præſumi, ve-
rum per l. rationes. C. de probat. quia non præſumitur, quod
quiſquam adminiſtrator aliorum bonorum vellet imminen
te morte aliquid falſi committere, ac quaſi ſalutis ſuæ imme-
moralium fraudare, & ſeipſum ab æterna beatitudine tam
inclementer excludere, l. finali C. ad l. Iul. repetun. Bartolo.
Socyn. ſuis conſilijs, conſilio 361. incipien. Pro deciſione
verbo, nec obſtat ſi dicatur, & verbo, quinimo, in prima par-
te. Pau. Caſtren. ſuis in conſilijs, conſilio 301. in prima parte.
ibi, ſuper tertio quæſito. Abſolute † igitur ad ſuperiorem
42 quæſtionem. (An in paruis habenda ſit fides ſoli libello ra-
tionario, an ne præterea requiratur iuramentum?) ſic reſpon
debis. Si adminiſtrator vita potitur, cum ſuo codice requiri-
tur iuramentum. Sin fato perfunctus eſt, ſoli credendum eſt
codici rationario. Hec autem de rationis iuſtificatione dixiſ
ſe, quam breuiſſime fieri potuit, ſufficiat.

COMMENTARIA IODOCI DAMHOVDERII Brugenſis Iureconſulti, in titulum, de tutorum, & curatorum mercede.

CAPVT PRIMVM.

SVMMAE.

1 *Tutelæ ac curatelæ, quæ ſint accidentalia.*
2 *Tutelæ & curationis munus conuenit eſſe gratuitum.*
3 *De tutelæ curæue natura eſt, mercedem non accipere.*
4 *Tutela originem ducit ab amicitia.*
5 *Merces tutelæ eſt contraria, & ad conductionem potiſſimum ſpectat.*
6 *Paupertas à ſuſcipienda tutela non excuſat.*
7 *Tutelæ curatelæq; officium, onus eſt, non libertas.*
8 *Ex certa cauſa iudici cognita, tutoribus ſalaria conſtitui poſſunt.*
9 *Tutores, & curatores egeni, bonis pupilli, aut minoris diuitis ali poſſunt.*
10 *Tutori, aut curatori etiam ſalarium conſtituitur in profectionibus, pupil lorum gratia.*
11 *Officium non debet eſſe tutori, ac curatori damnoſum.*
12 *Salaria tutoribus, & curatoribus conſtituenda ſunt in profectionibus pro qualitate perſonarum. 15.*
13 *Alio alimento curandus nobilis & ciuis, alio ruſticus.*
14 *Tutor, aut curator, an ex pupilli vel adulti bonis alimentari debeat?*
16 *Salarium poteſt etiam conſtitui ex cauſa, à iudice, contutorib. curatoribus, & concuratoribus.*
17 *An tutor, aut curator poſſit inhabitare domum, aut fundum pupilli ſui, vel minoris gratis.*
18 *Tutores, & curatores ſalarij ſunt incapaces, niſi iudicis acceſſerit authoritas.*
19 *An valeat cōſuetudo, qua tutor, aut curator, omnium pupillorum, aut minorum bonis utatur, ut proprijs?*
20 *Cōſuetudo ſeu uſus quotidianus efficit licitum, quod alioqui foret illicitum.*
21 *Cōſuetudo peccata fouens, nullo modo poteſt eſſe licita.*
22 *Conſuetudo præbens exempla, mali exempli, non eſt licita.*
23 *Cōſuetudo quæ nunquā in ulla ſpecie fuit licita, illicitū excuſare nō poteſt.*
24 *Tutores, & curatores pauperes modo probi & fideles, reiici non debent.*
25 *Paupertas non eſt de genere malorum, ut quam fere ſequuntur fides & integritas.*

An

26 *An tutor, vel curator tempore morbi debeat habere ſalarium?*
27 *Tutor, & curator per totum morbum, ſuo debent gaudere ſalario, vt heriles famuli.*
28 *An tutor, vel curator ſtipendiarius ante annum moriens, recipere poſſit ſalarium totius anni, an pro rata temporis.*
29 *Tutoribus, & curatoribus morientibus, totius anni ſalario debentur.*
30 *Salarium ex parte promiſſum, debetur pro rata temporis.*
31 *Lex & conſuetudo patriæ ſeruanda ſunt.*
32 *An ſalarium tutelare, dici poſſit caſtrenſe peculium.*
33 *Pupillos egenos, tutor de ſuo non tenetur alere.*
34 *Si tutor pupillum inopem alat, atque hic poſtea diteſcat, impenſa repoſcere poteſt.*
35 *Quando, & quomodo ſalarium conſtitutum petendum erit.*
36 *Qua actione negatum ſalarium repeti poſſit.*
37 *Per iudicem ex cauſa ſit licitum, quod per iura videbatur illicitum.*
38 *Non peccat, qui cum iudicis authoritate aliquid facit.*
39 *An tutoribus liceat ad pupillorum bona conſtituere receptorem?*
40 *Tutoribus, aut curatorib. non permittitur cōſtituere receptorem ſumptibus & periculis pupillorum aut minorum.*
41 *Si tutoribus non licet aſſumere ſibi tutelæ mercedem, minus ipſis licet alijs conſtituere mercedem.*
42 *Tutoribus non licet adminiſtrare cum damno pupillorum, minus damni occaſionem erogare.*
43 *Si tutores receptores conſtituant, iuramentum ſuum violant.*
44 *Tutoribus & curatoribus licet receptores conſtituere, cum proprijs ſumptibus & periculis.*
45 *Tutoribus non poſſe receptorem conſtituere, eſt ex rigore iuris.*
46 *In aſſumendo receptore tutelari, videndum quid æquitas poſcat.*
47 *Durum exemplum de tutore grandæuo, cui non permittitur receptorem aſſumere.*
48 *Iudicis eſt, non minus rerum circumſtantias, quam leges, obſeruare.*
49 *Quando, & quomodo receptores tutelares conſtituere licebit.*

In ſuperioribus titulis me hactenus, ſic ſatis declaraſſe exiſtimo, quicquid ad tutorum, curatorumque officia aliquo modo ſpectare videbatur. Reſtant nunc nobis explicanda, non quidem quæ tutelæ, aut curatelę ſunt ſubſtantialia, aut
1 eſſentialia, ſed quæ ipſis verius ſunt accidentalia, † atq; acceſſoria, qualia ſunt tutorū, atque curatorum mercedes, aut ſalaria, pupillorum damna, tutorum pericula, tutorum liberatio, pupillorum erga tutores gratitudo, de quibus poſthac ex ordine dicemus, non quidem longis, aut prolixis verborum ambagibus, & coloratis ſententiarum fluculis, quum ornari enim res ipſa neget, cōtenta doceri (vt inquit Manilius) neque etiam quæuis infarcire ſtudebimus, ſed tantum ea, quæ quam maxime vtilia, neceſſaria, & quotidiana videbuntur, explicanda curabimus. l. legaui ff. de libe. leg. Primo itaq; omnium de tutorum, curatorumque ſalario, ſiue de eorum mer
2 cede tractemus. † De qua mercede ſciendum eſt, quod tute-
3 læ, & curationis munus meritò † deberet eſſe gratuitū, deq; ordine & natura tutelæ, curæ ve eſſet vt minime gaudeant ſalario, vel mercede, gloſ. in l. in eos, in verbo datis. ff de tute. & idem glo. alio ſatis celebri loco, in l. j. §. mandatum, in ver. niſi gratuitum. ff. manda D. Guido Papæ ſuis in deciſionibus, quæſtio. 66. fol 29 D. Nicolaus Boerius ſuis gloſſematibus, ad conſuetudines Biturigum, §. 11. titulo, de conſuetud. in ſta. perſo. fol. lib. meo, 19. Tutores enim, & curatores mandatum habent, vel à defuncto, vel à lege, quod quidem mandatum,
4 niſi detur gratuitum nullum eſt, & irritum. † Tutelæ enim & curatelæ officium originem ſuam ducit ab amicitia. Porro amicitię nihil æque aduerſatur, quam mercedis promiſſio, aut expectatio, aut acceptatio. Hæc enim ad locationem, aut
5 † ad conductionem propius ſpectant, quàm ad amicitiæ iura d. l. j. § mandatum quod & regulare eſt, quandocunque enim contractus gratuitus fieri debet, pecunia interueniente, eſt locatio, & conductio. Idem quoque placet. §. fina. inſtitu. eo. titu. manda. Ratio autem, quare tutori ſiue curatori à pupillo, aut minori ſalarium nequaquam debeatur, eſt hęc, nam ſi deberetur ſalarium, ex eo ſalario tutores, & curatores partim alerentur. Atque eo alimento poſtea ceſſante, à tutelæ, aut curatelę adminiſtratione ſeſe ſubtraherent & excuſarent, quod longe diuerſum alienumque foret, à laudanda tamque nobi-
6 li Iuſtiniani Imperatoris † conſtitutione, in §. ſed & propter paupertatem, excuſationem tribus, tam diui fratres, quam per ſe diuus Marcus reſcripſit, ſi quis imparem ſe oneri iniuncto poſſit docere. Ideoque infinitis propemodum iuribus
7 oſtenditur tutelæ curæue munus † quomodocunque intelligas, vere onus eſſe, & ſarcinam, nullo modo libertatem, vt licet videre. ff. C. & Inſtitu. de excuſat. tuto. & curato. uarijs in locis ſeſe ibidem offerentibus, quæ hic cōmemorare ſuperuacaneum foret, ſed commoneſeciſſe ſat fuerit. Quæ licet ſint veriſſima, & certiſſima, limitationem tamen & interpretationem in ſe recipiunt, ſicut & Paulus iuriſconſul. hoc ſua authoritate confirmat, in l. a tutoribus, §. finali, & ibi D.
8 Bartolus. ff. de adminiſtratio. tuto. vel curato. Ex qua claret quod ob iuſtam legitimamque cauſam, à iudice, aut prætore, (cauſa cognita) certum aliquod determinatumque ſalariū tutoribus curatoribuſque cōſtitui nihil prohibeat. Fit enim non raro vt pupilli, aut minores ſint diuites, tutores vero & curatores pauperes, qui eo in caſu non teneutur ſcilicet diuitum bona tueri, & adminiſtrare, cum ſua tenuitate, imò cum ſuis laboribus & ſudoribus, idque gratis: honeſtatis enim
9 æquitatiſque ratio hoc non expoſcit. † Quocirca ſi tutor, aut curator licet pauper, diuitis ſui pupilli vel minoris bona diligenter atque fideliter gubernauerit, profecto ex ijſdem bonis pupilli, aut minoris merito alēdus eſt. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Atque hoc etiam notat Specu. in titulo, Qui ſint legit. § primo, in verbo, item pupillus, & præclariſſimus Dominus Maſuerius, ſuo in tractatu practico longe elegantiſſimo, ſub titulo, de tuto. & curato. Et maxime ſalarium tunc decernitur tutori, quum eſt pauper, & aliunde ſe non poteſt ſuſtentare, iuxta l. primam, §. ſi pupillis. ff. de tute.
10 & ratio. diſtrahend. † Aut ſi curatori aliquo proficiſcendum eſſet, pro factis, negocijſque pupilli, tunc enim æquo iure, tū pro maioribus moleſtijs ferendis, tum pro grauioribus ſumtibus in itinere inſumendis, quā impenderet domi ſuæ, a qua ſalaria à iudice conſtitui ſolent. Nemo enim ſuis proprijs ſtipendijs alteri militare cogitur. Atque iſtud confirmat. l. ſed etſi hæreditas ff. ad exhiben. quia officium nō debet ſibi eſſe
11 damnoſum. l. ſed ſi † quis ea ſignatoribus. ff quemadmodum teſta. aperiant. Ad hunc itaque modum debet intelligi. l. à tutoribus. § finali. ff. de adminiſtratio. tuto. vel curato. Niſi enim ita intelligas tutoribus nullum conſtituendum eſſet ſalarium, vti gloſſæ placuit, in l. prima, ſuper verbo gratuitum, ff. manda. Verum priori huic, ſcilicet, Vlpiani ſententiæ accedit Paulus Caſtrenſis, ſuis in conſilijs, conſilio 301. numeſo ſeptimo, in prima conſiliorum parte. Ponatur igitur hac
12 in re diſtinctiuncula talis. † Si tutor, aut curator, pro bonorum pupilli, vel adulti adminiſtratione, hoc eſt, ex officio, neceſſe habuit aliquo excurrere, vel proficiſci, iuxta l. primā, §. ſi pupillis, ad medium. ff. de tute. & ratio. diſtrahend. tunc ei adijcientur ſalaria diurna, pro qualitate ſuæ perſonæ, & pro quantitate, vel facultate, ſiue pro redditibus patrimonij pupilli, vel adulti. Idque pro impenſis & ſumptib. itineris, equi, & victus, & cæ. Aſtipulantur huic Barto. & Doctores, in pre-
13 allegata l. à tutoribus. §. finali, hoc eſt. † Si perſona tutoris, vel curatoris ſit honeſta & diues, aut primaria, is non vulgari cibo, ſed vino, pullis, atque huiuſmodi alendus erit, atque præter has expenſas, ſecundum ſuam perſonæ qualitatem, & iuxta quantitatem, ſeu facultatem redditutum, aut patrimonij, conſequetur pro laboribus nihil. Si vero tutor ſit ruſticus diues tamen, is fabis, piſis, allio, butyro, caſeo, lacte, & huiuſcemodi vulgaribus cibarijs foris alendus erit, præter quæ nihil recipiet amplius. Aut horum loco illi ſtipendiu quoddam diurnum a iudice aſſignabitur. Porro ſi tutor ſit ciuis, aut ruſticus pauper humiliſve conditionis, tunc præter expenſas & victum tantum accipiet, quantum domi ſuæ per laborem fuiſſet lucratus. Quam diſtinctiunculam crebrò ſuſtinuit doctiſſ. vir ac legum Doctor Do. Ioannes Haſius, quum Imperiales Inſtitutiones Louanienſi in Academia publice interpretaretur. Hæc quoque diſtinctiuncula ad multa alia non incōmode applicari poterit, de quibus videndi Bartolus & Baldus in d. l. à tutoribus, § finali, qui non diſſimile prędictorum cenſuerunt, ad l. in eos. ff de tute. Dicitq; eo loco ſubtilis Bal. id tenuiſſe Iaco. de Are. Oldra. & Ang. de Piſ. ad l. j. § ſi pupillis. ff. de tute. & ratio. diſtrahend. Meminitque ibidem Nicol. de Neapo. de ſolutione quęſtionis, quam ſæpenumero (vt inquit) in dubium vocari nouit, ſcilicet, an tu-
14 tor, vel curator debeat alimentari, habereq; expenſas, ex bonis pupilli, vel adulti minoris, an non? Atq; ibidē idem Nico. negatiuam amplectitur partem, ſed exceptionem addit, ſcilicet niſi iudex ex cauſa ei ſalarium, aut id, vel ſimile quicquam ſalarij loco conſtituat & decernat. Atq; hoc iudex quidem poteſt, vti paulo ſuperius claruit, atq; eandem interpretationem adiecit ad d. l. in eos. Eandē quoq; ſolutionem ponit D. Ang. In §. actionū, inſtit. de actionib. Prędictorū itidem mentionē facit D. And Barba. ſuis in conſilijs, conſilio 62. numero 6 volu. 2. Neq; eiuſdem quæſtionis oblitus eſt D. Maſuerius, ſuo
15 in tractatu practico, in titulo, de tuto. & curato. ſolio 17. Sed quonam quæſo, inquit, pacto iudex tutori, aut curatori ſalariū conſtituet? Certe vt ibidem inquit, ſecundum perſonæ qualitatem, & pupilli, aut minoris facultates, præallegata l. à tutoribus, § finali. Applaudit huic reſponſioni l. prima, §. ſi pupillis ff. de tute. & ratio. diſtrahend. Nec omnino extra-
16 neum fuerit adijcere. l. ſed † etſi hæreditas. ff. ad exhib. Poteſt

quoque ſalarium à iudice conſtitui contutoribus. Item cura-
toribus,& concuratoribus,idq; ob certam cauſam, iudicem
ad hoc mouentem,iuata d.l.1.§.ſi pupillis. Idem quoque an-
notat D.Barto.in l.in eos,præallegata. Idem quoque non di-
ſplicuit Angelo Aret. in §.ſed & propter, inſtitu. de excuſat.
tuto.vel curato. Ea prædictis nunc perfacilis colligitur ſolu-
tio ad vulgarem illam quæſtiunculam, ſcilicet, an tutori, aut
17 curatori abſque penſionis ꝯductionis ſolutione inhabitare li
ceat domum,villam,aut caſtrum ſui pupilli,aut minoris. Aut
ipſorum fundos gratis poſſidere, aut colere. Ex prædictis
enim authoribus, & locis, perfacilis propendet ſolutio. Ad-
18 hunc igitur modum,ſuperiora concludes,& dices. † Omnes
tutores vel curatores ſalarij incapaces prorſus eſſe, niſi iudi-
cis,prætoris,aut præſidis acceſſerit authoritas, ſiue decretũ,
& niſi ex certa cauſæ cognitione illis id ordinatum fuerit, &
conſtitutum. Cauſæ autem iudici obſeruandæ erunt,an tu-
tor videbitur induſtrioſus, vafer, ſiue peritus & callidus, an
pauper,an diues, an fidelis, an inops. Niſi iſthæc & ſimilia iu-
dicem permoueant,nullum ſalarium decernere poteſt,iuata
textum optimum,præallegata in l.de tutoribus,§ fina.ibique
Bartolus atque ſcribentes, quem textum tãquam notabilem
ſæpiuſcule allegauit Louanij obſeruandus Dominus meus
& præceptor,Dominus Ioannes Haſius,legum Doctor diſer-
tiſſimus, quum imperiales Inſtitutiones interpretaretur me
præſente & audiente.Cum his idem ſentiunt D Guido Papa,
ſuis in deciſionibus,quæſt.68.folio 29. Similiter D.Nicolaus
Boerius ſuis in gloſſematibus ad conſuetud. Bituricen. §.11.
titu.de conſuetudine iu.ſta.perſo.folio lib meo 29. Commo
19 de hic quoque ſeſe alia prodit quæſtio,ſcilicet, † an valida ſit
illa conſuetudo, quæ in quibuſdã locis eſt receptiſſima(non
autem in noſtra Flandria) ſcilicet, per quam tutor, aut cura-
tor omnium,ſiue nonnullorum bonorum pupilli, aut mino-
ris fructus habeat,illiſque vtatur, vt libet,non ſecus, quã ſuis
proprijs? Certiſſime affirmatiuam partem approbandam cen
ſuit D.Pau Caſt.ſuis in conſilijs,conſilio 371.incipien. Super
iſtis dubijs,in primo dubio,in nouis conſilijs,impreſſione no
ua, vbi ait, huiuſcemodi conſuetudinem eſſe Cauodiſtriæ.
ſubditque etiam(quod fortius eſt)id habere locum in fructi-
bus, quorum bona extra territorium, locumque conſuetu-
dinis ſita ſunt,quem etiam in hac ſententia ſequitur D.Bart.
Chaſſeneus,iurium Doctor noſtræ tempeſtatis admiratione
digniſſimus,ſuis in commentarijs, ad Burgun. conſuetud.in
titu. Des enfans de pluſieurs lictz § 4 fol.216. nu.1. Cum his
quoque congruit illud quod dici ſolet,quod cõſuetudo, ſeu
20 vſus † quotidianus efficit licitum, quod alioqui per ſe eſſet
illicitũ,ſicuti paſſim explicant Doctores,& ſignanter D Iaſon
vir.V.Iur.haud vulgariter peritus,in l.certi iuris, in 2.colum.
21 C de iudi. Tria tamen ſunt, quæ non ſinunt,vt per conſuetu-
dinem,aliquid illicitum fiat licitum. Primum eſt ne (ſi pro-
pter talem conſuetudinem illicitum fieret licitum) tandem
videretur ob id nutriri peccatum,'& dari occaſio peccati il-
liciti. Quod quidem per conſuetudinem non videtur poſſe
firmari, aut tolerari, quemadmodum habet Gregorij 9. c.ſi.
extra,de conſuetud.Quapropter Ludo.Roma.male defendit
contra Nellum Doctorem integrum, vſurarios, abſoluẽdos
à pœna,propter conſuetudinem Florentinam, aut per quoti-
dianum vſum Florentinorum,quotidie tales vſuras exercen
22 tium. † Secundum eſt hoc. Nam ſi per conſuetudinem illici-
tum fieret licitum,fieret tandem id illicitum malum,occaſio
mali peſſimique exempli,& per hoc diſciplina ciuilis corrum
peretur, quod profecto ob nullum quotidianum vſum fieri
debet licitum.Conſuetudo eſt, vt officiales, magiſtratus, &
curatores rerum publicarum, quoties conueniunt ad ratio-
nes audiendas,vt poſtea ibidem laute commeſſentur, & ſæ-
pe ſtrenue potitent, bonorum publicorum partem ita indi-
gne abſumentes.Verum hæc praua conſuetudo illicitum fa-
23 ctum minime excuſat. † Tertium eſt,ſi id quod eſt illicitum,
in nulla vnquam ſpecie excuſabili repertum fuit eſſe licitum,
vt dat D.Fely. exemplum,de epiſcoporum procurationibus,
quæ contra canones fiunt. Hæc tria per ordinem ponit Fely.
in c.cum ex officij,in 6.colum.de præſcrip.cuius opinionem,
Pauli atque Bartholomei authoritatibus præponendam cen
ſeo, idque ob multas & vrgentes cauſas, quas hic breuitatis
ſtudio ſubticere malui, quod earum pleraſque nulli iurium
candidato notiora eſſe cognoſcam, quam vt vlla maiori ex-
24 plicatione indigeant. † Neq; his obſtant paupertas,& inopia,
quia licet tutor, aut curator ſit egenus & pauper, modo vi-
tioſus,aut mendax non ſit,ſed fidelis,& diligens, is certe ni-
hilominus acceptandus & nequaquam reijciendus venit.
Quocirca talis & huiuſcemodi paupertas tutelæ minime no-
cet, dummodo tutelæ curæve poſſit ſupereſſe, quemadmo-
dum habent tex.in l cura.§.inopes ff de munc & hono. & in
§.fina.inſtitu.de ſuſpect.tuto.vel curato. nam tex in cap.quo
Iure.9.diſtinct.ait. Pauperes & diuites vna terra ſupportat
Dominus de uno limo fecit & pauperes & diuites. Hoc idẽ
confirmat c.videntex 12 quæſtio.1 vbi dicitur,quod ſufficit
ſi ſit virtuoſus,licet pauper ſit & egenus. Huic quoq; ſeruit,
25 † quod voluit c.ſi qui teſtium, extra de teſtib. Contingit fre-
quenter,& ſæpe, quod licet quis pauper,egenus, & inops ſit,
habeat tamen,& calleat artem, ex qua commode viuit,ac vi
ctui neceſſaria nanciſcitur. Paupertas enim non eſt de gene-
re malorum, imò fere fieri videmus,vt in paupertate plus re
gnet candor,fides,& integritas, quam in opulentia. Et pau-
pertas ſola non facit hominem improbum,inſtitu. de ſuſpec.
tuto.in fine,cum multis quæ adduci poſſent. Et dicit Flor.in
l.teſtium,ſuper glo.ff.de teſtibus. Quod in his in quib.requi-
ritur idoneitas circa fidem, in illis pauperem fidelem nõ eſſe
reijciendum. Atque hoc diligenter quoque notandum eſt,
quod tibi vſui eſſe poterit in materia teſtium. Ex hactenus
igitur habitis nunc manifeſtum eſt,quam inique,& indebite
faciant,qui ea ſua authoritate,in ſuis rationibus,aliquid mer
cedis, & ſalarij cauſa interſerunt. Hac enim gratia nihil illis
concedendum arbitror ab ijs, qui à iudice ad rationem au-
diendam ſunt conſtituti, quales fere in Flandria ſunt ſcribæ
publici,cum vno,aut altero magiſtratu, ſub quorum præſen
tia rationes neceſſario fieri oportet, ſi recte rationes curari
velimus.Quod eam ob cauſam dico, quod aliquando ratio-
nes(licet minus tutæ)ſub præſentia proximorum,agnatorum
& cognatorum reddantur. Et hi quoniam plerunque illite-
rati,rudes ſunt,& ſimplices, ideo ſæpe in cõputu concedunt,
& pertranſire permittunt, quod merito iureque optimo de-
lendum fuerat, aut litura tollendum. Ideoque in rationum
libellis nihil admittendum eſt,quod mercedis loco inſeritur,
ob id quod(vt ſupra dictum eſt) tutoris,curatoriſque munus
officiumq; debeat eſſe gratuitum, niſi eis per iudicem cauſa
cognita,ſalarium cõſtitutum reperiatur. Hic autem interim
moueri poſſet quæſtio talis. Demus quod tutoribus,& cura-
toribus iuata modum,& formam, & cauſam prædictam,à iu
dice conſtituta ſint certa ſalaria, eadem ne ſalaria locum ha-
26 bebunt,† & ſe porrigere intelligenda ſunt,ſi poſtea iidem tu-
tores,aut curatores poſtea incidant in tardum,& longinquũ
morbum? cuius nempe cauſa, tutelæ, aut curatelæ munere
non ſatis perfungi poterunt. Ad hanc quæſtionem multi ne-
gatiue reſpondent. Verum ſi aliquanto conſideratius,huma
nius,& æquius rem perpenſam habeamus, res & æquitas il-
lico monſtrabunt affirmatiue reſpondendum eſſe,quod per
27 †,totũ morbi ſpatiũ decreto ſalario gaudere debebit,non ſe-
cus,quam famulus in herili miniſterio interim in morbũ in-
cidens,idque pari im reſpectu laboris prius inſumpti,& vt in
morbo ipſi ſuccurratur,vt poſtea cauſam habeat, ob quã di-
ligentiſſimã(ſi prius diligentẽ)operã in ſua tutela, & curatela
impendere debeat. Atque hęc diligenter ſunt conſideranda,
& animaduertenda,ad eadẽ,& ſimilia dubia euentura, qua-
lia in medium adfert D.Stepha. Auffrerius vir conſummatę
diſciplinæ,ſuis in deciſionib. Capellæ Tholoſanæ. quęſt 268.
fol.81.& ſeq. Superiori quæſtioni quodammodo affinis erit
28 iſthæc.† Si tutori,aut curatori,cui (vti dictũ eſt)conſtitutum
fuerat ſalariũ,ex bonis pupilli vel adulti, ſingulis annis,ſ.ſex li
brarũ groſſorũ Flandriæ, quodq; ſingulis annis in redditio-
ne computus à rationũ auditoribus ipſi perſolui conſueuit.
Si inquam idem tutor, aut curator morbo ſuccũbat, vnâq;
pro more infra annũ commutauerit, quæritur an eo in ca-
ſu,tutori,aut curatori totius anni,aut pro temporis rata ad-
dendũ erit ſalariũ? Hanc quęſtionem fęliciter explicat Bart.
ille,qui in diſtinguendis factorũ ſpeciebus,vt certum ius col-
ligaret,inter iuriſperitos ſui ſeculi nulli ſecundus eſt, cui &
ipſe aſtipulor,ad l.diem ſundo.ff.de offi.aſſ. Vbi inquit, ſala-
riũ non deberi,niſi pro rata temporis,quia id ſalariũ non cen
ſetur ex publico conſtitutũ,ſed effectualiter, decreto tamen
29 iudicis,a parte promiſſum. † Iudex enim hoc caſu eſt loco pu
pilli,aut minoris inhabilis ad ſalariũ promittendũ. Ideoque
ſecus cenſendũ eſt de aſſeſſorib.iudicis,aut de aduocatis,q̃b.
ſalariũ ex publico conſtitutũ debetur. Ideoq; ipſis nequaq̃
pro rata tẽporis,ſed vniuerſum & integrũ totius anni ſalariũ
deberi,iusta allegatã atq; expreſſam.l diem functo.ff. de offi.
aſſeſ.necnon.l.poſt duos.§.is quoq;.C.de aduoca.diuer.iudi.
30 & † ſic ſecus cenſendũ eſt de ſalario promiſſo à parte,qñqui-
dẽ tũc non deberi,niſi pro rata tpis,ſm Bart.in alleg.l.diẽ fun-
31 cto.† Niſi profectò ciuitatis,aut alterius loci cõſuetudo,con
trariũ haberet in vſu. Tũc.n.talis patrię lex, aut cõſuetudo in
dubie veniret ad obſeruanda l.j.C.q̃ ſi lon.conſue.& tex.in c.
vnico,de feu.cog.cũ vulgar.b.iurib. Hic quoq; alia ſuccurrit
32 qõ,ſ.an tutoris,vel curatoris ſalariũ dici poſſit peculiũ Caſtr.
aut q̃ſi: aduentitiũ vel quaſi. De qua qõne lectorẽ mitto(bre
33 uitatis grã)ad D Bal.in l.cũ oportet,in ver.de tertio gñe pecu
lij.C.de bo q̃ li. Sed ſi egeni ſint pupilli vel adoleſcẽtes,de ſuo

cos

cos alere tutor, aut curator, nequaquam compellendus eſt.
Verum ſi poſt decreta alimenta ad egeſtatem fuerit pupillus
minorve perductus, tunc diminui debent, quæ decreta ſiue
ordinata ſunt, quemadmodũ ſolent augeri quæ patrimonio
acceſſerunt, iuxta inſignem l. tertiam. § ſed ſi egeni. ff. vbi pu-
pil. educa. debe. Quam quidē l. eximius D. ac præceptor meus
D. Ioan. Haſius, legum Doctor, à capite ad calcem vſq; miris
cõmendauit modis, q̃ idcirco lectoribus etiam atq; etiã com
mendo. Rurſum quæri poteſt, quid iuris erit, ſi tutor aut cu-
34 rator † miſericordia, officio pietate, & charitate ductus, pu-
pillum, minoremve, egenum & inopem de ſuo proprio alue-
rit, atque is idem poſtea ad ſplendidiorem fortunam euectus
fuerit. In eo inquã caſu quæritur, an poterit tutor curatorve
à pupillo, aut adulto repetere id quod in educatione ſiue in-
teruentione eius conſumpſit, atq; expendit. Ad hanc quæ-
ſtionem videtur omnino negatiue reſpondendum eſſe, per
allegatam l. 3. §. ſed ſi non conſtat. ff. vbi pupil. educa. deb. Cui
congruere videtur l. officio. ff. eo. tit. continens, quod pro mo
do facultatum pupilli debet arbitrio iudicis æſtimari, nec n.
permittendum eſt tutori tantum reputare, quantum dedit, ſi
plus æquo dederit, & ibidem glo. in ver. pro modo facultatũ,
allegans plures concord. pro modo facultatum faciendos eſ-
ſe ſumptus. Veritas tamen eſt ī cõtrarium, atq; affirmatiue re
ſpondendum eſſe docet, iuxta l. 3. ff. de contra. & vti. actio. tu.
qui ibidem dicit, tutorem, aut curatorem, ſumptus, modo ac
forma ſupradictis factos repetere poſſe. Idem ēt expreſſe ſuſti
net Bart. in l. ius alimentorum, quę eſt tertia. §. ſed ſi non con
35 ſtat, ad fi. ff. vbi pupil. educa. debe. pluries pręallegata. † Subſe-
quitur & alia hæc quęſtio. Si tutori, aut curatori certum ſala-
rium foret conſtitutum. Quęritur quãdo, quomodo, & qua-
liter id peti liceat? Ad quam quæſtionē manifeſte reſponden
dum eſt (ſi modo iuribus fidem adhibeamus) quod ſicut poſt
finitam abſolutamq; tutelã, aut curam, ſalariũ conſtitutũ pe-
tere licet, vt id ſibi in redditione rationis perſoluatur, ſi plu-
ra expendiſſet, quã recepiſſet. Verũ ſi tutor plura recepiſſet
quã expendiſſet, tunc in fine rationis ſatisfaciet ſibi ipſi idem
ſalarium per articulum ad expenſa adiectum. Attamen con-
ſuetudine, ſiue rectius ſtatuto, aut lege municipali, noſtra in
Flandria ſecus cautũ eſt, nempe, vt ſm hoc quod ratio ſemel
in anno, aut biennio redditur, ſm hoc ſalarium conſtitutum
à ratione per tutorem, aut curatorem defalcari poterit, aut
alias ſatisfacere oportebit, iuxta quod ęquum, ac rationi con
ſentaneum ratiocinatoribus, & rationum auditoribus cen-
36 ſebitur. † Quæritur præterea quõ, quaque actione foret pe-
tendum conſtitutum, ſed refutatum ſalariũ? Reſpondendum
eſt, hoc nullo actionis iure repetendũ eſſe, ſed iudicis ea offi-
cio (quod de iure latiſſimum eſt. l. j. ff. de iuriſd. om. iud. & c. a.
ibiq; gl. & Doct. eat. de offi. iudi.) tale ſalariũ ea cauſa cognita
conſtitutum, certum, determinatumq; repetendum eſſe, vt
eſt tex & glo. & ibi D. Bart. in d. l. a tutoribus. §. fi. fa. tex. atque
hoc ibi no. Bar. in d. l. in eos. Idem quoq; no. D. Bart. in l. athle-
tæ, §. athletæ. ff. de excuſ. tut. tex. eſt & ibidem D. Bar. in l. j. §. ſi
pupillis, præallegata. Ita etiam cenſuit Ange. Are. in tit de act.
inſtitu. fol. 231. nu. 36. His tñ prędictis non refragatur. l. in eos
præallegata, quam D. Bar. per oppoſitionis modum allegat &
adducit in d. l. a tutoribus. §. fi. quę continet, quod tutori ne-
queat dari pecunia, vt ſit tutor. Huius. n. apparentis diuerſita-
tis perfacilis eſt ſolutio, quam ponit D. Bar in d. l. a tutorib. §.
fi. præallega. l. in eos, non pugnare cum his quæ diximus per
arbitrium iudicis tutoribus poſſe conſtitui: poteſt n. iudex ex
37 cauſa (ſicuti dictum eſt) tutori, aut curatori certum ſalarium
conſtituere, & authoritas iudicis efficit licitum, q̃ alias per
iura ſcripta foret illicitum. l. iuſte poſſidet. ff. de acq. poſſ. c. qui
peccat 23. q. 4. Neq; dicendus eſt peccare qui iuris, vel iudicis
38 authoritate fretus aliquid facit & molitur, ſicuti meminit etiã
D. Bart. in d. l. in eos. Exurgit hic quoq; & alia ob frequentem
39 euentum, non contemnenda quæſtio. † An liceat tutoribus,
& curatoribus rerum pupillorum, & minorum, pro ſuo arbi-
tratu, & cum incommodo pupillorũ, & minorum recepto-
res conſtituere, quod videmus hodie eſſe frequentiſſimum?
Huic interrogationi (omiſſa longa diſputatione, quę primũ le
ctorem magis oneret, quam doceat) faciet ſatis vnica iſthæc
40 diſtinctio. † Nam tutores, & curatores tales receptores, aut
conſtituunt ſimpliciter, & cũ ſumptibus & periculo pupillo-
rum, aut minorũ, aut eoſdem conſtituunt cum ſuis proprijs
ſumptibus & periculis, eaq; lege, vt ipſi à laboribus, & mole-
ſtijs (quib. fortaſſis ſunt impares) ſeſe liberent, & quieti dedãt.
Priori itaq; modo, non licet tutoribus conſtituere recepto-
res. Nam cũ tutelæ & curationis munus ſit gratuitum, opor-
tet vt ipſimet gerant munus perſonale propriaq; ſolicitudi-
ne & vigilantia, & abſq; detrimento aut erogatione patrimo
nij ſui pupilli, aut minoris, iuxta l. j. ff. de mu. & hono., notatur
plene per D. Bart & Doct. in l. placet. C. de ſac. ſan. eccl. & in l.
reſcripto. §. fi ff. de mu. & hono. deq; ordine & natura tutelæ
curęve, quæ eſt carere ſalario & mercede, gl. in l. in eos, in ver
bo, datis. ff. de tut. & idem aſſerit glo. alio ſatis notabili loco,
in l. 1. § mandatum, in ver. niſi gratuitum. ff. man quemadmo
dum ad huius tituli initium latius ante commonſtrauimus.
Sed hæc intelligenda ſunt niſi iudicis, prętoris, aut præſidis
41 authoritas, ſiue decretum acceſſerit, quæ & ex cauſę cogni-
tione, illis id ordinet & cõſtituat, textus notatur digniſſimus
in l. a tutoribus. § fi. ibiq; † Bar. & ſcribentes. ff. de admini. tut.
vel curato. Nam ſi ipſi tutores, aut curatores ſalario atq; mer
cede carere (citra authoritatē iudicis) debeant, multo minus
iidem ipſi tutores, receptores recipere, aut eis ſalarium, aut
mercedem conſtituere poſſunt, niſi ex cauſa ſuperius cõme-
42 morata. Qũo. n. alteri, ſ. receptori mercedem conſtituet, qui
ſibi in eadem cauſa nullam mercedem conſtituere põt? Huic
quoq; ſeruit, quod maius eſt, ſ. quod ipſis tutoribus nullo mo
do liceat adminiſtrare cum dãno, & diminutione rerum pu-
pillarium, aut minorum. Ergo etiam multo minus iiſdē licet
cum pupillorum atq; adoleſcentum ſumptibus, & expenſis
43 receptores aut receptorē conſtituere. † Imò ſi hoc ipſis eſſet
licitum, hoc ipſorum iuramento in principio aſſumptę admi
niſtrationis præſtito, aduerſaretur, quo iurarunt ſe bona pu-
pillorum, aut minorum non indiligētius curatores, quam res
proprias, & eadem augmentare ſicubi poſſent. Quod non fa-
cerent ſi receptorem cum incommodo pupillorum conſti-
tuerent, eique ſalariũ ea bonis pupillorum vel minorũ decer
44 nerent. † Sed potius ſic faciendo, eorum bona minuerēt. Se-
cundo autem modo hoc eſt, ſi tutores, aut curatores ad bo-
na pupillorum, aut minorũ ſecum adminiſtranda receptorē
conſtituerent ſuis proprijs (vt diximus) ſumptibus, & impen-
ſis & periculis (quod raro euenit) eo inquam modo, hoc om
nino tutoribus licitum eſt, etiã ſine iudicis, pręto ris, aut præ-
ſidis decreto, authoritate & licentia, quæ ſunt diligentiſſime
animaduertenda in redditione rationis & computus. Secun
dum. n. priorem modum, ſalarium receptori conſtitutũ, mi-
45 nime admitteretur in computum, ſed prorſus delendum fo-
ret, & reiiciendum. Secundũ vero, ſm modum ſalariũ (quod
nullum eſſet) rationi inſerere plane ſuperuacaneum eſſet, &
vacuum. Sed hæc omnia, ſm rigorem iuris dicta ſunt potius,
46 quam ſm rerum conſideratarũ æquitatem. † Quocirca tam
in hac re, quam omnibus alijs puto æquius futurum, ſi non
ſtrictum rigorē. ſed potius quid res, occaſio, veritas, & vtrin-
que vtilitas, cõmoditas, imò quid fraterna charitas ſuadeant
47 amplectamur. † Durum enim videtur, quod vir grandęuus, &
mediocris fortunæ, qui alicuius pupilli prædiuitis guberna-
tionem aſſumpſit, quod hic inquam in extrema ætate, & gra
ui corpore, nuſquam non locorum volitare deberet, ad tui-
tionem, & receptionem bonorum talis pupilli, idq; ſuis ſum-
ptibus, & periculis, atq; idem dicendum eſt de curatoribus.
Quantum quęſo offenderetur legum integritas (quæ æquita-
ti & hominum commodo ſeruiunt) ſi in prædicto, aut ſimili
caſu per magiſtratum, aut etiam per ſe talis tutor recepto-
rem aſſumeret, qui cum rationabili ſalario duriſſimas quaſ-
que moleſtias ſubiret, & grandęuum tutorem difficillimis
laboribus. Profecto optime conſuleretur ſeniculo, laboribus
receptoris ſatisfieret, & nihil, aut parum pupillo incommo-
48 daretur. † Huiuſmodi itaque & ſimiles rerum circunſtantiæ,
à iudice non minus conſiderandæ ſunt, quam legum ſcripta-
rum ſeueritas, & ſecundum ſenſum communem permit-
tendum & decernendum, quicquid æquitatis & honeſta-
tis ratio ea certis cauſis, ad hoc mouentibus, videbitur ex
49 poſcere. † Iuxta hanc itaque ſententiam, (quam ſpero mul-
tis non iniquam viſam iri) licebit tutori fideli & diligenti ſe-
cum aſſumere receptorem vnum, aut plures, quos ſecun-
dum rei, negocijq; exigentiam & neceſſitatem conſtituant,
cum honeſto ſalario, idque cum decreto & authoritate iu-
dicis, prætoris, aut præſidis, ad hoc, & id genus, alia ordi-
nati ac conſtituti, qui tunc id cum cauſę cognitione efficiet.
Hæc ſunt candide lector, quę ſeſe mihi offerebant, & ſuffi-
cere mihi viſa ſunt, ad vtcunque declarandam præſentem
materiam, circa quę ſi quis ſit, qui rectius, aut melius ſen-
tiat, non dedignabor illi adhęrere, eiuſque ſententię ſub-
ſcribere. Hęc enim à me ſcripta ſunt, ſalua cuiuſcunque
rectius ſentientis authoritate. Facilè enim fuiſſet mihi &
alia hic adducere, tam ex meo (& ſi tenui) ingenio, quàm
aliunde, niſi intelligerem in re leuicula (cuiuſmodi eſt hęc)
mihi non eſſe immorandum diutius. Cætera quippe quę
ad hanc materiam pertinent, ex alijs cuique repetere licet:
ſunt enim peruulgata, atque iuris candidatis ſatis ubique
obuia.

COMMENTARIA IODOCI DAMHOVDERII

Brugenſis Iureconſulti, in titulum, de pupillorum, minorum & prodigorum intereſſe.

CAPVT PRIMVM.

SVMMAE.

1 *Intereſſe quid proprie dicatur?*
2 *Intereſſe eſt triplex.*
3 *Intereſſe commune, quid ſit?*
4 *Intereſſe ſpeciale ſeu ſingulare, quid ſit?*
5 *Intereſſe conuentum.*
6 *Intereſſe conuentum nihil aliud eſt, quàm vſurarum palliatio.*
7 *Vſura cum aperto exerceri non poſſunt, transfertur res ad intereſſe conuentum.*
8 *Cauſidici reſtitutionem intereſſe, loco vſuræ, inuenerunt.*
9 *Intereſſe, aut propter dãnum emergens, aut propter lucrum ceſſans, oritur.*
10 *Exemplum de intereſſe, quod euenit propter damnum, & moram.*
11 *Damnum duplex, aut ante, aut poſt moram accidit.*
12 *Quiſquis efficacem damni cauſam alteri præbet, is illud compenſare debet.*
13 *Qui damni cauſam, aut damnum etiam ex leuiſſima culpa præbet, obligatur in foro conſcientiæ.*
14 *In mutuo intereſſe compenſandum eſt, etiam ſine ſtipulatione præuia.*
15 *Intereſſe lucri ceſſantis, tantum mercatoribus permittitur.*
16 *Quando intereſſe lucri ceſſantis per iudicem permittatur alijs perſonis.*
17 *In mutuo ſpectandus eſt mutuantis animus.*
18 *In mutuo habenda ratio lucri ceſſantis.*
19 *Intereſſe quid ſit ſecundum Bartolum.*
20 *Pecuniam mutuatam, qui ſeruaſſet ſterilem, nihil de mutuo repoſcere poteſt.*
21 *Aeſtimatio intereſſe lucri ceſſantis vnde petenda?*
22 *Stipulatio in mutuatione nunc eſt vſitata, & ſæpe prætextus eſt vſurarius.*
23 *Iura inter vſuras, & id quod intereſt, diſerte diſcernunt.*
24 *Ceſſantis lucri compenſatio limitatur ad mercatores, & ad æquitatem ſiue mediocritatem.*
25 *Certius decernitur compenſatio intereſſe abſque ſtipulatione, quàm cum ſtipulatione.*
26 *Ex pecunia otioſa, non eſt petendum intereſſe, quum hoc ſit vſurarium.*
27 *Ob licitam compenſationem intereſſe, non excuſantur edaces financiarij.*
28 *Financia eſt honeſtæ negociationis & reipub pernicies*
29 *Pecuniarum negociatio apud financiarios vberior, quam mercium.*
30 *Financiarum incommoda.*
31 *Verum intereſſe etiam ante moram peti poteſt.*
32 *Leges honeſtam intereſſe compenſationem decernunt.*
33 *In quouis contractu commune & æquum intereſſe compenſandum.*
34 *Intereſſe ſoluere non eſt vſura ſed debiti vera ſolutio.*
35 *Ob probabilem cauſam ſtipulari licet, ante moram lucri ceſſantis, ſed cum moderamine.*
36 *Compenſatio intereſſe, ſine probabili ratione vrgente vſura eſt dicenda.*
37 *Cauſa aliquot, cur vſuræ tam ſint iniuſtæ*
38 *Vſura certum eſt, & breue, ad opulentiam, compendium.*
39 *Vſuraria pecunia nulli vnquam feliciter ceſſit.*
40 *Tria iura, quæ pupillorum bona fœnori danda diſponunt.*
41 *Tutor, qui pupillarem pecuniam non dedit ad lucrum, tenetur ad damni reſtitutionem.*
42 *Tutor pupillarem pecuniam non expendens fœnori, ſed ſuis vſibus ſeruans, tenetur ad compenſationem intereſſe. 43 67. 67.*
44 *Tutor pupillarem pecuniam clam mutuo ſumens, tenetur ad vſuras centeſimas.*
45 *Tutor qui pupillarem pecuniam per conſenſum contutoris ſibi mutuo ſumit, tenetur ad vſuras pupillares tantum.*
46 *Vſuræ pupillares ſunt, quas pupillus ſtipulari poteſt.*
47 *Tutor poſt tutelam pro vſura pecuniæ pupillaris, conueniendus eſt, vſque ad diem rationis.*
48 *Tutorum hæredes etiam tenentur ad vſuras pupillaris pecuniæ.*
49 *Secundum ius.* } *pecunia pupillaris exponendæ ad vſuram.*
50 *Tertium ius.* }
51 *Qui pupillarem pecuniam fœnerat, mutui periculo ſubiacet.*
52 *Pecunia pupillaris, pro honeſto lucro, committenda mercatoribus.*
53 *Vſura exigua, & cum ratione æqua, hoc eſt, propter veri intereſſe compenſationem, ſunt licita.*
54 63 *Vſura ratione intereſſe tantum, ſunt permiſſa, & petendæ.*
55 *Canones damnum & intereſſe petere permittunt.*
56 *Qui intereſſe petit, nihil ultra ſortem petit.*
57 *Vſura in contractibus licitæ, ratione intereſſe non ratione vſuræ.*
58 *Vſuras multi ſictè palliant per intereſſe titulum.*
59 *Vſura ex praua intentione, non ex contractu mutui iudicanda.*
60 *Forum iudiciale de occultis, id eſt, hominum intentione, non iudicat.*
61 *Intereſſe verum, aut probabile eſt licitum, & repeti poteſt.*
62 *Stupida ignorantia ad intereſſe non reſarciendum, non excuſat.*
64 *Vbi eadem militat ratio, ibi eadem locum habet iuris diſpoſitio.*
65 *Quæcunq; in una conueniunt cauſa, in uno quoq; conueniunt effectu.*
66 *An tutor teneatur ad intereſſe, ſi pupillarem pecuniam non ſtatim expenderit ad lucrum?*
69 *Lucrum pecuniæ pupillaris, vocatur intereſſe, non vſura.*
70 *Tutores non tenentur ad intereſſe ſi defuit occaſio lucri, biſariam.*
71 *Negligentia tutoris in lucri occaſione oblata, non liberat ab intereſſe.*
72 *Immodica rationis dilatio tutorem ad intereſſe conſtringit.*
73 *Pecunia pupillaris expendenda, non ſeruanda 74.*

Præſentem materiam exactius, ac penitius explicaturus, vt quæ non ſolum ad I.V. politiam, verum ẽt ad Theologum pertineat, ſtatui principio huc multa, ac varia cõuchere, quæ aliquo modo ad hanc materiã pertinere videbant. Tandem vero in hoc ſubſedit ſñia, vt omiſſis ſuperuacaneis, quæ ſæpe plus laboris, quam emolumenti habent, & neglecto verborũ ornatu, rem ipſam pinguiuſcula minerua traderẽ, atq; ad eam tñ cognitu neceſſaria conferrẽ. Quum igitur hic de Intereſſe, ſiue de damno paſſo agere decreuimus. Primò aperiendũ eſt, quid proprie ſit dicendũ intereſſe. Vocamus itaq;
1 † Intereſſe damnũ quod aliquis patitur, ꝑp interiectũ incommodũ, aut eſt lucrũ propter moram, aut occaſionẽ interceptam ademptũ, & non conſecutũ. l. ſi cõmiſſa. ff. rem ratã habe. In tñ (inquit Paulus) competit, in quantũ mea interfuit, i. tñ mihi debetur, quantũ mihi nunc abeſt, & quantũ alioqui lucrari potuiſſem, niſi per talem occaſionẽ fuiſſet mihi præ-
2 peditum. † Tale aũt intereſſe ſiue dãnum interiectũ eſt tri-
3 plex, cõe, ſpeciale, ſeu ſingulare, & conuentũ. † Intereſſe cõe continet veram æſtimationẽ rei. hoc eſt, tanti intereſſe æſtimandũ eſt, quanti res valeret cõiter in foro. Ideoq; dr̃, quanti ea res eſt? l. inter hæc verba, & l. hæc verba 4 ff. de verb ſig. Veram itaque æſtimationem, quæ ſignificatur per quanti ea res eſt? ſequitur intereſſe cõe. Quamobrem hæc duo idem ſignificant. Ego perſolui intereſſe, & ego perſolui quanti res
4 eſt, ſi intelligas de intereſſe cõi. † Intereſſe ſpeciale ſeu ſingulare eſt, cũ damnũ æſtimatur non ad veritatẽ, ſed ad affectũ æſtimantis, quia vt iocale quod habeo, valeret fortaſſe 10 libris groſſorũ, ego nõ darẽ pro 20. propter affectũ quẽ habeo. Vnde qui mihi iocale conferret, iam æſtimabitur iocale non ex cõi intereſſe, ſed catenus quatenus mea ſpecialiter ſeu ſingulariter intereſt. Et tunc quanti ea res eſt, & id quod mea intereſt, eadẽ ſunt, nõ quoad verã æſtimationẽ rei, ſed quoad rei vtilitatem, & ad affectũ erga rem eandẽ, & ita denuo pro
5 eodẽ habentur, quanti ea res eſt, & quanti intereſt. † Intereſſe vero conuentũ, eſt quod pacto conſurgit, ſ. cum inter partes conuenit, ſi hoc non fiat, ꝙ pro Intereſſe ſoluant viginti vel triginta. Vel eſt, cũ dicitur: Si non fecero quod promitto, dabo tibi triginta pro intereſſe. Aut ſimpliciter, dabo tibi triginta, niſi dolus interuenerit in ipſa conuentione, ſm illud vulgatiſſimũ, pacta ſeruabo, in l. iuriſgentium. §. prætor ait. ff. de pactis, & in c. j. ext. eod. titu. de pact. Et hoc intereſſe conuentũ (vti apertè teſtatur D. Vdalricus Zaſius, cui potiſſimũ iuris ſtudioſi multũ debent, in titu ff. ſi quis ius dicenti non
6 obtemp. ad l. vnicã. §. hoc iudiciũ) nihil aliud eſt, † quàm ami-
7 culũ & tegumentũ vſurarũ. † Quũ.n. vſuræ aperto exerceri non poſſunt, nomen vſuræ quidem tacetur, & alio quidem titulo tranſlatũ veſtitur & coloratur, & intereſſe.ſ. vocatur, intereſſe inquã conuentũ qđ quantũ abſit ab vſura non video. De eo.n habemus multas congeſtas repetitiones, in l. 1 C de ſen. q̃ pro eo, ꝙ inter. profer. Quę qdẽ intereſſe deſcriptiones magis textib conſonæ apparẽt, ſufficienteſq; pñn propoſito, quib ẽt ſubſcribũt nõnulli nequaq̃ infimę authoritatis Doc. neoterici. Inter quos D. Vdal. Za. loco iã iã allegato, necnõ D. And. Alc. ſuo in iudiciarij proceſſus cõpendio atq; V I praxi de intereſſe reſtitutione. D. Io. Oldendorp de copia verbo & rerũ in iure ciuili, ſuper ver. Intereſſe, & plures alij cũ his ijſdẽ in eadẽ ſña permanentes. Et ſi propemodũ tot ſint intereſſe deſcriptiones, quot ſunt Doc. ea de re ac materia ſcribẽtes, vt manifeſtũ eſt ex D. Iac Renal. tract de eo, ꝙ intereſt, ad l. vnicã. C. de ſen. q̃ pro eo, ꝙ intereſt pro ſer. intuenti ac legẽ qui multas variaſq; ibidẽ in mediũ adfert intereſſe diuiſiones, ad quas breuitati ſtudentẽ, & curioſũ remittimus, quas (tametſi vtiles ſint amplę, ac pulchræ) q a tñ extra cãm ac pręter intentionẽ ſunt, obiter prætranſmittendas cenſeo, in d l. vnica. C. de
8 ſen. q̃ pro eo, ꝙ inter. profe. † Multi aũt ſunt cauſidici nouelli, qui qm̃ nõ audẽtes petere in iudicio vſuras & fructus, hãc inuenerũt cautelã, vt peterẽt fructus & itereſſe, ſub quo verbo intereſſe, apud aduocatos, vſurarũ fra°, tãq̃ ſub pileo ſiue modio contegũ & palliãt. Quocirca vt pñs materia magis elu- ceat, ſubſequẽtẽ diſtinctionẽ adnectere viſũ ẽ, q̃ in ſequẽtib.

quoque

9 quoq; cognitu erit neceſſaria. † Omne intereſſe oritur, aut pp
10 dãnum emergens, aut propter lucrũ ceſſans. † Exemplum de
priori ante oculos ponamus. Si quiſpiã obligaretur mihi ad
calendas Iulij ex pacto ſoluere 40. ducatos, quos tñ violata fi-
de ad præſcriptũ diem non perſolueret, ſed æquo diutius ſolu
tionem procraſtinaret, vt ego ob talem morã, & violatã fidẽ
non poſſim viciſſim meis creditoribus ſeruare ſolutionis fi-
dem, vnde mei creditores offenſi, me in ius pertraherent, &
dedecore, mulcta, & dãno me eius cauſa afficerent. In eo qui-
dem caſu omne dãnum, ꝙ ego propter illã ſolutionis morã
11 perpetior iuridici intereſſe vocant. † Cæterum hic notandũ
eſt, dãnum bifariã diſtingui. Euenit.n. dãnum, alias ante ſolu-
tionis conſtitutæ terminum, alias poſt eundem terminum,
atq; hoc eſt illud dãnum, quod quis patitur poſt conſtitutũ,
& non ſeruatum ſolutionis diem. Prius aũt dãnum nullo mo
do vocandũ eſt intereſſe, de quo latius infra dicemus. Secun-
dum verò dãnum, ꝙ per morã ſolutionis, aut per non ſerua-
tum ſolutionis conſtitutæ diem, quiſpiã patitur verè, & ſolũ
dicendum eſt intereſſe, quod vltra primum debitum cuique
optimo iure repoſcendum eſt. Veluti ſi quiſquã mihi daret
mutuo 100. ducatos, quos eidem promitterem reddere ad ca
lendas Maij. Interim tñ mutuatos ducatos, & reddi promiſ-
ſos, ad præſcriptum diem non redderem, ob quod mutua-
tor, alteri debens citaretur, & damnum pateretur, profectò
in hoc caſu, mutuator hic damna paſſus, à me optimo iure
eiuſdem dãni cõpenſationem, & ſibi reſarciri poſtulabit inte-
reſſe cum principali ſumma, etiã ſi nulla acceſſiſſet ſtipulatio
de intereſſe cõpenſando. Atque hoc eſt conſentaneum tam
ſcripto iuri, ſm l. vnicam. C. de ſenten. quæ pro eo, quod inte-
12 reſt, profer. ac ibi ſcrib. ꝙ naturali æquitati. † Nam qui dat ef-
ficacem cauſam dãni alteri, illud meritò cõpenſare debet c. ſi
13 culpa tua, extra de iniurijs. Imò teſte D. Panor. ibidem. † Qui
dat cauſam dãni, aut dãnum proueniens etiam ex leuiſſima
culpa, dans obligatur in foro aĩæ, ſa. not. Io. And in c. quanꝗ
de vſur. lib. 6. Sed quia mora poſt tp̃s ſolutioni conſtitutum,
14 præbet abunde efficacem cauſam dãni. † Igitur æquiſſimum
eſt, vt illud intereſſe ſoluatur. Per prædictos itaq; caſus per-
ſpici poteſt, quod verum, & non ſimulatum intereſſe ſit illud
quod accidere ſolet mutuanti. Atq; illud reſarciri, & cõpen-
ſari debet, etiam ſi nulla acceſſiſſet ſtipulatio. Nam ſi mutuo
prætexeretur intereſſe (ita vt diceretur nullum eſſe debitum
intereſſe, niſi accederet ſtipulatio) eo profectò caſu talis mu-
tuatio illiberalis eſſet, preciata eſſet, lucroſa eſſet, & vſurã ſa-
15 peret. † De lucro aũt ceſſante poſt morã (quod eſt, cum de-
bitor non ſoluit conſtituto die) pronunciatur eodem modo
deberi id quod intereſt, ſicut iam de damno emergente dixi-
mos. Sed hoc tñ negociatoribus, & mercaturæ operã danti-
bus conceditur, idque propter vicinitatem, ꝙ lucrum ceſſans
habet cum damno emergente, quemadmodum D. Panorm.
16 in c. conqueſtus, de vſu. ſcribit. † Nihilominus propter cau-
ſas æquas & rationabiles, idem intereſſe dãni ceſſantis per iu-
dicem etiam ad quoſuis alios attribui, & permitti poteſt, ſ.
reddituarios, & ſimiles, qui vt ex illis viuant, redditus, domos,
prædia, & id genus alia, comparare conſueuerunt, qñ venalia
extant & reperiuntur. Exempli gratia. Si quiſpiam certam ali-
quam ſummam apud ſe habeat pecuniariam, quam in aĩo ha
bet conuertere, & impendere redditibus emendis, ſimulatq;
eoſdem venales compererit. Interim tñ hanc eandem pecu-
niam ocioſam mutuo det amico egenti, ea lege, qua eandem
ſit redditurus illico poſtꝗ oblati fuerint redditus, vel ad certũ
conſtitutum diem. Si nunquam hic amicus acceptã pecuniam
ad conſtitutum diem, vel ad coemendos redditus nõ reddat,
vt mutuator eius cauſa tales redditus ſibi cõparare non poſ-
ſit, profectò hic mutuator damnum lucri ceſſantis patitur, &
acceptor mutui ad dãnum vel ad intereſſe eiuſdem lucri ceſ-
ſantis tenetur. Et ideo tantum mutuatori addicetur, quãtum
17 cum eadem pecunia in redditibus lucratus fuiſſet. † Atque id
potiſſimum ob mutuatoris aĩum, quem prius ad redditus ha
bebat intentum. Quocirca ſecus iudicandum eſt de ijs, qui
ſuam pecuniam perpetuis ſcrinijs incluſas ſeruant, nec in hu-
iuſmodi vſum vnquam conuertere ſolent. De illis.n. pronun
ciandum eſt, nequaꝗ deberi id quod intereſt lucri ceſſantis,
quia hmõi philargyris mutuantibus nullũ intereſſe lucri ceſ-
ſantis, ratione mutui cõpetere debet, vti oĩbus eſt perſpicuũ,
& cum ratione, æquitate, & iure conſentaneum. Imò ſi quic-
quam ob eam cauſam reciperet, haud dubie ad eiuſdem re-
ſtitutionem optimo iure cenſeretur obnoxius. Atq; ad hunc
18 modum iudicandum erit de reliquis, & ſimilibus. † Sunt ho-
die Doctores & Canoniſtæ qui in mutuo ſemper cenſeut ha
bendam eſſe rationem lucri ceſſantis, adeo vt intereſſe lucri
ceſſantis eſſe exiſtiment, quoties verum intereſſe mutuantis
19 † adfuerit, quod intereſſe non ſit aliud quàm detrimentum
& impedimentum lucri, vel iuſtæ vtilitatis interceptio, vt pul

chre & acute diſſerit D. Barto. eximium illud ingenium, in l.
20 vnica C. de ſenten. † quę pro eo, quod inter. profer. vbi quoq;
vult, quod ille qui pecuniam mutuatam alioqui ſeruaturus
fuiſſet, ita vt in loculis manſiſſet ocioſa, & quieta, ſi eandem
in mutuum non expendiſſet, ſi poſt iterum receptam eam pe
cuniam, aliquid amplius acceperit, veram vſuram commiſit.
Quamobrem mercatores, qui tantundem pecuniæ ſeruant,
quantum neceſſe habent pro negociationis vſu, ꝙ exercere
volunt, vſque ad conuentum mutui reddendi diem, nullum
poſſunt de iure intereſſe, ceſſantis lucri, deducere & exigere.
21 † Neque debet æſtimatio intereſſe lucri ceſſantis haberi ad
quantum lucrari potuiſſent, ſed quantum veriſimiliter cum
bono & æquo lucrati fuiſſent, deductis expenſis & laborib.
Atq; in ea æſtimatione ſtandũ erit boni viri arbitrio, quan-
tum intereſt inter habere & prope eſſe. Et per hęc putamus
nos obiter ſcopũ & radicem præſentis materię (quomodo-
cunque accipiatur, maſticetur & intelligatur) tetigiſſe. Por-
ro de damno emergente, & de lucro ceſſante ante moram in
mutuo, iura quidem non dant actionem, niſi quis ſtipulatus
22 ſit, vt ſoluatur illud quod intereſt. † Itaque nunc vſitata eſt
hæc ſtipulatio in mutuatione, & perſæpe prætextus eſt vſura-
rius, hoc igitur quæritur an liceat ſtipulari de eo, quod inter-
eſt, etiã ante moram. Et reſpondetur affirmatiue. Ratio eſt.
Omnis iuſta cõpenſatio ſtipulari poteſt. Soluere id quod in-
tereſt eſt iuſta cõpenſatio, igitur Soluere id quod intereſt, ſti
pulari poteſt. Minor probatur, quia iura diſerte diſcernunt
inter vſuras, & id quod intereſt. In vſuris lucrũ ex mutuatio-
nis officio captatur, & ipſum officiũ ad quęſtũ confertur Sed
cũ petitur id quod intereſt, vera & non ſimulata, aut ficta dã-
na allegantur, quę vere & non ficte ex mutuatione orta ſunt.
Nemo autem debet alteri dare efficacem cauſam damni, qua
de re diligenter conſiderandũ & adnotandũ eſt, quod. ff. pro
ſocio l. ſocium, & C. de vſuris. l. cum allegas, in glo. prudentiſ-
23 ſime diſcernuntur vſurę, & id quod intereſt. Ideo Doctores
hanc ſtipulationẽ eius quod intereſt approbant per pręſum-
ptiuam ipſius intereſſe veritatem, quando ipſamet non appa-
ret, & in c. peruenit de fideiuſſoribus pronũciat. Si Pontifex,
vt fideiuſſori qui pro alijs ſoluerat, ſoluatur & creditum, &
quanti intereſt, nimirũ quod fideiuſſor ille interim velut mu
tuo dat pecuniam illi pro quo ſoluit. Quare Doct. hoc exem-
plo vtuntur, & hanc ſtipulationem licitã, necnon à labe vſu-
raria immunem eſſe ſentiunt, taleq; intereſſe ex conuentio-
ne peti poſſe dicunt. Sic enim iudicant Hoſti. & ipſius ſequa-
ces, in c. ſalubriter, de vſur. Deberi etiam id quod intereſt lu-
24 cri † ceſſantis ante morã, ſed addunt, modo non ſit vſurarum
prætextus. Atq; ideo quãuis aliquam ęquam cõpenſationem
talis lucri concedant, tñ eidem certas conſtituunt metas, vt
non quibuſuis ea ceſſantis lucri cõpenſatio adiudicetur, ſed
tñ mercatoribus & ſimilibus, qui ſuas facultates oẽs in pecu
nia, & in negociatione habent, quibus inquã pecunijs, cũ nõ
poſſint ſine graui dano carere. ęquũ eſt ipſis aliquam cõpen
ſationem reddi, & eatenus probant hanc ſtipulationem. Prę-
terea compenſatio prædicta iiſdem mercatoribus permitti-
tur, quatenus mediocris & ęquitatem rationis non excedat.
In qua re ſtandum erit bonorum virorum, aut certe iudicis
iudicio: Nam ęquabilitas in ciuilibus negocijs non verſatur
in indiuiſibili, ſed in latitudine. Ideoq; non poteſt punctũ, ſeu
certa forma, vel certa ſumma conſtitui in ipſa ſtipulatione.
25 † Quum vir bonus & iuſtus illam ſummam melius, & vtriq;
cõmodius decernet, eis cognitis circunſtantijs, abſq; vlla ſti-
pulatione, quam cũ ſtipulatione, nempe ſi conſideret quantũ
ſit damnũ, quantũ intereſſe, quantoq; lucro fraudatus fuerit.
Ideoq; hęc compenſandi forma probanda videtur. Cęterum
26 † quoties auarus quiſpiam ac pecunioſus, per pecuniæ com-
penſationẽ lucrũ capiat, idq; cũ immoderata acceſſione, quũ
tñ pecunia ſua lucrari honeſte non potuiſſet, aut fortaſſis ni
hil lucrata fuiſſet toties illud intereſſe in vſuram degenerat.
27 † Quare non ſunt prætextu eius quod intereſt, excuſandæ illę
crudeles, aſperæ, & immites vſurę, quę velut hirudines exu-
gunt ſummates, infimates, principes, ac regnorũ poteſtates,
& totas reſpublicas. Nouimus quidem omnes in iure hone-
ſtam ac plenam humanitatis & æquitatis appellationem eſ-
ſe, id quod intereſt. Verum iſthęc honeſta appellata non de-
bet prætexi turpiſſimæ rapacitati, non ſolum publicorum, ve-
rumetiam ſecretorum fœneratorum, quorum tanta vbique
eſt copia, vt ſane omnibus deplorandum ſit. Nam à quo
tempore huiuſmodi fœneratores, (quos honeſtiori voca-
bulo, financiarios vocamus) permiſſi ſunt in repub. immo
quoties ipſi coli & frequentari, ac primas & ſalutationes &
28 ſedes in republica † vendicare & præoccupare cœperunt, re-
friguit ac plane collapſa eſt honeſta negociatio, & mercium
communis proſtitutio & prima communicatio ſublata eſt,
omniumque denique rerum inſolita & abſurda conſecuta

eſt mercium caritas. Et quod Deus Opt. Max. abſque perſo-
narum exceptione cõicandum voluit, priuatum cõmodum
abligurijt & deuorauit, cum iã ipſa negociatio diuinitus
inſtituta credatur, ad cõem reipub. vtilitatem, atq; propterea
immanius nihil ſit, quã velle locupletari cum tanta cõtaris
29 iniuria & iactura. † Quis enim non dixerit rempub. graui af-
fici iniuria? quandiu numerata pecunia pluris veniat, quam
merces, adeò vt hodie certior & frequentior exerceatur ne-
gociatio pecuniarum, quam mercium. Imò cum pecunia nõ
ſolum vſuræ, ſed etiã vſuræ vſurarum, aut ſi velis alio nomi-
ne, financiæ financiarũ paſſim exercentur & indebitè debita
30 ea orquentur. † Vnde præter alia multa incommoda emer-
gunt anxia & aſſidua familiæ (quæ tamen ſemper retrogradi-
tur) ſolicitudo, apothecarũ tenuis inſtructio, rei domeſticæ
& familiaris ſordida ob victus & amictus inſufficientiã parſi-
monia, vel potius contractio, aut inopia, fraudulenta viciſſim
lucra, adulterina mercium mixtio, prolium mala inſtitutio,
egeſtas & penuria, bonorum ceſſio, deniq; bellorum prolixa
continuatio, patriæque aſſidua depopulatio. Quæ ex ſenten-
tia D. Hoſt. ita meminimus, tametſi eximius D. Panorm. in c.
nauiganti, de vſur. aliquanto verecundius pronunciat, tamen
idem cum eo conſentit, modo non prætexatur ſimulatũ, ſeu
fictum intereſſe, hæc enim ſunt eius verba not. In contractu
mutui peti poſſe intereſſe poſt moram lucri veriſimiliter ceſ
ſantis. Sed an à principio poſſit haberi iſta ratio? poſſet fortè
dici, quod vbi mutuans ducitur bona intentione, nec mu-
tuat in fraudem, captandi lucri cauſa, quod tunc excuſatur à
31 peccato, licet alia opinio ſit ſanior ac tutior. † Itaque ſi non
ſit ſimulatum fictumq; intereſſe, concedit & Panormi. ante
moram peti poſſe, & ſatis honeſta ratio eſt, ſi æquitas rei &
intentio conſiderentur, quia vt ſupradictum eſt, longiſſimè
32 à ſeſe differunt intereſſe & vſura. † Nullæ enim leges vſuras
permittunt, attamen leges ipſæ indicant æquiſſimam & ho-
neſtiſſimam eſſe compenſationem eius quod intereſt, ſicut
33 Domi. Bal. inquit in l. acceptam C. de vſur. Commune &
æquum intereſſe venit in omni cõtractu. Concludamus igi-
tur, quod liceat ſtipulari quanti intereſt damni emergentis,
etiam ante moram, nec id valde obſcurum eſt. † Nam verum
34 intereſſe ſoluere, non eſt vſura, ſed eſt debiti æquiſſima ſolu-
tio. Nam hæc compenſatio, ſiue ſolutio intereſſe, iuxta boni
viri iudicium deberetur, etiam ſi nõ interceſſiſſet ſtipulatio,
ob id quod nemo debeat alteri dare vllam efficacem cauſam
damni, quod ſi talem damni cauſam præbuit, profectò etiam
in conſcientia ad eiuſdem dãni compenſationem tenebitur.
35 † Atque iuxta hanc reſponſionem, tametſi aliquanto obſcu-
rior ſit ratio de lucro ceſſante ante moram, tamen ſi ſit etiã
probabilis ratio, ſimiliter concedendum eſt, quod liceat ſti-
pulari quanti intereſt, etiam ante moram lucri ceſſantis, ſed
(vt diximus) ſit probabilis ratio, videlicet, ſi talis ſit caſus, in
quo vir bonus iudicaret alteri deberi compenſationem, etiã
ſi nulla interceſſiſſet ſtipulatio. Sed ſit compenſatio æqua, &
non immoderata. Hæc aliquanto latius explicauimus, vt com
mone faciamus lectores ſtudioſos, vt vſuras à petitione eius
quod intereſt prudenter diſcernant. Quare non ſunt damnan
dæ ſine diſcrimine omnes mutuationes, in quibus ij qui mu-
tuo dant ſtipulantur quanti intereſt ante moram, nam boni
uiri re honeſta bene vti poſſunt. Eſt autem in hac materia
ſciendum, quod in ea probabilem rationem, legibuſque con-
ſentaneam habere ſufficiat, quia medium, vt ſupra diximus,
36 habet aliquam latitudinem. † Sed cum probabilis ratio re-
clamat, tum officium mutuationis, tantum ad quæſtum con
ferri dicendum eſt, quia in emptionibus honeſtis illa pecunia
tantum lucri non pareret. Ideoque hos quæſtus palam appa-
ret eſſe vſurarios, iniuſtos ac peccaminoſos. Sunt autem vſu-
37 ræ † iniuſtæ, propter multas cauſas, vnam tamen, aut alteram
cauſam (nam omnes hic commemorare non eſt conſilium)
lectoris ob oculos ponam, vt manifeſtiſſime cernat vſuræ in-
iuſtitiã. Primò enim in vſura non ſeruatur æqualitas, vt vide-
re licet in fœneratoribus, qui & ſortem accipiunt, & ſupra ſor
tem etiam vſuram extorquent, pro qua nihil dederunt. Imò
tantum lucrum & planè enorme extorquent, idq; plane cer
tũ & ſine vllo periculo (quod tñ in mercatura non raro acci-
dit) vt nemo ſanæ mentis iudicare deberet, tã enorme extor-
tum lucrũ vllo modo poſſe dici æquum & bonum, & iuſtũ.
38 † Si.n. æquum eſſet, profectò pecunioſo cuiq; peterent certiſ-
ſimum diteſcendi compendiũ, per quod longè citius & cer-
tius Crœſi opes corroderent, quã per mercaturæ ſæpe peri-
39 culoſam negociationẽ. † Altera cauſa iniquitatis vſurariæ con
ſpicitur, ex effectu vel euentu pecuniæ vſurariæ, vt quæ nec fœ
neratorib. ipſis, nec ad fœnus oppignerantibus profuit vnq̃.
Quis enim vnquam fœneratores fœliciter diteſcere, lætiſſi-
me in vita valere, aut honorifice, & cum tanta, & ſecura con
ſcientia, hanc vitam relinquere conſpexit? Quis ipſorum hæ-
redes infœliciter viuere, & multo infœlicius mori non co-
gnouit? Ad hæc, cui vnquam homini pecunia accepta fœno-
ri profuit? Imò cuius facultates (ſi ea vtatur) non exhauſit? quẽ
quæſo ad maiores anguſtias, & ad contractionem rem fami-
liarem non pertraxit? Profectò ex huiuſmodi rerum infœli-
ciſſimo euentu faciliſſime reducimur ad ipſorum cauſas, vt di
camus eas eſſe vndiq; infœliciſſimas, iniquiſſimas, Deo odi-
biles, & proximo pernicioſiſſimas, & charitati Chriſtianæ ini
miciſſimas, ideoq; ex Repub. paſſim exturbandas. Sed ad in-
termiſſa. Et priuſquam alio diuertamur, illud quoque Scoti
Doctoris ſubtilis, diſtinct. 15. 4. q. 3. art. 2. haud aſpernandum
de intereſſe in medium adducere conſtituimus. Quamuis in-
quit creditor non poſſit contra debitorem habere actionem
ad damna, quia deſunt pacta, ſtipulationes vel iuramenta, ta-
men in foro conſcientiæ, debitor tenetur ad intereſſe credi-
40 tori. † Quia autem hic agimus de intereſſe, & de lucro pu-
pillorum, non abs re me facturum puto, ſi hoc loco explica-
uero tria illa iura, quæ lata & diſpoſita ſunt ſuper pecunia pu-
pilli, minoris prodigi, ac ſimilium ſubiectarum perſonarum,
41 an ea videlicet ad fœnus aut vſuram dari poſſit? † Primum fuit
ius. ff. quo tutori, aut curatori iniunctum fuerat, vt pecuniam
pupillarem fœnori deponeret ac daret, & ſi in hoc negligen-
tes deprehenderentur, ad omne dãnum exinde prouenieus
tenerentur. Imò quod fortius eſt, ſi ad dãnum reſarciendum
non ſufficerent, extraordinarie coercerentur, tex. eſt notatu
dignus, in l. ob fœnus. ff. de adminiſt. tuto. vel curato. Eo iure
42 † etiã prouiſum eſt, ſi tutor pupillares pecunias non depoſue
rit pro comparandis prædijs, aut eis iam depoſitis, in cõparan
dis negligens fuerit, aut eaſdem legitimum intra tempus, fœ-
nori non dederit, vel ſi eas ſuos in vſus conuerterit, idq; eui-
denter conſtiterit, ipſe in vſuris legitimis earum pecuniarum
conueniri poteſt, quas præſtare obligatur, vniuerſa autẽ hæc
probantur ordine notabili necnon vtili in l. tutor qui reper-
torium §. ſi poſt depoſitionem, & § pecuniæ quã, cũ ſequen-
tibus. §. §. ff. de adminiſt. tuto. vel curato. & in optima l. ſi tu-
tor conſtitutus, eodem titulo. Item, eodem iure diſpoſitum
reperitur, eo duntaxat caſu ad vſuras vſurarum pupillo tuto
rem obligatum eſſe, ſi quas vſuras ab alio per eum pro pupil-
lo exactas, aut ſuos in vſus conuertit, id eſt, vſib. ſuis retinuit,
aut ſi fœnori dare, cum potuiſſet, neglexit, hic eſt caſus aper-
tus in l. qui negociationẽ. §. ex duobus, & §. fina. ff. de admin.
tuto. vel curato. atque in d. l. tutor qui repertorium § ſi quas
43 vſuras, & § ſeq. † Et ita tutores & curatores præfati, pro pe-
cunia pupillari ac minoris, quam in ſuos vſus conuerterunt,
tenẽtur ad intereſſe actualiter ipſis pupillis ac minoribus præ-
ſtandum, iuxta c. per veſtras, de donat. inter vi. & vx. ac Bart.
& alios in l. Diuus. ff. ad l. Falcid & d. l. tutor qui repertorium.
§. ſi poſt depoſitionem, & § fin ff de adminiſt. tuto. Bal. in l. j.
ad fi. C. de cond. indeb & in l. fina ad fi. C. de petit. hæred. & in
ſpecie Lud. Rom in conſi. 239 incipien. Pro propoſitæ quæ-
ſtionis deciſione præmittendum eſt, &c. D. Iaſon, in conſilio
219 ſecundo volum. incip. Iſta materia rationum tutelarium
44 tota ex bono & æquo pendet, &c. † Item eodem iure cautũ
eſt, ſi tutor ſibi pupillarem pecuniam mutuo accipit clã, obli
gatur ad maximas vſuras, ſ. centeſimas, expreſſa. l. qui ſine. ff.
45 de nego. geſt. † Aut ad legitimas, id eſt, pupillares, ſi palã, vel à
contutoribus ſuis accepit. Idem alio loco, videlicet in l. non
exiſtimo, ff. de adminiſt. tut. vel cura. & d. l. tutor qui reperto-
rium. §. quæ autem. Huic quadrat pernotabilis glo. in verbo,
46 legitimas, in l. j. C de vſu pupil. † Et dicuntur vſuræ pupillares,
quas pro cõditione ſuæ perſonæ, poteſt pupillus ſtipulari, ſm
47 l. eos. C. de vſu. ita glo. ad rub. C. de vſu. pupillaribus. † Eadem
præterea iuris diſpoſitione ſancitũ eſt, tutorem finita tutela
in vſuras pupillaris pecuniæ conueniri poſſe, ad eũ vſq; diem
quo adminiſtratæ tutelæ rationẽ reddiderit. Sed hoc intelli-
gendũ eſt ni eas prius obtuliſſet, & in tuto loco depoſuiſſet, l.
tutor qui repertoriũ §. ſi. præalleg. vbi inquit. Sciendũ eſt tu-
torẽ, & poſt officiũ finitũ vſuras debere vſq; in diẽ qua tute-
lã reſtituit, & l. tutor pro pupillo. §. tutor qui poſt, cum l. ſeq.
48 necnon l. Lucius § quæſitũ. ff. de admi. tut. vel cura. † Poſtre-
mo eodem iure proſpectum legimus et hæredẽ ipſius tuto-
ris ad vſuras pupillaris pecuniæ per eũ adminiſtratæ, aſtringi
& obligari, iudicis tñ arbitrio ex bono & æquo moderandas,
ſicuti manifeſte declarat. l. cum oſtendimus. §. vſuras. ff de fi-
deiuſſ. tut. Atqui ita hactenus de primo iure pecuniæ pupillaris
49 dandæ ad vſurã. † Secundũ verò ius. C. ſuperueniens, quæ pri-
mo & ſecundo locis, pro iure ff ſuperius poſita ſunt, appuba
uit, in l. j. & in l ſi pecuniã, à contrario ſenſu. C. de vſur. pupill.
atq; expreſſe probatur in rub. C. de admini. tuto. vel curato. &
50 pecu. pupil. fœneranda vel deponenda. † Tertium autem ius
eſt authenticorũ, atque hoc plane contrarium eſt cũ duobus
iuribus præcedentibus, vt in Authen. vt hi qui oblig. ſe habe.
perhib. res mi. o. §. quoniam autem, colla. 6. conſti. 3. necnon

51 in authentica, nouiſſimè. C. de adminiſtr. tuto. vel curato. ve
tuit pecuniam pupillarem fœnerari, id eſt, expendere ad vſu-
ram. quod ſi fecerit mutui ſubiacebit periculo, niſi ſit mobi-
lis eius ſubſtantia, cuius tutela vel cura adminiſtratur, tunc
enim illud ſolum ad fœnus mutuare licet, quod ad diſpenſa-
tionem adoleſcentis & rerum eius ſufficiet, quod vero ſupe-
reſt, cautè recondatur. Hæc verba habet in forma dicta au-
thentica. Cæterum ex his iuribus emerſit tandem & alia vtri
uſque iuris diſpoſitio, quæ vſurarum prædictarum planè eſt
prohibitoria, eoque magis Chriſtiana, ſicuti pleniſſimè pro-
batur in l. cunctos populos. C. de ſumma Trinita. & fide ca
thol. & in authentica, ad hæc. C. de vſur. atque plenè ſigna
tur in ca. quia in omnibus, per gloſ. & Canoniſtas, extra, codē
titulo, de vſuris. Idem inquit D. Bartolus, quem in hoc pleri-
que omnes imitari gaudēt in l. diuus. ff. ad legem Falcidiam.
52 Quod † eo modo, quo olim obligabatur tutor curatorve pu
pillarem, aut minorum pecuniam expendere fœnori, eodē
modo eandem pecuniam mercatoribus idoneis, in ſocieta-
tem honeſtam, vel ad aliquod commerciū pro honeſta qua
dam, ac licita lucri parte aſſignare, & tradere cogitur. Quod
quidem ius adhuc hodie licitum eſſe cenſetur per caſum ex-
preſſum in c. per veſtras, extra, de donat. inter virum & vxor,
& ibi dom. Panorm. ac ſcribentes. Ex quo ſyncere ſequi in-
dubium eſt, quod quemadmodum obligabantur tutores vel
curatores ad legitimas vſuras pupillares reſtituendas, ſcilicet
pupillis, minoribus, & prodigis, ſi pecuniam pupillarem, mi
norum, aut prodigorum ad fœnus non expendiſſent (prælle
gata l. ſi tutor conſtitutus, cum ſimilibus multis) Ita hodie ij
dem ad intereſſe pupillare, minorum & prodigorum obligan
tur & aſtringuntur, ſi ipſorum pecuniam, mercatoribus ido
neis in ſocietatem honeſtam, aut ad commercium aliquod
non tradant & conſignent, vt ſic ex ea tandem honeſtam ali
quam & licitam lucri partem conſequantur. Atque hoc eſt
quod ſenſit Barto. in dicta l. tutor qui repertorium. §. ſi poſt,
cum §. ſequenti. Cuius concluſio etiam ſtabilitur ex eo, qđ
notat gloſſa in l. ſocium qui in eo. ff. pro ſocio, & in dicta l.
cunctos populos, in l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de actio. em-
53 pti. & vendi. Necnon in l. curabit. C. de actione empti. &
vendit. Ex præmiſſis apertiſſimè nunc patet, de iure ciuili
vſuras eſſe permiſſas, petique poſſe per dictam l. curabit, & ibi
Baldus, & l. fructus. C. de actio. empti. & vendi. cum mille
alijs locis huic. l. ſuffragantibus. Ac etiam licitas eſſe de iure
Pōtificio, quatenus intereſſe verum, aut ſaltem probabile re
ſarciunt & compenſant. Quocirca non ſunt licitæ per ſe, &
quatenus ſunt vſuræ, ſicuti habet gloſſa notata digniſſima,
poſt dominum Azonem, in dicta l. curabit. in verbo, ratio.
54 Ideoque regula iuris Canonici dicit, Vſuras eo iure peti poſ
ſe, quando vt intereſſe exiguntur, alias vero minime, hoc eſt,
vſuræ ratione intereſſe ſunt permiſſæ, etiam iure Canonum.
gloſſa eſt ſingularis, pro hac materia, teſte Baldo, in l. petens,
in repetit. C. de pact. Cui applicare operæ precium erit domi
num Panormitanum, & Doctores, in ca. conqueſtus, & in c.
ſalubriter. extra, de vſur. Car. in ca. ſuper eo. eodem titulo, &
in Cle. eodem titulo. Iſtis quamoptimè accedunt c. peruenit.
& c. conqueſtus extra, de fideiuſſoribus, & c. dilectu. extra, de
foro compet. Ex quibus authoribus luce meridiana clarius
55 conſtat, ſecundum Canones, damna & intereſſe peti poſſe.
56 Nec regula illa tritiſſima: Quicquid accedit ſorti, eſt vſura,
huic obſtat. Nam illa dumtaxat procedit, quum petitur ali-
quid vltra ſortem, nulla ratione ad intereſſe habita. ad hæc
optimè ſuffragantur, quæ ponit ac notat do. Bartholomeus
Cœpolla, ſuis in conſilijs, conſilio 15. numeris potiſſimum 4.
5. & 6. Eſt igitur vera ſententia, & indubitata, rationique ma
57 ximè conſentanea. Quod in bonæ fidei contractibus, veniūt
vſuræ iure Canonico, non quatenus vſuræ, ſed quatenus in-
tereſſe. Et facit pro ea l. ſocium, qui in eo. ff. pro ſocio. Nulla-
tenus igitur abrogatæ iure Pontificio cenſentur vſuræ, ſi qñ
veniant, vt intereſſe, ſicuti etiam nec diſplicuit domi. Ioanni
de Blauaſco Iuriſconſulto, ſuis in commentarijs ſuper titulo
de actionibus, inſtitu. in c. de actione ex vendito. Sed hic di-
ligenter quiſque ſuam intentionem perſpiciat, ne mentiatur
58 iniquitas ſibi. Quidam enim, immo permulti ſuas vſuras pal-
liant, veſtireque volunt ſuos contractus vſurarios & iniuſtos
alterius contractus nomine, dicuntq; ſe ex mutuo paſſos ma-
gnum intereſſe, propter eius pecuniæ carentiā, & non vſum,
quum tamen in rei veritate, nihil horum cum veritate ſub-
ſtat. Seipſos hoc modo non Deum, (qui non fallitur) miſerè
59 fallentes. Vſura enim (domino Panormitano teſtante, in ca.
nauiganti. extra, de vſur.) quo ad formam contractus non
committitur, niſi in contractu mutui, ſed quo ad intentionē
deprauatam, etiam alijs in contractibus committitur. Quū
60 igitur humana tribunalia non iudicent de occultis, hoc eſt,
de hominum intentionibus, ſed tantum de manifeſtis, & quę

foris patent, aut factis, aut verbis, ſignanter idem Panormita.
aſſerit, aliquem in foro iudiciali poſſe excuſari, & abſolui, &
eundem in foro poli, & conſcientiæ accuſari, & ligari. His ita
que iam habitis diligenter obſeruatis, audacter hanc collige
mus concluſionem, & certum de intereſſe hoc ſtatuemus iu
61 ridicum axioma Omne intereſſe pupillorum, minorum, & p̄
digorum, verum, non ſimulatum, & ſaltem probabile licitum
eſt, idque tam iure Pontificio, quam Cæſario. Ideoque & il-
lud intereſſe pupillare, ad quod obligantur, quouis iure peti
62 poteſt a callidis tutoribus, & curatoribus, quantumuis ſeſe
per ignorantiam excuſare nitantur, quæ craſſa eſt & ſupina,
& nullo modo ad intereſſe pupillare non reſarciendum excu
ſabilis, vt etiam eximius do. Bartolus ſuſtinet, in d. l. cunctos
populos. C de ſumma Trinit. & fide cathol. inquiens, vſuras
63 nullo modo exigi, quaſi vſuras, ſed vt intereſſe, iuxta Iuris Ca
nonici præceptum. gloſſa eſt in verbo, Petrum Apoſtolum,
in d. l. cunctos populos. Gloſſa in fine ſui, in verbo, Excedit.
in l. Iulianus. §. idem Papi. ff de actio. emp. & vendi. Gloſſa eſt
in verbo, ratio. in l. curabit. C. eodem titulo, de actio. emp. &
ven. & in c. conqueſtus. extra. de vſur. nonnunquam prælle,
Vt ergo p̄ſentem materiam omiſſa ſuperflua prolixitate tan-
dē abſoluamus, eam vna aut altera quæſtione tā vtili, quam
64 neceſſaria, terminabimus. Plures. n. adferre non eſt neceſſe,
quū de ſimilib. idem ſit iudicium, ac vbicunq; eadem eſt ra-
tio vel æquitas, ibi locum habet vna iuris diſpoſitio, ſecundū
65 l. illud. ff. ad legem Aquil. & l. a Titio. ff. de ver. oblig. Illa enim
quæ in radice & cauſa conueniunt, conueniunt etiam in intelle-
ctu, vulgata l. de quibus, & ibi Angel. & Doctores notant. ff.
de legibus. Quocirca, vt dixi, explicata vna aut altera quæſtio
ne, facillime decidenī & reliquæ, quas breuitatis ſtudio omit
66 tendas cenſuimus. † Prima itaque quæſtionum ſit iſthæc. An
tutor, vel curator pupilli, adulti, ſiue minoris aut prodigi obli
getur ad intereſſe, ſi non ſtatim pupilli ſui lucro & vtilitati in
uigilauerit, hoc eſt, ſi pecuniam ſui pupilli, adulti, minoris, aut
prodigi, ex patris, matris, aui, auiæ, aut cuiuſcunque alterius
hæreditate, vel aliunde debite, dextereque prouenientem, in
poſſeſſionum, fundorum, feudalium, allodialium, prædiorū,
domorum, redditūum, & eius generis haud diſſimilium em-
ptionem ac comparationem non conuerterit, aut bono & ę-
quo mercatori ad honeſtum licitumque quæſtum legitimū
intra tempus non dederit, aut eam ſuos, vt liquido conſtat, in
vſus conuerterit. Nam ſic ad pupilli, adulti, aut prodigi vtilita-
tem non ſatis inuigilaſſe conuincitur. l. finali C. de adminiſt.
tuto. vel curato atque l. generaliter, necnon vulgari. l. a tuto-
ribus. ff eodem titulo, de adminiſt. tuto vel curat. & l. 1. in prin
cipio ff. de tute. & ratio diſtrahen. cum ſimilibus Ad hanc ita
que quæſtionem ex Iurium, atque acutiſſimorum ſcribentiū
ſententijs, & ex ijs quæ ſupra per nos probata ſunt, facillime
67 reſponderi poteſt ſic: tutor † vel curator ſi pecuniam pupil-
larem, aut prodigorum, (quæ tanquam intereſſe, & nō vt vſu
ræ, vti ſupra declaratum eſt exigendi veniūt,) non ſtatim ad
pupilli, aut prodigi vtilitatem expenderit, profecto de eiuſdē
pecuniæ intereſſe conueniri poterit, & idem intereſſe ſine diſ
ſimulatione præſtare tenebitur, vt patet in l. tutor qui reper-
torium. § ſi poſt depoſitionem. ff. de adminiſt. tuto. vel curat.
& quod ibi per Bar necnon per eundem Bart. vbi hoc tenet
68 in l. diuus. ff. ad l Falcid. † licet enim pupillorum, minorum, p̄
digorum pecunia hodie ad vſuras dari non poſſit, vt in dicta
authentica, nouiſſime, & in authentico, vnde d. authentica
deprompta eſt. C. de adminiſt. tuto. vel curato. Sollicitare ta-
men, & diligenter curare debent, tutores & curatores, vt pu-
pillaris, adulti, vel prodigi pecuniæ ad legitimum honeſtum-
que quæſtum expendantur, vt ex ijs aliquid fructus & vtilita-
tis pupilli, & c. tandem percipiant, quod niſi tutores, & curato
res illico præſtent, negligentiæ accuſantur, & fiunt obnoxij,
propter quam & in culpam incidunt, & ad verū intereſſe aut
ſaltem probabile, non autem ad ſimulatum intereſſe, conue-
niri & damnari poſſunt, iuxta l. ita autem § geſſiſſe ff. de ad-
miniſtrat tuto. & d l 1. ad exordium ff. de tute. & ratio diſtra:
& d. l. tutor qui repertorium. §. competit. ver. quid ergo. arg.
l. de his. C. de adminiſt. tuto. & vulgatam. l. quicquid. C. arbit.
tute. cum alijs iuribus minime diſſimilibus. Omne ergo lu-
crum, ſiue omnes vſuræ quas olim petere licuit a tutore, aut
69 curatore, reſpectu negligentiç commiſſæ in non fœnerandis
pecunijs, idem adhuc lucrum, intereſſe, & vſura hodierno iu
re peti poſſunt, & non vocatur tunc propriè vſura, ſed intereſ
ſe: quod quidem iura compenſandum permittunt, propter
negligentiam tutorum, aut curatorum, qui dictas pecunias,
aut fidis mercatoribus (pro honeſta aliqua lucri parte) non
cōmiſerint, aut redditus, aut fundos emendos non expende
rint dom. Bar. in dicta l. diuus. & in d. §. ſi poſt depoſitionem.
70 iuncta d. l. §. ſi tutor conſtitutus. Moderanda tamen, ac tem
peranda ſunt præcedentia hoc modo. Tutor & curator ad

intereſſe

intereſſe non tenentur, ſi prædia, redditus, idque genus a-
lia nequaquam diſsimilia, ſuo pupillo, minori ac prodigo
noo comparauerint, niſi ea vænalia fuiſſe apertè cōſtitiſſet,
& liquido apparuiſſet. Huic moderationi ſubſcribit D. Bart.
in l.tutor qui repertorium. §.ſi poſt depoſitionem, crebro ꝑ
cuata. Necnon Philip. Decius, in 3. conſiliorum parte, con-
ſilio 430 Debet etiam apparere tantam pecuniam prius per-
ueniſſe ad manum tutoris, aut curatoris, & quæ ad prædictos
redditus, fundos, aut prædia merito ſufficeret, alioqui de ne-
gligentia damnari noo poſſent. l. tia autem. §. 1. præallegato
& Autentico, vt hi qui obliga. ſe hab. perhib res mino. §. pe.
His ſimiliter congruit l.cum plures. §. finali. ff. de adminiſtra.
tuto. & l idemque. §. 1. ff pro ſocio. Itaque priuſquam tutor &
curator ob negligentiam conueniantur, redditus, poſſeſſio-
nes, prædia, & horum nec diſſimilia prius fuiſſe vęnalia certo
probari debuit. Quid enim tutor pupillo compararet? A oid
quod vænale non proſtitit. Eo igitur caſu tutor, & curator
de negligentia damnari non poſſunt. Alia præterea ratio tu-
toris, & c. negligentiam liberat, ſi quidem pecunia ad manus
ipſius perueniſſet, ſed minimè permanſiſſet. l. a. § perueniſſe.
ff. de hæred. & actio. vendi. ergo ſi eius ad manus peruenit,
& non ad tempus aliquod notabile permanſit, ſed in pupilli
adulti, vel prodigi neceſſitates expenſa fuit, excuſationi profe
cto locus eſt. Hæc opinio & limitatio etiam confirmatur ꝑ
dom. Pau. Caſtr. iuis in conſilus, conſil. 301 nume. 6. 1. partis.
71 Hic obſeruandum eſt, ſi iudex tutoribus vel curatoribus prę
cepiſſet, vt ex pecunia pupillari, aut minorum commonſtra-
tos, aut oblatos emerent redditus, prædia, & c. eoſque tunc ſi
ne legitima cauſa nō comparaſſent, quin potius neglexiſſent
aut negligenter obliti fuiſſent, eo quidem caſu ad legitimas
vſuras compenſandas obligarentur, quę hodie iure etiam no
uiſſimo peti poſſunt, non tanquam vſurę, ſed quatenus ea fru
ctibus tantum percepiſſent, vulgata l. tutor qui repertorium.
§ ſi poſt depoſitionem, & ibi Barto. ff. de adminiſtra. tut cum
alijs ſuperius diffuſius commemoratis. Atque hactenus de
72 priori quæſtione. Altera quæſtio eſt. Tutores & curatores, ſi
rerum pupillarium, minorum, prodigorum, necnō ſimilium
ſubiectarum perſonarum, rationes reddere diſtulerint, an ob
illam cauſam ad verum (ſi quod acciderit) intereſſe obligen
tur? Huius quæſtionis ſolutio ea ſuperioribus hactenus ha-
bitis ſatis colligi poteſt, & reſpondendum eſt affirmatiuè, qđ
maximè tunc obligentur ad compenſationem intereſſe. Sta-
tuenda eſt igitur ea ſuperioribus hæc concluſio. Tutores &
73 curatores tenentur pupillorum, minorum, & prodigorum
ocioſam pecuniam cōuertere ad lucrum, ſcilicet ad emptio
nem redditũum, prædiorum, & c. ſiquidem per opportunita
tem ea vænalia cognoſcantur, aut his nō oblatis, ſaltem eam
pecuniam cum mercatoribus ad honeſtum & licitum lucrū
aliquod conuertere. Non enim ſuffecerit tutoribus, aut cura
toribus, ſi talem pecuniam domi in ſcriniis ocioſam vſq; ad
diem rationis recondant, quum Chriſtus inertem illum talē
ti Dominici cuſtodem tam acriter obiurgatum, multo acer-
rimè puniri iuſſerit. Non amat, non quærit Chriſtus ocioſos
ſed laboratores quoſque perquiri iuſſit Non commiſit ſua ta
lenta recondenda, ſed ad vſuras exponenda tradidit. Quocir-
74 ca tutoribus, & curatoribus non patrocinabitur, ſi in die ra-
tionis reddendæ acceptam pecuniam integrā retulerint. Ab
eis enim (ſicut Chriſtus fecit) eiuſdem pecuniæ lucrum, aut
lucri intereſſe merito tunc repoſcendum erit. Quod diligen
tiſſimè notandum eſt aduerſum tutores, aut curatores pecu-
niam pupillorum, minorum, ac prodigorum ocioſam relin-
quentes, præſentantes, putantes interim ſe per hoc etiā mul-
ta gratiarum actione, immo & remuneratione digniſſimos
eſſe. Deoque optimo maximo rem præſtare gratiſſimam,
quod bona fide pecuniam acceptam integram ſeruauerint,
& nun (vt quidam alij) eandem prorſus abſumpſerint, aut bo
nam eiuſdem partem ſibi decoxerint, quales ego ipſe noui:
Fateor, ſunt illi quidem iſtis aliquanto & coram Deo, & pro
pupillis vtiliores, verum ob hoc ab ignauia, inertique negli-
gentia non ſunt prorſus excuſandi, aut abſoluēdi. Poſſet hoc
loco etiam moueri quæſtio. An tutor, & curator teneantur
ad intereſſe omiſſæ oportunitatis, vel omiſſi oportuni retra-
ctus? Huius q. minimè inutilis, ex his quæ ſupra diximus, pfa
cilis eſt ſolutio, nempe tutorem vel curatorem, tutelæ aut cu
ratelæ actione teneri tanti quāti pupilli vel minoris intereſt,
ſi talis retractus vtilis, & oportunus non fuerit factus. Atque
ita finem huic titulo, de pupillorum, minorum, & prodigo-
rum intereſſe imponimus: ſufficit enim rem quaſi commō-
ſtraſſe digito, quod omnibus veris iuriſtis, tum dicta, tum ad
huc dicenda paſſim ſint obuia, & notiſſima. Ideoque ex una
aut altera quæſtione diſcuſſa facilè ſoluuntur & reliquæ ne-
quaquam abſimiles, prædictas autem dumtaxat dedimus ad
exemplum, ad quod innumeras alias ſimiles (quas fora ciui-
lia quotidie ſuppeditant) referre licebit. Satis hic mihi fuit,
ſi dubitandi, veritatem inquirendi, ſimileſque quæſtiones fa
bricandi, ac reſoluendi occaſionem, & materiam dederim.

COMMENTARIA
IODOCI DAMHOVDERII
Brugenſis Iureconſulti, in titulum, de tu
torum, & curatorum li-
beratione.

CAPVT PRIMVM.

SVMMAE.

1 *Tutor & curator per iudicem ad rationem reddendam cogendus eſt.*
2 *Pupillus, minor, vel Prodigus rationem oblatam cogitur ſuſcipere.*
3 *Tutoris aut curatoris bona, quamlibet multa, pro adminiſtratione manēt obligata.*
4 *Tutor aut curator poterit ſuarum rationum, ac omnium adminiſtrationū, necnon inde dependentium liberationem exigere, quam ſi dare neglexerit, ius & fas eſt huiuſmodi per iudicem cogere.*
5 *Liberatio, Quietatio, Apocha, ſiue Quietantia, hac in materia, ſatis inter ſe conueniunt.*
6 *Liberationes nonnunquam generales & aliquando ſpeciales ſunt.*
7 *Liberationes generales, nemo facere cogitur, ſed bene ſpeciales.*
8 *Liberationes generales ſunt captioſæ, deceptoriæ, milleque periculis ac diffi cultatibus ſubiectæ.*
9 *Generalis liberatio & abſolutio, appellanda eſt liberalitas captioſa.*
10 *Conſilium authoris pro volentibus, aut ex ſtipulatione, aut alias dare obli gatis liberationes generales.*
11 *Quomodo generalis liberatio tuto fieri poſſit.*
12 *Liberationis forma eſt, vt cognita & incognita, cogitata & incogitata cō-prehendat.*
13 *Liberatio generalis etiam ad iura, quæ liberans ſibi competere ignorat, extenditur.*
14 *Liberatio, incognita non comprehendit, quando ignorantia eſt in genere, & in ſpecie, ſed quando eſt in ſpecie, & non in genere, tunc ſufficit illa ſcientia generalis.*
15 *Scientia in dubio præſumitur ſaltem in genere.*
16 *Præſumptionum violentarum experimentum eſt, ut cum rebus ſenſatis cō cordet.*
17 *Liberatio ſeu abſolutio, ſicut non ad ignorata, ita nec ad dubitata exten ditur.*
18 *Liberationibus ac abſolutionibus generalibus facillimè multi circumueniuntur.*
19 *Nemo cum alterius iniuria locupletari debet.*
20 *Qui cum alterius iniuria locupletari ſtudet, is per iudicem repelli debet.*
21 *In liberatione generali obſeruanda eſt utrinque perſonarum qualitas.*
22 *Sicut in callido ſolennitatis alicuius omiſſio, fraudis ſuſpicionem parit, ita & ſuperflua cautela excogitatio.*
23 *Per quos, & quales liberationes generales fieri curent adminiſtratores fraudulenti.*
24 *Liberationes generales a iudice diligenter ſunt expendendæ.*
25 *Boni iudicis eſt cuncta rimari.*
26 *Exemplum lepidum, quo quidam per quietantiam generalem, falſum admi niſtratorem ad reductionem calculi coegit.*
27 *Amantes omnia audent, omniaque promittunt, ut votorum compotes fiant.*
28 *Liberationis, ac quietantiæ fraudulenta formalia.*
29 *Tres inſignes errores per quietantiam generalem fraudulenter commiſſi.*
30 *Redditus pro temporum & locorum varietate mutantur.*

1 Quemadmodum tutor, curator, aut quilibet ali*
adminiſtrator, perfunctus officio ad reddendam rationem
(ſi in hoc ceſſare aut tergiuerſari velle videatur) per Præto-
rem, Præſidem, aut Iudicem cogi debet, teſte Vulpiano I.C.
haud infimo. in l. 1. §. officio. ff. de tute. & ratio. diſtrahen. Ita
2 contra ſi pupillus adultus, aut maior, aut prodigus ad ſanam
mentem reuerſus, oblatam per tutorem, curatorem, aut per
alium, aut per procuratorem rationem ſuſcipere contempſe
rit, idem ſimiliter per Prætorem Præſidem, aut Iudicem cogi
poterit, ne tutoris, curatoris, aut adminiſtratoris cuiuſcunq;
operam vel ludificet, vel diutius in ſuſpenſo teneat, quum bo-
3 na, maxime tutoris, aut curatoris, quantumlibet multa, pro
hac vna adminiſtratione interim ſemper maneant obligata. l.
pro officio. C. de adminiſtrat tuto. vel curato. & l. finali. C. de
4 vſur. pup. Quamobrem ſuperioribus abſolutis, non abs re tu-
tor, curator aut adminiſtrator quilibet facturus erit, ſi ſuarū
rationum, ac omnium adminiſtrationum necnon inde depē
dentium liberationem, ſeu vulgo, quietationem exigat, & po
ſtulet,

ſtulet, quod ipſi licitum eſt. Hãc autem ſi dare neglexerit, aut
abſque occaſione legitima renuerit, ius & fas eſt ſuum pupil-
lum, aut prodigum ad huiuſmodi liberationem & quietatio-
nem per prætorem, præſidem, aut iudicem cogere, ſicuti e-
nim in vnum, ita & in alium tempore tamen ac loco oportu
5 nis, cadit coactio. Nam (vt breuibus hoc quicquid eſt, abſol
nam) liberatio, quietatio, apocha, ſiue quietantia, hac in ma-
teria, ſatis inter ſe conueniunt, quæ quidẽ quietantiæ nonnũ
6 quam generales, & aliquando ſpeciales ſunt, vt ex infra dicen
dis apparere planius poterit, quarum deſcriptiones hic inſe-
rere non putaui præſentis eſſe inſtituti, ſed eas omnino ele-
mentarijs eſſe relinquendas. Vt autem a generalibus incipia-
7 mus ſciendum eſt quod nullus iure compelli poteſt ad faciẽ-
8 das quietantias, ſiue quietationes vel liberationes generales
quod tales omnes ſint captioſæ, deceptoriæ milleque pericu
lis ac difficultatibus ſubiectæ, imò quod manifeſtã iniquita-
tem in ſe contineant, vt ſingulariter ait Bar. in l. cum Aquilia
na. per eum tex. in illis præclaris verbis, liberalitatem enim ca
9 ptioſam, interpretatio prudentium fregit. ff. de tranſact. Ap-
pellatur autem captioſa liberalitas. generalis illa liberatio &
abſolutio coniuncta l. vnde ſi Neruæ ff. pro ſocio. Nam remiſ
ſio aut liberatio talis fieret de incognito, ideoque ob id faci-
lius aliquis poſſet decipi. Huic etiam ſeruit textus ſingularis
in l. 3 § contrarium, ibique Iacob. de Are. O dr. & Bal. notãt.
ff. de contra. & vti actio. tute. Atque hoc eidem Baldo etiam
non diſplicuit, in l. pactum, in 16. quæſt. C. de colla. & Sall. in
l. ſicut datam. in fine C. de libera. cau. hoc quoque non diſpli
cuit do. Iaſoni in notabili. l. ſi de certa C. de tranſact. & Ludo.
Roma. ſuis in conſil. conſi. 155. incip. Præmiſſum laudum, in
2. dubio, vbi reputat textum d. § contrarium, eſſe ad hoc ſin-
gularem & inſignem, & do. Card. in c. ſuper eo. de tranſact. at-
que do. And. Barba. in ſuis conſi. conſi. 16. incip. Præclare ſcri
pſit Pſalmiſta celebris 2. volu. ad finem 3 columna, quod eſt
memoria tenendum, tanquam quotidianum, multũque fre-
quens, ac vtile, inter omnis generis ac conditionis homines.
Ad ſpeciales vero liberationes, aut quietatiõis aliquis com
pelli poteſt, quãdoquidem id omnis ratio ſuadet, & requirit.
Rectè ergo & tuto ex his eſt inferendum, obligatos ad facien
das liberationes, poſſe (ſi velint) generales facere, & tradere,
atque etiam recuſare. Atque hoc eſt omnium tutiſſimũ. Spe
ciales vero liberationes rebus ad id diſpoſitis, facere & tra-
dere, omni poſtpoſita excuſatione ac tardatione, cuius eſt li-
citum, quũ id ſit rationis, & æquitatis notiſſimæ. Caueant er-
go qui ſapienter, prudenterque agere cupiant, ne generales li
10 berationes dent, ſi ſibiipſis bene conſultum eſſe cupiant. Por
ro ſi generales nonnunquam eos dare contigerit, aut ex ſti-
pulatione, aut ex alio modo, ad id obligati fuerint, ſint tardi,
difficiles, non veloces, aut leues ad eas expediendas, & tradẽ
das, niſi prius alios peritiores, & prudentiores de eo negocio
conſultauerint, alioqui enim captioſitati milleque difficulta
tibus, ac inuolucris ſeſe ſubijcerent, quod ego non raro non
11 modo audiui, ſed etiam hiſce oculis vidi. Remiſſio ergo, re-
nunciatio, vel liberatio prædicta generalis, an fieri poſſit, &
qualiter poſſit fieri, ac quid comprehendat, nũc diſcutiamus
& examinemus. Principio itaque manifeſtum ſit, quod libe-
ratio generalis (vti diximus) omnino fieri poſſit. Quomodo
vero eam fieri conueniat, quidque comprehendat paucis ab
ſoluamus. Si abſolutio, liberatio, ſeu quietatio, fieri debeat
de ratione adminiſtrationis tutelæ, curæ, inſtitoriæ, aut ſimi-
lis, & ſi rationem reddens, cupiat abſolutionem ſeu liberatio
nem quæ in ſe comprehendat cognita, & incognita, cogitata
& incogitata, tunc in apocha liberatoria, inſtrumento, aut q̃e
tantia, huiuſmodi verba exprimantur neceſſum eſt. Viſis in-
ſpectis & cognitis adminiſtrationis tutelæ, curæ, inſtitoriçve
adminiſtratæ libris, tam per ſeipſos quam per alios calculato-
res ac peritos huiuſmodi in re & negocio (quibus conſtat ab
ſoluendum ſoluiſſe, & reliqua conſignaſſe, & reddidiſſe ratio-
nem adminiſtrationis) abſoluit & liberat adminiſtrantem.
12 Talis enim abſolutio ſeu liberatio haud dubie, cognita & in
cognita, cogitata & incogitata in ſeſe comprehendit, teſtan-
te do. Ange. in l. tres fratres. ff. de pact. Hinc vſu venit vt inſi-
13 gnes, & callidi aduocati, & cauſidici exercitati in praxi, quo-
ties requirunt liberationem ſiue quietationem, tũc eam ita
generalem requirunt, vt etiam ad ea iura, quę liberans ſibi cõ
petere neſcit porrigatur & extendatur, atque ideo exprimi fa
ciunt quicquid liberat & quietat omne ius quod habet, q̃d-
que habere poſſet & ſperat, etiam ſi eſſet tale quod liberans
ignoraret ſibi competere. Hæc formalia prædicta ſuadet in-
ſerenda eſſe in literis liberatorijs Ang. in l. qui iure militari ff.
de teſtamen. milita. Haud diſſimile videtur velle idem Ange.
in authentica, ex cauſa C. de libe. præter. & in l. filio præteri-
to. ff. de iniuſto rup. & irrito teſt. & in l. qui Romæ. § duo fra
tres. ff. de verborum obligat. Necnon idem Ange. varijs in lo
cis, breuitatis ſtudio prætermiſſis, in quibus certiſſimam hãc
dat cautelam, vt incognita & non cogitata comprehẽdat ab
ſolutio, ſeu liberatio in eum modum ac formam facta quo ſu
14 pra. Angelus tamen dixit in dicta l. tres fratres, quod abſolu-
tio ſeu liberatio, tunc incognita non comprehendit, quando
ignorantia eſt in genere & in ſpecie ſimul, ſed quando eſt in
ſpecie, & non in genere, tunc ſufficit illa ſcientia generalis, ita
intelligi l. ſub prætextu. C. de tranſact. ait dixitque optimum
15 eſſe argumentum d. l. qui iure militari. ff. de teſta. milit. indu-
bioque præſumitur ſcientia, ſaltem in genere, & ibi Ang. do-
cet eſſe cautum contrahentem, vt comprehendat cognita &
incognita. Sed huic opinioni ac ſententiæ dom. Angeli non-
nulla obſtare videntur. Primo huic aduerſari videtur illud di
ctum Baldi haud cõtemnendum in ca. afferte mihi gladium.
16 de præſump. quod experimentum violentarum præſumptio
num eſt, vt cum rebus ſenſatis concordet, ideoque veriſimi-
le minime videtur abſolutionem, liberationem, ſeu quieta-
tionem incognita & incogitata ſimul comprehendere poſ-
ſe. Immo plus dixit tex. (Bart. teſte,) ſingulari in l. manifeſtiſſi
17 mi §. ſin autem neſcius. C. de furt. Sicut abſolutio ſeu libera-
tio ad incognita non extenditur, ita pari ratione ad dubitata
nequaquam extenditur, cui dicto ſeruit tex. in l. fina. C. de cõ
dict. indeb. ergo &c. Secundo prædictis obſiſtere videtur q̃d
ſuperius tetigimus, de liberalitate captioſa, quam prudẽtum
interpretatio fregit, ſicuti placuit l. cum Aquiliana. ff. de tran-
ſact. quam quidem liberationem captioſam, generalem libe-
rationem ac abſolutionem appellitant, atque hæc in ſe pleriũ
18 que iniquitatem manifeſtam continet & comprehendit. Iõ-
que huiuſmodi abſolutionibus ac liberationibus generalib.
multi circumueniuntur, quemadmodum vnicuique manife
ſtum eſt, quiſquis deducta, ac deducenda diligentius in-
tueri, & expendere volet, quare, &c. Tertio a prædictis diſſen
19 tire videntur iura vulgaria diſponentia. Neminem locupleta
ri debere cum alterius iniuria vel iactura l. iure naturæ. ff. de
regu. iur. c. locupletari, de regu. iur. lib. 6. l. naturaliter, in fine,
& l. nam hoc natura. ff. de condict. indeb. cum mille concor-
dantijs. immo æquitati naturali repugnare videtur, & bonis
moribus iuſtitiæque ciuili prorſus eſſe contrarium, ideo ipſo
iure talis liberatio generalis cenſenda eſt eſſe nulla, nulliusq;
20 momenti aut roboris adeo vt iudex ſuo ex officio, eum qui
cupit ſic cum aliena iniuria vel iactura locupletari repellere
poſſit, vti probatur l. plane, ac l. finali. ff. de peti. hæred. Atque
talis locupletatio cum alterius damno ſæpe accidere poterit
in huiuſmodi liberationibus, ſeu quietationibus generalib.
21 ergo, &c. Quarto obſiſtere videtur prædictis liberationibus
generalibus, quod in omnibus ſimilibus ſemper habenda ſit
diligens ratio, & conſideratio omnium perſonarum, ſcilicet
abſoluentis & liberantis, abſoluti & liberi. Atque in his non
ſolum a parte, ſed etiam ab ipſo iudice diligenter conſide-
randa ſunt, ipſorum ſimplicitas, inſcitia, & iners bonitas, & q̃
22 ipſorum verſutia, fraus, calliditas, aut nocendi vafricies. Nam
ſicut ſolennitatis alicuius omiſſio, ſiniſtram inducit præſum-
ptionem, vt eſt gloſſa inſignis & ſingularis in l. iubemus. C. de
teſtamen. ita quoque abundans, ſuperflua & inſolita cautela,
ab homine callido, atq; aſtuto appoſita, fraudis præſumptio-
nem inducit, ergo talis prædicta abſolutio, & liberatio meri-
to cenſetur ac præſumitur captioſa, quum ſit generalis & fa-
cta a perſona ſimplici, homine verſuto ac callido. Huiuſmo-
23 di enim † liberationes generales plerunque curant ac ſolici-
tant ſibi fieri & edi, qui ſibiipſis culpæ fraudis ac doli alicu-
ius machinandi, ſunt conſcij, omnibus viribus denique ac
neruis aduocatum quæritantes aſtutiſſimum, ac verſutiſſi-
mum, ipſumque ſollicitantes, vt eis tales liberationes fabricet
generales, omni ex parte abſolutiſſimas, quibus ſeſe vndique
defendant, aduerſus omnes ac ſingulos, & contra omnium
ac ſingulorum oppoſitionem, obiectionem ac contradictio-
nem. His autem ita confectis & fraudulenter excogitatis libe
rationibus vniuerſalibus ſeu generalibus multum fidunt, ſpẽ
que in ijs ſuam omnem reponunt, atque arroganter immo-
deſteque ſuas ſcilicet excogitatas fraudes etiam paſſim iacta
24 re non verentur. Huiuſmodi autem liberationes † quomo-
docunque machinatæ fuerint, certe inſulſæ ſunt, inualidæ &
ſuſpectæ, & a prudenti iudice, poſtquam ad eius cognitionẽ
peruenerint, diligenter obſeruandæ & timandæ ob fraudulẽ
tiam ipſis procellium & cauſarum deductionibus, ventila-
25 tionibus, & diſcuſſionibus. † Nam iudicis eſt, cuncta rimari.
c. iudicantem 30. quæſt. 5. Neque ſagacem iudicem mouere
debent tales quietationes generales. Neque talium fraudulẽ
torum adminiſtratorum iactabundæ exclamationes & exul-
tationes, quibus imprudenter clamitant. Moliantur nunc q̃e
quid velint ac poſſint aduerſum nos atque contra noſtra q̃e
rem, habemus generaliſſimam, ampliſſimam, ac pleniſſimam
liberationem ſeu quietationem, ſeſe porrigentem ad omnia
cognita,

cognita & incognita, etiam ſi dolo noſtro eſſent incognita,
& tam in genere, quam in ſpecie, & etiam ad iura, & ad obli-
gationes ex futuro pendentes, etiam ea quacunque, & in qua
cunque cauſa, ac lite, &c. cuius nucleum, ſi eſſe velint, fran-
gant nucem, hoc eſt, huiuſmodi liberationem noſtram tam
generalem & firmam diſſoluant, neceſſum eſt. Per huiuſmo-
di enim, inquiunt generalem liberationem nobis nata eſt ſe-
curitas, & robur, quod contra omnes eorum calumnias, & lis
res intētādas tuto obtendere poterimus. Ah miſeri, & deplo
randi fraudatores, qui ita glorianter veſtram perditis animā,
& contra charitatem omnia agitis, & ſic lætantes ad damna-
26 tionem tam præcipitanter ruitis. Hæc autem, vt clariora eua
dant, vno exemplo, quod mihi contigit, apertius common-
ſtrabimus. Venit ad me nuper quidam iuuenis, profecto ho-
neſtus, modeſtus, acris iudicii, diues, multis naturæ & fortu-
næ, & corporis dotibus præditus, in quo nihil reprehenſione
dignum quiſquam conſpicere potuiſſet. Is vbi adoleuiſſet, de
creuit animum adiicere ad nuptias, & ambire vxorem. Tan-
dem reperit vnam filiam pulchram, modeſtā, & (vt putabat)
ſe ſuiſque moribus dignam. Acceſſit ad me, implorabat meā
opem, & operam, vt in ea potiunda ipſi deeſſe nollem. Rogā
ti iuueni, & tam honeſta petēti libenter morem geſſi, & eius
honeſto deſiderio libenter obſequi volui. Tutores itaque e-
iuſdem honeſtæ puellæ, ac diuitis ipſius nomine primum cō
ueni, rogaui vellent ne eandem fœliciter elocare, ſi ipſam di-
gnus conringeret ambire ſponſus, & futurus maritus. Illi tu-
tores alacri vultu affirmatiuum mihi dedere reſpōſum, quo
lætior factus, iuuenem ſtatim ipſis nominaui, rogaui quomo
do placeret, & quid de eo ſentirent, & ſtatuerent, audito hu-
ius iuuenis nomine, gratias mihi egerunt, de tanto ipſis, &
ſuæ pupillæ honore præſtito, pollicentes ſeſe cum puella, cū
puellæ cognatis, & amicis maturè cōſulturos. Poſt aliquot
dies rurſum eoſdem tutores adii, rogans num prudenter de
oblato negocio deliberaſſent, & cum propinquis egiſſent.
Hi tunc aliquantulum frigidius reſponderūt, ſe quidem cum
amicis bene conſultaſſe, verum nihil quidem certi conſtituiſ
ſe, promittentes interim ſuam operam, & intra pauculos dies
reſoluturos. Poſt aliquot igitur dies ad eoſdem redij, abſolu
tam reſolutionem & reſponſionem vrgens: Tunc hi quaſi a-
lieniores effecti reſponſionem tulerunt magis alienam, & im
pertinentem, & ſic tacitè negatiuam. Ego admiratus tam in-
dignam, & imprudentem reſponſionem tutorum, qui tam
honeſtæ & diuitis conditionis iuuenem aſpernari viderētur
rogaui quid ipſos ad ita tergiuerſandum moueret, verum illi
(vt æquitatis ratio ſemper eſt ſuperior) quam non haberēt
quod reſponderent, piſce magis muti, hoc tantum reſponde-
runt, de eo negocio inter conſanguineos nondum ſatis con-
ueniſſe. Quo accepto reſponſo tam ſimulato, indignabūdus
abceſſi. Poſt ad me reuerſus cogitare cœpi, arborem primo
ictu non ſolere decidere. Itaque non ſatis perſpectum habēs
quidnam impedimēti rei progreſſum remorari poſſet: aliam
igitur viam ingrediendam mihi eſſe putaui. Prius enim ver-
bis tantum, poſthac muneribus & pollicitationibus mihi tu
torum animos expugnandos eſſe putaui. Quocirca iuuenis
ambientis nomine præcipuum tutorem rurſum adii 30. coro
natos in gratitudinis ſymbolum promiſi, ſi rem ad optatum
finem ſua authoritate perducendam curaret. Is hac promiſ-
ſione lætior factus, omnem quam poterat operam promi-
ſit. Et quodammodo nos voti compotes futuros eſſe certo
firmauit. Poſtridie hic idem mihi factus obuius alacri vultu,
ipſe quidem ea hoc alacrior, rogabam num certa eſſet nobis
ſperanda victoria. Is tunc omnem operam, & certam ſpē ad
futurum matrimonium promittebat, ſi modo is iuuenis pro
eo medio illi cōſentire vellet, per quod ſolum ipſi ad has nu
ptias pateret certus acceſſus. Ego curioſulus de eo medio au
ſpicando, rogare cœpi, quodnam id eſſet. Is incunctanter re-
ſpondit, ſe iuueni tali candide fauere, & ad eaſdem futuras nu
ptias optime velle, eaſque ſe ſolum conſtituere poſſe, ſi hic a-
doleſcens ipſi polliceri vellet, ſeſe liberationem ſeu quietatio
nem generalem omnium ac ſingularum rerum, atque inde
dependentium adminiſtratarum datarum ac præſtatarum,
quod quidem poſtquam audiſſem id ipſum adoleſcenti ſum
ma cum diligentia relaturum me pollicebar. Poſtquam igi-
tur ei negocium omne clarius expoſuiſſem, ſtatim iuuenis
ſpopondit ſe animo hilari atque lubenti omnia atque ſingu-
la, quæ curatori aut aliis quibuſuis placuiſſent, eſſe facturum,
27 vt plerūque perdite amantes aſſolent, qui omnia ardentes,
omnia pollicitantes, quo ſuis votis, & deſideriis optate fruan
tur. Hic itaq; tutor accepta promiſſione, & ſtipulatione, ſub
verbo & fide boni adoleſcentis, ſic negocio ſuo inſtituto in-
uigilauit, vt hoc ad optatum exitum tandē perductum ſit, &
iuuenis ſua amica potitus lætas cū ea nuptias celebrauit. Po-
ſtridie vero celebrationis nuptiarum, hic tutor eundem no-
uum maritū acceſſit quandam ipſi papirum obtulit, libera-
tionem generalem comprehendētē, quam ede deſcribique
(vti indubie præſumendū eſt) ab aliquo aduocato aſtuto, &
practico curauerat, vt congruentius ſuas fraudes fallaciasq;
28 contegeret, cuius chartæ tenor hic erat. Viſis, inſpectis, ac co
gnitis, tā per me. N in vxorem habentē. B. ſubſcriptū, quam
per alios peritos, expertosque calculatores, & iuriſperitos, in
uentario, rationū adminiſtrationū libris, ſeu codicibus, nec-
non omnibus ſinguliſque ex illis dependentibus, mihi vxo-
ris cauſa obuenientibus, quibus conſtitit ac claruit. A curato
rem quondā vxoris meæ abſoluendum nunc ſoluiſſe, & vni-
uerſæ præfatarum adminiſtrationum reliqua, tam mobiliū,
quam immobilium bonorum, rationes, atque omniū ac ſin
gulorum literas demonſtratorias, ſiue munimenta reddidiſ-
ſe ac tradidiſſe, ideoque de his omnibus & ſingulis plenariè
mihi ſatisfactum eſſe cognoſco, & fateor, ob quod eundem
tanquam quondam vxoris meæ curatorem nunc abſoluo &
libero, tam a cognitis, quam incognitis, tam a cogitatis, quā
incogitatis. Similiterque quieto eidem omne ac qualecunq;
ius, quod habeo, habere, aut etiam ſperare poſſem, etiamſi eſ-
ſet huiuſmodi, quod mihi competere ignorarem, ratione &
occaſione præfatæ adminiſtrationis, aut præfatarum adminiſ
ſtrationum, promittendo eidem in fide boni viri, necnon iu-
ramento firmiſſimo, me nunquam eundem moleſtaturum
occaſione præfatæ adminiſtrationis, aut prædictarum admi-
niſtrationum, renunciando omnibus ac ſingulis, tam iuris,
quam facti exceptionibus, quibus præſentem liberationem
infringere ac infirmare poſſem, quod teſtor 7. Decemb. 1559.
meo ſigno manuali ſolito ac conſueto ſubſcriptus. Ita eſt, Io.
&c. Hanc deceptionis plenam ſchedulam, vbi ille fraudulen-
tus tutor obtuliſſet nouo marito, inſtanter petiit ab eo, vt
huic ſchedulæ iuxta pollicita, & in fide boni viri ſubſcribe-
ret, & ſuo chirographo muniret. Quod ſimulatque feciſſet, p
miſit ſe illico vxoris ipſius bona omnia, & ſingula mobilia ac
immobilia, & omnia inde dependentia fideliter demonſtra-
re, & tradere. Porro hic nouus maritus, ne ſtatim mēdacii ac
leuitatis coargueretur, & vt ſuis reſponderet promiſſis, incō
ſultè cū nomine, cognomine, & conſueto chirographo, ſub-
ſcripſit, ſubſignauit, & ita eandem ſchedulam ratam habuit,
& affirmauit. Tutor vero hilaris factus de ea ſubſignatione
gratias egit, & multo hilarius abceſſit. Poſt aliquot menſes ſēt
hic nouus maritus ad ſe reuerſus, & quaſi expergefactus re-
cordari cœpit iā operoſæ, & verboſæ quitantiæ, cui non ita
pridem ſubſignauerat, ex ea neſcio quem fucum, & dolū ſu-
ſpicans & metuens. Ad libellū igitur rationariū perluſtrandū
ſeſe totū tradit, omnia rimatur, omniaque & ſingula cum vi
ro perito, & in calculo expertiſſimo, & potiſſimū rationes nō
nullas, quas quondam fecerat cōicat, examinat, & diligenter
29 omnia diſcutit, & errores aliquot inſignes in iis rationibus,
tā in omittendo, quā in addendo cōmiſſos reperit. Quorum
primus error erat, ſummæ 30. librarum groſſorū omiſſio, quā
quidē ſummā à quodā in cōmodū, ac quondā pupillæ, nunc
ſuæ vxoris vtilitatē receperat, ſed quā cōputis ſeu rationib.
ſuis exhibitis non inſeruerat. Secundus error fuit, quod 96.
groſſorū libras monetæ Flandriæ annis 4 apud ſe reſeruaue-
rat vacuā, aut in vſum propriū expendiſſet, ſine vlla prædiorū
fundorū aut redditruum emptione, quū tamen notiſſimum
eſſet, quod illis annis in multis locis varij redditus extitiſſent
venales, ob quā omiſſionē, & craſſam negligentiā, latæ culpę
annumerandā accepit dānū vel intereſſe 24. librarum groſ-
ſorū monetæ Flandriæ. Tantā enim 24. librarū ſummā intra
4. annos prædictæ 90. libræ lucrari potuiſſent, ſi in redditus
annuos per negligentē tutorē expenſæ fuiſſent, vt cuiuis eſt
notiſſimū, qui diuerſarum ciuitatum conſuetudinem explo-
ratā habent. Cōiter enim æſtimantur ad denariū 16. nonnun
quā etiā 18. & quandoque 15 duntaxat, quā conſuetudinē fe-
re receptam videmus hac tēpeſtate Antuerpiæ, Louanii, Bru
30 xellæ, aliiſque in locis Brabantiæ, Flandriæ, Hollandiæ, & Ze-
landiæ. Precium enim huiuſmodi redditiuū non eſt vbique
æque certum & definitum, ſed ſecundum locorū diſtinctio-
nem, & etiam temporum varietatem variari conſueuit. Simi
liter etiam ſecundum aſſignationum, fundationum, & hypo
thecationum diuerſitatem, vnus redditus eſt melior altero,
cariuſque vendi poteſt. Tertius error fuit de cathena aurea,
florenos Renenſes centum valēte, quam tradere ac reſtitue-
re prætermiſit, quæ quidem cathena ex ſucceſſione materna
vxori ſuæ quondam pupillæ prouenerat. Harum itaque ſum
marum omiſſio ac non traditio ei proculdubio magno detri
mento fuit ad ſummam vſque 70. 13. 4. ſupradictæ monetæ
Flandriæ. Atque hæc ſumma fere quartam omnium bono-
rum ſuæ vxoris partem confecit. Hæc igitur omnia (quod vi-
ri boni & prudentis eſt officium) dicto tutori prius commō-
ſtrare, & cum eo familiariter conferre voluit, priuſquam eū-
dem

dem in iudicium protraheret, negociumque omnibus palā faceret. Hic vero tutor poſtquam ea audiſſet, ac intellexiſſet animo ſumme irato ac ſtomachoſo ait ſeſe ea nihil æſtimare quandoquidem haberet liberationem ſufficientem, qua ſeſe defenderet, ac ei reſiſteret. Ecce hic pie lector fraudulenti tutoris vanam arrogantiam, & caſſa nuce inanintem reſponſionem, quæ indubiè ſe hominem ſiniſtræ conſcientiæ fuiſſe demonſtrat. Hæ igitur fraudes tam iniquæ, per proborum, & peritorum virorum impulſus, perſuaſiones, & rationes vrgētes ſopita ſunt, & per tutorem reſtituta, priuſquam in iudiciū res controuerſiæ fuerant pertractæ, & multorum auribus innotuiſſent. Atque hæc de iſthoc primo capite dicta ſufficiāt.

CAPVT SECVNDVM.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtio, quid faciendum ſi errores per tranſactionem non eſſent ſopiti.*
2 *Adminiſtratores nec cito, nec temere conueniendi.*
3 *Liberatio per dolum extorta iniqua eſt, & non ſeruanda.*
4 *Liberatio eſt inualida, ſi conſtet de aſſeueratione falſi, aut retentione boni.*
5 *Liberatio eſt inualida ſi conſtet de reliquorum retentione.*
6 *Liberatio eſt inualida ſi conſtet quod tutor pecuniam pupilli in proprium uſum conuertit.*
7 *Pupilli pecunia non debet permanere ſterilis.*
8 *Qui in ratione neceſſaria omittit, ex fraude omiſiſſe putatur.*
9 *Omiſſio alicuius fructus, liberationem infringere poteſt.*
10 *Doli commiſſi diſtinctio.*
11 *Dolus remiſſus uidetur qui committitur ab eo cui nihil ex dolo adeſt.*
12 *Dolus non eſt remiſſus, qui committitur ab eo, cui aliquid ex dolo accedit commodi.*
13 *Dolus præſumitur, quando pupilli pecunia ad lucrum non expenditur.*
14 *Pecunia, quæ eſt apud tutorem, eadem apud hæredem eſſe præſumitur.*
15 *Si pecunia tutori tradita, non ſit reperta, de dolo remiſſo præſumitur.*
16 *Dolus remiſſus per tranſactionem aut liberationem purgatur.*
17 *Dolus cum cauſa permanente, ſcilicet cum lucro doli per liberationem purgari non poteſt.*
18 *An iuramentum liberationem confirmet?*
19 *Iuramentum ſine præſumptiuo conſenſu defectus, non roborat liberationem.*
20 *Iuramentum cum certo conſenſu defectus, liberationem potiſſimum ſpecialem roborat.*
21 *Iuramentum in genere, cum clauſula ſpeciali, liberationem roborat.*
22 *Renunciatio generalis non inducit conſenſum.*
23.28 *Generalis diſpoſitio non extenditur ad ardua, niſi ſpecialiter exprimantur.*
24 *Conſuetudo iuriſdictionis non extenditur ad ardua.*
25 *In arduis ſingula ſunt exprimenda, & ad ſuperiorem referenda.*
26 *Cauſa ciuilis ardua, criminali cauſa æquiparanda.*
27 *Dignum expreſſione ſpeciali, pro neglecto habendum.*
29 *Clauſula in liberationem inſolita, & ſuſpecta, certam fraudem prætendit.*
30 *Quietantia per procuratorem data, non liberat a doloſa adminiſtratione.*
31 *Sicut quietantia non roborat doloſam adminiſtrationem, ita nec eiuſdem quietantiæ ratificatio.*
32 *Ratificatio tantum eſt de licitis, & non de doloſis aut ignoratis.*
33 *Ignorantia nihil operatur in facto alieno.*
34 *Liberatio doloſè extorta, actione de dolo, aut per exceptionem reſcindi poteſt.*
35 *Liberatio doloſa per condictionem ſine cauſa, excipitur.*
36 *Liberatio cum promiſſione, & rato, non extenditur ad doloſè adminiſtrata.*
37 *Promiſſio in quietantijs, non ratificat, niſi quatenus honeſta ſint & licita.*
38 *Quæcunque principalem non obligant, ea nec procuratorem obligare poſſunt.*
39 *Procurator non magis obligare poteſt, quam principalis.*
40 *Qui actum iniquum impugnat, is ratificationi non derogat.*
41 *Liberatio ad tempus facta, non ſortitur effectum poſt tempus.*
42 *Limitata cauſa limitatum gignit effectum.*
43 *Poſt tempus induciarum, non inchoatur nouum bellum, ſed continuatur prius.*
44 *Interdictum ad tempus, poſt hoc tempus reaſſumitur, non recenter inchoatur.*
45 *Suſpenſa licentia ad tempus, finito eo tempore, continuatur, non renouatur.*
46 *Legatum ad dolum euenturum, nihil operari poteſt.*
47 *Liberatio in plena forma, non extenditur ad bona pupilli quæ ſuperſunt.*
48 *Quietantia generalis tametſi cum iuramento, & decreto iudicis, non tollit reuiſionem rationis, & reliqua doloſè retenta.*
49 *Forma operoſa faciendarum quietantiarum generalium.*
50 *An pupillus per iuramentum excludatur a beneficio reſtitutionis.*
51 *Pupilli debitor ſoluere debet cum mandato iudicis uel prætoris.*
52 *Decretum iudicis facit licitum, quod per ſe erat illicitum.*
53 *Solutio cum authoritate iudicis omnium eſt tutiſſima.*
54 *Statutum Brugenſe Quod debitoribus pupilli non liceat ſoluere, niſi duob. tutoribus coniunctim, ſub pœna iteranda ſolutionis.*

Poſtquam cognoueram liberationis materiam in ſuperiori capite non ſatis abſolutè pertractatam eſſe, ſed nonnihil ampliori notitia explicandum reſtare, volui eandem materiam, per continuationem aliquanto fuſius in hoc 2. cap. reuncare, & quod deeſſe videbatur: perfectius abſoluere. Primo igitur hanc quæſtionem explica
1 te placuit. Quid ex iure faciendum ſit, ſi errores præallegati
per tranſactionem nequaquam ſopiti fuiſſent, & per tales rationes, & argumenta per quæ prædicta, & ſimilis liberatio impugnari potuiſſet. Ad hanc quæſtionem nonnihil laboris & moleſtię inſumere placuit, & vt materiam tam vtilem & quotidianam latius explicemus omnino geſtit animus, ſcilicet, ut minores, maiores, & qui ſui iuris effecti, reperiant, & habeant, quo poſſint ac valeant craſſæ negligentiæ, latæ culpæ,
2 aſtutiisque quondam tutorum, aut curatorum callidorum,
reſiſtere. (Omnes interim admonitos volo, ne temere ſine delectu, & abſque prudentum, circumſpectorumque conſilio, ſuos quōdam tutores, curatores, aut adminiſtratores moleſtent, aut eoſdem ſtatim negligentiæ, latæ culpæ, dolive in-
3 cuſent.) In primis igitur hoc tenendum eſt, quod liberatio,
& quietatio, ſuperius in medium adducta, ſit euidēter iniqua
4 ac ideo non ſequenda nec obſeruanda. Primo & potiſſimum
quando de falſa aſſeueratione, ac doloſa rationis redditione, ex inuentarij, rationumque inſpectione & inquiſitione liquido conſtat errores ſubeſſe, atque ideo per conſequens talem de dolo reperto liberationem, ipſi liberanti non poſſe obeſſe, vt quæ doloſe, & fraudulenter extorta præſumitur, gl. notabili
5 bili teſte, in l. 3. § 1. ff. de contra. & vti actio. tute. Secundo
quando conſtat de reliquorum retentione, tunc enim doloſe extorta cenſebitur omnino liberatio, ſicuti ſentit do. Bart. ad textum celebrem & apertiſſimum l. Antelin. §. Caius. ff. de libe. leg. Huic quadrat vulgatiſſima l. dolus. ff. manda. Vbi ob ſuum dolum in dicta liberatione commiſſum ipſa liberatio merito venit reſcindenda iuxta l. ſub prætextu 2. C. de tranſ. His quàm optimè ſeruit, quod Baldus aliique poſt eum ponunt, ad ſingulariſſimam l. ſi ſeruus vetitus. ff. de leg. 1. Ange. & Imo. in l. ſi ſeruus ff. de hæredibus inſtitu. & in inſigni l. Au
6 relius §. Mœuia. eo titu. ff. de libe lega. ſęorſum ſcule allegata. Ter
tio quando conſtat, quod tutor aut curator pecunias quondam ſuæ pupillæ, ſuam in vtilitatem conuertit. Ex eo enim dolus non mediocris cenſetur commiſſus, & ipſe talis fraudulētus tutor, pupilli prædo nominari meretur, vti Ange. Imo. & Modernis minimè diſplicuit ad l. Pomponius. §. ex facto, pec enim tex. ff. de acquiren. poſſ. ponitque Romanus eadem in l. §. ſed ſi legatario. necnon Aleſan. de Imo. in l. ſi ex ſtipulatione. ff. de acquiren. poſſeſ. quibus ſuo ex officio prædia, ſeu redditus comparare obligabatur, quando vænales reperti fuerint.
7 Non enim debuit pupillæ ſterilis permanſiſſe pecunia, licet
eadem per ſe ſit infructuoſa, ac dumtaxat ad emendum inuēta, ut habet textus admodum lignandus, in c. eijciens. 88. diſt
8 Quiſquis enim quod facere debuit, id planè omittit. Hūc ex
dolo, & fraude idipſum omiſiſſe præſumitur, ſecundum tritiſſimam l. tutor qui repertorium ff. de adminiſt. tuto. vel cura. quæ quidem præſumptio, probandi onus in tutorem, curatorēve transfert l. ſiue poſſidetis. cum ibi notatis. C. de prob. Ex quibus cenſendū eſt doloſam fuiſſe adminiſtrationem, p quam tutori aut curatori aliquid adeſt, ac commodum ex ea perſentit. Et ideo in hoc caſu manifeſtum eſt liberationē ad huiuſmodi adminiſtrationem extendi non debere. Cum his conſentit illud Pau. Caſt. ſuis in conſilijs, conſilio 306. incip.
9 Aduertendum. vbi concludit, quod per talem fructuum ac
quarundam rerum omiſſionem, tutori aut curatori facta liberatio prodeſſe non poſſit, ſed quod optimo iure retractari debeat, non obſtante iuramento ac iudicis decreto, vt ipſe latè proſequitur, quem locum breuitatis gratia vlterius non
10 profero. Quum enim ſumus in liberatione inter viuos, ea p
11 diſtinctionē explicanda eſt Nam in tali liberatione, dolus cō
miſſus fuit, aut ab eo cui propter dolum nihil adeſt, & tū dolus præteritus videtur remiſſus, ſecundum gloſſam in l. actione. C. de tranſact quam approbat Pet. in d. l. ſub prætextu ſpecierum, eodem titulo, & Guil. de Cunio, in l. Pomponius ſcribit. ff. de neg geſt. Bal. & Saly. ſimpliciter tranſeunt in d. l. actio
12 ne & Bal. in l. eum neceſſitatem C. de fideicommiſſ. Aut do
lus commiſſus eſt ab eo cui propter dolum aliquid adeſt, nēpe quia nonnulla retinuit (vt in caſu præallegato) & tunc remiſſio aut liberatio generalis, ad talem dolum nequaquā extenditur, nec per illam huiuſcemodi dolus præteritus videtur remiſſus,

remiſſus,niſi expreſſe doli illius commiſſi mentio facta ſit, l.
Lucius.ff. de liberat. lega. Huius autem diſtinctionis memi-
nit Bartolus in d.l. Aurelio.§.Caius,eodem titulo.quam Bal-
dus approbat in præallega.l.ſub prætextu.in fine.Fulg.& Mo-
der.in d l.actione.Baldus Angelus,ac alij ad l ſi vnus. §.illud
nulla.ff. de pact. probatur ex his quæ ponit Bartolus in l. tres
fratres,eodem titulo, & in dicta l. Pomponius. Pau.Caſtren.
in dicta l.tres fratres,poſt Angelum,ibi. Comque igitur in ca
ſu præſenti,nulla doli mentio facta fuerit,huiuſmodi dolus p̄
13 teritus nō videtur remiſſus.Quia autem ob aliquam cauſam
pecuniam non conuertit ad pupilli lucrum, ex eo dolus &
ſubtractio præſumitur,vti dictū eſt. Præterea ex quo demon
ſtratur pecunias ad eius perueniſſe manus, ex eo quoq; præ-
ſumitur,quod factus ſit per eas pecunias locupletior,niſi per
ipſum de contraria præſumptione in bonam partē doceatur,
vt eſt gloſſa notabilis,ibique Ang.in l.vtrum.ff.de petitio. hæ
red notatur per glo. in l ſi ſine.§.Modeſtinus ff.de adminiſtr.
turo.per Doctor.poſt glo.in l. 1. C. ſi aduerſ.credi. & in l.præ-
diorum.C.de præd.mino.dicitque Pau.Caſt.ſuis in conſilijs,
14 conſilio 370.incip.Ad primam quæſtionem reſpondetur,in ſi
oe primi dubij,&c.quod poſtquam pecuniæ numeratæ fue-
runt apud tutorem,eædem & apud hæredem eius eſſe præſu
muntur, allegat. l. 1. §.quod penes hæredem.ff.de fideiuſſo.tu
15 to.Bal.in d.l.ſub prætextu,in finalibus verbis.Quod ſi illa pe-
cunia non reperiatur adeſſe,cenſetur dolus remiſſus, quia ta
16 lis dolus cauſam habet tranſeuntem,ideoque a tali dolo per
tranſactionem,aut remiſſionem,ſeu liberationem poſtea ſe-
quentem,purgatur.l.2.ibique Ang.C.de tranſactio.notatur-
17 que in dicta l.tres fratres. Verum ſi adminiſtratori poſtea cō
periatur aliquid adeſſe,tunc talis dolus cauſam habet perma
nentem,& tranſactionis & remiſſionis ſiue liberationis tem
poribus durantem, ideo is minimè purgatur, quia cum ipſa
tranſactione.ſiue liberatione(cui ineſt) ſemper coniuncta p
manſit. Et hoc ita placuit Baldo, ſcilicet vt quoties ex dolo
adminiſtrationis præteritæ, aduerſario adminiſtratori aliqd
adeſt,dolus tunc cauſam permanentem habere dicitur,ac ip
ſi liberationi & tranſactioni ineſſe cenſetur, authore Baldo,
in d.l.ſub prætextu.2 ad finem, vti ſupra retuli. Sed quando
ipſi tranſactioni ac liberationi ineſt, licet liberatio facta ſit p
Aquilianam ſtipulationem,doli replicatio competit,ut eſt ca
ſus in d l.actione.C. de tranſact. Quocirca in caſu præallega-
to in quo probatum eſt, aut ſaltem haud difficulter probari
potuiſſet,ex dolo aduerſario aliqd adeſſe,doli replicatio ob-
ſtat.Quum vero ex dolo præteritæ adminiſtrationis aduerſa-
rio nihil adeſt,dolus cauſam tranſeuntem habere dicitur, &
per liberationem aut remiſſionem ſubſequutam, purgatur.
Et ſic quando aduerſario aliquid adeſt, propter doloſam ad-
miniſtrationem,dolo tunc aliquis ſeductus videt̄ ad ita tran-
ſigendum & liberandum, & adminiſtrator huiuſmodi libe-
rationem a ſeducto extorſiſſe videtur, quo caſo liberatio ēt
ſi iurata eſſet,effectu caret,& effectum ſortiri non debet,pro
quo eſt gloſſa inſignis & notabilis in l. 3. § 1. ff de contra. &
18 vti. actio.tutc.quam allegat Pau.Caſt. cōſilio 307. Cum hoc
tamen pugnare videtur expreſſum iuramentum,quod habe
re vigorem clauſulæ ſpecificatæ dicatur, vti belliſſimè nota-
tur in l.cum pater §.filius matrem.ff.de lega. 2. probatur ſin-
gulariter in c.ex reſcripto. de iureiuran. ergo habetur perin-
de ac ſi præfatæ ſummæ omiſſæ in ſupradicta liberatione fuiſ
ſent explicatæ,commemoratæ & expreſſæ, quemadmodum
in ſimili habetur,in l.quum auus.ff. de condit. & demonſtra.
19 verbo,plus dictum quam ſcriptum. Verum huiuſmodi iura-
mentum cum ſuperiori Baldi opinione,pugnare non poteſt,
quod renunciatio,liberatio, ſeu quietatio generalis non ro-
boratur iuramento,quum eſt defectus præſumptiuus cōſen
20 ſus.Ita Cy.in l.1.C.commod.allegat gloſſam ordinariam, in
authenti. ſacramenta puberum.C.ſi aduerſ.vendit. Secus igi
tur iudicandum eſſet,ſi conſenſus manifeſtus cum iuramen-
to certo adfuiſſe conſtaret. Præterea ſi renunciatio quæpiam
fieret ſpecialiter (& non generaliter) & tali renunciationi ſpe
ciali coniunctum eſſet iuramentum, tunc ipſa talis renuncia-
tio valeret, & haberet clauſulæ ſpecificatæ virtutem & effe-
ctum Ita ait Baldus,in d.l.1.C commod. Idem Bald.in c. 1. de
controuer.feud.apud par.termi.Nec diſplicuit Ioan. And. &
alijs,in c.1.de cōmod.Et ideo in caſu præſenti abſolutio, ſeu
liberatio effectu caret reſpectu conſenſus, quia non adfuit
abſoluentis conſenſus:præſumitur enim quod noluit abſol-
uere de ea re,quam ipſe abſoluendus, ſeu abſolutus non re-
21 ſtitui.Hoc ita placet Baldo in d.l.1.Quando vero adeſt con-
ſenſus in genere,licet non adſit in ſpecie, & iuramentum ac-
cedit,tunc tale iuramentum clauſulam ſpecificatam operat̄.
22 Ideoque ſcripſit Baldus in d.c.1 de cōtrouer.feud. apud par.
termi.renunciationem generalem non inducere conſenſum
ad hoc l.cum Aquiliana.ff.de tranſact.allegans.Et a ſimili,ſu-
23 perioribus conſentire videretur,quod in generali diſpoſitio-
ne non ſunt cōprehendenda ardua,niſi ſpecialiter expriman
24 tur.Hinc ait Hoſtienſis in c.literas.de reſtitu. ſpolia. Conſue-
tudo licet det iuriſdictionem,tamen non dat in arduis, quia
ardua debent exprimi ſpecialiter,vt pulchrè voluit Io. Andr.
in addit.Specu.in titu.de ſindico §.1.verſi. Pone quod nomi
25 na.vbi etiam ait,in facto arduo ſingulorum nomina exprimi
debere,ſa.c.ad hæc,de offi. Archid. vbi. Etſi Archidiaconus
ſolus omnia, reſpectu ſui Archidiaconatus, explicare poſſit
& valeat,minime tamen ardua explicare poteſt,hæc enim ad
Epiſcopum referri debent.Huic propoſito ſatis quadrat illud
Exodi,cap.18.Vbi ardua ad ſummum ſacerdotem referebam
tur,& habetur in c.per venerabilem § rationibus, qui fil ſint
legit. Voluit Hoſt.in c.ex geſtis,de cleri. non reſid.Ioan.Mo.
in c ſuper eo.de hære lib.6 dom.Card.in c.quum a nobis, de
teſtibus,& in c.licet de euitanda. de elect. Placuit Baldo in l.
quum multa.C de bonis quæ liber. fa. Gloſſa admodum ele-
26 gans,in §. porro.3.di Ideo dixit Per.de Ancha.Cauſam ciui-
lem arduam cauſæ criminali æquiparari. Ita conſuluit conſi-
lio 26.Voluitque Baldus in l.parentes.C.de teſtibus. Facit ad
hæc quod voluit dom.Abb.in c.1. de exceſſibus prælat. & in
c.atſi clerici.§.de adulterijs,extra, de iudi. & Bal.in l.nullum.
27 C.de teſtibus,& in l.iudices.C.de fi. inſtrumento. Atque ob
hanc cauſam dici ſolet.Quod illud, quod eſt dignum elegan
ti ſpecificatione,ſi non exprimatur,videtur neglectum, teſte
Vlpiano.l.C.in l.item apud Labeonem §. ait prætor, verſicu.
Ea enim quæ ff.de iniur.& famoſ.libel. Modo in caſu factoq;
noſtro læſionem inſignem (quam nonnulli Doctorum no-
ſtrorum enormiſſimam vocant) præſumi fuiſſe ac eſſe mani-
feſtum eſt. Quamobrem in tali abſolutione, non videtur de
ardua ſumma abſoluiſſe,quia talis ardua & ingens ſumma,ex
preſſionem ſpecificam requirebat, quæ in generalem remiſ-
ſionem ſeu liberationem venire non videbatur,argumento
l.generali.ff.de pigno.& l.finalis.C.quæ res pigno. vel hypot.
28 ob.poſſ.Quare ea generalis remiſſio arduam ſummam com-
prehendere nequit,ad quam ſoluēdam tenebatur abſolutus.
Debuit enim fieri ſpecifica mentio de tam arduo debito,ma
ximè conſiderata ipſius abſoluti calliditate, & ipſius abſoluē
tis ſimplicitate,& cōſiderata tam inſigni ipſius læſione, quā
ad ſuum commodum cum dolo quæſiuiſſe videtur ipſe abſo
lutus,& planè contrà mentem, & voluntatem abſoluentis, iu
xta illud quod habetur in l.fina.C.de his qui a non domi. ma
nu.in verbo,mentem noſtram fefellit, ergo ſi non ſoluit tam
ea,quæ eius ad manus perueniſſent, quàm reliqua, non opi-
tulatur ei abſolutio, ſeu liberatio,quod ea per dolum, & frau
dem machinata fuerat,& omnino præter mentem, & ipſius
29 abſoluentis voluntatem. Præterea colligitur, & præſumitur
dolus & fraus abſoluti,ex eo quod in ſuis liberationis ſchedu
lis, appoſuit cautelam quandam ſuſpectam,& apponi in tali-
bus actibus inſolitam & inconſuetam. Nempe quia admini-
ſtrationis rationem non fideliter ſatis reddidit, nec reliqua aſ
ſignauit,aut ſolum pauca expreſſit,ideo apponi fecit hanc in
ſolitam & ſuſpectam clauſulam, per quam cupit vt liberans
ipſum abſoluat,& liberet ab īcognitis,& ab incogitatis. Quæ
profecto clauſula manifeſtam præ ſe fraudem fert, & conti-
net.Ita ait gloſſa ſingularis in l.ſi quis ſub conditione.ff.de cō
dit.inſtitu.Ideoque ex tali cautela apponi inſolita, iuris & de
iure præſumptio oritur, doloſam eſſe talem abſolutionem,
gloſſa eſt ſingularis in l quum allegas. C. de vſur. Nam ſicut
defectus vel omiſſio alicuius ſolennitatis,falſitatis præſumptio
nē inducit,vt ſupra diximus, iuxta gloſſam ſingularem in l.in
bemus.C.de teſtamen. Ita quoque ſolennitatis redundantia
appoſita a callido,aſtutoque homine, fraudis præſumptionē
arguit.Sed hic quæri poſſet,quid iuris fuerit,ſi liberatio facta
fuiſſet per procuratorem ſpeciale & irreuocabile mādatum
habentem,(prout hac tempeſtate frequenter contingit)quę
etiam ratificata fuiſſet per mandantem,an ex capitibus ac ra
tionibus,quorum ſupra memini,huiuſmodi liberatio reſcin
30 di poſſet? Ego cenſeo eam adhuc plane reſcindi poſſe,vt ſatis
ſuperque demonſtratum eſt. Nam clarum eſt, quod ſi man-
datarius habuiſſet mandatum ad liberandum, non extende-
retur illud ad liberationem doloſæ adminiſtrationis,hoc eſt
ad reliqua præſertim doloſè & iniquè retenta & occultata,p
fraudem,vel ſcienter,argumen.l.creditor.§ Lucius ff mand.
Quodque notat Bartolus in l.finali. ff. de præto. ſtipula. cum
concordan.Neque huic obſtat, quod dicta liberatio ratifica-
31 ta dicatur. Sicut enim liberatio non extendebat̄ ad doloſam
32 adminiſtrationem,ita nec ratificatio aut approbatio. Ratifi-
catio enim non auget liberationem, vt comprehendat pluſ-
quam de ſui natura in ea induceretur. Nam,vt inquit Baldus
in l.a.in fine.C ſi aduerſ.rem iudicat. Natura confirmationis
eſt,robur addere confirmato,non autem extendere ad id q̄d
in eo non includebatur,alleg.pro hoc textum in l. Aurelius,
§.teſta-

§.teſtamento.ff.de libera.lega. Eadem confirmat Pao. Caſtr.
ſuis in conſilijs,conſilio 134. incip. Notandum eſt quod iſta,
& cætera,iu principio. Præterea, approbatio non extenditor
ad doloſe adminiſtrata, ſicuti ootatur per gloſſam,in l.Pom-
ponius ſcribit,in fine ff.de nego.geſt.atque Bartolum, in d.§.
Caius.Item ratificatio non extenditur ad ignorata, vti nota-
tur per gl.Barr.& Baldum,io l.marer.C.de rei vend. Necnon
per Baldum in l.obſeruare.§.finali.columna quinta, verſicu.
4 quæro ff.de offic procõſ & lega Neque hac io re admini-
ſtrator ſuam prætetere poteſt ignorantiam,quia talis ignorã
33 tia non præſumitur in facto alieno l.finali ff.pro ſuo, ucc vbi
agitur de damno vitando,quemadmodum notatur iu l. uon
fatetur.ff.de confeſſ. Necnon in l.error.C.de iur.& fac.ignor.
Ex quibus nũc manifeſtum ſit, quod quamuis dicta olim pu
pilla,& poſt eius maritos.aut eorum mandatarius,ſiue procu
rator liberationem præfatam ratificaſſent & approbaſſent,
tamen illa liberatio poſſet infringi. Ideoque nullum ex eo im
pedimentum aut intereſſe oriri poterit,ſiue talem liberatio-
nem ſecuta fuiſſet ratificatio,vel approbatio,ſiue non. Ex p̃-
dictis enim contra tales ratificatas liberationes, multæ colligi
poterunt defenſiones, & per quas oſtendi poterit abſoluen-
tem ex prædicta obligatione minimè teneri ac obligari. Pri-
34 mo quia ex quo probatur, dictam liberationem fuiſſe dolo-
ſè extortam,competit abſoluenti,ſiue liberaori actio de do-
lo ad reſcindendum,iuxta id quod habetur in dicta l.3.§. pri
mo.ff.de contra.& vti.actio.tute.& in d.l.ſub prætextu. C de
tranſactio.Quin & hic idem ita circumuentus etiam per viã
excipiendi,exceptione ſcilicet doli ſe defendere poteſt, ſicut
teſtatur Vlpianus l C io l.inuitus.§.cui damus.ff de regu.iu.
35 necnon in l.prima.§ primo.ff.de ſuperficieb.Secundo † quia
competit ei condictio ſine cauſa ratione erroris, vt traditur
in l.ſi cum te.ff. de pact.& io l.ſi obligatio.C. de ſol.piuribuſ-
que cum ſimilibus iuribus. Igitur etiam hic ſeſe tueri pote-
36 rit,per exceptionem condictionis ſine cauſa,argumento di-
cti § cui damus. Tertio quia ſi talis liberatio uon extenditur
ad doloſè adminiſtrata, vti plus ſatis ante probatum eſt: &
ideo promiſſio cum rato ſimileſque clauſulæ, nequaquam
ad huiuſmodi doloſè adminiſtrata ſeſe extẽdere poſſunt,nec
ea confirmare,iuxta gloſſam notabilem in l.ſi patronus.§.pa
tronum ff ſi quis in frau.patro. Atque per textum notabilẽ,
in l.finali.ff.de conſtit.pecu.quem allegat Baldus,in l ſi abſen
te.C.ſi certum peta & in l.ex teſtamento.C.de fideicommiſ.
cum alijs ſimilibus iuribus Quarto,quod ex quo liberationẽ
præfatam eſſe iniquam,ac per dolum extortam conſtat,non
videtur quod ex promiſſione, quicquam accedere potuerit,
quia conuentus ex ſua promiſſione, excipere poterit de do-
lo & liberationis iniquitate,argumento l.2.in fine C. de fide
iuſſo.mino. & in l.ſi minor.ff de procura. & in terminis con-
ſuluit notabiliter Pet.de Ancha ſuis in conſil. conſil. 331.ad
vlt.char.uer.deſcendo ad obligationem.ibique ſubdit,quod
dolus reipſa,ſicut dolos ex propoſito,ſufficit,argumento l ſi
37 quis,cumque ibi notatis ff.de verborum oblig.Item adducit
quod talis promiſſio vt rata ſit,& obſeruanda, debet intelligi
non ſimpliciter,ſed ſic ut ratificet, & approbet tantum ea q̃
ſunt licita & honeſta,non autem,quæ in ſe dolum continẽt,
& iniquitatem,argumento textus,in ca.primo.de iureiuran-
do,lib.ſexto,& in l.ſi procurator.ff de condict. indebi. atque
in l.ſi liber.necnon iu c. veniens,& in c.Quintauallis, de iure
iuran.cum ſimilibus allegationib. Quinto, nam etſi ipſemet
principalis.ſtantibus terminis prædictis, præfatam feciſſet li-
berationem,licitum tamen interim eſſet eidem talem libera
38 tionem ſuam impugnare,eique contradicere, quia huiuſmo
di clauſula de rato,& ea per quam principalis non contraue-
niet ſub pœna,non obligant magis extraneos promittentes,
quam principales,ſi ipſi talem actum facerent, argumento l.
ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verborum oblig.& eius
quod habetur in l.Titia.eodem titulo,& in ca.gemma. extra
de ſponſalibus.Itaque elẽganter concludit Petrus de Anch.
io ſua diſputatione, incipiente, cum C. Laicus, in 17.colum.
39 verſic.eſt & alia forma,quod duæ perſonæ,&c.Nõ enim po-
teſt magis obligari is qui promittit de rato,quam ipſe princi-
palis,ſi idem feciſſet,vel actum ratificaſſet,argumento l. cum
minor,quæ eſt tertia,in principio,& in §.primo.ff.rem rat.ha
40 be.Comprobantur prædicta hoc modo.Nam qui impugnat
actum aliquem,tamquam iniquum de iure cõmuni aut ſpe-
ciali,is non videtur venire contra actum ratificatum, ut pro
batur in d.l.3.ad exordium,& in §.1.& ibi Bartolus.ff.rem ra.
habe.& ad terminos noſtros tradit etiã notabiliter ac ſignã-
ter Ang.Aret.ſuis in conſilijs,conſilio 80.incipiente, in cau-
ſa iſtorum,& in conſilio c.incipiente, lõgitudo & verborum
prolixitas,&c.colum.vltima.Sed huius opinionis cauſas,bre
uitatis ſtudio omittendas cenſui.Præcedentib.etiam ſeruiũt
quæ ponit Decius ſuis in conſilijs, conſilio 349. incipiente,

diuino implorato præſidio. Conſuluit excellentiſſimos Do-
ctor,&c.numero 11 Atque liquidiſſima l. ſi ſeruus vetitus.
ff.de lega.j.Necnon clariſſima l.ſi quis rationes. ff de libe.leg.
notat Bartolus in l. Aurelio.§.Caius,colum.penult.verſi.Sed
quid ſi relinquitur liberatio, eodem titulo. Baldus in l. cum
neceſſitatem C.de fideicommiſſ.ſæpiſſimè adducta. Et non
ſolum quando liberatio fuit relicta ſimpliciter, ſed etiam, ſi
dictum fuit,quod ei voluit præſtari omne id in quo contin-
geret tutorem aut curatorem ratione dictę adminiſtrationis
condemnari,propter hoc enim dolus futurus nõ videtur re-
miſſi, nec reliqua quæ eſſent apud tutorem aut curatorem,
ſed illud dumtaxat legatum remittendũ eſſe videtur, in quo
ratione negligentiæ condemnatus fuiſſet, aut condemnari
potuiſſet.Et ita Salycetus concludit in d.l.cum neceſſitatem.
Et Ange.ſuis in conſilijs,conſilio 175. incipiente, viſo dicto
ſtatuto,ad finem.Et Petrus de Ancha.ſuis in conſilijs,conſi-
lio 118.incipiente,caſus talis eſt.Et Ioannes de Ana. ſuis in cõ
ſilijs,conſilio 80.incipiente,viſis & intellectis. Hoc autem lo
co non præter materiam erit adijcere hanc quæſtionem, ſci
41 licet. An liberatio,vel abſolutio adminiſtrationis,quæ tutori
aut tutoribus relinquitur,ſuum ſortiri debeat effectum,fini-
ta tutela,id eſt,vſque ad tẽpus pubertatis? Ad quã quæſtionẽ
reſpondendũ eſt,quod liberatio facta ad certũ tẽpus, nequa-
quã ſortiri debeat effectũ ſuũ poſt tẽpus,per text.in l.ſi vnus.
§ ſi cũ reo.ff.de pactis,quoniã limitata ad certũ tẽpus,poſt tẽ
42 pus non producunt effectũ,quod ſolet(vulgo)hoc † pacto di-
ci,limitata cauſa,limitatũ producit effectũ,vulgata.l in agris.
43 ff de acquiren rerũ domi & l age.†C de tranſact. Hoc exem-
plo fit manifeſtũ. Tẽpore enim induciarũ finito, non videtur
orta noua belli incipiẽdi occaſio,ſed primũ intermiſſum bel-
lũ,ipſaque belli occaſio tantũ continuari dicitur. Huic ſeruit
l.poſtliminiũ.§ poſt induciæ.ff de capti & poſtli. reuer. & te-
net Cy. in l ſi vnus.§.ſi cũ reo,ſuis in additionib.ff de pac.eſt
& alia ratio,ſcilicet,quod ſententia ſuſpenſa ad tẽpus,non in-
diget renouatione poſt tẽpus, & id ita conſuluiſſe ait Angel.
in dicta.l.ſi vnus §.ſi cũ reo,de quodã qui erat ad mortẽ cõ-
44 demnatus.†Similiter ſi ſuſpendatur interdictũ, finito tẽpore
ſuſpenſionis,recipit,ſiue reaſſumit interdictũ vires ſuas. Co-
ius meminit Innoc.in c cum inter.de conſuet.Facit tex.in l.
ſed ſi manente,ibiq; Glo ff.de preca.necnõ in l.ſi quis ex fon
do.& l.ſi locus,ibi in priſtinũ ſtatũ ff quẽadmodũ ſerui amit.
45 †Et ideo ſi iudex conceſſit alteri licentiã capiendi debitorẽ,
& poſtea illam licentiã ſuſpendit ad tẽpus, finito tẽpore,non
eſt neceſſe licentiã renouare. Et vt redeamus vnde digreſſi ſu
mus,paucis concludendũ,teſte Pet de Ancha. ſuis in conſi-
lijs,conſilio 110.incipien.Caſus talis eſt, &c. quẽ omnino vi-
dendũ conſulo. Hæc aũt ſit concluſio, quod aliquis poterit
petere adminiſtrationẽ integrã adminiſtratorũ,poſt tẽpus fi-
nitæ tutelæ adminiſtratę per tutorẽ aut tutores,ac deinde pe
tere adminiſtrationis rationẽ, reſpectu doli & reliquorũ in-
46 fra tẽpus,durante tutela,alias ſecus.†Quia legatũ reſpectu ad
miniſtrationis futuræ doloſæ,vel reſpectu reliquorũ,nihil ope
ratur. Nã hoc non præſumitur fuiſſe de mente teſtatoris, ſi-
cut & alio loco memini.Ex quibus omnibus concluditur, ꝙ
ratio ac reliquorũ redditio repeti poſſint, quantũuis de libe-
ratione ſeu quietatione ab aliquo opponatur.Et quod cõtra
illã replicari poſſit. Eã ſcilicet liberationẽ tanquã doloſam,
iniquã & erroneã nequaquã obſtare,quin reſcindantur, & re
petatur ſicut ex cauſis,capitulis,& rationibus ſuperius allega
47 tis demonſtrauimus. Ideoq; liberatio, licet facta ſit in plena
forma,non porrigitur tñ ad ea,quæ de bonis pupilli vel adul-
ti apud tutorem aut curatorem ſuperſunt, ſicut probat text.
celebris ac apertiſſimus in l. Aurelio § Caius.ff.de libera.lega.
ibi Modeſtinus ſic reſpondit.Si quid dolo curatores fecerũt,
aut ſi quæ res teſtatoris penes eos ſunt,eo nomine ipſi cõue-
niri poterunt.Et ibi Doctores Atque in l.Aurelius.§.Mœuia.
eodem titulo,ibi Quæro, an ſi qua pecunia ex tutela apud eũ
remanſit,peti ab eo poſſit? Reſpõ. Nihil proponi cur pecunia
quæ pupillæ eſt,& apud tutorem poſita maneret,legata vide-
retur.Porro ſi quis fuerit,qui hanc materiã latius explicandã
deſiderauerit,is ſequentes petat & reuoluat Doctores.Princi
pio Soci.ſuis in conſilijs,conſilio 159.Incipien.in præſenti cõ-
ſultatione præmittens aliqua,&c.Et in conſilio 190.incipien.
Memini me pluries conſuluiſſe 2.partis. Secundo,videat An
dream Barba.ſuis in conſilijs,conſilio 16 ſecundo volumine.
incipien.Præclare ſcripſit Pſalmiſta &c. Tertio,perlegat Pet.
de Ancha ſuis in conſilijs, conſilio 118. incipien. Caſus talis
eſt, & in conſilio 330.incipien.Viſis facti,&c. Quarto,conſu-
lat Paulum Caſtren ſuis in conſilijs,conſilio 63.ſecundæ par
tis. Quinto Philip.Decium, ſuis in conſilijs, conſilio 110. &
conſilio 349.Sexto,legat Dominum Bar. Cæpollã ſuis in con
ſilijs,conſilio 57 cum ſine numero ſimilibus allegationibus,
prolixitatis euitandæ cauſa, prætermiſſis, quos tamen latius
prolixiuſque

48 prolixiuſq; pleniſſimũ. Sit igitũ taliũ Doctorũ reſolutio huiuſcemodi, liberatio, quietatio, & remiſſio lata, ampla & gñalis facta tutori aut curatori, etiam cum iuramẽto & decreto nõ tollit reuiſionem rationum, & reliqua doloſe retenta & tacita, ſed tenetur tutor aut curator denuo facere cõputum, rurſusque rationem reddere, ſi cõſtare poſſit computationem priorem aut fuiſſe malam, aut non plenam, ſecundum Paulũ Caſtr. in conſi. 308. incip. Aduertendum, quod ſi de mala tatione computorum, &c. Hanc concluſionem multum ample ac notabiliter conſuluit Pet. de Ancha. in conſi. 331. incipien. Viſis facti narratione & copijs teſtamentorum, &c Nec non poſt eos D. Iaſon ſignanter ſuis in conſilijs, conſilio 219. incipien. Redemptoris crucifixi. a. volumi quos occurrente materia, legendos ac relegẽdos in prædictis locis omnino cõſulo. Priuſquam autem extremam manum huic materiæ imponam, ſupereſt, vt etiam modi, ac formæ generalis liberationis, abſolutionis, ſiue quietationis faciendæ, componendæq; mentionem tandem aliquam faciamus, qua ſeſe olim tutores curatores, ac omnis generis adminiſtratores, boni ſynceriq; a telorum, quibus impeti fortaſſis immerito poſſint, infeſtatione defendere & tueri poſſint. Sed antequam hanc formã explicemus, hoc lectorem prius admonuiſſe velim, quod p eam formam fraudulentis tutoribus, curatoribus, aut adminiſtratorib. nolim ſuppeditare anſam ad lites, & vexationes contra ſuos quondam pupillos, minores, prodigos, ac huius farinæ perſonas, quo ſuas adulterinas, pollutas, & infectas adminiſtrationes, in parte, aut in vniuerſum per huiuſmodi formalia tegere, & operire valeant. Teſtor Deum Opti. Maxi & conſcientiam, quod mallem peritorum hac in materia diſertas legere audireque ſententias, quam eorundem legentium iudicio aliquid imprudentius effutire, & ipſis meam temeritatem coarguendam committere, tametſi apud ipſos (vt id cum eorum venia dixerim) nonnunquam ſtateræ reperiantur minus æquæ, & iniuſta pondera. Quamobrem omnia ac ſingula, tam quæ ſcripſi quam quæ ſcripturus ſum, Doctorũ iuris vtriuſque iudicio ac correctioni, ac omniũ quorum intereſt me ſubmitto, & me errantem, vt ad ſemitam rectam reducant oro. Non autem hic ſtatui liberationis generalis ſingula verba enodare & declarare, ſed pleraque breuitatis ſtudio prætermittere, & ipſam ſolummodo formam generalis liberationis hic oſtendere decreui. Sit igitur forma generalis liberationis huiuſmodi, ſecundum quam & multæ aliæ ſimiles, iuxta materiam ſubiectam, caſusque exigentiam, fingi p
49 facillimè poterunt. In nomine Domini, Amẽ. Nouerint omnes & ſinguli præſentis publici inſtrumenti ſeriem viſuri, inſpecturi, lecturi pariter & audituri. Quod anno, &c. Indictione, &c. die vero, &c. Menſis, &c. Pontificatus ſummi in Chriſto patris, &c. anno, &c. In mei notarij publici & teſtium infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter rogatorum præſentia, perſonaliter comparuerunt honorabiles ac diſcretæ perſonæ, Pamphilus Felix & Domicella Lucretia, filia & hæres legitima quondam Sempronij Cabec, & Catharinæ ſuorum dum viuerent legitimorum parentum, ab hoc ſeculo, ſicut placuit altiſſimo, ſublatorũ, coniuges, & ciues Oppidi Brugenſis, Brugen. Diœceſis ex vna, & probus vir Titius Dieticx tanq̃ eiuſdem Domicellæ dudum priuſquam eidem Pamphilo matrimonialiter iuncta eſſet, tutor & curator legitimus, ac etiam bonorum ex parentum ſuorum prædictorum ſucceſſione ſibi competentium adminiſtrator in ſolidum & vniuerſalis ex altera partibus. Qui quidem Pamphilus & Domicella Lucretia ab eodem Pamphilo viro ſiue marito ſuo ad infra ſcripta ſpecialiter authorizata, coniunctim ſponte, & vt aſſeruerunt matura deliberatione præuia, & ex certa ſcientia, omnibus quibus de iure potuerunt, & debuerunt melioribus modis, vijs, & formis, volentes præfatum Titium dudum vt præfert, tutorem & curatorem eiuſdem Domicellæ Lucretiæ, ſucceſſionisq; eius paternæ ac maternæ adminiſtratorem legitimũ ab onere tutelæ, curatelæ, & adminiſtrationis huiuſmodi exonerare, liberare, & penitus quietare. Confeſſi fuerunt, in veritate recognouerunt, & expreſſe declararunt ſeſe attente & diligenter vidiſſe, inſpexiſſe & examinaſſe, tam per ſe, quam alios iuriſperitos & in calculis & ratiocinijs huiuſmodi adminiſtrationum faciendis, reijciendis, admittendis & abſoluendis, expertos & exercitatos. Repertorium ſeu inuentarium omniũ & ſingulorum bonorum mobilium & immobiliũ, eidem Domicellæ Lucretiæ tam ex ſucceſſione parentũ ſuorum prædictorum, quam alias, quomodolibet competentiũ. Necnon omnes & ſingulos libros, codices, chartas, ſcripturas publicas & priuatas, & quæuis alia munimenta & documenta legitima, ad eorundem bonorum conſeruationem defenſionem, & euidentiam ſpectantia, ſeruientia, & quomodolibet pertinentia, quorum idem Titius habuit vel habere debuit, aut potuit, legitimam adminiſtrationem & manualitatẽ ac per hoc liquidè & euidenter comperto, quod præfatus Titius ut ſupra qualificatus de omnibus & ſingulis occaſione p̃tacta per eum adminiſtratis, geſtis, & quouis modo procuratis, adminiſtrationem huiuſmodi concernentibus, & ab eadem aliquatenus dependentibus computum & reliqua, adæquate, abſolutè & ſpeciatim reddidiſſet, ſoluiſſet, tradidiſſet, & deliberaſſet eundem Titium tutorem, aut curatorem & adminiſtratorem præſentem & acceptantem tam pro ſeſe, q̃ pro hæredibus, & ſucceſſorib. ſuis, ab omni geſtione, gubernatione, & adminiſtratione, ſub ratione dictæ tutelæ & curatelæ ſuſceptis, tanquam abſolutè habitis, fideliter adminiſtratis, necnon iuſto computo, & reliqua prius realiter factis, redditis, & acceptatis, ad debitum finem deductis, finitis, & integrè conſummatis, omnibuſque & ſingulis pecuniarum ſummis, redditibus, prouentibus, & emolumentis, ac iurib. actionibus & obligationibus, ab eadem adminiſtratione, quouis modo, & ex quauis cauſa, etiam ex futuro, ſeu litibus ac controuerſijs, ex teſtamento, aut alias dependentibus, & quomodolibet emergentibus, quas & quos ijdem comparentes, aut eorum ſucceſſores ab eo Titio eiuſve ſucceſſoribus exigere, aut quomodolibet prætendere nunc & in futurum poſſent, ſcienter, appenſatè, & liberaliter abſoluerunt, liberarunt, & penitus quietauerunt, remittentes etiam eidem, & quietãtes omne & qualecunque ius quod ſibi aut ſucceſſoribus prædictis occaſione ſæpedictæ adminiſtrationis nunc competit & forſan competere poterit in futurum, etiam ſi illud prorſus ignorarent, ſiue illa ignorantia eſſet in genere & in ſpecie: ſiue in ſpecie, & non in genere: ſiue in genere, & non in ſpecie: qualiſcunque fuerit, ſiue etiam incognitum & inexcogitatũ eſſet, etiam ſi dolo, fraudeq; alicuius eſſet incognitum, tam in genere quam in ſpecie, arduum, & non arduum, ſiue leue. Et promiſerunt tam pro ſe quam ſuis hæredibus & ſucceſſoribus ſolenni eorum iuramento interueniente, & ad ſancta Dei euangelia præſtito, mihi notario publico, tanquam publicæ & authenticæ perſonæ ſolenniter ſtipulanti & recipiẽti, vice & nomine omnium & ſingulorum, quorum intereſt intererit, aut intereſſe poterit, quomodolibet in futurum p̃fatum Titium ſuper habita per eum adminiſtratione huiuſmodi, aut illius quocunque & qualicunque prætextu, eiuſq; hæredes & ſucceſſores nullo vnquam tempore aut modo in iudicio vel extra, impetere, moleſtare, aut alias quomodolibet inquietare & perturbare, ſeu per alium, vel alios, quouis quæſito colore impeti, moleſtari, inquietari, vel perturbari facere, ſub pœna mille ducatorum Hiſpanicorum auri, in auro, pro vna Cæſareæ Maieſtati, & alia dicti oppidi pauperibus ac tertia partibus eorundem mille ducatorum p̃fato Titio ſtatim & ipſo facto in euentum contrauentionis abſque vlla mora erogandorum, ſoluendorum, & applicãdorum, in quã quidem pœnam ijdem comparentes ſeſe ex nunc, prout ex tunc, incidiſſe recognouerunt, ac pro iudicatis & condemnatis haberi & reputari debere voluerunt & conſenſerunt, abſque alicuius executionis, & iudiciarij proceſſus vlterioris proſequutione, ſalua nihilominus & rata dicta liberatione ſemp manente, pro quibus omnibus & ſingulis præmiſſis, tenẽdis, obſeruandis, & plenariè adimplendis ac pœna in euentũ contrauentionis, vt præmittitur, perſoluenda & applicanda, iidẽ comparentes obligarunt tam ſe, quam bona ſua omnia, mobilia & immobilia, præſentia & futura obligataque & hypothecata eſſe voluerunt, ſpecialiter & expreſſè, illaque omnia & ſingula iuriſdictioni, compulſioni, & coercitioni, quorumcunque iudicum, tam Eccleſiaſticorum quam ſeculariũ, quarumuis curiarum aut locorum vbicunque exiſtentium, per quos quidem iudices & eorum quemlibet, ad hoc per eundẽ Titium, eiuſve hæredes, & ſucceſſores eligendos, vel eligendum voluerunt compelli, cogi & coerceri poſſe, vſq; ad plenariam eorundem p̃miſſorum & ſingulorum omnium obſeruationem, & pœnæ in euentum prædictum promptam & realem ſolutionem ſubiecerunt, ſuppoſuerũt, & ſubmiſerũt, necnon pro eorundem omnium & ſingulorum præmiſſorũ maiori validitate, robore & firmitate, renunciauerunt, tã pro ſe, quam hæredibus & ſucceſſoribus ſuis prædictis, exceptionibus doli etiam commiſſi in actu liberationis, vis metus, & fraudis, in factum actionis, non numeratæ pecuniæ ſpei futuræ numerationis, erroris calculi, clauſulæ generalis, ſi qua iuſta cauſa videbitur, recurſus ad arbitrium boni viri, id eſt appellationis ad arbitrium boni viri, ne quis condemnetur niſi habita ratione, ne egeat in futurum, fori, deceptionis vltra vel infra dimidiam iuſti pretij, iuris & facti ignorantiæ, non veriſimilitudinis, Implorationis iudicis, quod locupletaretur cum alterius iactura, inſignis, (vulgo enormis ſeu enormiſſimæ) læſionis, falſæ cauſæ, falſæ aſſertionis ac ſuggeſtionis, cõtrariæ inſpectionis rationum, librorum, codicum, ſcripturarum, & munimentorum, aliter vel plus ſeu minus ſcriptum,

quam

quam dictum,& econuerſo, quod nõ fuerint, nec ſint plena-
riè & integrè ſoluta & ſatisfacta, promiſſi ſeu pacti non mo-
uendæ litis, moleſtiæ, ſeu alicuius controuerſiæ, occaſione
dictæ adminiſtrationis per Aquilianam ſtipulationem, per ſe
ſuosq; hæredes & ſucceſſores in futurum, nõ habitæ notitiæ
aut certiorationis exceptionum, & aliorum ſupra & infra ſcri
ptorum, (quandoquidem per me notarium illorum omniũ
notitia & certioratio ſibi facta & reddita extitit) necnon om
nibus & ſingulis aliis, tam iuris, quam facti exceptionibus, be
neficiis, priuilegiis, & defenſionibus, etiam ruſticationis, aut
cuiuſuis alterius cauſæ, quomodocunque introductis & cõ-
ceſſis, ac in futurum forſan concedendis: quas & quæ, licet p̃-
ſentibus non expreſſas & inſertas, expreſſa & inſerta, pro abſo
lutè eiſdem præſentibus inſertis & expreſſis haberi voluerũt
necnon iuri dicenti, generalem renunciationem minimè va-
lere, niſi præceſſerit ſpecialis, quibus contra præmiſſa aut ali-
quod eorum directè vel indirectè, aut aliquo alio modo, ſe
tam de præſenti, quàm de futuro iuuare, tueri, & defendere
poſſent & valerent. Caſſantes ad eundem effectum, irritan-
tes & penitus annullantes, ex nunc prout ex tunc, & pro ſem
per, quæcunque, quodcunque, & qualiacunque munimẽta,
tam priuata, quàm publica, literas quoque & ſcripturas quaſ
cunque, per quæ & quas aliquo modo conſtare poſſet præfa
tum Titium vel hæredes, & ſucceſſores eius, cauſa dictæ ad-
miniſtrationis habitæ, præfatis comparentibus, eorumve hę
redibus, & ſucceſſoribus eſſe, remanſiſſe aut fore obligatos,
ſeu debere teneri, vel quomodolibet obligari, ac propterea
eadem munimenta, literas & ſcripturas, quæcunque & quaſ-
cunque dictam adminiſtrationem concernentia, & ad illam
quomodolibet ſeruientia & pertinentia, aut ſeruientes & p-
tinentes, vbicunque exiſtentia reperibilia, exiſtentes & reper
tas, viribus omnino carere voluerunt, nulliusque de cætero
fore efficaciæ, roboris vel momenti, cum pacto ſolenni & ex
preſſo, eorum iuramento vallato, nunquam aliquod ſuffra-
gium, releuium, aut cuiuſuis generis, tam iuris, quàm facti au
xilium, aut abſolutionem a iuramento ſeu literas aliquas, gra
tiam aut iuſtitiam concernentes per ſe vel alium implorare,
& impetrare, aut impetratis, vel in poſterũ impetrandis quo-
modolibet vti vel gaudere. Super quibus omnibus & ſingu-
lis præmiſſis omnes præfati comparentes debita cum inſtan-
tia petierunt ſibi à me notario publico infraſcripto fieri, cõ-
fici & tradi inſtrumentum vel inſtrumenta, publicum vel pu
blica, vnum vel plura. Acta fuerunt hæc in loco N. Diœceſis.
N. ſub anno, &c. præſcriptis, præſentibus. N. & N. &c. teſtibus
ad præmiſſa vocatis & rogatis. Hæc autem præſcripta forma
liberationis generalis, poterit de partium conſenſu obſerua-
ri in ſubſtantiis, & paſſari (ſi ita fari liceat) vel tranſigi, coram
decurionibus, (ſeu vulgo) ſcabinis, paribus curiæ, vel indiffe
renter aliis quibuſcunque iudicibus, mutatis mutandis, omiſ
ſis omittendis, & appoſitis apponendis, iuxta vniuſcuiuſque
Iudicii ac fori ſtylum conſuetum in huiuſmodi obſeruari ſo-
litum. Cæterum non eſt hic prætereunda, ſed obiter notan-
50 da quæſtio, ſcilicet, An pupillus aut minor qui tutorem vel
curatorem ſuum quondam liberauit, & iurauit non contra-
uenire: an is inquam per iuramentum a beneficio reſtitutio-
nis ſit excluſus? Huius quæſtionis meminit Cynus Iuriſprudẽ
tia egregiè inſignitus, in vulgata Authentica, ſacramenta pu-
berum. C. ſi aduerſ. vend. nu 15. allegans vtrinque opiniones,
ad quem breuitatis gratia, lectorem remitto. Ad præſentem
poſtremo materiam (tametſi hoc ſuperius dictum oportuit)
notandum eſt, Pupilli vel minoris debitorem aliquando ple
nam, aliquando pleniorem, & nonnũquam pleniſſimam cõ
ſequi liberationem & ſecuritatem, ſecundum gloſſam aureã,
& ſingularem hanc materiam clarè enodantem & declaran
tem, in verbo, imputandum, in l. ait prætor. §. permittitur. ff.
de min. 25. annis, quam cum alia gloſſa, in l. 1. in verbo poteſt.
C. ſi aduer. ſolu. necnon etiam gloſſa, in l. iuſiurandum, ſecun
da. §. 1. ff. de iureiuran. & gloſſa, in l. contra iuris ciuilis regu-
las. ff. de pact. quas operæprecium erit memoriæ commenda
51 re. Nam ex illis habemus, quod debitor qui volet ſoluere pu
pillo aut minori, ſi pleniſſimam cupiat conſequi liberationẽ
& ſecuritatem, ſoluere debet cum mandato, vel iuſſu iudicis
aut prætoris, vt teſtatur do. Ang. Aret. in §. ex quibuſdam, in-
52 ſtitu. de pœ. teme. litigan. quia iuſſus iudicis excuſat, facitque
licitum, quod alias foret illicitum. l. ſi quis quaſi ff. de S.C. Sil
la. & l. furti. §. qui iuſſu prætoris. ff. de his qui notant infa. His
quam optimè ſeruit l. qui autem. §. apud Labeonem. ff. quæ
in frau. cred. fac. ſunt, cum plus mille iuribus haud diſſimilib.
Solutio ergo coram iudice facta, pleniſſimam parit ſecurita
tem, & liberationẽ, quẽadmodum etiam ſignanter voluit Im
perator Iuſtinianus in l. ſancimus. C. de adminiſtrat. tuto. vel
curat. Non enim, inquit, debet quod ritè & ſecundum leges
ab initio actum eſt, ex alio euentu, reſuſcitari. necnon l. ait p̃-
53 tor. §. 1. ff. de minoribus. 25. annis. Cum iudice enim facta ſo-
lutio, tutiſſima, pleniſſima, & ſecuriſſima eſt, §. nunc admonẽ
di, inſtitu. quibus alie. licet vel non. Et gloſſa in fine ſui, in ver
bo, poteſt, in d. l. contra iuris Ciuilis regulas. ff. de pact. Ad eã-
54 dem præterea materiam facit ſtatutum oppidi Brugenſis, di-
ſponens vt ſequitur Quod nemini liceat pupillo vel minori,
vni vel pluribus, per literas obligatorias, aut alia media quo-
uis modo legitimè obligato, deinceps aliquam ſolutionẽ alii
facere, quam ipſis duobus tutorib. vel curatoribus coniun-
ctim Nam etſi alter eorundem tutorum vel curatorum lite-
ras obligatorias huiuſmodi, aut alia ſub ſe documẽta, necnõ
a ſuo contutore, aut concuratore generale mandatum ad
hanc ſolutionem recipiendam haberet, non eſſet tamen illa
ſolutio ſic vni tutorum facta, rata, & valida, & hic alter tutor
vel curator abſens eandem quietantiam, ſimul cum altero
contutore vel concuratore prius ſubſignaſſet, & ita poſt ſub-
ſignationem alteri ſuo contutori aut concuratori eandẽ ſo-
lutionem recipiendam mandaſſet. Atque hæc omnia ſub pę
na iterãdæ ſolutionis. Etenim hoc ſtatutum ad eum finem
decretum, vt ſic obuietur multis fraudibus, in huiuſmodi ſo
lutionibus quotidie contingentibus. Ideoq; profecto ſtatu-
tum hoc apprime laudandum, & merito inuiolabiliter vbiq;
locorum obſeruãdum eſt. Nam ſi hoc omnibus in locis ſtri-
ctim ſeruaretur, multo melius pupillorum & minorum vtili-
tati in futurum proſpiceretur, & nunc quoque melius ꝓſpe-
ctum eſſet. Hæc ſub correctione & benigna lectorum inter-
pretatione dicta, ſcriptaque ſint, pro huius materiæ comple-
mento. Cætera prætereo, breuitatis ſtudio, (quæ hic recenſe-
ri commodè potuiſſem) ne oneri ſim candido Lectori.

COMMENTARIA

IODOCI DAMHOVDERII

Brugenſis Iuriſconſulti, in Titulum, de tu-
torum, & curatorum improbe
adminiſtrantium pe-
riculis.

CAPVT VNICVM.

SVMMARIVM.

1 *Pupillorum ſtudia ſunt diuerſa.*
2 *Tutores qui veri, & ſoli digni ſint.*
3 *Tutores qui falſi, & indigni.*
4 *Tutores falſi furca, quàm tutela digniores.*
5.16 *Tutorum grauis admonitio.*
6 *Tutela res ardua.*
7 *Tutela mala gubernatio, quantis obnoxia periculis & incommodis.*
8 *Tutorum malorum multiplices aſtutiæ, & fraudes.*
9 *Tutorem bonum, quid maxime ornat, & deceat.*
10 *Tutorem malum quid maxime dedecoret.*
11 *Tutores mali ad rem attentiores, quam ad curam pupilli.*
12 *Tutores mali inſtrumenta ſunt diaboli.*
13 *Iniuria vi fit aut fraude.*
14 *Tutores mali duas ob cauſas execrandi.*
15 *Tutores mali ſub paſtoris titulo lupi ſunt.*
17 *Tutores boni, vicarij ſunt Dei appellandi.*
18 *Tutores mali, iudicium & iram Dei non effugient.*

Sunt multi, qui pupillorũ & minorum, vel
prodigorum tutelas, & curatelas ſtudioſe ambiant. Verum
1 hi ſubinde ſtudio ſunt diuerſi. Sunt enim qui ex vero amore
2 pupillorum, aut minorum curas, & adminiſtrationes quęri-
tant, non ſibi, ſed amico mortuo id officiũ ſeſe p̃ſtare gauden
tes, vt quaſi in demortui vices, & locũ ſuccedere poſſint, vt
ad eoſdẽ pupillos curandos, & ad eorũ bona gubernãda, qua
ſi paternam curã, & affectũ induere, & corã quibuſcunq; oſtẽ
dere poſſint. Hi ꝓfecto digni ſunt, quib. ſolis & pupilli vel mi
3 nores, & ipſorum bona committi debeant. Sunt vero alii, q
hmõi tutelas & curatelas captant, non ad cõmodũ, aut ſalu-
tẽ pupillorũ, ſed tantũ vt ſuis marſupiis inuigilantes occaſio-
nẽ hẽant, per quam miſellos pupillos mordeãt, ad viuũ vſq;
corrodant, deuorent, & perdant, nihil habentes penſi quõ cũ
pupillo res ſuccedant, ſiue is moriat̃, ſiue bona ſupprimant̃,
dummõ ſibi abunde ꝓſpicere poterit, & ſeſe ſuoſq; oẽs per
4 talem occaſionẽ locupletiores & beatiores reddere. Verum
hi vt breuius dicã furca, q̃ tutela digniores exiſtunt, ſi quõ ip
ſorũ ſimulatus aĩus apertè dinoſci poſſet, q aliqñ tã fictè & la
tẽter ſuã rapacitatẽ, fidelis gubernationis fuco, & ſimulatio-
ne tegũt, quaſi ipſi ſoli futuri eſſent fideliſſimi. Quocirca ad-

monitos velim cunctos pupillorum, & minorum propin-
quos, ut diligenter attendant, quibus tales tutelas, & curate-
las committant, & interim ſæpius latenter auſcultent, & per-
quirant, quomodo in tutelis, & curatelis ſe habeant, digne
ne, & fideliter ſua adminiſtratione fungantur, an indigne, &
5 infideliter. Ipſos vero tutores & curatores admoneo, vel po
tius rogo, vt memores diuinæ vltionis ſtrenue & fideliter pu
pillorum commodis inuigilent, ac curent diligentius, quàm
ſi res eſſent propriæ, putentq; ſe Deo Opt. Max. præſtare
quicquid bonæ, aut malæ fidei præſtant ſuis aſſumptis pupil-
lis, ac minoribus, reportaturi in die Iudicij præmium aut ſup
6 plicium pro adminiſtrationis fide præſtita. Non enim eſt res
parui momenti, ſed res maxime ardua tutelas, aut curatelas
aſſumere, plenaq; periculis, niſi aliquis vero, ac ſyncero zelo
aſſumpſerit, & fideliter adminiſtrauerit, infinitis periculis, &
perplexitatibus ſeſe intricatos magis magiſq; inuoluunt (vt
de æterna interim & corporis & animæ damnatione ſubti-
ceam) qui adminiſtrationem alienarum rerum perperam, &
malitioſe gerunt, ſicut ſatis ſuperq; colligi poteſt, tum ex ſu-
perioribus hactenus habitis, tum ex ſequentibus. Accerſunt
7 enim ſibi lites vtrinque immortales, turpem ignominiam,
infamiam non ferendam, inopiam, duriſſimam paupertatem
omnium in ipſos murmura, cum multis controuerſias, diſ-
cordias, multorum probra, conuitia, & ſeparationes coniu-
gum ab inuicem, inſuper, & deſperationem, aliaq; innumera,
quibus totam ſuam ipſorum vitam vndiq; obſitam eſſe ſen-
tiunt, & quod omnium eſt grauiſſimum, aſſidua tum corpo
ris, tum animæ inquietudine vexantur, & cruciantur. Qua
quæſo mente præditos? quid de Deo illos ſperare putas? il-
8 los qui facultatibus ſuorum pupillorum, minorumq;, tanquã
proprijs vtuntur, eaſq; ſic dilapidant, & diſſipant, quaſi nun-
quam reſtaret rationis redditio, ac reliquorum ſolutio. Alij
ſic adminiſtrantes vt ne ſemel quidem ſomnient, ſe ad ratio-
cinia, atque ad reliqua obligari. Alij ſunt callidiores, qui ta-
metſi ſciant ſe ad rationem obligari, eandem tamen ſemper
procraſtinant, & iurant, (ne ſubſtantiam ſeu pecuniam pupil
larem ac minorum reddant ac reſtituant) pupillos, minoreſ-
ue nondum ſatis idoneos, nec ſufficientes nec prudentes eſ-
ſe ad ſe, & ad ſua gubernanda, imo contra iurant ac deponũt
eoſdem eſſe inidoneos, cum tamen reuera ſæpe magis ido-
nei ſint, quàm ipſimet tutores. Alij, eadem de cauſſa, ſcilicet,
ne decentem, debitam & ſufficientem rationem, atque reli-
qua reddant, diu, longoq; tempore rationem differunt, imo
omnibus viribus, & neruis impediunt, ne pupilli ducant vxo
res, aut ne pupillæ nubant maritis, contra conſcientias, & cõ-
tra omnem rationem æquitatemq; dicentes tale matrimo-
nium inauſpicatum, & inutile, quantamcunque etiam hone
ſtam, bonam ac præclaram conditionem alij offerant. Sed
quid tales de iure diuino, canonico ac ciuili putas merentur,
& quantis quæſo ſeſe periculis ſubijciant huiuſmodi tuto-
res fraudulẽti. Ego omnes Theologos, Iuriſperitos, omneſq;
cordatos, & bene ſentientes, breuitatis cauſſa, Iudices facio.
Alij ſunt qui parciſſime gubernant, vt ſibi potius, quàm pu-
pillis adultiſq; proſpiciant, & conſulant, qui verius furis, quã
hominis bonæ fidei officio funguntur, quod hoc noſtro in-
fœliciſſimo ſeculo, & in nullas non offucias ac fallacias com-
poſito, mirifice dolendum & conquerendum eſt, ſcilicet, qđ
fidem integram, & ab omni ſpe lucri alienam non præſtant,
quam tamen ex officio & iuramento præſtare debent, argu-
mento l. creditor §. fina. ff. manda. ſicut latius tractatum eſt
9 in ſuperioribus titulis, capitibus & numeris. Tutorem enim
aut curatorem rectum, verum, & fidelem nihil eſt quod æ-
que deceat, quàm ipſum pupillum, tanquam ſuum verum fi
lium diligenter curare, alere boneſte, in ſtudijs, aut opificijs,
aut mercaturis exercendum tradere, & ad honeſtam functio
nem pronebere, deinde ipſorum pupillorum vel minorum
bona recte gubernare, vtiliter ad lucrum, & ad augmentatio
10 nem expendere, eadem ſtrenue tueri & defendere. Et con
tra nihil eſt quod ipſos tutores magis dedecoret, infamet, &
perdat, quàm pupillorum, aut minorum neglectus, & ſaluti
gloriæq; ipſorum minime inuigilare, & poſtremo ipſorum
bona negligenter curare, ad lucrum non expendere, nec de-
fendere, ſed potius ad ruinam collabi & perire permittere,
cuius farinæ permultos tutores hic commonſtrare poſſem,
11 niſi breuitatis ſtudium me cohiberet, qui ad pupillorum mi
norumq; pecuniam corripiendam longe ſunt attentiores, po
tiſſimum in primo acceſſu, quàm in perpendendis diligen-
ter, ac enixe maſticandis iuramenti præſtiti verbis, vt pote pe
cuniæ affectu magis allecti, quam zelo bonæ adminiſtratio-
nis, quam ſuſcipiunt, quod res admodum ipſis ſit amabilis, &
acceſſu plauſibilis, quemadmodum atteſtatur Imperator Iu
ſtinianus in §. quoniam autem, in Autentico, vt hi qui obli-
ga. ſe habe. prohib. res mino. colla. 6. Hi autem quum ſint in

reddenda ratione ac in reliquis, teſtudine aſelloque tardio-
res ac ſegniores (quod hoc noſtro infœliciſſimo ſeculo im-
penſe deplorandũ arbitror) & in vtendis pupillorum bonis
ad luxũ, ad ꝓpriam voluptatem ardentiſſimi, de ijs vno ver-
12 bo dico: Quod huiuſmodi adminiſtratores, ſathanæ ſunt in-
ſtrumẽta, imo Sathana multo peiores, & deteſtabiliores: dia
bolus.n. ſe ex natura hoſtem noſtrum & aduerſarium exhi-
bet, hi aũt ex vera & interna malitia, ſe pupillorum hoſtes ſi-
mulãter oſtẽdũt, ſeſeq; vt veros amicos, & fautores ingerũt,
& quaſi parentum vices & affectus ſe referre ſimulãt, ob qđ
& ſe iuramento ad tuenda & conſeruanda ſibi cõmiſſorũ bo
na obligant, cumq; amicorũ, imo parentum potius perſonã
gerant. Interim tamen reipſa fures ſeſe & latrones produnt,
& pupillorum hoſtes tanto nocentiores, quanto occultatio
res, q̃bus nihil poteſt eſſe aut cogitari abominabilius & exe-
13 crabilius. Cũ.n. authore Cicerone, duob. modis fiat iniuria,
aut vi, aut fraude, vtrumque q̃dem ab homine eſt alieniſſi-
14 mũ, ſed fraus eſt odio digna maiore. Duplici autem nomine
tutorum, & curatorum fraudes imprimis ſunt execrandæ, &
quamuis ꝑ occultã fictionẽ in hoc ſeculo pœnam effugiã:,
tamen in futuro grauiſſime ſunt vindicandæ. Primo, qđ in il
lã ętatem iniurij ſunt, quæ ꝑ imbecillitatem & imperitiã ſeip
ſam tueri & cõſeruare nõ põt, quæq; omnibus fraudibus &
iniurijs expoſita eſt: vt.n. magis execramur illũ q̃ fœminam,
qui ægrum, q̃ corpore mancũ occidit, aut vulnerat, q̃ qui ro-
buſtum & ad ſeſe tuendum, & defenſandum paratum virũ
aggreditur, atque ita cũ ſuo periculo illũ aut mutilat, aut in-
terficit: ſic maiore odio digni ſunt, q̃ pueros & minores do-
lis & fraudibus circumueniunt, quibus nondũ natura eam
aſtutiam, calliditatem, & prudentiã dedit, qua ſibi ab illorũ
technis & dolis cauere & ꝓſpicere poſſint. Ideoque hæc eſt
ſecunda & præcipua cauſa, ob quã tales tutores (imo mẽtito
nomine tutores, q̃a cum hoc ſuo nomine ipſorum actio pu-
gnat) extremo digni ſunt odio, & ſupplicio, qđ illos potiſſi-
mũ fallant, illiſque nequiter iniuriam inferant, ad quos tuen-
dos, ꝑ q̃bus ad fraudes omnes arcendas, & omnes iniurias ab
eis propulſandas; tum a parentibus, tum à propinquis, tum
15 ab ipſo magiſtratu electi, & vt digni conſtituti ſunt. Atque in
terim ſic ſub habitu, & titulo paſtorum, vel canum ad tuen-
dum rudem & imbecillem gregem ab incurſionibus & inſi-
dijs luporum & ferarum, conſtituti ſunt, quum tamen proh
ſcelus, ſub habitu & perſona atque figura canũ, lupos ſe & fe-
ras rapaces præbeant. Verum, vt inquit ille, cum canes fun-
guntur officio luporum, cuiuſnã præſidio pecuaria crede-
mus? Ob id quod à ſceleratis iſtis, & Reipublicæ peſtilentiſ-
ſimis hominibus ita pupillos ſæpe dilaniari cõſpicimus. Qua-
16 re quum tantum & tam abhorrendum ſcelus ſit, negligens,
& improba tutelæ aut curæ adminiſtratio, putaui in fine ho-
rum librorum breuiter illos commonefaciendos, vel potius
(vt dixi) mihi rogandos eſſe, vt fideliter officio ſuo fungan-
17 tur: & operam dent, vt nomini ſuo reſpondeã', meminerint
etiam cum probe officium ſuum faciunt, ſe Dei Opt. Max. vi
carios eſſe, qui pupillorum & viduarũ tutelam & defenſionẽ
potiſſimũ ad ſe pertinere multis in locis ſcripturæ ſignificat,
vt in Pſal. Dñs cuſtodiet aduenas, pupillũ & viduã ſuſcipiet.
Et alibi, orphano tu eris adiutor. Et ꝯ, pupillorum oppreſſori-
bus dira minatur, & grauiſſimè illorum iniurias vindicaturũ
promittit, qui tã ſerio iuſſerit Exod. 22. Viduæ & pupillo non
18 nocebitis. Et dominus apud Eſaiã, Principibus comminatur,
quod pupillo non iudicent. Quõ ergo aut enim quali conſciẽ
tia iſti rapaces tutores putabunt ſe poſſe effugere iram Dei,
& iuſtiſſimũ atq; ſeueriſſimum eius iudiciũ, qui tam ſanctũ,
pium, atq; diuinum munus, tam impiè prophanarunt, & fi-
dei atq; tutelæ ſuæ commiſſos tam miſerabiliter fefellerunt?
Hæc erant, quæ de male adminiſtrantium periculis obiter in
ſerenda putaui, ad quod me pietas, & erga pupillos atque mi
nores affectio & amor incitauit.

COMMENTARIA
IODOCI DAMHOVDERII
Brugenſis Iuriſconſulti, in Titulum, de pupillo
rum, minorum, & prodigorum bene gu-
bernatorum gratiarum actione.

CAPVT VNICVM.

SVMMÆ.

1 *Pij adoleſcentis eſt operam dare virtutibus, & cauere a uitijs.*
2 *Nullum uitium ingratitudine deteſtabilius.*
3 *In ingratos Athenienſibus competebat actio referendæ gratię.*

4 In-

4 *Ingratitudinis deteſtandæ authoritates.*
5 *Veri tutores iiſdem honoribus proſequendi, quibus parentes.*
6 *Lex tutores optat, non qui ſibi, ſed pupillis proſpiciant.*
7 *Ad magiſtratum non ſunt admittendi, qui magiſtratum ambiunt.*
8 *Lex requirit, vt tutores parentum affectus induant.*
9 *Quis verus ſit honor, qui a pupillis tutoribus impenditur.*
10 *Nullum officium gratitudine maius.*
11 *Maximo beneficio maxima quoque referenda eſt gratia.*
12 *Quicquid boni pupillis accedit id omne a fidis tutoribus dimanauit.*
13 *Quicquid mali pupillis acceſſit id omne a malis tutoribus ortum.*
14 *Exhortatio ut pupilli adulti gratitudinem tutoribus oſtendant.*

1 Quum Pij atque Chriſtiani hominis ſit iā inde vſque ab adoleſcētia
operā date, vt ſe omnibus virtutum generibus Deo condi-
tori & ſeruatori ſuo approbet, a vitiis vero quæ Dei maieſta-
tē offendant, quod in ipſo eſt, caueat: tum imprimis curare
quiſque debet, vt ſe gratum Deo, omnibuſque quorum bene
ficia expertus eſt exhibeat, & vt ingratitudinis turpiſſimam
2 notam fugiat. Nullum enim vitium eſt, quod grauius & Deū
& homines offendat, quam accepti beneficii aut ingratitu-
do, aut (quod peius eſt) non intelligentia. Peius enim, vt ter
maximus inquit vir ille petit non intelligēti, quam quod
præſtatur ingrato De ingrato enim ſperādum eſt, quod licet
is nunc ingratus ſit, poſtea ad mētem reuerſus, fiet gratus. De
non intelligenti vero, qui ſibi bene fieri non agnoſcit, nec in-
telligit, prorſus nihil eſt expectandum, quam fortaſſis ob be-
neficium collatum, & non intellectum nec cognitum, duriſſi
mum maleficium, & peſſimam gratiæ relationē. Sed vt vt eſt,
tum ex non intelligentia, tum ex ipſa ingratitudine plerunq;
3 rerum omnium perturbatio naſcitur. Quare apud Athenien-
ſes aduerſus ingratos actio conſtituta eſt, & rectè inquit Va-
lerius, quia dandi & accipiendi beneficij commercium, ſine
quo vix vita hominum extat, perdit & tollit, quiſquis bene
merito patem referre gratiam negligit. Atque hinc fit vt gra
uiſſimæ ſententiæ paſſim aduerſus ingratos, cum apud Ec-
cleſiaſticos, tum apud prophanos ſcriptores extent. Sic enim
4 Salomon. Prouerb. 17 Qui reddit mala pro bonis, non rece-
det malum de domo eius. Cui aſtipulatur illud Senecæ. Nul-
lum referre beneficium, nullamve beneficij gratiā, turpe eſt
apud omnes & ingratum: quàm ſententiam alter Mātuanus
Poeta pulcherrimè complexus eſt, his verſibus. Nam magis
auertit cœlum à telluris amore, Quam ſcelus ingratæ men-
tis, quæ corde maligno, Muneris authorem nullo dignatur
honore. Grauiſſimè autem & breuiſſimè Menander Comi-
cus, ingrato homine terra peius nihil creat. Hæc mihi diligē-
ter conſideranti, & animo verſanti, viſum eſt paucis pupillos
& minores officii quoque ſui commonefacere, quamuis id
ad inſtitutum noſtrum non propriè pertineat. Obſeruare igi
tur diligenter pupilli & adoleſcentes debent, quantis benefi-
ciis a ſuis tutoribus & curatoribus affecti ſint, & quantum il
lis debeant. Diuino etiam, & naturali iure ad gratiam illis ha
bendam, & ſi fieri poteſt, etiam referendā, obligati ſunt. Non
enim obſcurum ipſis in hoc negocio eſſe debet, illud præce-
5 ptum decalogi, Honora patrem & matrem. Tutores autem
& curatores, quando digne & diligenter ſuo functi ſunt offi-
cio, profecto parentum vices & naturam induunt, inque eo-
rum locum ſufficti ſunt, atque ideo etiam ipſis eundem ho-
norem merito debent. Ipſi enim vitam & fortunam pupillo-
rum ſibi commiſſorum tuentur, idque in ea ætate, qua ipſi ſe
propter infantiam, imbecillitatem, & imperitiam tueri non
poterant, quod munus & proprium eſt parentibus, & pupil-
lis imprimis neceſſarium. Adde etiam quod ſanctum atque
6 diuinum ſit hoc munus. Ideoque lex eos tantum tutores ad-
mittit, qui pupilli commodis, non qui ſuis proſpiciant, ſicut
prudenter inquit Cicero, quod tutela ad eorum vtilitatem,
qui commiſſi ſunt, non ad eorum quibus commiſſa eſt, ge-
tenda eſt Ita quoque Modeſtinus. I.C. in l. ſcire oportet. ff. de
7 tut. & curato dat. ab his. Semper maximè hoc obſeruent ma-
giſtratus, non creare eos, qui volunt inijcere vel ingerere ſeip
ſos vt creentur, & qui pecuniā dant. Hos enim & pœnæ ob-
8 noxios eſſe lege promulgatum eſt, hoc igitur nimirum leges
volunt, vt tutores & curatores parentum omnino aduerſus
pupillos & minores animum & affectum induant. Quare & a
pupillis & minoribus, pari cum parentibus honore proſequē
9 di ſunt veri tutores. Non loquimur autem hic de externis il-
lis honoribus ſiue cultibus, qui capitis tātum nudatione, aut
genuflexione conſtant, ſed potius de ipſa animi gratitudine
quæ verbis, factis, & relata gratia, cum occaſio ſeſe offert, po
tiſſimum declaratur. Nam ſicut lex naturæ hoc a nobis requi
ſivit, ut parentibus pro exhauſtis in nutriendo, docendo, tuen
doque laboribus gratos oſtendamus, & data occaſione pro
noſtris facultatibus gratias referamus, atq; perſoluamus: Ita
etiam & naturæ ius exigit, & philoſophorum nihil vltra natu
ræ legem ſentientium, ſcripta præcipiunt, vt quibuſcūque de
nobis benemeritis (cum poterimus) gratiam referamus Qđ
etiam Ethnici & publicani ſola naturæ lege id cogēte faciūt,
vt Euangeliſta teſtatur. Niſi enim talis in rebus humanis gra-
titudo contingeret ipſa Reſpublica ſtare non poſſet. Rectè
10 igitur Cicero, nullum officium referenda gratia, in Republi-
ca magis eſt neceſſarium. In gratia autem illhac & quauis a-
11 lia referenda, hoc imprimis ſpectandum, vt maximo cuique
beneficio plurimum gratiarum, quod ipſa naturæ ratio ma-
ximè dictat & poſcit tribuatur. Sed inter omnia humana be
neficia, quod quæſo beneficium excogitare mens humana
poterit, quod tutorum ac curatorum bene gubernantium
beneficium ac meritorum officium, aut ſuperet, aut æquet,
aut quod cum tam ampliſſimo & ſanctiſſimo parentum er-
12 ga liberos officio conferri poſſet? Quicquid enim commo-
ditatis & fœlicitatis prouecti iam & maiores facti, tum in ani
mo, tum in corpore, tum & in vita uniuerſa poſtea percipiūt
id omne poſt parentes tutorum adminiſtrationi, & diligētiæ
acceptum referre debent. Si animus arte aliqua aut diſciplina
liberali inſtructus, ſi probitate aliqua & pietate præditus, ſi
corpus ſanum & validum, ſi facultates incolumes, & opes au
ctiores, ſi vxor proba, denique quicquid in vita commodi
accidit, id diligenti tutorum adminiſtrationi attribuendum
eſt, qui ſi nulli fuiſſent aut ſi officio ſuo defuiſſent, certe hęc
omnia aut nullo modo, aut non omnia, aut certe multo mi-
nora contigiſſent. Sunt igitur boni tutores cauſa & origo om
nium bonorum & proſperitatum, tam præſentium quàm fu
turorum, quæ pupillis ex bona adminiſtratione proueniunt,
vel id quod docti, quod honeſtis diſciplinis, quod bonis mo
rib. & catholicis bene inſtructi, quod opulenti, & apud quoſ-
uis honeſtos conſpicui, quod contigerit vxor bene dotata,
quod ad honores euecti, quodq; fœlicem, honeſtam, piam,
& tranquillam vitam cum uxore & liberis agant, &c. Hęc in
quam omnia ipſis ex diligenti tutorum gubernatione pro-
13 ueniunt, à quibus quam longiſſime abeſſent ſi tutores fuiſ-
ſent pupilli nacti malus, qui ſuo (vt dixi) officio defuiſſent,
ſuoſq; pupillos, pupillorumq; bona neglecta deſeruiſſent.
Quin potius miſeri inopes, & obſcuri permanſiſſent, ad vile
aliquod opificium pertracti, cum rixoſis ac pauperibus vxo-
ribus coniuncti, tenuem victum, cum multis laboribus, & ſu
doribus quęritaſſent, vitam duram, infœlicem obſcuram, &
calamitatibus plenam viaiſſent. Aut fortaſſis (quod magis do
lendum foret) ipſi pupilli à tutoribus relicti parumq; diligen
ter curati, plateatim per inopiam oſtiatim mendicaſſent, ſex
platearum cum ſui ſimilibus euaſiſſent, ad furta, ad latroci-
nia per deſperationem & inopiam & tandem ad furcam aut
rotam peruenſſent! totamq; familiam ſuam turpi infamia
commaculaſſent. Ex his igitur manifeſtum euadit, quanta ſit
beneficij magnitudo quam ex tutorum recta adminiſtratio-
ne percipimus, ſi eam cum iam enarrato damno & calamita
te, quam ex incuria & negligentia tutorum aliquis cōſequi-
14 tur, conferas. Quare vos omnes qui iam prouectiore ætate fa
cti, ac veſtro iuri mature redditi, ſub tutoribus ac curatori-
bus imbecilliorem & imperitiorem ætatem egiſtis, eorumq;
diligentiæ & vigilantiæ fructum iam percipitis, ſi vultis, vt for
tunet vobis Deus reliquum vitæ curſum, date quæſo operā,
vt ſummam & beneuolam animi gratitudinē erga tutores
& curatores veſtros declaretis, eumq; honorem & obſeruā-
tiam illis deferentes, qualem vobis, ab iis, quos maximo be-
neficio affeciſtis, aut qualem à vobis aliquando fortaſſis cō-
mittendis pupillis referri optaretis Et nunc eandem curam
præterea & ſollicitudinem, & fidem libenter, diligenter, & fi
deliter talibus veſtræ fidei commiſſis (ſi ſic res eueniat) im-
pendite, qualem vobis impenſam fuiſſe certa experientia di-
diciſtis, & compertum habetis. Quod ſi feceritis, & diuinæ,
& naturali legi obtemperabitis, pariterque & in hoc ſecu-
lo probitatis laudem, & in futuro, virtutis mercedem con-
ſequimini.

Hæc fuerunt Lector candidiſsime, quæ quam breuiſſime potuimus, de pupillorum pa-
trocinio in medium proferre viſum erat. Sunt plures alij
tum Veteres, tum Neoterici, qui hanc materiam non in-
fœliciter explanarunt, verum quod hi aliquanto diffuſius &
ſparſius, id ego in hunc vnum libellum, vtilitatis veſtræ gra-
tia congerere volui, apiculæ more per varios iuriſperitorū
hortos volitans, & quicquid huic materiæ noſtræ congrue-
re videbatur, id omne in huius libri alucarium congeſſi-
mus, faxit Chriſtus vt pupilli hinc ſuæ ſalutis & gloriæ ali-
quem dulcedinis fructum percipiant, non incaſſum me hic
tunc operam nauaſſe putabo. Librum autem hunc Pupil-
lorum patrocinium inſcripſimus, quod tum de ipſis pu-

pillis & minoribus, tum de ipſorum relictis à parentibus bonis tuendis, & augmentandis potiſſimũ tractet. In quo libro ſi quid paulo audacius, aut incircumſpectius protulimus, rogamus æquum iudicem, vt ea candidè, & boni cõſulat, & vt non damnet noua conantem, in ijs quæ ſcriptores paſſim ita confuſè tractaſũt, atque ſæpe tam tenuiter & frigidè, vt plus ſæpe faſtidii, quam iudicii mihi in hac materia contulerint: certè (vt hoc cum ipſorum venia dixerim) ſæpe mihi parum operæ præſtiterunt, potiſſimum authores vetuſtiores. Neotericos comperi mihi magis profuiſſe, vt pote quos quotidie videmus, tum prolixiores, tum accuratiores in ſuis commentariis exiſtere, quàm antiquos. Neoterici enim dum ſcrupulos, & nodos in veteribus, aut malè intellecta conſpiciũt, eadem ſuis ſcriptis annotant, & corrigunt, & eorum errores oſtendunt. Omiſimus multas (fatemur) ſcriptorum, conſiliorum, tractatuum, opinionumque allegationes, quas infinitũ fuiſſet & ſuperſtitioſum referre, & quæ magis ad confuſionẽ quàm ad eruditionem feciſſent. Præſertim, quod cum legum præſidio pugnare, ac noſtra tueri conſtituerimus. Quod ſi tamen ad Neotericos, vel etiam ad antiquos confugere, & bonas horas malè perdere libeat, profectò videbis ſegetem huius materiæ in immenſum pullulaſſe, & quid Iuriſconſultorũ facilè principes, locis ſuperius allegatis, ſcripſerint & tradiderint, hoc in libello longè fœlicius eadem profectò cõſpicies. Reliqua ocioſis, ambitioſiſque diſcutiẽda relinquimus, qui vtinam ſcientia magis, quàm inanibus detractionib. noſtrũ opuſculum illuſtrare ſtuderent, quod Dei Opt. Maxi. fauore ſuffulti magna cura diligentiaq; collegimus, cudimus, & edidimus. Sed comperio in hoc noſtro ſeculo nequam, quoſdã adeo peruerſa mente ꝑditos, & maledicendi ſcabie correptos, vt ne a quibuſque quidem honeſtiſſimis, talem maledicẽtiã ſuam nocentiſſimam cohibeant, ſed plerumque veluti lucernarii quidam caniculi eminus ſublato gutture, in generoſiſſimum Leonem latrare non deſinunt, in cuius conſpectu vix muttire præſumerent. Huiuſmodi autem hominum dementia, tametſi authoribus parum obſit, (ab improbo enim vituperari, laudari eſt) id tamen efficit vt multi contra bonum Reipub. ſcribendi calamum cohibeant. Verum mihi non iã infirma mens eſt, vt blaterones tales, aut eorum occulta linguæ iacula metuamus, aut eos qui vix dum primorib. labris legalem philoſophiam deguſtarunt, ipſos tamen iuris anteſignanos Bartolum, Baldum, & Panormitanum mordere non verentur, tantum abeſt vt formidemus, vt potius ipſorum temerariam ſtultitiam rideamus. Si enim hi ſaperent, eis magis conſiderandum eſſet, quod Auguſtinus Eccleſię Doctor eximius, in canone, Ego 9. diſtinc. in hæc verba protulit. Ego inquit ſolis eis ſcriptorum, qui iam Canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremq; referre, vt nullum eorum ſcribẽdo erraſſe audeam credere, aut ſi aliquid in eis offendero, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud exiſtimẽ, quã mendoſum eſſe codicem, vel non eſſe aſſecutum interpretẽ, quod dictum eſt, vel me minimè intellexiſſe non ambigam. Huius præclari Doctoris modeſtiam, non aſſequuntur, qui quantouis etiam nomine polleant, tamen vix inſpectis textibus, nos ita atque ita legere, & dicere aſſerunt, verum non iõ eos, vera dicere putemus, quod tales hoc ipſum dicant. Hos itaque rogamus & obſecramus, ne nos perperam iudicent, prius quam ipſos textus attente perſpexerint. Erunt fortaſſis alii, qui nihil hic eſſe quod noſtrum ſit, dicent, notamque illam Aeſopicæ corniculæ fabulam mihi obijcient, quæ ſi pẽnis nudetur alienis, vel heraclito abunde riſum moueat. Quibus nos operæprecium facturos putauimus, ſi ipſis perſuaſerimus, quod hic non tam propria, quam aliena, longè lateq; petita, & paſſim confuſè diſperſa noſtro labore in hanc Epitomen congeſſerimus, vt qui hac materia opus habebũt, ſtatim inueniant, quod ſibi profuturum eſſe credent. Erunt fortaſſis præterea alii, qui hoc opus varia ſtribiligine, Romanæque linguæ dehoneſtamentis inquinatum oblatrabunt. Potuiſſet (fatemur) venuſtiore eloquio res tractari. Verũ quod hæc materia grauior ſit, quàm vt rhetoricis legibus ſubiacere debeat, non me mouet ſcabroſus ſtylus, & ob feſtinãtiam minus politus ac limatus. Idcirco ego iiſdem reſponſum volo nos morem reliquorum noſtrorum obſeruare cupientes, hic verbis præſentibus & appoſitis vſos, quibus ſententiam ac ſenſum complecti ſatis ſuperque fuit. Et nos hæc auſos fuiſſe non improbabis, ſpero, optime lector, qui hac tempeſtate, licet periculoſiſſima, atque detractionum infinitarum pleniſſima, tam tenuem tamen ſtudii noſtri ſupellectilem ꝓferre, atque in publicum depromere non erubuimus, quodque potius rem ſupra vires aggredi, & longè humeris noſtris imparem prouinciam ſubire, quam inertem vitam ducere & peritorum virorum effugere iudicium tentauimus: longè conſultius fuiſſet (fateor) a calamo prorſus abſtinere, & ſilentium fortiter premere, quam temerè quicquam ſupra vires conari. Diuinæ tamen clementiæ conſiſi, ſperamus hunc fœtum noſtrum non omnibus viſum iri abortiuum. Quocirca omnes ex æquo rogamus, vt hanc lucubratiunculam noſtrã æqui boniq; conſulant. Quibus hæc noſtra placebunt, aut q̃ aliquid fructus ex his decerpent, gratias ago maximas, quod hæc noſtra, ſua beneuola lectione dignentur, & de ijs bene ſentire, meliuſque de ijs prædicare, & commendationib. ornare percupiunt. Si autem hic beneuolis & cãdidis pares gratias neque agamus, neq; præſtemus, ſciant illi, quod hic mihi faciendum ſit, quod pannoſo debitori. Nam ſicut is debitorũ mole ſuppreſſus, bonorum ceſſionem facere cogitur, vt carceris moleſtiam vitet, quod alioqui non habeat vnde ſoluat, ita & mihi hic faciundum video, vt qui gratias pares, aut candore beneuolorum condignas peragere non poſſumus, quaſi meritorum ipſorum magnitudine oppreſſi, totam gratiarũ ceſſionem illis faciamus, ne in tenebroſum ingratitudinis ergaſtulum imprudentes detrudamur. Vale, & noſtris laborib. fruere fœliciter, candide Lector.

F I N I S.

TRA·CTATVS

MARCI MANTVAE BONAVITI

Patauini Iuriſconſ. publicique matutini interpretis, admodum vtiles, & quotidiani, fauores pupillorum, libertatis, & liberationis pariter continentes.

De pupilli fauoribus.

PVpilli præcipuũ merẽtur fauorẽ. l. ex plurib. in fi. ff. de admin. tut. l. pe. C. de ſer. pig. da. ma. l. 3. vbi melior tex. de iure. ibi, Scito me omnem rationem adhibere ſubueniendi pupillis, cum ad curam publicam pertineat. ff. qui pet tu. l. ſi hæreditas. §. fin. ff. de teſta. tut. l. penult. ff. de confir. tut. l. Titius. §. fin. ff. de excu. tu. l. quid ergo, in prin. ff. de contraria act. tu. l. proponebatur. ff. de magiſtra. conue. l. pupillus, in fi. ff de acqu. hæred. l. 1. ff. de vſu. l. & ſi non. C de fideicom. libe. & hinc eſt forte, qđ alibi eorum defenſionem, & ſine dilatione quidem, iurant tutores formaliter ſuſcipere, promittuntque eis indeſinenter non deeſſe. in l. fi. in §. communem. C. de admini. tut. & in l. 1. vbi in ſpecie Bal. in prin ff. de tut. & ra. diſtra. & quod, eſto q̃ quis non admittatur ad probandum id, quod ſua nõ intereſt pupilli tamen gratia admitteretur. l. a C. de nego. geſt. l. ille a quo. §. ſi de teſtamento. & ibi Alex. in prin. ff. ad Treb. ad idẽ, pupillus tutore authore manumittit, ita tamen, vt peculium manumiſſum nõ ſequatur. Et nihilominus in maiore ſecus. l. pupillus, iuncta gl. ff. de ma. vindic. & ſi quis cum pupillo ad adhuc litigauerit, copiam habebit tutelæ, finis & principii inuentarij tantum, ne ipſius pompa vel paupertas detegatur, ſecundum Ang. in l. 1. in §. ſolent. ff. de tabu. exhiben. qui dicit etiam alibi, in l. qui in vtero. ff. de ſtatu homin. q̃ eidem præſcriptio regulariter non currit, & nimirum ætatis defectu, & quia impeditus impedimento naturali agere non poteſt. l. 1. in fine. C. de anna. excepi. & alibi Barto in l. in confirmando. ff. confirmat. tuto. quòd ipſius gratia plerunque a voluntate defuncti receditur, & limitabitur regula. §. diſponat. in Auth. de nupt. & l. in conditionibus primum locum, cum ſimili. ff. de condi. & demonſtrat. & alibi in l. muto, in §. ſub conditione. ff de tute. per illum textum, quòd a iudice non poteſt dari tutor ſub conditione, ne dum conditionis exiſtentia expectatur, bona pupilli negligantur, & pereant, in aliis haud conſiderabile, puta procuratore & ſimilibus. l. 3. ff. de procurato. & alibi in l. tutor, in §. præterea. ff. de ſuſpec. tuto. quòd ad vtilitatem publicam tantum licet inquirere, non ad priuatam, & tamen pupilli fauore poteſt idipſum fieri principaliter ſuper cauſa ſuſpecti tutoris. & alibi in l. ſecunda. in principio. in tertia columna. ff. de excuſa tut. quòd nominatus ad tutelam excuſatur a principio, & poſtea intra tempora legitima excuſatio deſinit ſibi competere ex aliqua ſuperuenienti cauſa, ac ſi ſibi nũquam competijſſet, pupilli fauore, & probatur vltra in l. ſi is, qui tres, in principio. ff. de excuſat. tuto. & alibi in l. ſi duas, in ſecunda columna. ff. eodem. quòd eadem ratione pariter, de minori tutela intelligi debet, ideſt pupilli fauore. Et alibi in l. ſcire oportet, in principio. ff. eodem. quòd a datione tutoris, facta per iudicem non appellatur, vt facilius pupillo conſulatur, quoniam proponetur excuſatio coram eo, faciliuſque confirmabitur. Et alibi in l. bello amiſſi, in princip. & in fi. ff. eodem. quòd ſpeciale etiam in eo eſſe videtur, vt poſſit plures habere tutores. Et alibi in l. excuſare, ſecundum te, tiam lectur. ff. eodem. quòd licet alias per

ſeipſum

ſeipſum facere videatur, qui facit per alium. c. qui per alium. de regu. iur. in 6. l. 1. §. deieciſſe. ff. de vi & vi arma. l. ita autem. §. geſſiſſe. ff de admin. tut. nihilominus excuſatio tutelæ perſonaliter fieri debet, quodq; facta per alium nõ valet, nec admittitur. Et alibi in l. qui teſtã, in §. j. in j. col. ff eo. ꝙ ſentẽtia lata ex falſis allegationibus valet, opeq; reſtitutionis reſcinditur, fauore pupilli autem, nulla eſt ipſo iure. Et alibi in l. 1. in j. col. in prin ff. de eo. qui pro tuto. ꝙ actio tutelæ, fauore pupilli inuenta eſt, ex quo eſt magis priuilegiata, quam actio neg. geſt. habens illa priuilegium reale & perſonale, iſta autem nõ. Et alibi in l cum oſtendimus, in §. fi. ff. de fideiuſ. tut. quod pſentia regulariter & taciturnitas non inducit conſenſum in his, quæ ſunt parti præiudicialia. l. ſicut. §. non videtur. ff. quibus mod. pig. vel hypot. ſol. & nihilominus pupilli fauore ſecus, ut in dicto loco. Et alibi, in l. quod tamen. in §. In primis, in prin. & in l. magis puto, in § ſi ęs alienum. ff. de rebus eorũ quod ſi ſententia contra pupillum eſt lata, ante quam ad immobilia deueniatur, debet incipi a nominib. debitorũ, haud tamen regulare. l. a diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iu. & alibi, in l. ſi ſeruos. ff. de pig act. & l. j. C. de verb. ſig quod præſumptioni tacitę voluntatis defuncti, non ſtatur pupilli fauore, & probatur etiam in l. j in §. ſi defuncto. ff. de reb. credi Et alibi in l. idemq;, in principio, in 2. colum. ff. qui pot in pign. habe. quod res empta ex pecunia pupilli, eſt ſibi obligata, poteſtq; eam vendicare, vtili vendicatione, & per hypothecariam ẽt euincere. Et alibi, in l. 2. in § tutor. ff. de vſucap. pro, empto. qđ ipſius res vſucapi non poteſt, ſicuti nec præſcribi, vt ſupra. Et alibi, in l. cum aliam, in prin. ff. de neg. geſt. quod licet officiales publici, & magiſtratus, reſpectu priuati, ad quem negotiũ ſpectat, conueniri non poſſint, nec tunc alter pro altero teneatur, poſſunt tamen, ſi de pupilli agatur intereſſe. l. Lucius. § Sempronij. ff. de admin. tut. & alibi, in l. ſciendum, in 2. col. ff. de verb. obli. ꝙ confeſſio tutoria eidem nocere non debet. Et alibi, in l. 1. in §. tutores. ff. ad leg. Corne. de fal. quod qui ei obligatus eſt, ſi rationem non reddiderit punitur ac ſi falſum commiſiſſet. Nudum nomen etiam ſufficit ad confirmãdas tutelas, vt in ſimili in libertatibus, ſi filius abſtineat ab hæreditate patris, de iure prætorio, quia remanet hæres de iure ciuili. l. cum quaſi. §. ſed & ſi quis. ff. de fideicom. lib. tradit notanter Iaſ. in l. vnica, in ſeptima col. C. quando nõ pet par. Nec debitor ſpeciei, eius interitu liberatur. l. ſi dictam. §. fina. ff. de euict. quamuis de iure communi alias contrarium deciſum fuerit, in l. ſi ex legati cauſa. ff. de ver. obl. & notatur in l. quod te, & in l. vinum. ff. ſi cert. pet. hinc lex tutelaris (vt memoriæ proditum eſt) lata fuit, qua cauebatur, ne tutor per ſimulationem pupillum fraudaret. Propter pupillorum vtilitatem quoque cognitio ſuſpecti tutoris delegari poteſt, alias autem nõ. l. cognitio, in prin. l. j. ff de offi. eius. l. j. §. ſuſpecti. ff. ad Turpil. l. 1. §. an autem. ff. de ſuſpect. tut. l. penul ff. de confirma. tuto. quorum fauore eſt adhuc inductum, vt mulier, quæ regulariter incarcerari non poteſt, poſſit tamen ob non confectum inuentarium, ſecundum omnes in l. pleriq;. vbi & nos ẽt aliquid. ff. de in ius voc. quodq; ille, qui exceptione a limine iudicij repelli poteſt, ſi ſua non intereſt, non tũ repellatur, ſi nomine pupilli agat. ita Alex. in l. a. in prin. C. de neg. geſt. & in l. Titia, in a col. ff ſolu. matr. pupillaris etiam ſubſtitutio eſt vulgari fauorabilior ſm Iaſ. in l. j. in 4. col. ff. de vul. & pup. ſubſtit. & plus, quod clericus qui ad poſtulandum non admittitur. c. ſi de poſtulan. admittitur tamen pro pupillo, capitulo j. & ibi Abb. in 2. col. ne cleri. vel mona. & ſi communem habens fundum cum pupillo, per eum retinet ſeruitutem, quod per ſe facere non poſſet, Caſus eſt multum notandus, in l. ſi communem, in prin. ff. quem admodum ſer. ami. Vnde Eccleſia. ca. 4. eſto pupillis miſericors in iudicando, vt pater, quoniam eris & tu velut filius altiſſimi obediens, & miſerebitur tui magis, quam mater. Et Deutero. 27. Maledictus qui peruertit iudicium pupilli. Quibus tantum etiã fauit Val. Publicola, ut eos ab omni munere immunes penitus fecerit. Ipſorum fauore ẽt fideiuſſio valet ſine ſtipulatione. l. cum oſtendimus, alleg. pariter ſupra & inducta aliter, quam hic. §. fi. ff. de fideiuſſ. tut. haud tamen regulare. l. blanditus. C. de fideiuſſo. & ſi eiſdem ſeruus tutor datus ſit ſimpliciter, eidem prius data libertas intelligitur. l pen. C. de ne. ſer. hær. inſt. in tantum, vt fiſco anteponatur, maiuſque priuilegium habeat, quam fiſcus ipſe. l. pe. C. de ſer. pig. da. ma. etiam ſupra alle. & ꝫ cum reſtituatur l. in fraudem. §. fi. ff. de iu. fiſ. dicit etiam Bart. in l. 4. in § hoc autẽ edictum, in 5. q ff de dam. infe ꝙ dare tutorem pupillo fauorabile eſt, actuſque pius, ex quo miſerabilis perſona dicitur & not. in l. j. C. quando imp. inter pupil. & in l. 1. vbi clariſſimus ſua tempeſtate Iuriſcon. do. Philip Deci. etiam declarat, quõ intelligatur, in 2. col. ff. de iuriſ. om. iud. non tamen vt cæteris iniuſtitiam faciamus, ca. ex tenore, de ſp. comper. c. nuper, de do. inter vi. & vxo. l. aſſiduis, vbi gl. C. qui pot. in pig. habe. l. & quia, in prin. & ibi Iac. de S. Georg. ff de int. act. & ad hoc tendit vulgatum illud, non vultum pauperis, nec honorem potentis conſiderari debere, ſed quod iuſtum & honeſtum videtur, tribuiq; vnicuiq;, quod ſuum eſt, nec alterum lædere, quæ duo ſunt iuſtitiæ partes, vt in §. iuris præcepta, Inſtit. de iuſtit. & iu. immo ꝙ pupilli priuilegium non tranſit ad hæredem l. quæſitum. §. fi. & ibi Bar. ff. de priuile. cred. quodq; ipſe plerunq; eſt deterioris conditionis, quàm maior l. qui autẽ. §. fi. vbi idem Bar. ff quæ in frau. cred. nec in caſu habet priuilegium, quum adiuit hæreditatem, ex qua legata debeantẽ. quoniam creditores eligunt, an bona pupilli vel hæreditaria poſſideantur. l. apud Iulianum §. fi. ff. ex quibus cau. in poſ ea. niſi reſpondeatur, ꝙ immo hoc caſu habeat, quia ſi defendatur deſinit legatarius poſſidere, vt ibidem. Poteſt etiam ad propoſitum puniri pro crimine, niſi quatenus miſeratione ætatis ſit ſibi mitiganda pœna. l. auxilium. § in delictis. ff. de mi. Item & deportari in inſulam, etiam ſi ſit de collegio, eiq; dabitur tutor. l. adminiſtrantes. §. fi. de admi. tut. l ſi arrogati. & vtrobiq; Bald. (ſingula ſingulis referendo) ff de teſt. tut qui plus dicit alibi, ꝙ poteſt quoq; capitaliter puniri, ſi malitia ętatem ſuppleat, alias mitigari pœna, ut ſupra ætatis miſeratione. Et nouiſſime probatur in l. excipiuntur, in §. fi. ff. ad Sylla. & in l. quid ergo, in §. pœna grauior. ff. de his qui no. infa. ſi tutor ruſum male litigauit, pupillus poteſt in expenſis condẽnari. l. qui ſolidum. §. etiam. & ibi Bar. ff. de leg. a. cui dicto tamen obſtare videtur tex. in l. non eſt ignotum. C. de admini. tut. ꝙ immo tutor condemnabitur. Sed Bar. in d. §. etiam. ſoluit, vtrunq; dictum ſtare poſſe, ſubiiciens eo caſu, quo fit cõtra pupillum exequutio, liberari cedendo actionem. l. fi. ff. de admi. tut. l. ſi dolo ff ſi quis omiſ cau. teſta.

TRACTATVS SECVNDVS.

De libertatis fauotibns.

Libertas, fauorabilis res eſt, cui nõ minus quàm pupillo fauet lex. l. j. § ſi ita ſcriptum. ff. de manu. teſt. l. cum hæres. §. item ſi decem. ff. de ſtatulibe l. ſi liber. C. de cond. ob cauſam. l. tractabatur. ff de milt. teſta. l. cum pater. §. cum ęſtimaret. ff. de lega. a. l. ſeruum filij. § ſi idem. ff de leg j. l. libertas ff de regulis iuris. l. a. §. libertati. ff. de pet. hær. l. ſi ſeruum. in prin. ff. de acq. hær. l. domino. ff. ad Sylla. l. qui graui. ff. de iure codicil. l ſi idẽ ſeruus. ff de leg. 2. l & ſi non ſcripta. l cum inter. C. de fideicõ. lib l. 2. in fi. ff. de ſer. ideo duxi caſus aliquot enumerare ſimiles tractatui proximo, vnde valeant adoleſcentes, tanquam e vino fonte bibentes, ſibi proſpicere, & riuulos inde obducere, quum oportuerit, quibus, audiẽtibus ſedare ſitim poſſint. Et potiſſimum, quia hac de re videmus, quod minor aduerſus aditionem hæreditatis reſtitutus, non propterea efficit, vt ea, quæ ſemel competijt, reuocetur. l. 4 §. j. ff. de fideicom. lib. §. eadem, inſt. ex quibus cau. manu. non li l. & ſi ſine §. ſed quod Papi. & ibi Odoff. in j. col. ff. de mino. & inde eſt ſecundum Bar. in l. ſi vnus. C. de teſta. qui fauore libertatis cancellatio teſtamenti inconſulte facta præſumitur. Qui dicit etiã alibi, ꝙ quando præſens ſtatus rei non vendicat contingentiam de futuro, non inſpicitur, quod euenire poteſt, niſi fauore libertatis, in l. inter ſtipulantem, in §. ſacram, in 4. colu. ff. de verb. obl & alibi in l. in ſumma, in § ſi ff. de re iud. & in l. eius, qui in prouincia, in §. ꝙ ſi non ſtipulatus. ff. ſi cer. pet & Ale. poſt eum, in l. ſi deceſſerit, in 2. colu. ff. qui ſatiſ cog. ꝙ quamuis ſententia contra mortuum, vel pro mortuo lata non valeat, ualet tamen fauore libertatis. l. cum quaſi. ff. de fideicõ. lib. & alibi idem Alexan. in l. de die, in 2 columna. ff. qui ſatiſ. cog. quod in cauſa liberali magis actori, quàm reo fauẽdum eſt, & ſi regula ſit in contrarium ibidem, & in l. fauorabiliores. ff. de regulis iuris, etiam alibi Ange. in l. ſi ita hæres. ff. de condi inſt. quòd fauore libertatis ſola oblatio ſufficit, vbi alias conſignatio etiam requiritur ſi fiat præſenti, ita vt nec ſit locus pœnitentiæ hac de re, ſi ille, cui fit oblatio, voluerit accipere. Et alibi in procemio Digeſtorum, in princip. quòd imperator non poteſt rem meam alteri dare gratiam faciendo, præterquam in libertate. Et alibi Barto. in l. prima. C. ſi vt ſe ab hære. abſti. quòd filius hæres præſumitur quo ad ſui commodum, non econtra, niſi fauore libertatis. Et alibi in l. ſi ſubſtitutus. ff. ſi muli. ven. nomi. quòd fauore libertatis mulier vendere compellitur, & in fi. in l. prima. in §. primo. C. de cõ. ſer. ma. & per Bald. in l. ſi ſeruus. ff. de vulga. & pup. ſubſtitu. & alibi idem Barto. in conſilio ducenteſimoquarto, incipien. factum, in fine. quod dicta de cauſa legata debentur etiam ex teſtamento imperfecto. Et alibi Odofredus. in l. Celſus. in fi. ff. de arbitris. quod non licet alicui regulariter ante litem conteſtatam moram purgare, vel poſt, niſi libertatis fauor

ſit in conſideratione. Mulier etiam pro nullo intercedit, toto titulo. ff. ad Velleian. & tamen pro libertate danda ſecus. l. j. ff. eodem. l. penultima. C. ad Vellei. l. Titio ſundus, & ibi gl. ff. de conditio. & demonſtratio. & ſi ut liber, quis inſtitutus eſt, cũ tamen eſſet ſeruus, libertatem hac ratione conſequitur, l. ſecunda. C. de ne. ſer. hæred. inſtit. & ad idem, ſi teſtator dixerit Suchum, immo Pamphilum & c. correctio quædam eſſe videtur l. Stichus immo Pamphilus. ff. de manumiſ. teſtamẽ. & tamen ſi ſub contraria conditione relinquatur libertas directa & fideicommiſſaria, fauore ipſius eſt in libertate ſerui, an velit directè, vel per fideicommiſſum eam conſequi. l. ſi quis ſeruo ſub conditione. ff. de manumiſ. teſtamen. ad idem uoluntas captatoria non valet. l. illa inſtitutio. ff. de hæred. inſtit. & tamen libertatis fauore ſecus deciſum eſt. l. captatorias, & ibi notatur. C. de militari teſtamen. ad idem. Verba obliqua nunquam trahuntur ad directam, econtra autem ſic, tamen fallit fauore libertatis, dicta l. tractabatur, vbi etiam Bald. ff. de milita. teſtamen. libertas quoque efficit in caſu. l. ſi Ruffinus. C. eodem, vt relictum valeat, quod tamen alias non ualeret, induxique, ego in l. ſi collatione. C. de collatio. libertati etiam fauent prætores. l. quia, in fine. ff. ex quibus cauſis maio. l. ſecunda. §. primo. ff. de ali. iud. mu. cau. fac. nec priuilegio ipſius poteſt vllo modo renũciari. l. cum ex oratione, & ibidem Baldus. ff. de excuſati. tutorum. adeoque eſt priuilegiata, vt piæ cauſæ facile poſſit comparari, ſecundum Bartolum, in l. proximè, in §. fi. ff. de his quæ in teſta. delen. ad idem in legatis, & diſpoſitionibus expectatur dies, ſi conditio diem habeat, puta, ſi domum ædificaueris, quia ſi ille, in cuius domo ædificari debeat, nolit, non propterea hæres liberatur, ſed diem expectat, & nihilominus in libertate ſecus l. ſtatu liberum. §. finali. ff. de ſtatu libe. tradit Bart. in l. ſi ita hæres, in fine. ff. de condi. inſtitu. eſt etiam ſpeciale in ea, vt incontinenti præſtetur abſque cautione Mutiana, quod tamen non eſt regulare. l. Mutianæ, & ibi Bartolus, in prima columna. ff. de conditio. & demon item quia in herede hæredis conditio impleri nõ poteſt, in libertate autem ſic, ut tenet Bartolus, in l. ſub diuerſis, in §. primo. ff. eodem titu. qui dicit etiam alibi in l. quæſitum, in §. ſi quis fundum, in quinta columna. ff. de fundo inſtruc. ꝙ quando vni legatur genus, alteri autem ſpecies, generi per ſpeciem non derogatur, ſed in eodem poſſunt concurrere, niſi ſpecialiter diſpoſitio libertatem contineat. Et alibi in l. 1. in §. ſi pater. ff. ad Sylla. ꝙ exiſtentia ſui hæredis dicta libertas relicta, confirmatur ſpeciali fauore ipſius, quoniam in fideicommiſſo vniuerſali eſt ſecus. Et alibi Odof. in l. prima. in 3. columna C. de oper. liber. ꝙ ex iuramento promiſſorio operarum in manumiſſione oritur actio, cum tamẽ non ſit de modis, quibus ſolet oriri. Et alibi in l. Papinianus, in §. quarta. in vlti. columna, vbi etiam Pau. de Caſtro, in ſecunda. ff. de inoffic. teſta. per illum textum, ꝙ libertates minuunt quartã etiam iure naturæ debitam. Et alibi idem Bart. in l. eum qui, in princi. ff. de ann. leg. per tex. in l. ſtatulibe. in §. Stichus. ff. de ſtatulib. ꝙ penſio pro pluribus annis futuris ſolui poteſt, quamque creditor ipſam cogitur recipere. Et alibi in l. ſi fuerit, in §. fi. ff. de rebus dub. ꝙ ſi de natiuitatis ordine non appareat, prius natus præſumitur ille, ex quo mater libertatem conſequitur. Et alibi in l. 1. in j. colum. C. de pœna iudi. qui ma. iudi. ꝙ licet corrumpere aduerſarium principalem præterquam in cauſa libertatis. Et alibi in l. non eſt cogendus, poſt gl. per illum tex. ff. ad Treb. ꝙ ſi legatarius decedat viuo teſtatore, legatum remanet apud hæredem, cum ſuo onere, fauore libertatis. Et alibi in l. quid ergo, in prin. ff. de contra. iud. tut. ꝙ tutor plus expendere debet in rebus pupilli, quàm ipſe hẽat in facultatibus, quod tamen non eſt regulare, & dicetur expẽſum vtiliter, ſi ipſi quæſtio ſtatus mota ſit, quoniam libertas inæſtimabilis dicitur. Et alibi in l. ſicut, in §. non videtur. ff. quibus mod. pig. vel hypot. ſol. ꝙ ſi debitor creditore præſente, & tacente vendat pignus, ſibi non præiudicat, & tamen ſi alienetur manumittẽdo, ſecus ſi hypothecat. l. j. C. de remi. pig. & alibi in l. ſi fundum, in §. ſi libertus. ff. de leg. j. ꝙ in ſpecie hæreditaria legata, grauatus pro portione ſua tantum tenebitur, in libertate vero erit quid indiuiduum. Et alibi in l. ſi ſeruus, in fi. ff. eo. quod ius pignoris, vel ſeruitutis legari nõ poteſt, fauore autem libertatis ſic. Et alibi, in l. captatoriæ, in prin. ff. eod. ꝙ legatum in alterius voluntatem collatum non valet, & tamen in libertate ſecus, & in ſimili dictum eſt ſupra. Et alibi in l. ſi cui legetur, in prin. ff. eo. ꝙ aliud eſt dicere, quũ erit annorum 14. & aliud ann. 14. fauore libertatis, ex quo iura commune eſt in contrarium. Et alibi in l. ſi cui, in §. hoc autẽ legatum. ff. eod. ꝙ regulariter dictio ſi, quæ conditionem facit l. j. & ibi idem Bar. ff. de condi. & demonſt. non eſt tamen huiuſmodi libertatis fauore. Et alibi in l. ſi ita ſit ſcriptum, in fi. ff. eodem, quòd in ea ſemper accipimus id, quod eſt ei vtilius. Et alibi in l. cum filio, in 3. colum. ff. eo. ꝙ legatum libertatis ſtatim valet, vbi filio deferri videtur in tempus exiſtẽtiæ ſui iuris. Et alibi in l. ſi filiusfam. in §. diui, in 3. col. pariter. ff. eodem, quod per cõtractum poteſt prohibitio alienationis fieri taliter, vt dominij tranſlatio impediatur, præterquam in libertate. Et alibi, in l. ſtatuliberum, in prin. ff. de leg. 2. quod ſeruo proprio legari non poteſt, & tamen ſecus, ſi tantæ efficaciæ ſit legatum, vt inde etiam libertatem tribuat. Et alibi, in l. cum quaſi, in prin. ff. de fideicommiſſ. lib. quod decretum interpoſitum contra defunctum, tanquam contra abſentem, transfertur ad hæredes, libertatis gratia. Et alibi, in l. Paulus, in §. paribus. ff. de fideicomm. lib. quod verba adulatoria non inducunt, niſi fauore libertatis diſpoſitionem. Et alibi in l. 1. ff. de mino. quòd tempus 18. annorum non eſt perfectę ætatis, niſi rurſum libertatis fauor ſit in conſideratione. Et alibi in l. eam quam, in 2. & 3. colum. C. de fideicom. quod ſi ex teſtamento non adeatur hæreditas, legata non debentur, & tamen in libertate, ſecus. Et alibi in l. j. in 2 colum. C. comm. de leg ꝙ legata exęquata ſunt fideicommiſſis pecuniarijs, vt ea, quæ libertatis ſunt, excludantur. Et alibi in l. ſi quis libertatẽ, in j. colum. in fi. ff. de peti. hære. ꝙ iudex, etiam nulla parte opponente ex officio ſuo poteſt cauſam libertatis differre. Pactum quoque incontinenti appoſitum in ipſa rerum traditione actionem parit. l. rebus. C. de re. permu. & tamen ſi libertati aduerſetur, ſecus. l. ſeruus. ff. de ſer. expor. tradit Odofre. in l. quamuis. C. de vſu. Et ſi ſeruum induxerit teſtator inuitum ſupple, vt eſſet liber, liber erit, libertatis prærogatiua. l. proximè. in fi. ff. de his quæ in teſta. del. vbi eſt etiam dies & pœna, purgatio moræ non admittitur, fauore autem libertatis ſic. l. qui Romæ. § Flauius, & ibi Bar. ff de verbo. oblig. dicens etiã alibi in l. dotalem. ff. ſolu. mat. ꝙ res dotalis in dotem data, & alienata poteſt reuocari, præterquã in caſu libertatis, in qua ſpeciali ratione determinatur contrarium. Conſenſus etiam coactus, conſenſus eſt. l. ſi mulier. §. ſi metu. ff. quod met. cau. præterquam in libertate. l. ſi optio. ff. qui & a quibus. & ſi adimatur conditio, non tamen adimitur libertas, vt alias eſt regulare. l. ſi quis ſeruum. ff. de cond. & demonſt. l. j. C. de pact. in libertate quoque arbiter ſententiam dicere nõ cogitur, alias autem ſic l. non diſtinguemus. §. de liberali. ff de arbit. cauſa que eſt, quæ per magiſtratus maiores debet expediri l. placet, in fine. C. de peda. iud late ego in l. imperium. ff. de iur. omn. iud. Belgę pro libertate pugnant. Domus Regia apud Perſas, libertas appellatur. Athenienſeſque liberatorem. Iouem colunt, & adeo omnibus grata eſt denique, vt Plautinum illud dicere malint, quàm ſeruire. Liberę ſunt ædes, liber ſum ego, libere me vti volo. Cuius ſeruus etiamnum eleutheria agit, id eſt ſolennia libertatis, quibus nihil eſt pretioſius, nec maius. Et ea de re fortè Romani homines tanti eam faciẽtes, ſeruum Brutorum, coniurationem detegentem tunc de Tarquinijs recipiendis, rati maiori præmio ipſum honeſtari haud quaquam potuiſſe, libertate donarunt, quæ tamen vno caſu priuilegio caruiſſe videtur, quia per procuratorem dari non poteſt. l. mulierem, nec ab re, vt ibi per gl. C. de vin. lib. alio caſu etiam fauorabilis nõ videtur, in l. ſi minor. ff. de ſer. expor. & minime mirum, cum in aliis, & tot quidem caſib. ſpecialia propemodum infinita habeat Et per gl. ad propoſitũ nor. egregiam in l. fi. C. de ſacroſ. ecc. & ad ſ. dicta redeuntes, adeo vera eſſe dicimus, ut petitiones quoq; ꝯriæ hoc caſu, & ſpecialiter admittantur, non regulare, neque cõiter verum. l. 3. C. de fur. l. cum precum. C. de lib. cau. immo ꝙ fauor ipſius, fauori nuptiarum præfertur. l. Titio. § fi. ff de cond. & demõ. pıaq; cauſa dr̃, ut ſ. ẽt teſtati ſumus, & nouiſſimè addo Barto. in l ſi vnus. C. de teſt. quem refert, & ſequitur Alex. in l. pecuniam in 4. col. ff. de cond ob cau. ad idẽ in obligatione tacita bonorũ hypothecę, in domo conducta, non fit præiudicium, quominus ſeruus poſſit manumitti. l. licet. ff. quib. mo. pig. ta. ꝯha. & ſi ſeruus fuiſſet manumiſſus, qui ex fideicõmiſſo veniebat reſtituendus, debebit æſtimatio. l. qdã. §. ſi quis filiũ ff. ad Tre. in l 12. tab quoq; & vltimo, vt finiamus, cautũ erat, ſi qs in ſeruitutẽ eſt libertate accerſitus fuit, eiuſdẽ ſibi cõmodum auferri non potuiſſe, ſub vadibuſq; ad finem tunc adſeruari debuiſſe. Vſq; adeo, vt male Appius Claudius, ac ꝯ legẽ, quã ipſe tulerat, filiam Verginij ſeruã (hyſtoria nota eſt) pnunciauerit, & ea de re debitas ẽt pęnas, & iure quidẽ merito dederit. Vñ alij ius dicẽtes ſibi exẽplũ ſumant, pcauẽtes talia facere, ne ſimile qddã ſibi ẽt eueniat, ſeditionẽ ꝯcitẽt, & infamiã. ꝙ oium turpiſſimũ eẽ vr̃, recordatione ſeculorũ oium fędent.

TRACTATVS TERTIVS.

De liberationis fauoribus.

Dum Iuriſc. Paulus noſter in l. Arrianus. ff. de actio. & obl dicit nos promptiores eſſe debere, propẽſioreſq; ad liberandum, q̃ ad obligandũ, elici pt liberationem ipſam

ſam quoque fauorabilem eſſe,nec minus forte, quam ſit pupillus,aut libertas, vt proxime diximus,priuilegijsq; multiplicibus decoratam, quorum aliqua hic percurrere & decreuimus rati non minus vtilia fore,quam neceſſaria ſtudioſis hominibus,vnde ex eis, tanquam e penu,argumenta ſuminiſtrent,quæ ſint, cum vſui, tum emolumento atq; vtilitati in publicis diſputationibus maxime eſſe poſſint,hiſque ſpecialitatem aliquã habentibus,cetera imbecilliora deludant. Hoc igitur,vt incipiamus,eſt in ea potiſſimũ, quia in pactis liberatorijs,ſi non valet,quod ago,vt ago, valet ſaltem, vt valere põt,in obligatorijs autem non,ratione ſupradicta. l. ſi cauſa cognita, & ibi Bart.in fi. C. de tranſactio Et de materia alias in l 3.in. §.ſi quis ſimpliciter. ff de verb obli. qui in l.quamuis C.eo.de tranſac & poſt eum Alex.in l.fratris,in fi C eo.dixit &, in cõtractibus innominatis locum habet penitentia.l ſi pecuniam.ff de condi.ob cau.& tamen in tranſactione eſt ſecus liberationis fauore,ex quo receditur a lite. Et clarius idẽ Bar.in l.dedi,in prin ff. eod. & ideo poteſt fieri in iudicio, & extra. Item aute lit.conte & poſt l.ſiue apud acta. C.de tranſa.l.eleganter.§.ſi quis poſt,& vtrobique no ff de en [illegible] nd. ad idem alibi inquit Bal.in l.fideiuſſoris,in 1.lect.ff. de pact quod pactum extenditur ad perſonam non ſpecificatam in ipſo propter intereſſe paciſcentis,ſi ſit ad liberandum,non ſi ad obligandum,& vt per Dy.latius in l.ſi ita ſtipulatur,in § Chryſogonus.ff de verborum oblig & Cy[illegible] in l quoties,in 6 q.C.de pr[illegible]. impe.off & alibi in l ſi vnus,in §.ſi cum reo ff eod. quod neceſſe non eſt, quod pactum liberatorium fundamentum recipiat in perſona paciſcentis,quia pro fundamento eſt intereſſe, ſecus [illegible] ro in obligatorio.Et alibi in l.peculium ff de pe quod [illegible]beratio inducitur nuda voluntate, obligatio vero non. Et al[illegible] idem Bar.in l.nam & poſteaquam,in §.ſi damnetur,in pr[illegible] ff.de iureiur.quod ſententia contra ſententiam non valet, ni[illegible]berationis fauor ſit in conſideratione Propter prærogatiuã ſolutionis etiam in pecunia ſpeciale eſt, vt ſola [illegible] o[illegible] qui nummos alienos ſuos faciat.l. ſi alieni ff.de ſolu. [illegible] gulari,& ibi no.ff.ſi cer.pet. & [illegible] rad gl. in l [illegible] dem Pomponius, in §.ſed ſi plumbum,in verbo vtraque [illegible].de rei ven. & in arg. facit optimus tex. in l.3 in §.fi.ff.de dona.inter vi & vxo. & pignus liberat mulier,nec conſentit tamen, quod alii obligeĩ, alias iuuaretur Velleiano,ſecundum Barto in l vir vxo.in § 1.ff ad Vel[illegible]. iuramentum ſimiliter non eſt modus indu[illegible] en[illegible] obligationem. l.ſi quis pro eo.ff de fidei[illegible] cau [illegible] de libe.cau.& l.vt iuriſiuran.in prin ff.de ope.lib quem ſingularẽ dicit Bar.in l. iuriſgen.in §.quinimo,in 4 colum. ff. de pa[illegible] vt veſtiat pactum nudum Et tamen ad propoſitum fauore liberationis eſt modus tollendæ. iuriſiurandum.l duob[illegible]s §. a fideiuſſore.ff.de iureiu. Si factum quoque in pacto[illegible] a[illegible]lio cum creditoribus paternis conuiuente,valet,& pari modo,ſi cum maiori eorum parte factum fuerit, liberationis fauore. l.& ſuum hæredem.l.maiorem, & vtrobique dixi in collect. nuper editis.ff.de pact.inquit etiamnum Bar.& rurſum in l r. in §.eum qui.ff de con[illegible] tu.pecu. quod vbi de obligatione inducenda agitur,idipſum ſui natura odioſum eſſe [illegible]detur,fauorabile vero econtra.Et alibi in l.metu. 10 §. ſed quod prætor.ff. quod met cau. quod in a[illegible]s liberatoriis, execu.[illegible] haud eſt neceſſaria,vt in obligatorijs. Subijciens hac de re, non mirum fore,ſi acceptilationis contractus ſtatim perfectus eſt.Et alibi in l.de tutela,in fi C.de reſtitutio.in integrum, quod liberatio trahit ſecum exequutionem. Et alibi Bal.in l.1.in fi.C comm. de leg.& Alex.in conſi.14 incip.ponderatis,in 2.col.In 3.vol. quod ſi moriens aliquem inculpauerit,ei non nocet, ex quo agitur de eo obligando,& tamen ſecus,ſi exculpauerit,quia indicium innocentiæ pro ſe habet.l.ſi quis in graui.§.ſi quis eſt moriens.ff.ad Sylla.l.1.in fi l 2.ff.eo & hinc eſt quod potius teſtibus negantibus,quàm affirmantibus creditur ſecundum Iaſ. in l vt vim,in 2 col.ff.de iuſti.& iure.per bo.gl in c. cler[illegible].81. diſt.Quodque in diſpoſitione conditionali locum habet purgatio moræ quoad excipiendum, non quo ad agendum, & fuit verbum Alex.in l 1.in §.item ſi ita,in 3.col.in fi.ff ad leg. Falc & quod denique ex parte actoris non admittitur procurator ſine mandato.l.s.[illegible]i procuratorem.ff de procu l 1. C. eo. ex parte autem rei ſic.l ſeruum q[illegible]q § pu[illegible]lice,& ibi Alb. in 2 col.ff.de procu.exceptio quia tendit ad liberandum, etiã facilius conceditur,quam actio,ſecundũ Bar in l 1.in §.nunc tractemus,in 3 col in fi ff.de tut.& ra.diſtra.qui dicit etiam in l.maritus in vlt.col. ff de quæſtio. quod iuramentum non deferri in criminalibus actori ad condemnationem, ex quo probationes debent eſſe tunc luce meridiana clariore l.[illegible] de proba t.& tamen defertur reo ad abſolutionem & liberationem. l.præſenti. C.de his qui [illegible]d eccle.confu. & appel[illegible]atur purgatio nis,vt ibidem,& in rub.ff de iureiur.& ali[illegible] in ſimili, quod fauorabilior eſt perſona ſoluentis,quàm credentis,in l quod ſi minor,in §.reſtitutio ff.de mino Et alibi Bar.in l.ſi [illegible] aurum

in princ.ff.de ſol.quod ſoluens ſcienter indebitum non repetit per viam actionis,per viam autem exceptionis, vtpote fauorabilioris ſic.In qua etiam concluſio non eſt neceſſaria,in actione autem ſic.ait idem Bar.in l.exceptionem quæ. in §.1. ff de excep dicens quoque alibi in l ſi rem legatam.ff. eod. quod ad ipſam exceptionem dolus defuncti non nocet,ad actionẽ ſic Et ideo pactum de petendo non elidit ipſo iure pactum de no.petendo,in caſu l ſi vnus.§.pactus.ff.de pac.& not.in l.Stichum.in § naturalis.ff.de ſol nec ſupplet iudex defectum a[illegible]onis liberationis autem ſic, ſiue exceptionis, vt pulchrè oſtendit Socy.in conſi.[illegible]8.incipien in hac, in 6. col. in 1.vol. Et ſi quis fundat intentionem ſuam ex tempore, ſiue ex cauſa temporis,& de obligatione inducenda agatur, non inducitur.Si autem de inducenda liberatione l[illegible],dummodo ius cõmune non reſiſtat, quia tunc nec actiones præſcriberentur. l.cum de in rem verſo,& ibi Bar in 3.col ff de vſu.qui dicit & alibi in l ſi procurator [illegible] col pariter, de condic.ob cau. quod ſoluens procurator ignorante [illegible] reuocato,liberatur fauore ipſius liberationis.Et alibi in l Titia,in §.Caius.ff.de euictio quod verba enunciatiua non expreſſa certa re,vel quãtitate, haud inducunt diſpoſitionem,ſed vitiant,quod intellige verũ quo ad obligandum,non quoad liberandum Idemque in l.ex hac ſcriptura.in vlti colum ff de dona.& alibi in l.qui bona,in §. fi in 2.col ff d[illegible] da[illegible] [illegible] ſec quod vbi de liberatione tollenda ag[illegible] [illegible] [illegible]ratur & a[illegible] [illegible]endo.ff. de neg geſ. quo[illegible] ben[illegible] [illegible]m in inuitum haud conferatur l inuito. ff de re[illegible] ur. [illegible] ſit t[illegible]men in liberatione. Et alibi in l t in 2 col C [illegible] mm i de leg quod in legato liberationis nõ habet locum ac[illegible] o[illegible] ntem [illegible] c hypothecaria. Et licet etiam videre, quia pactum nudum non inducit actionem,& tamẽ perimit. [illegible] qu[illegible] [illegible] & [illegible] no.ff.de pa[illegible].ſed adde caſum,in quo [illegible] bili[illegible] non e[illegible] & minime mirum,quoniam ineptũ c[illegible] re[illegible] n[illegible]n [illegible]re,nec limitari aliquo modo l om [illegible] o ff de re[illegible] ff de reg.Cato. & no. in Auth. vt ſi pro[illegible].mat.de[illegible] t[illegible] p[illegible]n quando d[illegible] us ipſi dat[illegible] m, in contra[illegible] bus [illegible] c[illegible] quoniam tu[illegible] c impeditur, & ſi ipſa impeditur q[illegible] auo[illegible] [illegible],multo magis impeditur [illegible] a[illegible] in[illegible] in l eleganter,[illegible] c[illegible]. ff de d[illegible] .in contrac[illegible] bu[illegible] te[illegible] iuris ſec[illegible] idem,& in §. nõ ſolum,in [illegible] o[illegible] [illegible]dem, in[illegible] ter co[illegible] o tacta a creditore n li[illegible] pr[illegible] tercal[illegible]erat debitorem. quod tamen fauore liberationis li[illegible] deberet [illegible]n ſolum [illegible] ſi libera t[illegible] verba,& [illegible] dem B[illegible] in fi [illegible] be. lega. & ſi teſtator ca[illegible] [illegible]t debit[illegible] [illegible]is,hi ſolum,quia [illegible] ne perſonaliter ne[illegible] [illegible] non [illegible]tiam [illegible] tene[illegible] t ir reali. [illegible]. Cornelius.§ Mæuia ff de [illegible] lega.tradi Bal. [illegible] cum neceſſitatem. C de fideicom[illegible] [illegible] c cau[illegible] criminalis,quæ ſui natura indelegabilis eſt,poteſt [illegible] delegari,quoad expeditionem,e[illegible] m ſi de reo liberando agatur l ſolent.ff de offi.procon & l[illegible]. diximus late nos [illegible] l.prima ff.de officio eius,& hæc ſatis [illegible]nt ſpeciales liberationis caſus concernentia.

TRACTATVS

SIVE NOVA OPINIO, De eſſentia infantis, proximi infanti, & proximi pubertati

Ioan. Franc[illegible] Faræ Sardi, Saxarenſis [illegible]. V D.

SVMMARVM.

1 Infans eſt minor ſeptem annis ſecundum communem omnium opinionem, quæ tamen ab authore reprobatur infra c 3.
2 Aetates hominum decem ſunt ſecundum Solonem.
3 Multis modis probatur i[illegible] a[illegible]tem minorem eſſe ſeptem annis.
4 Infantes,& minores ſeptem annis non poſſunt contrahere ſponſalia.
5 Subdiaconus fit vigeſi[illegible] imo ætatis anno.
6 Argumentum ab etymologia,validum eſt in iure.
7 Infans dicitur,ideſt non fans,quia fari non poteſt.
8 Qui fari non poteſt,minor eſt ſeptem annis.
9 Numerus ſeptenarius maxime habetur in conſideratione.

CAPVT I.

Indubitata res eſt, & apud omnes iuris authores peruulgata,ætatem pupilli in tria diuidi,in infantem ſcilicet proximum infanti,& proximum pubertati, & eſt tex. quem ad hoc ſingularem exiſtimo in §. pupillus, Inſtitu. de inutil. ſtipulat. Verum qui infans, quis proximus infanti aut proximus pubertati ſit, hactenus in obſcuro latuit,

quamobrem operæ pretium eſſe duxi, huius rei ueritatem, diuina ſuffragante gratia, diligentiſſime exquirere, & in lucem proferre, ita vt in poſterum res iſta in perfacili cognitione verſetur.

Quæro igitur primo, quis dicatur infans & omnes ſcribentes vna mente, & voce cõſentiunt infantem minorem eſſe ſeptem annis, vt eſt gl. in §. pupillus, Inſtit. de inuti. ſtipula. in l. donatarum ff. de acquiren. & retin. poſſeſ. in l. 3. § ſi pupillus. ff. de tutel in l quod infans. ff. de rei vendicat. in l. infans. ff ad legem Cornel. de ſicariis, in l. ſeruus. ff de bonorum poſſeſſ. in l. 1. § initium, in verbo compleuit, ff de poſtula. in l. ſiua §. ſin autem. C. de bonis quæ libe. in l. etiam infantem, ff. de adoptio. in l. ſi infantis, ff. de vſufruc. in l. pupillus, ff de manum iſſ. vindic. in c ſi annum de iudi lib 6 in c. ſi eo tempore, de reſc. in 6 in c. 1. in princi. de deſpon. impube. lib. 6 in ca. nullus epiſcopus, de temp. ordinat. lib. 6. in proœmio. li. 6 in verbo perfectus, in clemen 1. de homic. voluntarie ſingulis, 77. diſtin. in c. de his, 28. diſt in in ca. 1 31. q. 2. in §. 1. 30 q 2 in extrauag. Ioan. XXII. de Iudæis, & Saracen. & tandem omnes gloſæ ita volunt. Et ſequuntur, Cyn. Alber. Bar. Bal. Saly. & alii in l. ſi infanti. C. de iure delibet. Philip. Dec in l. infantis. C. qui admit. in vtraque lect. in princi. Paulus Caſtren. in l. hæreditarum. in fi ff. ad leg. Faleid. Chriſtoph. Porcus in § minorem, Inſtit. de adop. Nicola. Bellon. in §. is quoque, nu 25. Inſtitu. quib mo. re contra. oblig. & in rub eodem titu num 24 Andr. Alcia. in l pueri, nu. 6 ff de verborum ſignifi Alber. in l. 1. in princ. nu. 1. colum. 2. ff. de verborum obligat & alii Doctores, Bart. in l. inter illam, ff. de verborum ſignifi Bart Socy. in l. 1. §. adipiſcimur. ff de acquiren. poſſeſ Ioannes Coraſius, in l. precib. nume. 26 colum. 6. C. de impube. & aliis ſubſtit. Ioan de Ana. & alii in c 1. de delic puero. Siculus, & alii in rub. extra cod. ti. Franc. in c. ſi pater de teſtamen & c. 1 de deſpon impube. Archid. in ca. 1. de cleri ægrot. Marian. Socy. Senior in rub. extra de infanti. & langui. expoſ & in c. ad audientiam. colum. 8. nu. 11. de homicid Cardina. in clemen. 1. de homicid gl & Matthe. de Aſſi. c. in conſtit. terminum uitæ de boni paren. Bartho a Caſſaneo in conſuet. Burgun titu. des enfans, rubr. 6 §. 4. num. 15 & tit. des fiez, rubr. 3. §. 2. num. 3. Guil Loriubil. in deſcriptione iuſtitiæ, & iniuſtitiæ, c. de adoleſcente ſine obedientia Vldaric. Zaſius in 2. q. de Iudæis, Vantius in tracta. de nullitate ſent. ex defec inhabilit. ſeu mandati comp. nume. 5. Ioannes Iuris conſultus in tract. de vſucap. ca. de ætate hominis, & earum temporibus, numero 1. fol. 8. colum. 2 volum. 8. tractatuum. Petrus a Plaga in epito. delictorum lib. 1. capi. 35. numero 2. Iſidorus libro 3. etymologia. Bea. Antonin. in ſumma, in 4. parte, titu. 7. c. 6 § 6. & Thom. Gram. deciſio. 34. Ioan. de Neuiza. conſi. 17. num. 40. Ioannes Mentolonius in ſuo promptuario iuris, in verbo ætas, Petrus Duen. in lib. 1. de regu. iur. regu. 259. numero 2 in quam ſententiam etiam iuit Camillus Plautius præceptor in l. infantes, C. qui admit. cuius ſententias quaſi quædam oracula ego fere ſemper ſeq ſoleo, & admirari, quod ſi hac in re diſſenſero, rogo ne mihi uitio detur: quippe ego is ſum qui veritatem præ omnibus rebus amandam, & colendam duxi, etiam ex ſententia eiuſdem præceptoris in l. 1 libro 1. cap. 1. numero ſecundo & ſeptimo. ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſdict. & idem Plaut. de notis, Crauet. lib. 1. capitu. primo, numero 3. & 6. & 10 & 13. quia tamen mihi perſuaderi non poteſt, clariſſimum præceptorem errare poſſe, vide quæ ad eum excuſandum ſcripſi infra eodem capitu. 4. ad rem ipſam redeundo, & ad infantis demonſtrationem, vt nominibus parcam omnes ſcribẽtes ſunt huius ſententiæ, quod infans ſit minor annis ſeptem.

2 Cui ſe ſubſcribit etiam Solon Athenienſium legiſlator in ea elegia, quam de decem hominum ætatib. conſcripſit apud Philemonem Hebræum lib. 2. de Mundi opificio, quam Lilius Gregorius latinitate ita donauit.

Impubes, & adhuc infans, cum ſepta molaris
Educit primum, ſeptimus annus erit.
Cumque alios ſeptem Deus huic perfecerit annos,
Apparent pubis mollia ſigna nouæ
Tertia mox ueſtit tenera lanugine malas,
Heu nimis ætatis flos cito præteriens.
Iam iuuenem uireſque facit tibi ſeptima quarta:
Virtutis profert, certaque ſigna viri.
Coniugis ætatem maturam quinta miniſtrat
Natorum, & quibus eſt poſteritatis amor.
Sexta homini mentem cunctos adducit ad vſus,
Qui queat ingenio rebus adeſſe ſuis.
Septima mente valet, valet & lingua, & ſimul iſti.
Octaua, ambę annis quatuor, atque decem.
Nona ætate etiam mage mollia ducere quibit.
Virtutem ad magnam lingua etiam, & ſophia.
Si quiſquam ad decimæ menſuram exegerit annos,
Intempeſtiuam non habet ille necem.

Quos verſus in alio propoſito refert Andreas Tiraquellus in tractatu de legibus connub. gloſ. 1. parte ſexta, libro ſexto, numero 43.

3 Ad hoc mouentur noſtræ huius philoſophiæ Doctores per textum in l. ſi infanti, in prin. C. de iure delib. dum dicit, ſi infanti, id eſt, minori ſeptem annis.

4 Secundo mouentur, quia minor ſeptem annis non poteſt contrahere ſponſalia, ut l. in ſponſalibus, la 2. ff de ſponſ e. litteras, & c. acceſſit, extra de deſponſa. impub. & §. 1. 30. q. 2. & ſic qui non poſſunt contrahere ſponſalia minores ſunt ſeptem annis, at infantes qui ſunt, non poſſunt contrahere ſponſalia, vt c. 1. in prin. de deſponſa. impub. lib 6. ergo infantes ſunt minores ſeptem annis.

5 Tertio ultra alios ego confirmo hanc opinionem per textum in c. in ſingulis, 77 diſtin. vbi habemus, quod Subdiaconus decimoquarto anno poſt infantiam fit, at ſubdiaconus fit vigeſimo primo anno, vt c. ſubdiaconus, 77. diſtinct. ergo infantia durat ſeptem annorum ſpatio, poſt quam decimo quarto anno fit ſubdiaconus.

6 Quarto etiam confirmo, argumento ſumpto ab etymologia vocabuli, quod quam validum ſit, videas latè per Euerardum in locis argumen. loco ab etymologia poſt Alciatum lib. 1. diſpun. cap. 10. & Aulum Gellium noctium Atticarum lib. 1. cap. 18.

7 Nam infans dicitur, id eſt, non fans, vt per doct. in d. l. ſi infanti, C. de iu. deliber. & in l. 1. in princip. ff. de verborum obligat. & in l. 1 § adipiſcimur, ff. de acquiren. poſſeſſ. Ad hoc ego conſidero, ꝙ illud eſt nomen compoſitum ab in, & fans, quaſi non fans, nam dictio in, ſtat in compoſitione negatiuè, vt per doct. in rubr. ff. ſoluto matrimonio, & Ioannem Crotum in l. per omnia, num. 2 ff. de legat. 1. ſic igitur infans dicitur id eſt non fans eo, quia fari non poſſit.

8 At qui fari non poteſt minor eſt ſeptem annis, vt eſt textus in l. 1. § ſufficit, ff de adminiſtratio. tutorum, & textus in l. in negotiis, ff de regulis iur. iuncta dicta l. 1. §. ſufficit, & textus in l. pupillus, ff de acquiren hæred. & in l. ſeruo inuito. §. ſi pupillo, ff ad Senat. conſul. trebel. iuncta d. l ſi infanti, C. de iure deliberan. & eſt magis communis opinio, quod minor ſeptem annis fari non poſſit vere, ſiue fictè, vt infra latius apparebit c. 2 1. & ſeq. ergo minor ſeptem annis eſt infans.

9 Poſtremo conſidero, quod numerus ſeptenarius maxima habetur in conſideratione, vt videre poteritis latè per gloſam, in proœm. 6. in verbo ſenatium, & in ſumma de pœniten. diſtinct 1. & in cap. 1. de celebrat. miſſ per Gulielmum Bened. in repet. cap. Raynutius, in verbo & ſoboles, quam geſtabat in vtero, num. 25 de teſtamen. & per Bartholomæum a Caſſaneo, in tracta. gloriæ mundi 12. parte, 37. conſidera. colum. 4 & Cęlium in lib. 13. antiq. lect. cap. 12. & lib. 2. cap. 27. & lib. 11. cap. 37 & Nicolaum Paruum Bellonenſem in ſuo ſeptenario, & Beroaldum in libro de ſeptem Sapien. ſententiis in initio, & Marcum Antonium Mariam Venuſti in lib. de hominum generatione, c. 107. merito hanc infantis ætatem ſeptem annis perfici voluerunt ſapientiſs. Legiſlatores.

SVMMARIVM.

1 *Pueritia quando incipiat, & quando finiatur regulariter.*
2 *Pueritia quouſque dicatur in materia alimentorum.*
3 *Plena pubertas quando ſit*
4 *Pueritia quouſque dicatur ad exercendum aduocati officium.*
5 *Pueri dicuntur ſtulti, qui centum habent annos.*
6 *Glo. in c. de his. 28. diſtinct. reprobatur.*
7 *Cap. de his. 28. diſtinct. nouè declaratur.*
8 *A, prepoſitio ſignificat ſtatim poſt.*
9 *Cap in ſingulis 77. diſtinct. nouè declaratur.*
10 *Ab, prepoſitio ſtatim poſt ſignificat.*
11 *L. arboribus. § de illo. ff. de vſufruc. nouiter conſideratur, & declaratur.*
12 *C. 1. 31. q 2. declaratur.*
13 *Infans duobus modis conſideratur.*

CAP. II.

Nemo, vt ſupra vidimus, dubitauit infantem minorem eſſe ſeptem annis, verum mihi multa obſtare videntur Et primo tex. in cap. de his, quos, iuncta glo. in ver. infantiæ, 28. diſtin. vbi infantiæ nomen pro pueritia accipitur, vt ibi glo & doct. declarant.

1 At pueritia incipit poſt ſeptimum annum completum, vt per gloſam, in proœm ſexti, in verbo perfectus, & gloſ in c. ſi eo tempore, in verbo ætatem, de reſcript. libro 6 & durat regula-

regulariter ad pubertatem vſque, l. Mela, in princi. & ibi Bart. in 2. notab. ff. de alimen. & ciba. lega. glo. in c. ſi pater, de teſta. lib. 6. glo. & Alcia. in l. pueri, ff. de verborum ſignifica. Abbas in c. quo ad iedem, num. 3. de frigid. & malef. Bartholomæus à Caſſaneo in conſuetud. Burgund. titu. de infans, rubri. 7. §. quarto, numero 16.

Et in materia alimentorum durat in maſculis vſque ad 18. ætatis annum, in fœminis vſque ad 14. l. Mela, in princip. & ibi Doctores, ff. de alimen. & ciba. lega. Philippus Decius, in l. fi. nume. 3. C. de Carbon. edi. And. Alcia. in dicta l. pueri. Ludo. Roma. ſingula 603. in materia. Franciſ. Cremen. ſingula. 78. relicta, Bartholomæus à Caſtaneo, vbi ſupra, nu. 25. & hic vſq; ad plenam pubertatem.

3 Id enim tempus plena pubertas dicitur. §. minorum, Inſti. de adoptio. l. arrogatio. §. non tantum. ff. de adop. Fran. Marc. deciſ. parla. Delphi. 680 in fine.

4 Item ad exercendum aduocati officiũ pueritia durat vſq; ad 27 annum, l. 1. §. pueritiam, & ibi glo. Barto. & Doct. ff. de poſtul. glo. & Alcia. in d. l. pueri, Bartholomæus à Caſſaneo, vbi ſupra, numero 24.

5 Item in ſtulto pueritia durat uſque ad centum annos, vt apud Eſaiam dicitur, Maledictus puer centum annorum, c. Paulus 2. q. 7. & facit ille verſus.

Stultitia eſt, quæ te non ſinit eſſe ſenem.

Quem citant glo. & Hoſtien. in c. cum in iuuentute, in verbo, frequentius de præ ſumpt. ſic igitur cum infans ſit idem quod puer, & puer maior ſit ſeptem annis, ergo infans maior erit ſeptem annis.

6 Quibus tamen ſubſtinendo, quod infans ſit minor ſeptem annis per ſupra adducta) ego reſpondeo, quod glo. & Docto. in d. c. de his, male exponunt infantiæ, id eſt pueritiæ, vt per dictam glo. in proœm. lib. 6. in verbo, perfectus, & per glo. in l. 1. § initium autem, in verbo, compleuit, ff. de ſtatu. & in fi. § fin. autẽ. in verbo, ſecunda ætate, vbi uidetur textus, & in Paulus Caſtrenſis not. ff. de bonis quæ liberis. Infantia enim, ut communiter tenent Doctores, eſt prima ætas, & pueritia eſt ſecunda ætas, de qua re late à nobis dictum eſt. lib. j. uaria lectio. cap. 3. Item ſi illa expoſitio eſſet bona ſequeretur, quod tex. ille non loquatur de his qui ſunt in puerili ætate, ſed de his, qui exceſſerunt pueritiam, & vellet dicere à primis infantiæ annis, id eſt, poſt primos annos pueritiæ præpoſitio enim à ſignificat, id eſt, ſtatim poſt, vt infra dicam, num. 6. quod eſſe non poteſt, quia loquitur de his, qui ſunt in pueritia ſtatim poſt primos annos infantiæ. Infantiæ enim, & non pueritiæ ſunt primi anni, & eſt prima ætas, vt diximus, & pueritiæ tempore poſſunt vti miniſterio lectorum, & tres minores ordines ſuſcipere, vt in cap. in ſingulis, 77. diſtinct. cap. nullus, de tempo. ordi. libro ſecundo.

7 Vnde (reiecta illa expoſitione glo. & Doctorum) ego lego literã, prout iacet, & noue declaro, vt verba illa, à primis infantiæ annis, intelligantur, i. ſtatim poſt primos infantiæ annos, & ſic quando exceſſit infantiam, & eſt in puerili ætate.

8 Præpoſitio enim illa à, idẽ ſignificat quod poſt l. 1. § 2. quod ad magiſtratus, ff. de orig. iu. cum dicitur, & velut, ſecundum locum à regibus obtinebat, id eſt, poſt reges, vt ſcienter exponit Vldaricus Zaſius ibi, qui ad hoc citat illud Plinij, lib. 28. Equarum virus à coitu in lignis accenſum, id eſt, poſt coitũ, cui addo Andr. Tiraquel. in l. ſi vnquam. in verbo, & poſtea, nume. 31. C. de reuocan. donat. & in tract. de utroque retract. titu. 1. § 1. gloſ. 11. nume. 53. qui ad hoc citat eundem Pliniũ lib. 7. c. 6. Sternuiſſe à coitu abortiuum eſt, & lib. 25. c. 5. Hoc contingere, ſi à conceptu ſuccus protinus bibatur in paſſo, paulo poſt quarto die à balneo coire eas. & Plautum in Curculione. Quid antepones Veneri à iẽtaculo, & illud Suetonij. in Tiberio A commeatu caſtra repetens, id eſt, poſt ientaculum, & commeatum. Ego his addo Cice. linguæ latinæ parentem lib. de Senectu. Cuius à morte hic tertius, & triceſimus eſt annus, & Liuium lib. 3. ab urbe condi. Neque hoſtium a tergo incurſũ uidit, & in 1. ab urbe. Si dignum, qui ſecũdus a Romulo numeratur creantis: Et illa dictio a ponitur pro ſtatim poſt in l. 1. § initium fuiſſe, ff. de origi. iur. ibi a, cęde, id eſt continuo poſt cędem recens madenſq;, ut ibi notat Vldaric. Zaſius, qui ad hoc citat l. pater § ſexaginta, ff. de adulter. & Sueton. in Cæſare Plebs ſtatim a funere, & ad hoc uideas Andream Tiraq. in d. l. ſi unquã, in uerbo poſtea, nu. 21. & Franc. Aretin. conſi. 71. diligenter, & mature, colum. ulti. qui ſcribit, quòd uerba A proxima hora mortis, ſignificant immediate finita prima hora &c.

Sic igitur concludimus, quòd præpoſitio a, idem ſignificet quod ſtatim poſt. unde cum in d. cap. de his, dicat tex. a primis infantiæ annis, debemus exponere. i. ſtatim poſt primos infantiæ annos, & ſic quando ſunt in pueritia. Infantiæ enim, ut diximus, ſunt primi anni, & prima ætas dicitur pueritia a quo tem ſequitur, & ſecunda nuncupatur, quod tene mẽti, ad declarationem dicti c. de his.

9 Ita etiam poſſumus noue declarare tex. in c. in ſingulis 76. diſt. nam dum dicit, ſi ab infantia, debemus exponere, id eſt, ſi ſtatim poſt infantiam.

10 Nam eodem modo præpoſitio ab, ſignificat ſtatim poſt, vt voluit glo. 1. in l. neminem, in princip. C. de decurio. lib. 10. & And. Tiraq. in tract. de vtroque retract. tit. 1. § 1. glo. 11. nu. 53. qui ad hoc citat Plautum in Penulo. Iam ab re diuina credo apparebunt domi, & Colu. lib. 11. cap. 1. Poſt hæc quæ diximus ouillum, & ab hoc caprinum eſt, & Ouid. lib. 4. Triſt. eleg. 10. eademq; vltima.

Tu mihi quod rarum eſt vino ſublime dediſti
Nomen ab exequijs, quod dare fama ſolet.

11 Secundo oppono, quia infans eſt minor quinque annis, ad hoc nouiter cõſidero, quod impubes, cuius operę nullę ſunt minor eſt quinque annis, vt l. vltima, ff. de oper. ſeruorum. at infantis nullę ſunt operę. l. arboribus. §. de illo. ff. de vſofru. l. infantis. ff. eod. l. ... per Matth. de Affli. c. j § mutus feodum, numero 11. titu. epiſcopum, vel abbatem, ergo infans minor eſt quinque annis.

Sed hic reſpõdeo, quod alicuius infantis operę nullę ſunt, & ille infans, cuius operę nullę ſunt minor eſt quinq; annis, at alicuius infantis operę aliquæ ſunt, vt infantis, qui maior eſt ſeptem annis, & ita procedunt contraria, ad hoc conſideran. d. §. de illo, dum dicit, vel infante, cuius operę nullę ſunt. Conſidera relationem cuius, quod ſtat reſtrictiue. l. ea tamen a ſectio, ff. de lega. 3. Doct. in l. omnes populi, ff. de iuſti. & iu. Reſtringit igitur infantem, cuius operę nullę ſunt, & is eſt minor quinque annis, at ille infans, cuius operæ aliquæ ſunt maior eſt ſeptem annis, quod nota.

12 Tertio oppono de cap. 1. incipit, ſi verum, 31. quæſt. 2. nam ibi filia Iordani principis, quam infantulam appellat tex. erat maior ſeptem annis, quia poterat ſponſalia, ſiue matrimonium contrahere. ... ibus, la 2. & 10. titu. extra de ... vult, quod infantula pro puella ponatur, ergo infans maior eſt ſeptem annis: reſpondeo, vt infra in ſequenti oppoſitione.

13 Quarto oppono de tex. in extrauag. Ioan. 22. tit. de iudęis, & ſaracenis, nam ibi Petrum filium clarę memoriæ Sanchij appellat tex. ... & tamen erat maior 25. annis, pater, quia vt dicit tex. Petrus ... quem infantem appellat, erat tutor Alfonſi regis Caſtellæ ... recordationis, at nemo vocatur in ... ntom, & vigeſimum ſuæ ætatis annũ impleat, ... C. de l... tur. inſti. de fidu. tute. in ſi. l. ſi. 10. ſi C. de leg. hęred. ergo infantes dicuntur maiores 25. annis. Sed his reſpondeo, ꝙ infans duobus modis dicitur, vno enim modo dicitur infans qui minor eſt ſeptem annis ratione ętatis. & ita procedunt ſupra dicta. Alio, & ſecundo modo dicitur infans, quicunque etiam maior ſeptem annis, qui fandi non habet copiam in cura adminiſtranda, hoc eſt ſua non refert, vt nos docet hodie cõis, & vulgaris vſus loquendi, qui multũ habetur in conſideratione, quo ad verborum ſignificationem, vt l. 1. § flumen, ff. de flumin. l. cum de lanionis. §. aſinam. ff. de fun. inſtru. nam filius, frater, aut hæres, qui tamen adminiſtrationem haud conſequitur, dum aut pater, aut natu maior viuit infans appellatur vulgariter. Huius rei fuit olim exemplũ in Cæſare Ferdinando, qui viuente Carolo V noſtro Imperatore fœlicis recordationis, dicebatur infans Hiſpaniarum, & apud Hiſpanos hæc eſt conſuetudo, & cõis vſus loquendi, vt teſtatur glo. in ... extrauag. Ioann. 22. de iudęis, & ſarace. in verbo, infantis. Et etiam hic mos loquendi apud Germanos fuit, nam viuente, ac regente patre, vel fratre natu maiore reliqui fratres omnes, ſeu filij infantes dicebantur, vnde ſolus pater, vel frater regens, dominus, vel hęriscęteri heruli, vel domicelli dicebantur. Hoc igitur ſecundo modo, Petrus filius Sanchij maior 25. annis dicebatur infans, d. extrauag. Ioan. 22. & ita etiam infantula dicebatur filia Iordani principis. in d. c. 1. 31. q. 2. & facit ad hoc, tex. in Lombarda, de prohibita alienatione minorum. l. 1. vbi qui habet decem, & octo annos, dicitur infantulus, vt etiã refert Albericus, in l. ſi infanti, in prin. C. de iure deliberan. Item facit, quia ſimiliter aliqui, iuuenes vulgo appellantur, qui iuuenes non ſunt, vt l. capitalium §. ſolent, ff. de pœnis.

S V M M A R I V M.

1 *Infantes qui ſint nouiter declaratur.*
2 *Infantia uerbum eſt generale, & ſpeciale.*
3 *Ita etiam uerbum adoptio.*
4 *Et uerbum certi condictio.*
5 *Et uerbum donatio.*
6 *Et uerbum iuriſdictio.*

Et

7 *Et uerbum actio.*
8 *Et uerbum munus.*
9 *Et uerbum culpa.*
10 *Et uerbum domus.*
11 *Et uerbum pecunia.*
12 *Et uerbum expreſſe, uel nominatim.*
13 *Et uerbum agnatio.*
14 *Et uerbum patruus.*
15 *Et uerbum filius.*
16 *Et uerbum nepos.*
17 *Et uerbum frater.*
18 *Et uerbum inſtitutio.*
19 *Et uerbum legitima hęreditas.*
20 *Et uerbum exhęredatio.*
21 *Et uerbum tranſactio.*
22 *Et uerbum permutatio.*
23 *Et uerbum conſtitutio.*
24 *Et uerbum pactum.*
25 *Et uerbum conuentio.*
26 *Et uerbum promittere.*
27 *Et uerbum credere.*
28 *Et uerbum dare.*
29 *Et uerbum petere.*
30 *Genus pro ſpecie ſępe accipitur in iure.*
ꝙ ibi bene probatur, ꝙ proximi pubertati dicuntur, qui per
ſex menſes ſunt prope pubertatem, tamen non negat, quod
etiam alij, qui per annos diſtant, dicantur proximi pubertati,
ibi.n. tantum ponit exemplum, in quo pupillo proximo pu-
bertati valeat excuſatio tutoris, & dicit, ꝙ in eo, qui per ſex
menſes diſtat nõ admittitur excuſatio: ergo in aliis proximis
pubertati. qui maiori tempore diſtant, admittitur excuſatio,
& hoc d.cit ille textus.

Quarto, & vltimo mouentur, quia dictio prope, proaime,
circa, circiter, & his ſimiles ad modicum tempus referuntur,
l.s. §.exactis, el 1. ff de origi. iu. l.3. §.fin ff. de libe. exhib. §.ſi ve-
ro intra, vbi Barto. no Auth. de mona colla. 1. imò & à Iuſti-
niano dictio prope, ad ſemeſtre tẽpus limitari videtur. l.pro-
perandum. §.& ſi quidem. C. de iudi. quibus reſpondeo, ꝙ il-
lud eſt reſpectu ſubiectæ materiæ, & quia lex declarat, & vl-
tra procedit reſtringendo tp̃s proaimum, merito non poſſu-
mus ex hoc argumentũ ſumere, facit. l.ſuus quoque §.puto.
ff de hęr inſti iun. l.ſi vno, in prin. vbi Bar. & Saly. ff. locati. Sic
igitur nullo iure probant hanc opinionem.

6 Imò ego conſidero nouè, ꝙ ſi hoc eſſet verum, ꝙ proximi
pubertati dicantur, qui per ſex menſes appropinquantur 12.
vel 14 anno, & proaimi infanti, qui per ſex menſes appropin-
quantur ſeptimo anno, ꝙ illi, qui habent octauum, nonum,
decimum, & vndecimum ætatis annum, non eſſent infantes,
quia non ſunt minores ſeptem annis, non proximi infanti, quia
non diſtant ab Infantia tantum per ſex menſes, non proximi
pubertati, quia eodem modo non accedunt ad pubertatem
per ſex menſes; quod quam abſurdum eſſet, nemo non videt,
cum iſti ſint impuberes, ſiue pupilli, & pupilli. aut ſunt infan-
tes, aut proximi infanti, aut proximi pubertati. §.pupillus,
inſtitu. de inuti. ſtipul.

SVMMARIVM.

1 *Opinio Ioannis Fabri, & aliquorum de infanti proximo, & de proximo
pubertati.*
2 *Proximus pubertati, quis ſit, arbitrio iudicis relinquitur, & eodem modo,
quis ſit proximus infanti.*
3 *Arbitrio iudicis relinquitur, quod lege non eſt deciſum.*
4 *Arbitrio iudicis de proximo infanti, & de proximo pubertati, quomodo
erit exhibendum.*
5 *Opinio Ioan. Fabri, & aliquorum de infanti proximo, & proximo puber-
tati reprobatur.*
6 *Inferior non poteſt tollere legem ſuperioris.*

CAP. X.

1 Quarta eſt Doctorum opinio,
qui uolunt, vt relinquatur arbitrio iudicis, quis dicatur pro-
ximus infanti, ſiue proaimus pubertati.

2 Huius ſententiæ ſunt Anto. de But. in c.atteſtationes, in ſi.
de deſpon. impube. Abb. & Præpoſitus, in d.c.continebatur,
de deſpon. impub. Ioan. de Ana. in c.j. de delic. puerorum, Sal.
in l.impunitas. C. de pęnis, Phil. Dec & Hierony. Cagno in l.
pupillum, qui. ff. de reg iu. Io. Coraſ. lib. 6. Miſcel. c.13. Viglius,
in §.teſtes autem. inſti. de teſta. Ioan. Vill. in repe. l Diuus, col.
15. nu. 80. ff. ad l.Cornel. de Sicarijs, Didac Couar. in Epito. 4.
lib. Decre. in 2 p.c.5. Pet. Duen. de reg. iur. in 169 reg. limi 3. &
ante oẽs hoc voluit Io. Fab. in §.pupillus. inſti. de inuti. ſtipu.

3 Et qui hanc opinionẽ tenent mouenĩ, quia cũ lege non ſit
deciſum, quis dicaĩ proximus pubertati, ſiue proximus infan
ti, meritò iudicis arbitrio hoc relinquiĩ. l.j. ff. de iu. delibe. c. de
cauſis, de offi. deleg. c.ſi. de tranſa. Phil. Dec. in c.ſedes, in gl.3.
de reſcr. Roch. de cõſue. char. 11. col. 2. Barb. cõſ.45. illud, col.
pe. in ſi. Hyp. de Marſ. in l.qõnis modũ, col. 1. & ſeq in l.de mi-
nore, col. 8. de qõ. in l.in lege, col. 2. ff. de Sica. Io. Neui. in Silua
Nupt. lib. 5. nu. 88. Bal. in c.1. titu. quib. cau. feu. amit. Panot. in

c.2.in

c. 2. in fi. de cohabit. cleri. Alex. in conſi. 5. & conſi. 65. & conſi. 111. vol. 1. & Barba conſi. 22. præclare dixit, colum. 8. vol. 11. vbi in hoc propoſito videre poteris plus quam quadraginta concluſiones.

4 Dicit tamen Didac. Couar. in Epito. ad 4. lib. decre. 2. p. c. 5. nu. item 5. ꝙ hoc arbitriũ iudicis, ante illã ętatẽ cõi opinione diffinitam, non eſt paſſim exhibendum, imò iudex, qui ante illam ætatem arbitrari debet, puerum eſſe proximum pubertati maximis adducendus eſt cõiecturis, ac certiſſime id aget ac. Tandem raro; at poſt illam ætatem non exiget iudicis arbitrium, ita vrgentes coniecturas: ſat enim erit aliqua mediocria ſigna perpendere, ex quibus arbitretur, puerũ eſſe proximum pubertati. illum vero puerum, cui ſex tantum menſes ad ætatem perfectam deerunt audacius, ac leuioribus argumentis proximum eſſe pubertati arbitrabitur, & per hæc dicit omnino falſam eſſe gl. in c. 1. de delictis puerorum, quæ tex. dicentem puerum doli capacem puniendum eſſe intelligit de puero ſeptenni, quæ omnia etiam voluit, & ad verbũ quaſi tranſcripſit tacito tamen authore Pet. à Pla. in epito. delictorum, lib. 1. c. 32. nu. 4 ſed pro glo. in d. c. 1. vide quæ late dixi, infra cap. 19.

5 Hęc opinio hodie à Modernis multum exiſtimatur, neq; video ab aliquo eam confutari, tamen vt ea, quæ de hac opinione ſentio, dicam, mihi omnino diſplicet, & facile ea tollitur ſublato fundamento, c. cum Paulus, 1. q. 1. nam ipſi dicũt ꝙ ideo arbitrio iudicis relinquitur, quia non eſt lege definitum, quis ſit proximus infanti, verum quia ego demonſtrabo, in ſeq. cc. ꝙ lege eſt determinatum, quis ſit proximus infanti, & quis ſit proximus pubertati, merito legi ſtandum eſt, neque erit hoc in arbitrio iudicis, d. l. 1.

6 Abſurdum. n. eſſet, ꝙ inferior tolleret, aut immutaret legẽ ſuperioris tot vigilijs, & laboribus conditam. l. ſi quando. C. de inoffi. teſta. c. inferior. 21. diſt. c. eccleſia noſtra, de elect. elemen. 2 in princ. eo. tit. non enim poteſt infringi lex ſuperioris per inferiorem, & ſi non habeat rationem, vt dicit Bal. in l. omnium, poſt prin. ff. de legibus, per tex. in l. proſpexit. ff. qui, & à quibus. Sic igitur adhuc apud Doctores huius rei veritas in obſcuro latet, quam Dei Optimi Maximi fretus auxilio nunc demonſtrabo.

S V M M A R I V M.

1 *Proximus infanti, & proximus pubertati, quis ſit aliter, quam cęteri ſiciant declaratur.*
3 *Minores, quam ſeptem annis nullum habent intellectum.*
4 *Proximus infanti, & infans nullum habent intellectum.*
5 *Et ideo non poſſunt acquirere poſſeſſionem abſq; tutoris authoritate.*
6 *Et abſentes dicuntur.*
7 *Et quid uideant ignorant.*
8 *Noue declaratus. §. impubes. l. 1. C. de fal. moneta.*
9 *Oculus eſt triplex.*
10 *Oculo intellectuali uidemus.*
11 *Noue explanatus §. pupillus. l. in eo, quod plus. ff. de reg. iu.*
12 *Noſtrum intelligere eſt quoddam pati.*

C A P. X I.

1 Reiectis igitur ſcriptorum omnium, de eſſentia proximi infanti, & proximi pubertati, ſententijs: mea noue fert opinio proximum infanti eum eſſe, qui ſeptimum non compleuit ætatis annum, proximumq; pubertati, qui ſeptimum ætatis annum exceſſit.

Et ꝙ proximus infanti ſit minor ſeptem annis, quam pluximis argumentis demonſtro.

Primo, quia pupilli, qui nullum habent intellectũ minores ſunt ſeptem annis, at infantes, & proximi infanti nullum habent intellectum, ergo minores ſunt ſeptem annis.

2 Maiorem, ſ. ꝙ minores ſeptem annis non habent intellectum, probo per tex. ad hoc notab. in l. ſponſalibus, la 2. ff. de ſponſalibus, ibi: Si modo ab vtraq; perſona id fieri intelligatur, i. ſi non ſint minores, quam ſeptem annis. manifeſte igitur probat ille text. minorem ſeptem annis non intelligere, maiorem autem ſic.

3 Minorem, ſ. quod infantes, & proximi infanti nullum habeãt intellectũ & probo per tex. in §. pupillus, verſ. nam infans, inſti. de inuti. ſtipu qui ad literam dicit, ꝙ infans, & proximus infanti non multum à furioſo diſtat, quia huiuſmodi ætatis pupilli nullum habent intellectum.

Secundo eſt tex. in l. pupillus ſi fari, ibi cauſam acquirendæ hæreditatis non intelligat, & tex. in l. ſeruum. ff. rem pup. ſalu. fore: ibi etiam ſi eius ætatis erit, vt non intelligat, & tex. in l. 1. §. huic proximus, ff. de act. & oblig. ibi, qui eius ætatis eſt, ut nondum intelligat, & tex. in l. in negocijs, ff. de regu. iur. ibi quãuis actum rei non intelligat: intelligendo tamen illas leges, vt magis cõiter intelligunt Doctores, in l. 1. in princ. ff. de verborum obligat. & alijs in locis, vt loquantur de proximo infanti, quorum opinio, an ſit vera, late demonſtraui in declarationib. nonis ad l. ſeruũ. ff. rẽ pupilli, vbi videre poteritis.

4 Tertio eſt ad hoc tex in l. 1. §. adipiſcimur, de acq. poſſ. vbi dicitur, ꝙ pupillus, qui intellectum capit, poteſt ſolus acquirere poſſeſſionem abſque tutoris authoritate: at infantes, & proximi infanti non poſſunt acquirere poſſeſſionem, abſque tutore, vt eſt ibi tex. & dicunt Bart. Imo. Pau. Caſtr. ibi, & nos late ibi demõſtrauimus, opinionem eorum ab impugnationibus Raph. Cuma. Lud. Ro. Alex. Iaſ. Bart. Socy. & aliorum Doctorum defendendo, ergo infantes, & proximi infanti intellectum non capiunt.

5 Quarto eſt tex in l. eoram ff de verb. ſig. vbi dicitur, ꝙ pręſens non videtur niſi, qui intelligit, & ideo infantes, furioſi, & dormientes non dicuntur præſentes: ergo infantes, & proximi infanti, qui abſentes dicuntur non intelligunt: ibi enim nomine infantis generali comprehendit proximum infanti, qui furioſo, & dormienti æquiparatur. §. pupillus, inſtitu. de inutil ſtipu. l. 1. §. 1. ff. de acq. poſſ.

6 Quinto eſt tex in l. j §. impubes. C. de falſa moneta, ibi pupillus quid videat ignorat, quem tex. noue intelligo, vt loquatur de viſo intellectuali, ita vt velit dicere, ꝙ pupillus ignorat,
7 quid videat oculo intellectuali.

8 Eſt enim triplex oculus, corporeus, adminiſtrationis, & intellectualis, vt glo. ſingularis, in c. quorundam, de elect. lib. 6. Lud. Ro. in l. ſciendum, nu. 15. ff. de verb. obl. & conſ. 299. incip. In propoſita conſultatione videtur.

9 Et ꝙ oculo intellectuali videamus, eſt Vlpianus, in l. quid tamen. § ſi arbiter. ff. de recep. arbit. vbi dicit ſe videre quod oculo intellectuali percipit, & facit tex. in l. itẽ apud. §. ſi quis, ff. de iniurijs, ibi, vide dominum iniuriarum agere poſſe, &c.

Item facit Epicarmus philoſophus, qui dicit, mentem eſſe illam, quæ uidet: non autem oculum, quem refert And. Alc. in l. eoram. ff. de verb. ſig. & quod ſcribitur Gene. c. 3. Aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij ſcientes bonum, & malum: & facit etiam quod dixit Dominica veritas, Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meum, vidit, & gauiſus eſt, vide And. Barba. in repe. l. cum acutiſſimi, numero 253 C. de fideicom. & in rep. rub. C. qui admit. num. 178. ſic igitur cum viſus, ſiue oculus accipiatur pro ipſo intellectu, poſſumus intelligere d. § impubes, vt loquatur de oculo intellectuali, ꝙ infans & illi proximus, quid uideãt oculo intellectuali, ignorent, & ſic non habeant intellectum

10 Sexto, eſt ad hoc tex. in l. in eo quod plus. §. pupillus, ff. de reg. iu. vbi ſunt hæc verba, pupillus pati non poſſe intelligitur, quibus verbis denotat tex. ut noue mea eſt opinio, pupillum intelligere non poſſe.

11 Eſt enim noſtrum intelligere quoddã pati, vt inquit Ariſt. lib. 3. de Anima, & S. Tho. in 1. par. q. 79. art. 2 & S. Ant. in ſumma 1. par. titu 3 c. 1. § . 1. vbi late, ſic igitur eo, quia intelligere non poteſt, dicit tex. quod nõ poteſt pati, poſtremo facit tex. in l. excipiuntur. ibi, & eius ætatis (quamuis nondum puberis) vt rei intellectum capere poſſent, ff. ad ſenatuſconſultum Silanianum, & tex. in §. in ſumma, ibi ſi proximus pubertati eſt, & ob id intelligat ſe delinquere. inſtitu. de oblig. quę ex delic. naſcun. & multa faciunt, quæ in ſeq. c. videre poteritis.

S V M M A R I V M.

1 *Infans & proximus infanti, non ſunt in ætate rationabili.*
2 *Nec dicuntur habere mentem.*
3 *Et conſilio carent.*
4 *Item carent naturaliter iudicio.*
5 *Iudicium pro diſcretione accipitur in iure.*
6 *Infantes, & proximi, infanti carent diſcretione.*
7 *Qui dicantur perueniſſe ad annos diſcretionis.*
8 *Infantes, & illis proximi, ſcire non poſſunt.*
9 *Scire quid ſit.*
10 *Noue explanata l. in eo quod plus. §. pupillus. ff. de reg. iu.*
11 *Infantes, & illis proximi non ſunt ſapientes, nec prudentes.*
12 *Senes ſunt ſapientes, & prudentes.*
13 *Infantes, & proximi infanti nullum habent ſenſum.*
14 *Senſus hominum ſunt quinque exteriores, & quinque interiores, uel ut alij volunt quatuor.*
16 *Noue enucleatus § impuberes l. 1. C. de fal. mone.*
17 *Appellatione uiſus omnes corporis ſenſus intelliguntur.*
18 *Infantes, & proximi infanti, non habent aliquam cognitionem.*
19 *Omnis noſtra cognitio ortum habet a ſenſu.*

C A P. X I I.

1 Multa inſuper ſunt, quæ nobis demonſtrant infantem, & illi

illi proximum nullum habere intellectum, quandoquidẽ huiuſmodi ętatis pupilli non ſunt in ætate rationabili, vt ratiocinari, & intelligere valeant, capitulo, paruuli, vigeſimaſecunda, quæſtio. 5.

2 Item carent mente: furioſi enim (quibus ipſi æquiparantur. §. pupillus, verſi. nam infans, inſti. de inut. ſtipulat.) non habent mentem. §. præterea, inſti. quibus non eſt permiſſ. fac. teſtamen. & hinc non poſſunt facere teſtamentum, d. §. præterea, quia teſtamentum eſt teſtatio mentis, inſti. de teſtamen. in princip. l. 5. §. & ideo. ff. ad l. Aquiliam, qua mentis teſtatione ipſi carent.

3 Tertio carent conſilio, & ideo non tenentur ex delictis. l. infans. ff. ad l. Corneliam de ſicarijs, & ibi Alberi. de Roſa. & glo. in l. quod infans ff. de rei vendi.

4 Quarto carent naturaliter iudicio. l. cum prætor. §. fin. ff. de iudi. cap 1. §. tria. 3. q. 7. §. præterea, inſtitu. quibus non eſt permiſſ. face. teſtamen. l. 3. C. de acquirenda poſſeſſione, c. ex parte, ii t. de corpo. vitia.

5 Et conſequenter carent diſcretione: iudicium enim pro diſcretione accipitur, vt glo. magiſtra, in d. §. præterea, & glo. in dicta. l. cum prætor. §. fina. & in d. §. tria, & Rober. Maran. in t. pat. de ordine iudic. & Doct. late, in rub. de iudicijs.

6 Et quod careant diſcretione eſt tex. in l. pupillus ſi fari, ibi: neque enim ſcire, neque diſcernere talis ætas poteſt, non magis, quam furioſus. ff. de acquirenda hęred. intelligendo illum tex. prout intelligunt glo. Bart. & cæteri Doctores ibi, & in l. potuit. C. de iure deliberan. vt loquatur de infante, & illi proximo, tamen de huius rei veritate videas in nouis declar. ad l. ſeruum. ff. rem pup. & alias ſimiles leges.

7 Et facit, quia iſti non dicuntur perueniſſe adhuc ad annos diſcretionis, merito diſcernere non poſſunt: illi enim dicunt perueniſſe ad annos diſcretionis, qui ſunt doli capaces, vt eſt glo. in cap. omnis vtriuſque ſexus, in princip. de pęniten. & remiſſio. & Richar. in 4. ſenten. at infantes, & proximi infanti non ſunt doli capaces, vt infra diximus in 18. cap. ergo. vel rectius dicamus, ꝙ illi dicuntur perueniſſe ad annos diſcretionis, qui puberes ſunt, vt dicit glo. in clemen. eos. de regularib. & nos latius lib. 2. variarum lect. c. 10. at iſti non ſunt puberes, ergo non habent annos diſcretionis, & ſic diſcernere non poſſunt.

8 Quinto huiuſmodi ætatis pupilli ſcire non poſſunt, vt eſt glo. Barto. Alex. Iaſon, & cæteri Doct. in l. pupillus, ſi fari, per illum textum, ibi: neque enim ſcire, neque diſcernere talis ętas poteſt, non magis, quam furioſus. ff. de acquiren. hære. & per illum textum Marc. Anton. Nata, conſi. 434. incip. Quædam puella, colum. 3. num. 10. Et adde ad hoc tex. in l. fina ff. de iu. & fac. ignoran. vbi glo. intelligit illum textum loqui de infante, & illi proxi. & tex. in l. qui iuraſſe, in princ. ff. de iureiuran. vbi dicitur, ꝙ pupillus non videtur peierare, quia ſciens fallere non videtur, qui tex. loquitur de infante, & illi proximo, & non de proximo pubertati, qui peierare, & ſciens fallere poteſt, cap. 1. de delictis puerorum, & tenetur ex iuramento, vt Alexan. & alij in d. l. qui iuraſſe, & Bart. & alij, in authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendi. Decius in l. pupillum, qui. nume. 4. ff. de reg. iur. & facit, quod dicit Vlpianus, in l. illud, in principio. ff. de iniu. eum, ſcilicet, qui doli capax non eſt, vt eſt infans, & proximus infanti, non poſſe facere iniuriam, quia facere iniuriam nemo poteſt, niſi, qui ſcit ſe iniuriã facere, quæ lex eſt tranſpoſita, in c. illud. 15. q. 1.

9 Et facit, quia ſcire eſt rem viſu percipere, & mente tenere, vt per glo. in l. 2. § idem Labeo. ff. de aqua pluuia arcen. vnde cum infans, & illi proximus, quid videant ignorẽt. l. 1. § impuberes, C de falſa moneta, & mente careant, dicto. §. præterea, inſti quibus non eſt permiſſ. face. teſtamen. merito non poſſunt ſcire: ideo Ariſtot. lib. 1. Poſterio. dicit quod ſi aliqs ſenſus deficit neceſſe eſt deficere ſcientiam, quæ ſecundum illum ſenſum.

10 Item facit tex. in l. in eo, quod plus. §. pupillus. ff. de reg. iur. dum dicit, ꝙ pupillus pati poſſe non intelligitur, intelligendo nouiter, vt pati, id eſt, ſcire non poſſit, argum. l. primę §. ſcientiam. ff de tribut. actio. Et Sanctus Auguſtinus, lib. 2. de libe. arbit. Qui dicit, infanti naturale eſſe loqui non poſſe, & ſcire non poſſe: intellige infantem in genere, vt comprehendat ꝓximum infanti, vt ſupra diximus, c. 3. & ſeq.

Concludamus igitur infantem, & illi proximum ſcire non poſſe, & ſic non habere ſcientiam. l. pupilli. ff. quod fal. tuto. & omnia ignorare. l. fi. ff rem pupil. ſal fore. l. 1. §. impubes. C. de fal. moneta. & ideo ignorantes nuncupantur. §. ſui, inſti. de hæred. quæ ab inteſtat. deferuntur. cap. eos, de conſecratione diſtinctione quarta.

11 Sexto huiuſmodi ætatis pupilli non ſunt ſapientes, vt l. diẽ proferre. §. coram. ff. de receptis arbit. vbi, quo ad ſapientiam furioſo, & dementi æquiparantur.

12 Et facit, quia tantum in ſenectute, quis habet ſapientiam regulariter, & prudentiam, nam vt inquit Iob. cap. 23. Annorũ multitudo docet ſapientiam, & vt idem Iob dicit, cap. 12. In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia, quem citant ad hoc Imo. & Alexan. in l. Gallus, in princ. ff. de libe. & poſthum. & And. Tiraquel. in tract. de iure primoge. in præfa. nu. 8. vbi late hoc proſequitur.

13 Septimo infantes, & proximi infanti, nullum habent ſenſum, tex. eſt in l. quamuis. §. infans. ff. de acquir. poſſ. qui text. nomine generali infantis comprehendit & proximum infanti, vt ſupra diximus, c. 3. & 4.

14 Senſus autem hominis ſunt quinque exteriores, videlicet, viſus, auditus, guſtus, tactus, & odoratus, ſecundum Ariſtotelem, libro quarto, de hiſt. animal. capitulo octauo, & libro ſecundo, de Anima, & eſt gloſ. ſingularis, in l. quod meo. § ſi venditore, in verbo non minus. ff. de acquiren. hęred. vbi eam notat Ludouicus Romanus, & Speculator, titulo de teſte. §. nunc videndum, verſiculo officium. & quinque interiores, ſecundum Auicẽnam, libro de Anima, videlicet, ſenſus communis, phantaſia, imaginatiua, æſtimatiua, & memoratiua, ſiue, vt eſt ſententia Bea. Tho. prima parte, quæſtione ſeptuageſimanona. Sunt tantum quatuor interiores, quia potentia imaginatiua eadem eſt cum phantaſia: his igitur omnibus potentijs ſenſitiuis carent infantes, & proximi infanti, dicto. §. infans, vbi conſidero dictionem nullus, quę vniuerſalis eſt, & in totum negat, & omnia excludit, vt l. ſi is, qui ducenta. § vtrum, & ibi Bart. ff. de rebus dub. & latius infra c. 15. nu. 2 diximus.

15 Et quod ſenſibus exterioribus careant: facit, quia carent viſu, vt eſt textus, in l. prima. §. impubes. C. de falſa moneta, vbi dicitur, quod ignorant, quid videant, & idem dicit gloſſa in capitulo ex parte, il primo de corpo. vitiat. in verbo iudicium, & gloſ. in capitulo, eos, quos. in verbo ætatis, de conſecratione diſtinctione quarta, & ideo non poſſunt eſſe teſtes, quia eorum teſtimonium eſſet, ſicut ſi cœcus teſtificaretur de coloribus, vt dicit Bald. in l. teſtium, colum. 2. verſic. redeo ad primum. C. de teſtibus, quem ad hoc memorat Dec. in l. fœminæ. §. item impubes, numero nono. ff. de regulis iuris.

Item carent auditu, æquiparantur enim ſurdis, & mutis, vt l. 1. in princ. ff. de verb oblig.

Item carent alijs ſenſibus, facit text. in l. j. §. adipiſcimur, ff. de acquir. poſſ. iuncta l. quod meo nomine. §. ſi venditore, & ibi gl. ff de acquirenda poſſeſ. Item facit tex in l. ſi quis in ſuo. § legis, in fi. ibi qui non ſentit ingratus exiſtimari non poteſt C. de inoffi. teſtamen. & tex. in l. illud, in prin. ff. de iniurijs, & in ca. illud. 15. q. j. itaque pati quis iniuriam, etiam ſi non ſentiat poteſt: facere vero nemo, niſi, qui ſcit ſe iniuriam facere: conſtat igitur hos pati iniuriam poſſe, facere vero non, quia non ſentiunt.

16 Et quod non habeant ſenſus ad hoc conſidero tex. in d. l j. §. impubes, C. de falſa mone. dum dicit, quod impubes ignorat, quod videat, nam intelligo noue illum tex. aliter, quam ſupra intellexerim, ut loquatur de viſu illo generali, ſub quo clauduntur, & intelliguntur omnes corporis ſenſus: ita ut viſu dicatur carere, eo quia omnibus ſenſibus corporis careat.

17 Omnes enim corporis ſenſus ſub ſenſu viſus comprehenduntur, & intelliguntur, vt eſt gl. in c. teſtes. verſic. nouerunt. 3. q. 8. quæ dicit, id præuideri, quod aliquo ſenſu corporeo ꝑcipitur, & idem volunt Luc. de Penna, in l. ſi ea cecitate. C. q morbo ſe excuſant, & in l. nemo, C. de re milita. Archi. in ca. nec ſolo. 32 q. 5. Alexan. Pau. Caſtr. & Hierony. Butigella, in l. j. in princip ff de verborum obligatio. Oliuer. Text. Inſtitu. de gradibus cognat. quæſt 6. Ludou. Rom. in l. ſciendum, numero 15. ff. de verborum obligatio. & Cyn in l. teſtium, C. de teſtibus. Andr. Barba in rubr. C. qui admit. nume. 178. & in reper. l. cum acutiſſimi, nume. 153. C. de fideicommiſſis, Guid. Papa, ſingul 642. incipien. ſenſus; & diuus Auguſtinus ſuper Luc. capi. ulti. vbi eſt text. ibi, Palpate, & videte & eſt tex in Exo. capi. 20. ibi, cunctus autem populus videbat uoces, & lãpades, & ſonitum buccinę, montemque fumantem, & paulo poſt vos vidiſtis, quod de cœlo loquutus ſum vobis, & ad hoc videas Spec. ti de teſte. § j. verſi. quoniam nomine, & ibi Doct. in additio. ad eum.

Poſtremo facit, quia furioſi, quibus infantes, & proximi infanti æquiparantur. §. pupillus, Inſti. de inutil. ſtipula. nullum habent ſenſum, ut l. ſancimus, in princi. ibi: quis enim ſenſus, quæ vox certa furioſo eſſe intelligitur, C. ad leg. Falcidiam, & ideo dicit Paulus Caſtren. in l. infantis, C. qui admitti, quod infantes, eo quia carent ſenſu, æquiparãtur furioſo: item dormientes, quibus etiam æquiparantur, l. 1. §. primo, vbi Doct. ff. de acquirenda poſſ. carent ſenſibus, merito aſſerere poſſumus infantes, & proximos infanti carere ſenſibus.

18 Et conſequenter poſſumus aſſeuerare, eos non habere cognitionem, quia omnis noſtra cognitio ortum habet a ſenſu, vt per Ariſtotelem lib. 1. metaphyſi.

19 Senſus enim exteriores percipiunt primas, & ſecundas omnium qualitates, quæ exinde deferuntur potentiæ ſenſus cōmunis, vbi vnum ſenſibile ab altero diſcernitur, & exinde potentiæ imaginatiuæ, ſeu phantaſticæ, & ibi retinentur, & conſeruantur, ſic ipſa potentia phantaſtica repræſentat tales ſimilitudines, quæ phantaſmata, ſeu imaginationes dicuntur, intellectui. & illis intelligit, & cognoſcit, vt dicit S. Ant. in ſum. prima par. tit. a. c. 6. §. 2. ſic igitur carent ſenſibus, & conſequēter cognitione, & intellectu.

SVMMARIVM.

1 *Infantes, & proximi infanti æquiparantur furioſo.*
2 *Infantis nomen pro ſtulto ſumitur.*
3 *Furioſus nullum habet intellectum.*
4 *Neque mentem.*
5 *Neque animum.*
6 *Neque diſcretionem.*
7 *Neque ſenſum.*
8 *Neque affectionem.*
9 *Neque voluntatem.*
10 *Neque conſenſum.*
11 *Neque ſcientiam.*
12 *Inſipiens dicitur.*
13 *Et ignorans, & inuitus.*
14 *Aequiparatur dormienti.*
15 *Aequiparatur ebrio.*
16 *Aequiparatur iracundo.*
17 *Aequiparatur amanti.*
18 *Aequiparatur prodigo.*
19 *Aequiparatur frenetico.*
20 *Aequiparatur mentecapto.*
21 *Aequiparatur fatuo.*
22 *Aequiparatur abſenti, & ignoranti.*
23 *Aequiparatur quadrupedi.*
24 *Aequiparatur mortuo.*
25 *Aequiparatur vni lapidi ſiue vna tegula.*

CAP. XII.

1 Et quod infantes, & proximi infanti, nullū habeant intellectum demonſtro, quia æquiparantur furioſo. § pupillus, verſi. nam infans, inſti. de inur. ſtipul. l. 1. §. adipiſcimur. ff de acquiren. poſſ. l. Fulcinius. § adeo, verſ. ita autem ff. ex quibus cau. in poſſ. eatur. §. præterea, inſti. quibus non eſt permiſſ. face. teſtamen. l. in negocijs, & ibi Philip. Dec. nu. 9. qui multas alias concordantes leges affert. ff de reg. iur.

2 Quibus addo recte facere, ꝙ nomen infantis, per trāslationem ſumitur ꝓ ſtulto, vnde infantior, & infantiſſimus, id eſt, ſtultior, & ſtultiſſimus dicitur, vt author ad Herēnium lib. 2. Et dum caute, expediteq; loqui volunt, infantiſſimi reperiuntur. & Cicero ad Quintum Fratrem: Gabinius abſolutus eſt omnino, nihil acentatore Lentulo, ſubſcriptoribuſque infantius, nihil illo conſilio ſordidius, &c.

3 At furioſus nullum habet intellectum, vt § furioſus, & §. pupillus, verſ. nam infans, inſti. de inutil. ſtipulat. l. coram. ff. de verborum ſignific.

4 Nullamq; habet mentem. § præterea, inſti. quibus non eſt permiſſ. facere teſta. l. 5. §. & ideo quęrimus. ff. ad l. Aquil. c. ſicut tenor. de regul. c. iudicas. 4. q. 9.

5 Neque habet animum, l. ſecunda. §. furioſus. ff. de procura. vbi Docto.

6 Neque diſcretionem. glo. in dic. § furioſus, in verbo, dummodo certur.

7 Neque ſenſum habet, vt l. illud. §. ſane. ff. de iniurijs, c. illud. 15. q. 1. l. ſancimus, in princ. & ibi Doct. C. ad l. Falci.

8 Neque affectionem, vt l. 1. §. adipiſcimur, & ibi Doct. ff. de acquir. poſſeſſ.

9 Neque voluntatem, vt l. qui ad certum. ff. locati. l. furioſi. ff. de reg. iur. l. qui ſeruum, vbi gl. & Doct. ff. de acquir. hær.

10 Neque conſenſum, c. dilectus, de ſponſ. & 15. q. 1. per totam. l. 2. C. de contrah. empt. & vendi. c. ſicut tenor. de regulari.

11 Neque ſcientiam dicitur habere, vt l. pupillus, & ibi Docto. ff. de acq. hær. l. illud, in princ. ff. de iniu. c. illud. 15. q. 1.

12 Et furioſus inſipiens eſt, vt l. diem proferre. §. coram. ff. de recep. arbit.

13 Et ignorans dicitur. l. Iulianus. ff. de diuor. & repud. §. ſui autem, inſt. de hær quæ ab inteſt defer. l. filiusfamilias, la 1. & ibi Bar. ff. de teſta. & inuitus, vt gl. in l. furioſi. ff. de reg. iur. in fi. Furor autem mentem hominis abſtrahit, vt verum rei ſubſtantiam diſcernere non poſſit. c. ſicut. vbi Card. Alex. 47. diſtinc. Hier. Cagno. in l. in negocijs. ff de reg. iur.

14 Item æquiparatur furioſus dormienti. l. 1. §. adipiſcimur, & ibi Doct. ff. de acqui. poſſeſ. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fornicarius, & ibi Florianus. ff ad l. Aquiliam. l. coram. ff. de verb. ſignifica. c. merito, & c. ſane. 15. q. 1. clemen. 1. de homicid. c. maiores. §. ſed adhuc, & § item geritur, de baptiſmo, notat Bart. in l. pen. ff. ad l. Pompe. de parricid. Iac. de Nigr. in l. 1. in princi. nu. 61. ff. de ver. obli. Io. Villemata, in repe. l. diuus, nu. 84. ff. ad l. Corneliam de ſicarijs, Didac Couarr. in initio tertiæ partis releċt. clemen. ſi furioſus, de homic. nu. 6. And. Tiraq. in tract. de pę. temp. aut remit. cauſa 5.

15 Item æquiparatur furioſus ebrio, vt dicit Angel. in l. Fulcinius §. adeo. ff. ex quib. cau. in poſſ. eatur, Iac. de Nigris, in l. 1. In princ. nu 60. & ibi And Barb col. 7. ff. de ver. oblig. Iaco. de Boulen. in repe. l. capitalium. § famoſos, nu. 185. ff. de pę. And. Tiraq. in trac. de pę. temp. aut remit. cauſa 6. nu. 1. & 8. ad hoc eſt tex. in §. 2 aut quib. modis natur. effician. ſui. & facit, quia ebrietas voluntaria eſt inſania, vt dicit Seneca ad Lucillū 83. & vbi eſt ebrietas, ibi & furor, c. venter. 35. diſt.

16 Item ęquiparatur iracundo, vt per Marc. Ant. Banet. in §. itē furioſi, col. 10. inſtit. quibus non eſt permiſſ. face. teſta. & Iaco. de Nigris, in l. 1. in princ. nu 64 ff de verb. obliga. nam iracundus dicitur eſſe in furore, vt inquit And. Tiraq. in trac. de poe. temp. aut remit. cauſa 1. nu. 20. per tex. in c. illa præpoſitorum. 22. q. 3. qui etiam ad hoc citat Oratium, qui dicit.

Ira furor breuis eſt.

Quem etiam in teſtimonium aſciſcit Bened de Plum. in repet. aut. ex cauſa, col. vlt. C. de liber. præt. cui adſtipulatur illud diuini vatis Pſal. 6. Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me: & eius filij Salomo. Prouerb. cap 27. dicentis; Quod ira non habet miſericordiam, nec erumpens furor, & vt inquit Bal. in c. 1. §. ſi quis vero huius initij. 1. tit. de pac iuram. firm. non habet deliberandi cōſilium, quem ira iam corripuit. & Tullius in Orat. pro M. Marc. Iracundia, inquit, eſt inimica conſilio: &, vt ait vulgaris ille, non tamen cōtemnendus author:

Impedit ira animum, ne poſſit cernere verum.

Quem citat glo. in auth. de appel. § 1. in fi quod in ſe videns Geta ille Terentianus in Adelphis:

Vix, inquit, ſum compos animi, ita ardeo iracundia;
Et in eadem Fabula:
Mitio tandem, ait, reprime iracundiam. atq; ad te redes;

Sed ad hæc vide latius per Tiraq vbi ſupra.

17 Item furioſus æquiparatur amanti, vt per And. Tiraq. in d. tract. de pęn. temp. aut remit. cauſa 4. Marc. Ant. Bauer. in d. §. item furioſi, inſti. quibus non eſt permiſſ. fac. teſta. Iac. de Nigris, in d. l. j. in princ. nu 63 ff. de ver. oblig. Amor enim, furoris ſpecies eſt, teſte Platone in Phædro. Et idcirco Amorem furorem vocant, & amātes furioſos, vt Catullus in nuptijs Pelei, & Thetidis.

Heu mihi exagitans in miti corde furores:
Et Virg. lib. 4 Aeneid.
Ardet amans Dido, traxitq; per oſſa furorem;
Et alibi eodem ioco.
Quid vita furentem,
Quid delubra iuuant;
Et paulo poſt:
Vritur infoelix Dido, totaq; vagatur
Vrbe furens.
Et Ouidius, in Epiſtola Helenæ
ad Paridem.
Qualicet, & poſſum luctor celare furorem;
Et idem libro 10. Metamorph.
de Mirra loquens.
Exilij gremio furibunda.

Et eſt tex. apud nos hunc affectum furorem vocans, in cap. cum in iuuentute de præſumptio. & nihil eſt hoc furore vehementius, quem retinere eſt perfectæ philoſophiæ, vt eſt textus, qui etiam hanc affectionem furorem vocat, in. §. illud, in authen. quib. mod. natur. effician. legit. cui aſſentiens Socrates lib. 3. Platonis, de Republica. Voluptate, inquit, Venerea nulla vehementior, nullaq; furioſior: & Cice. libr. 4. Tuſculan. quæſt. Maxime, ait, admonendus eſt quantus ſit furor amoris, omnibus enim ex animi perturbationibus eſt profecto nulla vehementior. & Baldus in l. precibus, columna 6. verſiculo, quid ergo ſi petijt non idoneos, C. de impub. & alijs ſubſtitur. ſcribit, philoſophicum eſſe non muliebre huiuſmodi affectum intra debitos limites carcerare, quem refert etiā Franc. Cur. ſenior, conſil. 67. ſuper controuerſia, coln. 3 hæc. Tiraq. vbi ſupra, cui addo Plaut. in mercat. qui dicit,

Homo

Homo ex amore Inſanit.
Et Terentium in Eunucho.
Et me miſerum ſentio;
Et tędet,& amore ardeo,& prudens,ſciens
Viuus,videnſq; pereo,nec quid agam ſcio.

Quę verba ſunt Phedrię amantis,quem prius Parmeno mo nuerat,vt cum ratione inſaniret,& addo Hermicum. Aegl. 5. qui dicit:

Omnis amans æger,captuſq; inſanus,& amens.
Dulcis amor calor eſt animi,vis maxima mentis
Eripit hic hominum ſenſus,peruertit,& ipſe
Iudicium,extinguitq; animum mortalibus illum
Mollis vita caret,ſed luxus,& otia gignunt.

Quæ refert etiam Bened. Cur. in areſt amor. 48. prope fi. poſtremo facit ꝙ Bal. dicit in proœm. digeſtorum. §. vlt. ꝙ amor puellarum ſenſus peruertit. Concludamus igitur, quod amantes,& furioſi ſimiles ſint.

18 Item æquiparatur prodigo, vt l. prima,& ibi Nico. de Neap. ff. de cura. furioſi. l. is cui bonis,& ibi glo.& Docto. ff. de verb. oblig. l. is, qui. §. diuus. ff. de tuto.& cura. glo. in l. ſi quis in tantū. C. vnde vi, glo.& Barto. in l. ſi is cui lege. ff. de teſta. Bald in l. potuit. C. de iure deliberan. glo. in § furioſus,& ibi Doctor. inſtit. de inutil. ſtipul. Hippol. de Marſil. ſingu. 380. furioſus, Io. Villemata, in repe. l. diuus, nu. 87. ff. ad l. Cornel. de ſicarijs, vbi dicit hanc æquiparationem procedere, quo ad adminiſtrationem bonorum, nam prodigus totam ſuam ſubſtantiam conſumit, vt per Angelum in authen. vt determi. ſit num. cleric. at nemo ſanę mentis vult iactare ſuum. l. cum de indebito. ff. de probat. ergo non eſt ſanę mentis neque dicitur habere volunțatem, vt l. furioſi, vbi gl.& Doct. ff. de reg. iur.

19 Item æquiparatur frenetico, qui ſimiliter eſt a mente alienus, vt c. fina. vbi Barba. no. col. 9. extra de ſucceſſ. ab inteſta. & hoc voluit Marcus Antonius Bauer. in §. item furioſi, col. 8. inſti quibus non eſt permiſſ. facere teſtamen. Politus in tracta ſubſtitu. in materia exēplar. col. 7.& facit ad hoc l. 1. §. apud Viuianū. ff. de ædil. edic.& videas Iac. de Nigris, in l. 1. in prin. nu. 61. ff. de ver. oblig.

20 Item æquiparatur mentecapto, eſt autem mentecaptus, qui a mente abalienatus eſt, vt cap. fi. de ſucceſſ. ab inteſt. e ſicut, de regularibus, nam ſicut cęci dicuntur oculis capti,& impotentes, homines membris capti dicuntur, ita etiam iſti dicuntur mentecapti, quia mente carent,& non habent intellectum, vt per Io Coraſ. in l. humanitatis, in princ. C. de impube.& alij ſubſti.& ideo æquiparatur furioſo, vt inſti. de curat. §. item furioſi,& §. ſeq.& glo.& Docto in § furioſus, inſtit. de inutil. ſtipul. glo.& Docto. in §. item furioſi, inſtit. quibus nō eſt permiſſ. facere teſtamen.& no. Bald. in l. ſed & milites. §. iſtī autem. ff. de excuſatio. tutorum, per tex. in §.& hæc dicimus, in authen. vt hi, qui oblig. habe. perhi. res min.& glo. in l. 2. ff. de curat. furio.& ad hæc vide late per Gabr. Sara. in addit. ad Matthæum Mattheſi. ſing. 179. Et per hoc inferunt Docto. ꝙ lex, humanitatis. C. de impub.& ali. ſubſtit. quæ loquitur in mente capto, loquatur etiam,& habeat locum in furioſo, vt ibi Doctores: quanquam non me latet, ꝙ aliqui volunt inter eos hanc eſſe differentiam, ꝙ mentecaptus furorem habeat latentem, nulla ſigna extrinſecus oſtendens, furioſus vero rabie quadam animi agatur quæ neminem lateat, vt Bal. in l. 2. C. de curat. furio & in l ſi furioſi. C. de nuptijs,& Alexan. cōſilio 54. vol. 2. quæ differentia a Philippo Decio reijcitur,& confutatur, in l. humanitatis. C. de impub.& alijs ſubſtit.& in l. furioſum. C qui teſta. fac. poſſunt.

21 Item æquiparatur fatuo. l. 1. in fi. iuncta. l. 2. ff. de poſtula. l. dabimus. §. fi.& l. ſequen. ff. de priuileg. cred. Ioan. Fab.& Ang. Aret. in §. furioſus, inſtit. de inutil. ſtipul.& in §. item furioſi, inſtit. quibus non eſt permiſſ. fac. teſta. fatuus autem eſt qui fatua loquitur. l. ob quæ vitia. ff de ædil. edi.& fatuum pro mentecapto accipit glo. in d. l. 2 ff. de poſtulan.

22 Item æquiparatur abſenti,& ignoranti. l. ſed ſi vnus. §. filiuſfamilias. ff de iniurijs. l. Iulianus. ff. de diuor. l. 1. §. adipiſcimur. ff. de acquir poſſeſſ. l. 2 § furioſus. ff de procu. l. vbi non voce. §. furioſus. ff. de reg. iuris. l. 2. §. furioſus. ff. de in. codic. quem dicit omnium optimum Andreas Tiraquel in tract. de pœn. temp. aut remit. cauſa tertia, nu. 2.& ſingulatem exiſtimat Angel. in l. in negocijs. ff. de reg. ior. eumq; dicit meliorem de iure, idem Ang. in d. l. vbi non voce,& videas ad hoc Hippo. de Marſ. ſing. 380. furioſus.

23 Item æquiparatur quadrupedi, cuiꝰ non eſt intellectus. l. ſed & ſi quæcunque. §. j. ff. ad l. Aquiliam.

24 Item æquiparatur mortuo. l. qui ad certam. ff. loca. l. bonorum. ff. rem ratam haberi. no. gl in l. ſi quis alium. ff. de acquir. hæred. Bal. in l. humanitatis, col. 4 C. de impube.& alijs ſubſt. Hippol de Marſ. ſingu. 380 furioſus, And. Tiraq. in tracta. de pęn. temp. aut remit. cauſa tertia, nume. 3. Ioā. Villemar in tepe. l. diuus, numero ſeptuageſimotertio. ff. ad l. Cornel. de ſica.

25 Item æquiparatur vni lapidi, vt per Bartolum, in l. prima. §. item acquirimus. ff. de acquirenda poſſeſſione, Iaſ. in l. pupillus ſi fari. ff. de acquirenda hæreditate, Hieronymum Cagnolum, in l. in negocijs, nume. primo. ff. de regulis iuris, pro quorum dicto ego do tex. in dicta. l ſed & ſi quęcunque. §. primo. ff. ad l. Aquiliam, vbi æquiparatur furioſus regulæ,& hæc omnia nota, quia non inuenies ita hæc cumulata alio in loco. Et videas quamplurima alia, quæ de furioſo ſcripſit Hippoly. de Marſil. ſing 380. furioſus,& quæ ſcripſerunt Doct. in l. in negocijs. ff. regulis iuris, quæ hic non refero, quia nihil ad rem noſtram faciunt.

SVMMARIVM.

1 *Infantes,& proximi infanti æquiparantur ebrijs.*
2 *Ebrius dicitur ignorans,& abſens.*
3 *Infantes,& illis proximi, æquiparantur amantibus.*
4 *Amor, quare pingitur puer.*
5 *Infantes,& proximi infanti, dormientibus æquiparantur.*
6 *Dormientes, mortuis comparantur.*
7 *Dormientes carent intellectu,& iudicio.*
8 *Infantes,& proximi infanti, abſentibus æquiparantur.*
9 *Infantes,& proximi infanti, æquiparantur ſenibus, inſipientibus,& imprudentibus.*
10 *Item æquiparantur quadrupedi.*
11 *Item æquiparantur mortuis.*
12 *Et æquiparantur rebus inanimatis.*

CAP. XIIII.

1 Poſtremo, quod infantes,& proximi infanti non habeant intellectum, facit quia nō ſolum æquiparantur furioſis, vt in ſuperiori capite diximus, verum etiam æquiparantur ebrijs, vt volunt Marcus Antonius Bauer. Doctor Bononienſis, in §. item furioſi, columna nona, inſtitutionibus qui teſtamenta facere poſſ.& poſt eum Iacobus de Nigris, in l. prima, in princip. numero ſexageſimo. ff. de verborum obligationibus,& ibi etiam And. Barba. columna ſeptima, verſiculo, quid in ebrio,& late And. Tiraquel. in tractatu de pęnis temper. aut remit. cauſa ſexta, numero octauo, vbi refert Platonem, qui libro primo, de legibus, ebrium bis puerum appellat.

2 At ebrij ignorantes dicuntur, vt cap. ſane, 15. queſtione prima,& neſcientes, cap. inebriauerunt, eodem cap.& quæſtio. cenſenturque veluti abſentes, ex ſententia illius Mimi, vel Publij, vel alterius.

Abſentem lædit, qui cum ebrio litigat.

3 Item infantes,& proximi infanti, æquiparantur amantibus vt videtur voluiſſe idem Marcus Antonius Bauer. in dicto §. item furioſi, qui teſtamenta facere poſſunt,& Iacobus de Nigris in rep. l. 1. in princ. num. 63. ff. de verborum oblig. quibus addo recte facere.

4 Quod amor ipſe puer pingitur eo, quia amantes, ſicut pueri, nullum habent intellectum,& ideo inquit Proper. libro ſecundo Elegia.

Quicunque is fuerit puerum, qui pinxit amorem,
Nonne putas miras hunc habuiſſe manus.
Hic primum vidit ſine ſenſu viuere amantes,
Et leuibus curis, magna perire bona

At amantes, amentes ſunt,& furioſis æquiparantur, vt dixi in præced. cap. nu. 17. ergo,&c.

5 Item infantes,& proximi infanti, dormientibus æquiparantur. l. prima. § adipiſcimur. ff de acquirenda poſſeſſione. l. coram. ff. de verborum ſignificatio. clementina prima, de homicid. late Alberic. Roman.& Horman. Decius, in dicto. §. adipiſcimur.

6 At dormientes nullum habent intellectum, quia furioſis æquiparantur, vt late diximus in præcedenti capite,& mortuis æquiparantur, ſicut & ſomnus morti, vt Virgil. libro ſexto Aeneid.

Dulcis & alta quies, placidęq; ſimillima morti:
Et alibi:
Mors homini facilis, dulciq; ſimillima ſomno.
Et Silius Italicus lib 15.
Nox ſimiles morti dederat placidiſſima ſomnos.
Et Ouid. lib. 2. Amorum, Elegia 9. inquit.
Stulte quid eſt ſomnus, gelidæ niſi mortis imago,
Longa quieſcendi tempora fata dabunt.

Quos verſus e noſtris afferunt, commendantq; Card. Flor.& Barba. in clem. 1. in fi. princi. de ſumma trinitate,& fide catholica, vbi etiam ad hoc eſt bonus tex.

Hac ratione motus Virgil.lib.6. Aeneid. ſomnum mortis fratrem appellauit dicens,

Et conſanguinei lethi ſopor.

Et Seneca ſomnum interpellans,

Frater,inquit,duræ languidæ mortis,

Et Valerius Flaccus,lib.8. Argonaut.

Nunc age,maior ades,fratriq; ſimillime letho

Hinc dicitur nox vtriuſq; nutria fuiſſe,ſomni,& mortis,vt ſcribit Pau.lib 5. Et hinc eſt,ꝙ interrogatus phyſicorum conſultiſſimus,quid nam ſomnus eſſet,reſpondit,parua mors:deinde quid mors eſſet,reſpondit,magnus ſomnus. Ad hoc vide And.Tiraq.in tract. de pœ.temp.aut remit.cauſa quinta, vbi multa alia ad hoc affert,quæ breuitatis cauſa non refero, ibi ſi vis videas.

7 Item dormientes non intelligunt,& abſentibus æquiparatur.l.coram.ff de ver.ſig.& affectionem,ſiue voluntatem nõ habent.l.1.§.adipiſcimur.ff.de acquir. poſſ.& carent iudicio: Iudicium enim dependet ab operationibus potẽtiarum animalium,quæ in dormiente veluti ligantur,& quieſcunt,vt refert And. Tiraq in d.tract.de pœn.temp.aut remitt. cauſa 5. ex ſententia Theologorum recentiorum in 2.ſenten.diſt.25. vel ex ſententia Ariſtotelis,qui communem ſomnum corporis,& animæ opinatur,vt ex eo refert Plutarchus li.5. de Pla. philoſoph.cap.25.

8 Item infantes,& proximi infanti æquiparantur abſentibus & ignorantibus.l.diem proferre.§ coram.ff. de recep.arbit.l. coram.ff de verb.ſign.l.fi.1.reſponſo ff.eo.l.1.in princip.ff. de ver.obli. cum ſimil.vt late diximus,& probauimus in declar. nouis ad l.ſeruum.ff.rem pup.ſalu.fo in verbo,nam ſi præſens eſt, vbi videas.

9 Item infantes,& proximi infanti ſenibus.qui fatui,& imprudentes ſunt æquiparantur: ſenes enim in pueritiam reuoluti, rurſuſq; ad initium reuerti videntur, vt ſcitiſſime ſcribit Plato lib.de Regno,& Ariſt lib.orbienlarum q.17.ca.3. ꝙ etiam quotidiana experientia videre licet. Primum enim redit albor,ſimul & raritas capillitij,quorum vtrunq; pueris familiare, deinde balbuties, veluti altera infantia, præterea gingiua exarmata dentibus,aut certe perpaucis,& eis vacillantibus inſtructa,ꝙ & ipſum infantibus,& proximis infanti commune eſt:quin etiam ſenib. omne corpus ad puerilem modum decreſcit,conſimilis vitium imbecillitas,iam vero cibi quoque conſimiles vtriq; ætati congruũt, poſtremo morum ineptia ſçuitas animi,& hoc ipſum nihil ſapere in ſenibus, infantiam quandam referre videtur. Author eſt enim in Polit. Ariſtoteles poſt annos duo dequinquaginta ingenij vigorem euaneſcere. Et alibi in iiſdem politicis ait mentis atque animi ſenectutem eſſe,vt corporis,qua propter Euripi. in Bacchis ait.

Veſtram ſenectam video mentis indignam.

Et Plautus in Mercatore.

Senex quum extemplo eſt,iam nec ſentit, nec ſapit,

Aiunt ſolere eum repueraſcere.

Vnde fit,vt ſenes pueris mire delectentur,quia ſimiles. Et facit illud Antiphonis.

Senem nutrire,perinde eſt quaſi nutrias puerum. Propterea, vt diximus ex Plauto, & ex Lucia.ſententia in Saturnal. repueraſcere dicuntur. Vnde illud Prouerbium. Bis pueri ſenes,cuius meminit Plato,lib.1.de Repub. & lib.1. de legib. & facit ꝙ refert Aelianus in varia hiſtoria, li.3 c.18. quo differit de Sileni,& Midę confabulationib. Extra orbem noſtrum homines quoſdã eſſe,quos Meropas vocant,quos duo flumina circumfluunt, vnum voluptatis,alterum triſtitiæ,ac meroris & vbiq; adnaſci arbores,qui eius poteſtatis fructus produeũt vt qui ex his deguſtarit,indeſinenter lacrymas fundat,ſicque demum moriatur. At illarum pomo veſcentes deſideria omnino alia deſinunt, ꝫctas quoq; ætates prorſus repetentes, ſi quidem ſenectam exuere primum,ac vigorem induere perq; quoſdam velut gradus effectos iuuenes tranſire, mox ad pueriles annos,ac demum infantiliter mori.hæc ille. Item, vt dicit Cato ille Cenſorinus,ſi is eſt.

Cum ſapias animo,noli irridere ſenectam

Nam quicunq; ſenex,ſenſus puerilis in illo eſt.

Et ꝙ ſenes habeant ſenſum puerilem,ſcribunt e noſtris Accurſius,in l.ſenectus.C.de don. Archid in c.tanta.86.diſt.qui etiam tradit ſenes ita dictos eſſe, ꝙ ſe neſciunt,delirant enim per nimiam ætatem. Quidam tamen, vt,ille ſubdit,ita dictos putant a ſenſus diminutione,quoniã præ vetuſtate deſipiant. Item Bal.poſt Odof.in l.quid ergo.§ pęna grauior.ff de his, qui not.infa.dicit,ꝙ nimis ſenes interdum reuertũtur ad ſenſum puerilem.& ita per hæc Tiraq æquiparat infantes ſenib. in d.tract.de pęn.temp aut remit.cauſa octaua. Cui addo,ꝙ Elias vocat ſenem puerum cẽtum annorum, quia moribus eſt puer,vt cap 65.& c.Paulus.2.quæſtio.7. & facit ille verſus alias memoratus.

Stultitia eſt,quæ te non ſinit eſſe ſenem

Quem citant glo.& Hoſt.in c.cum in iuuẽtute,in verbo,frequentius,de præſumpt.qui verſus partim ſumptus eſt ex illo Ouidij lib.1.Faſtorum.

Nequitia eſt,quæ te non ſinit eſſe ſenem.

Item addo,quia tempore Ludouici,Ducis Sabaudiæ penes Carignanũ,in Caſtro Rainerio,domino Michaeli de Romagnano, excedenti nonageſimum annum, nouiter nati ſunt quaſi omnes dentes,vt refert Neuiza.in Silua Nuptiali,libro quinto,nume.19.

10 Item infantes,& proximi infanti æquiparantur in aliquibus quadrupedi l.ſed et ſi quęcunque.§.igitur.ff.ad l.Aquiliam,& facit,quia nomen infantis accipitur pro brutorum animaliũ, atque etiam brutarum auium fętu,vt Plinius. Quadrupedes infantes ſuos cognoſcunt.& idem Plinius lib.10. cap.61. Veſpertilio volucrum ſola lacte nutrit vbera admouens, geminos volitat amplexa infantes.

11 Et mortuis æquiparantur,& ideo pro infantibus in naui natis non debetur vectura,ſicut non debetur pro mortuis.l.ſed adde.§.ſi quis mulierem,& ibi glo.ff.locati. Et facit,quia,vt ſupra diximus,nu.5.& 6.æquiparantur dormientibus,qui mortuis æquiparantur.

Item,vt diximus in proximo præcedenti capite æquiparãtur furioſis,qui mortuis etiam æquiparantur.

12 Imo,& inanimatis rebus æquiparantur, vt tegulæ, in l. ſed & ſi quæcunque.§.igitur.ff.ad l.Aquiliam.& facit, quia furioſus etiam æquiparatur lapidi,vt in præcedenti capite diximus in fine. Ex his igitur ſatis ſuperq; a nobis demonſtratum eſt infantes,& proximos infanti,nullum habere intellectum. Ergo concludamus,ꝙ ſunt minores ſeptem annis:quia, qui nullum habent intellectum minores ſunt ſeptem annis, dicta.l. ſecunda.ff.de ſponſal.

SVMMARIVM.

1 *Infantes,& proximi infanti habent aliquem intellectum,ſecundum communem Doctorum ſententiam,quæ tamen reprobatur.*
2 *Verbum nullum,vniuerſale eſt,& totum negat.*
3 *Verbum aliquod,in qualibet minima parte verificatur.*
4 *Reprobatur communis Doctorum diſtinctio inter infantem, qui aliquem habet intellectum,& eum qui nullum habet*
5 *Declaratur.§.pupillus,verſ.nam infans,inſtit.de inut ſtipul.*
6 *Infantes,& proximi infanti.quibus differant a furioſis.*
7 *Declaratur.l.quamuis.§.infans ff.de acquir.poſſ.*

CAP. XV.

1 Sed contra ea, quæ late ſupra diximus,ꝙ immo infantes, & multo magis proximi infanti habeant aliquem (quamuis nõ plenum) intellectũ tenent Barto.Ang.Io.de Imo.Pau.Caſtren.Alexan. Iaſon, & communiter Doctores,in l prima.§.adipiſcimur.ff. de acqui. poſſeſſione,& Iaſon in l.pupillus,nu.5.ff de acquirenda hæreditate, & Romanus in l. quamuis.§ infans.ff. de acquirenda poſſeſſio. Qui certe toto errant cœlo,quia(vt latiſſime ſupra demonſtrauimus) infantes,& proximi infanti nullum omnino habent intellectum,& nemo ſanę mentis,qui videat.§.pupillus,Inſti.de inutil ſtipula.aliter dicere poterit: eſt enim ibi tex.expreſſus, qui dicit, quod huiuſmodi ætatis pupilli nullũ habent intellectum.

2 Conſidera quæſo dictionem nullum, quæ vniuerſalis eſt, & in totum negat,& omnia excludit.l.ſi is qui ducẽta.§.vtrũ, & ibi Bart.ff.de rebus dubiis,ca.nullus, de regulis iuris,in 6.l. nemo.ff.eod.Hyppol.Rimin.in rub.inſti. de dona.nu.24. Bereng.Ferdi.in repe. l.vnicę,nu.56 C. de ſenten. quæ pro eo ꝙ intereſt. verbum enim nullus,compoſitum eſt ſecundũ Grãmaticos ab vllus,quaſi non aliquis,vel ne vnus quidem. Cum igitur vniuerſalis ſit hæc dictio comprehendens omnia,quæ excogitari poſſunt.l.Iulianus.ff.de legatis tertio.l.a procuratore.C.manda adeo ꝙ ſi oratio cum ea prolata in aliquo redditur falſa,tota etiam eſt falſa, vt dicta.l.ſi is, qui ducenta.§. vtrum.ff.de rebus dubijs.conſequens eſt dicere, quod aliquẽ intellectum habere non poſſunt Infantes, refragante dicto.§.pupillus.

Item,ꝙ nullum habeant intellectum infantes,& proximi infanti patet,quia ſi aliquẽ haberent,poſſent de rigore iuris acquirere poſſeſſionẽ,& alia ſibi vtilia abſque tutoris authoritate,d.§ pupillus,verſ.ſed quod diximus,inſti.de inut.ſtipula.

3 Vbi conſidero verbum aliquem,quod in qualibet minima parte verificatur,vt l.Gallus.§.in omnibus, & ibi notat Areti. ff.de libe & poſthum & glo.in cap.1 de offic. ordinar.in 6. & Carolus Ruinus,in l.prima, in principio, columna vltima, in fine.ff.de verborum obligationib. At non poſſunt acquire-

re poſ-

re poſſeſſionem ſoli, vt eſt tex. in l. 1. §. adipiſcimur, & in l. quã nis. §. infans. ff. de acquir. poſſ. apparet, & late in d. §. adipiſcimur, ſcripſimus, ergo non habet vllum intellectum, non ſolũ infans, verum etiam proximus infanti.

4 Et conſequenter diſtinctio quam cõmuniter tradunt Doctores in d. §. adipiſcimur, inter infantes, qui habent aliquem intellectum, & eos, qui nullum habent, non eſt vera, nec vllo iure probatur, vt recte ibi animaduertit etiam Bart. Soci. col. 2. generaliter enim dicunt leges quod infantes, & proximi infanti, nullum habent intellectum.

5 Sed contra obſtat tex. in d. §. pupillus, verſic. nam infans, dum dicit, ꝙ non multum a furioſo diſtat, ergo in aliquo differunt, & ſic, quia habent aliquem intellectum, quem furioſi non habent, ita conſiderat Hier. Butig. illum tex. in l. 1. in prin. nu 30. ff. de verb oblig.

Sed hæc conſideratio Butigellæ nihil me a priſtina ſententia remouet, quandoquidem verba illius tex. non volunt hoc ſignificare: aperte enim ille tex. & in præcedentibus verbis, & in ſequentibus demonſtrat, ꝙ nullum habent intellectum. Sed illa verba, non multum a furioſo diſtant, denotant diffe-

6 rentiam aliquam eſſe inter furioſos, & infantes, & proximos infanti: quę eſt iſta, nam infantes, & proximi infanti habent intellectum in potentia, quamuis nullum, vt diximus, habeant in actu furioſi vero nullum habent intellectum, nec in actu, vt ſupra c 14 diximus, nec in potentia: nulla enim ſubeſt ſpes, ꝙ reſipiſcant, vt per glo & Doc. in c. inter canonicos, de elec. & Salic. & Alex in l. furioſum. C. qui teſta fac poſ. & hanc differentiam in noſtro propoſito tradit ſubtilis Dominus Carolus Ruinus, in l. prima, in principio, columna vltima, in fine. ff. de verborum oblig.

Vel dicas, ꝙ differunt in acquirenda hæreditate, vt per Doctores in l prima §. adipiſcimur. ff. de acquirenda poſſeſſione, ꝙ an ſit verum ibi diximus. Item differunt alijs duobus modis, vt videas per Alciatum in repe. l. 1. in princ. nume. 46. ff. de verborum oblig.

7 Item contra ſupradicta obſtat, quia videtur ꝙ infantes habeant iudicium ſemiplenum, vt l quamuis. §. infans. ff. de acq. poſſeſſ & ibi glo. in verbo iudicium. dicit enim tex. ꝙ iudiciũ infantis ſuppletur authoritate tutoris, ergo habet aliquod iudicium, nam vbi nullum eſt, ibi non ſuppletur. l. ſed & ſi mahente. ff de procur.

Sed ad hoc reſpondeo, ꝙ ille textus non præſupponit, ꝙ infans habeat aliquod iudicium. ſed intellectus litteræ eſt, ꝙ eo, quia in acquirenda poſſeſſione requiruntur duo actus corporis, & animi iudicium l. 3. in princ. ff. de acqui. poſſeſſ. quando infans acquirit, adeſt actus corporis, ſed deficit animi iudiciũ quod authoritate tutoris ſuppletur, & hoc voluit dicere ille tex. ſecundum Bartholomæum Socinum, in dicta l. 1. §. adipiſcimur ff de acquir. poſſeſſ.

Vel ſecundo modo reſpondeo, & dico, ꝙ infans nullum iudicium habet in actu, habet tamen in potentia, vt ſupra a nobis dictum fuit. Vnde in acquirenda poſſeſſione tutor ſupplet iudicium in actu, quod requiritur, & ſuppleri poteſt, ſicut id quod eſt in ſpe rumpi poteſt, vt l. ſi a primo. l. ſi poſthumus a primo, in princ. ff de liber. & poſthum. & quemadmodum iuriſdictio, quæ eſt in potentia poteſt prorogari, & delegari, ſecundum glo. & Docto in cap. paſtoralis. §. quoniam, de offi. deleg. ita & iudicium, quod eſt in potẽtia, poteſt ſuppleri, ita dicit ſapientiſſimus Carolus Ruinus, in l. 1. in princ. col. vlt. in fine ff de verborum oblig.

Item contra prædicta obſtat, quia qui fari poteſt, habet aliquod iudicium, ſecundum Aretinum, in l. prima. §. 1. columna 4 ff. de acquirenda poſſeſſione. at infantes fari poſſunt, ſecũdum communem Doctorum ſententiam: ergo. ſed dicas, ꝙ magis communis opinio doctorum eſt, ꝙ fari non poſſit infans, & mea eſt noua opinio, quod infanti proximus fari non poſſit, vt infra plene demonſtraui, c. 22.

8 Item obſtat, quia videtur, ꝙ infantes, & proximi infanti habeant ſcientiam: nam poſſunt adire hæreditatem, vt tenet cõmunis Doct. ſchola, in l. pupillus. ff. de acquir. hæred. & in l. potuit. C. de iure delib & tamen ſi neſcientibus eis tutor ageret illis hæreditatem non poſſet acquirere, vt dicit tex. in d. l. potuit, ergo. Sed his facilis eſt reſponſio negando, ꝙ poſſint adire hæreditatem, prout infra copioſe dixi, c. 24. Sic igitur his ꝯtrariis nõ obſtantibus concludamus, quod infantes, & proximi infanti, nullum habeant intellectum, & per conſequens ſint minores ſeptem annis, dicta l. in ſponſalibus, la ſeconda. ff. de ſponſal.

S V M M A R I V M.

1 *Minores ſeptem annis nullam habent voluntatem, nullamque conſenſum.*
2 *Infantes, & proximi infanti non habent velle, aut nolle.*
3 *Infantes, & proximi infanti, non tenentur ex delicto, quia non habent voluntatem*
4 *Reprobatur quædam conſideratio, ſiue reſponſio Vldarici Zaſii. 5. 6.*
7 *Voluntas quid ſit.*
8 *Infantes, & proximi infanti nullum habent conſenſum.*
9 *Et ob defectum conſenſus non poſſunt gerere negocia tutore authore.*
10 *Nec poſſunt naturaliter obligari.*
11 *Nec poſſunt ſponſalia contrahere.*

CAP. XVI.

Secundo modo probo, quod infantes, & proximi infanti ſint minores ſeptem annis, quia, qui non habent voluntatem, ſiue conſenſum, minores ſunt ſeptem annis: at infantes, & proximi infanti, nec voluntatem habent, nec conſenſum, ergo minores ſunt ſeptem annis.

1 Maiorem, ſ. ꝙ minores ſeptem annis non habeant voluntatem, nec conſenſum, probo per tex. apertiſſime hoc probantes, in c. litteras, & c. acceſſit, de deſpon. impuber. & c. 1. 30. q. 2. & c. 1. in princ. de deſpon. impube. lib. 6 & in l. in ſponſ. la 2 ff. de ſpon. & l. ſi infanti. C. de iu. delib. & l. 1 §. ſufficit. ff. de adminiſt tut. Vldari Zaſ. in 2. quæſt. de Iudæis, & Didac Couar. in Epitom. ad quartum librum decret. prima parte, c. 3. nu. 2 & Io. Fab. inſti. de author. tuto in princip. nu 4.

2 Minorem, ſ. ꝙ non habeant infantes, & proximi infanti voluntatem, probo per tex. in l pupillus, nec velle. ff. de regu iur. vbi dicit tex ꝙ pupillus, nec velle, nec nolle in ea ętate niſi appoſita tutoris authoritate creditur: nam ꝙ animi iudicio fit in eo tutoris authoritas neceſſaria eſt, qui tex loquitur, & ꝓcedit in infante, & illi proximo, vt ibi recte declarant Philippus Decius, & alij poſt gloſſam. præterea ad hoc multa faciunt.

Primo, quia furioſi nulla eſt voluntas, vt l. furioſi. ff. de reg. iuris, vbi glo & Docto. l qui ſeruum ff de acquir. hæred. infantes, & proximi infanti æquiparantur furioſo, vt late dixi ſupra c. 13 ergo, item facit, quia ſi ipſi haberent voluntatem, equidẽ poſſent adire hæreditatem tutore authore, vt & de furioſo dicitur, in dicta l qui ſeruum, & facit tex. in l. potuit, & ibi Docto. C. de iure delib. at non poſſunt adire hæreditatem, vt late dixi infra c 24 ergo, &c.

3 Item facit, quia infantes, & proximi infanti, non puniuntur ex delicto: proximus autem pubertati, ſic, vt l pupillum. ff. de reg. iur. l. excipiuntur. ff. ad Senat. Conſul Sillan l. ſed & ſi quæcunque. §. ſed & ſi infans ff ad l. Aquiliam. l. 1. §. an in pupillũ. ff depoſiti l infans. ff. ad l Cornel. de ſicarijs, cum ſimil. vt per Hippolytum de Marſi. in d l. infans, glo & Docto in clemen. prima, de homic. volunt glo. & Philippum Decium, in l. fere. ff. de regu. iuris, Bal. in practica ſua, in rubrica, ꝙ dictus Titius, col. 4 Ang. in trac. maleficio. in verbo ſcienter, & doloſe Matthæ de Afflictis in conſtitutione, terminum vitæ 7 fallen. no. 12. Ludouicum Carre. in pract. crimina. § homicidium. 6 nu 2. Petrum a Pla in Epitom. delictorum, capitulo 32. numero 1. quod non eſt niſi, quia iſti non habent voluntatem, & proximus pubertati ſic.

Sed huic arg reſpondit Vldaricus Zaſius, in 2. quæſt. de Iudæis, dicendo, ꝙ proximus infanti habet voluntatem, & delinquit, & peccat: at ex peccato iure non obligatur, ꝙ non eſt propter defectum voluntatis, vt ſupra dicebamus, ſed miſerationis cauſa, vt l. auxilium. §. in delictis ff de mino. c. eos quos. de conſecra. diſtinct. 4.

4 Sed Zaſius quidem magno in errore verſatur: nã propter defectum voluntatis non tenentur ex delictis, vt eſt tex. in l. illud §. 1 ff de iniuriis, & in cap. illud. § primo. 15 q. 1. vbi dicitur, ꝙ impubes, qui doli capax non eſt & ſic infantes, & proximi infanti, vt infra cap 18. non facit iniuriam, quia iniuria ex affectu facientis conſiſtit. Item eſt tex in § in ſumma, ibi, ſi ꝓximus pubertati ſit, & ob id intelligat ſe delinquere, inſti. de oblig quæ ex delicto naſcuntur, & tex. in l. excipiuntur ibi & eius ætatis quai. quamuis nondum puberis, vt rei intellectum capere poſſint. ff. ad Sena. Conſul Sillan & tex in l. infans, ibi cũ alterum innocentia conſil. tueatur ff de ſica. & text in l. ſed & ſi quæcunque. §. 1. ff ad l Aquiliam. vbi dicitur, ꝙ quadrupedes furioſi, infantes, & proximi infanti, qui non ſunt doli capaces ob defectum culpæ, & voluntatis non tenẽtur lege Aquilia, & ad hoc videas Gul. Bene in repe c. Rainutius, in verbo, mortuo itaque teſtatore, ſi de teſta. male igitur aſſerit Zaſius, ꝙ non excuſantur ob defectũ voluntatis, & ꝙ non teneãtur miſerationis cauſa, per d § in delictis. Cui ego reſpondeo, ꝙ ille tex loquitur de illis, qui delinquunt, & tenentur ex delicto, vt ſunt ꝓximi pubertati, aut puberes minores 25. annis, qui enim quia habent voluntatem, tenentur ex delicto: verum miſeratione ætatis mitius puniuntur, vt ibi dicitur.

5 Illa enim ætas eſt veluti ſua natura proprium, & peculiare vitiorum irritamentum. Et huic ætati parum rationis, iudicij & conſilij eſt, vt Ariſtotel. lib. 1. Politic. c. vlt. & Cice. lib. 1. offic. & Iuriſconſultus in l. 1. ff. de minor. vbi dicit fragile eſſe, & infirmum huiuſmodi ætatis conſilium. Item ſpes eſt eos emēdatiores futuros, vitiaq; vna cum adoleſcentia depoſituros, vt ſatis copioſe more quidem ſuo ſcripſit And. Tiraq. in trac. de pœnis, cauſa ſeptima: nos vero loquimur de infantibus, & proximis infanti, qui ob defectum voluntatis non tenentur ex delictis, & ideo in eis non eſt opus miſericordia, vt mitius puniantur, & ideo nihil obſtat dictum Tribonij.

6 Poſtremo facit, quia ſine tutoris authoritate non poſſunt incipere poſſidere, quia affectum tenendi non habent, licet rem ſuo corpore maxime contingant. l. 1. §. adipiſcimur. ff. de acquir. poſſ. & ꝙ affectum animi non habeant, eſt etiam tex. in l. illud. §. 1. ff. de iniurijs, in c. illud. §. 1. 15. q. 1. in l. 3. C. de acq. poſſeſſ. in l. ſi quis in emancipatum. C. de donatio. ergo non habent voluntatem.

7 Eſt enim voluntas affectio animi ad aliquid applicata, vel eſt affectio rationalis humanis animæ cognoſcentis, per quā perficitur actus animi, ſm Bal. qui has duas diffinitiones tradit, in l. potuit, col. 3. nu. 14. C. de iure delib. Alio tamen modo diffiniuit idem Bal. in l. in ementis, col. 3. verſ. modo venio ad quæſtionem. C. de contrahen. emptio. & venditio. & aliam tradit diffinitionem Salic. in dicta l. potuit, quas non refero, breuitatis cauſa.

Concludamus igitur, ꝙ infantes, & proximi infanti non habeant voluntatem, ꝙ etiam voluit gl. in l. 1. in princ. in verbo ſi quis igitur. ff. de verb. oblig. quam ibi ſequuntur communiter Docto. & Philipp. Dec. & Hierony. Cagnolus, in d. l. pupillus. ff. de reg. iur. & Nata conſi. 433. quędā puella, col. 3. & hoc ipſum in effectu voluit Vldar. Zaſ. in a. q. de Iudæis, vbi dicit, ꝙ minor ſeptem annis non habet voluntatem: vnde cum infantes, & proximi infanti, vt fert opinio mea, ſint minores ſeptem annis, merito non habent voluntatem, quanquam dicat ipſe, ꝙ proximus infanti habet voluntatem, eo, quia exiſtimat eum eſſe maiorem ſeptem annis, quod eſt falſum.

8 Et quod non habeant conſenſum patet, quia conſenſus eſt actus voluntatis, vt per S. Anto. 1. par. tit. 4. c. 9. at ipſi carēt voluntate, vt diximus. ergo & ad hoc eſt text. in l. inuitum. ff. de ſerui. vrb. præd. & glo. in l. bonorum quidem poſſeſſ. in verbo agnoſcere, & ibi Doct. C. qui admitti, gl. in l. iubemus, in verbo, & ſine conſenſu. C. de emancip. libero. Bal. in l. bonorum. C. qui admit. & facit, quia huiuſmodi ætatis pupilli ſcire non poſſunt, & quid videant ignorant, vt ſupra dixi, c. 12. nu. 8. & 9. at ignorantia impedit conſenſum. l. ſi per errorem. ff. de iuriſdic. omnium iud. l. coram. ff. de verb. oblig. And. Barb. in repet. rub. C. qui admitti, nu. 73. Carolus Ruinus, in l. hoc edic. §. nunciatio, nu. 75. ff. de ope. noui nuncia. Barto. conſi. 207. in cauſa dominæ Annæ, verſ. vel aliter etiam reſpondeo, ſecunda parte. Scientia enim inducit patientiam, & patientia conſenſum ad aliquid, vt dicit gl. in l. Labeo. ff. de aqua pluuia arcen. Et facit tex. in l. in eo ꝙ plus. §. pupillus. ff. de reg. iur. intelligendo verbum pati, pro cōſentire, arg. l. qui patitur, & l. ſi remunerandi. §. ſi paſſus. ff. mādati. Poſtremo facit, quia furioſi non habent conſenſum, vt ſupra cap. 13. nu. 10 dixi: at infantes & proximi infanti illis æquiparantur, vt d. c. 13. nu. 1. ergo nec ipſi habent conſenſum.

9 Hinc eſt, ꝙ infantes, & proximi infanti non poſſunt tutore authore omnia negocia recte gerere, quia nullum habent ꝯſenſum, in quo fundetur tutoris authoritas: ſed tutor nomine eorum omne negocium gerit. § pupillus, inſtitut. de inut. ſtipulat. l. prima. §. ſufficit. ff. de adminiſt. tutorum. l. ſi infanti. C. de iure deliberan. l. in negocijs. ff. de regulis iuris, cum ſimilibus.

10 Hinc etiam eſt, ꝙ propter defectum conſenſus non ſolum non poſſunt obligari ciuiliter, verum etiam naturaliter, de infante patet per gl. in l. 1. ff. de nou. in l. pupillus. ff. de act. & obli. & in l. ꝙ pupillus ff. de cond. indeb. gl. & Nicol. Bellon. in §. is quoque, inſti. quibus modis re ꝯtrahitur obliga. Io. Coraſ. lib. 6. Miſcella. c. 21. & Doct. communiter in d. l. 1. ff. de noua. & alijs in locis, per d. l. pupillus, & l. quod pupillus.

Et ꝙ etiam propter defectum conſenſus non obligetur naturaliter proximus infanti, voluerunt gl. in l. 1. C. de inut. ſtipu. in l. cū illud. §. hæres meus, in verbo ei debet ff. q̄n dies leg. ce. & in l. in numerationib. § ſi pupillus, in verbo debitum ſuum ff. de ſolu. & in l. ſi pupillus, in princ. ff. ad l. Falcid.

Et ꝙ proximus infanti non obligetur naturaliter erat opinio quorundam antiquorum, vt dicit gloſ. in l. 1. ff. de nouat. quam ſequuntur Bart. Alber. & Pau. Caſtren. in d. l. 1. ff. de nouatio. Odofr. in l. ſi curatorem habens ff. de in integ. reſti. Philippus Decius, & alij, in l. pupillus nec vel c. ff. de regul. iur. Dynus, in l. impuberes, in fi. ff. de author. tutor. Ange. Aret. inſti. de author. tuto. in princ. verſiculo, quæro an, & quando pupillus, & in § pupillus, nu. 3. inſti. de inutil. ſtipula. Nicol. Bellon. in §. hic quoque, nu. 22 inſti. quibus modis re contrahi. obli. & eſt ad hoc tex. in §. pupillus, ff. de actio. & oblig. quis enim dicat infantem, & proximum infanti habere ꝯſenſum ſe obligandi, ſi omnia daret pro vno pomo, vel pro vna burſa, vt dicit Io. Fab. inſti. de auth. tuto. in princ.

11 Poſtremo hinc eſt, ꝙ propter defectum conſenſus nō poſſunt ſponſalia contrahere, vt cap. 1. in princ. ibi ratione defectus conſenſus, de deſpon. impub. lib. 6. & c. litteras, cap. acceſſit, & in cap. ad diſſoluendum, extra eod. tit. l. in ſponſalibus, la prima, & la ſeconda. ff. de deſponſa. cum ſimilibus, vt late per Didacum Couar. in Epitom. ad quartum librum decret. 1. parte c. 2. concludamus igitur, eos carere voluntate, & conſenſu & per conſequens eſſe minores ſeptem annis.

SVMMARIVM.

1 *Quod infantes, & proximi infanti habeant voluntatem, ſiue conſenſum multa obijciuntur, quæ tandem ſoluuntur.*

2 *Declaratur l. 1. in principio, verſicu. ſi quis igitur. ff. de verborum obligationibus.*

3 *Fundamenta Vldarici Zaſij, qui volebat proximum infanti habere voluntatem, confutantur.*

4 *Proximus infanti non poteſt adire hæreditatem de rigore iuris aduerſus Zaſium, & communem.*

5 *Neque poteſt ſolus acquirere poſſeſſionem, aduerſus Zaſium, & communem.*

6 *Neque poteſt ſe naturaliter obligare contra Zaſium, & Accurſium.*

7 *Neque poteſt contrahere ſponſalitia, contra Zaſium, Ioannem Crotum, & alios.*

8 *Neque obligantur ex delicto, contra Zaſium.*

CAPVT XVII.

1 Sed quod immo infantes, & proximi infanti habeāt voluntatem contra ſupradicta, eſt tex. in l. 1. in principio, verſicu. ſi quis igitur ff. de verborum oblig. vbi poſtquam dixit tex ꝙ ſurdus, mutus, infans, & abſens ſtipulari non poſſunt, ſequitur text. & dicit: Si quis igitur ex his vult ſtipulari, per ſeruum præſentem ſtipuletur, &c.

Sic igitur probat ille tex. ꝙ infans habeat voluntatem, ſicut ſurdus, mutus, & abſens: Verba enim illa, ſi quis igitur ex his, referuntur ad omnes, ſecundum primam gloſſæ declarationem, quæ fuit Irnerij, antiqui gloſſatoris. quam expoſitionē confirmo, quia natura dictionis ex his, eſt, vt faciat relationē præcedentium, cum omnib. ſuis qualitatib. vt per Bart. in l. ſi quis ſeruum. § fi. verſ. ſed quæro quid ſi teſtator. ff. de leg. 2. & clauſula in fi. poſita ad omnia præcedentia debet referri, vt l. talis ſcriptura, ad fi. ff. de leg. 1. & vna determinatio reſpiciens plura determinabilia debet æqualiter determinare. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. cum ſimil. merito ille tex. probat infantem habere voluntatem.

2 Sed illa lex non obſtat, quia reſpōdeo infantes, & proximos infanti non habere velle, vt in proximo capite ſupra demonſtrauimus, & ideo dictio illa, ex his, non poteſt ad infantem referri. Nec obſtat, ꝙ dictio illa ſit huius naturæ, vt ad omnes referri debeat, quia reſpondet Lancellotus Galiau. in d. l. 1. in princip. nu. 64. ꝙ prædicta non habent locum vbi reſultaret contrarietas iuris, & abſurdus intellectus, vt hic, & facit ad hæc Barbat. in l. ſi idem cum eodem, ad fin. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum.

Sed Hieron. Butig. in d. l. 1. in princ. nu. 80. vult, ꝙ dictio illa ex his, ad omnes referatur, vt voluit Irnerius, & conſequēter, ꝙ habeat voluntatē. nec eſt verum, ꝙ ſequeretur ꝯtrietas iuris, quia immo multa iura probant ſm eum infantem habere voluntatem. Et primo tex. in § pupillus, verſ. nam infans, inſti. de inutil. ſtipul. conſiderando verba illa, non multū a furioſo diſtant, quæ præſupponunt differentiam inter infantes, proximos infanti, & furioſum, & ſic, ꝙ iſti habeant aliquam voluntatem, quam furioſus non habet: quæ cōſideratio eſt nullius momenti, vt ſupra dixi, c. 15. nu. 5. Secundo affert tex. in l. quāuis. §. infans. ff. de acquir. poſſ. nam ibi dicitur, ꝙ iudicium infantis ſuppletur tutoris authoritate, ergo habet aliquod iudicium, & aliquam voluntatem, arg. l. ſed & ſi manente. ff. de precar. quæ etiam conſideratio nihil releuat, vt dixi ſupra ca. 15. nume. 7. Tertio affert l. 3. C. de acquirenda poſſ. ibi licet animi pleni non habeat affectum. præſupponit igitur tex. quod infans habeat aliquem animi affectum. ſed reſpondeo, quod id colligi non poteſt niſi a contrario ſenſu, quod ad legū correctionem colligi non poteſt, late per Doctores, in l. prima ff. de offic. eius, & ad intellectum dictę l. 3. videas, quæ late ſcri-

pſum

pſi, in repet. l. 1. §. adipiſcimus. ff. de acquirenda poſſeſſ. Quarto affert hoc fundamentum, nam qui fari poteſt habet aliqđ iudicium, & aliquam voluntatem, vt per Aretinum, in dicta. l. prima. § primo, colum. ff. de acquirēda poſſeſſione, at infantes poſſunt fari, item proximi infanti, vt tenent communiter Doctores, in l. prima, in principio ff. de verborum obligatio. & late probatur infra, c. 20. & 23. cum ſequen. ergo habent aliquem intellectum, & aliquam voluntatem.

Sed ad hoc reſpondeo falſum eſſe, quod infantes, & proximi infanti fari poſſint, vt apparet infra cap. 21. & ca. 22. Poſtremo affert dictum Dyn. & Bar. in d. l. quamuis. §. infans, qui dicunt infantem habere plenam voluntatem in iocalibus, & ſimilibus, per d. l. 3. C. de acquirenda poſſeſ. ſed dicas hoc dictū non eſſe verum, & tex. in d. l. 3 aliter intelligitur, quam Barto. & Dyn. intelligunt, vt dixi late, in repe. l. 1. §. adipiſcimur. ff. de acquir. poſſeſſ. Concludo igitur nihil facere fundamenta Butigellæ, & conſequenter, quod dictio illa ex his, non cōprehendit infantem.

Ideo alio, & ſecundo modo intelligit, & exponit illum tex. glo. vt dum dicit, ſi quis ex his, intelligatur excepto infante, quæ expoſitio fuit Ioannis antiqui gloſſatoris, & eſt optima, quia infans non poteſt velle ſtipulari, alij autem poſſunt vnde debet intelligi text. in habilibus ad volendum, argumen l. vt gradatim §. & ſi lege. ff. de mun. & honor. glo. in l. prima. C de ſacroſanct. eccle. & hanc ſequitur Maria. Socin. in d. l. prima, in princip. nume. 112.

Tertia eſt expoſitio Accurſij, quam nimis obſcure ſcripſit qua vult, ꝙ tex. ille intelligatur, ſi quis ſcilicet quicunque extraneus velit, ꝙ aliqui ex his ſtipulentur, quam expoſitionem Maria. Soci. & Hier. Butig. dicunt eſſe violationem litteræ, & certe non video, quomodo verba huius tex. poſſunt pati hāc expoſitionem, nam & ſequentia verba text. apertiſſime obſt. vt etiam animaduertit Maria. Soci. ibi.

Poſtremo Hieron. Butig. in d. l. 1. in princ. nu. 79. ff. de verb. oblig dicit ꝙ verba illa, ſi quis ex his, debent comprehendere omnes. l. de precio. ff de publ. & quod per hoc non probatur, ꝙ infantes habeant voluntatē: eſt enim ſenſus, ex his omnibus, ſi quis vult, id eſt, ſi aliquis eorum, qui poſſunt, vt ſurdus, mutus, & abſens, vult, iubeat ſeruo, &c. Vnde ſecundum eum terminus ſi quis, non comprehendit infantem, quod nō eſt inconueniens, cum ſit terminus particularis. Nihil tamen obſtat, quo minus comprehendatur per verba ex his, vt patet ex illis verbis Domini. Vnus veſtrum me traditurus eſt: nam terminus veſtrum comprehendebat omnes apoſtolos, terminus vero vnus Iudam duntaxat. Et eodēm modo dum dicitur aliquis ex his qui ſunt in ſcolis legit. Verbum ex his omnes comprehendit, verbum vero aliquis, ſolum magiſtrum, qui legit. Poſtremo ego conſidero, ꝙ conditionaliter dicit tex. ſi aliquis ex his vult, & quod verba conditionalia nihil ponunt in eſſe. l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti: ſic igitur ex his apparet, ꝙ ille tex. non probat infantes, & proximos infanti habere voluntatem.

3 Verum Vldari Zaſius, qui in tract. de Iudæis. quæſt. ſecunda, tenet proximum infanti habere voluntatem, multa ad hoc probandum affert.

4 Et primo, quia, qui poteſt adire hæreditatem habet voluntatem: voluntas enim ad hoc eſt neceſſaria. l. qui ſeruum. ff. de acquir. hæred. l. potuit C de iure deliber. At proximi infanti poſſunt adire hæreditatem l. ſi infanti, in fi. C. de iure delib. & eod arg. poſſumus vti ad probandum, ꝙ infans habeat voluntatem, quia poteſt adire hæreditatem, vt eſt ſententia glo. & omnium Docto. in d. l potuit, & in l. pupillus. ff. de acquiren. hæred. per l ſeruo inuito. §. ſi pupillo ff. ad Senat. Conſult. Trebel. ꝙ argumentum nihil obſtat, quia falſa eſt Zaſij, & aliorū ſententia, ꝙ infantes, & proximi infanti poſſint adire hæreditatem, vt late apparet infra, c. 24. reſpondendo iuribus in contrarium deductis pro eorum opinione.

5 Secundo mouetur Zaſius, quia proximus infanti poteſt incipere poſſidere abſq; tutoris authoritate. l. 1. §. adipiſcimur. ff. de acquir. poſſ. & ibi Bar. l. donatarū. C. eod. tit. & amittere poſſeſſionem, eodem modo abſque tutore. l. poſſeſſionem. ff. de acquir. poſſ. ſed certe Zaſius non recte ſentit, quia contrariū probat d. §. adipiſcimur, & ibi etiam ↄ̃rium tenet Bar. dicitur enim in tex. ꝙ pupilli, id eſt, infantes, & proximi infanti, vt ibi declarat Bar. & poſt eū late ibi demonſtraui, non poſſunt incipere poſſidere ſine tutoria authoritate, quia affectionē tenendi non habent, licet maxime rē ſuo corpore contingant: poſſunt autem acquirere illam poſſeſſionē, quā detentationem aſininā vocant, quæ ſolo corpore acquiritur, vt Docto. in d. §. adipiſcimur. Et eam poteſt etiā amittere abſque tutore, quia ſolo corpore amittitur, d l. poſſeſſionem, vbi gl. & Doctores. Et ꝙ proximi infanti non poſſint poſſeſſionem acquirere abſque tutoris authoritate tenent Barto. Imo. & Pau. Caſt. in d. §. adipiſcimur, vbi hanc opinionem tutatus ſum ↄ̃ Raphaelem Cumanum, Ludouicum Romanum, Alexandrū Iaſ. Bartholom. Socinum, & alios Doctores, qui cum Zaſio contrarium tenent, per. §. pupillus, verſ. ſed in proximis, inſti. de inutil. ſtipulat. qui tex. loquitur de iuris benignitate, qua proximi infanti, quamuis nihil intelligant, nec vllam habeāt voluntatem poſſunt omnia, quæ proximi pubertati poſſunt, quia idem ius in eis propter vtilitatem eſt receptum, d. verſic. ſed in proximis, at de rigore iuris, in quibus terminis loquitur d. §. adipiſcimur, & ibi Doctores non poſſunt acquirere ſoli, quia carent intellectu, & voluntate, quæ requiritur, d. §. adipiſcimur, & d. §. pupillus, verſ. ſed quod diximus.

6 Tertio mouetur Zaſius, quia ex eorum voluntate, & conſenſu oritur naturalis obligatio, citat. l cum amplius. § is natura debet. ff. de regulis iur. l. Stichum. §. naturalis. ff de ſolutio. l. 1. in fi ff. de nouatio. l. cum illud §. hæres. ff. quando dies legati cedit. l. in numerationibus. § ſi pupillo. ff. de ſolutio. l. fin. ff. de iureiuran. cum ſimilib. addo, quia iſtam opinionem tenet ante eum Accurſius, in l. 1. in fi. ff. de nouat. in l. pupillus. ff. de actio. & obli. in l quod pupillus. ff. de condictio. indebi. & Io. Fab. in inſtitu. de author. tutor. in principio, qui omnes certe magno in errore verſantur, & contra eos eſt communis Doctorum opinio, quod propter defectum conſenſus non obligentur naturaliter, vt apparet ſupra, cap. 16. nu 8 Nec obſtāt allegata per Zaſium, quia illæ leges loquuntur de pupillo proximo pubertati, qui poteſt ſe abſque tutore obligare naturaliter, vt l. 1. & ibi Doctores. ff. de nouatio. & ita intelligit gloſ. in d. §. hæres meus, in verbo nihil ei debet, & glo in d. § ſi pupillus, in verbo indebitum ſuum, & ita communiter Docto. intelligunt illas leges loqui de proximo pubertati, & patet, nā in omnibus conſideratur tutoris authoritas, quæ conſiderari non poteſt in infante, & illi proximo, nihil enim poſſunt cū tutore, ſed tutor nomine eorum omnia expedit. §. pupillus, verſic. ſed quod diximus, inſtitu. de inutil. ſtipulat. l prima. §. ſufficit. ff. de adminiſt. tutor. l. ſi infanti. C. de iure delibe. cum ſimil. Concludo igitur aduerſus Zaſium non obligari naturaliter proximum infanti ob defectum voluntatis.

7 Quarto mouetur Zaſius, quia infanti proximi, qui ſunt maiores ſeptem annis, poſſunt contrahere ſponſalia, & ſic habēt conſenſum. l. 2. ff. de ſponſal. quæ nihil probat, voluit allegare l. in ſponſalibus, la 2. & c. literis, c. acceſſit, & cap. de illis, de deſponſatio. impube. c. 1. de deſpon. impub lib 6. Adde, quia hoc eodem arg. motus hoc ipſum vult, Io. Cro. in l. 1. in princip. lect. 1. nu. 52 ff. de verb. oblig. ꝙ proximus infanti habeat conſenſum, & ad hoc etiā affert tex. in l 1 § ſufficit. ff. de adminiſt. tut. vbi maior ſeptem annis poteſt iudicium ſuſcipere tutore authore, & ſic proximus infanti.

Sed dicas falſum eſſe, ꝙ infanti proximus poſſit contrahere ſponſalia, & iudicium ſuſcipere tutore authore: nam illa iura loquuntur de maioribus ſeptem annis, at proximi infanti non ſunt maiores ſeptem annis, vt nunc defendimus: ergo nō loquuntur de proximo infanti.

8 Poſtremo affert Zaſius dictum diui Gregorij in 4. dialog. de quodam puero quinque annorum, qui iurans, & blaſphemans Deum fuit raptus, & exportatus a Diabolo de manibus patris ſui, quod non euenißet ſi non habuiſſet voluntatem, & conſenſum.

Item, ꝙ minores ſeptem annis mentiri, furari, & conuitiari, cæteraque id genus vitia ſequi poſſunt, vt per Gerſo. ſuper cantica canticorum par. 1. conſ 4.

Item mentiri iā poſſunt, vt ſcribit Auguſt. ad Renatū Epiſcopum, & refert gl. in c. paruuli, de conſecratio. diſt. 4. & gloſ. in c. 1. de delic. puerorum, ſed ad primū diui Gregorij dictum ſatis eſt reſponſum infra c 19. Ad alia reſpōdeo, ꝙ loquuntur de maiori ſeptem annis, qui habent voluntatem, nā ſunt proximi pubertati, at nos loquimur de minori ſeptē annis, vt eſt proximus infanti, ſed latius videbis ad hoc reſponſum eſſe infra c. 19. Sic igitur nihil obſtant fundamenta Zaſij, ſed ego vltra cū fortiter oppono de. l. 2 §. voluntatem ff. ſol. mat. vbi furioſus dr̄ habere voluntatē, & conſenſum. ergo & infantes, & proximi infanti, qui furioſo æquiparantur, ſed ad hoc videas reſponſionem per me traditam infra c. 23.

SVMMARIVM.

1 *Doli capaces ſeptem habent annos ætatis.*
2 *Proximi pubertati ſunt doli capaces.*
3 *Infantes, & proximi infanti non poſſunt eſſe doli capaces contra communem.*
4 *Declaratur l impuberem. ff de fur.*
5 *Diffinitio ſiue deſcriptio doli capacis traditur.*
6 *Infantes, & proximi infanti peierare non poſſunt.*
7 *Furioſi non ſunt doli capaces.*

CAP. XVIII.

Tertio modo probatur, quod infantes, & proximi infanti ſunt minores ſeptem annis. Nam qui doli capaces non ſunt, minores ſunt ſeptem annis. At inſantes, & proximi infanti doli capaces non ſunt. Ergo minores ſunt ſeptem annis.

1 Maiorem probo, quia doli capaces ſunt, qui ſeptem habẽt annos, & non minus, vt eſt glo. quam ſingularem exiſtimo, in c. 1. in verbo grandiuſculis, de delictis puerorum: puer enim, qui compleuit ſeptimum ætatis annum, mentiri, furari, conuitiari, cæteraque id genus vitia ſequi poteſt, vt aſſerunt Gerſ. in in tractatu ſuper cantica canticorum, prima parte, conſideratione quarta, & Vldaricus Zaſius, in tractatu de Iudæis, quæſtio 2. verſicu. hoc itaque voluntas, & eſt tex. in d. §. primo, de delict. puerorum.

2 Minorem, ꝙ infantes & proximi infanti non ſint, nec poſſint eſſe in ætate doli capaces, is medijs probo, quia tantum ꝓximi pubertati ſunt doli capaces, vt eſt glo. in l. impuberem, in verbo doli capax. ff. de furtis, & in l. impuberem. ff. ad l. Corneliam de falſ. & in l. ſed & ſi quæcũque. §. ſed & ſi infans, in verbo iniuriæ capax. ff. ad l. Aquiliam, & in l. hæredibus. §. item in cauſa, in verbo pubertati. ff. de dolo malo, Marian. Socin. Senior, in cap. ad audientiam, nume 13. de homicid. Doctor. in clementina prima, eodem titulo, & in c. 1. de delict. puerorũ, Ioannes Igneus, in l. excipiuntur, nu. 35. ff. ad Sillan. Petrus a Pla, in Epitom. delicto lib. 1. c. 23. nu 4. Pet. Duen. de reg. iur. regul. 259. limitatio. 3. Marcus Antonius Nata, conſilio 434. quædam puella, col. 4. nu. 15. & ita voluit etiam Franc. Curt. poſt Paulum Caſtren. in auth ſacramenta puberum, num. 26. C. ſi aduerſus venditio. vbi per hoc reprehendit Ang. in l. impuberem. ff. de furtis, & Ioan. de Ana. in d. c. 1. de delic. puerorum, qui faciebant differentiam inter doli capacem, & proximum pubertati eo, quia datur proximus pubertati, qui non eſt doli capax, pro quorum opinione ego do glo. in l. 3. in verbo animum ff. de vſucap. Sed tamen hoc eſt falſiſſimum, qa qui doli capax eſt, proximus pubertati eſt, vt l. apud Celſum. §. denique Iulianus ff de dolo malo.

3 Et ꝙ infantes, & proximi infanti non poſſint in huiuſmodi ætate eſſe doli capaces, tenet Andreaa Barbat. præclari ingenij vir, in addi. ad Abb. in c. 1. de delictis puerorum, motus hoc vni co fundamento. l. impuberẽ. ff. de furtis, quem tex. ad hoc ego induco. Dicit enim tex. in principio, ꝙ in doli capacẽ cadit furtum, poſtea dicit furtum non cadere in infantes. Ergo infantes non poſſunt eſſe doli capaces, & intellige illum textum, vt loquatur de infante nomine generali, vt etiam cõprehendat proximum infanti, vt late dixi ſupra ca. 3. & ſeq & ita intelligit illum textum, ibi glo. dum tex. dicit, ꝙ impubes furtum facere poteſt, ſi doli capax eſt, exponendo veluti, ſi ſit ꝓximus pubertati non alias: ſentit igitur, ꝙ tantum proximus pubertati poſſit eſſe doli capax, non autem infans, neque proximus infanti.

4 Sed Ludouicus Carrerius in practica criminali. §. circa, nume. 1. reſpondet ad dictam. l. impuberem, dicendo, ꝙ ille tex. loquitur de infante non doli capace, non tamen negat reperiri aliquem infantem doli capacem: ſed hæc reſponſio nihil releuat, quia ille tex. indiſtincte loquitur de infante, & demonſtrat infantem non poſſe eſſe doli capacem, merito indiſtincte eſt intelligendus: vnde alio, & ſecundo modo reſpondet Iaco Bou. in repe. l. capitalium. §. famoſos, nu 180 ff de pœnis dicendo, ꝙ tex. in d. l. impuberem, dicit infantem non eſſe doli capacem iuris præſumptione, non tamen dicit, ꝙ non poſſit eſſe doli capax, & ad hoc cõſiderat verbum putamus, quo vtitur ille textus, quia inducit præſumptionem. Sed hæc reſponſio nullius eſt momenti, nam tex. ille decidit, vt ſupra demonſtraui infantem non poſſe eſſe doli capacem, nec hoc ꝙ vtatur verbo putamus obſtat, quia reſpondeo, ꝙ illud verbũ refertur ad verba, quæ ſequuntur, & dicit: Nos putamus cum impubere doli capace Aquiliana agi poſſe. Itaque pũctus eſt ante quam dicat nos putamus, & ita ſecundum veritatem infantes, & proximi infanti nõ poſſunt eſſe doli capaces, ad hoc videas quæ late ſcripſi infra c. 32.

Et ꝙ infantes, & proximi infanti non poſſint eſſe doli capaces, tenet etiam Marcus Antonius Blancus, in practica criminali. §. imbecillitate, nulla tamen facta mentione And. Barbat. mouetur per d. l. impuberem. ff. de fur.

Secundo mouetur per l. apud Celſum. §. ſi quis non maior. ff de dolo malo, qui tex dicit denique Iulianus ſæpiſſime ſcribit, doli, pupillos, qui prope pubertatem ſunt, capaces eſſe, ergo a contrario vult, ꝙ infantes, & proximi infanti non ſint doli capaces, quia prope pubertatem non ſunt. l. 1. vbi Doctor. ff. de officio eius, & quia incluſio proximi pubertati, eſt excluſio infantis, & proximi infanti, argum. l. cum prætor. ff. de iud. cum ſimilib.

Tertio mouetur per l. hæredibus, in fi ff. de dolo, vbi tex. dicit, ꝙ de dolo eſt conueniendus pupillus ſi ſit proximus pubertati, & ibi glo. reddit rationem, eo, quia eſt doli capax: excludit igitur ille tex. ꝙ infantes, & proximi infanti non conueniantur de dolo, quia non ſunt doli capaces, arg l. 1. ff. de officio eius, & d. l. cum prætor. ff. de iud.

Quarto, & vltimo mouetur per l. pupillum, qui. ff de regu. Iuris, vbi dicitur, Pupillum, qui proximus eſt pubertati, capacem eſſe, & furandi, & iniuriæ faciendæ. Ergo a contrario, ꝙ nõ eſt proximus pubertati, vt infans, & proximus infanti, nõ erit capax iniuriæ faciendæ, & furandi.

Et pro hac opinione, ꝙ infantes, & proximi infanti nõ poſſint eſſe doli capaces vltra alios multa aſſero.

5 Primo, quia doli capax eſt, qui iam diſcernit inter bonum, & malum, vt dicit Archid. in c. illud. 15. q. 1 & Hoſt. in c. exhibita, de homici. vel eſt ille, qui habet vſum rationis, & cognoſcit peccatum, cuius ſignum eſt, quando dat interroganti ordinatas reſponſiones, vt refert S Antoninus, in ſumma, parte ſecunda, tit. 9 c. 8.

At infantes, & proximi infanti nullum habent intellectũ, nec vſum rationis, ſiue diſcretionem, nec ſciunt diſcernere inter bonum, & malum, vt late dixi ſupra, cap. 11. 12. & ſequẽ. nec cognoſcunt peccatum d. c 1. de delictis puerorum, & dixi ſupra c. decimoſexto, numero tertio, merito non poſſunt eſſe doli capaces.

Secundo eſt tex. in l. qui iuraſſe, in princip. ff. de iureiuran. vbi dicitur, ꝙ pupillus non videtur peierare, quia ſciens fallere non videtur, qui tex. loquitur de infante, & proximo infanti: non autem de proximo pubertati, qui peierare, & ſciens fallere poteſt, vt cap. 1 de delictis puerorum, & Alexan in dicta. l. qui iuraſſe, Barto & Doctores, in authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus venditio. Decius in l. pupillum, qui, numero quarto. ff. de regulis iuris; & hoc communiter tenent Doctor. vt teſtatur Panor in conſi. 39 duo ſunt, libro primo, & conſilio 108 illud in effectu, libro ſecundo, Fulgo. conſi. 227. ſic igitur infantes, & proximi infanti non ſunt doli capaces, vt peierare poſſint, ſed tantum proximi pubertati.

Tertio eſt tex. in l. impuberem, in princi ff. ad l. Corneliam de falſ. vbi dicitur, quod dolus malus in eam ætatem non cadit, & ibi glo. intelligit, quod loquatur de infante, & proximo infanti, non autem de proximo pubertati, qui doli capax eſt.

Quarto eſt ad hoc tex. in l. ſed & ſi quæcunque. §. ſed & ſi infans. ff. ad l. Aquiliam, vbi dicit text quod impubes iniuriæ capax, ſi damnum dederit, Aquilia tenetur. & poſtea dicit, ꝙ infans ſi damnum dederit, Aquilia non tenetur, ergo infans non eſt iniuriæ capax, & intellige illum textum, vt nomine infantis comprehendat etiam proximum infanti, vt late dixi ſupra c. 3. & ſeq. & ita intelligit ibi gl. illum textum, dum exponit iniuriæ capax, id eſt, proximus pubertati.

Poſtremo faciunt ad hoc multi tex. vt §. pen. inſtit. de obli. quæ ex delic. naſcun. l. excipiuntur ff ad Senat. Conſul. Sillan. l. tertia. §. fina. de tribut. actio. l. prima. §. an in pupillum. ff. depoſi.

Item, quia infantes, & proximi infanti non obligantur ex delictis iuribus ſupra deductis, & l. prima. §. impuberes. C de fal. mon. l. infans. ff. de ſicarijs, clem. 1. de homicid. cum ſimilibus, vt late dixi, c. 16. num 3. & certum eſt, quod ſi eſſent doli capaces tenerentur.

Item facit, quia furioſi non ſunt doli capaces. vt l. illud. § 1. ff. de iniurijs, c. illud §. 1. 15. q. 1. l. ſed & ſi quæcunque. §. primo. ff. ad l. Aquiliam. cum ſimilibus, at infantes, & proximi infanti æquiparantur furioſis, vt dixi ſupra, cap. decimotertio, numero primo, ergo.

Concludamus igitur, quod infantes, & proximi infanti nõ ſint doli capaces, & per conſequens, quod ſint minores ſeptem annis.

Sed contra obſtat communis opinio Doctorum, de qua videbimus in ſequenti capite.

SVMMARIVM.

1 *Infantes, & proximi infanti poßunt eſſe doli capaces, ſecundum communem Doctorum opinionem, quæ tamen refellitur.*

2 *Puer quinque annorum iurans, & blaſphemans raptus eſt a diabolo de manibus patris.*

3 *Infans 30 dierum fuit teſtis pro beato Britio excuſando.*

4 *Declaratur nouus tex in c. 1. & eius glo. de delictis puerorum.*

5 *Diluuntur ea, quæ Hippol. de Marſil. tradit in l. infans, in princ ff. de ſica.*

6 *Pueri ſeptennes mentiri, furari, conuitiari, cæteraque id genus vitia ſequi poßunt.*

7 *Malitia ſupplet ætatem.*

8 *Quod eſt verum in proximo pubertati, ſiue pubere minori. a 5 annis.*
9 *Pueri 9 10 aut 11 annor grauidas reddiderunt aliquas mulieres.*
10 *Aliqua Doctorum limitationes nonė redarguuntur.*

CAPVT XIX.

Late ſupra demõſtrauimus infantē, & proximum infanti non poſſe eſſe doli capaces.

1 Contrarium tamen tenent Io. And. Abb. Io. de Ana. & alij, in c. 1. de delictis puerorum, Felin. in c. ſi vero de ſentent. excommunica. Philip. Decius. in l. pupillum, & in l. fere. ff. de regul. iur. Hippoly. de Marſil. in l. infans, col. 1. ff. de ſicarijs, & in l. ſi quis te. C. eodem titu. de ſica. & ſingul. 628. incip. his temporibus, nume. 1. & Ludouicus Carrerius in practica crimin. tit. de homic. §. 6. nu. 5. Maria. Socin Senior, in cap. ad audientiam, nu. 12 de homicidio, Sebaſtianus Vantius in tracta. de Nullita. ſenten. ex defec. inhab. ſeu manda compe nu. 6. & 7. Didacus Couar. in initio tertiæ partis relec. clementinæ primæ, de homic. nu. 5. Gunſaldus a Villadiego de irregula. cap. de percuſſore. col. 12. Io. Villenata in repet. l. diuus, nu. 81. ff. ad l. Corneliam de ſicarijs. Petr. a Pia. lib. 1. Epitom. delictorũ, cap 32. nu. 2. Montal. in glo 8 tit 31. par. 7. Petrus a Duen. de regulis iur. reg. 259 limita. 3. Iacobus Boulen. in repe. l. capitaliũ, §. famoſos, nume. 186 ff. de pœn. & hæc tandem eſt communis opinio.

2 Pro hac opinione communi afferũt, ꝙ quidam puer quinque annorum iurans, & blaſphemans fuit raptus, & exportatus a Diabolo de manibus patris ſui, ꝙ Deus non permiſiſſet niſi ille infans fuiſſet doli capax, vt narrat Diuus Gregorius, in 4 dialogo & refert Io. And. in cap. 1. de delictis puerorum, loco tamen ſuppreſſo. Sed ad hoc reſpondet S. Anto. in ſum. 2 par. tit. 9. c. 8. §. 2. col. vlt. ꝙ eis hoc argumentum non valet ſicut nec aui, quæ dicitur Pica, quod aliqua proferat ſine Intellectu, vna autem hirundo non facit ver, vt inquit Philoſophus.

Item ea, quæ exorbitant a iure communi, non ſunt trahenda in conſequentiam, cap. quę a iure. de regulis iuris, in ſexto, & ad ea potius, quæ frequenter, & facile, quam ad ea, quæ per raro eueniunt ius adaptari debet. l. ex his, cum l. ſeq ff. de legibus. ita dicunt Marcus Antonius Blancus, in pract. crimi §. imbecillitate, nu. 8. & Vãtius in trac. de Nulli. ſenten. ex defec. inhabil. ſeu manda. compet. nu. 9.

Item vltra eos ego reſpondeo, ꝙ ille puer per hoc nõ erat dicendus doli capax, quia illud faciebat ex inſtinctu naturæ, qua ſumus omnes proni ad malum, non tamen ex vſu rationis: ſicut etiam videmus in brutis, quæ male faciunt, & tamẽ nullam habent voluntatem rationi ſubiectam. l. ſi boues. ff. ad l. Aquiliam. l. prima §. cum arietes. ff. ſi quadrup. pauper. feciſ. dicatur Lancell. Galiau. in l. 1. in princ. nu. 43. ff de verborum obligationibus. Vel poſſumus dicere, quod id fuit diuino miraculo permiſſum.

3 Sicut etiam, ꝙ infans triginta dierum natus fuerit teſtis ꝑ excuſando beato Britio, quæ omnia potius ſunt admiranda, quam in exemplum humanæ actionis trahenda, quarta quęſtione tertia, in fine.

4 Secundo afferunt, ꝙ dicit Gregorius nonus, in c. 1. de delicts puerorum. Pueris grandiuſculis peccatum nolunt attribuere quidam, niſi ab annis 14. cum pubeſcere cęperint, ꝙ merito crederemus, ſi nulla eſſent peccata, niſi quæ membris genitalibus committuntur, quis vero audeat affirmare furta periura, mendacia non eſſe peccata? ex his plena eſt puerilis ætas, hæc ille.

Ad hoc etiam reſpondent Sanctus Antoninus, & Vantius vbi ſupra.

Sed ego aliter reſpondeo, quod ille textus non loquitur de infante, ſiue proximo infanti, ſed de proximo pubertati: ad hoc conſidero textum dum dicit, pueris grandiuſculis: pueri enim grandiuſculi ſunt proximi pubertati, non autem Infantes, & proximi infanti, vide glo. in l. ſancimus, in verbo, paruuli C. de infan. expoſi nam infantes, & proximi infanti, vt nũc defendimus, ſunt minores ſeptem annis, pueri autem maiores, vt per gloſſam, in proœm 6. in verbo perfectus, & gloſ. in cap. ſi eo tempore, in verbo ætatem. de reſcript. lib. 6. & ſupra dixi, cap. 2. nume. 1.

Secundo conſidero, quia ille tex. loquitur de pueris, qui poſſunt facere furtum, at illi ſunt proximi pubertati. l. pupillũ vbi Docto. ff. de regulis iuris. l. impuberem ff de furtis, cum ſimilibus, ergo.

Tertio conſidero, ꝙ loquitur de illis, qui poſſunt mentiri, at infantes, & proximi infanti non poſſunt mentiri, vt patet, quia is, qui mentitur loquitur contra id ꝙ in animo ſentit voluntate fallendi, cap. is autem. 22. quæſt. 2. at huiuſmodi ætatis pupilli non poſſunt loqui, vt infra patet, cap. 22. nec habent voluntatem fallendi, vt dixi ſupra, cap. decimoſexto, ergo de eis non loquitur.

Poſtremo conſidero, quia ille text. loquitur de illis, qui poſſunt peierare: at infantes, & illis proximi non poſſunt. l. qui iuraſſe, vbi Doctores. ff. de iureiurando late per Doctores, in Authentica, ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vendit. ergo non loquitur de eis.

Quod etiam voluit ibi glo in verbo, grandiuſculis: nam exponit, grandiuſculis. i. doli capacibus, at doli capaces ſunt ꝓximi pubertati, vt ſupra dixi in c. proxi. ergo.

Item exponit, & intelligit, ꝙ ille tex. loquitur de his, qui ſeptem habent annos: at huius ætatis pupilli ſunt proximi pubertati, nam infantes, & proximi infanti, vt ſępe diximus, ſunt minores ſeptem annis, ergo. Recte igitur dicamus, ꝙ ille tex. loquitur de his, qui habent ſeptem annos, vt etiam glo. intelligit, & ſic de proximo pubertati, & ita apparet, ꝙ male reprehendunt gloſſam iſtam Dida. Coua. in Epitom. lib 4. decre. 2. par. c. 5. nu. item 5. & Petrus a Pla. in Epitom. delictorum, lib. primo, cap. nu 4.

5 Tertio pro hac opinione afferunt dictum Hippoly. de Marſilija in dicta. l. infans. ff. de ſicarijs, vbi dicit, ꝙ defecerunt ætates, & illud ꝙ antiquitus faciebant, & ſciebant homines circa vitia, & fallacias, in 15. anno, faciunt nunc infantes in 6. & 7. anno: & adeo infantes modernis temporibus ſunt iniqui, & vitijs dediti, quod nil ſupra, & hoc docet experientia rerum magiſtra, quæ mentiri non nouit, cap. quam ſit, de electione libro ſexto. vere, ait, ego cognoſco, & ſæpe vidi aliquos pueros ſeptem annorum, qui melius ſciunt ludere ad taxillos, & alios ludos prohibitos, & melius ſciunt decipere ludentes ſecum, quam ſciret homo triginta annorum. Et ideo. l. 1. C. de falſa moneta, non habet locum modernis temporibus, ſed tempore compilationis. hæc ille.

Sed ego reſpondeo, & dico, ꝙ Hippol. de Marſil. male poteſt iudicare quales fuerint antiquo tempore pupilli, quia eos non vidit, & credendum eſt, ꝙ ſemper fuerint quales ſunt hodie: mutatio enim non pręſumitur, vt per Andręam Alciatũ, in tractatu de præſump. 2. reg & credẽdum eſt, ꝙ quales olim erant tales hodie ſint, arg. l. ſi cui. §. ijſdem. ff de accuſa cap. cũ in iuuentute. de præſump. c. monachus. 77. diſtinct. l. nonomnes §. a barbaris ff de re milita Alcia in tract. de præſumpt 2. regu. capit. 25. & latius Euerardus in locis argumentorum a tempore ad tempus.

Et e contra credendum eſt, ꝙ quales nunc ſunt tales olim fuerunt, arg l perſona. C. de probat. & l. prima. §. ſi magiſtratus, ff. de magiſt. conuen. l. ſi hi, qui adulterij C. de adul. neque obſtat, ꝙ experientia nos doceat ſexto anno eos eſſe iniquos, vitiiſque deditos, & quod ſciunt ludere, quia poſſumus rñdere, ꝙ ita erant olim, & quod fingebantur non eſſe doli capaces, nullumque habere intellectum, vt aliquorum eſt opinio quam ego veram non eſſe exiſtimo, vt videbitis infra, cap. 21. vnde aliter dico, quod hoc in eis potius ꝓcedit ex inſtinctu naturæ, quam ex vſu rationis, vt etiã videmus in brutis, quæ male faciunt, & habent voluntatem nulli tamen rationi ſubiectam. l. ſi boues. ff. ad l Aquiliam l. prima. § cum arietes. ff. ſi quadrup. paup. feciſſ. dicatur, ſed de hoc latius infra capitulo trigeſimoquarto.

6 Quarto pro hac opinione afferunt, quia qui ſeptimum habent annum mentiri, furari, conuitiari, cæteraque id genus vitia ſequi poſſunt, vt Gerſon aſſerit, in trac. ſuper cantica canticorum, conſideratio. 4 & refert Vldaricus Zaſius, in 2. quæſtio. de Iudæis.

Item, quia, vt inquit Auguſtinus in epiſtola ad Renatum Epiſcopum: Pueri ſeptennes, & mentiri, & verum dicere, & confiteri, & negare iam poſſunt, quem referunt glo. in c. paruuli, de conſecra. diſtin. 4 & glo. in c. 1. de delict. puerorum, & Zaſius memorato loco.

Sed ad hoc facile reſpondeo, & fateor, ꝙ qui ſeptimum iã habent annum ætatis completum ſunt doli capaces, verum illi ſunt proximi pubertati: infantes enim, & proximi infanti minores ſunt ſeptem annis, merito non ſunt doli capaces, & ita repercutitur argumentum in eorum caput, & opinio noſtra confirmatur.

7 Quinto mouentur, quia, vt inquit Ioannes de Anania, in rubrica de delic. puerorum, extra, & poſt eum Hipp. de Marſ. in d. l. infans, nu. 2. de ſicar. induſtria, ſapientia, aſtutia, ſagacitas, prudentia, & malitia ſupplent ætatem, allegant, Cyn. Bart. & Bal. in l. 1 C. qui, & aduerſus quos, & citant. l. ſi alterius. C. ſi minor ſe maior. dixerit, & adde c. a nobis, & c. ſ. illis, de deſpõſa. impuber. & ille, in quo hæc ſupplẽt ætatem, eſt doli capax, vt per Angel. Aret. in §. pupillus, inſtit. de inutil. ſtipula. & Hieróny Cagno in l pupillum qui. ff. de reg. iur.

Et facit: nam quidam pupilli citius intelligunt, quidam tardius,

dius, vt dicunt Io. Fab. in §. pupillus, inſti. de inutil. ſtipula Vldaricus Zaſius, in tract. de Iudæis, q. 2. verſ. videndum, Viglius in §. teſtes autem. nume. 11. inſti. de teſtamen. ordi. vbi dicit, quod citius ſciunt, & intelligunt: qui in vrbe ſunt, quam qui ruri educantur.

Et citius ſciunt, & intelligunt, qui habent corpus bene diſpoſitum: nam, vt inquit Ariſtoteles 2. de Anima. Carne molles bene aptos mente videmus. Item citius ſciunt, & intelligunt, qui habent virtutem imaginatiuam, cogitatiuã, & memoratiuam bene diſpoſitam, vt per ſanctum Antoninum, in ſumma tit. de actu intellectus §. 14. & tit. de vnione animæ ad corpus. §. 2. & tales ſunt illi quos Lombardia, Normandia, & Roma generant, vt per gloſſam, in l. ſequitur, in verbo animum ff de vſucap.

8 Sed his reſpondeo verum eſſe, ꝙ induſtria, ſapientia, &c. ſuppleant ætatem, & illi in quibus hæc ſunt dicuntur doli capaces: At nego, ꝙ malitia, induſtria, &c. inſint in huiuſmodi ætatis pupillis, qui (vt ſupra a nobis late dictum eſt, c. 11. & ſequen.) nullum habẽt intellectum, nullam ſcientiam, aut prudentiam, & conſequenter non habent malitiã, quæ ſuppleat ætatem, nec dici poſſunt doli capaces.

Imò aduerte, quia malitia, induſtria, &c. non ſupplent ætatem niſi in eo, qui pubes eſt, ſecundum Pau. Caſtren. in l. qui iuraſſe, nu. 5. ff. de iureiurando, qui ita intelligit d. l. 3. & eo. tit. C. ſi minor ſe maior. dixe. & ſubdit ꝙ Gui. de Cuneo vult, idẽ eſſe in pupillo proximo pubertati, vt in eo malitia ſuppleat ętatem: ꝙ dicit perpetuo tenendũ eſſe menti, quia non recolit alibi hoc legiſſe, nec Doctores aliquid dicunt, in titu ſi min. ſe maio. dixe. Sic igitur in proximo pubertati, & in pubere malitia ſupplet ætatem: non autem in infante, & proximo infanti, quia non poſſunt in tali ætate malitiam habere, & ita declarandus eſt tex. in d. c. de illis, item tex in d. c. a nobis, vt loquantur de proximis pubertati maioribus ſeptem annis, qui aliquñ poſſunt copula carnali coniungi, vt apparebit infra in ſequenti fundamento. Nec obſtat, ꝙ aliqui citius ſciãt, & intelligãt: aliqui tardius, quia hoc procedit quando iam peruenerunt ad octauum annum, & ſunt proximi pubertati, quia tunc intellectum capiunt l. prima. §. primo, in fi. ff. de acquirenda poſſeſſione, & tunc quidam minus, & quidam magis intelligunt, vt ſupra diximus.

9 Sexto afferunt, quia vt ſcripſit diuus Gregorius in ſuo dialogo, puer nouem annorum ſuam nutricẽ grauidam reddidit vt refert gl. in ſumma 20 q. 1. & ibi etiam Archidiaconus, Hoſtien & Io. And in c. vlt. de eo, qui cogno. conſang. vxor. ſuæ, vel ſpon. Sed aduerte. quia hoc in dialogis diui Gregorii non reperitur, vt aſſerunt Card. Floren. & Io. And. in d. cap. primo de delic. puerorum.

Item afferunt, ꝙ de alio retulit Diuus Hieronymus ad Vitalem. Domino teſte, inquit, non mentior, quędam muliercula cum expoſitum nutriret infantem, & inſtillaret cibos, ac nutricis officio fungeretur, cubaretque cũ eo paruulus, qui vſque ad decimum iam peruenerat annum: accidit vt plus quã pudicitia pateretur ſe mero ingurgitaret, accenſaq; libidine obſcenis motibus ad coitum duceret infantem, prima ebrietas alterius noctis, & cæterum deinceps fecit conſuetudinẽ, nec dum duo menſes fuerant, & ecce feminæ vterũ contumuit.

Item in eadem epiſtola plane, dilucideque oſtendit ex annorum computatione, Salomonẽ, & Acaz Reges cum eſſent decem, aut vndecim annorũ filios genuiſſe: illum, ſcilicet, Roboam, & hunc Ezechiam, & ipſos Reges: huius etiam rei meminit Io. And. in d. c. vlt. de eo, qui cogno. conſang. Quo in loco Hoſtien. ſcribit idem contigiſſe puero decẽ, aut vndecim annor. in Caſtro S. Michaelis, in diœceſi Sicarien.

Item refert Alber. de Roſa. puellam nouem annorum peperiſſe, & hæc refert And. Tiraq in tract. de legibus connub. l. 6 nu. 37. & adde, ꝙ Henricus, in c. 1. de ſponſa refert ſe vidiſſe puellam nouem annorum concepiſſe, & cum ageret annũ decimum peperiſſe

Item dicit ſe vidiſſe in ciuitate Pariſienſi famulum quendã in carceribus detentum, qui ſtuprauit filiam cuiuſdam ciuis Pariſienſis octo annorum, quod etiam refert Ioannes Beruellus in repetitio. cap. primi, de homicidio, in quarta parte, numero 68.

Sed his reſpondeo, ꝙ hæc ſunt de his, quæ raro accidunt, quæ non curat lex. l. ex his, cum l ſequenti. ff. de legib. vel melius quod hæc exempla non probant, quod ſint doli capaces quia quis poteſt copula carnali naturaliter coniungi, & tamen non erit doli capax: vt patet in furioſis, & in animalibus irrationabilibus, qui poſſunt copula carnali coniungi naturaliter, inſti. de iu. nat. gen. & ciui. in princ. & tamen non dicuntur doli capaces. l. illud. §. j. ff. de iniurijs. l. ſed & ſi quæcunque. § 1. ff. ad l. Aquiliam.

Vel dato, quod ideo dicantur doli capaces, tamen reſpondeo, & dico, quod illa exempla omnia loquuntur de maioribus ſeptem annis, & ſic de proximis pubertati, in quibus malitia ſupplet ætatem, & ſic ſunt doli capaces, vt ſupra in quinto fundamento diximus.

Poſtremo, qui hanc tenent opinionem citant ad hoc gloſ. in dicto cap. primo, de delictis puerorum, & glo. in cap. fin. de ſenten. excõmunicat. ſed illæ glo. nihil faciũt pro eorum opinione, nã glo. in dicto cap primo, tenet noſtrã opinionem, vt dixi ſupra in ſecundo fundamento, & glo. in dicto cap. fi. non dicit, ꝙ infantes, & proximi infanti ſint doli capaces, ſed tantum exponit tex. pueris, id eſt, doli capacibus, & doli capaces, & pueri ſunt maiores ſeptẽ annis, & proximi pubertati, ergo. Concludamus contra communẽ Docto. ſententiam, ꝙ infantes, & proximi infanti, non poſſint eſſe doli capaces, & per ꝯſequens ſint minores ſeptem annis.

10 Ex ſupra dictis patet limitationem, quam tradit Hippol. de Marſil. in dicta. l. infans. ff. de ſicar. quod illa lex non habeat locum in infante doli capace, & illam, quam tradunt Abb. & Io. de Anan. in cap. primo, de delictis puerorum, quod tex. in clementina prima, de homicid. non habeat locum ſi infans ſit doli capax, & alias ſimiles limitationes, quas tradere vltra eos poſſumus ad l. 1. §. impubes. C de falſa moneta, & ad l. qui iuraſſe. C. de iureiuran. vt non habeant locum in infante doli capace, & ad tex. in authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vendi. qui non habet locum in infante, & proximo infanti, vt ibi Barto. & Docto. limitetur, vt habeat locum in infante doli capace, iſtas omnes limitationes, & ſimiles, quæ tradi poſſunt, patet eſſe malas ex ſupra dictis, quia infantes, & proximi infanti non poſſunt eſſe doli capaces.

SVMMARIVM.

1 *Qui fari non poſſunt propter ætatem minores ſunt ſeptem annis.*
2 *Verbum fari, quid ſignificet.*
3 *Infantes fari poſſunt ſecundum communem Doctorum ſententiã cuius fundamenta confutantur, & in contrarium eſt magis communis opinio, & veritas, ut cap ſeq.*
4 *Diſtinctio Doctorum inter eum infantem, qui fari poteſt, & eum qui fari non poteſt reprobatur.*
5 *Loqui, ſiue fari dicitur, qui intelligit.*
6 *Declarantur. l in negocijs ff de reg. iur. l. 1. §. penult. ff. de act. & obligat. l. ſeruum ff. rem pup ſal fore. l pupillus ff. de acquirenda hæreditate, cum ſimilibus.*
7 *Infans dicitur, id eſt, valde fans noua etimologia, quæ tamen reijcitur.*

CAP. XX.

Quarto quod infantes, & proximi infanti ſint minores ſeptem annis, demonſtro: nam qui fari propter tenellã ętatem non poſſunt, minores ſunt ſeptẽ annis: at infantes, & proximi infanti fari nõ poſſunt, ergo minores ſunt ſeptem annis.

1 Maiorem probo, quod is minor ſit ſeptem annis qui fari non poteſt, per tex. in l. 1. §. ſufficit. ff de adminiſtratione tutorum, & tex. in l. in negocijs ff. de regulis iur. iuncta dicta l. j. §. ſufficit, & tex. in l pupillus. ff. de acquirenda hæreditate, iũcta l. ſi infanti. C. de iure deliberan. & facit, quia, vt inquit Auguſtinus, in Epiſtola ad Renatum Epiſcopum Puer ſeptennis, & mentiri, & verum dicere, confiteri, & negare iã poteſt, refert glo. in c. paruuli. de conſecratione, diſt 4 & c. 1. de delic. puerorum, & Vldari. Zaſ. in 2 quæſt. de Iudæis.

2 Minorem, quod infantes, & proximi infanti fari non poſſint demonſtro. Sed in primis pro huius rei clara intelligentia præmitto, quid ſignificet verbum fari. Et ſecundum Ioannẽ Coraſium linguæ latinæ peritiſſimum, & Iuriſconſultum clariſſimum, in l. 1. in prin in verbo neque infans, nu. 21. ff. de verborum obligationibus. fari eſt idem quod dicere, ſiue loqui: hinc prætorum faſti dies, quibus ius dicebatur, triaque verba prætoribus ſine piaculo fari licebat, ſcilicet, Do, Dico, & Addico.

Nefaſti autem dies dicebantur, quibus fari, id eſt, ius dicere non licebat, idque Ouidius ſignificare voluit, dum dixit.

Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur,
Faſtus erit per quem lege licebit agi.

Proinde idem Ouidius libros faſtorum appellauit, in quib. totius anni res Romani populi (vt Feſtus ait) ſcriptæ continebantur, & feſtiuitatum cauſæ explicabantur, de quibus idem Ouidius.

Et quo ſit merito, quæq; notata dies
Inuenies illic, & feſta domeſtica nobis
Sæpe tibi pater, eſt, ſæpe legendus auus.

Fari autem teſte Varrone minus erat, quam loqui, nam pueri cum primum vocem edere incipiunt, quæ intelligi poteſt

fari

fari dicentur Plin.lib.11.cap.51. qui celerius fari cœpere tarde ingredi incipiunt. Loqui autem nemo dicitur, niſi qui ſeruato quodam ordine verborum perfecte, quæ ſentit efferre poteſt. Sed hæc Varronis differentia non ſeruatur, teſte Calepino, merito fari, loqui, ſiue dicere importat.

Hoc ſtante nunc videamus, vtrum infans fari poſſit.

3 Et in hac quæſtione duæ ſunt opiniones Doctorum. Prima eſt eorum, qui volunt infantem fari poſſe quinto, & ſexto ætatis anno: huius ſententiæ fuerunt glo.in l.mater.ff.de verb. oblig.& in l.1.in princ.& ibi hoc etiam tenent Dyn.Bar.Pau. Caſtren. Aret. Petrus de Bellapertica. Iaſ. & quamplurimi alii ff eo. de verb. oblig.glo.in l.1.in fi ff de actio.& obligat.& in l. quoties, in princ ff.de adminiſt.tuto.& in § pupillus, inſti de inutilib.ſtipul.& vt tandem finem imponam, hoc tenent communiter omnes glo.vt teſtantur Alex.& Iaſ.in d.l 1 in princip ff. de verb.oblig & communiter ſequuntur Doctores, vt teſtantur Arc.Imo.Iaſ.Barto.Soci.Lancel.Galiaula, & Hier.Butig. in d.l.1.in principio.

Pro qua mouetur hoc medio, quia experientia rerum magiſtra, quæ mentiri non nouit, cap. quam ſit, de electio in ſexto, nos docet oculata fide infantes in quarto, & quinto anno expedite loqui.

Sed tenendo contrarium, ꝙ infantes fari non poſſunt, reſpondeo quod hic Docto.duobus modis errant.

Primo, dum credunt maiorem quinque annis eſſe infantē in ſpecie, nam vt ſupra demonſtrauimus, ca 3. & ſequentibus infans in ſpecie eſt, qui adhuc lactat, aut eo paulo maior. Vnde, potius retorquetur hoc argumentum, quia naturaliter videmus, quod illi qui adhuc lactant, & iis paulo maiores non poſſunt loqui, ſiue fari.

4 Secundo, quia diſtinguunt inter eum infantem, qui fari poteſt, & eum qui fari non poteſt, quæ diſtinctio iure non probatur, merito reiicienda eſt, vt etiam dicit Marianus Socinus Iunior, in dicta l.prima, in principio, num.99 ff.de verborum obligationibus.

Vltimo dico, ꝙ neque minores quatuor, vel quinque annis, nec minores ſeptem annis, & ſic proximi infanti fari poſſunt. nec obſtat, ꝙ experientia ipſa videamus, eos loquentes, quia hoc non eſt verum: ſed videmus, quod verba proferunt tantum, & tantum habent vocem, quæ aures noſtras percutit. Tamen, quia ſine intellectu, & mente verba faciunt, nō dicuntur loqui, ſiue fari.

5 Sicut nec auis, quæ dicitur Pica: Is enim dicitur loqui, aut fari, qui intelligit verba, quæ profert.l. Labeo.§.idem Tubero ff.de ſupellec.leg.c.is autem.22.q.2.l.ſancimus, in princ ff.ad Senat Conſul.Trebel.& ita dicunt Alci.in l.1.in princ. nu.30. & Lancel.Galiau.ibidem, nu.16.& 63.ff.de verb.oblig Philip. Decius, in l.infanti, in princip C.qui admitti, & latius infra dicemus, in ſequenti capitulo. Vel dicas, ꝙ quamuis videamus eos naturaliter loqui, tamen iuris cenſura cenſentur fari non poſſe.l.ſi infanti C.de iure delib.l.mulier.ff de verb.oblig. late per Hieron Butig.in d.l.1.in prin.nu 67 & Carol Ruin.nu.20. & Maria.Soci.nu 95.ff.de ver.oblig.ſed latius infra c.23.ſic igitur non obſtant eorum fundamenta.

Sed vltra eos ego pro hac opinione affero, & primo, quia Ariſtot.in Problem.refert aliquos, qui ſtatim, quod nati ſunt loquuti fuerunt.

Item, quia, vt ſcribit Herodotus Crœſi filius cum eſſet infans loquutus fuit, refert Cice.de Diuinat.

Item, quia infans triginta dierum fuit teſtis pro beato Britio excuſando, vt 4 q 3.in fi.ſed hæc ſunt de raro contingenti.quæ lex non curat, nec in conſequentiam ſunt trahenda, vt l.nam ad ea.ff.de legib.d 4 q.3.in fi.

6 Secundo pro hac opinione induco tex.in l in negocijs. ff. de regulis iur quem pro contraria opinione inducebant alio modo Soci & Croi.in d l.1.in princ ff.de ver.obli retorqueo igitur contra eos illam legem, nam ibi probatur, ꝙ ille poteſt fari, qui licet non intelligat poteſt omnia negocia tutore authore agere: at infans eſt, qui non intelligit, & tutore authore gerit omnia negocia, videlicet, obligat alios, & alijs obligatur vt eſt opinio Caro. Rui.& Iaſ.in l.1.in princ ff. de verbo.obli. quam recitauimus in nouis declarat.ad l ſeruum, in verbo recte cum ſtipulari, in 4 ſolu ff rem pup.ſalu.fore.proximi autē infanti, & proximi pubertati ſine tutore obligant alios.§ pupillus, in princ & verſ.ſed in proximis, Inſtit. de inut.ſtipul.ergo infans poteſt fari.

In primis dico, quod illa opinio Ruini, & Iaſonis, quod infans poſſit agere tutore authore omnia negocia, eſt reprobata a Docto.communiter, vt videre poteris in dictis nouis declarationib.ad l.ſeruum, in verbo recte cum ſtipulari. ff rem pup.ſal.for.

Item tex.in d.l.in negocijs, non loquitur de infante, nec de proximo infanti, vt ibidem demonſtrauimus in fi.ſed de proximo pubertati, nam ille tex.dum dicit, poteſt agere omnia negocia tutore authore, eſt intelligendus de rigore iuris, & gloſſandus per d.§ pupillus. ita tamen, vt vbi eſt neceſſaria tutoris authoritas adhibeatur tutor, veluti ſi ipſe obligetur, nō tamen ſi promittat: at hoc nō poteſt infans, nec proximus infanti, d.§ pupillus, verſ.ſed quod diximus, ergo de eis non loquitur, quod fari poſſint.

Tertio induco.l.1.§.penult.ff de actio.& oblig. nam ibi dicitur, ꝙ ille poteſt loqui, qui quamuis non intelligat poteſt ſtipulari, & promittere: intellige tutore authore. Nemo enim poteſt promittere abſque tutore, inſtit.de auth.tuto. in prin. & d § pupillus, in princ.merito nec ſtipulari: vna enim determinatio reſpiciens plura determinabilia debet æqualiter determinare.l.iam hoc iure.ff de vulg.& pupil.ſubſtit. at infans eſt, qui poteſt promittere, & ſtipulari tutore authore, vt diximus in nouis declarationibus ad d.l.ſeruum, in verbo recte cum ſtipulari, in 4 ſolu.ſed dic ꝙ eorum opinio ibi reprobatur, nam verba illa, poteſt ſtipulari.& promittere, gloſſantur per d.§.pupillus, in princ.ita tamen, vt vbi tutoris authoritas neceſſaria eſt adhibeatur tutor, veluti ſi obligetur: non autē ſi alium ſibi obliget. Nec obſtat, ꝙ vna determinatio reſpiciēs plura determinabilia æqualiter determinare debeat, quia illud non procedit quando militat diuerſa ratio, vt videre poteris, vbi ſupra.

Quarto eodem modo poſſumus inducere.l.ſeruum.ff.rem pup ſalu.fo nam ibi probatur, ꝙ qui poteſt rem pupilli ſaluam fore ſtipulari, & agere de iuris benignitate, poteſt etiam fari: at ille, eſt infans, qui poteſt de iuris benignitate ſtipulari rem pupilli ſaluam fore, vt tenent ibi glo & communiter Doctores, vt late dixi in nou.declar. ad dictam.l.ſeruum: ergo infans fari poteſt.

Solue, & dicas, ꝙ ille, qui ibi poteſt ſtipulari non eſt infans Imo ſm magis communem opinionem eſt proximus infanti. Imo verius eſt proximus pubertati, ſecundum nouam meam opinionem, de qua latius ibi.

Quinto ego conſidero, ꝙ is, qui poteſt tutore authore acquirere hæreditatem, poteſt fari.tex.eſt in l. pupillus ſi fari. ff. de acquir. hæredi. at infans poteſt adire hæreditatem tutore authore, vt l.ſeruum inuito.§.ſi pupillo.ff.ad Senat.Conſul.Trebel.tenent glo.& Doct.in l.potuit C.de iure delib.& in d.l.pupillus. ergo poteſt fari.

Sol.quia falſum eſt, quod infans poſſit adire tutore authore hæreditatem, quia eſt tex.in contrarium, in l.ſi infanti.C. de iure deliberan

Imo nec proximus infanti poteſt adire hæreditatem tutore authore, ſed ſolus proximus pubertati poteſt, vt late infra apparebit.cap 24

Sexto conſidero, quia qui non habet intellectum poteſt fari.l.ſeruum.ff rem pupil.ſal.l.in negocijs.ff.de reg. iur.l 1. §. penult.ff.de actio.& oblig l.pupillus ſi fari ff.de acquir. hære. at infans, & proximus infanti nullum habent intellectum, & furioſo æquiparantur.dicto §.pupillus, & late ſupra cap.vndecimo, & ſequen.ergo.

Solue, quia illi tex.intelliguntur ꝙ non poſſunt intelligere, neque diſcernere plene, aliquem tamen habent intellectum, vt late dixi in declarationib. nou.ad d.l.ſeruum, in verbo etiā ſi eius ætas exierit, vt non intelligat.

Septimo facit tex.in l.ſi quis in emancipatum.C.de donat. & in l: infann.C.qui admit. nam loquendo de infante dicunt prius quam fari, & loqui poſſit. innuit igitur, quod infans fari poteſt aliquo tempore in infantili ætate.

Sol quia illi tex. non dicunt ante quam fari poſſit in infantili ætate, ſed ſimpliciter dicunt ante quam fari poſſit: intellige, id eſt, ante quam deueniat ad pubertatem, quo tempore fari poteſt: loquitur enim de infante in genere.

7 Octauo facit etimologia infantis, quæ non eſt, vt alij huc uſque crediderunt.i.non fans, ſed vt mea fert opinio infans dicitur, id eſt, valde fans: eo, quia multum loquitur infans, qui eſt.facit author ad Herennium, ibi: Vt huius infantiæ garrulā diſciplinam contemneremus, & And.Tiraq.in tract.de legib. connubialib l.1 s.nu.15.vbi inquit Hoc eſſe perpetuū, ꝙ vbicunque minus eſt cordis, & roboris, ibi plus ſit linguæ, vt in auibus natura garritum, & aliarum vocum imitationem dedit: auris, & leonibus non item: & in pueris ſenibus, & mulieribus, quoniam eſt imbecillior corporis, & animi vigor, lingua eſt intemperantior: hæc Tiraq. ſic igitur infantes, id eſt, valde fantes.

Eſt enim verbum compoſitum ex præpoſitione in, & verbo fari, quæ præpoſitio in compoſitione ſtat ſæpe negatiue, vt per Docto.in rub ff.ſoluto matrimonio, ſed ad hoc videas, quæ dixi ſupra cap 6.nu.5.

Poſtremo pro hac opinione videtur facere illud pſalm. Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem, &c.

Illud

Item ſ[illegible]ud Euangel. Luc. 1. vbi de S. Ioanne dicitur: Die octauo apertum eſt illico os eius, & loquebatur benedicens Deum. Sed hæc ſunt miracula, quæ ſunt potius miranda, quã in conſequentiam trahenda, 4. q. 1. in fi. Sic igitur hæc communis Doct. opinio iure non probatur.

SVMMARIVM.

1 *Infantes fari non poſſunt ſecundum magis communem Doctorum ſententiam.*
2 *Declaratur l. in negocijs ff de reg. iur.*
3 *Butigellæ conſiderationes confutantur.*
4 *Multis legibus probatur infantem fari non poſſe, quæ etiam declarantur.*
5 *Infantis etymologia eſt, id eſt, non fans.*
6 *Furioſus fari non poteſt, & dicitur carere voce.*
7 *Infantes non poſſunt de feudo inueſtiri, quia non poſſunt fari.*
8 *Nec poſſunt arrogari.*

CAPVT XXI.

1 Secunda igitur eſt Doctorum opinio, Infantes nullo modo fari poſſe, quam tenent Martinus antiquus gloſſator, & Bald. in l. ſeruum. ff. rem pup. ſalu. fo. Petr. & Dyn. in l. 1. C. de inut. ſtipu. Azo in ſumma, de verborum obli. Rainer. in l. 1. §. 1. ff. de act. & oblig. Io. de Imo. Raph. Cuma. Ludo. Roma. Alex. Bart. Soci. in l. 1. in princ. & ibi omnes moderni, vt teſtatur ibi Iaſ. nume. 22. ff. de verb. oblig. & hæc eſt magis communis Doctorũ opinio, vt ibi teſtantur Andr. Alciat. Claud. de Seiſel. & Hieronym. Butigella.

2 Pro quorum opinione, primo facit text. in l. in negocijs. ff. de reg. iur. illum tex. inducendo duobus modis.

Primo, vt per Bartholomæum Socinum, Carolum Ruinũ, & Iacobum de Nigris, in d. l. 1. in princ. Nam infans, & furioſus æquiparantur, vt §. pupillus, verſ. nam infans, inſti. de inut. ſtipul. latius ſupra c. 13. nu. 1. at in d. l. in negocijs, text. dicit, quod furioſi differunt ab illis, qui fari poſſunt. ergo & infantes differunt, & ſic fari non poſſunt.

3 Sed Hiero. Butig. in d. l. 1. in princ. nu. 67. ff. de verb. oblig. reſpondet huic arg.

Primo quod æquiparantur furioſi, & infantes, qui fari non poſſunt, & ita procedunt leges, quæ eos æquiparant: ſecus eſt de infante, qui fari poteſt, quia is differt a furioſo. d. l. in negocijs.

Alias, ſecundum eum, ſequeretur, quod etiam ille text. non loquatur de infanti proximo, quia & ille furioſo æquiparatur, dicto. §. pupillus, quod non eſt dicendum, quia is fari poteſt.

Sed ego replico, & dico, quod Hieron. Butigella male diſtinguit inter eum infantem, qui fari poteſt, & eum qui fari non poteſt, vt ſupra c. 20. nu. 4. dixi. omnes igitur infantes: Immo, & proximi infanti æquiparantur furioſis. d. §. pupillus, & per conſequens differunt ab illis, qui fari poſſunt, vnde fari non poſſunt, neque eſt aliquod abſurdum in proximo infanti, quod fari non poſſit, vt infra demonſtrabo. c. 22.

Secundo reſpondet Butig. quod æquiparantur furioſi, & infantes tamen non ita, vt in aliquo non differant. patet. ex tex. in d. §. pupillus. verſicu. nam infans, inſtit. de inut. ſtip. dum dicit tex. non multum diſtant a furioſo, ergo in aliquo differunt. & ſic, quia poſſunt infantes fari, furioſi autem non.

Sed iſta conſideratio Butigellæ alias a nobis eſt diſſoluta, vt videre potuiſtis ſupra cap. 15. nu. 5. vbi declarauimus quomodo ſint intelligenda illa verba, non multum a furioſo diſtant. Sic igitur ille tex. recte probat, ſecundum illam inductionem, infantem fari non poſſe.

Secundo modo inducit Crotus illum textum, in l. prima, in princip. nume. 7. lect. 2. ff. de verb. oblig. nam ille dicitur fari, qui poteſt tutore authore omne negocium recte gerere, d. l. in negocijs. at infans non poteſt omne negocium recte gerere tutor. autho. d. §. pupillus, ver. nam infans, & verſ. ſed in proximis, ergo non poteſt fari.

Ad hoc Croti argumentum non video a Doctoribus eſſe reſponſum, ego tamen reſpondeo, quod immo infans poteſt omne negocium recte gerere. nec obſtat. d. §. pupillus, quia loquitur de infante, qui fari non poteſt, infans autem, qui fari poteſt, poteſt, etiam omne negocium gerere tutore authore, vt eſt ſententia Pau. Caſtren. & aliquorum, in l. prima, in princi. ff. de verb. obligatio. vt late dixi in nouis declar. ad l. ſeruum, in verbo, recte eum ſtipulari, in quinta ſolutione: vbi tamen hanc opinionem Caſtrenſis reprobauimus, quia iſta diſtinctio non eſt bona, vt ſupra, c. 20. numero quinto, dixi, & tex. in dicto. § pupillus, loquitur de omni infante, immo etiam de proximo infanti.

Vnde ſecundo modo reſpondeo, quod infans poteſt omne negocium gerere tutore authore, videlicet, obligare alios, & ſe alijs obligare, vt eſt opinio Iaſ. in d. l. 1. in princ. nume. 22. & Ruin. columna vltima, & Maria. Socin. ibi, nume. 98. nec obſt. d. §. pupillus, quia loquitur, quando infans vult ſtipulari abſque tutore, quia non poteſt. cum igitur poſſit omne negocium recte gerere, ergo poteſt fari d. l. in negocijs.

Sed replica, & dicas, quod dic. l. in negocijs, loquitur, quando quis promittit abſque tutore, nam verba illa, pupillus omnia negocia tutore authore agere poteſt: gloſſantur per. §. pupillus, inſtit. de inutil. ſtipul. Ita tamen, vt vbi tutoris authoritas eſt neceſſaria adhibeatur tutor, videlicet ſi obligetur: non autem ſi ſtipulatur. 5

Item dicas, quod illa Iaſonis, & Ruini opinio non eſt vera, vt late demonſtraui, in d. l. ſeruum, in verbo, recte eum ſtipulari, in quarta ſolutione.

Tertio poſſumus reſpondere, quod in dicto § pupillus, non probatur, quod infans non poſſit gerere omne negocium niſi a contrario ſenſu, quod argumentum non eſt accipiendum ad legum correctionem, vt inquit Angelus, in dict. l. prima, in principio. ff de verborum obligationib. ſed dicas, quod immo directe probatur, in verſ. nam infans, nem nulla eſt lex, quæ in contrarium faciat, merito valet argumentum a contrario ſenſu l. prima. ff. de officio eius, & ibi Doctores, ſed latius videas ad hoc quæ in d. l. ſeruum, ver. recte eum ſtipulari, dixi. ſic igitur Croti argumentum recte procedit.

4 Tertio vltra alios pro hac opinione induco tex. in l. pupillus, ſi fari. ff. de acquirenda hæreditate, vbi qui poteſt tutore authore hæreditatem adire, poteſt fari, at infans non poteſt tutore authore hęreditatem adire, ſed tutor nomine infantis. l. ſi infanti. C. de iur. delib. ergo non poteſt fari.

Solue, quia immo poteſt tutore authore hæreditatem adire, vt tenet glo. in l. potuit. C. de iure deliber. & in d. l. pupillus, ſed dicas, quod verius eſt infantem non poſſe adire hæreditatem, vt late videbitis infra c. 23.

Quarto pro hac opinione eſt text. in l. prima. §. penultimo. ff. de actio. & oblig. vbi, qui poteſt ſtipulari, & promittere, poteſt loqui: at infans non poteſt ſtipulari, nec promittere. l. 1. in princip. ff. de verborum oblig. l. mulier. ff. eo. & §. pupillus, inſti. de inuti. ſtipu. ergo.

Sed poſſumus reſpondere, quod poteſt ſtipulari, & promittere tutore authore, vt eſt ſententia Iaſon. & Ruin. in dicta l. prima, in princip. ff. de verborum obligatio. & dicta l. 1. l. mulier, & §. pupillus, loquuntur abſque tutore. Sed iſta opinio Iaſonis, & Ruin. non eſt vera, vt dixi ſupra in tertio fundamento, in ſecunda ſolutione, & late in dicta l. ſeruum, in verbo, recte eum ſtipulari, ſolut. 4.

Secundo ſolue, quia dicta l. prima l. mulier, & §. pupillus, loquuntur de infante, qui fari non poteſt. Sed hæc ſolutio etiã eſt nullius momenti, vt ſupra dixi in 3. fund. ſolu. 1.

Tertio poſſumus reſpondere, quod non poteſt infans ſtipulari de rigore, & ita procedunt contraria, ſecus de iuris benignitate, vt loquitur d. l. 1. §. penult. ſed dic, quod nec de iuris benignitate poteſt, vt d. §. pupillus, ver. ſed in proximis, & late dixi, in d. l. ſeruum, in verbo, recte eum ſtipulari.

Quinto pro hac opinione eſt tex. in l. ſeruum. ff. rem pupil. ſaluam fo. vbi, qui poteſt ſtipulari, & agere, poteſt fari: at infans, vt ſupra diximus, nõ poteſt ſtipulari, tutore authore, nec etiam poteſt agere, vt l. prima § ſufficit. ff. de adminiſtratione tutorum, ergo.

Sed reſpondeas, & dicas, quod infans non poteſt agere, & ſtipulari in omni caſu de rigore iuris, ſecus eſt in ſtipulatione rem pupilli ſaluam fore, quia receptum eſt, quod poſſit infans ſtipulari, & agere in hoc caſu, vt intelligunt communiter Doctores illum tex. l. ſeruum. Sed dicas, quod iſta communis opinio non eſt vera, & quod immo ille textus loquitur in omni caſu, vt ſatis plene dixi, in dicta l. ſeruum, in verbo, recte eum ſtipulari.

Sexto eſt tex. in l. prima, in princip. ff de verborum obligat. quem text. ita induco. dicitur ibi, quod ſtipulatio non poteſt fieri, niſi vtroque loquente, & ideo infans ſtipulari nõ poteſt: ergo infans vtroque loquente ſtipulari non poteſt, & ſic non poteſt fari. alias illatio Iuriſconſulti non eſſet bona, quia debet neceſſario ſequi ex præmiſſis, vt ibi dicit Ripa, nu. 1. & eſt tex. in l. 1. § 1. ff. ſi cer. peta.

Solue, quia ibi loquitur, vt alias dixi, de infante, qui fari non poteſt ſecus in eo, qui fari poteſt, quæ infantium diſtinctio a nobis ſæpe fuit ſupra reprobata, & in capitulo vigeſimo, numero quarto.

Vnde ſecundo modo ſolue, quod ibi fit illatio in infante, vt non poſſit ſtipulari, non quia fari non poſſit, ſed quia intelligere non poteſt, vt ibi docent Barto. Pau. Caſtren. & communiter Doctores, dum ſubaudiunt ad textum, in verbo, vtroque loquente, & ſermonis efficaciam intelligente, & ideo infert

fert

fert tex.quod infans ſtipulari nõ poteſt,quia ſermonis efficaciam non intelligit,licet loqui ſciat.

Sed replica,quod illa communis ſubauditio non eſt bona, vt apparebit infra c.23.merito non poteſt fieri illatio, niſi eo, quia fari non poſſit.

Item dato,quod illatio fiat,vt non poſſit ſtipulari,quia non intelligit:fit etiam illatio,vt ſtipulari non poſſit,quia fari non poteſt:nam qui non intelligit verba,quæ profert,non dicitur loqui,vt l.Labeo ff de ſupel.lega.l.ſancimus,in princ.ff.ad Senat.Conſul.Trebel.vt late ſupra c.20.nu.4.

Septimo pro hac opinione facit tes.in l.fi.§.pupillus,& tex. in l.mulier.ff.de verborum obligationib.vbi qui poteſt ſtipulari,poteſt fari:at infans non poteſt ſtipulari,ergo neque fari. quod non poſſit ſtipulari,eſt d.l.j.in princ & d.l.mulier, & d. §.pupillus,inſti.de inut.ſtipul.

Octauo facit tes in l.ſeruo inuito.§.ſi pupillo. ff ad Senat. Conſultum Treb vbi dicitur,ꝙ infans non poteſt petere, vt hæreditas adeatur,quia fari non poteſt: ſed ad hoc poſſes dicere,quod loquitur ille text.de infante, qui fari non poſſit,ſecus ſi fari poſſet:quæ ſolutio,vt ſæpe dixi,nullius eſt momenti,licet communiter Doct.ea vtantur.

Nono eſt tex.in l prima.§ ſufficit.ff.de adminiſtratione tutorum:vbi dicitur pro his,qui fari non poſſunt,tutores iudicium ſuſcipere debeant. pro his autem, qui ſupra ſeptimum annum ſunt,authoritatem præſtent,ergo minores ſeptem annis fari non poſſunt:at infans,ſecundum omnes Doct. eſt minor ſeptem annis.l.ſi infanti.C.de iure delib. ergo fari nõ poteſt:& iſte tex.quidem probat hoc recte.

Decimo facit, quia vt conſiderat Lancellotus Galian.in l. prima,in princ.ff.de verborum obligationib.& poſt eum Iac. de Nigris,nu.137.leges nunquam dicunt,infans ſi fari poteſt, ſed pupillus ſi fari poteſt,merito infans fari non poteſt.Ita dicit Galiau. ſe conſideraſſe pro hac opinione contra quẽdam magnum Doct. qui ſatis remanſit confuſus.

Sed Iacobus de Nigris reſpondet ibidem,quod nõ eſt differẽtia,an dicatur,pupillus ſi fari,vel infans ſi fari, nam infans pupillus eſt,& pupillus dicitur,vt l.ſi infanti,ibi infanti pupillo conſtituto.C.de iure deliberan.& §.pupillus,inſtitut. de inutili.ſtipulatio.

Secundo reſpondet, ꝙ contra Galiau. eſt tex.in l.infantis. C.qui admitti,& text.ſi quis in emancipatum.C. de donatio. ſed illę leges mea quidem ſentẽtia nihil faciunt ad rem,quia, dum dicunt prius,quam loqueretur, intelliguntur.i.prius,ꝙ ſit proximus pubertati,quo tempore loqui poteſt,vnde melior eſt prima ſolutio.

Vndecimo facit tex.in l.3.§.ſi pupillus,in fi.ff.ad Senat.Cõſultum Trebel.ibi,nec datur curator,niſi petenti, itaque infanti dari non poteſt:præſupponit igitur,quod infans non poſſit fari,nec petere curatorem:niſi reſpondeas, ꝙ loquitur de eo infante,qui fari non poteſt,ſed hæc reſponſio, vt ſæpe dixi eſt nullius momenti.

Duodecimo facit res.in l.cum quaſi abſente.§ ſi plures.ff. de fideicom liber.vbi prius dicit,ꝙ fari non poteſt, & poſtea declarat,quod eſt infans.

Tertiodecimo facit res.in l.ſi quis in emancipatum. C. de donatio. & in l.infanti, vbi Dec. lectu.prima, & ſecunda.C. qui admitti.

Quartodecimo facit, quia abſens non dicitur proprie loqui,vt l.1.in prin & ibi no.Ludo.Roma.Alex.Soc.& Galiau. ff.de verborum oblig.at infans æquiparatur abſenti.l ſi pupillus.ff ex quib.cau.in poſſeſſ.eatur,cum ſimil.vt late dixi ſupra c.14.nu 8 merito.

5 Quintodecimo,ꝙ infans fari non poſſit,patet ex etymologia vocabuli, quæ dat verbis proprium ſignificatum, maxime quando diffinitio non repugnat.l.notionem.l.inſtrumẽtorum.l. quibus præcipua.i.tugurij l.vt Alphenus.l. pupillus. §.territorium,cum ibi notatis per glo.ff.de ver.ſig.at etymologia infantis eſt.i.non fans,vt late dixi ſupra.c.6.nu.5.ergo infans fari non poteſt.

6 Sextodecimo facit,quia infans,& furioſus æquiparantur,late dixi ſupra,c.13.nu.1.at furioſus dicitur carere voce, & nõ fari l.ſancimus, in principio. C. ad Senatus Conſultum Trebellianum. l. in negocijs. ff. de regulis iuris, ergo fari non poteſt infans.

Poſtremo facit text.in l. prima C. ad Senatus Conſultum Tertullia.& diuus Auguſtinus libro ſecundo, de libe arbitrio: vbi dicit,quod loqui non poſſe,& ſcire non poſſe,infanti naturale eſt.

Item Calepinus dicit,ꝙ infantes ſunt,qui fari nondum didicerunt. Cui ſtandum eſt,tanquam perito in arte.l.7. menſe.ff.de ſtatu homi.l.1.ff.de vent. inſpicien. & quando agitur de ſignificatione verborum ad grammaticos eſt recurrendũ Bal.in l.omnes populi,col.11.& 17 ff.de iuſti.& iure.Neuiza.in Silua Nuptia.fol.213.col.2.& Plautius præceptor,lib.1.de notis Crauettæ,cap.8.

7 Hinc eſt,ꝙ infans non poteſt de feudo inueſtiri, quia inueſtitura verba requirit,ſecundum Bal.in l.penul 20.q.ff.de rerũ diuiſione,quem ſequuntur Aluarotus,in c.1.§ perſona quoque,col.penult.per quos fiat inueſtit.& in c.1.§.ſi minori,verſicu.in infante,auth.ſi de feu.fuerit controuer.Decius in l.infanti,lect.2.nu.2.C.qui admit.Aleia.in l.1.in princ.nu.29 ff.de verborum oblig.

8 Item arrogari non poteſt,quia opus eſt,ꝙ arrogator interrogetur.l.in adoptione.ff.de adop.glo.in l.2.ff.eo Fran Marc. deciſ.Delphin.883.nu 1 par.1.

Et tandem vnico fundamento hoc apertiſſime demonſtro. Nam infans,vt mea fert opinio,quam ſupra capitulo tertio, & ſequentibus late probaui, eſt qui adhuc lactat, aut eo paulo maior.

At per ipſam experientiam videmus huius ætatis pupillos nullo modo fari poſſe,immo & Doct.omnes fatentur, ꝙ minores tribus annis fari non poſſunt:ergo infantes,qui ſunt,fari non poſſunt. Cum igitur fari non poſſint ſequitur, ꝙ non egrediuntur ſeptem annos ætatis,ſed quod ſunt minores, vt dixi cap.20.nu.21.

SVMMARIVM.

1 *Proximus infanti ſecundum omnium opinionem fari poteſt,ſed nunc contrarium eſſe verius probatur.*
2 *L.in negocijs.ff de reg iur.declaratur.*
3 *Abſens non dicitur proprie loqui.*
4 *Furioſus dicitur carere voce.*
5 *Proximus eſt quem nemo præcedit.*
6 *Infantis,& proximi infanti,idem eſt iudicium.*

CAP. XXII.

1 Nunc videamus de proximo infanti,an is fari poſſit.& in hac q. omnes Doctores nemine penitus diſſentiente concordant eum fari poſſe,nec in hac re aliquem Doctorem controuertentem video:mihi tamen videtur contrarium eſſe verius, videlicet,proximum infanti fari non poſſe.

2 Ad hoc moueor multis medijs, & primo, per d.l.in negocijs ff.de regulis iuris,eam inducendo,vt inducebat Bar. Soci.ad probandum,ꝙ infans fari non poſſit.Nam proximus infanti,vt infans,æquiparatur furioſo, vt §.pupillus, verſ ſed in proximis,inſti.de inut.ſtipul.late ſupra c.13.in princi. at furioſus differt ab eo,qui fari poteſt,& ſic fari non poteſt,d.l.in negocijs,ergo nec proximus infanti. & conſidero Philip.Dec. in dicta.l.in negocijs,nu 9.qui tacite videtur hoc ſentire, dũ dicit,ꝙ infans,& furioſus æquiparantur,& differunt ab his,q fari poſſunt,& poſtea nu 9.dicit ꝙ dictum eſt de infante, idẽ eſt,ſi proximus infanti ſit,d.§.pupillus, ergo & de eo pariter hoc ſentit,vt differat ab eo,qui fari poteſt.

Secundo,& alio modo induco tes.in d.l.in negocijs,vt facit Io.Crotus,pro infante.Nam ſi poſſet fari,poſſet etiam omne negocium de iuris rigore tutore authore gerere, d.l.in negocijs:vbi non dicitur, propter vtilitatem,aut de iuris benignitate,id eſſe receptum in his qui fari poſſunt: ſed ſimpliciter loquitur,at de iuris rigore non poteſt proximus infanti, ſicut nec infans,d.§ pupillus,verſ.ſed quod diximus, Inſti.de inut.ſtipul.ergo fari non poteſt.

Tertio moueor,quia qui poteſt tutore authore hæreditatem acquirere,poteſt fari.l.pupillus ſi fari ff.de acquir.hæred. At proximus infanti ſicut & infans non poteſt adire hæreditatem,vt patebit infra c.24.ergo.

3 Quarto facit,quia abſens non dicitur proprie loqui.l. prima,in princ.& ibi Ludo.Rom. Ales. Soci.& Galiau.ff.de verborum oblig at proximus infanti cenſetur abſens,vt late ſupra c.14 nu.8. & dixi latius in declar.ad l.ſeruum ff. rem pup. ſal.fo.in verbo,pręſens eſt,ergo.

4 Quinto facit,quia furioſus dicitur carere voce,& fari non poſſe,vt l.ſancimus,in princip.ff.ad Senatus Conſultum Trebellianum,d.l.in negocijs.ff.de reg.iur. ergo & proximus infanti, qui illi æquiparatur,vt ſupra c.13.in princ.dicitur carere voce:æquiparatorum enim idem eſt iudicium.l. ſi ſocer a genero,in princ ff.ſol.mat.& ibi glo.& Bal.l. Pomponius ſcribit, ſi negocium,verſ.& quemadmodum, vbi glo.ff.de negocijs geſtis.l.ſi de eo.§.fi.& ibi glo.Pau.de Caſt.Io.de Imola,& Docto.ff.de acquir.poſſ.

5 Seſto facit etymologia,ſiue nominis ſignificatio: dicitur enim proximus infanti, & ſic proximus illi, qui fari non poteſt.eſt enim proximus ſuperlatiuum eius,quod prope eſt, ex quo fit comparatiuum propior, & ſuperlatiuum proximus,

vt ita-

exceſſum illius temporis fieri ita prudentes, vt amplius non habeant fragile conſilium.

Ita igitur dicamus de potentia fandi, quia quamuis fari poſſint, finguntur tamen fari non poſſe: nec enim poſt exceſſum ſeptimi anni, poſſunt pupilli ſtatim acquirere potentiam fandi, qua carebant.

Et ideo dicunt etiam philoſophi, quod poſt ſeptimum annum potentia loquendi perficitur.

8 Et quod minores ſeptem annis fingantur fari non poſſe, conſiderat Hier. Butig. in d. l. 1. in princ. nu. 67. ff. de verb. obl. tex. in l. mulier. ff. de ver. oblig. nam ibi dicit tex. ꝙ infanti per formam ſtipulationis fuit facta promiſſio, & ſic ꝙ interrogaret, & loqueretur, & tamen dicit eum non potuiſſe ſtipulari, quia fari non poteſt infans, ergo fingitur, quod is qui loquitur, fari non poſſit.

Et hoc ipſum poſt eum conſiderauit Marianus Soci. ibidē nu. 95. ꝙ certe hoc mihi veriſſimum videtur, ꝙ ille, qui protulit verba, & interrogauit, dicitur fari non poſſe, quod tamen non eſt, vt arbitrantur per fictionem, ſed ideo, quia ille infans erat proximus infanti, qui habet verba, tamen non poteſt loqui, quia non habet intellectum. ad hoc enim, vt quis loqui dicatur, non ſufficiūt verba, ſed etiam requiritur intellectus, vt mox dicemus, & ad hoc videas ſupra, nu. 6.

9 Sed dicas, ꝙ imo vere minores ſeptem annis fari non poſſunt, vt ſentiunt Philip. Decius in l. infanti, in 2. lect. C. qui admitti, And. Alcia. in l. 1. in princ. nu. 30. ff. de ver. obli. & ibi Lancell. Galiau. nu. 63.

10 Et eſt ratio, quia vt ipſi dicunt, verbum fari, ſiue loqui, præſupponit intellectum, at ipſi carent intellectu, ergo.

Ita igitur dicamus, ꝙ proximus infanti, fari nō poſſit vere, quia licet habeat verba, tamē caret intellectu, vt late diximus ſupra cap. 11. & ſequen.

Et ꝙ verbum fari, ſiue loqui, præſupponat intelligentiam probo, per l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſupellec. lega. cap. is autem. 22. q. 2. & l. ſancimus, in principio. ff. ad Senatus Conſultum Trebellianum.

Et facit Ariſtotel. & Boetij, notiſſima ſententia, quod ea, quæ ſunt in voce, ſunt earum, quæ ſunt animo paſſionum notæ, vt refert Bal. in l. de quibus, col. vlt. ff. de legib.

Et facit illud Caſſiodori. Nullum eſt magis mentis noſtræ teſtimonium, quam qualitas inſpecta verborum, & illud Euāgelij. Loquela tua manifeſtum te fecit: & illud dictum vulgi. Loquere, & cognoſcam &c. Et quod tradit Cicero libro primo de legibus: Orationem ſcilicet eſſe mentis interpretem. Et Lucretius lib 6.

Atque animi interpres manabat lingua cruore;

Quę omnia ad hoc affert And. Tiraq. in l. ſi vnquam, in verbo libertis, nu. 17. C. de reuocan. donat. Cui adde illud Euangelij, Matth. c. 15. Non intelligitis, quia omne ꝙ in os intrat, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur, quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. Item Horat. de arte poet.

Poſt affert animi motus interprete lingua.

Item Senec. in prouerbijs. Imago, inquit, animi ſermo eſt. Et facit ad hoc, quia vt inquit Ariſtotel. lib. 1. Polit. Nullum aliorum animalium habet ſermonem, niſi hoc animal rationale, homo. Cui, ſecūdum Platonem in Timæo, propter hoc datus eſt, præſto forent mutuę voluntatis indicia, & ad hoc vide Luciū Apuleium, de Dogmat. Plato. qui dicit, ꝙ oīum terrenorum nihil præſtabilius prudentia dedit, cui quidem linguæ, ac dentium vallum, & ipſius oculi venuſtas acceſſit, ꝙ quidem alijs animantibus ad explendam victus neceſſitatem, inferendaſq; ventris copias comparatum eſt: ſed homini promptuarium potius rectę rationis, & ſuauiſſimæ orationis datum eſt, vt quæ prudentia corde concepit, & ſenſu promat oratio.

11 Et ꝙ ad loquendum requiratur intelligentia facit, quia furioſus certe, vt experientia videmus, verba proferre poteſt, tn̄ quia non intelligit, non dicitur loqui, vt l. in negocijs. ff. de regulis iur. l. ſancimus, in principio, vbi Bal. & Corn. C. ad Treb. Concludamus igitur, quod vt quis loqui dicatur, requiratur intelligentia.

Sed obſtant multæ leges, quæ videntur probare contrariū videlicet. l. 2. § penul. ff de act. & oblig. vbi dicitur, ꝙ eius ætatis eſt, vt non intelligat, & poſtmodum dicitur, quod poteſt ſtipulari, quia loqui poteſt: ergo qui non intelligit, loqui pōt.

Ita etiam ad hoc eſt tex. in l pupillus, ſi fari. ff. de acquir. hæred. & in l. in negocijs ff. de regulis iuris, & in l. ſeruum. ff. rem pupil. ſalu fo. in quibus pupillus, qui non intelligit, dicitur fari poſſe, ergo non requiritur intelligentia, vt quis dicatur fari.

Sed his facile reſpondeo, ꝙ illę leges, dum dicunt, ꝙ illi pupilli, qui fari poſſunt, non intelligunt, debent intelligi. ſ. plene, quia plene non intelligunt, aliquem tamen habent intellectū vt latiſſime declaraui in nouis declarat. ad l. ſeruum, in verbo etiam ſi eius ætatis erit, vt non intelligat. ff. rem pup. ſal. fo. vnde limitare poſſumus, vt ad loquendum non requiratur plenus intellectus, ſed ſufficit habere aliquem, vt in proximo pubertati, de quo loquuntur d. ll. quia ille non habet plenum intellectum: aliquem tamen habet, vt §. pupillus, inſti. de inutil. ſtipula. & late infra c. 29.

12 Nec obſt. etiam communis illa Doct. opinio, quam tenent Iacob. de Are. Alber. Bart. & alii Doct. in l. 1. in princip. ff. de ver. oblig. videlicet, ꝙ verba illa. Stipulatio fit vtroque loquēte, non importent intelligentiam, & ideo ſupplent vtroque loquente, & ſermonis efficaciam intelligente, & ita ſentiunt, ꝙ verbum loqui, non importet intelligētiam, quia ꝯtrium eſt verius, & illa communis ſuppletio non eſt facienda, quia vt ſupra dixi verbum loqui, ſiue fari, importat intelligentiam, per ea, quæ ſupra late ſcripſi.

Et confirmatur, quia vbi fit mentio de præſentia, intelligitur cum intelligentia l. diem proferre. §. coram. ff. de arbitr. l. coram. ff. de ver. ſign.

Item vbi fit mentio de audiente, intelligitur, & intelligente, & vbi fit mentio de legente, intelligitur, & intelligente, vt late per Panor. & Feli. in c. cum cauſa, de teſtib. Et facit illud Catonis legere, & non intelligere, negligere eſt.

A fortiori igitur idem erit dicendum, vbi fit mentio de loquente, vt intelligatur, & intelligente. Et hoc firmat Alea. in d. l. 1. in princ. col. 3. & ibi videas Galiau. nu 6. in 4. nota. ff. de verborum obligat.

Item facit, quia verba illa, vtroque loquente: important præſentiam vtriuſque partis, & conſequenter intelligentiam vt per Bar. in l. 1. §. ſi ff. de anth. tuto. Aret. in l. hæredes palam, col 4 ff. de teſta. Barba. in c. propoſuiſti, col. 19. de probat. vbi citat. l. ſi pater. §. fi. ff. de fideicom. libe. & tenent, ꝙ iſta communis ſuppletio non ſit neceſſaria.

Concludamus igitur, ꝙ illa ſuppletio non eſt neceſſaria, & ſic ꝙ ea non obſtante verum ſit, quod ſupra diximus, verbum fari, ſiue loqui, importare intelligentiam, & quod infantes, & proximi infanti, qui nihil intelligunt, fari, ſiue loqui minime dicantur.

Et hoc vere, non ficte, & ſic non obſtat illa tertia oppoſitio, ꝙ proximi infanti (vt experientia nos docet) fari poſſint, quia hoc non eſt verum: tantum poſſunt verba proferre, & ſic incipiunt loqui: non tamen loquuntur, quia non habent intellectum vllum.

Quarto, ꝙ proximus infanti fari poſſit facit, quod tradunt Hoſt. & Io. And. in c. 1. de delic. puerorū, ꝙ quidam puer quinque annorum, iurans, & blaſphemans fuit raptus, & exportatus a diabolo de manib. patris ſui, vt inquit diuus Gregorius in quodam Dialogo. ſed ad hoc reſpondeo, vt late ſupra fecimus cap. 19. nu. 2.

Quinto facere videtur diuus Auguſtin. in Epiſtola ad Renatum Epiſcopum, vbi dicit, ꝙ pueri ſeptennes mentiri, & verum dicere, confiteri, & negare poſſunt, vt refert glo. in c. paruuli, de conſecratione, diſt. 4. & glo. in c. 1. de delic. puero. Vldari. Zaſ. in 2. q. de Iudæis,

Item tex. in c. 1. de delictis puero. vbi aſſerit Diuus Gregorius pueros ſeptem annis, vt ibi glo. & Doct. intelligunt, furtū facere, mentiri, & peierare.

Sed his reſpondeo, ꝙ loquuntur de proximo pubertati, q habet ſeptem annos completos: nos autem loquimur de ꝓximis infanti, qui minores ſunt ſeptem annis, vt dixi latius ſupra cap. 19 nume 4.

Sexto facit, quia qui de iuris benignitate poteſt ſtipulari, ꝓmittere, & agere, ille poteſt fari, vt l. 1. §. penul. ff. de act. & obl. l. ſeruum. ff. rem pup. ſal. fo.

Item, qui poteſt de iuris benignitate adire hæreditatem, poteſt fari. l. pupillus. ff. de acquir. hæred. At proximus infanti poteſt de iuris benignitate omne negocium recte gerere, ſicut & proximus pubertati. §. pupillus, verſ. ſed in proximis, inſtit. de inut. ſtipul. ergo poteſt fari.

Solue. quia illi tex. non dicūt, ꝙ qui hæc poteſt de iure ſpeciali, poſſit etiam fari, ſed e conuerſo dicunt, ꝙ qui poteſt fari, & ſic proximus eſt pubertati, poteſt hæc omnia, etiam de iuris benignitate, ea ratione, quia qui poſſunt fari, præſentes dicuntur, & aliquem habent intellectum. Et licet proximus infanti poſſit ea, quæ poteſt proximus pubertati de iure ſpeciali, dico, ꝙ hoc non eſt eo, quia habeat aliquem intellectū, fari poſſit, & præſens ſit, vt loquuntur d. ll. ſed quia licet hæc non poſſit, tamen ei eſt conceſſum, vt idem ius habeat quod proximi pubertati, ſed de hoc late, infra cap. 25. Et latiſſime dixi, in d. l. ſeruum, in verbo, recte enim ſtipulari. ff. rem pup.

Poſtremo facit, quia ſm̄ omnium Docto. ſniam, proximus infanti eſt maior ſeptem annis, at maior ſeptem annis fari poteſt, vt l. 1. § ſufficit. ff. de adminiſt. tuto. cum ſimil. ergo.

Sed

Sed reſpondeo, & dico, ꝙ in errore verſantur, dum credũt, ꝙ proximi infanti ſint maiores ſeptem annis: nam vt demonſtrauimus, & demonſtramus paſſim ſunt minores ſeptem annis, & ideo fari non poſſunt, ſed incipiunt fari, id eſt, verba ſine intelligentia proferunt. Et ex his ſatis conſtat infantem, & proximum infanti fari nõ poſſe, & ſic eſſe minores ſeptem annis.

S V M M A R I V M.

1 *Pupillus, qui non poteſt adire hæreditatem tutore authore minor eſt ſeptem annis.*
2 *Infantes, & proximi infanti non poſſunt adire hæreditatem tutore authore.*
3 *In adeunda hæreditate requiritur ſcientia, & intelligentia adeuntis.*
4 *Furioſus non poteſt adire hæreditatem, nec aliud negocium gerere curatore authore.*
5 *Infantes, & proximi infanti, non poſſunt ſtipulari, tutore authore.*

C A P. XXIIII.

Quinto probatur, ꝙ infantes, & proximi infanti minores ſint ſeptem annis: nam qui non poteſt adire hæreditatem tutore authore minor eſt ſeptem annis: at infantes, & proximi infanti non poſſunt tutore authore adire hæreditatem: ergo minores ſunt ſeptem annis.

1 Maiorem probo per tex. in l. ſi infanti. C. de iure delibe. vbi dicitur, ꝙ minores ſeptem annis non poſſunt tutore authore adire hæreditatem, ſed tutor nomine eorum adit. Et in fi. verſ. nulla dubietate dicitur: ꝙ pupillus poſt impletos ſeptẽ annos poteſt hæreditatem adire tutore authore.

2 Minorem, ſcilicet, ꝙ infantes, & proximi infanti non poſſint tutore authore hæreditatem adire probo multis modis.

Et primo per tex. in §. pupillus, inſti. de inutil. ſtipul. vbi dicitur, ꝙ pupillus omne negocium recte gerit, ita tamen, vt vbi tutoris authoritas neceſſaria ſit adhibeatur tutor, veluti ſi ipſe obliget, & ſic ſi ipſe adit hæreditatem, quia adeũdo obligatur. l. more. vbi Doct. ff. de acq. hæred. § neq;. inſtit. de auth. tuto. dicit poſtea tex in verſi. ſed ꝙ diximus. ꝙ hoc habet tñ locum in his, qui habent aliquem intellectum: nam infans, & proximus infanti non multum a furioſo diſtant, quia huiuſmodi ætatis pupilli nullum habent intellectũ: ergo ibi expreſſe concludit, ꝙ infantes, & proximi infanti ſe obligare, & ſic adire hæreditatem tutore authore non poſſunt.

3 Secundo modo induco illum tex nam ibi diximus, ꝙ infantes, & proximi infanti nullum habent intellectum & late probaui ſupra c. 21. ergo non poterunt adire hæreditatem, quia in adeunda hæreditate requiritur ſcientia, & intelligentia adeuntis, requiritur enim, quod ſciat hæc.

Primo, teſtatorem eſſe mortuum. l. qui hęreditatem. ff. de acquir. hæred.

Secundo debet ſcire, ꝙ ei ſit delata hæreditas, videlicet, ꝙ ſit inſtitutus pure, vel ſub conditione, quæ eſt purificata, vt l. is qui hæres. l. hæres. ff. de acquir. hæreditate. l. 1. §. ſcientiam. ff. de bono poſſ. ſecun. tab.

Tertio ſcire tenetur, teſtatorem potuiſſe teſtari. l. hæres. §. fi. ff. de acq. hæred. Pet. Philip. Cor. conſ 85. in fi. vol. 2.

Item ſcire tenetur nullum eum præcedere. l. cum quidam. §. 2. ff. de acquir. hær. l. ſi is ad quem. ff. eo.

Quinto, & vltimo ſcire tenetur ex qua cauſa ſit inſtitutus, videlicet, an ex teſtamento, vel ab inteſtato. l. ſi is ad quem. ff. de acquit. hæred. & ad hoc vide glo. & ibi late Doctores, in l. is poteſt ff. de acquir. hæred.

Nec obſtat ſi aliquis dicat vna cum Bar. in d. l. is poteſt, in fi. ꝙ ſufficit hanc ſcientiam habere tutorem per l. pupillus ff. de acq. hæred. quia ſuppletur poſtea per eum, nam reſpondeo, ꝙ Bart. & alij, qui hoc dicunt errant: nam in infante, & proximo infanti nulla eſt ſcientia, nulluſq; intellectus: merito ſuppleri non poteſt, vt l. ſed & ſi manente. ff. de procu.

Item certum eſt, ꝙ vbi nullus eſt intellectus, ibi non cadit tutoris authoritas, vt l. 1. §. ſufficit. ff. de adminiſtratione tut. nec obſtat d. l. pupillus, quia dico, ꝙ loquitur de proximo pubertati, qui licet non habeat plenum intellectum, tamen habet aliquem, & ſuppletur a tutore, vt infra dicemus, & latius dixi, in decl. ad l. ſeruũ, & alias leges ſimiles, vbi hoc vidẽdũ ẽ.

Tertio induco d. §. pupillus, ad hoc alio modo: nam ibi in verſi. nam infans, æquiparat infantem proximũ infanti, & furioſum, de qua æquiparatione latius ſup. dixi. c. 13. At infans non poteſt adire hæreditatem tutore authore, ergo nec proximus infanti. l. ſi infanti. C. de iure delib

4 Item furioſus non poteſt adire hæreditatem curatore authore: nullum enim negocium gerere poteſt, vt §. furioſus, inſti. de inutil. ſtipul. l. in negocijs. ff. de regulis iuris; ergo neq; infans, ſiue proximus infanti poterunt tutore authore adire.

Quarto facit tex. in l. in negocijs ff. de reg. iur. vbi colligitur ꝙ pupilli, qui fari non poſſunt, nullum negociũ gerere poſſunt tutore authore, & ſic nec adire hæreditatem poſſunt: ac infantes, & proximi infanti fari non poſſunt, vt late demõſtrauimus ſup c. 21. 22. & 23. ergo. & facit, quia ibi Philippus Decius, hoc idem videtur ſentire dicendo. & ꝙ diximus de infante intelligimus & de proximo infanti, per d. §. pupillus. nam æquiparantur, vt Doct. in l. 1. ff. de noua.

Quinto facit tex. in l. pupillus ſi fari. ff. de acq. hæred. vbi dicitur, ꝙ pupillus qui fari poteſt. poteſt ẽt adire hæreditatẽ tutore authore, ergo a ꝯtio ſenſu, ꝙ argumentum fortiſſimum eſt in iure. l. 1. vbi Doct ff. de officio eius, qui fari non poteſt, nec poterit tutore authore adire hęreditatem: At infantes, & proximi infanti fari non poſſunt, vt late ſup. diximus, ergo.

Et ita ꝯ omnium Doct. ſententiam teneo illũ tex. non loq de infante, ſiue proximo infanti, qui fari non poſſunt, ſed nouè dico, ꝙ loquitur de proximo pubertati, qui fari poteſt, vt late ſupra dixi, cap. 22. & dicam in c. ſequẽ. & latiſſime in nou. declar. d. l. pupillus.

Sexto facit tex. in l. ſancimus, in princ C. ad Senat. Conſul. Trebel. vbi hæreditas reſtituitur ſoli tutori ſi pupillus fari nõ poteſt, vel abeſſe naſcitur. At infantes, & proximi infanti fari non poſſunt, vt ſup. c. 22. Item abeſſe dicuntur, vt ſ. c. 14. ergo.

5 Poſtremo facit, quia ſtipulari non poſſunt tutore authore vt late ſcripſi in declarationib ad l. ſeruum. ff. rem pup. in verbo, recte eum ſtipulari. Ergo multo minus poterunt adire hæreditatem tutore authore. facilius enim permittitur pupillo ſtipulari, quam adire hæreditatem.

Patet, quia ſtipulari põt proximus pubertati abſq; tutore, inſti. de auth. tuto. in princ. § pupillus, in princ. inſti. de inutil. ſtipul. at non põt adire hæredita: ẽ, vt §. neq;. inſtit. de aut. tut.

Concludamus igitur, ꝙ infantes, & proximi infanti nõ poſſint tuto. autho. adire hæreditatem, & per ꝯñs, ꝙ ſint minores ſeptem annis, d. l. ſi infanti. Sed multa obſt quibus videtur dicendum, quod poſſint adire hæreditatem, quæ infra recitabo, & eis reſpondebo ſigillatim.

S V M M A R I V M.

1 *Multa obijciuntur quibus videtur dicendum infantes, & proximi infanti poſſe adire hæreditatem tutore authore, quæ tamen confutantur.*
2 *L. ſeruo inuito § ſi pupillo ff. ad Senat. Conſul. Trebel declaratur.*
3 *Solutio Pauli Caſtren. & Iaſ. reprobatur.*
4 *Solutio Bal. Salic & Romani reprobatur.*
5 *Solutio Fulgoſij, Caſtrenſis, & Iaſonis, quod. §. ſi pupillo corrigatur per l. ſi infanti, eſt mala.*
6 *Solutio Socini, & Butigellæ optima.*
7 *Ratio quare infantes, & proximi infanti poſſint gerere pro hęrede, & acquirere hæredi reſti. ex fideicommiſſo tutore authore: non autem adire hęreditatem, datur per Socinum, quæ tamen videtur mala.*
8 *Ratio Lancelloti Galiauli, quæ videtur bona*
9 *Ratio ex mente Cumani, Romani, & Iaſonis ab authore tradita, eſt mala.*
10 *Ratio quarta traditur ab authore.*
11 *Ratio quare proximus pubertati poſſit adire hæreditatem, infantes autem, & proximi infanti non.*
12 *Ratio quare ſpecialiter poſſunt infantes, & proximi infanti gerere pro hęrede.*
13 *Noua opinio authoris, quod tex. in l pupillus. ff. de acquir. hæred. loquatur de proximo pubertati.*

C A P. XXV.

1 Sed quod infantes, & proximi infanti poſſint adire hæreditatẽ multa obſtant, & primo tex. in l. ſeruo inuito. §. ſi pupillo. ff. ad Senatus Conſultum Trebellianum, in principio, & verſ. ſiue enim hæres, & tex. in l. potuit. C de iure deliberan. vbi glo. in verbo pupillus, quæ huius eſt opinionis, & eam aliqui ibi ſequuntur.

2 Sed his reſpondeo, & primo ad d. §. ſi pupillo, ꝙ loquitur de eo infante, qui habet quartum, vel quintum annum ætatis & ſic habet aliquem intellectum, & fari poteſt: merito poteſt adire hæreditatem, & omne negocium recte gerere, & ſic ꝯcordat d. l. pupillus ſi fari, & d. §. pupillus, & d. l. in negocijs. ſecus eſt in infante, qui tñ habet duos, vel tres annos: quia ille nullum habet intellectum, nec fari poteſt, merito non adit hæreditatem: ita ſoluunt, & reſpondent Pau. Caſtren. in d. §. ſi pupillus, & idem Pau. & Iaſ. in d. l. potuit, & idem Pau. Caſtrẽ. in l. prima, in princ. nu. 6 ff. de ver oblig.

3 Sed hæc ſolutio omnino eſt mala, q̃a in ea diſtinguunt inter infantem, qui fari poteſt, & infantem, q̃ fari non põt, quæ diſtinct. o iure non probat, nec eſt faciẽda, vt late dixi ſ. c. 20.

Item,

Item, quia præſupponunt, ꝙ qui habent quartum, vel quintum annum, fari poſſunt, quod eſt falſiſſimum: minores enim ſeptem annis fari non poſſunt.l.1.§.ſufficit. ff. de adminiſtra. tutorum, & ſic nec infans, nec proximus infanti, vt late ſupra, c. 20 & 23.

Item quia diſtinguunt inter infantem, qui aliquem habet intellectum, & eum qui nullum habet, quæ diſtinctio eſt mala: quiſquis enim infans eſt, nullum habet intellectũ, imò nec proximus infanti, vllum habet intellectum, vt late dixi ſupra, c.13 & ſeq. & eſt tex. in d.§ pupillus, verſicu. nam infans, inſti. de inuti. ſtipu. ergo.

Item vitiatur hæc ſolutio, quia aperte dicit d.§. ſi pupillo, ꝙ ille infans fari non poterat, neq; intelligere, ibi. Si quidem in eo qui fari non poteſt, & ibi, Neq; pupillus ipſe deſiderare poſſit, cum fari non poſſit.

4 Secundo modo ſoluunt, & rñdent Bal. & Sal. in d.l. potuit, & Lud. Ro. in l pupillus, num.4. ff. de acq. hære. ꝙ tutor poteſt ſolus infantis nomine adire hęreditatem, per deducta in pręcedenti c. tñ poteſt etiam infans, adire hęreditatem tutore authore, d.§. ſi pupillo. nam cum ſolus tutor poſſit nõ vitiatur, eo ꝙ perſona infantis ſibi adiecit: vtile. n. per inutile non vitiatur. l.1.§. ſed Pomponius. ff. quod fal. tut. quę ſolutio nõ eſt bona, quia d.§. ſi pupillo. non probat, ꝙ infans poſſit adire hęreditatem, vt infra, in ſolut. 4. dicemus. merito non probatur, ꝙ etiam poſſit infans tutore authore adire.

5 Tertia eſt ſolutio, quam tradit Iaſ. in d.l. potuit, & idem Iaſ. poſt Fulgo. & Pau. Caſt. in d.l. ſi infanti. C de iure delib ꝙ de iure Codicis eſt correctus d. §. ſi pupillo, videlicet, per d l. ſi infanti, vbi apertè dicitur, ꝙ infans non poteſt adire hęreditatem, ſed tutor nomine eius adit: quæ ſolutio etiam eſt nullius momenti, quandoquidem nullo iure erat cautum, quod poſſit adire tutore authore hæreditatem: nam in d.§. ſi pupillo. tantum loquitur de acquiſitione hęreditatis reſtituendæ, & geſtione pro hærede, non autem de aditione hæreditatis, de qua loquitur d.l. ſi infanti. merito non corrigitur d.§. ſi pupillo, vt infra dicemus, in ſol. n. ſeq.

6 Quarto modo ſoluunt Lancel Galian. in l.1. in prin. num. 65. ff. de verb. obliga. & Maria Socy. ibidem, num. 100. & ante eos Bart. Socy. in l.1.§ adipiſcimur, col. 2. nu. 7 ff de acq poſſ. quod d.§. ſi pupillo, loquitur de acquiſitione hæreditatis ex fideicommiſſo. reſti. & de geſtione pro hærede, quæ poſſunt tutore authore gerere infantes, & proximi infanti: nos verò loquimur de aditione hæreditatis, quam infantes, & illis proximi, non poſſunt adire, vt in pręcedenti capite dixi.

7 Sed quæ eſt ratio differentiæ. ꝙ poſſint gerere pro hęrede, & acquirere hæreditatem reſtituendam ex fideicommiſſo, non autem adire hęred.

Et Bart Socy. in d l 1 § adipiſcimur, dicit, ꝙ eſt ea, quia in aditione hæreditatis, & in bonorũ poſſeſſionis petitione requiritur verborum expreſſio cum aliqua intelligentia, quæ non cadit in infantem, & proximum infanti, quia iſti nec intelligere poſſunt, ut ſupra. c. 13. nec fari, vt ſupra, c. 21. & c. 23.

Sed in geſtione pro hærede, & acqui. hæreditatis reſtituendæ, tantum nudum factum requiritur: meritò infans, & proximus infanti hęc poſſunt tutore authore. Nam, & tutore authore poſſunt acquirere poſſeſſionem, quia facti eſt. l.1 § adipiſcimur, ff. de acq. poſſ. vbi dixi, & hanc ipſam rationem tradit etiam Maria. Socy. in d.l. 1. in princ. nu. 100. ff. de verb. obli. nulla tamen facta mentione Bar. Socy. vbi probat, quod gerere pro hærede ſit quid facti, quia eſt quædam executio ipſius aditionis. Nam qui pro hærede gerit, præſupponit, quod prius animo decreuerit hęres eſſe, & ſic quo ad ſe animo hæreditatem adiuit §. penul. inſtitu. de hæred. quali. & differ. l. gerit, vbi Doct. ff. de acquir. hęre. Et hinc dicimus, ꝙ gerere pro hærede, non eſt tam facti, quàm animi. l. pro hærede, in princ. ff. de acquiren. hæred vbi recte probatur, quod animo prius quis ſit hæres, quam pro hærede gerat. Vnde dicamus, quod ſolus tutor pro infante, & illi proximo deliberat, & ſic adit, vt diximus.

Propter quod facit, ꝙ infans, & illi proximus tutore authore gerant ſe pro hæredibus. Et ſic faciant id, quod facti eſt. Iudicium verò, & animus, qui requiritur in eo facto ſuppletur tutore authore.

Et eodem modo idem Socy. probat, acquiſitionem hæreditatis ex fideicommiſſo reſtituendam facti eſſe, quia tutor ſolus prius deliberat, & poſtea eo authore facit illam infanti, ſiue proximo infanti reſtitui.

Sed aduerte, quia etiam adire hæreditatem videtur eſſe facti, nam aditio in ſolo animo conſiſtit, l. gerit. ff. de acq hęre. l. auia C. de iure deliber. at animus facti eſt, vt l. bonæfidei. §. j. ff. de acqu. rer. domi. Bar. in l. ſi is, qui pro emptore, col. 6. circa fi ff. de vſucap. ergo eſt quid facti aditio hęred. vnde vr̃, ꝙ hac eadem rõne poſſit adire, qua poteſt gerere ſe pro hærede, & acq. hære. reſtituendam, & poſſeſſionem quæ facti ſunt.

8 Vnde ſecunda eſt ratio, quam tradit Lancel. Galiau. in d.l. 1. in princ. nu. 65. ff. de verb oblig. ꝙ in acquiren. poſſeſſione, & hæreditate reſtituenda, & in geſtione pro hęrede magis factum, & corpus requiritur: quã animus, vt l. 1. § adipiſcimur. ff. de acq. poſſe meritò in his poſſunt tutore authore: ſecus eſt vbi requiritur magis animus, q̃ corpus, vt quando adeunt hęreditatem, ſtipulantur, contrahunt, vel quaſi contrahunt. l. 1. §. 1. ff de pac. quia tunc non poſſunt tutore authore, vt in contrarijs ſupra, in pręcedenti c. deductis patet.

9 Tertia eſt ratio, ex mente Raph. Cuma. Lud. Rom. & Iaſ. in l. 1. § adipiſcimur. ff. de acq poſſeſ. vt. l. infantes, & proximi infanti non poſſint adire hęreditatem, quia eſt iuris, & non facti: hoc eſt in aditione requiritur intelligentia, & ſcientia cauſæ acquirendæ hæreditatis, vt gl & Docto. in l. is poteſt. ff. de acq. hære. & late in præcedenti c. nu. 3. Vnde cum infantes, & proximi infanti, non habeant intellectum, nec ſcientiam: merito non poſſunt adire hęreditatem tutore authore.

Secus eſt in geſtione pro hęrede, in acquiſitione poſſeſſionis, & hęreditatis reſtituendæ ex fideicõmiſſo: quia hæc facti ſunt, hoc eſt in his ſufficit ſolum factum corporale cũ voluntate, nec requirit aliqua cognitio iuris, ſ. quo titulo, vel qua cauſa acquirat poſſeſ. vel hęre reſtituendam. l. potuit, iuncta glo. in verbo, & voluntas, & Doct. ibi. C. de iu. delibe. l. 3. ff. de acquiren. poſſeſſione.

Sed iſta ratio videtur mala duabus ex cauſis. Primo, quia non eſt verum, quod in adeunda hæreditate requiratur iſta ſcientia. Nam quamuis non ſciant cauſam acquirendæ hæreditatis infantes, & proximi infanti, tamen de iuris benignitate poſſunt tutore authore adire. l pupillus, & ibi communiter Doct. ff. de acq. hæred.

Sed reſpõdeo. ꝙ d l. pupillus, loquitur in eo, qui fari poteſt, & habet aliquem intellectum, & ſcientiam cauſæ.

Et quamuis non plenè intelligat, tamen poteſt adire tutore authore, vt eſt proximus pubertati, de quo loquit̃ ille tex. Nam infans, & proximus infanti, non poſſunt fari, nec vllum habent intellectum, aut ſcientiam, ſed de hoc late diximus in decla. nouis ad d. l. pupillus.

Secundo videtur illa ratio mala, quia in geſtione pro hęrede requiritur aliqua ſcientia, & intelligentia cauſæ: ſicut in adeunda hæreditate, vt l ſi is ad quem. §. nam vt quis. ff. de acqui. hæred l. potuit. C. de iure deliberan §. item extraneus, inſtitu. de hæredi. qualit. & diffe. meritò ſi propter hoc non poteſt adire hæreditatem: non poſſet etiam tutore authore gerere pro hærede, at conſequens eſt falſum. d. §. ſi pupillo, ergo & antecedens.

10 Quarta eſt ratio, quia in acquirenda hæreditate requiritur ſcientia, & intelligentia cauſæ, vt ſupra dixi, nec aliter poſſumus adire: in geſtione pro hærede etiam requiritur, ſed in geſtione pro hęrede hoc eſt ſpecialiter receptum, vt quamuis non intelligant cauſam, poſſint omnes pupilli tutore authore gerendo conſequi ſucceſſionem, vt dicunt communiter Doc. in d.l. potuit. C. de iure delib. Citant ad hoc, d.l. pupillus. ff. de acqui. hęred. qui tex. loquitur in adeunda hæreditate, & non in geſtione pro hærede.

Item in pupillo proximo pubertati, qui fari poteſt, & aliquem habet intellectum non autẽ in infante, & illi proximo.

Rectius probatur hoc per d.l. potuit, qui tex generaliter loquitur de omni pupillo, vt poſſit pro hærede gerendo tutore authore conſequi ſucceſſionem, quod intelligere debemus, quamuis non intelligat penitus: Infantes. n. & proximi infanti nullum habent intellectum, ut d.§ pupillus, inſti. de inut. ſtipu. & latè ſupra, c. 13.

Et rectius hoc ipſum probatur in d.l. ſeruo inuito § ſi pupillo. ff. de acquiren hæred. vbi dicendo tex. quod poſſunt tutore authore gerendo conſequi ſucceſſionem, neceſſario intelligere debemus, quamuis non intelligant cauſam, d. cto §. pupillus.

11 Sed hic nunc duo quęro. Primo, quę ſit ratio, ꝙ proximus pubertati, qui fari poteſt, poſſit acquirere hęreditatem: infantes autem, & proximi infanti non poſſint.

Et reſpondeo, quod eſt eo, quia proximus pubertati, quamuis plenè non intelligat, habet tamen aliquem intellectum. §. pupillus, verſicu. ſed quod diximus, inſtitu. de inutil. ſtipula.

Et ſic intelligit aliquantulũ cauſam acquirendæ hęreditatis, & tutore authore ſuppletur illius ſcientia, & intelligẽtia.

At infantes, & proximi infanti, nullum habent intellectũ, ſiue ſcientiam cauſæ, meritò non poſſunt adire tutore authore, quia quod nullum eſt, ſuppleri non poteſt. l. 1. §. ſufficit. ff. de adminiſt. tuto.

12 Secundo quęro, quæ ſit ratio ſpecialitatis quare in infante, & proximo infanti, ſit receptũ, ut quãuis ignorent poſſint

tutore authore gerere pro hærede, & nõ adire hereditatem.

Et reſpondeo, quod ea eſt ratio, quia qui pro hærede gerit, prius fuit heres, adiuitq; hæreditatem, vt doctè quidem dicit Maria. Socy. in l. 1. in princ. nume. 100. ff. de verbo. obliga. & ſupra dixi, in prima ratione, num. 7. prius enim tutor addit hereditatem deliberando ſolus nomine infantis, & ſic iam obligatus eſt infans creditoribus hereditariis. l. more, & ibi Doct. ff. de acquir. hæred. adeo, ꝙ poſtea quando gerit pro hærede tutore authore, nullum dãnum conſequitur, ſecus eſt adeundo, quia obligatur creditoribus hæreditarijs, meritò non poteſt. Et facit, quia poteſt tutore authore acquirere poſſeſſionem, quia hoc eſt illi commodum. l. quamuis. §. infans. ff. de acquiren. poſſeſſ.

13 Secundu principaliter oppono, quia infantes, & proximi infanti, poſſunt tutore authore acquirere poſſeſſionem, vt l. quamuis. § infans. l. 1. §. 1. ff. de acquiren. poſſeſ. vbi late dixi, ſed ad hoc poſſumus reſpondere, vt ſupra fecimus, in præcedenti oppoſitione.

14 Tertio oppono, de §. pupillus, verſic. ſed in proximis, inſti. de inuti. ſtip. vbi dicitur, quod in proximis infanti, benignior iuris interpretatio facta eſt, vt idem ius habeant, quod pubertati proximi. At pubertati proximi, poſſunt tutore authore adire hæreditatem. l. ſi infanti, in fi. C. de iu. delib. ergo, &c.

Sed ad hunc tex. facilis eſt reſponſio, quia ego dico, quod de rigore iuris infans, & proximus infanti, non poſſunt tutore authore adire hæreditatem, ſicut nec aliud negocium gerere per deducta in præcedenti capitulo, at de benigna iuris interpretatione, & de iure ſpeciali eſt conceſſum, vt proximi infanti, poſſint omne negocium gerere, ita, vt proximus pubertati poteſt quamuis nullum habeat intellectum, dicto verſicu, ſed in proximis.

Quarto oppono, de tex. in l. pupillus. ff. de acqui. hered. qui tex. ſm Bar. & Doctores communiter, poſt gl. ibi loquitur de proximo infanti, & tamen dicit, ꝙ poteſt tutore authore hereditatem adire, ergo, &c.

15 Sed ad hoc ego reſpondeo, & dico, ꝙ ille tex. non loquitur de infante, aut proximo infanti, vt hucuſq; alij crediderunt, ſed de proximo pubertati, quod patet.

Primo, quia ibi loquitur de eo pupillo, qui fari poteſt, vt patet ibi, pupillus ſi fari: at infantes, & proximi infanti, fari non poſſunt, proximi autem pubertati ſic, vt ſupra late dixi, c. 20. & ſequenti. ergo.

Secundo, quia l. præcedens etiam loquitur de proximo pubertati, qui quamuis conſilij pleni capax non ſit, aliquod tamen habet, vt ibi dicit glo. & eſt tex. in §. pupillus, inſtitu. de inuti. ſtipu. at lex præcedens declarat ſequentem, vt l. non eſt nouum, cum l. ſeq ff. de legi. ergo.

Et hoc etiam videntur velle Iaſon, Ludo. Roma. & Raph. Cuma. in l. 1 §. adipiſcimur. ff de acq. poſſe. dum dicunt, quod proximus pubertati poteſt ſolus abſque tutore ea, quæ facti ſunt, i. ea, vbi non requiritur vlla cauſæ cognitio, vt eſt acquirere poſſeſſionem, d. §. adipiſcimur, at non poteſt ſolus abſq; tutoris authoritate, ea, quæ iuris ſunt. i. ea, quibus requiritur aliqua cauſæ cognitio, vt adire hæreditatem. citant d. l. pupillus, ergo ibi loquitur de proximo pubertati, vt latius etiam probaui in nona decla. ad d. l. pupillus. & faciunt ea, quæ infra in reſponſionibus dicemus.

Nec obſtat ſi quis dicat, ꝙ verba illa in textu poſita (videlicet, licet huius ætatis ſit, vt cauſam acquirendæ hæreditatis non intelligat, & illa, quamuis non videatur ſcire huiuſmodi ætatis puer) ſignificare videntur, textum illum loqui de infante, vel de proximo infanti, non de proximo pubertati, quia proximus infanti, eſt ille, qui non intelligit, neq; ſcit, vt §. pupillus, verſicu nam infans, inſti. de inut. ſtipu. & latius dixi ſupra, c. 11. & ſequen.

Proximus autem pubertati aliquem habet intellectum, & aliquam ſcientiam, vt d. §. pupillus, verſ. ſed quod diximus, & latius infra, c. 29 ergo:

Quia reſpondeo, ꝙ illa verba non obſtant, quo minus tex. loquaẽ de proximo pubertati, quia non ſunt ita ſimpliciter intelligenda, vt ille pupillus, de quo loquiẽ, nullum habeat intellectũ, ſed ſunt declaranda, & exponenda illa verba, vt nõ intelligat, neq; ſciat, ſ. plene, aliquem tamẽ habeat intellectum, & aliquam ſcientiam, vt etiam exponunt ibi Dy. & Alber.

Et ꝙ ita ſint illa verba expouẽda, vt pupillus de quo loquiẽ aliquem (licet non plenum) habeat intellectum, facit quia ibi dicit tex. ꝙ ille pupillus poteſt adire tutore authore hæreditatem, ergo habet aliquem intellectũ, & aliquam ſciam, quæ in adeundo requiritur, per gl. & Doct. in l. is poteſt. ff. de acq. here. & alias tutor non poſſet fundare actũ in eo, qui fari non poteſt, & nullum habet intellectum. l. j. §. ſufficit. ff. de admin. tu. & vbi nullus eſt intellectus non poſſet tutore authore ſuppleri, arg. l. ſed & ſi manente. ff. de procu. merito dicere debemus, ꝙ ille pupillus, & de quo tex. loquitur, aliquem habet, licet non plenum intellectum.

Et ita exponendus eſt text. quòd non habet intellectum. ſ. plenum. Et hæc expoſitio non eſt inſolita, vt late ſcripſi in nouis declarat. ad l. ſeruum. ff rem pup. ſaluam fore, in verbo, ſi eius ætatis erit, vt non intelligat.

Quo ſtante retorqueo oppoſitionem, quia ſi loquitur de eo, qui aliquem habet intellectum, ergo loquitur de proximo pubertati, qui aliquem habet, non autem de infante, & proximo infanti, qui nullum habent intellectum.

Nec obſtant verba illa in textu poſita. Neque enim ſcire, neque diſcernere talis ætas poteſt non magis q̃ furioſus: quibus videtur dicendum, quòd ille tex. loquatur de eo, qui nihil intelligit, nam furioſus nihil intelligit, & infans, & proximus infanti illi æquiparantur. §. furioſus, & §. pupillus, inſtit. de inut. ſtipu. & late dixi ſupra c. 13. ergo de eis loquitur.

Quia tñdeo noue declarando tex. ꝙ illa verba volũt, ꝙ hic pupillus, de quo tex. loquitur magis ſciat, & diſcernat q̃ furioſus, & ſic licet furioſus nullũ habeat intellectũ hic pupillus de quo loquiẽ aliquem habeat: & qđ hoc ſibi velit ille tex. patet, quia dicit tex. neque. n. ſcire, neque diſcernere talis ætas poteſt non magis, q̃ furioſus, quod eſt ac ſi diceret, non põt ſcire non magis. q̃ furioſus, non põt diſcernere non magis, q̃ furioſus, ergo affirmat illis verbis, ꝙ põt ſcire magis, q̃ furioſus, & ꝙ magis põt diſcernere: duo. n. negatiua faciũt vnã affirmatiuã. l. duobus negatiuis, & ibi An. Alciat. ff. de verb. ſignificat.

Et ꝙ illa verba ſint ita intelligenda, ꝙ tex. loquaẽ de pupillo, qui differt à furioſo, & aliquem habet intellectum, patet, qa loquitur de pupillo, q fari poteſt: ergo ab eo differt, & magis ſcit, atque diſcernit, & omnia negocia gerere poteſt tutore authore. l. in negocijs ff. de acquirẽda hæredita. §. pupillus, inſtitut. de inutil ſtipul. quibus ſic ſtantibus patet, ꝙ textus ille loquitur de proximo pubertati, qui differt à furioſo, & magis ſcit, atque diſcernit: non autem de proximo infanti, aut infante, qui æquiparantur furioſo, d §. pupillus.

Vel ſecundo, & alio modo intelligo, & declaro illum textum, ꝙ ibi verbum poteſt, ſtet pro debet, argumen. aut. ſed & periculum, vbi glo. C ſine cenſu, vel rel glo. in. l. obſeruare. §. fin. ff de offi. procon glo. in l ſi mandauero. §. fin. in verbo poteſt ff. mand. Iaſ in l. 1. colum. 2. in glo in verbo poteſt. ff de iuriſdict omnium iudic. Itaq; vult dicere tex ꝙ ille pupillus qui fari poteſt. & ſic proximus pubertati, licet huius ætatis ſit, vt non intelligat, & ſciat plene cauſam acquirendæ hæreditatis, neque enim ſcire, neque diſcernere illam cauſam, ſiue ius poteſt. i. debet, ſiue tenetur, nõ magis, q̃ furioſus. Et eſt ea ratio, quia proximo pubertati licet ignorare iura ſicut & furioſo. l. regula, & l. fin ff de iur. & fac. ignor l. 3. § proinde. ff. ad Senatus Conſultũ Macedon. vnde in hoc æquiparatur proximus pubertati furioſo, vt magis non teneatur ſcire iura, & ſic cauſam acquirẽdæ hæreditatis, quàm furioſus, tamẽ magis ſcit, & diſcernit, qa aliquẽ habet intellectũ, quẽ non habet furioſus.

Neque obſtant vltimo verba illa. Hoc. n. fauorabiliter ei p̃ſtatur, quibus vr̃ dicendum, ꝙ tex. loquatur de infanti proximo, quia in eo eſt receptũ de iuris benignitate, vt poſſit oĩa ea, quæ poteſt proximus pubertati: & ſic acquirere hæreditatem tutore authore, vt §. pupillus, verſi. ſed in proximis, inſti. de inut. ſtip non autem de proximo pubertati, quia hoc eſt de iure cõi, & regulari, in eo, vt §. neque, inſtit. de auth. tut. l. ſi infanti. C. de iu. delib. & d. §. pupillus, in princ.

Quia reſpõdeo, ꝙ in proximo pubertati hoc fauorabiliter etiam præſtatur, quod patet, quia quamuis plene non intelligat, & ſciat cauſam acquirendæ hered. vt requirebatur per gl. & Doct. in l. is poteſt. ff. de acq hered, tamen quia fari poteſt, & aliquid intelligit, magis quam furioſus, vel quia non tenetur ſcire cauſam acquirendæ hæreditatis, magis quàm furioſus, ideo receptum eſt ex benignitate tutore authore poſſe adire. Quod non eſt in infante, & proximo infanti, qui nihil intelligunt, fari non poſſunt, & furioſo æquiparantur, vt ſupra, c. 11. 12. & 20.

Sed iure nouiſſimo, in d. § pupillus, verſi. ſed in proximis, de iuris benignitate, & propter vtilitatem ẽt receptũ eſt, vt proximi infanti idem ius habeant, ꝙ proximi pubertati, quamuis nihil intelligant, nec fari poſſint, vt opus erat, & ad hæc videatis, quæ late ſcripſi in nouis declarationibus ad l. ſeruum. ff. rem pupilli ſaluam fore, in verbo, & agere.

Cum igitur hic loquatur de eo pupillo, in quo receptum eſt de iuris benignitate, eo quia fari poteſt, & aliquid intelligit, & in proximo pubertati hoc ſit de iuris benignitate ea ex cauſa receptum, in proximo autem infanti, non: ergo de proximo pubertati ille tex. loquatur.

Concludamus igitur, ꝙ ille tex. loquitur de eo, & ꝙ infantes, & proximi infanti, non poſſint adire hereditatem tutore authore, & per conſequens, ꝙ ſint minores ſeptem annis.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Qui non poteſt tutore authore bonorum poſſeſſionem petere, minor eſt ſeptem annis.*
2 *Infantes, & proximi infanti, non poſſunt tutore authore bonorum poſſeſſionem petere.*
3 *In petitione bonorum poſſeſſionis requiritur ſcientia cauſa.*
4 *Furioſus non poteſt curatore authore bonorum poſſeſſionem agnoſcere.*

CAP. XXVI.

Sexto quod infantes, & proximi infanti, minores ſint, quam ſeptem annis probatur. Nam qui non poteſt tutore authore bonorum poſſeſſionem petere, ſed tutor eius nomine petit, ille minor eſt ſeptem annis: at infantes, & proximi infanti, non poſſunt petere bonorum poſſeſſionem tutore authore, ſed tutor nomine eorum petit: ergo ſunt minores ſeptem annis.

1 Maior probatur per l. ſi infanti. §. parente vero, & §. fi. C de iure deliberandi.

2 Minor probatur, nam in infante res ipſa deciſa eſt, quia nõ poteſt tutore authore, ſed nomine eius tutor petit bonorũ poſſeſſionem. d. l. ſi infanti. C. de iu. delib. l. infantes, & l. bonorum. C qui admitti. at infantes, & proximi infanti, idem eſt iudicium, vt per Bar. & Doc. in l. j ff. de noua Philip. Dec. in l. in negocijs, num 9 ff de regu iu eſt tex. in §. pupillus, verſ. ſed in proximis, inſti. de inuti. ſtip. ergo.

Secundo facit tex. in l. infantis. C. qui admitti, ſibi tutor nomine eius, qui loqui non poteſt agnoſcit bonorum poſſeſſionem, at infantes, & proximi infanti, fari, ſiue loqui non poſſunt, vt ſatis plene dixi ſupra, c. 20. & ſeq. ergo.

Tertio facit, quia in petitione bonorum poſſeſſionis requiritur verborum expreſſio, cum aliqua intelligentia, vt per Barto. Socy. in l. 1. § adipiſcimur. ff de acquiren. poſſeſſ col. 2. verſi. quinto hanc concluſionem, quam proximi infanti, & infantes non habent, ergo.

Quarto facit, quia infantes, & proximi infanti, tutore authore obligari non poſſunt, vt d. §. pupillus, verſi. nam infans, de inut. ſtip At in acquiſitione bonorum poſſeſſionis adſunt commoda, & incommoda. l. ſi hereditatem, in prin. ff. mand, & conſequenter continet obligationes paſſiuas, etiam ſi hæreditas ſit locuples, ſm Pau. Caſt. Iaſ. & Docto. in l. bonorum. C. qui admitti, ergo.

3 Quinto in petitione bonorum poſſeſſionis requiritur intelligentia, & ſcientia cauſæ. l. ſed & ſi de ſua. l. quod ſi dubitet. l. hæres inſtitutus. ff. de acq. hære. l. quando. C. qui admitti. at infans, & proximus infanti, nullam habent ſcientiam, nullumq; intellectum, vt late ſupra, c. 11. & ſequen. ergo non poterunt bonorum poſſeſſionem petere, quia tutor non poteſt fundare actum, vbi nullus eſt intellectus. l. 1 §. ſufficit ff. de admini tut. Et cum nullum habeant intellectum, & ſcientiam, eam ſupplere non poterit tutor, vt l. ſed & ſi manente. ff. de procurato. ergo.

4 Sexto furioſus, infans, & proximus infanti, æquiparantur, vt late probauimus, ſupra, cap. 13. at furioſus non poteſt curatore authore bonorum poſſeſſionem agnoſcere. l. fina. §. ſin autem ex alia. C. de cura. furio. l. 1 ff. de bonorum poſſeſſione: furio. infan. &c. l. in negocijs ff. de regulis iuris. §. furioſus, inſtitutio. de inutili. ſtipulatio. ergo nec infantes, & proximi infanti.

Poſtremo facit, quia huiuſmodi ętatis pupilli non poſſunt fari, vt ſupra, c. 20. & ſequen. diximus: at qui fari non poſſunt nullum negocium gerere poſſunt tutore authore. l. prima, §. ſufficit. ff. de adminiſtratio. tuto. l in negocijs. ff. de regulis iuris. ergo concludamus, quod non poſſunt acquirere bonorum poſſeſſionem tutore authore, & per conſequens ſunt minores ſeptem annis.

SVMMARIVM.

1 *Qui non poteſt tutore authore iudiciũ ſuſcipere minorum eſt ſeptem annis.*
2 *Infantes, & proximi infanti, non poſſint iudicium ſuſcipere tutore authore.*
3 *Ratio redditur à Baldo.*
4 *Qui iudicium ſuſcipit quaſi contrahit.*
5 *Furioſus non poteſt iudicium ſuſcipere.*
6 *Infantes, & proximi infanti, non poſſunt citari.*
7 *Infantes, & proximi infanti, non poſſunt litem conteſtari.*
8 *Infantes, & proximus infanti, iurare non poſſunt.*
9 *Contra infantem, & proximum infanti, uel pro eis, ſententia ferri non poteſt.*

CAP. XXVII.

Septimo & vltimo, ꝙ infantes, & proximi infanti, ſint minores ſeptem annis probo, quia qui poteſt tutore authore iudicium ſuſcipere maior eſt ſeptem annis, qui aũt nõ poteſt, ſed tutor noĩe eius ſuſcepit iudiciũ, minor eſt ſeptẽ annis: at infantes, & proximi infanti, non poſſunt iudicium ſuſcipere tutore authore, ſed tutor eorum nomine ſuſcipit iudicium, ergo minores ſunt ſeptem annis.

1 Maior probatur per. l. 1. §. ſufficit ff de admi. tut. vbi dr. Ita tamen, vt pro ijs, qui fari non poſſint, vel abſunt ipſi tutores iudicium ſuſcipiant: pro ijs autẽ, qui ſupra ſeptimum annum ætatis ſunt, & præſto fuerint authoritatem præſtent.

2 Minor probatur, quia de infante res indubitata eſt, apud oẽs iuris authores, in d. §. ſufficit, & in l. donatarũ. C. de acq. poſſ. At infanti proximus æquiparatur infanti, & eorũ idem eſt iudicium, vt dicunt Bar. Pau. Caſtr. & alij, in l 1. ff de noua. Phil. Dec. in l in negocijs ff. de reg iur. nu 9 & eſt tex. in § pupillus, inſti. de inuti. ſtipu. ergo ſicut infans non poteſt, ita nec proximus infanti.

3 Secundo facit ratio quam tradit Bal. in l. donatarum C. de acq poſſ. vbi dicit, ꝙ infans, ideo non ſuſcipit iudicium, neq; poſtolat tutore authore, quia neſcit maieſtatem prætoris. l. 1. C. de fal. mo & neſciens reuerentiam exhibere prohibetur à poſtulando, vt patet in eo, qui poſtulat auerſa ſella. l. 1. §. caſum. ff. de poſtul. At hæc ipſa ratio militat in proximo infanti, quia etiam ipſe nullum habens intellectum, ignorat maieſtatem prætoris. & neſcit reuerentiam exhibere, vt late ſupra dixi, c. 11. ergo nec ipſe poterit poſtulare, ſiue iudicium ſuſcipere tutore authore.

4 Tertio probatur, quia qui ſuſcipit iudicium, quaſi contrahit, & obligatur. l. 3 §. idem ſcribit ff de procu. l. quoties, cum l. ſeq. ff de noxalibus l. miles. §. pen. & fi ff. de re iudi. at infantes, & proximi infanti, non poſſunt contrahere, & obligari etiam tutore authore §. pupillus, verſicu. ſed quod diximus, inſtitu. de inutil. ſtipu. Ergo non poterunt iudicium ſuſcipere tutore authore.

5 Quarto facit, quia infantes, & illis proximi æquiparantur furioſo, ut late ſupra diximus, in c. 13 At furioſus nõ poteſt iudicium ſuſcipere curatore authore. § furioſus, inſti. de inuti. ſtip l. in negocijs. ff de reg. iu. l furioſo. vbi glo. & Doct. ff de re iudi late Vantius, in tract. de Nullitate ſenten ex inhabili. ſeu defec. mandati compe. nu 15 ergo, &c.

Quinto facit, quia infantes, & proximi infanti, non poſſunt fari, vt late ſupra diximus, c. 20. & ſeq. Merito nullum negocium tutore authore gerere poterunt, & ſic non poterunt iudicium ſuſcipere, dicta l. j § ſufficit. ff. de adminiſtratione tutorum l in negocijs. ff. de regu. iuris. l. mater. l. ſiu. §. pupillus. ff. de verbo. obligatio.

Sexto & vlt. facit, quia ſunt multa ſubſtantialia iudicii. quę nõ poſſunt infantes, & proximi infanti, tutore authore. Ergo nec ipſum iudicium ſuſcipere poterunt: Nam ſuper illis tota virtus, nomen, & effectus ipſius iudicij conſiſtit, vt per Doct. in rub. C. de iudiciis.

6 In primis citatio, quæ eſt actus ſubſtantialis ipſius iudicij, c. 1. de cau poſſ. & prop. l. 1 § ex eo. ff. quæ ſenten. ſine appell. reſci. poſſ. non cadit in infantem, proximum infanti, & furioſum: de infante, & furioſo patet, in l 4 ff. de in ius vocan in l. x. ff. de condi. fur. in l. fin. in fi C. qui legi perſo. ſtan. in iud hab vel non, gl. & Doct. in d §. ſufficit. Io. And. in addi ad Spec tit de reo. § 1. in addi. incip quærit Goffr. Maria. Socy. in in ti. de cita. ar. 5. nu. 24. deciſ. Neap. 262. incip. fuit, Aud. Tiraq. in trac. de vtroq; retrac. ti 1. § 1. g'o. 13. nu 20.

Ergo idem erit in proximo infanti, qui furioſo, & infanti, æquiparatur, vt §. pupillus, verſi. nam infans, inſti. de inu. ſtipu. late ſupra cap. 13.

Nam & citatio ad hoc eſt inuenta, vt actus, qui in præiudicium abſentis, & ignorantis fieri petitur in notitiam illius deduci, & ipſe ſe defendere poſſit. l. ſi diffamare, vbi no. Bal C. de ingen. & manu. quod non eſſet in iſtis perſonis, qui per citationem omnino ſcire non poſſunt, quid contra, vel pro illis agatur, & ſemper abſentes cenſentur. l. ſi pupillus. ff. quib. ex cau. in poſſeſ. l. coram. ff. de verb ſigni.

7 Item litis conteſtatio, quæ etiam eſt actus ſubſtantialis ipſius iudicij, c dudum, el 2 de electio. c vnico, de litis conteſt. eſt enim fundamentum, & initium iudicij, l. properandum. §. & ſi quidem, vbi notant Doctores. C. de iudiciis, Bald. in cap. vnico, columna 2. in princip. de litis conteſta. Ea tamen non cadit in infantem, & proximum infanti. quod patet, quia litis conteſtatio fit verbis, & animo, vt per Spe in ti de litis conteſta. §. nunc dicamus, verſ. ex præmiſſis, at infantes, & proximi infanti, aĩum, & voluntatẽ non habent, vt late diximus ſupra,

c.16.neq; habent verba, quia, vt diximus ſupra, c.20.& ſeq. fari non poſſunt, ergo litem conteſtari non poſſunt.

Item per litis conteſtationem, quaſi contrahitur, vt declarat Barto. poſt gloſſam magnam, in l 3.§.2.ff.de præto. ſtipulatio.l.3.§.idem ſcribit.ff. de pecu. & ea ea acquiritur ius reo, ſeu adeariato l.r.enm ibi nota. C.de litis conteſtatio. c.1 de litis conteſtat. lib.6.at infantes, & proximi infanti, quaſi contrahere, & obligari non poſſunt etiam tutore authore: d.§.pupillus, verſ.ſed quod diximus, de inuti.ſtipu ergo, &c.

Item ſtipulatio, & litis conteſtatio à pari procedunt, Bar.in l.1.col. 3.verſic.quæro ſecundo, vtrum litis conteſtatio.C.de litis conteſtatio. At huiuſmodi ætatis pupilli non poſſunt contrahere ſtipulationem, vt late demonſtraui, in no declar. ad l.ſeruum ff. rem pupil. ſaluam fore, in verbo recte eum ſtipulari, ergo.

8 Tertio iuramentum de calumnia, vel de veritate, eſt de ſubſtantia iudicij.l.2 §.ſed quia veremur. C.de iuram.calum. At iurare non poſſunt infantes, & proximi infanti, vt l.qui iuraſſe, in prin.ff.de iureiu.& ibi Doctores, qui dicunt loqui de infante, & illi proximo, & tex.eſt in l.iuſiurandum ad pecunias.ff.pupillo, & l.iuſiurandum, quod ex conuentione. §.pupillus.ff.de iureiurando, & in l.videamus, in princi.ff.de in lit. iuran.& in authen.ſacramenta puberum. C.ſi aduerſ.vendit. c.j.§ iuramenta, tit.de pace iuramen.firman. & ibi Doc.l.fi.& ibi, glo.in verbo, potuerunt.ff.de libe cau. c.1.vbi glo.& Doc. de delict.puerorum, c paruuli, 22 q.5 & c.pueri.22.q.5.glo.& Georgius Nata, in c.quamuis, de pact, lib.6.Franc.Mar.deciſ. Delphi.125.par.2.

Et quod iurare nequeant facit, quia iuramentum habet conſenſum iurantis pro materia fundamentali, & ſm eum regulatur.l.fi ff.qui ſati'd cog l fi.C de non nu.pecu.at iſti nullum habent conſenſum, vt late dixi ſupra, c.16.ergo.

Item facit, quia iuramentum habet tres comites veritatē, ſ. iudicium, & iuſtitiam. Hierem.c.4.& habemus hoc in c.animaduertendum, 22.q 3 & in c.& iurabunt, 2.q. 1.glo.in auth. quod eis.C.de nuptijs at huiuſmodi ætatis pupilli carent iudicio, vt dixi ſupra, c.12 ergo.

9 Vltimo ſententia eſt, de ſubſtantia iudicij, c.licet Hely, extra de ſimo.Specu.titu.de præpa.iudi.in prin num. 1. At contra infantem, vel proximum infantiæ, vel pro eis non poteſt fieri ſententia patet, quia iſti abſentes dicuntur.l.ſi pupillus.ff quibus ex cauſis in poſſ.eatur.l coram.ff.de verb. ſigni. at abſens non poteſt condemnari.l.abſentem, in princip.ff de pœnis.l. abſentem.ff.de accuſ & cum infantes, & proximi infanti, ſint abſentes non contumaces, qui æquipatantur furioſis, vt ſepe diximus, non valebit contra eos, vel pro eis ſententia, ut per glo.Bar.Alex.& alios, in l.furioſo.ff.de re iudi.in l.non eo minus.C.de procu. Merito concludamus infantes, & proximos infanti non poſſe tutore authore hęc agere, & conſequenter, quod non poſſunt iudicium ſuſcipere.

Latiſſimè igitur probatum eſt, his ſeptem fundamentis aduerſus omnium Doctorum ſententiam proximos infanti non eſſe maiores ſeptem annis, atque nouè demonſtratum minores eſſe ſeptem annis.

S V M M A R I V M.

1 *Qui aliquem habet intellectum maior eſt ſeptem annis.*
2 *Proximus pubertati, aliquem habet intellectum.*
3 *Proximus pubertati, ut noua fert opinio authoris, eſt qui excedit ſeptimum annum.*

C A P. X X V I I I.

Cum ſatis ſuperque à nobis demonſtratum ſit, quis dicatur infans, quis proximus infanti, reliquum eſt videre quis dicatur proximus pubertati.

Et quamuis ex ſeptem fundamentis ſupra relatis conſtet proximum pubertati eum eſſe, qui ſeptimum exceſſit annum: tamen, vt res ipſa facilius cognoſcatur, multis fundamentis hoc probabo.

Et primo, quia, qui aliquem habet intellectum maior eſt ſeptem annis, at proximus pubertati tantum aliquem habet intellectum, ergo maior eſt ſeptem annis.

1 Maior probatur per tex.in l.in ſponſalib. la 2 ff de ſponſalibus, ibi ſi modo ab vtraq; perſona, id fieri intelligatur.i.ſi nō ſit maior quam ſeptem annis. manifeſtè igitur probatur ibi, quod maior ſeptem annis aliquem habet intellectum.

2 Minor probatur, quod proximus pubertati aliquem habeat intellectum, per tex.in § pupillus, verſi.ſed quod diximus, inſti.de inuti.ſtipul.& in §.in ſumma, ibi, ſi proximus pubertati eſt, & ob id intelligat delinquente, inſtit.de obliga quæ ex delic.naſcuntur, & eſt textus in l.excipiuntur, ibi, & eius ætatis (quamquam nondum puberis) vt rei intellectum capere poſſent.ff.ad ſenatuſcon.Silla. & in §.adipiſcimur. l 1.ff.de acqui. poſſ.ibi, ſi eius ætatis ſit, vt intellectum capiat. Et eſt tex.in l. ſeruum.ff.rem pup ſaluam fore, & in l. 1.§ huic proximus.ff. de actio & oblig.& in l.pupillus, ſi fari.ff de acq hæred.& in l. in negocijs ff.de regu iur. intelligendo illas leges, vt in nouis earum legum declarationibus recte demonſtraui, vt loquantur de proximo pubertati, & intelligendo verba illa, quæ dicunt, quod huiuſmōi ætatis pupilli non intelligunt, videlicet, plene, aliquem tamen habent intellectum, vt facit gl.in d.l.ſeruum, & in d.§.huic proximus, in verbo, intelligat, & in d.l.in negocijs, in verbo, intelligerent, & vt faciunt Dinus, Albericus, & aliqui, in d.l.pupillus, ſi fari, & ſatis dixi in nouis declar. ad l. ſeruum, in verbo, etiam ſi eius ætatis erit, vt non intelligat.ff. rem pup.ſaluam fore.

Et facit, quia, vt dicit Aret.in l.1.§ adipiſcimur. ff.de acqui. poſſ.ille habet aliquem intellectum, qui poteſt fari.l.1.§.huic proximus.ff.de actio.& oblig.ſed proximus pubertati fari poteſt, vt late patet ex c.20 & ſeq. ergo aliquem habet intellectum. Quāquam non me latet, quod Bar.Soc. in d.§.adipiſcimur, nu.66. verſ.ex quibus patet: reprehendit Are. & eum ſequentes, quia tex.in d §.huic proximus, loquitur de proximo infanti, qui nullum habet intellectum: ſed male, quia ille tex.loquitur de eo pupillo, qui fari poteſt, & aliquē habet intellectum, ergo loquitur de proximo pubertati, vt late dixi in nouis declarationibus ad illam legem.

Concludamus igitur, quod proximus pubertati aliquem habeat intellectum, quamuis non plenum, quod latius infra demonſtrabimus.

S V M M A R I V M.

1 *Proximi pubertati habent aliquam mentem, quamuis non ſtabilem.*
2 *Item habent conſilium imperfectum.*
3 *Item habent animum aliquid faciendi.*
4 *Item habent aliquam diſcretionem.*
5 *Item habent aliquod iudicium.*
6 *Mulieres apud Romanos regebantur tutore authore.*
7 *Item habent proximi pubertati aliquam ſcientiam.*
8 *Item non tenentur ſcire iura.*
9 *Declaratur nouè.l ſi.ff de iur & fac igno.*
10 *Declaratur etiam.l.3 § proinde.ff.ad ſenatuſcon. Macedo. & l.pupillus ſi fari.ff.de acq. hared.*

C A P. X X I X.

1 Et quod proximus pubertati aliquem habeat intellectum multa inſuper faciunt, & in primis, quia dr̄ habere aliquam mentem, quamuis ſtabilem nondum ſit adeptus. l.fi.C. de teſtam. mil.& ideo non poteſt teſtari.§.præterea, inſtitu.quibus non eſt perm.fa.teſtamen.

2 Item habet conſilium tñ imperfectum, vt vult Ariſto.lib.j. Polic.c.vlt.vbi dr̄, quod conſilium mulieris eſt inualidum, pueri autē imperfectum, quem citat aduerſus mulieres loco in ſuppreſſo, Bal.in rub. C.de rerum permu.verſi.item quare donatio, & in l.j.col.12.verſ.ſuper 4 arti C.qui accuſ.non poſſ.& in c.1 lec 2.col.pe.de iudi.& Phil. Dec.in conſ 180.in caſu propoſito, verſ.non obſtat ratio, And.Tiraq.in tract de leg.Con nub.l.j.nu.70 & ideo dicit lex, quod conſilij pleni capax non eſt, l.more, iuncta gl. ff.de acq here.& quod lubricum conſilium habet.l.3 §.l.Iulia.ff.de teſtib.

3 Item habet animum aliquid faciendi, vt l.ſequitur, in prin. & ibi gl.in ver.animum.ff.de vſuc.& conſequenter diſcretionem habet. Animus enim pro diſcretione accipitur, vt glo.in l.2.in ver.dummodo certus. ff. de procu.

4 Itē huius ætatis pupilli peruenerunt ad annos diſcretionis, quia ſunt doli capaces, vt infra apparebit: doli.n.capaces dr̄ peruenisse ad annos diſcretionis, vt gl.c oīs vtriuſq; ſexus, de pœn. & rem.& Rich.in 4.ſent.plenū in aīum, ſiue plenā diſcretionē non habent.l.pupillus.ff.de acq hær.intelligēdo, vt nouiter eā declarauimus, quod loquatur de proximo pubertati, & dū dicit, quod diſcernere non pōt, exponere debemus. ſ.plenè, vt latè dixi ſup.c.25.in ſi.& in no.decla.ad illam legem.nam huiuſmōi ætatis pupilli, non habent plenam diſcretionem, quia non ſunt puberes, ut glo.in clem.eos, de regula.

5 Et ideo carēt iudicio pleno, vt l.cū prætor.§.ſi ff.de iud.c.j. § tria.3.q.7.quia iudiciū idē eſt, quod diſcretio, vt gl.in § præterea, in ver.iudiciū, inſti.quib.non eſt permiſſum facere teſta.gl.in d. §.tria, & in d §.fin. Et infirmū habent iudiciū l.fi.ff.de manu. vindic.& ideo, vt ibi dicitur, tutore authore regitur.

6 Sicut & olim apud Romanos mulieres, quia eorum iudicium, & conſilium infirmum eſt regebātur, & ipſe tutorib.vt

Tul.

Tul.in Orat.pro L.Murena.Mulieres,inquit, omnes propter infirmitatem conſilij maiores in tutorum poteſtate eſſe voluerunt,& Boe.lib.2.in Topica Cice.Mulieres,ait, antiquo iure tutela perpetua continebat: recedebant autem à tutoris authoritate,quæ manum viri conueniſſent, & Cato ille Cenſorinus apud Liu.lib 4 Belli Maced. Maiores quidem noſtri ne priuatam quidem rem agere fœminas,ſine autore voluerunt, ſed de hoc latius vide per And. Tiraq.in tract.de legib. Connub.l.1.nu.72 & 73.

7 Item ſcire poteſt,vt eſt glo.notabilis, in l.fi.ff.de iur. & fac. ign.& ideo vult, ꝙ d.l.fi non loquatur de proximo pubertati,hoc ipſum vult Bart.in l.pupillus,ſi fari, verſ.item intellige. ff.de acq.hære. tamen non poteſt ſcire plene,ſed aliquam habet ſcientiam.§.pupillus,verſ.ſed quod diximus,inſti.de inu. ſtip.l.ſed & ſi ſeruus.§.fi.ff.de trib. actio.vbi loquitur de proximo pubertati,& dicit, ꝙ ſcientia eius non ſufficit ad negociationem,& ſic non habet plenam ſcientiam, & eſt tex.in d. l.pupillus ff.de acq.hære.qui etiam tex. loquitur de proximo pubertati,vt dixi ſupra,c.26.Et dicit,ꝙ ſcire non poteſt.i.plene,vt ibi declarant Dy. & Albe. & eſt tex. in l.3 § proinde.ff. ad ſenatuſc.Maced dum dicit, loquens de proximis pubertati,& minoribus 25.annis,quod ſcire non poſſunt, qui tex.exponendus eſt, ſcilicet plenè, nam cui dubium eſt, ꝙ aliquam habent ſcientiam.

8 Item, quamuis habeant aliquam ſcientiam, tamen non tenentur ſcire iura.Minoribus enim 25.annis ius ignorare permiſſum eſt. l.regula. ff.de iur.& fac.igno. ſunt.n.in hac ætate multorum captionib.ſuppoſiti, multorũq; inſidijs expoſiti.l. 1.in prin ff de mino.& ideò Papin.in l.fi.ff.de iur. & fac.igno. dicit, ꝙ impuberes ſine tutore agentes nihil poſſe, vel ſcire intelliguntur,ego aliter legendam eſſe illam legẽ cenſeo ſine dictione vel,ita vt dicat, nihil poſſe ſcire intelliguntur, ita vt etiam dicit tex.in l.pupillus.ff de acquiren.hæred. & in l.3.§. proinde ff.ad ſenatuſconſul. Macedo. In quibus dicitur non poſſunt ſcire, merito & hic ita legendum nobis eſt nihil poſſe ſcire intelliguntur.

9 Neque obſtat,quod ibi ſentit glo.ꝙ ille tex.loquitur de infante,& infantiæ proximo,quia dico, ꝙ non eſt verũ,quia ille tex.ſimpliciter, & generaliter loquitur de impubere, meritò ita generaliter intelligi debet. Item loquitur de impubere,in quo requiritur authoritas,vt ſunt proximi pubertati. §.pupillus,inſti de inut. ſtip.Item,quia ille tex.loquitur de iuris ſcientia,vt patet per rubricam,ſub qua eſt ſituatus.Et ita licet ignorare ius proximis pubertati,& minor.25.an. ſicut infantibus, & illis proximis, merito dicamus, ꝙ ille tex. de proximis pubertati loquatur, qui ſcire non poſſe ius intelliguntur. Neque obſtat, ꝙ proximi pub.doli capax eſt, & ſcire poteſt de iure, & de facto quia licet ſcire poſſit,tamen non tenetur ſcire ius, d.l.regula,in prin. nec obſtat,ꝙ tex.dicat non poſſe ſcire,quia ego expono,non poſſe,i.non teneri,vel debere ſcire:verbũ.n. poteſt, pro debet, ſępe accipitᷣ in iure,vt eſt gl.in l.obſeruare. §.fi.ff de offi. procon.& lega glo. in l ſi mandauero § fina.ff. mand.Iaſ.in l.j.col.2.in ver.poteſt.ff.de iuriſdi.omn iud.Et ꝙ ita exponendus ſit ille tex.facit lex præcedens, vbi dicitur, ꝙ ius ignorare illis permiſſum eſt: concludamus igitur,ꝙ ibi loquatur de proximo pubertati, & ꝙ ille tex.dicat, nullum ius poſſe,id eſt,ſcire debere intelligatur.

10 Concordat l 3 §.proinde ff.ad ſenatuſc. Maced.dum ibi dicitur.Proinde,& in eo, qui ſcire non potuit, an filiusfamilias ſit.Iulianus,lib 12.Digeſtorum ceſſare ſenatuſconſultum ait, vt puta in pupillo,vel minore 25.an.qui tex.loquitur de ſcientia iuris,vt patet ex tex. illo in primis verbis, dum dicit. Non vana ſimplicitate deceptus, nec iuris ignorantia, & facit.l.fi. eo.tit.vnde dũ ille tex.dicit, Scire non potuit. exponas nõ tenebatur, vt ſupra fecimus,ad d.l fi.Concordat etiã.l.pupillus, ſi fari.ff.de acq hęre.dum dicit.Neque.n.ſcire,neq; diſcernere talis ætas poteſt non magis q̃ furioſus.nam ille text.loquitur de proximo pubertati,vt dixi ſupra,c.26 in fi.& exponere debemus,ꝙ magis non poteſt.i.debet, aut tenetur ſcire cauſam,id eſt,ius acquirendæ hæreditatis,quam furioſus,quia & furioſo licet ignorare ius,vide tamen ſupra,in dicto cap.26 & in nou. declarat. ad illam legem. Concludamus igitur ex ſupradictis verũ eſſe, quod proximus pubertati habet aliquem intellectum,non tamen plenum,nec tenetur ius ſcire,ſiue intelligere: & in hoc erraſſe conſtat apertiſſimè, Barto. Ange. Ioan.de Imo. Pau.Caſtren Alexan Iaſ & cæteros communiter Doctores, in l.1.§.adipiſcimur.ff.de acqui. poſſ. dum volunt,ꝙ proximus pubertati habeat perfectum.ſiue plenum intellectum, quia non eſt verum, ſed aliquem habet, & conſequenter in noſtro propoſito concludamus, ꝙ maior eſt ſeptem annis.

SVMMARIVM.

1 *Qui aliquam habet voluntatem, ſiue conſenſum, maior eſt ſeptem annis.*
2 *Proximus pubertati aliquem habet conſenſum, & aliquam voluntatem, & ſequen.*
Proximus pubertati poteſt alios obligare, & facere conditionem ſuam meliorem abſque tutore
3 *Item ſe poteſt alios obligare ſi ſibi ſit commodum, & utile abſque tutore.*
4 *Item poteſt ſe naturaliter obligare abſq; tutore, quamuis ſibi vtile, & commodum non ſit.*
5 *Item obligatur ex delictis abſque tutore.*
6 *Item poteſt adire hęreditatem opulentam abſque tutoris authoritate. Vide tamen, nu. 10.*
7 *Item poteſt contrahere ſponſalia.*
8 *Proximus puber non habet plenam voluntatem, ſiue conſenſum.*
9 *Et ideo non obligatur ciuiliter abſque tutore faciendo conditionem ſuam deteriorem.*
11 *Et quamuis delinquat, mitius punitur.*
12 *Et matrimonium contrahere non poteſt.*
13 *Puberes habent plenum intellectum, & plenam voluntatem.*
14 *Ratio quare ſeniores amplius mente valeant ex Ariſto.*

CAP. XXX.

Secundo modo probo, ꝙ maior ſeptem annis ſit proximus pubertati, quia, qui aliquã habet voluntatem, ſiue conſenſum, maior eſt ſeptem annis: at proximus pubertati habet aliquam voluntatem,& conſenſum:ergo maior ſeptem annis eſt proximus pubertati.

1 Maior probatur per c.literas, & c.acceſſit, de deſponſ.impub & c.j.30 q 2.& c. j.in prin de deſpon.impub.li.6.l.ſi infanti.C.de iu.delib.l.1.§.ſufficit.ff.de admi.tut. Vld. Zaſ in 2.q.de Iudæis,Didac.Couar.In Epito.ad 4 lib.decre. 1.par.c.2.nu.2. Io.Fab.inſti.de auth.tuto.in prin.nu.4.

2 Minor probatur, quia ipſe poteſt alios obligare, & facere conditionem ſuam meliorem, abſque tutoris authoritate,l. contra iuris,in prin.ff.de pac l.1 C.de autho.præſt.§.j.inſti.de auho.tuto. §.pupillus,inſti.de inuti. ſtipu.

3 Erĕt ſe poteſt alijs obligare abſq; tutoris authoritate, ſi ſibi commodum ſit,& vtile,vt l.ſi pupilli,in prin.ff de neg.geſt. & l.pupillus.§ j ff.de auth.tut & l.1 ff.de vtuca. pro empto.& voluit gl.in l.2.ff de acceptila quam ibi no.Ang & Imo.

4 Itẽ poteſt ſe naturaliter obligare abſq; tutoris authoritate Et ſi ſibi vtile, & cõmodum nõ ſit,l.j.in fi & ibi gl.& Dect ff. de noua. §.pręterea,inſti.qui.mo.toll. oblig.l.cum illud.§.hæres meus.ff.qñ dies lega.cedit.l. in numerationib §.ſi pupillo. ff de ſolu. l.fi.in prin.ff.de iureiu.l ſed mihi,in prin.ff.cõmod. l.ſi eius,in prin ff ad ſenatuſc.Treb l.ſi pupillus, in princ.ff.ad l.Falcid cum ſi Ergo habet voluntatem,& conſenſum:nullus etenim eſt contractus, nullave obligatio quin in ſe conſenſum habeat.l.1.ff de pac.l.conſenſu,cum l.ſeq. ff.de act.& ob. l.1.ff de contrah.empt.& vendit.

5 Itẽ obligatᷣ ex delicto,vt l.pupillũ qui. ff.de reg.iu.ubi Phil. Dec l.impuberẽ.ff.de fur.& ibi gl.l.excipiuntᷣ. ff.ad Senatuſc. Silla.& no.per glo.& Bar.in l.ſi quis in tantũ.C. vnde vi,ergo habet voluntatẽ:voluntas.n in maleficijs conſideratᷣ l.diuus, ff ad l.Corn.de ſic.l.1.§ in fi.ff.ad l.Põp.de parri. l.ſi quis in prin. ff.ad l.Iul. maieſt.l.ſi quis non dicã rapere. C.de epiſ.& cle.l.is qui cũ telo C.de ſica.l.1.§.Diuus.ff.eo.cum ſi.coploſè relatis; per Franc.Nico.in repe.rub.C.de eden.col.1.

6 Itẽ proximus pubertati poteſt adire hęreditatẽ opulentã abſq; tutoris authoritate,vt tenent Dyn.in c.quod ob gratiã, de reg.iu.lib.6.Ang. Pau.Ca. & Alex.in l ſi quis mihi bona §. ſeruus ff de acq hęr Raph.Cu.in l.more,& in l.pupillus,& ibi Bar ff eo.Pau.Caſt.in l.mutũ,poſt mediũ,ff.de acq.hęre.& ad hoc videatis And.Tita.in trac.de leg.Connub gl 8 nu.77.ergo habet voluntatẽ: voluntas.n.requiritᷣ in adeunda hæreditate.l.potuit.C.de iu.delib. l.qui ſeruum.ff.de acq.hære.cũ ſi.

7 Et ꝙ habeat voluntatẽ,ſiue cõſenſum patet, q̃a põt ꝯhere ſpõſalia.l. in ſpõſalib.la 2.ff.de ſpõ.& to.tit.ex.de deſpõ.impu. Cõcludamus igitᷣ proximũ pubertati hr̃e volũtatẽ,& ꝯſenſũ.

8 Quod tamen intelligere debemus, ita,vt aliquam habeat voluntatem, & aliquem conſenſum: non tamen plenum.

9 Vnde non põt ſe ciuiliter obligare,neq; facere conditionẽ ſuã deteriorẽ abſq; tutoris authoritate.§.j.inſt.de auth.tut.l.ꝯ iuris.ff de pac.§ pupillus,inſt.de inu.ſtip.§ nunc admonendi, inſti.qui.alie.licet,vel non.l.obligari.§ pupillus. ff.de auth.tu.

10 Neq; p̃t adire hęreditatẽ abſq; tutoris authoritate,ĕt locupletẽ,vt cõtra id, ꝙ ſupradiximus voluerũt Cy.Bal.& Sal.in l. ꝙ fauore.C.de leg.Bal.& Iaſ.in l.potuit.C.de iu.deli.Bal.Ang. Sal.& Ro.in l.mutũ.ff.de acq.hę Doc.in §.neq;, vbi ĕ bonus tex.inſt.de auth.tut.eſt tex.in l obligati § pup.ff.eo.ti.imo vero,nec opulẽtã p̃t adire,vt tenuit Iaſ.ĩ d.l. ſi q̃s mihi bona.§ ſi

ſeruus, col. 2. ff. de acq. hære & in l. more, col. 3 & in l. pupillus. ff. eo. & in d. l. potuit. Quid autem interſit inter locupletem, & opulentum, declaratur in d. § ſeruus.

31 Item quamuis delinquat, tamen mitius punitur. l. auxilium §. in delictis, & ibi Doct. ff. de mino. l. ſi ex cauſa. §. nunc in minoribus videndum, & ibi gl. & Bar. eo. tit. l. ſi adulterium, §. 1. verſ. fratres, & verſi. inceſtu. ff. ad l. Iuliam, de adulterijs. l. 1. §. impubes. ff. ad ſenatuſc. Silla. l. ferè in oībus, vbi glo. ff. de reg iu. cū ſi. vt late per And. Tiraq in tract. de pę. temp. aut remit. cau. 7. & ibi, nu. 5. inter alias rationes huius rei hanc tradit, ꝙ mitius puniuntur huius ętatis minores, quia non habent plenam voluntatem, plenum iudicium, & conſilium.

32 Item quāuis poſſint contrahere ſponſalia, non tamen poſſunt matrimonium contrahere, vt l. quæſitum l. in ſponſalib. vbi glo. ff. de ſponſalib. §. j. inſti. de nuptijs, c. puberes, c. arreſtationes, c. continebatur, c. ex literis, de deſpon. impub. In matrimonio autem contrahendo plenus conſenſus, & ſic pubertas requiritur. l. nuptias. ff. de reg. iu. §. nuptias itaq;, Auth. de nup §. illud, auth. quib. mod. natu. effi. legi. l. fi. in prin. C. de repu. c. cū locum, de ſpon. c. ſufficit, & c. matrimoniū, 27. q. 2. cum ſi. Concludamus igitur, ꝙ proximus infanti aliquam habet voluntatem, non tamen plenam, & perfectam, & conſequenter maiorem eſſe ſeptem annis.

33 . Puberes autem, qui ſunt, plenum habent intellectum, plenamq; voluntatem, atq; plenum conſiliū, fragile tamen, atq; infirmū, multis captionibus ſuppoſitū, multorumque inſidijs expoſitum, ſi ſunt minores 25. annis. l. j. ff. de mino. 25. ann. & teſtantur Ariſt. & Cic. lib. 1. Offi. ſcribentes adoleſcentiæ maximam ineſſe imbecillitatem conſilij, ut refert And. Tiraq. in tract. de pœ. cau. 7. nu. 5. Maiores autem, qui ſunt intellectum plenum, ac firmam habent ſapientiam, atq; prudentiam. Vnde Iob, c. 12. in antiquis, inquit, eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia, quem ad hoc citant Imo. & Alex. in l. Gallus, in prin. ff. de libe. & poſth. itaq; cum ætate creſcit intellectus, ſapientia, & prudentia.

34 Et huius rei ratio ea eſt, quam tradit Ariſt. lib. circularium quæſtio 30. c. 3. Cur inquit, ſeniores amplius mente valemus? quia natura parens, & autor oīum, inſtrumenta duo nobis inſeruit, quorū opera inſtrumentis extraneis vti valeremus: Manum inquam corpori dedit, aīæ mentē. Eſt. n. mens quoq; rebus à natura nobis impartitis annumeranda, vicem ſanè gerens inſtrumenti. Cæteræ oēs ſcientiæ, arteſque noſtra opera ſunt, mentem ipſam opus eſſe naturæ fatendum eſt, vt inde manu non iam ab ortu naturæ vti poſſumus, ſed cum natura abſoluit, perfecitq; (procedente namq; ætate manus ſuū opus maxime efficere poteſt) ita ēt mens, quæ res naturalis ex non protinus, ſed in ſenectute maxime nobis contingit, atq; tunc potiſſimum conſumatur, atq; abſoluitur niſi detrimento aliquo lacera, laſſaq; ſit. Quemadmodū cætera quoq; opera naturæ, poſterior vero mens, quam manuū facultas accedit: qm̄ inſtrumenta etiam mentis poſteriora ſunt, quā manuum inſtrumenta. Eſt. n. mentis inſtrumentum ſciētia, menti namq; vtilis ſcientia eſt, vt tibicini tibia. Manuum inſtrumēta res pleręq; naturales ſunt, natura aūt ipſa, eiuſq; res oēs priores ſunt, quam ſcientia. Quorum aūt inſtrumenta priores ſunt, facultates quoq; eorum prius contingere congruū eſt, his. n. crebro vtentes conficere ſolemus, & iſta ſic reciprocantur, ut quam vicem hæc inter ſe gerunt, quorum inſtrumenta ſunt eandem inſtrumenta quoq; ipſa inter ſe habeant, hæc Ariſt.

Cui & illud adijcere potes ex ipſius magiſtro Platone, qui in Timęo ait: Aīam ab initio cum mortalis corporis vinculis includitur amentē effici, at poſtq̄ nutritionis augmenti riuus lenius, minuſque fluit, animæq; circuitus tranquilliore motu iter ſuum peragunt, proceſſuq; temporis ſedatiores fiunt, & in figuram naturæ ſuæ congruā reſtituuntur: tunc ſingulorū circulorum directę conuerſiones eiuſdem, & alterius naturā probe diſcernunt, hominemq; ſic inſtitutum prodeuntem efficiunt. hæc refert And. Tiraq. in tract. de iure primogeni, in præfat. nu. 90.

SVMMARIVM.

1 *Doli capaces ſeptimum excedunt ętatis annum.*
2 *Proximus pubertati doli capax eſt.*
3 *Qui fari poſſunt ſeptimum excedunt annum.*
4 *Proximus pubertati fari poteſt.*
5 *Qui poteſt adire hæreditatem ſeptimum excedit annum.*
6 *Proximus pubertati poteſt adire hæreditatem tutore authore.*
7 *Qui poteſt bonorum poſſeſſionem petere ſeptimum excedit ętatis annum.*
8 *Proximus pubertati poteſt bonorum poſſeſſionem petere tutore authore.*
9 *Qui poteſt iudicium ſuſcipere maior eſt ſeptem annis, proximus pubertati poteſt.*
10 *Proximus pubertati maior eſt proximo infanti.*

CAP. XXXI.

Tertio probo, quod ille, qui ſeptimum excedit annum ſit proximus pubertati: nam doli capaces ſunt, qui ſeptimum excedunt annum: at proximus pubertati eſt doli capax, ergo proximus pubertati ſeptimum excedit annum.

1 Maior probatur, per glo. in c. 1 in verbo, grandiuſculis, de delictis puerorum, Gerſo. in tract. ſuper cantica canticorum, r. par. conſideratio. 4. Vldar. Zaſ. in tracta. de iudæis, quæſt. 2. late dixi ſupra, cap. 18.

2 Minor probatur per l. apud Celſum. §. deniq; Iulianus. ff. de de dolo malo, vbi glo. & l. pupillum qui. ff. de reg iu. l. impuberem ff. de fur. l. hæredibus, in fi. ff. de dolo. l. qui iuraſſe, in prin. ff. de iureiu. l. impuberem. ff. ad l. Corneliam, de falſis, l. ſed & ſi quæcunque. §. ſed & ſi infans. ff. ad l. Aquil. §. penu. inſtitu. de oblig quæ ex delic. naſcuntur, & in dictis iuribus videatis gl. & Doc & ad hoc eſt Maria. Soc. Senior, in c. ad audientiam, nu. 13. de ho. Io. Igneus, in l. excipiuntur, nu. 35. ff. ad Silla. Per. à Pla. in Epito. delictorum, lib j. c. 32. nu. 4. Per. Duc. de reg. iu. regula 259. lib. 3. Marc. Antō. Nata, conſi. 434. & late patet, ſupra, c. 18. nu. 2. & ſeq.

3 . Quarto probatur, quia qui fari poteſt ſeptimum excedit annum: at proximus pubertati fari poteſt, ergo proximus pubertati eſt, qui ſeptimum excedit annum.

Maior probatur per l. j. §. ſufficit. ff. de admini. tut. ibi, ita tamen, ut pro ijs, qui fari non poſſunt, vel abſunt ipſi tutores iudicium ſuſcipiant: pro ijs autem, qui ſupra ſeptimum annum ętatis ſunt, & præſto fuerint, authoritatem præſtent, & latius dixi ſupra, c. 20. nu. 1.

4 Minor probatur per l. in negocijs. ff. de reg. iur. & l. 1. § pen. ff. de act. & oblig & l. ſeruum. ff. rem pup. ſaluam fore. l pupillus ſi fari, ff. de acqui hæred. l. ſi quis emancipatum. C. de don. l. 1. § ſufficit ff. de adminiſt. tuto. cum ſi. & facit, quia proximus pubertati poteſt ſtipulari, & omne negocium rectè gerere, vt § pupillus, inſtit. de inuti. ſtipul. merito poteſt loqui, ſiue fari, l. 1. in principio, ff. de verborum obligationib. l. in negocijs, ff. de regu. iuris.

Item facit, quia nec verba ei deſunt, nec aliquis intellectus ei deeſt, vt §. pupillus, inſti. de inuti ſtipu. merito loqui, ſiue fari poteſt, & ideo eſt, quod nec nomine generali, nec ſpeciali dicitur infans, ſed proximus pubertati. Sed in hac re non ſum amplius verba facturus, & quia per experientiam rerum magiſtram uidemus eum loquentem, & quia nemo eſt, qui hoc neget: latiſſimèque hoc colligere quis poterit ex cap. 20. 21. & 23. cum ſequenti.

5 . Quinto, ꝙ proximus pubertati ſit, qui ſeptimum excedit annum probatur, quia qui poteſt adire hæreditatem excedit ſeptimum ętatis annum, at proximus pubertati poteſt adire hereditatem, ergo.

Maior probatur per tex. in l. ſi infanti. C. de iure delib. in fi. ubi dicitur, ꝙ pupillus poſt impletos ſeptem annos poteſt hęreditatem adire tutore authore.

6 Minor probatur, per l. pupillus ſi fari, ubi glo. & Doct. ff. de acq. hę. per §. neq; tamen, inſtit. de autho. tuto. Imò, vt eſt ſententia aliquorum, poteſt proximus pubertati adire hęreditatem opulentam abſq; tutore, vt dixi ſupra, c. 30. nu. 5. & 7. verſi neque, ſed latius videre poteritis, quæ ſupra, c. 24 & ſeq. ſcripſi, vbi hæc minor probatur.

7 Sexto, ꝙ proximus pubertati ſit, qui ſeptimum ętatis annū excedit probatur: quia qui poteſt tutore authore bonorum poſſeſſionem petere, certe excedit ſeptimum ætatis annum: at proximus pubertati poteſt, ergo proximus puberti ſeptimum excedit ætatis annum.

. Maior patet, per l. ſi infanti. §. fi. C. de iure delibe.

8 Minor probatur per §. pupillus, inſti. de inut. ſtip. l. in negocijs, ff. de reg. iu cum ſi & videatis, ſupra, c. 26.

9 Septimo probatur, quia qui poteſt iudicium ſuſcipere, certè ſeptimum excedit ætatis annum. text. eſt in l. 1. §. ſufficit, ff. de adminiſt. tuto. at proximus pubertati poteſt iudicium ſuſcipere tutore authore, vt volunt omnes in d. §. ſufficit: nam poteſt omne negocium rectè gerere d. §. pupillus, & d. l. in negocijs. ergo proximus pubertati eſt, qui ſeptimum excedit ętatis annum. ad hoc videatis c. 27.

10 Vltimo patet, ꝙ proximus pubertati ſit, qui ſeptimum excedit annum, quia qui excedit ętatem proximi infanti, eſt proximus pubertati, vt omnes volunt Doct. & probatur in §. pupillus, inſti. de inut. ſtipu. at ętas proximi infanti durat vſq; ad ſeptimum annum incluſiuè, vt latè probaui ſupra, à cap 11. vſq; ad 27. incluſiuè, merito proximus pubertati eſt, qui ſeptimum excedit ætatis annum.

Et ex his ad laudem Dei ſatis mihi vr̄ probata noſtra opinio de eſſentia infantis, proximi infanti, & proximi pubertati.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Infantes, & proximi infanti, nullum habent intellectum.*
2 *Limita, vt nullum habeant in vſu, & in operatione, ſecus in potentia.*
3 *Anima organizato corpore humano a Deo de nihilo creatur, & creando corpori infunditur.*
4 *Animæ creatio, & unio cum corpore fit poſt 40. diem in maſculo, & poſt 80. in fœmina.*
5 *Anima intellectiua habet triplicem virtutem, intellectiuam, ſenſitiuam, & nutritiuam.*
6 *Intellectus non habet ſpecies naturaliter inditas, ſed in principio eſt in potentia ad omnes huiuſmodi ſpecies.*

C A P. XXXII.

1 Nunc qu a ſupra, c. 11. & ſequentibus, loquentes de infante, & proximo infanti, diximus ſecũdum ius infantes, & proximos infanti, nullum habere intellectum, nullumque habere ſenſum, ad majorem illius dicti declarationem, quatuor affero limitationes.

2 Et primo limito, vt ſit verum, ꝙ infantes, & proximi infanti nullũ habeant intellectũ in vſu, ſiue operatione, nullumq; habeant ſenſum, ſecus eſt in potentia, quia certe habent intellectum, & ſenſum, ꝙ patet, quia habent animam intellectiuam.

3 Illa. n. organizato corpore humano concepto in vtero matris, à Deo de nihilo creatur, & creando corpori infunditur, c. pen. 13. q. 3. c. Moyſes, 32. q. 2. Guil. Bened. in repe. c. Raynu. de teſta. vbi citat Ariſt. 2. de Anima.

4 Quæ animæ creatio, & vnio cum corpore organizato fit poſt 40. diem in maſculo, & poſt 80. in fœmina, vt per glo. in l. Diuus. ff. de extraordi. crimi. & gl. in cle. vnica, in ver. vnitas, de ſumma trin. glo. fi. §. j. diſt. 5. Innoc. in c. quadam, de celebr. miſ. Io. Brunel. in repe. c. 1. in 4. p ou. 3. de homicid. & magiſt. ſenten. in 3. diſtinct. 3.

5 Cum igitur huiuſmodi ętatis pueri habeant animam intellectiuam, ergo habent illam triplicem virtutem intellectiuã, ſenſitiuam, & nutritiuam, vt per S. Auguſtinum, in lib. de eccleſia dogma. & S. Tho. in 1. par. quæſt. 76. art. 3. & B. Anto. in ſumma, titu. de poten. animæ, c. 1. in princip. & do Gauinum Sambigutium Sardum Saxarenſem, virum cum paucis philoſophiæ, & medicinæ peritiſſimum, & totius Regni Sardiniæ prothomedicum meritiſſimum in aurea interpretatione ad Hermathenam Bocchiam, c. 4. col. 3. merito poſſumus aſſerere infantes, & proximos infanti habere intellectum, quo intelligunt, & ſenſum, quo ſentiunt.

6 Tamen, quia intellectus ille, quo anima intelligit, nõ habet aliquas ſpecies naturaliter inditas, ſed eſt in potentia in principio ad omnes ſpecies huiuſmodi, ſm Ariſtotelem, qui vult, quod intellectus ſit tanquam tabula raſa, in qua nihil eſt ſcriptum, vel depictum, eſt tamen poſſibile ſcribi, vel depingi, vt libro tertio, de Anima, poſſumus dicere, quod habeat intellectum in potentia, non tamen in vſu, & operatione, & ita etiam dicimus de ſenſu.

Et ad hoc facit S. Thom. in 1. par. q. 84. artic. 1. vbi inquit, ꝙ videmus hominem quandoq; eſſe cognoſcentem in potentia tantum, tam ſecundum ſenſum, quàm ſm intellectum, & de tali potentia ad actũ reducitur, vt ſentiat per rationes ſenſibilium in ſenſu, & vt intelligat per diſciplinam, aut inuentionem, vnde oportet, ꝙ anima cognoſcitiua ſit in potentia, tam ad ſimilitudines, quæ ſunt principia ſentiendi, quàm ad ſimilitudines, quæ ſunt principia intelligendi, vt per S. Antoninum, in ſum. tit. de actu intellec. §. 4.

Concludamus igitur, ꝙ infantes, & proximi infanti, nullum habeant intellectum vſu, aut operatione, cum tamen habeant in habitu, ſiue in potentia.

Et hoc ipſum voluit Carolus Ruynus, vir ſanè conſultiſſimus, in repetitione. l. 1. in principio, columna vltima, in fine, ff. de verborum obligationibus, & ita etiam de ſenſu concludamus, vt nullum habeant ſenſum neceſſarium ad negociationem in uſu, & operatione, habeant tamen in habitu, & potentia.

SVMMARIVM.

1 *Infantes, & proximi infanti, nullum habent ſenſum, nullumq; intellectum, quo ad negociationem.*
2 *Infantes, & proximi infanti, habent ſenſum, & intellectum, & voluntatẽ, quo ad quædam principia vniverſalia.*
3 *Bruti, & pueri uoluntario communicant, & quomodo hoc procedat.*
4 *Infantes, & proximi infanti, ſciunt eligere, diſcernere, & euitare ex inſtinctu naturæ.*

C A P. XXXIII.

1 Secundo limito, vt ſit verum, ꝙ infantes, & proximi infanti, nullum habeant intellectum, nullumq; ſenſum in vſu, & operatione, ꝙ ſit requiſitum à iure, quo ad negociationem, & ita procedũt dicta ſupra, c. 11. & ſeq. vt l. ſed & ſi ſeruus. §. fin. ff. de tribu. act. §. pupillus, inſti. de inuti. ſtipu. l. quãuis. §. infans. ff. de acq. poſſ. & videas Bart Socy. in l. 1. §. adipiſcimur, nume. 6. verſicu. tu vero. ff de acqui. poſſ.

2 Habet tamen ſenſum, quo ad alia, habetq; intellectum, & voluntatem, quo ad quędam principia vniuerſalia, quæ omnibus ſine diſcurſu ſunt nota: nã vt dicunt Bart. Iaſ. & alij, in l. pupillus ſi fati. ff. de acq. hæred. quamuis infantes, & proximi infanti, in ea ſint ætate, vt non poſſint ſcire, & intelligere per examinationem, ſiue per cognitionem cauſæ: tñ intelligunt, & ſciunt quædã principia, & quædã vniuerſalia, quæ ſine diſcurſu ſunt oĩbus nota, exempli gratia appetere bonum, & fugere malum, ita etiam dicunt Vldar. Zaſ. in tract. de Iudæis, q. 2. & Hiero. Cagno. in l. in negocijs, nu. 8. ff. de reg. iu. Ita etiam, vt dicit S Anto. in ſum. 1 par. tit. 4. c. 3. §. j. uoluntarium reperitur aliquod in brutis, & pueris, licet imperfectè.

3 Et ideo dicit Philoſ. 3. Ethico. ꝙ bruti, & pueri voluntario communicant. Quod declarando S. Tho. 1. 2. q. 6. dicit, quod cum ad rationem voluntarij requiratur, ꝙ principiũ actus ſit intra agentem cũ aliqua cognitione finis, ſicut cognitio finis actionis in brutis, & pueris eſt imperfecta: ita etiam voluntarium in eis eſt, ſecundum imperfectã rationem. Dicitur aũt cognitio imperfecta finis, quæ in ſola finis apprehenſione cõſiſtit ſine hoc, ꝙ cognoſcatur ratio finis, & proportio actus ad finẽ, & talis cognitio inuenitur in brutis per ſenſum, & ęſtimationẽ naturalem, vnde animal brutũ apprehẽdens finem non deliberat, ſed ſubito mouetur in ipſum. Perfecta aũt cognitio finis eſt non ſolũ, quando apprehenditur res, quæ eſt finis, ſed ẽt quando cognoſcitur ratio finis, & proportio eius, ꝙ ordinatur ad ipſum finem, & talis cognitio perfecta cõpetit ſoli rationali creaturæ, intellige maiori ætate: ſic ẽt voluntarium, ſm perfectam rationem, prout, ſ. apprehenſo fine aliquis poteſt deliberans de fine, & de iis, quę ſunt ad finem moueri, vel non moueri in ipſum. Hæc Diuus Tho quem refert Diuus Anton. ubi ſupra.

4 Et adde Lancel. Galiau. in l. j. io princ. nu. 63. ff. de verb. obl. qui dicit, ꝙ licet aliqui infantes ſciant eligere, diſcernere, & euitare: hoc in eis procedit ex inſtinctu naturæ, ſicut videmus in brutis, qui habent voluntatem, nulli tamen rationi ſubiectam. l. ſi boues. ff. ad l. Aquil. l. j § cum arietes. ff. ſi quad. paupe. feciſ. dicatur. Ex his igitur concludamus, ꝙ habent imperfectam cognitionem, & ꝙ imperfectè intelligunt, ſciunt, appetunt, & ſentiunt ea uniuerſalia, quę ſine diſcurſu ſunt nota, nullo tamen modo intelligunt, ſiue ſentiunt, quo ad negociationem, vt iure requiritur.

SVMMARIVM.

1 *An infantes, & proximi infanti, careant intellectu, & ſenſu uerè, an ſecundum fictionem, uel iuris præſumptionem.*
2 *In fictione non eſt locus contrariæ probationi, ſecus in præſumptione.*
3 *Accurſij opinio, quod ſit fictio infantes, & proximos infanti non habere intellectum recitatur.*
4 *Verbum uidetur, an fictionem importet. 7. & 10.*
5 *Verbum intelligitur, fictionem importat. 11.*
6 *Alia Accurſij opinio quod ſit iuris præſumptio, infantes, & proximos infanti, non habere ullum ſenſum, & intellectum.*
8 *L. impuberem. ff. de furtis, declaratur. 12.*
9 *Nona authoris opinio, quod infantes, & proximi infanti, ſecundum rei ueritatem dicantur nullum habere ſenſum, nullumque intellectum.*

C A P. XXXIIII.

1 Tertio limita, vt ſit verum, ꝙ vſu nullũ habeant intellectum, quo ad negociationem requiſitum, de fictione iuris: ſecus eſt, ſecundum rei veritatem, quia habent infantes, & proximi infanti requiſitum intellectum, quoad negociationem.

2 De ueritate huius limitationis ab aliquo, quem ego uiderim, non tactę nunc a nobis videndum eſt, quia eſt qđ magni momenti, an ſecundum fictionem iuris, uel præſumptionem iuris, & de iure, aut ſecundum præſumptionem iuris uel ſecundum ueritatem dicantur huius ætatis pupilli nullũ habe-

re intellectum. Nam ſi hoc eſt ſtatutū fictione iuris, vel præſumptione iuris, & de iure, vel ſm veritatem equidem non erit locus probationi contrariæ: ſecus ſi eſt iuris præſumptio, quia tunc probari poteſt contrarium, vt gl. in l. ſi duo. ff. de acqui. hære. gl. in c. 2. de arbit. lib. 6. Fely. in c. quanto, de præſum. Alex. in l. inter ſtipulantem §. 1. ff. de verb. oblig. & conſi. 158. volu. 2. & conſil. 40. volu. 4 & conſil. 91. volu. 6 Alcia. in tract. de præſump 2 parte. meritò nobis accurate inſiſtendum erit, iuxta l. legatū ff. de libe leg.

3 G o. in l. qui iuraſſe, in princ. in verbo videatur. ff. de iureiu. quam valde notabilem, & ſingularem exiſtimo tenet, ꝙ ſit fictio, mouetur per d. l. qui iuraſſe, & per l. pupillus. ff. de acqui. hære. & l. fi. ff. de iur. & fac. ign. & per alias tres leges, quas non refero, quia nihil faciunt ad rem. Induco igitur memoratas tres leges, quibus d. gl. mouetur, & primo l. qui iuraſſe, vbi dicitur quamuis pupillus non videatur peierare, quia ſciens fallere non videatur, & l. pupillus, vbi dicitur, quamuis non videatur ſcire huiuſmodi ætatis puer.

4 Conſidero enim, dum illę leges vtuntur verbo videatur, ꝙ ſui natura fictionem importat. l. j. §. deieciſſe. ff. de vi, & vi armat. l. ſi pater filio, & ibi gl. ff. de iis, qui in frau. cred. l. ſi duo, & ibi glo. ſi ff. de acq. here. Bar. in l. ſi is, qui pro emptore ff. de vſucap. vbi Iaſ. & Doc. & in l. ſciendum. ff. de ver. obli. ergo fingitur non habere intellectum, nec ſcientiam.

Secundo induco d. l. ſi. vbi dicitur nihil poſſe, vel ſcire intelligitur. conſidero ego, ꝙ verbū intelligitur, importat & fictionem, vt infra nunc dicemus, ergo fingitur.

5 Tertio vltra gl. noniter multa pro hac parte conſidero, & primo tex. in l. in eo, ꝙ plus, §. pupillus, ibi, pupillus pati poſſe non intelligitur. ff. de reg. iu. qui tex. vt diximus, ſupra c. 11. in fi. vult ſignificare ꝙ pupillus intelligere nō poſſe intelligitur, quo ſtante conſidero verbū intelligitur, ꝙ ſua natura importat fictionem, vt l. ſi is, qui pro emptore, ibi, Intelligi vſucaptum, & ibi no. Bar. Iaſ. & cęteri Doc. ff de vſucap l. ſi tibi homo. § ſeruus. ff de leg. i. l nec emptio. §. fi. & ibi gl. ff. de contra. emp. gl in l. hęres quoq;. ff. de acq. hær. Lud Ro. conſ. 305. pręſuppoſitis terminis fortioribus. col. 2 & Abb. conſ. 127. caſus in effectu ſic proponitur, ergo fingitur non intelligere.

Item conſidero, ad hoc text. in l. 1. § impuberes. C. de falſa mo. qui tex. ad intellectū refertur, vt dixi, ſupra, c. 12. & dicit, ꝙ quāuis conſcij ſint ignorant quid videant, nota quia dicit conſcij ſint, & ꝙ ignorant, hæc eſt repugnantia; ſi ita ſimpliciter intelligamus, vnde opus eſt, ꝙ ille tex. ita declaretur, ꝙ re vera conſcij ſunt, & ꝙ iuris fictione ignorant.

Item facit, quia experientia videmus infantes habere uſu intellectum aptum ad negociationem, & ſenſum merito dicamus, ꝙ ius, quod diſponit contrarium fingat: contra veritatem l. vnica. §. accedit. C. de rei vxo. actio. late And. Alci. in tract. de præſump. in prin.

6 Sed ꝙ potius ſit iuris præſumptio, tenet gl. quam ſimiliter ſingularem exiſtimo, in l. 1. §. impuberes, in verbo, ignorat. C. de fal. mon. quæ multas leges ad hoc citat quas per te videas: mihi enim nihil probant, & hanc ipſam opinionem tenent Bar. Socy. in l. 1. §. adipiſcimur, col. 3 ff. de acq. poſſ. & Vant. in tract. de nul. ſent. ex defec. inhabili. ſeu mand. comp. nu. 9 qui leuia afferunt ad hoc.

7 Ego autem eorum opinionem confirmo his medijs, & primo, ex d. l. qui iuraſſe, in prin. ff. de iureiu. & ex d. l. pupillus. ff. de acq hære. conſiderando verbum videtur, quod importat præſumptionem iuris, vt eſt tex. in l. ſciendum, & ibi hoc not Rapha Cuma. Are. Iaſ. & alij. ff. de verb. oblig. vbi verbum videri, importat iuris præſumptionem, ſecundum communem Doctorum opinionem, & uideas Iaſ. in l. ſi is, qui pro emptore, nu. 91. ff. de vſucap.

8 Secundo, per l. impuberem, ff. de fur. conſiderando ibi verbum putamus, vt conſiderat Iac Boul. in repet. l. capitalium, § famoſos, ff de pœnis. nam ille tex. non dicit abſolute minorem ſeptennio non eſſe doli capacē, ſed dicit putamus, & verbum putamus, importat pręſumptionem, ita dicit Iac Boule, & ita ipſe ſentit, ꝙ ſit iuris præſumptio.

Tertio, inuenio Pau Caſtr. qui eſt diuerſę opinionis, ſentit enim, quod ſit præſumptio iuris, & de iure, in l. 1. nu. 4. ff. de nouat iure tamen non probat.

9 Sed quicquid cęteri ſentiant Docto. mea noua eſt opinio Infantes, & proximos infanti, ſm rei veritatē nullum habere intellectū, nullumq; ſenſum, limitando tñ, vt ſupra fecimus in duabus præcedentib. Ad hoc moueor quāplurimis legibus, quę vtuntur verbis importantibus veritatē, vt l. 1. §. impuberes. ibi, quid videat ignorat, & d. l. more. ibi, conſilij capax non fuerit. ff. de acq. hæ & d. l. pupillus. ibi, neq. n. ſcire, neq; diſcernere talis ętas poteſt, non magis ꝗ furioſus, & ibi, licet huius ętatis ſit, vt cauſam acq hære. non intelligat, ff de acq. hęr & l. ſeruū. ibi, vt non intelligat, ff. rem pup. ſal. fo. & l. 1. § huic proximus, ibi, eius ętatis eſt, vt non intelligat. ff. de act & oblig. & l. in negocijs, ibi, actū rei non intelligant, ff. de reg. iu. & §. pupillus, inſti. de inuti. ſtip. ibi, quia nullū habent intellectum, & tex. in §. ex par. el 1. de corpo. vitiat. ibi, nullum habent animi iudicium, & l. fi. ff. rem pup. ſal. fore, ibi oīa ignorat, & l. fi. C. de teſt. mili ibi, nondum adeptus eſt mentem ſtabilem, & §. præterea. ibi, eſt nullum eorum animi iudicium, inſti. quibus non eſt permiſ. face. teſta. merito, ſecundum veritatem eſt, infantes non habere intellectum.

Item conſidero quamplurimos tex. qui dicunt, ꝙ carent naturaliter iudicio, vt l cum prætor. §. fi. ff. de iudi. c. 1. §. tria, 3. q 7 l. 1. § pe. ff. de act. & obli. ergo non eſt ex fictione, ſed naturaliter, & ſecundum veritatem.

Item ſi eſſet præſumptio, vel fictio, equidem leges ipſę hunc dicentes vterentū verbis fictionem, vel præſumptionem denotantib. vt verbo creditur, l. retro. ff. de capti. vel verbo quodāmodo. l. in ſuis. ff. de lib. & poſth gl. in l. ſi me in vacuam. §. i. ff. de acq. poſ vel perinde habeat, vt l. iure ciuili. ff. de condi. & dem. l. iure ciuili. ff de reg. iu. vel alijs ſimilib. verbis, vt in ſimili argumentando dicunt Bar. & Doc. in d. l. ſi is, qui pro emp. ff. de vſucap. at non vtuntur. ergo.

Item facit, quia fingi poteſt, ꝙ infantes, & proximi infanti habeant intellectū, vt gl. in l. ſeruū, in ver. ſtipulari, & agere. ff. rem pup. ſal. fo. Io. Crot. in l. 1. in prin. nu. 9. a. lec. ff. de ver. obli. & nos latius infra demōſtrauimus, c. ſeq. ergo re vera nullum habent intellectū, quia fictio non cadit vbi eſt veritas. l. filio, quē pater. ff de libe. & poſth. His ſic ſtantib. non obſtant contrariæ opiniones, & eius fundamenta primæ opinionis, ꝙ fingaī, quia illę duę leges vtunē verbo intelligunī, & aliæ duæ, videatur, quæ verba fictionē important, quia reſpondeo, ꝙ cum ſint pauciores leges vtentes ijs verbis fictionē, ſiue præſumptionem importantibus, & quāplures ſint aliæ leges, quę vtuntur verbis veritatē denotantib. potius illæ ſunt habēdæ in cōſideratione, ꝗ veritatem denotant. l. nam ad ea. ff. de leg.

Vel rectius rñdeo, ꝙ verbum videatur, aliqñ etiam veritatem importat. l. naturaliter, in prin. ff. de acq. poſ. Nam vſufructuarius vere poſſidet naturaliter rē in qua hēt uſumfructū, & tamen ibi dicitur naturaliter poſſidere videtur: ibi ergo verbum videtur, importat veritatem, vt etiam ibi notat Are.

10 Item eſt tex. in l. ſeruū filij. § 1. & ibi glo. & Doct. ff. de lega. 1. & l. 3. §. ex contrario, & ibi Ang. eam notat ad hoc, ff. de acquit. poſſ. meritò hic in noſtro caſu verbū illud videtur, debet interpretari, vt ſignificet veritatē, tum quia vna lex declarat aliam, l non eſt nouū, ff de leg. bus, tum etiam, quia ita iura iuribus concordanī, & euitatur contrarietas: Itē, quia hoc ſuadet materia ſub ecta, vt per Bald. in rubrica, extra de præſcriptio colum 2. vbi dicit, ꝙ in d. l. naturaliter. verbū videtur, non importat fictionem, quia quandoq; poteſt ſignificare veritatem, & debemus inſpicere materiam ſubiectam, ſecundū Iaſonem, in dicta l. ſi is, qui pro emptore, nume. 91. & l. ſciendum, nume. 7 ff. de verborum obligationibus.

11 Non obſtat etiā conſideratio facta de verbo intelligitur, quia pari modo reſpondeo, ꝙ aliquādo importat veritatem, vt l. 1. § item acquirimus, & ibi Aretin ad hoc notat, ff. de acquir. poſſ. Iaſ. in d. l. ſi is, qui pro emptore, nume. 93. ff. de vſucap Bal in cap. bonæ memoriæ, colum. pen. de appell. & per hoc ſatis cōfutata ſunt fundamenta glo. in dicta l. qui iuraſſe.

Non obſtant alia mea fundamenta de l. 1. § impuberes, quia intelligo ego illam legem, dum dicit, quamuis conſcij ſint, vt dicat, ꝙ conſcij ſunt, & hñt intellectū. & cognitionem: tamē ignorant, quid videant, id eſt, non habent intellectum, aut cognitionem à iure requiſitam, vt dixi ſupra c. 33. & eodem modo reſpondeo ad illud, quod diximus de experientia, quia licet habeant intellectum, non tamen habent ita, vt ius requirit, diximus in d. c. 33 ſic igitur non eſt fictio, ſed veritas.

12 Ita ēt nō obſtant fundamēta opinionis, ꝙ ſit pſumptio, quia ſatis patet reſponſio ex ſupra dictis ad illud de verbo, videtur.

Nec obſtat conſideratio Iacobi Boule. ad l. impuberem, quia dicit putamus, quia dico, ꝙ ille text. facit contra eum, ſi bene punctuando conſtruatur, nam punctus eſt in verbo cadere, & ſic dicit tex. Et modum eſſe adhibendum ait, nam in infantes id non cadere, intellige, ait, & ſic exprimit veritatē: verbum autem putamus, refertur ad ſequentia verba, ita vt dicat nos putamus eum impubere culpæ capace Aquiliana agi poſſe, & per hæc ſit finis huic quæſtioni.

S V M M A R I V M.

1 *Fingere poteſt lex infantes, proximos infanti, & furioſum habere intellectum.*

2 *Lex non poteſt fingere impoſſibilia per naturam.*

3 *Naturalis eſt defectus voluntatis in infante proximo infanti & furioſo.*

4 *Iaſonis declaratio ad l. 2. § voluntatem ff ſol. mat. reprobatur.*

Accurſij

6 *Accurſii, & Philippi Decij declaratio reprobatur, nu. 5. declaratio Ioannis Croti confutatur.*
7 *Noua authoris declaratio ad l. 2 §. voluntatem ff. ſol. mat. traditur.*
8 *Declaratur nouè l. qui ad certum. ff locati.*

CAP. XXXV. & vltimum.

1 Limito quarto, & vltimo, vt licet infantes, & proximi infanti naturaliter, & verè careant intellectu, & voluntate: fingere tamen poſſit lex eos habere intellectum, & voluntatem, quod probo argumẽto a ſimili: Nam furioſus re vera non habet voluntatem, l. furioſi. ff. de reg. iur. dixi ſ. c. 13. fingitur tamen per l. eum habere voluntatem, vt l. 2. §. voluntatem, ff. ſolu. matr. vbi text. vtitũ verbis importantib. fictionem, videlicet, verbo quaſi, verbo videri, & verbo creder, quæ inducunt fictionem, vt per Bar. & doct. in l. ſi is, qui pro empt. ff. de vſucap.

Sic igitur poteſt lex fingere, ꝙ infans, & proximus infanti habeant voluntatem, quam ſecundum veritatem non hñt: infantes enim, & proximi infanti, æquiparantur furioſis. §. pupillus, ver. nam infans, Inſti. de inut. ſtipula. dixi latè ſ. c. 13.

2 Sed ↄ iſtam limitationem obſtat, quia lex non poteſt fingere furioſum habere voluntatem, ſiue cõſenſum, vt eſt text. in l. qui ad certum, ff. loca. lex enim non fingit impoſſibilia p naturam, l. ſi pater. ff. de adopt. gl. & Doct. in l. Gallus. §. ſi eius, ff. de libe. & poſth. Doct. in l. ſi is, qui pro emptore, ff de vſucap. At furioſus naturaliter caret voluntate, d. l. j. §. furioſus, ff. de act. & oblig. latè Hieron. Verius in repet. l. ex facto, nu. 215. ff. de vulg. & pup. ergo, &c.

3 Sic etiam cum naturalis ſit defectus voluntatis in infante & illi proximo, vt l. cum prætor §. non autem ff. de iudi. ca. r. §. tria. 3. q. 7. non poterit lex fingere eos habere voluntatẽ, & facit, qa cum impuberes careant iudicio naturaliter ſuper eo diſpenſari non poteſt, vt per Philippum Decium, in l. fœminæ §. item impubes, nu 4 ff de regu. iur. Inno. in cap. ſciſcitatus, de reſcrip. Baldus, in l. bonorum, C. qui admitt. & facit text. in l fina. C de teſtamento militis, cum ſimilibus, vt notabiliter tradit ibi Alexander.

4 Neq; obſtat d. l 2. §. voluntatẽ. qa Iaſon ibi reſpõdet, ꝙ dictus textus non fingit furioſam illã habere voluntatẽ: ſed fingit non contradicere, qa ibi habebatur pro non cõtradicẽte.

Sed cõtra iſtã Iaſonis reſponſionẽ inſurgit Philippus Decius, in l in negocijs, nu. 6. ff. de regulis iur. qa ibi text. dicit cõſentire, q̃s eam merito creder. itẽ dicit quaſi ea voluntate filiæ videri experiri patrem, itẽ nullo modo dici põt, ꝙ ibi fingat lex illã non contradicere, qa in veritate non contradicat cũ habeamus veritatẽ non eſt opus fictione. fictio n. cum veritate nõ concurrit, vt l. filio, quẽ pater, ff. de liberis, & poſthumis. præterea in illo caſu filia ſanę mentis, ſi non ↄdicit habetur pro conſentiente, vt ibi dr̃, niſi euidenter contradicat videri patri conſentire, ergo in illo caſu non videt̃ differentia, an fingat̃ cõſentire, vel non ↄdicere. Addo, ꝙ ideo text. dicit, qa nõ põt p demẽtiã ↄdicere, cõſentire q̃s eã merito credet.

Item ſi p legẽ fingi non põt, ꝙ furioſus velit, ergo nec fingi põt, ꝙ non contradicat, nã non contradicere eſt ẽt actus voluntarius, & p̃cedit ex voluntate indirecte, ſicut ſubmerſio nauis dr̃ procedere ex voluntate Gubernatoris inquãtũ deſiſtit à gubernando, vt per Marium Salomon. in l. 1. ff. de legib. & per ſanctum Antoninum, in j. parte ſummę, tit. 4 c. 3. §. 2. vnde ſolutio Iaſ eſt omnino reijcienda.

5 Secunda eſt ſolutio Philippi Decij, in l. in negocijs, nu. 6. ff. de reg iur. quam prius dedit ibi gl. vt ibi ſit caſus ſpecialis, vbi fingitur habere voluntatem furioſus, & rationem ſpecialitatis eam eſſe dicit, quia non agitur de intereſſe filiæ, ea quo pater tenetur illam iterum dotare, ſi non haberet dotẽ, ut per gl. in d. l. 2. quod ſi in patris, in verbo dos eſt. ff. ſol. matr.

Sed iſta ratio haberet locum mea ſñia in filia ſanæ mentis, quæ poſſet ↄhere m̃rimonium, ſecus eſt in noſtro caſu, nam cum ſit furioſa, & ſic vt non poſſit iterum ↄhere m̃rimoniũ pp defectum conſenſus. c. dilectus, de ſponſ. Magiſt. in 4. diſt. 34. Didacus Couar. de ſponſ. & matr. 2 par. c. 3. nu. 5. non eſſet opus iterum eam dotare, ſi non haberet dotem. Itẽ uerba illius legis nõ denotant aliquã ſpãlitatẽ in illo caſu, merito &c.

6 Tertio igitur modo r̃ndet Io. Crotus, in d. l. 2. §. voluntatem, nu. 17. ꝙ q̃n ex conſenſu, ſeu voluntate, quam lex fingit reſultat aliquis ↄctus, tunc lex non fingit furioſum conſentire, vt l. quod certum. ff. locati. ſed q̃n ex ficto conſenſu non reſultat aliquis ↄctus, tunc lex fingit furioſum conſentire, & habere voluntatem, d. l. 2 § voluntatem. Hanc ipſam ſolutionem tradit idem Crotus, in repe. l. ſi is, qui pro emptore, ff. de vſuc nu 80. ver. 5. fallit, & ante eum Pau. Caſt. in l. ſi a furioſo, ff. ſi cer. pet. ſed iſta ſolutio mihi nullo modo placet, eo q̃a militat eadem rõ, vt non poſſit fingere, q̃n non reſultat ↄctus, ſicut non poteſt, q̃n reſultat, videlicet, quia lex non fingit impoſſibile per naturam, vt diximus, & eodẽ modo eſt impoſſibile per naturam, ꝙ furioſus habeat conſenſum, quando nõ contrahit, ſicut quando contrahit. ergo, &c.

7 Vnde reiectis aliorum r̃ſionib. ad d. §. voluntatem. mea opinio, ꝙ ibi fingat lex illam filiam conſentire, & ſic patrem ex voluntate filiæ videri experiri, vt colligitur ex verbis illius §. quæ important fictionem, & ſic dico, ꝙ poteſt fingere lex furioſum, proximum infanti, & infantem habere voluntatẽ, & conſenſum.

Neq; obſtat, ꝙ lex non poſſit fingere ſuper impoſſibile p naturam, qa imo põt, vt patet in furioſo, vt per d. l. 2 §. voluntatem, in quo defectus naturę, vt l j. §. furioſus, ff de act. & obl.

Item patet in proximo infanti, nam is ẽt caret intellectu, & voluntate naturaliter, d. §. furioſus, vbi dicitur, furioſus ſiue ſtipuletur, ſiue promittat nihil agere natura manifeſtũ eſt, ſubdit text. huic proximus eſt pupillus, qui eius ætatis eſt, vt non intelligat quid agat, intelligendo illum text. ut loquatur de proximo infanti, prout eum intelligunt Doct. in l j. in prin. ff. de verb. obl. & ad hoc eſt tex. in l cum prætor, ff. de iudi. & in c. j. §. tria, 3. q. 7. in quib. locis habemus in impubere, & ſic in proximo infanti, eſſe impedimentum naturæ, & tamen p̃t ſtipulari, & oẽ negocium gerere, vt proximus pubertati. §. pupillus, verſi ſed in proximis, Inſti. de inut. ſtip. l. ſeruum, ff rem pup. ſaluam fore, l. j. §. furioſus. ff de act. & obl. l. pupillus ſi fari, ff. de acq hær. l. in negocijs. ff. de reg. iu. intelligendo illa iura, vt magis cõiter Doct. intelligunt, ꝙ loquantur de proximo infanti: cuius rei veritatem docuimus in nouis declarationibus: Poteſt igitur proximus infanti ↄhere, & ſic fingitur habere voluntatem, & conſenſum, ſine quo nullus eſt contractus l. 1. §. ſi. ff. de pact.

Item patet in infante, nam manifeſtum eſt eũ non habere conſenſum, ſiue voluntate, d. l. cum prætor, d. §. tria, & d. § furioſus, quem communiter intelligunt Doc. de infante loqui.

Et facit, quia ſi proximus infanti, vt ſupra dixi, caret voluntate, multo, magis infans, qui eſt minor, & tñ infans poteſt ſtipulari, l. ſeruum. ff. rem pupilli. intelligendo, vt cõiter intelligunt Doctores, ergo fingitur habere voluntatem, quæ in ſtipulatione requiritur, ut d. l. 1. §. ſi ff. de pact.

Item facit tex. in l. iubemus, in ſi. C. de eman. libe. vbi princeps, qui eſt lex animata in terris, ſupplet voluntatem infantis eum emancipando.

Concludamus igitur, ꝙ in iſtis, in quibus eſt defectus naturalis, lex poſſit fingere eos habere conſenſum, & voluntatem quod ẽt volunt glo. in d. l. ſeruum, in verbo ſtipulari. & agere, ff. rem pup. ſaluam fore, & Io Crot. in rep l. j. in prin. num 9. 2. lect. ff de verb. ob & Bal. in l. potuit, ver. venio ad quæſtiones, nu. 8. C de iure delib. His ſic ſtantib. nõ obſtat, ꝙ lex non poſſit fingere impoſſibile per naturam: quia r̃ndeo. ꝙ hic nõ fingit lex impoſſibile per naturam, videlicet, ꝙ furioſus, ut furioſus habeat voluntatem, & ꝙ infantes, & proximi infanti, ut pupilli huius ætatis habeant conſenſum: hoc enim eſt impoſſibile per naturam, & fingi non p̃t. Sed lex fingit, ꝙ filia furioſa non ſit furioſa, quod eſt poſſibile per naturam. furor enim accidens eſt, ut per Bal in l. ſi infanti, col. 2. in 7. oppoſitione, C. de iure delib. & ſic fingit, ꝙ filia ſanę mentis, eo quia non contradicit conſentire videatur, & quod pater videatur experiri quaſi ex voluntate filiæ, d. §. voluntatem.

Ita ẽt fingit lex, ꝙ infantes, & proximi infanti non ſint huius ætatis, ſed maiores, vt proximi pubertati, quod nõ eſt impoſſibile: nam ſimiliter is, qui in vtero eſt fingitur iam natus, l. qui in vtero, ff. de ſtatu hominum. potuerunt enim citius cõcipi, & conſequenter eo tpe, quo erant in vtero poterant naſci, & eo tpe, quo erant infantes, aut proximi infanti poterant eſſe ætatis proximę pubertati, vnde hoc eſt poſſibile per naturam, vt no. per Io. de Imo. in d. l. ſi is, qui pro emptore, ff de vſuc. & Io. Crot. ibid. nu. 80. ver. 3. fallit, & ideo, quia finguntur eſſe illius ætatis, cuius eſt proximus pubertati, finguntur habere aliquem intellectum, & aliquam voluntatem, ita vt omne ius habeant, quod proximus pubertati. §. pupillus, ver. ſed in proximis, Inſti. de inut. ſtipu.

Et ad hoc facit doct. Bar. & Docto. in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de vſuc vbi dicunt ſufficere, ꝙ fictio ſit poſſibilis in ſuo genere primario, licet in genere ſubalterno ſit impoſſibilis: ſufficit igitur, ꝙ furioſus, infantes, & proximi infanti, vt homines poſſint habere voluntatẽ, & ad hoc videatis Hormanoc. Dec. in repe. l. 1. §. adipiſcimur. ff. de acq. poſſ.

Concludamus igitur, ꝙ infantes, & illis proximi, & furioſi vere non hñt voluntatẽ, fingere tñ p̃t lex eos hẽre voluntatẽ.

Nec obſt. l qui corã. ff. locati, quia poſſumus dicere, ꝙ ille tex. negat eũ ſm veritatem conſentire, & de integro locare, at non negat, ꝙ hoc fieri poſſit a lege p fictionẽ, vt d §. volũtatẽ.

Vel ſecundo dico, ꝙ p̃t lex fingere, ꝙ habeat conſenſum, & voluntatẽ, at non põt ẽt fingere, ꝙ eo, quia non ↄdixit, videatur

tur iterũ locare: eſſent enim duæ fictiones in eodem actu, videlicet, quod habeat voluntatẽ furioſus, & quod dicatur ex integro locare non contradicendo, at duæ fictiones concurrere non poſſunt. l. ſi quis rẽ. §. j. ff. de pnſ. gl. in l. j. C de dot. promiſ. Bar. in l. ſi is, qui pro emptore, in 7. q. in prin. ff. de vſuc. ergo.

F I N I S.

TRACTATVS DE CVRATORE bonis dando, per D. Odofredum.

SVMMARIVM.

1 *Curatorem bonis prætor, & præſes conſtituere poteſt.*
Curatores dare poſſunt qui tutores dare poſſunt.
2 *Curatorem is dare poteſt, cui lex Senatuſcon. uel princeps dat.*
Proconſul præfectus, vel præſes curato. dant.
3 *Curator quando per decuriones dari poſſit.*
4 *Creditor conſtituere curatorem poteſt.*
Fratres qui adinuicem de conferendo cauent curatorem dare poſſunt.
5 *Teſtator vel teſtatrix, uel donator, uel donatrix, curatorem conſtituere poſſunt.*
6 *Curator cum inquiſitione conſtituitur.*
Curator ad poſtulationem creditorum conſtituitur.
7 *Curator ad poſtulationem filiifam. cui hæreditas delata eſt conſtituitur, patre eam, & eius gubernationem recuſante.*
8 *Mulier ſi uentri curatorem dari non petierit, eius ſucceſſionem amittit.*
9 *Curator conſtituitur poſtulantibus agnatis, uel alijs propinquis aſſinibus.*
10 *Curator bonis omni tempore datur, omni die feriato, & omni loco, idoneo tamen.*
11 *Curator poteſt dari maſculis, & fœminis.*
Curator uolens, & non inuitus, niſi ex magna cauſa datur.
12 *Mater, & auia ſi uolunt tutrices eſſe poſſunt.*
13 *Curator alius a iudice dandus eſt ſi conſtitutus curam ſuſcipere nolit.*
14 *Curator ex quibus eligi debeat.*
15 *Curator idoneus quis dicatur.*
16 *Cauere idonee quis dicatur.*
17 *Curator non eſt dandus ſubſtitutus, ſi minor, uel uenter ſit in cauſa, propter ſpem ſucceſſionis.*
18 *Curatoris electio facienda eſt, quando partes in diſcordia ſunt.*
19 *Curator utrum idoneus ſit, ſi ſit quæſt. eius electio iudicis arbitrio committitur.*
Curator a iudice comprobatus pro idoneo, & locuplete habetur.
20 *Creditor an poſſit eſſe curator.*
Tutor per uetera iura creditor eſſe poterat.
21 *Hæreditas & patrimonium, loco domini habetur.*
22 *Curator, an poſſit eſſe qui res defuncti obligatas habet.*
23 *Curator a nuptijs eius, cuius bona adminiſtrat abſtinere debet.*
24 *Curator talem curam adipiſcitur, qualem tutor habet.*
25 *Curator talis dari debet, qui ſit iuriſdictionis qui eum dat.*
26 *Curator unus, & plures bonis conſtitui poteſt.*
27 *Curator unus ſi datus fuerit, alius adhuc dari poteſt ex cauſa.*
28 *Curator certus, & non incertus dari debet.*
Curator priuatus, & qui in officio eſt dari poteſt.
29 *Curator paterfamilias & filiusfa. dari poteſt.*
Curator dari debet qui audiat, & loquatur, & non mutus, nec ſurdus.
30 *Curator qui mentis ſit compos, & non furioſus dari debet.*
31 *Curator debet dari qui maior, & non minor ſit.*
32 *Curator qui ſit paganus, & non miles dari debet.*
Maritus, ſponſus, & ſocius tutor eſſe non poteſt.
33 *Curator eſſe non poteſt, qui luminibus orbatus ſit.*
34 *Curator, qui colonus patrimonialis ſit, eſſe non poteſt.*
35 *Curator in teſtamento dari poteſt, & ad certa tempora. & uſque ad certum tempus, ſed ſub conditione a præſide uel iudice dari non poteſt.*
36 *Curator certę rei, ad unam litem, & ad plures dari poteſt.*
37 *Curator ſimpliciter datus ad omnes lites datus cenſetur.*
38 *Adoleſcentes curatores ad litem ſuſcipiunt.*
Curator pupillo, ſed non infanti datur.
Curator pupillo, niſi ſit præſens, & curatorem poſcat, non datur.
39 *Curatorem abſenti dari petens, rem ratam dominum habiturum cauere debet.*
Geſta intelliguntur lites & iudicia.
40 *Curator bonis & ad geſta, acta, & facta conſtitui poteſt.*
Curator bonis datus alienare non poteſt, vide infra, nu. 42.
41 *Curator bonis ad lites non conſonat, ſed ad omnia alia.*
42 *Bonorum appellatione quæ ueniant.*
Curator ſiue detur bonis, ſiue hæreditati, ſiue ſubſtantiæ, ſiue patrimonio idem eſt.
43 *Curator bonis datus ſe excuſare non poteſt.*
44 *Curatoris uoluntaria ſuſceptio uacationem non præſtat.*
Curator quando curam affectaſſe dicatur.
Curator priuilegium non amittit ſi per uim coactus ſit.
Curator, an a cura ob liberorum numerum excuſetur.
45 *Cura in bonis data, an in numero aliarum curarum numeretur.*
46 *Curator bonis datur defuncto debitore, & deliberante hærede.*
Curator & non tutor datur ſi uenter in poſſeſſione ſit.
Curator datur ſi hæres conditioni, ſub qua inſtitutus eſt, parere non poteſt, nec reſpondeat ſe auditurum.
47 *Diu quantum tempus ſignificet.*
48 *Curator datur bonis clararum perſonarum, uel eorum uxorũ, ſi bona diſtrahenda ſunt.*
Curator datur ex cauſa captiuitatis alicuius, de cuius bonis agitur.
49 *Curator datur ex cauſa captiuitatis patris eius minoris, de cuius bonis agitur.*
Curator datur ex cauſa deportationis patris, de cuius bonis agitur.
Curator bonis filiofa datur quando eſt maior. nu. 14.
50 *Curator bonis filij patre abſente datur.*
51 *Curator bonis filiifam. datur eo caſu quo filiusf. maior agere per ſe, uel per procuratorem poteſt.*
52 *Curator bonis, an filiofam. detur, ſi pater iuſta de cauſa abſens procuratorẽ reliquit.*
53 *Procurator nolle intelligitur, cum expreſſe uelle non inuenitur.*
54 *Expectare tantiſper melius eſt, quam bona alterius uouter alij cõmittere.*
Periculum magnum non eſt in mora modici temporis.
55 *Curator bonis datur, ſi bonorum dominus foro ceſſerit.*
56 *Curator bonis datur, ſi filius emancipatus uolens habere bonorum poſſeſſionem nolit fratri conferre in poteſtate conſtituto.*
57 *Curator bonis datus uir bonus dicitur.*
58 *Tutor uel curator dari, an poſſit filiofam. minori contra patris uoluntatem hæreditatem adeunti.*
59 *Pater nunquid admittatur ad gubernandum bona filij ſi anus conſentire nõ uult, uel detur curator bonis.*
60 *Curator bonis datur, ubi res filio relinquitur, cum hoc, ut pater in eis non participet.*
61 *Curator bonis datur ualetudinarijs, qui non defenduntur.*
Curator bonis conſtitui poteſt quando creditor in poſſeſſionem bonorum debitoris miſſus eſt, ſi actiones perituræ ſunt.
Curator bonis datur in uſucapionibus implendis.
62 *Curator bonis cuſtodiendis datur, quando nullus ſucceſſerit defuncto.*
63 *Curator bonis tutoris datur qui poterit diſtrahere, quæ mora deteriora futura ſunt.*
64 *Curatoris bonis dati officium perſonale eſt.*
Curator bonis in principio inuentarium facere debet.
65 *Curator bonis datus curare debet omnia rectè agere.*
66 *In curatore bonis dato obſeruatur, quod in alio curatore ſeruatur.*
67 *Creditor, an curator bonis dari poſſit.*
Curator bonis datus, quando ſatiſdare debeat.
68 *Fideiuſſores quales eſſe debeant.*
Coniuncti ſanguine pro locupletibus habentur licet non ſint.
69 *Satiſdatio per curatorem danda cum fideiuſſoribus fieri debet, & non cum pignoribus.*
70 *Fideiuſſionem præſtare, cum omnibus facile eſt.*
71 *Curatori ſatiſdatio remitti poteſt, & ſi perſona eſt idonea, & honeſta, & ſubſtantia modica.*
72 *Curator bonis datus ſeruo publico ſatiſdari debet.*
73 *Curator in teſtamento datus non ſatiſdat.*
74 *Curator, an de iudicato ſoluendo ſatisdare tenetur.*
75 *Curatori bonorum adminiſtratio, & cuſtodia mandata eſt.*
76 *Curator res quæ mora deteriores futura ſunt, diſtrahere poteſt.*
77 *Curatoris officium eſt pecuniam collocare, & bona ſalua facere.*
Curator fructus uendere poteſt.
78 *Curator ea quæ urgent diſtrahere poteſt.*
Curator ob familiæ cibaria uendere poteſt.
79 *Curator æs alienum ſoluere poteſt.*
80 *Vſuræ pœna appellantur.*
81 *Curator bonis datus actiones bonis competentes exercere poteſt, & pro rebus alienatis in integrum reſtitutionem petere.*
82 *Curator bonis datus iudicio tutelæ tutores conuenire poteſt.*
Curator a quibus debitoribus exigere poſſit.
83 *Curator prouidere debet ne debitores liberentur, & uſucapiones impleantur.*
84 *Curatori quæ actiones debentur, & contra eum.*
85 *Curatores bonis dati per ſe, uel per procuratores agere poſſunt.*
Curator quando procuratorem conſtituere poſſit.
86 *Curator bonis datus, ubi agit, uel conuenitur rem ratam habere, vel iudicatum ſolui ſatiſdare non debet, niſi dubitetur, an curator ſit, & infra numero ſequen.*
88 *Curator unus, uel plures conſtitui poſſunt.*
Curatores plures bonorum ſi conſtituti ſunt unus in ſolidum agere poteſt, et contra unum in ſolidum agi poſſunt.
89 *Curator bonis datus durante officio a nuptijs eius, cuius bona adminiſtrat abſtinere debet.*
90 *Curator bonis datus ad rationem reddendam conueniri poteſt.*

91 Cu-

91 *Curator bonis datus, ſicut tutor rationem reddere debet, & quod habet reſtituere debet.*
92 *Actio contra curatorem, & eius hæredes datur.*
93 *Curatoris geſta rata haberi debent.*
94 *Curator bonis datus, ſi filij minoris, cuius bonis datus eſt curator hæreditatem adierit, reſtitutionem aduerſus aditionem petere poterit.*
95 *Curator bonis datus nomine filijfam. minoris reſtitutionem petere poteſt.*
96 *Curator bonis datus de ſolo dato tenetur, & etiam de lata culpa, & numero ſequen.*
98 *In curatore bonis dato id conſiderari debet, quod in tutore.*
Curator bonis datus talem curam in adminiſtratione habere debet qualem tutor, uel curator habet.
99 *Curatores bonis dati, an diuidendarum, ſiue cedendarum actionum auxiliũ habeant.*
100 *Curatori bonis dato de eo, quod ſine dolo malo impendit, datur actio in factum non negotiorum geſtorum.*
101 *Curatoris officium durat, donec filius ad ætatem perfectam peruenerit.*
102 *Curatoris officium finitur patre deportato reuerſo, cuius filio curator datus fuerat.*
103 *Curatoris officium dati per Carbon finitur lata ſententia.*
Curatoris officium ceſſat ſi impuberi ſatiſdetur a curatore impuberis, uel ab alio.
104 *Satiſdatio, licet a principio præſtita non fuerit poſtea interueniẽte ius priſtinum recipit.*
105 *Curatoris officium dati portioni eius fratris qui conferre debuit, & noluit ſatiſdare de conferenda finitur ſi contulerit, uel de conferendo cauerit.*
106 *Curatoris boni dati officium, quia uenter eſt in poſſeſſione finitur, dum uenter in poſſeſſione eſſe deſierit.*
107 *Curator, & non tutor ventri datur.*
Curator uentris tutor poſtea dari poteſt.
108 *Curator bonis datus filio minori ratione captiuitatis filij patre a captiuitate reuerſo ceſſat.*
109 *Curator datus bonis debitoris, quia ab hoſtibus captus eſt, eo reuerſo deſinit eſſe.*
110 *Curator bonis ob aliquam cauſam datus ea finita ceſſat.*
111 *L. 1. C. quando tut. uel cur. eſ. deſie l. curator. ff. de tut. uel curat. dat. ab his, quomodo loquantur, & nu ſeq.*
113 *Curator bonis datus ante pubertatem deſinit eſſe, ſi cauſa finiatur.*
114 *Curator deſinit eſſe conditione finita.*
115 *Curator datus filio quia pater in eius bonis non participat deſinit, quando filius ad ætatem perfectam peruenerit.*
116 *Curator, an deſinat eſſe ob capitis diminutionem etiam minimam filij, & infra nu 118.*
117 *Filiusf ſi deceſſit ante 25. an. nunquid cura duret vſque quo ad legitimam ætatem perueniſſet ſi uiueret.*
119 *Curator his de cauſis remoueri poteſt quibus tutor.*
120 *Curator bonis datus in quo ab alio differat.*
121 *Curatores bonorum ſi plures ſint, quilibet inſolidum tenetur.*

CVpientibus plenè habere notitiam de curatore bonis dando, congruum eſt videre, & diligenter inquirere, quis poſſit dare curatorem bonis, & qualiter detur, & conſtituatur, & qñ detur, & quis dari poſſit, & ſi datus excuſetur, & quibus ex cauſis, & quod ſit eius officium in principio, medio, & fine, & quando finiatur, & quãdo valeat remoueri, & in quo differat curator bonis datus ab alio curatore, & de alus quibuſdam caſibus.

Quis poteſt dari curator bonis. Rubr.

1 Curatorem bonis † conſtituere poteſt prætor, pſ les prouinciæ, ſi bona vendenda in
prouincia ſint, vt ff. eo. l. 2. in prin. & §. quæ. & C. de offi præſi.
l. j. & ff. de curat. ſur. l. curator. & poteſt fortè non ineptè dici,
ꝙ oẽs illi qui poſſunt dare tutores, & alios curatores, poſſunt
dare & curatores bonorum, puta magiſtratus iuſſu præſidũ,
ſi non ſint magnę facultates, vel vſq; ad 500. ſcilicet non expe
ctata iuſſione, & defenſores ciuitatum una cum eiuſdem ci-
uitatis Antiſtite, uel magiſtratus, uel iuriſd. Alexandriæ, ut In
ſti. de Attili. tut. §. ſed hæc. & §. nos autem, & ff. de tut. & cur.
dat. ab his. l. ius dandi. & l. a. §. magiſtratus. & l. uentri. & l. nec
2 mandante. §. fi. & ad Tertul. l. a. § ſi mater. † vel omnis ille da-
re poteſt, cui hoc dedit lex, vel Senatuſcon. vel princeps, ut ff.
de tute. l. muto. §. tutoris. Item proconſul præfectus Egypti,
vel qui vicem præſidis obtinet, uel legatus proconſulis, vt ff.
de tuto & cura. da. ab his. l. j. & de offic. procon l. placet. Item
iudex competens, ut in Auth. ut lic. mat. & auiæ. §. 1. & C. de
3 bo. quæ lib. l. fi. §. ſinautem, in ſecunda. † Item ſi prædicti non
ſint præſentes: tunc decuriones poſſunt dare, vt ff. de tuto. &
cura. da. ab his. l. vbi. & qui pe. tut. uel cura decreto & tunc ſu
praſcripti dant curatores bonis, quum neque a teſtatore, neq;
a donatore ordinatus eſt, vel ordinatus non vult ſuſcipere cu
rã, vel ſuſcepit, ſed inutilis eſt, vel moritur, vt in Auth. ut lic.
mat. & auiæ. §. j. j. reſpon. & in Auth. de eccl. tit. §. ſi quis ædifi
4 cationem. in fi. Item † forte poſſunt conſtituere priuato con
ſilio creditores, ut ff. eo. l. fi & de cur. ſur. l. eius. & de bo. auth.
iud. poſſ. l. ſi Item fratres qui non cauent ad inuicem de con-
ferendo, vt ff. de colla. bon. l. j. § iuber. & vt leg. vel fideicom.
5 no. ca. l. poſtquam. §. princeps. † Item teſtator, vel donator, vel
teſtatrix, uel donatrix, vel mater, ut in Authen. ut licc. mat. &
auiæ. j. reſpon. & ff de teſta. tute. l. mater.

Qualiter detur & conſtituatur curator bonis. Rubr.

6 Datur & conſtituitur † curator hoc modo, ſcilicet cũ inquiſitione, vt ff de cur. ſur. l. bonorum. Itẽ con
ſtituitur ad poſtulationem creditorum, uel creditoris vnius
ex conſenſu maioris partis eorum, vel ad poſtulationem mu
lieris prægnantis, uel ẽt alterius qui non edito partu ſucceſ-
ſionem ſperet, ut ff. de hæred. inſti. l. ſi quis. inſt. de uen. in poſ.
mitten. l. j. §. quoties. & eo. tit. l. a. & ad Tertul. l. a §. quid ſi cu
rator. & rem re. hab. l. actor. in fi. & de bo. autho. iudi. poſſ. l ſi
ſeruus & l. creditore. & ex quibus cau. in poſ. ea. l. in poſſeſſio
ne miſſo. §. 1. & l. ſi diu. & eſt bonum, ut conſtituatur ad po-
ſtulationem creditorum. ſ. quũ miſſi ſunt in poſſ. cau. rei ſer.
& deſiderant, ut bona uendantur, ut eis ſatisfactio fiat, ut in
7 dictis ll. † Item conſtituitur ad poſſeſſionem filiifa. cui delata
eſt hæreditas, patre recuſante eam, & eius gubernationem,
vt C. de bo. quæ libe. l fin. §. ſinautem in ſecunda. Idem puto,
qñ dictum eſt, ꝙ pater non habet uſumfructum, vel aliquod
8 participiũ, vt in Auth. ut lic mat. & auiæ. §. a † Vbi enim mu-
lier ventri curatorem bonis non petierit, amittit eius ſucceſ
ſionem, quantum ad ſummam legitimę, ut ff. ad ſenatuſconſ.
9 Tertul. l. a. §. quid ſi curator. † Poteſt enim commode dici, ꝙ
curator conſtituatur poſtulãtib. agnatis, vel aliis propinquis
affinibus, vel creditoribus vel matre, uel aliis quorum intereſt
ar. C. de admi. tut. l ff. §. ne aũt. & § 1. & ff de tuto. & cur. da. ab
his. l. his qui. § j. ad ſenatuſ. Tertul. l. a. § quid ſi curator. & ver.
nã & ſi apud. & C. de legi. hær. l. ſciant. & qui pe. tu. l. nepotib.
& qui da. tut. uel cur. poſſ. l. quod dicis. & ff. qui pe. tut. l. ſi mi-
nores. Quid. n. ſi neq; creditores aliqui ſint, neq; vxor pgnãs
neq; q non edito partu ſucceſſionẽ ſperet, puta ꝙ curator dã
dus eſt nouo, vel nouiſſimo iure inductus fortè. C. de bon. q̃
lib. l. fin. §. 2. & in Auth. ut lic. mat. & auiæ. j. reſpon. qui caſus
veteri iure non comprehenduntur, nunquid iniquum eſſet
curatorem non dari, cum lex dicat dandum, & ſic commo-
da minorum differentur, & damnificarentur.

Quando detur curator bonis. Rub.

10 Datur autem omni † tempore, & omni die feriato, & in omni loco, idoneo tamen, vt ff de tute. l qui
habet. § quolibet. & de tut. & cur. da. ab his. l. nec mandante.
§. dari. C. de pęna tuto. vel cura. l. a.

Qui poſſint dari curatores bonis. Rub.

11 Dari curator poteſt † maſculus & fęmina. ſ. mr̃ & auia, vt in auth. vt lic. mat. & auię. j. rñ. Item volens, & nõ
inuitus, niſi ex magna cã, & Imperatoris arbitrio hoc proce-
12 dat, vt ff. e. l. a §. quæ. † ſimiliter hoc idem in matre & auia tu-
trice, quæ demum volentes tutelam ſuſcipiũt, vt in aut. vt lic.
mat. & auiæ. j. rõ. & in aut. de he hæred. quæ ab inteſt. defer. §.
ſancimus enim. Idem in clerico, vt in aut. de epi. & cle. C. aut.
presbyteros Idem forte in patrefam. qui non vult gubernare
